NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
23 H
7

12
2
h
2

Foesi
Oeconom
Hippocr

49

1293 H1


# OECONOMIA HIPPOCRATIS, ALPHABETI SERIE DISTINCTA.

*IN QVA DICTIONVM APVD HIPpocratem omnium, præſertim obſcuriorum, vſus explicatur, & velut ex ampliſſimo penu depromitur: ita vt* LEXICON HIPPOCRATEVM *merito dici poſſit.*

ANVTIO FOESIO MEDIOMATRICO MEDICO, AVTHORE.



FRANCOFVRDI,
Apud Andreæ Wecheli heredes,
Claudium Marnium, & Io. Aubrium,
ANNO S. MDLXXXVIII.
*Cum Priuilegio S. Cæſareæ Maieſtatis.*




*Effigiem illius cernis, qui cætera finxit,*
*Vt tibi ſit vultu notus, vt ingenio.*

S.P.Q. MEDIOMATRICO,
HOC EST,

# AMPLISSIMO TREDECIMVIRVM ORDINI,

τῷ ἄρχοντι, VEL PRÆTORI VRBANO, (QVEM Scabinorum Magiſtrum vocant) eiusq́; Senatoribus.

COGITANTI *mihi (patres ampliſsimi) quonam potiſsimum officio meam erga patriam chariſsimam teſtificarer beneuolentiam, nullam aliam certiorem ratione͞ inire potui, niſi vt me totum ad Reip. commoditatem adiungere͞, & in eo quod publicam omnium ciuium noſtrorum ſalutem continet elaborarem. Cùm igitur per totos quinque & triginta annos in florentiſsima iſta Mediomatricum vrbe & in veſtris omnium oculis, publico Medici munere diligenter (vt ſpero) perfunctus fuerim, vosq́; me omnibus omniu͞ ſuffragiis ampliſsimo auctoramento & publicis ſtipendiis cohoneſtatum liberaliter ſemper cõplexi fueritis: ingratitudinis certe crimen magnopere mihi ſubeundu͞ putaui, niſi prolixã erga me veſtrã omniu͞ beneuolentiam officiorum diligentia & aſsiduitate demererer, & verò aliqua animi gratitudine comprobarem. Quod cùm mecum diutiùs reputo, non illiberaliter me facturum exiſtimaui, ſi ex ſepoſitis noſtris* κειμηλίοις *hanc noſtram Oeconomiam ampliſsimo veſtro ordini & in commune vobis dedicare͞: quæ & in mediis agrorum procurationibus maximis vigiliis conſcripta, & in ciuiu͞ veſtrorum oculis ſummo labore exarata, nominis veſtri tutelam ſuo quodam iure ambire videtur. Cuius patrocinio ſummi noſtri labores magna compenſati gloria mitigabuntur, & veſtro ordini, etſi nequaquam parem illius amplitudini, at pro noſtro tamen ſtudio meritam gratiam debitamq́; referemus. Quò certe æquius eſt vos hanc omni beneuolētia complecti, quòd & muneris noſtri pu-*

*blici aſsiduitatem nunquam retardauit, & ſtudiorum noſtrorum rationes ita ſemper moderata eſt, & ad publicam vtilitatem aggregauit, vt ſpretis ampliſsimis honoribus, & poſthabita etiã clariſsimorum principũ liberalitate, nos intra ciuitatis veſtræ mœnia, hoc eſt amantiſsimæ patriæ fines, per tot annos ſemper continuerit, & officio vobis deuinxerit ſempiterno. Ac ne videar munus noſtrum nimis ambitioſè verbis exaggerare, hoc tantum dicam, me quicquid habuerim facultatis Medicæ, & quicquid per curationes dabatur honeſti ocii, id totũ in hoc opus cõtuliſſe, quod nunc in veſtro nomine apparere volumus, vt noſtræ erga vos obſeruantiæ perpetuum extaret monimentum. Idq; eò lubẽtius facio, quòd in veſtra Rep. huic publico medendi muneri ſemper omni ingenii laude præſtantes viros adiunxiſtis, vt taceam Io. Guinterium Andernacum, & Andream Lacunam, quorum vterque noſtra memoria apud vos cum ſumma rei Medicæ gloria ſingularem doctrinam cõiunxit, & in publicum multis editis ſcriptis teſtatus eſt. Quibus tam claris viris in hoc curſu ſucceſsiſſe mihi imprimis glorioſum & laudabile videtur, vt quam diligentia gratiam apud vos conſecuti ſunt, eam cum officii ſedulitate retineremus, tum etiam veſtigium illud in quo antea cũ ſumma gloria inſtitiſſent, quàm proximè fieri poſſet premeremus. In quo etiam Reſp. veſtræ magna habenda eſt gratia, quæ humaniſsimos & doctrina clariſsimos viros illos tam liberaliter complexa eſt, vt & vtriq; ad immortalitatis gloriam floreſcenti aditum fecerit ampliſsimum. Non lubet altiùs paulò commemorare quàm inſignes Iuris prudentia viros & dicendi facultate eximios, eadem veſtra Reſp. ſuis ſumptibus retroactis annis fouerit. In quibus CL. Cantiunculam doctiſs. & prudentiſs. hominem, & Io. Fœlicem fœliciſsima facundia, noſtra ætate vidimus. Quæ ſanè ornamẽta celeberrimæ huic ciuitati autoritatem ſummam conciliarunt, & Remp. veſtram optimis inſtitutis fundatiſsimam tantis honoribus cumularũt, vt immortalitatis gloriam conſequatur & omni laude dignetur. Quid verò nunc commemorem quàm omni bellicæ virtutis gloria reliquis ciuitatibus adeò præſtet, vt & totius Europæ munitiſsimum oppidum, & nobiliſsimis totius Galliæ iuuenibus ad militiam exercendam ludus quidam apertus eſſe videatur? Quæ pacis & belli cohoneſtamenta, ad huius vrbis ſplendorẽ tantos addunt cumulos, vt ad nominis claritatem retinendam, & ad autoritatis ſempiternam celebritatem, nihil à Dijs immortalib. maius concedi poſsit. Ad hanc igitur à maioribus acceptã Remp.*

*erectam*

*erectam & fundatam, amplificandam, tutandam & conſeruandã, eo nomine quo debeo, hoc eſt publico, vos hortor & moneo (patres ampliſs.) & à Deo Opt. Max. quantis poſſum votis contendo, vt hãc ſempiterni nominis gloriam augere, & ciuium veſtrorum animos cum ſumma concordia & æquiſſima legum moderatione temperare poſſitis. De me verò, ſi quid polliceri fas eſt, hoc ſpondeo & in me recipio, qua pietate viri optimi in patriam eſſe ſolent, me perpetuò erga veſtrum nomen & Reip. veſtræ dignitatem fore. Hanc autem Oeconomiam noſtram, veluti non ingrati erga vos animi teſtificationẽ, æquis animis (quæſo) accipite, meq; & totam noſtram familiam, ad nominis veſtri ſtudium perpetuò adhæreſcentẽ, & vobis nexu & mancipio addictam, autoritate ac patrocinio veſtro defendite, & ad optimorum ciuium numerum aggregate. Sic enim efficietis vt omnibus me reb. à vobis non conſeruato ſolùm, ſed ẽt ornato, tamen ad veſtra innumerabilia in me vnum merita, quod fieri iam poſſe non arbitrabar, maximus hoc veſtro facto cumulus accedat. Ex veſtris Mediomatricib. Cal. Ian. 1588.*

## LECTORI CANDIDO, PRÆFATA
### *in Oeconomiam.*

CVM Oeconomiam hanc noſtram inſtituerem (Lector candide) quòd eam in memoriæ ſubſidium mihi compararem, nõ exiſtimabam fore, vt tot tamq; varias dictiones complexa, hanc in molem ſuccreſceret, in eãq; parui temporis vſuram impendebam, quàm me breui conficere poſſe ſperabam. Verùm vbi Erotiani vocum Hippocratis & Galeni τ̃ γλωσσῶν non ſolùm explicationẽ, ſed vel magna ex parte cenſuram & indicaturam, aut locorum ad fontes aſſignationem mihi hãc in cauſam arripiendam viderem, maius opus mouẽdum fuit, & longè diuturnioris temporis labor exanclandus. Nã & in vada & Syrtes coniecti, multis locis tanquam ad infeſtos ſcopulos nobis adhæreſcẽdum fuit, & in Eroriano multa lectionum portenta, velut ænigmata, primo ſeſe aſpectu obtulerunt, quæ nos tam ſæpè deterruerunt, vt nõ parum ab inſtituto animũ abalienauerint, ſæpiùs ẽt reuocauerint: vt taceam tam multas Exegeſeωs Galeni deprauatè ſcripras voces, & verò aliò detortas, quas non ſine magna animi contentione in integrum reſtituere, & loco ſuo ponere promptum fuit, præterire verò hominis fuiſſet & otio & literis hac in cauſa abutentis & præuaricatoris impudentis. Quam ad rem ram ſæpe & cũ tædio Hippocrates & Galeni Commentarij reuoluendi fuerunt, vt magna laboris noſtri parte perueſtigando & meditando potiùs quàm ſcribendo conſumpti fuerimus. Quòd ſi integra aut omnia Hippocratis opera, aut tot ſcriptorum explicationes, quot & Erotianus & Galenus enumerant, ad nos perue-

niſſent,per certe facilis & longè explicatior fuiſſet hæc noſtra ſcribēdi ratio,neq; tam multis locis hæreremus, aut ea prætervecti leviter attingeremus,& fortaſſis ſuperuacanea fuiſſet hæc noſtra opera. Nunc verò cùm tam ambigua & deformata ſit nobis propoſita Exegeſeως &, Erotiani ſcriptio,vt multis in locis diuinandi potiùs quàm explicandi locus detur,& vix agnoſcas quibuſnam ex fontib. huiuſmodi dictionum riuuli deducti ſint,operæ me pretium exiſtimaui facturum,ſi palantes & diſiectas voces ad capita ſua arceſſerē,& digitos (quod dicūt) ad fontes intēderem.Quod certe pro virili noſtra me conatum fuiſſe, non tamen per omnia præſtitiſſe ingenuè fatebor. Sunt enim multa tam preſsè ſcripta,adeoq; detorta,vt ſummorum hominū acutiſſima ingenia remorari poſſint, nec niſi ab ijs qui in Hippocrate verſando ſint detritiſſimi,cùm excellentiſſima memoria, tum ſingulari ingenii perſpicacitate cōprehendi.Quæ tamen ex his tenebris aliquando tandem emerſura ſpero,&ab excellētiſſimis ingeniis,quorum feraciſſima eſt hæc ætas,in publicum proditura. Eſt enim huius generis hæc materia,quæ lōgo vſu & tēporis diuturnitate eluceſcat, & in Hippocratis ſcriptis ſæpiùs volutandis incremenrum,&verò polituram ac repumicationem accipiat.Hac autē tempeſtate cùm Dei Opt.Max.beneficio effectum ſit,vt ſummi homines acutiſſimo ingenio ac omni doctrina abundantes,ad Hippocr.euoluendum &explicandum ſe contulerint: in ſpem venio maximam,nō ſolùm plurima eius ſcripta, ſed & abſtruſiſſima ſenſa ac velut oracula, quæ retroactis ante ſæculis multos à ſe ſua obſcuritate ſummouerāt,lucem & explicationem accipere poſſe. In quo & totius Reip.humanæ ſalus eſt cōſtituta, & ad rem Medicam amplificandam ſumma facultas & copia continetur.Nam etſi vberrimos iſtos hortos exundantiſſimis Galeni fontibus ac pleniſſima copia ſentimus irrigari,multa tamē ſunt maiorum memoria inacceſſa,quædam etiā preſſa & obſcura videmus in dies poſteritatis pigmentis colorari.Qua in re magna habenda eſt iis gratia,qui ad Hippocratis ſenſa eruenda omni ſtudio & totis ingenii viribus contendunt, quòd & ijs ſcriptis humanæ vitę ſalus ſit definita,ex quibus &ad omnes homines ampliſſimus fructus redundare videatur.Quòd ſi hæc ætas noſtra quæ præclariſſima ingenia eximioſque Medicinæ principes protulit, multos ferat Hollerios,Gorrhæos, Duretos, Mercuriales, Zuinggeros,Cordæos,ſperandum ſanè erit vt propediē Hippocrates omnium manibus teratur, & in publicis Scholis paſſim viua dictatorum voce decantetur.Quo certe munere quid à diis immortalibus maius,aut ad hominum ſalutem vtilius tandem exhiberi poſſit non video.Quod ego cum mecum longa animi cogitatione reputarem,ad Hippocr. ipſum me totum contuli, & aliquot libris tum verſis, tum explicatis, deniq; Oeconomiam iſtam in eorum gratiā qui ad Hippocratis adyta contendunt congeſſi,quæ & vocum obſcurarū ab vſu publico remotarum explicationem cōtinet,& dictionum Hippocraticarum veluti

quen-

quendam elenchum & indicem, tum etiam earum quæ ab Erotiano & Galeno adſcriptę ſunt, non tantùm interpretationem, verumetiam indicaturam, quib. & ad locum, ex quo eruuntur, velut ſtationē quandā aſſignauimus. Quod in ſcriptionis genus eò lubētius incubuimus, quòd fuit Hipp. (vt ſcribit Erotianus) ἀνὴρ Ὁμηρικὸς τὴν φράσιν, καὶ τὴν ὀνοματοποιΐαν δεξιός, tum etiam quòd dictionibus obſoletis & ab vſu cōmuni remotis non crebrò vtitur, quaſdam ēt, neq; paucas, appoſitiſſimè fingit & innouat, nonnullas quoq; ab vſitata & propria ſignificatione in peculiarem vſum transfert & traducit. Vnde & τῶν γλωττῶν denominatio defluxit, veluti obſoletarum vocū ac dictionum ſignificatio, (linguæ ſecretioris interpretationē, & voces minùs vſitatas exponit Fabius lib. 1. cap. 2. & 13.) quarum explicationem proprio quodam iure ſibi apud eum vēdicauit Galenus. Etſi idem ſæpiſſimè ciuilium ac popularium dictionum vſum non refugit, vt multoties ſcriptis teſtatur Galenus. Quòd ſi tam multorum quot Erotianus enumerat, ac præcipuè Dioſcoridis Alexandrini aut Iunioris ſcripta ad noſtram ætatem perueniſſent, næ ſuperuacanea fortaſſis aut inanis fuiſſet noſtra opera, aut maximo huiuſce operis tædio leuati fuiſſemus. Nunc verò cùm Erotiani aut Galeni Lexicum Hippocraticum tam variè & ambiguè deſcriptas dictiones contineat, vt ad diuinandū magis quàm ad cognoſcendum collectæ eſſe videantur, non parui, neq; inutilis (vt opinor) eſt laboris, non ſolùm earum vnamquamq; ad ſtationem reuocare, & velut loco ſuo ponere, verumetiam germanam cuiq; explicationem & vſum ad Hippocratis ſenſum accommodare. Et quoniā hoc ſcriptionis genus noua in dies acceſſione lucem & elucubrationē accipere debet, ſpero me noſtris hominib. ad Hippocratis myſteria euoluenda facem quodammodo prætuliſſe, & veluti tabellam quandam ad immortalē nominis gloriam conſcribendam propoſuiſſe. Eſt enim hæc materia eius generis, quæ florentiſſima ingenia & omnib. naturæ dotib cumulata in dies exercere poſſit. Hæc vberrima eſt gloriæ ſeges, hic eſt ampliſſimus laudis cāpus, in quo nobiliſſimi hodie Medicinę dictatores (quos ætas noſtra habet plurimos) non ſine ſummo honoris fructu verſari queant: Et in quo etiam iuuentus ipſa, quæ viam ad ſummū Medicinę parentem affectat, excurrere poſſit, indeq; nō ſolùm ad ludendum, ſed etiam ad pugnandum, hoc eſt, cùm ad cognoſcendum, tum ad agendum arma ſumere. In eo multa inſunt, ſat ſcio, necdum eruderata aut complanata, ſed quæ poſteriorum ſæculorum diligentia ſubigi & ſubinde perpurgari quotidie poſſint. Quò certè maior, meo iudicio, ſemper habebitur iis gratia, qui ad rēp. Medicam cōſtituendam & Hipp. è tenebris eruendum omni ope contendent, aut ad ſuperandas huiuſmodi difficultates omnem ingenii aciem cōferent. Ego profectò, quantum in me eſt, præſtantes omni laude viros, & diuina prope ac immortalitate digna noſtrorum hominum ingenia ad hāc laureolam reportandam inuito, & in id incumbant hortor, vti quam habent à natura

facultatem ampliſſimis ingenii dotibus cumulatam, eam totam in iſto Medicinæ parente euoluendo, explicando & publicando conſumant, exhauriant. Inde enim euenturum ſpero, vt non ſolùm vberrimum ingenii fructum percipiant, ſed & humanæ ſalutis conſtitutæ & Reip. Medicæ ſtabilitæ laudem ferant ampliſſimam, quæ & ad omnium ſæculorum memoriam cum poſteritatis æternitate redundabit. Me bonam vitæ noſtrę partem in hac palęſtra detriuiſſe, & in hoc vno ſtudio quaſi tabernaculum vitæ meæ collocaſſe, adeò nunquam pigebit, vt quantulãcunq; eius vſuram, quæ adhuc reſtat, magis glorioſè collocare poſſe non exiſtimem. Ex eodem ergo oleo & opera habes hanc noſtram Oeconomiam (Lector candide) quã tibi iam multis nominibus repromiſſam, nunc demùm lubẽs repræſento, & vt æquo animo in ſolutũ accipias poſtulo. Hoc vnum tibi perſuado, me ſummis exanclatis laboribus pene totum ſtudiorum noſtrorum curriculum ad eam contuliſſe, in eaq; contexenda quaſi in aliquo peropportuno diuerſorio, aut vt veriùs dicam, extremo ætatis noſtræ portu & velut actu, non in gratiis cõquieuiſſe. Reſtat vt & nominis rationẽ & ad eã cognoſcendã inſtituti noſtri viam tibi aperiã. Oeconomiæ certe nomen per abuſio-
Cap. 3. lib. 3. nem eſt poſitũ, quòd nomine Latino careat (vt teſtatur Fab. Quĩntil.) à cura rerum domeſticarum, pro vocum ipſarum diſpenſatione, adminiſtratione, hoc eſt vſu & explicatione. Ac veluti in cura rei familiaris & rebus domeſticis, non ſatis eſt tũ ciborum, qui ad victum pertinent, tum etiam veſtium, vaſorum, inſtrumentorum & ſupellectilis, quæ ad ornatum confert, rationem habere, ſed eorum omnium vſus, diſpenſatio, diſtributio, & proba collocatio ad vitæ neceſſitudinem valde eſt accõmodata: Sic in hoc ſummo Medicinæ parente parui eſſe momenti exiſtimo, ſelectas plurimas & explicatas habere voces obſcuriores, niſi & vſum & ordinem ac diſpoſitionem & verò genuinam explicationem adhibueris. Quod certe in hac noſtra Oeconomia non tam perficiundi ſpe, quàm experiundi voluntate, nos præſtitiſſe confido.
Lib. 6. Epid. ſect. 2. aph. 33. Adde quòd τὴν περὶ τὸν νοσέοντα οἰκονομίην ab Hippocrate grauiter decantatam, hac noſtra tractatione non leuiter (vt reor) exprimimus. In Hippocratis verò ſcriptis recenſendis codices Græcos Frobenianos ſecutus ſum, iis præcipuè quæ Galeni opera carẽt. At in Galeni Commentariis & eius libris, ad codices Græcos Baſilieẽſes qui ex Bebelii officina prodierũt ſub annum 1538 numeros & paginas noſtras accommodauimus. Reliqua certe plana ſunt & fide digna notata. Idq; te neſcire nolui, vt faciliore opera ad eius cognitionem & vſum peruenias, ne velut in tenebris palpantium more in hoc opere tibi ſit incedendum. Iſtam autem tam longam nominum noſtrorum repræſentationem ac ſolutionem, vt pro tuo cãdore æquanimiter accipias te vehementer etiam atq; etiam rogo. Ex Mediomatricibus ipſis 18 Cal. Nouemb. 1587.

# OECONOMIA HIPPOCRATIS,

*Alphabeti ſerie diſtincta.*

## TO A.

Ἀγαθὸν apud Hippocratem, ἀσφαλὲς, βέβαιον, ἀληθὲς, καὶ διηνεκὲς exponit Gal. Com. 2. in lib de fract. (pag. 548. 21) certum, ſtabile, verum, perpetuum. vt ἀγαθὸν μαρτύριον, idoneum ſignum. μαρτύριον enim σημεῖον illic ſignificat, vt ſcribit Gal. Idem quoque Com. 2. in lib. de artic ἀγαθὸν antiquis dici cōſueuiſſe ſcribit, de eo quod in ſuo quoque genere primum eſt, (pag. 607, 15.) vt ἀγαθοὶ πυροὶ, optimum triticum, quodque compactum & denſum eſt. ἀγαθὸν, ἄμεινον, melius ſignificare ſcribit Gal. com. ad aph. 25. li. 4. ἀγαθῶς quoque pro καλῶς poni, ſicq; antiquis vſurpari plærunque ſcribitur Com. 2. in lib. de fract. (pag. 545. 51.) ἐπιδεῖν ἀγαθῶς, αὐτὴ τῇ καλῶς, probè deligare, & deligationem quæ καταρτισμῷ dicitur, adhibere, quòd fractis conueniat. Erotianus apud Hippocr. ἀγαθὸν, συμφέροντα ſignificare contēdit. ἀγαθὰ etiam dicuntur commoda, emolumenta, M. Tullio res ſecundæ. Sic enim hanc Stoicorum definitionem, φθόνος, λύπη ἐπ' ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς, vertit Tuſcul. 4. Inuidentia eſt ægritudo ſuſcepta, propter alterius res ſecundas.

Ἀγάλλεται apud Hippocr. Erotianus γαυριᾷ expō nit, hoc eſt, geſtit præ nimio gaudio, exultat, gloriatur, ſe venditat, μέγα φρονεῖ, ex lib. 2. de art. (p. 606, 2) ἀγάλλεται μᾶλλον ἰητρὸς, gloriatur certe medicus. At Bacchium reprehendit Erotianus quòd ἀγάλλεται, τέρπεται, oblectatur expoſuerit, verſum Homericum ex Il. π. (91) adducens. Heſychius ἀγάλλεται, τέρπεται, γαυριᾷ, exponit.

Ἀγκιδες, ſic ſcribitur Galeno in Exegeſi vocum Hippocrat. & allij capitis partes ſignificare vult. Vide Ἄγλιθες.

Ἄγγος vas & concepraculum ſignificat, & pro vtero ſumitur Hippocrati lib. 6. Epid. aph. 17. ſect. 5. etſi id quidem inſolenter & præter conſuetam Hippocr phraſim, vt illic ſcribit Galenus. νοσῶδες τὸ ἄγγος morboſum vteri conceptaculum.

Ἀγγεῖον Galeno ſæpe vſurpatur pro vena & ſanguinis conceptaculo. Vnde ἀγγειολογία.

Ἀγκάλη, ancale & ancala, dicitur Cælio Aureliāno cap. 1. lib. 5. Tardarum paſſionum, quem poplitem dicimus, forte pro ἀγκύλη, de qua mox.

Ἀγκύλη eſt articulorum contractio, vbi præ tumoris duritie, aut craſſioribus infarctis humoribus contrahuntur, cùm extendentibus membrum muſculis tendo non obſequitur. Id in poplite, cubito & digitis contingit. Gal. Com. 3. in lib. de artic. Ἀγκύλας recenti cicatrice contractos articulos vertit Celſus lib. 5. cap. 18. ἀγκυλώσεις & ἀγκύλας vocat Paulus articulorum adſtrictiones, aut detētos & contractos articulos, καὶ τῶν ἄρθρων κατοχὰς, διὰ σύντασιν ἢ νευρώδη τινα τῶν ὑγρῶν σκληρυνομένας, ex humoribus infarctis & neruea quadam tenſione. Dicitur & ἀγκύλη authori Definit. Medic. (p. 401) πάθος περὶ τὸν τράχηλον ἢ τὰ ἄρθρα πίπτον, δι' ὃ ἐμποδίζεται ἡ ἐνέργεια. affectus ceruicis & articulorum, tendines occupans, & functionē impediens. Iſagoges authori περὶ ἱερῶν συμπτώματα καὶ ἀγκύλη ponuntur. (pag. 387.) Ea dictione vtitur Hippocrates lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος, (pag. 114. 2.) vbi ἀγκύλαι καὶ τὰ ἄρθρα ἐσκληρυσμένα, articuli indurati & contracti ſimul iunguntur, iiſque calidæ fotu remedium adhibet. Ἀγκύλῃ contrarium vitium eſſe ſcribit Gal. ὀρθόκωλον, vbi articulus perpetuò tenditur neq; inflecti poteſt, Com. 3 in lib. de art. (pag. 634. 14.) quod tamen melius ὀρθόκωλα σχῆμα ſcribitur. Ibidem quoque (pag. 636. 22) τὰ ἀγκυλούμενα καὶ ὀρθόκωλα inter ſe ex aduerſo oppoſita eſſe ſcribit. Ἀγκύλη quibuſdam amentum exponitur, quòd ἀγκύλη lorum iaculo adalligatum ſignificet. Seruio enim amentum dicitur lorum quo media haſta religatur: & Feſto amenta ſunt, quibus, vt mitti poſſint, iacula vinciuntur, vnde & amētatæ haſtæ. ἀγκύλη etiam iaculi genus ſignificat. Sed ἀγκύλη magis curuationem indicat, vt ἀγκύλον, curuum, aduncum aut tortuoſum, σκολιὸν exponit Heſychius ἐπικαμπὲς, στρεβλόν. ἀγκύλα τόξ' ἀφάοντα dixit Homer. Il. ζ. (v. 322.) curuos & aduncos arcus attrectantem, vt aduncos arcus dixit Ouidius. Qua ratione appendices geminas ex ſimplici aut duplici loro, ſpiritis coriaceis vtrinque ex latere annexas, velut

cap. 55. lib. 4.

aures quaſdam aut anſas, in quas virgæ corneæ coniectæ, tibiæ fractæ extenſionem faciant, ἀγκύλας vocat Hippocr. lib. 3. de fract. (pag. 566. 44.) quòd anſarum inſtar aut aurium quæ ſunt in vaſis, incuruæ ſint ac inflexę. Sic enim Galeni locus in Commentario mihi accipiendus & emendandus videtur, qui noſtris in exemplaribus admodum deprauatus legitur. Hinc etiam ἀγκυλωτὸν exponitur Gal. in Exegeſi vocum Hippocr. ἀγκύλην ἔχον, anſulatum, anſulam aut annulum incurnum quo præhendatur, habens: additurque εἰρῆσθαι ἐπὶ κερτόμασι. Quod tamen (vt ingenuè fatear) nondum mihi liquet, neque me apud Hippocratem legere memini. Eſt & ἀγκύλη Heſychio ἡ καμπὴ τοῦ ἀγκῶνος, cubiti inflexio, aut cubiti flexus. ἀγκύλην etiam ſuffraginem aut poplitis flexum ſignificare annotat Vatinus & Budæus, τὸ ὄπισθεν τοῦ γόνατος, ex quo fortaſſis ancale Aureliano deducitur. Ἀγκύλωσις autem dicitur Iſagoges authori oculi vitium, ὅταν προσπεφύκῃ τὰ βλέφαρα ἢ τῷ λευκῷ, ἢ τῷ μέλανι ἐξ ἑλκώσεως, vbi ex vlceratione cohæreſcunt palpebræ cum oculi albo vel nigro. (p. 386) ἀγκυλοβλέφαρον dicitur Celſo cap. 7. lib. 7. ἀγκύλωσις & τῶν βλεφάρων πρόσφυσις Aetio Tetrab. 2. lib. 3. cap. 64. Ἀγκυλόγλωσσον verò quid ſit, & quinam dicantur ἀγκυλόγλωσσοι, habes ex Paulo lib. 6. cap. 29. & Aetio Tetra. 2. lib. 4. cap. 36.

Ἀγκυρομήλη Galeno in Exeg. & Erotiano exponitur ἄγκυρον, hamus aut vncus, ſpecium ſiue ſpecillum hamatum quo medici vulnera & vlcera pertentant, dicit Gorrh.

Ἀγκὼν dicitur Hippocrati cubiti gibbus & eminentia, aut cubiti flexura, eſtque cubiti os acutiſſimum, quod etiam ὠλέκρανον, hoc eſt vlnæ verticem & cubitum vocant. Gal. cōm. 2. in lib. de fract. (p. 555. 56.) ἀγκὼν eſt Hippocr. os illud cubiti cui innitimur. lib. de fract. (p. 530. 39.) Quem locum adducit Gal. Com. 2. in lib. de fract. Idem lib. 2. de vſu part. cap. 14. ſcribit ἀγκῶνα Hippocr. vocare quod Athenienſes ὠλέκρανον nominant. In Exegeſi quoque ὠλέκρανον τὸ ὠλέκρανον, ὅπερ καὶ ἀγκὼν exponitur. ἀγκὼν pro eo articulo qui eſt in cubiti gibbo aut cubiti flexu ſumitur Hippocr. lib. de fract. (p. 555. 43.) cùm ſcribit, ὁμοίως γὰρ ὁ ἀγκών τε καὶ ἡ ἰγνύα κάμπτεται, neque enim ſimiliter articulus ad cubiti gibbum, & poples flectuntur. Ibi enim ἀγκὼν dearticulationem quæ eſt in cubiti gibbo ſignificat, vt exponit Galen. quod etiam altero exemplo ex Hippocr. adducto confirmat.

Ἀγλαΐζει, ornare, decorare, honeſtate, illuſtrare, ſplendidum facere ſignificat. πρόσωπον ἀγλαΐζει lib. 2. περὶ γυναικείων (p. 284. 41. faciem ornat, emundat & decoram reddit. ἀγλαΐζεται, καλλωπίζεται apud Hippocr. exponit Erotianus, & ἀγλαὸν τὸ καλόν. Sed forte ἀγλαΐζει & καλλωπίζει legendum ex loco adſcripto.

Ἄγλιθες alliorum capita ſeu nuclei dicuntur, Galeno in Exegeſi τὰ μόρια τῶν σκορόδων τῆς κεφαλῆς, alliorum capitis partes, quę ſegmenta dicuntur, & Dioſcoridi γέλγεις lib. 2. cap. 182. Theophraſto γέλγεις, quibuſdam etiam σκελίδες. Plinius nucleos vocat, Columella ſpicas. Sed ἄγλιθες ſcribitur in Exegeſi vt & Heſychio, ἐξ ὧν ἡ κεφαλὴ συνέστηκε τῶν σκορόδων, grana ex quibus alliorum caput compactum eſt. (Etſi vitioſè ἀγλιδὲς apud Heſychiū ſcribitur.) Sed ἄγλιθες ſcribitur apud Gal. in dictione ἀγλῖθες & μώλυζα. Ea dictio vſurpatur Hippocr. lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 274. 19.) προσβάλλειν σκορόδων ἀγλῖθας τέσσαρας. quatuor allij nucleos aut ſegmenta ante terito. Ex quo ἄγλιθες aut ἄγλιθες apud Gal. legendum exiſtimo. Vtitur etiā Ariſtoph. Acharn. vbi Scholiaſtes ἄγλιθας τὰς κεφαλὰς τῶν σκορόδων exponit, vt & in Veſpis, vbi certe ι producitur, & ἀγλῖθας ſcribitur vt & prius ἀγλῖθας, etſi vtrunque (vt opinor) vitioſè. Ἀγλίδια dicuntur Heſychio σκόροδα, aliis ἀγλίδια, vt & ἄγλιθες & ἄγλιδες.

Ἄγνοια ignoratio dicitur, & mentis occupationē ſignificat, ſtupiditati & dementiæ proximā, aut memoriæ vitium, cùm quis ex morbo ita mente læſus eſt, vt hebeſcens ſenſuum acies ferè obſtupeſcat, adeò vt familiares non agnoſcat. Quod multis cōtigiſſe in memorabili illa peſte Athenienſium Thucydides ſcripto prodidit. Affectus τῇ μωρώσει proximus vt ſcribit Gal. com. 2. in Prorrh. (p. 198. 6.) Sic ἄγνοιαν explicat Gal. μὴ γνωρίζειν τοὺς συνήθεις, familiares non agnoſcere Com. 2. in Prorrh. (p. 190. 43.) fereque ab Hippocr. cum obliuione iungitur, ibidem & in Coac. Prænot. (p. 424. 38.) Eadem ratione ἄγνοια ἀγνωσία Heſychio dicitur.

Ἄγνος λευκὴ vitex alba vſurpatur Hippocrati lib. 1. περὶ γυναικείων (p. 258. 5.) τῇ ἐκβολῇ. Erotianus ἄγνον, λύγον exponit apud Hippocr. citato Nicandri teſtimonio Theriac. (v. 71.) Eſt autē ἄγνος aut vitex tum flore albo, tum purpureo. Caſtitatem inuiolatam ſeruat & Veneri aduerſatur, vnde ἄγνος dicitur.

Ἄγονοι dicuntur mulieres quæ aut nunquā pepererunt, conceptus tamen habilitatē habent, aut quibus intercepta fœcunditas facilè reſtituitur. Lib. 2. Epid. (p. 317. 31.) τὰς ἀγόνους πυρῶν & φαρμακείων, frumentum & medicamentum reſtibilem fœcunditatem affert. At ἄγονοι ἡμέραι, dies pares Hippoc. intelliguntur, in iudicationis ratione, vt & γόνιμοι impares, lib. 2. Epid. ſect. 6.

Ἀγορὴν ἐργάζεσθαι, forum frequentare, in concione verſari, aut conuentus facere & concionem aduocare, velut ἀγορὴν ποιεῖν. Lib. περὶ εὐσχημοσύνης. (pag. 15. 1.) καὶ ἀγορὴν ἐργαζόμενοι εἰσί, μετὰ βαναυσίης ἀπατῶντες, hi conuentu facto, ambitioſa & quæſtuoſa ſua profeſſione decipientes. De Sophiſtis dicitur qui fora frequentabant, & ſua ambitione ac faſtuoſa profeſſione in circulis vagabantur, per vrbes auditorum celebritatem aucupātes. Zuingerus ἀγορὴν ἐργαζόμενοι acroaſes facerent dixit, de diſcipulorū freqnētia capiēs, quòd Sophiſtę in locis publicis acroaſes facerēt, & diſcipulorū caterua ſtipati per fora vagarētur.

Ἀγορανόμος idē quod ἀγορατίμος. Agoranomū dixit Plautus Captiuis & Curculione, & annonæ præ-

næ præfectum, fori curatorem & cenſorem, aut prætorem vrbanũ ſignificat, & eum magiſtratum qui rerum venalium curam gerit, vt ſcribit Ariſtot. Polit. lib. 4. cap. 4. Ædilem vertunt interpretes, ſed ædilitas magis circa res vrbanas verſari videtur & ἀστυνομίας complecti, vt idem ſcribit Polit. lib. 6. cap. 8. Vſurpatur hæc dictio Hippocr. lib. 4. Epid. (p. 330. 49.) ἡ Τεκομαίου ἀγρονόμου θυγάτηρ, apud Tecomæum præfecti annonæ filia. Verùm ἀγρονόμος forte pro ἀγορανόμος paſſim legitur.

Ἀγχιθῶσι legitur apud Hippocr. lib. 2. περὶ γυναικείων (p. 278. 42.) ἢν ἀγχιθῶσιν αἱ μῆτραι, ſi efferati aut irritati vteri fuerint, veluti à Themate ἀγχίομαι. Verùm illic Erot. ἀγχιθῶσι legiſſe videtur, ab ἀγχίζομαι, quod explicat ἄγχι χωρίζεσθαι, ἀντὶ τοῦ ἐγγὺς ἀπὸ τῆς ἐμμηνίου καθάρσεως, hoc eſt, prædam expetant, aut ad conceptum ferantur à purgatione menſtrua. Dictum autem eſſe verbum ſcribit, ἀπὸ τῶν ἀγχιζομένων ζώων, ab animalibus, quæ ad prædam expetuntur. Heſychius certe apud Hippocr. ἀγχισθῶσι legiſſe videtur, cùm ἀγχιθῶσι, συνσπασθῶσιν exponit, hoc eſt, conuulſi fuerint. Idem quoque ἀγχίζειν συνάπτειν explicat, quod eſt ſequi. Quæ etiã ſignificatio Hippocr. loco congruere poteſt, vt vteri ad conceptum ſequantur & ferantur. Sed apud Hippocr. & Heſychium ἀγχισθῶσι legendum videtur, quemadmodum exemplaria quædam apud Erotianum etiam habere contendunt. Quod diligenter annotauit Henricus Stephanus literarum Græcarum decus & columen. At certe (vt ingenuè dicam quod ſentio) Hippocr. locus ille mihi non minimum ſuſpectus videtur, & pro ἀγχιθῶσι φυσηθῶσι ex lib. περὶ γυναικ. φύσ. (224. 35.) legendum arbitror, vbi eadem repetuntur (etſi illic vitioſè φυσιωθῶσι pro φυσηθῶσι ſcribitur) vt ſit φυσηθῶσιν αἱ μῆτραι, εἰ ἐν τῷ ξυνεῖναι, hoc eſt inflati fuerint. Sunt enim omnia quæ illic ſcribuntur, flatuum vtero cõceptorum certiſſima iudicia. φύσημα autem Galeno ἐμφύσημα inflatio, exponitur in Exegeſi, & φυσῶν ὁ ἐμφυσῶν, & φυσιωμένον τὸ ἐμφυσώμενον. Heſychius quoque φυσᾶν φυσῶν inflare exponit, & πεφυσημένος καὶ ἐμφυσημένος, & φυσιούμενον ἐμφυσούμενον. Corrupti autem Hippocratis loci ſuſpicionem auget etiam Erotianus, qui ἀλεξηθῶσι eadem, qua ἀγχισθῶσι ſignificatione poſitum annotat. Quibus verbis aut ἀλεξηθῶσι pro ἀγχιθῶσι quibuſdam ſuppoſitum fuiſſe innuit, aut certè alio loco eo ſignificatu Hippocrati vſurpatum. quod nec dum mihi planè compertum eſt.

Ἀγχιτερμάτωνες dicuntur agreſtes Pyrrhonij philoſophi, ex hæſitantium genere (quos ἀπορητικοὺς vocant) ex Scepticorum numero, qui ne ſuos quidem affectus agnoſcere fatentur. Galenus lib. 4. de diff. pulſ. (p. 43. 37.) ἀγχιτερμόνες iidem vitioſè dicuntur Gal. περὶ τῶν πεπονθότων (p. 455. 44.)

Ἄχορον, ὀρεινόν, montanũ exponit Gal. apud Hippocr. in Exegeſi.

Ἀγχινίας apud Hipp. dicuntur Celſo cap. 1. lib. 2. nocturnæ vigiliæ, ex aph. 14 & 31. lib. 3.

Ἄγυια ἀδυνατῆ exponit Gal. apud Hipp. in Exegeſi, imbecilla, inualida, debilia. Locus eſt lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 140. 16.) καίτοι γὰρ τὰ πολλὰ συμβαίνει ἰδεῖν, ἐν ἀγυίᾳ [τὰ παιδία] ferè enim plærunque contingit, vt dum parui exiſtunt, debiles ſint [fœtus.]

Ἄγχιστα, ἐγγύτατα ſignificat proxime, propinquiſſimè. ἀντὶ τοῦ μάλιστα apud Hipp. poni teſtatur Erotianus, maximè. Sumitur & pro freqnẽter ac continuè, quia qui proximi inter ſe ſunt, con iũgantur. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 78. 47.) ἄγχιστα δὲ χρονίοι αὐτοῦ περὶ ἀνθρώπων ἰδέης (μελικρήτου) frequenter autem huiuſmodi (mulſa) coctã vtendũ. Vbi interpretes Proximè vertũt. Sic lib. de art. (p. 606. 21.) ἄγχιστα δὲ ἡ διάθεσις μοι δοκεῖ εἶναι. proximè autem mihi videtur deligatio contra facere, hoc eſt morbo reſiſtere & maximè iuuare. ἐν ἰσχύει τοι δοκεῖ καὶ ὠφελεῖν exponit Gal. Sic enim apud eũ leg. exiſtimo cùm ἀλθαινέτω corruptiſſimè ſcribatur. Eadem quoq; phraſis eſt ibidẽ lib. de art. (p. 645. 29) ἄγχιστα δὲ εἴ τι ἄλλο ποιεῖν, proximè autem ſi quid aliud facere, hoc eſt maximè iuuare. (Quæ certe locutio Celſo familiaris videt, vt illud ἄγχιστα exprimat.) Sic lib. de art. (p. 596. 40.) ἄγχιστα δ᾽ ἂν ἐς δαιὴν πρὸς, quã proximè aũt res cõfieri poſſit. Et rurſus ibidem (p. 597. 8.) ἄγχιστα μὲν ἡ κληῒς πρὸς τὸ τοῦ ὤμου ἄρθρον πλανᾶται. Sed iugulum quidem proximè ad humeri articulum fluitat. Vbi ἄγχιστα ἐγγυτάτω exponit Gal. & ambiguum eſſe ſcribit an ad locũ, an verò ad rei naturam referendum ſit. Hinc ἀγχιστεύειν propinquum eſſe & iure cognationis aliquid capeſſere, aut circa rem aliquam verſari. ἐν παραγγελίαις (p. 18. 25.) ἀμα μᾶλλον οἱ ἀγχιστεύοντες ἀγοραίης ἐργασίης, φρόνιμοι ταῦτα εὑρήσιον. Sed hoc magis expeditè faciunt, qui circa negotia forenſia & quæſtus verſantur, qui forenſem quæſtum ſectantur, & ei propinqui ſunt, etſi aliter diſtinguitur vulgatis in codicib⁹. Quæ certè phraſis animaduertenda eſt.

Ἀγχόμενος apud Hipp. πνιγόμενος qui ſtrangulatur aut ſuffocatur exponit Gal. in Exeg.

Ἀγωγή, ordinem, viam, rationem & ductum, totum rei ſtatum & tenorem, vitæ rationem ac inſtitutum ſignificat. Lib. 7. Epidem. (p. 367. 14.) τῆς δ᾽ αὐτῆς ἀγωγῆς ἰούσης. hoc autem rei ſtatu, hoceſt cùm ea ratione & via procederent. Significat etiam totum morbi decurſum totamque curationem, quomodo ſumpſiſſe videtur Caluus. Apud Gal. lib. 2. ad Glauc. (pag. 213. 27.) pro agendi & curandi ratione ſumitur. οὐκ ἔτι δυνατὸν τῆς τοιαύτης ἀγωγῆς, σκοπὸν ἔχοντας τὸ μικτὸν δὲ δυνάμεων, hac ſcilicet curandi ratione nullam amplius mixtam facultatem quaſi ſcopum, habente. ἀγωγὴν apud Hippocratem τοῦ καταστήματος τοῦ περιέχοντος, ambientis nos aëris ſtatum ac conſtitutionem denotare ſcribit Galen. Comm. 2. in lib. 1. Epidemior. (pag. 350. 58.) γενομένης δὲ τῆς ἀγωγῆς ὅλης ἐπὶ τὰ νότια, exiſtente toto ſtatu auſtrino. Sic lib. 2. Epidemior. (pag. 315. 6.) ὥρη ἔτεος, καὶ ἔτος, καὶ ὁποίης ἀγωγῆς, anni tempus quod nam

ſit, & qualiter circumſcriptũ ſit, dicitur, pro eo qui nos fouet aëris ſtatu.

Ἀγώνισμα contentionem, contentionum præmium & fructum ſignificat apud Hippocr. Prorrh. 2. (p. 414. 7.) ὅστις δὲ τοιούτων ἐπιθυμεῖ ἀγωνισμάτων, quiſquis huiuſmodi contentionum præmium reportare deſiderat, aut quiſquis huiuſmodi contentiones appetit, in talibus ſtudiis palmã ferre expetat, dixit Corn. Agitur autem de prædictionibus quæ Medico dignæ ſint, eique gloriam comparare poſſint, ideoque ἀγώνισμα hîc ingenij ſpecimen aut oſtentationem popularem indicare poteſt. Eumq; locum mihi ſubindicare videtur Heſychius, cũ ἀγωνισμάτων, ὀχλικῶν ἐπιδείξεων exponit. Sic ἀγωνιστικὸν Erotianus ὀχλικὸν exponit, quod eſt populare, aut turbæ popularis gloriam captat (τὸ γὰρ ἀγὼν ἀπὸ τῆς ὀχλήσεως) vt idẽ ſcribit. Quo loco mihi videtur locum lib. de art. innuere (p. 653. 44.) ἀγαθὴ μὲν ἔστι τὸ δικαίη, καὶ κατὰ φύσιν ἐμβολή, καὶ δὴ τὸ καὶ ἀγωνιστικὸν ἔχουσα, hæc quidem proba & iuſta, ac ſecundum naturam repoſitio eſt, ſaneque ad gloriam ferè eſt comparata. Hîc enim ἀγωνιστικὸν τὸ ἔχειν, ad ambitionem, ad laudem & gloriam eſſe comparatũ ſignificat, & ambitioſæ concertationis neſcio quid habere aut oſtentationis. Glorioſum quiddam habere dici poteſt, velut glorioſè dixit M. Tullius Oratorio 2. (Exorſus es enim non glorioſè magis, vt tu putas, à veritate, quàm à neſcio qua dignitate) Eamque eſſe Hippocr. mentem ſatis indicat Gal. qui eum in ſenſum alterũ Hippocr. ex eodẽ lib. locum (p. 654. 20) accõmodat, vt ἀγωνιστικὸν τὸ ἔχειν idem fere ei ſignificare videatur, quod prius dixerat Hippocr. ἐγχειρεῦντι πολλοῦ ὄχλου, autæ popularis gloriolam captare, & vulgi auram affectare. Hanc enim in partem ὄχλος & ὀχλικὸς mihi potiùs ſumendum videtur, quàm vt negotij aut moleſtiæ plenum ſignificet. Non abſimili ratione τὰ περίῤῥημα λαμπρὰ καὶ ἀγωνιστικὰ efferuntur Hippocr. lib. de art. (p. 657. 54.) prædictiones ſplendidæ, ſpecioſæ & glorioſæ, hoc eſt palmares & egregiæ, arduæ, præmio & certamine dignæ. Non ſecus ac palmarem ſententiam dixit Cic. lib. de nat. deo. & palmarem ſtatuam Philip. 6. Ἀγωνιστικὸν βοήθημα dicitur Gal. lib. de temp. totius morbi (p. 388. 31.) remediũ vehemens, efficax, egregium, quódque vehementiam habet. ἐπὶ δὲ τῆς ἀρχῆς καὶ τῆς τελευτῆς τὸ ἀγωνιστικὸν, in principio & fine quod eſt efficax. Innuit Galenus initio morborum & circa finem, efficacia remedia, quæque vehementiam habeant, exhibenda, vt in ſtatu mitigandi facultatem ſortita, ex aphor. 30. lib. 2. Eadem quoque ratione ἀγωνιστικῶς efficaciter, vehementer & contentioſè aut inteſè ſignificat. Gal. lib. περὶ μαρασμοῦ (p. 378. 21.) ὕδατι δὲ ψυχρῷ κατὰ μὲν τὴν ἀκμὴν τοῦ νοσήματος χρηστέον ἀγωνιστικῶς, circa morbi vigorem frigida vtendum contentioſè, hoc eſt audacter & liberaliter. Sic enim idem explicat. οὕτω γὰρ ὀνομάζειν εἰώθαμεν, ὅταν ἀθρόον τε καὶ ψυχρότατον δῶμεν. Sic enim dici ſolet vbi cumulatum ac frigidiſſimã damus. Quę in vſum ſuum tranſtulit Paulus lib. 2. cap. 30. in febrium curatione ex eryſipelatis circa viſcera affectione. ὕδατι δὲ ψυχρῷ κατὰ μὲν τὴν ἀκμὴν τοῦ νοσήματος χρηστέον ἀγωνιστικῶς, τουτέστι ψυχροτάτῳ. aqua verò frigida circa morbi vigorem vtendũ cum cõtẽtione, hoc eſt frigidiſſima. Vbi neſcio an ἀγωνιστικῶς melius legatur. Diſertis verò verbis Galeni locum exprimit Aetius tetrab. 2. lib. 1. cap. 89. ψυχρῷ δὲ κατὰ μὲν τὴν ἀκμὴν τοῦ νοσήματος χρηστέον ἀγωνιστικῶς. οὕτως δὲ ὀνομάζειν εἰώθαμεν, ὅταν ἀθρόως καὶ ψυχρότατον καὶ πολὺ δίδομεν. frigida autem in morbi vigore contentioſè vtendum. Sic autẽ dicere conſueuimus cum ſemel & frigidiſſimã & copioſam exhibemus. Quæ verba etiam Trallianus extremo lib. 12. repetit. Quibus in locis ἀγωνιστικῶς magnã virium contentionẽ indicat, & gnauiter, ſtrenuè, intrepidè, alacriter ſignificat, videturq; ab athletico habitu traductum, in quo poſt magnã exercitationem aqua affatim & quàm frigidiſſima intrepidè bibitur. Sic lib. 8. κατὰ τόπ. (p. 276. 27.) πρὸς μίαν τῶν εἰρημένων διαθέσεων ἀγωνιστικῶς ἱστασθαι dicitur, gnauiter & ſtrenuè cõtra aliquam ex prædictis affectionibus inſtare. Ibidẽ (v. 28.) πρὸς μίαν διάθεσιν ἀγωνιστικῶς συγκεῖσθαι, de medicamẽto quod ad aliquam affectionem gnauiter facit, & aduerſus eam cõtentioſè eſt cõpoſitũ.

¶ Ἀδήξασθαι exponitur Galeno in Exeg. apud Hippocr. δάκνεσθαι κνησμωδῶς cũ pruritu morderi, & ἀδήξασθαι idem eſt quod ὀδάξασθαι, morderi, lancinari, pungi, prurire. Qua dictione hunc in modum vtitur Hippocr. Lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 282. 19.) τὸ αὖθις κάκιον ἴσχει τε ἀδάξεται, ruſuſq; peius habet & mordetur. Et (p. 284. 18.) ὁκόταν δὲ δάκνωνται τῇ γυναικὶ αἱ μῆτραι καὶ ἀλγέῃ, τε ἀδάξωνται, cùm mulieri mordentur vteri, dolet & lancinatur. Cùm verò ἀδάξομαι idem quod ὀδάξομαι indicet, extremum tamen crebriùs Hippocrati vſurpatur. Lib. 2. περὶ γυναικείων. (p. 280. 14.) προστιθέσθω δὲ ἅσσα μὴ ὀδάξεται, quæ non mordent, apponito. & lib. 1. (238. 44.) τε ἢν σκιρρωθῶσιν, ἀφ᾽ ὧν τὰ δριμέα τι προστιθέναι ὀδάξονται γὰρ τὰ λεπτά, καὶ θερμὰ ὁ τύλον τὸν σκληρὸν διαχεῖ, (Sic enim apud Erotian. in dictione σκιρρωθῶσι leg. videtur, cùm paſſim vitioſa admodum ſit ſcriptio.) Quòd ſi ad inſtar calli indurruerint, præſtat acria admouere. Mordent enim quæ tenuia ſunt & feruida, & callum liquant. Sed certè mendoſus eſſe locus videtur, & ἀδάξονται γὰρ τὰ λεπτὰ leg. ſuſpicor, vbi paſſim ἀδάξονται ſcribitur (etſi poſt has noſtras lucubrationes fœliciſſima Cordæi lectione vti licet, vt ſcribatur ἀδάξονται γὰρ τὰ γλυκέα.) Sic lib. περὶ ἀέρων (p. 57. 47.) καὶ ὀδάξονται τὸ ἄλογον καὶ ὑπ᾽ ἐξωτικῆς ὄν, mordẽtur enim ſi quid præter rationem & conſuetudinem fiat. & (p. 58. 5.) ὀδάξονται μυκτῆρας nares arroduntur. Quibus tamen in locis ὀδάξασθαι ſignificationem actiuam habere poteſt. Ἀδαξᾶσθαι autem etiam quibuſdam ab ἀδαξάομαι, vt & ὀδαξᾶσθαι dici videtur, qui leg. lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 263. 8.) ἢν ἕλκεα φύωνται καὶ ἀδαξῶνται (cùm paſſim ὀδαξῶνται legatur) ſi vlcera fiant ac morſum excitent, pro quo ξυσμὸς

λαμ-

παμβαίη ponitur lib. περὶ γυναικείης φύσιος (pag. 227. 8.) Qui certe locus mihi à Gal. in Exeg. expreſſius ſubindicari videtur, vt pro ἀδαξᾶσθαι ἀδαξᾶται legatur. & κνῆται κνησμώδως. Neq; enim aliàs huius dictionis vſum temere apud Hippocr. reperias. Dicitur etiam ἀδαξῆσαι, vt & ὀδαξῆσαι, & ὀδαξησμῷ ex Hippocr. agnoſcere videtur Erotianus, vt io dict. ἀχυρμῶν ſcripſimus. Ἀδαξῆσαι verò κνῆσαι Heſychius & Suidas exponunt, etſi ξῦσαι, vitioſè ſcribitur apud Heſych. Sic ἀδάξω, κνίθομαι, ἐπιθυμῶ, cupio, appeto, prurio, ſignificat.

Ἀδελφὰ παθήματα dicuntur conſimiles & germanæ affectiones quæque inter ſe cognationẽ habent. Lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 243. 16.) ἀδελφὰ τῷ προτέρῳ παθήματα, priori conſimiles affectiones. Ἀδελφίζεσθαι Hippocr. οἰκειοῦσθαι ſignificat, & de iis dicitur quæ inter ſe maximam cognationem & ſimilitudinem habẽt. Sic ἠδέλφισται οἰκείωται apud Hipp. exponit Gal. in Exeg. quod legitur lib. περὶ ἀγμῶν (p. 568. 42.) πολλαχῇ δὲ ἠδέλφισται τὰ ἔργα τοῖσιν ἰητρείοισιν, multis autem modis quædam inter ſe affinia ſunt & maximè ſimilia. Vbi ἠδέλφισται, ὁμοιότητα καὶ κοινωνίαν καὶ συγγένειαν ἔχει exponit Gal. ſimilitudinem, cognationem aut communionem & familiaritatem inter ſe habent, eamque dictionem Hippocrati vſurpari ſolitam ſcribit, de his rebus quæ magnam inter ſe affinitatem & coniunctionem habent. Quæ nanque germana ſunt, magnam inter ſe habent cognationem. Hanc etiam dictionem vſurpat Hipp. lib. 1. περὶ γυναικ. (238. 44.) κατὰ δέ τι ἠδέλφισται, quadam autem ex parte cognationem aut familiaritatem habet, hoc eſt, ad attrahendam genituram accõmodatum redditur. Loquitur autem de vteri oſculo, quod humidius effectum, ſemen non attrahit. Iubet verò vt ſubditis acribus medicamentis, humiditas illa deteratur. Sic enim commorſum aut compunctum vteri oſculum, firmius ad comprehendendum ſemen efficitur, & quandam cum eo cognationem aut familiaritatem habet, cum eoq; quadam ex parte accommodatur & affinitatem contrahit. Hic enim mihi videtur illius eſſe loci ſenſus, etſi totus ille locus non leniter mihi ſuſpectus eſt. Sed tamen poſt hanc noſtram commentationem auſpicatò admodũ Cordæi ſolertia diligentiſſimè perpurgatus. Ibidem quoque (p. 239. 28.) καὶ ἢν ἐπικρατέῃ τὸ δὲ ἠδέλφισται, quòd ſi præualuerit, cum eo familiaritatem & cognationem habet, hoc eſt, ei conciliatur, aptatur, accommodatur. Agitur enim de viri ſemine quod ad conceptum muliebri ſemini commiſcetur, ac velut fraternè vtero conciliatur, tuncque illi cum eo bene conuenit. Ex eodem ſenſu ſunt ἀδελφεαὶ τὰ ὁμοιώματα καὶ συγγενῆ, vt ſcribetur in diction. ἀδελφίξιες. Ἀδελφίξιες verò dicuntur Hip. partium inter ſe coniunctiones, ſimilitudines & communitates lib. de art. (p. 635. 56.) πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα κατὰ τὸ σῶμα τοιαύτας ἀδελφίξιας ἔχει, multa quoq; alia in corpore huiuſmodi cognationes habent. Vbi Galen. ἀδελφίξιας Hippocratem vocato ſcribit, τὰς κοινωνίας ἢ τὰς συγγενείας τῶν μορίων, partium inter ſe cõmunitates & cognationes, οἷον καὶ ἀδελφότητας, velut germanitates. Quem haud dubiè locum mihi ſubindicare videtur Heſychius ἀδελφίξιας κοινωνίας exponens, etſi ἀδελφίζιας vitioſè apud eum ſcriptum puto. Ἀδελφά, ὅμοια, οἰκεῖα, ὁμόζυγα, ὁμότιμα, συγγενῆ, ſignificare annotat Varinus. Eoque ſenſu βαρέα ἀδελφὰ τῶν ὀκταμηνιαίων πόνων ſcribuntur lib. 2. Epid. (p. 316. 21.) grauitates laboribus qui ab octimeſtrib. fœtibus accidunt, ſimiles aut affines. Et ruſus (ibidem v. 23.) τὰ ἐπιμήνια ἀδελφὰ τῶν ὀκταμηνιαίων γίνεται, menſtruæ purgationes octimeſtribus non abſimiles.

Ἀδήμονες dicuntur Hippocrati lib. 1. Epid. (pag. 370. 22.) qui impotenter animo anguntur, aut grauiter mœſti ſunt, præ dolore animi concidunt & exanimantur, peneque deficiunt, ſupra modum ægreſcunt, adeoque vt quemuis caſum impotenter ferant. ἄγρυπνοι, ἀδήμονες, vigiles, impotentes animi. Interpretes faſtidioſos & difficulter ferentes dicunt. Quam dictionem ex vetuſtis exemplaribus & Galeno adſcripſimus, qui ἀδημονίαν anxietatem animi aut angorẽ apponit. Sic lib. περὶ παρθενίων (p. 213. 28.) ἄχθος & ἀδημονίη ὁ θυμὸς ſimul iunguntur, anxius animus & mœrens aut fluctuans. Ἄδημον annotatur dici Euſtathio, ὁ ἐκ λύπης ὡς οἷα καὶ πρὸς κόρον ἀναπεπτωκώς, qui præ dolore & quaſi nimia doloris ſatietate fatiſcit, aut concidit. Ἀδημονεῖν etiam & ἀδημονῶν exponitur Heſychio ἀγωνιῶν ἢ κεκμηκώς, qui mœrore angitur & dolore afficit.

Ἀδόλως Gal. apud Hipp. in Exeg. ἀφροντίστως, negligenter & ſine cõſilio aut cura exponitur. Quo ſenſu ἀδόλως Heſychio χωρὶς βουλῆς ſignificat, quòd τὸ δόλος βούλευμα, & τὰ δόλια βουλεύματα ſint eidem. ἀδόλως idem ἀδόλως, ἁπλῶς ſine dolo, ſimpliciter, exponit, vt & ἀδοκήτως ἀπροσδόκητον, improuiſum, & ἄδολος ἄκακος, malitiæ expers aut ſimplex.

Ἀδιεξοδίη exponitur Erotiano apud Hippocr. ἡ τῶν ἐκκρινομένων παντελὴς ἐποχή, eorum quę excernuntur omnimoda retentio ac inhibitio.

Ἀδιάχυτοι dicuntur lib. περὶ εὐσχημοσύνης (p. 15. 7.) minimè diffluentes aut diffuſi, quiq; veſtitu & cultu ſunt frugali, minimeq; diſſoluto. ἀπερίεργοι iunguntur, minimè curioſis, aut cultu nimis ſuperfluo & curioſo gaudentibus. Zuinggerus ἀδιαχύτους eos accipit, qui ſua neque factis, neque dictis vltra quàm decet extollunt, vt & ἀπεριέργους eos qui in aliorum factis aut dictis cenſendis minimè ſunt curioſi.

Ἄδιψον ſignificat quod ſitim minimè infert eamque cohibet, vt lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 43. 11.) ἐν τῷ πτισάνης γλισχράσματι ἄδιψον dicit Hippocr. quod in ptiſſana glutinoſum eſt ſitim minimè inferre eamq; ſedare. Idem de oxymelite dicitur lib. eodem (p. 79. 57.) ἀναγωγὸν δὲ πτυάλου ἐστὶ καὶ ἄδιψον, ſputũ educit & ſitim ſedat. Sic Plinius quibuſdam glycyrrhizam ἄδιψον dictam fuiſſe ſcribit, & aqua inter cutẽ laborantibus exhibitam. Ἄδιψα etiam dicuntur medicamenta quæ ſitim abigunt & ar-

cent, qualia deſcribuntur ex Aſclepiade Galeno libro 8. κατὰ τόπ. Alioqui ἄδιψον dicitur quod ſine ſiti eſt. Vt quod ex Hippocrate adfert Plutarchus in libro de vtilitate capienda ab amico, τὸ ἄδιψον αἰνιττόμενος, ſine ſiti eſſe, innoxium.

Α'δρὸς Hippocrat. dicitur bene habitus, pinguis, fœliciter nutritus, adultus, lib. περὶ γονῆς (p. 28. 13.) καὶ τῷ παιδὶ χωρέει, ἐπειδὰν ἁδρὸς ἔῃ, & pueroquidem cùm plenè adoleuerit, ſemen profluit. hoc eſt cùm habitior fuerit, aut plenior, aut maior. Heſychius ἁδρότερον, μείζον, εὐτραφέστερον exponit. ἁδροτέρως aphor. 9. lib. 4. pleniùs ſignificat, quod Galen. σφοδρῶς vehementer explicat. τοὺς μελαγχολικοὺς ἁδροτέρως τὰς κάτω, melancholicos pleniùs per inferiora purgandos, hoc eſt vehementiùs, quòd melancholicus humor ſua natura piger, tenax & terreus, vehementiora medicamenta requirat & validioribus educatur. Quod ſcribit Galen. lib. 14. method. medic. τῷ ἁδροτέρως verò οἱ ὑποστελλόμενοι opponi videntur, qui cum cautione & ſubtimidè quid agunt.

Α'δύνατοι dicuntur impotentes, debilitati, viribus fracti, ad obeundas actiones imbecilli, in Prorrhet. (pag. 182. 15.) & Coac. Prænot. (pag. 429. 1.) In Prorrh. quoque. (183. 17.) αἱ παρὰ λόγον κατακενώσιας ἀδυναμίαι, quæ præter vacuationem fiunt impotentiæ dicuntur, vbi Gal. ἀδυνάτους ἀρρώστους κατὰ τὰς ἐνεργείας ad munia obeunda imbelles exponit. In Coacis prænot. (pag. 425. 41.) οἱ παραλόγως, μηδεμιᾶς κενώσεως γενομένης, ἀδύνατοι, qui temere ac præter rationem nulla exiſtente vaſorum inanitione impotentes fiunt.

¶ Α'εικὴς annotat Erotian⁹ ſignificare apud Hippocr. αἰσχρὸν, καταγέλαστον, fœdum, ridiculum. Heſychio quoque ἀεικὴς, ἀπρεπὴς, οὐκ εὐπρεπὴς, ἀνοικὴς ſignificat, indecens, indignum, deſpiciendum, minimè conueniens. & ἀεικῶς, ἀπρεπῶς, χαλεπῶς, indecenter, indignè, Varinus addit ἀσυνήθως. Cui quoque ἀεικὴς, αἰσχρὸς, ἀπρεπὴς, ὁ μὴ ἔοικεν exponitur, fœdus, indecorus, indecens. Locus eſt quem indicat Erot. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 68. 26.) ἀεικὴς δὲ καὶ ὅδε κατακενώσιος ἀσθενέοντα μὴ γνῶναι. Indecorum aũt eſt ac probro vertitur ſi quis eum qui ex vaſorum inanitione malè habet non cognoſcat.

Α'είρειν, προσφέρειν ſignificare apud Hippocr. annotat Erotianus, quod eſt præbere, adferre, aut offerre. Quod legitur lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 270. 18.) πρὸς δὲ τὰς ῥῖνας ἀείρειν, μὴ δὲ τὸ φάρμακον πίνειν νῆστιν, ad nates autem nihil admoueto, neque medicamentum ieiunæ propinato. Quanquam legendum videtur, πρὸς δὲ τὰς ῥῖνας ἀείρειν, μηδὲ τὸ φάρμακον πίνειν νῆστιν, πλὴν τὸν κάστορα, vt caſtorium naribus admouendum ieiunæque propinandum conſulat. Heſych. quoque ἀείρειν προσφέρειν exponit, & ἄειρε, φέρε, πρόσφερε apud Hom. Il. ζ. (v. 264.) μή μοι οἶνον ἄειρε μελίφρονα πότνια μῆτερ. Communi autem notione ἀείρειν αἴρειν quod eſt attollere ſignificat, vt lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 264. 35.) καὶ σικύαις ἀείρειν & cucurbitulis attollere. Α'είρεται etiam apud Hippocr. attollitur, euehitur, effertur, erigitur ſignificat. Lib. de nat. hum. (p 14. 31.) τοῦ θέρεος ἡ χολὴ ἀείρεται ἐν τῷ σώματι, æſtate bilis in corpore attollitur, eminet, αὔξεται dixit Gal. hoc eſt augetur, effloreſcit, efferueſcit, tum mole tum facultate eminens, & ebulliens, ac ad ſuperiora repens vomitu reiicitur, ac veluti μετεωρίζεται. Erotianus certe pro ἀείρεται, αἴρεται leg. videtur, quod ἐπαίρεται exponit, eleuatur, erigitur, inflatur aut attollitur. Varinus quoque ἀείρεται pro αἴρεται poſitum annotat, & ὑψοῦται explicat. Α'ειρόμενοι Heſychio τὸ ἄνω αἰρόμενοι ſignificat, & ἀειρόμενος ἐπαιρόμενος. Sic Hippocr. lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 243. 21.) ἀειρόμενοι σφυγμοὶ pulſus ſublati dicuntur.

Α'έκοντες, οὐ βουλόμενοι exponit apud Hip. Erotianus. Atque haud ſcio an locum ſubindicet lib. 1. Epid. (p. 306. 7.) ἀκούσια δάκρυα παραρρεῖ inuoluntariæ lachrymæ effluunt, vbi Gal. ἀέκοντα pro ἀκούσια legit com. 1. in lib. 6. Epid. (p. 453. 6.) Tum verò apud Erotianum οὐ βουλόμενος leg. erit.

Α'έτωμα dicitur Hipp. tecti faſtigium aut culmẽ domus ac teſtudinatum lib. de art. (pag. 615. 10.) κλίμακα ἐς πύργον τινὰ ὑψηλὸν, ἢ πρὸς ἀέτωμα οἴκου, ſcala ad turrim aliquã altam, aut domus faſtigium attrahenda. Vbi Galen. ἀέτωμα dici ſcribit οἴκου τὸ ὑψηλότατον μέρος, ſupremam domus partem, & τὰς εἰς ὕψος ἀνατεινούσας τῆς ὀροφῆς τριγωνοειδῶς, in altum ſublata triangulari forma domorum culmina. Tectum enim altum medio culmine a poſteriore in anteriorem partem porrigitur, hinc & inde ſupra laterales parietes humiliter demiſſum, vt geminatarum alarum ſpeciem præ ſe ferat. Idem in Exeg. ἀέτωμα, τὸ εἰς ὕψος ἀνατεταμένον τῆς ὀροφῆς ὑπὲρ τρίγωνον, exponit, id quod ſupra tectum triangulari forma eleuatum eſt, aut in ſublime erectum. Erotianus verò ἀέτωμα, τὴν στεφάνην τοῦ δώματος, domus faſtigium & culmen. Dicitur etiam ἀετὸς, τῶν οἰκοδομημάτων τὸ κατὰ τὴν ὀροφὴν, ὅ τινες ἀέτωμα καλοῦσιν, vt annotat Varinus. Idemque ex Suda ſcribit ἀετώματα dici τὰ τῶν ἱερῶν στεγάσματα, ἃ πτέρυγάς τε καὶ ἀετοὺς καλοῦσι, hoc eſt, ſacrarum ædium tecta, ἀετώματα & ἀετοὺς, hoc eſt, aquilata & aquilas dici & alas. Ex quo ſcriptum eſt apud Ariſtophan. ἐν ὄρνισι, τὰς γὰρ ὑμῶν οἰκίας ἐρέψομεν πρὸς αἰετόν, veſtras domos ad faſtigium tegemus. Vbi ſchol. poſitum ſcribit αἰετὸν τοῦ στεγάσματος πρὸς ἀετώματα, διὰ τὰ ἐν τοῖς ναοῖς ἀετώματα. τὰς γὰρ τῶν ἱερῶν στέγας πτερὰ καὶ ἀετοὺς καλοῦσιν. Sacrorum enim tectorum culmina ſeu pinnacula, aquilata, alæ & aquilæ dicebantur. Heſychius ἀετὸν dici ſcribit κυμάτιον τὸ ἐν τοῖς γείσοις, cymatium aut prominentiam ſuggrundarum & imbricum, forte quia ea aquilæ volantis formam præ ſe ferat. Eademque prominentia in tecti culmine ad arcendum imbrem, προστεγίσματα Polluci dicuntur, velut imbricamenta, vt & τὰ ὑπέρῳα τοῦ ὀρόφου, τέγος, quod ſupra culmen eſt, teges, cap. 8. lib. 1.

Annotatur etiam ex Euſtathio μέρος τι τοῦ ναοῦ dici αἴτωμα & ἀετὸν, διὰ τὸ ἐοικέναι πτέρυξιν ἀετοῦ, nempe templorum pinnacula & faſtigia, quòd aquilæ alarum ſint ſimilia. Ex quibus ſatis conſtat apud Gal. comm. 3. in lib. de art. manifeſtum adeſſe vitium. Vbi enim huius nominis rationem exprimit, quòd tectum ex vtraque parte demiſſum ſit, ad alarum expanſarum inſtar, ſic leg. cenſeo, ὅπως γὰρ ἐοίκασιν εἰκάσαντες οἱ παλαιοὶ χελώνῃ τοῦτο τῆς οἰκίας τὸ μέρος, ἀετὸν δὲ καὶ οἶδα, videntur enim veteres ex hac ſimilitudine iſtam domus partem ſic vocaſſe, & ἀετὸν quoque. Vt ſignificet Gal. tecti culmina & pinnacula πτερυγὰς dicta & ἀετοὺς antiquis, quod etiam docet Sudas & Ariſtoph. Sch. Apud quem ibidem quoque ex Diocle Caryſtio τὸ αἰτώμα οἰκίας ἀετοῖ explicari legendum mihi videtur, cùm locus omnibus in exemplaribus fœdiſsimè corruptus legatur.

¶ Ἀήθεα πάθεα ſunt ſpura inſolentia, inaſſueta in prorrh. (p. 110. 7.) quæ Gal. τὰ εὐήθη exponit, facilia, minimè periculoſa, leuia, minimè maligna, vt mihi εὐήθεα legiſſe videatur, qualia in Coac. præn. εὐήθεα πάθεα melius dicũtur (p. 434. 9.) vbi eadẽ repetuntur.

Ἀὴρ aër dicitur Hippocr. ſpiritus corpus noſtrum ambiens eique circumfuſus, omnium quæ corpori accidunt author & dominus, cuius in ea quæ natura conſtant & corpora noſtra conſeruandi & corrumpendi vis eſt omnium maxima. lib. περὶ φυσῶν (p. 118. 22.) Ἀὴρ Erotiano quatuor modis dici ſcribitur. Primùm aër communi nomine dictus, qui nos ambit & cernitur & ab omnibus inſpiratur. Deinde caligo aut nebula, ὁμίχλην vocat, adducto in teſtimonium verſu Homerico ex ὀδυσσ. ι. (v. 144.) Tertiò qui in nobis eſt ſpiritus, & aër quem efflamus. Quartò graueolens per ſedem expiratio & halitus.

Ἄησε legitur apud Hipp. lib. 5. Epid. (p. 336. 6.) quod ſignificare commota aut concitata fuit. Ac deductum videtur ab ἄημι inuſitato, aut ἄω & ἄημαι poëtico. Sic ἄηται apud Apollonium φέρεται, κινεῖται, & ἆσε, ὥρμησε, ὥρμησεν exponit Varinus. Poteſt & ab ἀάω deduci, ἄησε pro ἄασε, ab ἄτη aut ἄω, vt ἄασε ſit, ἔβλαψε, ἐλύπησε, & à medicamento moleſtiam aut noxiam illatam ſignificet. Apud Hom. Il. θ. v. 237. ἀάσας ἔβλαψας ſignat, τῇ δ' ἄτῃ ἀάσας.

¶ Ἀθέλγεσθαι apud Hippocr. ſugi, mulgeri, ſuctu detrahi, aut veluti ſugendo trahi ſignificat. Quæ dictio ſcribitur lib. περὶ χυμῶν (p. 114. 36.) ὅταν ἀθέλγηται. Agitur de his quæ ad ſedem abſcedunt, aut in inferiore aluo conſiſtunt, quæ in conſiderationem medico adhibenda eſſe monuit, videndumq; vnde exſoluantur aut percolentur, aut emulgeantur & ſucto detrahantur, hoc eſt ſubſidant aut diſcutiantur. Quem locum ſubindicans Gal. in Exeg. ἀθέλγεται exponit παρίεται, διαλύεται, remittitur, reſoluitur aut exoluitur. Vt & interpres Corn. Erotianus apud Hippocr. ἀθέλγεται ex Bacchij ſententia θηλάζεται ἢ ἐκπιέζεται exponit, hoc eſt exugatur aut detrahatur, additque Epiclem ἐκπιέζεται καὶ ἐκθλίβεται exponere, hoc eſt exprimatur, elidatur, extundatur. Ex quibus ſatis apparet Erotianum apud Hippocr. lib. περὶ χυμῶν ὅταν ἀθέλγηται legiſſe, quæ lectio cum explicationibus quas ex Bacchio & Epicle adfert optimè huic loco quadrat. Etſi Gal. in Exeg. in dictione θελγεῖν, hunc Hippocr. locum adducens, ὅταν ἀλθαίνηται legiſſe videtur, hoc eſt, vnde curentur, aut medelam accipiant. Quæ etiam explicatio ex conſequenti accommodata quodammodo videtur. Heſychius ἀθέλγειν, ἀμέλγειν exponit, quod eſt ſugere, ſuctu vel mulctu detrahere, quod Erotiani expoſitioni congruit. Idem ἀθέλγει, θηλάζει, ἐκθλίβει exponit, pro quo ἀθέλγεται, θηλάζεται, ἢ θλίβεται (aut potius ἐκθλίβεται) ſcribendum videtur, vt hic Hippocr. locus ſubindicetur, eiq; Bacchij & Epiclis explicatio accommodetur. Idem ἀθαλβεῖν ἄλκαρ ex Nicandro ſignificare ſcribit, ſed ἀθέλγειν ex Erotiano ſcribendum apparet, ex quo huiuſmodi explicationes ſumpſiſſe videri debet. Eſt & apud Heſychium ἀθέλβεται διηθεῖται, hoc eſt, percolatur, pro quo fortaſsis etiam ἀθέλγεται ſcribendum videtur, præſertim cùm Varinus ἀθέλγεται, διηθεῖται, διυλίζεται παρὰ τῷ Ἱπποκράτει eſſe ſcribat. Quibus verbis Galeni explicationem adſcribens, διηθεῖται pro παρίεται in Exegeſi vocum Hippocr. legendum eſſe monet. Quam lectionem quoque in earundem vocum expoſitione Cornarius interpres adhibuiſſe videtur. Eadem ratione ἐξαθελγάζ dicitur, quod eſt emulgeri, exugi, Hippocr. ἐν τῷ κατ' ἰητρεῖον (p. 685. 40.) ὡς τὸ μὲν ὑπεὸν ἐξαθέλγηται, vt quod ſubeſt emulgeatur aut exugatur, hoc eſt effundatur & exprimatur. Cui certe loco Erotiani explicatio apprime conuenit. Sic lib. περὶ ἱερῆς νόσ. (p. 63. 15.) ἐξαθελγόμεναι φλέβες dicuntur, venæ emulctæ & exuctæ. Erotianus tamen ἐξαμελγόμεναι legiſſe videtur, cùm ἐκθηλαζόμεναι exponit, niſi ſi apud Erotianũ ἐξαθελγόμεναι leg. potius videatur.

Ἄθελξις legitur apud Hippocr. lib. de art. (p. 605. 33.) ibiq; quibuſdam pro attractione fumi annotatur. Verùm illic ἄλθεξις meliora exemplaria legunt, ſicq; legimus vt in dictione ἄλθεξις ſcribimus.

Ἀθὴρ quod in hordeo eſt aculeatũ, longũ & cuſpidatũ ſignificat, partẽ ſpicæ acutá quę ariſta dicitur, & ex tranſlatione teli cuſpidẽ aculeatam, aut iaculi extremũ, quod Græci πώγωνα, barbam, aut γλωχῖνα ſpiculũ, aut ſulcũ vocant, vnde tela γλωχινωτὰ & τριγλώχινα ſulcata & ſpiculata, aut triſulca, hoc eſt trib. ſpiculis munita dicuntur Paulo cap. 88. lib. 6. Galli in ſagitta (barboleures) rectè vocãt, Celſus ſpicula cap. 4. lib. 7. Galeno ἀθὴρ exponitur apud Hippocr. τὸ, τι τῆς κριθῆς ὀξύ, ὡς ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ νούσων τῷ μακροτέρῳ, & νῦν ἐν τῷ αἰδοίῳ πώγωνος τὸ ἄκρον, ὡς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν. tum quod in hordeo eſt acutum, vt lib. 2. de morb. mi-

note, cum etiam quod in ſumma ſagittæ cuſpide πώγων, barba, dicitur, vt libro 5. de morb. vulgaribus. Quibus verbis haud dubiè priore loco lib. 3. de morb. vulgò inſcriptus intelligitur (pag. 165. 19) vbi mendoſiſſime omnib. in exemplaribus κριθαὶ τὸν αἰθέρα pro τὸν ἀθέρα ſcribitur. Hordeum enim Achilleum magnum & plenũ ſublaris ſpicis ſubindicatur. Quem certe locum mihi quoq; ſubnotare videtur Erotianus, cum ἀθέρας, τὰ ἐπὶ τῆς κριθῆς λεπτότατα explicat tenuiſſima quæ ſunt in ſummo hordeo. Vt videatur ille, τοὺς ἀθέρας apud Hip. legiſſe, aut (quod magis ſuſpicor) ἀθέρα apud Erot. legendum ſit, quod etiam faciunt quidam. Poſteriore verò loco hiſtoria 49. lib. 5. Epid. ſubindicatur (p. 339. 43.) vbi ſcribitur, ἡ δὲ ἀκὶς ἐκ τοῦ ἰσχυροῦ, ὁ δὲ ἀθὴρ περιεῖχε, cuſpis verò abunde demerſa fuit, ſpiculum autem extremum vlterius extabat. Quo etiam loco vitioſiſſimè αἰθὴρ omnibus in exemplaribus legitur, vt illic ſubmonuimus. Ἀθὴρ quoque dicitur Heſychio ex translatione ἐπιδορατίς cuſpidis mucro & aculeus ex Æſchylo.

Ἀθρόη εἴσβολή incomprehenſa inuaſio febrilis dicitur Galen. lib. 3. de præſag. ex pulſ. (pag. 145. 17.) de bis febribus quæ ſtatim initio acceſſionum pulſum in magnitudinem & celeritatem mutant, nec fit paruus aut tardus, quòd eam inæqualitatem quæ initiis febrium ferè ſentitur, non percipiant, velut neque frigus, neque rigorem, neque ſtomachi vellicationem, neque compreſſionem quæ fit initiis acceſſionum, ſanguine à tota externa ſuperficie recedente, & ad viſcera confluente, vnde & pulſus inæquales tunc fiunt, & parui, & tardi, & languidi.

Ἀθρέειν conſiderare, perpendere, diſpicere, obſeruare ſignificat Hippocr. lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 236. 26.) ὅλον τι τὸ σῶμα ἀθρέειν, totum quoq; corpus conſiderato.

Ἀθρόον confertum, coaceruatum, denſum, in ſe collectum ac ſimul omne ſignificat. Galen. Com. ad aph. 35. lib. 7. ἀθρόον dici ſcribit τὸ ἐσφιγμένον ἑαυτῷ τε συνεχόμενον, quod in ſeſe coactum eſt & continuum, τῷ διεσπασμένῳ, diſtracto & diſperſo contrarium, idemque & temporis aut loci breuitatem ſignificare poſſe, magis tamen temporis breuitatem denotare, & ἀθρόως, τάχιστα, καὶ ἐν χρόνῳ βραχεῖ, confertim dici quod citò ac celerrimè exit, & exiguum habet temporis ſpatium. Sic aph. 18. lib. 2. ἀθρόως θρέψις confertim aut vniuerſim nutrire dicũtur quæ exiguo tempore totum ex ſeſe præbent corpori alimentum, ibique Gal. τῷ ἀθρόως, τὸ κατὰ βραχὺ, ſenſim, opponit. ἀθρόοι ἱδρῶτες, ſudores qui vniuerſim & effusè aut affatim procedunt, & ἀθρόαι αἵματος ἀφαιρέσιες, ſanguinis detractiones quæ cumulatè fiunt & coaceruatim, Coac. præn. (p. 434. 20.) ἀθρόα ὑποχωρήματα ſtercora affatim prodeuntia, libro 3. Epidem. ægr. 4. poſt ſt. peſt. ἀθρόον κατὰ μικρὸν διαχώρημα, alui recrementum exiguo tempore cumulatum, effuſum, Coac. prænot. (pag. 443. 38.) In vrinatum verò ratione ægr. 2. libro 1. Epidem. οὔρησεν ἀθρόον ὑπόστασιν παχεῖαν κειμένην, minxit affatim ſubcraſſum in matella depoſitum, vbi quid ſpiſſum, cumulatum, aceruatim congeſtum, repente & vniuerſim effuſum ſignificat. Et ægr. 4. οὔρησε δὲ μετὰ σπασμὸν ἀθρόον πολὺ poſt conuulſionem autem vrinã confeſtim multam reddidit.

Ἄθυμος ſignificat enim qui animo eſt abiecto & deſperato, quique animum deſpondet, libro 3. Epidem. ægr. 2. poſt ſt. peſt. Ita ἀθυμία animi deſponſio & abiectio dicitur ac deſperatio, in Coac. præn. (pag. 424. 36.) ἀθυμίαι etiam animi demiſſiones, remiſſiones, conſternationes, ægritudines ac triſtitias, deſperationes ſignificant. lib. 5. epidem. (p. 342. 7.) Ibi nanque ἀπαλλαγῆς βίου ἐπιθυμίη coniungitur, cùm quis vita defungi cupit, vt lib. 7. epidem. (pag. 364. 37.) ἀθυμίαι μετὰ σιγῆς abiectiones animi cum ſilentio, In Coac. præn. (p. 439. 2.)

Ἀθώρηκτος exponitur Galen. apud Hippocrat. in Exeg. ὁ μὴ μεθύων qui non eſt ebrius. Legitur autem lib. περὶ ἀφόρων (pag. 293. 19.) in conceptus legibus, ὁ δὲ ἀνὴρ ἀθώρηκτος, vir autem minimè ſit ebrius, quod iiſdem verbis reperitur lib. περὶ ἐπικυήσιος (p. 50. 3.)

¶ Αἰάζει, θρηνεῖ, apud Hip. exponit Erotianus, quod eſt lamentari, lugere. Quem forte ſecutus Heſychius, αἰάζει, θρηνεῖ, explicat. Eidem αἰάζω, ἀναβοῶ, στενάζω, exclamo, gemo ſignificat, & αἰαζόμενοι, θρηνοῦντες.

Αἰγείρος κρητικὴ populus nigra Cretica. Lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 257. 35.) ad fœtum expellendum, αἰγείρου κρητικῆς κόκκους ἐννέα populi nigræ Creticæ grana nouem trita in vino propinat.

Αἰγὶς Hippocrati reponitur inter affectus oculi in Coac. prænot. (pag. 430. 22.) & albeſcentem humorem concretum, aut concretionem albicantem ſignificat, quæ ex caliginoſo velut aëre, ac craſſiore quodam excremento enata, pupillæ inhæreſcit, aciei caliginem offundit, eamque obſcurat, caloris natiui ac ſpiritus extinctionem, humorumque oculi perturbationem, & naturalis oculum regentis facultatis imbecillitatem portendens. Prorrhet. autem ſecundo (p. 420. 16.) αἰγίδες inter pupillæ vitia ex oculorum vlceribus recenſentur, ac inter ἀχλύας & νεφέλας annumerantur, ibique pro ſubalbicantibus cicatriculis ſumi videntur. Cuius certè vocis explicatio ex Galeno in Exegeſi vocum Hippocrat. depromi debet. Sic enim ſcribit, αἰγὶς ἡ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ὑπόλευκος οὐλὴ, καθάπερ ἐν τῷ μείζονι προῤῥητικῷ, καὶ αἱ λευκαθίζουσαι ἐπιπάγοι, ὡς ἐν κωακαῖς προγνώσεσι. hoc eſt, αἰγὶς dicitur in oculis ſubalbicans cicatrix, velut in maiore Prorrhetico, & exalbeſcentes concretiones, velut in Coacis prænotionibus. Item περίγλαμψις, ἡ ἐν τῷ μέλανι τοῦ ὀφθαλμοῦ ἐπιλάμπουσα οὐλὴ, διὰ τὸ ὀλίγῳ παχυτέρα εἶναι τῆς αἰγίδος, hoc eſt, περίγλαμψις, cicatrix in oculi nigro reſplendens, eo quòd ægide paulò ſit craſſior. Quibus ex lo-

ex locis huius dictionis ſignificatio vt cõſtat, ita certe manifeſtiſſimum mendum in Exegeſi in dict. αἰγλαι eſſe apparet, cùm nuſquam in Prorrh. aut Coacis extet, ac locus ille Prorrhetici ex quo περιγλαμψις deſignatur, palam αἰγίδας profiteatur, illicque de cicatricibus ex oculorum vlceribus agatur, vbi etiam vitioſè περιγλαμψις ſcribitur, vt illic ſcripſimus. Ad, de quòd nomenclaturæ ratio ex alphabetico elementorum ordine vitium aperit, cum ι poſt α in ordine ſit, ac diſpoſitio ſecundi elementi poſt α rationem iam ſit prætervecta: ideoque quidam poſt ἄγλιδες in Exegeſi repoſuerunt. Quod vitium ſubolfaciens Gorrhæus in ſuis Definitionibus Medicis αἰγλίδας non αἰγλίας poſuit. Sed non video vbi in Prorrhetico aut Coacis huic dictioni locus ſit. Ideoque in Exegeſi pro αἰγλαι αἰγὶς ſuo ordine non dubia fide reponi debet. Αἰγίδες Varino dicuntur ἀπὸ τοῦ τὰς συστροφὰς τῶν ἀνέμων ποιεῖν κυκλουμένας, quemadmodũ etiam καταιγίδες, quòd ſuo impetu ventorum turbines faciant. Et τὸ δὲ αἰγὶς, ἀπὸ τοῦ ἀΐσσω, τὸ ὁρμῶ, καὶ αἰγὶς ἡ καταιγὶς, καὶ ὀξεῖα πνοὴ, καὶ αἱ ἀποστίλψεις τῶν ὀφθαλμῶν. Ad quã nominis notationem mihi reſpexiſſe videntur qui αἰγίδας in Coacis Prænot. oculorum turbinem ac vertiginem intelligunt, impendente veluti humorũ perturbatione ac procella. Caluus illic nõ inſcitè guttam paruam ex rei ſimilitudine dixit, quòd acrius excrementum velut impetu quodam in pupillam irruens, craſſiſſimam concretionem albicantem, aut quaſi guttam quandam infigat. Nõ abſimili admodum ratione αἰγίδες in Prorrh. 2. dictę ſunt, ſubalbicãtes cicatrices ex acrioris in oculos pituitæ impetu & affluxu contractæ. Caluus ſtillas lucidas fulgentes interpretatur, Heſychium & Varinũ ſecutus, qui αἰγίδας ἀποστίλψεις τῶν ὀφθαλμῶν eſſe dicunt, oculorum coruſcationes.

Αἰγύπτιον ἔλαιον ſcribitur in Exegeſi dici apud Hippocr. ὅπερ αὐτοὶ καλοῦσι κίκινον. οἱ μέντοι παλαιοὶ τὸ κίκι καὶ κίκινον, quod veteres cicinum vocant. Verùm apud Hippocr. αἰγύπτιον ſępe ſolum legitur, & de oleo aut vnguento Ægyptio ſumitur, vt lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 269. 45.) vbi Ægyptium, oleum ſignificat, vt & λευκὸν ſimpliciter, & lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 221. 42.) vbi τὸ αἰγύπτιον, τὸ αἰγύπτιον μύρον intelligi videtur, etſi vulgata omnia exemplaria ἔξω λευκὸν τὸ αἰγύπτιον iungunt. Sed ἔξω λευκὸν, & τὸ αἰγύπτιον diſtingui debent, vt τὸ αἰγύπτιον oleũ aut vnguentum intelligatur, vt lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 259. 34.) & lib. 2. (p. 290. 2.) vbi eadem in re τὸ μύρον αἰγύπτιον ponitur, & τὸ ἔξω λευκόν. Αἰγύπτιον ἔλαιον vſurpatur Hippocrati lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 215. 19.) & lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 277. 47.) Αἰγύπτιον autem μύρον ibidem ſcribit Gal. dici τὸ διὰ τῆς αἰγυπτίας μύρον ἀκάνθης τοῦ ἄνθους, ὅπερ καὶ μετώπιον ὀνομάζεται, vnguentum ex flore ſpinæ Ægyptiæ, quod & Metopium dictum eſt. At αἰγύπτιον ἔλαιον λευκὸν, τὸ διὰ τῶν κρίνων σκευαζόμενον, ὅπερ καὶ κρίνινόν τι καὶ σούσινον ἔλαιον ὀνομάζεται hoc eſt, Ægyptium oleum album dici, quod ex liliis paratur, atq; idem Liliaceum & Suſinum oleum nominatum eſſe. Eo vtitur Hippocr. lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 243. 31.) & lib. 2. (p. 275. 34.) & (p. 277. 45.) & λευκὸν ſimpliciter dicitur lib. 2. (p. 269. 45.) Αἰγύπτιον μύρον λευκὸν dici ſcribit Gal. apud Hippocr. ὅπερ καὶ μενδήσιον ὀνομάζεται, σκευαζόμενον διά τε κρίνων καὶ ἀρωμάτων, διὸ τοῦτο καὶ μύρον, οὐκ ἔλαιον, προσαγορεύεται. τὸ δ' αὐτὸ καὶ κρίνινον καὶ σούσινον μύρον ὀνομάζεται, hoc eſt, Ægyptium, vnguentum album, quod & Mendeſium dictum eſt, ex liliis & aromatibus præparatum, ideoque vnguentum, non oleum, appellatur. Item & liliaceum & Suſinum vnguentum nuncupatum eſt. Eo ſæpe vtitur Hippocr. in tota γυναικείων πραγματεία, vt lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 220. 42.) & lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 259. 34.) & lib. περὶ ἐπικυήσιος (p. 51. 49.) vbi εὐῶδες dicitur. Idem μύρον λευκὸν ſimpliciter nuncupatur lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 238. 4.) Eſt & αἰγύπτιον μύρον apud Gal. lib. 2. κατὰ τόπ. (p. 182. 50.) quod & Mẽdeſium nominatur à regione in qua paratur, & ab authore Megaleum, Laxatorium & dolores ſedans. Eo vtitur Apollonius apud Gal. lib. 3. κατὰ τόπ. (p. 195. 29.) ad aures purulentas. Erotianus quoque μύρον αἰγύπτιον quibuſdam Mendeſium dici ſcribit, quibuſdam etiam μαλαβάθρινον, de quo agit Dioſcor. cap. 77. lib. 1. Idem ἔλαιον αἰγύπτιον vocari Hippocrati lib. 2. περὶ γυναικ. contra tamen quàm Galeno videatur. Etſi nanq; μύρον pro oleo ſumi notius eſt quàm vt hoc loco ſcribi debeat, & aliàs dicetur, certum tamen Hippocratem locis à nobis paulò ante indicatis ἔλαιον αἰγύπτιον λευκὸν ſemper addidiſſe. Quanquam ἔλαιον αἰγύπτιον λευκὸν lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 277. 45.) quo in vteri ſuffitu vtitur, αὐτὸ τὸ μύρον αἰγύπτιον ſumi videtur, cuius ſuffitum eadem in re vſurpat lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 215. 17.)

Αἰγύπτιον λίνον Ægyptium linum aut filum ſignificat, quo ſpongiam inuoluit Hippocr. quo firmior ſit & durior in Polypi curatione lib. 2. de morb. (p. 147. 20.)

Αἰγύπτιον σκύτος ἢ δέρμα, aluta Ægyptia aut corium Ægyptium, molle & validum ad parandas ſpiras lib. de fract. (p. 566. 39.)

Αἰγυπτία στυπτηρίη, Vide στυπτηρίη.

Αἴδριες dicuntur Hippocr. ignari, imperiti. In Epiſt. (p. 532. 43.) αἴδριες ἐόντες ignari & imperiti exiſtentes. Contrà verò (535. 17.) ἴδριες λόγων γεγυμνασμένων, qui eloquentiæ cognitionem habent.

Αἰεὶ ſignificare apud Hippocr. τὸ ἕως donec, vt & apud antiquos, ſcribitur in Exeg.

Ἀΐειν, audire, percipere, intelligere ſignificat Hippocrati lib. 3. de morb. (p. 159. 6.) ὅτε μὲν πρῶτον οὐκ ἀΐει, hic primùm quidem non audit. Heſychius ἀΐει exponit, ἀκούει καὶ αἰσθάνεται, & ἀΐοντες, αἰσθανόμενοι.

Αἰθάλη exponitur in Exeg. apud Hippocr. ἡ αὐτὴ λιγνὺς, vt ſit eadem quæ fuligo. αἰθάλης tamen legitur lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 263. 41.) καὶ αἰθάλης ἀπὸ τοῦ ἰπνοῦ, [illegible], & furni fuliginem, omnia ſimul trita. Eſt autem αἰθάλη καὶ λιγνὺς, fuligo, materiæ flammeæ aduſtum excrementum, quod in ſublime fertur, non fu-

mus (qui eſt materiæ ſuccenſæ excrementũ) velut id quod infra decidit & remanet τέφρα καὶ σποδιὰ dicitur, cinis & fauilla, Gal. lib. 3. de Præſag. ex pulſ. (p. 147. 5.) αἰθάλη exponitur Heſychio σποδὸς τὸ ἐκ καμίνου μέλαν, & τέφρα, σποδός, cinis, fauilla, & quod camino adhæreſcit nigrum. αἴθαλος verò ἡ τοῦ πυρὸς ἀποφορά, quod ab igne exhalat, velut fumus aut fuligo. αἰθάλη tamen legitur apud Hippocr. & Gal.

Αἰθιοπικὴ ῥίζα radix Æthiopica, pro laſere aut ſilphio ſumitur lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 229. 7.) vbi φύλλον αἰθιοπικῆς ῥίζης, laſeris ſemen intelligitur. Vide φύλλον. Αἰθιοπικὸν apud Hippocr. abſolutè poſitum pro cumino ſumi ſcribitur Galeno in Exeg.

Αἰθόλικες dicuntur Erotiano αἱ περὶ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ σώματος γενόμεναι φλυκταῖναι, εἴτε ὑπὸ πυρὸς, εἴτε δι' ἄλλας αἰτίας, ἀπὸ τοῦ αἴθειν ὠνομασμέναι, in ſumma corporis cute exortæ puſtulæ, ſiue ab igne, ſiue alia ex cauſa, à verbo αἴθειν dictæ, quod vrere aut incendere ſignificat. Additque ab his dici αἰθόλικας τὰ στρογγυλώματα κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν φύματα, rotunda in ſumma corporis cute excitata tubercula. ταῦτα δὲ ὑπὸ θερμοῦ μὲν γίνεσθαι, ὑπὸ ψυχροῦ δὲ ἀποκρύπτεσθαι, hæc à calida excitari, à frigida verò reprimi. Idem etiam quibuſdam αἰθόλικας dici ſcribit τὰς κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν ἐκζέσεις, αἳ δὴ ὡς ἐπίπαν στρογγυλοῦνται, ſummæ cutis ebullitiones, aut in ſumma cute excitatas à feruore bullas, quæ ferè in totum rotundæ exiſtunt. Quibus ſanè verbis mihi procul omni dubio Hippocrat. locum lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p. 423. 40.) innuere videtur, vbi legitur, μάλιστα δὲ καὶ οἷα στρογγύλα ἴονθα, φόλικας λέγουσι, καὶ ἐν αὐτοῖσι τοῖσι θερμολουτέουσιν αἴρεται ἐρυθήματα. Quæ ſignificant, rubras quaſdam in cute ac veluti rotundas puſtulas, φόλικας dictas, quales in calidis lauacris excitatæ oboriũtur, à frigida iuuari. Sed profectò mendoſus omninò locus eſt, vt & ferè integer libellus, ac nemini dubium eſſe debet, quin οἷα στρογγύλα ἴονθα, αἰθόλικας λέγουσι, legendum ſit. Huc nanque referri videtur quòd reprehendit Glauciam Erotianus, quòd ſcriberet αἰθόλικας εἶναι τὰ ἐν ταῖς θερμολουσίαις ἐπανιστάμενα ἐρυθήματα. Nam pro ἐρυθήματα οἰδήματα dicendum fuiſſe ſuſpicor. Galenus verò in Exeg αἰθόλικας legiſſe videtur, exponitque τὰς ἐπιπολῆς τοῦ δέρματος συνισταμένας κύκλους, ὁμοίους τοῖς ἀπὸ τοῦ πυρὸς, ἀπὸ τοῦ αἴθειν ὠνομασμένους, in ſumma cute circulos quoſdam rubentes iis ſimiles qui ab igne excitantur, ἀπὸ τοῦ αἴθειν, ab vrendo dictos. Indeq; αἰθολικώδεα τὰ τοιαῦτα ῥεύματα dici, etſi αἰθάλικας quidam & αἰθαλικώδεα apud Galenum, ἀπὸ τῆς αἰθάλης legunt. αἰθόλικας autem magna ſcriptorum pars habet, & αἰθόλικες dicuntur Etymologo, & in Lexico veteri & Varino, αἱ περὶ τὴν ἐπιφάνειαν φλυκτίδες, in ſumma cute extantes puſtulæ. Heſychius αἴθωνας φλυκταίνας exponit, pro quo αἰθόλικας reponendum videtur, vt Hippocratis locum exprimere videatur & Erotianum imitari, etſi apud Erotianum non ſatis eſt explicata huius dictionis notio, & locus admodum obſcurus aut planè corruptus eſſe videtur. Eoque certe magis mirandum ſubit, Varinum ex Heſychio αἴθωνας, ac non potius αἰθόλικας, appoſuiſſe. Cornarius apud Hippocr. cum cæteris ἀλθεῖνας legit, vt ſatis apparet ex eius interpretatione, & eo loco quem lib. 2. de peſte citatum emendat. αἰθόλικας porro vt dictionem Hippocraticam agnoſcit Erotianus in Proœmio.

Αἷμα, ſanguis dicitur Hippocrati interdum totus humor qui in vaſis continetur, in quo tũ pituita, tum bilis, tum ſerum comprehenditur. Atque is tum bonus, tum malus dici poteſt, & corporis colorem pro modo in melius aut deterius immutat. Τροφὴ dicitur Hippocr. aph. 26. lib. 6. Epid. ſect. 4. At ſanguis propria ſignificatione is eſt qui ſecundum exuperãtiam ſanguis dicitur, & nequaquam malus dici poteſt. Gal. com. 4. in lib. 6. Epid. (p. 505. 25. & Com. in ſent. 1. lib. 2. de humoribus. Interdum etiam αἷμα dicitur Hippocrati ſanguineus humor qui primus in partus laboribus effluit, & fœtũ præcedit, quòd ſanguinem colore referat. Eſt enim ſanguineus humor & ſanies, ſcilicet vrina & ſudor pueri, ſanguine ex ruptis membranarum venis mixto, qui primus effluit. ὕδρωπα αἱματώδεα & ἰχῶρα vocat Hippocr. Lib. περὶ φυσ. παιδίου (pag. 32. 35.) ἐν τῇ ὠδῖνι τὸ αἷμα ταράσσεται τῇ γυναικὶ καὶ θερμαίνεται πρὸς ὑπὸ τῆς κινήσιος τοῦ παιδίου σφαδασμοῦ ἐόντος. ταραχθὲν δὲ πρότερον μὲν ἔρχεται ἔξω, μετὰ δὲ τὸ παιδίον, ἰχὼρ παχὺς αἱματώδης. In partus laboribus mulieri ſanguis agitatur & à vehementi pueri motu incaleſcit. Agitatus autem primus quidem foras prodit, deinde verò poſt fœtum ſanies craſſa & cruenta. Αἵματα verò in plurali numero ſanguinis effuſi copiam indicant apud Hippocr. velut in Coac. præn. (p. 431. 5.) τὰ ἀπ' οὔλων αἵματα, ſanguis è gingiuis profluens, & (p. 445. 2.) τὰ ἀπ' οὔλων αἵματα ἐπιρρυέντα, vbi multus ſanguis è gingiuis defluens ſubindicatur. Hæc enim dicuntur de ſanguinis fluxu, vbi multus ſanguis & continenter fluit, aut paucus & per interualla, aut paucus & continuus. Sic lib. 2. de morb. (p. 144. 11.) ὑπερπιμπλῶνται αἱ φλέβες τοῦ αἵματος τὰ περὶ τὸν ἐγκέφαλον dicuntur venæ ſanguinis copiam circa cerebrum ſupereuomentes.

Αἱμάλωψ dicitur Hippocrati ſanguis ater, craſſus, fœculentus & niger, quo chorion in fœtus formatione ſuffuſum eſt, & quem fœtus in medium vteri & chorij ſpatium velut inutilem reiicit, eius tenuiore & puriore portione in alimentum attracta. ἰχῶρα παχὺν αἱματώδη, & ὕδρωπα vocare videtur Hippocr. lib. περὶ φυσ. παιδίου (pag. 32. 37. Ibidem (p. 31. 4.) καὶ ἀμφὶ τὸν ὑμένα ἔξωθεν αἱμάλωπες, eademque membrana foris tabo aſperſa erat, hoc eſt circum membranam cruor aſperſus erat, & cruenta inſtar ſugillatorum inerant veſtigia. Quem locum Galen. libello aduerſus Lycum (pag. 335. 43.) exponens, ſanguinis grumo ſimilem carnem, mollem & effigie carentem dixit, his verbis, αἱ ζῷα φαίνεσθαι τὸ σπέρμα σὰρξ μαλακὴ ἔξω πάντως αἵματος θρόμβῳ ἐοικυῖα, ἔχουσα δίχα τῆς

ἴσχεται τινὰ τὴν σύστασιν τοῦ κυήματος ἰδέαν, ἐν αὐτῷ περιέχουσαν, καθάπερ ἔστι παρὰ τοῖς ὀνόμασιν, οἷον αἱμάλωπας, ἐκ τῆς τοῦ σπέρματος οὐσίας, τῆς ἐν αὐτῷ λευκότητος ὑπαρχούσης. Infirmis enim quædam caro & mollis, ſanguinis grumo affinis, primã fœtus formam quandam in ſe ſuſcipit, cruenta inſtar ſugillatorum habens (αἱμάλωπας Hippocrates nominat) ex ipſa ſeminis ſubſtantia, cùm ei candor adſit. αἱμάλωψ autem dicitur aut αἱμαλώψ, quòd liueſcat ſanguis ille & ater ſit velut in ſugillatis, illique qui contuſo oculo affunditur ſimilis, ideoq; tabum rectè dicitur. Eſt enim αἱμάλωψ oculi affectus, cùm ex ictu aut plaga ſanguinis in eo fit affuſio. Et αἱμάλωπες ſunt cruentati oculi & cruenta in eis ſuffuſio apud Gal. lib. 4. κατὰ τόπ. ex Archigene (p. 220. 41.) Sic Erotiano αἱμάλωψ dicitur συγγραφὴ ὕφαιμος ὡς ἐπίπαν ἐκ πληγῆς περὶ τὸν κερατοειδῆ χιτῶνα γινομένη, cruẽta quędam circumſcriptio, aut ſuffuſus quidã cruor, vt plurimùm ex plaga circum corneam oculi tunicam contingens, ſugillatum dicitur. αἱμάλωψ quoque ex ſugillationum eſt genere & cruenti aſpectus ſuffuſionem ſignificat, non ſolùm in oculis, verumetiam quacunque corporis parte, qualis maximè à plaga aut ictu ſuccedit. Quã ob rem ſcribitur à Gal. in Exeg. αἱμαλωπώδεα dici, hoc eſt circulis rubicundis qui in ſumma cute ab igne excitantur ſimilia, quæ multi αἱμάλωπας vocant, cruenti aſpectus aut ſuffuſus ſanguis dicitur. Eſt vbi αἱμάλωψ ſanguinem totum cõfuſum ſignificat, vt lib. περὶ σαρκ. (pag 33. 24.) κοῖλα δὲ ἰόντα ἕλκει ἐς ἑωυτὰ ἀπὸ τῶν σαρκῶν τοῦ αἱμάλωπος τὸ πιότατον, & cauitatem adepta (oſſa) ad ſeſe trahunt è carne quod in ſanguine eſt pinguiſſimum. Medullam autem intelligit oſſium nutrimentum ex pinguiſſima ſanguinis parte. Vbi αἱμάλωψ ſanguinis maſſam eumque in ſeſe confuſum haud dubiè denotat, & ſanguinis concrementum, quod αἱμαλωπὴ dicitur apud Dioſcoridem cap. 95. lib. 2. et ſi αἱμαλώψ legendum potius exiſtimem, hoc fere expreſſo loco. Cùm enim περὶ μυελῶν agatur, ſcribit medullam æſtatis exitu colligendam cùm appetit autumnus, ἐν γὰρ τοῖς ἄλλοις καιροῖς αἱμαλὼψ καὶ οἷον σὰρξ εὔθρυπτος ἐν τοῖς ὀστέοις εὑρίσκεται. quippe cùm aliis anni temporibus ſanguis concretus ac veluti caro friabilis in oſſibus reperiatur. αἱμάλωπες πτύσιες οὐ τρυγώδεες, ſanguinis concreti ſputatio non feculenta dicitur in leui ſanguinis reiectatione. Coac. præn. (p. 441. 27.) Erotianus etiam αἱμαλωπώδης idẽ quod αἱματώδης indicare ſcribit.

Αἱματηρὴ δυσεντερίη. Vide Δυσεντερίη.

Αἱματίτιδες κοτυληδόνες. Vide Κοτυληδόνες. At αἱματίτιδες φλέβες dicuntur venæ ſanguinem deferentes aut ſanguinariæ, vt ab arteriis diſtinguantur quæ ſpiritus conuehunt & φλέβες ſimpliciter dicuntur. Lib. de morbo ſacro (p. 127. 40.) ἐκόταν ὁρμήσῃ ἐπὶ τὸν ἐγκέφαλον κατὰ τὰς φλέβας τὰς αἱματίτιδας ἐκ τοῦ σώματος, vbi ad cerebrum ex corpore per venas ſanguinarias dictas impetu delata fuerit (bilis.)

Αἱματοφλεβοστάσιες dicuntur ſanguinis ſuo impetu exundantis ac intumeſcentis ſuppreſſiones. Quidam etiam eo nomine plenas ac tumeſcentes ſanguine venas intelligunt, vt ſcribit Gal. in Exeg. his verbis: αἱματοφλεβοστάσιες, ὅτι μὲν οἱ περὶ τὸν Διοσκουρίδην γράφουσι, τὰς ἐπισχέσεις τοῦ ἀναφυσῶντος αἵματος ἡγούμενοι δηλοῦσθαι. ἐκ καὶ ἀρχῆς φησιν, ἐν τῇσι φλυζούσῃσι αἱμοῤῥαγίῃσι σχῆμα εὑρετέον. οἱ πλεῖστοι μέντοι γράφουσι αἱματοφλεβοστάσιες, καὶ δηλοῦσθαι νομίζουσι ἐκ τοῦ ὀνόματος τὰς πλήρεις αἵματος κατωρτωμένας φλέβας. hoc eſt, αἱματοφλεβοστάσιες, ſic quidem ſcribit Dioſcorides, & intumeſcentis ſanguinis ſuppreſſiones indicari exiſtimat, quòd aliàs ſcriptum ſit, In ſcaturientibus ſanguinis eruptionibus figura inuenienda eſt. Plærique tamen αἱματοφλεβοστάσιες ſcribunt, eoque nomine plenas ac ſanguine tumeſcentes & incuruatas venas indicari exiſtimant. Qua explicatione locus lib. 6. Epid. ſect. 7. aph. 3. indicatur, vbi αἵματος φλεβοστάσιες ſcribitur omnibus in exemplaribus, eaque ſententia ſupprimendæ hæmorrhagię ratio breuibus comprehenditur. Ac ſi coniecturæ locus eſt, pro αἱματοφλεβοστάσιες, αἱματοφλυζοστάσιες aut αἱματοφλοιζοστάσιες legendum cenſuerim, propter eum locum quem in Exegeſi ex lib. 2. Epid. ſect. 3. adfert Gal. vbi φλοιζούσῃσι αἱμοῤῥαγίῃσι legendum ſcripſimus, etſi φλυζούσῃσι vulgata lectio tolerari poteſt, quæ dictio plenas ac refertas venas ſignificat. An tũc αἱματοφλοιοστάσιες legi poſſet quòd φλοιῶ γέμω ſignificet turgeo & plenus ſum. Ac forte etiã αἱματοφλεβαζοστάσιες aut αἱματοφλοιοστάσιες ſcribi poteſt, à verbo φλεβάζω aut φλοιώω, quod ſcaturio ſignificat. Quæ dictio tam variæ ſcripturæ occaſionem dedit.

Αἱμημέκει legitur apud Hippocr. lib. 5. Epid. (p. 339. 16.) Sed dictionem corruptam eſſe apparet, & pro ἐμημέκει poſitam per Atticam reduplicationem, ab ἐμέω, pro ἠμέκει. Poteſt videri etiam compoſita dictio αἱμεμέω. Nam pro αἱμημέκει, quæ eſt Aldini codicis & manuſcriptorum exemplarium lectio, codex Germanicus αἷμα ἤμεσε legit, hoc eſt ſanguinem vomitione reiecit. Quod certe vitiatæ ſcripturæ ſuſpicionem non leuem iniicit.

Αἱμόκερχνα Galenus in Exegeſi apud Hippocrat. dici ſcribit ἐπὶ αἵματος ἐκχύσει κέρχνον ἐμποιοῦντα. τοῦτο δὲ ἐστὶ δήξεις τινὰς ὑποτραχεῖς ἐμποιοῦντα κατὰ τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν, hoc eſt, in ſanguinis effuſione κέρχνον, id eſt ſtridulum quendam ſonum, qualis eſt ſtertentium, mouentia. Eſt autem is morſus quidam ſubaſper, aſperam arteriam irritans. Erotianus autẽ αἱμοκέρχνα legit & explicat τὰ μετὰ τοῦ αἵματος ἤχον καὶ τὰ τραχέα. κέρχνον γὰρ λέγουσιν οἱ Ἀττικοὶ τὸ ξηρόν, quæ præterquam quòd ſanguine perfuſa, etiam ſicca ſunt. κέρχνον enim Atticis ſiccum dicitur. Αἱμόκερχνα etiam agnoſcit Heſychius & ἠχοῦντα exponit ſonum facientia, aut reſonantia. Varinus αἱμόκερχνα αἱμοστάγματα exponit, ſanguinis ſtillas, additque κέρχνον γὰρ λέγεται ἐπὶ αἵματος ἐκχύσει παρὰ τῷ Ἱπποκράτει hoc eſt κέρχνον poni apud Hippocr. de ſanguinis miſſione aut effuſione. Quod certe vt ingenuè fatear nõdum mihi compertum eſt.

**Αἱμοῤῥαγία** ſimpliciter ſanguinis profluuium ſignificat apud Hip. quacunque ex parte effundatur, præſertim tamen copioſum & liberale. In Coac. prænot. (p. 428, 15.) αἱμοῤῥαγίαι ποιέουσι dicuntur quibus ſanguis largiùs effluit, de quibus αἱμοῤῥαγέειν effert Hippocrat. aph. 27. lib. 4. ibique αἱμοῤῥαγίαν ſimpliciter dicit Gal. cùm ſanguis largo impetu erumpit ac effunditur. Lib. 6. Epid. aph. 9. ſect. 9. οἱ ἐξ αἱμοῤῥαγιῶν ἐξυδρωπιοῦνται, quòd multi ex immodico ſanguinis profluuio aqua inter cutem corripiuntur, eſt animaduertendum. Vbi αἱμοῤῥαγίαι copioſum quauis ex parte ſanguinis profluuium ſignificant. Sic αἱμοῤῥαγία, αἵματος λάβρος ἔκχυσις copioſa ſanguinis effuſio dicitur authori Definit. Medic. (p. 402, 43.) Et Gal. in Exeg. dictionem ἀπὸ τοῦ ῥαγῆναι deductam ſcribit, quod ἀθρόας ὁρμᾶν cũ impetu aut confertim ferri ſignificat. αἱμοῤῥαγίαν Celſus apud Hippocr. ex prorrh. 2. (p. 423. 16.) ſanguinem aliqua parte prorumpere vertit cap. 7. lib. 2. Αἱμοῤῥαγίας etiam nomine ſæpiſſimè apud Hippocr. ſanguinis è naribus profluuiũ indicatur. Gal. Com. 1. in lib. 1. Epid. (p. 252. 6.) αἱμοῤῥαγίαν ὁ Ἱπποκράτης καλεῖ αὐτὸ τοῦ προσθεῖναι τὸ μέρος ἐξ οὗ κενοῦται τὸ αἷμα, τὴν ἐκ τῶν μυκτήρων ἀποπληρώσεως. hoc eſt Hæmorrhagiam aut ſanguinis eruptionem vocat Hippocr. non addito partis vnde euacuerit nomine, eam quę ex naribus fit. Sic αἱμοῤῥαγία in Prorrh. (p. 212 & 213. multis in locis) ſanguinis eruptionẽ ſignificat, præcipue tamen eam quæ per nares fit. Vbi etiam ſcribit Gal. τὸ αἱμοῤῥαγέειν ἐμφαίνεται πολλάκις οὐχ ἅπαξ αἷμα ῥυῆναι ἐκ τῆς ῥινὸς ἀξιοῦν ἀκούειν. hoc eſt, αἱμοῤῥαγέειν & ſanguinem profundere apparet ſæpius ac non ſemel de ſanguinis ex naribus fluxu debere intelligi. Lib. 6. Epid. ſect. 3. aph. 18. αἱμοῤῥαγικοὶ ſimpliciter dicitur de his qui ſanguinem ex naribus profundunt. Vbi ſcribit Gal. μεμνῆσθαι δ' ὑμᾶς οἶμαι καὶ μὲν ἐξ ἄλλων μορίων γενομένας αἱμοῤῥαγίας μετὰ τῆς τοῦ τόπου προσηγορίας λεγομένας ἀεὶ, τὰς δ' ἐκ τῆς ῥινὸς ἔσθ' ὅτε καὶ χωρὶς τοῦ μέρους. Vos autẽ memoria tenere arbitror, ſanguinis profluuia quæ aliis ex partibus contingunt, cum loci appellatione ſemper efferri, quę verò ex naribus fiunt, interdum citra partis mentionem. Quæ ſæpius αἱμοῤῥαγία, ἡ ἐκ τῆς ῥινὸς αἵματος ῥύσις dicitur Hippocrat. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 67. 30.) Αἱμοῤῥαγίαι τεταρταῖαι quę quarto die contingunt, multis reſcriptis damnantur Hippocrati. Lib. 2. Epid. (pag 315. 35.) αἱ τεταρταῖαι αἱμοῤῥαγίαι δύσκριτοι. Sanguinis è naribus eruptiones quæ quarto die contingunt, difficilem habent iudicationem. Et lib. περὶ κρισίων (p. 387. 14.) αἱμοῤῥαγίαι τεταρταῖαι οὐ λυτικαί ſang. eruptiones quarto die contingentes nullam faciunt ſolutionem. αἱμοῤῥαγίαι τεταρταῖαι κωματώδεις, ſang. eruptiones quarto die contingentes ſoporem inducũt, Prorrh. (p. 211. 32) & Coac. prænot. (pag. 444. 32.) ἡ ἀπὸ τῆς τετάρτης αἵματος ῥύσις γινομένη, χρόνια σημαίνει, Sanguis ex naribus quarto die erumpens, morbi longitudinem prædicit. Αἱμοῤῥαγίας autem ſigna & indicia deſcribuntur in Prorrhetic. (pag. 215. 53.)

**Αἱμοῤῥοὶς** ſanguinis profluuiũ ex venis quæ ſunt in ano interdum ſignificat, interdum verò venam in ano ſanguine craſſo & melancholico diſtentam, eumque vi naturæ effundentem, vt ſcribit Gal. lib. de atra bile (p. 359. 45.) Sic αἱμοῤῥοΐδες dicuntur conſtanti ætati familiares aphoriſm. 30. lib. 3. hoc eſt ſanguinis per ora venarum quæ in ano ſunt, profluuium, quod fit ex atra bile, quando ad venas quæ in ſede ſunt abundantius decumbit. Αἱμοῤῥοΐδας Celſus ora venarum tanquam ex capitulis quibuſdam ſurgentia, quæ ſæpe ſanguinem fundunt, interpretatur, cap. 18. lib. 6. interdum ora venarum fundentia ſanguinem, vt cap. 20. lib. 5. & cap. 30. lib. 7. & ora venarum ſanguinem fundere ſolita cap. 7. lib. 2. ex aph. 12 lib. 6. & cap. 8. lib. 2. per ora venarum ſubitam ſanguinis profuſionem ex aph. 21. lib. 6. ſemper venas quę in ano ſunt intelligens. Etſi αἱμοῤῥοΐδες nõnunquam ſanguinẽ quacunque parte profluentem apud Hipp. ſignificant, Prorrh. 2. (p. 422. 28.) ἢ αἱμοῤῥοΐδας ἔχουσιν, aut per ora venarum ſanguinem fundere ſunt ſoliti. Quem locum Celſus exprimens, ſanguinem aliqua parte prorumpentẽ dixit, cap. 8. lib. 2. Et Coac. prænot. (p. 437. 39.) αἱμοῤῥοΐδος φύσιος ἐπὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς, ſanguinis profluuium per ora venarum ſanguinem fundere ſolita, apparere poſſe ſpes eſt. Quibus in locis tam ſanguis per nares quàm per ſedem profluens intelligi poteſt. Fit autem αἱμοῤῥοὶς non vna quidem ex cauſa, verùm interdum natura ipſa melãcholicum expurgãte humorem, interdum etiam & copiam excernente, quemadmodum ſanguinem per nares effundẽtibus contingit, nonnunquam etiam vena ſanguinis in ipſam decumbentis impetu recluſa, idque ſine conſilio moliente naturâ: ideoque efficitur vt effuſus ſanguis interdum niger non ſit. Quinetiam naturâ atri ſanguinis euacuandi cauſa venam aperiente, nonnunquam accidit euacuato malo bonum ſubſequi, niſi prius vas occludatur, ſed diutius apertum remaneat. Gal. Com. 5. in lib. 6. Epid. (p. 515. 36.)

**Αἱμόῤῥοι φλέβες** vocat Hippocr. venas magnas & inſignes, quæ ſectæ ſanguinis profluuium magna copia effundunt. Quod exiguis venis non contingit, quibus ſectis ſanguis parua copia effunditur, celeriterq́; concreſcit. Gal. Com. 2. in lib. de fract. (p. 546. 54.) φλεβῶν αἱμοῤῥόων πελιώσεις venarum ſanguinem fundentium liuores, quas φλέβας αἱμοῤῥοούσας vocat lib. de art. (p. 661. 21.) Sic lib. περὶ αἱμοῤῥοΐδ. (p. 521. 2.) κοίλας φλέβας καὶ αἱμόῤῥους ſimul iungit, venas cauas & ſanguinem effundentes intelligens, quæque non facili negotio comprimantur. Lib. περὶ τόπων (p. 185. 1. & 3.) αἱμόῤῥους φλὲψ vena inſignis & magna dicitur. Lib. verò 1. de morb. (p. 129. 33. & p. 131. 33.) φλέβα αἱμόῤῥοον magnam aliquam venam ſanguinem fundentem aut arteriam intelligit. At lib. περὶ ὀστέων φύσ. (p. 59. 30) αἱμόῤῥους φλὲψ dicitur vena & craſſa & ſanguiflua, de vena caua,

ſatta, vt & ibidem (p.61.21.) ἢ ἐπωμιαίη αἱμόῤῥους humeralis ſanguiflua aut inſignis nuncupatur, quòd ſanguinem copioſè effundat ſi rumpatur aut conuellatur.

Αἱμωδία eſt dentium ſtupor aut torpor ex acidis acerbiſue cibis, aliquando etiam ex viſione aut auditione procedens, cùm videlicet ea à quibus animus ac corpus pariter abhorret videmus aut audimus, velut cùm ictus aut ruinas, aut præcipitia contuemur, ac limarum aut ſerrarum attritus exaudimus. Quod teſtatur Hippocr. lib. περὶ χυμῶν (p.116.7.) μύλαις μὲν τριβομένης πρὸς ἑωυτὰς ὀδόντες ἡμωδίασαν, molarum quidem in ſe affrictu, dentes ſtupeſcunt. Lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.192.23.) ex pituitæ acidæ vomitione dentes obſtupeſcere ſcribit. καὶ ἐμέει λάπην ὀξεῖαν, καὶ τὸ ἔμεσμα ἢν ἐγχέῃς χαμαί, ζέει τὴν γῆν ὥσπερ ὄξος ἐπιχέοντι, καὶ οἱ ὀδόντες αἱμωδιῶσι, & vomit pituitam acidam, ſique quod vomitione eſt redditum in terram effundas, eam veluti acetum infuſum radit, & dentes ſtupeſcunt. Quæ phraſis repetitur lib. 2. περὶ νούσων (p.153.29.) καὶ ἐμέει λάπην, καὶ οἷον ὄξος, καὶ οἱ ὀδόντες αἱμωδιῶσι. & lib. eodem, (p.158.2.) καὶ τοὺς ὀδόντας αἱμωδιᾷ, καὶ τὸ ἔμεσμα τὴν γῆν αἴρει. Hoc eſt, vomit pituitam ac velut acetum, & dentes obſtupeſcunt. Item, & dentes obſtupeſcunt, & quod vomitione eſt refuſum terram attollit. Ibidem quoque (p.143.48.) καὶ τοὺς ὀδόντας ναρκᾷ, καὶ αἱμωδίην ἔχει, dentes torpeſcunt & ſtupore detinentur. Sic lib.2. Prorr. (p.422.6.) αἱμωδία, dentium ſtupor ac torpor in vteri fluxionibus ex frigidioris aut acerbioris humoris ſenſu adſcribitur. αἱμωδιᾶν Heſychio τὸ τοὺς ὀδόντας ναρκᾶν ἀπό τινος ἀκούσματος ἢ θεάματος, dentes torpore affici ex aliqua re vel viſa vel audita. Sunt qui αἱμωδιᾶν ſimpliciter τοὺς ὀδόντας ὀδυνᾶσθαι ex Suda exponunt, & αἱμωδίαν omnem dentium dolorem intelligunt.

Αἰνιάτης exponitur Gal. in Exeg. ὁ ἀπὸ Αἴνου τῆς ἐν Θρᾴκῃ πόλεως. τὸν δὲ αὐτὸν καὶ Αἰνιατικὸν ἔστιν ὅτε καλεῖ, qui eſt ex Aeno Thraciæ ciuitate. Eundem verò interdum Aeniaticū vocat, vbi quidam vitioſè αἰνιωτικὸν legunt. Subindicari autem videtur locus lib. 5. Epid. (p.340.25.) vbi ſcribitur noſtris in exemplaribus, ὁ Αἰνιήτης ὁ ἐν Δήλῳ ἀκοντίῳ πληγεὶς ὄπισθεν τοῦ πλευροῦ κατὰ τὸ ἀριστερὸν μέρος. In Delo Aeniates quidam tergo in latus ſiniſtrum iaculo percuſſus. Qui locus repetitur lib. 7. Epid. vbi vitioſè ξυνήτης ſcribitur (p.357.46.)

Αἰνῶς grauiter, valde, admodum ſignificat, & poëticum eſt ac apud Homerum frequens. Vſurpatur etiam Hippocrati lib. 4. Epid. (p.329.14.) αἰνῶς ὁ ὀφθαλμὸς ὀδυνώμενος graui dolore affectus oculus, aut ἴλλαι ἔνι αἰνῶς, admodum diſtortus eſt. αἰνῶς, δεινῶς καὶ χαλεπῶς, καὶ λίαν ἢ μανικῶς, Heſychio exponitur.

Αἰολᾶσθαι τὸ οἷον πλάζεσθαι καὶ πλανᾶσθαι exponit apud Hippocr. Galenus in Exeg. errare, vagari, vacillare. Ex lib. 2. περὶ γυναικ. (p.282.46.) καὶ αἰολᾶται τὴν γνώμην, & mente vagatur aut vacillat. Erotianus tamē αἰωνᾶ legiſſe videtur quod πλανᾶται exponit. Suidas αἰόλλει non ſolùm ποικίλλει & στρέφει, verumetiam πλανᾷ explicat, vt & Heſychius, qui & κινεῖ addit, hoc eſt, variat, vertit, errat, mouet. Idem αἰολίζειν, ποικίλλειν, & αἰόλα, ποικίλα, ταχέα.

Αἰονὴ exponitur Erotiano apud Hippocr. κατάντλησις perfuſio, additque Bacchium πρόσκλυσιν dicere, hoc eſt inundationem, prolutionem aut fotum. Lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p.112.13.) αὐτὸ τὸ δέρμα ἑλκοῦται, θερμῷ αἰονώμενον. cutis ipſa in ſuperficie exulceratur calidæ perfuſione aut fotu. Ac neſcio an eum locum ſubindicare videatur Erotianus.

Αἶπος locum arduum, difficilem, excelſum, altum ſignificat. Lib.7. Epid (p.366.15.) πρὸς αἶπος εἰ πορεύοιτο, ſi quando ad locum acceſſu difficilem aut arduum contenderet, de empyico loquens. Lib.2. de morb. (p.152.24.) καὶ ὅταν ὁδοιπορίην ἢ δράμῃ, ἄλλως τε καὶ πρὸς αἶπος, ἀσθμαίνει καὶ ἀδυναμίη λαμβάνει, cumque præcipuè per locum arduum iter fecerit aut cucurrerit, anheloſus & imbecillis euadit. Ibidem (v.40.) ἢν νῆστις δὲ πρὸς αἶπος ὁδοιπορίην ποιῇ, mane verò ieiunus ad arduum locum iter faciat. Ibidem (p.157.12.) ὁδοιπορίῃ δὲ ἀσθενέει, μάλιστα δὲ ἢν πρὸς αἶπος ἴῃ, iter faciens imbecilla eſt, præſertim verò vbi ad arduum aut accliuem locum contendit. Et lib. περὶ παθῶν (p.208.36.) καὶ ἢν πρὸς αἶπος βαδίζῃ, ſi ad accliuem locum iter faciat. Vbi tamen πρὸς ἶπος vitioſè ſcribitur. Quibus in locis, omnibus in exemplaribus πρὸς ἴπος vitioſè legitur. Idem autem πρὸς αἶπος ſignificat, quod ſcribitur (p.154.19.) ἢν πρὸς ὄρθιον χωρέῃ, vbi ad accliuem locum contenderit. Videtur enim illorum verborū eſſe explicatio quædam. αἶπος Heſychio exponitur ὑψηλὸς τόπος, ὁ ὑλώδης, κάματος. locus arduus, altus, ſyluis conſitus, labor. Sunt qui cacumen & verticem montis exponant. αἰπὺ ἔλυμα ſæpe effert Homerus, & αἰπὺν ὄλεθρον grauem mortem χαλεπόν, (Il. ζ. v.57.) & Στυγὸς ὕδατος αἰπὰ ῥέεθρα, Stygis alta fluenta, ὑψηλὰ ἢ ἐξόχως χαλεπά.

Αἴρεται ἐπαίρεται exponit Erotianus, quod eſt eleuatur, attollitur. Verùm ἀείρεται leg. apud Erot. exiſtimo, cuius exemplum antea in ἀείρει adſcripſimus. Nam etſi iſtius dictionis multa ſunt exempla apud Hippocr. tam vulgatam tamen ſignificationem ab eo tam temere adſcriptam minimè reor.

Αἰσθανόμενοι dicūtur qui ſenſuum beneficio fruuntur, bene ſentiunt, ac eas actiones, quæ κατὰ προαίρεσιν fiunt, integris ſenſibus obeunt, mente conſtant & ratione valent, ac bene intelligunt. In prorrh. (p.179.34.) οὗτοι ἄφωνοι μὲν, αἰσθανομένοις δὲ συμβαίνει γίνεσθαι, hos quidem vox deficere ſolet, abſque ſenſuum tamen læſione. Vbi ſcribit id additum Gal. quòd quibuſdam cum ἀφωνία ſenſationis ac motionis oblæſio contingat affecto cerebro. In Coac. præn. (p.429.36.) οὗτοι ἄφωνοι αἰσθανομένοις συμβαίνει γίνεσθαι, hi voce defecti abſque ſenſuum tamen læſione præfocari ſolent. Vbi tamen ex prorrh. lectionem reſtituimus. τὰ αἰσθητὰ dicuntur Gal. Com. 1. εἰς

τὰ κατ' ἰσθησιν (p. 664. 45.) propriè quidem, quæ nulla alia facultate indigent vt diſcernantur, ſed ſub ſenſum cadunt eoq́; ſolo cõprehenduntur. Impropriè autem ſenſilia dicuntur, quæ pluribus ſenſibus, ac memoria ſimul ac ratione (πολύτροπα καὶ κεφαλαιωτὰ λόγον vocat) comprehenduntur.

Αἴσσειν eſt irruere, impetu ferri, prorumpere, poëtis frequentiſſimum, quod & vſurpatur Hippocr. vt lib. 1. περὶ γυναικ. (243. 20.) ὀδύναι ἀΐσσουσι πρὸς τὰς ἰξύας, dolores ad lumbos irrumpunt, ingruunt. Eſt & ἀΐσσειν, proſilire, exilire, cum impetu ferri, irrumpere, percelli. Lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 244. 10.) γνώμη ἀΐσσεται, mens percellitur, exilit, erumpit cum impetu. Vbi tamē exēplaria quædā vitioſè αὔξεται legũt. Erot. ἀΐσσει ὁρμᾷ exponit, vt & Heſychius, ἀΐσσουσι, ὁρμῶσι, irruũt, impetu ferũtur, & ἀΐσσειν, ὁρμᾷν. Inde quoq; deducta ſunt ἀναΐσσειν, ἐπαΐσσειν & διαΐσσειν, de quib. ſuo loco.

Αἰσχρομυθέειν turpia & obſcœna loqui ſignificat apud Hippocratem. eſtq́; valde delirantium indicium. Lib. 4. Epid. (p. 329. 32.) αἰσχρομυθέειν ἰσχυρῶς ὑπὸ ταύτης ἰών, valde obſcœna loquebatur ab iis natura abhorrens. Et lib. 3. Epid. ægr. 11. poſt ſt peſt. παρέλεγεν, ᾐσχρομύθει delirabat, obſcœna loquebatur. Eamq́; dictionem ex lib Epid agnoſcit Gal. Com. 1. in Prorrh. (p. 178. 37.) & explicat his verbis. ἐὰν οὖν πάνυ τι σεμνῶς λέγοντες, ὀλίγον ὕστερον αἰσχρῶν καὶ ἀσελγῶν πραγμάτων μνημονεύωσιν, ὅπερ ἐν ταῖς ἐπιδημίαις αἰσχρομυθεῖν ἐκάλεσεν ἡ μετάπτωσις οὐκ ἐκ φαύλων εἰς ἐπιεικῆ, ἀλλ' ἐκ μοχθηρῶν εἰς μοχθηρὰ γίνεται. hoc eſt, Hęc igitur caſte & boneſtè proferentes, ſi paulò poſt obſcœnas res & impias cõmemorarint, quod in Epidemiis αἰσχρομυθεῖν vocat, ea trãſmutatio non ex vitioſis ad moderata, ſed ex prauis ad praua fieri exiſtimatur. Αἰσχρουργεῖν τὰς τέχνας eadē ratione dicitur Hippo. initio lib. περὶ τέχνης, artes turpiter dehoneſtãdo inceſſere, artes vituperare.

Αἰτίη ἰσχυρὴ dicitur Hippocrati lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 93. 56.) cauſa fortis interna, eamq́; προφάσει iungit, quæ eſt cauſa euidens externa ἢν ὑγιαίνοντι τὸ ἐκ ξυμβῇ ἄνευ προφάσιος, ἢ ἄλλης αἰτίης ἰσχυρῆς, ſi ſano abſq; euidenti cauſa externa, aut forti alia cauſa iſtud contigerit. Vbi Gal. αἰτίαι ἰσχυρὰς exponit, οἷα τοῖς ἐκπεπληγμένοις διὰ φόβον, ἢ λύπην μεγίστην γίνεται, qualia vel timore, vel maximo animi mœrore perculſis contingunt. Αἴτιον verò quid dici debeat, ſatis apertè indicat Hippocr. lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 10. 19.) δεῖ δὲ δήπου ταῦτα αἴτια ἑκάστου ἡγεῖσθαι, ὧν παρεόντων μὲν, τοιοῦτον τρόπον ἀνάγκη γίνεσθαι, μεταβαλλόντων δὲ ἐς ἄλλην κρῆσιν, παύεσθαι. Ea verò cuiuſque rei cauſa exiſtimanda ſunt, quæ cùm adſunt, rem huiuſmodi eſſe cogũt: iis verò in aliud temperamentum immutatis, eam deſinere neceſſe eſt.

Αἰὼν ὁ βίος exponitur Galeno apud Hippocr. in Exeg. vita, ætas aut æuum. Eſt autē id omne ſpaciũ quo hominis vitã & durationē metimur, vitam humanã à primo ortu ad interitũ vſq; circũſcribens. Frequēs eſt dictio Hippo. extremo lib. περὶ σαρκῶν, (quod tamen libelli περὶ αἰῶνος principiũ quidã faciũt) (p. 43. 30.) ὁ αἰὼν τοῦ ἀνθρώπου ἑπτάήμερος, hominis vita ſeptē dierũ numero circũſcribitur, & (v. 42.) δῆλον δὲ τοῦτο ὅτι ἑπτάήμερος ὁ αἰών, cõſtat autē quòd ſeptē dierũ numero hominis vita circumſcribitur. Lib. 2. de fract. (p. 546. 19.) καί τις ἢν σφακελισθῇ, τὸν αἰῶνα πάντα ἱκανὸς ἀνεχεῖν τὸ νόσημα. Quòd ſi ſyderatũ fuerit, morbus toto æuo perdurare poteſt. Vbi ſcribit Gal. φανερώτερον τοῦ ἑρμηνεῦσαι τὸν ὅλον βίον τοῦ ἀνθρώπου. Manifeſtũ nunc dici totã hominis vitã. αἰὼν exponitur Heſychio ὁ βίος τῶν ἀνθρώπων, & ὁ τῆς ζωῆς χρόνος hominum vita, & vitæ tēpus. Αἰὼν autē exponitur Erotiano ὁ νωτιαῖος μυελὸς ſpinalis medulla, adductis duobus Hippocr. locis. Quorum alter lib. 7. Epid. legitur (p. 367. 43.) ὁ τὸν αἰῶνα φθινήσας ἑβδομαῖος ἀπέθανεν, quidã ſpinalis medullæ tabe vexatus ſeptimo die obiit. Etſi apud Erotianũ ex lib. περὶ βελῶν καὶ τραυμάτων indicatura apponitur, niſi iſta ad alterũ Hippocr. exemplũ referri debeant. Atq; etiã iſtã huius dictionis ſignificationē agnoſcit Heſychius eodē expreſſo locu. λέγει δὲ τὸν νωτιαῖον τὸν νωτιαῖον μυελὸν ἀποδοκεῖ ὡς Ἱπποκράτης, τὸν αἰῶνα τις νοσήσας ἑβδομαῖος ἀπέθανε. ποτὲ δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ μακροῦ χρόνου τάττεται καὶ ὁ ἐν παντὶ τῷ σώματι μυελός. Quibus verbis ſignificatur à quibuſdã recentioribus hac dictione ſpinalē medullã indicatã, vt & tractu tēporis omnē corporis medullã fuiſſe expreſſã. Eſt etiã αἰὼν Varino ὁ νωτιαῖος μυελός.

Αἰώρα, geſtatio, exercitationis genus dicitur Medicis multiplex vt deſcribitur Aetio cap. 6. lib. 3. tetrab. 1. Sunt etiam αἰῶραι penſiles quædã geſtationes ab Athenienſibus introductæ, qui molles ſibi ſuſpēdere ſeſſiones & geſtationes bacchanalibus ſolebant, quas æotas appellabãt. Oſcilla appellari velut ſuſpendicula cenſet Galliæ noſtræ lumen Turnebus cùm illud Maronis explicat, Oſcilla ex alta ſuſpendũt mollia quercu, cap. 23. lib. 20. Aduerſariorũ. ἀπαιωρεῖσθαι & αἰωρεῖσθαι dicitur attolli, dependere, ſuſpendi, lib. de fract. (p. 551. 56) ὅπως ἥκιστα ἀπαιωρηθήσεται ὁ πούς, vt pes quàm minimũ dependeat, de pede collocãdo agitur. Celſus excitari dixit de parte quæ reliquo corpore ſublimior collocatur, cap. 26. lib. 7. Ἀπαιωρέεται apud Hippocr. Erot. ἀποκρέμαται exponit, & videtur locũ lib. de fract. ſubindicare (p. 559. 5. Vbi tamē legitur, ἢν μὲν γὰρ ἀπαιώρηται ὁ πούς. Etenim ſi per excitetur, aut depēdeat. Aut eum qui legitur eodē lib. (p. 538. 52.) ἔνθεν δὲ καὶ ἔνθεν ἡ χεὶρ ἀπαιωρέεται, hinc & inde manus depēdeat. Vbi ἀπαιωρέεται videtur leg. Erot. Αἰωρέειν etiã ſuſpēdere & attollere ſignificat, vt li. 1. περὶ γυναικ. (p. 252. 1.) καὶ αἰωρέειν ἐπὶ κλίνης φερομένην, & in lecto geſtatum ſuſpendere aut attollere.

¶ Ἀκαθαρσίη vitioſorũ humorũ illuuiē ſignificat, & purgationis defectũ. Lib. 3. de morb. (p. 158. 46) ἀκαθαρσίην σημαίνει, vitioſorũ humorũ purgationē nõ factã indicat. Et rurſus (p. 159. 10.) ὁκόταν ὁ ἐγκέφαλος πλησθῇ πολλῆς ἀκαθαρσίης, cùm cerebrũ multa vitioſorũ humorũ illuuie oppletũ fuerit. lib. de fract. (p. 568. 25.) τῶν τρωμάτων ἀκαθαρσίην, dicit vulnerũ ſordes &

des & impuritatem. καὶ ὅσα ἐς φλεγμονὴν καὶ ἀκαθαρσίην ὁρμᾷ & quæ ad inflammationem ac impuritatem feruntur.

Ἄκαιρος dicitur quod eſt inopportunum, intempeſtiuum, & matura tempeſtiuitate priuatum, vt ἄκαιρος ὑπόστασις dicitur lib. 1. Epid. quam ὠμὴν καὶ ἄπεπτον explicat Gal. intempeſtiuum ſedimentum, crudũ & incoctum, quod in vrinis craſſis, aut nullo modo ſubſidentibus, aut parum ſubſidentibus ineſt. Comm. 1. in lib. 1. Epid. (p. 355. 23.) ἀκαιρότερα διαχωρήματα Lib. 3. Epid. ægr. 8. importuniores & intempeſtiuiores deiectiones, quæ nullum modum ſeruant, ſnotque immodicæ, & ἄκαιρα διαχωρήματα ægr. 11. eiuſdem libri. Lib. quoque 1. Epid. (p. 357. 40.) ὀλίγα δ' ἀκαίρως τὰ τῶν ψύξεων γένεα, dicuntur frigora quæ non valde intempeſtiuè, aut præter temporis conſtitutionem, aut vrbis conſuetudinem obuenirent. ἄκαιρος enim idem quod οὐ κατὰ καιρὸν ſignificat, cùm χειμῶνας οὐ κατὰ καιρὸν dixit Hippocrates, μεγάλας πρὸ τοῦ δέοντος magna & præmatura frigora exponit Gal. Com. 2. in lib. 1. Epid. (p. 357. 23.) Ibidem quoque διψώδεις οὐ λίην ἀκαίρως non admodum intempeſtiuè ſiticuloſi in febribus dicuntur, ex ſuccorum redundantium qualitate. (p. 364. 6.) Quæ phraſis etiam repetitur lib. 3. Epid. in ſt. peſt. (p. 427. 52.) Lib. 6. Epid. aph. 28. ſect. 3. ἀκαίρως ἰηθεῖσιν αἱμορροΐδας quibus intempeſtiuè curatæ ſunt hæmorrhoides dicuntur, hoc eſt (vt ſcribit Gal.) quibus neque ſanguinis detractione, neque medicamentorum vacuatione aut exercitatione conſultum eſt, aut quibus ne vna quidem relicta, ſed omnes in vniuerſum ſublatæ aut conſtrictæ. Ἀκαίρους πόνους exponit Gal. Com. 4. in lib de rat. vict. in morb. ac. (p. 115. 7.) ὡς ἡ παροῦσα κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον διάθεσις τοῦ σώματος, οὐ δύναται φέρειν, labores intempeſtiuos, quos eo tempore præſens corporis ſtatus ferre nequit. Lib. 3. Epid. in ſt. peſt. (p. 428. 54.) ἱδρῶτες ἄκαιροι, πολλοὶ ψυχροὶ διὰ παντὸς, ſudores intempeſtiui, multi, continenter frigidi.

Ἀκαλήφη exponitur Galeno in Exeg. ἡ κνίδη, quæ & vrtica, etſi quidam ἀκαλύφη ſcribunt.

Ἀκάματος exponitur Erotiano apud Hippocr. ἀκοπίαστος hoc eſt laſſitudinis & defatigationis expers, laſſitudinem non ſentiens. Sed mendum ex ea interpretatione ſubeſſe ſatis apparet, & pro ἀκάματος ἀκάμαντος eſſe legendũ, vt ſubindicetur locus lib. de fract. (p. 530. 52.) ἄπονος μὲν ὁδοιπορέοντι, ἄπονος δὲ κατακειμένῳ καὶ ἀκάμαντος. ita vt ne deambulanti quidem dolorem vllum, aut decumbenti calorem ac defatigationem adferat. De manu mitella ſuſpenſa agitur.

Ἀκατάστατοι πυρετοὶ febres inconſtantes dicuntur Hippocrati, quæ nil firmi & certi, neq; in periodis, neq; in vrinis, neq; in febrium forma retinent, verùm in iis plurimùm variãt. Gal. Com. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 101. 21.) ἀκαταστάτους πυρετοὺς εἴρηκεν ἐφ' οἷς μηδέν ἐστι καθεστηκός, ὅπερ σημαίνει τὸ βέβαιον. ἔστι δὲ βέβαια τά τε ἐν ταῖς περιόδοις φαινόμενα, καὶ τοῖς οὔροις, ἔτι δὲ καὶ τοῖς ἀκριβέσιν ἰδέαις τῶν πυρετῶν. αἱ μὲν οὖν περίοδοι τὴν ἀρχὴν οὐδὲ φαίνονται ταῖς πρώταις ἡμέραις· τὰ δὲ ἐπιγίνεται ἄλλοτε ἄλλα, καὶ πολλάκις δὶς καὶ τετράκις οὐρεῖν, διά γε τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς συμβαίνῃ, καὶ ἀνόμοια φαίνεται τὰ οὖρα πρὸς ἄλληλα. τὴν τοιαύτην ἰδέαν τοῦ τοιούτου πυρετοῦ ἀκατάστατον εἶναί φησι, ὅπερ ταὐτὸν δηλοῖ σημαίνειν, τῷ μὴ διασώζειν τὴν ἰδέαν μίαν ἀκριβῶς. Hoc eſt, inconſtantes febres dixit in quibus nihil conſtans eſt, quod firmum aut certum ſignificat. Sunt autem firma & certa, quæ in circuitibus & vrinis, quin etiã quæ in exactis febrium ſpeciebus apparent. At periodi circa initia primis diebus non apparent. Alia verò aliàs ſuperueniunt, ac ſæpe noctu & interdiu ter quaterq; meiere contingit, diſſimilesq; inter ſe vrinæ apparent. Huiuſmodi igitur febris formam inconſtãtem eſſe ait, quod perinde ſignificat, ac ſi nõ exactè formam vnam ſeruare diceret. Non abſimili ratione φρίκη ἀκατάστατος dicitur in Coac. prænot. (p. 442. 43.) horror inconſtans, qui præſtitutam ſibi formam & legitimam non ſeruat, ſed ab ea aberrat & typum mutat, vt ſi à tertianæ circuitu in quartanũ tranſitus fiat. Lib. 3. Epid. in ſt. peſt. (p. 428. 20.) inter febrium genera ἀκατάστατοι πυρετοὶ numerantur. At ἀκατάστατα οὖρα dicuntur vrinæ inconſtantes, inſtabiles, turbulentæ & confuſæ, non ſubſidentes aut ſubſiſtentes, quales ſunt perturbatæ, quæ magnam humorum & ſpirituum conturbationẽ plurimãq; crudi ſucci cum flatibus à calore præter naturam agitationem indicant. In Prorrhet. (p. 179. 33.) & Coac. prænot. (p. 429. 35.) τὰ οὖρα ἀκατάστατα, ἐναιωρεύμενα, vrinas ſignificant turbulentas & cum ſublimamẽtis confuſis, in quibus quod per vrinam fertur craſſum eſt, omninò perturbatũ & confuſum, nec vllam firmam aut ſtabilem ſedem ſeruat, ſed plurimùm à calore & flatibus agitatũ, totam vrinam cõturbat. Quod his verbis exponit Gal. Com. 1. in Prorrh. (p. 179. 48.) τὸ δ' ἀκατάστατον αὐτοῦ μετὰ τοῦ φαίνεσθαί τινα παχύτερα τῆς ὅλης οὐσίας τῶν οὔρων ἐναιωρούμενα, ταραχὴν ἐνδείκνυται κατὰ τὰς φλέβας ὑπάρχειν, ἅμα θερμασίᾳ τῇ παρὰ φύσιν, οὐκ ὀλίγου πνεύματος ἠθροισμένου φυσώδους. Vrinæ verò inſtabilitas cum eo vt craſſiora quædam per totam vrinæ ſubſtantiam in ſublime ferri videantur, in venis perturbationem vnà cum calore præter naturam ineſſe indicant, congeſto non pauco flatuoſo ſpiritu. Rurſusq; paulò poſt, τῶν δὲ ἀκαταστάτων οὔρων ἐν τοῖς ἐναιωρήμασι, πρῶτον μὲν ἐν ταῖς φλεψὶν ἀπέπτων χυμῶν ταραχὴν ἐνδεικνυμένων, κατὰ συμβεβηκὸς δὲ καὶ τῇ τῆς παρακρούσεως γενέσει συντελούντων, Vrinarum quidem in ſublimamentis inſtabilitate, primum certe crudorũ in venis humorum agitationem indicante, ex conſecutione verò & ad deſipientiæ ortum conferente. Ergo τὰ ἀκατάστατα οὖρα ἐναιωρεύμενα accipi videntur, quæ aliàs in Epid. Hippocr. μὴ καθιστάμενα vocat, & quod ἐναιώρημα μετέωρον οὐχ ἱδρυμένον ſæpe ſcribitur. At ἀκατάστατοι καιροὶ dicuntur illegitima tempora & inconſtantia, immoderata, neque præſtitutam

à natura temperiem aut ſtatum retinentia, vt & ἀκαταστάτοισι νόσοισι, inſtabiles morbi, inquieti, illegitimi. Aph. 8. lib. 3. & lib. 2. Epid. (p. 311. 32.) & ἀκατάστατοι ὧραι lib. περὶ χυμῶν (p. 116. 41.)

Ἀκέεσθαι ſanare, mederi ſignificat apud Hippocr. vt lib. de fract. (p. 534. 13.) τὰ δὲ ἀπόξηρα ἀκέεσθαι, extremæ verò partes in anguſtum tenuatæ curandæ. Ἄκεσις, curatio, medela, ἐν παραγγελίαις, (p. 17. 7.) ἄκεσις χρόνῳ, medela tempore contingit. Et (p. 18. 8.) ἀκέσιος ἀναμαρτήτου, medelæ inculpatæ. Quem locum ſubindicans Erotianus ἀκέσιας τὰς ἰάσεις exponit medelas, καὶ ἀκεστὰ τὰ ἰάσιμα, ſanabilia, medicabilia. Galenus etiam in Exegeſi ἀκεστά, τὰ ἰατὰ καὶ γὰρ ἄκεα τὰ ἰάματα, curabilia, & ἄκεα medicamenta & remedia. Qua dictione ſæpe vtitur Hippocr. lib. de art. vt (p. 637. 52. & 56.) & ἄκος dicitur ὕπνος δίψης ἐπιπολαίου leuis ſitis ſomnus remedium. Vbi ἄκος ἴαμα explicat Gal. lib. 6 Epid ſect. 4. Aph. 21. Lib. quoq; περὶ παθῶν (p. 187. 29.) λιμοῦ καὶ δίψης ἄκος, famis & ſitis remediũ. Ἀκέσιν, ἰάμασιν apud Hippoc. exponit Erot. ac ꝓcul omni dubio locum ἐν παραγγελίαις denotat (p. 19. 13.) μικρῇ αἰτίῃ ἀκέσιν λύεται, parua cauſa remediis exoluit'. et ſi paſſim ἀκέσει legitur, quod induxit quoſdã vt locum iſtum aliter ac Erotianus ſumerent, nempe paruam cauſam curationem impedire aut ſoluere. Ἀκέσεσιν etiam vſurpat Hippoc. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 38. 32.) ἀλλ' ὅτι καὶ ὀλίγῃσι τὸν ἀριθμὸν τῇσιν ἀκέσεσιν ἐχρέοντο, ſed quod paucis numero remediis vſi ſunt. Atq; ibi Gale. ἀκέσεσιν ἰάμασιν exponit, medelis. Eſt ἀκέεσθαι & ἀκεῖσθαι id quod θεραπεύεσθαι, mederi, ſanare. Vt apud Hom. Il. χ. v. 2. ἀκέοντό τε δίψαν, ſitim ſanabant, hoc eſt ſedabant aut reſtinguebant. Vbi Scholiaſtes annotat ἀκεῖσθαι κυρίως dici τὸ ἄχος ἰᾶσθαι καὶ τὸ ὅπως δή ποτε θεραπεύειν, ὅθεν τρύγες ἀκεστοῦ τὸν ἰατρὸν, καὶ ἀθλητικῶς ἀκέστορα φασί. Ἀκεῖσθαι. ἰᾶσθαι exponit Heſychius. & ἀκέοντο, ἐθεραπεύοντο, ἰῶντο, vt & ἀκέσασθαι θεραπεῦσαι, ἰάσασθαι, & ἀκέσματα, ἰάματα. Idem cùm ἀκέονται θεραπεύονται explicat, mihi conceptis verbis locũ Hippocr. lib. de Loc. in homine ſubindicare videtur (p. 66. 34.) καὶ ἀκέονται αὐταὶ [διαβρώσιες] σφίσιν ἑωυτῇς, ipſaq; [foramina] ſibi ipſis medentur. Dicitur & ἀκεστρὶς medicatrix & quæ medetur. Hippocr. lib. περὶ φυσῶν (p. 118. 1.) πᾶσι γὰρ τουτέοισιν ἀδήλως ἡ ἰητρικὴ ἐναργῶς ἀκεστρίς, his enim omnibus medicina manifeſtam affert medelam, aut manifeſtò medetur. Et ἀκεστρὶς per ſyncopen lib. περὶ σαρκῶν (p. 44. 13.) medicatrix aut quæ parturientibus præeſt, obſtetrix, εἰ δέ τις βούλεται καὶ τοῦτο ἐλέγξαι, ῥηΐδιον πρὸς τὰς ἀκεστρίδας αἳ πάρεισι τῇσι τικτούσῃσιν ἐλθόντα πυθέσθαι. Quod facilè quis deprehendat, ſi medicatrices quæ parientibus præſunt, hoc eſt obſtetrices, conſulat & interroget. Ἀκεστρίας Atticos τὰς ῥαφίδας vocare annotat Erotianus (ſi modò integra eſt lectio) παρὰ τὸ ἀκεῖσθαι καὶ ὑγιᾶ ποιεῖν ἱμάτια, hoc eſt, acus quòd veſtimenta ſanent. hoc eſt integritati reſtituant & ſarciant.

Ἀκέραιος, ἀδιάφθορος exponitur Galeno in Exegeſi incorruptus, integer, ſyncerus, purus. Quibus verbis locus lib. περὶ παθῶν (p. 188. 20.) exprimitur, vbi ἰκμὰς ἀκέραιος humor incorruptus, ſyncerus ac purus accipitur, ex fortioribus cibariis corpori accedens. Ἀκήρατος idem quod ἀκηράσιος aut ἀκήριος ſignificat, hoc eſt fato non obnoxius & immortalis. Et ἀκηρασία Heſychio ἀφθαρσία corruptionis expers natura exponitur. Citatur ex Ariſt. ἀκήρατον στοιχεῖον καὶ θεῖον elementum corruptionis expers & diuinum. ἀκήρατα apud Plat. in Timæo M. Tullius lib. de vniuerſitate incorrupta vertit. ἀκήρατα δ' οὐχὶ κατὰ ταὐτὰ ὄντως, niſi quòd non ita incorrupta, vt ea quæ ſemper iiſdem.

Ἀκηρίδες dicũtur Gal. Com. 3. εἰς τὸ κατ' ἰητρεῖον (p. 692. 17.) ex compoſitiones quæ cera carent, etſi ἀγκηρίδας vitioſé habent exemplaria publicata. Alii etiam ἐγκηρίδας legunt. Eſt ἄκηρος Galeni compoſitio & emplaſtrũ fiſtulas iungens, & calloſas exiccans & contrahens, extremo lib. 4. κτ' γένη. Eam deſcribit Paulus cap. 17. lib. 7. verùm ἀκήρατον, forte pro ἄκηρον, vocat.

Ἀκηδίη legitur apud Hippocr. lib. de Loc. in homine (p. 74. 38.) vbi de peſſis agitur, ἔπειτα προσθεὶς καὶ θερμαίνων ἐν ἀκηδίῃ ἀποδήσας, ἕως ἂν καταταχῇ, deinde apponito & panniculo intecto, aut alia re quapiam conſimili calfacito donec colliqueſcat. Vbi etiã ἀκηδίῃ legũt meliora exemplaria. Sed ſanè mihi ſuſpectus admodũ locus eſt, & pro ἀκηδίῃ, ἐν ῥάκει δίαι, ἢ ἄλλῳ τινὶ legendũ videtur, vt ſit, & panniculo illigata, aut alia quadã re cõſimili, calefacito & apponito. In tota enim γυναικείων πραγματείᾳ, ἐν ὀθονίῳ ἢ εἰρίῳ illigata medicamẽta ad vteros apponũtur, & hic ἀκηδίας vox nil habet cõmercii. Eſt enim ἀκηδία Heſychio, αἰσχύνη, ὕβρις, ἀμέλεια, & ἀλυπία, ſignificatq; ſecuritatẽ, neglectũ, mœroris vacuitatẽ, & cõtra grauẽ mœrorẽ, aut mœroris abũdãtiã πολυκηδίαν. Niſi qs hoc loco ꝓ vili aut neglecto pãniculo poſitum exiſtimet, inſolente admodum phraſi.

Ἀκηδίη etiã legitur lib. περὶ αἰδοίων (p. 57. 46.) ἀμφότεροι δὲ ἐν ἀκηδίῃ καταγνοῦσι τὴν φύσιν, amboq; magna moleſtia naturã frãgũt & enetuãt. Vbi ἀκηδίη magnũ tædiũ ac moleſtiam ſignificat, aut iugem noxiam & offenſionem.

Ἀκιδνὸς infirmus, imbecillis, debilis dicit', dictio Homero familiaris & Hippocr. vt lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 237. 29.) ἐπειδὰν ἀκιδναὶ αἱ μῆτραι ἔωσι ἄτροφοι ὑπό τινος γίνωνται, cùm debiles vteri ab aliquo affectu macilẽti fiũt. Vbi tamẽ εὔτροφοι quędã exẽplaria leg. vitioſè tamẽ vt apparet. Idẽ lib. περὶ φυσ. παιδίου (p. 37. 46.) ῥαγέντος δὲ ὑμένος, καὶ οἱ ἄλλοι ἀκιδνότεροι δύναμιν ἔχουσι. Iã verò rupta vna mẽbrana, reliquæ fiũt imbecilliores. ἐν παραγγελίαις quoq; (p. 18. 25.) ἀκιδνὸς γὰρ ἂν φανείη, imbecillis enim videbitur & impotẽs, hoc eſt, animi impotẽtiã prodet. Ἀκιδνόν, ἀσθενές, εὐτελές exponit Heſychius, debile & vile. Idẽ ἀκιδνότερον, ἀσθενέστερον, ταλαιπωρότερον, ἀθλιώτερον, infirmius, ærumnoſius, miſerius.

Ἄκικυς infirmum, imbecillum ac debilem ſignificat,

ſignificat, eumq́; cui κικὺς non ineſt, quam exponit Heſychius ἰσχὺν περὶ τὴν κίνησιν, robur ad motionem. Eidem ἄκικυς exponitur ἀσθενὴς, ἀδυνάματος. κατ' στέρησιν τῆς τοῦ κικυὸς, ὃ ἐστιν κινήσεως, ἤγουν τῆς περὶ τὴν κίνησιν λεγομένης ἰσχύος, qui motione, aut viribus ad motionem priuatur. Sudæ etiam ἄκικυς dicitur, ὁ μὴ ὀξὺς, καὶ ἐστερημένος δυνάμεως viriū alacritate priuatus. Vtitur hac dictione Hippocrates lib. 4. de morb. (p. 170. 25.) εἰ δὲ μὴ, κενωθεὶς [ὁ ἰχμὸς] ἄκικυς τε ἂν, ſin minus, & euacuatus (humor) debilis eſſet. Sed ἄκικυν vitioſè legunt exemplaria quædam tum manu ſcripta tum Aſulanum. ἄκικυς, ἀσθενὴς, ἀνίσχυρος, Varino etiam exponitur.

Α'κὶς apud Hippocr. ὑπαὶ ἐν ἡμᾶς ἔπηξε τὸ σίδηρον τοῦ βέλους, ſic appellatur ſagittæ ferrum aut cuſpis, Gal. in Exeg. Ea dictione vtitur Hippocr. lib. 5 Epid. (p 339. 29.) οὔτε γὰρ ἀκὶς ἐξῃρέθη, neque enim ſagittæ ferrum eductum fuit, aut ſpiculum. Et (v. 31.) τὴν δὲ ἀκίδα εὑρίσκοντες ἡμεῖς. Inuenta autem cuſpide. Et rurſus (v. 32.) ὑπονοεῖν δὲ ἦν τι μεσηγὺ τῶν νεύρων κεκρύφθαι κατὰ τὴν ἀκίδα. In ea autem eramus ſuſpicione cuſpidem inter medios neruos latuiſſe. ibidem quoq; (v. 43.) ἔδυ δὲ ἡ ἀκὶς ἱκανῶς. cuſpis verò abūde ſubiit, altè deſcēdit, aut demerſa fuit. Α'κὶς Heſychio exponitur inter alia ſignificata, ἡ βέλος σιδηροῦν, ἡ τὸ σιδήριον τοῦ βέλους. aut ſagitta acuta, aut ſagittæ acies & ferrum. Eidem ἀκίδες τὰ σιδήρια τοῦ βέλους dicuntur, ſagittæ acies. Verùm ἄκις vitioſè pro ἀκὶς apud Heſychium legitur. ἀκίδα τρίγωνον vocat lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 203. 22.) acum triangularem qua puncturam in genu facit cucurbitula affixa.

Α'κμὴ dicitur Hippocr. quod in quaque re ſummum eſt & incrementum aut valentiſſimū. Lib περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 8. 33.) ἰσχύει δὲ τούτων τῶν ἐόντων ἰσχυρότατον ἡ ἀκμὴ, fortiſſimum id ipſum quod in re quaque viget ac ſummū eſt. Id vigor dicitur, vt inter dulcia dulciſſimum, inter amara valde amarum, & quod inter ea quæ ſui ſunt generis principatū obtinet. Gal. Lib. de tempor. morborum, (p. 379. 57.) ἀκμὴν ἐν ἑκάστῳ τῶν ὄντων ἔσχατον τὸ μέγεθος εἶναι νοοῦμεν. ἀκμὴ & vigor in ſingulis rebus intelligitur eſſe ſumma & extrema magnitudo. Ibidem quoque (p. 382. 50.) ὥσπερ γὰρ τὴν ἐπὶ τῷ μεγίστῳ μεγέθει στάσιν, ὡς πρὸς τὴν αἴσθησιν ἡμῶν τῶν ἁπτομένων, αὐτῶν τε τῶν καμνόντων, ἀκμὴν, ὥσπερ οὖν καὶ τῶν ἡλικιῶν ἀκμὴ, τὸ πλεῖστον ἐστὶ, καὶ φαίνεται καὶ τούτῳ τῷ ὀνόματι, καθάπερ καὶ τῷ διαλείπειν ὁ Ἱπποκράτης χρώμενος. Non ſecus ac in maxima magnitudine ſtatū, quo ad nobis aut ægris ipſis tangentibus percipi poteſt, vigorem appelles licet, ſic certe & ætatum vigor extremum eſt ac ſupremum. Videturq́; Hippocrates hac dictione vt & verbo διαλείπειν (quod intermittere ſignificat) vſus. Quibus verbis indicatur Hippocrati ἀκμὴν dici in morbis vigorem & ſtatum, tempus quo morbus ad maximam magnitudinem accedit, ſummamq́ue habet vehementiam, idq́ue ex tranſlatione ex ætatis vigore, quaſi morbus iam adultus dicatur in quo plenus eſt morbi impetus, vt παρακμὴ, morbus cōſeneſcens & inclinans. Sic Com. ad aph. 7. lib. 1. ἀκμὴ οὐδὲν ἄλλο ἐστι dicitur, ἢ τὸ μέγιστον τῶν νοσημάτων ἐν τοῖς συμπτώμασι, nil aliud quàm morbi ſummum inter ſymptomata. Eaq́; dictione vt aliàs ſæpe vtitur Hippocr. aph. 9. & 10. lib. 1. & 30. lib. 2. vt & ἀκμάζειν morbus dicitur aph. 8. lib. 1. & 29. lib. 2. qui ſummè intenditur ac viget, ἀνθεῖν vocat Hippocr. lib. 2. Epid. (p. 321. 35.) quod eſt in flore eſſe, non ſecus ac ætatis flos, vigor, ac iuuentutis robur, ἀκμὴ dicitur apud Græcos. Eſt & ἀκμὴ τῶν γυμνασίων ſumma exercitationis intenſio ac vigor, vt ἀγῶνος ἀκμὴ certaminis intēſio, Gal. li. 2. ſalub. (p. 245. 11.) οὐ μὴν αὐτίκα γε ἀπολύειν λουτῷ μὲν, ἀλλὰ τῆς μὲν ἀκμῆς τῶν γυμνασίων ἐπισχεῖν, καὶ στῆναι κελεύσαι. Nec tamē protinus ad lotionē ducendus eſt, ſed ſummam exercitationis contenſionem (Græci ἀκμὴν vocant) remittere ſiſtereq́; iubebitur. Ex eadem etiam tranſlatione ἡ νοῦσος μαλθακωτέρη τῶν ἐσχάτων morbus extremis mollior dicitur aph. 7. lib. 1. qui ex ſumma morbi intenſione remittit. Α'κμὴ πάθους exponitur Erotiano apud Hippocr. ἡ τῶν τὸ μέγεθος δηλ. αὐτοῦ σημείων παρουσία, cùm ſigna morbi magnitudinē indicantia adſunt. Α'κμὰς etiam dici τοὺς ἰόνθους & varos, quòd κατὰ καιρὸν τῆς ἀκμῆς, florentis ætatis tempore, in facie exoriātur, ſcribit Caſſius probl. 33. pro quo ἄκνας apud Aetium tetrab. 2. lib. 4. cap. 13. Gorrhæus & Interpres leg. inſpecta ſanè ſcriptura. Α'κνας autem dici adſcribit Gorrhæus, quòd non pruriant neque ægrum ad ſeſe ſcabendum ſtimulent.

Α'κολαστότερον, intemperanter admodum, incontinenter, laſciuè, libidinoſè, petulanter, proteruè, immoderanter, immodeſtè, perditè ſignificat. Lib. 4. Epid. (p. 329 31.) παρέκρουσεν οἶμαι ὀγδόῃ ζόνον τι ἀκόλαστον, delirauit octauo, ni fallor, die admodum intemperanter, laſciuè. De adoleſcente qui inter delirādum valde obſcœna loquebatur. Pro quo ἀκολαστότερον legiſſe videtur Erotianus, & ἀναιδέστατον exponit, hoc eſt, impudētiſſimè, quia huic αἰσχρομυθίην ἐσχυρῶς adſcripſerit Hippoc. quod eſt fœdiſſima & obſcœna admodum loqui.

Α'κόνη pila aut mortarium quibuſdam dicitur ex Polluce. Α'κόνην τὴν θυΐαν exponit Gal. in Exeg. pilam aut mortarium, apud Hippocr. ex his quę adiuncta ſunt lib. περὶ διαίτης ὀξέων, additque Theophraſtum lib. 8. de nat. ſtirpium eodem modo vſurpare. Locus eſt apud Hippocr. in extremo lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 117. 19.) ἐν ἀκόνῃ τρίβων, in pila aut mortario terens. Lib. verò περὶ ὄψιος (p. 522. 15.) ἀκόνη cotem ſignificat. ἄνθος χαλκοῦ βῶλον πρὸς ἀκόνην τρίψας, floris æris glebulam ad cotem terito.

Α'κοπον dicitur Hippocr. aph. 48. lib. 2. id quod fatigationem, aut laſſitudinem, aut dolorem tollit. τὸ διαναπαύεσθαι εὐθὺς ἄκοπον, quies ſtatim laſſitudinem tollit. Vbi ſcribit Galenus, ſiue membra iam doleant ex multitudine

motionum, ſiue adeo ſint fatigata, vt vix iam aliquid agere poſſint, quietem laſſitudinem tollere. Ex quibus conſtat ἄκοπα dicta fuiſſe veteribus quæ dolores aut laſſitudines ex laboribus tollerent. Quod etiam fuſius ſcribit Gal. lib. 7. de comp. med. κατὰ γένη cap. 9. κόπος dici Græcia affectus ex multo vehementiq; motu toti corpori vel eius partibus quæ laborarunt, obuenientes, laſſitudines dicunt. Quas quæ leuant medicamenta aut tollunt, ἄκοπα vocari. Poſtea verò in vſu fuiſſe medicis, etſi non ad laſſitudines tantùm ab ipſis eſſent compoſita, ſed vel ad dolorem diuturnum in alto corpore latentem, vel motum difficilem, vel partis duritiem, vel tenſionem, vel tumorem ſcirrhoſum, appellare ſimiliter acopa id genus omnia, modò humidam conſiſtentiam acopis ſimilem habeant, quæ liquidis ceratis quibus in luxatis & fractis vtimur, eſt affinis. Adeò vt acoporum appellatio quondam ſanè medicamentorum facultatem, poſtea verò conſiſtentiam ſignificarit, eorumq; poſtea nominatæ differentiæ, non medicamentorum vires, ſed conſiſtentiæ formam indicent. Horum multæ deſcribuntur ſpecies eodem lib. 7. compoſ. med. κατὰ γένη. Lib. etiam 4. ſalub. τὸ τῆς ἐλάτης ex abiete, & τὸ διὰ τῶν αἰγείρου τῶν ἀνθῶν, ex populi nigræ floribus, acopa deſcribuntur, quæ vim concoquendi & in halitum digerendi habeant. Eadem quoque acopa διαφορητικὰ eſſe ſcribit Gal. lib. 6. ſalub. Acoporum appellationem Latini retinent, vt Celſus cap. 24. lib. 5. & Scribonius Largus comp. 156. & 161. Plinius laſſitudines ſoluentia aut leuantia dicit.

Ἀκριτοτροφίης inſatiabilis edendi auiditas, ciborum deſiderium inexplebile, cùm quis cibis citra ſatietatē veſcitur. lib. 6. Epid. ſect. 4. aph. 10.

Ἄκυος Gal. in Exeg. apud Hippoc. πεπληρωμένη exponit. Sonat autem innita, & pro repleta ſumitur. At vereor vt parum integra ſit lectio, neq; hoc ſenſu (vt ingenuè fatear) apud Hippocr. me legere memini, niſi quòd lib. τῶν περὶ γυναικ. (p. 240. 47.) legitur, ὅτι ὑγρὰ ἄκυα μᾶλλον τὰς γυναῖκας, διὸ διαφθείρουσι ἄκυοι. Quare minus mirum videri debet mulieribus, ſi quæ prægnantes ſunt & grauidæ fœtus ſuos corrumpant. Vt ἄκυοι & πεπληρωμέναι apud Galenum leg. videatur, quo grauidatæ prægnantes & impletæ ſignificātur, vt etiam expoſuit Cordæus.

Ἀχύσια δάκρυα vide δάκρυα ἀχύσια.

Ἀκραλέα idem Gal. in Exeg. ἄκρα exponit, extrema, ſumma. Pro quo quidam ἀκραῖα ſcribūt. Sed ἀκραλέα ſcribit Varinus. Quidam etiam ἀκράλεα pro ἀκρεάλεα ſumendum exiſtimant, vt ſint excarnia, carnis expertia.

Ἀκρασία aut ἀκρησίη intemperantiam & incontinentiam Hippocrati ſignificat & incontinentem aut intemperantem vitam. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 109. 6.) ἢ δι' ἀκρασίην, ἢ δι' ἄλλην τινὰ ἰσχυρὴν αἰτίην ἔμπυοι γίγνονται, vel ob incontinentiam, aut aliam validam quandam ob cauſam ſuppurati fiunt. Vbi ἀκρασίην explicat Galenus, quæ incontinentes aut intemperantes facit ex multa redundantia, cruditate, crapula, Venere, vigiliis, atq; aliis id genus. Sic lib. περὶ χυμῶν (p. 116. 3.) ψυχῆς ἀκρασίη σιτίων καὶ βρωμάτων, animi intemperantia circa cibum ac potum, ſomnum ac vigilias dicitur.

Ἀκρασίαι etiam in plurali eadem ſignificatione ſumuntur apud Hippo. & victus intemperantiam ac luxuriem denotant, lib. 4. Epid. (p. 331. 46.) Et lib. 2. Epid. (p. 316. 19.) καὶ τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ αἱ ἀκρησίαι, καὶ τὰ ἐμφυσήματα πλείονα αὔξουσι. Quin & victus intēperantia & flatus incrementū capiti addunt. Niſi quis illic ἀκρησίας immoderationes accipiat. In Coac. etiā prænot. (p. 426. 11.) αἱ ἐν πυρετοῖσιν ἀκρασίαι, in febribus victus intēperantia, vbi ἀκρησίαι quædā leg. exēplaria, & nos ex manu ſcriptis mēbranis ἀκρησίαι legimus. Ἀκρασίη quoque & ἀκρασίαι impotentiā denotat ac debilitatē, incontinentiā aut δυσκινησίας & quandā ad motum difficultatē, ex facultatis motricis imbecillitate, ideoq; cum ſtupore iungitur in Coac. præn. (p. 428. 35.) καὶ νωθρότητα καὶ ἀκρασίην παρέχει, torporē ac impotentiā ad motum adfert. Sic lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 204. 21.) ἀκρασίην ἴσχει τὸ σῶμα πολλὴν, corpus impotentia multa tenetur. & rurſus (p. 208. 15.) ἀκρασίη τῶν σκελῶν καὶ τῶν χειρῶν, crurū ac manuum impotētia. Qua notione etiā ἀκρασίη & ἀκρασίην ponitur Hippo. αὐτὸ τῆς ἀκρατείας, in Coac. prænot. (p. 434. 42.) ὑποχόνδριον ἄλγημα μετὰ ἀκρασίης καὶ νωθρότητος γινόμενον, præcordiorū dolor cū impotētia ac torpore obueniēs. & lib. 4. Epid. (p. 329. 22.) ἀκρασίη, impotētia, incōtinētia, membrorū imbecillitas. Lib. quoq; 6. Epid. ſect. 7. aph. 1. ἀκρασίαι ἄρθρων καὶ partiū imbecillitates & impotētiæ ex reſolutione obortæ. & lib. 2. περὶ νούσων (p. 141. 27.) ἀκρασίη τοῦ σώματος corporis ad motionē impotentia ac debilitas. lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 266. 44.) ἀκρασίη γουνάτων genuum impotentia. Qua in re ἀκρατέειν tūdē dicitur in Coac. præn. (p. 428. 43.) καὶ ὅταν δὲ τις ἀκρατέειν τρομώδης, totius corporis impotētia quædā tremula & ad motū imbecillitas, (pro quo in Prorrh. ἀκράτεια τρομώδης ſcribitur) Et li. 4. Epid. (p. 329. 21.) ἀκρατέειν τραχήλου καὶ τῶν ἄλλων ceruicis ac reliquorum membrorum imbecillitas & impotentia, etſi publicata exemplaria paſſim vitioſa ſunt & κρατία legunt.

Ἀκράτεια impotētiā quandā & motionis inefficacitatē ſignificat. In Prorrh. (p. 215. 51.) ἀκράτεια τοῦ σώματος τρομώδης, totius corporis impotentia cum tremore, plenitudinis indiciū, vbi adeſt magna humorū copia, & ab ea corpus totū ita grauatur, vt ad quæuis obeūda munia ſit impotēs, nec niſi tremulū aliquid aggrediatur. Ἀκράτεια νεύρων, neruorū incōtinētia & imbecillitas, eorū ſubſtātia à calore diſſoluta, aph. 16. lib. 5. & lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p. 112. 31.) Sic ἐκ τρώματος ἀκρατέες τοῦ σώματος dicunt in Coac. pr. (p. 438. 41.) q corporis impotētia ad mouendū laborāt, & quibus ex vulnere neruorū genus affectū, motionū

inefficacem

ineſſicacem actionem facit. Et lib. de art. (p. 488. 21.) σκελέων τε καὶ χειρῶν ἀκρατέας, quibus crurum ac manuum ſunt ineſſicaces motiones. ἀκρατέες σκελέων lib. 6. Epid. aph. 11. ſect. 4. qui crurum impotentia conflictabantur, Prorrh. 2. (p. 419. 19.) ἀκρατὴς τῶν σκελέων, cui crura ad motionem ſunt impotentia & inutilia. ἀκρατὴς χεὶρ, manus impotens, imbellis, inutilis, quæ moueri nequit, exoluta, in morbi comitialis depulſione, Prorrh. 2. (p. 417. 25.) χεὶρ λεπτὴ καὶ ἀκρατὴς, manus extenuatur & impotens redditur. Extenuationem enim & exolutionem ſignificat membrorum, quę ſæpe accidit ex morbi comitialis depoſitis aliquá in partem reliquiis. ἀκρατὴς τὰ ἐπὶ δεξιὰ, dextra corporis parte ad motionem impotens, lib. 4. Epid. (p. 329. 12.) Et lib. 2. de morb. (p. 141. 12.) ἀκρατὴς ἑωυτοῦ, ſui impotens, & qui moueri nequit. Ibidem (v. 15.) λύεται τὸ σῶμα γίνεται καὶ ἀκρατὴς, reſoluto corpore & ad motionem impotens. Quæ offenſio cerebrum attingit, & neruorum qui ab eo in partes deducuntur originem. Nam vt ſcribit Gal. lib. 2. de ſympt. cauſ. (p. 223. 2.) εἰ γὰρ τὸν ἐγκέφαλον ἡ βλάβη καταλάβοι, πάντων εὐθὺς χρῆμα τῶν μορίων ἀκρατέως καὶ ἀναίσθητα γίνεται, noxia affecto cerebro, confeſtim corporis partes mouendi potentia & ſenſu priuantur. ἀκρατέα τινὰ τῶν μελέων τοῦ σώματος, quædam corporis partes ad motionem impotentes dicuntur lib. 1. περὶ χυμῶν (p. 244. 3.) & lib. περὶ ἱερῆς νόσου (p. 125. 49.) ἀκρατέα γίνεται καθ᾽ ἃ τὸ αἷμα διεφθάρη, ad motionem impotentes partes iuxta quas ſanguis corruptus fuerit. Eodem lib. (pag. 124. 20.) ἀκρατὲς μέρος pars quæ moueri nequit dicitur, & (p. 125. 12.) αἱ δὲ χεῖρες ἀκρατέες γίνονται καὶ σπῶνται, manus verò ad motionem impotentes redduntur ac conuelluntur, hoc eſt, moueri nequeunt, aëre ac ſpiritu per membra non permeante, ſed à pituita excluſo. Α᾿κρατὴς γλῶσσα, lingua incontinens, infirma, debilis, ita vt articulatam vocem formare nequeat dicitur Hippocr. aph. 40. lib. 7. Gal. ἀκρατῆ μὲν ὀνομάζει γλῶσσαν, ἥτις τὴν ἀσθενείας μὴ διαρθροῦν ἀκριβῶς τὴν φωνὴν, ἢ τὴν ἀκίνητόν τε καὶ παραλελυμένην παντάπασι. Incontinentem quidem linguam vocat, quæ ita inconſtans eſt & infirma, vt articulatam exactè vocem efficere nequeat, aut immobilem & omninò reſolutam. ἀκρατὴς γλῶσσα explicatur Varino apud Hippocr. ἡ διαρθροῦν ἀδυνατοῦσα, quæ moueri nequit, aut articulatam vocem efformare. Qua etiam notione φωνῆς ἀκρατέες dicuntur lib. 1. de morbis (p. 129. 42.) qui vocem efformare nequeunt, aut efferre quaſi vocis impotentes. Vbi tamen Cornarius γλώσσης ἀκρατέες leg. videtur. Quæ omnia ſatis indicant ἀκράτειαν & ἀκρατῆ, de motricis facultatis impotentia dici Hippocrati. At lib. 6. Epid. aph. 44. ſect. 8. ἀκρατὴς æger incontinens & intemperans dicitur, quique ſibi temperare aut modum adhibere non poteſt. ἐν οἷσιν ἀκρατὴς φοβερός. Videndum in quibuſnam incõtinenti metum incutere oporteat. In Coac. præn. (p. 427. 34.) χολώδεις κοιλίαι καὶ ἀκρατέες in lethargicis dicuntur alui impotentes & exolutæ, & quæ biliosa aut liquida effundunt. Atque eadem ratione ἀκρατὴς dicitur qui ſtomachi vitio laborat, & cibos continere nequit, præcipueque vbi cum nauſea coniungitur, vt lib. 5. Epid. (p. 341. 36.) καὶ ἀκρατὴς ἦν καὶ ἀσώδης & incontinens ac nauſeabundus erat. (Quod repetitur lib. 7. Epid. (pag. 362. 15.) In eamque notionem accipi teſtatur quod ſequitur, οὐδὲν δὲ κατεῖχεν ἐδωδῆς, οὔτε ἐκ τῶν ποτῶν οὔτε ἐκ τῶν σιτίων, neque verò quicquam cibi aut potus continere poterat.

Α᾿κρατον, ſemper tamen ἄκρατον Hippocrati, dicitur in ſuperuacanearum genere aut humorũ euacuatione, quod eſt ſyncerum, impermixtum, & nullum alium permixtũ humorem habens. Quod perpetuis decretis ab Hipp. in ſecretionis genere damnatur. In ſputorũ quidem ratione τὸ ἄκρατον his verbis damnat Hippocr. in Progn. (p. 145. 11.) τό τε γὰρ ξανθὸν ἄκρατον ἐὸν, κινδυνῶδες, ſputum nanque flauum impermixtum, periculum ſubeſſe teſtatur. Et paulò pòſt (v. 50.) εἰ δὲ εἴη οὕτως ἄκρατον ὥστε καὶ μέλαν φαίνεσθαι, δεινότερόν ἐστι τούτων ἐκείνων, quòd ſi adeò ſincerum eſt vt nigrum videatur, id omni alio deterius eſt. Eadem ratione flauum vehementer eſſe ſputo permixtũ vult ibidem Hippocr. (p. 143. 53.) ξυμμεμιγμένον τε φαίνεσθαι τὸ ξανθὸν ἰσχυρῶς τῷ πτυέλῳ. εἰ γὰρ πολλῷ ὕστερον κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ὀδύνης ἀναπτύοιτο ξανθὸν ἐὸν, ἢ πυῤῥὸν, ἢ πολλὴν βῆχα παρέχον, καὶ μὴ ἰσχυρῶς ξυμμεμιγμένον, κάκιον γίνεται. Spuro antem flauum vehementer permixtum eſſe oportet. Etenim ſi multò pòſt circa doloris initium quod expuitur, aut flauum, aut rufum, & cum multa tuſſi, neque admodum commixtum fuerit, peius habetur. Vt enim ἄκρατον condemnaret, ξυμμεμιγμένον ἰσχυρῶς ſputum eſſe voluit. Sic enim iungendum eſſe ſcribit Galen. com. in Progn. & lib. 1. de Criſi cap. 5. Eademque in Coac. Præn. repetũtur (p. 435. 21.) In vomitionis autem genere quod eſt ſincerũ his verbis infamat Hippocr. in Progn. (p. 142. 41.) ἔμετος ὠφελιμώτατος ὁ φλέγματος καὶ χολῆς ξυμμεμιγμένης ὡς μάλιστα, per quàm vtilis eſt vomitus qui pituitã & bilem quàm maximè permixtam habet. His enim verbis ἄκρατον damnat, cũ permixtos inter ſe humores non ſinceros apparere vult, & τῷ ἀκρήτῳ τὸ ξυμμεμιγμένον opponit, vt ſcribit Gal. τὸ γὰρ μὴ συμμεμιγμένον, ἄκρατόν ἐστι, Scilicet id ſincerum dicitur quod minimè eſt permixtũ (vt idem ſcribit com. 2. in Progn.) (p. 144. 13.) Rurſusq; ibidem εἰ γὰρ ἀκρητέστεροι, κακίους εἰσί. Sinceriores enim vomitus deteriores habentur. Quæ ferè iiſdem verbis repetuntur in Coac. Præn. (pag. 441. 31.) In Prorrhet. (pag. 190. 10.) ἐμέσματα ἄκρητα, ἀσώδεα, ὀλεθρία, vomitiones ſinceræ & cum angore perniciem indicant. Et in Coac. Prænotion. (pag. 441. 35.) οἱ ἄκρητοι ἔμετοι κακόν. vomitus ſinceri, malo ſunt. Item libro 2. Epid. (pag. 312. 42.) αἱ ἐς ἀκρητέστερα τελευταὶ, σηπεδόνα σημαίνουσιν In vomitibus extremis quę ſinceriora reiecta ſunt, putredinẽ indicant.

At deiectiones ſinceræ paſſim Hippocr. damnantur & ἄκρητα διαχωρήματα vocantur in Prorrh. Coac. & Epid. & ἄκρητοι ὑποχωρήσιες aph. 6. & 23 lib. 7. vbi ſcribit Gal. ἀκράτους δὲ ὑποχωρήσεις εἴρηκε τὰς ἀμίκτους ὑδατώδους ὑγρότητος, αὐτοῦ τοῦ κενουμένου χυμοῦ μόνου διαχωρουμένου, εἴτε πικρόχολος, εἴτε μελαγχολικός, εἴτε πρασοειδὴς, εἴτε ὁ τῆς ἰώδους λεγομένης ὑπάρχει χολῆς. ἐνδείκνυνται γὰρ αἱ τοιαῦται διαχωρήσεις, ἐκπεφρύχθαι τὴν κατὰ φύσιν ὑγρότητα πᾶσαν ὑπὸ τῆς πυρετώδους θερμασίας. hoc eſt, Sinceras verò deiectiones dicit nulla aquea humiditate permixtas, quando ſolus humor qui vacuatur, ſiue is ſit biliosſus, ſiue melancholicus, ſiue porraceus, ſiue bilis æruginoſa dicta, per aluum deiicitur. Eiuſmodi nanque deiectiones natiuam omnem humiditatem à calore febrili rarefactam eſſe indicant. Quod iiſdem prorſus verbis repetitur Com. ad ſent. 19. lib. 1. περὶ χυμῶν. Et rurſus (com. ad aph. 23. lib. 7.) ἀκρήτους ὑποχωρήσιες εἴωθεν ὀνομάζειν ὁ Ἱπποκράτης τὰς ἀμίκτους ὑγρότητος ὑδατώδους, αἳ τὸν μόνον ἔχουσαι εἰλικρινῆ τὸν ὑποχωροῦντα κάτω χυμὸν, εἴτε τὸν τῆς ξανθῆς χολῆς, εἴτε τὸν τῆς μελαίνης. Sinceras deiectiones appellare conſueuit Hippocrat. nulla aquea humiditate permixtas, quæ ſolum purum habent eum humorem qui infra deiicitur, ſiue is ſit bilis flaua, ſiue atra. ἄκρητα διαχωρήματα καλεῖσθαι (ſcribit Gal.) τὰ μόνον ἕνα τὸν ἀπαραμίκτον ἔχοντα χυμὸν ἐκκρινόμενον ἐστίν. Sinceras deiectiones vocari, quæ vnum duntaxat cæteris impermixtum humorem excernunt. Com. 2. in Prorrh. (pag. 186. 16.) Idem quoque ἀκρήτους διαχωρήσιας ex Progn. exponens, ſcribit, τὸ μὲν ἀκρήτου, περὶ τῆς ἀμίκτου τῶν ἄλλων χυμῶν εἶναι ἀναφερόμενον. διὰ τὸ μὴ ἔχειν αὐτὰς ποιότητα τὴν τῶν χολωδῶν, vt illud ἄκρητον ad eas deiectiones referatur, quæ nullo alio humore permixtæ ſunt, propterea quòd ex biliosorum qualitatem non habeant. Rurſusq́; (ibidem) ἀποφαίνεται οὖν ὁ Ἱπποκράτης, φησὶ τὰς χολώδεις διαχωρήσεις ἐπὶ τῶν ἀκράτων, ὅπερ ἐστὶν ἀμίκτους καὶ οἷον ἄκρας κατὰ μίαν ποιότητα. Addita ergo negatione Hippocrates biliosas deiectiones de ſinceris, hoc eſt, impermixtis, ac velut vna qualitate ſumma intenſis, dicit. Ideoque μηδὲ χολώδεας διαχωρήσιας μηδὲ ἀκρήτους illic iungit Hippocr. Etſi ἀκρήτους aquoſas deiectiones quibuſdam accipi velit Gal. cùm ſcribit, ἀκρήτους δὲ τὰς ὑδατώδεις καὶ ἀμίκτους. εἴρηται γὰρ ἤδη πρόσθεν, ὡς τὸ ἄκρατον ἐπὶ τῆς ἀμίκτου λέγεται ποιότητος, ſinceras verò aqueas & impermixtas. Supra nanque dictum eſt, τὸ ἄκρατον, hoc eſt, ſincerum de impermixta qualitate dici. At verò Com. 1. in lib. 1. Epid. (p. 355. 10.) idem ſcribit, ἀκράτους ἐκκρίσεις εἴωθεν ὀνομάζειν τὰς ἀκριβῶς χολώδεις. ὅταν δὲ μεθ' ὑγρότητος ὑδατώδους μιχθῇ καὶ ἐκκενῶται, τὸν τοιοῦτον χυμὸν οὐκέτι ἄκρατον ὀνομάζει. Excretiones ſinceras exactè biliosas vocare cõſueuit. Quod ſi cum aquea humiditate permixtus huiuſmodi humor vacuetur, eum non amplius ſincerum appellat. Idem Com. 2. in lib. 3. Epid. (p. 416. 35.) φησὶ δὲ καὶ τὴν κοιλίαν ἐπὶ τοῖς χολώδεσι λεπτοῖς καὶ ἀκρήτοις ὑδασι ταραχθῆναι, περὶ δὲ τῆς χρόας αὐτῶν, οὐ προσέγραψεν. ἐγχωρεῖ γὰρ ἄκρατα, ὠχρὰ καὶ ξανθὰ, καὶ πυῤῥὰ, καὶ ἐρυθρὰ, καὶ ἰώδη, καὶ μέλανα διαχωρεῖσθαι, γινωσκόντων ἡμῶν ἄκρατα καλεῖν αὐτὸν, ὅσα τὴν οἰκείαν χρόαν ἄμικτον ἔχει πρὸς ἕτερον χυμόν. εἰ δ' αὖ τις εἰκάσει, χολώδη διαχώρησιν ἄκρατα, τουτέστιν ὠχρὰ, ξανθὰ κατὰ τὴν χρόαν ἢ πυῤῥά. τὰ γὰρ ἰώδη καὶ μέλανα μετὰ τοῦ προσθεῖναι τὴν χρόαν ἔθος ἐστὶ καὶ τούτῳ καὶ τοῖς ἄλλοις ἰατροῖς. hoc eſt, Aluum autem tenuibus & ſinceris conturbatam fuiſſe dicit, nihil hîc de eorum colore adiiciens. Poſſunt enim ſincera, pallida & flaua, aut fulua & rubra, aut æruginoſa & nigra per aluum deiici, cùm ſciamus eum ἄκρατα, hoc eſt, ſincera vocare, quæcunque natiuum colorem nullo alio humore permixtum habent. Vt quis verò conicere poſſit, bilioſa ſincera deiecit, hoc eſt, colore flaua vel fulua. Æruginoſa nanque & nigra non niſi addito colore proferre, tum huic, tum cæteris medicis eſt familiare. Ac ea ratione χολὴν ἄκρατον ſe noctu eieciſſe, hoc eſt, bilem flauam, atque ita leuatum eſſe vt ei Deus aliquis medicinam feciſſe videatur, ſcribit M. Tullius ad Terent. epiſt. lib. 14. Hinc quoque ἀκρατοχόλους τοὺς ἄκρατον ἀθροίζοντας χολὴν, qui flauam bilem coaceruant, exponit in Exegeſi Galenus. Idem ἄκρητον τὸ ἄκρατον dici apud Hippocr. ſcribit, οὕτως γὰρ ὀνομάζεται πᾶν τὸ ἄμικτον ἑτέρῳ, καὶ τὴν αὐτοῦ φύσιν διασώζον εἰλικρινῆ. ſic enim vocatur quicquid nullo alio permixtum eſt, ſuamque naturam ſinceram conſeruat. Quod pluribus verbis aperit Com. 2. in Progn. (p. 142. 43.) ἄκρατον id dici ſcribens quod eſt impermixtũ, aut nihil aut parum permixti habens. καὶ διὰ τῆς λέξεως ἐδήλωσεν ὁποῖον τι καλεῖ τὸ ἄκρατον, ἀντιθεὶς αὐτῷ τὸ μεμιγμένον. ὀνομάζομεν δ' οὖν οὕτως καὶ αὐτὸ τοὔνομα δηλοῖ τὸ περὶ αὐτοῦ σημαινόμενον. καὶ γὰρ οἶνον ἄκρατον λέγομεν, ᾧ μὴ μέμικται τὸ ὕδωρ, ἢ παντάπασιν ὀλίγον μέμικται. καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον ἄκρατον ἐστί τε καὶ λέγεται πρὸς τῶν Ἑλλήνων, ὅταν αὐτὸ καθ' αὑτὸ μόνον ἀμιγὲς ἑτέρας οὐσίας ὑπάρχῃ. hoc eſt, Hac etiam dictione indicauit quid ἄκρατον quod eſt ſincerum vocaret, illi τὸ μεμιγμένον, hoc eſt, permixtum ex aduerſo opponẽs. Maximè autem & nomen ipſum quid ab eo ſignificetur, indicat. Vinum enim ἄκρατον dicimus, cui nulla, aut perquam exigua aqua admixta eſt, & quiduis aliud ἄκρατον, (hoc eſt ſincerum) & eſt & dicitur à Græcis, cùm ipſum per ſe ſolum, alienaque materia permixtum non eſt. Ἄκρητον verò vbi de ſanguinis ſtillatione ex naribus aut fluxu efferetur apud Hippocr. ſanguinem nigrum & craſſum ſignificat, nec leuem perniciem inſpectat, vt ægr. 1. lib. 1. Epid. πέμπτῃ περὶ μέσον ἡμέρας, μικρὸν ἀπὸ ῥινῶν ἔσταξεν ἄκρητον, quinto die circa meridiem, parum idque ſincerum è naribus ſtillauit. Et ægr. 3. lib. 3. Epid. δευτέρῃ ἐξ ἀριστεροῦ ὀλίγον ἄκρητον ἐῤῥύη αἷμα. poſtridie ex nare ſiniſtra paucus & ſincerus ſanguis effluxit. Quod ſatis aperit his verbis Gal. com. 3. in lib. 1. Epid. (p. 384. 19.) ὥσπερ μὲν οὖν ἐπὶ διαχωρημάτων, ἢ ἐμεσμάτων ἄκρατον εἶπε, τὸ ἄμικτον λέγει. διαχωρήσεις ἢ ἐμεσμάτων ὄντων τῆς ξανθῆς ἀμίκτου χολῆς, ἢ τῆς μελαίνης, ἢ τῆς ἰώδους. περὶ δὲ τῆς στάξεως ἐπ' αἱμορραγίαν ἄμικτον αἷμα, τὸ μὴ ... αὐτὸ γὰρ εἶδος αὐτοῦ χωρὶς ἰχώρων ὑδατώδους ... ἐρυθροῦ τάξις ἀπὸ μετὰ

εἶδός τι

ἐκκρίσεως τοιοῦτον πέφηνεν, ἀλλ' ἀεὶ μέλανος. εἰκὸς οὖν ἐστιν αὐτὸ δὴ τοῦτο τὸ μέλαν ἄκρητον εἰπεῖν, βουληθέντος αὐτοῦ τὸ πάνυ τοιοῦτον. hoc eſt, Cùm ergo aut deiectionem aut vomitionem ἄκρητον, id eſt, ſinceram dicit, impermixtam intelligit, excreta per aluum aut vomitione reddita, aut flaua bile impermixta, aut nigra, aut æruginoſa. De ſtilla verò ſi impermixtum ſanguinem rubrum inaudierimus, is enim peculiaris eſt ei color, falſum quid cogitatione comprehendemus. Neque enim vnquam rubri ſanguinis è naribus ſtilla, ſed ſemper atri, in pernicioſo morbo apparuit. Veri ergo eſt ſimile hunc ipſum nigrum ἄκρητον, hoc eſt, ſincerum dicere, eumque qui valde talis ſit velle intelligere. Et Com. t. 10 lib. 3. Epid. (pag. 405. 12.) τὸ δὲ ἄκρατον ὅταν μὲν ἐπὶ ξανθῆς ἢ μελαίνης χολῆς, ἢ ἰώδους λέγηται, πρόδηλον ἐστὶ τὸ σημαινόμενον, ὡς πολλάκις ἤδη λέλεκται. τὴν γὰρ οἰκείαν χροιὰν καὶ σύστασιν, ὅταν ἀκριβῶς ἕκαστος τῶν χυμῶν εἰλικρινῆ διαφυλάττῃ, τηνικαῦτα κατὰ τοῦτο λέγομεν ἄκρατον αὐτὸν ἐπὶ δὲ τοῦ αἵματος, ἴσως ἐξ ὑπεναντίου χρὴ νοεῖν ὑπ' αὐτοῦ λέγεσθαι τὸ ἄκρατον, οἷον τὸ κακόκρατον. εὔδηλον δὲ ὅτι τὸ μὲν τοῦ κατὰ φύσιν αἵματος χρῶμα, τὸ ἐρυθρόν ἐστι. τὸ δὲ ἄχρουν οὐ τοιοῦτον, ἀλλ' ἤτοι μελάντερον, ἢ πυρρότερον ἐπιεικῶς. καὶ τὸ πολὺ δὲ μᾶλλον εἰθίσμεθα λέγειν ἄκρατον αἷμα τὸ μέλαν, ὅπερ ἰδίως καὶ παχὺ κατὰ τὴν σύστασιν ἐστί. hoc eſt, ἄκρατον verò quod eſt ſincerum, vbi de flaua, aut atra bile, aut æruginoſa dicatur, manifeſtam, vt iam ſæpius dictum eſt, habet ſignificationem. Propriam namque vbi humor quiſque tum formam tum colorem purum ſeruauerit, tum ἄκρατον, hoc eſt, ſincerum ipſum vacuari dicimus. At fortè contrà de ſanguine τὸ ἄκρατον ab ipſo dici eſt intelligendum, ac ſi κακόκρατον, hoc eſt, perperam mixtum dicat. Conſtat autem colorem ſanguinis ſecundum naturam ſe habentis, rubrum eſſe. Decolorem verò non eiuſmodi, cæterùm vel nigriorem, vel inſigniter fuluum. At frequentius quidem ἄκρατον ſanguinem nigrum dicere ſolemus, qui ſimul & natura craſſus exiſtit. Ἄκρητον etiam Hippocr. vt & aliis ſcriptoribus merum, hoc eſt, vinum merum & meracum ſignificat, vt lib. 4. Epid. (p. 329. 34.) προσηδόντος οἴνου τοῦ πιεῖν ἄκρητον συχνόν, ea de cauſa (arbitror) quòd merum multum potaſſet. & lib. 5. Epid. (p. 342. 10.) νεανίσκος δὲ ἐκ πολλοῦ ἀκρήτου πεπωκώς, adoleſcens poſt multum meri potum. Ac vt ἄκρητον ſimpliciter dicitur, ita & merum, pro vino mero & nulla aqua permixto. Pl. lib. 23. cap. 1. merum quidem remedio eſt contra cicutas, & lib. 6. cap. 21. merũ Libero patri ſacrum. Viuum merum dicit Plautus Amph. Eam e-

Act. 1. Sc. 1. go, vt matre fuerat natum, vini eduxi meri. Et, vt ego illic vini cirneam ebiberim meri. Nonius quoque merum ſolum & ſincerum exponit, & ex Varrone adducit, vino corpus corrumpis mero. Idem etiam ex Oratorio 2. M. Tullij quod de Iſocrate dicitur hunc in ſenſum citat, Cuius è ludo, tanquam ex equo Troiano meri principes exierunt, vbi tamen innumeri paſſim legitur. Ac neque de vino tantùm ἄκρατον dicitur, ſed vt ſcribit Athenæus lib. 2. (pag. 22. 16.) καὶ ἐπὶ τοῦ ὕδατος ἔλεγον οἱ παλαιοὶ τὸ ἄκρατον, etiam de aqua ἄκρατον dixerunt. vt quod apud Sophronem citat, ὕδωρ ἄκρατον εἰς τὴν κύλικα, pro aqua pura in poculo. Dicitur verò & ἀκρητέστερος οἶνος Hippocr. vt & ἄκρητος ſimpliciter, & ἀκρητέστερος οἶνος lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 77. 57.) μέγα μὲν διαφέρει καὶ οἶνος καὶ μέλιτος ἀκρητότης ἐς ἰσχὺν ἀμφοῖν. ὅμως γε μὴν εἰ καὶ διπλάσιον μίσγοι οἴνου ἀκρήτου πίνοι τις, ἢ ὁ ἕτερος μέλι ἐκλείχοι. At vini ac mellis meracitas, ſi vtrinque robur conſideres, magnum habent diſcrimen. Nam ſi vini meri duplam portionem, ad mellis linctũ quis biberit. Ἄκρατον etiam immoderatum, vehemens, ſummum & abſolutum ſignificat, vt ἄκρατος ὀργὴ immoderata ira dicitur, & διάῤῥοια ἄκρατος vehemens alui profluuium apud Thucydidem, & ἄκρατον καῦμα, immoderatus æſtus in Epigramm. Sic Prorrh. 2. (pag. 421. 35.) κακὰ πάντα ἀκρητέστερα, dicuntur mala omninò immoderata & vehementer ſæuientia, hoc eſt, ſumma & abſoluta. Et καταμήνια ὀλίγα καὶ ἀκρήτως γίνεται, menſtrua & pauca & immoderata effluunt, hoc eſt, vehementer, (ibidem v. 27.) Item ἄχροιαι ἄκρατοι vehementes aut immoderatæ decolorationes dicuntur aphor. 19. lib. 6. Epid. ſect. 6. etſi illic ἀκρήτως de vino mero quibuſdam accipi ſcripſimus. Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 8. 39) ἄκρητον βρῶμα effertur intemperatus cibus & nimiũ grauis, de victu ferino cum brutis communi, quo priſcis ſæculis homines vtebantur. Ibidem etiam (v. 40.) ἄκρητον καὶ ἰσχυρὸν ſimul iungit Hippocr. de cibo intemperato & forti, quique à natura euinci nequeat. Et de huiuſmodi cibo χυμὸν ἄκρητόν τε καὶ διαφέροντα ſuccum intemperatum & eximium, hoc eſt, diſſidentem dicit (ibidem v. 41.) Item cibus ex quo auctio & alimonia corpori accedit, οὐδὲν ἔχειν ἄκρητον οὐδὲ ἰσχυρὸν, nihil intemperatum aut forte habere dicitur (ibidem v. 46) Ex eadem certe translatione pendet quod in quibuſdam exemplaribus ſcribitur in Exegeſi, ἀκρητόχολον οὕτως ὀνομάζει ὅταν τις ἀκρόχολος. ἀκρητόχολον ſic vocat eum qui ſummè excandeſcit aut in vehemẽtem irã erumpit, aut cui prompte bilis cõcitatur. Hinc etiã ἀκρητοχολίαι idem quod ἀκρητοχολίαι, aut ἀκροχολίαι, aut ἀκρηχολίαι, hoc eſt, indignationes, excandeſcentia, feruens ira & extrema. Qua dictione vtitur Hippocr. lib. 7. Epid. (p. 355. 11.) ἀκρηχολίαι καὶ κλαυθμοὶ, excandeſcentia & eiulatos. Ἀκροχολία exponitur Heſychio πρόχειρος ὀργὴ, prompta & facilis ira, ſed ſummã & vehementẽ irã ſonat, & ἀκραχολία vitioſè ſcribit.

Ἄκρεα dicũtur Hippocr. ſummæ ac extremæ corporis partes, quas ἀκρωτήρια ſæpe vocat. In Prorrh. (184. 1.) ἄκρεα ἐπ' ἀμφότερα ταχὺ μεταπίπτοντα, celeres ſummitatum corporis ad vtraque extrema permutationes. Vbi ſcribit Galen. ἄκρεα δηλονότι πόδες καὶ χεῖρες εἰσὶν, καὶ ὦτα καὶ ῥὶς, ἃ δὴ κἂν ταῖς μετὰ καταψύξεως εἰσβολαῖς τῶν παροξυσμῶν ἁπάντων πρῶτα ψύχεται. Extrema nempe corporis pedes ſunt & manus, ac aures & naſus, quæ videlicet in

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

his qui cum perfrictione fiunt acceſſionum inſultibus, prima perfrigerantur. Item lib. 1. Epid. (p.363.25.) ψύξις πολλὴ πολλοῖσι τῶν ἀκρέων his magna extremorum perfrictio. & ibidẽ (p.371.24.) ἄκρεα ὑπόψυχρα extrema aliquantulum frigida. (ibidem) ἄκρεα οὐκέτι ἀναθερμαινόμενα, extrema nõ amplius recaleſcebant. Eademq́ue dictio vtitur lib. περὶ ὑγρῶν χρήσ. (p. 112.45 & 47.) & rurſus (p.113.2.4.14.) Lib. περὶ χυμῶν (p.115.19.) Atque aliàs ſæpe. Ac neque de corpore humano tantùm ἄκρεα dicuntur, ſed & πληγῶσας ὑὸς ἀκρέων ἑφθῶν percoctos extremos ſuillos petiolos dicit lib.7. Epid. (p. 360.48.) vbi ἄκρεα dicuntur quæ ἀκροκώλια Athenæo, trunculi Latinis.

Α᾿κρέσπερον explicat Gal. in Exeg. apud Hippocr. ἄκρας ἑσπέρας, τουτέστι περὶ τὰς καὶ ἀρχομένης, ad ſummam veſperam, hoc eſt ſubſerum diei & ineunte veſpero, aut ſumma veſpera & incipiente. Eſt autem aduerbiale, eoque vtitur Hippocr. lib.7. Epid. (p.356.29.) ἀκρέσπερον δὲ φρίκη, πυρετὸς, ineunte verò veſpero horror, febris. ἀκρέσπερος Nicandri Scholiaſtæ dicitur κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς νυκτὸς, quaſi περὶ ἄκρας ἑσπέρας, ineunte nocte, ſub ſummum veſperum.

Α᾿κρη ἡ ῥὶς dicitur ſummus naſus & extremus, aphor. 3. lib.6. Epid. ſect. 1. ὅσοισιν ὀστέον ἀπὸ ὑπερώης ἀπῆλθε, τουτέοισι μέση ἵζει ἡ ῥίς. οἷσι δὲ ὅθεν οἱ ὀδόντες, ἄκρη σιμοῦται. Quibus ex palato os diſceſſit, iis medius deſidit naſus, quibuſdam verò, qua ex parte dentes procedunt, ſummus naſus ſimus efficitur. Et lib.4. Epid. (pag.329. 48.) ὀστέον ὧν μὲν ἐκ τῆς ὑπερώης ἀπέρχεται, μέση ἵζει ἡ ῥίς. ὧν δὲ οἱ ἄνω ὀδόντες οἱ ἔμπροσθεν, πλατεῖα ἄκρη. Quibus quidem os à palato diſcedit, iis medius deſidit naſus. At quibus ſuperiores primores dentes, iis ſummus naſus latus eſt. Rufus Ephesius ἐν τῷ περὶ ἀνθρωπ. μορ. τὸ ἄκρον τῆς ῥινὸς, σφαίριον, extremum naſum globulum vocari ſcribit. Idem Iulius Pollux, & vnica dictione ἀκρορρίνιον. Atque haud ſcio an non hos Hippocrat. locos ſubindicet Erotian. cùm ἄκρην ἄκρως ἔχουσαν in extremo ſitam exponit, ſi modo ἄκρη & ἄκρως ἔχουσα apud Erotian. legatur. Aut certè locus indicatur lib. de art. (pag.631.5.) καὶ ἄκρην τὴν χεῖρα ὀλίγῳ ἐνδεεστέρην, & ſummam manum paulò exiliorem.

Α᾿κρεβὴς dicitur quod purum eſt ac ſincerum aut legitimum, vt ἀκριβὴς ἀὴρ lib. de morbo ſacro pag.128. 12.) aër exactè ſincerus & purus, nullo alio ammixto humore. ὥστε μηκέτι εἶναι ἀκριβὴς, adeò vt non amplius exactè ſincerus ſit. ἀκριβὴς τριταῖος dicitur Gal. lib. 1. ad Glauconem (p.201.7.) ὡς ἂν εἴποις ὅστις γνήσιος, exquiſita tertiana, ac quaſi dicas legitima, & οὐκ ἀκριβὴς, οἷον νόθος τις, non exquiſita quaſi ſpuria ac notha aut illegitima. Et lib. 14. method. medic. (pag. 185.29.) ἀκριβὴς ἐρυσίπελας purum ac exquiſitum eryſipelas, quod eſt iuſtum ac legitimum ex bilioſo humore conflatum, cui οὐκ ἀκριβὲς ἀλλ᾿ ἤδη τῶν φλεγμονωδῶν opponitur, illegitimum & iam quodammodo phlegmonodes. ἀκριβὲς autem quid ſignificet, pulchrè his verbis aperit Galen. lib. 4. de ſimplic. medic. fac. (pag. 54.4.) ἀκριβῶς ὅπερ εἶπον τί, ποῖον, ἢ ποσὸν ὑπάρχει, εἰλικρινὲς καὶ ἄμικτον αὐτὸ καὶ καθόσον οἷόν τε ποιότητος ἑτέρας εἶναί φαμεν. Exactè autem cùm tale aut tale quid eſſe dicimus, ſincerum & quoad eius fieri poſſit, nulla alia qualitate permixtum intelligimus.

Α᾿κρις ſummitas montis, cacumen ac vertex aut faſtigium dicitur. Vnde per tranſlationem ἡ ὑπερέχουσα ἄκρις τοῦ ὀστέου, extans oſſis ſummitas, faſtigium & extremitas dicitur Hippocrat. lib. de artic. (pag. 595.35.) vbi tamen ἀκρὶς vitiosè omnibus in codicibus legitur. Atque haud ſcio num ὄκρις illic legi poſſit aut debeat, numq́ue ita legiſſe videatur Galenus, ac locum iſtum ſubnotaſſe in Exegeſi, vbi ὀκρὶς ἐξοχὴ προμήκης exponitur, eminentia oblonga. Neque enim vſpiam apud Hippocr. legitur, aut meliore loco reponi videatur. Etſi ὄκρις pro ὀκρὶς ſcribendum, vt & Varino ὄκρις ἐξοχὴ μακρὰ περὶ τῷ Γ... exponitur. Ac nemini dubium videri debet quin hũc quoque locum ſubindicatum velit Erotianus, ſi modo ὄκρις pro ὄκνις legatur, cùm ſcribit, ὄκνις τραχύτης, ἀλλ᾿ οὐχ ὥς φησι Βακχεῖος, γωνία. quibus verbis ὄκρις exponitur aſperitas quædam, nõ vt voluit Bacchius, angulus. Quæ explicatio huic ex lib. de artic. ſubnotato loco mirè quadrat vt aſperam quandam eminentem oſſis ſummitatem, non oſſis angulum ſubindicet. Quod etiam Erotiani vitium appoſitiſſimè detexit Henricus Stephanus, in veterum ſcriptis cenſendis veterator acerrimus. Α᾿κρις autem & ὄκρις petra dicitur & montium aut rupium cacumen & eminentia. ἄκριες Heſychio exponuntur τὰ ἄκρα τῶν ὀρέων, ſumma montium faſtigia & extrema. ἄκριας idem ἄκρας, ἀκρωρείας montis iuga & cacumina explicat ex Homero ὀδυσ. ι. v. 400. & aliis per multis locis.

Α᾿κρισία iudicationis ceſſationem aut carentiam ac defectum ſignificat, eiuſdemq́ue priuationem aut prauitatẽ, iudicii temeritatem, cùm nulla omninò, aut difficilis & moleſta fit iudicatio, quod accidit in magna crudorum & malignorum humorum copia. Quæ dictio Hippocr. admodum familiaris eſt, vt lib. 1. Epid. (pag.304.4.) πολλῆς δὲ οὔσης τῆς γινομένης ἀκρισίης, cumq́ue varia & multa eſſet iudicationis ceſſatio. Et ibidem (pag. 366.12.) ὠμὰ δὲ καὶ ἄπεπτα, καὶ ἐς κακὰς ἀποστάσιας τρεπόμενα, ἢ ἀκρισίας, ἢ πόνους. cruda verò & incocta, quæq; in malos abſceſſus vertunt, ſolutionẽ morborum malam aut prope nullam, aut dolorem. Vbi ἀκρασίας & ἀκρησίας vitiosè legunt exemplaria. Lib. 2. Epid. (pag. 311. 44.) τὰ δύσκριτα τὰ προκρινόμενα ἢν μὲν κρίνῃ, ὑποστροφαὶ, ἢν δὲ μὴ, ἀκρισίαι. quæ præmaturam iudicationem, dum cruda ſunt, occupant, morborum recidiuas conuehunt, & ſolutionem omninò malam aut prope nullam portendunt. Sic enim explicat Galen. com. 2. in lib. 1. Epid. his verbis. (pag. 366. 19.) τὸ δὲ τῆς ἀκρισίας ὄνομα μέμνημαι δή που λεγόμενον ὑπ᾿ αὐτοῦ δηλοῦν, ὡς ἤτοι μηδ᾿ ὅλως ἐσομένης κρίσεως, ἢ μοχθηρᾶς ἐσομένης. κατ᾿ ἄμφω τε ταῦτα τὰ

σημαι-

ἐπιμαινόμενα τοῖς ἀποστάσιας τῶν νοσημάτων, ἀκολουθοῦσιν αἱ ἀκρισίαι. ἀκρισίας autem nomen mihi venit in mentē duobus ab illo modis accipi, vt aut omninò nulla, aut praua iudicatio futura ſit. Ac iuxta vtranque ſignificationem ἀκρισίαι morborum cruditates ſequuntur. Lib. quoque 3. Epid. in ſt. peſt. (pag. 426. 3.) πᾶσι δὲ πλείστοισι σύντηξιν, καὶ ταραχὴν, καὶ πόνους, καὶ χρόνους, καὶ ἀκρισίας. Plurimis verò colliquationem, perturbationemq́ue, & dolores, & temporis diuturnitatem, & indicationis ceſſationem portendebant. Eſt vbi quoque cum ἀκρισία τὸ δύσκριτον coniungitur, vt ibidem (pag. 420. 52.) ἀκρισίαι πολλαί, τὰ δὲ δύσκριτα, morborum ſolutiones prorſus nullæ, partimq́ue difficiles. Et (pag. 426. 39.) δύσκριτα μὲν πᾶσι ταῦτα ἐγένετο, καὶ ἀκρισίαι, καὶ χρόνια, omnibus difficiles erant iudicationes, aut nullæ, aut diuturnæ. Ἀκρισία etiam prauam iudicationem ſignificat in Coac. prænot. (p. 431. 11.) οἷσι φωνὴ ἅμα πυρετῷ ἐκλείπει μετὰ ἀκρισίας, τρομώδεες ἀποθνήσκουσι. quos vox cum febre abſque vlla iudicatione deficit, ij tremore correpti intereunt. Quod aliis verbis in Prorrh. repetitur (pag. 197. 33.) Vbi Galenus ἀκρισίας, κακὰς κρίσεις prauam iudicationē exponit, additq́ue κακὰς κρίσεις ὀνομάζει λέγεσθαι, ὅσαι γίνονται μετὰ φυσικῶν κενώσεων ἢ ἀποστάσεων, οὐ μόνον οὐδὲν ὠφέλησαν τοὺς κάμνοντας, ἀλλὰ καὶ χεῖρον ἔχειν ἢ πρόσθεν ἐποίησαν, illas prauas dici iudicationes, quæ cum naturalibus vacuationibus aut abſceſſibus factæ, tantùm non laborantes iuuerunt, verumetiam deterius quàm prius habere coëgerunt. μετὰ ἀκρισίας igitur idem quod ἀσήμως aut ἀκρίτως, hoc eſt, citra ſolutionem aut iudicationem ſignificat. In Coac. quoque Prænot. (pag. 426. 11.) αἱ ἐν πυρετοῖσιν ἀκρισίαι in febribus iudicationis priuationes, aut prauæ etiam iudicationes, diuturnitatem indicant, etſi pleraque exemplaria ἀκρασίαι legunt. Ἀκρίτως autem παραλόγως, ἀσήμως ſignificat, temere, præter rationem & citra ſolutionem aut excretionem criticam. Lib. 1. Epid. (pag. 356. 41.) ἀλλὰ πεπλανημένως τε καὶ ἀκρίτως ἐξέλιπον verùm errabundè & citra vllam iudicationem ceſſarunt. & (p. 363. 49. ibidem) καὶ ἀκρίτως τὰ πλεῖστα τουτέων διετέλει γε ἐόντα, & citra iudicationem horum plurima permanebāt. ἀκρίτως περιψυχόμενοι qui præter rationem perfrigerantur, dicuntur in Prorrhet. (pag. 103. 45.) & Coac. Præn. (p. 429. 8.) & περιψυχόμενοι ἀκρίτως in Coac. Prœn. (p. 425. 26.) & ἀκρίτως τὰ τρομώδεα παύονται, tremores citra iudicationem deſinunt. (p. 427. 38. ibidem.)

Ἄκριτοι πάγος, gelu concretum, exponitur Galeno in Exeg. τὸ οἷον ἀδιάκριτον, velut indefinitum ac indiſcretum, & ſcribitur dici Hippocrati lib. περὶ ἑβδομάδος, ἐπὶ τῷ μετὰ τὸν κόσμον ὄντι ἀπείρου, ἢ οἷον ἀδιαπλάστου κενοῦ, de eo quod extra mundum eſt infinito vel inani, quod cogitatione efformari nequit. ἄκριτον, πολύ, καὶ ἀδιάκριτον, καὶ ἀδιαχώριστον explicat Heſych. immenſum, indiſtinctum & quod ſeparari nequit. ἄκριτος ἀντὶ τοῦ ἀδιάκριτος ponitur Varino.

Ἀκρόασις auditionem aut audientiam ſignificat, & ἀκρόασιν ποιέεσθαι eſt narrationem aliquam inſtituere & coram audientibus recitare, aut de re aliqua diſceptare. ἐν παραγγελίαις (p. 18. 41.) ἢν δὲ καὶ εἵνεκα ὁμίλου θέλῃς ἀκρόασιν ποιήσασθαι, ſi verò adſtantium tibi velis audientiam comparare, hoc eſt coram vulgo diſceptare & de morbo coram idiotis & plebecula diſſerere. πολλὰ λεχθησόμενα πᾶσιν ἰδιώτῃσι dicit lib. περὶ εὐσχημοσ. (p. 15. 49.) ἀκρόησις dicitur etiam Hippocrati in Iureiurādo, explicata præceptionum in re Medica narratio auditorib. maximè idonea & conueniens, cui παραγγελίην præceptionū breuem cōprehenſionem opponit. Adeò vt totam rei Medicæ doctrinam ἀκρόησις & παραγγελίη complectatur, hoc eſt, præceptionibus & auditione cōprehendat. Atque vt ἀκροαματικοὺς λόγους vocauit Ariſtot. recōditos de Peripatetica diſciplina conſcriptos à ſe libros, quibus (vt ait Gellius cap. 4 lib. 20.) remotior ſubtiliorq; philoſophia agitabatur, quæq́ue ad naturæ cōtemplationes diſceptationesue dialecticas pertinebāt: Sic Medicæ artis doctrinam ſcriptis explicatam per ἀκρόησιν ſumere videtur Hippocrates.

Ἀκρόδρυα ſignificant omnes arboreos fructus, præcipuè verò qui in ambitu putamen habēt lignoſum eoq; concluduntur, vt iuglandes, auellanæ, caſtaneæ, malum punicum, quod genus nucum appellatione Latinis & καρύων Græcis (vt ſcribit Athenæus lib. 2.) cōprehenditur. Hippocr. lib. περὶ συν. τροφῆς (p. 30. 28.) ἃ χέδροπα, καὶ σῖτος, καὶ ἀκρόδρυα θερμαινόμενα πνεῦμα ἴσχει. Quinetiam legumina, frumentū, fructusq; arborei vbi incaleſcunt ſpiritum concipiunt. Cornarius arboreos fructus nucum generis dixit. Interdū verò ἀκρόδρυα de omni fructu dicuntur, & de iis quæ ὀπώρας nomine continentur, & Latinis poma appellantur, vt lib. περὶ χυμῶν (p. 117. 11) vbi æſtate aut autūno, & inſolatione poma ac fructus arboreos omnes in victus ratione proponit.

Ἀκρωκώλια dicuntur trūculi & membrorum extremitates, aut edulia ex trunculis extremorum parata, qualia ſunt pedes, aures, roſtra. Vtitur Hippocr. lib. 3. περὶ διαίτης (p. 103. 45.) ἀκρωκωλίοισι διεφθοῖσι, trunculis percoctis, vbi tamen ἀκρωμωλίοισι malè legitur. Et ibidem (p. 105. 11.) eadem dictione vtitur, & (v. 49.) ἀκρωκώλια ἔμπροσθεν, extremitates anteriores dicuntur. Item lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 282. 7.) ἢ ἀκρωκωλίοισιν ἑφθοῖσι μαλακοῖσι, aut trunculis percoctis mollibus. Ἀκρωκώλιον verò Hippocraticam dictionem vt nimis notam & expoſitione minimè egentem agnoſcit Erotianus in Prooemio.

Ἄκρον per translationem dicitur quod eſt ſummum & perfectum aut optimum, vt ἄκρον ἴρινον, vnguentum irinum optimum, exquiſitè & optimè paratum ac ſumptuoſè. Eſt enim quoddam ſumptuoſius paratū, vt videre licet apud Dioſcor. cap 67. lib. 1. Hippocr. lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 273. 32.) ἢ ἴρινον ἄκρον, aut irinū ſummū, hoc eſt, optimum & perfectum aut excellētiſſimū. ἄκρως Erotianus ἄκρως ἔχοντος,

exponit apud Hippocr. in ſummo aut extremo ſitam. ἀκρότατον καὶ ἔξοχον Varino, τὸ ἄριστον καὶ κάλλιστον, optimum & excellentiſſimum, aut præſtantiſſimum.

Ἀκρόπαθος στόμαχος, vteri ſtomachus aut oſculum ſumma ſui parte malè affectum dicitur Hippocr. lib. περὶ ἐπικυήσιος (p. 5c. 33.) ἢν ὁ στόμαχος ξηρὸς ᾖ ἢ ἀκρόπαθος, aut cùm vteri os ſiccum aut ſumma ſui parte affectum fuerit. At verò ἀκρόπαθοι καρκῖνοι dicuntur qui corporis ſumma & extrema occupant, quibus ὑποβρύχιοι, hoc eſt, profundi quique in corporis penetralibus demerſi ſunt opponuntur. Id nanq; vitij, vt ſcribit Celſus, (cap. 28. lib. 5.) fit maximè in ſuperioribus partibus, circa faciem, nares, aures, labra, mammas fœminarum. κρυπτοὶ verò ſunt qui vlcerationem non habent. Prorrh. 2. (p. 417. 45.) οἱ δὲ καρκῖνοι οἱ κρυπτοὶ καὶ οἱ ἀκρόπαθοι γίνονται καὶ ξυναποθνήσκουσι. At cancri latentes quique ſumma corporis infeſtant fiunt, & ad mortem comitantur. Vbi τοὺς ἀκροπαθεῖς καρκίνους vocat cancros extrema corporis occupantes & conſpicuos (τοὺς ἐπιπολῆς vocat Gal. com. ad aph. 38. lib. 6.) quibus κρυπτοὺς & ὑποβρυχίους opponit latentes & demerſos in corporis penetralibus, hoc eſt, qui ſine vlceratione in corporis profundo ſæuiunt.

Ἄκρωπος γλῶσσα Gal. in Exeg. apud Hippocr. ἥτις εἴρηται ἐν τῷ ἑβδόμῳ τῶν ἐπιδημιῶν, ἡ οἷον ἄκρα ἑαυτῆς μὴ διαρθροῦσα, τουτέστιν ἡ ἀδιάρθρωτος ὑπὸ δυσκινησίας, hoc eſt, Ἄκρωπος lingua ſic dicitur lib. 7. Epid. quæ ſua ipſius extrema efformare nequit, hoc eſt, propter motus difficultatem inarticulata. Sed in quibuſdam exemplaribus ἀκρωπὶς legitur, quædam etiam ἀκρατὴς habent, vt alia ἄκρωπις, & quædam ἀκρατής. quomodo etiam legiſſe videtur Varinus, apud quem ex Hippoc. ἀκρατὴς γλῶσσα ὑπὸ δυσκινησίας ſcribitur, & ἀδιάρθρωτος explicatur. Sic enim ἀκρατὴς γλῶσσα ex aph. 40. lib. 7. inarticulata, & quæ vocem efformare nequit, aut ad motionem eſt impotens, dicitur. Et ferè videntur huiuſmodi lectionum varietates ex vocis huius affinitate defluxiſſe, quòd ex ἀκρατὴς promptum ſit in ἀκρατὴς aut ἄκρωπις, aut ἄκρωπος, ac ἀκρωπὶς etiam ſcriptionis errore delabi. Et ſanè ſuſpectam lectionem faciunt exemplaria, cùm ἀκρωπὶς non ſatis ſeruata ordinis alphabetici ſerie habeant. Locus autem Hippocr. habetur lib. 7. Epid. (pag. 359. 13.) γλῶσσα ξηρὴ, ἄκρωπος, lingua reſiccata, inarticulata. Et rurſus (eadem p. v. 48.) καὶ τρίτην ἄκρωπος. & tertio die vocem efformare non potuit, hoc eſt, linguam inarticulatam habuit. Vbi ἄκρωπος etſi ad linguæ motionem refertur, ægro tamẽ attribuitur, & pro eo qui clarè aut diſtinctè loqui non poterat, ſumitur, vt & lib. eodem (pag. 364. 15.) μετὰ ταῦτα ἄκρωπος, ἀνεθερμαίνετο μίαν ἢ δύο ἡμέρας, poſt hæc linguam inarticulatam habuit, aut vocem efformare non potuit, diem vnũ aut duos recaleſcebat.

Ἀκρόπλοα ſignificant quæ in ſummo extant ac velut in ſuperficie innatant. Sic enim Gal. in Exeg. τὰ ἐπιπολαίως οἷον ἐπ᾽ ἄκρου ἐμπλέοντα, in ſuperficie ac velut in ſummo innatantia, explicat. additque ὅπως δὲ καὶ αἱ ἀκρόπλοοι. Erotianus quoque ἀκρόπλοα exponit τὰ ἐξ ἐπιπολῆς ἐμπλέοντα in ſuperficie innatãtia. Et Varinus τὰ ἐπιπολῆς καὶ ἐπ᾽ ἄκρου ἐμπλέοντα ex Gal. Legitur autem apud Hippocr. lib. 1. de morb. (p. 132. 40) τὸ αὐτὸ δὲ ξύνεστι τοῦτο, ἢν καὶ ἐν τῷ πλευρῷ φλέβια πάθῃ, ὅσα ἐστὶν ἀκρόπλοα εἶναι. Eodẽ verò modo & venis in latere, quæ intus in ſuperficie extant, accidit.

Ἀκροποσθίη dicitur Hippocr. præputium aut ſumma & extrema præputij pars glandem integẽs ex aph. 19. lib. 6. & Coac. Præn. (p. 440. 1.) νεῦρον διακοπὲν ἢ γνάθου τὸ λεπτὸν, ἢ ἀκροποσθίη, οὐ συμφύεται. Præciſus neruus, aut genę tenue quiddam, aut præputium, nõ coaleſcit. Quæ imitatus eſt Ariſt. lib. 2. de part. animal. cap. 13. ex Hippocrate. ἀκροποσθία καὶ ἀκροπόσθιον exponitur Polluci lib. 2. τὸ τῆς πόσθης προῦχον prominẽs pręputij pars, vt Rufo Epheſio lib. περὶ ὀνομασίας, τὸ ἔσχατον τῆς πόσθης, præputij extremum. πόσθη autem cutem quæ glandẽ integit ſignificat. Polluci τὸ ἐπὶ τῇ οὐρήθρᾳ δέρμα, cutem quæ vrinarium meatum integit. Rufo verò cutis glandem tegens πόσθη dicitur, vt & Iſagoges authori τὸ σκέπον τὸ ἄκρον, quod extremitatem pudendi contegit. Heſychius ἀκροποσθία τὰ ἄκρα τοῦ αἰδοίου pudendi extremitatem exponit. Ἀκροποσθίη lib. 4. de Morb. (p. 177. 20.) in ſignis calculi pro extrema pręputij parte vſurpatur Hippocrati. Significat autem pudendi attritum aut frictionem quam κνησμὸν ... dicit lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 196. 10.) pudendi affrictũ in reddenda vrina.

Ἀκροσαπὲς τὸ ἐπιπολῆς μεταβεβλημένον exponitur Gal. in Exegeſi, hoc eſt in ſummo ac ſuperficie immutatum. Sed melius ἐπὶ βραχὺ pro ἐπιπολῆς quædam exemplaria habent, vt & apud Varinum legitur, ſignificatque quod parum aut leuiter immutatum eſt ac in ſuperficie putredinem contraxit. Legitur autem apud Hipp. lib. περὶ τροφῆς (p. 381. 33.) ἐν ἡλικίῃ νέοισιν ἀκροσαπὲς, γέρουσι δὲ ἐς τέλος μεταβεβλημένον, ἀκμάζουσι δὲ ἀμετάβλητον. Quibus verbis innuit iuuenibus cibũ leuiter coctum ac putrefactum conuenire, vt ſenibus perfectè immutatũ, ætate autem vigentibus minimè immutatum, hoc eſt, recentiſſimũ ac minimùm putrefactum. ἀκροσαπὲς inquinamentũ & rudimentum coctionis dicunt.

Ἀκροχειρίη micatio per ſummas manus dicitur, aut ſummarum manuum diſtentio, cũ ſummis manibus inter ſe colluctãtur pancratiaſtæ, & ſeſe raptant circa reliqui corporis congreſſum. Lib. 2. περὶ διαίτης (p. 98. 34.) ἀκροχειρίη ἰσχναίνει καὶ τὰς σάρκας ἄνω ἕλκει. Lucta per ſummas manus extenuat & carnes ſurſum trahit. Vbi quædam exemplaria ἀκροχειρίξ legunt. ἀκροχείρισις etiam dicitur lib. 3. περὶ διαίτης (p. 105. 30.) & ἀκροχειρισμὸς, etſi lib. eodem (pag. 104. 34.) aliquid diſcriminis ponere videtur dum ſcribit, ἀκροχειρισμὸς, ἀκροχειρίξ, ... ξυμφορώτερον. Lucta per ſummas manus vtrior, præterquã quòd Corycomachia commodior eſt. Etſi aliter legiſſe videt' Cornari'.

Ἀκροχλιαρὲς dicitur ſummè tepidum, per quã tepidum

pidum & exactè tepidum. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 79. 44.) διδόναι δὲ, ἢν διδῷς, ἀκροχλίαρον cùm autem exhibere voles, perquam tepidum dabis. Vbi Gal. ἀκροχλίαρον ὅπερ ἐστὶν ἄκρως χλιαρὸν explicat, quod eſt ſummè tepidum, additque ἄκρως δὲ ἐστι χλιαρὸν, ὅπερ αὖ ἐστὶ μέσον ἀκριβῶς τοῦ τε ψυχροῦ καὶ τοῦ θερμοῦ. Summè autem tepidum dicitur, quod calidi frigidique exactè eſt medium. Et rurſus lib. eodem (p. 100. 58.) ad præcordiorum inflāmationem lini ſemen ἀκροχλίαρον ἑφθὸν ὕδατι καὶ ἐλαίῳ, ſummè tepidum ex aqua & oleo coctum adhibet. Hippocr. ἀκροχλίηρον etiam dicitur idem quod ἀκροχλίαρον lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 287. 14. & 15.) ἀκροχλίαρον verò lib. περὶ γυν. φύσ. (p. 220. 38.) & lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 285. 49.) ἀκροχλίαρον quidam in ſummo ac leuiter tepidū velut in ſuperficie explicant. ἀκροχλιαρέως πυριῆν etiā dicitur tepidè fouere lib. 2. περὶ γυν. (p. 288. 18.)

Ἀκροχορδόνες verrucæ dicuntur quas Græci ἀκροχορδόνας vocant. In tuberculorum genere reponuntur ab Hippocr. aph. 26. lib. 3. & Gal. lib. de tumoribus præter nat. & lib. 14. Meth. med. Celſus cap. 1. lib. 2. verrucarum quædā genera dolentia (ἀκροχορδόνας Græci appellant) vertit ex Hippocr. aph. 26. lib. 3. Sunt autem vitioſi ſucci multi ad exteriora & cutim repentis ſoboles. Acrochordona interdum retinet Celſus, eumque vt & alia diuerſa verrucarum genera deſcribit Celſus cap. 28. lib. 5. ἀκροχορδόνες ἐξάνθημα ποιός Heſychio dicuntur, & inter cutis vitia reponuntur in Iſagoge. Authori Definit. Med. (p. 401. 8.) ἀκροχορδών ἐστιν ἔκφυσις περιφερὴς, καὶ ὑπόστενον ἔχουσα βάσιν. Acrochordon verrucæ ſpecies eſt exortū habens orbicularem & baſim anguſtam.

Ἀκρόψιλον exponitur Gal. in Exeg. τὸ ἐπὶ τὸ ἄκρον ψιλὸν, τουτέστι γυμνὸν, in ſummo nudum, etſi quædam exemplaria ἐπὶ τὸ ἄκρον habent, vt & Vaginus. Legitur autem hæc dictio lib. 4. Epid. (p. 332. 15.) καὶ τὸ αἰδοῖον ἀκρόψιλον ἐγεγόνει, pudendumq́; extrema parte denudatum erat.

Ἀκρώμιον ſummus humerus dicitur & lati ſcapularum oſſis ſummitas. Eſt autem os cartilaginoſum quod clauiculam cum lato ſcapularum oſſe connectit, vt ſcribit Gal. Com. 1. in lib. de art. (p. 594. 45.) & Paulus cap. 113. lib. 6. Hippocrates verò (ibidem) σύνδεσμον τῆς κλειδὸς καὶ τῆς ὠμοπλάτης eſſe dicit, hoc eſt, iuguli & lati ſcapularum oſſis nexum ac ligamentū. Gal. lib. de oſſibus, & lib. 13. de vſu part. cap. 11. ἀκρωμία etiam Hippocr. dicitur idem quod ἀκρώμιον. Lib. de art. (p. 597. 8.) ἀναγκάζεται γὰρ πολυκινητότερος εἶν διὰ τὴν τῆς ἀκρωμίας σύζευξιν, cogitur enim ſæpiſſime moueri propter eam quam cum ſummo humero habet cōnexionem. Lib. quoque περὶ ὀστῶν φύσ. (pag. 63. 5.) ἀκρωμίαι ſummi humeri dicuntur. Pollux etiam ὠμοπλάτας καταλήγειν ἐς μὲν ὑψηλὴν τὴν ἀκρωμίαν ſcribit. Et τὸ μὲν ὑπερέχον τοῦ βραχίονος, ἀκρωμία, καὶ ὤμου κεφαλὴ, καὶ ἐπωμὶς, καὶ ἀκρογωνία. Rufo verò Epheſio ἐν τῷ περὶ ἀνθρώπ. μορ. ἀκρώμιον ὁ σύνδεσμος τῆς κλειδὸς καὶ τῆς ὠμοπλάτης dicitur, iuguli & lati ſcapularum oſſis cōnexio aut copula. additque, Εὔδημος δὲ ὀστοῦν εἶναί φησι μικρὸν τὸ ἀκρώμιον. Eudemus verò oſſiculum perexiguum eſſe dixit ἀκρώμιον. Idem etiam ἀκρώμιον σύνδεσμον τῆς κλειδὸς καὶ τῆς ὠμοπλάτης eſſe ſcribit Authori Iſagoges (p. 376. 11.) τὸ μὲν τῶν ὤμων ἀνώτατον ἀκρώμιον καλεῖται, humerorū vertex & ſummum ἀκρώμιον vocatur.

Ἀκρωτήρια dicuntur extremæ corporis partes, vt manus & pedes. ἀκρωτηρίων ψύξις extremarū partiū perfrictio aph. 26. lib. 7. & lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 65. 40.) ἀκρωτήρια κατεψυγμένα corporis extrema refrigerata. Et rurſus (p. 80. 26.) ἀκρωτήρια ψύχει, extremas corporis partes refrigerat, de oxymelite. & (ibidem (p. 91. 17.) ἀκρωτήρια ἐψυγμένα extrema perfrigerata in febre ardente ob incendium internum imbecilla facultate & inflammatione interna totū ad ſe ſanguinem attrahente. Item κατάψυξις ἀκρωτηρίων extremorū perfrictio (ibidem p. 94. 27.) calore natiuo humorum copia oppreſſo. Ἀκρωτήρια verò quænam dicantur, ſcribit Galen. Com. 2. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 66. 34.) his verbis, τὰ δ' ἀκρωτήρια τοῦ σώματος ἅπερ ἐστὶ πόδες τε καὶ χεῖρες, ἕτοιμα ἐστὶν καταψύχεσθαι, κακοπραγοῦντος τοῦ στόματος τῆς γαστρὸς, ὅταν ἤτοι διὰ μακρὰν ἀσιτίαν δακνόμενον σφοδρῶς ὑπὸ δακνωδῶν ἰχώρων, ἢ διὰ πλῆθος ἀκαίρου τροφῆς βαρύνηται. hoc eſt, Corporis autē extrema, hoc eſt, pedes & manus, malè affecto ventriculi ore promptè refrigerari nouimus, nimirum cùm vel ob longam inediam à mordentibus ſeroſis humorib. vehementer lancinatur, aut ob intempeſtiuam cibi copiam grauatur. Et Com. ad aph. 26. lib. 7. γίνεται μὲν, ὡς καὶ πρόσθεν ἐρρέθη, καὶ διὰ μέγεθος φλεγμονῆς σπλάγχνου ἡ τῶν ἀκρωτηρίων ψύξις. γίνεται δὲ καὶ διὰ λειποψυχίαν, ἢ τὸ σβέννυσθαι τὴν ἔμφυτον θερμασίαν, ἢ τὸ πνίγεσθαι διὰ πλῆθος, καὶ μάλισθ' ὅταν ψυχρὸν ᾖ. γίνεται δὲ καὶ διὰ ὀδύνην ἰσχυρὰν ἐν τοῖς μέσοις τοῦ σώματος ὑπάρχουσαν, δι' ἣν συστέλλεται μὲν ἡ φύσις εἰς ἑαυτὴν, ἕπεται δ' αὐτῇ καὶ τὸ αἷμα καταλεῖπον οὐ μόνον τὰ ἀκρωτήρια τοῦ σώματος, οἷον πόδας, καὶ χεῖρας, καὶ κεφαλὴν, ἀλλὰ καὶ σύμπαν τὸ δέρμα. Extremarū corporis partiū refrigeratio oritur velut etiam ſupra dictū eſt, tum propter inflammationis viſcerum magnitudinem, tū propter animi defectionem, tum quia calor natiuus extinguitur, vel propter multitudinem, tum præcipuè cum frigida fuerit, ſuffocatur. fit etiam propter vehementem dolorem media corporis occupantem, ob quem natura in ſeſe contrahitur, ad quam ſanguis cōſequitur, non modò extremas corporis partes, veluti pedes, manus & caput deſerens, verumetiam cutim vniuerſam. Legitur quoque ἀκρωτηρίων ψύξις extremarū corporis partium perfrictio aph. 1. lib. 7. Vbi quænā dicantur ἀκρωτήρια, etiam his verbis aperit Gal. ἐν μὲν τοῖς χρονίοις νοσήμασι καὶ μάλιστα χωρὶς πυρετῶν οὖσι καὶ κατὰ τὸν χειμῶνα, καὶ γέρουσι, ψυχρὰ γίνεται τὰ τοῦ σώματος ἔσχατα μόρια, ῥῖνες, καὶ πόδες, καὶ ὦτα, καὶ χεῖρες ἄκραι, ἰδίᾳ ἅπαντα. οὐ μὴν τοῦτό γε τοῖς ὀξέσι μέτεστι τὸ κακὸν, ἀλλ' ἱκανῶς ἐλέγχει τὸ σύμπτωμα, φλεγμοναῖς σφοδροτάταις τῶν σπλάγχνων ἐπιγινόμενον. In morbis diuturnis ac præcipuè vbi ſine febre fuerint, & per hyemem, ſenibusq́ue, extremas corporis

partes, veluti nares, pedes, aures & ſummas manus frigidas fieri non eſt abſurdum. Non tamen in acutis mediocre eſt malũ, ſed ſymptoma abundè pernicioſum quod magnis viſcerum inflammationibus accidit. Sic ἀκρωτήρια videntur explicari in Coac. Præn. (pag. 439. 19.) his verbis, κεφαλὴν καὶ πόδας καὶ χεῖρας καταψύχεσθαι, κοιλίης καὶ πλευρῶν θερμῶν ἐόντων, κακόν. caput, pedes ac manus, ventre ac lateribus calentibus perfrigerari, malo eſt.

Ἄκυλοι glandes ſunt Iliguæ & fructus Ilicis, lib. 2. περὶ διαίτης (p. 96. 4.) Theophr. lib. 3. hiſt. plant. cap. 6. ἄκυλας ὁ μὲν τῆς πρίνου καρπὸς, Ilicis fructus ἄκυλος. Amphis Comicus apud Athenæum lib. 2. (pag. 25.) ἡ συκάμινος συκάμινα, ὁρᾷς, φέρει, ἡ πρῖνος ἀκύλας, vt mora morus fert vides, Ilex glandes. ἄκυλον neutro genere Heſychio dicitur ὁ τῆς πρίνου καρπὸς, βάλανος. Ilicis fructus, glans.

Ἀλαζὼν oſtentatorem & iactatorem ſignificat, eumque qui ſe venditat aut ſuperbè oſtentat. Heſychio ὑπερήφανος, ψεύστης, ὁ ἐπὶ ἄλης ζῶν exponitur, qui vagando victum quæritat, hoc eſt ἀγύρτης aut circulator, vaniloquus & impoſtor. Hip. lib. de Morbo ſacro (pag. 122. 22.) ἀλαζόνας vocat eos qui ſe pios venditant aut ſimulant, & ſuæ inſcitiæ diuinitatē prætexunt, quibus & circulatores iungit. ἐμοὶ δὲ δοκέουσιν οἱ πρῶτοι τοῦτο τὸ νόσημα ἀφιερώσαντες, τοιοῦτοι εἶναι ἄνθρωποι οἷοι καὶ νῦν εἰσι μάγοι τε καὶ καθάρται, καὶ ἀγύρται, καὶ ἀλαζόνες, ὁκόσοι δὴ προσποιέονται σφόδρα θεοσεβέες εἶναι, καὶ πλέον τι εἰδέναι. Mihi certe qui hunc morbum ad deos retulerunt, tales eſſe videntur, quales ſunt Magi, expiatores, & circulatores, ac arrogantes oſtentatores, qui ſe valde pios eſſe ampliuſque ſcire ſimulant. Lib. περὶ ἱερῶν (p. 13. 17.) φορτικὸν γὰρ τὸ τοιοῦτον καὶ παντελῶς ἀλαζονικόν. Huiuſmodi enim (deligationes) oneri ſunt & ad vanam gloriam cōparatæ ad oſtentationem factæ. Xenophon Pæd. lib. 2. ἀλαζόνα dici ſcribit de iis qui ſe ditiores eſſe ſimulant & magis ſtrenuos quàm re vera ſint, & quæ polliceantur minimè præſtent.

¶ Ἀλαία φθίσις exponitur Galeno in Exegeſi apud Hippocratem ex lib. de Loc. in homine, ἡ οἷον τυφλὴ καὶ ἀόρατος, tabes quaſi cœca & inconſpicua. Sic enim apud Galenum legendum videtur. Ac nemini profectò dubium videri debet quin his verbis ſubindicetur locus lib. de loc. in homine (p. 66. 28.) vbi ſcribitur, ὅταν δ᾽ ἐς τὸν μυελὸν ῥόος τράπηται, φθίσις ἄδηλος γίνεται, ac ex hoc loco φθίσις ἀλαία γίνεται reponendum ſit, cōtra omnium codicum fidem. Cùm verò in medullam fluxio facta fuerit, tabes cœca & inconſpicua oritur. Quam lectionem ſubolfeciſſe Cornarium etiam conſtat, cùm tabem occultam & inconſpicuam oboriri dixit. Ἀλαὸς verò ὁ τυφλὸς exponitur Gal. apud Hippocr. cœcus, oculis captus, & Heſychio ἀλαὸς ὁ τυφλὸς, ἢ μάταιος, παρὰ τὸ ἀλᾶσθαι κατὰ τὴν πορείαν, cœcus, & qui inaniter aliquid inueſtigat, aut gradiēdo aberrat & fruſtratur, velut qui oculis capti ſunt. ἀλαῖος autem idem quod ἀλαός.

Ἀλάπτης exponitur Galeno in Exegeſi apud Hippocr. ὁ ἐξ Ἀλάπτων. χωρίον δ᾽ ἐστὶ τῆς Θρᾴκης τὰ Ἄλαπτα. qui ex Alaptis eſt. Alapta autem plurali numero Thraciæ locum ſignificant. Quibus ſanè verbis mihi locus lib. 7. Epid. (pag. 354. 23.) ſubindicari videtur, vbi tamen paſſim legitur, ὁ παρὰ Ἁρπαλίδῃ ἀλείπτης. vnctor apud Harpalidem. Nam ἀλάπτης legendum exiſtimo, vt ſit Qui ex Alaptis erat apud Harpalidem, velut poſtea eodē libro ſcribitur (p. 366. 39.) ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ὁ ἐν τῇ Ξανθίππου οἰκίῃ καταλύων. Halicarnaſeus ad Xanthippi ædes diuertens. Ex ἀλάπτης autem in ἀλείπτης facilem eſſe errorē ſatis apparet. At verò magnam per morbos populares Hippocraticarum curationū partem in Thracia eſſe ſuſceptam, ſatis teſtantur Abdera, Ænos & Olynthus.

Ἅλας Θηβαϊκὸν ſal Thebaicum dicitur Hippocrati lib. περὶ γυναικείης φύσ. (p. 227. 24.) & lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 281. 8.) Lib. verò περὶ ἀφόρων (pag. 296. 8.) ἅλας συχνὸν παραμίσγειν ſal copioſum permiſce.

Ἀλάστορες dicuntur Galeno in Exegeſi αἰτίνι τε οἱ ἄνθρωποι οἱ τὰ ἄλαστα ἐργασάμενοι, καὶ οἱ τιμωροὶ αὐτῶν δαίμονες. facinoroſi homines, maleficia & quę facilè obliterari nequeunt, aut perpetua memoria celebrantur, perpetrantes. Item genij aut dæmones maleficiorum vindices, vt furiæ vltrices. Erotiano autem dicuntur ἀλάστορες ex Bacchio, οἱ φονεῖς, homicidia perpetrantes, additq́; quibuſdam etiam dici τοὺς ἀνοσίους καὶ μιαρὸν εἰργασμένους, κἂν μὴ ὦσι φονεῖς, οἷον ἄξια πένθους καὶ ὀδύνης διαπεπραγμένους. παρὰ τὸ ἀλιτεῖν, ὅπερ ἐστὶν ἁμαρτεῖν. Verùm apud Erotianum ἄλαστα aut ἄλαστα legendum videtur, vt & apud Galen. legitur, & ἀλιτεῖν quoque, aut certe ἀλιτεῖν pro ἀλητεύειν ponitur: Vt ſint ἀλάστορες quę execrāda & facinoroſa, aut exitio digna perpetrant, quæque fuga digna ſunt, παρὰ τὸ ἀλητεῖν quod interdū vagari & errare ſignificat. Sed cùm ἁμαρτεῖν exponat, ἀλιτεῖν legendum videtur, quod ſignificat delinquere & ea peccare quæ veniam nō mereantur, vt ſit ἀλιτῶ, λιτῆς καὶ ἱκεσίας στέρομαι, venia aut ſupplicatione priuor. Eſt & ἀλιτεῖν ſcelus & facinus admittere. Ἄλαστα autem Heſychius exponit ἄτλητα, ἀνεπίληστα, ἄλγεα, δεινὰ, grauia, non ferenda, & quorū deleri aut obliterari memoria nō poteſt, ideoq́; grauiſſima. Vnde ἀλάστορες eidem dicuntur παλαμναῖοι, οἱ μιάσμασιν ἐνεχόμενοι, ἢ οἱ μεγάλα ἁμαρτάνοντες, ἀσεβεῖς, impij, ſcelerati, execrandi, qui grauiſſimè deliquerūt & ſcelerib. ſunt inquinati. ἀλάστορες dicūtur Plutarcho in Problem. οἱ ἄλαστα καὶ πολὺν χρόνον μνημονευθησόμενα δεδρακότες, qui ea perpetrarūt quę neq; memoria obliterari poſſunt, & diuturna hominū memoria celebrantur. Budęus verò ἀλάστορας dici ſcribit, παρὰ τὸ τὰ τοιαῦτα ἁμαρτάνειν, ἐφ᾽ οἷς ἔστιν ἀλαστῆσαι καὶ στενάξαι, quòd ea peccēt ob quę indignari aut ingemiſcere liceat. Dicūtur enī ἀλάστορες furiæ & mali genij maleficiorū vindices & vltores, διὰ τὸ τοὺς ἀλάστορας καὶ παλαμναίους κολάζειν, quòd facinoroſos, execrādos & exitioſos homines puniāt. Sic Plutarch. de orac. defectu. δαίμονας ἀλάστορας ἢ παλαμναίους dici ſcribit,

ſcribit, ὡς ἀγηνέας τινὰς καὶ παλαμναίους ἐόντας, vt facinorum quorundam indelebilium & veterũ pœnas perſequentes. Dicitur & ἀλάστωρ ὁ ἀγητήριος, homo exitioſus, pernicies, peſtis & internecio. Vtitur autem hac dictione Hippocr. lib. de Morbo ſacro (p. 123. 27.) quem locum ſubindicant Gal. & Erotianus. καθαίρουσι γὰρ τοὺς ἐχομένους τῇ νούσῳ, αἵμασί καὶ τοῖσιν ἄλλοισι τοιούτοισι ὥσπερ μιάσματι ἔχοντας, ἢ ἀλάστορας. Explanant enim morbo correptos, aut ſanguine & aliis quibuſdam huiuſmodi ſceleribus inquinatos, aut facinoroſos & ſceleratos. Vbi inſolens phraſis animaduertenda venit, αἵμασι καὶ τοῖσιν ἄλλοισι μιάσμασιν ἔχοντας, pro cædibus & ſceleribus inuolutos & inquinatos, vt ἔχοντας περιέχοντας ſignificare videatur. (Sic enim φησὶν explicare & accipere videtur Erotianus.) Etſi non me latet aliam eſſe interpretum mentem & vulgatorum exemplarium lectionem.

Α᾿γήματα ſcribit Gal. in Exeg. πολλάκις ἐστι κατ᾽ αὐτοῦ τοῦ νοσήματος ἐπιφέρει τοὔνομα. καὶ τὸ ἀγγεῖν ὁμοίως, ἀντὶ τοῦ νοσεῖν τε καὶ πάσχειν, καὶ τὰ ἄγεα τὰ ἀπ᾽ αὐτοῦ, ſæpe de ipſo morbo efferre Hippocr. & τὸ ἀγχεῖν eodẽ modo pro morbo aliquo laborare aut aliquo modo affici. Ita & reliqua ab eo deducta. Quod etſi Hippocratis σύγγραμμα τείας verſanti infinitis prope locis occurrit, neque tamẽ hac Oeconomia aut eo quod ſubimus onere indignum fuerit, aliquot ex multis proferre quorum ad inſtar reliqua depromi poſſint. In Coac. Præn. (p. 431. 32.) τὰ ἐν φάρυγγι ἰσχνῷ ἀγήματα πνιγώδεα, & Prorrh. (pag. 204. 21.) faucium gracilium præfocantes dolores dicuntur, vbi ἀγήματα πνιγώδεα de muſculorum laryngis interna phlegmone & inconſpicua efferuntur. Et τὰ κατὰ φάρυγγα ἰσχυρὰ ἀγήματα in Coac. (p. 431. 39.) faucium affectus cum vehementi dolore dicuntur. πλευροῦ ἄγημα ἀλόγως ἀφανισθὲν, lateris dolor præter rationem euaneſcens, de pleuritico affectu, in Prorrh. (p. 201. 4.) Item τὰ κατ᾽ ὀσφὺν καὶ λαπάραν χρόνια ἀγήματα πρὸς ὑποχόνδριον χεόμενα, dolores lumborum diuturni ſenſim circum præcordia conuoluti. Prorrh. (p. 202. 40.) & Coac. Præn. (p. 423. 27.) Neque enim ἀγήματα illic tam dolores quàm diuturnos affectus ſignificant. Eodem modo dicuntur τραχήλου καὶ πήχεως ἀγήματα ceruicis & cubitorũ affectus cum dolore. in Coac. Præn. (p. 431. 40.) & Prorrh. (p. 207. 1.) ἐν ἀγήματι νώτου καὶ στήθους, in dorſi & pectoris affectu cum dolore. in Coac. (ibidem 43.) ἐπὶ στήθους ἀγήματι πυρετώδει, pectoris affectus cum dolore & febre (ibidem v. 45.) ὀσφύος ἄγημα ſæpius in Coac. Præn. (vt p. 433.) lumborum affectum cum dolore indicat. ἐν καύσοις ἀγήματος ἐπιπόνου περὶ τὰς κοιλίας, febris ardens ex laborioſo ventris affectu, in Coac. Præn. (p. 427. 23.) vbi viſceris cuiuſdam interni phlegmone aut eryſipelas ſubindicari videtur. πλευροῦ δεξιοῦ ἄγημα crebrò Hippocr. de lateris dextri affectu effertur, vt lib. 7. Epid. (p. 363. 25.) & (p. 357. 27.) & (p. 359. 45.) Lib quoque eodem (p. 356. 26.) ὑποχονδρίου καὶ κατὰ κοιλίην ἀγήματα, præcordiorum & ventris affectus cum dolore, & ἐχάλασε τεταρταῖα τὰ ἀγήματα, quarto die affectus remiſerũt (ibidem v. 38.) ἄγημα περὶ στήθος καὶ πλευρὸν de affectu thoracis ad phthiſin comparato, lib. eodem (pag. 360. 19.) & lib. 5. Epid. (p. 343. 2.) Itidem lib. 7. Epid. (pag. 360. 40.) ἄγημα περὶ ὀμφαλὸν βρωτικὸν, circa vmbilicum affectus cũ dolore erodens. Eodem modo etiam ἄγος & ἀγμὸς ponitur, vt lib. 7. Epid. ἄγος ἐς γούνατα καὶ μηρὸν (p. 361. 4) genuũ & femoris affectus cum dolore, & ἄγος κοιλίης ὀξὺ, grauis ventris affectus, ibidem (pag. 357. 35.) ὀσφύος ἄλγημα ibidem (pag. 358. 26.) de lumborum affectu, atque aliàs ſæpe.

Α᾿λεαίζειν θερμαίνειν calefacere exponit apud Hipp. in Exegeſi Galenus. Heſychius κρύπτειν, occultare, θερμαίνειν, calfacere, ἀφανίζειν, delere, εἴργειν ἢ προβάλλειν arcere, obiicere aut prætendere. Idem ἀλεαίζω ἀθροίζω congrego exponit. Ac forte ab ἀλέα deducitur quod eſt Heſychio θέρμη, θάλπος, calor, tepiditas, aut ab ἀλεὸν quod θερμὸν, ἢ χλιαρὸν calidum aut tepidum & egelidũ ſignificat. ἀλεὸς δὲ ἔμπυρος ignitus exponitur Heſychio. Quam dictionẽ eadem notione vſurpare videtur Hip. lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 234. 22.) ἀλλ᾽ αὖθις πολλὰ ἴῃ ἀλεα, ſed rurſus multa calida procedant. Rurſusq; (ibidem v. 24.) καὶ ἀλεα ἐπιφέρηται, & calida ad vteros deferantur, in cauſis redũdantis menſtruæ purgationis. Etſi ἀλεὰ apud Hip. hoc ſenſu leg. videretur, cùm paſſim ἀλεα legatur, & Cornarius πολλὴ ἀλία legiſſe videatur, multus calor. Ac forte ἁλία ab ἁλὴς, (hoc eſt confecta) vt & aliàs ſæpe, legi debeat, etſi ſpiritu tenui ſcribatur plerunque, vt poſtea dicetur.

Α᾿λειφα ἔλαιον ἢ στέαρ exponitur Galeno in Exeg. apud Hip. oleum aut adeps, idemq; eſt quod ἄλειφαρ Herodiano apud Euſtathiũ. quod Heſychius ἄλειμμα exponit, vnguentũ idq; quo inungimur. frequens Hippocrati dictio, vt lib. de fiſtulis (pag. 519. 29.) καὶ ἄλειφα πρὸς ταῦτα ξυμμίξαι, adiectoq; ad hæc oleo aut adipe. Lib. 6. Epid. ſect. 5. aph. 12. ἐγχεῖν ἄλειφα θερμὸν, vnguen inſtillare calidum aut oleum in auris dolore, vbi Gal. ἄλειφα ἔλαιον ἢ στέαρ τετηκὸς exponit oleum aut adipem liquatũ. Lib. 2. de Morb. (p. 145. 48.) καὶ ἄλειφα ὀλίγον ἐπιστάξας, oleo pauco inſtillato. Ibidem (v. 17.) ἀναλεῖψας ἀλείφατι πολλῷ, multo oleo inunctũ. Et lib. 4. de Morb. (p. 173 & 174. ſæpius.) Lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 254. 15.) ἄλειφα ῥόδινον ἢ αἰγύπτιον, oleum roſaceum & Ægyptium. & eodẽ lib. (p. 262. 6.) λευκὸν ἄλειφα αἰγύπτιον oleũ albũ Ægyptium. vt & lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 275. 8.) & lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 231. 18.) ἄλειφα χηνὸς ἔγχυτον, adeps anſerinus liquidus aut infuſus. lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 242. 4. & lib. περὶ ἐπικυήσ. (p. 52. 42.) ἄλειφα ῥόδινον, oleum roſatum, lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 231. 16.) Lib. 2. Epid. (pag. 318. 17.) σὺν ἀλείφατι συναλοιφῇ cum vnguine illinito. Dicitur & ἄλειφαρ Hippocrati vt & Homero. Lib. περὶ ἐπικυήσιος (p. 52. 42.) χηνὸς ἄλειφαρ anſerinus adeps.

Α᾿λίναλον oleum ſali mixtũ dicitur & ſal ex oleo diligenter tritus, quo in laxis articulorum tu-

muribus vtitur Gal. lib. περὶ εὐπορίστων (p.483.24.) remediū confirmādis articulis idoneū.

Ἀλέξασθαι idem eſt quod auxiliari, auxilium ferre. Lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (p.30.44.) δεῖ οὖν τούτοισι ἐπιτηδεύμασι τοιούτοισι ἀλέξασθαι, his igitur tali ratione & inſtituto auxiliari oportet. ἀλέξασθαι βοηθῆσαι explicat Erotianus. Heſychius verò ἀμύνασθαι, βοηθῆσαι, propulſare, auxiliari. Galenus etiam ἀλέξασθαι βοηθεῖν eſſe ſcribit auxiliū ferre.

Ἀλεξητήρια βοηθήματα exponit Gal. apud Hippoc. auxilia & à verbo ἀλέξασθαι ducta eſſe ſcribit. Vtitur Hippocr. lib.1. περὶ γυναικ. (p.238.24.) καὶ οἶνον καὶ τ' ἄλλα ἀλεξητήρια & vinū & reliqua id genus præſidia. & lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.76.56.) ἀλεξητήρια δὲ τουτέων γεγράψεται, horum autem medelæ ſcribentur: vbi Gal. ἰάματα exponit. Quæ loca mihi ſubindicare videtur Gal. Idem lib.5. de ſimpl. med. fac. cap.17. Alexiteria & Alexipharmaca medicamenta pro eodem ſumi poſſe ſcribit, parumq; inter ſe diſcrimine diſtare, quòd dicantur Alexiteria quæ ferarum venenis & ictibus medētur, Alexipharmaca verò quæ deleteriis medicamentis adhibentur. Quod etiā ſcribit Com. 5. in lib.6. Epid. (p.525.11.) καλοῦνται δὲ ἀλεξιφάρμακα μὲν ὅσα τοῖς δηλητηρίοις ἀνθίσταται, θηριακὰ δὲ ὅσα τὰς τῶν θηρίων ἰᾶται δήξεις. Alexipharmaca quidem vocantur quęcunque deleteriis reſiſtunt, Theriaca verò quæ ferarum morſus ſanant. Heſychius ἀλεξητήριον exponit ἀποσοβητήριον, quod arcet, repellit aut venenum abigit. ἀλέξαι γὰρ τὸ βοηθῆσαι. Vt ab ἀλέξαι deductum velit quemadmodum Gal. ab ἀλέξασθαι, & Erotianus ἀλεξιφάρμακον.

Ἄλες ſiue ἀλὲς & ἄλης ſiue ἀλὴς condenſus, confertus, coaceruatus dicitur, valde vſitata vox Hippocrati, vt & ἄλις, confertim, coaceruatim. Ἄλες verò ſæpe per ſe poſitum apud Hippocr. repetitur, vt extremo lib.1. de Morb. (p.139.44.) de ſanguine, μεταπίπτει καὶ συσπᾶται ἄλες transmutatur & cumulatè conuellitur. Et lib.2. (p.140.16.) ἄλες τὸ φλέγμα καὶ ἡ χολή, conferta pituita & bilis. Ibidem (p.141.39.) ὅταν ἐν τῇ κεφαλῇ φλέγμα κινηθὲν ῥυῇ ἄλες κάτω, cum in capite mota pituita affatim deorſum confluxerit. Item lib.1. de Morb. (p.132.27.) ἀπημεῖ τὸ πλήρωμα ἀφ' ἑωυτῆς ἄλες τοῦ αἵματος, ipſam ſanguinis confertam copiam à ſeipſa vomitione relicit. Et (p.133.44.) ὅταν φλέγμα ἢ χολὴ συνῇ ἄλες μεταξὺ τῆς σαρκὸς καὶ τοῦ δέρματος. cùm pituita aut bilis copioſa inter carnem & cutim collecta fuerit. Eodem quoque lib. (pag.133.31.) ὅταν δὲ ἀλισθῇ ἐν αὐτῇ, ἀποδιδοῖ πάλιν ἄλες καὶ παχύ. Vbi verò in ea collecta fuerit, reddit rurſum aceruatam & craſſam. Eſt vbi huic dictioni aliquid ab Hippocr. adiungitur. Lib.1. de Morb. (p.132.46.) καὶ γὰρ ὅταν φλέγμα ῥυῇ ἀπὸ κεφαλῆς ἄλες ἀθρόον ἐς τὴν ἄνω κοιλίην. Nam cùm multa pituita è capite confertim in ſuperiorem ventrem confluxerit. Lib.4. de Morb. (p.174.41.) ἄλες καὶ πολὺ ἔλαιον ἐπικείμενον, multum & confertū oleum incumbens. In Coac. Præn. (pag.432.45.) φλέγμα ἄλες συχνὸν σὺν πόνῳ διέρχεται plurimus & creber flatus cum labore prodit. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.105.32.) ἢν μὴ πάνυ ἄλες ἐπαναστὰν τὸ αἷμα ἔξοδον ποιήσηται, niſi abunde multus impulſus ſanguis viam aperuerit. Dicitur verò θερμὸν ἄλες εἰσπνεῖν, quod eſt calidum aceruatim inſpirare, lib.6. Epid. aph.9. ſect.7. Vbi ἄλες pro ἄλις poſitum videtur, aut ἄλες θερμὸν collectum & coaceruatum calorem ſignificat. Lib.4. Epid. (pag.334.26.) vt & lib.7. (pag.357.34.) ἀλέα excrementa dicūntur conferta, collecta & coaceruata. Et ἀλέα ἔρχεται τὰ καταμήνια conferta prodeunt menſtrua & coaceruata, lib.1. περὶ γυναικ. (p.239.15.) & lib. περὶ ἀφόρων (p.291.13.) ἀλέες αἱ μῆτραι, vteri condenſati, hoc eſt in ſeſe contracti & collecti. lib.1. περὶ γυναικ. (p.239.12.) ἢ τῶν μητρέων ἀλέων ἐουσέων, aut vteris congregatis, condenſatis, hoc eſt in ſeſe collectis & contractis. Agitur enim de vterorum læuitate, quæ perdendi fœtus cauſa eſt. Tunc enim continentes fœtum pelliculæ, minus quàm deceat cohæreant, vtpote vteris congregatis, hoc eſt dum in ſeſe contrahuntur, ſeque colligūt plenitudine diſtenti. Hoc enim veluti mota facilè excidunt. Cornarius vteros plenos exiſtentes dixit. Sed hic mihi videtur eſſe loci huius ſenſus, ſi modo integra eſt lectio. Nam & aliam attendiſſe lectionem videtur Caluus, & exemplaria omnia vitiata ſunt, tum manu ſcripta, tum publicata. Sic autem mihi legi poſſe videtur. ἢν γὰρ λεῖαι ἔωσι, ἐνίοτε οὐ προσίσχεται αὐτοῖσιν οἱ ὑμένες ἧσσον ἢ ὡς δεῖ ἐχόμενοι εἰσι, ἅτε τῶν μητρέων ἀλέων ἐουσέων. Si namque læuore correpti vteri fuerint, interdum continentes fœtum pelliculæ minus quàm deceat cohærent, nimirum condenſatis vteris. Etſi ingenioſam Cordæi lectionem ex lib. περὶ ἀφόρων reſtitutam non improbo τῶν μεγάλων οὐλέων ἐουσέων. ob ingentes quæ inſunt in vtero cicatrices. Niſi quòd hoc loco Hippocr. reſtibilem fertilitatem facit, quam omninò conclamatam & deſperatam ponit in magnis vteri cicatricibus lib. περὶ ἀφόρων. Tenui autem ſpiritu hîc ſcribitur, vt & ἀλέα ſæpe apud Hippocr. & ἀλέως quod ἀθρόως exponit Gal. in Exeg. & ἀλίσαι ἀθροῖσαι, & ἀλισθέντα ἀθροισθέντα. Sic apud Homerum ἀλήτες ἀθροισθέντες, & ἀλὲς ἀθρόους συστραφέντας ἐν αὐτοῖς exponitur, & συστραφεὶς ac συσταθεὶς in ſe coaceruatus & collectus. Sic & ἀλὴς Heſychio tenui ſpiritu ſcribitur & exponitur συναθροισθεὶς, & ἀλέντες συγκλεισθέντες, & ἀλῆναι, ἢ συγκλεισθῆναι, ἢ ἀθροισθῆναι, ἢ συστραφῆναι. Quædam autem exemplaria in hoc Hippoc. loco pro ἀλέων ἁλέων ſcribunt eodem ſenſu. Nam ἀλέως & ἀλέος & ἄλεες dicitur, & ἄλεστον ὕδωρ τὸ ἀθροισθὲν ἐξ ὄμβρου ἀθρόον, ex conferto imbre collectam aquam ſignificat Galeno, & Heſychio ἀλεστὸν ὕδωρ ἀθροιστὸν καὶ συνακτόν. Quæ omnia etſi tenuiter ſcribuntur, melius tamē cum aſpirato ſpiritu ponuntur, vt ἁλέες πόσιες οἴνου ἰσχυραὶ lib.2. de Morb. (p.137.36.) coaceruatas ac valentes vini potiones ſignificant, & ἄλις ἀθρόον explicat Gal. apud Hippocr. Com. 1. in Prorrh. (p.81.16.) vbi Hippocrati ſcribitur, περὶ κρίσιν δὲ πτύσιος πλῆθος ἄλις ξυμπῖον διέρχε-

διέρχεται, iis circa iudicationem plurimus & frequens flatus cum conteorione prodit. Et lib. περὶ φύσ. παιδίου. (p. 31.2.) ἅλις εἰπεῖν, vt vno verbo dicam aut abunde. ἅλις apud Erot. ἀρκούντως καὶ ἱκανῶς exponitur & Heſych. abunde, ſufficienter. Sic ἐν τῷ κατ' ἰητρεῖον (pag. 671. 53.) ἑστῶτα δὲ δεῖ καὶ ἴσα ἀμφοτέροις, βεβῶτα ἐξ ἴσου τῶν ποδῶν ἅλις. Stantem vtriſque ex æquo pedibus abunde inſiſtere oportet. Α'λις autem pro ἅλις Hippocrati ſumitur ſæpe vt aph. 9. lib. 6. Epid. ſect. 7. & lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 242. 28.) ἐὰν δὲ ἐς κοιλίην ὅλη ἀλὴς ὀχῇ, quod ſi in ventrem aceruatim humor deſcenderit. vbi etiam exemplaria manu ſcripta ἅλις habent. ἀλίως etiam vſurpatur Hippocr. lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 243. 4.) ὑπὸ τοῦ αἵματος ἀλίως ἐξαπίνης καταβάντος, à ſanguine aceruatim derepente delato, hoc eſt, ſanguinis copia ſubitò deſcendente. Ab ἀλὴς autem ἀλίζεσθαι deducitur quod coaceruari, congregari ſignificat. & crebrò vſurpatur Hippocrati, vt lib. 1. de Morb. (p. 133. 31.) ὅταν δὲ ἁλισθῇ ἐν αὐτῷ, vbi verò in eo collecta fuerit. Et lib. 2. de Morb. (p. 140. 29.) ᾗ ἂν τύχῃ ἁλισθεῖσα, quonam in parte collecta fuerint. Lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν. (p. 197. 46.) καὶ ἢν κου ἡ ὀδύνη ἁλισθῇ, & ſicubi dolor coaceruatus fuerit. Et ibidem (p. 209. 28.) καὶ ὁκόταν ἁλισθῇ ἐν τῇ κοιλίῃ, & cùm in ventre coaceruata fuerit aut collecta. In Coac. Præn. (p. 433. 45.) πνεῦμα ἀλιζόμενον ἐν τῇσι ὁδοῖσι, inter ambulandum ſpiritus coaceruatus & confertus, pro ſpiratione concitata, magna & denſa, qualis tumentibus præcordiis aut viſceribus inſigni cacochymia laborantibus contingere ſolet. Quibus ex locis interdum tenuari, interdum quoque aſpirari apud Hippocr. apparet. Significat autem ἀλίζω Varino συναθροίζω, congrego, colligo, cogo, coaceruo, & ἀλίζονται ἀθροίζονται exponit Heſychius.

Α'λευρον farinam ſignificat ab ἀλέω. Erotianus ἀλήτων apud Hippocratem ἀλεύρων exponit. Heſychius ἄλευρα κυρίως τὰ τοῦ σίτου. ἄλφιτα δὲ τὰ τῶν κριθῶν. vt ἄλευρον præcipuè tritici farinam ſignificet, polenta hordei. Sed & αἰρῶν & φακῶν ἄλευρα dicit Hippocr. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 229. 29 & 30) & lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 285. 36 & 37.) lolij & lentium farinam. Ibidem quoque ἄλευρα χονδρώδη dicit farinam craſſiorem alicæ ſimilem. lib. 2. περὶ γυναικ. ἄλευρα χονδρώδεα eadem de re.

Α'λεωρὴ munimentum ſignificat, præſidium, remedium, ſolatium, tutum perfugium, laxamentum, leuamen, alleuamentũ apud Hipp. ἐν παραγγελίαις (p. 18. 12.) ἄνεσις γὰρ νόσου πρὸς κάμνοντα παρέχει μεγάλην ἀλεωρήν, morbi enim alicuius remiſſio magnum ægro præbet ſolatiũ, perfugium. ἀλεωρή, φυλακή, ἀσφάλεια exponitur Heſychio, tutamẽ & perfugiũ. Idem ἀλεωρὴν ἀποστροφήν, καταφυγήν explicat, auerſionẽ, declinationẽ ac velut effugiũ, vt mali euitationẽ indicet, qua ſignificatione apud Hipp. ſumi poſſe videt, idq; ab Heſychio ſubindicari.

Α'λήσιοι πλανηθῶσιν exponit Gal. apud Hippocr. errauerint. additq; dictum eſſe παρὰ τὴν ἄλην quod errorem ſignificat. Verùm ſuſpecta videtur lectio & ἀλησίωσι leg. videtur, vt ſit ἀλησιῶν pro ἀλητεύειν. Quidã enã ἀλησίωσι ſcribunt.

Α'λησύει apud Hippocr. idem ſignificare videtur quod ἀλύει anxietate torqueri, aut corporis inquieta iactatione vexari. Legitur lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 269. 22.) ἀλησύει καὶ ἐμεῖ, anxia eſt & vomit. Ac forte illic ἀλησύει idem quod ἀλυσθαίνει ſignificat. Eſt autem ἀλυσθαίνειν Heſychio ἀσθενεῖν viribus defectum eſſe & imbecillũ. ἀλυσθεῖς, ἀδημονῶν, ζημιωθείς exponit Varinus. anxius es animi & metuis. ἀλυσθαίνει etiam ἀσθενεῖ, ἀλγεῖ exponit Heſychius, dolore afficitur, viribus eſt imbecillis.

Α'λητον farinam ſignificat apud Hippocr. ἄλευρον exponit Erotianus. ἀλητὸν ἄλευρον dici ſcribit Heſychius, farinam tritam aut molitam idẽ quod ἄλευρα ab ἀλέω aut ἀλήθω, aut quaſi ἀλητὸν cereale, aut ἐν τῷ ἀλέτῳ φυραθέντος ἀλφίτου, farina molendo ſubacta, aut τοῦ τὸ ἄλευρον φυράματος σίτου cereale cuiuſuis generis tritura ſubactum. Quam dictionem crebrò vſurpat Hippocr. vt lib. 2. περὶ διαίτης (p. 92.) Lib. 2. Epid. (p. 318. 53.) in gulæ affectu ἄλητα ὡς θερμότατα διδόναι, farinam quàm calidiſſimam cũ mero apponi iubet. Lib. de artic. (p. 606. 35.) τῷ ἀλήτῳ τῷ σητανίῳ τῷ πλυτῷ καταπλάσαντα, farina ſitania, eluta, ex cataplaſmate impoſita. Et lib. eodẽ (p. 607. 7) τῶν πυρῶν τὸ ἄλητον tritici farina, & (v. 9.) φυρῆσαι τὸ ἄλητον, farinam ſubigere. Vbi σητάνιον ἄλητον idem quod σητάνιον ἄλευρον dicitur extremo lib. de rat. victus in morb. ac. (p. 117. 9. & 29.) ſitaniam farinam ex Plinio diximus lib. de art. reliqui interpretes hornam. Rurſusq; eodem lib. (p. 609. 18.) ἄγχιστα μὲν εἴ τι χρὴ τὸ γλισχρὸν ἄλητον, proximum certe (ſi modo quid confert) locum habet farina glutinoſa. Et Galenus quoque his in locis ἄλευρον exponit. Lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 246. 31.) ἄρτου ἄλητον dicitur farina triticea ex qua panis cõficitur, aut forte panis in farinæ modum tritus aut comminutus, vel minuſculum ex pane eloto aut qualis panatella noſtra ſumitur, etſi illic vitioſè ἄρτου ἄλητον pro ἄρτου ἄλητον ſcribitur. ἀλητώδες διαχώρημα, alui recrementum farinæ molitæ inſtar, quod farinam molendo ſubactam refert, inter candicantes alui egeſtiones reponitur in Coac. Prænot. (p. 443. 24) & ἀλητώδες κοπρώδες διαχώρημα, farinæ molitæ inſtar & ſtercoroſum alui recrementũ deterioris eſſe notæ quàm exactè candicans ſcribitur, quod magnas viſcerum ac totius meſenterij obſtructiones, imbecillumque facultatis naturalis robur indicat.

Α'λθαίνεσθαι idem quod θεραπεύεσθαι curari, ſaneſcere ſignificat lib. 2. de Morb. (p. 147. 28.) καὶ ὅταν ἤδη τὸ ἕλκος ἀλθαίνηται, & vbi vlcus iam curatum fuerit. Et rurſus (v. 33.) ἐπὴν δὲ ἀλθαίνηται, vbi curatus fuerit. Galenus quoq; in Exegeſi (in dict. θηρίον) lib. περὶ χυμῶν (p. 114. 36.) ὅθεν ἀλθαίνονται, vnde curantur, legit, vbi ἀνθαλλάσσεται ſcribitur vt antea diximus. Dicitur & ἀλθαίνειν & Heſychius ἀλθαίνει exponit αὔξει, θεραπεύει, ὑγιαίνει, auget, curat, ſanat. Et Varinus ἀλθαίνοντα, ἰώμενον, θεραπεύοντα, eum qui medetur & curat.

Ἀλθαίνειν ὑγιάζειν apud Hippocr. exponit Gal. in Exegeſi, ſanare, mederi. Erotianus etiam ἀλθέσθαι ὑγιάζεσθαι, ſanari. Heſychius ἄλθειν ὑγιάζειν. Eidem ἀλθεὺς ὁ ἰατρὸς dicitur, & ἄλθος, φάρμακον, ſanatio, medela. Ἄλθεξις etiam ἡ ἴασις, ſanatio Galeno explicatur, & Erotiano θεραπεία curatio. Eaque dictione vtitur Hippocr. lib. de art. (p.605.33.) ταχεῖα μὲν ἡ ἄλθεξις breuis eſt ſanatio, & χρονιωτέρη μὲν ἡ ἄλθεξις diuturnior quidem curatio, pro quo ἄνθεξις quædam habent exemplaria. Dicitur & ἄλδηξις pro ἄλθεξις, vt & ἀλδήσκεσθαι pro ἀλθέσθαι. Lib. de fract. (p.544.10.) πολυχρονιωτέρη ἡ ἄλδηξις diuturnior curatio, & (v.8.) φλαύρως ξυναλθέσσεται τὰ ἄρθρα κινηθέντα, articuli agitati non rectè curantur.

Ἀλθίσκειν ὑγιάζειν exponit Gal. apud Hippocr. ſanare, curare. Legitur autem lib. 2. de Morb. (p. 147.45. & 47.) ἀλθίσκειν δὲ τῷ μολίβδῳ, curatio autem fiat penicillo plumbeo immiſſo, aut plumbea fiſtula. Verùm Galeni exemplaria ἀλθήσκειν pro ἀλθίσκειν vitioſè legunt.

Ἀλινδήσεις idem quod ἀλίνδησις volutatio in puluere, cuius meminit Hip. lib. 2. περὶ διαίτης (p. 98. 33.) & lib. περὶ ἐνυπνίων (p.108.4.) & cum lucta coniungit. ἀλινδεῖν autem δρόμον exponit Heſychius. Meminit etiam lib. 3. περὶ διαίτης Hippocr. (p. 105.30. & p. 101.29.)

Ἄλις & Ἀλίζεσθαι. Vide in ἁλής.

Ἁλίσκεσθαι, tentari, capi, de morbis dicitur qui temporis tractu inuadunt, non autem derepente. Aph. 70. lib. 5. οἱ ὑπὸ τεταρταίων ἁλισκόμενοι, quartana tentati. Vbi ſcribit Gal. τὸ γὰρ ἁλισκόμενοι καὶ ἁλίσκονται προσκείμενον δηλοῖ τὸ χρόνιον. Hæc enim verba ἁλισκόμενοι (capti, tentati) & ἁλίσκονται (capiuntur, tentantur) tēporis productionem indicant.

Ἄλκαρ βοήθημα exponit Gal. apud Hippocr. auxilium, remedium. Dictio etiam Homero crebrò vſurpata, vt Il. ε. (v.644.) οὐδέ τι σε Τρώεσσιν ὀΐομαι ἄλκαρ ἔσεσθαι. neque te exiſtimo Troianis auxilio futurum. Vbi ἄλκαρ, ἴαμα, ἀλέξημα, βοήθημα, medelam, remedium, iuuamen, præſidiū, auxilium exponunt, vt & Heſychius. Varino etiam δύναμιν καὶ σωτηρίαν ſignificat. Erotianus Hippocrati ἀλκὴν dici annotat & τὴν βοήθειαν exponit. Quæ ſignificatio etiam apud Homerum reperitur.

Ἀλκτὴ, βοτάνης ὄνομα, herbæ nomen eſſe annotatur Erotiano apud Hippocratem. Sed forte ἀκτὴ leg. cuius crebra fit mentio libris περὶ γυναικείων, & tota γυναικείων πραγματείᾳ.

Ἅλμα τοῦ αἵματος ſanguinis ſaltus, ſanguine à partibus externis & circunferentia ad interiora viſcera ſe recipiente in horrore & tremore, lib. περὶ φυσῶν (p.119.31.)

Ἄλλο ἐπὶ τοῦ λοιποῦ ſumi ſæpe apud Hippocr. hoc eſt pro reliquo teſtatur Erotianus ex lib. de art. Sic enim ſumitur (p. 384.34.) ἐπὶ θάτερα δὲ τὸ ἄλλο σῶμα, altera verò reliquum corpus. Et (ibidem v.55.) ὅπως μετέωρον τὸ ἄλλο σῶμα ᾖ. vt totum corpus ſublime ſit, hoc eſt, reliquū corpus. Lib. 1 περὶ γυναικ. (p.237.15.) τὴν δ' ἄλλην δίαιταν τὴν αὐτὴν ποιέεσθαι, reliquam victus rationem eandem obſeruare. Eademq; phraſi ſcribitur περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.200.12.) τὴν δὲ ἄλλην δίαιταν καὶ ταλαιπωρίην τὴν αὐτὴν κελεύειν διαιτᾶσθαι, ἣν καὶ τὸν πρόσθεν χρόνον. Reliquam verò victus rationem & laborem eundem quem ſuperiore tempore obſeruare iubeto. ἄλλην κοιλίην ἀντὶ τῆς λοιπῆς apud eundem ſumi annotat Erotianus, videturque locum lib. περὶ σαρκῶν (p. 43.14.) indicare. ὥσπερ τὸ στόμα καὶ ἡ γλῶσσα, καὶ ἡ ἄλλη κοιλίη, ὑγρά ἐστιν. quemadmodum os, & lingua, & reliquus venter humida ſunt. Aut (quod magis arridet) locus Progn. (pag. 132.39.) ab Erotiano ſubindicatur, ἔμπυον ἔσεσθαι σημαίνει καὶ τοῦτο, καὶ τὸ ἐν τῇ ἄλλῃ κοιλίῃ κατὰ τ' αὐτό. fore ſuppurationem hoc loco, & reliquo ventre ad eundem modum ſignificat. Verum apud Erotian. ἄλλῃ κοιλίῃ ἀντὶ τοῦ τῇ λοιπῇ legendum erit, dandi caſu. Eſt etiam hæc phraſis alioqui Homero familiaris, vt Il. κ. v.408. πῶς δαὶ τῶν ἄλλων Τρώων φυλακαί τε καὶ εὐναί; ἀντὶ τῶν λοιπῶν. Vbi reliquorum Troianorum tum excubiæ tum lecti?

Ἀλλοφρονεῖν exponitur Galeno in Exeg. apud Hippocr. ὁ παραφρονῶν, qui deſipit, ὁ οἷον ἄλλα γινώσκων παρὰ τὰ ὄντα, velut alia percipiens quàm exiſtant in rerum natura. Idem Gal. eadem ratione ἀλλοφρονέοντας dici ab Hippocr. ſcribit, quaſi alia ſentiens, de quo poſtea.

Ἀλλοδημίη peregrinationem, aut externam regionem ac gentem ſignificat Hippocrati lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.210.24.) αὕτη ἡ νοῦσος προσπίπτει μάλιστα ἐν ἀλλοδημίῃ, hic morbus maximè in peregrinatione accidit. ἐν ἀλλοδημίῃ enim idem quod ἐν ἀλλοδαπῇ ſignificat. At illic mendum eſſe apparet, & pro ἀλλοδημίῃ ἀποδημίῃ legendum, vt ſcribitur lib. περὶ κρισίμων (p.388.40.) vbi eadem repetuntur.

Ἀλλοιοχρωτεῖται, τρέπεται, ποικίλλεται exponitur Gal. in Exegeſi, variè mutatur, immutatur, vertitur. Verùm ἀλλοιοχροεῖ legitur apud Hippocr. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.205.39.) quomodo legunt quædam etiam Gal. exemplaria. οὐ θᾶσσον τὸ σῶμα ἀλλοιοχροεῖ καὶ χλωρὸν γίνεται ἄρχεται, cōfeſtim igitur corpus variè immutatur & pallidum fit. Hic autem neutraliter accipitur, proque eo ἀλλοιοβροτεῖ vitioſè legit Varinus. ἀλλοχρωτίζεσθαι μεταβάλλεσθαι exponit Heſychius, quod eſt tranſmutare, tranſponere.

Ἀλλοιοῦσθαι dicitur Hippocrati alienati, alterari, de ſubſtantiæ immutatione aut temperamenti corruptione & alteratione. lib. de articul. (pag. 603.3.) καρώδεες γὰρ οἱ μύες οὗτοι, καὶ ἀλλοιούμενοι, καὶ ἐντεινόμενοι παρὰ φύσιν. Hi nanque muſculi dum præter naturam aut alterantur, aut intenduntur, ſoporem inducunt. De muſculis maxillam inferiorem mouentibus locus intelligitur, qui alienati à natura, aut alterati, carum inducunt. ἀλλοίωσιν autem ponit Galenus in temperiei naturalis immutatione, dum vltra modum incaleſcunt, perfrigerantur, humeſcunt, aut areſiunt, inflāmatione aut eryſipelate tentātur, aut putredine corrūpuntur, quæ eſt totius ſubſtātiæ immutatio. Ἀλλοιοῦσθαι explicat Varin. μετασχηματίζεσθαι immutari, in aliā figurā verti. Dicit & ἀλ-

λοιοῦς

λοῦς ὁ παρηλλαγμένος, ἢ ἀλλοδαπὸς, immutatus, aut extraneus & peregrinus. ἀλλοῖος expoſuit Heſychius ἄλλος ἐξ ἄλλου μεταβαλλόμενος σχηματίζεται, qui ſubinde in aliam figuram vertitur.

Ἀλλόκοτον, ἄδηλον καὶ ἄγνωστον obſcurum & ignotum explicat Galenus in Exegeſi, Erotianus ἐξηλλαγμένον, abhorrens, alienum, peregrinum, extraneum, inauditum & inuſitatum. Quæ nimirum explicationes locum lib. de fract. (p. 527. 35.) exprimunt, vbi ἀλλόκοτον & ἔνδηλον inter ſe opponi videntur. Lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 241. 39.) καὶ ἱμείρεται ἀλλοκότων αἰεὶ βρωμάτων, & ſemper alienos cibos appetere & abhorrentes, quod faciunt prægnantes. Ἀλλόκοτα, ἀπεμφαίνοντα, ἐναντία, ἀσύμφωνα Heſychius, inconcinna, diſſentanea, incompoſita, incongrua. Addit Varinus ſignificare ἀλλοφυῆ, ἐξηλλαγμένα, inuſitata, inaudita, præter rationem immutata aut non conſentanea & abſurda, idque ex translatione.

Ἀλλοφάσσοντες exponuntur Galeno in Exegeſi παραπαίοντες, παραφρονοῦντες, delirantes, deſipientes. Erotiano verò ἀπορούμενοι καὶ τεθορυβημένοι, animi anxietudine agitati ac perturbati, & velut tumultuantes, idque ex Bacchii opinione. Addit idem Xenocritum Coum exiſtimare Ionibus dici ἀλλοφάσσειν de mentis alienatione. eiusque orationis veriſimilitudinem probat quòd dicatur παρὰ τὸ ἄλλο φάσκειν καὶ ἄλλο φωνεῖν, aut vt alii legunt, ἄλλο φρονεῖν, quia alius aliud loquatur, aut alia voce vtatur aut aliud ſentiat. Quam etymologiam etiam ſecutus videtur Euſtathius. Ea dictione vtitur Hippocr. in Progn. (p. 155. 54.) εἰ δὲ ἀπολλύμενοι, δύσπνοι γίνονται, ἀλλοφάσσοντες, ἀγρυπνέοντες. At qui perituri ſunt, difficultate ſpirandi vexantur, delirant, vigilant. Galenus verò in Comm. his verbis hanc dictionem explicat. τὸ δὲ ἀλλοφάσσοντες, ἄρτηται γὰρ καὶ τὸ ὄνομα κατὰ τὴν φύσιν, ὃ πάνυ σπάνιόν ἐστιν, ἤτοι τοὺς παραφρονοῦντας, ἢ τοὺς μεθισταμένους ἑαυτοὺς, ὑπὸ τῶν ἀλυσμῶν, ἐνδείκνυται. βέλτιον δὲ, ὅσον ἐξ αὐτῆς τῆς φωνῆς ἔστι τι τεκμαίρεσθαι, τὸ πρότερον, ὡς γεγονὸς μένον τοὔνομα τὸ ἀλλοφάσσοντες, ἐκ τοῦ ἄλλοτε φάσκειν ἄλλα. ἔνιοι δὲ ἀπὸ τοῦ μεταβάλλειν ἄλλοτε εἰς ἄλλο χρῶμα τὰ φάη, τουτέστι τοὺς ὀφθαλμοὺς, γεγονέναι φασὶ τὴν προσηγορίαν. Cæterùm dictio ἀλλοφάσσοντες (quæ & in Hippocr. oratione poſita eſt) non admodum conſueta, aut delirantes, aut ſeſe iactantes, quod eſt anxietudine correptos, indicat. Præſtat autem (quantum ex ipſa voce conĳcere licet) prior ſignificatio, vt ἀλλοφάσσοντες inde ductum videatur, ἐκ τοῦ ἄλλοτε φάσκειν ἄλλα, ex eo quòd quis aliud atque aliud loquatur. Nonnulli verò inde ortam appellationem dicunt, ἀπὸ τοῦ μεταβάλλειν ἄλλοτε εἰς ἄλλο χρῶμα τὰ φάη, τουτέστι τοὺς ὀφθαλμοὺς, ex eo quòd quis ſubinde in aliam atque aliam figuram τὰ φάη, hoc eſt oculos, mutet. Ex quibus verbis ſatis apparet ἀλλοφάσσοντας dici delirantes motis perpetuò & inconſtanter oculis, aut qui alienos ſermones ſerunt quos διαλεγομένους ἀλλοχόως dicit lib. 2. Epid. (p. 314. 18.)

Ἀλλόφασις exponitur Heſychio θόρυβος ταραχώδης, turbulentus tumultus, & ἀλλοφάσσειν, ἑτεροφρονεῖν, ἢ οὐχ ὑποφέρειν βάρος, hoc eſt aliud ſentire ac loqui & inquietum eſſe aut corporis inquietudine iactari, vt expoſitionum altera τοῖς ἀπορουμένοις καὶ τεθορυβημένοις Erotiani reſpondeat, altera verò παραφρονεῖν, vt idem ſit ἑτεροφρονεῖν, quod ἀλλοφρονεῖν ἢ ἀλλογνοεῖν, deſipere, aut aliud ſentire quàm in rerum natura exiſtat, quod eſt delirantium. Etſi vitioſè apud Heſychium ἑτεροχροεῖν & ἀλλοφασεῖν ſcribit. Quo magis etiam miror Varinum hanc viciatam Heſychii ſcriptionem ſequutum. Gal. etiam in dictione παραφάσσειν, ἀλλοφάσσειν παραφρονεῖν, quod eſt deſipere, ſignificare innuere videtur.

Ἀλλοφρονεῖν mente eſſe alienata, aliud ſentire, delirare. Gal. in Exeg. (in dictione ἀλλογνοεῖν) ἀλλοφρονέειν eadem ratione dictum eſſe vult Hippocrati, οἷον ὁ ἄλλα φρονῶν παρὰ τὰ ὄντα, quaſi qui aliud ſentit quàm quod ſit. Vbi tamen ἀλλοφρονέειν quædam exemplaria legunt, ſed ἀλλοφρονέειν legendum exiſtimo, vt locus lib. 1. περὶ γυναικ. ſubindicetur (p. 245. 2.) καὶ ἀλλοφρονέει, καὶ παράνοιαι γίνονται μανιώδεις, mente erit alienata, & delirationes exiſtent furioſæ. lib. 2. de Morb. (p. 143. 49.) ἀλλ' ἀλύει καὶ ἀλλοφρονέει ὑπὸ τῆς ὀδύνης ſed anxietudine vexatur & præ dolore delirat. ἀλλοφρονεῖν, παρανοεῖν καὶ ἐξίστασθαι delirare & ex animi poteſtate exire, exponit Varinus. ἀλλοφρονέοντα, παραφρονοῦντα, ἀλλογνοοῦντα, aliena loquentem, deſipientem exponit Heſychius ex Homero Il. ψ. (v. 698.) vitioſè tamen apud Heſych. ἀλλοφρονέοντα pro παραφρονοῦντα ſcribitur.

Ἀλλοχόως διαλεγομένους, aliena loquentes aut fundentes alienos ſermones ac ferentes, inter loquendum alieniores, qui nec mente nec verbis ſibi conſtant, quod eſt delirii ſignum. Lib. 2. Epid. (p. 314. 18.) ὑπὸ πολλοῦ μᾶλλον καὶ δύσπνοοι καὶ διαλεγόμενοι ἀλλοχόως, hi grauiori longe difficultate ſpirandi conflictabantur, & inter loquendum alieniores videbantur. Vbi tamen σιαλοχόοι quidam cum Gal. legunt, & eos qui multum ſputum ore fundunt intelligunt. Quam lectionem etiam videtur agnoſcere Erotianus, vt ſcribemus poſtea.

Ἀλλοχροεῖν eſt colorem mutare & alium atque alium colorem induere lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 204. 36.) ὥστ' εὐθὺς ἀλλοχροεῖ τὸ σῶμα, ita vt corpus ſtatim alium colorem induat, aut in alium colorem mutetur.

Ἄλλως temerè, fruſtra, ſignificat apud Hippocr. lib. de Morbo ſacro (p. 128. 13.) αἱ δὲ φρένες ἄλλως ὄνομα ἔχουσι τῇ τύχῃ κεκτημέναι. Præcordia autem temere & ex fortuna quadam nomen ſortita ſunt. Vbi τὸ ἄλλως μάτην paulo poſt exponit. ἀλλὰ μάτην τοῦτο τὸ ὄνομα ἔχουσιν, ſed fruſtra hoc nomen habent. ἄλλως etiam Heſychius ματαίως, ὡς ἔτυχεν, ἢ μάτην exponit, inconſulto, temerè, fruſtra, vt ſors tulit.

Ἅλμα apud Hippocr. Heſychius ἅλμα ſignificare ſcribit, καὶ τὴν πρώτην τοῦ ἐμβρύου μεταβολὴν εἴσω, primam fœtus in vtero ad progrediendum agitationem. ſed καταβολὴν malim, quemadmodum etiam legiſſe Varinus videtur. Eum verò motum per ἀπαιρεῖν intelligi apud Hippocr. lib. περὶ φύσ. παιδ. tradunt quidam.

Ἁλμυρώδεες πυρετοὶ dicuntur Hippocrati aph. 17. lib. 6. Epid. ſect. 1. febres ſalſæ, ſalſuginoſæ, quæ tangentibus pruritum quendam excitant, perinde atque à ſale & aliis corporibus ſalſis. Sic enim Gal. illic explicat. τοὺς μὲν οὖν ἁλμυρώδεας ἐπὶ τὴν ἀφὴν ἄγοντας, ἐρεῖ τοὺς ὀδαξησμὸν ἴσα ποιοῦντας ὄντας τοῖς ἁπτομένοις, ὥσπερ ὑφ' ἅλμης τε καὶ πάντων τῶν ἁλμυρῶν γίνεται σωμάτων. Salſugiooſas igitur febres ad tactum quis referens, eas eſſe dicet, quæ pruritum quendam tangentibus ioferunt, perinde ac ex ſalſugine & reliquis corporibus ſalſis excitari ſolet. ἁλμυρῶδες δέρμα, aph. 12 lib. 6. Epid. ſect. 6. cutis ſalſuginoſa, ſalſa, pruriginoſa, & quæ veluti quendam pruritum excitat ſcabraque eſt. κοιλίη ταραχώδης ἁλμυρώδεα βάλλουσα, aluus perturbata ſalſuginis in modum, hoc eſt ſalſuginoſa multa & mordacia, velut ſalſam pituitam demittens. In Coac. prænot. (p. 444. 43) Ἁλμυρῶδες etiam ſalſuginem ſignificat & de lacbrymis ſalſis, acribus ac mordacibus dicitur lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p. 114. 5.) ὅπως μὴ ἅπτηται τὸ ἁλμυρῶδες, vt ne ſalſugo contingat, aut contactu lædat. At ἁλμυρῶδες στόμα, os ſalſum aut ſalſuginoſum dicitur lib. 7. Epid. (p. 356. 29.) ἁλμυρώδης ſalſugo aut ſalſugioes intelliguntur. lib περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p. 113. 23.) & muria factitia aut artificialis intelligi videtur, eoq; nomine nitroſæ geous ſumitur Atbenæo.

Ἀλόγως temerè, præter rationem ſignificat in κρίσεων ratiooe apud Hippocratem, idemque quod παραλόγως, hoc eſt abſque ſignis concoctionis aut ſolutionis, ὅτε μηδ' ἱδρῶτος γενομένου, μήτε ἐμέτου, μήτε διαχωρήσεως, ἀλλὰ μηδὲ ἀποστήματος κρισίμου, λυθῆναι συμβῇ τὴν νόσον. hoc eſt, vbi abſq; vllo ſudore, aut vomitu, aut deiectione, aut vllo abſceſſu iudicatorio ſolui morbum contigerit, vt exponit Gal. Com. 5. io Prorrh. (p 188. 43) & com. ad aph. 27. l. 2. ἀλόγως igitur idem quod ἀσήμως, ἀκρίτως & παραλόγως, aut μὴ κατὰ λόγον ſignificat. Celebre eſt quod adſert Galenus ex Hippocrate Com. 3. in progn. (p. 159. 47.) τὰ ἀλόγως ῥαστωνίζοντα φιλυπόστροφα, quæ temerè & præter rationem leuant, morborum reuerſiones adſerre ſolere, quæ ſunt in tota iudicationis diſciplina valde decantata. δῆλον δ' ὅτι ταῦτ' ἀλόγως ῥαστωνῆσαι λέγοντ' ἄν, ὅσα μήτε μετὰ σημείων λυτηρίων, μήτ' ἐν κρισίμοις ἡμέραις ἔδοξε πεπαῦσθαι. Conſtat autem quòd hæc præter rationem leuare dicantur, quæ neque cum ſolutionis indiciis, oeque diebus decretoriis deſinant. (vt ibidem ſcribit Galenus) πλευροῦ ἄλγημα ἐπὶ πτύσει χολώδεσιν ἀλόγως ἀφανισθὲν, lateris dolor cum bilioſis ſputis præter rationem euaneſcens, damnatur Hippocrati in Prorrh. (p. 201. 4.) ἀλόγως etiam κινδύνως dicuntur, vt ſcribit Gal. Com. 2. in Prorrh. (p. 197. 5) οὐ μόνον δὲ χωρὶς τοῦ γενέσθαι τι βοήθημα τεχνικὸν ἢ φυσικὸν ἐγκαταστάντα, ἀλλὰ καὶ ταῦτα τὰ γινόμενα μὲν, οὐ μὴν κατ' ἀξίαν τοῦ νοσήματος, non ſolùm quæ nullu vel artis vel naturæ auxilio leuant, verumetiam quæ ſic quidem contigerunt, noo tamē pro morbi digoitate. ἀλόγως quoq; eam quę nullo ex merito fit aut præter rationem abſque vlla cauſa io morbis repentinam alleuatiooem ſignificat, quæ eo certe nomine val le ſuſpecta babetur. Vt ſcribit Gal. Com. 1. in lib. 3. Epid. (p. 402. 30.) bis verbis. τὸ γὰρ ἅμα πυρετῷ διακαεῖ, καὶ χυμὸν ἔχοντι δριμὺν ἐξαίφνης σύμπτωμα σχεῖν ὑγροῖς καὶ ψυχροῖς καὶ ἀδήκτοις ἑπόμενον χυμοῖς, οὐδαμῶς ἐστὶν ἢ τοῦ παύσασθαι τὴν ἐμπροσθεν διάθεσιν, οὐδεμιᾶς γε κρίσεως γενομένης, ἀλλὰ τοῦ νεκρῶσθαί τι καὶ σβέννυσθαι τὴν ἔμφυτον θερμασίαν. εἴρηται μὲν οὖν ἐπὶ πλέον περὶ τούτων ἐν ἑτέροις. ἀλλὰ καὶ νῦν ἐν κεφαλαίοις ἅπαξ εἰρήσθω λελέχθαι περὶ τῶν ἀλόγως ἐπὶ χαλεποῖς νοσήμασιν ἀπυρέτων γενομένων. ἐπὶ γὰρ αὖ ὀλεθρίων προηγησαμένων σημείων ἄμεινον ἔχειν δόξωσι, τούτῳ τὴν νόσον ὀλεθριωτέραν ἔχουσιν. In febre ſiquidē deurente & ſuccum videlicet mordacem acremque habente, ſymptomate derepente teneri, quod bumidos & frigidos ac mordacitatis expertes ſuccos comitetur, id priorem affectiooem noo deſiiſſe indicio eſt, cùm nulla iudicatio extiterit, ſed caloris natiui interitum & extinctionem. Verum de bis aliàs fuſius dictum eſt. At nunc in ſumma de bis qui præter ratiooes in grauibus morbis febris expertes fiuot, ſemel dixiſſe ſatis ſit. Signis nanque exitioſis præcedentibus quò melius babere videntur, eò certe exitioſiore morbo detinentur.

Ἁλτῆρες halteres, maſſæ erant plumbeæ aut lapideæ, aut ex metallis conflatæ, aut manipuli ex varia materia, modo grauiori, modò leuiori cōfecti, anſa ac manubrio addito, eaque magnitudine, vt manu quilibet caperetur. Quibus vtebātur paleſtrīę in exercēdis corporibus, vt docet Gal. lib. 2. περὶ ὑγιειν. (p. 242. 4.) οἱ μὲν καταθέντες ἁλτῆρας ἐν τῷ πρόσθεν διεστῶτας ἀλλήλων ὀργυίαν, εἶτ' ἐν μέσῳ στάντες αὐτῶν, ἀναιροῦνται προκύπτοντες, τῇ μὲν δεξιᾷ χειρὶ, τὸν ἐν τοῖς ἀριστεροῖς, τῇ δὲ ἀριστερᾷ, τὸν ἐν τοῖς δεξιοῖς. καὶ αὖθις ἑκάτερον εἰς τὴν οἰκείαν κατατιθέντες χώραν. καὶ τοῦτο δρῶσιν ἐφεξῆς πολλάκις ἀκινήτως ἱστάμενοι τῇ βάσει. τὰ δὲ πλάγια μέρη τῆς ῥάχεως ἡ κίνησις ἥδε διαπονεῖ μᾶλλον, ὥσπερ ἡ προειρημένη τὰ κατ' εὐθύ. Sunt & qui depoſitis ante ſe halteribus, vlnæ interuallo diſtantibus, poſtea in medio eorum ſtantes inclinati eos attollūt. dextra quidem eum qui ad ſioiſtram ſitus eſt, ſiniſtra autem eum qui ad dextram, turſusq; vtrumque ſuo loco deponunt, idq; deinceps ſæpius firmato gradu faciunt. Hic verò motus tranſuerſas ſpinæ partes magis exercet, veluti qui ante dictus eſt, rectas. Idem lib. 6. (p. 286. 17.) balterum vſum partes ſuperiores exercere ſcribit, ideoque eam exercitationem in eo qui calido ſemine & acri abundabat conſuluit, his verbis: γυμνάζεσθαι δὲ γυμνάσια τὰ διὰ τῶν ἄνω

τῶν ἄνω μορίων μᾶλλον, ὁποῖόν ἐστι τό, τε διὰ τῆς σμικρᾶς σφαίρας, καὶ τὸ διὰ τῆς μεγάλης, καὶ τὸ διὰ τῶν ἁλτήρων, exercitationibus verò vteretur quæ à ſuperioribus partibus potius obeuntur, qualis eſt quæ per paruam & quæ per magnam pilam fit, & per halteres. Idem quoque lib. 5. (p. 268. 35.) halterum vſum inter exercitationes quæ ſuperiores partes exerceant reponit, eamque his qui imbecillis ſunt cruribus conſulit. καθάπερ γε τοῖς ἀσθενέσι φύσει τὰ σκέλη βελτίω τὰ διὰ τῶν ἄνω μερῶν γυμνάσια. χειρονομίαι, καὶ ἀκροχειρισμοί, καὶ δίσκου βολαί, καὶ ἁλτήρων χρῆσις. Quemadmodum his qui crura habent imbecilla potiores ſunt exercitationes quæ ſuperioribus partibus obeuntur, chironomiæ, acrochiriſmi, diſci iactus & halterum vſus. Vbi tamen ἀκροβολισμοὶ integra dictione non malè legendum exiſtimarim. Halteres autem ipſi partim proiiciebantur manibus extenſis & viciſſim inflexis, aut manibus protenſis continebantur velut Antyllus apud Oribaſium teſtatur περὶ ἁλτηροβολίας, & Aretæus imprimis vetuſtus author, qui in cephalæa ἁλτήρων βολὴν conſulit cap. 1. cur diutur. morb. Galenus etiam lib. 2. περὶ ὑγιεινῶν inter veloces exercitationes recenſet eam quæ fit manibus productis, idq; citra vllos halteres, his verbis (p. 241. 49.) καὶ μὴν ὅτι καὶ διὰ τῶν χειρῶν ἔστιν ὀξὺ γυμνάσιον ἀσκοῦντα γυμνάζεσθαι, χωρὶς τοῦ κατέχειν ἁλτῆρας, ἐπαναφέροντα τὰς κινήσεις αὐτῶν εἰς πυκνότητά τε ἅμα καὶ τάχος, εἴτε πὺξ εἰλήσαιο, εἴτε χωρὶς πυγμῆς ἀναχθήσονται ἁπλῶς. Quin & veloci manuum exercitatione eiuſdem momenti vtilicet, idque citra halteres, ita vt motum earum ad denſitatem ac celeritatem intendas, ſiue in pugnum contractas, ſiue ipſas ſimpliciter expanſas velis. Quo in loco quidam ἀλκτῆρας non ἁλτῆρας legunt, & ἀλκτῆρας dici volunt adminicula auxiliaria, aut ponduſcula quibus ſaltantes aut foſſam tranſilientes ſeſe ad maiorem contentionem firmant. Sed certe ἁλτῆρες in eum etiam vſum adhibebantur à ſalientibus, vt vtraque manu contenti firmiorem librationem facerent, vt de Quinquertionibus ſcribit Theoph. lib. περὶ κόπων, & Ariſtot. in Quæſt. natural. quæſt. 8. lib. 5. Ideoque etiam apud Artemidorum ἁλτῆρες & ἁλτηρία legi poteſt περὶ τῆς ἁλτήρων χρήσεως. Halterum etiam exercitationem elephantico conſulit Paulus Aegineta lib. 4. cap. 1. Martialis; Halteres agili rotas lacerto: &, Quid pereunt ſtulto fortes haltere lacerti, Exercet melius vinea foſſa viros.

Ἀλύζει exponit Galenus apud Hippocra. in Exegeſi, ἀπορεῖ, ῥιπτάζεται, angitur, anxietate vexatur, inquieta corporis iactatione remaxatur. Additque eadem ratione ἀλύξει dictum eſſe in futuro. Quod legitur lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 232. 32.) ἀλύξει τε καὶ ῥίψει ἑωυτήν; anxietate vexabitur ac iactabit ſeipſam. Verùm pro ἀλύξει apud Galenum exemplaria quædam ἀλυκτεῖ legunt. Erotianus quoque ἀλυκτεῖν apud Hippocrat. agnoſcit & ἀκηδιᾶν explicat, non quieſcit. Ἀλυκτεῖν κλαίειν, λυπεῖσθαι, δυσφορεῖν exponit Heſychius, flere, angi & iactari. Varinus etiam ἀλυκτάζειν & ἀγανακτεῖν mœrore confici & indignari. Ἀλύειν autem frequens eſt Hippocrati in tota γυναικείων πραγματείᾳ, & ἀλύει, vt li. 1. περὶ γυναικ. (p. 232. 40.) ἀλύει καὶ ῥιπτεῖ ἑωυτήν, anxietate angitur & ſeipſam iactat. & aliàs ſæpe.

Ἀλύκη Hippocrati anxietudinem aut animi anxietatem ſignificat, aut moleſtam corporis iactationem & incontinentiam. Item animi angorem & ἄλυσιν aut ἄλυξιν, & ἀλυσμὸν, ῥιπτασμὸν, δυσφορίαν, ſummam corporis diſiectionem & inquietudinem, qua ægri animo anxii nullo loco conſiſtere poſſunt, verùm præſentem ſtatum continenter immutant. Ἀλύκη exponitur Erotiano apud Hippocra. ἀπορία μετὰ χάσμης animi anxietas aut conſilii inopia cum oſcitatione. Ac nemini dubium eſt, quin aph. 56. lib. 7. ſubindicet Erotianus. Quæ dictio etiam vſurpatur lib. 2. Epid. (p. 318. 53.) Sed pro ἀλύκη ἀλυχὴ ſcribitur quibuſdam in Exegeſi, aliis etiam ἀλυγή. Eſt & quibus ἀλύζει melius ſcribi videatur. ἀλυχὴν exponit Heſychius ἄσην, χάσμησιν, animi moleſtiam aut faſtidium cum oſcitatione. Eidem ἀλαοχὴ Doricè dicitur ἀδημονία, ἀνία, impotentia animi, mœror & triſtitia. Verùm ἀλαοχὴ vitiosè legitur apud Heſychium. Galenus certe Comm. ad aph. 56. lib. 7. ἀλύκην eandem eſſe quam ἄλυσιν aut ἄλην Græci dicunt, ſcribit. Eſt autem ἄλυς mentis error aut oberratio, cum quis conſilii inops incerta mente vagatur & inquietus oberrat. ἄλυς Heſychio dicitur ἀπορία, πλάνη, βλάβη. Significat etiam δυσαρέστησιν ſiue tædium ac veluti diſplicentiam. ἀλύκη autem & ἄλυς à verbo ἀλύειν deducuntur, quod eſt languere præ conſilii inopia, angi animoq; aut mœrore & angore affici aut concidere. Cuius verbi ſignificationem his verbis aperit Galenus (comm. eodem) ἀλύειν μὲν οὖν λέγουσιν ὁμοίως τῶν ὑγιαινόντων, ὅσοιπερ ἂν ἀεὶ τοῖς παροῦσι δυσχεραίνοντες, ἄλλοτ' εἰς ἄλλα μεταβαίνωσι πράγματά τε καὶ πράξεις· κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον, καὶ τῶν νοσούντων ὁμοίως ἀλύειν φασίν, ὅσοι μὴ φέροντες τὴν κατάκλισιν, ἐξαλλάττουσι τὰ σχήματα διὰ τὸ δυσφορεῖν ἀεὶ τῷ παρόντι. τοῦτο δὲ ἴσμεν ὁμοίως μάλιστα συμβαῖνον, εἴπερ ἂν ἐν τῷ στόματι τῆς γαστρὸς, ὑπό τινων κακοχυμιῶν τὸ στόμαχον δάκνεσθαι, προσέχοντι τοῖς ἰδιώταις ὑπὸ τῆς ἀνιαρᾶς τῶν πολλῶν, ὅτι ἐμπλεῶς τῆς αὐτοῦ τῆς γαστρὸς, ἀναβαινούσης δὲ εἰς τοὺς χιτῶνας αὐτῆς. quod eſt: ἀλύειν igitur de quibuſdam ſanis dicitur, qui ſemper res præſentes faſtidiunt, ſubinde noua negotia agitantes & actiones commutantes. Quo etiam modo ægris quibuſdam attribuitur, qui accubitum non ferentes, habitum mutant, quòd ſint ad præſentem ſtatum moroſi & anxii. Hoc verò illis præcipuè euenire nouimus, quibus in ore ventriculi (quod interdum nomine abutentes ſtomachum

nominant) certa quædam humoris vitioſi qualitas continetur, quæ neque multa eſt, neque in ventriculi capacitate innatat, ſed ipſius tunicis impacta eſt. Erotianus Bacchium reprehendit quòd ἀλύει ἀδημονεῖ, πλανᾶται, ἄχθεται explicarit. Neque enim ſi quis indignatur, aut vagatur, aut animo languet, protſus ἀλύειν dicitur. ἀλύουσι certe cum dolent, indignantur & ægreferunt. Sed qui oberrant aut vagantur, non ſtatim ἀλύουσι. Bacchio autem Herophilum impoſuiſſe ſcribit, qui ἀλύειν & πλανᾶσθαι ſynonyma eſſe dixerit. At certe verbi ἀλύειν & πλανᾶσθαι maximè vicinam eſſe ſignificationem, & ἀλύειν καὶ πλανώμενος à Plutarcho inter ſe copulari, teſtatur Budæus ac cæteri Lexicographi. Iidem quoque ex Plutarchi lib. de audiend. poemat. ἀλύειν αὐτὶ τοῦ δάκνεσθαι καὶ ἀπορεῖσθαι hoc eſt morderi, angi aut anxium eſſe poni ſcribunt, interdum etiam ἀντὶ τοῦ γαυριᾶν & χαίρειν ſuperbire & gaudio efferri, duobus ex Homero locis in teſtimonium adductis. Quibus ex verbis ſatis patet ἀλύειν aut ἀλύειν, & ἀσᾶν, ac ἀδημονεῖν eandem prope inter ſe ſignificationem habere, ac ſæpe ab Hippocrate inter ſe copulari. Sic lib. περὶ παρθενίων (p. 213. a 8.) ἀλύει καὶ ἀδημονέει ὁ θυμὸς ſimul iunguntur, anxius animus & mœrore cōcidens aut fluctuans. Eadem ratione ἀλύων & ἀσώδης ſimul ponuntur ægr. 11. lib. 1. Epid. & ægr. 7. lib. 3. Epid. poſt. ſt. peſt. hoc eſt, ſtomachi faſtidio laborans & magna corporis implaciditate. ἀλύουσα exponitur Erotiano ἀπορεῦσα, ῥιπταζομένη, anxia, anxietudine aut inquietudine vexata apud Homerum Il. ε. (v. 352.) de vulnerata Venere, ἡ μὲν ἀλύουσ᾽ ἀπεβήσατο. ἀδημονοῦσα exponit ſcholiaſtes. Quem locum de animi anxietudine etiam ſumit Plutarchus. ἀλύουσα dicitur Etymologico ὅτι λύσιν μὴ εὑρίσκουσα τῶν κακῶν, morborum ſolutionem non inueniens, neque rationem vllam qua ſe malis explicet aut liberet.

Ἀλυσμὸς quoque ab ἀλύω deducta dictio Hippo. frequens, ἄλυσιν τινὰ καὶ ἀπορίαν, ὃ δὴ καὶ ἐκπλαγμὸν καλοῦσι, Galeno ſignificat in Exeg anxietatem, conſilii inopiam, aut incontinentem corporis iactationem. Erotiano ἀπορίαν, ἀμηχανίαν, inquietudinem, mentis inopiam. Qua expoſitione vterque prognoſtici locum ſubindicat (p. 126. 55.) ἀλυσμὸν γὰρ σημαίνει. corporis enim iactationem indicat. Vbi Galenus eius dictionis notationem his verbis aperit. ὅτι δὲ αὐτὸ τοὔνομα δηλοῖ τὸ δυσφορεῖν ἅπαντι σχήματι, καὶ μεταβάλλειν ἄλλοτε εἰς ἄλλο. hoc autem nomen indicat ægrum nullo habitu conſiſtere poſſe, ſed ſubinde in alium atque alium ſe mutare. ἀλυσμὸς ἀνίδρως corporis inquietudo ſine ſudore dicitur in Prorrhet. (189. 54.) Vtitur etiam ea dictione Hippocrates vt annotat Erotianus lib. 4. Epid. (p. 333. 43.) & lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 235. a 7.) & (p. 236. 39.) Item lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 268. 26.) ἀλυσμοὶ καὶ περιψύξιες, inquietudines & perfrictiones. In Coac. etiam prænot. (p. 439. 34.) vbi Progn. locus repetitur iiſdem pene verbis. Mirum autem ſubit quomodo apud Erotianum hæc dictio ex Aphoriſmis in medium proferatur, cùm illic altum ſit ſilentium. At certe teſtimonium illud ad verbum ἀλύειν vel ἀλύειν referri debet, quam per ἀλυσμὸν explicant.

Ἀλυκὸν ἁλμυρὸν ſalſum exponitur Galeno in Exegeſi apud Hippocratem. Verum ἀλυκὸς legitur lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 109. 55.) γίνεται δὲ καὶ σίαλον ἀλυκὸν καὶ πικρὸν, fit autem os ſalſum & amarum. In multis etiam per α ſcriptum repetitur. Et Heſychius ἁλυκὸν, ἁλμυρὸν, χλιαρὸν, ψυχρὸν exponit. additq; quibuſdam etiam θερμὸν ſignificare. Varinus quoque θερμὸν addit.

Ἀλυκώδης τόπος, locus amœnus & placens dicitur in παραγγελίαις (p. 19. 15.) ab ἀλύειν quod γαυριᾶν καὶ χαίρειν hoc eſt gaudio efferri ſignificat teſte Plutarcho, vt antea oſtendimus. Cornarius ἁλιώδης legit & maritimum vertit. Caluus ἀλυώδης pro ἀλυκώδης legit, apricum intelligens.

Ἄλφιτα hordei toſti ſeu fricti farinam ſignificant Hippocrati, & de hordeacea farina dicuntur, quæ ex hordeo decorticato & torrefacto parabatur, vt patet lib. 2. περὶ διαίτης (p. 92. 7.) ἄλφιτα exponuntur ab antiquo critico κριθαὶ πεφρυγμέναι. Sunt qui dicant ἄλφιτα farinam hordeaceam propriè indicare, vt ἄλευρα triticeam. Verùm Gal. in Exegeſi ἄλφιτα apud Hippocr. quamuis farinam denotare, ac de omnibus leguminibus molitis, neque ſolùm de hordeo dici teſtatur, his verbis. ἄλφιτα πᾶσιν πάντος ἀληλεσμένου καρποῦ τὸ σύμμετρον τῷ μεγέθει θραῦσμα ὀνομάζεται. τὰ μὲν γὰρ μείζω, κρίμνα, τὰ δὲ ἐλάττω, ἄλευρα. hoc eſt, ἄλφιτα igitur cuiuſuis grani moliti mediocris magnitudinis fragmenta vocantur. Maiora quippe κρίμνα, hoc eſt craſſiores farinæ, minora verò, ἄλευρα, hoc eſt, tenuiores farinæ dicuntur. Idem etiam adſcribit ἄλφιτα non ſolùm de hordeo dici Hippocrati, ſed & lib. 1. περὶ γυναικ. ἄλφιτα πύρινα polentam triticeam vocari (p. 245. 9.) vt & (p. 260. 5.) καὶ ἄλφιτα πύρινα ἐπιπάσσειν, ac polenta triticea inſperſa, quod lib. περὶ γυναικείων φύσ. (p. 226. 4.) ἄλφιτα πυρῶν πεφρυγμένα ἐπιβάλλειν, triticea polenta torrefacta adiecta, ſcribitur. Lib. quoque περὶ γυναικ. 2. (p. 265. 36.) καὶ πύρινα ἄλφιτα καταλέσας, triticeam polentam commolitam intelligit. Lib. etiam περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 200. 9.) φακῶν καὶ ὀρόβων πεφρυγμένων ἄλφιτα erui & lentium torrefactarum polenta dicitur. Quem locum ex lib. 2. de morb. maiore adducit Gal. in Exegeſi. Ἄλφιτον farina eſt hordeacea aqua alióue humore macerata, polenta Latinis dicitur. Lib. 5. Epid. (p. 335. 3.) καὶ πιεῖν ἄλφιτον, & epota polenta. Ibidem quoque (v. 48.) ἄλφιτα λεπτὰ, tenuem farinam & polentam indicant, quòd aqua conſperſa eſſet. ἄλφιτα ἔπιε λεπτὰ ἐφ᾽ ὕδατι polentam ſumpſit. λεπτὰ autem addit, vt ex actè molitam & tenuiſſimas farinæ partes exprimeret, aut etiam maximè dilutam polentam denotaret.

tatet. ἄλφιτα molam ex Theocrito vertit Virgilius eclog. 8. Sparge molam & fragiles incende bitumine lauros. Apud Theocritum verò Idyll. 2.

Ἄλφιτά τοι πρᾶτον πυρὶ τάκεται, ἀλλ' ἐπίπασσε Θέστυλι δειλαία. hoc eſt, farinę tibi primùm igne liqueſcunt, ſed ſparge Theſtyli miſera. ἄλφιτον & ἄλητον ſæpe coniungit Hippocr. vt lib. περὶ γυναικείης φύσ. (p. 217. 10.) καὶ ἄλφιτον ἴσον καὶ ἄλητον ἐπιβαλών, pari farina & polenta iniecta.

Ἄλφιτα autem ἄναλτα dicuntur Hippocr. polenta inſulſa aut ſine ſale, quam propinat in morbis muliebribus, vt lib. περὶ γυναικείης φύσ. (p. 224. 12.) τῶν δὲ ἀλφίτων τῶν ἀνάλτων νῆστις διδοῦ πίνειν, polentam autem antiquam inſulſam ieiunæ ex vino propina. Lib. vero. 2. περὶ γυναικ. (p. 270. 44.) eadem in re, καὶ τῶν ἀνάλτων ἀλφίτων μοῖραν, & inſulſæ polentæ portionem. Eodem etiam lib. (p. 264. 30.) ἄλφιτα πρόσφατα λεπτὰ βεβρεγμένα ἐν ὕδατι, ἃ καὶ ἐκλείχειν ἄναλτα, polentæ recentes tenues aqua madefactę, quæ etiam inſulſæ delingendæ. Sic autem forte dicta polenta videtur inſuauis, aut non admodum ſumptuosè apparata, ἄναλτον ἄλφιτον, ἀηδὲς, ἀνάρτυτον, ex translatione eduliorum inſulſorum & negligenter conditorum, quòd alia eſſet polenta ex arte magis appatata aut condita mixtis dulciariis quibuſdam, vt ſapa, melle, muſto, vino dulci, aliiſque id genus nonnullis, vt videre eſt apud Galenum lib. 1. de alimentis. Licet Erotianus ἄναλτον ἄλφιτον, τὸ μικρὸν καὶ ἀναυξὲς exponat apud Hippocratem tenuem, non augeſcentem polentam, forte minimum nutrientem intelligens, & ſi aliam nominis notationem quidam exprimant. Ἄλφιτα autem πρόσφατα videbis in Πρόσφατα.

Ἀλφοὶ vitiligines ſignificant: ſuntq; vitiliginis ſpecies, & generis nomen retinent. Vitiligo nanque in λεύκην, μέλανα & ἀλφὸν diſtribuitur, de quibus Celſus lib. 5. cap. 28. ἀλφὸς inter morbos vernos annumerat Hippocr. aph. 20. lib. 3. Galenus quoq; Com. 3. in lib. 6. Epid. (p. 490. 9.) ἀλφὸς vitioſi ſucci ſobolem eſſe ſcribit. ἔτι δὲ καὶ ἀλφοὶ κακοχυμίας τινός εἰσιν ἔκγονοι περὶ τὸ δέρμα συνιστάμενοι. quandoquidem & vitiligines ex vitioſo ſucco ortæ in cute conſiſtunt. ἀλφὸς inter corporis fœditates potiùs quàm morbos recenſetur Hippocrati, & ex pituitoſo humore fieri ſcribitur lib. περὶ παθῶν (p. 185. 37.) videturque cætera vitiliginis genera comprehendere. Celſus vitiliginem ſcribit quamuis per ſe nullum periculum adſerat, tamen fœdam eſſe, & ex malo corporis habitu fieri. ἀλφὸν vocari vbi color albus eſt, ferè ſubaſper & non continuus, vt quædam quaſi guttæ diſperſæ eſſe videantur. Interdum etiam latius, & cum quibuſdam intermiſſionibus ſerpere.

Ἀλώπεκες dicuntur Hippocrati lib. περὶ παθῶν (p. 185. 37.) quæ Celſo areæ, cæteris ſcriptoribus ἀλωπεκία, vitioſi ſucci ſoboles, à quo facilè capilli corrumpuntur. Vitium in pilis capitis, & capillorum denudatio. Ac primùm capilli extenuantur, deinde etiam decidunt ob redundantis ſucci malignitatem, tandemq; locus affectus diſcolor apparet. Inde verò nomen ſortitum apparet, quòd vulpes eo vitio frequenter tentetur. Gal. lib. περὶ τῶν εὐπορίστων (p. 474. 7.) Paulus lib. 3. cap. 1. Aetius tetrab. 2. lib. 2. cap. 55. Eſt autem ἀλωπεκία authori definit. Medic. (p. 399. 34.) μεταβολὴ τοῦ χρώματος ἐπὶ λευκότερον, δι' ἣν χειμάζονται αἱ τρίχες ῥιζόθεν ἀποπίπτουσαι, coloris in albidiorem mutatio, quæ vbi inueterauit, pili radicitus decidunt. Vide Celſum lib. 6. cap. 4. & Gal. lib. 1. compoſ. med. κατὰ γέν.

¶ Ἀμαλδύνεσθαι corrumpi, perdi, deſtrui, deleri, aboleri, marceſcere & languere ſignificat. Galenus in Exegeſi familiare eſſe Hippocrati ſcribit, & ſignificare velut ἀφανίζεσθαι καὶ ἀμαυροῦσθαι, deleri, obſcurari, ex lib. 2. περὶ γυναικείων (p. 287. 1.) ὄμματα ἀμαλδύνεται oculi obſcurantur & hebeſcunt. Quem locum etiam allegat Erotianus eadem explicatione adhibita: ἀμαλδύνει verò Heſychio non ſolùm ἀφανίζει exponitur, ſed & μαραίνει tabefacere, vt & ἀμαλδύνομαι, ἀφανίζομαι & μαραίνομαι, vt ſit etiam ἀμαλδύνεσθαι μαραίνεσθαι, tabefieri, marceſcere, languere. Vt lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 234. 39.) καὶ τὰ ἔμβρυα αὐτέων λεπτὰ καὶ ἀμαλδύνεται, & earum fœtus tenues ſunt & languidi, aut tabeſcunt & marceſcunt. Et (p. 235. 15.) ἡ γόνος ἀμαλδύνεται ἀμφοῖν & amborum ſemen corrumpitur, euaneſcit, marceſcit. Sic lib. περὶ γονῆς (p. 27. 48.) de eunuchis, ὅτι σφίσιν ἡ δίοδος ἀμαλδύνεται τῆς γονῆς, quòd illis genituræ tranſitus deletur, aboletur, obliteratur. Lib. verò περὶ φύσ. παιδίου (p. 32. 12.) ἀμαλδύνειν conficere, conſumere ſignificat, καὶ τὰ ἔντερα καταφυσώμενα κατὰ τὸν ὀμφαλὸν ἐπιλαμβάνει τὴν ὁδὸν τοῦ ἐμφανοῦ πολὺ καὶ ἀμαλδύνει, & diſtenta inteſtina ſuperne per vmbilicum ſpiritum aſſumunt & conficiunt, hoc eſt abſumunt, tabefaciunt, conſumunt, delent & obſcurant, quòd ἀμαλδύνειν, ἀμαυροῦν καὶ μαραίνειν ſignificet, cùm illius nullum amplius appareat indicium.

Ἀμαλῶς apud Hippocratem Galenus idem quod ἁπαλῶς ſignificare vult, hoc eſt molliter, idemque valere quod μετρίως, moderatè, citato in teſtimonium loco ex lib. περὶ τῶν ἐμπύων, τὸν δὲ ἀμαλῶς ἐπαινέουσι. Qui locus certe legitur libr. 1. de Morb. (p. 131. 30.) Hunc enim librum περὶ ἐμπύων indicatura inſigniri, quòd illic ferè de purulentis agatur, certum eſt. Verùm vitioſa eſt apud Galenũ lectio, & τὸν δὲ ἀμαλῶς ἐπαινέειν legendum, hoc eſt, hoc autem molliter laudant, quod eſt moderatè aut frigidè. Quãuis vulgata lectio recte ferri poſſit, τὸν

δὲ οὐχ ὁμαλῶς ἐπαινέουσι, id autem non perinde laudant. Illic enim de iis agitur quæ ex neceſſitate morbis ſuperueniunt, quorum culpa in medicum confertur, qui ſi quid eà bibuerit quod ſtatim non profuerit, culpatur. At ſi profuerit, non peræquè laudatur, aut ex Galeni ſententia, molliter ac frigidè laudatur. ὁμαλῶς quoque idem Galenus τὸ ῥᾳδίως ſignificare ſcribit, quod eſt facile, adducto ex lib. 1. de morb. maiore teſtimonio, καὶ τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν οὐχ ὁμαλῶς ὁρᾷ, nec oculis facile videbat. Quę verba leguntur lib. 2. de morb. (p. 141. 26.) Sed in vulgaris exemplaribus, καὶ τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν οὐχ ὁμαλῶς ὁρῇ legitur, & oculis non peræquè videt, vt facilè quis eà ſtimet illic ὁμαλῶς eſſe legendum. Adfert etiam in teſtimonium Galenus ex lib. 2. de Murb. maiore, καὶ τὰ σιτία οὐχ ὁμαλῶς προσίεται, neque cibos facilè admittit. quod tamen legitur lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 203. 13.) verùm exemplaria omnia τὰ σιτία οὐχ ὁμοίως προσίεται vitiosè, vt ſatis patet, legunt. ὁμαλῶς verò Heſychius μετρίως, εὐκόλως, ἀσθενῶς, moderatè, facilè, imbecillè exponit. Quæ ſignificationes loco à Gal. adducto ex lib. περὶ ἱματίων ferè quadrare poſſunt. Sed videtur ὁμαλῶς vitiosè pro ὁμαλῶς poſitum apud Heſychium.

Ἀμαμηλίδες dicuntur Galeno in Exegeſi vocum Hippocr. eſſe meſpili ſpecies quædam quæ Dioſcoridi ἐπιμηλὶς & σητάνιον vocatur cap. 181. lib. 1. plurimũque in Italia naſcitur. Idem vero ἐπιμηλίδων nomine quibuſdam μῆλα σμικρὰ ἄγρια capi ſcribit, ἃ δὴ καὶ ἀμαμηλίδας ὀνομάζουσι. Heſychio quoque ἀμάμηλις dicitur εἶδος γένος ἢ μῆλον, ἢ μεσπίλη, etſi vitiosè ἀμάμιλλος pro ἀμάμηλος aut ἀμάμηλις legitur. Eſt enim ἀμάμηλις Pauſaniæ apud Euſtathium ficus aut meſpili genus ἅμα μήλῳ ἀνθοῦν, quòd cum malo floreat. Idem quoque pyri quoddam genus eſſe teſtatur. Quidam ἀμαμηλίδας pyri genus in Ionia eſſe credunt dulce & guſtu ſuaue & ἀπύρηνον, hoc eſt nucleis aut lapidoſa duritie carens. Apud Athenæum lib. 14. ἀμαμηλίδες non videntur eſſe ἀπίων genus, ſed fructus quidam dulcis & ſuauis lapiduſa duritie carens. Sed ἀμαμαμηλίδες vitiosè pro ἀμαμηλίδες aut ἀμαμηλίδες legitur apud Athenæum. Vſurpat hanc dictionem Hippocr. lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 245. 28.) ad lac prouocandum cum ſeſamo & hordeo trimeſtri in mortarium coniectis & tritis, ſuccoq; per linteum expreſſo, admixto melle & amamelidibus, ex vino nigro propinato. παραμίξας δὲ καὶ μέλι, ἢ ἀμαμηλίδας. Vbi certe Amamelides fructus cuiuſdã dulcis & ſuauis ſaporem retinere videntur, cùm ad lac augendum, vt cætera omnia dulcia & modicè calida ac humida (lib. 5. de med. ſimpl. fac. cap. 21.) referantur, potius quàm ad meſpilorum aut melorum ſylueſtrium genus, quæ acerba ſunt & adſtringentia ingratique ſaporis. Aduertendum tamen eſt apud Hippocr. paſſim & Gal. ἀμαμηλίδας tenui ſpiritu ſcribi, quod alii ἁμαμηλίδας ſcribunt, vt notationis ratio teſtatur.

Ἁμαρτάνειν aberrare, errare, labi & decidere ſignificat, apud Hippocr. lib. 7. Epid. (p. 356. 8.) ἐκ τοῦ ὄρεος παντάπασιν ἡμαρτηκώς, cùm monte prorſus aberraſſet, hoc eſt decidiſſet, & lapſus eſſet. Sic Heſychius ἥμαρτε, ἀπέτυχε, ἐψεύσθη exponit, aberrauit, fallus eſt. ἁμαρτάνειν etiam de mente captis dicitur, qui hallucinantur & aberrant, vt lib. 7. Epid. (p. 361. 1.) ἡ Ἱππίου ἀδελφὴ φρενιτικὴ ἁμαρτάνουσα. Hippiæ ſoror phrenitide laborans & mente aberrans. Heſychio quoque ἁμαρτεῖν ἀγνοῆσαι exponitur. Ἁμαρτάδες τὰ ἁμαρτήματα ſignificant, errores, delicta Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 64. 51.) αἱ δὲ κατ' ἀρχὰς ἁμαρτάδες, qui in principiis committuntur errores. Et rurſus (p. 68. 26.) φέρει μὲν τὸν ἴσα κίνδυνον καὶ αὕτη ἡ ἁμαρτάς, aliquod nempe periculum affert hic error. Et (v. 27.) καταγελαστοτέρη δὲ πολλῷ αὖ τηλικαύτη ἡ ἁμαρτὰς τῆς ἑτέρας. lõgè verò magis ridendus hic error alio. Lib etiam 4. Epid. (p. 330. 24.) ἁμαρτάδες βρωμάτων dicuntur errata & delicta in ciborum ratione. ἁμαρτωλίην Erotianus apud Hippocratem οἷον τὴν ἁμαρτημάτων εἴδησιν, erroris cognitionem exponit, ex lib. 2. Epid. (p. 312. 17.) Hunc enim locum mihi innuere videtur. Vbi ἁμαρτωλίην noxiam diximus, vitium & prauitatem intelligentes, cui τὸ χρηστὸν opponitur.

Ἀμαύρωσις ὀμμάτων, eſt oculorum obſcuratio & hebetatio, aut langueſcens oculorum acies, eorumque obtuſus ſenſus, nullo manifeſto apparente in oculis affectu. Dicitur ἀμαύρωσις Galeno Com. 2. in Prorrh. (p. 185. 3.) ἀμυδρὰ τῶν ὀργάνων αἴσθησις ὄψεως χωρὶς τῆς κατὰ τὴν ἀχλὺν φαντασίας, hebeſcens & languida inſtrumentorum ſenſatio abſque vlla turbationis viſione. Vbi ἀμαυρώσιος καὶ τῆς ἀχλυώδεος ὄψιος, hoc eſt obtuſæ & caliginoſæ viſionis, id conſtituit diſcriminis, ἀμυδρῶς γὰρ ἀμφοτέρως ὁρώντων, προσέρχεται τοῖς μὲν κάμνουσιν αὐτοῖς, αἴσθησις οἷον ἀχλύος ἐπὶ ἐν ταῖς ἀχλυώδεσιν ὄψεσι. τοῖς δὲ ἔξωθεν ὁρῶσιν, τῶν ὀφθαλμῶν ὁ μὲν ἠμαυρωμένος οὐδεμίαν ἔχειν φαίνεται οὐσίαν ὑγροῦ παρὰ φύσιν, ἀπόλωλε δὲ ἐξ αὐτοῦ τὸ λαμπρὸν, καὶ στίλβον, ἐν τοῖς ὀξέως ὁρῶσιν ὀφθαλμοῖς ὑπάρχον, καὶ εἰσὶν οἱ ἀμαυρούμενοι παραπλήσιοι τοῖς τῶν νεκρῶν. καὶ πολλοῖς τῶν ἀποθνησκόντων ἔτι ζῶσιν οἱ ὀφθαλμοὶ τοιοῦτοι φαίνονται, καθάπερ καὶ τοῖς ἐν ἐσχάτῳ γήρᾳ· ἀχλυώδεις δὲ οὐ πᾶσιν, ἀλλ' οἷς μόνοις τεθολωμένος φαίνεται ὁ κατὰ τὴν κόρην ὑγρὸν, ὃ λαμπρόν τι καὶ λευκὸν ἦν ἐν ὑγείᾳ. Quod eſt, Nam cùm in vtriſque obtuſus ſit aſpectus, in caliginoſa tamen viſione ægris ipſis veluti cuiuſdam caliginis ſenſatio accedit, exterius verò cernentibus nullam humidi præter naturam conſiſtentiã hebeſcens oculus habere videtur. at in eo periit lucidus oculorum fulgor qui in acutè cernẽtibus ineſt, ſuntque hebeſcentes oculi mortuorum ſimiles: ac permultis morientibus & adhuc viuis eiuſmodi oculi apparent, velut etiam in extrema ſenectute. At non omnibus caliginoſi videntur, verùm iis ſolis quibus humor qui circa pupillam eſt, & ſanitatis tempore tum ſplendidus tum albus erat, conturbatus cernitur. Eſt etiam ἀμαύρωσις Iſagoges authori ὅταν παντελῶς περιμετροῦν-

τος τοῦ

μὸς ἢ τοῦ ὁρᾶν χωρὶς φανερᾶς αἰτίας, totius viſionis impedimentum abſque vlla manifeſta cauſa. Sic Paulo lib. 3. cap. 22. ἀμαύρωσίς ἐστιν ὁ παντελὴς ἢ ἐπὶ πολὺ τοῦ ὁρᾶν παραποδισμὸς, χωρὶς φανεροῦ πάθους περὶ τὸν ὀφθαλμόν. Oculi obtuſio aut obſcuratio eſt plerunq; perfectum cernendi impedimentum, citra vllam manifeſtam oculi affectionem. Io Prorrh. (p. 206. 38.) ὀμμάτων ἀμαύρωσις, oculorum hebetatio aut obſcuratio. Et Coac. prænot. (430. 32. & 33.) & (p. 439. 5.) ἀμαύρωσιν ἴσχει oculorum aciem retundit. Item ὄμμα ἀμαυρούμενον oculorum acies hebeſcens, obtuſa, languida, euaneſcens, obſcura, in Prorrh. (p. 184. 56.) & aph. 16. ſect. 1. lib. 6. Epid. καὶ τὸ ἀμαυρὸν κακὸν, oculorum quoque hebetatio ac retuſio malum denunciat. Vbi ſcribit Gal. ἐν τοῖς ὀξέσι νοσήμασι τὸ ἀμαυροῦσθαι τὰς ὄψεις, ἀῤῥωστίαν καὶ νέκρωσιν σημαίνει τῆς ὀπτικῆς δυνάμεως, hebeſcens oculorum acies in morbis acutis, facultatis viſoriæ debilitatem ac extinctionem denotat. ἀμαυρὸν & ἀμυδρὸν de eodem dici ſcribit Gal. lib. 3. de differ. pulſ. (p. 35. 19.) vſitatius tamen Græcis eſſe ἀμυδρὸν, quod eſt hebes, obſcurum & languidum. Dicitur & ἀμαυρὰ βλέπειν pro ἀμαυρῶς aut ἀμυδρῶς obſcurè & obtuſè cernere lib. 2. περὶ χυμῶν. (p. 274. 46.)

Ἄμβη dicitur Hippocrati ſupercilioſa in ſumma ſpatha lignea eminẽtia & capitulum rotundum aut leuiter cauum extremo ſuperimpoſitum, quod ſimile eſt labro ac crepidini, quam ἄμβωνα aut ἄμβην dicunt. Lib. de art. (p. 584. 27.) ἄμβην δὲ ἐχέτω μακρὸν ἐπιχείλεον τῷ ὑπτίῳ τοῦ περιφερέος ἐν τῷ μέρει, hoc eſt, ſupercilioſam autem habeat eminentiam in ſumma rotunditatis parte paulum extantem. Vbi Galenus totam illam machinam ligneam, quam illic deſcribit Hippocrates, eaque ad humeri elapſi repoſitionem vtitur, ἄμβην vocari ſcribit, quòd in eius extremitate ſumma ſuperciliũ quoddam ad crepidinum ſimilitudinem promineat, labro ſimile quod in extrema ollarum ora apparet, ad interiorem cauitatem conuerſum. ἄμβη enim labrum & crepidinem ſignificat & altiorẽ aut ſupercilioſam eminentiam. ὀφρυώδη ἐπανάστασιν exponit Gal. in Exeg. Sic in clypeis ἄμβη dicitur ſupercilioſa illa veluti eminentia quæ eſt in ora & extremo ambitu. Eaque ſignificatione ἄμβη ſumitur apud Gal. Comm. 2. in lib. κατ' ἰητρεῖον (p. 676. 11.) cùm ſcribit σκέπαρνον βραχεῖαν ἐπιφορὰν ἔχει ὀφρυώδη καθάπερ ἡ ἄμβη, hoc eſt, aſciam fabrilem modicè incuruum & prominens habere ſupercilium ac labroſum velut labrum. Ibidem quoque (v. 19.) σκέπαρνον & ἄμβην ex tranſlatione εἶδος τῆς περιβολῆς τῶν ὀθονίων, inuolutionis faſciarum genus facit. Ἄμβην quoque & ἄμβωνα dici Atticis maſculino genere huiuſmodi ſupercilioſam eminentiam, cuiuſmodi eſt in vaſorum & ollarum labris aut in clypeorum extrema ora & ambitu ſcribit Gal. Comm. 1. in lib. de art. Quam etiam ſignificationem adfert Erotianus, qui poſt multiplicem huius dictionis notationem ex multorum opinione adſcriptam, tandem ἄμβην τὴν ὀφρυώδη ἐπανάστασιν Hippocrati ſignificare contendit, locum hunc libri de artic. ſubindicans. Apud eundem quoque Therſis ἄμβωνά φησι χείλος εἶναι σκεύους, καὶ τῆς ἀσπίδος τὸ περὶ αὐτῆς τῇ ἴτυϊ, hoc eſt, ἄμβωνα dicit eſſe vaſis labrum aut clypei quod eſt in extrema ora. Heſychio etiam ἄμβη exponitur ἡ τῆς ἴτυος ὀφρὺς τῶν κοιλῶν ἀσπίδων ſupercilioſa illa eminentia quæ eſt in extremo ambitu cauorum clypeorum. Erotianus ſcribit Rhodios ἄμβωνας vocare τὰς ὀφρυώδεις τῶν ὀρῶν ἀναβάσεις, ſupercilioſos montium aſcenſus, vt & ἄμβη καὶ ἄμβων ἡ τῆς πέτρας ὀφρὺς exponitur petræ eminens ſupercilium. Et οἱ ἄμβωνες τῶν κοτυλῶν dicuntur Gal. lib. 2. de Cauſ. morb. (p. 210. 12.) in coxarum cauitatibus extremæ partes eminentes labro ſimiles, quæ confractæ naturalem figuram deprauare conſueuerunt. Quin & ἄμβην Galenus totum illud inſtrumentum chirurgicum in ſummo capitulum rotundum habens, quo ad caput humeri elapſum reponendum vtitur Hippocr. lib. de artic. ſignificare ex multorum ſententia ſcribit Com. in eundem lib. 1. Quam etiam μηχανικὴν ἄμβην vocat Com. 4. in eundem lib. (p. 655. 45.) & (p. 658. 5.) Paulus quoque cap. 114. lib. 6. huiuſmodi lignum quod ab Hippocr. deſcribitur & vſurpatur ἄμβην vocari ſcribit. Celſus verò cap. 15. lib. 8. machinam iſtam chirurgicam ſpatham aut ſpathulam ligneam vocare videtur, & Hippocratis ἄμβην capitulum rotundum & leuiter cauum. Eſt etiam ἄμβη ſupercilioſa eminentia ad latus cauitatis articuli apparens labro aut crepidini ſimilis, aut capitulum rotundum ac leuiter cauum. lib. de artic. (p. 660. 21.) ἐκπίπτουσι δὲ τῆς χώρης ἢ ὑπερβαίνουσιν, ὥσπερ ἄμβην τινά. Ex vtraque verò parte in quam exceſſerant, ſupercilium quoddam in extrema ora labro aut crepidini ſimile eminet. Quem locum mihi expreſſiſſe in Exegeſi videtur Galenus.

Ἀμβέβηξε μετὰ βηχὸς ἀνῆκεν, tuſſi expuit, reiecit, exponit Galenus apud Hippocr. in Exegeſi, ſed poſitum pro ἀνέβηξε apparet. Quædam exemplaria etiam ἀμβρέξε ſcribunt, quòd βρῆγμα agnoſcat Gal. apud Hippocr.

Ἀμβλυωγμὸς dicitur oculorum hebetudo & caligatio, aut retuſa oculorum acies, in Progn. (p. 162. 46.) αἰεὶ μὲν τὸ ὀρφνῶδές τι πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν φαίνηται, ἀμβλυωγμὸς γίνεται. & pro eo quod tenebricoſum quiddam ob oculos obuerſabatur, oculorũ acies hebeſcit. Vbi Galenus ἀμβλυωγμὸν ἀμβλυωπίαν exponit, quæ eſt viſus hebetudo & obtuſio. In Prorrh. (p. 176. 41.) ἐν πυρετῷ καυσώδει ἦχοι προσγενόμενοι μετὰ ἀμβλυωγμοῦ. In febre ardente ſi tinnitus aurium cum viſus hebetudine ſuccedat. Vbi Galenus ἀμβλυωγμὸν γίνεσθαι ſcribit παχέος τινὸς ὑγροῦ ἢ πνεύματος ἐμπίπτοντος τοῖς ὀφθαλμοῖς, halituoſo & craſſo humore, aut flatibus in oculos incidentibus. Ἀμβλυωσμὸς etiam dicitur Hippocrati in Coac. prænot. (p. 427. 24.) vbi repetuntur quæ ſcripta ſunt in Prorrh. & (p. 429. 31.)

ἦχοι μετὰ ἀμβλυωσμοῦ, ſonitus cum viſus hebetudine. Item Prorrh.2.(p.422.7.) ἐρέσθαι δὲ καὶ περὶ αἱμωδίας, καὶ ἀμβλυωσμοῦ, καὶ ἤχων. Sciſcitari quoque oportet num dentium ſtuporem ſentiant, aut viſus hebetudinem, aut aurium ſonitum. Eodem quoq; lib. (p.424.21.) ἀλλ' ἐπερέσθαι περὶ τοῦ αἵματος, εἰ νέῳ ἐόντι ἔρρει, καὶ περὶ τοῦ ἀμβλυωσμοῦ. Percontari igitur oportet num ſanguis in iuuentute fluxerit, aut oculorum caligatio cõtigerit. Atque hos mihi quidem locos ſubindicare videtur Galen' in Exegeſi, cum ex maiore Prorrhetico ἀμβλυωσμὸν ἀμβλυωπίας exponit. Dicitur etiam ἀμβλυώσσειν vt Prorrh.2.(p.422.15.) ὁκόσοι δὲ αὐτῶν ἀμβλυώσσουσι, quibus autem oculorum caligo adeſt. Sic enim Celſus ex hoc loco ἀμβλυώσσειν oculorum caligine vexari vertit cap. 8. lib. 2. Ibidem quoq; (p.424.20.) ἐπὴν δὲ παλαιὸν ᾖδη ᾖ τὸ νόσημα, ἀμβλυώσσουσιν οἱ ἄνθρωποι ὑπ' αὐτοῦ. At vbi iam morbus inueterauerit, oculorũ caligine homines vexat. Lib. quoq; de loc. in hom.(p.67.27.) οὐδ' ἀμβλυώσσειν ποιέει, neq; oculorum caliginem facit. Et (p.66.30.) καὶ τοῖσιν ὀφθαλμοῖσι γίνεται ἀμβλυώσσειν, & oculorum caligo accedit. Sic lib. 2. περὶ γυναικ. (p.266.39.) ὀφθαλμοὶ ἀμβλυώσσοντες dicuntur oculi hebeſcentes & caligantes. Et (p.269.36.) ἀμβλυώσσουσι γὰρ, ἢ ἀμφὶ τὴν φάρυγγα ὄχλος, oculorũ enim caligine tentabuntur aut circa fauces moleſtia aderit. Eſt & ἀμβλυώττειν eiuſdem ſignificationis, ſed Atticum magis, in Progn. (p.132.7.) ἀλλ' ἐπανερωτᾶν χρὴ, εἰ τὴν κεφαλὴν ἀλγέουσιν, ἢ ἀμβλυώττουσιν, vtiq; ſi interrogatis aut capitis dolor, aut oculorum caligo adfuerit. Sic enim ex hoc loco vertit Celſus, Cap.7. l. 2. Etſi quædam exemplaria ἀμβλυωπίουσιν illic legunt eodem ſignificatu. Et initio lib. 2. περὶ νούσ. (p.140.4.) ἀμβλυώττουσι δὲ ὅταν ἐς τὰς ἐν τοῖσιν ὀφθαλμοῖσι φλέβας ἐσέλθῃ φλέγμα. Hebeſcit autem oculorum acies cum ad venas in oculis pituita peruenerit. ἀμβλυωσμὸς etiam Galeno ἔκβωσις exponitur in Exegeſi, abortio παρὰ τὸ ἀμβλίσκειν, ſed tũc ἀμβλωσμὸς legi procul omni dubio debet pro ἀμβλυωσμός. vt & ἀμβλώσσειν pro ἀμβλυώσσειν ponitur, & ἄμβλωμα aut ἄμβλωσις τῶν ὀφθαλμῶν αὐτὶ τοῦ ἀμβλυωσμοῦ. Sed & apud Galenum ἀμβλίσκειν malè pro ἀμβλώσκειν mihi legi videtur, aut ἀμβλίσκειν, quod Heſychius ἐκβάλλεσθαι ex Sophoclis Andromeda exponit.

Ἀμβλυωπία etiam dicitur hebes & obtuſa oculorum acies abſque vlla manifeſta cauſa. Sic enim definitur Paulo lib.3.cap.22 ἀμβλυωπία ἀμαύρωσις τοῦ ὁρᾶν ὑπό τινος ἀδήλου αἰτίας γενομένη, viſus obſcuritas ab occulta quadã cauſa oborta. Actuarius verò lib. 2. περὶ διαγνωσ. κεφ. ἀμβλυωπίαν deſcribit ἀμαύρωσιν περὶ τὸ ὁρᾶν, οὐχ ὑπ' ἀδήλου δὲ αὐτὴν αἰτίας γενομένην, οὐ μὴν ὄψει καταλαμβανομένην. viſus obſcuritatem, non ab occulta cauſa obortam, ſed oculis non deprehenſam. ἀμβλυωπίαι ſenibus familiares aph.31.lib.3. Quibus ἀμβλυωπίαι fiunt διὰ τὴν αἰσθητικῆς δυνάμεως ἀμαύρωσιν, hebeſcente & imminuta facultate ſenſibili, vt ſcribit Gal. in Com. ἀμβλυωπότερα exponit Galenus apud Hip. τὰ ἀμβλυωπότερα φαινόμενα, τουτέστιν ἀμυδρότερα, hoc eſt obtuſius aut obſcurius cernentia, cæcutientia. Sic enim exponunt multi. Quæ tamen explicatio huic loco lib. de morbo ſacro (p.127.12.) parum congruere videtur. τὸν δὲ ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ τὰ ἄστρα πολὺ ἀμβλυωπότερα καθίστησι τῆς φύσιος. Solem verò ac Lunam & ſydera multò obſcuriora quàm pro natura reddit (Auſter) hoc eſt hebetiora & quę obſcuriora cernantur. Vt mihi apud Gal. in Exeg. τὰ ἀμβλύτερα & ἀμυδρότερα leg. videatur. Heſychius ἀμβλυωπεῖ τυφλώττει exponit.

Ἀμβλῶσαι & ἐξαμβλῶσαι ſignificat abortum facere aut abortiuum parere, fœtum abortione perdere. explicatur τὸ φθεῖραι βρέφος ἐν γαστρὶ, fœtũ in vtero perdere, quod per ἀποφθείρειν aut διαφθείρειν ſæpe exprimit Hippocr. Dicitur de muliere ἀμβλῶσαι, ὡς ἀναβάλλουσα ἐκ τῆς μήτρας τὸ ἔμβρυον, velut quæ fœtũ vtero eiiciat, vt ſcribit Euſtath. Vſurpatur autem Hippocrati lib. 1. περὶ γυναικ. (p.240.9.) δέδοικε χρὴ τὸ ἔμβρυον ἀμβλῶσαι ῥαγέντων τῶν ὑμένων, metus eſt ne ruptis membranis fœtum abortione eiiciat aut perdat. ἀμβλίσκεσθαι autem & ἐξαμβλίσκεσθαι dicitur de fœtu ipſo qui abortu educitur. Ibidem (v. 7.) καὶ αὐταὶ δὲ μῆτραι φύσιας ἔχουσιν ὥστε ἐξαμβλίσκειν. Quin & ipſi vteri ita ſunt à natura comparati vt abortum faciant. ἐξαμβλοῦσθαι quoque de fœtu abortione reiecto dicitur lib. 1. περὶ γυναικ. (p.247.44.) ἤν δὲ πρὸς τούτοις διαφθαρῇ καὶ ἐξαμβλωθῇ [τὸ ἔμβρυον] quin ad hæc vt plurimũm fœtus corrũpitur & abortione reiicitur. ἀμβλοῦν ſcribit Gal. initio Com.1. in lib. 6. Epid. dici Atticis quam ἀποφθείρειν vocare conſueuit Hippocr. & ἀμβλώσκειν dici κατὰ τῆς ἀτελοῦς τῶν ἐμβρύων ἐκπτώσεως, ὅπως ἂν οὖν γένηται, de imperfecta cuiuſquemodi ſit fœtus eiectione. ἀμβλωτικὰ verò dicũ medicamenta quæ id efficiunt.

Ἀμέθυσα φάρμακα dicuntur quæ ebrietatem arcent aut eam diſcutiunt, quorum meminit Gal. lib. 2. Comp. Pharm. κατὰ τόπ. ex Archigene (p.183.19.)

Ἀμείβειν pertranſire, præterire, præteruehi, excedere & vltra ferri ſignificat. Lib. κατ' ἰητρεῖον (p.671.14.) εἰς μὲν τὸ πρόσθεν γούνατα μὴ ἀμείβειν, in anteriorem quidem partem genua non pertranſeant. ἀμείβειν Erotianus ἀλλάσσειν καὶ μεταπηδᾶν exponit, quod eſt ſolũ vertere ac mutare. Sic lib. 6. Epid. ſect. 5. aph 19. γῆν μεταμείβειν σύμφορον, ἐν τοῖσι μακροῖσι νοσήμασιν, in longis morbis ſolum vertere conducit, vbi exemplaria quædam manu ſcripta γῆν μὲν ἀμείβειν legunt. ἀμείβειν ἀλλάσσειν, & ἀμείβοντα ἀλλάσσοντα exponit Heſychius.

Ἀμενηνὸς αὐτὸς exponit Galenus apud Hippocratem in Exegeſi debile, viribus defectum, imbecillum. Vtitur ea dictione Prorrhet. 2. (p.422.23.) ἰσχνοῖσί τε ἐοῦσι καὶ ἀμενηνοῖσι, gracilibus & viribus exhauſtis. Et lib. 1. περὶ γυναικ. (p.234.26.) καὶ λεπτὴ καὶ ἀμενηνὴ, tenuis & debilis. Familiaris Homero dictio vt teſtatur Lucianus in Necyomantia, & frequenter ἀμενηνὰ κάρηνα dicuntur ὀδυσ. κ. & λ. viribus exhauſta

exhauſta capita & euanida. Galenus lib. 4. de dignot. pulſ. (p. 80. 39.) ex Agathino de pulſu languido. ἀμενηνῶς γὰρ καὶ ἐκλύτως προσπίπτει τῇ ἁφῇ. inualide & exolutè tactui occurrit. ἀμενηνὸν autem debile, exhauſtum viribus & euanidum ſignificat κατὰ στέρησιν τοῦ μένους, ἤγουν δυνάμεως, quòd roboris aut virium ſit expers. μένος ἐκ ἔχον exponit Hom. Scholiaſtes.

Α'μέρσαν apud Hippocr. exponit Gal. ἀφαιρῶν καὶ λαμβάνων auferens & ſumens. Vbi tamen ἀμέρσαν quædam exemplaria habent, alia quoque ἀμόρσαν. Sunt qui ἀμαρίαν aut ἀμαρσῶν legant. Verùm ἀμάρσαν pro ἀμείρσαν ferri poſſe cẽſet Hẽr. Step. in veterũ ſcriptis cẽſendis cẽſor acerrimus, ab ἀμείρω quod priuo, detraho, aut partem aufero, & idem quod ἀπαμείρω ſignificat. Idemq; Nicandri verſum 686. Theriac. adducit, vbi ἄμερσαν Schol. ἔλαβε exponit. At Heſychius ἄμερσαν, ἄμερσαν ἐστέρησεν, ἐστέρησεν, & ἀμέρσαι, ἀποστερῆσαι, συλῆσαι, detrahere, priuare, ſpoliare exponit, vt & ἀμερθεὶς, στερηθεὶς, & ἀμερθῇ στερηθῇ, & ἀμείρεσθαι, στερεῖσθαι, & ἀμείρεται, στερίσκεται, ἀφαιρούμενος, ἀπαμείρεται idem ἀφαιρεῖται explicat.

Α'μῆ apud Hippocratem exponit Gal. κατά τινα τρόπον, ἐκ τινος μέρους, μετρίως, quodammodo, quadantenus, aliqua ex parte, modicè. Verùm ἄμη & ἄμη quædam habent exemplaria, ſed ἀμῇ malim, vt ſit idem quod ἀμῶς & ἀμῇ.

Α'μ' ἡμέρῃ ſub diluculum ſignificat, ſub diei exortum, diluculo. ἀμ' ἡμέρῃ idem eſſe quod Alcæus ἀμ' ἠοῖ dicit ſummo diluculo & ſub auroræ exortũ ſignificat Heſych. Vtitur Hipp. lib. 5. Epid. (p. 342. 32.) ἀμ' ἡμέρῃ δὲ ἐδόκει καὶ τῷ ἰητρῷ καὶ τοῖσιν ἄλλοισι βέλτιον ἔχειν. Sub diluculum verò & medico atq; aliis melius habere videbatur. Quod lib. 7. Epid. (p. 367. 38.) ἅμα τῇ ἡμέρῃ dicitur, vbi eadem repetuntur.

Α'μύσσας, ἀναπτύξας, ἀμύξας, exponit Gal. in Exegeſi, hoc eſt exprimens, lancinans, vellicans. ſi modo vera eſt lectio, quæ ſanè plurimùm mihi ſuſpecta videtur, quòd multa exemplaria iſta deſiderent.

Α'μυταῖαι σαφυλαὶ vide σαφυλαὶ ἀμυταῖαι.

Α'μμα nodus aut nexus dicitur qui faſciarum cruribus implexis aut nexis efficitur. Qua dictione vtitur ſæpe Hippocr. ἐν τῷ κατ' ἰητρ. (p. 677. 53. 678. 41. 679. 14. & 40.) Vbi Galenus ἄμμα vocari ſcribit τὸ ἐκ τῶν ἐπιδέσμων γενόμενον ἀλλήλοις ἐπιπλεκομένων καὶ δεσμουμένων, ἢ τῶν δύο περάτων, ἢ θατέρου σχισθέντος μόνου, καὶ ἔτι γε ἐπ' αὐτοῖς τοῦ καλουμένου καταλήμματος ἔξωθεν ἐπιβαλλομένου, quod fit faſciis inter ſe connexis & complicatis, vel cùm duo extrema, vel cùm alterum tantùm ſcinditur, vel cùm tertium extrinſecus iniicitur, quod Græci κατάλημμα, velut comprehenſamentum, vocant. Idem ἄμμα vocat τὸ ἐξ ἐπιπλοκῆς πλεκόμενον ἢ τῶν σκελῶν τοῦ ἐπιδεσμευομένου, hoc eſt nexum qui ex habenis aut faſciarum cruribus implexis efficitur (p. 679. 43.)

Α'μοῖη explicatur Galeno in Exegeſi apud Hippocratem ἐν τῷ κατ' ἰητρεῖον ex Dioſcoridis mente, ac idem eſt quod moderata. Sed vitiata eſt Galeni lectio, & pro ἀμοίῃ δὲ πιέξει παραλλάξαι, ἀμοίῃ τῇ πιέξει παραλλάξαντα legendum, vt ſit locus integer qui legitur eodem lib. (p. 700. 16.) ἀμοίῃ τῇ ἐπιδέσει παραλλάξαντα ἐπαναγειν ἐς τὴν αὔξησιν καὶ ἀνάπλασιν τῶν σαρκῶν ποιέεται, hoc eſt, diuerſo vinculo permutatæ, [contabefactæ partes] ad incrementum tendant, carniumque reſtaurationem faciant. Agitur enim de partium extenuatarum ac emaciatarum reparatione. Eamque lectionem ex Galeno illic retinuimus, cuius etiam meminit in Exegeſi, cùm publicata exemplaria & ſcripta quoque longè aliter legant. At verò ex Dioſcoridis lectione ἀμοίῃ τῇ πιέξει παραλλάξαντα, moderata compreſſione permutatæ partes indicantur. ἀμοίῃ namque μετρίᾳ Galenus exponit ex Dioſcoride, vt eam vinculi moderatam compreſſionem ſignificet, quæ catenus parti adhibeatur, vt comprimat quidem, at citra dolorem qui inflammationem moueat. Quam vinculi moderationem abunde ex ipſius Galeni verbis expreſſimus noſtris in eum lib. Annotat. iſtamque lectionem adduximus & reſtituimus. Quò magis miror Vatinum pudendo errore adſcripſiſſe, ἀμοίη, ὁ τῇ πιέσει παραλλὰξ, ἐπαναγειν ἐς τὴν αὔξησιν παρὰ τῷ Ἱπποκράτει. Quæ ex hac Galeni lectione prauiſſimè eſſe detorta cuiuis eſt perſpicuum. ἄμοιος, κακὸς Siculis dicitur teſte Heſychio.

Α'μόλυντον Cælius Aurelianus vertit, quod attrectatum manibus nihil de ſe inquinamenti dimittit, cap. 37. lib. 2. morb. acut.

Α'μόργη amurca dicitur & olei fæx, hoc eſt oliuæ expreſſæ ſidens recrementum. Α'μόργην ſcribit Gal. Com. ad aph. 45. lib. 7. Græcos vocare τὴν ὑπόστασιν τοῦ ἐλαίου, olei fęcem. Hippocr. incoctam hepatis putrilaginem ἀμόργην ex ſimilitudine vocat. Erotianus ἀμόργην ſcribit eſſe οἷς ἐπίνοιαν τὴν ὑποστάθμην τοῦ ἐλαίου, olei retrimentum aut ſidens craſſamentum, ὥσπερ δὲ ὀρρῶδες ὀῤῥὸν, hoc eſt ad ſanguinis ſerum transferri. Quibus verbis ſeroſam illam hepatis putredinem & incoctam aph. 45. lib. 7. ſubindicat. Lib. verò de vlceribus (p. 514. 42. & 45.) ἀμόργη ἐλαίου amurcam & olei fæcem indicat.

Α'μπέλου viticula dicitur. τὸ ἀμπέλου χλωρὸν, vitem viridem, aut vitis folia, aut etiam vitis pampinum viridem exponunt apud Hippocr. lib. περὶ γυναικ. φυσ. (p. 230. 13.) & lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 256. 37.)

Α'μπωτις ſignificat æſtus marini reciprocationem, aut aquæ marinæ littora deſtituentis abſorptum & receſſum poſt exundationem, quaſi mare eam aquam recedentem reſorbere ac rebibere videatur. ἄμπωτις enim velut ἀνάποσις dicitur, ἄμπωτις autem & πλημμυρὶς inter ſe opponuntur Ariſtoteli libello de Mundo & authori libri περὶ φιλοσόφ ἱστορίας, qui falsò Galeno attribuitur: vt ſit πλημμυρὶς aut πλημμύρεια æſtus maritimi acceſſus & inundatio, ἄμπωτις autem æſtus receſſus aut reciprocatio ex Plinio lib. 2. M. Tullius lib. 2. de natura deorum, æſtus ma-

ritimos multum accedentes & recedentes dixit, & æſtus maritimi acceſſus & receſſus, lib. 3. Et lib. 2. de Diuinatione, marinorum æſtuum & acceſſus & receſſus, lunæ motu gubernari. Vtriuſque verò tum πλημμυρίδος, tum ἀμπώτιδος elegantem velut Euripi fluentis ac refluentis, deſcriptionem habet Virg. lib. 11.

*Qualis vbi alterno procurrens gurgite pontus,*
*Nunc ruit ad terras, ſcopulosq́; ſuperiacit vndam*
*Spumeus, extremamq́; ſinu perfundit arenam.*
*Nunc rapidus retro, atq; æſtu reuoluta reſorbens*
*Saxa fugit, littusq́; vado labente relinquit.*

Ἄμπωτις verò dicitur Hippoc. ex tranſlatione humorum receſſus & ad internas partes reuocatio, & ἡ εἰς βάθος μετάστασις τῶν ὑγρῶν, aut (vt exponit Gal. Com. ad aph. 2. lib. 1.) εἰς τὸ βάθος τοῦ σώματος ὑποχώρησις καὶ ὑποστροφή, humorum intrò ad corporis penetralia receſſus ac receptus. Hippocratis locus eſt libello περὶ χυμῶν ſtatim initio. τὸ χρῶμα τῶν χυμῶν, ὅκου μὴ ἄμπωτίς ἐστι τῶν χυμῶν, ὥσπερ ἀνθέων, quod ſignificat cutis colorem ſimilem humoribus efflorescere, niſi ad interna receſſerint, aut niſi humorum ad interiora quædam reuocatio fiat. Quod tamen aliter ſonat apud interpretes. Quem ſanè locum innuit & exponit Gal. com. ad aph. 2. lib. 1. his verbis. τεκμαίρεσθαι δὲ δεῖ τὸν πλεονάζοντα χυμὸν τῇ χρόᾳ, πλὴν εἴ τινες ὑποχωρήσαντες εἰς τὸ βάθος τοῦ σώματος. τὸ γὰρ χρῶμα τῶν χυμῶν ἐοικὸς ἀνθεῖ, ὅκου μὴ ἄμπωτίς ἐστιν. Ex colore autem quinam redundet humor conijcere licet, niſi quidam in corporis profunda ſe receperint. Color enim ſimilis humoribus effloreſcit, cùm ad interiora non receſſerint. Etſi locus mihi carere vitio non videtur. Nam ὅκου ἀνθέων pro ἐοικὸς mihi legendum videtur. Galenus quoque lib. 4. ſalub. (p. 258. 4.) ex cutis colore humoris exundantis dignotionem profeſſus, hunc etiam Hippocratis locum adumbrat & explicat, his verbis. τὸ γὰρ χρῶμα τῶν χυμῶν ἐστιν, ἡ τῶν στερεῶν τοῦ ζῴου μορίων, ὅταν γε μὴ ὑποχωρήσωσιν εἰς βάθος οἱ χυμοί. Color enim ex humoribus non ex ſolidis animalis partibus, prouenit, vtique cùm in profundum non receſſerint. Vbi τὴν ἄμπωτιν ὑποχώρησιν εἰς βάθος τῶν χυμῶν eſſe teſtatur. Ibidem quoque (v. 9.) ἄμπωτιν, ad Hippocr. locum alludens, humorum intro receſſum aut refluxum ſumit, cùm ſcribit, ὀργισθέντων οὖν ποτ' ἰσχυρῶς, ἢ θυμωθέντων, ἢ τῶν ἐκ τῆς αἰδοῦς οἷον ἄμπωτιν τῶν χυμῶν ἀναπεπονθότων, μὴ προσέχειν τὸν νοῦν τῇ χρόᾳ (Sic enim mihi legendum videtur contra omnium vulgatorum exemplarium fidem.) Ergo in vehementer commotis aut iratis, aut in his qui per pudorem, velut humorum ad interiora receſſum ſoras reuocant, attendere ad calorem non oportet. Lib. quoque περὶ φλεβοτομίας (p. 20. 3.) Galenus eodem modo hunc Hippocratis locum accipit, etſi locus in editionis exemplaribus vitioſus eſt. Author etiam fragmenti in Hippocr. librum de humoribus iam pridem in lucem editi, & Galeno non ſatis aptè attributi, ἄμπωτιν, τῶν χυμῶν ταραχὴν exponere videtur, cùm colores diuerſos ſecundum extimam cutim in nobis effloreſcere ſcribit, κατὰ τὴν ἐπικράτειαν τῶν ἐν τῷ κράσει δυναστευόντων χυμῶν. his verbis. καὶ μὲν δὴ καὶ ἐν προοιμίῳ τοῦ περὶ χυμῶν, τὸ χρῶμα φησὶ, τῶν χυμῶν, ὅπου οὐκ ἔστι ταραχὴ αὐτῶν, ὥσπερ τῶν ἀνθῶν κατ' ἐπικράτειαν τῶν χυμῶν ἀνθοῦν τῷ διαδοχῇ τῶν ἡλικιῶν ὑπαλλάττεσθαι τοῖς ἀνθρώποις. quod eſt, Quinetiam in præfatione libri de Humoribus, Color, inquit, humorum vbi nulla horum turbatio acceſſerit, per ſummam cutem effloreſcens, pro humorum excellentia, in hominibus per viciſſitudinariam ætatũ ſucceſſionem variare aſſolet. Neque verò hoc loco prætereundum duxi quod ſcribitur in quibuſdam manuſcriptis exemplaribus lib. περὶ χυμῶν ex Scholio quodam, quod huius vocis explicationem valde expreſſam habet. Id autem eſt huiuſmodi. ἄμπωτις κυρίως λέγεται ἡ τῆς θαλάσσης ὑποχώρησις, οἷον ἀνάποσίς τις οὖσα. καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἡμετέρων σωμάτων τὴν ἐκ τῆς ἐπιφανείας εἰς τὸ βάθος ὑποχώρησιν, ἄμπωτιν ὠνόμασεν, hoc eſt, ἄμπωτις propriè dicitur maris receſſus, velut reſorbitio quædam. Per vſurpationem autem ἄμπωτιν vocauit in noſtris corporibus ex ſuperficie in interiora receſſum.

Ἀμυγδάλια dicit Hippocra. quæ alii ἀμύγδαλα, amygdalas nuces, lib. 2. de Morb. (p. 156. 2.) ἀντ' ἀμυγδάλια τρίβεσθαι, verùm amygdalas tritas.

Ἀμυδρὸς obſcurus dicitur, vt lib. περὶ ἐνυπνίων (p. 108. 14.) μέλαν καὶ ἀμυδρὸν ἄστρον, nigrum & obſcurum aſtrum, hoc eſt vix apparens, quod poſtea (v. 22.) ἀφανὲς dicitur. (etſi μηδὲ ἀφανὲς pro καὶ ἀφανὲς ſcriptum vitioſè videtur, & ſic legiſſe videntur interpretes) cui καθαρὸν καὶ λαμπρὸν purum & ſplendidum opponitur. ἀμυδρὸν igitur ἄστρον ſydus obſcurum, aut quod vix cernatur, & cuius lumen hebeſcat dicitur, vt ἀμβλυωπότερα ἄστρα antea ex lib. περὶ ἱερῆς νόσου adſcripſimus. ἀμυδρὸς σκοτεινὸς dicitur Heſychio, & ἀμυδρότερα ἀμαυρότερα & ἀσθενέστερα. Sic ἀμυδρῶς obſcurè & exiliter ſignificat, & Sudæ exponitur σκοτεινῶς, ἀσαφῶς, λεπτῶς.

Ἀμύλιον Hippocrati dicitur quod cæteris ἄμυλον, lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 286. 34.) ἢ ἀμύλιον ἐν ὀθονίῳ περιπτύξας πρὸς τὸ στόμαχον, aut amylum ad vterios apponat. ἀμύλιον tamen exemplaria manuſcripta Regia legunt, quædam etiam ἀμύλην. Dicitur autem ἄμυλον quòd molam non ſit expertum ac ſine mola fiat vt teſtatur Dioſcorides. fit verò ex omni tritico ac ſiligine, ſed optimum trimeſtri, vt ſcribit Plinius cap. 7. lib. 18. qui eius parandi rationem adſcribit, & Dioſcor. lib. 2. cap. 123.

Ἀμυστοειδὲς crus emuſculatũ ſignificat, hoc eſt ſine muſculis, minimè toroſum, quod muſculorũ delineationes deſcriptas nõ habet ſenſui

apparentes,

apparentes, non quòd muſculi aliqui deſiderentur aut pereant, ſed quòd muſculorũ delineamenta nulla viſui ſint conſpicua, quæ in toroſis ac robuſtis cernuntur. Quemadmodum enim ἄφλεβον σῶμα dicitur corpus quod venas conſpicuas non habet, non quod iis caret, ſic ἄμυον, quod muſculorum delineationes conſpicuas non habet. Lib. de art. (p. 629.3.) ἄσαρκόν τι ἅπαν τὸ σκέλος καὶ ἄμυον, καὶ ἐκτεθηλυσμένον, καὶ λεπτότερον γίνεται. Cruſq; totum carnis expers, emuſculatũ, effœminatum & tenuius redditur.

Ἀμυσὶ exponitur Galeno apud Hippocr. ἀθρόως, confertim, ἄνευ τοῦ μύσαι τοῖς χείλεσι citra labiorum compreſſum, hoc eſt hiante & aperto ore.

Ἀμυχὴ laceratio, ſcarificatio, inciſura, exulceratio ſummæ cutis leuis & ſuperficiaria dicitur, ἡ μὴ εἰς βάθος πληγὴ Varino, vulnus non profundum, Heſychio ἐπιπόλαιον ἕλκος, vlcus in ſuperficie exiſtens. Galenus lib. 2. ad Glauc. (p. 216.) ἀμυχὰς λεπτὰς καὶ ἐπιπολαίους ſummæ cutis leues inciſuras per ſcarificatum intelligit, & βαθείας καὶ μακρὰς altas & longas quæ penitius infliguntur, quemadmodum intermedias quaſdam διὰ μέσου τῶν ἀμφοτέρων, καὶ τὰς μεταξὺ τῶν εἰρημένων, ἐν μήκει τε καὶ βάθει, neque altas neque longas. Lib. 7. Epid. (p. 357.45.) ὑπὸ τὸν κρόταφον ἀριστερὸν ὅσον ἀμυχὴν διῃρέθη, ſupra tempus ſiniſtrum quantum ſummæ cutis inciſura diſſectio facta eſt. Significat autem leue & ſuperficiarium tantùm vulnus fuiſſe, neque altè penetraſſe. Lib. quoque περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 204.2.) καὶ ἀμυχὰς ἐν τῇσι κνήμῃσι λαμβάνει, lacerationes in tibiis habet, hoc eſt velut vlcuſcula lacerata. τὰ ἀμυχώδεα ἐξανθήματα dicuntur Coac. Præn. (p. 437.45.) puſtularum eruptiones cum leuibus per ſumma inciſuris & lacerationibus.

Ἀμφημερινὸς πυρετὸς quotidiana febris dicitur, quæ quotidie acceſſionem habet à pituita putreſcente nouas quotidie inuaſiones cum refrigeratione faciente, cæteris καθημερινὸς dicitur. Etſi Galenus cap. 8. lib. 2. de differ. feb. ἀμφημερινὸν id dici vult quod quotidie fit non καθημερινόν. τὸ γὰρ καθημερινὸν ὄνομα τὴν ἀρχὴν οὐδὲ ἔστιν εὑρεῖν παρά τινι τῶν ἑλλήνων γεγραμμένον. ἀμφημερινὸν δὲ πᾶν πρᾶγμα τὸ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὡσαύτως γιγνόμενον ὀνομάζουσι. καθημερινὸν enim vocabulum planè nuſquam apud quenquam Græcorum ſcriptum reperias. ἀμφημερινὸν verò vocant opus omne quod ſingulis diebus eodem modo fit. Lib. 1. Epid. (p. 361.53.) ἀμφημερινοὶ δὲ καὶ νυκτερινοὶ πυρετοὶ πουλὺν χρόνον παρέμενον. Quotidianæ verò & nocturnæ febres diu perſeuerarũt. Cuius rei rationẽ reddens Galenus ſcribit. ἡ γὰρ ὑγρὰ τε καὶ ψυχρὰ κατάστασις, ὥσπερ ὁ χειμὼν, φλέγματος δὲ γεννᾷ χυμὸν, ἐφ' ᾧ τοὺς ἀμφημερινοὺς ἐδείξαμεν γίνεσθαι πυρετούς. Humida nanque & frigida conſtitutio velut hyems, pituitoſum ſuccum gignit, ex quo quotidianas febres oriri oſtẽdimus. Ἀμφημερινοὺς quoque πυρετοὺς intelligit Hippocr. lib. 1. Epid. (p. 378.16.) per febres continuas cùm ſcribit: πυρετοὶ οἱ μὲν συνεχέες, οἱ δὲ ἡμέρην ἔχουσι, νύκτα διαλείπουσι· νύκτα ἔχουσιν, ἡμέραν διαλείπουσι. febres hæ quidem continuæ, quædam interdiu prehendunt, noctu intermittunt, noctu prehendunt, interdiu intermittunt. In quorum verborum explicatione ſic ſcribit Galenus. ἐν τῇ προκειμένῃ ῥήσει, πυρετῶν διαφορὰς γράφων ὁ Ἱπποκράτης, ἐνίους μὲν αὐτῶν φησιν εἶναι συνεχεῖς. εἰσὶ γὰρ ὄντως πολλοὶ συνεχεῖς κατ' ἀμφότερα τὰ σημαινόμενα τοῦ συνεχοῦς· ἐνίους δ' ἤτοι τὴν νύκτα διαλείπειν, ἢ τὴν ἡμέραν, οὓς τοὺς μὲν εἰς ἀπυρεξίαν μὴ λήγοντας, ἔνιοι τῶν νεωτέρων ἰατρῶν μεθημερινοὺς ἢ καθημερινοὺς ὀνομάζουσι, τοὺς δὲ λήγοντας ἀμφημερινούς, τῆς τοιαύτης λεπτολογίας τῶν ὀνομάτων οὐκ οὔσης παρὰ τοῖς παλαιοτέροις. In præſenti dictione febriũ differẽtias ſcribẽs Hip. quaſdã dicit cõtinuas. Sũt nẽpe re vera multæ continuæ in vtroque continui ſignificato. Quaſdam autem aut nocte intermittere, aut interdiu, ex quibus eas quidem quæ ad integritatem non deſinunt recentiores medici μεθημερινοὺς aut καθημερινούς, hoc eſt diurnas, vocant, eas verò quæ deſinunt, ἀμφημερινούς, quod eſt quotidianas. Quam ſubtilem & minutam nominum diſputationem antiqui negligebant. Ἀμφημερινοὺς etiam πυρετοὺς per νυκτερινοὺς aut ἡμερινοὺς lib. 1. Epid. intelligit Hippoc. vt & lib. 3. Epid. per νυκτερινοὺς vt ſcribit Gal. Com. 3. in lib. 3. Epid. δῆλος γὰρ ὅτι τὰς αὐτῶν διαφοράς, καθ' ὅσον οἱ μὲν ἐν ἡμέρᾳ παροξύνονται, οἱ δ' ἐν νυκτί, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὰς προσηγορίας ἀπὸ τούτων ἐκτήσαντο διαφόρους: ὁ Ἱπποκράτης τῶν τότε πλεονασάντων ἐμνημόνευσε, νυκτερινῶν ὄντων. Cùm enim duplex earum ſit differentia, quatenus aliæ quidem interdiu, aliæ noctu acceſſiones habent, eamq; ob cauſam diuerſas inde ſunt nactæ appellationes: earum quæ tunc redundarunt, nempe nocturnarum, mentionem fecit Hippocrates.

Ἀμφιβάλλειν circumagere, circumducere, circumagitare, & circumuagando ducere ſignificat. Dicitur de repoſitione articuli luxati, cùm in orbem ducendo aut circumuoluendo articulus reponitur. Quę repoſitio κατὰ περίσφαλσιν & κατὰ περικύλισιν fieri dicitur Com. 1. in lib. de art. Lib. de art. (p. 582.27.) αὗται αἱ ἐμβολαὶ καὶ αἱ προειρημέναι, οὐ κατὰ φύσιν ἐοῦσαι, ὅμως ἀμφιβάλλουσαι τὸ ἄρθρον, ἀναγκάζουσιν ἐμπίπτειν. Hic reponendi modus cum ſuperiore, etſi non ſunt ſecundum naturam, articulum tamen circumducendo, in ſuam ſedem compellunt. Quem locum haud dubiè ſubindicans Erotianus, ἀμφιβάλλουσαι, περιστάλλουσαι exponit, hoc eſt circumoberrantes, aut circumoberrando ducentes, niſi ſi, ἀμφιπλάλλουσαι pro ἀμφιστρέφουσαι ab Erotiano ſcriptum eſſe exiſtimamus, vt indicauimus noſtris in lib. de artic. Annotat.

Ἀμφιβράγχια tonſillæ dicuntur Hippocrati & partes iis vicinæ lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 212.37.) ἢ ἀπὸ τῶν ἀμφιβραγχίων ἐμπύων γενομένων, aut locis circa tonſillas ſuppuratis. Quem locum ſubnotat Galen⁹ in Exegeſi. ἀμφιβράγχιον τῶν περὶ τὰ παρίσθμια καλουμένων χωρίων exponens, hoc eſt, partibus tonſillis vicinis ſic vocatis. Locus Hippocratis repetitur etiam lib. περὶ κρισίμων (p. 388.46.) vbi

tamen ἀμφιβραγχίων pro ἀμφιβραγχίων vitioſè legitur.

Ἀμφιδέξιος exponitur Galeno in Exegeſi ἡ οἷον ἀμφοτέρωθεν δεξιά, τουτέστιν ἡ ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶν ὡς δεξιᾷ χρωμένη, hoc eſt, velut vtraque ex parte dextra, & ambabus manibus tanquam dextra vtens. De muliere autem dicitur ex aph. 43. lib. 7. qui locus ſubindicatur & exponitur, vt & eodem Com. Galenus ἀμφιδέξιον σίδηρον Euripidem dixiſſe ſcribit τὸν ἑκατέρωθεν τέμνοντα vtrinque incidens. Aſteropæum verò Homero dictum περιδέξιον eadem ratione τὸν ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶν ὁμοίως χρώμενον, ὡς εἰ καὶ ἀμφοτεροδέξιον εἰρήκει. ambabus manibus ſimiliter vtentem, velut vtrinque dextrum, Iliad. φ. (v. 163.) ſubindicans. Neque abſimili ratione ἀμφαρίστερος Ariſtophani dictum ἄνθρωπος ἀμφοτέρωθεν ἀριστερός, ambilæuum, hominem vtrinque ſiniſtrum, velut ἀμφιδεξίῳ contrarium. ἀμφιδέξιον etiam quibuſdam ſignificare ſcribit τὴν ἐν τῷ δεξιῷ μέρει τῆς μήτρας γενομένην ἢ κυουμένην dextra vteri parte genitam aut conceptam. Quas certe omnes expoſitiones exprimit Erotianus addens Bacchium ἀμφιδέξιον ἀμφοτεροδέξιον exponere, vt & ἀμφήκης dicitur ὁ ἀμφοτέρωθεν ἠκονημένος de gladio ancipiti & vtrinque exacuto, citato Euripide in Hippolyto, qui ἀμφιδέξιον σίδηρον, τὸν ἑκατέρωθεν τέμνοντα, vtrinque ſecans, dicit. Idem apud Hippocr. ἀμφιδέξιον, οὐκ ἐπὶ τοῦ ἀμφήκους, ἀλλ᾽ ἐπὶ τοῦ εὐχερῶς κατ᾽ ἀμφότερα τὰ μέρη, non de ancipiti aut vtrinque acuta, ſed de ea quæ commodè vtraque parte vtatur intelligi ſcribit, adducto Homeri teſtimonio qui περιδέξιον Aſteropæum facit, τὸν μὴ καθ᾽ ἓν μόνον μέρος εὐχερῆ, non vna tantùm parte commodè vtentem, ſed qui vtraque manu commodè velut dextra vteretur. περιδέξιον nanque ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ δεξιῶς χρώμενον, ambabus manibus dextrè aut commodè vtentem exponunt, velut & Galenus antea. Mulier igitur Hippocrati, ex Erotiani ſententia, ἀμφιδέξιος, οὐ γίνεται, ὅτι γυνὴ κατ᾽ ἀμφότερα τὰ μέρη τοῦ σώματος οὐκ ἔστιν εὐχερής, quod mulier vtraque parte corporis commodè vti non poſſit, nimirum ob virium imbecillitatem, quæ actiones inefficaces & incommodas reddit. Quod viris ob neruorum & muſculorum robur contra cótingit vt commodè ambarum manuum vſione fungantur. Id enim hæc Erotiani verba ſonant, οὐ γὰρ εὐχερὴς ἐν τῷ ἐνεργεῖν ἐστι καθάπερ πολλοὶ τῶν ἀνδρῶν (ſic enim leg. cenſeo cum Henr. Steph.) neque enim, quemadmodum plærique homines, actiones commodè obire poteſt. Quam etiam notionem amplecti videtur Gal. in Com. citato eam in rem Hipponactis teſtimonio, quod & facit Erotianus. Iulius quoque Pollux lib. 2. cap. 51. ἀμφιδέξιον ταῖς δυσὶ χερσὶν ἐνεργοῦντα δεξιῶς, dextrè ambabus manibus actiones obeuntem, exponit, & περιδέξιον ſubiungit, hanc expoſitionem tacitè amplectens, & περιδέξιον Homero dici innuens ἀμφιδέξιον, aut huic dictioni illam explicationem adiungens. Glauciam quoq; ſcribit Erot. exiſtimaſſe ἀμφιδέξιον intelligi Hippocrati, quòd dextra vteri parte mulier non gigneretur. Verùm eam opinionem refellit, cuius etiam meminit in Aph. & Exegeſi Galenus. Poſtremo adſcribit etiã Gal. quoſdam ἀμφιδέξιον de Hermaphroditis intellexiſſe. Quam opinionem vt ridiculam explodit. Ἀμφιδέξιον ſcribit Heſychius de equa dici quæ vtraque vteri parte marem aut fœminam concipit. Ac vt dextra fauſti & læti augurii prærogatiuam habent, ita ἀμφιδέξιος dicitur qui valde fauſti eſt auſpicii, & ἀμφαρίστερος qui admodum infauſti.

Ἀμφίδιον dicitur Hippocr. vt exponit Galen. in Exeg. τοῦ στόματος τῆς μήτρας τὸ ἐν κύκλῳ ἄκρον, ὅπερ καὶ σικύας χείλεσιν ἔοικε. ſumma vteri oſculi extremitas rotunda, labris cucurbitulæ ſimilis. Hoc autem nomen ſcribit ex tranſlatione ſumptum ἀπὸ τῶν γυναικείων ψελλίων, ἃ καὶ αὐτὰ ἀμφίδια καλοῦνται, ab armillis muliebribus, quæ ἀμφίδια dicuntur, ἀπὸ τοῦ περιλαμβάνειν ἐν κύκλῳ καὶ οἷον ἀμφιδεῖν, quòd in orbem brachia circundent aut circumligent. Idem λέγει apud Hippocr. exponens τὰ ἄκρα τοῦ στομίου τῆς ὑστέρας, extremam vteri oſculi oram, ex tranſlatione dici adſcribens à veſtimentorum oris & fimbriis, iſtam vteri oſculi extremam oram aliàs Hippocrati etiam ἀμφίδια vocari dicit. In Exegeſi quoque vbi ὄχθον exponit τὴν περὶ τὸ στόμα τῆς μήτρας ἑλικοειδῆ ὑπεροχήν, flexuoſam circa vteri oſculum extuberantiam, hoc vteri oſculum ἀμφίδιον & λέγει Hippocrati dici teſtatur. Quibus certe locis Hippocratis Locus lib. 1. περὶ γυναικ. ſubnotatur (p. 247. 5.) καὶ εἰ δάκνοι τὸ ῥέον καὶ ἑλκοῖ τὰ ἀμφίδια, quòd ſi id quod effluit ſummam vteri oſculi circumferentiam mordeat & vlceret. Rufus Epheſius lib. περὶ τῶν ἀνθρώπου μορίων (p. 30.) ἀμφίδιον dici Hippocrati ſcribit τράχηλον τὸ στόμα καὶ πρῶτον πόρον, vteri colli oſculum & primum meatum. Sic autem ἀμφίδιον dici ex tranſlatione ἀπὸ τῶν κυκλοτερῶν σιδηρίων τῶν περὶ τοὺς ἀρότρους, à rotundi ferri ſimilitudine quo præfiguntur aratra. Erotianus etiam ἀμφίδιον vocat & apud Hippocr. exponit τὸ περὶ τὸ τῆς μήτρας τράχηλον colli vteri ambitum. Quòd verò ἀμφίδια τὰ ψέλια hoc eſt armillas muliebres dici teſtatur Galenus, ἀμφιδέαι Heſychio dicuntur τὰ ψέλλια, κρίκοι, δακτύλιοι, armillæ aut anuli & orbiculi quibus vel brachia vel manus circumdantur & obligantur. ἀμφιδέαι aliis vocantur. Vtraq; autem nomenclatura ab obligando & in orbem comprehendẽdo ducitur. ἀμφίδια Varinus τὰ ψέλλια, βραχιόνια exponit.

Ἀμφιμάτρων τὸ σημεῖον exponit Gal. in Exe. τὸ δηλωτικὸν τῶν περὶ τὰς μήτρας διαθέσεων, ſignũ vteri affectiones indicãs, allegato teſtimonio ex lib. 2. Epid. manifeſto vitio. Neq; enim tale quiddam illic legitur. Verùm pro ἐν τῷ β΄ τῶν ἐπιδημιῶν, ἐν τῷ ϛ΄. legendum cenſemus, vt ſcripſimus noſtris in lib. 6. Epid. Annot. hoc adſcripto loco. Ac mihi his verbis locus lib. 6. Epid. ſect. 8. aph. 38. ſubindicari videtur, qui tamen vitioſè admodũ in publica-

tis

tis & reconditis exẽplarib. legitur. Nam pro τὰ σημεῖον ἀμφίδηκτον, ἀμφιμήτρεον ex hoc luco repouendum & legendum exiſtimo, vt tormina & circa vmbilicum labores vterum malè affectum ſignificent ac indicent, proiudéque ἀμφιμήτρεον σημεῖον dicantur. Atque eam mihi lectionem apud Hippocratẽ agnoſcere videtur Heſychius cùm ſcribit, ἀμφιμήτρεον, τὸ σημαντικὸν τῶν περὶ τὴν μήτραν παθῶν, Ἱπποκράτης. Quod etiam poſt eum vſurpauit Varinus.

Ἀμφίπνευμα circuncirca vrgens ſpiratio dici videtur, & magnam ſpirandi difficultatem indicare & quæ vndique vrgeat, lib. 4. Epid. (p. 333. 19.)

Ἀμφίπολος famula dicitur, miniſtra, ancilla quæ dominam circunſtat, lib. 5. Epid. (p. 338. 3.) ἀμφίπολος ἐν λαρίσσῃ Δυσήριδος νέη ἐοῦσα, Lariſſæ Dyſeridis ancilla iuuencula, Homero ſæpe vſurpatum.

Ἀμφίσφαλσις idem quod περίσφαλσις, obertatio, circumductio, circumactio, circumnagatio. Lib. de art. (p. 654. 47.) πολλοῖσι δὲ συγκάμψασι τὸ σκέλος κατὰ τὸ ἄρθρον, ἐνέπεσεν ἤδη ἀμφισφαλλον γενομένου. multis etiam crura quà commiſſura eſt inflectentibus, id facta circumactione iam in ſuam ſedem reuertit. In Mochlico etiá (p. 502. 1.) ἀλλ' ἢ εἰς τοὐπίσω περιαναγκάσαι ὡς ἀμφισφαλῆ, aut ſi retroducendo ita vt circumoberrer compellas. Antea quoq; Erotianum diximus ἀμφισφάλλουσι pro ἀμφιβάλλουσι apud Hip. ſumpſiſſe.

Ἀμφόδοντα exponit Erotianus apud Hippocr. τὰ ἄνωθεν καὶ κάτωθεν ὀδόντας ἔχοντα, quæ ſupra & infra dentes habent, nimirũ locum lib. de art. (p. 587. 28.) ſubindicans. τά τε αὖ μώνυχα τῶν ζώων, ἅ τε ἀμφόδοντα ἐόντα. Ruſus animalia ſolidam vngulam habentia, vt quæ vtrinq; dentata ſint. Et Gal. in Com. τὰ τοὺς δύο τῶν ὀδόντων ἔχοντα στοίχους ἀμφόδοντα vocari ſcribit, quæ vtroſque dentium ordines habent, velut ambidentia, vt equi, aſini, & muli. Quibus etiam τὰ ἕνα στοῖχον ἔχοντα quæ vnum dentium ordinem habent, opponit. Vtraque verò ſcriptura locum habet. Nam & ἄμφοδον & ἀμφώδων ζῶον dicitur de animali quod vtrinque dentatum eſt, velut ambidens aut bidens. Quomodo Bidentem dictam ouem feſtus teſtatur, quæ ſuperioribus & inferioribus eſſet dentibus, etſi melius Nonius bidentem velut biennem dictam exiſtimat. ἀμφώδων Heſychius annotat nomen eſſe, ἐπὶ τῶν ἄνω καὶ κάτω ὀδόντας ἐχόντων μερικῶς, & de his dici quæ ſupra & infra dentes habent particulatim diſtinctos, hoc eſt, minime inuicem ac in ſeſe permutatos; velut homines & equi. Verùm apud Heſychium ἐόντων vitioſè pro ἐχόντων legitur. Ἀμφώδοντα ζῶα dicuntur Varino, οἷον ἄνθρωπος, ἵππος, ὄνος, καὶ ὅσα τοὺς ἐνηλλαγμένους τοὺς ὀδόντας ἔχει.

Ἀμῶς apud Hippocr. in Exeg. κατά τινα τρόπον, ἔκ τινος μέρους, μετρίως; quodammodo, quadam ex parte, modicè, exponit Galenus, vt idem ſit quod ſupra ἀμῇ & ἀμοί.

Ἀνὰ apud Hippocr. æqualem diſtributionem ſignificat & in medicamẽtorum compoſitione ſingulorum æquales partes. Lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 255. 26.) in peſſo ad conceptiones procurandum. ἀνὰ ὀβολὸν ἑκάστου, æqualiter ſingulorum obolum.

¶ Ἀναβλέπειν ſuſpicere, viſum recipere ſignificat. Lib. 7. Epid. (p. 359. 37.) μόγις ἀνέβλεψε ægrè viſum recepit.

Ἀναβλύειν ebullire, efferueſcere ſignificat. Lib. de Morbo ſacro (p. 125. 15.) ἀφρίζει καὶ ἀναβλύζει ὥσπερ ἀποθνήσκων, velut moriens ſpumeſcit ac ebullit. ἀναβλύζει Heſychius exponit ἀναζεῖ, ἀναβρύει, efferueſcit, ebullit, ſurſum erumpit. hunc forte locum ſubindicans, & ἀναβλύουσα, ἀναβρύουσα ebulliens, ſurſum erumpens ac ſcaturiens. Lib. quoque 1. περὶ γυναικ. (p. 256. 31.) ὅπου ἀναβλύῃ, vbi ebullierit. Dicitur & ἀναβλύζειν, ſcaturire, ſurſum erumpere.

Ἀναβροχισμὸς dicitur pilorum in palpebris oculum infeſtãtium per chirurgiam ablatio aut illaqueatio. Gal. com. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 117. 42.) ἐφεξῆς δὲ τριχῶν ἐν τοῖς βλεφάροις χειρουργίαν ἔγραψεν, ἣν ὀνομάζουσιν ἀναβροχισμόν. Poſtea pilorum in palpebris per manus curationem ſcribit, quam ἀναβροχισμὸν vocant. Hoc autem pilare malum Hippocrati τρίχωσις dicitur, eiuſque præſidium per chirurgiam edocet extremo lib. de rat. vict. in morb. ac. cæteris τριχιάσεις. Eſt enim τριχίασις τῶν ἐν βλεφάροις τριχῶν γένεσις παρὰ φύσιν, pilorũ in palpebris ortus præter naturam, authori Definit. Med. (p. 400. 21.) Hæc vero per chirurgiam curatio ἀναβροχισμὸς dicitur Paulo lib. 6. cap. 13. velut illaqueatio aut infibulatio, cuius etiam rationem illic aperit. Eamq; ſignificare videtur Medici author (pag. 388. 31.) cùm ſcribit, ἐπὶ δὲ τῶν μὴ κεχαλασμένων ἀναβροχίζοντες τὰς τρίχας διὰ βελόνης. In palpebris verò non relaxatis, pilos per acus filum veluti laqueo apprehendentes.

Ἀναγαργάλικτα dicuntur med quibus os colluitur, gargariſmi. Lib. περὶ παθῶν (p. 179. 48.) παραχρῆμα μὲν τοῖσιν ἀναγαργαρίσμασι χρῆσθαι, confeſtim quidem gargariſmis vtendum. Ἀναγαργαλισμοὶ dicuntur Galeno.

Ἀναγαργάριστον etiam gargariſmus dicitur, hoc eſt medicamentum quo os colluitur in angina lib. 2. de Morb. (pag. 145. 3.) ἀναγαργάριστον δὲ αὐτῷ ποιέειν, gargariſmus autem ei paretur. Ἀναγαργαρίζειν etiam dicitur gargarizate & oris collutione vti. Ibidem (ver. 11.) ἀναγαργαριζέτω δὲ χλιαροῖσι καὶ ἀλουτείτω, tepidis autem os colluat ac ne lauet. ruſuſque (eadem pag. 5.) ἀναγαργαριζέτω, gargarizet. & (ver. 17.) ἀναγαργαρίζειν δὲ διδόναι μελικρήτῳ ὑδαρεῖ, aqua autem mulſa aquoſa os colluat: atque aliàs ſæpe eodem lib.

Ἀνάγειν educere, reiicere, ac emittere ſignificat, & de ſputi aut ſanguinis ſurſum eductione dicitur. Sic libro 6. Epid. ſection. 5. aphoriſ. 3. ἀναγωγὴ ſimpliciter ponitur, quam πτυέλου ἀναγωγὴν ſputi eductionem aut reiectionem exponit Galenus. Libro 1. Epidem. (pagina 352. 51.) βήσσουσι καὶ οὐδὲν ἀνάγουσι, tuſſiunt & nihil educunt, hoc eſt, exſpuunt. Ibidem (pagina 355. 24.) de tabidis, μόγις ἀνάγοντες, ægrè ſputum reiicientes.

In Coac. etiam Prænot. (pag. 434. 36.) ἀναγωγὴ φλεγματώδης dicitur vbi pituitosa ſurſum per os reiiciuntur & tuſſi expuuntur aut excreantur in angina. Ibidem quoque (v. 46.) τὰ ἐκ κυνάγχης πτύαλα γλίσχρα βιαίως ἀναγόμενα. Sputa ex angina viſcida ſurſum vi educta dicuntur. At aph. 13. lib. 5. ἀναγωγὴ ſimpliciter de ſanguinis ex pulmone ſurſum per os reiectione dicitur, quæ ſæpe αἵματος ἀναγωγὴ dicitur, vt & Eraſiſtrati liber περὶ αἵματος ἀναγωγῆς ſæpe à Gal. citatus Com. 3. in lib. de art. teſtatur. Et Gal. eodem Com. (p. 624. 21.) ἀνάγειν ſimpliciter pro ſanguinis ſurſum per os ex thorace eductione vſurpat, his verbis: μέμνηται δὲ τούτου τοῦ λόγου διὰ τοὺς οἰομένους ἐν ταῖς πλευρίτισιν ἐξ ἀνάγκης ἀνάγειν, meminit huius orationis illorum gratia qui exiſtimant morbo laterali laborantes ex neceſſitate ſanguinem ſurſum per os educere. Imprimis verò grauis autor Aretæus ἀναγωγὴν dici de ſanguinis ex thorace ſurſum eductione his verbis diſertè indicat, Cap. 2. lib. 2. περὶ ὀξ. παθ. ἐπὶ δὲ μᾶλλον ἢν βραχὺ τοῦ αἵματος καὶ σταγόσιν, καὶ ἀθρόον ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἢ ἀπὸ τοῦ στόματος ἴῃ, οὐ κοτὲ ἀναγωγὴ καλέεται, ἀλλ' ἢ τὸ αὐτὸ, ἢ πτύσις, ἢ αἱμοῤῥαγία. ἢν δὲ νέρθεν ἀνίῃ ἀπὸ θώρηκος καὶ τῶν τῇδε σπλάγχνων, πνεύμονος, τρηχείης ἀρτηρίης, τῶν παρὰ τὴν ῥάχιν, ἢ ἀπὸ τουτέων φορῇ, οὐ πτύσις ἀλλ' ἀναγωγὴ καλέεται, τῆς ἄνω ἕξιος τῆς ὁδοῦ τοὔνομα ἔχουσα. Multò verò minus cùm paucus ſanguis & guttatim, aut etiamſi confertus è capite aut ore fertur, tũc ἀναγωγὴ, hoc eſt, eductio vocatur, verùm aut id ipſum, vel ſputatio, vel hæmorrhagia. Quòd ſi ab inferioribus ſurſum aſcendat, ex thorace, aut ibi conceptis viſceribus, pulmone, aſpera arteria, locisque ſpinæ finitimis, qui inde fertur ſanguis, non ſputatio, ſed ἀναγωγὴ, hoc eſt, ſurſum eductio dicitur, viæ per quam ſurſum ducitur nomen obtinens. Ἀνάγειν etiam dicitur Hippocr. de his febribus quæ producebantur & ad hyemem ægros deduxerunt. Lib. 1. Epid. (pag. 356. 44.) πολλαὶ δὲ αὐτέων ἀνήγαγον, ὥστε ὑπὸ χειμῶνα νοσεῖν. Earum verò nonnullæ ægros ita produxerunt, vt ſub hyemem affligerentur. Ibidem etiam ſect. 2. (pag. 360. 10.) σιτίων ἀπέπτων ἀναγωγαὶ, ciborum crudorum reiectationes, eductiones & refuſiones dicuntur, etſi quædam exemplaria ἀγωγαὶ leg. Galenum tamen ἀναγωγαὶ leg. apparet.

Ἀνάγκη neceſſitas dicitur, vis, & pro violenta extenſione ſumitur lib. de fract. (pag. 550. 10.) δεῖ δὲ καὶ τὸ ἄνω τοῦ σώματος ἀνάγκῃ περιλαβεῖν. Sed & ſuperiori corporis parti vis adhiberi poteſt. Sic enim valentes ac vehementes diſtentiones ἀνάγκας vocare Hippocr. ſcribit illic Galenus, vt earum violẽtiam indicet. Quem etiam locum ſubnotans Erotianus, ἀνάγκην pro vi ſumi ſcribit ex Bacchio. Rurſus eodem quoque lib. (pag. 551. 10.) ἄριστον δὲ ὅσις ἐν πόλει μεγάλῃ ἰητρεύει, κεκτῆσθαι ἐσκευασμένον ξύλον, ἐν ᾧ πᾶσαι ἀνάγκαι ἔνεισι, πάντων μὲν καταγμάτων, πάντων τε ἄρθρων ἐμβολῆς ἐκ κατατάσιος καὶ μοχλεύσιος. Præſtat autem eum qui in magna vrbe medicinam factitat, lignum habere præparatum, in quo vis omnis contineatur, quæ tam in fractis quàm luxatis omnibus reſtituendis, tum per extenſionem, tum per vectis molitionem adhibetur. Lib. verò de art. hoc ſignificatu crebrò eam dictionem vſurpat, vt (p. 621. 44.) αὗται αἱ ἀνάγκαι ἱκαναί εἰσιν, καὶ ἐς τὸ ἰσχυρότατον, καὶ ἐς τὸ ἧσσον. Hæc autem vis tum ad vehementiam, tum ad mediocritatem eſt accommodata. Et rurſus (v. 46.) ἐς πάντας ἀνάγκας ἀγαγεῖν, eam vim adhibere. Et (v. 49.) οὔτω καὶ ἄλλην ἀνάγκην οὐδεμίην προσθεὶς, ſic nulla etiam alia vi adhibita. Rurſusque (v. 55.) οὐκ οἶδα ἐγὼ ἔχω τουτέων ἀνάγκας καλλίους, οὐδὲ δικαιοτέρας. Equidem nullam aliam viam qua per vim impulſio fiat, neque meliorem, neque æquiorem inuenio. Eadem notione ἀναγκάζειν aut καταναγκάζειν dicitur pellere, cogere, adurgere, compellere, de oſſibus quæ cùm ſuo loco mota ſunt, in ſuam ſedem reſtituuntur ac compelluntur. Lib. de fract. (p. 543. 30.) ἀναγκάζειν μὲν χρὴ ἐς τὴν ἑωυτοῦ χώρην ἕκαστον, in ſuam quodque ſedem compellendum. Vbi ἀναγκάζειν aut καταναγκάζειν Gal. exponit ἐν τῇ οἰκείᾳ χώρᾳ τὸ κινηθὲν ὀστοῦν τιθέναι, os quod motum fuerit in propriam ſedem reponere. Quod verbum etiam crebrò vſurpatur lib. de art. vt (pag. 621.) Ἀναγκαῖα verò dicuntur neceſſaria, quæ æternitatem à natura nacta ſunt vt ita fiant, & ordinem ex neceſſitate habent, quibus opponuntur quæ opinione nituntur & opinabilia dicuntur, τὰ δοξαστὰ καὶ ἔνδοξα. In Coac. Prænot. (p. 426. 36.) αἱ περὶ ἀναγκαῖα παραφροσύναι κάκισται, deſipientiæ quæ circa neceſſaria fiunt peſſimæ dicuntur, quòd à bile fiant, quæ promptè incenſa μανιώδεις & furibundas mentis emotiones facit. Quibus ferè opponuntur αἱ μετὰ γέλωτος παραφροσύναι, ex aph. 53. lib. 6. quæ leues ſunt & ioculares deſipientiæ, quòd ex benigna ſuccorum efferueſcentia fiant, velut ſunt ægrorum ac ebrioſorum vanæ ſpecies, aut ij mentis errores qui ſunt eorum quæ in opinione tantùm verſantur, & nullam neceſſitatis connexionem habent. ἀναγκαῖα etiam intelligi poſſunt τὰ σπουδαῖα res graues ac ſeriæ, aut actiones ad vitam neceſſariæ & quæ eam tuentur ac conſeruant, quarũ certè neglectio valde ſuſpecta eſt.

Ἀναγνῶναι Galenus apud Hippocr. μεταπεῖσαι, μεταδιδάξαι exponit in Exegeſi, à ſententia dimouere, in diuerſam ſententiã adducere, & dedocere, aut aliam à priore ſententiam docere. Quam eandem expoſitionẽ habet etiã Erotianus. Quibus verbis mihi ſanè vterque locum lib. de artic. (p. 579. 14) ſubnotare videtur, καὶ οὐκ ἐδυνάμην αὐτοὺς ἀναγνῶναι, εἰ μὴ μόλις, ὅτι οὕτως ἔχει, remque ita ſe habere vix illis perſuadere potui. Vbi tamen ἀναγνῶσαι legũt omnia exemplaria. At certè nõ immeritò cui mirum videatur, quòd ἀναγνώσκω omnibus ferè primæ notæ Grãmaticis cùm Ionicũ eſſe & Herodoto frequens pro πείθω aut ἀναπείθω poſitum ſcribatur, in hac tamen Erotiani & Galeni expoſitione diuerſum omninò ſenſum habeat, cùm etiã apud Hippocratẽ ἀναγνῶσαι

γνῶναι, ἀναπεῖσαι, hoc eſt, perſuadere omnes interpretes & rectè quidem vertant. Nam & Heſychius ἀναγνῶναι ἀναπεῖσαι exponit, & Euſtathius ἀναγνώσεως apud Herodotum ἀναπείθεις, & Sudas ἀναγινώσκειν ἀναπείθειν, & ἀνάγνωσις ἀνάπεισις, & ἀναγνωσκόμενος ἀναπειθόμενος. Et in Lexico Herodoteo ἀνέγνωσαν ἀνέπεισαν, ἐδίδαξαν exponitur. Verùm ſi quis rem ipſam penitus proſpiciat, mirari deſinet, cùm videat hoc in loco lib. de artic. ἀναγνῶναι rectè perſuadere ſignificare. Erotianum autem & Galenum ex rei conſecutione ipſam diuerſam expoſitionem adſcripſiſſe, Hippocratis menti valde aſſentientem. Hippocrates namq; humeri caput in priorem partem nō excidere contendens, contra Medicorum opinionem qui ex eo fallebantur, quòd in iis quorum carnes circa humeri articulum tabes confecit, brachij caput in anteriorem partem prominens luxatum eſſe videatur. Eam quidem ob rem huiuſmodi articulum excidiſſe negat, ideoq; ſe vulgo male audiuiſſe & ignarum habitum ſcribit, remq; ita ſe habere vix vnquam illis perſuadere potuiſſe, hoc eſt, à perſuaſa opinione abſtrahere aut dimouere potuiſſe, aut à priori opinione ad aliam rectam traducere eamq; docere. Qui ſanè ſenſus mihi aptiſſimè cum re ipſa & cum Erotiani & Galeni expoſitione congruere videtur. Ἀνάγνωσις ξυνεχὴς ἐν παραγγελίαις (p. 18.48.) crebram ęgrorum inſpectionem ac viſitationem ſignificat, ſeu recognitionem. Sic crebrum ad ægrū ingreſſum & diligentem inquiſitionē præcipit lib. περὶ εὐσχημοσ. (p. 16.24.) Cornarius ἀνάγνωσιν ξυνεχέην frequentem lectionem dixit. Caluus ἄγνωσιν leg. videtur, nullo ſenſu, Quamquam illic etiam ἀνάγνωσις ἀνάπεισις dici poteſt & perſuaſio, quā qui iuuenili temeritate & nimiū ſibi tribuens negligit, in cauſa eſt παμμεγέθει ἀτυχίης circa ægrum, hoc eſt, vt æger in omne genus calamitatis incidat.

Ἀναγραφαὶ ſunt medicamētorum deſcriptiones & præſcriptiones quædam, quas ſibi comparatas medicum habere vult lib. περὶ εὐσχημοσ. (p. 16.17.) ποτήματα τέμνοντα δυνάμενα ἐξ ἀναγραφῆς ἐσκευασμένα πρὸς τὰ γένεα, potiones incidēdi vi præditæ, ex deſcriptione præparatæ, cuique generi accommodatæ. Rurſus ibidē (v. 10.) δυνάμιες ἁπλαῖ καὶ ἀναγεγραμμέναι dicuntur, hoc eſt, medicamentorū ſimplices facultates & deſcriptiones memoria tenendæ.

Ἀναδίδοναι redūdare, diſtribui, progredi aut pertingere ſignificat in Prorrh. (p. 209.1.) τὰ ἐξ ὀσφύος εἰς τράχηλον καὶ κεφαλὴν ἀναδιδόντα, quæ ex lumbis in ceruicem & caput redundant, vbi τὰ ἀλγήματα intelliguntur. Lib. 4. Epid. (pag. 332.9.) ἀναδίδοσθαι dicūtur ἀλγήματα cùm medicamentis diſcutientibus appoſitis digeruntur, diſſipātur, aut diſcutiuntur. ἀλγήματα ξυνέβη ταχέως ἀναδοθῆναι καὶ παύσασθαι, dolores celeriter diſcuti & deſinere contigit.

Ἀναδρομὴ dicitur Hippocrati doloris recurſatio aut recurſus, cùm ex inferiorib. ad ſuperiora recurrit, aut eò tendit. In Prorrh (p. 191.18) ἐξ ὀσφύος ἀναδρομῆς, ὀφθαλμοῦ ἴλλωσις, κακόν, ex dolorū in lūbis recurſatione oculi diſtortio aut peruerſio mala eſt. In Coac. Præn. (p. 433.13.) ἐξ ὀσφύος ἀναδρομὴ πόνου, doloris lumborū recurſatio. In Prorrh. quoq; (p. 194.36.) ἐξ ὀσφύος ἀλγήματος ἀναδρομαὶ εἰς καρδίην, lumborū dolores ad os ventriculi recurſantes. Quod repetitur in Coac. Præn. (p. 433.15.) ἐξ ὀσφύος ἀναδρομὴ ἐς κεφαλὴν, lumborū dolor in caput recurſans, in Prorrh. (p. 213.48.) quod dicitur in Coac. Prænot. (p. 433.5.) ἐξ ὀσφύος ἀλγήματος ἀναδρομὴ ἐς κεφαλήν.

Ἀναθερμαίνεσθαι ſępe ponitur apud Hipp. pro ad calorē reuocari, recaleſcere, vt de partib. extremis frigidis quę ad calorē non reuocantur, in Philiſco lib. 1. Epid. ἄκρεα πάντοθεν ψυχρὰ, καὶ οὐκ ἔτι ἀναθερμαινόμενα, extrema vndiquaq; frigida, quæ nec etiam ad calorē amplius reuocari poterant. In Sileno, ἄκρεα οὐκ ἔτι ἀνεθερμαίνετο, corporis ſumma non amplius ad calorē reuocari poterant. Et ἄκρεα σμικρὰ ἀνεθερμαίνετο, extrema paulliſper ad calorem reducebantur. Rurſusq; in Dromeade vxore, ταχὺ δὲ πάλιν ἀνεθερμαίνετο, & ταχὺ δὲ διεθερμαίνετο, quæ de calore ad cutim reuocato intelliguntur. Lib. 1. Epid. ſect. 2. (p. 363.25.) ἄκρεα μόλις ἀναθερμαινόμενα extrema vix recaleſcentia. Et ægr. 12. lib. 3. Epid. ἄκρεα οὐκ ἀνεθερμαίνετο. In Prorrh. (p. 190.46.) αἱ ἐκ ῥίγεος καταψύξιες μὴ ἀναθερμαινόμεναι, ex rigore perfrictiones quæ ad calorē non reuocantur. Sic Gal. lib. de rigore, tremore, palp. (p. 370.36.) Hipp. ſententiā adfert, αἱ ἐκ ῥίγεος ἀφωνίαι μὴ ἀναθερμαινόμεναι, κακὸν, ex rigore vocis defectiones nō recaleſcentes, malo ſunt. Vbi ἀφωνίαι μὴ ἀναθερμαινόμεναι dicuntur, vbi poſt rigorē frigus perſeuerat & vocis defectiones manent, neq; ægris vox redit, quod ſolet in naturæ motu calefactis ægris & ad ſeſe redeuntibus. Ἀναθερμαίνεσθαι etiam dicitur de febre quę poſt quietē repetit in Progn. (p. 149.32.) ἀπόλλυνται δὲ οἷσιν ἂν ὅ, τι πυρετὸς μὴ ἀφίῃ, ἢ δοκέων αὐτοὺς ἀφιέναι, αὖθις φαίνεται ἀναθερμαινόμενος. Intereunt autē quibus febris nō quieuit, aut quamuis quieuerit, tamen repetit. Sic enim Celſus huoc locum mihi vertere videtur cap. 8. lib. 2. In Prorrh. quoque ἀναθερμαινόμενοι eos ſignificant quibus febrix iterū accenditur aut repetit, ἀναπυρέξαντας exponit Gal. αἱ ἐκ καταψύξιος ἱδρώδεες ἀναθερμαινόμενοι, ex perfrictione ſudores ad calorem reuocati (p. 190.48.) & οἱ ἐφ' ἱδρῶσιν ἄγρυπνοι, ἀναθερμαινόμενοι, ex ſudoribus peruigiles ad calorem reuocati (p. 191.14.) In Coac. Præn. (p. 425.22.) ἐφιδρῶντες ἀναθερμαινόμενοι, cum tenui ſudore recaleſcentes. Ibidem (p. 435.30.) τὰ ἀναθερμανθέντα ὀξέως, celeriter ad calorem reuocati, de febris ſuccenſione dicitur. Quod verò Hippocr. ἀναθερμαίνεσθαι τὰ ἄκρεα, Aretæus ἀνακαλέσασθαι τῶν ἄκρων τὴν θέρμην dicit, cap. 3. lib. 2. de cur. morb. ac. extrema ad calorē reuocare.

Ἀνάθλιψις exponitur Erotiano apud Hippocr. ἔκθλιψις, eliſio, expreſſio.

Ἀναιδὴς pro ἀναιδῶς aut ἀναιδέα, impudenter, liberè, effusè, aut liberaliter, largiter & aceruatim ſumitur, aut ῥᾳδίως quod ἐκκεχυμένως exponit Heſych. Sudas verò δαψιλῶς καταχύσας

ad ſatietatem vſque, hoc eſt, laxatis habenis & liberaliter. Lib. περὶ καρδίης (p. 55. 8.) ὕδωρ ἀναιδέως ἐνορῶν, aqua effatim irruens aut incidens in aſperam arteriam, ideoque tuſſim ac multam moleſtiam exhibens. Sic enim leg. cenſeo, cùm ἔνορον paſſim legatur. ἐνορῶν autem cum impetu irruens & inſiliens dicitur. ἐνόρον etiam legi poteſt, hoc eſt incidens. Sic nanque legere malim, quàm quod quidam ἔνουρον ὄχλον, in vrina moleſtiam vertunt.

Ἀναίνονται Erotianus apud Hippocr. ἀπαρνοῦνται exponit, denegant, renuunt, reſpuunt. ἀναίνομαι, ἀρνοῦμαι exponit Heſych. inficior, denego. frequens Homero verbum vt Il. σ. (ver. 500.) ὁ δ᾽ ἀναίνετο μηδὲν ἑλέσθαι, ille negabat quicquam accepiſſe. Locus eſt autem apud Hippocr. lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 271. 36.) ἀναίνονται λαβεῖν, ſumere renuunt ac reſpuunt, de copioſiore cibo dicitur.

Ἀναΐσσειν proſilire, reſilire, ſurſum cum impetu ferri aut irruere ſignificat. In Progn. (p. 152. 9.) εἰ δὲ ἀναΐσσοντος τοῦ νοσήματος ὡς πρὸς τὰς φρένας, quòd ſi reſiliente aut remeante ad præcordia morbo. Quod exponit Gal. ἀνελθόντος τοῦ νοσήματος ἐπὶ τὸν θώρακα, hoc eſt, recurrente ad thoracem morbo. Quem etiam locum ſubnotãs Erotianus, ἀναΐσσοντος ἀνορμῶντος exponit. hoc eſt, cum impetu ſurſum irruente, aſſiliente. ἀΐσσειν enim ὁρμᾶν dici adſcribit, quod eſt, irruere, ingruere, impetu ferri & erumpere. Aut certe pro ἀναΐσσοντος ἀναΐσσοντας apud Erot. legendum, vt locum libri de Morbo ſacro (p. 122. 19.) denotet, cui certè appoſitè magis hæc expoſitio conuenit. τοὺς δὲ καὶ ἀναΐσσοντάς τε καὶ φεύγοντας ἔξω, hoc eſt, alios verò cum impetu irruentes & exilientes, alios foras fugientes. Lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 210. 17.) ἀναΐσσει ἀπὸ τοῦ ὕπνου, à ſomno exilit, erumpit. Ibidem v. 18.) ἀπὸ ἐνυπνίων ἀΐσσει ab inſomniis exilit. Et Erotianus ἀναΐσσει ἀνορμᾷ exponit apud Hippocr. In Coac. Prænot. (p. 432. 44.) ἀναΐσσουσαι ὀδύναι ἐς ὑποχόνδρια, irrumpentes ad præcordia dolores aut eſſurgentes. Lib. περὶ παρθενίων (p. 213. 16.) de ſanguine ad cor præ copia reſiliente & ſurſum cum impetu delato, ἀναΐσσει ὑπὸ πλήθεος ἐς τὴν καρδίην. Ibidem (v. 25.) φρίκη ξὺν πυρετῷ ἀναΐσσει, horror cum febre ingruit, conſurgit. Sed forte ad febris & horroris cauſam reſpicit, cùm copioſior ſanguis ad ſuperiores partes, cor nempe & hepar, repreſſus fuerit, eaſque multitudine & onere oppreſſerit, neque effluxum habuerit. Et lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 282. 22.) καὶ βοᾷ καὶ ἀναΐσσει, & vociferatur & exilit. ἀναΐσσοντες πρὸς χεῖρα dicuntur in Coac. Præn. (p. 425. 43.) ægri qui ad manus contactum reſiliunt, vbi ægri, cũ in pulſum manus mittitur quodammodo reſiliunt, aut manus contactum refugere videntur, aut interdum exilire & eſſurgere (treſſaillir vulgus dicit) quod eſt tremoris initium & conuulſionis rudimentum, indéque licet interdum conuulſionem, nonnunquam etiam deliriũ aut phrenitidem ſuſpectare. Ἀναΐσσειν etiam de inſanientibus dicitur vbi exiliunt aut exurgunt, quod vehementẽ mentis emotionem & irrequietos inſanientium motus indicat, & ἐξίσσειν aut ἐξαναΐσσειν ſæpe effert Hippocr. lib. 3. Epid. ægr. 11. poſt ſt. peſt. ἀνῄσσε, κατέχειν οὐκ ἠδύνατο, exilijt, neque continere ſe poterat.

Ἀνακαθαίρεσθαι per ſuperiora repurgari ſignificat, & de ſputi euacuatione dicitur aph. 8. lib. 5. ὁκόσοι πλευριτικοὶ γενόμενοι οὐκ ἀνακαθαίρονται ἐν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρῃσι, qui morbo laterali laborant neq; diebus quatuordecim repurgãtur. Vbi Galenus ἀνακάθαρσιν per ſputa euacuationem his verbis indicare ſcribit. τὴν διὰ τῶν πτυσμάτων κένωσιν τῶν τὴν πλευρῖτιν ἐργαζομένων χυμῶν, ἀνακάθαρσίν τε καὶ κάθαρσιν εἴωθεν ὀνομάζειν ὁ Ἱπποκράτης, ὥσπερ γε καὶ τὸ πτύειν αὐτοὺς καθαίρεσθαι, κατά τε τὸ περὶ διαίτης ὀξέων, καὶ τὸ προγνωστικόν. Per ſputa euacuationem humorum morbũ lateralem efficientium, per ſuperiora repurgationem & purgationem conſueuit vocare Hippocr. ſicuti & expuere eos purgari tum in lib. de rat. vict. in mor. ac. tum in Prog. dicit. Lib. de rat. vict. in mor. ac. (p. 47. 26.) αἵ τε γὰρ ὀδύναι ἐν τοῖσι πλευριτικοῖσιν αὐτίκα παύονται αὐτόματοι, ὅταν ἄρξωνται πτύειν τι ἄξιον λόγου καὶ ἐκκαθαίρεσθαι. αἵ τε γὰρ καθάρσιες πολλῷ τελεώτεραί εἰσιν. Nam & morbo laterali laborantium dolores ſtatim ſponte deſinunt, vbi quid effatu dignũ tum expuere tum expurgare cœperint. Nempe purgationes multis perfectiores exiſtunt. Et (p. 46. 52.) καὶ ὁκόσῳ ἂν πλείων ἡ κάθαρσις γίγνηται, & quò maior fuerit purgatio, hoc eſt, eorum quæ ſunt in thorace per ſputa eductio. In Progn. quoque (p. 146. 10.) τῶν πτυέλων καθάρσιας dicit thoracis per ſputa repurgationes. Aph. 15. lib. 5. ἢν ἀνακαθαρθῶσιν ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσιν, ſi p ſuperiora purgẽtur intra quadraginta dies.

Ἀνακαθίζειν ſignificet Hippocr. rectum aut erectum ſedere. reſidere dicit Celſus ex Progn. (p. 127. 30.) ἀνακαθίζειν δὲ βούλεσθαι τὸν νοσέοντα τῆς νόσου ἀκμαζούσης, πονηρὸν μὲν ἐν πᾶσι τοῖσιν ὀξέσι νοσήμασι. graui morbi periculum eſt, vbi reſidere vult æger in ipſo morbi acuti impetu. (Sic enim vertit Celſus cap. 4. lib. 2.) Quod etiã repetitur in Coac. Præn. (p. 439. 34.) ἀνακαθίζειν δὲ βούλεσθαι κακὸν ἐν τοῖσιν ὀξέσι. Lib. quoque 7. Epid. (p. 358. 33.) καὶ ἀνακαθίζων τριταῖος ἔπτυεν ὠχρόν, & reſidens tertio die expuebat pallidũ. At verò ἀνακαθίζεσθαι deſidere ventris exonerandi gratia dici videtur lib. 7. Epid. (p. 353. 17.) ἀνακαθιζομένῳ ἐγένετο ὑπόχολον γλίσχρον, deſidenti deiectio prodiit ſubbilioſa, glutinoſa.

Ἀνακαλουμένῳ ἀναμιμνησκομένῳ, reminiſcenti, ad memoriã reuocato ęgro exponit Gal. Com. 3. in lib. 1. Epid. Locus eſt in Philiſco. τούτῳ τὸ πνεῦμα διὰ τέλεος ὥσπερ ἀνακαλουμένῳ, ἀραιὸν, μέγα. Spiratio huic perpetuò velut ad memoriam reuocato, rara & magna fuit. interruptam enim & interciſam reſpirationem ſignificat, cùm in medio ſpirationis curſu viribus defecta aut ſui muneris oblita natura, ſomnianti ſimilis ad officium reuocatur, & recordatione quadam excitata interruptũ ſpiritum reſarcit. ἀνακαλουμένῳ etiam poteſt ad ſpiritum reuocatum & ingeminatum referri, & offendentem ac interpellatam reſpirationem indicare.

dicare. Qua notione ſumpſiſſe videtur Gal. lib. 3. περὶ διαιτ. vt ſcripſimus noſtris in lib. 1. Epid. Annot. Eo quę ſenſu hunc locum vertimus. huic perpetuò quaſi intro reuocăti & ingeminanti, ſpiratio rara & magna fuit.

Ἄνακαρ exponit Gal. apud Hippocr. εἰς τὸ ἄνω μέρος, in ſuperiorem partem, in accliue. additq́; dici vt ἐπίκαρ εἰς τὰ κάτω, ἐξ ὀρέων in inferiorem partem, in decliue, ex montibus, hoc eſt, præcipitium. Sic enim ἐπὶ κάρ, εἰς κεφαλὴν exponit Heſych. in præceps, ad illud Homericum hemiſtichium reſpiciens Il. π. (v. 392.) ἐξ ὀρέων ἐπὶ κάρ. Quò forte reſpexiſſe videtur Gal. cùm ἐξ ὀρέων addidit, niſi εἰς τὸ κάταντες & decliue indicare voluit.

Ἀνακηκίουσιν, ἀναπηδῶσιν exponit Gal. apud Hippocr. quod eſt reſiliunt, ſubſiliunt, aut ſurſum feruntur. Nā & Heſychius ἀνακηκίει ἀναφέρεται exponit, & Sudas ἀνακηκίει aut ἀνακηκίς, ἀναπηδᾷ quod Homero vſurpatur frequens, vt forte apud Gal. ἀνακηκίουσιν legi debeat.

Ἀνακινήματα ſunt cōmotiones corporis quæ inter exercitationes reponūtur, lib. 2. περὶ διαίτης (p. 98. 27.)

Ἀνάκεστον ἀνίατον exponit Erotianus apud Hippoc. incurabile. Sed ἀνήκεστον forte legendum, vt rectè reponit Henr. Steph.

Ἀνάκλασις τοῦ ἄρθρου articuli reflexio dicitur, cùm recuruatur ac retorquetur in exteriorē partem, vt de nimia manus extenſione ſcribit Hippocr. lib. de fract. (p. 529. 30.) ἡ ἀνάκλασις τοῦ ἄρθρου ἀνακλᾶται ἐν τούτῳ τῷ σχήματι, in ea figura fit articuli recuruata reflexio. Sic ἀνακλᾶν eſt reflectere, retorquere, recuruare, refringere, lib. de fract. (p. 550. 1.) τὸ ξύλον ἀνακλᾶν, lignum reflectere. Et rurſus ibidem (v. 48.) καὶ ἀνακλᾶν τὰ ξύλα, lignis reflexis. Lib. quoque de art. (pag. 659 44.) κἄπειτα οὕτω τὰ ὕπερα ἀνακλῶντα χρὴ τὴν κατάτασιν ποιέειν, deinde reflexis piſtillis hunc in modum extenſionem moliri oportet. hoc eſt, refractis, retrò adductis ad extenſionem faciendam. Eadem ratione ἀνακλᾶσθαι dicitur reflecti, refringi, retorqueri, in exteriorem partem recuruari, de membro fracto, cùm nimis ſublatum retorquetur. Lib. κατ' ἰητρεῖον (p. 693. 12.) ὡς μήτε ἀνακλᾶται μήτε ἐκστρέφηται, vt neque reflectantur, neque euertantur. At verò in Coac. Prænot. (p. 425. 49.) ἀνακεκλασμένοι dicuntur qui reflexis ſunt palpebris, reuulſis, refractis & retortis inter dormiendū, ex muſculorum palpebras mouentium conuulſione, & magna ſiccitate, inflammatione, aut extremo virium langore. Sic ὀμμάτων κατάκλασις oculi perfractio dicitur in Prorrh. (p. 194. 43 ) quam in Progn. & aph. 49 lib. 4. διαστροφὴν vocat. Poſſunt etiam ſimpliciter intelligi ἀνακεκλασμένοι, qui fractis ſunt viribus & exolutis, delaſſati, perfracti, quod extremè languentes vires indicat, vt ad τῶν ἄρθρων καθελκομένας referatur.

Ἀνακλίσιες ægrotorum decubitus dicuntur Hippocr. lib περὶ εὐσχημοσ. (p. 16. 33.) τὰ περὶ ἀνακλίσιας, quæ circa ægri decubitū contingunt, quę obſeruare medicum vult. Ἀνακλισμὸς autem recubitorium ſignificat & ſellæ partem eam in quam dorſo recumbimus, velut accubitum. Lib. de artic. (p. 585. 29.) κἄπειτα τὸν βραχίονα ξὺν τῷ ξύλῳ ὑπερβαλλέειν ὑπὲρ τοῦ ἀνακλισμοῦ, deinde brachium cum ligno ſuper eam partem in quam dorſo recumbunt, tranſmitti debet. Quem locum ſubindicans Erotianus, ἀνακλισμοῦ, ἀνακλιντηρίου exponit. Sic enim leg. non ἀνακλιτηρίου vt paſſim legitur. Nam & ἀνακλιντήριον & ἀνάκλιντρον dicitur, quod Galen. Com. 1. in lib. de artic. ἐπίκλιντρον vocat, ἀνακλισμὸν exponens. Lib. περὶ ἐπικυΐσ. (p. 48. 45.) ἀνάκλιτος δίφρος dicitur, idem quod ἀνακλισμὸς, ſignificans & ſellam in quam recumbimus, etſi ἀνάκλιντος vitioſè legant exēplaria omnia. κλισμοὺς vocat Homerus Il. θ. (v. 436.) & Il. ε. (v. 200.) ſellas recubitorias, καθέδρας ἀνακλίσεις ἐχούσας. Vide Ἕδρη poſtea.

Ἀνακογχίζειν apud Hippocr idem quod ἀνακωχεύειν ſignificat, quod eſt κατέχειν, ἀνέχειν aut κρατύνειν, continere, cohibere, ſuſtinere, aut fulcire & firmare. In Mochlico (p. 506. 12.) ἔπειτα ἀνακογχύλιζειν τοῖσι δακτύλοισι ἑρματιζόμενον & παρατρέποντα. deinde digitis explorando immiſſa continere, & in alteram partem conuertere. Niſi pro ἀνακογχύλιζειν ἀνακωχεύειν retineri debeat. Quod etiam ſignificant exemplaria quædā manu ſcripta quæ hîc, αὐτίκα ἀναπνέοντες, ἔπειτα ἀνακοχίζειν (pro ἀνακογχίζειν) legunt, vt noſtris in Mochlicum Annotationib. ſcripſimus.

Ἀνακομίζειν reficere ac reſtaurare ægrum ſignificat Hippocrati ac velut ex morbo recreare. Lib. 2. de Morb. (p. 143. 36.) ἔπειτα σιτίοισι ἀνακομίζειν αὐτὸν ὡς ὑποχωρητικωτάτοισι, deinde eum cibis quàm maximè aluum ſubducentibus reficito. Ibidem (v. 42.) ἔπειτα ἀνακομίζειν σιτίοισι, poſtea cibis reficito. Rurſusque (pag. 145. 7.) ἀνακομίζεις αὐτὸν σιτίοισιν, vbi ipſum cibis refeceris. Sic ἀνακομίζεσθαι refici, recreari ſignificat, & de ægris dicitur qui cibo reficiuntur & paulò pleniore nutriuntur. Lib. de fract. (pag. 538. 27.) ἔπειτα δὲ μέλλει ἐν ἐπεισαγωγῇ ἀνακομίζεσθαι, deinde tamen lentiùs reficiendi. Vbi ἀνακομίζεσθαι ἀνατρέφεσθαι cibo recreari exponit Gal. Inde quoque ἀνακομιδὴ recreatio ex morbo, virium reparatio ac refectio, dum ægri ex morbo releuantur. In Coac. Prænot. (pag. 430. 28.) αἱ περὶ ὀφθαλμὸν ἐπαναστάσιες ἐν τῇσι ἀνακομιδῇσι, erumpentes circa oculos eminentiæ dum ægri ex morbo releuantur. Et (pag. 433. 41.) περὶ ἀνακομιδὴν, dum ægri vires recolligunt & reficiuntur. Lib. περὶ παθῶν (pag. 186. 22.) δέοντα δὲ ἐς ἰσχὺν ἢ ἀνακομιδὴν, παχύτερα. Quæ tuoque verò (ſorbitiones) ad virium recreationem, craſſiores. Ibidem (v. 42.) ὅταν δὲ ἀνακομίζῃς ἐκ νόσου ἰσχνόν. Cùm verò ex morbo vires reficere voles. Et rurſus (pag. 188. 32.) ὅταν ἀνακομίσαι τινὰ βούλῃ, vbi aliquem reficere voles. Ibidem (pag. 189.) κομίζειν idem quod ἀνακομίζειν dicitur reficere, cui καθαίρειν opponitur, vt & κομιδὴ pro ἀνακομιδὴ (p. 188. 9.) ἐς ἰσχὺν & κομιδὴν ξυμφορώτερος, ad robur & refectionem commodior.

Ἀνακινήματα corporis alleuationes & ſubleuationes dicuntur, & inter corporis exercitationes reponuntur lib. 2. περὶ διαίτης. (pag. 98.27.)

Ἀνάκτησις eſt virium reſtauratio & reparatio, idemque quod ἀνάληψις virium refectio. Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p.5.v.49.) ἔτι γοῦν καὶ νῦν οἱ τῶν γυμνασίων τε καὶ ἀσκησίων ἐπιμελόμενοι. Quinetiam qui nunc quoque gymnaſticæ & viribus reparandis præſunt. hoc eſt, gymnaſticæ exercitationis tum ſanorum tum conualeſcentium curam gerentes. Vbi γυμνάσια & ἀνακτήσιες ſimul iunguntur.

Ἀνακυκᾶν ammiſcere, permiſcere & confundere ſignificat. Lib. 2. περὶ γυναικ. (p.280.44.) καὶ ἔλαιον ἀνακυκᾶν ἐν τουτέοισι, & oleum his ammiſcere. Et (p.284.9.) μέλι σὺν τῇσι δᾳσὶν ἀνακυκᾶν, mel cum tædis agitatum permiſcere. Et (p.289.39.) ἐλαίῳ ἀνακυκᾶν, oleo ſubigito. Eſt autẽ ſimplex κυκᾶν quod turbare ſignificat, & ταράσσειν exponitur apud Homerum, vt κυκᾶσθαι ταράσσεσθαι, & de perturbatis equis dicitur Il.υ. (v.489.) κυκήθησαν δ' οἱ ἵπποι, perturbati ſunt autem equi.

Ἀνακυκλέοντες ἐν πόλεσιν, in vrbibus circulos facientes dicuntur Sophiſtæ lib. περὶ εὐσχημοσ. (pag. 15.2.) qui per vrbes circumcurſitantes in circulis circulatorum more verſabantur, auram popularem & ambitionem aucupantes, & diſcipulorum frequentiã oſtentui habentes.

Ἀνακύπτειν ſurſum tendere & emergere ſignificat, reflecti & regeri. Eſt etiam ἀνακύπτειν ſublatum paulùm capite & reſupinato collo os attollere, quod faciunt qui ſtrangulantes aliquid deglutire conãtur, velut in angina cùm potus in nares reliditur aut reflectitur. Lib. 5. Epid. (p.339.36.) de potu aut de eo humido quod ore ſumebatur, πάλιν ἀνέκυπτεν ἐς τὰς ῥῖνας, in nares regerebatur. Vbi quædam exemplaria ἀνέκοπτεν etiam legunt, retrudebatur.

Ἀνακυρίωσις grauitatem, autoritatem ſignificat Hippocr. lib. περὶ εὐσχημοσ. (p.16.21.) vbi Medicum in ingreſſu ad ægrum meminiſſe iubet τῆς ἀνακυριώσιος, autoritatis. Quidam actiuè ſumi poſſe contendunt, vt ſit autoritatis conciliatio. Quidam etiam ἀνακρίσιος pro ἀνακυριώσιος legunt, vt Medicum meminiſſe volint interrogationis & ægrorum percontationis, vt exploret ex eorum ſermonib. morbi cauſam & ortum.

Ἀνακῶς φυλακτικῶς exponit Gal. apud Hippocr. in Exegeſi, quod eſt cautè, cum magna cura & obſeruatione. Heſychius ἐπιμελῶς, φροντιστικῶς, ſedulò, diligenter. Sudas quoque ἐπιμελῶς φυλακτικῶς. Legitur autem apud Hippocr. lib. περὶ σαρκῶν, extremo, quod lib. περὶ αἰῶνος attribuunt quidam (p.44.10.) ἢν δέ τις ἀνακῶς θεραπεύῃ. Si quis verò diligentem curam adhibeat. Videtur eſſe Ionica dictio & exponitur in Lexico Herodoteo ἐπιμελῶς, φυλακτικῶς, ſignificatque προνοητικῶς, prudenter. Erotianus autem ἀνακῶς, ἐπιμελῶς καὶ περιπεφυλαγμένως, quod eſt diligenter & cautè apud Hippocr. exponit, additque dictionem eſſe Doricam.

Ἀνακωχεῖν, ſuſtinere, ſuſtentare, fulcire, inhibere, retinere, remorari, aut moræ eſſe ſignificat apud Hippocr. lib. de artic. (p.588.24.) & de lana inuoluta dicitur, quæ in alam demittitur atque ita ſinum explet, ἵνα αὐτῷ ἔρεισμα μὲν τῇ ἐπιδέσει ᾖ, ἀνακωχὴ δὲ τῷ ἄρθρῳ, vt contrà vinculum quidem fulciat, articulum verò inhibeat, hoc eſt retineat ac remoretur. Sic enim hunc locum exponit Erotianus, κατέχεται καὶ ἀνακρατεῖται. Qui etiam hunc locum aliter quàm habeant exemplaria legit, ἵνα τὸ ἔρεισμα αὖ τῇ ἐπιδέσει ἀνακωχὴ ἐς τὸ ἄρθρον. hoc eſt, vt vinculo fulcimento, articulo verò moræ ſit. Quam etiam lectionem adhibuiſſe Galenum ſatis conſtat ex Exegeſi, vbi ἀνακωχή, ἀνοχή, ἀναβάσταξις exponitur, ſuſtentatio, ſublatio, aut retentio ac inhibitio. Hoc eſt vt lana inuoluta & in alam demiſſa, articulum ſubleuet, ſuſtentet ac retineat. Sic enim huic loco appoſitè quadrare hæc explicatio videtur, vt noſtris in lib. de artic. Annotat. ſcripſimus. Eandem verò dictionem iterũ vſurpat Hippocr. lib. de art. (p.608.12.) προσβάλλοντα χρὴ ἐς τὸ χωρίον, ἢ τοὺς δακτύλους, ἢ τὸν ἕνα δάκτυλον, ᾗ ἐξέχει ἀνακωχέειν. admotos ad locum, aut vnum, aut plures digitos, qua parte eminebat, continere oportet, hoc eſt, admotis digitis inhibere, ſuſtinere, fulcire aut repellere. Illic enim ἀνακωχέειν, κατέχειν, κρατύνειν, contrà anniti, obniti, fulcire ac repellere ſignificare videtur. Ἀνακωχὴ autem generali ſignificatione ceſſationem & laxamentum à bello, velut inducias indicat; Interdum tamen retardationem ac moram aut dilationem, vt apud Thucyd. lib. 8. (p.290.) τριβὰς ἔσεσθαι καὶ ἀνακωχὰς τῶν Ἑλληνικῶν, quò Græcorum res remoraretur ac retardaret. Et dicitur ἀνακωχή, ἀνοχή, velut συνοκωχὴ pro συνοχή, vt apud Hippocr. exponit Erotianus. etſi apud eum vitiosè συνοχωκὼς pro συνοκωχὴ legitur. Ἀνακωχεύειν etiã & ἀνακωχεῖν dicitur nauem in alto retinere & inhibere, ſubductisq; velis propter tempeſtatem in anchoris ſtare. ἀνακωχεῖν Heſychio etiam ἀναχωρεῖν exponitur, & ἀνακωχεύοντες ἀναχωρήσαντες, ἢ μετεώρους κατέχοντες τὰς ναῦς. Et ἀνακωχὴ ἀναχώρησις ἐξ τῶν νεῶν, ἢ ἀνάπαυσις, cũ nauis demiſſis velis in tutam ſtationem ſubducitur. Erotianus tamen pro ἀνακωχεῖν ἀναχωρεῖν dicit, cùm de iis nauibus quæ in alto retinentur, ſic ſcribit. τὰς γάρ τοι ναῦς ὅταν μετεώρους σαλεύοντας, ἀνακωχεύειν λέγομεν, ὅτι οὐκ ἀναχωρεῖ. Id Heſychius μετεώρους τὰς ναῦς κατέχειν dicit. Ad eamque translationem mihi reſpexiſſe videtur Hippocr. cùm ſcribit lib. περὶ καρδίης (p.56.7.) ὅκως δὲ μὴ ἀνακωχῇ τὸ σιτίον τὰ ἐνεόντα ἐν τῇ ἀρτηρίῃ ἐν ζάλῃ ἐόν, ἀποκλείει τὴν ἐπ' αὐτὴν κέλευθον. Ne verò quæ in arteria inſunt, cibum in fluctuatione conſtitutum remorentur, viam quæ ad ipſam tendit occluſit, hoc eſt, ne cibum inhibeant, retardent aut retineant, eiusque curſum remorentur, aut ei in mora ſint. Cæterùm videtur ἀνακώχευσις apud Erotianum legi pro ἀνακωχή, vt ſatis apparet.

Ἀναλαμβάνειν vires reſumere, ſe ex morbo reficere ac recolligere ſignificat, & quaſi reſtaurari ac renutriri. Lib. 2. περὶ γυναικ. (p.267.28.) ἀπὸ τῆς διαί-

τῆς διαίτης ἢ τῆς φαρμακοποσίης λεπτυνθεῖσα, ἣν μὴ δύνηται ἀναλαμβάνειν, ex victus ratione & medicamentorum potione attenuata, ſi ſe reficere nequeat aut renutriri. In Coac. Præn. (p. 427. 19.) οἱ ἐκ μακρῶν ἀναλαμβάνοντες, qui ex longa valetudine ſe recolligunt, conualeſcũt, aut vires reſumunt, ἐκ τῶν νούσων ἀνιστάμενοι dicuntur aph. 32. lib. 4. Sic ἀναλήψιες ægrorum refectiones ſignificant, cum ex morbo recreantur & conualeſcunt, aph. 27. lib. 4. ἐν τῇσιν ἀναλήψεσι ἢν αἱ κοιλίαι καθυγραίνονται, iis cùm reficiuntur alui humectantur. Ἀνάληψις autem in vinculorum ratione membri deligati exceptio, retentio ac ſuſpenſio dicitur; vbi læſum membrum & deligatum in mitella collocatur, vt brachium. Tunc enim vinculum aliquod ſuperinijcitur, & membrum ſuſpenditur, ne faſcia ad partes decliuiores delabatur, néue ad gibbas aut incuruatas ſurſum recurrat. Gal. Com. 2. in lib. κατ' ἰητρεῖον (p. 681. 5.) Eſtque ἀνάληψις velut membri aſſumptio ac apprehenſio, cùm membrum deligatum ita aſſumimus, aut ad nos adducimus vt contineatur, non elabatur. Et ἀναλαμβάνειν retinere ac colligere etiam ſignificat. Poteſt & reſumere dici, cùm tota veluti deligatio reſumitur & altero veluti vinculo cõtinetur, colligitur aut apprehenditur. Lib. κατ' ἰητρεῖον (p. 680. 58.) περιβάλλειν δὲ καταλήψιος μὲν τῶν περὶ ταῦτα ἕνεκα, ἀναλήψιος δὲ τοῦ σύμπαντος ἐπιδέσμου ἐν τοῖσιν ἀπηρτημένοισι καὶ καταφερέσι τοῦ σώματος, οἷον τὸ ἄνω καὶ τὸ κάτω τοῦ γούνατος. Inſuper quoq; circumdare vinculũ quoddam oportet, ad ea quidem comprehendenda quæ circum articulos ſunt, tum verò ad retinendam totam deligationem in iis corporis partibus quæ quieſcunt & demiſſiores ſunt, velut ſupra & infra genu. Ibidem (pag. 681. 56.) εὐαναλήπτως ἔχειν aptè retineri poſſe ſignificat, & ῥάμματα τὰς ἀναλήψιας ποιέοντα, filis retineri. Lib. de fract. (p. 530. 51.) ἀναλαμβανομένη ἡ χεὶρ, manus quæ ſuſpenſa retinetur, hoc eſt, mitella excipitur. Et rurſus (p. 538. 51.) ὁ δὲ ἐπιδεδεμένος ἐν ταινίῃ ἐπὶ τὴν χεῖρα ἐχέτω ἀναλελαμμένην, deligatus mitella manum exceptam & ſuſpenſam habeat. Iterum (p. 552. 48.) ἀναλαμβανέσθω ἡ χεὶρ, manus excipitur, ſuſpenſa retinetur, ſuſpenditur. Ἀνάληψις autem θέσεως genere comprehenditur, vt ſcribit Gal. com. 2. in lib. κατ' ἰητρεῖον, & manus deligatæ depoſitionem ſignificat, cùm in lata mitella collocatur, quæ totum cubitum excipit. Sic enim Galenus ibidem (p. 686. 53.) ἀνάληψιν μὲν ἐπὶ χειρὸς ὀνομάζει, τὴν μετὰ τὴν ἐπίδεσιν ἀπόθεσιν αὐτῆς, ἐν πλατείᾳ ταινίᾳ παραλαμβανούσῃ πάντα τὸν πῆχυν. Et ἀνάληψις ac θέσις ſæpe iunguntur, vt ibidem (v. 19.) & ἀναλελάμφθαι & κεῖσθαι (v. 59.) Quem certe mihi locum ſubindicare videtur Erotianus cum ἀναλελάφθαι ἀνακεῖσθαι exponit, niſi quòd ἀναλελάφθαι ſcriptum eſt, vt & apud Heſychium. Eaque ratione lib. de art. (p. 643. 39.) ἀναλήψιας ποιέειν de membrorum depoſitione ac exceptione dicitur, vt & χωλωμάτων ἀνάληψις, claudicantium depoſitio, exceptio, cùm deprauatum membrũ deligatione ad ſtatũ naturalem & rectum reducitur, in eoq; retinetur & collocatur. Ἀναλήμματα etiam dicuntur lib. κατ' ἰητρεῖον (p. 699. 34.) eadem notione qua ἀναλήψιες, ſuſpenſiones & appẽſiones quæ membrum fractum continent & ſubleuant.

Ἀναλδὴς, ἄτροφος, ἀναυξὴς, incrementum non accipiens, non creſcens, exponit Gal. apud Hippocr. à verbo ἀλδέω quod augeo ſignificat. Sic ἀναλδέες ἀναυξεῖς exponit Erotianus, non augeſcentes, non creſcentes, quod de fructibus dicitur. Lib. de aëre, loc. & aq. (p. 77. 15.) οἵ τε καρποὶ γινόμενοι αὐτόθι πάντες ἀναλδέες εἰσί, fructusq; omnes illic naſcentes nullum incrementum accipiunt. Eum enim locum ab Erotiano ſubindicari minimè eſt dubium. Vbi tamen ἀναλθέες paſſim legitur, à quibuſdam etiam ἀναλθεῖς. Eſt autem ἀναλθὴς inſanabile, ἀνυγίαστον, inſalubre. Qua ratione inſalubres fructus illic vertit Cornarius. Etſi ἄναλδον quod eſt idem quod ἀναλδὴς, Heſychius ἀναυξὲς, ἄτροφον, ἀνυγίαστον exponit. Quidam etiã ἀναλθὴς pro ἀναλδὴς ſumi poſſe contendunt, quòd ἄλθαιν αὔξειν exponat Heſychius, vt & θεραπεύειν & ὑγιάζειν. Quædam etiam exemplaria ἀναλθὴς pro ἀναλδὴς apud Gal. legunt. Verùm ἀναλθὴς ſuum poſtea accipiet locum & explicationem. At ἀναλδὴς quonam alio loco poſitum reperiatur apud Hippocr. nondum mihi liquet. Quare aut mihi ſuſpecta videtur Gal. lectio, & pro ἀναλδὴς, ἀναλδέες & ἄτροφοι, ἀναυξεῖς legendũ, aut certe ea de re ampliandũ.

Ἀναλθὴς incurabile, inſanabile, immedicabile ſignificat, vt lib. de art. (p. 647. 33.) ἑλκύδριον ἐγκαταλειφθῆναι κίνδυνος ἀναλθὲς, periculum eſt ne inſanabile vlcuſculum aliquod relinquatur. Heſychius ἀναλθὲς, ἀνίατον, ἀνυγίαστον, & ἀθεράπευτον exponit. At qui ἀναλθὴς in Exegeſi pro ἀναλδὴς legunt, reliquam ſignificationem quę adſcribitur, huic loco minimè quadrare poſſe ſatis intelligunt.

Ἀναλίσκειν cõſumere, inſumere ſignificat & concoquere, de cibis dicitur qui aſſumũtur. Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 7. 25.) ἢν τὰ αὐτὰ σιτία ἃ μεμαθήκει ἅπαξ ἀναλίσκειν, ſi cibos quos ſemel ſumere conſueuerant. Et rurſus (v. 30.) ἀναλίσκειν ἢ οὐ δυνατὸς ὁ ἀριστιζόμενος, ἃ πρόσθεν ἐδείπνει, nec cibos quos in cœna aſſumpſit concoquere poteſt, qui prandio aſſueuit. Eadem fere ratione menſas cõſumere dixit Maro. At ἀνάλωσις ἐγκεφάλου cerebri cõſumptio & imminutio dicitur lib. 6. Epid. ſect. 3. aph. 1. μείωσιν exponit Galenus, cum cerebrum ſiccius redditum ad oſſa ſincipitis ſubſidit & in ſe contrahitur, minoremq; locum occupat, & à ſincipite abſcedit, vt in caluitio contingit.

Ἄναλκις ſcribit Erotianus quoſdam τὸ ἄνανδρον καὶ ἀδύνατον apud Hippocr. exponere, quod eſt imbelle & imbecillum, melius tamẽ τὸ ἀβοήθητον inaudire, quod eſt ſine auxilio. ἀλκὴ enim apud Hippocr. ἡ βοήθεια dicitur auxilium. Heſychio quoque ἄναλκις ἀδύνατος, ἀσθενὴς, & ἀναλκὴς, ἄνανδρος, ἀσθενὴς exponitur. Locus Hippocr. eſt lib. de aëre, loc. & aq. (p. 77. 33.) διὰ ταύτας ἐμοὶ δοκέει τὰς προφάσιας, ἄναλκις εἶναι τὸ γένος τὸ

Ἀ'ναιδεῖν. Quas ob cauſas Aſiaticorum genus vniuerſum ope omni deſtitutũ eſſe mihi videtur, hoc eſt, auxiliaribus & militaribus copiis, aut bellica gloria. Sic enim ex Erotiani ſententia ſumi videtur. Interpretes tamen omnes imbelle genus Aſiaticorum non malè dixerunt, hoc eſt, inſtrenuum & ignauum.

Ἄ'ναλις annotatur ab Erotiano eſſe βοτάνης ὄνομα herbæ nomen apud Hippocr.

Ἀ'νάλμυρα Gal. apud Hippocr. ἄναλα ἢ ὐχ ἁλμυρὰ, inſulſi, aut non ſalſi exponit, additque Dioſcoridem coniunctim ſic legere, plerosque verò diſparatè.

Ἀ'ναλογισμὸς eſt ratio rei obſcuræ cognitionem ab euidenti adferens, Dogmaticorum propria, vt ἐπιλογισμὸς Empiricorum. Quæ quòd fiat ex comparatione & perceptione cauſarum iunãtium per ſimilitudines, ἀναλογισμὸς ὅτι σύγκρισις ἢ κατάληψις αἰτίων ἀφικνοῦνται ὁμοιότητα. Gal. lib. de optima ſecta (p. 20. 16.) Eſt etiam ἀναλογισμὸς ratiocinatio Dogmaticorũ propria, quæ fit per tranſitum ad ſimile, eaq; vtũtur velut Empirici τῇ τοῦ ὁμοίου μεταβάσει. Ibidem (p. 23. 55.) & lib. de Sectis ad eos qui introducuntur (p. 12. 16.) Lib. de Subfiguratione Empirica ἀναλογισμὸς dicitur ratio Dogmatica rerum occultarum, vt ἐπιλογισμὸς rerum eſt euidentium ratio Empirica.

Ἄ'ναλον exponit Gal. apud Hippocr. τὸ, τι χωρὶς ἁλῶν ἢ ὐχ ἁλμυρὸν, ſine ſale & non ſalſum. Eaq; dictio crebrò vſurpatur Hippocrati, vt lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 236. 37.) τὸ πτύελον ἄναλον dicitur ſputum inſulſum. Lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 224. 12. & lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 270. 44) ἄλφιτα ἄναλα, polenta inſulſa. Sic κυκεὼν ἄναλος cyceon inſulſus lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 237. 9. & lib. 2. (p. 280. 41.) Lib. 2. de Morb. (p. 153. 13.) διδόναι δὲ ῥοφάνειν ἔτνος ἄναλον, pulmentarium ex leguminibus freſis confectum ſine ſale ſorbendum dato. Rurſus ibidem, σιτίοισι διαχρῆσθω ὡς μαλθακωτάτοισιν ἀνάλτοισι. cibis vtatur molliſſimis, inſulſis. Et ibidem (v. 47.) σιτίοισι δὲ χρῆσθω ἀνάλτοισι, cibis verò inſulſis vtatur. At ἄναλον ἄλφιτον aliter Erotianus apud Hippocr. ſumit, τὸ μικρὸν ἢ ἀναυξὲς exponens, (vt antea ſcripſimus) quod etiam fecit Heſychius. Suidas quoque τὸ ἄναλτον τὸ ἀπλήρωτον ἢ ἀκόρεστον inexplebile aut inſatiabile apud Homer. ſignificare cõtendit. Quod etiã annotat Varinus.

Ἀ'ναμὶξ, permixtim, mixtim & promiſcuè ſignificat. Heſychius ἀναμεμιγμένως exponit. Lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 288. 24.) ὡς ἄριστα ταῦτα ἀναμὶξ ποιέειν, quàm optimè hæc permiſcenda.

Ἀ'νάμνησις τῆς κενώσεως dicebatur vacuationis recordatio Empiricis familiaris, vacuationem indicãs, vt in ſyndrome plethorica ſymptomatum omnium plethoram indicantiũ concurſus, phlebotomiam & vacuationem ſuadens. Gal. lib. de plenit. (p. 349. 15.)

Ἀ'ναν͂δριεῖς dicuntur effœminati, euirati, qui apud Scythas εὐνουχίαι fiunt & caſtrati, ideoque ad generationem inepti redduntur, neq; virorum munia obire queunt. Lib. de aëre, loc. & aq. (p. 79. 25.) Vbi pro ἀνανδριεῖς, ἐνάρεες ex Herodoto in Thalia legi vult Mercurialis lib. 3. Variar. lect. cap. 7. quòd Scytharum Vates Androgynos faciat Herodotus & ἐνάρεας dici ſcribat. Etſi ἐνάρεας apud Ionas eſſe bellatores quidam adſcribunt.

Ἄ'νανδροι γυναῖκες dicũtur Hippocrati mulieres innuptæ, quæ virum non habent neque eum expertæ ſunt, lib. 1. περὶ γυναικ. (234. 15.) τοῦτο δὲ τὸ νόσημα γίνεται μᾶλλον τῇσιν ἀνάνδροισι, hic vero morbus iis quæ virum non ſunt expertæ potius contingit. ἄνανδρος autem exponitur Heſychio ἀσθενὴς, imbecillus.

Ἀ'ναξυρὶς fœminale ſignificat aut femorale ſeu ſubligaculum. Braccam denotare Euſtathius ſcribit, & quod Romani βρακίον dicunt, ἐκ τοῦ ἀνασύρεσθαι, mutato σ in ξ. Heſychius quoque ἀναξυρίδας φημινάλια, βρακία βαρβαρικὰ exponit. Idem etiam ἔνδυμα ποδῶν, & ὑποδήματα βαθέα ἢ βασιλικὰ explicat, vt & Lexicum Herodotæũ, quales ferè ſunt alti ſocci & ocreæ, quæ non ſolum pedem ſed etiam crura & femora tegunt. Ideoque Pollux ἀναξυρίδας & σκελέας idẽ eſſe ait. Idem quoq; capitis ornamentũ Perſicum eſſe ſcribit, lib. 7. cap. 13. & ἀναξυρίδα κυρβασίαν, ἢ κίδαριν, ἢ τιάραν dici. Sumuntur verò ἀναξυρίδες apud Hippoc. lib. de aëre, loc. & aq. (p. 80. 7.) pro braccarum genere aut ſubligaculo quo Scythæ vterentur. Athenæus lib. 3. (p. 39.) ex lib. 1. hiſtoriarum Herodoti ἀναξυρίδας σκυτίνας ponit, quæ pro ſoleis coriaceis ſumi videntur.

Ἀ'νάπαλιν è contrario, ex aduerſa parte, è diuerſo ſignificat, cui τὸ κατ' ἴξιν & τὸ κατ' εὐθὺ τοῦ πεπονθότος μορίου, quod fit ſecundum rectitudinem, aut directò ad locum affectum opponitur, vt ſcribit Gal. Com. in aph. 21. lib. 1. & Com. 1. in Progn. (p. 132. 13.) & Com. 3. in Prorrh. (p. 211. 17.) Quibus in locis hæmorragias damnari ſcribit Gal. & malo eſſe quæ ἀνάπαλιν fiant, hoc eſt, ex aduerſa parte, velut ſi liene intumeſcente & malè affecto ſanguis ex dextra parte profluat, quod in Prorrh. dicitur αἷμα ἐπὶ σπληνὶ μεγάλῳ ἐκ δεξιοῦ ῥέον, & repetitur in Coac. Præn. (p. 433. 27.) Ἀ'ναπαλινδρομεῖν recurrere ſignificat & de faſcia dicitur quæ circumuoluta ad eum locum recurrit, in quem prior faſcia deſinebat. Lib. de fract. (pag. 533. 27.) ὡς ἂν αὐτέῳ ἱκανὸν γένηται τὸ ὀθόνιον ἀναπαλινδρομεῦσαι κάτω, ἵνα περ τὸ ἕτερον ἐτελεύτησεν. vt tibi faſcia eò recurrere poſſe videat', vbi altera deſiit. Ἀ'νάπαλιν exponit Heſyc. ἐκ τοῦ ἐναντίου, πάλιν.

Ἀ'ναπαύεσθαι quieſcere, otiari, ceſſare ſignificat. Libro de rat. vict. in morb. ac. (p. 68. 48.) ἢ γὰρ ἢν ὅλον τὸ σῶμα ἀναπαύσηται πολὺ παρὰ τὸ ἔθος. Etenim ſi totum corpus multum præter conſuetudinem quieuerit. Rurſus ibidem (p. 109. 44.) κἢν διψῶ, ὑδαρέα οἶνον λευκὸν ἢ γλυκὺν ἐπιπιόντα ἀναπαύεσθαι· ἢν δὲ μὴ ἐγκοιμηθῇ, πλείω ἀναπαύεσθαι. Quòd ſi ſitiant, epoto vino aquoſo albo aut dulci quieſcant; Si verò nõ dormierint, amplius quieſcant. Sic aph. 48. lib. 2. τὸ διαναπαύειν quieſcere & otiari ſignificat, & κινήσει τοῦ σώματος opponit'. Ἀ'νάπαυσις quoq; aph. 13. l. 4. otiũ aut quietẽ & ab exercitatione vacationẽ ſignificat, ἡσυχίαν ἢ ἀγυμνασίαν expon. Gal. & exercitationi opponit'. Lib. quoq; περὶ φύσ.

φύσ. ἀνθρωπ. (pag. 17. 32.) ἀνάπαυσις ταλαιπωρίῃ medetur & opponitur, otium labori & fatigationi. Lib. περὶ ἰητρῦ (p. 13. 24.) ἀνάπαυσιν laxamentum dolorum & requietem ſignificat. ὁ δὲ διαλείπων, ἀνάπαυσιν ἔχει τινὰ πόνων τοῖς θεραπευομένοις, qui verò intermittit, horũ (dolorum) aliquod laxamentum iis qui curantur exhibet.

Α'ναπεπταμένοι dicuntur Galeno lib. de Tremore palp. & rig. (p. 367. 17.) expanſi, laxati, languidi aut expreſſi, & quibus laxata cutis eſt & vires exolutæ.

Α'ναπίνεσθαι reſorberi, abſorberi, exugi ſignificat Hippocrati & de pure dicitur quod medicamentis deſiccantibus abſumitur & exugitur. Lib. de art. (p. 609. 34.) πολλὰ γὰρ τῶν δοκεόντων ἐκπυΐσκεσθαι ἀναπίνεται ποτε, μὴ μηδὲ τῳ καταπλάσσεσθαι, Multa enim ex his quæ ſuppurare videntur, quandoque etiam nullo adhibito cataplaſmate abſorbentur, hoc eſt, abſumuntur, diſcutiuntur, aut digeruntur. ἐκδαπανᾶται καὶ διαφορεῖται exponit Galenus. Rurſus ibidem (p. 426. 1.) ἕως ἂν ξηρανθῇ μὲν καὶ ἀναποθῇ πως τὸ ἐκχύμωμα τὸ ἐν τῷ θλάσματι γενόμενον, quoad quæ in contuſo facta eſt humoris effuſio, exiccata & abſorpta fuerit, hoc eſt, abſumpta & diſcuſſa.

Α'νάπλασις dicitur Hippocrati cõformatio, membri fracti reſtitutio & reſtauratio, compoſitio, reparatio, ita vt fracturę extrema ſeſe mutuò contingant, & partes è directo ſtatuantur, vt ſcribit Gal. Com. 1. in lib. de fract. & idem quod διάπλασις. Lib. κατ' ἰητρεῖον (p. 694. 16.) πρῆξις δὲ καὶ διάτασις, καὶ ἀνάπλασις, καὶ τὰ ἄλλα κατὰ φύσιν. Exhibitio autem, diſtentio, conformatio, cæteraq; ſecundum naturam accommodata eſſe debent. Vbi ἀνάπλασις διάπλασις Galeno exponitur. Atq; hic mihi locus ſubindicari in Exegeſi videtur, ſi modo integra ſit lectio, & ἀνάπλασις & διάπλασις legatur, nõ ἀναπλάξεις & διαπλάξεις vt habent omnia exẽplaria, quædam etiam ἀναπλάζεις & διαπλάζεις. Eſt & ἀνάπλασις τῶν σαρκῶν carnium efformatio, reſtauratio, reparatio, cùm partes extenuatæ & alimento deſtitutæ carne implentur, quod fit per renutritionem. Lib. κατ' ἰητρεῖον (pag. 700. 17.) τὴν αὔξησιν καὶ ἀνάπλασιν τῶν σαρκῶν incremẽtum & carnium reſtaurationem coniungit Hippocrates.

Α'νάπλευσις ὀστέου oſſis fluctuatio dicitur Hippocrati & exundatio, cùm os pure imbutum innatat aut fluitat, velutiq; reſtagnãte humore ac exundante facilè corrumpitur, vnde etiam ſyderatur & decidit. Eſt enim ἀναπλέω aut ἀναπλεῖν innatare & fluitare aut exundare, ἐμπυΐσκεσθαι. In Coac. Prænot. (p. 431. 4.) τὰ περὶ γένυας ἀλγήματα σφόδρα, κίνδυνος εἰς ὀστέου ἀνάπλευσιν ἐλθεῖν. In vehementibus circa maxillas doloribus, periculum eſt vt os fluctuet, educatur aut decidat. Maxilla enim pure promptè imbuta, innatat ac fluitat, vnde corrumpitur ac decidit. Hanc igitur humoris redundantiam ac veluti reſtagnationem, ἀνάπλευσιν velut oſſis fluctuationẽ vocat. Cornarius oſſis eductionem ex rei cõſecutione dixit. Lib. etiam 4. Epid. (p. 329. 46.) eadẽ locutio vſurpatur. τῷ παιδίῳ τῷ φαγεδαινωθέντι, ὀδόντες οἱ ὑποκάτω, καὶ τῶν ἄνω, καὶ τῶν κάτω οἱ ἐμπρόσθιοι, ἀνέπλευσαν. Puero vlcere exedente (phagedęnas vocant) affecto, inferiores dentes, & ex ſuperioribus ac inferioribus primores exundabant, hoc eſt, eroſi & corrupti deciderunt. Vbi quidam ἀνέπνευσαν pro ἀνέπλευσαν legunt. Sic ἀναπλεῖν de oſſis ſquamula ab oſſe reſoluẽda & emerſura dixit Paulus cap. 107. lib. 6. ἐφ' ὧν δὲ λεπὶς ἀναπλεῖν μέλλει, in quibus verò teſta emerſura eſt. Α'νάπλεον Erotianus apud Hippocratem τὸ κοῦφον καὶ ἔχον εὐρυχωρίαν τινὰ exponit, leue & quod capacitatem quandam habet, velut in ſummo fluitans, quod in abundantia contingit, velut rebus omnibus circonfluere & abundare Verrem dicit Tullius lib. 5.

Α'ναπλῶσαι ὀστέα dicũtur Hippocrati oſſa quæ explicantur & educuntur, dum dehiſcũt & expanduntur, aut recedũt & velut ſyderata decidunt. Lib. de fract. (p. 563. 56.) τὰ δ' ἐπίδοξα ἦ ἀναπλῶσαι, quæ educi poſſe ſpes eſt, aut opinio eſt & expectatio vt educantur & recedant. Vbi tamen ἀναπλῶσαι pro ἀναπλεῦσαι ſumi poteſt, vt apud Herodotum. Etſi illic ἀναπλῶσαι quidam de vinciendi ratione quæ ſimplicibus fracturis accommodatur intelligũt, velut de iis quibus ſimplici modo oſſa fracta ſunt, ibidem (pag. 559. 31.) ἀναπλῶσαι τοὺς τοιούτους dicit Hippocr. hoc eſt, eos ſimpliciter curare licet, & ea curandi ratione quam καταγματικὴν vocant, aut deligatione quæ ſimplici fracturæ debetur, vt ἀναπλῶσαι quod eſt explicare & expandere per tranſlationem ſumatur, velut ſi quis duplicata aut conuoluta explicet.

Α'ναπνεῦσαι reſpirare ſignificat, ſpiritum ducere & trahere, & dicitur de ægris ſpirantibus, interdum etiam de doloris induciis, vt à metu & morbo reſpirare ac recreari. Prorrh. 2. (p. 418. 12.) πολλὰ δὲ τῶν τρωμάτων, ἐν χωρίοισί τε εἶναι εὐήθεσι, καὶ αὐτὰ οὐδὲν δεινὰ φαινόμενα, οὕτως ὀδύνησιν ἡ πληγὴ, ὥστε μὴ δύνασθαι ἀναπνεῦσαι. Non pauca autem vulnera quæ in contemnẽdis locis ac nulla re formidabilia eſſe videntur, in iis tanto dolore plaga cruciat, vt ægri reſpirare nequeant. Vbi ἀναπνεῦσαι tam de ſpiratione quã de doloris ceſſatione intelligi poteſt. Ideoq; etiam quædam exẽplaria illic ἀναπαύεσθαι pro ἀναπνεῦσαι habent. Sic Aretæo ἀνάπνευσις τοῦ κακοῦ mali reſpiratio & ſolamen dicitur, Cap. 1. lib. 2. de cur. ac. morb. & Homerus Il. λ. (ver. 800.) ὀλίγη δέ τ' ἀνάπνευσις πολέμοιο, parua autẽ à bello reſpiratio, & ἀναπνεύσωσι δ' ἀρήϊοι υἷες Α'χαιῶν τειρόμενοι. reſpirent autem bellicoſi Achiui, conſumpti. Α'νάπνευσις etiam idẽ quod ἀναπνοὴ & reſpirationẽ ſignificat quæ aëris inſpiratu & expiratu cõſtat. Sic enim Gal. Cõ. in lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (p. 30. 23.) ἀναπνοὴν eſſe dicit, τὴν διὰ τοῦ στόματος ἔξω τε καὶ εἴσω φορὰν τοῦ πνεύματος, cũ ſpiritus intrò & foras per os fertur. At lib. 3. de morb. (p. 159. 15.) ἀνάπνευσιν ſpiraculum aut emiſſarium ad tranſpirationẽ factum ſignificare videtur. καὶ ταμὼν ἀνάπνευσιν ποιέειν, & ſectione facta trãſpirationẽ efficito.

Ἀνατρῆσαι Galenus apud Hippocr. ἀνατρῆσαι ἐκτρῆσαι exponit, perterebrare, perforare, perfodere, ab ἀνατράω per ſyncopen, pro ἀνατετράω. Heſychius etiam ἀνατρῆσαι ἀναφυσῆσαι, inflare exponit ab ἀνατρήθω.

Ἀναπτύειν expuere ſignificat, pus ſpuitione reiicere & expurgare. In Coac. Prænot. (p. 435. 20.) οἱ ἐκ πλευριτίδος ἔμπυοι γενόμενοι, ἐν τῇσι μ' ἡμέρῃσιν ἀναπτύουσιν ἀπὸ τῆς ῥήξιος. Qui ex morbo laterali ſuppurati fiunt, in quadraginta diebus à ruptione pus expuunt. Eſt igitur ἀναπτύειν idem quod ἀποπτύειν. ἀνακαθαίρεσθαι dicitur aph. 15. lib. 5. In Progn. (pag. 143. 17.) & Coac. Prænot. (p. 435. 21.) ταχέως τε ἀναπτύεσθαι καὶ εὐπετέως dicitur, tum citò, tum promptè exſcreari, ſpuitione reiici.

Ἀναπτύσσεσθαι expandi, explicari, extendi ſignificat. Lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 210. 5.) τὸ ἧπαρ οἰδίει καὶ ἀναπτύσσεται πρὸς τὰς φρένας ὑπὸ τοῦ οἰδήματος. iecur intumeſcit, tumorque ad ſeptum tranſuerſum expanditur, hoc eſt, extenditur. Ibidem rurſus (v. 13.) καὶ ὅταν τὸ ἧπαρ μᾶλλον ἀναπτυχθῇ πρὸς τὰς φρένας, cumque iecur ad ſeptum trāſuerſum magis expanſum fuerit. Pro quo ἀναπτυχθῇ legitur lib. περὶ κρισίμων (p. 388. 21. & 29.) vbi iſta repetuntur.

Ἄναρθροι dicuntur homines craſſi, carnoſi, articulis non apparentibus, quiq; non diſtinctis ſunt articulis, hoc eſt, informes præ craſſitie. Lib. de aëre, loc. & aq. (p. 81. 8.) ἐνταῦθα καὶ οἱ ἄνθρωποι σαρκώδεις εἰσὶ καὶ ἄναρθροι. Illic homines carnoſi ſunt, articulis non diſtincti. Quibus paulò pòſt ἰσχνοὺς καὶ διηρθρωμένους, graciles & articulis probè diſtinctos opponit. Ibidem (p. 78. 44.) καὶ ἄναρθρα καὶ ὑγρὰ καὶ ἄτονα, & iuncturæ eorum humectæ & eneruatæ. Vbi ἄναρθρα aut etiam ἄνοιδα quidam legūt ad τὰ εἴδεα referentes. Hanc autem locutionē eodem libro explicat (p. 77. 19.) τά τε γὰρ μεγέθη μεγάλοι, τά τε πάχεα δὲ ὑπερπαχέες. ἄρθρον τε κατάδηλον οὐδέν, οὐδὲ φλέψ. Sunt enim ingentis magnitudinis craſſitieque valde excedunt, neque iuncturæ eorum vllæ, neque venæ comparent.

Ἀναρίστησις prandij detractio dicitur lib. περὶ ἐνυπνίων (p. 109. 13.) ἀλλὰ χρὴ τοῖσι ἐμέτοισι, καὶ ἀναριστίῃσι, καὶ τοῖσι πόνοισι, καὶ τοῖσι ξηροῖσι διαιτήμασι χρῆσθαι. Verùm vomitibus & prandij abſtinentia, & laboribus & ſicco victu vtendum. Ibidem (p. 107. 32.) περιπάτους ἀναρίστους vocat deambulationes citra prandium.

Ἀναῤῥήγνυσθαι diſrumpi, diffringi, diſſecari, refringi, rurſus rumpi dicitur. Lib. de fract. (p. 546. 25.) πολλάκις ἀναῤῥηγνύμενα in calcis ſyderatione dicuntur, quæ ſæpe diſrumpuntur aut crebrò recrudeſcunt. Paulo etiam ἀναῤῥηγνύμενα ἕλκεα ſunt vlcera cicatrice præpoſterè obducta, quę rurſus inflāmatione facta rumpuntur & recrudeſcunt. Velut ruptam puſtulā dicit Tibullus Eleg. 3. lib. 3. Læderet & teneras puſtula rupta manus. In Coac. Præn. (p. 437. 27.) ἀναῤῥήγνυσθαι οὐλὴ dicitur de cicatrice quæ refricatur, reſcinditur aut rumpitur. ὅπως δ' ἂν ἀσθενὴς ἔνδοθεν ἡ οὐλὴ γίνηται, ῥηιδίως ἀναῤῥήγνυται. Quibus autē interni vulneris cicatrix debilis euaſit, prōptè reſcinditur. Lib. 1. de morb. (p. 135. 35.) ἀναλκοῦται dicit eadem in re, hoc eſt, reulceratur, aut vlcus refricatur & refringitur. Ibid. etiā (p. 136. 2.) vena intus ſauciata vbi coaluerit & ſana eſſe videat, ἀναῤῥήγνυται ἑτέρῳ χρόνῳ, alio tēpore refringitur, aut aliàs iterū rumpitur.

Ἀνάῤῥινον, τὸ διὰ τῶν ῥινῶν παλινδρομοῦν, per nares rediens, exponit Gal. apud Hippoc. in Exegeſi. Idemq; annotat quoſdam diuiſim legere ἀνὰ ῥινὸν, vt ſit idem quod ἀνὰ τὸ δέρμα per cutem. Quidam etiam ἀνάῤῥινον idem quod ἀντίῤῥινον ſignificare ſcribunt.

Ἀναῤῥοπίη, Vide Καταῤῥοπίη.

Ἀνασηκῶσαι repēdere ſignificat, reſarcire, adæquare, addere quod deeſt ἀνταποδοῦναι. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 59. 25.) ἀνασηκοῦσθαι τὴν μεταβολὴν dicitur mutationē rependere, hoc eſt, veluti quadā altera mutatione mutationi ipſi auxiliū ferre, aut viciſſitudine quadam eam retaliare & iuuare, ξυμφέρει οὖν τουτέοισιν ἀνασηκῶσαι τὴν μεταβολήν. Iis igitur conuenit mutationē rependere, hoc eſt, veluti noua quadā mutatione reſarcire. His enim qui prandere nō cōſueuerant, ſi prāſi fuerint, velut altera mutatione cōſulit, adiecto ſomno pomeridiano, qui nouæ mutationis noxiā & ventriculi laborē aut grauitatem quiete rependat aut reſarciat. Ἀνασηκοῦν προσθεῖναι τὸ ἐλλεῖπον dicitur, quod deficit addere.

Ἀνάστασις contractio dicitur, videturq; hoc nomine vētriculi contractio intelligi, cū ſeſe colligit & contrahit vt cibū amplectatur & concoquat. lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 7. 37.) αἱ δὲ τοιαῦται κοιλίαι πολλῷ τε βραδύτερον πέσσουσι, καὶ πλείονος δέονται ἀναστάσιός τε καὶ ἡσυχίης. Eiuſmodi verò ventres tardiſſimè concoquunt, & maiore contractione ac quiete indigent. Sed ἀναπαύσιος legi malim, vt legūt omnes interpretes & Aſulanus, vt ſit, maiore ceſſatione & quiete indigēt, hoc eſt, in otio & quiete ſunt diutius continendi, vt facilius concoquant. ἀνάπαυσις enim τῇ κινήσει opponitur, vt quieti otium quod antea ſcripſimus.

Ἀνασπογγίζειν ſpongia detergere ſignificat. Lib. de Vlceribus (p. 513. 19.) ἀνασπογγίζειν δὲ τὸ ἕλκος πολλάκις σπόγγῳ, ſæpius verò vlcus ſpongia abſtergere, emundare. ἀνασπογγίζειν εἰρίῳ frequenter dicitur Hippocr. quod eſt lana excipere, aut medicamentum aliquod lana velut ſpongia excipere & extergere, aut lanam medicamento imbuere, quod δι' ἐρίου μαλακοῦ σπογγίζειν dicit Gal. lib. 3. de Compoſ. med. κατὰ τόπ. (p. 187. 50.) lana molli excipere. Lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 218. 39.) ὕστερον ὕδατι φυρήσας βάλανον ἐν εἰρίῳ ἀνασπογγίζων, demum cerulam aqua ſubactam lana exceptam ſubdito. Sed lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 260. 17.) vbi eadem repetuntur, legitur, ἢ ἀψίνθιον ἐν ὕδατι τρίβων, εἰρίῳ δὲ ἀνασπογγίζας, aut abſinthium aqua ſubactum lana exceptum ſubdito. Libro etiam περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 219. 42.) σκαμμωνίην τρίψας ἐν γάλακτι γυναικείῳ ἐν εἰρίῳ ἀνασπογγίσας προσθεῖναι. Scammonium in lacte muliebri tritum, lana exceptum peſſo adhibe. Et (p. 221. 32.) ᾠοῦ τὸ λευκὸν ῥοδίνῳ μύρῳ ἀναφυρήσας εἰρίῳ ἀνασπογγίσας πρόσθες, oui candidum roſaceo

vnguento

vnguēto ſubactum ac lana ſubactum in peſſo apponito. Rurſus (p. 226. 11.) ϲυπτηρίαν λείαν τρίψας, διεὶς μύρῳ εἰρίῳ ἀναϲπογγίζων προϲτιθεῖ. alumen tritum vnguento dilutum lana exceptū in peſſo apponito. Ibidem (v. 20.) λιβανωτὸν & γλήχωνα λεῖον ποιήϲας, ἀναδεύσας μέλιτι, εἰρίῳ ἀναϲπογγίζων, προϲτιθεῖ. thus & pulegium tritū, melle ſubactum & lana exceptum in peſſo apponito. Et (p. 227. 29.) ἡ γυνὴ προϲτιθέϲθω, εἰρίῳ ἀναϲπογγίζουϲα mulier lana excepta peſſo ſubdat. Pro quo eadem in re lib. 1 περὶ γυναικ. (p. 253. 39.) legitur, προϲτιθεῖ τῷ εἰρίῳ ἀναλαμβάνουϲα, lana excepta peſſo ſubdito. Lib. etiam 1. περὶ γυναικ. (p. 238. 48.) εἰρίῳ ἀναϲπογγίζων προϲτιθεῖ, lana exceptum (alumen) peſſo ſubdito. Lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 284. 1.) ἀποϲπογγίϲαϲθαι χνοῦ ἀπὸ ὀθονίων λεπτῶν, ramento ex tenuibus linteis deraſo excipito, pro ἀναϲπογγίζειν dicitur.

Ἀνάϲσυτος ἀὴρ, aër ſurſum prorumpens, proſiliēs, impulſus dicitur apud Hippocr. lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 269. 22.) & ἀνάϲσυτος ἴῃ ὁ ἀὴρ βιώμενος, & ſurſum impulſus aër violenter feratur, hoc eſt, vi & ægrè prorumpat, exiliat aut impellatur, cùm vteri ad cor progreſſi liberam reſpirationem impediunt & ſuffocationem afferunt. Sic enim legiſſe Erotianum apparet, apud quē ἀνάϲσυτος ἀνόρμητος exponitur. Quædam tamen exemplaria manu ſcripta ἀνάϲιτος habent, alia etiam ἀνάϲυρτος. Verùm vitioſa ſunt omnia. Cornarius aërem impeditū violenter attrahi dixit, & de inſpiratione aëris intelligit, quod etiam de expiratione ſumi poteſt, vt ægrè aër ſurſum feratur, impellatur & exiliat. Impellendi enim maior quàm attrahendi actio in eo verbo ineſt. Poteſt tamen ſimpliciter impulſus aër dici, quomodò exponit Erotianus, vt de aëre ſubeunte & attracto accipias, qui tamen propter præfocationem vi & ægrè ſubeat. Deductum autem à ϲεύομαι quodammodo videtur vt & alia, vt λαιψηρόϲσυτος, impetu ruens & concitatus, & παλίνσυτος, ad retrogradum greſſum incitatus, & αὐτόσυτος ὄμβρος, imber per ſe excitatus. Vnde etiam ἐσσύμενος participium eſt Homero frequens, hoc eſt, incitatus & tendens cum impetu aut ardore quodam. Sic ἔϲσυτο Heſychio ὥρμηϲεν exponitur.

Ἀνάϲταϲις exurrectionem & deſurrectionem ſignificat Hippocrati cùm æger ad egerēdum ſurgit. In Coac. Prænot. (p. 444. 3.) κοιλίη ταραχώδης σμικρῇσι πυκνῇσιν ἀναϲτάσεϲι, aluus perturbata cum frequēti deſidendi labore. Ibidem (v. 10.) αἱ κατὰ μικρὰ ἀναϲτάσιες, ῥιγώδεες, frequentes deſidendi labores rigorem adferunt. Et (ibidem v. 11.) αἱ πυκναὶ κατὰ μικρὰ ἀναϲτάσιες; crebræ & quæ ex paruis interuallis fiunt exurrectiones. Quod etiā repetitur in Prorrh. (p. 215. 19.) vbi ἐπαναϲτάσιες quædam exemplaria legunt. In Prògn. verò (p. 138. 1.) ξυνεχὴς ἐξανάϲταϲις dicitur continua ad deſidendum exurrectio. Lib. 3. Epid. ægr. 3. ἰδυϲφόρει περὶ τὰς ἀναϲτάσιας, cùm deſurgeret moleſtè habebat. Ἀνάϲταϲις etiam ſignificat Hippocrati humorum emigrationem, ſubmotionem & è ſuis ſedibus expulſionem, cùm per medicamenta reprimentia ab affectis locis depelluntur & aliò transmigrāt. Eſt enim ἀνάϲταϲις demigratio, translatio aut caſtrorum motio, cùm veluti exercitus ſuis ſedibus expulſus aliò demigrat. Sic τοὺς ἀναϲτάτας πιεζομένους vocat Hippocr. lib. 6. Epid. ſect. 7. aph. 2. eos quibus per medicamenta reprimentia humoris fluentis impetus repreſſus eſt, quaſi per medicamenta, quæ humores ſuis ſedibus ſubmouent, compreſſos. Velut in anginæ inflāmatione gargariſmis ad humoris ruentis impetum cohibendum alioque tranſmouendum vtimur. Ἀνιστάμενοι ἐκ τῶν νόσων qui ex morbo recreantur aut reficiuntur, quique conualeſcunt, ſeſe recolligunt ac vires reſumunt, dicuntur Hippocr. aph. 32. lib. 4. ἀνακομιζομένους & ἀναλαμβανομένους exponit Galenus.

Ἀναϲτεῖλαι τὴν σάρκα ἀπὸ τοῦ ὀϲτέου carnem ab oſſe retrahere, contrahere & reprimere ſignificat, hoc eſt, diducere, erigere & ſuſtollere, cùm in ſectione cutis capitis ipſa ab oſſe reprimitur, erigitur & diducitur vt oſſis vitium pateat. Lib. de vulner. cap. (p. 449. 8.) τάμνοντα δὲ χρὴ ἀναϲτεῖλαι τὴν σάρκα ἀπὸ τοῦ ὀϲτέου, ἣ πρὸς τῇ μήνιγγι & πρὸς τῷ ὀϲτέῳ πέφυκεν. Cùm autem inciditur, carnem quæ oſſi & membranæ adhæret, ab oſſe diducere oportet.

Ἀναϲτόμωϲις dicitur oſculi venæ vel arteriæ laxatio & apertio per quam ſanguis effunditur; & inter fluoris ſanguinis differentias reponitur Galeno lib. 5. Meth. med. & Aureliano lib. 2. Tard. Paſſionum cap. 10. ac Oſculatio dicitur, vt & ἀναϲτομωτικὰ medicamenta quæ vim aperiendi habent, Oſculantia. Ἀναϲτομωτήριον Hippocrati idem quod ἀναϲτομωτικὸν, quod aperit lib. περὶ γυναικ. φύϲ. (p. 230. 45.) ὑϲτέρας ἀναϲτομωτήριον τὸ αὐτὸ & καθαρτικὸν, vteros aperiens idemque purgans, aperiendi vim habens. Ἀναϲτομώτεροι etiam contraria ſignificatione dicitur qui magis arctus & anguſtus, quique ægriùs patet. Vt lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 231. 38.) ſterilibus & iis quæ parere non ſolent, τῶν μητρέων ἀναϲτομωτέρων ἐουϲῶν, τὰ ἐπιμήνια ἐπιπονωτέρως χωρεῖ, arctioribus vteris & ægrius apertis menſes laborioſè prodeunt. Ἀναϲτομόω nanque arcto, coanguſto ſignificat & in fauces comprimo. Vt apud Ariſtot. libello de Mundo ὠκεανὸς ἀναϲτομούμενος Oceanus in fauces ſe comprimens vertitur à Budæo.

Ἀνατείνεσθαι erigi, attolli ſignificat, ſed apud Hippocr. contentis eſſe viribus, firmis, integris & erectis denotat; aut contenta natura & totis viribus ſe ad morbum propulſandum erigente, ac velut contra obnitente, aut robur exerente & comparante. Prorrh. 2. (p. 416. 6.) χρὴ δὲ τὸν ἀπὸ τοῦ ὕδρωπος ἐχόμενον καὶ μέλλοντα περιέσεσθαι; εὔσπλαγχνόν τι εἶναι, & ἀνατείνεσθαι; Qui aqua inter cutem detentus eſt & ſeruari volet, eum robuſtis viſceribus & contentis viribus eſſe oportet. Sic enim illic ἀνατείνεσθαι per ſe legimus ex melioribus exemplaribus, non vt quædam, ἀνατείνεσθαι καὶ φύσιν, etſi illud quoque de natura contenta & contra morbum ſe erigente & aſſurgēte dici

poteſt. ἀνατείνεσθαι igitur contẽtis eſſe viribus, firmis & integris, aut contra obniti & ſe erigere ſignificat, quod totum Celſus per firma viſcera complexus eſt, vt noſtris in eum lib. Annotat. ſcribimus.

Ἀνατρέπειν ſubuertere, euertere, diſturbare, opprimere, proſternere, & peſſum dare ſignificat; Lib. de art. (p. 650. 10.) ὅσα ἂν μὴ αὐτίκα λειποθυμίη ἀνατρέψῃ, quæcunque non protinus animi defectio euerterit, aut oppreſſerit, hoc eſt, niſi ſtatim animi defectio occuparit, aut curationem diſturbarit & ſubuerterit. Ἀνατροπὴ autem dicitur ſtomachi ſubuerſio aut diſſolutio cùm in vomitiones effunditur. Galen. lib. 8. κατὰ τόπ. (p. 274. 13.) στομάχου ἀνατροπὰς vocari ſcribit τάς τε ἀνορεξίας καὶ τὰς ναυτιώδεις διαθέσεις, ἐφ' αἷς ἐνίοτε μὲν συμβαίνουσιν ἔμετοι. inappetentias, tum nauſeabundas affectiones in quibus vomitiones quidem interdum contingunt.

Ἀνατρέφεσθαι ἐκ νόσου ex morbo conualeſcere, de ægro dicitur qui præſcripta victus ratione vtitur eaq; nutritur & cõfirmatur, & ex morbo aſſurgit. Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 8. 26.) καὶ διὰ τουτέων πᾶς ὁ βίος καὶ ὑγιαίνοντι καὶ ἐκ νόσου ἀνατρεφομένῳ καὶ κάμνοντι, ex hisque omnis viuendi ratio tum ſano, tum ex morbo conualeſcenti, tum ægroto conſtet.

Ἀνάτριψις etſi propriè defrictionem aut refrictionem ſignificat, & vnam tantùm frictionis differentiam, quæ à partibus inferioribus ſurſum verſus ducitur, vt notatio indicare videtur: τρίψεως tamen nomine ſumitur & totum frictionum genus denotat apud Hippocr. lib. de art. (pag. 588. 48.) πολλῶν δὴ ἔμπειρον δεῖ εἶναι τὸν ἰητρὸν, ἀτὰρ δὴ καὶ ἀνατρίψιος. Ac multorum quidem peritum eſſe oportet medicum, ac certe etiam frictionis. Ibidem (ver. 49.) καὶ γὰρ ἂν δήσειεν ἄρθρον ἀνάτριψις χαλαρώτερον τοῦ καιροῦ ἐόν. frictio enim articulum laxiorem vincire conſueuit. Et, ἀλλὰ διοριεῖται ἡμῖν περὶ ἀνατρίψιος ἐν ἄλλῳ λόγῳ. Sed de frictione alio in libro à nobis diſceptabitur. Ac ibi Galenus ἀνάτριψιν antiquis ἀντὶ τρίψεως ſumi ſcribit, & ἀνατρίβειν totum frictionum genus, non vnam tantùm ab inferiori ſurſum frictionem comprehendere. Vtitur etiam hac dictione Hippocr. ἐν τῷ κατ' ἰητρεῖον (pag. 697. 20.) ἀνάτριψις δύναται λῦσαι, frictio ſoluendi vim habet. Vbi quoque Galenus ἀνάτριψιν ἀντὶ τρίψεως poni & abſolutè omnem frictionem ſignificare teſtatur, & ἀνατρίψεως nomen antiquis crebrò vſurpari, τρίψεως autem rarum eſſe. Idem quoque lib. 2. Salub. (p. 233. 55.) τρίψεως nomen recentioribus eſſe vſitatius ſcribit, vt ἀνατρίψεως veteribus.

Ἄναυδος exponitur Galeno apud Hippocr. διαλέγεσθαι ἀδύνατος, qui loqui aut ſermone vti non poteſt, & ἄφωνος ὁ φωνεῖν μὴ δυνάμενος, qui vocem emittere nequit. Quibus verbis apertiſſimè inter ſe ἄναυδον & ἄφωνον diſtingui indicat, quòd ἄναυδος eum ſignificat qui fari aut loqui nequeat, cuique articulatæ vocis organa ſunt aut læſa aut præpedita. ἄφωνος verò qui voce defectus eſt, & cui vocis inſtrumenta læſa ſunt, velut larynx, eumque mouentes muſculi, atque inſerti nerui, & qui recurrentes dicuntur. Ex eoq; effectum eſt vt ἄναυδον perpetuò mutum, & ἄφωνον voce defectum apud Hippocrat. verterimus. Quod certe diſcrimen in hoc Medicinæ parente eo magis animaduertendum, quòd ab omnibus interpretibus ferè neglectum eſt, à Galeno tamen diligenter eſt annotatum. Is enim in Exegeſi locum lib. 3. Epid. ægr. 3. poſt ſt. peſt. explicans & innuens ἄναυδον & ἄφωνον conſequenter ibi poni ſcribit, & ἄναυδον de muto & loqui non potente dici, adducto Homeri teſtimonio Il. τ. (ver. 407.) de Xantho Achillis equo dominum alloquente, αὐδήεντα δ' ἔθηκε θεὰ λευκώλενος Ἥρη, hoc eſt, ſermonem autem indidit Dea albis vlnis Iuno. Vbi αὐδήεντα, φωνῇ ἐνάρθρῳ χρώμενον, articulata voce vtentem recte explicat Scholiaſtes. vt & αὐδὴν φωνὴν ἀνθρωπίνην dici ſcribit Euſtathius, vocem humanam & ſermonem. Idem verò Gal. multò apertius harum vocum diſcrimen his verbis exponit Com. 3. in lib. 3. Epid. (pag. 435. 28.) καταλείπεται τοίνυν ἔτι τοῦτο ἡμῖν ἐξηγήσασθαι διὰ τί προειπὼν ἄναυδος, ἐπήνεγκεν ἄφωνος. ἔστι δὲ καὶ τοῦτο λόγου τοιοῦδε· τὴν αὐδὴν οὔτε πᾶν τὸ τῆς ἀκοῆς ἴδιον αἰσθητὸν οἱ παλαιοὶ φαίνονται καλοῦντες, οὔτ' ἐκεῖνο τὸ εἶδος αὐτὸ μόνον, ὅσον ἐκπέμπεται κατὰ προαίρεσιν τοῦ ζώου διὰ τοῦ στόματος, ἐν ᾧ περιέχεται καὶ τὸ κλαίειν, καὶ τὸ συρίττειν, οἰμώζειν τε καὶ βήττειν, καὶ ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα, μόνην δὲ τὴν ἀνθρώπου φωνὴν καθ' ἣν διαλεγόμεθα πρὸς ἀλλήλους, αὐδὴν ὀνομάζουσιν. οὕτω γοῦν καὶ ὁ ποιητὴς ἡνίκα ἐποίησε τοῖς ἰδίοις ἵπποις διαλεγόμενον τὸν Ἀχιλλέα, τηνικαῦτα φησὶ τὸν ἕτερον αὐτῶν ἀμείψασθαι λόγοις χρησάμενον ἀνθρωπίνῃ διαλέκτῳ. αὐδήεντα, γάρ φησιν, ἔθηκε θεὰ λευκώλενος Ἥρη. οὐχ ὡς ἄφωνον ὄντα πρότερον, οὐδ' ὡς οὐκ ἔχοντα τὴν κοινὴν τῶν ἵππων φωνὴν, ἀλλ' ὡς οὐκ ὀνομαζομένην αὐδὴν ἐκείνην. οὕτως οὖν καὶ θεὸν αὐδήεσσαν εἴρηκε τὴν ἀνθρωπίνῃ διαλέκτῳ χρωμένην. ὅτι καὶ αὐτὴν ἀνθρωποειδῆ φασιν εἶναι μὴ πάντων τῶν θεῶν τοιούτων ὑπαρχόντων. ἐναργῶς γοῦν ἥλιος καὶ σελήνη καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἄστρων ἀποκεχώρηκε πάμπολυ τῆς ἀνθρώπων ἰδέας. ὁ Ἱπποκράτης οὖν ἄναυδον μὲν εἶπεν ἐπὶ τοῦ μὴ δυναμένου διαλέγεσθαι. τὸν δ' ἄφωνον ἐπὶ τοῦ μηδ' οἰμῶξαι, μηδὲ βοῆσαι δυναμένου. δῆλον δέ ἐστι τὸ τοιοῦτον μοχθηρότερον εἶναι, τῆς ὡς ἂν εἴποι τις, ἀναυδίας. οὐ γὰρ ἡ γλῶττα μόνη παραλέλυται, φωνεῖν μὲν μέγιστον ἐνίοτε δύνανται, διαλέγεσθαι δ' οὐ δύνανται. εἰ γὰρ μηδὲ ἐκφωνεῖν οἷοί τε εἶεν, ἐσχάτης νεκρώσεώς ἐστι τὸ τοιοῦτο γνώρισμα, τῶν οὕτως ἐχόντων, μήτ' οἰμωζόντων, μήτε στεναζόντων, μηδ' ὅλως φθέγγεσθαι δυναμένων. hoc eſt, Relinquitur igitur nobis hîc exponendum cur vbi ἄναυδος appoſuerit, ſtatim ἄφωνος ſubdiderit. Quod hac ratione factum eſt. τὴν αὐδὴν (hoc eſt, ſermonem) neque id quodcunque auditione propriè percipitur, antiqui vocare videntur, neque hanc ipſam ſolam ſpeciem quæ ex animantis conſilio per os emittitur, in qua & flere, & ſibilare, lugereque & tuſſire, & id genus alia continentur: verùm ſolam humanam vocem qua inter nos colloquimur, αὐδὴν nominant. Sic igitur & poëta vbi cum ſuis equis colloquentẽ Achillem inducit, tũc

eorum

eorum alterũ humano ſermone reſpondiſſe dicit. Scribit enim, αὐδήεντα δ' ἔθηκε θεὰ λευκώλενος Ἥρη, hoc eſt:

*Indidit huic autem ſermonem candida Iuno.*

Non quòd antea voce careret, aut communem equorũ vocem non haberet, ſed quòd non illam quæ αὐδὴ dicitur. Hunc etiam in modum Deam αὐδήεσσαν dixit, humano ſermone vtentem, quòd & ipſam humana eſſe forma dicant, cùm non omnes dii huiuſmodi ſint formæ. Sol nanque planè & luna reliquaque ſidera ab humana forma plurimùm receſſerunt. Hippocrates igitur ἄναυδον quidem dixit, eum, qui loqui non poteſt, ἄφωνον verò, qui neque lugere neq; clamare poteſt. Id autem deterius eſſe manifeſtum eſt, quàm (vt quis dixerit) ἀναυδίαν, hoc eſt loquendi impotentiam. Quibus igitur lingua ſola reſoluta eſt, maximam interdum vocem edere poſſunt, at loqui tamen nequeunt. Quòd ſi ne vocem quidem emittere queant, id extremæ extinctionis facultatis eſt indicium, vbi his ita ſe habentibus, neque lugere, neq; gemere, neque ſonum omninò edere poſſunt. At verò Erotianus apud Hippocr. ἄναυδον ἄφωνον exponit, & αὐδὴν φωνὴν, citato Homerico verſu à Galeno in teſtimonium adducto. Quæ expoſitio largius ſumpta Grammaticorum more videtur, non philoſophorum ſubtilius & preſſius quauis de re diſſerẽtium. Heſychius etiam eodem modo ἄναυδον ἄφωνον, & αὐδὴν φωνὴν, καὶ φθόγγον explicat. Et Galenus φωνὴν antiquis etiã dici αὐδὴν, quòd τῆς φωνῆς genere vt & λόγος contineatur, ſcribit Com. 2. in Prorrh. (p. 197. 2) Eademq; ratione etiam Homerus de Xantho voce humana vſo dixit, ὣς ἄρα φωνήσαντος Ἐρινύες ἔσχεθον αὐδὴν, hoc eſt, hoc modo locuto Erinnyes ſermonem cohibuerunt (Il. τ. v. 418.) Atque ex hoc antiquorum more Galenus ἀναύδους ἅμα ἀφώνους exponit Com. 2. in Prorrheticum (p. 196. 45.) Sed philoſophorum diſciplina rei cuiuſque naturam propius rimatur, & αὐδὴν διάλεκτον aut λόγον eſſe dicit, hoc eſt ſermonem aut loquelam. Quantum verò inter ſe differant φωνὴ & διάλεκτος, apertiſſimè docet Gal. lib. 4. loc. affect. cap. 7. Quod certè vocum diſcrimen vt eſt imprimis in ipſo Hippocrate obſeruandum, ita in ipſarum dictionum explicatione facilius innoteſcet. Ἄναυδος igitur mutum & eum qui loqui nõ poteſt ſignificat Hippocrati, qua dictione in ea notione crebrò vtitur, vt lib. 3. Epid. ægr. 3. poſt ſt peſt. & libr. 5. Epid. (p. 340. 1.) ἄναυδος ἦν muta erat, de virgine quæ in ſinciput lata manu percuſſa vertigine & conuulſionibus tentata tandem periit. Loqui autem non potuiſſe indicat, quod ſcribitur, ἐγλώσσῃ κατείχετο, & lingua impediebatur. Sic ἀναυδία loquẽdi & ſermonis impotentiã ſignificat in Coac. Prænot. (p. 425. 21.) αἱ ἐν πυρετῷ ἀναυδίαι, κακόν. In febre loqui nõ poſſe, malum eſt. Et (p. 434. 18.) ἐν σπασμοῖσιν ἀναυδίη ἐπὶ πολὺ, κακόν, Loquendi impotentia in conuulſionibus diu perſeuerans, malo eſt. In Prorrh. quoque (196. 38) αἱ ἐν πυρετοῖσι περὶ ὑποχόνδριον ὀδύναι μετ' ἀναυδίης, ἱδρῶτι λυόμεναι, κακοήθεις. Præcordiorum dolores in febribus cũ loquendi impotentia, ſi ſudore non ſoluãtur, maligni ſunt. Pro quo ἀναύδῳ in Coac. legitur (p. 432. 42.) hoc eſt ægro loqui non potente. ἀναύδως autem ἀλόγως hoc eſt temerè ac præter rationem quoſdam interpretes apud Hippoc. ſumere ſcribit Gal. Com. 2. in Prorrh. quòd λόγος τῷ φωνῆς genere comprehendatur. Quòd autem ad Erotiani explicationẽ attinet, cùm nõ poſſit l. 3. Epid. conuenire, certum eſt eam ex antiquorum opinione lib. 4. Epid. accommodari poſſe, ex placito 58. l. 7. vt ἄφωνος ex cerebri noxia velut attonitum ac ſyderatum ſignificet. Et Sabinus apud Galen. Comm. 3. in lib. 3. Epid. ex antiquorum doctrina ἄναυδον, τὸν μὴ οὐδ' ὅλως ἔχοντα φωνὴν οὐδεμίαν, hoc eſt, nullam omninò vocem habentem, exponit, & ἄφωνον, ἀπόπληκτον.

Ἀναφέρει ſcribit Gal. in Exegeſi ſignificare apud Hippocr. τὸ ὑπολύζειν ἀναπνέοντα, inter reſpirandum ſubinde ſingultire, vt lib. 1. de morb. minore. καὶ ἀναφέρει ὥσπερ τὰ παιδία τὰ πεπαυμένα κλαίοντα τι καὶ εἰς τὰς ῥῖνας ἀνέλκει τὸ πνεῦμα, τοῦτο δ' ἐστὶν ὅτε τὸ πνεῦμα προσπταίει ἐν τῇ ἔξω φορῇ, ἐμπαλιν τῷ διπλῷ εἴσω ἐπαναλήψει. hoc eſt, eſt etiam ἀναφέρειν velut cùm pueri flere deſinentes ſpiritum in nares retrahunt, atq; hoc idẽ eſt quod ſpiritus offenſans in ea latione quæ extra fertur, cõtra quàm fit in ea quæ geminata eſt intrò reuocatione. Quib. verbis libros de morbis qui apud Hippocr. circumferuntur valdè ſuſpectos habeo, quos etiam præter confuſam eorum appellationem ac indicaturam, valdè eſſe corruptos multis aliis nominib. in animum mihi induxi Nam neq; quiſnam ſit liber primus de Morb minor. ſatis mihi compertum eſt, neque ἀναφέρει in tota eorum lib. περὶ νόσων tractatione ea notione reperitur, etſi frequens eſt dictionis huius vſus lib. 4. verùm perferre, pati ac ſufferre ſignificat, vt (p. 170. 45.) ἀναφέρει τὴν πληθώρην plenitudinẽ ferre dicitur, μᾶλλον πολλῷ δύναιτ' ἂν τὴν πληθώρην ἀναφέρειν τὸ σῶμα τῷ ἀνθρώπῳ τε ὑποχωρέοντος ὀλίγον, lõgè facilius plenitudinem corpus perferet, homine parum aluum exonerante. Rurſus (p. 172. 4.) ἀναφέρει τὴν θέρμην ἡ κοιλίη καὶ τὸ σῶμα δύναται ἐν τῇ κρίσει, aluus & corpus calorem in iudicatione perferre poteſt. Et (ibidem v. 9.) καὶ μὴ δυνάμενον ἀναφέρειν τὴν θέρμην τὸ σῶμα, & cùm non poſſit calorem corpus perferre. Et (p. 173. 21.) καὶ τὸ ἄλλο σῶμα ὀδυνᾶται, τὸ τε χεόμενον ὑπὸ ἰσχύος ἀναφέρει, μέχρι οὗ ἀρχή τις ἐπιγένηται) reliquum corpus dolet, & quod fit præ robore perfert, donec principium aliquod accedat. Sic lib. 1. de Morb. (p. 134. 35.) οὐδ' οὕτω μάλα ἀναφέρουσιν, neque hoc modo valdè ſuſtinent, aut reualeſcunt. Et lib. 4. (p. 171. 25.) καὶ τὸ σῶμα δὴ οὕτως ἀναφέρειν δύναται. & ſic corpus perferre poteſt, aut ad ſe redire & ſe reficere. Nam & ἀναφέρειν apud Hippocrat. ſe recolligere, vires reſumere, ſe reficere, ex morbo ſe recreare etiam ſignificat, & qui morbum perferũt, tandem vires recolligunt. Libr. 2. περὶ γυναικ.

(p. 268. 22.) αἱ δὲ γεραίτεραι οὐ δύνανται ἀναφέρειν, ἀλλ' ἀπόλλυνται ὑπὸ ἀσθενείης. At ſeniores ſe recolligere non poſſunt, ſed præ virium infirmitate pereunt. Et lib. 7. Epid. (p. 359. 2.) οὐδ' αὐτὴ ἀνέφερε, neque ipſa quicquam alleuabatur aut conualeſcebat. Haud abſimili ſignificatione ἀναφέρειν in vitam referri, reſurgere, & ad ſe redire dicitur aph. 43. lib. 2. quod Celſus ad vitam redire dixit cap. 8. lib. 2. οὐκ ἀναφέρουσιν οἷσιν ἂν ἀφρὸς ᾖ περὶ τὸ στόμα, ii ſpumante ore ſibi reſtitui non poſſunt. Quod Galenus in Com. ἀποφέρειν dicit, niſi pro ἀπολώλεκαι ἀνήνεγκαι legendum ſit. Lib. 4. de Morb. ἀναφέρεσθαι pro ἀναφέρειν ponitur, & ſignificat refici, recreari. ἐπειδὰν δὲ ἀσθενήσῃ, μόλις ἀναφέρεται, vbi verò debilis factus fuerit, vix reficitur aut recreatur. (p. 176. 29.)

Ἀναφέρειν πνεῦμα eſt ſpiritum trahere & ſpiritum ducere ac recipere. De his dicitur qui ſpiratione intercepta ad eam redeunt, eam recipiunt ac reſumunt, velut qui viribus defecti eas recipiunt, recreantur & ſeſe reficiunt. Sic Corn. Nepos in Ageſilao. Sine dubio poſt Leuctricam pugnam Lacedæmonii ſe nunquam refecerunt. Prorrh. 2. (p. 418. 13.) ἄλλοι δὲ ὑπὸ τῆς ὀδύνης τοῦ τρώματος, οὐδὲν δὲ οὕτω δεινοῦ ἐόντος, τὸ μὲν πνεῦμα ἀνήνεγκαν, παραφρονήσαντες δὲ καὶ πυρεξάντες ἀπέθανον. Quidam verò præ vulneris dolore quod nullo modo terreat, ſpiritum quidem traxerunt, delirio autem ac febre perierunt. Poteſt & hîc ἀναφέρειν de interrupta ſpiratione etiam intelligi, vt ſubſingultientem ſpiritum & offenſantem ſpirationem indicet, velut in Exegeſi explicatur. Prior tamen notio magis ad rei quæſtionem accommodata mihi videtur, vt illic ſcribimus. Etſi πνεῦμα ἀναφέρειν hîc dici poteſt de magna ſpiratione & elata quæ magnam copiam ſpiritus efflat, & vehemens internum incendium aut æſtum denotat, nec leue periculum, vt poſtea ſcribimus.

Ἀναφορὴ Hippocrati gratiam quæ refertur ac debetur indicat, aut meritum quod alicui acceptum refertur. Lib. περὶ τέχνης (p. 1. 28.) ὅσοι τῆς μὲν ἐς τὴν τύχην ἀναφορῆς ἀπηλλαγμένοι εἰσί, τῆς μέντοι ἐς τὴν τέχνην, οὐκ ἀπηλλαγμένοι. adeò vt à referenda fortunæ gratia liberi ſint, ab ea verò quæ arti debetur, minimè ſe vindicare poſſint. Hoc eſt, nullo fortunæ, ſed magno artis beneficio & merito deuincti ſunt, cui acceptam ſanitatem referre debeant. Eſt & ἀναφορὰ αἵματος ſanguinis ſurſum ſublati per os reiectio, vnde Medicis ἀναφορικοὶ οἱ αἱμοπτοϊκοὶ dicuntur qui ſanguinem ex pectore per os reiiciunt.

Ἀναφορύξαι aut ἀναφορύσσειν ſubigere in modum farinæ aut commiſcere ſignificat Hippocrati, vt Lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 243. 41.) εἰρίῳ ἀναφορύξας θές, id lana excipito. Ibidem (p. 246. 39.) ἀναφορύξαι ὄξει καὶ ἐλαίῳ, aceto & oleo ſubigere. Et lib. 2. (p. 289. 1.) μέλιτι ποιὸν αἰγύπτιον ἔλαιον εἰρίῳ μαλθακῷ ἀναφορύξαι, ad mel adiecto pauco oleo Ægyptio, molli lana excipito.

Ἄναφρα dicuntur quæ ſpumæ ſunt expertia ac ſine ſpuma. Lib. περὶ χυμῶν (p. 114. 49.) τὰ διαχωρέοντα ἄναφρα, quæ aluo deiiciuntur ſine ſpuma.

Ἀναφυρᾶν ſubigere aut commiſcere dicitur, vt lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 279. 33.) ἐλάφου στέαρ τήξας καὶ ἐς εἴριον μαλθακὸν ἀναφυρήσας, προστιθέναι, adipem ceruinum liquatum cum molli vellere ſubactum in peſſo apponito, aut molli vellere exceptum. Sed forte illic ἀναφορύξας legendum. Ibidem (p. 280. 3. & 7.) ἀναφυρᾶν ammiſcere ſignificat. καὶ ἔλαιον ῥόδινον τρίτον ἀναφυρᾶν, & roſaceum bis ammiſcere. Et ἐλάφου μυελὸν καὶ στέαρ χηνὸς τήξας ῥοδίνῳ ἢ ἰρίνῳ ἐλαίῳ ἀναφυρᾶν, ceruì medullam & anſerinum adipem liquatum roſaceo aut irino ammixto, aut roſaceo & irino excepta & ſubacta.

Ἀναφώνησις dicitur Medicis vehemens exclamatio & vocis exercitatio, quam Gal. Aëtius & Aurelianus multis morbis adhibent. Cuius vſum docet Plutarchus in præceptis ſalubribus. De qua etiam multa ex Antyllo Oribaſius lib. 6. Collect. Medicorum. Apud M. Tullium Lib. 16. Epiſt. (epiſt. 18.) vbi legitur, Tibi διαφόρησιν gaudeo profuiſſe, codices ſcripti quidam ἀναφώνησιν legunt, quam etiam ad quartanam nonnulli commendant. Verùm illîc διαφόρησιν probo cum multis aliis doctis viris.

Ἀναχαίνεται ἀναξαίνεται, refricatur, reſcinditur, aut rurſus diſcerpitur, laceratur, exponit Gal. apud Hipp. Verum quædam exemplaria pro ἀναχαίνεται ἀναχλιαίνεται & ἀναξαίνεται legunt. Videtur autem efferri de iterum hiante aut aperto vlcere. quod ἀναχαλᾶσθαι dicit Hippocr. vt lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 251. 16.) ῥηιδίως γὰρ ἀναχαλᾶται, facilè enim reſoluuntur aut laxantur. De vlceribus nimium humidis dicitur quæ non leuiter cicatricem ducunt, ſed ſemper fluida putredini ſunt obnoxia, ſerpunt ac vicinas partes exedunt, expanduntur & relaxantur, cum eorum curatio ſit deſiccatio quæ ea cicatrice claudat & obducat. Ac forte pro ἀναχαλᾶται ἀναχαίνεται videtur legiſſe Gal. & ex hoc loco non leui coniectura reponi poteſt.

Ἀναχελυώνεται ἀναξηραίνεται reſiccatur exponit Gal. apud Hippocr. pro quo quædam exemplaria ἀναχελλύσσεται & ἀναχελίσσεται legunt, & ἀναξαίνεται pro ἀναξηραίνεται. Eſt autem ἀναχελύσσεσθαι aut ἀναχελύζεσθαι expectorare, exſcreare, eructare, & tuſſiendo aut ſcreando ex pectore educere, vt videbis in χέλυς. Erotianus ἀναχελυώνεται ἀναπτύει exponit apud Hippocr. ſed non parum ſuſpecta videtur lectio.

Ἀνάχρεμψις exſcreationem ſignificat aut per ſcreatum ſputi eductionem. In Coac. Prænot. (p. 431. 6.) ἀπὸ τῆς καθάρσιος, ponitur & ſputorum repurgationem indicat. πτυάλων ἀναχρέμψιες ἐν πυρετῷ ſputorum exſcreationes in febre, quæ aph. 47. lib. 4. & 71. lib. 7. ſimpliciter ἀποχρέμψιες dicuntur, & Galeno αἱ διὰ στόματος ἐκκρίσεις, quæ per os fiunt excretiones. ἀνάχρεμψις πυκνὴ frequens

quens & irrita exſcreatio ac ſputorum eductio in phreniticis, in Prorrh. (p. 172. 50.) & Coac. Prænot. (p. 431. 9.) & ἀνάχρεμψις βιαία fortis exſcreatio, in Prorrh. (p. 205. 1.) & Coac. Præn. (p. 433. 22.) ἀνάχρεμψις ἀνάβηξις exponitur Heſychio, per tuſſim exputtio aut ſputi eductio, ſed ἀνάχρεψις & ἀνάβυξις vitioſè ſcribuntur, & deterius à Varino eadem ſcriptione repetuntur. Propriè autem ἀνάχρεμψις dicitur vbi pituita craſſa & viſcida extremæ arteriæ & faucibus inhæreſcens ſcreatu excluditur.

Ἀναψύχειν perfrigerare & nudare ſignificat apud Hippocr. lib. de fract. (p. 563. 11.) τούτους οὐδὲν δεῖ ἀναψύχειν παντάπασιν, hos in totum refrigerare non oportet. Vbi Gal. ἀναψύχειν ἀντὶ τοῦ γυμνοῦν dici ſcribit, ἵνα σημαίνῃ τὴν καταγματικὴν ἐπίδεσιν ἀφελόντας, ὡς ἕλκος μ. θεραπεύειν. Perfrigerari idem eſſe quod nudari, hoc eſt detracto vinculo fracturis idoneo, in vlceris curationem incumbere. Quem locum ſubindicans Erotianus, ἀναψύχειν γυμνοῦν, hoc eſt nudare exponit. Rurſus lib. de fract. (p. 560. 44.) ἕλκος ἀναψύχεται vlcus perfrigerari dicitur, hoc eſt nudum relinqui. Et (p. 561. 36.) ἀνάψυξις τοῦ ἕλκεος vlceris perfrigeratio, hoc eſt nudata pars vlcerata nec deligatione adſtricta, ſed hinc inde vinculo compreſſa. Homerus Il. ε. (v. 795.) Tydidem inducit ἕλκος ἀναψύχοντα, vlcus curantem aut ad curationem nudantem & abſtergentem. Heſychius tamen ἀναπαύοντα exponit, vt & Schol. καταπνεόμενον, hoc eſt vlcus perfrigerantem, recreantem aut reficientem, quòd qui perfrigerantur, à calore recreantur ac reficiuntur.

Ἀνδάνει ſignificat apud Hippocr. cordi eſt, perplacet. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 39. 10.) ἐμοὶ δὲ ἀνδάνει μὲν ἐν πάσῃ τέχνῃ προσέχειν τὸν νόον. mihi verò placet in omni arte animo eſſe contento. Quem locum ſubindicans Erotianus, ἀνδάνει ἀρέσκει exponit vt & Heſychius, qui ἀνδάνον ἀρέσκον, εὐάρεστον quod placet & cordi eſt explicat, & ἀνδάνοντα ἀρέσκοντα. Eſt autem verbum poëticum & Ionicum Homero frequens.

Ἀνδράφαξυς aut ἀνδράφαξ dicitur Hippocrati quæ ἀτράφαξυς, atriplex. Lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 238. 7.) ἀνδραφάξυος ἀγρίης καρπὸν, atriplicis agreſtis ſemen cum melle delingendum exhibet. Idem lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 282. 29.) ἀνδραφάξυος ἀγρίης καρπὸν, ad vteri dolores demulcendos infundit ἀνδράφαξυς Theoph. lib. 1. hiſt. plant. cap. 13. pro ἀνδράφαξυν ſeu ἀτράφαξυν vitioſè ſcribitur, & eidem ſæpius ἀνδράφαξυς nominatur. ἀνδράφαξ βοτάνης ὄνομα dicitur Erotiano apud Hippocr. Sed in veteris exemplaris margine adſcriptum fuiſſe ἀνδράφαξ annotat Henr. Steph. Ex quo certe hos Hippocr. locos ſubnotari coniicere cuiuis eſt facile. Dicitur & ἀνδράφαξυς lib. 2. περὶ διαίτης (p. 95. 18.)

Ἀνδρεῖος οἶνος exponitur Erotiano apud Hippocratem ὁ ἰσχυρὸς, ἢ ὁ ἀπὸ Ἄνδρου τῆς νήσου, vinum generoſum aut robuſtum quaſi virile dicas, aut ex Andro inſula, velut Leſbium, ex Leſbo.

Ἀνδρογένειαν exponit Galenus apud Hippocratem τὴν κατ' ἄνδρας διαδοχὴν τοῦ γένους, generis ſucceſſionem per viros, aut virilis ſexus propagationem. additque eam quæ per mulieres fit generis ſucceſſionem nullum tale nomen inuenire.

Ἀνδροῦσθαι & ἀνδρωθῆναι ſignificat apud Hippocr. viro coniungi, cum viro concumbere, τῷ ἀνδρὶ ξυνοικεῖν dicit Hippocr. lib. περὶ παρθενίων (p. 213. 34.) Ibidem (v. 36.) εἰ δὲ μὴ ἐν τούτοισιν ἅμα τῇ ἥβῃ, ἢ ὀλίγον ὕστερον ἁλίσκονται ὅταν μὴ ἀνδρωθῶσι. αἱ δὲ ἠνδρωμέναι γυναῖκες, αἱ στεῖραι μᾶλλον ταῦτα πάσχουσι. Quod niſi contingat, vnà cum pubertate aut paulò poſt his corripiuntur, niſi cum viro copulentur. Ex his verò mulieribus quę viro iunctę ſunt, ſterilibus iſta potiùs accidunt. Vbi ἠνδρωμέναι γυναῖκες quæ nupſerunt & viro iunctæ ſunt dicuntur. ἀνδρωθεῖσα exponitur Heſychio ἀνδρὶ συνουσιάσασα, quæ cum viro congreſſa eſt, & cui vir virginitatem eripuit, & ἀνδρώσασθαι συγγενέσθαι. ἀνδρωθῆναι aliôqui in virum euadere, virilem ætatem attingere, ac robuſta & virili ætate eſſe indicat, lib. de art. (p. 638. 21.) εἰ οὖν ἐνθάδε ἐόντες ἀνδρωθῶσι. Hi igitur vbi robuſta & virili ætatę fuerint, annos viriles attigerint. ἀνδρωθῆναι etiam vir effici & in virum mutari dicitur apb 54. lib. 6. Epid. ſect. 8. vt & γυναικωθῆναι muliebrem naturam induere & effœminari. τότε σῶμα ἠνδρώθη, tum corpus virile euaſit.

Ἀνανδρωθῆναι verò euiratum fieri ſignificat & virilitate priuari Lib. de aëre, loc. & aq. (p. 80. 9.) καὶ μηδὲν προσαιτεῖν πρότερον ἢ ἀνανδρωθῆναι, neque prius ſibi quicquam faciendum putent, quàm vt virilitate priuentur, aut euirentur. Sic ἀνανδροῦσθαι effœminatum eſſe dicitur, neque virum ſe præbere. Παρανδροῦσθαι autẽ virilitatem prope attingere ſignificat, & παρανδρούμεναι ὧραι τοῦ γάμου nubiles anni, inſtãs nubendi tempus & viriles annos prope attingẽs dicũtur lib. περὶ παρθενίων (p. 213. 13.) αἱ δὲ παρθένοι ὁκόσῃσιν ὥρη γάμου παρανδρουμέναι, at virgines quibus prope inſtat nubendi tempus, ad nubiles & viriles annos prope accedunt, hoc eſt quę ꝓpe ſunt maturę viro, & virilitatẽ aut maturam viro ætatem ingrediuntur.

Ἀνειλεῖσθαι euolui, ſurſum volui ſignificat apud Hippocr. & condi. De flatibus dicitur qui ſurſum euoluuntur non foras emittuntur, quod peius eſt quàm foras prodire aut exire. In Progn. (p. 39. 29.) κρέσσον δὲ καὶ σὺν ψόφῳ διελθεῖν, ἢ αὐτοῦ ἀνειλεῖσθαι. Præſtat verò non ſine flatu erumpere, quàm iſthic reuolui aut condi, hoc eſt quam intus conuolui & recondi. Quod etiam repetitur in Coac. Prænot. (p. 439. 27.) Hinc ἀνειλήματα & ἀνειλήσεις dicuntur inuolutiones aut inuolucra, velut torminum inuolutiones. ἀνειλήματα exponit. Gal. apud Hippocr. in Exeg. τοὺς στρόφους tormina, παρὰ τὸ ἀνειλεῖσθαι quod eſt συστρέφεσθαι, quod eſt conuolui aut contorqueri.

Locum lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 11. 46.) ſubnotans. ἴσα δὲ φῦσαι τὲ καὶ ἀνειλήματα ἐνεργάζονται ἐν τῷ σώματι. Quæcunque autem flatum & reuolutiones in corpore efficiunt, hoc eſt, torſiones aut conuolutiones quæ à flatibus in cauis aut amplis partibus fiunt, velut ventre ac thorace. Sic ἀνειλήσιες dicuntur lib. 3. Epid. in ſt. peſt. (p. 427. 10.) καὶ ἐν πυρετοῖς μετὰ πόνων στρόφοι, καὶ ἀνειλήσιες κακοήθεις. tum in febribus tormina cum dolore aderant, itemque conuolutiones malignæ. hoc eſt, inteſtinorum contorſiones quædam volnulis non abſimiles, humorum malignitate in aluum decumbente, ſurſumque per inteſtina ſe conuoluente & complicante. Sic etiam ἀνειληθέντες ἄνω εἰληθέντες ſurſum inuoluti aut complicati exponuntur Heſychio. Vnde ἀνειλήματα non ἀνειλήμματα legendum eſſe, quod facit Varinus, apud Gal. ſatis apparet.

Α᾽νειληθῶσιν εἰς τὸ ἄνω εἰληθεῖσαι συστραφῶσιν, exponit Galenus apud Hippocr. ſurſum ſe conuoluerint, aut verterint & contorſerint. περὶ φυσῶν, hoc eſt, de flatibus efferri poteſt, qui ſurſum conuoluti & contorti fuerint. Varinus tamen ὡς τὸ ἄνω εἰληθῶσι, συστραφῶσι legit.

Α᾽νειρυσθῶσιν Gal. apud Hipp. explicat ἀνασπασθῶσιν reuulſi fuerint, pro ἀνειρυσθῶσι ab ἀνειρύομαι ſurſum trahor, reuellor. Atque ſi hîc coniectura valet, quando alioqui Hippocr. locus planè mihi nondum conſtat, exiſtimo locum lib. 2. περὶ γυναικ. ſubindicari (p. 276. 46.) ἔστ᾽ ἂν αἱ ὑστέραι ἀνελκυσθῶσι donec vteri ſurſum tracti fuerint. Vbi ἀνελκυσθῶσι paſſim vitioſè legitur, quod ἀνασπασθῶσι eadem in re dicit Hippocr. lib. περὶ ἀφόρων (p. 299. 24.) vt & hic exponit Gal. vt pro ἀνελκυσθῶσι ἀνειρυσθῶσιν leg. videatur. Exiſtimoque hnc etiam ἀνειρυσθῶσι referri poſſe, ſicque leg. Galenum & ad vteros retuliſſe, cum alioqui ſæpe ſoleat varias lectiones adſcribere.

Α᾽νεῖσας exponit Gal. apud Hippocr. ἐν ὕψει ἀνωτάτω κρεμάσας, in loco altiſſimo ſuſpendens, additq; componi ἐκ τοῦ ἄνω καὶ τοῦ εἶσαι.

Α᾽νεκὰς ſurſum ſignificat, ἄνω exponit Suidas. Scholiaſtes Ariſtoph. ἀνεκὰς poſitum ſcribit initio Veſparum, ἀντὶ τοῦ ἄνω καὶ εἰς ὕψος, πόῤῥω ἑκάς. Erotianus ἀνεκὰς ἀντὶ τοῦ ἀνωτάτω poſitum eſſe ſcribit, & compoſitum ἐκ τοῦ ἄνω καὶ τοῦ ἑκάς. Quam dictionem crebrò vſurpat Hippocr. vt lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 231. 45.) αἰεὶ ἀποχωρέει ἐς τὸ ἀνεκὰς ἀπὸ ὕδατος ἐν ἀγγείῳ εὐρυτέρῳ ἐόντος, ſemper decedit ab aqua ſurſum in vaſe amplioris exiſtente. Et lib. 2. (p. 276. 46.) καὶ τὴν κλίνην ἀνεκὰς χρὴ ποιέειν τὰ ἀπὸ ποδῶν, ſed & lectum altiorem à pedibus facere oportet, quod dicitur lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 214. 30.) eadem in re καὶ τὴν κλίνην πρὸς ποδῶν ὑψηλοτέρην ποιέειν. & lib. περὶ ἀφόρων (p. 299. 23.) lectum à pedibus altiorem ſternere. Rurſus ibidem (p. 279. 12.) χρὴ γὰρ ἀνασπᾶσθαι ἀνεκάς. ſurſum enim reuellere oportet.

Α᾽νεμος dicitur Hippocrati lib. de flatibus (p. 118. 23.) ἠέρος ῥεῦμα καὶ χεῦμα, aer fluens & fuſus. Sic Ariſtoteli libello de Mundo, à ſicca exhalatione cùm ita protenſa eſt à frigore vt fluat, ἄνεμος oritur, οὐδὲν γάρ ἐστιν οὗτος πλὴν ἀὴρ πολὺς ῥέων καὶ ἀθρόος, ὅστις ἅμα καὶ πνεῦμα λέγεται. Hic enim nil aliud eſt quàm aer multus fluens & coaceruatus, qui ſimul quoque πνεῦμα, hoc eſt, flatus dicitur. Idem quoque τὰ ἐν ἀέρι πνέοντα πνεύματα ἀνέμους dici ſcribit, hoc eſt flatus qui in aere flant ventos vocari. Et M. Tullius lib. 2. de nat. Deorum aërem effluentem huc & illuc ventos efficere dicit. Sic Hippocrati ἄνεμος πνεῦμα ſignificat & flatum lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 283. 25. & 42.) ἢν ἄνεμος ἐν τῇσι μήτρῃσιν ἐνῇ, ſi flatus in vteris inſit, quod ibidem aliàs dicit (p. 287. 25.) ἢν ἀνεμωθῶσιν αἱ ὑστέραι, ſi inflati fuerint vteri, & lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 227. 2.) ἢν ἀνεμωθῶσιν αἱ μῆτραι, καὶ ἢν ἄνεμος ἐγγένηται τῇ νηδύϊ καὶ πόνος, ſi vteri inflati fuerint, & ſi flatus in ventre inferiore oriatur & dolor. etſi vulgata exemplaria ἀνεμώσωσι vitioſè legunt, & pro ἐγγένηται τῇ νηδύϊ, ἐγγίνηται ἐν τῇ μήτρῃ legendum videtur ex lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 290. 23.) vbi iſta repetuntur. Galenus quoque apud Hippocr. in Exegeſi ἀνεμοῦται ἐμπνευματοῦται, inflatur, exponit. Α᾽νεμώδεα apud Hippocr. lib. 2. Epid. (p. 317. 29.) in venarum ex flatulenti ſanguinis ἀναῤῥήξει & concitatione ſanguinis impetu, ſubuentaneos flatus diximus, cum venæ ſanguinis plenitudine diſtentæ facilè rumpuntur. cui affectioni phlebotomiam adhibet Hippocr. Ventoſitatem flatuoſam dixit Cornarius.

Α᾽νεπίκριτον dicitur quod neque ſenſu neque intellectu diiudicari aut diſcerni poteſt. ἀνεπίκριτος διαφωνία dicitur Empiricis ſermonis concertatio de rebus obſcuris, & diſſenſio, de qua ſtatui aut decerni non poteſt, cuius ἀκαταληψία cauſa eſt, iiſq; familiaris eſt dictio. Gal. lib. de ſectis ad eos qui introducuntur (p. 12. 16.)

Α᾽νέρικτος ſiue ἀνήρικτος, aut ἀνήρεικτος dicitur qui freſus fractusque non eſt, mola nimirum aut piſtillo. Lib. περὶ παθῶν (p. 188. 10.) ἀνέρικτος ἄρτος τῷ καθαρῷ τῷ ἀλεύρων opponitur, nempe panis ex furfuribus paratus & non tenui farina, ei qui ex pura farina & incerniculo ſeu cribro parata, aut à furfuribus ſecreta paratur. ἀνέρικτος enim aut ἀνήρικτος eſt ὁ μὴ ἐρικτὸς ſiue ἠρειγμένος, non cribratus, non perpurgatus incerniculo, aut ſecretus, qui cribrari nequit, qui freſus fractusque mola aut piſtrino non eſt. Apud Galenum in Exegeſi ἀνερείκτων ἀδιαιρέτων inconcuſſorum exponitur, non cribro excuſſorum, non fractorum. Sed ἀνηρείκτων legendum videtur. Idem ἀνερείκτῳ, μὴ διῃρημένῳ εἰς λεπτὰ ἀλλ᾽ ἐξ ἄκρων κριμνῶν συγκειμένῳ exponit, hoc eſt, non diuiſo in tenues partes, ſed ex furfuribus ipſis aut craſſioribus farinæ partibus, & negligentius molitæ ac fractæ parato. Verùm ἐξ ἀδρῶν κριμνῶν pro ἄκρων legendum ſuſpicor, quòd ſint κρίμνα ἀδρὰ Hippocrati lib. 2. περὶ γυναικ. ex Gal. τὰ μέγιστα τῶν ἀλφίτων, craſſiores farinæ partes & quæ negligentius ſunt molitæ. Sunt

tæ. Sunt qui in Exegeſi ἀπείκτῳ retineant, cùm tamen ἀπράκτῳ melius legatur, vt & ἀπροίκτων.

Ἄνεσις remiſſionis tempus dicitur in ægris cibo exhibendo idoneum. Gal. lib. de Temp. totius morbi (p. 388. 24.) λέγω δὲ ἄνεσιν ἄρτι, τὸ δεύτερον μέρος τῆς ὅλης περιόδου, διαιρεθείσης εἰς δύο τὰ πάντα παροξυσμόν τε καὶ ἄνεσιν. Remiſſionem in præſentia voco ſecundam partem totius circuitus in vniuerſum in duo diuiſi, acceſſionem & remiſſionem. Vide Aetium Tetrab. 2. lib. 1. cap. 9. & 10.

Ἀνεστραμμένα ἀναπεπεγμένα exponit Gal. apud Hippocratem, additque dici de vrinis, hoc eſt, commutatæ & perturbatæ. Quibus verbis oſtenditur eadem eſſe ἀνεστραμμένα οὖρα quæ ἀναπεπηγμένα, hoc eſt commutatas vrinas returbidas aut perturbatas eſſe, & quæ ſedimentum non deponunt, ſed craſſæ perpetuò manent. τὰ παχέα, καὶ μὴ καθιστάμενα, καὶ θολερὰ, καὶ ἀναπεπηγμένα οὖρα dicuntur Hippocrati, vt ſcribit Gal. Com. 1. in lib. 3. Epid. (p. 400. 43.) Hac autem Galeni expoſitione ſubindicari aph. 70. lib. 4. & illic ἀνεστραμμένα οὖρα legi debere ſatis patet ex Galeni Commentario. Vbi variam iſtam lectionem quoſdam adſcribere teſtatur. Sed vulgati codices ἀναπεπηγμένα primo loco pro ἀνεστραμμένα aut ἀναπετραμμένα mendosè admodum ſcribunt, vt patet ex veteri interprete qui illic obuerſas vrinas vertit. Et lib. 7. Epid. (p. 366. 38.) expreſſo ferè eodem aphoriſmo, δεινὰ οὖρα καὶ ἀναπετραμμένα σημεῖον ἀκριβὲς κεφαλαλγίης, καὶ σπασμοῦ, καὶ θανάτου. Vrinæ ſpiſſæ & conturbatæ, capitis doloris, conuulſionis & mortis indubitatum indicium præ ſe ferunt. ἀνεστραμμένα igitur aut ἀναπετραμμένα οὖρα more vulgi commutatæ vrinæ dicuntur pro perturbatis ac returbidis & quæ craſſiores ſedimentum non deponunt. Et Gal. ἀναπεπηγμένα etiam in aph. vt & in Exegeſi exponit. (Etſi ἀνεστραμμένα priore loco in aphoriſmis dicuntur quæ craſſis & grumoſis opponuntur, hoc eſt, tenues) In Coac. etiam Prænot. συνεστραμμένα οὖρα dicuntur vrinæ craſſæ & returbidæ, tenuibusque in pueris opponuntur (p. 442. 27.) Eiuſmodi autem vrinas graues & varios caſus adferre, vt deliria, capitis dolores, conuulſiones, ea multis hiſtoriis Epid. ſatis eſt manifeſtum, & nos aliàs ſæpius ſcripſimus.

Ἀνεύρυσμα dicitur arteriæ dilatatio quæ fit ore in arteria ex vulnere facto, quod nec maturè obductum, conglutinatum, aut carne contectum fuit, vt ſcribit Gal. lib. de tumor. præter nat. (p. 356. 27.) Eſt & ἀνεύρυσμα authori Definit. Med. (p. 400. 43.) φλεβώδους ἀγγείου ἀνευρυσμὸς, ἢ πνευματικῆς ὕλης ἀναφορὰ ὑπὸ τῆς σφυγμικῆς διαπνοῆς ἀναδιδομένης, hoc eſt, venoſi vaſis dilatatio, aut ſpirituoſæ materiæ per ſubſultum diſtributæ, ſub carnem diſperſio. Vide Paulum Aeg. cap. 37. lib. 6.

Ἀνέχειν concedere, remittere, quieſcere ac deſinere ſignificat apud Hippocr. vt lib. 5. Epid. (p. 337. 21.) καὶ αἱμοῤῥοΐδες ἀνεῖχον & hæmorrhoides remittebant. Vbi etiam ἀνεῖχον prominebant, eminebant, ac ſeſe extollebant ſignificare poteſt, quod & ἀνῆλον, quæ eſt lectio manuſcriptorum codicum vt & Aſulani.

Ἄνεως exponitur Galeno apud Hippocr. ἄφωνος καὶ τὸν νοῦν ἐμπεπληγμένος, voce deſtitutus & mente percuſſus aut attonitus. ἄνεῳ dicuntur Heſychio ἄφωνοι καὶ ἐκπλήξει ἡσυχοὶ, voce defecti, qui attoniti ſtupeſcunt ac quieſcunt. ἄνεως autem Atticè pro ἄνεος ponitur.

Ἀνήκεστον ἀθεράπευτον, ἀνυπομόνητον, incurabile, intolerabile exponit Erotianus apud Hippocr. Qua dictione vtitur lib. de art. (p. 637. 50. & 53.) τί γὰρ δὴ δεῖ περὶ τῶν ἤδη ἀνηκέστων γενομένων ἔτι προσξυνιέναι; Quid enim de iis quæ iam incurabilia euaſerunt ampliorem cognitionem deſideramus? Rurſus, δεῖ μὲν γὰρ τὰ ἀκεστὰ μηχανᾶσθαι ὅπως μὴ ἀνήκεστα ᾖ, ξυνιέντα ὅπη ἂν μάλιστα κωλυτέα εἰς τὸ ἀνήκεστον ἐλθεῖν. Omni ſiquidem ope anniti oportet, ne quæ curabilia ſunt incurabilia euadant, intelligentem qua ratione maximè ne ad incurabile deueniāt prohiberi poſſint. Rurſusque (ibidem v. 56.) ἐῶν τι εἰς τὸ ἄκεστον βάπτων ἐῶν τι εἰς τὸ ἀνήκεστον. ſiue eo res tendat vt curationem recipiat, ſiue curationis ſpem adimat. Vbi etiam ἀνήκεστον de grauiſſimo & intolerabili malo, ex Erotiano dici poteſt. Lib. quoque de rat. vict. in morb. ac. (p. 64. 51.) ἀνήκεστοι ἁμαρτάδες, inexpiabiles errores & incurabiles, qui curari non poſſunt. Ἀνήκεστον ἀνίατον exponit Heſychius, vt & ἀπαίστων, ἀνάτων, ἀνυπομονήτων, his forte Hippocr. locis ſubindicatis.

Ἀνηλεῶς citra affectum ſignificat, timidè, inuitò. Lib. περὶ παθῶν (p. 186. 25.) ὁκόσοι τὸν οἶνον πίνουσιν ἀνηλεῶς, quicunque vinum citra affectum bibunt, hoc eſt timidè & ignauè. ἀνηλεῶς ἀνοίκτως, ἀσπλάγχνως citra affectum, inhumaniter exponitur Heſychio.

Ἀνιώνης exponitur Galeno apud Hippocr. ἄλυπος καὶ ἀβλαβὴς qui ſine mœrore eſt aut triſtitia, innocuus, illæſus. Itidem ἀνιώνης exponitur Heſychio ἀβλαβὴς, ἄλυπος, ὑπερήφανος, innoxius, mœrore carens, ſuperbus. Sudæ verò ἄνευ ἀνίας καὶ λύπης. Idem videtur eſſe quod ἀνολώνης.

Ἀνθεῖν ſignificat Hippocr. efflorescere, vigere, creſcere, augeri, adoleſcere. Lib. de Morbo ſacro (p. 124. 24.) καθαίρεται γὰρ καὶ ἀνθεῖ, ὥσπερ τ' ἄλλα μέρεα πρὶν γενέσθαι, καὶ ὁ ἐγκέφαλος. Purgatur enim & adoleſcit etiam cerebrum, velut aliæ partes, priùs quàm in lucem edantur. Eleganter verò ad morbos transfertur qui conſiſtendi vigorem habent. Tunc enim maximè vigent & florent cum in ſtatu ſunt, aut conſiſtunt ἐν τῇ ἀκμῇ, quòd circa ſtatum omnia vigeant, vt ſcribitur aph. 30. lib. 2. Lib. 2. Epid. (p. 311. 36.) περὶ τὰς ἀρχὰς σκεπτέον τῶν νούσων εἰ αὐτίκα ἀνθεῖ. ad dignoſcenda morborum

principia, videndum num confeſtim conſiſteodi vigorem habeant. Ἀ'νθεῖν ἀκμάζειν apud Hippocr. exponit Erotianus, vigere, quòd ἐν τῇ ἀκμῇ præcipuè vis morbi eluceſcat. Vtrunque autem ea notione coniungit Hippocr. lib. 1. Epid. (p. 381.40.) αὐτίκα γὰρ ξυνεχὲς ἐπὶ σῖσιν ἀρχόμενος ἀνθεῖ καὶ ἀκμάζει μάλιστα. Scilicet nanq; continua quibuſdaio vbi incipit floret & viget maximè. Quem locum explicans Gal. lib. 1. περὶ κρίσεων cap. 7. ἀνθεῖ καὶ ἀκμάζει, τὴν ἰδίαν ἀκμὴν ἐσχηκέναι aut ἀπειληφέναι dicit, (proprium motbi vigorem adeptam eſſe & aſſumpſiſſe) quod ibidem Hippocrates eodem tropi genere ἄνθος ἐκλάμπειν, abunde emicare & elucere effert. ἀνθεῖν quoque ad humores tranſlatum, eos qui in corporibus noſtris, pro ætatum aut tempeſtatum viciſſitudioaria ſucceſſione dominantur & vigent, quiq; ſua efficientia quaſi efflureſcāt & eluceſcaot, ſuiq; generis morbos exerant ſignificat. Lib. περὶ χυμῶν (p. 115.49.) ὅτι μὲν οὖν χυμοὶ ἀνθέουσι ἐν ᾗσιν ὥρῃσιν ἀνθέουσι, καὶ οἷα ἐν ἑκάστῃσι νοσήματα ποιέουσι. Humòres igitur quibus temporibus effloreſcant ooſſe oportet, & quales in ſingulis morbos efficiant. Qnod certe planè explicat Galeno attributum fragmentum in lib. de Humoribus, bis verbis. τοῦτο δὲ καὶ Ἱπποκράτης σημαίνειν ἔοικεν, ἄλλους κατ᾽ ἄλλην ὥραν ἀνθεῖν τε καὶ δυναστεύειν τοῖς σώμασι χυμούς, καὶ τὰ χρώματα διάφορα εἶναι λέγει τοῖς ἀνθρώποις, κατὰ τὴν ἐπικράτειαν τῶν ἐν τῷ κράσει δυναστευόντων χυμῶν, καὶ τὰ νοσήματα κατὰ τὴν τοῦ πλεονάζοντος χυμοῦ φύσιν προϊόντα γίνεσθαι. Iſtud verò etiam Hippocrates ſignificare videtur, alios pro aliis temporibus bumores noſtris in corporibus tum vigere tum domioari dicens, coloresq; hominibus diuerſos ineſſe pro bumorum intemperie præualentium dominio, & morbos quoq; ipſos pro humoris cuiuſque redundantia naturâ contingere. Quibus verbis quod ſcribitur initio lib. περὶ χυμῶν exprimit. τὸ μὲν χρῶμα τῶν χυμῶν, ὅκου μὴ ἄμπωτίς ἐστι τῶν χυμῶν, ὥσπερ ἀνθέων. Humorum quidem color, niſi ii ìorrò ſe receperint, per ſummam cutim effloreſcens, pro homorum excellentia euariat. (Sic enim ab eodem aothore paulò poſt explicatur.) Vbi ἄνθεα de humoribus in ſumma cute effloreſcentibus, & pro cuiuſque redundannia colorem in eam effundentibus & temperie præpollennibus ſumuntur. Ἄνθεα verò Gal. in Exegeſi apud Hippocr. non ſolùm eos flores qui in corollas recipiuntur, verumetiam alios omnes ſignificare ſcribit, ac interdum etiam eo nomine ſemina vocari, citato in teſtimonium lib. 2. περὶ γυναικ. Verùm locum vitiatum ſuſpicor, eſſeq; μητρικῶν ἁμάρτημα. Neque enim illic ἄνθεα leguntur pro ſeminibus, ſed lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 195.19.) in Cyceonis floridi compoſitione. ἔπειτα ἄνθεα ψίλας λεῖα διλῶσαι τούτῳ τῷ κεκρημένῳ. Poſtea flores leuiſſimè triti diluantur hoc temperato, hoc eſt ſemina, vt ocymum, lentes, coriandrum. Idem Gal. annotat ἄνθεα in Coac. Prænot. ἐρυθήματα ſignificare & rubores, vbi in ſuppuratis περιοδύνησι ἄνθη dicũtur (p. 437.14.) flores in facie pro ruboribus. Ac vt vtrunque ſignificatum complecteremur, ruboribus velut effloreſcere faciem, aut floridum faciei colorem dicimus.

Ἄνθος quoque ſimpliciter apud Hippoc. crebrò ἄνθος χαλκοῦ æris florem ſignificat, vt lib. 2. de Morb. (p. 147.27.) καὶ τὸ λοιπὸν ἀναζέσας τὸ ἄνθος ἐν μέλιτι ἑψήσας τὸ μοτὸν περιχρίσας ἐς τὴν ῥῖνα, quod eſt reliquũ, æris flore in melle cocto, lioamentum illitum in nares indito. Et rurſus (v. 33.) μοτοὺς λινοὺς λαβὼν χρίσας τῷ μέλιτι, ἐπιπάσσειν τῷ ἄνθει. Penicillos liocos melle illitos cũ æris flore indito. Rurſusq; (v. 47.) ἐπὴν δὲ ἕλκος ᾖ, καθαίρειν τῷ ἄνθει σὺν τῷ μέλιτι, vbi compútruerit, æris flore cum melle repurgato. Et (v. 44.) ἐγχρίειν τὸ ἄνθος τὸ ἐν τῷ μέλιτι, æris florẽ cum melle illinito. Ἀνθηρὸν autem Hippocr. ſignificat floridum, prærubrum & ſanguineum. Et ἀνθηρὰ πτύσματα, τὰ ἐρυθρὰ καὶ ὕφαιμα dici ſcribit Gal. Hippocr. lib. 6. Epid. ſputa rubra & cruenta, aph. 4. ſect. 4. lib. 6. Epid. expreſſo (vt illic ſcripſimus) Quod etiam annotat in pleuriticis & peripoeunonicis lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 106.34.) πτύσματα ἀφρώδεα καὶ ἀνθηρά, ſputa ſpumoſa & florida hoc eſt rubra & ſanguinea, qualia rupto intro tuberculo in pulmonibus excernnntur. Lib. 2. Epid. (p. 213.6.) ἔπτυεν ὑπανθηρόν. expuebat aliqnantulum floridum, hoc eſt ſubcruentum. Et ibidem (p. 315.12.) πτύελα πολλὰ κατ᾽ ἀρχὰς πτύσιος ἀνθηρά, ſpota multa ad expuitionis initia florida. Aretæus quoque in peripneumonicis πτύελον ὕφαιμον ἀνθηρὸν σφόδρα, ſputum cruentum florido colore admodum perfuſum, hoc eſt valde rubrum, adſcribit. Ἀνθηροὶ etiam dicuntur Hippocra. io Prorrh. (p. 195.56.) & Coac. Prænot. (p. 428.32.) floridi, prærubri & rubore valde perfuſi, qnos idem ἐξερύθρους vocat, (vt ſcribit Gal.) capite humorum calidiorum copia repleto. Sic ἀνθηρὸν σῶμα dicitur lib. 6. Epid. aph. 3. ſect. 3. corpus floridum boc eſt rubore perfuſum, aucto calore & ſanguine & ad corporis habitum reuocato, quod eſt ſucculentæ ac probæ refectionis indicium. ἀνθηρὸν ἐρύθημα floruleotus rubor, de malarum ruboro noo intenſo, verùm moderato & velut leniter effloreſceote, effertur Hippocr. lib. 7. Epid. (p. 354.10.) Ἀνθηρὰ etiam dicitur Medicis medicamentum aridum ſtomaticum, oris vlceribus, dentium aut oculorum fluxionibus accommodum, ſic dictom quod colorem floridum habeat à metallicis, chalcitide, ſandaracha, cinnabari, vt videre eſt ex lib. 5. comp. pharm. κατὰ γέν. & lib. 4. κατὰ τόπ. Vbi ἐπιχρίστος ἀνθηρὰ ad oculorum fluxiones ex Aſclepiade duplex deſcribitur. ἀνθηρὰς etiam cõpoſitiones Græcis dictas ſcribit Celſus cap. 11. lib. 6. quibus ad oris & gingiuarum vlcera vtitur. cap. 13. Vide Gorrbæum & Cornarii Com. in lib. 4. κατὰ τόπ.

Ἀνθίνην οἶνον exponit Gal. apud Hippocr. ὅπου τὴν λευκὴν ὀνομάζομεν, ἢ τὸν ἐκ τῶν ἀνθέων σκευαζόμενον. ὥσπερ καὶ κυκεῶνα ἀνθινὸν ὀνομάζει ἐν τῷ δευτέρῳ

περὶ

περὶ νόσων τῆς μείζων. hoc eſt vinum ἀνθοσμίαν dictum, florulentum, aut ex floribus conditum, quemadmodum Cyceonem floridum vocat lib. 2. de morb. maiore. Sed pro ἀνθοσμίαν ἀνθοσμίας legunt meliora exemplaria, & αἰνίδων pro αἴδων. Dicitur autem ἀνθοσμίας οἶνος vinum odoratum, aut odoris fragrantiſſimi, aut florum odorem habens, ex ἄνθος & ὀσμὴ, vel ἀπὸ τόπου ἀνθοσμίου, vt ſcribit Suidas, vel à certo vuæ genere. Erotiano verò exponitur ὁ εὐώδης καὶ ἡδὺς vinum bene odoratum & dulce, quemadmodum & Scholiaſtæ Ariſtoph. ἐν βατράχοις (p. 175.) Heſychio verò εὔοσμος καὶ ἄνθος ἔχων, hoc eſt fragrantiſſimum & flores habens. Nam vinum huiuſmodi factitium fuiſſe ex Athenæo libr. 1. & Suda manifeſtum eſt. Eo vtitur Hippocr. lib. περὶ ἀφόρων (p. 294.26.) ὁ δὲ οἶνος ἔστω ἀνθοσμίας ὡς εὐωδέστατος. Ad ſuffitum mulieri parandum vinum odoris fragrantiſſimi, & ſicciſſimum & vetuſtiſſimum requirit. Et rurſus ibidem (pag. 297.43.) καὶ ἔκμαγμα ὅσον μαγίδα οἴνῳ ἀνθοσμίῃ δεύσας, & croci recrementum maſſæ manualis magnitudine, vino fragrantiſſimo diluito. ἀνθοσμίας autem οἴνου vt optimi & fragrantiſſimi meminit Plutarchus libr. 4. ſympoſ. probl. 1. τὸν δὲ ἀνθοσμίαν ἀποσπώμενοι ἥδιστον καὶ πραότατον. hoc autem fragrantiſſimo & miti vino reiecto. Cui τὸν ἀγχιστρον hoc eſt agreſtius opponit. Et rurſus probl. 1. lib. 2. ἀνθοσμίαν vinum generoſiſſimum & fragrantiſſimum intelligit, cui acetum opponit. Quod tamen non vidit interpres & aliter accepit. Ἀνθινὸς οἶνος exponitur Heſychio, ἡδυσμένος ἀπὸ βοτανῶν ex herbis conditus.

Ἀνθινὸν ἔλαιον exponitur etiam Gal. in Exeg. apud Hippocr. oleum liliaceum, quod & lirinum dicitur, atque idem etiam ſuſinum appellatur. Cuius crebra eſt mentio lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 260.45.47.48.) Idem Gal. ἄνθινον μύρον dicit idem eſſe quod Suſinum vnguentum & liliaceum, differre autem ab oleo liliaceo varia aromatum miſtura. Quòd verò κυκεῶνα ἄνθινον vocari ſcribit lib. 2. de Morb. maiore, id legitur lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 195.15.) vbi κυκεῶνα ἀνθηρὸν leg. vulgata exemplaria & Cyceonis floridi deſcriptio apponitur, aut bene odorati & ex anetho conditi, vt non malè augurer mendoſam eſſe lectionem apud Gal. in dictione ἄνθινα, & pro δευτέρῳ τῶν γυναικείων reponendum eſſe, δευτέρῳ τῶν νόσων τῶν μείζων. Sic enim liber περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν inſcribitur Galeno in Exegeſi.

Ἀνθερεὼν mentum ſignificat & partem faciei in qua barba enaſcitur. ἀνθερεὼν dicitur Heſychio ὁ ὑπὸ τὸ γένειον τόπος, ἀφ' οὗ μέρους ὁ πώγων ἄρχεται locus ſub mento ex quo barba pullulare incipit. Polluci lib. 2. vocatur ἀνθερεὼν τὸ ὑπὸ γένειον ἀνθερῶδες ἀπὸ τοῦ θριξὶν ἀνθεῖν. Sudæ verò ἀνθερεὼν etiam linguæ & gutturis initium dicitur, vt & Cælio Aureliano lib. 3. Acut. cap. 3. & 4. gutturis exordium. Idem cap. 3. libr. 1. Tard. paſſ. vtranque gutturis partem, quam Græci ἀνθερεῶνα vocant, Latinis rumam dici ſcribit. ἀνθερεὼν pro mento ſumi videtur Hippocr. lib. 5. Epid. (p. 340.25.) ἱδρὼς περὶ μέτωπόν τι καὶ ὑπὸ ῥῖνα, καὶ ἄχρις ἀνθερεῶνος. mador circa frontem, ſub naſo, ad mentum vſque. Et lib. περὶ ὀστέων φύσ. (pag. 63.8.) ὑπὲρ ἀνθερεῶνα ſupra mentum.

Ἀνθέρικος Aſphodeli caulis & ſcapus dicitur veteribus vt ſcribit Plinius lib. 21. cap. 17. Theophraſtus & ferè Græci princepsque Pythagoras, caulem eius cubitalem & ſæpè duûm cubitorum, foliis porri ſylueſtris, anthericon vocauere, radicem verò, id eſt bulbos, aſphodelon. Noſtri illud albucum vocant, & aſphodelum haſtulam regiam. Dioſcoridi ἀνθέρικος aſphodeli flos dicitur libr. 2. cap. 199. Heſychius verò ἀνθέρικας exponit τὸν ἀσφοδέλου καρπὸν & βοτάνης εἶδος. Euſtathius verò & Varinus ἀσφοδέλου καρπὸν ἢ καυλόν, vt & Theocriti Scholiaſtes Idyl. 1. ἀνθέρικας ſcribit Suidas Theocrito & Herodoto vocari Aſphodeli caules, quos & tenaciores ait eſſe quàm vt frangi queant. Sic etiã ἀνθέριξ ſumitur Theocriti Schol. & Theophraſtu & Idæo vt idem ſcribit. Apollodorus autem Dorienſis eo nomine ſolum caulem dici voluit. ἀνθέρικα quoque quidam ariſtarum culmina & faſtigia, aut culmos exponunt. Ἀνθέρικος Hippocrati pro albuci caule & ſcapo cubitali aut amplo ſumi videtur Coac. Prænot. (pag. 439.45.) cùm oſſa capitis fracta ſint nec ne explorat aſphodeli caule aut ferulaceo dentibus impoſito & mandere iuſſo. τὰ δ' ἀπορήματα πότερον ἔρρωγεν ἢ οὔ, κρίνειν δεῖ, διαμασᾶσθαι διδόντα ἐφ' ἑκατέρην τὴν σιαγόνα ἀνθέρικον, ἢ νάρθηκα. At oſſa de quibus fiſſa ſint necne ambigitur, ſic diſcernas, ſi albucum aut ferulam in vtranque maxillam manducandam exhibueris. Plutarchus in ſympoſio ſeptem ſapientum ἀνθέρικον pro aſphodelo ſumere videtur, cùm illud Heſiodi ἐν ἔργοις (v. 41.) exponit, ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ.

Ἄνθραξ dicitur authori Definit. Medic. (pag. 399.59.) ἐσχαρώδης ἕλκωσις μετὰ νομῆς καὶ ῥεύματος, ὅτε καὶ βουβῶνες καὶ πυρετὸς. Carbunculus eſt vlcus cruſtoſum quod depaſcitur, cum fluxione coniunctum, interdum verò cum glandularum inflammatione & febre. fit autem carbunculus à melancholico ſanguine efferueſcente, & inflammationis modo cutem deurente, interdumque cruſtam habet, & puſtulæ vlcus præcedunt ambuſtis ſimiles, febrem etiam acutiſſimam adfert cum vitæ periculo interdum coniunctam. Cuius color in ambitu non vt reliquis inflammationibus ruber eſt, verùm niger & ſplendeſcens picis aut bituminis inſtar, quod eſt exquiſitæ atræ bilis indicium. Vlceris etiam cruſta nigra eſt aut cineritii coloris. Galen. libr. de Tumor. præter nat. (p. 355.35.) & Paulus libro quarto, cap. 25. Dicitur etiam ἄνθραξ Galeno Com. ad aph. 45. lib. 6. ἕλκος ἐσχαρῶδες ἅμα πολλῇ τῇ τῶν πέριξ σωμάτων φλογώσει, vlcus cruſtoſum cum multa ambientium corporum incenſione. Ortum autem ducit ex ſanguine melancholico putreſcente adeoque per inflammationem ardente, vt cutem de-

urat, Galen. initio lib. 2. de præſag. ex pulſ. Et Com. 3. in libro tertio Epid. (pag. 426. 35.) ὁ ἄνθραξ ἐκ θερμῆς μὲν τῆς πυρώσεως, παχείας δὲ κατὰ τὴν σύστασιν ὕλης ἔχει τὴν γένεσιν. Carbunculus ex calido quidem feruore, materia verò conſiſtentia craſſa, originem habet. Dicitur quandoque etiam ἀνθρακώσεις, etſi hoc nomine peculiariter carbunculus oculo contingens vocatur. Eſt enim ἀνθράκωσις Medic. autori (pag. 387. 27.) ἕλκος ἐσχαρῶδες μετὰ νομῆς καὶ ῥεύματος, καὶ βουβῶνος, ὅτε καὶ πυρετοῦ γινόμενον, περὶ τὸ ἄλλο τοῦ σῶμα. ἔστι δὲ ὅτε περὶ ὀφθαλμούς, hoc eſt vlcus cruſtoſum depaſcens cũ fluxione coniunctum & glandularum inflammatione, interdumque cum febre, interdum in toto corpore, interdum etiam in oculis cõtingens. Et Paulo lib. 3. cap. 22. ἀνθράκωσις καὶ αὐτὴ κακόηθες ἕλκος ἐστὶν ἐσχαρῶδες, ποτὲ μὲν τοῦ βολβοῦ, ποτὲ δὲ τοῦ βλεφάρου, καθάπερ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῦ σώματος μέρεσιν συνιστάμενον. Carbunculus etiam ipſe malignum vlcus eſt cruſtam habens, interdum quidem oculi bulbo, interdum verò palpebræ, velut etiam in reliquis corporis partibus contingens. ἄνθρακες θερινοὶ carbunculi æſtiui dicuntur Hippocrati ſtatim initio libr. 2. Epid. & lib. 3. in ſt. peſt. (pag. 426. 32.) ἄνθρακες πολλοὶ κατὰ θέρος, carbunculi æſtate multi.

Ἀνθρακιὴν Hippocrati carbones accenſos aut prunas, & carbonum accenſorum ac prunarum congeriem ſignificat lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 226. 43.) ὑποθεὶς ἀνθρακιὴν, ſubiectis prunis. Et lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 255. 6.) ἐπίβαλλε ἐπὶ ἀνθρακιὴν, prunis iniice. Verùm alii ἀνθρακιὰν legunt, velut apud Homerum ἀνθρακιὴν στορέσας, inſtratis prunis, & Dioſcor. libr. 5. ἀνθρακιὰν προσεμβάλλειν, carbones iniicere, immittere, etſi quidam ἀνθρακίας legunt. ἀνθρακώδεα ἐπιμήνια dicuntur quoque Hippocrat. menſes carbunculoſi, hoc eſt carbonibus ſimiles & nigri aut aduſti, libro primo, περὶ γυναικ. (pag. 236. 33.)

Ἄνιδρος πυρετὸς καὶ ἄκριτος, febris quæ ſine ſudore & iudicatione ex cruditate in longum tempus protrahitur, propter exagitatam à medicamentis purgantibus naturam. Libr. de rat. vict. in morb. ac. (p. 99. 45.)

Ἀνιδρωτὶ ſine ſudore ſignificat, & exponitur Galeno μὴ ἐνιδρῶσι, ἢ ἄνευ τοῦ ἱδρῶσαι, Com. 3. in Prorrh. (pag. 210. 14.) Heſychio verò ἄνευ ἱδρῶτος. In Prorrh. (pag. 189. 54.) ἐν τῇσι κρισίμοισιν ἀσώδεα ἀνιδρωτὶ περιψύγματα. Perfrictiones in diebus iudicatoriis cum anxietudine ſi ſine ſudore fiant. Vbi ἀνιδρωτὶ χωρὶς ἱδρῶτος exponit Galen. in Coac. Prænot. (pag. 432. 42. & 44.) ἀνιδρωτὶ λυόμεναι ὀδύναι, abſque ſudore ſolui dolores, vbi ἀνιδρῶτι in vulgaris exemplaribus legitur. Ἀνιδρώσιες etiam dicuntur ſudores nulli & ſudoris priuationes, lib. 7. Ep. (p. 366. 6.)

Ἀνίθυνον exponit Galenus apud Hippocratem in Exeg. εἰς τὸ ἄνω ἀνίθυνον, ſurſum direxerunt. Verùm ἀνίθυνον vitioſè legunt exemplaria quædam.

Ἀνιοῦσα legitur apud Hippocratem lib. περὶ ἱερῆς νούσ. (pag. 62. 43.) ἀνιοῦσα ἐς τὼ βουβῶνε, in inguen tranſit, tendit, dicunt interpretes. Sed mendum ſubeſſe videtur, & pro ἀνιοῦσα ἀνιεῖ aut ἀνιοῦσα legendum, ab ἀνίημι, vt ſit ἀνίησι ſurſum tendit aut aſcendit, idem quod ἄνεισι. Sic ibidem (63. 2.) ἀρχομένη ἀνιέναι ſurſum tendere incipiens aut aſcendere in eadem ſignificatione. Et (v. 9.) ἐς τὸ ἧπαρ ἀνιοῦσα ad hepar tendens.

Ἀνοδίη iter inuium ſignificat Hippocr. ἐν ἀρχαίῃ ἰητρικῇ (p. 17. 19.) ὅταν δὲ ἀνοδίην χωρέωσι, Si verò iter inuium ingrediuntur. Huic εὐοδίης τέχνη, ars facilis & peruia, opponitur lib. περὶ τέχνης. (p. 15. 28.)

Ἄνοδμον πῦον pus inodorum, laudabile tamen, non quod omninò ſit odoris expers, ſed quàm minimè fœtidum. In Coac. Prænot. (p. 429. 48.) εἰς ἥκιστα δυσῶδες dicitur in Progn. (pag. 133. 43.) ἄνοδμον autem idem quod ἄνοσμον, vt πτύελα παχέα καὶ ἄνοσμα dicuntur ſputa craſſa inodora. In Coac. Prænot. (pag. 428. 46.)

Ἀνόμοια dicuntur Hippocr. ap. 6. lib. 6. Epid. ſect. 2. diſſimilia, hoc eſt humores præter naturam qui in membris generantur, & ab eorum natura ſunt alieni, quos ſurſum ſublatos ſoluere, ſi verò deorſum repant, ſurſum reuellere conſulit Hippocr. τὰ ἀνόμοια, εἰ ῥέπει ἄνω ὀρθοῖσι κάτω δεῖ λύειν. diſſimilia ſi ſurſum ſublata tendunt, per inferiora ſoluere conuenit. Vbi Galen. τὰ ἀνόμοια dici ſcribit, τὰ τοῖς τόποις οὐκ οἰκεῖα, diſſimilia quæ à locorum natura ſunt aliena.

Ἀνορεξία eſt ciborum faſtidium & inappetentia. Paulo lib. 3. cap. 37. ἀνορεξία σιτίων ἐστὶν ἀποστροφή, ὅτε δυσκρασίας ὑπαρχούσης κατὰ τὸν στόμαχον, ἢ χυμῶν περιουσίας. Ciborum faſtidium, cùm ſtomachus intemperie affectus aut humorum redundantia cibos refugit. Hinc ἀνόρεκτοι dicuntur ἄσιτοι appetentia carentes & qui cibos non ingerunt. Galen. Com. 1. in lib. 1. Epid. (pag. 355. 41.) τοὺς ἀνορέκτους καὶ ἀσίτους ὀνομάζουσιν οἱ ἕλληνες, τοὺς μὲν μὴ προσιεμένους σιτία, τοὺς δ' ἀποστρεφομένους προσιέναι, καλοῦσι ἀποσίτους. ἀνόρεκτοι & ἄσιτοι Græcis vocantur qui cibos non ingerunt, ἀπόσιτοι verò, qui oblatos auerſantur. Ἀνόρεκτος exponitur Varino ὁ μὴ ὀρεγόμενός τινος. ὁ πρὸς τὰ προσφερόμενα βρώματα ἀηδῶς διακείμενος. qui nihil appetit, aut qui oblatos cibos faſtidit.

Ἀνταποδόσιες περιόδων πρὸς ἀλλήλας, ſuccedentes inuicem circuituum reciprocationes, viciſſitudines, ſucceſſiua incrementa, aut circuituum inter ſe proportionis obſeruationes dicuntur aph. 12. lib. 1. ἀνταποδιδόναι quoque reciprocare aut refluere ſignificat, vt libr. 4. de Morb. (p. 168. 48.) ἀνταποδίδωσιν ὀπίσω ῥέον τὸ ὕδωρ εἰς τὸ χαλκεῖον. viciſſim contra refluat aqua in vas æneum.

Ἀντιόπτην ſcribit Erotianus dici apud Hippocr. τὸν βλάβης ὑποπτευόμενον αἴτιον ἔσεσθαι ἀνθρώποις, ſuſpectum noxiæ authorem.

Ἀντίον idem ſcribit veteribus dici τὸν σώφρονα modeſtum, temperantem. Verùm mendum ſubeſſe apparet & Erotiani codices hoc loco valdè mihi ſuſpecti ſunt. Neque enim hanc dictionem apud Hippocratem vſquam reperias.

perias. Et ſi coniectura in re valdè dubia vti licet, exiſtimo locum lib. de Morbo ſacro ab Erotiano ſubindicari, qui tamen noſtris in codicibus longè aliter legitur (pag. 123.25.) καθαρμοῖσί τε χρέονται καὶ ἐπαοιδῇσι, καὶ ἀνοσιώτατόν γε καὶ ἀθεώτατον ποιέουσιν, ὡς ἔμοιγε δοκέει, τὸ θεῖον. Expiationibusque ac incantationibus vtuntur, ac mea quidem iudicio ſceleratiſſimum & maximè impium numen faciunt. Sed pro ἀθεώτατον ἀντίθεον legiſſe Erotianum exiſtimo, eo ſenſu, vt deum ſceleſtiſſimum faciant, ac velut hominem noxiæ authorem, non tanquam deum exiſtiment. ἀντίθεον enim deo contrarium ſignificet, hoc eſt hominem ſceleribus inquinatum, ideoque noxiæ cauſam. ἄντιον verò pro ἀντίον poſitum eſſe Sophoclis locus ab Erotiano adductus teſtatur. Et quod ab eodem ſcribitur αἰτίας θεῶν, mihi dictionis ἀντιθέου explicatio quædam eſſe videtur, vt eum indicari velit qui deo opponitur eique aduerſatur. & αἰτίας pro αἰτία poſitum ſit. Sic igitur qui morbos ad deos referunt, numen ſceleratiſſimum faciunt, & deo contrarium, hoc eſt tanquam noxiæ & ſceleris authorem hominem exiſtimant, deoque velut homine ſceleribus inquinato iudicant. Atque ea mihi videtur eſſe Erotiani lectio, quam ſic retineri & ſuo loco reponi poſſe exiſtimo, vt tamen vulgatam lectionem neque reiiciendam neque noſtræ coniecturæ poſtponendam putem.

Ἀντίρεισις renitentiam ſignificat, renixum, obluctationem, obnixam firmitatem, reniſum. Lib. de art. (pag. 624.20.) ἀμφιθλαδιῆσαι τῆς σαρκὸς ὑπὸ ἀντιρείσιος, carne (coſtarum) contuſa ex renixu, aut firmiter obnitendo. Renixum dicit Celſus de fiſtulis cap. 28. lib. quinto, peruentumque eſſe ad eam ex renixu paret. (ſic enim ex melioribus cod. lego.) Ibidem. Si magis id renititur, ad os ventum eſt.

Ἀντεχόμεναι γαστέρες dicuntur Hippocr. reluctantes alui, reſiſtentes & renitentes, quæque medicamentis non cedunt. Libr. 4. Epid. (p. 328.32.) γαστέρες ἀντεχόμεναι καὶ ἐν τῇσι φαρμακείῃσιν οὐχ ὑπακούουσαι, alui quæ medicamentis reſiſtunt neque iis mouentur. Ibidem quoque (pag. 329.42.) ἐξέλιπε γαστὴρ ἀντεχομένη, aluus reniti ceſſauit.

Ἀντιάδες ſunt tonſillæ Latinis dictæ, hoc eſt glandulæ duæ ſupra laryngem ſitæ, quæ ſibi ex aduerſo in oris termino vtrinque reſpondent. Item earum morbus & inflammatio, aut earundem ex fluxione tumor, eodem antiadum nomine donatur. Hippocr. libr. 2. de Morb. (p. 141.49.) ἀντιάδες δὲ καὶ ὑπογλωσσίδες, καὶ οὖλα, καὶ γλῶσσα, καὶ ὅσα τοιαῦτα ταύτῃ προσφύεται, ταῦτα πάντα νοσέει ἀπὸ τοῦ φλέγματος. Tonſillæ verò & hypogloſſides, & gingiuarum tumores, & linguæ vitia, & quæcunque huiuſmodi hoc loco adnaſcuntur, hæc omnia ex pituita affluere ſolent. Ibidem (pag. 146.49.) ἢν ἀντιάδες γένωνται, οἰδίσκεται ὑπὸ τὴν γνάθον ἔνθεν καὶ ἔνθεν, καὶ ψαυόμενον σκληρόν ἐστιν ἔξωθεν. Tonſillæ vbi oriuntur, ſub maxillis ab vtraque parte tumor fit, & ad contactum foris indureſcit. Galen. libr. 6. de Sympt. cauſ. (pag. 247.8.) εἰ δὲ εἰς τὰ πρὸ τῆς φάρυγγος κατασκήψει τὸ ῥεῦμα, ἤτοι τὴν καλουμένην ἐν αὐτῷ σταφυλὴν ἐξῆρεν, ἢ ἄλλως εἰς ὄγκον ἤγειρεν αὐτήν. εἰ δὲ εἰς τοὺς ἑκατέρωθεν ἀντικειμένους ἀλλήλοις ἀδένας ἐν τῷ πέρατι τοῦ στόματος, ἀντιάδες. Quòd ſi in gargareonem fluxio procumbat, aut vuam dictam in eo gignit, aut aliàs eum in tumorem attollit. At ſi in glandulas quæ in extremo ore vtrinque ſibi ex aduerſo ſitæ ſunt, antiadas aut tonſillas. Paulus quoque lib. 6. cap. 30. καθάπερ οἱ ἀποσκιρρωθέντες ἀδένες, χοιράδες προσαγορεύονται, οὕτως καὶ τὰ παρίσθμια φλεγμαίνοντα καὶ ὑπεραυξηθέντα, καὶ οἷον ἀποξηρανθέντα, δυσχέρειαν τὸ παρέχοντα τῇ τε καταπόσει καὶ τῷ πνεύματι, ἐξ ἐναντίας ἀλλήλων τεταγμένα, ἀντιάδες ἐκλήθησαν. Quemadmodum glandulæ induratæ ſtrumæ vocantur, ſic etiam tonſillæ inflammatione tentatæ, aut ſupra modum intumeſcentes & veluti reſiccatæ, cibo & ſpiritui moleſtiam exhibentes, è regione inuicem ſibi oppoſitæ, antiades vocantur. Galen. lib. de Tumor. præter nat. (p. 357.30.) τὰς ἀντιάδας dicit eſſe φλεγμονὰς τῶν ἐν ἀρχῇ τοῦ φάρυγγος ἀντικειμένων ἀλλήλοις ἀδένων, inflãmationes glandularum quæ ad faucium initia ſibi inuicem opponuntur.

Ἀντιδιδόναι de ſignis effertur apud Hippocratem, quæ in febre abſceſſuum notas faciunt, ac velut ex æquabilitate quadam febri ex aduerſo reſpondent & opponuntur, quaſi pro febre rependantur eamque compenſent: Qualia ſunt in febre ſalutari morbi diuturnitas & protractio, materiæ qualitas, tarditas, cruditas & ad abſceſſum propenſio ac momentum, vrinarum tenuitas, eorumque quæ hæmorrhagiam aut aliam excretionem ſignificant priuatio, cæteræque id genus in Progn. & Coac. Prænot. expreſſæ abſceſſuum notæ. Ea namque veluti ad febris repenſionem à natura exhiberi videntur, tandemque eam ſoluere. In Coac. Prænot. (p. 428.2.) ὁκόσα πυρετῷ ἀντιδίδοντα, καὶ μὴ ἀποστηματώδεα σημεῖα, κακοήθεα. Quæcunque febri ex aduerſo reſpondent, eamq; veluti rependunt, niſi abſceſſum faciant, malignitatem denunciant. Poſſunt & ea quæ febres oppugnant aut ſoluunt ἀντιδιδόναι dici, velut ἀντίδοτα dicuntur med. quæ grauibus corporis caſibus ſuccurrunt, & contra lethalia pharmaca aut venenatos morſus exhibentur.

Ἀντικνήμιον dicitur Galen. Com. 2. in lib. de fract. pag. 549.10.) τὸ μέσον καὶ ἄσαρκον ἐν κνήμῃ κατὰ μῆκος ἐκτεταμένον ἄνωθεν κάτω, ὅτι τῶν ἰσχνῶν φαινόμενον, καὶ τῆς κνήμης μέρος ἐστί, media & carne vacua tibiæ pars à ſummo deorſum in longitudinem protenſa, in gracilibus conſpicua. Prima tibia aut anterior tibia vocatur, quòd craſſiori & inſigniori tibiæ parti opponatur, Gallis greue. Lib. de fract. (pag. 555.12.) τῶν δὲ ὀστέων τὸ μὲν ἴσον τὸ ἀντικνήμιον καλεόμενον, ὀχλωδέστερον ἐν τῇ ἰσβαίνειν ἐστίν. Ex oſſibus verò quod ex anteriore tibiæ parte (quæ ἀντικνήμιον dicitur,

intrò vergit, moleſtiorem curationem facit. Ibidem (v.26. & 21.) τὸ ἔσωθεν τῆς ἀντικνημίης anterioris tibiæ pars interior, & κατὰ τὴν τῆς ἀντικνημίης ἴξιν, è directo anterioris tibiæ.

Ἀντικόντωσις dicitur conti renixus, aut qui conto fit, cùm conto innitimur, eoque aut ſcipione gradum fulcimus, cùm videlicet loco cruris baculo corpus fulcitur. Libr. de art. (p.628. 7.) δέονται γὰρ ἀντικοντώσιος ταύτῃ, hac enim parte conti renixu indigent, hoc eſt, baculo inniti & fulciri. Ruſoſque ibidem (p.637.34) ἀντικοντώσιος οὐδὲν δέονται, conto cui innitantur nihil indigent. Quæ ſubnotans Galen. in Exeg. ἀντικοντώσιος, τῆς διὰ τοῦ κόντου ἀντερείσεως, ὅπερ καὶ σκήριγμα καλεῖται, exponit, hoc eſt renixus qui conto fit, quod etiam ſcipio vocatur aut corporis fulcrum in inceſſo, cùm tamen potius σκήριγμα aut σκίπων ſcribendū videatur. Quod verò ἀντικοντώσιος δεῖσθαι dicitur Hippocr. idem paulò pòſt (p.629.44.) ſic explicat, ὑπὸ τὴν μασχάλην τὴν κατὰ τὸ ὑγιὲς σκέλος σκίπωνα προσθέντες, ſcipione axillæ è regione ſani cruris ſuppoſito, corpus fulcire. Et (p.637.35.) ὑπὸ τὴν μασχάλην τὴν κατὰ τὸ σιναρὸν σκέλος ὑποτιθέμενοι σκίπωνα ἀντερείδειν, axillæ quæ eſt è regione cruris læſi ſcipione ſuppoſito corpus fulcire. In Mochlico verò, qui eſt de oſſium per molitionem impellendorum ratione (pag.508.16.) ἀντικοντέειν dicitur conto inniti, quod ſcribitur lib. de art. τῷ ξύλῳ ἀντερείδονται, κατὰ δὲ τὸ ὑγιὲς, παλάμῃ ξύλῳ τὸ σῶμα ἀντικοντέουσι, ad cruris quoque ſani latus baculo corpus fulciunt. Etſi παλάμῃ lego ex lib. de art. Erotianus verò hoc loco expreſſo ἀντικοντεύουσι pro ἀντικοντέουσι legit, & exponit πρὸς τὸ ἐναντίον βιάζονται, contra obnituntur aut obſiſtunt, hoc eſt baculo renituntur & fulciuntur.

Ἀντίληψις in deligandi ratione dicitur apprehenſio, & vinculorum in partem contrariam aut ſanam inuolutio aut appenſio, ac veluti occupatio quædam, ne in ſuperiorem partem aut inferiorem elabantur, ſed firmius contineantur: vt in humeri deligatione, ea quæ per alteram alam fit vinculi circumductio, aut inguine laborante, ea quæ fit ad alterum ilium. Lib. κατ' ἰητρεῖον (p.681.20.) ἐνίοισι μὲν ἄνω ἡ φυγὴ, κάτωθεν ἡ ἀντίληψις· οἷσι δὲ κάτω, τοὐναντίον. quibus quidem vinculorum inuolutio ſurſum elabitur, deorſum apprehenſio fiat, quibus verò deorſum, contrà. vbi etiam ſcribit Galen. ἐπ' ἐνίων δὲ μορίων ἡ διὰ τῶν ἀντικειμένων ἀντίληψις ὠφελιμωτέρα, καθάπερ ἐπ' ὤμου καὶ βουβῶνος. In quibuſdam verò partibus ad oppoſitas vinculorum iniectæ apprehenſio vtilior eſt, velut in humero & inguine. Huiuſmodi ἀντίληψιν appenſionem quæ per oppoſitas partes fit, vocant interpretes. Ἀντιλαμβάνεσθαι prehendere, apprehendere dicitur, ſuſtinere ac ſuſtollere, veluti ducta metaphora ab iis qui manu porrecta prehendunt, ſeu velut collapſos retinẽt, aut proſtratos quaſi manu ſubleuant. Interdum etiam ἀντιλαμβάνεσθαι ſuccurrere, opem ferre & opitulari ſignificat.

Ἀντιποιέειν contra facere ſignificat, reſiſtere, occurrere malo, hoc eſt, benefacere, iuuare. Lib. de art. (p.606.21.) ἄγχιστα δ' ἡ ἐπίδεσις μοι δοκεῖ ἀντιποιέειν, proximè autem mihi videtur deligatio contra facere, hoc eſt morbo reſiſtere, quod eſt maximè iuuare. Ac fortè ἀντιποιέειν illic nouam beneficio rependere ſignificare poteſt, cùm paulò ante de deligatione dixerit, eam in caſo omnia facere contra quàm conueniret, eamque potius lædere quàm iuuare: nunc verò deligationem prope eſſe vt iuuet.

Ἀντίῤῥινα Galen. apud Hippocr. herbam quandam exponit, quam & βουκράνιον & λυχνίδα ἀγρίαν vocari ſcribit. Dicitur etiam quibuſdam ἀνάῤῥινον, vt antea ſcripſimus. Nomen habet à vituli narium ſimilitudine, quam ſemen præ ſe fert. Syluestris anagallis dicitur, quod anagallidi foliis & caule ſimilis ſit.

Ἀντιῤῥοπὴ ἢ ἀντιῤῥοπίη in contrarium momentum propenſio dicitur, inclinatio, repenſio, aut in contrariam partem pondus & inclinatio. lib. de art. (p.608.43) τὴν ἀντιῤῥοπίην ποιέειν τῆς ῥινὸς, narium in contrarium momentum propenſionem facere, vt nares in contrariam partem momento ferantur aut propendeãt, quod facit habena quæ extremis naribus agglutinatur. Rurſus ibidem (v.46.) τῆς ἀντιῤῥοπίης εἵνεκα, in contrariam partem propenſionis gratia. Et (v.53.) τῶν δὲ ἱμάντων τῇ κολλήσει καὶ τῇ ἀντιῤῥοπίῃ πως ἐστὶν οὐδὲν κωλύει χρῆσθαι. habenarum autem glutinatione & in contrarium momentum propenſione, quo minus vtamur, nihil prorſus prohibet.

Ἀντισηκῶσαι. adæquare ſignificat, ex æquo & quaſi ad æquilibrium rependere, aut paria facere. Eleganter eo verbo vtitur Hippocr. & figuratè pro reficere & cibum deperditum reponere ac rependere lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 60. 31.) dum iis qui ſemel tantùm ſumpto cibo malè habent, qua ratione ſine noxa cibus rependatur conſulit. τοῖσι μὲν οὖν παρὰ τὸ ἔθος κενεαγγήσασι, ξυμφέρει ταύτην τὴν ἡμέρην ἀντισηκῶσαι. Exinanitum igitur præter conſuetudinem eodem die reficere conuenit, hoc eſt detractum cibum reponere. Gal. lib. περὶ τρόμου καὶ παλμοῦ (p. 365. 30.) ἐπιῤῥεῖ γὰρ ἂν ῥᾳδίως ἐπὶ πόδας ἀπὸ τῶν ὑψηλοτέρων εἰς τὰ κάταντες ῥέπων. εἰ μή τις κίνησις τὴν ῥοπὴν ταύτην ἀντισηκώσειεν. facilè nanque ad pedes deflueret, ab altioribus locis in decliue repens, niſi ſanè motu inclinationem hanc repẽderet, exæquaret, aut cõpenſatet, hoc eſt niſi motus & in decliue inclinatio pares fierent. Etſi Galeni locum mendoſum ſuſpicor, &, εἰ μή τις κινήσεως τὴν ῥοπὴν ταύτην ἀντισηκώσειε leg. exiſtimo aut ἀντισηκώσοιτο. Ἀντισηκοῦσθαι etiam ex æquo librari & librando adæquari ſignificat, aut ad æquilibrium propendere & inclinari. lib. de art. (p.584.7.) ἵν' ἀσφαλεστέρως ἂν τὸ σῶμα, τῇ μὲν τῇ, τῇ δὲ τῇ ἀντισηκωθείη μετεωριζόμενον, propterea quòd ſuſpenſum corpus, in hanc vel in illam partem ſecurius ex æquo libretur, aut ad æquilibrium propendeat. Eſt & ἀντισήκωσις ἢ ἀντιστάθμησις, æqualis repenſio.

Ἀντίσπασις reuulſio dicitur, humoris fluentis in contrariam partem retractio & auerſio.

Huius

Huius ſpecies ſunt quatuor pro poſitionum differentiis. Nam aut fit reuulſio ab inferiori parte ad ſuperiorem, aut à dextra ad ſiniſtram, aut ab anteriore ad poſteriorem, aut ab interiore ad externam. Etſi Galen. lib. 5. Meth. med. cap. 3. & com. ad aph. 68. lib. 5. tres tantùm enumeret. At verò libr. de Reuulſione vt has omnes ſpecies enumerat, ita ἀντισπάσιος nomine παρεχέτευσις & deriuationem ſumit. fit igitur reuulſio fluentibus adhuc humoribus, in longiſſimè quidem diſtantem & maximè contrariā partem. Quod certè Hippocratis eſſe inuentum teſtatur Galen. lib. 5. Meth. cap. 3. & lib. 4. cap. 6. vbi locum lib. περὶ χυμῶν (p. 114. 33.) innuere videtur, ex quo reuulſionis leges eruuntur. ἀντισπάσιος quoque meminit Hippocr. aph. 5. & 21. lect. x. lib. 6. Epid. De eaque plura ex Gal. mente adduximus noſtris in lib. 6. Epid. annotat.

Ἀντιστήριγμα quod contra firmat & obnititur dicitur, fulcrum, aut quod obfirmet & fulciat. Lib. de art. (p. 598. 33.) ἢν δὲ οὐκ ἐθέλῃ κατακεῖσθαι, ἀντιστήριγμά τι προσθεῖναι χρή, ὡς ὁ ὦμος ἀνωτάτω εἴη. Quòd ſi decumbere non recuſet, firmamentum aliquod cui obnitatur adhibere oportet, vt humerus maximè ſublimis maneat. Sic ἀντιστηρίζεσθαι obniti & obfirmari ſignificat. lib. de art. (p. 637. 21.) ἢν γὰρ τολμᾷ τι καὶ ἐπ' ὀλίγον τῷ ποδὶ ὀχέεσθαι μηδενὶ ἄλλῳ ἀντιστηριζόμενος, ἐς τὸ ὀπίσω ἂν πέσοι. Si nanque vel paululum conetur hoc pede ferri, nulli alteri innixus rei, is vtique in poſteriorem partem decidet. Et ibidem rurſus (p. 638. 23. & p. 657. 49)

Ἀνυδρὶν cœlum ſiccum & ſqualidum ſignificat Hippocr. nos ſudum diximus lib. 2. Epid. (p. 311. 20.) indicantes ab imbribus ceſſationem. ἐν καύμασιν ἀνύδροις, magnis & ſqualidis æſtibus. Quod repetitur Galen. Com. 3. in Progn. Rurſus ibidem (p. 314. 23.) τὸ ἔαρ καὶ τὸ θέρος πάνυ ἄνυδρον, ver & æſtas valdè ſicca. ἀνυδρίαι lib. 1. Epid. (p. 350. 51.) ab imbribus ceſſationem ſignificant, αὐχμηρὸν exponit Gal. Et aph. 14. lib. 3. βόρειον καὶ ἄνυδρον τὸ φθινόπωρον autumnus aquilonius & ſiccus dicitur, ὅτι δ' οὐδὲν διαφέρει (ſcribit Galen.) ξηρὸν ἢ αὐχμηρὸν, ἢ ἄνυδρον εἰπεῖν, πρόδηλον παντί. quòd verò nihil differt, ſiue ſiccum, ſiue ſqualidum, ſiue ſine pluuiis dixerimus, cuiuis eſt manifeſtū.

Ἀνυπέρβλητος φύσις natura quæ ſuperari aut euinci non poteſt. Lib. de rat. vict. in morb. ac. pag. 111. xa.) ἀνυπέρβλητος γὰρ ἡ φύσις τῶν βοείων κρεῶν. bubularum enim carnium natura inſuperabilis, & quę ægrè concoqui aut euinci poſſit. Vbi Galenus ἀνυπέρβλητον φύσιν exponit, ἣν οὐκ ἄν τις ὑπερβάλλοιτο. quam quis ſuperare nequeat, & τὸ δυσκατέργαστον τῆς φύσεως καὶ ἰσχυρὸν denotari ſcribit, naturam validam & quæ ægrè confici queat.

Ἀνυπεύθυνα τῆς τέχνης dicuntur quæ in arte Medica rationi reddendæ minimè ſunt obnoxia, quæque ſub rationis gyrum aut cenſuram non veniunt, ſed libera ſunt & nulli rationi ſubiecta. Sunt autem ea quæ ſub ſenſum cadunt, & immunia ſunt rationis reddendæ. Poſſunt etiam intelligi quæ in arte impunè fiunt & ſine reprehenſione, aut crimine vacant, ideoque minimè ſunt examinanda. ἐν παραγγελίαις (pag. 18. 7.) καταμελητέονες τὰ τῆς τέχνης ἀνυπεύθυνα, quæ in arte nulli rationi reddendæ ſunt obnoxia negligentes. De malis Medicis agitur, qui quæ in arte nulli rationi reddendæ ſunt obnoxia, ſed libera & omni cenſura aut examinatione ſoluta, negligunt. Cornarius artis ſynceritatem dixit. Caluus artis munia quibus Medicus excellit & ὑπεύθυνος dicitur. Atque idem ἀνεύθυνος & ἀνυπεύθυνος.

Ἄνυτοι πρὸς λόγους ad ſermones expediti dicuntur & verbis prompti, hoc eſt ſermone & oratione efficaces, tum perſuadendo, tum ratiocinando, ideoque optimè diſſerendi arte inſtructi, quales Medicos eſſe vult lib. περὶ εὐσχημοσύνης. (p. 15. 12.)

Ἄνωδον Erotianus exponit apud Hippocratem, βαθμὸν, καὶ οἷον οὐδὸν, ianuæ limen & gradum vel ſaxum in ianuæ limine, qua in ædes ingreſſus patet. Idem quoque φλιὰν vocari ſcribit. Verùm ſi vera eſt Erotiani lectio, is mihi locum lib. de art. (pag. 659. 36.) ſubnotare videtur, vbi τοὺς κλίνης δὲ πόδας ἐρείδεσθαι πρὸς τὸν οὐδὸν, lecti pedes ad ianuæ limen obfirmari, iubet Hippocrat. Et rurſus ibidem (v. 44.) τὸ μὲν πρὸς τὸν οὐδὸν ἐρείδεται, τὸ δὲ πρὸς τὸ ξύλον τὸ προσβεβλημένον. piſtillorum alterum ad ianuæ limen, alterum ad appoſitum lignum obfirmatur. Sic vt ἄνωδον pro τὸν οὐδὸν legiſſe videatur Erotian. Eſt enim οὐδὸς Suidæ βατὴρ, φλιὰ καὶ βαθμὸς, & τὸ κάτω τῆς θύρας, in ima ianuæ parte ſaxum aut lignum quâ in ædes greſſus patet. Heſychio οὐδὸς βατὴρ ὁ πρὸ τῆς θύρας & ὀδὸς etiam dicitur.

Ἀνώδυνα medicamenta dicuntur dolorem ſedantia & delinientia. Eaque duorum ſunt generum, & quædam propriè talia dicuntur, & reuera dolores deliniunt, quæ calore ſunt temperata noſtroque calori maximè conuenientia, vt quæ primo ordine calefaciant & tenuium ſint partium. Alia impropriè ἀνώδυνα dicuntur, quæ refrigerando & ſtuporem inducendo doloris ſenſum tollunt, & narcotica vocantur. Cælius Aurel. cap. 4. libro ſecundo, Tard. paſſ. & libro tertio, indoloria vocari Latinis poſſe ſcribit. Eadem etiam colica dicuntur Galen. cap. 4. lib. 9. & libro octauo, Compoſ. pharm. gen. Quænam verò ſint & dicantur ἀνώδυνα med. ſcribit Galen. cap. 11. libro quinto, de med. ſimpl. fac.

Ἄνωθεν & ἄνω ſuperiorem partē ſignificat. Aph. 25. lib. 4. τὰ ἄνω ſuperiorem & eam quæ per os fit ſanguinis vacuationem ſignificat, omiſſa ea quæ per nares fit, vt ſcribit Gal. Aph. verò 32. lib. 7. ἄνωθεν loci & temporis aduerbium, ἐξ ἀρχῆς τοῦ νοσήματος, ab initio morbi ſignificare, & τὸ χρόνον δηλοῦσθαι ὑπὸ τοῦτο, ſcribit Gal quam etiam notionem in ἄνω Heſychius agnoſcit.

τὸ ἄνω vētris partem ſuperiorem indicat aph. 8. libr. 4. & Coac. Prænot. (440. 30.) περὶ τὸ ἄνω πόνοι σύντονοι. ad ſuperiorem ventris partem dolores intēſi. Sic τὸ ἀνωτέρω ventris partem ſuperiorem ſignificat libr. 4. Epid. (p. 331. 38.) καὶ ἐπεχώρει ἀνωτέρω, de aluo dicitur quæ ſuperiore parte conceſſit, hoc eſt vacuatione refuſa eſt. Subdit nanque, ὅτι ἄνω ἤμεσ' ἤμεσεν κακὸν, vbi ἄνω de ſuperiore ventris parte per vomitionem vacuata dicitur.

Ἀνοργασμένον τὸ ἀναμεμαλαγμένον exponit Galen. in Exegeſi apud Hippocr. quòd τὸ μαλάξαι ὀργάσαι dicatur, emollire aut ſubigendo emollire, aut quòd ὀργάζειν idem quod σπαργᾶν aut ὀργᾶν ſignificet, dicaturque de his quæ quodam impetu ad aliquid feruntur aut incitantur & turgent. Sic etiam apud Gal. pro σπαργῶν & ὀργῶν, σπαργᾶν & ὀργᾶν legendum exiſtimo; videturque Galen. ἀναμεμαλαγμένον non ἀνοργασμένον legiſſe. Quòd verò Gal. teſtem citat librum ſecundum de Morbis maiorem, librum περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν intelligit, quem ſæpius in Exegeſi eo nomine adducit. Videturque locus eſſe qui ſic paſſim legitur (pag. 199. 13.) ἵνα χρὴ ὀργασμένον τὸ σῶμα ᾖ πρὸς τὴν φαρμακοποσίην, vt corpus emollitum ſit ad medicamenti potionem, aut præparatum Nam pro ἵνα χρὴ ὀργασμένον, ἵνα ἀνοργασμένον aut ἀνοργασμένον legendum videtur. ὀργᾶν verò Heſychius dici ſcribit τὸ ἐπί τι παρεσκευάσθαι καὶ ὁρμᾶν. Idemque ὀργάσαι, ἐπιμάσαι, φυράσαι, βρέξαι, ἀναδεῦσαι exponit, præparare, ſubigere, madefacere, macerare, irrigare. Et ὀργάσας μαλάξας, & ὀργάσαι πηλὸν, ἐπιμάσαι καὶ ἐπιμελῶς παρασκευάσαι, lutum aqua maceratum emollire, ſubigere & præparare. Sic etiam Pollux lib. 7. ὀργάζειν μαλάττειν exponit, & dici πηλὸν ὀργάζειν ſcribit. Eiuſdemque ſignificationis eſt ὀργάζομαι & ὀργάομαι. Et ὤργα Heſychius exponit κατεπέπτετο, & ἐν ἑτοίμῳ ἦν, incitabat, præparabat, ad præparationem accommodabat, & ὀργωμένην παρεσκευασμένην, ἕτοιμον. Sic quoque ὀργάζω idem quod ὀργάζω ſignificat, vnde & ὀργιάσαι apud Hippocratem Erotianus exponit τὸ ὁρμὴν ἔχειν πρός τι, καὶ εἰς προχείρισιν ἀγαγεῖν τὰ ὑγρὰ, καὶ πρὸς ἔκκρισιν ἐπιμάζειν, ſicut ὀργᾶν de turgeſcentibus & ad excretionem comparatis humoribus dicitur. ὀργάσας etiam μαλάξας exponitur apud Herodotum. Erit igitur apud Hippocr. τὸ ἀνοργασμένον σῶμα, aut ἀνοργασμένον, & ἀνοργασμένον, corpus præparatum & emollitum, aut ad medicamentorum potionem præparatum. Quod etiam ὀργασμένον dici poteſt, vt paſſim legitur. Præparatur autem corpus ad medicamentum, ſi præhumectetur vt pharmacis obediat, quod προϋγραίνειν dicit Hipp. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν. (p. 201. 32.)

Ἀνόχυρος χώρη, regio non munita, non tuta, non defenſa ſyluis & arboribus. Lib. de aëre, loc. & aq. (p. 81. 10.) ὅκου δ' ἐστὶν ἡ χώρη ψιλή τε καὶ ἀνόχυρος καὶ τρηχεῖα. Vbi autem regio nuda eſt, non munita & aſpera. Cornarius tamen natura munitam dixit, quòd eſſet acceſſu difficilis.

Ἀξιόλογον ἀπόστημα, abſceſſus effatu dignus dicitur in Coac. Prænot. (p. 428. 9.) & qui magnitudini ac dignitati reſpondet, vt neque quàm par ſit minor, neque pro viribus maior oriatur. Lib. etiam 1. Epid. ſect. 2. & lib. 2. Epid. ſect. 1. damnat eos abſceſſus Hippocr. ſi ἀναξίως τῆς περιβολῆς ἢ ἀκρίτως τῶν νοσημάτων fiant, hoc eſt, ſi indignè morborum excretioni aut depulſioni reſpondeant, vt ſcripſimus noſtris in lib. 2. Epid. annotat.

Ἀξύγγιον eſt τὸ στέαρ ὕειον παλαιὸν adeps ſuillus inueteratus vulgò ſic dictus, vt ſcribit Galenus lib. 7. Comp. pharm. gener. (pag. 408. 42.) Axungia dicitur Latinis quòd rotarum axibus inungendis ſit accommoda. Receptum tamen Græcis nomen, neque ſuillo adipi ſolùm attributum, ſed & τράγειον ἀξύγγιον adeps hircinus dicitur Gal. lib. 3. περὶ τῶν εὐπορίστων (p. 455. 24.)

Ἀογκότατον τὸ σῶμα corpus minimè tumēs, quàm minimam molem habens dicitur Hippocrati, in his quæ adiecta ſunt lib. περὶ φύσ. ἀνθρώπ. (p. 18. 26.) In morborum populariter graſſantium curatione, conſuluit, τὸ δὲ σῶμα ὁρᾶν ὅπως ὅτι ἀογκότατον καὶ ἀσθενέστατον, videndum vt corpus minimè tumeat & ſit attenuatiſſimum. Qua cautione victus rationem imminuit, & humorum molem exiccat repletionemque vitandam ſuadet, quæ ſunt in morbis populariter graſſantibus efficaciſſima præſidia, tum vt putredo arceatur, tum vt corpus ipſum aëris offenſæ minus obnoxium reddatur. Quidam ἀογκότατον σῶμα corpus quàm ſolidiſſimum exponunt, vt externæ aëris iniuriæ minus ſit expoſitum, non fluxa mole & humidiore, ſed ſolidiore, compactiore & denſiore, vt ſit robuſtius, valētius, & ſiccius, atque ideò externis iniuriis minus tentetur.

Ἀορτὴ dicitur arteria magna quæ ex ſiniſtro cordis ventriculo exoritur, & ſpiritum vitalem in totum animātis corpus defert, caloremq; natiuum per diaſtolem & ſyſtolem tēperat. Gal. lib. 16. vſ. part. & Ariſt. lib. 3. de part. animal. Ἀορταὶ autem apud Hippocr. libr. de loc. in homine (p. 68. 23.) intelligi videntur arteriæ aſperæ cartilagines prope circulares βρόγχια dictæ, quę in pulmoné feruntur ipſumq; totum contexunt, & in frequentes ramos diſperguntur. φθίσις δὲ γίνεται, ὅταν ἐς τὸ αὐτὸ, ὥσπερ τοῦ ἐμπύου ὁ ῥόος φέρηται διὰ τοῦ βρόγχου καὶ τῶν ἀορτέων αἳ ξυνέχουσι τὸ πνεύμονα καὶ τὸν βρόγχον. Tabes autem fit cùm ad eundem locum, velut in ſuppurato, fluxus concedit, per guttur & aortas dictas, quæ pulmonem & guttur coniungunt. Et rurſus ibidem (v. 26.) ἐν τῇσιν ἀορτῇσιν ἐγκεχυμένον τὸ ῥέον, ὥστε στενὰς διεξόδους ἐχούσας τὰς ἀορτὰς, στενοχωρίην τῷ πνεύματι παρέχει, καὶ τὸν πυκνὸν πνεῦμα ἔχειν. ὥσπερ γὰρ ἀναπνέομεν αἰεὶ ἐπιθυμίη ἀναπνεῖ. In aortis aūt detētum quod influit, cùm aortę anguſta foramina habeant, anguſtiam ſpiritui exhibet, idque difficilem reſpirationem facit, quæ velut deficiens ſemper reſpitare cogit. Vbi tamen ἀορτῆρσιν pro ἀορτῇσιν legunt etiam exemplaria quædam manu ſcripta vt & Aſulanum, vitioſè tamen vt apparet. Rurſuſque ibidem (verſ. 1.) ὅταν ἐς τὸν πνεύμονα ῥυῇ

ῥυῶσιν ἐκ τῆς κεφαλῆς διὰ τοῦ βρόγχου ἐς τῶν ἀορτέων, cùm in pulmonẽ ex capite per guttur & aortas dictas fluxio irruperit. Sic enim cum Cornario lego, cùm exemplaria publicata ἀρτηριῶν pro ἀορτέων habeant. Etſi cõmunem iſtam lectionem agnoſcere videtur Erotianus ex Bacchio, cùm ſcribit, ἀορτέων Βακχεῖος μὲν ἐν τῇ πρώτῃ φησὶν ἀρτηριῶν κοινῶς. Sic enim apud Erotianũ leg. contendo, cùm paſſim ἀρτέων mendosè legatur, & hunc totum locum libri de loc. in homine ab Erotiano ſubindicari non leui coniectura auguror, vt ſignificet ἀορτὰς à Bacchio pro arteriis ex communi & exiſtimatione & lectione ſumptas apud Hippocr. Epiclem autem & Lycum Neapolitanũ ἀορτὰς vocaſſe τὰ ἐν τῷ πλεύμονι ἐς τῆς τραχείας ἀρτηρίης βρόγχια, eas quæ ſunt in pulmone & aſpera arteria circulares cartilagines, βρόγχια dicta. At verò Erotianus in eam opinionem delabitur, vt ἀορτὰς pro arteriis dictas Hippocr. exiſtimet ex Bacchij etiam opinione, dictáſque velut ἀερωτῆρας τινὰς οὔσας, κατ' ἰδιωτικὴν συνήθειαν ἐναλλαγήν. Ἀορτὰς igitur, ſiue arteriæ aſperæ in pulmones diſpertiæ, ex Erotiani & Bacchij opinione intelligantur, ſiue earum βρόγχια ex Epiclis & Lyci autoritate, hunc certè Erotiani locum ad Hippocr. librum de Loc. in homine rite & ordine referendum res ipſa prædicat. Adde quòd in veteribus Lexicis ex Polluce annotatur, τὸν βρόγχον in tenues apophyſes diſparari, quas Græci σύριγγας, καὶ βρόγχια, ἐς ἀορτὰς appellant. Ἀορτὰς apud Hippocratem Cornarius appendẽtea pulmonis partes vertit, motus opinor Galeni Exegeſi & Hippoc. loco qui legitur in Coac. Prænot. (p. 436.14.) ἢν μὲν ἐν σφόδρα φλεγμαίνωσιν αἱ ἀορταὶ, ὥστε προσκαθῆσθαι πρὸς τὸ πλευρόν. Si quidem igitur ſuſpenſæ vtriuq; pulmonis partes, aortæ dictæ, tanta inflãmatione tententur, vt ad latus adhæreſcant. Illic enim ἀορταὶ dici videntur ſuſpenſæ vtrinque pulmonis partes & ſeparatæ fibræ, quæ vbi inflammatione vexantur, in latus aut coſtam incumbunt. ἄορτρα dicta lib. 2. de Morb. (p. 153.5.) ἄορτρα τοῦ πνεύμονος σπαδῶνα, & ἐπὴν ἄορτρα σπασθῇ τοῦ πνεύμονος. Vbi tamen fœdiſſimè corrupta ſunt omnia exemplaria, quæ ἄρθρα pro ἄορτρα legunt. Iſtum enim locũ à Galeno explicari in Exegeſi haud dubia fides eſt, cùm ſcribit, ἀορτῶν, τὸ ἀπηρτημένον τοῦ πνεύμονος μέρος ἑκατέρωθεν, ὡς ἐν τῷ περὶ νούσων τῷ μείζονι. Ἔτι δὲ καὶ ἀορτρὸν τὸ αὐτὸ τοῦτο ἔοικε καλεῖν, ὡς Διοσκουρίδης οἴεται. ἀορτῶν dicitur ſuſpẽſa vtrinque pulmonis pars, vt lib. de Morb. maiore. Eandem etiã interdum ἀορτρὸν vocat, vt exiſtimat Dioſcorides. Quibus verbis hic locus lib. 2. de Morbis paſſim inſcripti exprimitur, quem Librum primum de Morb. maiorem Galeno inſcribi multis certiſſimis argumẽtis confirmatum habeo. Vt facilè mihi in animũ inducam, hunc totum etiam locũ in noſtris codicibus vitiosè eſſe ſcriptum, atque vbi legitur, ἐπὴν ἄρθρα σπασθῇ, Galenum legiſſe ἐπὴν ἀορτῶν σπασθῇ τοῦ πλεύμονος. Nam & illic alterius partis quæ à pulmone dependet inflammatione tentatæ curatio inſtituitur, & ἄορτρα τοῦ πλεύμονος σπαδῶνα, vtrinſque partis indicaturam præ ſe ferunt. Ἀορτῶν autem, aut ἀορτρὸν, aut ἀορτρίς, ἀπὸ τοῦ ἀορτεῖσθαι, velut dependens quoddam lorum dictum videtur, vt & ἀορτὴρ & ἀορτὴρ aut ἀορτεύς, qui φορεὺς τοῦ ξίφους exponitur Heſychio, vt & ἀορτῆρες αἱ ἀναφορεῖς τοῦ ξίφους, ἢ οἱ κρίκοι τῆς θήκης. Quòd verò ſcribit Gal. ἀορτρὸν dici etiã quandoq; Hippocrati, ex Dioſcoridis opinione, neſcio an locũ Coac. Prænot. intelligat, & num potius ἀορτρὸν aut ἀορτὴν legendum ſit, vt & ἀορτραὶ aut ἀορταὶ dicantur in Coac. Prænot. dependentes vtrinque pulmonis fibræ. Nam & hæc omnia valde ſuſpecta ſunt & arbitraria, præſertim etiam cùm adſcribat Gal. ὁ τρόπον δὲ ζητητέον.

¶ Ἄπαγμα abductio dicitur & oſſis eſt fractura prope articulum per totam oſſis craſſitudinẽ facta, ita vt fracti oſſis partes plurimum à ſe inuicem abducantur & diſtent. Nomen ab Hippocr. deductum & recentioribus vſurpatum, vt ſcribit Gal. Com. 3. in lib. κατ' ἰητρεῖον (p. 699.49.) his verbis. τὰ δὲ ἀποκλάσματα καλεῖται μὲν ὑπὸ τῶν νεωτέρων ἀπάγματα. μέμνηται δὲ αὐτῶν ἐπὶ τέλει ἐν τῷ περὶ ἀγμῶν, ἐς τοῖς περὶ ἀγκῶνος ἰνῶν ἰνας, ἐς τὸ ἄπαγμα γέγραφεν αὐτός. ὅθεν ὁρμηθέντες οἱ μετ' αὐτὸν, ἀπάγματα προσηγόρευσαν, ὅσα πλησίον τῆς διαρθρώσεως γίγνεται κατάγματα διὰ ὅλου τοῦ πάχους τῶν ὀστῶν, ὡς ἀπ' ἀλλήλων διαστῆναι τὰ μεγάλα, ἐς καλοῦσιν οἱ νεώτεροι αὐτὰ κατάγματα καυληδὸν γεγονέναι. ἀποκλάσματα verò quæ ſunt abruptiones, recentioribus ἀπάγματα, hoc eſt abductiones, vocantur. De quibus meminit extremo lib. de fract. & in neruorum venarumque fibris circa cubiti gibbum τὸ ἄπαγμα fieri ipſe adſcripſit. Ex quo adducti poſteri ἀπάγματα vocauerunt fracturas eas quæ prope articulum per totam oſſium craſſitudinẽ fiunt, ita vt à ſe plurimùm diſparentur. Atq; hæ à recentioribus καυληδὸν, hoc eſt, caulis in morem factæ fracturæ vocantur. Hippocr. autem locus quem profert Gal. is legitur lib. de fract. (p. 576.52.) vitiosè tamen admodũ noſtris in exemplaribus. Sic verò lego. ἤνπερ δὲ ἀπαγῇ ταύτῃ ᾗ ὑπερέχει ἡ κεφαλὴ τοῦ βραχίονος, πλανωδέστερον τὸ ἄρθρον γίνεται, ἢ εἰ παντάπασιν ἀποκαυλισθῇ. Cùm verò qua parte brachij caput ſupereminet diſceſſerit, magis vagatur articulus, quàm ſi penitus tranſuerſus frangatur. Idem etiã Gal. lib. 6. Meth. med. (p. 101.27.) ἄπαγμα Medicorum nomẽ plebi inuſitatum eſſe ſcribit & communi καταγματος nomine comprehendi, his verbis. ἄπαγμα δὲ τῶν ἰατρῶν ἴδιον ὄνομά ἐστι, τοῖς πολλοῖς ἀνθρώποις ἄηθες. εἰώθασι δὲ οὕτω προσαγορεύειν, ὅταν ἀποκαυλισθῇ τὰ πέρας ὀστοῦ καθ' ὃ διαρθροῦται μάλιστα. Ἄπαγμα verò Medicorum appellatio eſt propria, vulgo inuſitata. Conſueuerunt autem ita appellare, quando oſſis extremum, qua parte præcipuè cum alio committitur, penitus tranſuerſum fractũ eſt. Dicitur ἄπαγμα autori Definit. Med. (p. 399.44.) ὀστοῦ διακοπὴ ἐπιπόλαιος ἢ ἐς βαθεῖα, κατ' ἀντικείμενα μέρη τοῦ τραύματος, hoc eſt, extimæ oſſis cutis diuiſio, aut etiam internarum partiũ, quæ in vulnere inter ſe ſunt oppoſitę.

Ἀπαγνίζομαι idem quod ἁγνίζω ſignificat, expio,

luſtro, purifico. Lib. de Morbo ſacro (p. 123. 38.) ἀλλ᾽ εἴ τι ἢ πρότερον ἔχομεν μύσος, τοῦτο ἀπαγνίσωμεν, ſed ſi quod prius etiam ſcelus habemus, illud expiamus.

Ἀπαγορεύεσθαι, vetari, interdici, auerſari, renuere, vt ἀπαγορεύεσθαι τῶν σιτίων cibos recuſare & auerſari. Lib. 7. Epid. (352. 14.) καὶ ἤδη ἀπαγορευομένῳ σιτίων συχνὰς ἡμέρας, vigeſimo quarto cùm iam per multos dies cibos recuſaſſet. Sic enim membranæ quædā manu ſcriptæ Regię legunt, quibus etiā conſentiunt Italicæ. ἀπογευομένῳ autē paſſim legitur, vt poſtea ſcribemus. Sic ἀπαγορεύει, ἀποστρέφεται, ἀρνεῖται exponit Vatinus.

Ἀπαγχόμενοι qui ſtrangulantur, ſuſpendio ſuffocantur, aph. 43. lib. 2. τῶν ἀπαγχομένων καὶ καταλυομένων, ex ſtrangulatis & diſſolutis.

Ἀπαιωρεῖσθαι, Vide in Αἰώρα.

Ἀπαλλάττειν Hippocrati vacuare, emollire, liberare ſignificat, diciturque cùm tumor emollitur aut ſubſidet ac vacuatur. In Prorrh. (p. 219. 11.) βηχία μετὰ πτυελισμοῦ ὑπὸ τὰ παρ᾽ οὖς ἀπαλλάσσει. Tuſſicula cum crebra oris ſaliuatione & ſputatione, ab abſceſſu circa aures liberat, hoc eſt, abſceſſus emollit & vacuat. In Coac. enim Prænot. (p. 429. 44.) λαπάσσει dicit. Et Gal. Com. 3. in Prorrh. (p. 219. 15.) ἀπαλλάσσειν vacuare aut emollire exponit, his verbis quæ vitioſiſſimè corrupta ſunt in omnibus exēplaribus. Sic enim paſſim leguntur. καθισταμένων δ᾽ οὕτως, εὔλογον μὲν ἑτέρας φαίνεσθαι τὰς παρωτίδας. τὸ γὰρ ἀπαλλάσσειν κυρίως κενοῦν σημαίνει. τῷ κενοῦσθαι δ᾽ ἕπεται τό, τε συστέλλεσθαι, καὶ τὸ μαλακώτερον γίνεσθαι. Sed εὔλογον κενωτέρας φαίνεσθαι leg. exiſtimo, hoc ſenſu: His ita rēſidentibus exinanitas apparere parotidas eſt conſentaneum. ἀπαλλάσσειν nanque propriè vacuare ſignificat. Ad vacuationem autem tum contrahi, tum mollius fieri conſequitur. Hanc autem germanam eſſe lectionem cōſtat ex altero Galeni loco Com. 4. in lib. 6. Epid. (pag. 491. 44.) vbi τὸ λαπάσσεσθαι explicat his verbis. πολλάκις δ᾽ ἤδη μεμαθήκατε τὸ ἔθος αὐτοῦ, τὴν κατὰ τὸ λαπάσσεσθαι φωνὴν, ἐπὶ πάντα τὰ ὁπωσοῦν συστελλόμενα φέροντος, ἐπειδὴ κενώτερα γίνεται. Sæpius autem iàm didiciſtis illi conſuetum eſſe vocem λαπάσσεσθαι ad ea omnia quæ vtcunque contrahuntur referre, vbi magis vacua euadunt. De eadem enim re vtrobique τὸ ἀπαλλάττειν effertur. Atque hic mihi facilior ſenſus videtur & longè explicatior, quàm ſi vulgatā lectionem quæ nullius eſt momenti retineas, aut aliam affingas, quod feciſſe interpretem conſtat, cùm ἐκ εὔλογον legit. Lib. 4. Epid. (p. 334. 14.) de tumoribus ad aures vacuatione emollitis, καὶ ἀπαλλάσσοντο ἑβδομαῖοι, & liberabantur ſeptimo die aut emolliebantur. Eſt etiā ἀπαλλάττειν Hippocrati neutra ſignificatione, euadere, liberari, degere, vita fungi aut vitam producere. Aph. 32. lib. 2. βέλτιον ἀπαλλάσσουσι, hoc eſt, melius degunt, in melius euadū‸, meliore ſunt ſtatu aut conditione, aut [illegible] faciliùs liberantur. Sic aph. 53. lib eiuſdem, νέοι μὲν ὄντες βέλτιον ἀπαλλάσσουσι, in iuuētute melius degunt, iuuentam melius agunt, iuuentute melius defunguntur, vt &, ἐς δὲ τὸ γῆρας, χεῖρον ἀπαλλάσσουσι, ſenectute verò peius defungūtur, in ſenectute peius agunt aut habent, in melius & deterius cōmutantur dixit Interpres. Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 7. 21.) εἰσὶ δή τινες οἳ οὐκ ἂν δύναιντο ἔξω τοῦ ξυμφέροντος ποιέοντες, ῥηϊδίως ἀπαλλάσσειν. Sunt porro quidam, qui ſi quid præter quàm cōueniat fecerint, facilè degere nequeunt, non leuiter ferunt. Rurſus ibidē (p. 11. v. 8) de his qui caſeo ſumpto grauius habent, εἰσὶ δὲ οἳ χαλεπῶς ἀπαλλάσσουσι, quidam etiam cum grauiore moleſtia degunt, hoc eſt, ægrè concoquunt, eoq; ſumpto non niſi ægrè liberantur. De fœtus abſolutione aut productione ἀπαλλάττειν etiam dicitur lib. 7. Epid. (p. 358. 49.) ῥηϊδίως ἀπήλλαξε, ſine labore eſt liberata, aut defuncta. Sic de his quę ex vtero prodeunt & educuntur ἀπαλλάσσεσθαι effertur lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 251. 32) ὁκόσα δὲ φθορῆς γενομένης μὴ ἀπαλλάσσεσθαι δύναται, quicunq; ex abortione fœtus liberari nequeunt, hoc eſt, in lucē emitti, exire aut produci. Ibidem (v. 49.) καὶ ἢν μὲν ἀπαλλάσσονται, & ſi quidem liberentur, hoc eſt, in lucem exeant. Et rurſus (p. 252. 2.) ἢν ὀρθά τε καὶ κατὰ φύσιν ἀπαλλάσσονται, ſi rectè & ſecundum naturā prodeant. Aph. 45. lib. 2. cùm loci victuſque, tū maximè ætatis mutationes τῶν ἐπιληπτικῶν ἀπαλλαγὴν ποιέουσι, morbo comitiali laborantes iuuenes liberant, λύουσι τὴν ἐπιληψίαν exponit Gal. & ἐπὶ τὸ βέλτιον ἄγουσι, morbum comitialem ſoluunt, & in melius conuertunt. Eſt & ἀπαλλαγῆς τοῦ βίου ἐπιθυμίη, defungi vita cupiditas, & excedendi è vita, lib. 5. Epid. (p. 342. 7.) quod lib. 7. Epid. (p. 364. 36.) ἵμερος τῆς ἀπαλλαγῆς βίου, decedendi deſiderium dicitur, vt & ἀπαλλάττεσθαι βίου, & ἀπαλλάττειν τοῦ ζῆν, ex Platonis Axiocho annotatur. Ἀπαλλάττεσθαι etiam pro ἀπαλλάττειν ponit apud Hip. & educere, eximere, ſummouere, amouere & liberare ſignificat. De ſagittæ cuſpide quæ ex vulnere exempta eſt, lib. 5. Epid. (p. 339. 31.) τὴν δὲ ἀκίδα τρίτῳ ἔτει ἡμεῖς, ἀπαλλαξόμεθα ἐπεὶ ἐόντων ἐξ ἀφ᾽ οὗ ἐτρώθη. Inuentum autem ſpiculum ſexto demum anno, ex quo vulneratus fuerat, eduximus.

Ἀπαλύνειν, emollire ſignificat, tenerū & delicatū facere, extenuare, tenue & molle reddere. Lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p. 112. 16.) σαρκῶσαι, ἀπαλῦναι, carne implere, attenuare. Et rurſus (p. 113. 29.) μυρμηκίας ἀπαλύνει, verrucas formicarias attenuat, de aceto. Lib. de art. (p. 625. 27.) ἀπαλύναι τὸ σῶμα, eſt corpus molle & turgidū reddere ac tenerū, emollire, & implere. (ἀπαλυνθεὶς in Mochlico dicitur (p. 510. 41.) Ibidē (v. 33.) ἀπαλυσμὸς eſt plenior & curatior habitus, vbi pleniore victu vſus æger, obeſior fit & plenior. Lib. 6. Epid. ſect. 1. aph. 5. ἀπαλύνειν de corporū emollitione ac pręparatione ad humorū expurgationem aut penetrationē dicitur, μαλακύνειν exponit Galenus. Eſt & ἀπαλυνομένη γλῶσσα, in Coac. Prænot. (p. 430. 44) lingua mollis & tenera, quæ humectatione lenis eſt aut emolleſcit, & ſiccæ, aridæ aut aſperæ opponitur.

Ἀπαναίνεσθαι, recuſare, renuere, reſpuere, reiicere, auerſari ſignificat. Lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 283. 45.) καὶ τὸν ἄνδρα ἀπαναίνεται, & virum renuit aut auerſatur. Pleniorem autem ſignificationem habet quàm ἀναίνεσθαι, quod quidam de recuſatione circa concubitum aut nuptias dici volunt, & detrectare concubitum aut nuptias denotare contendunt. Erotianus apud Hippocr. ἀναίνονται ἀπαρνοῦνται exponit, vt antea ſcripſimus, expreſſo etiam loco. Ἀπαναίνομαι ἀρνοῦμαι quoque exponitur, & ἀπαναίνου ἀποστρέφου, & ἀπανηνάμενοι ἀπαρνησάμενοι apud Heſychiū. Eſt autē dictio Homero frequens.

Ἀπανθρωπίας ſignificant Hippocr. hominum auerſiones, ab hominibus ſolitudo, vacuitas, vbi hominum cōſortia auerſamur. In Coac. Prænot. (p. 439. 3.) αἱ μετὰ σιγῆς ἀθυμίαι, καὶ ἀπανθρωπίαι ἐπιεικῶς αὐτῶν κατηργασμέναι. animi abiectiones cum ſilentio, & ab hominibus ſolitudines ferè eos conficiunt. ἀπάνθρωπος σκληρὸς, ἀνελεήμων, durus, immiſericors exponitur Heſychio ex Sophocle, vnde ἀπανθρωπία inhumanitas, crudelitas dicitur, cùm quis inhumaniter ſe gerit, Sudæ ἡ κακία ὅταν τις μὴ κατ' ἄνθρωπον ποιῇ. Hinc etiam ἀπανθρωπεῖσθαι aut ἀπανθρωπεύεσθαι hominum conſortia auerſari & fugere dicitur, quod eſt melancholicorum aut μισανθρώπων. Hippocr. in Epiſtola ad Philopœmenem (p. 525. 49.) de melancholicis. σιγηροί τε γὰρ ἐνιοτέ εἰσι, καὶ μονήρεις, καὶ φιλέρημοι τυγχάνουσιν. ἀπανθρωπέονταί τε ξύμφυλον ὄψιν, ἀλλοτρίαν νομίζοντες. Sunt enim interdum taciturni, ſolitariam vitam ac ſolitudinem amantes, neceſſariorum conſpectum, tanquam alienum, auerſantur. Vbi tamen ἀπανθρωπεύονται quidam legunt.

Ἀπάντησις eſt obuiam itio Hippocr. lib. περὶ εὐσχημοσύνης (pag. 15. 33.) Caluus occurſum dixit. Zuinggerus reprehēſionem, & ſeueritatem intelligit in cenſendis ac reprehēdendis aliorum moribus, quod ἀπαντᾶν ἀντὶ τοῦ ἐναντιοῦσθαι Ariſtophani ſumitur, vt annotat Sudas.

Ἀπαντήματα ſunt etiam quæ occurrunt, lib. eodem (p. 16. 22.) vbi Hippocrates Medicum in ingreſſu ad ægrum, meminiſſe vult τῆς διαλέξιος πρὸς τὰ ἀπαντήματα, vt iis quæ occurrunt ſua reſponſione contradicat, & occurrentiū errores reprimat. Sed codices Germanici rectius ἀπαντήματα legunt. ἀπαντήματα autē codices manu ſcripti habent, & Aſulanus.

Ἀπαυλακρὸν, ſignificat palam, manifeſtè, propalā, euidenter, apertè. Lib. de art. (p. 613. 34.) τούτοισιν ἀπαυλακρὸν μὲν τῆς νόσου τῆς τότε παρεούσης κρίσιν ποιεῖ ἡ κύφωσις, iis ex aperto morbi qui tunc adeſt ſolutionem gibbus adfert. Vbi Galen. ἀπαυλακρὸν, ἐκ τοῦ φανεροῦ καὶ ὡς εἶναι τῆς αἰσθητοῦ exponit, ex aperto ac ita fere vt ſenſu percipiatur, idemque ſignificare quod ἄντικρυς antiquis ſcribit.

Ἀπαρασκευασίη dicitur cùm quæ neceſſaria ſunt ad balneum, ſunt imparata, neq; rite ſuppetunt, vt lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 83. 31.) ἔστι δ' ὅτι ἧσσον χρηστέον διὰ τὴν ἀπαρασκευασίην τῶν ἀνθρώπων, interdumq; eo minus vtendū, quòd ad id ſint homines imparati. Neq; enim Hippocr. ætate comparatus erat, quantus poſtea, ad balnea apparatus, vt ſcribit Galenus.

Ἀπαράχυτος οἶνος dicitur vinum cui aqua marina ammixta non eſt. Gal. lib. 12. Meth. med. (p. 166. 50.) λαμβάνειν δὲ ἀπαραχύτους, οὕτω δὲ ὀνομάζουσιν, οἷς οὐ μέμικται θάλασσα. Sumere autē oportet ea quibus non eſt admixta marina aqua, atque ideo ἀπαραχύτους οἴνους vocant. Erant autem huiuſmodi vina generoſa, atque ignobilibus aut imbecillis vinis marina immiſcebatur, indeq; τεθαλασσωμένος οἶνος dicebatur, vt & ἀπαράχυτος idem quod ἀθάλασσος. Meminit ἀπαραχύτου οἴνου Gal. lib. de paratu facilibus ad Solonem (p. 439. 29. & 445. 43.) Heſychio ἀπαράχυτος οἶνος exponitur ᾧ οὐ προστίθεται θάλασσα cui marina aqua non apponitur.

Ἀπαρηγόρητον dicitur quod nullius eſt ſolatij aut vſus, nullam habet conſolationē, nihil cōmouet aut hortatur. Lib. περὶ εὐσχημοσύνης (p. 15. 27.) καί τοι γε τοιαύτη ἡ πρόῤῥησις ἀπαρηγόρητον εἰς σύνεσιν ὁμογενέων, quanquā iſta prædictio, iis qui cognatam habent naturam, ad intelligētiam nullius eſt ſolatij, hoc eſt, nullius eſt vſus, nihil commonet, dixit Cornarius.

Ἀπάρθρωσις abarticulationem ſignificat, idem tamen quod διάρθρωσις dearticulatio denotat, & ἀπαρθροῦσθαι idē quod διαρθροῦσθαι dearticulari, coarticulari, articuli modo cōmitti, & articulatione cōiungi. Hippocr. lib. de art. (p. 600. 50.) ἡ δὲ κάτω γνάθος ἀπήρθρωται ἀπὸ τῆς ἄνω γνάθου, καὶ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς. inferior autem maxilla à ſuperiore gena & capite articulatione abducitur ac dimouetur, abarticulatur, aut articulatione cum illa coniungitur. Idem enim quod διήρθρωται ſignificat. Vbi ſcribit Gal. ἐν δὲ τῇ προκειμένῃ ῥήσει τὴν ἀπάρθρωσιν ἐνδείκνυται ταὐτὸ μὲν σημαίνειν τῇ διαρθρώσει, ὥσπερ γε καὶ τὸ ἀπαρθροῦσθαι. In propoſita autem oratione τὴν ἀπάρθρωσιν (hoc eſt abarticulationem) idem quod διάρθρωσιν (articulationē) ſignificare oſtendit, quemadmodum & τὸ ἀπαρθροῦσθαι. Sic enim mihi Galeni locus iſte legendus videtur, qui in codicib. noſtris fœdiſſimè eſt deprauatus.

Ἀπαρτὴς ſuſpenſus, dirēptus, diſſociatus, abſtractus, ſeparatus, penſilis, cōnexus, ab ἀπαρτέω Ionico pro ἀπαρτάω. Lib. de art. (p. 608. 39.) ὥστε ὀρθὴν καὶ ἀπαρτῆ τὴν ῥῖνα εἶναι. vt directę & ſuſpenſæ nares eſſe videantur. Hac enim voce narium diſtortarū directio & in diuerſa extenſio, quæ fit per agglutinamenta, includitur, vt ſcribit Gal. ἀπαρτῆσαι κρεμάσαι καὶ πληρῶσαι exponit Varinus.

Ἀπαρτὶ & ἀπαρτίως integrè, exactè, exquiſitè, omninò, in totū, plenè ſignificāt. Vtitur Hip. li. de rat. vict. in morb. ac. (p. 65. 29.) καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἀπαρτὶ, & vt plurimū exquiſitè. vbi ſcribit Gal. τὸ ἀπαρτὶ καὶ παρὰ τοῖς ἀττικοῖς συγγραφεῦσιν ἐπὶ τοῦ ἀπηρτισμένως εἴρηται, καὶ παρὰ αὐτῷ τῷ Ἱπποκράτει. ἀπαρτὶ apud ſcriptores Atticos & Hip. pro ἀπηρτισμένως (quod abſolutè aut exquiſitè ſignificat) dicitur. Gal. aūt in Exeg. vocū Hipp. hoc in loco ἀπαρτίως legit, & ἀπηρτισμένως καὶ ἀκριβῶς exponit, locūq; paulò aliter q̄ noſtris in exēplarib. legit, & Dioſcoridē per ἀπαρτίως τοῦ τὸ ἐναντίον quicquid eſt contrariū aut ex ad-

uerſo ſit, intelligere ſcribit. Idem etiam Galen. Com. ad aphor. 20. lib. 1. ἀπαρτὶ ex lib. περὶ χυμῶν Hippocr. agnoſcit, & antiquis ἀπηρτισμένως καὶ ὁλοκλήρως, καὶ ἀπηλλαγμένως, exactè, integrè, iuſtè ac plenè ſignificare ſcribit, idemque quod ἀπαρτίως. Erotianus etiam apud Hippocr. ἀπαρτὶ ἀντὶ τοῦ ἀπηρτισμένως καὶ συμπλήρως καὶ ὁλοκλήρως poſitum agnoſcit. Suidas quoque ἀπαρτὶ pro ἀπηρτισμένως, vt & Varinus, apud Herodotum poni ſcribit, apud quem etiam aduerbium eſt temporis ſignificationem habens, quemadmodum & Galeno, ἀρτίως aut ἀπαρτίως, τοῦ πρὸ ὀλίγου notionem agnoſcit Comm. in aphor. 20. lib. 1. quod eſt, nuper, nunc, recens, aut paulò ante. Heſychius etiam ἀπαρτιαῖ (ſi modo integra eſt lectio ac non potius ἀπαρτὶ aut ἀπαρτίως legendum ſit) pro ἀπηρτισμένως, ἀκριβῶς, ex Æſchyli Athamante profert. ἀπαρτὶ etiam & ἀπαρτίως temerè, & inconſultè ſignificare poteſt, quo modo quidam in Hippocr. loco lib. de rat. victus in morb. acut. ſumunt, præſertim ſi eo modo legatur quo ſcribitur apud Galen. in Exegeſi. Eſt & ἀπάρτισις τῶν νεύρων Hippocr. neruorum compages, annexio, connexio, coagmentatio, coaptatio, coniunctio. Lib. de artic. (pag. 586. 39.) καὶ γὰρ ἡ ὑγρότης τοῖσιν ἀνθρώποισι γίνεται ἡ ἐκ τῶν ἄρθρων, διὰ τῶν νεύρων τὴν ἀπάρτισιν. Nam & humiditas in articulis hominibus cõtingit, ob neruorum compagem.

Ἀπαρύειν, exhaurire, educere, detrahere. Lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 193. 36.) ἢ ἐπειδὰν ἀπαρύσῃς, & vbi eduxeris, & (v. 37.) ἀπαρύσαι κατ' ὀλίγον τοῦ πύους, paulatim pus extrahito, educito. & (v. 38.) δὶς τῆς ἡμέρης ἀπαρύειν bis per diem educito.

Ἀπατεῶνες impoſtores dicuntur Hippocrati lib. de art. (p. 614. 30.) διὰ τοῦτο ὅτι περὶ ἀπατεῶνας μᾶλλον οἱ τοιοῦτοι τρόποι, eò quòd hæc curandi ratio impoſtores magis deceat, eaque impoſtores potius vtantur. Ἀπατεὼν ψεύστης exponitur Varino, vanus, qui fallit aut decipit.

Ἀπαυδάω, laſſatus ſum, viribus defectus ſum, aut voce & viribus deficio ſignificat, aut loquendi impotentia ob nimiam virium defatigationem laboro, confectus ſum ac enectus, & de extrema virium imbecillitate dicitur, quæ per ἀφωνίαν indicatur. ἀπαυδῆσαι Erotianus apud Hippocr. οἷον ἄφωνον γενέσθαι, velut voce defectum eſſe explicat. Idem προαπαυδησάντων ex Prorrh. (p. 173. 25.) προαφωνησάντων exponit. προαφωνησάντων tamen aut προαποφωνησάντων apud Erotia. leg. exiſtimo, vt ſint προαπαυδήσαντες qui προαφωνήσαντες, iam longè antea viribus defecti & defatigati, & quibus præ extrema virium imbecillitate iam voces defecerunt: Et αἱ προαπαυδησάντων παραφροσύναι, deſipientiæ quæ vocibus iam antea defectis ſuccedunt, ἐξ ὧν δηλοῦται τὸ κατακεκομμένον τῆς δυνάμεως, (vt idẽ ſcribit) extrema virium imbecillitas indicatur. Sic enim τὰς προαπαυδησάντων παραφροσύνας, ἀντὶ τοῦ ἐπ' ἀσθενεῖ δυνάμει γενομένας φρενίτιδας, ſumi ſcribit. In Prorrhetico tamen αἱ τῶν προεξαδυνατησάντων παραφροσύναι legitur, eamque lectionem agnoſcit Gal. qui προεξαδυνατήσαντας τοὺς προκεκμηκότας τὴν δύναμιν explicat, eos qui iam antea viribus ſunt fracti ac delaſſati. Veterem tamen Erotiani lectionem exemplaria manu ſcripta amplectuntur, vt ſcripſimus noſtris in Prorrh. 1. Annotat. Ac videtur vulgata iſta lectio veterem illam quodammodo explicare, vt ſint προαπαυδήσαντες οἱ προεξαδυνατήσαντες, viribus longè ante fracti aut confecti, quemadmodum λιμῷ ἀπαυδηκὼς fame enectus aut confectus dicitur, & ἀπαυδήσας, viribus feſſus ac defatigatus. Sic aph. 9. lib. 1. videndum iubet Hippocr. πότερον ὁ νοσέων ἀπαυδήσει πρότερον, καὶ οὐκ ἐξαρκέσει τῇ διαίτῃ, ἢ ἡ νοῦσος πρότερον ἀπαυδήσει, καὶ ἀμβλυνεῖται, an'ne prius deficiat æger, neque cum tali victu ſatis eſſe poſſit, an verò prius morbus deficiat & obtundatur. Lib. etiam 1. περὶ γυναικ. (p. 254. 6.) αἱ ἀπαυδήσασαι viribus defectæ dicuntur, Interpretes deſperatas vertunt. τῇσι ἀπαυδησάσαις ἄριστον. viribus fractis optimum. Agitur de medicamento quod optimè viribus defectis aut deſperatis ſubuenit. In omnibus tamen exemplaribus τῇσι ἀπαυδήσασι vitiosè legitur. Lib. quoque περὶ αἰδοίων (p. 58. 19.) καὶ ὑπὸ ἀπαυδᾷ καὶ θνήσκει, ac neque voce deficit, & moritur. Agit enim de tabeſcentibus, qui ſenſim colliqueſcunt aut marceſcunt, tandemq́; morbum diutius trahentes, integris viribus ac ratione ſeoſúque conſtantes moriuntur. Vbi tamen Cornarius ὑπὸ ἀπαυδέει legiſſe videtur. Dicitur & ἀπαυδᾶν Hippocrati eadem notione, deficere aut animum deſperare, ἐν παραγγελίαις (18. 30.) αὐτοὶ μὲν γὰρ οἱ νοσέοντες διὰ τὴν ἀλγεινὴν διάθεσιν ἀπαυδῶντες. ægri nanque ob triſtem affectionem deſperantes aut deficientes. Ἀπαυδάω ἀπαγορεύω exponitur Heſychio & Suidæ vt & ἀπολέγομαι, prohibeo, interdico. Qua notione ſumi videtur apud Hippocr. lib. 2. Epid. (p. 311. 40.) ἢ ἄλλης ἐπιδόσιος ἀπαυδώσης τῆς νόσου, morbo ipſo alia incrementa denegante, hoc eſt, morbo ipſo propter ſolutionis celeritatem augmentum non habente. Aut augmento ipſo morbi deficiente & morbo ante augmentum iudicatione ſoluto, ne inſolens nimis phraſis videatur.

Ἀπαυρίσκεσθαι ſignificat expendi, conſumi, exhauriri apud Hippocr. lib. 4. de Morb. (p. 177. 35.) χωρέει τὸ ποτὸν ἐς τὴν κοιλίην, ἀπὸ δὲ τῆς κοιλίης ἐς τὸ ἄλλο σῶμα ἀπαυρίσκεται. potus in ventrem concedit, è ventre autem in reliquum corpus expẽditur, exhauritur. Corpus totũ ab eo haurit, dixit Caluus, vt ἀπαρύεται legiſſe videatur, aut τὸ ἄλλο σῶμα ἐπαυρίσκεται, quæ phraſis eodem lib. crebra eſt (vt p. 169. 1 & 6.) ἀπαυρίσκεται ἀπολλύεται apud Hippocr. exponit Erotianus, hoc certe ſubindicato loco, verùm vitioſa eſſe apparet exemplaria, & ἀπόλλυται aut ἀπολύεται legendum exiſtimo, vt ſit, in reliquum corpus deperditur, aut exoluitur, diſſoluitur, deducitur aut proficiſcitur & diſcedit. Videtur autem ἀπαυρίσκεσθαι ab ἀπαυράω deductum, vt ἐπαυρίσκω ab ἐπαυρέω.

Ἀπε-

Ἀπεδείξαμεν, ἐποιήσαμεν exponit Erotianus apud Hippocratem. Sic Prorrhetic. 2. ἀποδεικνύειν ſumitur (pagina 420.47.) καὶ γαστέρας ἀποζέμους τε καὶ ῥυπαρὰς ἀποδεικνύουσι. & ventrem fermentatum & ſordidum efficiunt. Videtur autem Erotiani lectio corrupta, & ἀπέδειξαν & ἐποίησαν leg. vt locus Prognoſt. ſubindicetur (pagina 130.30.) ἀγαθοὶ δὲ ἱδρῶτες ὅσοι διὰ παντὸς τοῦ σώματος γίνονται, ἀπέδειξαν τὸν ἄνθρωπον εὐπετέστερον φέροντα τὸ νόσημα. Boni verò qui ex toto corpore prodeunt, faciuntque vt æger morbum facilius ferat.

τὰ Ἀπειθεύμενα dicuntur Hippocr. ea in quibus æger Medici præceptis minimè ſe obedientē præſtat aut morigerū, hoc eſt, ęgri inobediētia & contumacia, qua ſe Medici verbis facilē aut dicto audientem non exhibet. Prorrh. 2. p. 414.48.) χρὴ δὲ πρῶτον μὲν τὸν ἄνθρωπον ἐς ὁμιλίας γινώσκειν τὰ ἀπειθεύμενα. Imprimis quidem oportet eum in quo quis errata quæ propter inobedientiam fiunt noſſe volet, hoc eſt, ſi quis horum cognitionem habere volet quæ committit æger Medicis non auſcultādo, aut eius monitis non parendo: vt ſint τὰ ἀπειθεύμενα per inobedientiam admiſſa. Verum publicata exemplaria ἐπιθυμεόμενα vitiosè legunt, pro ἀπειθεύμενα. ἀπειθέοντες enim ægri illic dicuntur qui Medicorum monitis non parent, & διὰ τὴν ἀπειθείην γινόμενα κακά, quæ ob ægrorum contumaciam aut inobedientiam mala contingunt. (Sic enim illic legendum ſcripſimus noſtris in eum lib. Annotat. cùm ἐπιθυμίην habeant omnia exemplaria.)

Ἄπειροι inexperti, ἀήθεες dicuntur Hippocr. inaſſueti, lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 111. 8.) τοῖσι δὲ ἀπείροισιν οὐ διέρχεται τὴν κοιλίην, inexpertis autem aluo non deſcendit, Gal. verò exponit τοῖς ἀπείροις, τουτέστι τοῖς ἀήθεσι ξηρὰν ἐργάζεται χολήν, laſer pitij ſuccus & caulis inexpertis, hoc eſt, inaſſuetis, ſiccam gignit choleram.

Ἀπεμπόλησις eſt nundinatio & venditio. ἀπεμπολεῖ, πιπράσκει, exponit Heſychius, & ἀπεμπολήσας, πωλήσας, πιπράσκων, & ἀπεμπολῆσαι, τὸ ἐπὶ κέρδος ἀποδόσθαι. Lib. περὶ εὐσχημοσύνης (pagina 15.34.) ἀναγκαίων καθαρσίων ἀπεμπόλησις quibuſdam ſumitur, vt ſit nundinatio ac venditio medicamentorum ad purgandum neceſſariorum, cuius cognitionem Medico neceſſariam eſſe velit. Interpretes tamen aliter ἀπεμπόλησιν ſumunt. Cornarius alienitatem à mercimoniis dixit. Zuinggerus fugam mercimoniorum, vt turpem lucri quæſtum, aut lucri cupiditatem Medico deuitandam indicet Hippocrates, & ægrorum nundinationem. Caluus certe ἀπεμπόλησιν pro reiectione & auerſatione cepit, & ἀκαθαρσίων aut ἀκαθαρσίης ἀπεμπόλησιν legit, cùm non puræ & caſtæ rei auerſationem dixit. Cuius interpretationis anſam dediſſe videtur Heſychius, qui ἀπεμπολῶν ἀπαλλάττων exponit. Qua notione ἀπεμπόλησις & ἀπεμπολᾶν abſolutionem, liberationem, defunctionem, aut defungendi actum ſignificare poterit, vt ſit ἀναγκαίων καθαρσίων ἀπεμπόλησις, neceſſariarum in vita purgationum abſolutio aut liberatio, cuius rei cognitionem Medico neceſſariam cenſet Hippocr. vt videat Medicus quomodo circa ægros in neceſſariis purgationibus ſe gerat, iiſque defungatur, aut in his adminiſtrandis fidelem nauet operam. Malim tamen cum Caluo ἀκαθαρσίων aut ἀκαθαρσίης legere, cùm præſertim huius lectionis veſtigia in manu ſcriptis exemplaribus extent, quæ καθαρσίης habent.

Ἀπερεύγεσθαι eructare, reiicere, aut eructando emittere & eiicere ſignificat libro 2. de Morb. (pag. 155.1.) καὶ ἀπερεύγεται τὸ πόμα θερμὸν, & potum calidum reiicit, auerſatur dixit Cornarius, quòd in ἐρυγῇ copia quædam intelligatur, metaphora à ſtomacho cibis oppleto ducta, vbi eos auerſatur & reiicit. ἀπερεύγεται tamen paſſim legitur in omnibus exemplaribus.

Ἀπέῤῥωγε dicitur Hippocrati de voce abrupta & amiſſa in angina, affecto larynge. Libro de rat. vict. in morb. ac. (pag. 97.5.) ἢν ἡ φωνὴ ἀπέῤῥωγε, & vox abrupta eſt, quod exponit Galenus παντάπασιν ἀπόλλυται, omninò periit.

Ἀπείρχθη Galenus in Exeg. apud Hippocr. ἀπεκλείσθη exponit, excluſus eſt.

Ἀπηνὲς immite, iniucundum, inſuaue ſignificat καὶ τὸ κατὰ τὴν λῆψιν ἀηδίαν τινὰ ποιοῦν, quodque cùm ſumitur moleſtiam quandam exhibet (vt exponit Galen. Com. 1. in lib. de rat. vict. in morb. ac.) (pag. 44.9.) cui προσηνὲς blandum & mite opponitur. ἀπηνὴς σκληρὸς, ὠμὸν exponitur Heſychio.

Ἀπιέναι exire, diſcedere, abire ſignificat, & de iis quæ ex corpore prodeunt dicitur, qualia ſunt excrementa. Lib. 1. περὶ γυναικ. (pagina 237.31.) de virili ſemine quod in vteris non continetur. ὁκόταν ἀπίῃ οἱ, ἄπεισι δὲ δευτεραίη ἢ καὶ τριταίη, καὶ ἔτι ἀνωτέρω, cùm ipſi genitura exierit, exit autem altero aut tertio die, aut etiam ante. Ibidem etiam ἀπέρχεται dicitur, vt & paulò antea οἴχεται. Sic eodem lib. (pagina 238.40.) τὰ ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς ἀπιόντα, quæ ab homine prodeunt, de virili genitura dicuntur. Lib. quoque 6. Epid. ſect. 8. aph. 21. τὰ ἀπιόντα ſudores ex corpore prodeuntes intelliguntur, quorum magnam eſſe Medico ineundam rationem docet. τὰ τῶν ἀπιόντων deiectiones, alui ſeceſſus & egeſtiones ſignificant, lib. 4. Epid. (pagina 333.26.) eaque phraſi aluus fluxa ac ſoluta fuiſſe, & ad iudicationis ſolutionem optimè comparata indicatur. Lib. 1. Epid. (pag. 365.28.) πεπασμοὺς τῶν ἀπιόντων dicit exeuntiū aut ſuperfluorum in corpore concoctiones.

Ἀπιλλάθη συνεκλείσθη exponit Galen. apud Hippocr. concluſus eſt. Ἴλλειν enim τὸ συγκλείειν quod eſt concludere ſignificat. Dicitur & εἴλλειν, & ἴλλειν, & εἰλεῖν in anguſtum cogere. εἰλοῦσι, συγκλείουσι, συνέχουσι, concludunt, continent explicat Heſychius. Ἴλλειν etiam συνέχειν exponitur Varino. Sic quoque ἀπίλλειν, aut ἀπίλλει, & ἀπείλλειν etiam dicitur, quod tamen ἀποκλείειν Heſychio exponitur.

Ἀπλᾶ dicūtur Hippocr. lintea ſimplicia, explica-

ta & expaſſa, quibus articuli, vbi extendũtur, obuoluendi ſunt, & contractis ac collectis opponuntur. Lib. κατ' ἰητρεῖον (p.680.49.) οἱ δὲ περιτείνονται, ἁπλᾶ τε καὶ πλατέα, οἷον ἡ μύλη, quòd ſi extendãtur, ſimplicibus & latis linteis obuoluendi ſunt, (articuli) vt patella. ἁπλοῦν etiã quod ſimplex eſt ſignificat & minimè affectatum, ſed purum quomodo & ſimplex homo Latinis dicitur, & ſimpliciter agere ac viuere. Cicero Acad. 4. cum homine ſimplici ſimpliciter agere, nec magnopere contendere. Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p.8.10) ἁπλοῦν γάρ ἐστι τούτων τι. aliquid ſiquidem eorũ dicere ſimplicitas eſt. Sic quidem Gorthæus. Quæ phraſis vulgaris eſt, cùm aliquid ſine ratione dictum arguimus. Sic prudens ſimplicitas dicitur Martiali Latinè. Interpretes tamen alij aliter ſumunt, videlicet, ſi quid horum quoduis ſimplex eſſe putant, vt de calido, frigido, ſicco & humido intelligatur. Conſtat autem Hippocratem popularibus & vulgò vſitatis tum dictionibus, tum locutionibus abunde vſum.

Ἀπνευστὶ aduerbium ſine reſpiratione ſignificat, ſine interſpiratione, hoc eſt, vnico ſpiritu, ductu aut hauſtu. Idem quod ἀμυστὶ, & ἀθρόως exponit Gal. lib. περὶ τῶν ὀξέων νόσων (p.194.45.) καὶ κέλευε ἀπνευστὶ ταύτην πιεῖν, & hanc (mulſam) vno ſpiritu bibere iubeto. Raptim & ſine interſpiratione bibere dicit Pol. ἀπνευστὶ πιεῖν dicitur lib. eodem (p.201.5.)

Ἄπνους ἀναπνοὴ reſpiratio ſpiritu priuata, & quæ veluti periit, Heraclidi dicitur in perfrigeratis reſpiratio adeò parua, rara & tarda, vt periiſſe videatur. Gal. lib. 1. de diffic. ſpir. (p.169.30.) Qualis ἄπνοια in vteri ſtrangulatu, apoplexia & lethargo dicitur, quòd inſtrumentorum reſpirationi deſtinatorum reſolutionem ſpirandi priuatio conſequatur.

Ἀποβαίνειν pro ἔξω βαίνειν, quod eſt extra ferri & incedere ſumitur, hoc eſt, pede in exteriorẽ partem conuerſo incedere. Vide ὑποβαίνειν. Eſt & ἀποβαίνειν contingere, euenire. Vnde ἀποβησόμενον τρῶμα dicitur Hipp. vulnus quod ſucceſſum & ſperatum exitum eſt habiturũ Protrh. 2. (p.418.7) ἐγχειρέειν χρὴ τῷ τρώματι ὡς ἀποβησομένῳ κατὰ λόγον τῆς ἰητρικῆς τε, καὶ τῶν ἐπιγενομένων. ad vulnus aggredi oportet, quod ex arte medica & eorum quę conſequuntur ratione adhibita, ſperatum exitũ eſt habiturũ.

Ἀποβράσσεσθαι eſt eiici, euomi, expui, per æſtũ eiici & expui, velut de maris ſpuma ἀπόβρασμα dicitur. Effertur de ſeminis per coitum eiaculatione & emiſſione, lib. περὶ φύσ. παιδίου (p.39.33.) καὶ οὐκ ἐς ἅπαξ χωρέει ἡ γονή, ἀλλὰ καὶ ἐς δὶς καὶ τρὶς ἀποβράσσεται, neque ſemel ac ſimul genitura procedit, ſed & bis terque eiaculatur, hoc eſt, emittitur & ebullit, ſecunda tertiaque eiaculatione effunditur, dixit Gorrhæus. Galenus in Exegeſi ἀπέβρασσε pro ἀπέβησσε, hoc eſt, exſuſſiuit, aut tuſſi eiecit, ex lib. 5. Epid. Dioſcoridem legiſſe ſcribit. Verùm admodũ mihi ſuſpecta eſt lectio. Neque enim lib. 5. Epid. ἀπέβρασσε aut ἀπέβησσε legitur, & μνημονικὸν eſt ἁμάρτημα aut Typographicũ, exiſtimoq; ἀπέβρασσε forte Dioſcoridem pro ἀπέβησσε legiſſe, quòd βρῆγμα & βρήσσειν pro βῆγμα & βήσσειν Hippocrati dictum annotet Gal.

Ἀπογαλακτισμὸς ablactatio, cũ fœtus à lacte depellitur. Depulſos matrib' hœdos, dixit Virgil. Hippocr. lib. περὶ ὀδοντοφυΐης (p.54.3.) τὰ παραδιδόντα ἐν τῷ θηλάζειν, ῥᾷον φέρει ἀπογαλακτισμόν, qui (pueri) interim dum lac ſugunt, cibum capiunt, facilius à mamma depelluntur, aut ablactationem ferunt.

Ἀπογεύσασθαι σιτίων cibos deguſtare dicitur lib. 7. Epid. (p.352.14.) ἤδη ἀπογευομένῳ σιτίων συχνὰς ἡμέρας, cùm iam per multos dies cibum deguſtaſſet. Vbi tamen ἀπογεγευμένῳ quædam exemplaria habere antea ſcripſimus.

Ἀπογίνεσθαι, decedere, abeſſe ſignificat & τῷ προσγίνεσθαι aut ἐπιγίνεσθαι opponitur. Interdum pro decernere ſumitur, & de humorum decubitu effertur, qui velut iudicatione diſſoluitur aut diſſipatur, ac idem eſt quod παύεσθαι, λύεσθαι aut διαφορεῖσθαι. Lib. 4. Epid. (p.528.17.) γέροντι πάνυ σφόδρα ἀπεγένετο. Seni mirum in modum decreuit, indicans id quod decubuerat miro quodã modo deceſſiſſe, ac veluti quadam iudicatione ſolutum fuiſſe. Lib. de Morbo ſacro (p.122.48.) ἀπογίνεσθαι νόσοι ἀνθρώποισι καὶ προσγίνεσθαι morbi dicuntur, qui ab hominibus tolluntur aut immittuntur, victus ratione, medicamentis, aut aliis artibus. Lib. περὶ ἑπταμήνου (pag.46.36.) τὰ γινόμενα καὶ ἀπογινόμενα quæ naſcuntur & intereunt dicuntur. Nam ἀπογίνεσθαι mori, decedere ac interire ſignificat, & ἀπογενόμενοι ἀποθανόντες exponuntur Heſychio. Sic lib. 4. Epid. (p.332.19.) ἀπογενομένου τι ἰδίως, ſtatim vbi deceſſiſſet, hoc eſt, mortuus eſſet. Rurſusque ibidem (p.334.21.) ἀπογενόμενος qui deceſſit. Lib. quoque 1. περὶ γυναικ. (p.240.15.) ἀπογίνεται ὅπως καὶ τὸ παιδίον, ſic quoque fœtus aut puerulus decedit, perit, aut corrumpitur. Nam & τῷ γίνεσθαι, ἀπόλλυσθαι καὶ φθείρεσθαι vt & ἀπογίνεσθαι opponitur. Platoni in Timæo γιγνόμενον καὶ ἀπολλύμενον dicitur Cicerone interprete, quod gignitur & interit. Apud Plutarchum in Conſol. ἢ γενόμενον ἀπογενέσθαι, aut ortum interiiſſe. Quæ etiam locutio Thucydidi frequens eſt, vt lib. 2. τὰ ὀστᾶ τῶν ἀπογενομένων mortuorum oſſa dicuntur. Significat & ἀπογίνεσθαι deuenire, vt lib. 4. Epid. (p.329.7.) καὶ ἀπογενόμενος δωδεκαταῖος. cum ad duodecimum diem deueniſſet. Rurſusque ibidem (v.15.) τράχηλος σκληρὸς ἀπεγένετο, ceruix ad duritiem deuenit.

Ἀπόγονα Gal. apud Hippocr. τὰ γόνιμα exponit, hoc eſt, vitalia & fœcunda, addítque quoſdam ἄγονα ſumere, minime vitalia. Quibus certè verbis locus lib. 2. Epid. (p.316.11.) & lib. 6. Epid. aph. 6. ſect. 8. exprimitur. τὰ ἑπτάμηνα ἀπόγονα γίνεται. ex vitales partus edunt. ἀπόγονα enim idem quod γονὰ Hippocrati, aut γόνιμα Galeno denotant, vt noſtris in lib. 2. Epid Comment. ſcripſimus.

Ἀποζυγῆναι apud Hippocr. idem quod ἀποζευγνύναι ſignificare videtur, hoc eſt, abiungere, diſiũgere, diminuere. Lib. de Loc. in homine (p.67.6.) ἢν δὲ ῥέπῃ ἐς τὸ ὀξύ, τὸ πάμπαν μὴ ἀπολεῖπε

λῦν ἐκ τῶν προσφερομένων, μὴ δὲ ἀποζυγῶσαι, μηδὲ προσθεῖναι ἄλλο τι. Quòd ſi ad ſanitatem vergat, nihil prorſus eorum quæ admonentur auferre oportet, neqne diminuere, neque aliud quicquam apponere. Vbi ἀποζυγῶσαι & προσθεῖναι opponi inter ſe videtur. Cornarius tamen ἐπιζυγῶσαι aut ἐπιζυγῶναι legiſſe videt.

Ἀπόζυμος γαστὴρ venter fermentatus dicitur, hoc eſt, in tumorem ſublatus, aut ſcabie & puſtulis exaſperatus, corrugatus & ſcaber, in læuitate inteſtinorum ex humorũ aut nimia ſuccorũ corruptela, atrophiam & cacochymiã, deinde etiam tabem & aquam intercutem aduehente. In Prorrh. 2. (p.420.47.) ἅμα δὲ καὶ τὰς γαστέρας ἀποζύμους τι καὶ ῥυπαρὰς ἀποδεικνύουσι, καὶ ῥυσώδεας. ſimulque ventrem quaſi fermentatum, ſordidum ac rugoſum efficiunt. Sic enim fermentatum ventrem ex Celſo illic dicimus, ſimulque ſuſpectam etiam lectionem adſcribimus noſtris in eum lib. Annotationibus.

Ἀπόθεσις Hippocrati eſt membri fracti aut deligati depoſitio, ſitus & collocatio, dum eo habitu quo collocatur, continetur, idem quod θέσις, & ſæpe ἀνάληψις coniungitur, cùm quod in manu ἀνάληψις, idem ſit in crure ἀπόθεσις. Lib. κατ' ἰητρεῖον (p.697.44.) ἡ ἀνάληψις, ἡ ἀπόθεσις, ἡ ἐπίδεσις, ὡς ἐν τῷ αὐτῷ ᾖ διαφυλάσσειν. Obſeruandum autem eſt, vt apprehenſio, depoſitio, deligatio, eodem ſint ſtatu. Sic enim legendum illic ſcribimus noſtris in eum lib. Annotat. cùm tamen exemplaria omnia ἡ ἀίδεσις pro ἀπόθεσις, legant.

Ἀποκαθαίρεσθαι aut ἀποκαθαίρεσθαι de pure quod per ſputa ex thorace repurgatur, quod ἀνακαθαίρεσθαι dicitur aphor. 8. & 15. lib. 5. Lib. 7. Epid. (p.365.15.) ἀποκαθῆραι δὲ περὶ πέντε καὶ τριάκοντα ἡμέρας ἄλλας, καὶ ὑγιής. Per alios autem quinque & triginta dies repurgatus eſt, & conualuit. Sed non minimum ſuſpecta eſt nobis lectio, vt ſcripſimus noſtris in eum lib. Ann.

Ἀποκαθάρσεις χολῆς dicuntur Thucydidi lib. 2. bilis excretiones ac repurgationes, hoc eſt, bilioſi ſeceſſus ac vomitiones, quibus bilis effundebatur ac repurgabatur, in peſte illa Athenis memorabili. καὶ ἀποκαθάρσεις χολῆς πᾶσαι, ὅσαι ὑπὸ ἰατρῶν ὠνομασμέναι εἰσίν, ἐπῄεσαν, & bilis excretiones omnes Medicis vocatæ, ſequebantur.

Ἀποκαθίστασθαι ſubſiſtere, ſubſidere, reſidere, conquieſcere ſignificat Hippocr. & de tumorib. euaneſcentibus aut ſubſidentibus ac cõquieſcentibus effertur. Aph. 49. lib. 6. τὰ ποδαγρικὰ νοσήματα ἀποφλεγμήναντα ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσιν ἀποκαθίσταται. podagrici morbi intra quadraginta dies ſedata inflammatione cõquieſcunt aut finiunt. Dolorem & inflammationem ſe remittere dixit Celſus cap. 24. lib. 4. Lib. verò περὶ κρισίων (p.386.15.) ἀποφλεγμαίνοντα καθίσταται dicitur. In Coac. Prænot. (p.430.2.) de tumoribus ad aures qui in moribundis duobus ferè antea diebus euaneſcunt ac ſubſidunt, προκατακαθίστασθαι effertur. τὰ πολλὰ δὲ τὰ τοιαῦτα οἰδήματα προκατακαθίσταται, plerunque verò huiuſmodi tumores prius ſubſidũt aut conquieſcunt. Quam in notionem καθίστασθαι freqnens eſt Hippocrati. Eſt & ἀποκαθίστασθαι ad priſtinum ſtatum redire & reſtitui, lib. 7. Epid. (p.360.2.) ἡ γλῶσσα μόγις ἀπεκαθίστατο ἐς ταὐτὸ, lingua ægrè ad priſtinum ſtatum redibat. Rurſus ibidem (p.367.5.) ἕως τὰ οὖρα ἀπεκατέστη, quoad vrinæ reſtitutæ ſunt, quæ antea ſupprimebantur & ægrè prodibant. Eadem notione ἀποκατάστασις dicitur Aretæo cap. 10. lib. 1. τῶν ὀξ. παθῶν in integrum reſtauratio & reſtitutio, & redintegratio in priſtinum ſtatum.

Ἀποκαρπόω fructum edo, emitto, pullulo aut germino ſignificat, ſed pro diſtribuo ſumitur libro περὶ ὀστέων φύσ. (p.62.40.) ἀποκεκάρπωκε δὲ καὶ εἰς τὰς ἰγνύας πολυπλόκους φλέβας. In poplites verò multas implicatas venas velut ſurculos emiſit, diſtribuit. Quem locum ſubindicans Erotianus ἀποκεκάρπωκεν, ἀποβεβλάστηκεν, ἀπογέγονεν, hoc eſt, velut ſtolones emiſit, produxit. Gal. in Exeg. ἀποκεκαρπωκὼς, ἀποβεβλαστηκὼς exponit, quod germinauit. Sed certè locus non minimùm ſuſpectus eſt, & ἀποκεκάρπωκε & ἀποβεβλάστηκε legendum apparet, vt cum Hippocr. loco & Erotiano quadret.

Ἀποκαρφολογεῖν, Vide in Καρφολογεῖν poſtea.

Ἀποκαρτερέοντες dicuntur Hippocrati qui ſeipſos fame conficiunt, & qui inedia abſumuntur & ſibi vitam finiũt. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.77.11.) ἐκλήθη δὲ τοῦτο διὰ τοὺς ἀποκαρτερέοντας, Iſtud autẽ propter eos qui ſe inedia conficiunt, dictum fuerit. ἀποκαρτερῶν à vita per inediam diſcedere vertit M. Tullius Tuſcul. 1. cùm ſcribit. Eius autem quem dixi Hegeſiæ liber eſt ἀποκαρτερῶν, quòd à vita quidam per inediam diſcedens, reuocatur ab amicis, quibus reſpondens vitæ humanæ enumerat incommoda.

Ἀποκαυλίζεσθαι eſt tranſuerſum frãgi, & caulis inſtar defringi, ſic vt nulla pars inter ſe cohæreat, ſed altera ab altera recedat. Lib. de art. (p.603.29.) de maxilla fracta, ἢν μὲν μὴ ἀποκαυλισθῇ παντάπασιν, ſi quidem nõ omninò tranſuerſa fracta fuerit. Et (p.595.28.) de iugulo, ἢν μὲν ἀτρεκέως ἀποκαυλισθῇ, ſi quidem omninò tranſuerſum fractum fuerit. Rurſus (p.604.8.) τὸ ἀποκεκαυλισμένον τῆς γνάθου, maxilla quà trãſuerſa fracta eſt. Eaque fracturæ ſpecies tranſuerſim facta, καυληδὸν, inſtar caulis, dicitur, cũ ex toto fragmentum à fragmento recedit, neq; oſſa inter ſe cohærent, vt loquitur Celſus, cùm eam fracturæ ſpeciem in maxilla ex Hippocrate exponit. (Sic enim illud Hippocrat. expreſſiſſe videtur; ἢν μὲν μὴ ἀποκαυλισθῇ παντάπασιν, ἀλλὰ συνέχηται τὸ ὀστέον.) Idem etiam hanc fracturæ ſpeciem tranſuerſam vocat, cũ ſcribit: Omne os modo rectum, vt lignũ, in longitudinem finditur, modo frangitur trãſuerſum, interdum obliquum. Hanc verò fracturam Paulus cap. 89. lib. 6. καυληδὸν factã, etiam ῥαφανηδὸν & σικυηδὸν eſſe ſcribit, ad ſimilitudinem qua raphani & cucumeres franguntur. Erotianus autem illud Hippocr. ἀποκαυλισθῇ, καυληδὸν κλασθῇ exponit, hoc eſt, caulis in morem fractum fuerit. Quod etiam legi-

tur lib. de fract. (p. 576.54.) ἥτινι δὲ ἀπαγῇ ἐκ τοῦ ὑπερέχει ἡ κεφαλὴ τοῦ βραχίονος, πλαδαρώτερον τὸ ἄρθρον γίνεται, ἢ εἰ παντάπασιν ἀποκαυλισθῇ. (Sic enim legeodum eſſe ſubmonuimus noſtris in eum locum Annotat. cùm vitioſa ſint omnia exemplaria) Cùm verò qua parte brachij caput ſupereminet diſceſſerit, magis vagatur articulus, quàm ſi penitus tranſuerſus fractus ſit.

Ἀπολαδέστερον, ἀφροντιστότερον, hoc eſt negligentius, exponit Gal. apud Hippocr. in Exegeſi, atque idem eſt quod ἀκηδέστερον. Sic Heſychius ἀποκηδήσαντες, ἀφροντιστήσαντες expooit. Sic enim legendum, cùm ἀφρονήσαντες vitioſè legatur.

Ἀποκηρύγματα dicuntur Hippocr. denunciationes quæ ægris fiunt in morbis, & quæ ægris indicantur aut reuelantur. Prorrh. 2. (p. 423. 8.) πρὸ τῶν ἀποκηρυγμάτων τουτέων, ante iſtorum indicationem, deouuciationem.

Ἀποκινεῖν amouere, remouere ſignificat. Lib. 2. de Morb. (p. 157. 8.) ἐὰν ἦν δὲ τῆς ὀδύνης ἀποκινήσῃ, vbi verò dolorem emouerit, pro vbi dolore vacuus fuerit. Quæ tameo phraſis noo parum ſuſpectum locum facit. ἀποκινεῖν ἀπέρχεσθαι, ἀποτρέχειν, expouit Sudas recedere, abire, aufugere.

Ἀποκλάσματα dicuntur oſſium abruptiones prope articulum, per totam oſſis craſſitudinem factæ, ita vt fracti oſſis partes plurimùm à ſe inuicem diſtent, velut accidit in iis fracturis quas καυληδὸν factas Græci dicunt. Vocantur à receotioribus Medicis poſt Hippocratem ἀπάγματα vt ſcribit Gal. Com. 3. in lib. κατ' ἰητρ. (p. 699. 49.) Vide ἄπαγμα.

Ἀποκλείεσθαι τοῦ σίτου, eſt cibo arceri, excludi, hoc eſt, cibum auerſari & faſtidire, eoque abſtinere. Lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 190. 38.) ἢν δὲ τοῦ σίτου ἀποκλεισθῇ. Si verò cibo arceatur, hoc eſt, cibum auerſetur. Lib. 3 περὶ διαίτης (p. 105. 21.) τῶν σίτων ἀποκλείονται, cibis excluduntur, hoc eſt, cibos faſtidiunt. Lib. quoque 7. τῶν ἐπιδ. (p. 365. 33.) ἀποκλείσιες σιτίων, ciborum excluſiones dicuotur, cùm cibi prohibentor & intercluduntur, hoc eſt, ἀσιτίαι & ciborum faſtidia. Eadem uotione dicitur lib. 3. περὶ διαίτης (p. 105. 20.) οἱ δὲ ὥστε ἀποκλείονται τῶν προσηκόντων, qui conoenientibus rebus excluduntur, hoc eſt, conuenieotia deiiciuot & excludunt. Sic apud Ariſt. Oecon. 2. ἀποκλείειν τὴν ἐξαγωγὴν τοῦ σίτου, cõmeatũ intercludere dicit.

Ἀποκναίειν præcipuè quidem τὸ ἀποξύειν, abradere ſiguificare ſcribit Gal. Sed & τὸ καταφθείρειν καὶ τὸ καταισχναίνειν, corrumpere & extenuare. Eſt & ἀποκναίειν vexare, moleſtia afficere & enecare. ἀποκναισθέντες λυπηθέντες expoouutur Heſychio, & ἀποκναίεις ἀναιρεῖς. Item ἀπόκναισις ἡ μετὰ βραχὺ ἀναιροῦσα νόσος.

Ἀποκοπὴ abſciſſio dicitur, vt ὀστέου ἀποκοπὴ oſſis abſciſſio, aph. 28. lib. 7. idem quod διακοπὴ aph. 19. lib. 6. cùm oſſis pars abſcioditur & detrahitur. ἐξ ἀποκοπῆς νόσος λυθεῖσα veteribus Medicis dicebatur morbus ſubitò ac ex abrupto velut ex abſciſſione ſolutus, hoc eſt, in ipſo ſtatu, aut ſtatim poſt ſtatum, ita vt oullam declinatiooem habere videatur. Gal. lib. de

Temporibus totius morbi (pagina 385. 17.)

Ἀπόκρισις Hippocrati ἔκκρισιν ſignificat, excretionem, excremeotũ & quicquid è corpore deducitur ac velut redundans excernitur. Lib. περὶ ἐνυπνίων (p. 107. 14.) πλησμονῆς γὰρ ἐούσης ἐγγενομένης, ἀπόκρισις ἐγένετό τις, ἥτις ἐτάραξε τὴν ψυχήν. Vbi enim intus orta eſt repletio quędam, excrementum quoddam oboritur, quod animum conturbat. Sic nanq; ἀπόκρισις ſecretionem & materiam aliquam morbum cõmittentem & foueotem indicat. Rurſus ibidem (v. 28.) ἀπόκρισιν ἐν τῷ σώματι ὑγρὰν καὶ φλεγματώδεα γενομένην, ἐς τὴν ἔσω περιφορὴν, dicit reduodantiam ac excretionem quandam humidam & pituitoſam ad ioternam circunferentiã decurriſſe: materiam quandã pituitoſam intelligens, quæ facultati animali negotiũ faceſſeret. Etſi τὴν ἔξω περιφορὴν legere malim, vt legit Cornarius. Ibidem (v. 46.) χολῆς ἀπόκρισις dicitur bilis redundãtia, & materia bilioſa ad excretionem parata: vt rurſus ibidẽ (p. 108. 13.) τὰ ἀποκρινόμενα vocãtur quæ excernuntur: Et iterum (v. 42.) ἀποκρίσιες excretiones & quę è corpore deducũtur, quòd ταῖς προσαγωγαῖς videntur opponi. Et (p. 109. 35.) σιτίων ἀσυνήθων πλησμονὴ καὶ ἀπόκρισις, ciborum inſuetorum repletio & ſecretio. Nam & ſæpe eodem lib. ἀπόκρισις ciborum ſecretionẽ & alimẽti diſtributiouem ſignificat. Aliàs verò humoris ex plenitudine reduodãtis qui morbum cõmittit ſecretio dicitur, & excrementũ quantitate vel qualitate peccans, aut in toto corporis habitu redundans, (vt p. 104. 18. & 24.) & rurſus (p. 102. 36. & 41.) Eſt & ἀπόκρισις νοσηρὴ Hippocrati morboſa excretio, exhalatio, morboſa quędã qualitas aëri impreſſa, ex qua morbi in omnes letaliter graſſantur; in his quæ adiecta ſunt ad Lib. de Natura humana, (p. 18. 23.) Cũ enim duas morborũ populariter graſſantiũ cauſas faciat, victus rationẽ & ſpiritum quem inſpiramus, de eo infert, καὶ τοῦτο δῆλον ὅτι νοσηρήν τινα ἀπόκρισιν ἔχων ἂν εἴη. eumque (ſpiritum aut aërẽ) morboſam quandã excretionem habere manifeſtũ eſt, hoc eſt, morboſam quandã exhalationem, quaſi morborum ſeminariũ, ex qua minimè primis qualitatib. infeſta, ſed potius totius ſubſtãtiæ proprietate infenſa, morbi excitantur. Sic enim Galenus illic ἀπόκρισιν, ἀναθυμίασιν ἰδιότητα μιαρὰν ὅλης τῆς οὐσίας, οὐχ ἁπλῶν ποιοτήτων κεκρατημένην explicat. Vt ſit exhalatio illa quæ ab aëre excernitur, & in corpora noſtra immittitur, aut inſpiratione attrahitur, quã idem Hipp. poſtea ῥεῦμα, hoc eſt aëris influxũ vocat, μιάσματα, aëris inquinamenta dicuntur lib. περὶ φυσῶν, (p. 119. 10.) Dicitur etiam ἀποκρίνεσθαι decumbere, κατακλίνεσθαι & ἀπορρήγνυσθαι, & de morbo effertur qui io aliũ tranſit, firmatur, ſeceditac conuertitur. Thucydides lib. 2. εἰ δέ τις καὶ προέκαμνέ τι, ἐς τοῦτο πάντα ἀπεκρίθη. Quòd ſi quis aliquo ante dolore cõflictaretur, omnia in hũc morbum cõceſſeruot. In huoc morbũ omninò conuertebatur, vertit Valla. Significat autẽ illa conditiooe peſtilẽti paucos alios morbos graſſatos eſſe, ſed omoes in peſtilentiam

depo-

depoſitos, in eamque ſeceſſiſſe, excretos & expurgatos fuiſſe. Quod in conſtitutione peſtilenti crebrò contingit, vt ſola illa lues homines depopuletur, fereque nullis aliis morbis cõflictentur ægri. Quod his verbis etiam poſtea idem explicat. ἐν ἄλλῳ παρεμπίπτει κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον οὐδὲν τῶν εἰωθότων· ὃ δὲ γένοιτο, ἐς τοῦτο ἐπηλεύτα. Nec tum temporis alius vllus morbus ex his qui cõſueti ſunt, infeſtabat: qui verò exoriebatur, in hunc deſinebat. Sic enim locus verti poteſt qui eſt ab interprete mirũ in modum conturbatus. ἀπεκρίθη igitur κατέσκηψε ſignificat, decubuit, vt interpretatur Budæus, aut ἐχωρίσθη, ſeceſſit, vt Scholiaſtes, & ad morborum depoſitum aut decubitũ, cùm in alios tranſeunt, referri debet. ἀποκεκριμένος eximium, ſelectum, ſeparatum ſignificat, vt ἀποκρίνω διαχωρίζω, & ἀποκριθῆναι χωρισθῆναι exponit Heſychius. Ex quo ἀποκεκριμέναι ὀδύναι, dolores eximij, ſelecti, dicuntur apud Hipp. in his quæ adiecta ſont ad Lib. de Nat. hum. (p. 28. 2.) εἴδεα δὲ αὐτέων εἰσὶ τέσσαρα, χωρὶς τῶν ἐν τῇσι ὀδύνῃσι γινομένων τῇσιν ἀποκεκριμένῃσιν. Harum (febrium) genera ſunt quatuor, præter eas quæ dolores eximios comitantur. febres enim ſymptomaticas intelligit. Vbi tamen Cornarius ἀποκεκρυμμένῃσιν legit, & occultos dolores vertit. Verùm ἀποκεκριμένῃσιν legendum ex Galeno apparet, qui hũc locum ſubnotans in Exegeſi, ἀποκεκριμένῃσι κεχωρισμέναις exponit. Ἀπόκρισις etiam dicitur Hippocr. ſecretio & ſeparatio, cùm humores in corpore ſyncreti ſuor & ſeparati, per ſeque & intemperati ſua qualitate lædunt, cui κρᾶσις & mixtio opponitur. Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 8. 37.) ὅταν δὲ τι τούτων ἀποκριθῇ ἐν αὐτὸ ἐφ' ἑωυτοῦ γένηται. Vbi verò quid eorum ſecretum fuerit, & per ſe extiterit. Atque ibidem τὰ κεκριμένα ἐν μεμιγμένα opponit. ἀποκρινόμενα etiam paulò pòſt vocat (v. 40.) vt & lib. de nat. humana. Ac rurſus ibidem (p. 9. 17.) ὅταν δὲ ἀποκριθεὶν χωρὶς ἑκάτερον, τότε λυπεῖ. ſeiunctum autem ab altero, tunc lædit. τὸ ἀποκριθὲν tam ſemen viri quàm mulieris quod ad generationem ſecernitur, ſæpius dicitur Hippocrati li. 1. περὶ διαίτης (p. 87.)

Ἀποκορυφούμενα εἰς ὀξὺ διαπυήματα dicunt in Progn. (p. 133. 15.) ſuppurationes in acutum tendentes & faſtigiatæ, vt & τὰ ἐς ὀξὺ ἀποκορυφούμενα, quæ in mucronem aut conum attolluntur & faſtigiantur. Nam & vtriuſq; dictionis eadem eſt notio, vt illic ſcribit Galenus.

Ἀπολαμβάνειν intercipere & intercludere ſignificat apud Hippocr. vt ἀπολαμβάνειν τῶν σιτίων, cibos intercludere, à cibis cohibere, pro inappetentia & iis qui ciborum faſtidio laborant, & qui excludũtur ciborũ exhibitione. Prorrhet. 2. (p. 420. 28.) ἢ ὅσαι τῶν σιτίων ἀπολαμβάνουσιν, quæcunque cibos cohibent. Sic ἀπολαμβάνεσθαι cohiberi, ſupprimi, ac retineri dicitur. In Coac. Prænot. (p. 428. 44.) αἷς δὲ κύστις ἐν τούτῳ ἀπολαμβάνονται, huic veſica ſupprimitur. Et κύστις ἀποληφθεῖσα, veſica intercepta, quæ vrinam retinet & ſupprimit, in Prorrh. (p. 209. 37.) & Coac. Prænot. (p. 443. 4.) Hinc ἀπολελαμμένη κοιλίη frequenter vſurpatur Hippocrat. in Prorrh. (p. 195. 55.) & (p. 207. 27.) pro aluo adſtricta, intercepta, interclusa, ἐπεχομένην & ἐπεσχημένην κοιλίην cohibitam aluũ, exponit Gal. In Coac. Prænot. ἀπολελαμμένη κοιλίη (p. 428. 23.) dicitur, & ἀπολελαμμέναι κοιλίαι (p. 429. 4.) & κοιλίην ἀπολελαμμένην (pag. 428. 16.) aut ἀπολελαμμέναι ſimpliciter, vt (p. 429. 16.) Sic lib. 2. Epid. (p. 315. 7.) κοιλίη ἀπολελαμμένη πλὴν πρὸς ἀνάγκην, aluus intercepta nil niſi coacta reddebat. Et ibidem (ver. 37.) ἀπελήφθη κοιλίη, aluus reſtitit. In Prorrh. quoque (pag. 183. 27.) ἀπολελαμμέναι κοιλίαι dicuntur, alui interceptæ, arcte concluſæ, & quæ nil niſi coactæ reddunt, ἐπεχόμεναι exponuntur Gal. Com. 2. in Prorrh. (pag. 196. 8.) Ac ἀπολελαμμένοι σίτων dicuntur ex Prorrh. (pag. 197. 53.) quibus ſunt intercepti aut intercluſi cibi, eoſque ex faſtidio auerſantur, aut quibus interceptæ ſunt ciborum reliquiæ & aluus adſtricta. Sic enim eam dictionem illic explicat Galen. ὥσπερ δὲ σίτων ἀπολελαμμένοι, ὧν ἐφεξῆς ἐμνημόνευσεν, ἔνιοι μὲν τοὺς ἀνορέκτους φασὶν εἰρῆσθαι νῦν, ὡς εἰ καὶ ἀποκεκλεισμένους εἰρήκει τῆς τῶν σιτίων προσφορᾶς, ἔνιοι δὲ τοὺς ἐπεσχημένους τὴν γαστέρα. καὶ γὰρ κἂν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων ἐπὶ τῶν διαχωρημάτων εἰρῆσθαί φασι τὴν φωνὴν ταύτην. Non ſecus ac τοὺς σίτων ἀπολελαμμένους, hoc eſt, cibis intercluſos, nonnulli quidem cibos auerſantes dici aiunt, perinde ac ſi ciborum admotione excluſos dixiſſet, quidam verò eos qui aluo ſunt adſtricta. Nam & in lib. de rat. vict. in morb. ac. hãc vocem de iis quæ per aluum ſecedunt, dictam eſſe ait. Quem certè locum mihi exprimere videtur Erotianus cùm ἀπολελαμμένοι exponit, ſcribitque Bacchio dici πλήρεις ὄντες, Epicli verò τροφῆς γέμοντες, ἢ καθυρημένοι, ἢ ἀπειλημμένοι, quibus verbis qui repleti ſunt, aut cibo redundantes indicantur, aut ij quibus cibus deducitur, aut detrahitur, auferetur, intercluditur. Quæ notio cum Galeni explicatione optimè conuenit. vt ἀνόρεκτοι & ciborum faſtidio laborantes intelligantur. Hunc autem locũ Erotiano ſubindicari exiſtimo, etſi ἀπολελαμμένοι ſimpliciter ſcribitur non σίτων ἀπολελαμμένοι, quemadmodum in Prorrh. lego, cùm paſſim in omnibus exemplaribus σίτων ἀπολελαμμένων legatur. Aut certe locum Coac. Prænot. (429. 16.) expreſſit hac explicatione Erotianus, vbi ἀπολελαμμέναι ſimpliciter ſcribitur, & Prorrhetici ſententia repetitur, eademque in notione ἀπόσιτοι & ἀπολελαμμένοι adſcribitur, quod vtranque explicationem includit. Quod verò ἀπολελαμμέναι κοιλίαι idem Erotianus Hippocrati dici exiſtimat ἐν ἴσῳ τῷ ἀπειλημμέναι καὶ ἐσφιγμέναι, hoc eſt, interceptæ & adſtrictæ, nimirum locum Prorrhetici (183. 27.) denotat, mendumq; ſubeſſe ſuſpicor cùm lib. 1. περὶ γυναικείων teſtem citat. Neque enim libris περὶ γυναικείων ἀπολελαμμέναι κοιλίαι adſcribũtur, & memoriæ lapſum eſſe exiſtimo. Idẽ quoq; ex lib. περὶ ἄρθρων de vertebra τὸ ἀπολελαμμένον dici ſcribit, quod ἀπειλημμένον ἐν ἐσφιγμένον explicat, hoc eſt, interceptũ, intercluſum

conſtipatum, impactum. Quibus verbis mihi locus lib. περὶ ἄρθρων (p.619.54.) haud dubiè ſubnotari videtur, vbi Hippocratis verba ad νωτιαῖον potiùs, hoc eſt, ſpinalem medullam, quàm ad σπόνδυλον referri videntur. Sic enim ſcribitur, πιεχθεὶς δ' ἂν καὶ ἀπολελαμμένος, πολλῶν ἂν καὶ μεγάλων καὶ ἐπικαίρων ἀπονάρκωσιν ποιήσειε. Compreſſa autem & intercluſa (ſpinalis medulla) multis magnis præcipuiſque partibus torporē induceret. Nam & ea medullæ ſpinalis compreſſio intelligitur, qua ab elapſa ſuo loco vertebra, ac veluti incuneata & impacta, intercipitur & intercluditur. Emota enim vertebra, vbi ſuo loco exiliit, dorſi medullam comprimit & intercipit. Vt mēdum mihi ſubeſſe apud Erotianum videatur, ac pro τοῦ σπονδύλου, τοῦ νωτιαίου, legeodum exiſtimem, aut ἀπὸ τοῦ σπονδύλου, quemadmodum noſtris in lib. περὶ ἄρθρων Annotationibus ſubmonuimus. Quòd autem Heſychius ἀπολελαμμένας, κοιναὶ παρὰ τῷ Ἱπποκράτει adſcribit, locum certè mēdoſum eſſe ſatis apparet, & pro κοιναὶ, κοιλίας legendum exiſtimo, vt loci Prorrhetici ſubmonitio quædam ſit, aut σκληραὶ, vt explicatio. Ἀπόληψις crebrò vſurpatur Hippocrati & interceptionem, retentionem, aut cohibitionem ſignificat. Sic ἀπόληψις οὔρων, vrinæ ſuppreſſio ac retentio dicitur, cùm non ſatis effatu digna, vel cùm nullo modo effunditur, lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.91.10.) In Prorrh. quoque (p.186.21.) ἀπολήψιες οὔρων, vrinæ ſuppreſſiones aut retentiones, ἐπισχέσεις exponit Gal. vt & (p.193.4.) οὔρα ἀπόληψιν, ἐπίσχεσιν, & Com. 3. in Prorrh. (p.209.40.) ἀπόληψιν οὔρων καὶ διαχωρημάτων, ἐπίσχεσιν, & rurſus (p. 208.10) In Coacis etiam Prænot. ἀπόληψις οὔρων dicitur (p.424.37.) vt & ἀπόληψις κοιλίης (p.443.26.) Sunt & ἀπολήψιες φλεβῶν venarum interceptiones & occluſiones, aut oppletiones, quæ à copia fiunt, cùm ſupra modum venæ opplentur, ita vt extinctionis caloris natiui aut ſuffocationis periculum immineat. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.93.55.) τὸ δὲ ἄφωνον ἐξαίφνης γενέσθαι φλεβῶν ἀπολήψιες ποιέουσι. Vt autem quis derepente voce deficiat, venarum interceptiones efficiunt. Quam dictionem ſic explicat Gal. ἀπολήψεις φλεβῶν ὀνόμασεν τὰς πληρώσεις τῶν φλεβῶν ὑπὸ πλήθους γενομένας. ὅταν οὖν αὗται ὑπερπληρωθῶσι βαρυνθῆναι τε τὴν δύναμιν ἀνάγκη καὶ εἰς κίνδυνον ἀφικέσθαι τὴν ἔμφυτον θερμασίαν τοῦ ἀποσβεσθῆναι, πνιγμῷ τε παραπλήσιον παθεῖν ὑπὸ τοῦ πλήθους. Venarū expletiones quæ à copia fiunt ἀπολήψιες φλεβῶν vocat. Hæ igitur cùm ſupra modum oppletæ fuerint, tum virtutem grauari eſt neceſſe, tum in extinctionis periculū calorem natiuum adduci, & à copia affectu aliquo ſuffocationi affini affici. Sunt & ἀπολήψιες πνευμάτων ſpirituum in venis interceptiones, cùm ſanguine, tum copia, tum qualitate infeſto oppletæ venæ, ſpirinbus naturalem aut liberum traoſitum non permittunt, ita vt pulſus & reſpiratio deficiant, & ἀσφυξίας & ἀπνοίας periculum immineat. Lib. de rat. victus in morb. ac. (pag.92.56 & 57.) & (p.94.28.) vbi ſcribit Galen. πνευμάτων ἀπολήψεις ἀνὰ τὰς φλέβας εἰκός ἐστιν ἐπὶ τῆς ἀσφυξίας λέγεσθαι. φλέβας γὰρ ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τὰς ἀρτηρίας. ἀπολήψεις οὖν πνευμάτων τὰς οἷον καταπαύσεις τε καὶ ἡσυχίας δυνατὸν λέγειν. πνευμάτων ἀπολήψεις, hoc eſt, ſpirituum in venis interceptiones de pulſus carentia dici (ἀσφυξίαν vocant) vero eſt ſimile. Arterias enim antiqui venas appellabant. Spirituum igitur interceptiones velut inclinationes & quietes dici poſſunt. Vbi καταπαύσεις inclinationes aut depreſſiones ſpirituū dicuntur cùm impetum & actionem remittunt, ideoque quieſcunt neq; amplius permeant, quod per ἡσυχίας ſignificatur, et ſi καταπαύσεις velut ſpirituum occluſiones dici poſſuot. Contingunt autem huiuſmodi πνευμάτων ἀπολήψεις in catalepſi, apoplexia, & epilepſia, cùm refrigerato cerebro & congelato ſanguine, perfrictiones fiunt ſopitis ſpiriribus, qui naturales exitus capeſſere nequeūt, præcluſis à congelato ſanguioe viis, vt ſatis ex Hippocratis verbis colligitur. Rurſus eodem libro (pagina 108.18.) in melancholicis διὰ φλεβῶν πνευμάτων ἀπολήψιες celebrantur, cùm craſſo & melancholico ſanguine oppletæ venæ inflantur, adeoque ſangninis copia & craſſitudine effarciuntur, vt ſpiritus permeare nequeant. Has ſic exponit Galenus. πνευμάτων δὲ ἀπόληψιν εἰ μὲν τῶν κατὰ τὰς ἀρτηρίας λέγει (καὶ γὰρ καὶ ταύτας φλέβας ὀνόμαζον οἱ παλαιοὶ) τί ἄλλο, ἢ ἀσφυξία γένοιτ' ἂν τὸ πάθος; εἰ δὲ τῶν κατὰ τὸν πνεύμονα, πάλιν ἐνταῦθα τὴν καλουμένην ἄπνοιαν αἰνίττεται. Spirituum verò interceptionem ſi eam intelligit quæ per arterias fit, (nam & has venas veteres appellant) quæ nam alia affectio quàm ἀσφυξία, hoc eſt, pulſus priuatio continget? Quòd ſi ſpirituum qui in pulmone ſunt interceptiooem intelligit, rurſus hîc ἄπνοιαν dictam, hoc eſt, reſpirationis priuationem obſcurè innuit. Has verò φλεβῶν ἀπολήψεις Hippocrat. familiares, quæ ἀφωνίας, motus ac ſenſus priuationes faciaot, Galenus etiam lib. περὶ πλήθους ſic exponit. ἀπολήψεις φλεβῶν τὰς ὑπερπληρώσεις ὀνομάζω, ἐπειδὰν ἀπορῶσιν εἰς ἀνάψυξιν διαπνοῆς. Venarū interceptiones eas quæ ſupra modum ſunt plenitudines dixit, cùm videlicet perſpiratiooe ad refrigeratiooē iodigent. Quod etiam in arteriis cootingere idem ſcribit libro de Morb. cauſ. (pag. 207.50.) his verbis. ἐπειδὰν ἀποληφθῶσιν αἱ κατὰ τὸ ζῶον ἀρτηρίαι, τοῦτ' ἔστιν οὕτω πληρωθῶσιν αἵματος, ὡς μηδεμίαν ὅλως κενὴν ἀπολείπεσθαι χώραν ἐν αὐταῖς, εἰς ἣν ἐν τῷ διαστέλλεσθαι τὸν ἔξωθεν ἀέρα ἐπισπᾶν δυνήσονται· καταπνίγεται μὲν ἐν τῷδε καὶ σβέννυται τὸ ἔμφυτον θερμὸν, ἀκίνητοι δὲ καὶ ἀναίσθητοι διὰ ταχέων οἱ οὕτω παθόντες ὅλῳ τῷ σώματι γίγνονται. Quod eſt, Vbi in animante interceptæ ſunt arteriæ, hoc eſt, ita ſanguine oppletæ ſunt, vt nullum in eis ſpatium vacuum relinquatur, in quod inter dilatandū aerem externum attrahere queant, tunc certè innatus calor præfocatur & extinguit̉, & qui ſic afficiuntur, ſubitò toto corpore motu

& ſenſu priuantur. Eſt & longè alia ἀπόληψις φλεβῶν, venarum interceptio aut prehenſio, cùm profluentes ſanguine venæ vinculo aut laqueo intercipiuntur, præſtringuntur, eoq́; modo ſanguinis ruentis impetus intercluditur, coërcetur & cohibetur. Quod etiam in arteriis aut etiam maioribus venis ſanguinē profundẽtibus interdum fieri neceſſe eſt, vt ex Galeni mente aperuimus noſtris in lib. 6. Epid. Annotat. ſect. 7. aph. 3. Nam & illic φλεβῶν ἀπόληψιν in ſiſtendæ hæmorrhagiæ remediis reponit Hippocrates. Eadē verò notione ἀπόληψις τοῦ ῥεύματος dicitur Hippocr. profluentis morbi interceptio, coërtio ac cohibitio, cùm morbi qui ex humorum influxu excitatur, velut currẽtis impetus retardatur ac retinetur. Lib. 2. Epid. (p. 318. 15.) ἀπόληψις τοῦ ῥεύματος profluentis alui interceptio dicitur. ἀπόλαμψις etiam vt & ἀνάλημψις pro ἀπόληψις & ἀνάληψις ſcribitur Hippocr. vt lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p. 114. 1.) ἀπολήμψιες κάτωθεν inferioris alui ſuppreſſiones dicuntur, & excretiones per infernas partes ſuppreſſæ.

Ἀπολαύειν τῶν σιτίων τελέως eſt perfectè cibum aſſumptum conſumere, & ex cibo iniecto fructum aliquē planè percipere, lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 7. 35.) & rurſus (v. 38.) καὶ οὐκ εἶχεν ὠφελείην ἀπολαύειν, & nullum ex cibo ſumpto fructum percipiebat, hoc eſt, nullā amplius habebat nutritionē, eoque carebat quo refici debebat.

Ἀπόληξις ætas deſinens, decedens & decrepita dicitur ἐν παραγγελίαις (p. 19. 8.) vbi ἀκμὴν ἡλικίης ætatis vigorem ei opponit Hippocrates.

Ἀπολιβανοῦσθαι liueſcere ſignificat & pro πελιοῦσθαι ponitur lib. 7. Epid. (p. 360. 8.) ἧσσον δ' ἀπολιβανοῦτο, minus verò liueſcebat, vbi interpretes ἀπελιοῦτο legiſſe videntur.

Ἀπολιπόντα, διεστῶτα, diſtantem exponit Erotianus apud Hippocr. haud dubiè locum lib. de art. ſubindicans (p. 604. 12) vbi de habena agitur ex aluta Carthaginenſi ad malæ fractæ partes agglutinanda, ἀπολιπόντα (ἱμάντα) κατὰ τοσοῦτον ἀπὸ τοῦ τρώματος, ὅσονπερ ὁ ἕτερος ἀπέλιπεν, quæ etiam ipſa (habena) tantum à vulnere, quantum altera abſit, hoc eſt tantùm diſtet à fractura, quantum altera.

Ἀπολύεσθαι exolui, liberari ſignificat & de fœtu ſæpius Hippocr. dicitur qui in lucem editur ac emittitur. Lib. 5. Epid. (p. 33. 1.) καὶ ἀπελύθη τὸ παιδίον ἐνάτῳ μηνὶ ζῶον θῆλυ, & emiſſa eſt in lucem nono menſe puella viua. Rurſus ibidem (p. 336. 15.) ἀπόλυσις παιδίου pueri in lucem emiſſio. Sic ἀπολύεσθαι de fœtus abſolutione ac emiſſione ſæpe effertur, vt lib. περὶ ἑπταμήνου (p. 48. 4.) ἡ μήτρη τοῦ γονίμου ἀπολυθεῖσα, vtero vitali fœtu liberato, hoc eſt, fœtu excuſſo & in lucem edito. Rurſusque ibidem (p. 49. 11.) κίνδυνος τὸ παιδίον τεθνηκὸς ἀπολυθῆναι, periculum vt puer mortuus excludatur, in lucem emittatur. Et (v. 41.) ἐπὴν ἀπολυθῇ, cùm partu liberata fuerit. Lib. quoque 2. Epid. (p. 313. 39.) τεκοῦσα καὶ ἀπολυθεῖσα τελέως, vbi peperiſſet atque omninò abſoluta eſſet, hoc eſt, partu liberata. Sic etiam Gal. lib. περὶ τῆς μήτρας ἀνατομῆς (p. 212. 14.) ἀπολυομένου δὲ τῆς μήτρας τοῦ ἐμβρύου, vbi fœtus vtero excluditur, editur. Eſt & ἀπόλυσις ὑστέρων ſecundarum demiſſio, abſolutio, excuſſio, abiectio Prorrh. 2. (pag. 420. 40.) Sic ἀπόλυσις νόσου, morbi liberatio, ſolutio, abſolutio. In Coac. Prænot. (p. 435. 9.) χαλεπωτέρη ἡ ἀπόλυσις γίνεται, difficilior liberatio cōtingit. Et (v. 11.) θᾶσσον ποιεῖ τὰς ἀπολύσιας, celeriores ſolutiones facit. Lib. quoque περὶ φύσιος ἀνθρώπου (p. 28. 2.) ἀπολύσιες νοσημάτων ſunt morborum ſolutiones & diſcuſſiones. χαλεπαὶ αἱ ἀπολύσιες γίνονται, difficiles abſolutiones habent, difficilè diſcutiuntur. Quibus τὰ εὐλυτώτερα opponuntur, quæ facilè ſoluuntur & diſcutiuntur. Ἀπολύσασθαι etiam ſoluere & exoluere ſignificat, & de faſciatum aut ſpleniorum deligatione, cùm exoluũtur, crebrò dicitur. lib. de fract. vt (p. 535. 52.) & (p. 536. 8.) & lib. 2. de Morb. (p. 144. 23.) καὶ μὴ λῦσαι ἄχρις ἑπτὰ ἡμερέων, ἢν μὴ ὀδύνη ἔχῃ· ἢν δὲ ἔχῃ, ἀπολύσασθαι, ad dies ſeptem, niſi dolor vexet, ne ſoluito, ſi verò dolor adſit, ſoluito. Ἀπολύσιας Erotianus apud Hippocr. exponit ἢ τὰς τῶν ἄρθρων ἀπολύσεις, ἢ τὰς ἐπιδέσμων ἀνέσεις, aut articulorum abſolutiones, aut vinculorum remiſſiones ac relaxationes. Lib. de fract. (p. 544. 27.) ἐν δὲ ἑκάστῃ τῶν ἀπολυσίων, in ſingulis reſolutionibus, & (p. 563. 45.) ἀπολύσας τὰ ὀθόνια, reſolutis linteis.

Ἀπομάγματα ſignificant Hippocrati exterſoria, deterſoria vel abſterſoria, hoc eſt, inſtrumenta ſordibus & excrementis detergendis idonea, qualia in oculis lintea, in vulnerib. ſpongiæ. Lib. περὶ ἰητροῦ (p. 13. 4.) τοῖς δὲ ἀπομάγμασι καθαροῖς καὶ μαλθακοῖς χρῆσθαι, abſterſoriis puris mollibusque vtendum.

Ἀπομάθημα dicitur Hippocr. eius rei quæ diſcitur aut ſub doctrinam venit obliuio. Lib. de fract. (pag. 561. 40.) ἐπίκαιρον τὸ ἀπομάθημα, valde opportunū hoc dediſcere, magni momēti eſſe hanc rem dediſcere, operæpretium futurum vt iſta dediſcerent.

Ἀπόμελι eſt mellis decoctū aut fauorum decoctum aceto mixtorum. Vide Ὀξύγλυκυ.

Ἀπονενοημένως, ἀνεπιστρέπτως exponit Galenus apud Hippocratē, hoc eſt ſecurè, negligenter, nulla habita ratione aut cura, ita vt flecti aut conuerti nequeat. ἀνεπιστρέπτως enim μὴ ὑποστρέφων exponit Heſychius, cùm quis rem adeo auerſatur ac deſpicit, vt ne conuerſa quidem facie eam intueri velit. Ἀπονενοημένως autem amenter, profligatè ac deploratè ſignificat, aut nulla ſuæ ſalutis cura habita. Eam vſurpat dictionem Hippocr. ægr. 2. lib. 3. Epid. poſt ſt. peſt. in extremo ciborum faſtidio, cùm ſcribit, πρὸς δὲ τὰ χεύματα ἀπονενοημένως εἶχεν, à cibis auerſo erat animo. Quibus verbis maximum ciborum odium & auerſatio, deſperataq́; aut profligata inappetentia indicatur, quorum nulla omninò cura aut ratio habeatur. Hac enim phraſi, (quamuis κακοζήλως) ὑπερβολὴν τῆς ἀνορεξίας, καὶ τὸ πρὸς χεύματα μῖσος, ſummā inappetentiam extremumque in cibos odiū, indicari ſcribit Galenus. Quæ ſunt deſperatæ facultatis naturalis indicia certiſſima, vt no-

ſtris in eum locũ Annotat. ſcripſimus, eumq; à Galeno in Exeg. ſubindicari cõmonuimus.

Ἀπονευρώσεις dicuntur proneruationes, ſuntque extremi muſculorum fines qui ab Hippocr. τένοντες chordæ aut tendines dicuntur. Sunt autem duorũ generum, vt ſcribit Gal. Com. 2. in lib. de art. (p. 600. 15.) Quędam nanque quòd carnoſiores ſint, σαρκώδεις ἀπονευρώσεις dicuntur. Quædam verò quòd neruoſiores, νευρώδεις, & νευρώδεις τένοντες Hippocrati vocantur lib. de art. (p. 600. 10.)

Ἀπονιτρῶσαι eſt vlcus nitro aſpergere & perfricare. Lib. de Vlceribus (p. 516. 15.) πρότερον δ' ἀπονιτρῶσαι ὅπλῳ καὶ ἀνασπογγίσαι. Prius tamẽ nitrũ vſtũ inſpergendũ & ſpongia detergendũ.

Ἀπόξη dicuntur Hippocrati mucronata, in mucronem faſtigiata, in acutũ tenuata & in extremitate acuta. Lib. κατ' ἰητρεῖον (p. 679. 55.) ὑγρὴν μὴν γωνίην, ἀλλ' ἐς τὰ κατάντη καὶ ἀπόξη φεύγει πᾶς ἐπίδεσμος. Probè tamen iſtud attendere conuenit, deligationem omnem ad loca decliuia & in acutum tenuata tendere. Ἀπόξη & ἀπόξηρα dici Hippocrati partes corporis acuminatas & quę in extremitate tenuantur aut in acutum tendũt, ſcribit Gal. Com. 3. εἰς τὸ κατ' ἰητρ. (p. 690. 12.) etſi idem Com. 2. in eum lib. (p. 679. & 680.) ἀπόξη legit, eademq; κυρτά, incurua, exponit, (p. 681. 7.) Quidam ἀπόξυ apud Hippocr. legunt & ὑπόξηρα pro ἀπόξηρα, ſubarida, ſubſiccanea, & quæ præ ſiccitate contrahuntur & in acutum tendunt. Galenus etiam in Exegeſi ὑπόξηρα, ὑπόκοιλα, ἐκτετηκότα explicat, quòd quæ præ ariditate cõtrahuntur, excauari, deprimi ac ſubſidere ſoleãt. Erotianus quoq; ὑπόξηρα apud Hippocr. exponit ἐκ πλάτους εἰς μύουρον ἠγμένα, quæ ex latitudine in acutum tendunt. Idem quoque ἀπόξια τὰ ἀπόξηρα καὶ ἀποκεκομμένα exponit, hoc eſt deraſa, reciſa & abſciſſa, additque vt planiorem faciat explicationem, λέγω τὰ ἐκ πλάτους εἰς στενὸν ἠγμένα, vt intelligantur quæ exacuta ſunt & ex latitudine in anguſtum tenuantur. Verùm apud Erotianum ἀπόξια καὶ ἀπόξυρα τὰ ἀποκεκομμένα legendum ſuſpicor, vt τὰ ἀποκεκομμένα illas dictiones explicet, quas ex lib. κατ' ἰητρεῖον in medium afferre & interpretari mihi videtur. Vt apud Hippocrat. ἀπόξια non ἀπόξη legerit Erot. niſi ἀπόξη pro ἀπόξια apud eundem quis repoſuerit. Sunt verò qui ἀπόξυρα & ὑπόξυρα velut abraſa & ſubraſa apud Hippocrat. dici velint, hoc eſt, acuminata, contracta & depreſſa. velut ὑποξύρους, ἐκπεπιεσμένας καὶ συνεσταλμένας γαστέρας, hoc eſt, ventres depreſſus, contractos, extenuatos, velut ſubraſos, ex maiore Prorrh. exponit Gal. in Exegeſi, vbi tamen ἀποξύμους paſſim legimus. Ἀπόξια autem φύματα dicuntur Hippocrati aphor. 12. lib. 6. Epid. ſect. 1. acuminata tubercula, in acutum tendentia & in ſublime faſtigiata, in Prognoſt. ἐς ὀξὺ ἀποκορυφούμενα vocantur. Quò ne reſpicere quidem Erotiani explicationem, ac melius lib. κατ' ἰητρεῖον accommodari, exiſtimo.

Ἀποπάλλειν Galenus apud Hippocr. ἀπόπαλσιν exponit, expulſionem, extruſionem, eiibrationem, emotionem, & τὸ ἀποπαλλήσεται hinc ductum eſſe ſcribit & actionem ſignificare, idemque quod ἀποπάλλειν, depellere, excutere, extrudere, ex libro 1. περὶ γυναικείων. Qui locus ſi mendo non caret, & ſi modo vera eſt inſcriptio, locum lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 251. 33.) ſubindicat, qui ſic paſſim legitur, eumque ſupra adſcripſimus. ὁκόσα δὲ τρωσμῶν γινομένων μὴ ἀπαλλάσσεσθαι δύναται, quicunque fœtus ex abortione liberari nequeunt. Vt pro ἀπαλλάσσεσθαι ἀποπαλλάσσεσθαι legiſſe videatur Galenus. Quæ ſanè lectio ſic conſtare poteſt, vt perpeſſionem indicet. Verùm cùm idem ſcribat ibi actionem ſignificare, & idem quod ἀποπάλλειν, ἀποπαλλῶσαι aut ἀποπαλλῶσαι legiſſe forte videtur, aut certè ἀποπαλλήσεσθαι voce media vſurpaſſe, & ὁκόσαι pro ὁκόσα legiſſe, vt id ad mulieres referat, quod alioqui fœtus reſpicit in vulgatis codicibus, qui etiam ferendam habent ſcriptionem. Eoq; ne ſenſu conſtabit Galeni lectio, Quæcunque mulieres ex abortione fœtus depellere nequeunt, extrudere, excutere. Vt in Exegeſi τὸ ἀποπαλλήσεσθαι aut ἀποπαλλήσεσθαι pro ἀποπαλλήσεται reponendum mihi videatur, & hic ſubnotatus locus à Galeno indicetur. Neque enim habeo in tota γυναικείων πραγματείᾳ quò meliore loco iſtud poni queat. Quòd verò idem Gal. τὸ ἀποπαλλήσεται perpeſſionem indicans ex lib. de Natura Humana adfert: Is mihi procul omni dubio locum eum ſubindicare videtur, qui legitur (p. 18. 53.) hoc modo in vulgatis codicibus. ὑπὸ γὰρ τῆς ἰσχύος ἀπαλλάσσεται ῥηϊδίως τὰ ἀπορρέοντα. Quæ enim influunt facilè vi liberantur aut vindicantur: vt pro ἀπαλλάσσεται ἀποπαλλήσεται rectè legiſſe videatur Galenus, hoc eſt, depellentur, extrudentur aut propulſabuntur & repellentur. Etſi in eius loci explicatione plurimùm ſe torquet Galenus, variamque interpretum lectionem huius loci apponit. Quidam enim ἀποκλείσεται (arcebuntur, excludentur) legunt, quidam etiam ἀποκλείζεται, alij quoque ἀποκλείεται. Sunt qui ἀποπαγήσεται legũt, vt & Dioſcorides ἀποπαγήσεται, pro ἀποκριθήσεται. Tandem quoque poſt multam animi fluctuationem eò delabitur Galenus, vt ἀναλώσεται legat, hoc eſt, abſumẽtur, expendentur, quod exponit ἀναλωθήσεται πεσσόμενά τε καὶ διαφορούμενα, concoquendo & digerendo conſumentur. Dicitur autem ἀποπάλλω & ἀποπαλαίω & ἀποπαλέω quod eſt eiibro, eiaculor, excudo, excutio, emoueo, excido. vt ἐκπαλέω & ἐκπαλαίω, eluctor, eluxor. & de articulis ſua compage emotis effertur Hippocrat. vt poſtea ſcribemus. Sic etiam ἀποπαλέω videtur legiſſe Galenus, vt & Heſychius ἀποπαλέως quod ἀποπαλαιέως & ἀπηρθήσεται exponit, ſi modo lectio vera eſt. ἀποπαλαιέως tamen malim. Erotianus autem apud Hippocrat. ἀποπαλέως σεισμῷ καὶ σφοδρᾷ κινήσει exponit, (ſic enim apud eum lego) quòd nomen potiùs eſt quàm verbum, vt locus lib. de fract. (p. 576. 12.) ſubnotetur, & ἀποπαλέως pro ἐκπαλέως legerit Erotianus.

Sic

Sic autem legitur, ἐν τῇ δὲ τῇ ἀποπαλήσει μέγα τι τὸ ὑπερβαλλόμενον τὸ ὑπὲρ τὸ παχύτερον τῶν ὀστέων, καὶ τῶν νεύρων συχνὴ κατάτασις. In hac autem articuli emotione, magnum quoddam ſupra os craſſius fertur, & multa neruorum contentio. Et certè non dubia coniectura eſt, hunc locum ab Erotiano exprimi, cùm certum ſit hãc dictionem inter cæteras ex lib. de fract. adſcribi, & nuſquam aptiore loco collocari poſſe. Nam & eius expoſitio huic loco vel inprimis conuenit, cùm ἀποπάλσει, σπάλσει καὶ σφοδρᾷ κινήσει accipit, vt eluctatio illa & articuli emotio vehementem agitationem ac commotionem denotet. Magna enim vi ac vehementi cõcuſſione opus eſt vt brachium in anteriorem partem excidat. ἀλλὰ τί ἂν ἐξαπίνης ἐκπάλσεις ἐκβάλοι; vt illic ſcribit Hip. Quid non repentina vis ac vehemens emotio eiciat? aut quid non ſubita eluctatio eiiceret? Vt mihi hoc loco et videatur Gal. in Exeg. ἀποπάλσεις legiſſe. Sic ergo in Exegeſi reponendum iudico, ἀποπάλσεις, ἀπόπαλσις, vt ſignificet Gal. ἀπόπαλσιν dictam Hippocrati ἀποπάλλειν aut ἀποπάλσειν, pro eluctatione, vehementi extruſione & depulſione, hoc nimirũ expreſſo loco, vnde & ἀποπαλήσαντα aut ἀποπαλήσασα deductũ videatur. Atq; mihi videtur germana Exegeſeos ſcriptio, & quæ nuſquã melius quadrare poſſit, vt veram Medicinæ parentis & ex antiquitate ipſa expreſſam puramque dictionem haurias.

Ἀποπαρθενεύεσθαι eſt virginitatem deponere; virginitate priuari deuirginari. Lib. de aëre, loc. & aq. (p. 78. 4) οὐκ ἀποπαρθενεύονται δὲ μέχρις ἂν τῶν πολεμίων τρεῖς ἀποκτείνωσι. neq; virginitate priuãtur, prius quàm tres hoſtes interfecerint.

Ἀπόπατοι ἀφόδοι exponuntur Erotiano apud Hip. & ſeceſſus ſignificant ad exonerandam aluum & deiectiones ipſas: crebraq; eſt dictio apud Hippocr. vt Prorrh. 2. (p. 415. 24.) & lib. de art. (p. 622. 31.) atq; alias ſæpe. Sic Sudas ἀπόπατον ἄφοδον exponit.

Ἀποπηδᾶν exilire ſignificat & de articulis dicitur qui eluxantur & ſedibus excedunt, ἀποπηδᾶν ἀπὸ τῆς φύσιος, lib. de art. (p. 641. 41.) ὁμοίως δὲ καὶ παιδὸς, ὅτι μὴ πάνυ ἀποπηδᾷ ἀπὸ τῆς φύσιος. Hi quoque tamen interdum quidem magis naturali ſtatu exiliunt. Rurſus (p. 620. 41.) ἀποπεπηδηκὼς ἀπὸ τῶν ἄλλων ὁ σπόνδυλος dicitur, vertebra quæ ab aliis receſſit, elapſa eſt & exilit, vt in gibbo, ἐξαλλόμενος, (p. 619. 53.)

Ἀποπιέσματα ſunt expreſſiones humorum quæ fiunt ex deligationibus in vulnere aut fracturis. Lib. de fract (p. 567. 36.) τὰ γὰρ ἀποπιέσματα, εἰ καὶ ἀποπιέζοιτο, τὰ μὲν ἐς τὸν πόδα ἀπάγοιτο. Nam & expreſſiones, ſi quid exprimatur, partim quidem ad pedem abducentur.

Ἀποπλανᾶν deerrare facere ſignificat & errabundè ac procul abducere. Lib. περὶ ὀστέων φύσ. (p. 63. 3.) de vena dicitur quæ multum & longè vagatur, aut multas errabundas venas producit. ἐπὶ τὸ ἦβος πολλὰς ἀποπλανῶν φλέβας, ad pubem multas errabundas venas produxit, hoc eſt, vago quodam modo deduxit, aut deerrare fecit.

Ἀποπληξία (quæ eſt vehemens & repentina totius corporis reſolutio & ſtupor) interdum in toto corpore eſt, & corporis ſyderatio, neruorum reſolutio Celſo dicitur, ex aph. 31. & 16. lib. 3. cap. 1. lib. 2. & cap. 8. lib. eiuſdem ex aph. 42. lib. 2. & Prorrh. 2. (p. 423. 23.) ἀποπληξίη τοῦ σώματος dicitur aph. 56. lib. 6. & Coac. Prænot. (p. 439. 42.) Sæpe ἀποπληξίη ſimpliciter Hippocrati, vt & ἀπόπληκτοι (vt aph. 57. lib. 6. & aph. 16. lib. 3.) qui Celſo attoniti, quorum corpus & mens ſtupet, dicuntur cap. 26. lib. 3. Sæpe verò etiam Hippocrati ἀποπληξίη & ἀπόπληκτος de corporis parte reſoluta & ſyderata effertur. ἀπόπληκτον τοῦ σώματος partem corporis ſtupidam & reſolutam ſignificat aph. 40. lib. 7. τὸ παραλελυμένον exponit Galenus. ἀπόπληξις τῶν μελῶν τινὸς membri alicuius ſyderatio ac ſtupor in graui capitis vulnere Prorrh. 2. (p. 418. 49.) membrum aliquod eſſe reſolutum dixit Celſus cap. 4. lib. 2. Idem ἀποπλήκτους ex Prorrh. 2. (p. 423. 23.) qui quacunque parte corporis membrum reſolutum habent, vertit cap. 8. lib 2. & eos quibus facta neruorum reſolutio eſt, ex eodem Prorrh. (417. 17.) Sic γλώσσης ἀποπληξίη linguæ ſyderatio ac ſtupor. In Coac. Prænot. (p. 434. 19.) atque ibidem ἀποπληξίη ἢ βραχίονος καὶ τῶν ἐπὶ δεξιά. Et ἀποπληκτικοὶ τὰ δεξιά, ἢ τὰ ἀριστερά, quibus dextra aut ſiniſtra corporis pars reſoluitur aut ſyderatur, ibidem (p. 438. 42.) Vbi ἀποπληξίαν & ἀποπληκτικοὺς παραπληγίαν & παραπληκτικοὺς denotant. τὰ ἀποπληκτικὰ λελυμένως in Prorrh. (p. 194. 18.) & Coac. Prænot. (p. 438. 45.) ſyderationes exolutæ ac moderatæ dicuntur, & quæ partem aliquam corporis infeſtant. Quod innuit Gal. cùm ſcribit, ἀποπληξίας ἔνιοι ἐπὶ τὰς ἰδίας παραπληγίας λεγομένας μεταφέρουσιν, ἐφ' ἃς εἰς ἀκινησίαν καὶ ἀναισθησίαν μορίου τινὸς καθίσταται τὸ νόσημα. Apoplexias nonnulli ad propriè dictas παραπληγίας transferunt, in quibus morbus ad partium quarundam immobilitatem aut ſenſus priuationem vertitur. Hanc igitur geminam huius vocis apud Hippocr. acceptionem operæ pretium eſt ex Aretæo imprimis graui & vetuſto authore animaduertere. Scribit enim Cap. 7. lib. 1. καὶ εἰσὶ καὶ σημείων χρονίων τοῦτο. ἀλλ' ἀποπληξίη μὲν, ὅλου τοῦ σκήνεος, καὶ τῆς αἰσθήσιός τε καὶ γνώμης, καὶ κινήσιος ἐστὶ παράλυσις (διὸ ἀποπληξίην λῦσαι ἰσχυρὴν μὲν ἀδύνατον, ἀσθενέα δὲ οὐ ῥηΐδιον) hoc eſt, Verùm apoplexia, totius quidem corporis, & ſenſus, & motionis, & mentis reſolutio eſt. (ac proinde apoplexiam validã quidẽ, nullo modo, lenẽ verò nõ facilè tollere queas) Deinde paulò pòſt, ἢν δὲ ἀπόπληκτον ὁ Ἱπποκράτης εἴπῃ σκέλος τὸ κατ' ἴξιν ὡς νεκρὸν, τὸ ἀχρεῖον ἐς τὸ ἀνάλθης εἶναι φράζει. ὃ γὰρ ἐπὶ τοῦ ξύμπαντος ἀποπληξίην εἶπεν ἰσχυρὴν, τόδε ἐν τῷ σκέλεϊ παραπληγίην φράζει. Cùm verò dicit Hippocr. crus quod è directo eſt ἀπόπληκτον, hoc eſt ſyderatum velut emortuũ, inutile & incurabile ſignificare vult. Quod enim in toto corpore vehemens eſt apoplexia, id in crure paraplegiã vocat. Hoc etiam diſcrimẽ author

Definit. Medic. his verbis agnoſcit (p. 397. 37.) διαφέρει δὲ ἀποπληξία παραπληξίας, ὡς μέρος ὅλου. οἱ μὲν γὰρ ἀποπληκτικοὶ, πάντως καὶ παραπληκτικοὶ, οἱ δὲ παραπληκτικοὶ, οὐ πάντως καὶ ἀποπληκτικοί. καὶ ὅτι οἱ μὲν ὑγιαίνοντες τὴν διάνοιαν, παρειμένοι εἰσὶν τοῦ σώματος μέρος ἢ μέρη, οἱ δὲ ἀποπληκτικοὶ, καὶ ταῦτα, καὶ τὴν διάνοιαν, καὶ τὸ ὅλον. Differt apoplexia à paraplexia, vt pars à toto. Qui enim apoplectici, prorſus ſunt paraplectici: at qui paraplectici, nõ prorſus etiam apoplectici. Quodque paraplectici ſana quidem ſunt mente, & vnam aut plures corporis partes reſolutas habent: Apoplectici verò & has, & mẽtem, & totum corpus reſolutum habent. Cælius quoque Aurelianus cap. 5. lib. 3. acut. teſtatur veteribus, Hippocrati, Diocli, Praxagoræ, atque aliis, apoplexiam paralyſin dictam, & apoplectos, toto corpore paralyſi vitiatos, paraplectos verò particulis. Vtranque Cornelius Celſus neruorum reſolutionem vocat (cap. 27. lib. 3.) eamq; interdum tota corpora, interdum partes infeſtare ſcribit. Veteres autores illud ἀποπληξίαν, hoc paralyſin nominaſſe. Suo verò tempore vtrunque paralyſin appellatum. Cuius cùm duplex genus ſit, (vt ſcribit Gal. Com. 2. in Prorrh. ex Eraſiſtrato περὶ παραλύσεως) αἱ μὲν γὰρ συνάγουσι καὶ συντείνουσι, αἱ δὲ ἐκλύουσί τε καὶ χαλῶσι τὰς διαρθρώσεις, nil mirum eſt paraplexiæ genus quod in neruoſorũ corporum exolutione & relaxatione conſiſtit, per τὰ ἐξαίφνης ἀποπληκτικὰ λελυμένος, in Prorrhetico ab Hippocrate intelligi. (p. 194. 18.)

Ἀπόλυσιν Erotianus apud Hippocr. τὴν τῶν ἐπιδέσμων ἄνεσιν, vinculorum remiſſionem & relaxationem exponit.

Ἀποπτύζειν reſpuere, ſpuendo reiicere & eructare ſignificat. Lib. 7. Epid. (p. 357. 11.) ἀπέπτυζε καὶ ἄνω ἐς τὴν ῥῖνα ἀφώρει, reſpuebat & ſurſum in nares regerebat.

Ἀπορηγέστερον Erotianus apud Hippocr. ἀπηνέστερον exponit, quod eſt aſperum, durum aut inſuaue ac moleſtum. Verùm ἀπορηγέστερον exiſtimo Erotianum legiſſe libr. de fract. (p. 553. 44.) pro ἀτεργέστερον, quod illic ἀπηνέστερον καὶ ἀηδέστερον exponit Gal. crudele, immite & iniucundum. ἀπορηγὴς autem iracundum ſonat.

Ἀπορέγειν præbere, porrigere, protendere ſignificat, & de manu effertur ab Hippocr. initio lib. de fract. (p. 527. 10.) quæ ab ægro medico ad curationem exhibetur. αὐτὸς γὰρ ὁ ἐπιδεόμενος τὴν χεῖρα ἀπορέγει οὕτως. Qui enim deligatur hoc modo manum porrigit. Vbi Galenus variè accipi τὸ ἀπορέγειν ab interpretibus ſcribit. Quidam nanque ſimpliciter pro ὀρέγειν, quod eſt præbere, exhibere, accipiunt, & ipſe παρέχει exponit. Nonnulli etiam ἀπορέγειν pro deporrigere ſumunt, hoc eſt auertere & prohibendo in contrarium abducere. In Exegeſi verò ἀπορέγει προτείνει explicat, hoc eſt protendit, porrigit. Erotianus autem ἀποτείνει, extendit, hoc nimirum expreſſo loco.

Ἀπορίη anxietas, æſtuatio in ægris dicitur, animi conſternatio, deſperatio, vt lib. 5. Epid. (pag. 339. 16.) καὶ ἀπορίη ξὺν ὀδύνῃ, animi conſternatio cum dolore, de magna anxietate à medicamento purgante. Sic Aretæus cap. 5. lib. 2. de cauſ. & ſign. ac. morb. in cholera morbo ἀπορίην ponit, cùm æſtuant ægri & magna anxietudine premuntur, variè ac inordinatè iactantur, in anguſtiis hæſitant, animo ſunt perturbato & anxio ac ſæpè deficiunt. ἀπορεῖ ἀδημονεῖ, ἀγωνιᾷ exponit Heſychius, animi eſt impotens, anxietate perturbatur ac deficit. Ἄπορον autem νόσημα dicitur Hippocr. morbus ambiguus, & qui dubiam vitæ ſpem facit, Lib. περὶ ἱρῆς νόσου (p. 128. 35.) ἄπορον νόσημα καὶ ἀμήχανον, morbus ambiguus, remedii ac auxilii expers. Lib. 4. de Morb. (p. 172. 47.) ἄπορον πῦρ febris in qua dubia vitæ ſigna ſeſe produnt, de vita ambigitur, hoc eſt periculi plena. τὸ δὲ πῦρ οὕτως γενόμενον οὐκ ἄπορον, οὐδὲ ἰσχυρόν ἐστι. Sic autem orta febris, neque periculoſa, neque vehemens exiſtit. Διαιτήματα lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 65. 42.) ἀπορίην exponit Gal. anxietatem, nimirum ob nimiam inediam deficientibus viribus, aut intempeſtiuam victus rationem oppreſſis, exortam.

Ἀπορρίψιες τῶν ἱματίων veſtium reiectiones dicuntur in ægris æſtuantibus aut delirio oppreſſis. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 65. 44.) καὶ τῶν ἱματίων ἀπορρίψιες ἀπὸ τοῦ στήθεος, & veſtium à pectore reiectiones.

Ἀποσβεὶς, ἀποσβεσθεὶς exponitur Galeno apud Hippocr. in Exeg. hoc eſt Extinctus.

Ἀποσημαίνει de pure ſignificatione & indicium de ſe exhibente dicitur aph. 41. lib. 6. Ideoq; illic Philotheus ἀποσημαίνει ἀποκορυφοῦσθαι, hoc eſt, eminentiam quandam præ ſe ferre interpretatur.

Ἀποσιγήσιες reticentiæ dicuntur. Hac autem dictione reſponſiones ſumi vidẽtur apud Hippocr. lib. περὶ χυμῶν. (p. 15. 10.) πρὸς τὰς ἀποσιγήσιας ὀξυθυμαλγικοί. in reſponſionibus arguti, in reſpondendo acuti (dixit Zuinggerus) hoc eſt in reſpondendo prudentes, cogitabundi, vt animi ſenſum & conceptum argutè exponant. Cornarius ad tacendum obfirmato animo dixit. Caluus contrà tacentes, iracundos & vehementes. Malim tamen in reſpondendo acres, argutos, vt ei reſpondeat quod ſcribitur, πρὸς τὰς ἀναστάσιας στυγνοί, aduerſus eos qui inſiſtunt taciturni, ad obiectiones taciturni, hoc eſt patientes & modeſti, deinde ſequitur πρὸς τὰς ἀποσιγήσιας ὀξυθυμαλγικοί.

Ἀπόσιτοι ſunt Hippocrati qui cibos faſtidiunt & auerſantur. Gal. Com. 1. in lib. 1. Epid. (p. 355. 42.) ἀποσίτους dici ſcribit τοὺς ἀποστρεφομένους προσφέρεσθαι σιτία, qui cibos appoſitos reſpuunt. Hippocr. lib. 1. Epid. (p. 356. 6.) ἀποσίτους eos opponit qui facilem cibi exhibendi copiam faciunt, eumque nec illubenter ſumunt, οὐδὲ ἀπόσιτοι, ἀλλὰ καὶ διδόντας πάνυ εὐπροσδέκτως, neque cibum non auerſabantur modò, verùm etiam illius exhibendi facilem faciebant copiam. Ἀποσιτίαι ciborum faſtidia dicuntur aph. 3. lib. 6. & aph. 1. libr. 6. Epid. ſect. 8. & aph. 17. lib. 4. vbi Gal. ἀνορεξίας ἀποσιτίας exponit, vt & ἀνορέκτους τοὺς ἀποσίτους. Com. ad aph. 3. libr. 6. hoc eſt inappetentes. & Com. 3. in lib. 1. Epid. (p. 388. 29.) & Com. 1. in lib. 3. Epid. (pag. 403.

403.19.) & Com. 3. (p. 420.31.) Ἀποσιτικὰ Gal. in Exeg. ἀποσιτίας καὶ ἀνορεξίας ποιητικὰ exponit apud Hippocr. quæ cibi faſtidium & inappetentiam inducunt.

Ἀποσκήμματα dicuntur humorum decubitus & illapſus cum impetu, ex loco in alium quendam locum, qui natura viribus quandoque criticè fiunt, vt ſcribit Gal. lib. περὶ τῶν προκαταρκτικῶν (p. 462.7.) Idem etiam lib. 2. ad Glauconem (p. 215.36.) ἀποσκήμματα humorum decubitus ex influxu fieri, & relicta vna parte ad alteram tranſire ſcribit, ſicque vocari τὰς διαθέσεις ἐκείνας, ὅταν χυμοί τινες ἐνοχλοῦντες πρότερον ἑτέρῳ μορίῳ, καταλιπόντες ἐκεῖνο, εἰς ἕτερον μεταστῶσιν, eas affectiones, cùm humores loco quem prius infeſtabant relicto, ad alterum tranſeunt. ἀποσκήμματα quoque dicuntur Gal. Com. 2. in Progn. (p. 137.54.) corporis excrementa quæ in aluum deponuntur, totumque corpus aut etiam partem quandam, veluti humoribus in eam decumbentibus, exonerant. Ἀποσκήψιες dicuntur Hippocrati quæ ἀποσκήμματα humorum decubitus, interdum etiam morborum tranſmutationes & tranſitus, vt aph. 56. lib. 6. ἐπικίνδυνοι ἐς τάδε αἱ ἀποσκήψιες, procliues & periculoſi in hæc tranſitus. Qua phraſi, aliôqui obſcura, innuit Hippocr. morborum melancholicorum procliuem eſſe tranſitum in apoplexiam, conuulſionem, vel furorem, vel cœcitatem.

Ἀποσκήψιας Gal. in Exeg. ἀποχάσεις ſcarificationes exponit apud Hippocr. ex lib. 1. de Morb. maiore. Sed locus mihi admodum ſuſpectus eſt. Neque enim dictio iſta legitur lib. 2. de Morb. quem paſſim in Exegeſi lib. primum de Morb. maiorem vocat, exiſtimoque pro ἀποσκήψιας, ἀποσκίμψαι aut ἀποσκίψαι legi debere, & pro ἀποχάσεις ἀποχάσαι. Vt ſubindicetur locus lib. 2. de Morb. (p. 147.6.) vbi ſcribitur ὑποσκίψαι μαχαιρίῳ, & (p. 153.47.) τὰς φλέβας ἀποσκίψαι. Vt mihi videatur priore loco Galenus ἀποσκίμψαι legiſſe, & ἀποχάσαι expoſuiſſe. Sic enim σκίμψαι, νύψαι ἀποχάσαι in Exegeſi exponitur, & δηλοῖ, vt & σκιμφθῆ δαρῇ, & Heſychio σκίμψαι δ' πλῆξαι. forte quoque in Exeg. pro ἀποσκήψιες ἀποσχάσαι legi poteſt, & ἀποσχάσαι exponi à Galeno. Nam & hanc dictionem vſurpat Hippocr. lib. 2. de Morb. (p. 148.2.) τὰς φλέβας τὰς ὑπὸ τῇ γλώσσῃ ἀποσχάν, venas quæ ſub lingua ſunt ſcarificato, pertundito. Atque hunc Exegeſeως locum qui mihi procul omni dubio fœdè vitiatus videtur, magis ſuſpectum facit Varinus, qui pro ἀποσκήψιες, ἀποσκάψαι legit. Aut certe, quod mihi magis arridet, locum eiuſdem lib. (p. 145.46.) expreſſiſſe videtur Gal. vbi legitur noſtris in cod. καὶ ἐπὴν ἀποπνίξῃς τὴν σικύην, ἐᾶν προσκεῖσθαι ὡς πλεῖστον χρόνον. Sed ἐπὴν ἀποσκίμψῃς legiſſe mihi videtur Gal. & pro ἀποσχάσῃς ſumpſiſſe, hoc eſt, & vbi ſcarificaueris, cucurbitulam quàm multo tempore adhærere ſinito. Nam & antea cucurbitulas ceruicis initio & iuxta vtranque aurem præraſo capite apponi iuſſerat. Eaque lectio optimè Galeno mihi conſtare videtur, ſi ἀποσκίμψῃς, ἀποσχάσῃς, in Exegeſi legatur. Ἀποσκήψιες autem aut ἀποσκήμματα. (quomodo mihi leg. videtur Gal.) humorum effluxiones ac depulſiones ſignificant, quæ velut in abſceſſuum ratione corpus per emiſſaria quædam exonerant, eaque ratione à morbis vindicant, vt ſunt fiſtulæ, (quæ & ἀποστάσεις dicuntur lib. περὶ χυμῶν) lib. 6. Epid. ſect. 3. aph. 28. ἄλλαι ἀποσκήψιες aut alii humorum decubitus aut depoſitiones. Vbi tamen lectionem libri περὶ χυμῶν ſecuti ſumus, tandemque lectionis Exegeſεως & manu ſcriptorum codicum mentionem iniecimus. Prorrhetico etiam 2. ἀποσκήψιος meminit Hippocr. (p. 416.32.) ὅσοι δὲ αὖ ἔμπυοι γίνονται, νέοι ἐόντες, ἐξ ἀποσκήψιος, ἢ σύριγγος. Iuuenes qui in pectore pus colligunt ex humorum decubitu, aut fiſtula. vomicam dixit Celſus.

Ἀποσκληρύνειν, quod eſt indurat, obdurat, ἀποσκελετεύει, reſiccat, exponit Gal. apud Hipp. in Exeg.

Ἀποσμιλαίνειν exponit Gal. Com. 2. in lib. de art. (p. 604.39.) εἰς ὀξὺ προάγεσθαι, exacui, in acutum fingi & duci. Quā dictionem illic vſurpat Hippocr. in maxilla inferiore fracta. ὡς δὲ μάλιστα μὴ ἀποσμιλαίνηται ἡ γνάθος, ea cautione adhibita, ne maxilla in acutum diſtorqueatur. Sed illic ἀπομυλλαίνῃ legendū videtur, quemadmodum legit Erotianus. Eſt enim ἀπομυλλαίνειν, intorquere, incuruare, quòd μυλλὸς Heſychio κυλλὸν, καμπύλον, σκολιὸν στρεβλὸν ſignificet, curuum, incuruum, tortuoſum, diſtortum, & Euſtathio quoque μυλλὸς τὸν διεστραμμένον τὴν ὄψιν, eum qui diſtortis eſt oculis indicet. Erotianus autem ἀπομυλλαίνειν eſſe ſcribit, ὅταν διαστροφὴ καὶ οἷον σπάσμα περὶ τὴν γένυν μετὰ παρέσεως σχῇ, μάλιστα δ' ἐκ πληγῆς, cùm maxilla diſtorquetur cum relaxatione quadam ac veluti diſtrahitur, idque præcipuè accepta plaga. Galenus quoq; in Exegeſi ἀπομυλλήνας, προβαλὼν τὰ χείλη συνηγμένα exponit, hoc eſt, labra adducta protendens, & προμυλλαίνει προπετεύεται, προέχει εἰς τοὔμπροσθεν, hoc eſt, procidit, & in anteriorem partem prominet, & προμυλλήνας, προτείνας ἔξω τὰ χεῖλα, q labra protendit, aut cui labra prominent. Et Sudas μύλλειν eſſe ſcribit, τὰ χείλη πρὸς ἄλληλα συνάγειν, labra in ſeſe adducere & comprimere. Quæ certe faciūt vt apud Gal. ἀπομυλλαίνειν pro ἀποσμιλαίνειν legēdū exiſtimē. Quæ enim protēdūtur aut ꝓminēt, in acutū ducūtur & fingūtur. Ergo apud Hipp. vtraque ſignificatio conuenire poteſt, vt ſit ὡς μὴ ἀπομυλλαίνῃ ἡ γνάθος (aut vt legit Erot. ἀπομυλλήνῃ) vt ne maxilla incuruetur, intorqueatur, in acutū ducatur aut diſtorqueatur. Vult enim vtraſq; habenas quæ maxillę iniiciūtur, circa verticē ſeſe quàm maximè cōtingere ac cōnecti, ne maxilla circa fracturā ac mētū præcipuè diſtorqueatur. Quòd ſi ἀπομυλλαίνῃ de ſimul adductis & protenſis labris intelligas, ſenſus erit, vt quàm maximè maxillæ fractę oſſa inter ſe ꝓtēſis labris adducātur, cōtrahātur & comprimātur, tuncq; ὡς δὲ μάλιστα ἀπομυλλαίνῃ legendū erit ſine negatione, quod faciunt

codices Germanici. Verùm prior lectio magis arridet. Etymologicon etiam ἀπεσιμώσαντο, διηραύλιζον, ἐξετίλιζον σεσηρότες exponit, quod eſt diſtortis aut in acutum protenſis labris irridebant, aut irridentes parui faciebant. Quæ notio huic quoque loco quadtare poteſt, vt noſtris in libr. de art. Aonotat. ſcribimus.

Ἀποσπαρθάζουσιν ἀσπαίρουσιν ἢ σφύζουσιν exponit Gal. apud Hip. in Exeg. ex lib. 2. de Morb. hoc eſt, palpitant, ſaliunt, mouētur, vibrant, pulſant. Locus eſt apud Hippocr. lib. 2. de Morb. (p. 141.48.) vbi de vua agitur & columellæ inflammatione. ἢν δὲ τοῦτο γε καὶ ἢν μὴ ὀργῶντα τέμῃς τὸ γαργάρεωμα ἀποσπαρθάζουσι. Quare niſi intumeſcentem aut turgentem ſeces, confeſtim ſeſe vibrando ſpiritum ac animam efflant ægri. Sic enim mihi locus intelligendus videtur, vt præ ſuffocatione ſeſe vibrent ac agitent ægri, in eoque motu ſalientes & palpitantes animam agitent. Aliôqui non video quanam ratione Galeni explicatio probè quadrare poſſit. Alii ἀποσπαρθάζουσι inflammantur aut ardent exponunt. Verùm de columella iam inflammatione tētata agitur. Caluus animam aguot dixit. Heſychius ἀποσπαρθάζουσι pro ἀποσπαρθάζουσι legiſſe videtur, cùm eandem Galeni explicationem adhibeat, etſi Varinus vtranq; lectionem agnoſcit. Et certè ἀποσπαρθάζουσι Hippocr. loco quadrare poteſt, ſi intelligamus ægros, niſi columella ſecetur, ſuffocatione coactos, eam immiſſis ſubinde digitis lacerando diuellere.

Ἀποσπάσματα auulſa ſignificant, eoque nomine dicuntur vnitatis ſolutiones in partibus organicis Galeno lib. de conſtit. art. (p. 36.34.) Initio verò lib. 4. meth. med. ἀπόσπασμα vocat continui ſolutionem in ligamentis, vt ῥῆγμα & θλάσμα in vaſis & muſculis, ex violento motu aut ictu excitatam. Idem Com. 3. In lib. κατ' ἰητ. (p. 699. 48.) ἀποσπάσματα Hippocrati dici ſcribit auolſiones in oſſibus, cùm quæ ipſa colligāt, diuulſa plurimum à ſe mutuò ſeceſſerint (vt de ſummo humero diſſerit Hippocr.) vbi ἀποσπάσματα vertimus, cùm diuulſis iis quæ oſſa colligant, quæ priùs mutuò ſe contingebant, plurimùm ſecedunt.

Ἀπόσταξις ſanguinis è naribus ſtillationem Hippocrati ſignificat, & pro σταξις, hoc eſt ſanguinis ſtilla, ponitur, fereque in indicationis ratione ſubſiſtens vt fatiſcentis naturæ eſt indicium, ita non leue periculum denunciat, vt ſcribit Galen. Com. 4. in libr. de rat. vict. in morb. ac. (p. 105.20.) & Com. 2. in lib. 1. Epid. (p. 372.4.) & Com. 3. in Prorrh. (p. 214. 10.) Sic ἀπόσταξις μικρὰ ἀπὸ ῥινῶν, pauca ſanguinis è naribus ſtillatio, non leue periculum denuncians, in Prorrh. (p. 214. 6.) & Coac. Prænot. (p. 433.40.) ἀποστάζει μικρὰ, quod ἐκ ῥινῶν ἀποστάζειν ibidem dicitur (p. 430.3.) Libr. de rat. vict. in morb. ac. (p. 105.6.) αἵματος ἀπόσταξις ἐξαπίνης, συντονίην καὶ πολλὴν φλεγμασίην κατὰ φλέβας δηλοῖ, ſanguinis ſtillatio repētina contentionem multamque in venis inflammationem denunciat. In Coac. Prænot. (p. 437. 2.) αἱ πάνυ ἐξέρυθροι ἀποστάξιες, valde rubicundæ ſanguinis ſtillæ in pulmonis morbis perniciem indicant. Eſt vbi ἀπόσταξις quancunque ſanguinis è naribus fluxionem denotat, vt lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 102.36.) προσδέχεσθαι τούτῳ δὴ ἀπόσταξιν αἵματος διὰ ῥινῶν ἐσομένην, huic ſperandum eſt ſanguinem è narib. profluxurum. In Coac. Prænot. (p. 440.41.) αἱ ἀπὸ ῥινῶν ἀποστάξιες τῷ προσώπῳ ἔρευθος ἀποδιδοῦσι, ſanguis è naribus profluens faciei ruborem auertit. Interdum quoq; ἀπόσταξις apud Hip. ſimpliciter deſtillationem ac defluxionem ſignificat. Lib. 5. Epid. (p. 341.44.) φωνὴ περιπνευμονικὴ ἀπόσταξις, vox qualis pulmonia laborantibus, deſtillatio. Sic ἀποστάζειν quod deſtillare ſignificat, de eo dicitur quod per liquefactam glandem ſubditam per aluum effluxit ac veluti deſtillauit. lib. 7. Epid. (p. 364.8.) χρῶμα κοπρῶδες ὑπεξαπέσταξεν, quicquid inde defluxit colorē ſtercoris habuit. Et paulò pòſt (v. 11.) δωδεκαταίῳ πρὸς βάλανον ὅμοια ἀπέσταξε. duodecimo die per glandem ſubditam ſimilia deſtillabat.

Ἀπόστασις idem quod ἀπόστημα, abſceſſus Latinis dicitur, tumor omnis qui naturæ robore digeri non potuit, ſed tandem in ſuppurationem vertitur. Aph. 31. lib. 4. ἐς ἄρθρα καὶ περὶ τὰς γνάθους αἱ ἀποστάσιες γίνονται ad articulos & malas abſceſſus fiunt, vel in maxillis, vel in articulis aliquid abſcedit, dixit Celſus cap. 7. lib. 2. Et aph. 32. eiuſdem lib. ἐνταῦθα αἱ ἀποστάσιες γίνονται illic abſceſſus oriuntur. Aph. 74. eiuſdem lib. ἐλπίζουσιν ὅκως ἐς τὰ ἄρθρα ἀποστήσεται, ῥύεται τῆς ἀποστάσιος οὖρον πολὺ καὶ παχὺ καὶ λευκὸν γινόμενον. Eos quibus ſpes eſt abſceſſum ad articulos fore, vrina multa, craſſa & alba ab abſceſſu vindicat. Ἀπόστασιν ex Prorrh. 2. ſæpè Celſus vomicam vertit, quemadmodum Iaſonis Pheræi vomicam gladio aperiri dixit M. Tullius lib. 3. de Nat. deorum. Sic Prorrh. 2. (p. 416.47.) ὑποστροφαὶ δὲ τῆς αἱμορραγίης μάλιστα γίνονται τούτοισιν, εἰ μὴ ἀποστάσιες ἐπιγίνονται. ἄρισται δὲ τῶν ἀποστασίων αἱ αἱματοπύοι. Celſus cap. 8. libr. 2. Sed iiſdem ferè, niſi redit ſanguis, vomica erumpit, quæ quo cruentior, eo melior eſt. Et quod ſcribitur Prorrh. 2. (p. 416.33.) ὅσοι δὲ αὖ ἔμπυοι γίνονται, νεώτεροι ἐόντες ἐξ ἀποστάσιος, ἢ σύριγγες, ἢ ἀπ' ἄλλου τινὸς τῶν τοιούτων, ἢ ἐκ περιπνευμονίης ἀποστάσιος, ἢ ὅκως γίνεται, ἢν μὴ πολλὰ χαρίεντα αὐτοῖσιν ἐπιγένηται τῶν ἀγαθῶν σημείων. Celſus ſic vertit eodem cap. Solent etiam in adoleſcentibus ex eo morbo vomicæ fiſtulæque oriri, quæ non facilè ſaneſcunt, niſi ſi multa ſigna bonæ valetudinis ſecura ſunt. Rurſus ex Prorrh. 2. (p. 422.23.) ἢν δὲ ἐς τὸν τράχηλόν τε καὶ ἐς τὸ νῶτον ἡ ὀδύνη καταβαίνῃ τῆς κεφαλῆς ἀπολιποῦσα, καὶ αὖθις πάλιν παλινδρομέῃ ἐς τὴν κεφαλὴν, ἔτι χαλεπώτερον γίνεται· τούτων δὲ πάντων ῥύεται, αἱ ξυμπάντων ἐκ τῆς κεφαλῆς ἐς τὸν τράχηλόν τε καὶ τὸ νῶτον· τοὺς δὲ οἱ πλεῖστοι τῶν πόνων προσδέχεσθαι ἐξ ἀποστασίων ἰᾶσθαι, ἢ πύον βήξαντες, ἢ αἱμορροΐδας ἔχοντες, ἢ ἐξανθήματα ἐν τῷ σώματι. λυπεῖται δὲ καὶ πιτυρώδης ἡ κεφαλή. Sic vertit Celſus eodem cap. Si ſine cauſa longus dolor capitis eſt, & in ceruices ac ſcapulas tranſit, rurſusq; in caput reuertitur, aut à capite ad ceruices

ulces ſcapulaſque peruenit, pernicioſus eſt, niſi vomicam aliquam excitauit, ſic vt pus extuſſiretur, aut niſi ſanguis ex aliqua parte prorupit, aut niſi in capite multa porrigo (ſic enim lego) totoue corpore puſtulæ ortæ ſunt. Quibus ex locis manifeſtum eſt ἀποστάσεις ex Hippocr. Celſo vomicas verti, quæ ἐκπυήματα etiam Prorrh. 2. (p. 416. 40.) & Progn. 2. ἐκπυήσιες dicuntur. Celſus ſub finem cap. 7. lib. 2. vomicas etiam vertit. Α᾽ποστήματα autem (quæ ἀπὸ τοῦ ἀφίστασθαι, quod eſt abſcedere, dicuntur) ὀνομάζουσι τὰς διαθέσεις ἐκείνας, ἐν αἷς ἀλλήλων ἀφίστανται τὰ πρότερον ἀλλήλων ψαύοντα σώματα, eas vocant affectiones, in quibus à ſeipſis, quæ prius ſe mutuò contingebant, abſcedunt, vt ſcribit Gal. lib. 2. de cur. rat. ad Glauc. (p. 215. 51.) Eaque duum ſunt generum. Mutantur enim ferè in abſceſſum inflammationes quædã & eryſipelatoſi phlegmonoſique tumores non pauci. Interdum quoque nulla prægreſſa inflammatione aut huiuſmodi affectu, humor aliquis, vel vaporoſus ſpiritus ſua copia in ea parte quæ affecta eſt, genitus, ſiue aliunde ingruens, in parte aliqua colligitur. Qui temporis ſpatio putreſcens & acrimoniam colligens, ſpatiumque ſibi moliens, circumpoſita corpora dirimit, aut copia diſtendens duabus tunicis aut certis membranis concluditur, tandemque naturæ vi atque artis ſubſidio erumpit. Atque pro varia eius ſpecie, proprietates etiam non paucas, nec humorum modò, verumetiam ſolidorum quorundam corporum exprimit, vt ſcribit Gal. lib. 2. de Cur. rat. ad Glauc. & lib. 14. Meth. med. cap. 12. & lib. de Tumoribus præter nat. Α᾽πόστημα dicitur etiam cùm humor in medio carnoſarum partium conſiſtit & putreſcit, cum ſanguinis affluxu, & vnitatis ſolutionem facit, neque pars affecta os aut exitũ habet. Tum enim ſi quà via pateat ad humoris contenti excretionem, non amplius hic affectus ἀπόστημα abſceſſus, ſed κόλπος, hoc eſt ſinus nominatur. Et quæ eo ſe habent modo ἀφεστῶτα dicuntur Galeno Com. 2. in lib. κατ᾽ ἰητρ. (p. 686. 5.) τὰ ἀφεστεῶτα, quæ abſceſſerunt, diſparata Hippocr. ſignificant, quæq; vbi corpus præter naturam affectum eſt, vnitatem aut contactum amplius non ſeruant, vt exponit Gal. ibidem (p. 684. 43.) Eoq; nomine etiam Hippocr. tum fracturas, tum vulnera ipſa, & continui in carne ſolutionem comprehendit. (Ibidem p. 685. 41. Gal.) Α᾽πόστασιν quoque & ἀπόστημα de fracturis dici Hipp. & τὰ ἀφεστεῶτα ὀστέα quæ fracta ſunt, quòd ab inuicẽ diſcedant, ſcribit idem Gal. Com. 3. in eundem lib. (p. 689. 47.) Ipſe verò in ſoluta continuitate reponit. Α᾽ποστήματα corporis abſceſſus vocat Celſus cap. 1. lib. 1. Vomicas & apoſtemata Cælius Aurelianus cap. 14. lib. 2. Acut. vt & Plinius cap. 5. lib. 30. Ac neque iſta carnoſis partibus tantùm attribuuntur, ſed & de oſſibus enuntiantur, & ἀπόστασις ὀστέων effertur aph. 79 lib. 7. & τὰ ὀστέα ἀφίστασθαι aph. 45. lib. 6. & ἀποστῆναι ὀστέα, & ἀποστατικὰ γενέσθαι, oſſa abſcedere & abſceſſum factura, lib. de fract. (p. 561. 17.) & lib. 5. Epid. (p. 339. 3.) ἀπέστη ὀστέα, oſſa ex ſyderatione abſceſſum fecerunt. Eſt & ἀπόστασις ὀστέου oſſis diſceſſio aut diſceſſus, cùm fragmentum aliquod ab oſſe recedit, lib. de fract. (p. 563. 54. & 564. 16. & 38.) & ἀφεστεὼς ὀστέον os diſparatum ex luxatione, vbi diu non repoſitum manet, lib. 5. Epid. (p. 336. 28.) καὶ ὀστέον ἀφεστεὼς χρόνον, & os diu diſparatum. Et ἀφίσταται τὸ δέρμα ἀπὸ τοῦ ὀστέου, cutis ab oſſe diſceſſit, receſſit, lib. 5. Epid. (p. 342. 39.) ἀπέστη οὖρα, vrinæ defecerunt, hoc eſt ſuppreſſæ ſunt ac reſtiterunt lib. 3. Epid. ægr. 14. poſt ſt. peſt. Sunt & ἀποστάσιες Hippocrati κενώσεις κατ᾽ ἔκρουν hoc eſt humorum per effluuia quædam emiſſiones & vacuationes, vt ſcribit Gal. Com. 2. in lib. 1. Epid. (p. 364. 18.) Sic ἀποστάσιες εἰς στραγγουρίας lib. 1. Epid. (p. 365. 1.) humorum per vrinæ difficultatem ſeceſſus dicuntur & excretiones, cùm per renes & veſicam totius corporis ſuperflua copia repurgatur, & in tranſitu humorum acrimonia laborantibus locis ſtranguria excitatur. περίρροιαι στραγγουριώδεις καὶ νεφριτικαί, circumflui humorum effluxus per vrinæ difficultatẽ & renes effuſi ibidem vocantur (p. 358. 54.) Suntq; ex earum genere ſolutionum quæ per effluxum fiunt vt illic ſcribit Gal. (p. 360. 3. & p. 365. 13.) Ex eodem etiam ſunt genere ἀποστάσιες εἰς αἱμοῤῥαγίας cùm morbus in ſanguinis profluuium deponitur ac per id ſoluitur lib. 1. Epid. (p. 370. 18.) Sunt autem apud Hippocr. duo ἀποστάσεων celeberrima genera. Vnum quod ἀπόστασις κατ᾽ ἔκρουν ἢ κατ᾽ ἔκροιαν, ἢ κατ᾽ ἔκκρισιν dicitur, cùm morbus excretione quadã, aut per effluuium veluti per quædam emiſſaria ſoluitur. Alterum cùm materia ſuo pondere in partem aliquam decumbit in eamq; deponitur aut firmatur ἀπόστασις κατ᾽ ἀπόθεσιν nominatur. Quod ſcribit Gal. Com. 3. in lib. 6. Epid. (p. 490. 14.) πολλάκις ἀποστάσεις εὕρομεν αὐτὸν οὐκ ἐπὶ μόνων τῶν κατ᾽ ἀπόθεσιν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἐκκρινομένων ὀνομάζοντα. Sæpius ipſum inuenimus, non de his ſolùm quæ in partem aliquam deponuntur, verumetiam de his quæ excernuntur, abſceſſus nominare. Et Com. 2. in lib. 1. Epid. (p. 360. 3.) κατ᾽ αὐτὸν τὸν Ἱπποκράτην βουλόμενον οὐ μόνον κατ᾽ ἀπόθεσιν ἀλλὰ καὶ κατ᾽ ἔκρουν ἀπόστασιν γίνεσθαι. Iuxta Hippocr. abſceſſum fieri volentem nõ ſolùm per depoſitionẽ, verũetiã quoq; per effluxũ & emiſſionẽ. Vtrunq; verò ἀποστάσεως genus mire exprimit Hipp. lib. 2. Epid ſect. 1. vbi & τὴν κατ᾽ ἔκρουν ἀπόστασιν diſertis verbis nominat, & nos noſtris in eum lib. commentariis fuſiſſimis verbis aperuimus. Eſt & Hippocr. ἀπόστασις morbi vnius in alterũ trãſitus & ſeceſſus quidam. Velut ἀποστάσιες ἐς τεταρταίους, ex febrib. in quartanas ſeceſſus & trãſpoſitiones, lib. Epid. (p. 361. 45.) Vbi Gal. ἀπόστασιν μετάστασιν his verbis exponit, μέμνησο δὲ πάντα ὅσα λέγω περὶ τοῦ παθήματος χρόνου, τοῦ Ἱπποκράτους εἰπόντος, ἀποστάσιες ἐς τεταρταίους γίγνονται. φαίνεται οὐ μόνον κατ᾽ ἔκρουν ἀποστάσεις ὀνομάζων, ἀλλὰ καὶ τὰς

μετάστασιν ἐξ ἑτέρου νοσήματος εἰς ἕτερον. Tu verò fac memineris vt hîc nomen vſurpetur ab Hippocr. cùm dicit, abſceſſus in quartanas factos eſſe. Videtur enim non ſolùm abſceſſus quoſdam per effluxum nominare, verumetiam per vnius morbi in alterũ tranſitum. Sic διαδοχαὶ νοσημάτων καὶ ἀποστάσιες ἐπὶ τὸ ὀλέθριον καὶ κρίσιμον, morborum viciſſitudines & ſucceſſiones, ac abſceſſus in perniciem & iudicationem ſimul iunguntur, eodem lib. (p.375.51.) Et lib. 3. Epid. in ſt. peſt. (p.421.29.) ἀποστάσιες ἐς ἐμπυήματα, abſceſſus ad ſuppurationes. Interdum verò ἀποστάσεις & μεταστάσεις coniungit Hippocr. vt lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.105.44.) Quarum diſcrimen his verbis exprimit Gal. in Com. ἐὰν γὰρ αἷμα πολὺ κατ᾽ ὁντιναοῦν τρόπον ἐκρυῇ, σωτηρίας ἔχειν ἐλπίδα, καὶ δι᾽ ἀποστάσιας αὐτοὺς καὶ μεταστάσιας φησὶ σώζεσθαι, τὴν μὲν ἀπόστασιν αὐτόθι διὰ τῆς ἰδίας προσηγορίας δηλώσας, τὴν δὲ μετάστασιν διὰ τοῦ φάναι, πόνος ἐς ὑποχόνδριον, ἢ ἐς ὄρχιν, ἢ σκέλεα. διαφέρει δ᾽ ἀλλήλων τῷ, τὴν μὲν ἀπόστασιν, αὐτὴν τὴν κρίσιν ἐπιφέρειν καὶ ἀπαλλάττειν ἀπάντων τῶν ὀχληρῶν τὸν κάμνοντα· τὴν δὲ μετάστασιν ἑτέρων ἔχειν ἀρχὴν παροξυσμῶν τε καὶ πόνων, ὡς δεῖσθαι πάλιν ἄλλου χρόνου πρὸς τὴν πέψιν τοῦ τόπου τοῦ σώματος, εἰς ὃν ἡ μετάστασις ἐγένετο τῶν λυπούντων χυμῶν. Etenim ſi copioſus ſanguis quouis modo excretus fuerit, ſalutis eos ſpem habere, & per abſceſſus & tranſpoſitum eos ſeruari dicit; abſceſſum quidem palam propria appellatione denotans: tranſpoſitum autem cùm ait, præcordiorum dolores, vel in teſtes, vel in crura. Eſt verò eorum id diſcrimen, quòd abſceſſus quidem iudicationem facit, ægrumque omni moleſtia liberat, tranſpoſitio autem aliarum acceſſionum & dolorum principium habet, adeò vt alio rurſum tempore ad concoctionem corporis locus indigeat, ad quem infeſtantium humorum facta eſt tranſpoſitio. Ex quibus colligitur ea inter ſe differre vniuerſali & ſingulari notione. Cùm ſint enim vtraque humorum in partem aliquam illapſus & decubitus, generalius quiddam tamen ἀπόστασις continet, quæ vitioſos humores fœlicius & velut ex toto vacuat, ſolutionemque facit: μετάστασις autem peculiarem partis cuiuſdam depoſitum ſignificat, in quam illapſi humores iudicatione vacuari nequeant, ſed concoctione indigeant. Ac videtur ἀπόστασις generale quoddam eſſe nomen ad ἀποστάσεις κατ᾽ ἔκρουν, (quas hîc ἀποστάσεις vocat) & ἀποστάσεις κατ᾽ ἐπίθεσιν, quas hic μεταστάσεις dici perſpicuum eſt, ſuntque impetuoſi humorum ex loco in alium locum illapſus, quæ ἀποστηρίγματα vocantur. Non abſimili verò notione ἀπόστασιν ποιέεσθαι νοῦσος dicitur Hippocrati, morbus diſceſſionem facere, qui in partem aliquam ſecedit aut tranſponitur, eamque vitalitate priuat ac mutilat. Vt lib. περὶ ἑπταμήνου (p.45.25.) ὥστε καὶ ἀπόστασιν ποιέονται αἱ νοῦσοι, ὡς καὶ τοῖς ἀνδράσιν αἱ ἰσχυραὶ νοῦσοι ποιέουσι. adeò vt abſceſſum morbus fecerit, non ſecus ac viris grauiſſimi morbi facere ſolent. Intelligit enim partis mutilationẽ aut priuationem in fœtu octimeſtri, cùm eorum quidam cœci aut claudi, alii aliter malè habentes naſcantur. Rurſus ibidem (v.27.) ἔστι δ᾽ αὖ τῶν ἐμβρύων ἃ ἄλλως χρονίων ἰσχυρῶν νοσέων, ἀπόλλυται πρόσθεν, ἢ αὐτέων ἀπόστασιν γενέσθαι. At fœtus alio quouis tempore grauiter ægrotantes, prius pereunt quàm eiuſcemodi abſceſſum experiantur.

Ἀποστηρίζειν, firmare, fulcire ſignificat. De malo autem dicitur quod in partem aliquam decumbit & firmatur Prorrh. 2. (p.419.3.) χωλὸν δὲ γενέσθαι τὸ ἄρθρον ἐς ὃ ἀπεστήριξεν ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἢν ἄρα καὶ περιγένηται ὁ ἄνθρωπος. at claudum fieri articulum in quem malum firmatum eſt neceſſariò contingit, ſi modo æger ſuperſtes futurus eſt. Intelligitur de membri alicuius ſtupore, qui in grauibus capitis vulneribus obuenit cum febre & delirio. Quòd ſi æger ſuperſtes euadit, claudus tamen articulus in quem malum decubuit futurus eſt. Etſi alii ad vulnus inflictum referunt, mihi tamen ἀπεστήριξεν & decubitum illum propius reſpicere videtur. Ἀποστηρίγματα aut στηρίγματα fulcra & ſtabilimenta dicuntur quæcunque ſine deligatione affectæ parti ad eam ſtabiliendam apponuntur à dextris aut ſiniſtris, aut ſupra, aut infra, qualiacunque ea fuerint, ſiue ſuperdentur, ſiue ſubſternantur, veluti caput puluinis aut ceruicalibus, laniſque etiam & pannis mollibus firmatur. Gal. Com. 3. in lib. κατ᾽ ἰητρεῖον (p.704.25.) Quod autem diſcrimen ἀποστηρίγματα & ἑρμάσματα inter ſe habeant, poſtea in ἑρμάσματι ſcribimus. Ἀποστηρίγματα etiam dicuntur Hippocrati lib. de flatib. (p.120.5.) cõfirmati alteq; in inteſtinis innixi & adhærentes morbi. Hæc enim voluulis, inteſtinorũ cõuolutionibus & torminibus adiunguntur, quæ omnia à flatibus originem ducunt. τῶν δὲ ἄλλων ἀρρωστημάτων ἐνίων μὲν αἱ εἰλεοί εἰσιν, ἢ εἰλήματα, ἢ στρόφοι, ἢ ἔντερα ἀποστηρίγματα. Ex aliis autem ægritudinibus quicunque voluuli exiſtunt, aut inteſtinorum conuolutiones, aut tormina, aut alii confirmati ac penitus inhærentes morbi. Etſi certe mihi non parum ſuſpecta eſt illa lectio, quæ tamen omnium exemplariorum conſenſu confirmatur. Nam & Cornarius ἐμφράγματα legiſſe videtur, & oppilationes vertit. Alii vertigines intelligunt. Ego verò ἀναῤῥήγματα legendum exiſtimo, aut pro ἔντερα ἀποστηρίγματα, ἐς τὰ στήθεα ἀναῤῥήγματα legendum contendo, quòd de his venarum in pectore ruptionibus poſtea agatur, quas à flatibus fieri docet. Zuinggerus per ἀποστηρίγματα infixiones & materiam quandam præter naturã parti inhærentẽ, vel qualitate, vel quãtitate affligentem intelligit, & dolores inteſtinis infixos aut adhærentes.

Ἀποστρακωθὲν ὀστέον dicitur Hippocrati lib. de vuln. cap. (p.450.12.) os ita reſiccatum vt in teſtam mutatum ſit, & in teſtulam abeat, quæ ab alio oſſe facilè dimittitur, oſſe exangui & ſicco reddito medicamentis aridis & cephalicis. τὸ γὰρ τάχιστα ἀποξηρανθὲν καὶ ἀποστρακωθὲν, ἐν τούτῳ μάλιστα ἀφίσταται ἀπὸ τοῦ ἄλλου ὀστέου τοῦ ἐναίμου τε καὶ ζῶντος αὐτό. Quod enim citiſſimè reſiccatum eſt

tum eſt & in teſtulam abit, idem ab alio oſſe vitam & ſanguinem habente potiſſimùm dimittitur. At valde tamen mihi placet ἀποπυΐσκει pro ἀφρισμοῖς illic Ionicè legi.

Ἀποστροφὴ conuerſionem & in latus commutationem ac inclinationem ſignificare videtur lib. 4. Epid. (p. 330. 39.) ὡς αἱ ὑπὸ ἀποστροφῆς, velut ex conuerſione. Significatur enim dextra parte dolor fuiſſe, qualis ex violenta conuerſione, aut in latus inclinatione contingit. Vbi tamen ὑποστροφῆς legiſſe videntur interpretes.

Ἀποσυριγγοῦσθαι eſt in fiſtulam excauari ac velut fiſtulari. Erotianus apud Hippocr. ἀποσυριγγῶσθαι, ἀπεψυχῶσθαι καθάπερ αἱ πνευματούμεναι σύριγγες, hoc eſt, perflatæ ſunt aut flatu impletæ velut inflatæ fiſtulæ, de auribus intelligens. Quibus verbis locum lib. de loc. in homine exprimere videtur (p. 66. 48.) οὕτω δ' ἐς τὰ ὦτα ῥέῃ, τὸ πρῶτον ὀδύνην παρέχει· βίῃ γὰρ χωρέει· ἔπειτα δὲ παρέχει, ἔς αἱ ἀποσυριγγωθῇ. Cùm verò in aures fluxio incubuerit, dolorem prius exhibet. violenter nanque procedit. dolorem autem exhibet, quoad fiſtula excauata fuerit aut in fiſtulam abierit, hoc eſt, aures fiſtulam contraxerint, aut diuturno vſu fluxio velut occalluerit, aut aſſuetudinem fecerit, tandemq; ſuppurarit. Scribitur nanque poſtea, ἢν δὲ μᾶλλον ῥέῃ, οὐκ ἔτι πόνον παρέχει. Vbi autem fluere conſueuerit, non amplius infeſtat. Et paulò poſt (p. 67. 7.) de eadem in aures fluxione, ἢν δὲ ἀποσυριγγωμένων ἤδη ᾖ καὶ πεπυωμένος ῥέῃ ἰχὼρ πολύς. Vbi verò iam fiſtula contracta fuerit, & multa purulenta ſanies effluxerit. Vbi certe Erotianus ἀποσυριγγῶσθαι legiſſe mihi videtur, ac de auribus accepiſſe, quæ velut inflatæ fiſtulæ flatu impletæ ſunt. hoc eſt, in fiſtulam verſæ. Aliòqui fluxio intelligetur in flatum conuerſa, quæ nuſquam infeſtare deſinet, niſi flatus diſcuſſus fuerit ac velut per fiſtulam deductus. Idem etiam ἀποσυριγγίζει apud Hippocr. οἷον ἀποφυσίζει, velut inflans exponit. Quod de vena dicitur lib. περὶ ὀστέων φύσιος (p. 63. 7.) ἡ δὲ ἀφικομένη παρὰ τὸ παχὺ τοῦ ἥπατος, καὶ ἀποσυριγγίζει τὴν χολήν. Alia verò ad hepatis craſſitudinem procedens, vbi fel inflauit, in fiſtulam coëgit, hoc eſt, velut per fiſtulam deduxit.

Ἀποσυρμαϊσμοῦ quod exponit Erotianus ex Hippocr. Vide poſtea in Συρμαΐα.

Ἀποσύρματα deſquamata dicuntur & abraſa, aut ſummæ cutis abraſiones. Eſt ſolutæ continuitatis in ſuperficie ſpecies, abraſa ſcilicet cute. Lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p. 113. 11.) τὰ ἀποσύρματα καὶ τὰ ἐπικαύματα ἐπιπολῆς, deſquamata & ambuſta in ſuperficie. & ibidem (v. 21.) & (p. 114. 17.)

Ἀποσφαγὴ mactatio, iugulatio dicitur vbi iugulum ſecatur. Sed apud Hippocr. ἀποσφαγαὶ dici videntur vbi laqueo aut vinculo iugulum intercipitur, quod fit in laqueo ſuffocatis. Sic ergo apud eum legitur lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 12. 2.) ἔστι δὲ σπογγοειδέα τε καὶ μανὰ, ἐν οἷσιν ὥσπερ νάρκαι τε καὶ πληρώματα, οἷα ἐν τοῖσιν ἀποσφαγεῖσι γίνεται. Quæ verò partes carnoſæ ſunt & molles, in iis ſtupores & repletiones, quales iugulatis, fiunt. Vbi οἱ ἀποσφαχθέντες mihi dici videntur quibus iugulum laqueo intercipitur. In iis enim quibus collum vinculo intercipitur, vt laqueo ſuffocatis, ſanguinis & ſpiritus interceptiones fiunt, quales etiam in venarum ἀποσφίγξεσι contingunt, vnde & ſtupores & repletiones oriuntur, ſanguine & ſpiritu interclufo, vaſe diſtento & ſpiritum animalem comprimente. Eſt autem σφαγὴ iugulum & τὸ κοῖλον ᾗ λήγουσιν αἱ κλεῖδες, Polluci. Innuere autem videtur Hippocr. partes carnoſas & molles concoctis intus flatibus diſtendi & repleri, deinde etiam ex nimia tumefactione interceptis ſpiritibus ſtupores excitari, quales laqueo interceptis aut ſuffocatis contingunt. Quam interpretationem rectè mihi ſubolfeciſſe videtur doctiſſ. Zuinggerus. Idem etiam ἀποσχεθεῖσι legi poſſe exiſtimat. Mercurialis ἀποσφαγεῖσιν apud Hippocr. legendum putat, & ἀποσφαγὰς intelligi vult, (quemadmodum etiam accepit Caluus) glandulas quæ ſunt circa iugulum, & continuis fluxionibus ſtupores huiuſmodi ac repletiones & diſtentiones pati ſolent. Sed & ἀποσφαγὴ mihi iuguli interceptio quæ vinculo aut laqueo fit, intelligi poſſe videtur, vt & ἀποσφαγεῖσιν apud Hippocr. legatur. Gorrheus ἀποσφαγεῖσιν Cõtuſis vertit.

Ἀπόσφαγμα exponitur Galeno apud Hippocr. τὸ βορβορῶδες περίηθμα fæculenta colatura aut excolamentum, quod & ὑπόσφαγμα etiam dicitur. Quam etiam explicationem adhibet Heſychius & Varinus quoque, ſed περίθημα vitiosè pro περίηθμα adſcribi videtur. Intelligi autem poteſt ſanguis qui ſuppoſito vaſe pecudi iugulatæ defluit & excipitur, & in cibum varia condituta formatur, vt ſcribit Plinius lib. 28. cap. 14. & Athenæus lib. 7.

Ἀπόσφιγξις eſt conſtrictio Hippocrati, vbi faſciæ partem deligatam comprimunt & conſtringũt. Lib. κατ' ἰητρεῖον (p. 686. 17.) & lib. de art. (p. 650. 12.) & lib. de fract. (p. 545. 49.)

Ἀπόσχασις idem quod ἀποσχασμὸς, ſcarificationem ſignificat & leuem ſummæ cutis inciſuram. Eſt vbi ἀπόσχασις venæ ſectionem denotat, vt lib. 5. Epid. (p. 340. 49. & 341. 3.) ἀπόσχασις βραχίονος, vena in brachio ſecta. Vbi tamen vitiosè ἀπόστασις legitur, & ἀπόσχασις legendum ex lib. 7. Epid. (p. 362. 9. & 11.) Etſi intelligi põt ſcarificatio ipſa & cutis diſſectio quę fit crebris inciſuris, quòd ea veteres ad reuulſionem, deriuationem, & partis vacuationem crebrius quàm venæ ſectione vterentur, vt patet ex Apollonio (apud Oribaſium cap. 9. lib. 7. Collect.) & lib. 3. Meth. med. Galeni.

Ἀποσχᾶν etiam & ἀποσχάζειν dixit Hipp. quod eſt pertundere, ſecare, ſcarificare, & de vena pertũdenda ponitur lib. 2. de Morb. (p. 148. 2.) πρῶτον μὲν τὰς φλέβας τὰς ὑπὸ τῇ γλώσσῃ ἀποσχᾶν, primùm venas ſub lingua pertundito. Et lib. 1. de Morb. (p. 138. 25.) τούτῳ ξυμφέρει τὴν φλέβα ἀποσχάσαι τὴν ἐν τῇ χειρὶ, τὴν ἀγκωνιαίην καλεομένην, ἢ τὴν ἡπατῖτιν, huic confert venam

manus pertundere lienarem aut iecorariam dictã. Agitur de venæ ſectione in pleuritide. Ἀποχέειν Heſychius etiam φλεβοτομεῖν exponit, Varinus etiam ἀφεχεῖν.

Ἀποτανύσας, ἀνατείνας, protendens, porrigens exponitur Erotiano apud Hippocr. ex lib. de fract. (p. 540. 38.) ἢν μέν τις ἀποτανύσας τὴν χεῖρα ἐν τούτῳ τῷ σχήματι διατείνῃ, ſi quis porrectam manum eo habitu diſtendat. Verùm apud Erotianum vitioſè ἀποτανύσας pro ἀποτανύσας legitur. Crebrò autẽ legitur apud Hippocr. ἀνατανύειν pro ἀνατείνειν, vt lib. de fract. (p. 576. 34. & p. 577. 19.) & καταταννύειν (p. 576. 49.) pro κατατείνειν. Quod etiam Homero frequens eſt.

Ἀπὸ ταυτομάτου ſponte ſignificat Hippocr. interdũ ἐξαίφνης de repente ac copioſè, interdũ etiam χωρὶς αἰτίας τῆς ἔξω, hoc eſt ſine cauſa externa. Gal. ad aph. 78. lib. 4.

Ἀποπλαματίζειν aut ἀποπλαματίζεσθαι è luto & cœno eruere dicitur, ſordes & fœces repurgare. Inuenitur & ἀποπλαματίειν. Lib. περὶ εὐσχημοσύνης (p. 15. 12.) ἀποπλαματιζόμενοι ἐς ἀλήθειαν πρὸς τὸ ἀποδειχθὲν, hoc eſt, veritatem ad id quod demonſtratur repurgantes, certas demonſtrationes ad veritatis lucẽ accommodantes, aut veritatem ex luto & tenebris certa demõſtratione eruentes, veritatẽ certa demõſtratione ab ignorantiæ tenebris vindicãtes. Innuit autẽ Hippocr. optimos & veros Medicos omnẽ operã adhibere debere, vt certis demõſtrationibus veritatẽ in lucẽ eruant, & ab ignorãtiæ tenebris cõtra ſophiſtas & perſonatos Medicos vindicẽt, ſingulari Philoſophiæ & bonarũ diſciplinarũ cognitione. Zuinggerus animorũ purgationẽ certa demõſtratione prouenientẽ, veritatis ſtudio liberet admittẽtes, rectè dixit. Cornarius ad veritatẽ ac demonſtrationẽ audentes & cõfiſos. Vbi ἀποπλαματιζομένους extra lubricum aut cœnũ poſitos ſumpſiſſe videtur aliter quàm Caluus, qui lubricos dixit. Poſſunt etiam dici ἀποπλαματιζόμενοι ἐς ἀλήθειαν, qui veritatem puram & defœcatam, certis demonſtrationibus ex arte petitis à ſordibus repurgatã, non empiricis aut ſophiſticis cõmentis & vanitatib. inquinatam ſequuntur, eamq́; amplectuntur tanquam repurgati.

Ἀποτιμᾶν æſtimare ſignificat & pretio pẽdere, vt lib. de art. (p. 608. 2.) οἱ ἄνθρωποι αἶσχος μὲν εἶναι πολλοῦ ἀποτιμῶσι. Homines deformitatem magno pretio redimũt, deformes fieri magno pretio pẽdunt aut magni æſtimant, hoc eſt, deformitatem magno quidem pretio redimendam putant.

Ἀπότοκος abortiuũ ſignificat, ἀπότοκος Heſychius ἀποφυομένους βλαστήματος exponit, fœtũ aut fructuũ progermina, aut exorientia & enaſcẽtia quædã germina. Lib. de art. (p. 623. 30.) ἀποτόκους νοσημάτων χρονίους ποιέουσι dicũtur, elegãter quæ diuturnos morbos pariũt & efficiunt, quaſi quæ morborũ diuturna progermina procreent, aut diuturnos morborũ abortiuos. Quẽ locũ haud dubiè mihi videtur ſubindicare Erotianus cùm ſcribit apud Hipp. ἀπὸ τόκου νοσημάτων, ἀπὸ φυομένους, φησί. Verùm vitiũ ſubeſſe apparet, & legendũ, ἀποτόκους νοσημάτων, ἀποφυομένους φησί. Vt ſignificet dictos Hipp. velut morborũ abortiuos, quaſi procreata germina. (Sic enim abortiuos dicit Pl. lib. 14. cap. 18. fœtus ſubandiẽs.) Ac forte eundẽ Hipp. locũ ſubodoratus videtur Heſychius, ſi modo ἀποφυομένους νοσημάτων legatur.

Ἀποτρέπεσθαι auerti & reuocari ſignificat aut intrò cõuerti. De ſuppuratione dicitur, quæ vbi imminere videtur, retro cõuertitur & inhibetur. Lib. 4. Epid. (p. 331. 23.) ὥσπερ περὶ τὸ τρίτον ἔδοξεν ἀποπυήσειν, ἔπειτα ἀπετράπετο. Huic circa tertium diem ſuppuratio fore videbatur, deinde retro conuerſa eſt.

Ἀποτρόπαια dicũtur ſacrificia quæ malorũ auertendorũ cauſa, & auertuncandæ Deorũ iræ fiunt, itẽ amuleta, quæ appẽſa venena & incantamẽta amoliũtur & arcent. περίαπτα vocantur. Hinc ἀποτρόπαιοι Dii auerruncatores & Veioues, ἀλεξίκακοι dicti, malorũ depulſores & amolitores, qualis Iuppiter, Hercules, Apollo, Terra Hipp. Heroes inter Deos & homines medii, qui humanitatis vinculis exoluti in Deorũ numerũ recepti ſunt. Lib. περὶ ἐνυπνίων (p. 108. 35.) ἐπὶ δὲ τοῖσιν ἐναντίοισι, τοῖσιν ἀποτροπαίοισι, καὶ γῇ, καὶ ἥρωσιν ἀποτρόπαια γενέσθαι τὰ χαλεπὰ πάντα. In cõtrariis verò, Diis auerrũcatoribus, vt Terræ & Heroibus, vt grauia omnia auertãt & auertruncent. Sed ἀποτροπαίοισι legi malim, vt ſint ἀποτρόπαιοι qui etiam πρόπαιοι dicũtur Plutarcho in Sympoſio, qui ſunt malorũ depulſores aut profligatores, & quibus re triſti & ominoſa oblata ſacrificabant, vt diras arcerẽt ac depellerẽt. Sic enim ſcribit Plutarchus; καὶ παρέχειν πράγματα τοῖς προπαίοις, ὥς τινος δεινοῦ καὶ μεγάλου συμβάντος. & Diis malorũ depulſoribus negotiũ faceſſere, velut re quadam graui & magna oblata.

Ἀποφυγεῖν aut ἀποφυγῆν effugere, euadere, liberari. De muliere dicitur quę à fœtu aut abortu liberatur, lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 240. 5.) ἢν δὲ ἀποφύγῃ, vbi verò euaſerit aut liberata fuerit. Rurſus ibidẽ (v. 19.) καὶ ἀποφυγεῖν αὐτῷ ἐν τῷ τόκῳ, & vt eo liberentur in partu, vbi ἀποφυγεῖν αὐτὴν aut αὐτοῦ legere malim. Lib. eodem (p. 241. 30.) καὶ ἐπὶ πολὺν χρόνον ἀποφυγεῖν ἡ γυνὴ τὸ παιδίον μὴ οἵη τε ᾖ. per multumq́; tempus mulier partu liberari nequeat, hoc eſt, partum edere nequeat, aut diutius in enitendo laboret. ἀποφυγεῖν etiam de ſecundarum deſcenſu & liberatione dicitur lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 226. 27. & p. 227. 32.) & lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 245. 42.) ἢν τὰ ὕστερα μὴ δύνηται ἀποφυγεῖν, ſi ſecundæ liberari nequeant. hoc eſt, deſcendere & repurgari. ἡ ἀπόφευξις τοῦ ἐμβρύου, fœtus abſolutio, liberatio, euolutio dicitur Prorrh. 2. (p. 420. 40.)

Ἀποφθείρειν idem quod διαφθείρειν Hippocrati ſignificat quod eſt fœtum perdere, & de abortione dicitur, vt libr. 1. Epid. (p. 370. 29.) ἦσι δὲ συνέπιπτεν ἐν γαστρὶ ἐχούσῃσι νοσέειν πᾶσαι ἀπέφθειραν, ἃς καὶ ἐγὼ οἶδα. In quas verò prægnantes morbus fere incidit, hæ omnes (quòd ſciam) abortione periclitatæ ſunt. Vbi ἀποφθείρειν, διαφθείρειν τὰ ἔμβρυα fœtus cor-

tus corrumpere & perdere Galenus exponit. Lib. etiam 2. Epid. (p. 311.48.) οἷον αἱ ἀποφθειρούσαι, αἱ τιτθοὶ προσισχναίνονται. Velut ſi in abortiones facturis mãmę (emacruerint, quod aph. 53. lib. 5. διαφθείρειν τὰ ἔμβρυα dicitur, & aph. 37. & 38. lib. 5. ἐκτιτρώσκειν. aph. verò 34. lib. eiuſdẽ ἀμβλῶσαι. Celſus cap. 8. lib. 2. partum elidere & partum perdere extulit.

Ἀποφθορὴ etiam apud Hippocr. initio lib. 6. Epid. φθορὰ & ἄμβλωσις exponitur Gal. abortus, abortio, aut abortiuus fœtus. Sic ἀποφθορὴ τοῦ παιδίου infantuli fœtus abortio dicitur apud Hippocr. ægr. 10. & 11. lib. 3. Epid. Hinc quoq; ἀπόφθαρμα medicamentum abortum faciens & fœtum excutiens aut perdens dicitur Lib. 5. Epid. (p. 340.7.) τῇ κζ΄ τὸ εἰκοστὸν τῆς ἡλικίης ἀπόφθαρμα πιούσῃ, ξυνέβη πόνος. Cuidam circa vigeſimum ætatis annum poſt epotum medicamentũ abortũ faciens, dolor contigit. Et lib. 7. Epid. (p. 362.34.) ἀπόφθαρμα τριακοσταῖον medicamentũ abortum faciens trigeſimo conceptus die exhibitum, aut circa trigeſimum ætatis annum. Abortiua huiuſmodi medicamenta dixiſſe videtur Plin. lib. 28. cap. 7. his verbis. Quæ Lais & Elephantis inter ſe contraria prodidere de abortiuis.

Ἀποφράσσεσθαι καταμήνια menſes obturari, impediri, obſepiri, dicuntur lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 231. 39.)

Ἀποφυαὶ appendix & adnatum, aut quod adnaſcitur, ramus ac ſurculus. ἀποφυάδες τῆς φλεβὸς, venæ ramos ac ſurculos, propagines aut germinationes dicit Hippocr. lib. περὶ ὀστέων φύσ. (p. 61.11.) παραφυάδες ibidem vocat (p. 63. 4.) idem quod ἀποφύσιας. Eſt autem ἀπόφυσις oſſis portio extuberãs, inſtar tuberculi prominens. ἀποφύσεις etiam dicuntur Hippocr. excreſcentiæ carneę tantùm in maſſa carnea & fœtu apparenres, quaſiq; proceſſus ac exortus membrorum, & protuberantiæ, non certæ aut exactæ diſtinctiones, quales in fœtibus maſculis contingere dicit Hippocr. lib. περὶ ἑπταμήνου. (p. 46. 21.) τὰ δὲ θήλεα ἐς τοῦτον τὸν χρόνον σάρκες φαίνονται ἀποφύσιας μοῦνον ἔχουσαι. fœminæ verò hoc tempore carnes apparent, protuberãtias ſolùm habentes. Qnibus manifeſtò apparentes membrorum diſtinctiones in maſculis opponit. Caluns non ineleganter hîc ἀποφύσιας carnium torulos appellat. ἀποφύσιας, ῥίζας exponit Heſychius.

Ἀποχρέμπτεσθαι exſcreare, ſputum ſcreatu reijcere. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 79.34.) ἀποχρέμπτεσθαι τὰ ἐνεχόμενα quæ intus continentur exſcreare. Hinc ἀποχρέμψιες exſcreationes, expuitiones dicunt aph. 47. lib. 4. & aph. 71. lib. 7. Philotheus καθάρσεις διὰ φάρυγγος καὶ βρογχίας ἀρτηρίας, purgationes quæ per fauces & aſperam arteriam fiunt, exponit. πυαλαι ἀποχρέμψιες vocantur in Coac. Prænot. (p. 431. 6.) Idem quoque ſonat ἀπόχρεμμα quod ἀπόχρεμψις quod ſcreatu eiectum eſt, vt lib. de loc. in homine (p. 68.47.) ἀποχρέμματος ἔτι ἐν τῷ πνεύμονι ἐόντος, ſputo adhuc in pulmone hærente. Quẽ locũ mihi etiam Heſychius ſubindicare videtur cùm ἀποχρέμματος ἀποπτύσματος exponit.

Ἀποψοφέειν perſtrepere, flatum emittere, crepitum ventris edere, pedere ſignificat, vt aph. 19. lib. 6. Epid. ſect. 3. ἐν λαγνείῃ δὲ προσοδίοισιν ἔνιοι, οἱ ἀποψοφέουσιν, ὡς Ἀρκεσίλαος. In mulierum congreſſibus quidam crepitum ventris edunt, vt Arceſilaus. Vbi τὸ ἀποψοφεῖν, ἀντὶ τοῦ φῦσας προΐεσθαι de ventris flatu emiſſo, dici ſcribit Galenus.

Ἅπτεσθαι, tentari, lædi, vexari, percelli ſignificat Hippocrati, & ἅπτεσθαι τῶν φρενῶν de mentis offenſa aut læſione ac deſipientia dicitur, vt ſcribit Gal. Comm. 3. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 82. 47.) ἅπτεσθαι τῶν φρενῶν λέγεται τηνικαῦτα, ὅταν ὁ κάμνων πυρέσσων παραφρονῇ· καὶ νῦν οὖν φρενῶν ἅψιν εἶπε τὴν παραφροσύνην, ἅπτεσθαι τῶν φρενῶν, hoc eſt, mens tentari tunc dicitur cùm æger febre vexatus deſipuerit. Et nunc quoque φρενῶν ἅψιν, hoc eſt, mentis læſionem deſipientiam vocat. frequens autem eſt huius verbi vſus Hippocr. eoq; frequentius vtitur quàm τῆς ἅψιος nomine, vt ibidem ſcribit Galenus. Sic ibidem Hippocrates. οὕτω γὰρ ἂν ἧσσον τὸ ἀπὸ τοῦ οἴνου μένος ἅπτοιτο τῆς κεφαλῆς καὶ γνώμης. hoc enim modo vini robur caput mentemq; minus feriet. Rurſus eodem lib. (p. 71. 39.) de vino dulci, καὶ ἧσσον φρενῶν ἁπτόμενος, & minus mentem tentat. Et ἅψις φρενῶν mentis læſio, deſipientia, vacillatio, ibidem (p. 82. 43.) ὑποπτεύειν δὲ χρὴ μάλιστα ἐν τοῖσι τοιούτοισι νούσοισι, ἢ καρηβαρίην ἰσχυρὴν, ἢ φρενῶν ἅψιν. In huiuſmodi verò morbis cùm vehementem capitis grauitatem, vel mentis læſionem fore ſuſpicatus fueris. Et lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 249.19.) καὶ φρενῶν εἴη ἅψις, & mentis læſio affuerit, vbi aquæ potum conſulit Hippocr. Ἅπτεσθαι etiam annecti, adhæreſcere & agglutinari ſignificat, vt lib. περὶ γυναικείης φύσ. (p. 215. 1.) ἢν αἱ μῆτραι ἅψωνται, vteri ſi adhæſerint, de vteris in coxendicem procumbentibus & conuerſis. Non abſimili notione dicitur lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 103. 55.) ἢν δὲ ἅψηται τῶν ποδῶν ἀλγήματα, ſi dolores pedes attigerint, vexarint. In Prog. (p. 152. 1.) αἱ ξὺν πυρετῷ ὀδύναι γινόμεναι περὶ τὴν ὀσφύν τε καὶ τὰ κάτω χωρία, ἢν τῶν φρενῶν ἅπτωνται. Lumborum & inferiorum partium dolores qui cum febre affligunt, ſi ſeptum tranſuerſum attigerint. Vbi ſcribit Gal. τὸ τῶν φρενῶν ἅπτεσθαι, τινὲς μὲν ἀντὶ τοῦ παραφρονεῖν ὑπέλαβον, ὡς εἰ καὶ οὕτως εἶπεν· αἱ δὲ ξὺν πυρετῷ ὀδύναι γινόμεναι περὶ τὴν ὀσφύν τε καὶ τὰ κάτω χωρία, ἐὰν ἐπαναβᾶσαι παραφροσύνην ἐργάζωνται, χαλεπαί. τινὲς δὲ ἄμεινον τούτων, τὸ μόριον τοῦ σώματος φρένας εἰρῆσθαι φασὶν, ὃ δὴ καὶ διάφραγμα προσαγορεύεται. Nonnulli τὸ φρενῶν ἅπτεσθαι de delirio intellexerunt, non ſecus ac ſi dixiſſet; Lumborum & inferiorum partium dolores qui cum febre affligunt, ſi ſurſum aſcendentes delirium inferant, moleſtiam exhibent. At his melius alii, φρένας partem corporis quod ſeptum tranſuerſum dicitur, eſſe volunt. Qui locus etiam reperitur in Coac. Prænot. (p. 426.46.)

Ἀπτίστων Erotianus apud Hippocr. ἀλεπίστων, non decorticatorum exponit, locum nimirum lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 8. 21.) ſubindicans, vbi inter panis genera ἄρτος ἄπτιστος πυρῶν

ἢ ἐπτισμένου panis ex tritico non decorticato aut decorticato dicitur. πτίσσειν γὰρ λέγεται (vt ſcribit Erot.) τὸ λεπίζειν καὶ πτίσσειν, hoc eſt, corticem tundendo detrahere & repurgare. Eundemq́; locum haud dubiè exprimit Gal. in Exegeſi, cùm ἀπτίστων, ὁλοχερῶν, εἰς ὁλοχερῆ ἄλευρα διῃρημένων, ἐλλιπῶς κεκομμένων, μὴ ἀποβεβρασμένων τὸ πιτυρῶδες, exponit, hoc eſt, integrorum, in farinas integras diuiſorum, negligenter & imperfectè contuſorum, ex quibus furfures detracti non ſunt aut ſecerniculo repurgati. Atque eundem Hippocr. locum procul omni dubio ſubnotat Heſychius cùm ἀπτίστων ἀκόπων, hoc eſt, μὴ κεκομμένων non contuſorum, aut minimè vitiatorum & integrorum exponit, vt περὶ πυρῶν intelligatur. Dicuntur enim ἄκοπα frumenta aut ſemina, τὰ μὴ κεκομμένα, καὶ ἀκόπους ἔχοντα τὰς ἄπτας, integra, minimè vitiata aut corruptioni obnoxia, Theophraſto lib. 4. de cauſ. plant. cap. vltimo.

Ἄπτυστοι πλευρίτιδες, pleuritides in quibus nihil expuitur. In Coac. Prænot. (p. 435. 5.) αἱ ξηραὶ τῶν πλευριτίδων καὶ ἄπτυστα χαλεπώταται. Morbi laterales ſicci & nihil expuentes ſunt moleſtiſſimi. Qui locus adumbratur lib. 3. de Morb. (p. 163. 1.) εἰσὶ δὲ καὶ ξηραὶ πλευρίτιδες ἄπτυστοι. χαλεπαὶ δὲ αὗται. Sunt autem ſiccæ pleuritides in quibus nihil expuitur moleſtiſſimæ. Ac ferè ξηραὶ πλευρίτιδες καὶ ἄπτυστοι coniunguntur Hippocrati, quòd earum cauſam in ſiccitate idem reponat Lib. 1. de Morb. (p. 138. 21.) γίνεται δὲ καὶ ἄπτυστος περιπλευμονίη καὶ πλευρῖτις, ἄμφω ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ, ὑπὸ ξηρασίης. fit autem pulmonia & pleuritis in qua nihil expuitur, vtraque quidem ex eadem cauſa, nimirum ſiccitate. fiunt quoque ab humoribus craſſis & lentis pulmonis aſperis cartilaginibus (quas βρόγχια dicunt) firmiter adhærentibus, vt ſcribit Gal. Com. 1. in lib. 1. Epid. (p. 352. 55.) ἔνιαι δὲ βῆχες γίνονται ξηραί, διὰ δυσκρασίαν τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων, ἐφ' ὧν οὐδ' αὐτῶν ὄντων ἀναπτύεσθαι δεόμενον, ἄλλαι δ' αὖ γίνονται μὲν ὑγρῶν περιεχομένων αὐτοῖς ἐκκριθῆναι δεομένων, ἀλλ' οὐκ ἐκκρίνεται ταῦτα διὰ διττὴν αἰτίαν, ἢ τῷ γλισχρά τ' εἶναι καὶ παχέα, καὶ δυσαπολύτως ἐμπεπλάσθαι τοῖς κατὰ τὸν πνεύμονα βρόγχοις, ὅπερ ἐπὶ τῶν ἀπτύστων ὀνομαζομένων γίνεται πλευριτίδων. Aliæ verò tuſſes ſiccæ oriuntur ex intemperie reſpirationi deſtinatorum inſtrumentorum, in quibus neque eſt quod expuitione indigeat. Aliæ rurſus oriuntur ex contentis quidem in ipſis humoribus vacuationem poſtulantibus. At hi duabus de cauſis non excernuntur, vel quòd lenti ſint & craſſi, adeoque pulmonis cartilaginibus aſperis (quas βρόγχους Græci appellant) adhæreſcant, vt ægrè diſſolui queant, quod fit in iis lateris morbis in quibus nihil expuitur, vnde ἄπτυστοι dicuntur.

Ἀπυρομήλη exponit Galenus apud Hippocratem τῇ πυρῆνα μὴ ἐχούσῃ, ἤγουν τῇ μηλωτρίδι, hoc eſt, ſpecillo nucleum non habente quod μηλωτρὶς dicitur aut μηλωτὶς, id eſt, auricularium ſpecillum. Eſt autem ἀπυρομήλη pro ἀπυρηνομήλη aut ἀπύρηνος μήλη.

¶ Ἀραβὴ exponitur Erotiano apud Hippocr. ἡ βλάβη, noxa aut damnum.

Ἄραδος ſignificat Hippocrati eam perturbationem quæ fit in ventriculo ex diuerſæ facultatis cibis dum concoquuntur. Lib de rat. vict. in morb. ac. (p. 44. 44.) καὶ ὅτι στύψιν ἔχει, ὅτι ἄραδον κακόν. de ptiſſana, neque adſtrictionem, neque malam perturbationem habet. Vbi Gal. τὸ μηδὲ ἄραδον ἔχειν, μηδεμίαν ἐν τῷ πέττεσθαι ταραχὴν ἐμποιεῖν, exponit, hoc eſt, nullam in coquendo perturbationem afferre. Rurſus ibidem (p. 111. 1.) φακὸς δὲ στύφει καὶ ἄραδον ἐμποιέει. Lens adſtringit & turbationem infert. Vbi Galenus ἄραδον ſignificare ſcribit ταραχήν τινα καὶ οἷον μάχην ἐν τῇ γαστρὶ γενομένην ἐκ τῶν διαφόρων ταῖς δυνάμεσιν σιτίων, hoc eſt, perturbationem quandam ac veluti pugnam in ventriculo ex diuerſis facultate cibariis ortam. Sic lib. 4. de Morb. (p. 177. 43.) ἄραδον vocat Hippocrates turbulentum motum ac agitationem ex medicamento purgante inductam. Ἄραδος etiam perturbationem & agitationem internam, quæ in quauis parte ſequitur ſignificat apud Hippocratem, vt libr. de capitis vuln. (p. 449. 45.) de oſſe quod incenſum eſt & inflammationem concepit, φλεγμὸν καὶ ἄραδον ἐμποιέει, ardorem & perturbationem, facit. Sic enim Erotianus apud Hippocratem ἄραδον ταραχώδη κίνησιν καὶ σάλον exponit, turbulentam quandam motionem ac tumultum. Quibus ſanè verbis maximè locum Hippocr. lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 9. 6.) ſubindicare mihi videtur, vbi ſcribitur, ἄλλο δὲ θερμὸν ἄραδον ἔχον. Intelligitur enim calidum magnam turbationem in corpore efficiens, aut turbulentam quandam motionem ac tumultum in corpore excitans, ex Erotiani explicatione. Calidum conturbatorium dixit Gorrhæus, cum pulſatione coniunctum Zuinggerus, tenue Cornarius. Ἄραδος exponitur Heſychio ἡ ἀπὸ τῶν γυμνασιῶν τῆς καρδίας κίνησις, ex vehementi exercitatione cordis pulſatio. Quam etiam notionem ſecutus videtur Nicandri Scholiaſtes in Theriacis, ἄραδον καρδίας παλμὸν κίνησιν exponens. ἄραδος γὰρ λέγεται (vt ſcribit) κίνησις σώματος μετὰ γυμνασίας καὶ ἀλγηδόνος, corporis motus cum exercitatione & dolore. Ab ἀράσσω, quod eſt commoueo aut conturbo deductum videtur, aut ἀράσσω, quod de his dicitur, quæ dum colliduntur, ſtrepitum edunt. ἀράδηται, κεκίνηται, συγκέχυται, commotum, confuſum eſt, exponit Heſychius, & ἀράξαι, θορυβῆσαι, ταράξαι. Idem ἀραιδὸς, βλαβερὸς, λεπτὰς.

Ἀραιὸν rarū ſignificat & τῷ πυκνῷ crebro, denſo & frequēti opponit', differentiāq́; ex quātitate tēporis ſumptā denotat, vt ἀραιὸν πνεῦμα ſpirit' tarus lib. 1. Epid. ægr. 1. 2. & 11. qui longo tempore

tempore trahitur, & denſo ac crebro opponitur, τὸ διὰ πολλοῦ, καὶ τὸ ἐκ διὰ πολλοῦ χρόνου exponit Galenus Com. 1. in Progn. (p. 129.22.) & Com. 3. in lib. 1. Epid. (p. 384.34) & lib. περὶ δυσπ. (vt ſcripſimus noſtris in lib. 1. Epid. Annot.) Erotianus τὸ ἐκ διαστήματος καὶ μὴ ἐπείγουσαν explicat, ſpirationem quæ ex interuallis trahitur neque vrget, quam mente captis & delirantibus adſcribit Hippocr. Neque verò longè abſimili notione ἀραιὰ ἀλγήματα dolores rari, leues, non continui ſed intermittentes, aut ex interuallis repetentes dicuntur in Prorrh. (p. 177.20.) τὰ ἀραιὰ κατὰ πλευρὸν ἀλγήματα, παραφροσύνην σημαίνει. Leues lateris dolores delirium ſignificāt. Quem mihi locum procul omni dubio exprimere videtur Erotianus, cùm ἀραιὸν ἄλγημα, τὸ ἐκ διαστήματος, καὶ μὴ ἐπείγουσαν exponit, dolorem intermittentem, non vrgentem. Nam per ἐνταῦθα ſubobſcurè Prorrh. librum denotat Erot. cùm ſcribit. ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν καὶ ἐν α' Ἐπιδημιῶν ἀραιὸν λέγει τὸ ἐκ διαστήματος καὶ μὴ ἐπείγουσαν· καὶ ἐνταῦθα μὲν ἄλγημα σημαίνει, ἐκεῖ δὲ πνεῦμα. Idem quoque Erotianus ἀραιὰ illic Bacchium λεπτὰ ἀλγήματα accipere ſcribit, tenues dolores, quoſdam etiam πυκνὰ καὶ στενά, crebros & anguſtos, adductis in teſtimonium Hom. verbis, — ἀραιὴ δ' εἴσοδός ἐστι, tenuis & anguſtus eſt ingreſſus & quod de Lupis præda ſatiatis ſcribitur Il. π. (v. 161.) λάψοντες γλώσσῃσιν ἀραιῇσιν μέλαν ὕδωρ, linguis tenuibus lambentes nigram aquam. λεπταῖς enim illic exponunt tenues, hoc eſt, raras & ſpongioſas linguas, Euſtathius tamen στεναῖς.

Ἀραιὰ σώματα ἢ μόρια partes corporis raræ, laxæ & molles dicuntur Hippocr. quæ corpus aliquod heterogeneum ſubiens facilè recipiunt, vt humores. Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 11.27. & 40.) σπογγοειδέα τε καὶ ἀραιά, partes corporis ſpongioſæ & laxæ, velut pulmo, lien & mammæ, quibus τὸ πυκνὸν opponit, (ibidem v. 44.) Erotianus quoque apud Hipp. ex lib. 1. περὶ γυναικείων. (p. 231.46.) & lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς σώματα ἀραιὰ καὶ ἔναιμα, corpora rara & ſanguinea, adfert. Niſi ſi σώματα pro σχήματα legiſſe videtur Erot. certe ἔναιμα pro ἔναυμα vitioſè ſcribitur, niſi ſi μανὰ potiùs legi debet, vt ſubindicetur locus lib. eiuſdem (p. 11.27.) Et certe eodem lib. (p. 12.5.) μαλθακὸν καὶ ἀραιόν, ἁπαλόν τε καὶ τεθηλὸς καὶ ἔναιμον de hepate dicitur, molle, rarum, tenerum & floridum, ſucculentum ac ſanguineum.

Ἀραιὰ ὀστέα oſſa rara & laxa dicuntur lib. de art. (p. 604.44.) quę plurimis in ſuperficie meatibus ac cauernulis referta ſunt. τὰ διεστῶτα ἀλλήλων, inter ſe diſſita & diſtincta, exponit Erot. hoc eſt, non compacta aut denſa. Sic enim τὸ ἀραιὸν καὶ πυκνὸν propria ſignificatione in ſeſe opponitur, vt diſertis verbis exprimit Gal. lib. 2. περὶ ὑγιεινῶν (p. 238.2.) τὸ μὲν οὖν κυρίως ἀραιόν ἐστι τὸ μεγάλοις διειλημμένον πόροις, ὥσπερ γε καὶ πυκνόν, τὸ μικροῖς· τὸ δ' ἐκ μεταφορᾶς, ἢ καταχρήσεως, ἢ ὅπως ἂν ἐθέλοις ὀνομάζειν, καὶ κατὰ τὸ κεχυμένον τε καὶ πεπιλημένον λέγεται. κατὰ τοῦτο γοῦν ἐστιν ὅτι τὸν μὲν ἀέρα καὶ τὸ πῦρ, ἀραιά· τὸ δ' ὕδωρ καὶ τὴν γῆν, πυκνὰ λέγομεν, ἐπ' αὐτὰ τὰ στοιχεῖα τὰς εἰρημένας προσηγορίας ἐπιφέροντες, ἡνωμένα τε καὶ ὁμοιομερῆ τὴν φύσιν ὑπάρχοντα, καὶ μηδένα διειλημμένα πόρον. Propriè igitur rarum eſt quod magnos meatus obtinet, quemadmodum denſum quod paruos. Ex tranſlatione verò ſiue abuſione, aut quocunque modo appellare velis, de laxo & coacto dicitur. Hac ergo ratione interdum quidem aërem & ignem rara eſſe corpora dicimus, aquam autem & terram denſa, tranſlatis ad ipſa elementa appellationibus, quæ tamen vnita ſunt & natura ſimilaribus partibus conſtant, nec vllos meatus obtinent.

Ἀρακώδεις πυροὶ ἀρακίνοισι, hoc eſt, triticea ſemina aut legumina ἀρακινοῖς ſpecie, exponit Galenus apud Hippocr. ὄσπριον δ' ἐστὶν ὁ ἄρακος leguminis ſpecies de quo agitur lib. 1. de alim. fac. cap. 17. & 27.

Ἀραχνιοῦν eſt araneæ telas imitari, & multis tenuibus ſtaminibus veluti aranearum telis intexere. Gal. in Exegeſi ἠραχνίωσε apud Hippocr. λεπτοῖς ἅμα καὶ πολλοῖς φλεβίοις, ὥσπερ ἀράχνης ὑφάσματα, διεπλέξε, exponit, hoc eſt, tenuibus ſimul & multis venulis, velut araneæ telas implicauit aut intertexuit. Quibus verbis locum lib. περὶ ὀστέων φύσ. (p. 63.10.) exponere & ſubindicare mihi videtur. ἐντεῦθεν δὲ καταδύεται ἐς τὸ εἴσω, καὶ ἠραχνίωσε τοῦ σπληνὸς ὑφαίμοισι φλεβίοισι. Inde internam lienis partem ſubiit, & tanquam aranearum telas venulis ſanguine plenis implicauit aut intertexuit. aut, Inde internam partem ſubiit, & ſanguinolentis lienis venulis velut araneæ telas attexuit. Ἀραχνιῶδές τι ἐὰν ἐν ἕλκεσιν ἐν παρισθμίοισιν ἕλκεσιν, οὐκ ἀγαθόν, araneoſum quiddā in tonſillarum vlceribus malum denotans, hoc eſt, ſordes quædam aranearum telis ſimilis, Lib. περὶ ὀδοντοφυΐης (p. 54.11.)

Ἀραχνιῶδες οὖρον vrina araneorum telis ſimilia quædam habens, quæ ſupra innatantem habet pinguedinem, colliquationem indicans, In Coac. Prænot. (p. 442.38. Celſus cap. 8. lib. 2. vrinam quædam araneis ſimilia ſubſidentia oſtendentem dixit.

Ἀρβύλαι exponuntur Galeno in Exeg. ὑποδήματα τὰ βαθέα calcei alti & profundi. Nimirum ex lib. de art. (p. 644.2.) ἀρβύλαι ἐπιτηδειόταται αἱ πηλοπατίδες καλεόμεναι, accommodatiſſimi erunt calcei Arbylæ dictæ πηλοπατίδες, quòd iis lutum calcetur. Vbi Gal. ἀρβύλας eſſe ſcribit κοῖλον ὑπόδημα καὶ περιεσφιγμένον ἀκριβῶς ὅλῳ τῷ ποδί, μέχρι τῶν σφυρῶν. calceamenti genus concauum, quod arctè pedem totū ad malleolos vſque conſtringit. Quales eſſe videntur Latinis perones aut ſocci. Vnde quòd iis per lutum ingrediantur vt arctè conſtrictis, ἀρβύλαι πηλοπατίδες aut πηλοβάτιδες dicuntur, Arbylæ lutigradæ aut luticalcæ, quòd iis aptiſſimè lutum calcari queat. Ἀρβύλαι Erotiano vt & Heſychio ὑποδήματος εἶδος, calcei genus exponuntur. Theocriti Scholiaſtes Idyll. 7. ἀρβύλην εἶδος ὑποδήματος ἀπὸ τοῦ ἁρμόζειν eſſe ſcribit. Pollux cap. 22. lib. 7. ἀρβύλην ὑπόδημα εὐτελὲς τὴν ἐργασίαν, non operoſum ad-

modum calceamentum eſſe ſcribit, quod alii περιεστῶς εἰργασμένον dicunt, curioſius compoſitum, fortè quòd toti pedi aptiſſimè quadret, eumque curioſius conſtringat. Idem quoq; ex Æſchylo in Phœniſſis πίλοισι ἔχουσιν ἐνδέτοις ἐν ἀρβύλαις, adducit. Euripidis Scholiaſtes in Oreſte, ἀρβύλην ὑποδήματος εἶδος κοῖλον καὶ βαθέος eſſe ſcribit. Quam notionem ſecutus quidem videtur Galenus. Eum Euripidis locum adducens Nicandri Scholiaſtes in Theriacis, ἀρβύλαις legit, quod alii ἀρβύλας habent. Sunt & ἀρβυλίδες Theocr. Idyll. 7. idem quod ἀρβύλαι.

Ἄργεμον aut ἄργεμος & ἄργεμα dicitur vlcuſculum in iridis oculi circulo naſcens, Latinis albugo nominatur. Author Defin. Medicarum. ἄργεμόν ἐστιν ἕλκωσις κατὰ μὲν τὸ μέλαν λευκὴ φαινομένη, κατὰ δὲ τὸ λευκὸν ὑπέρυθρος. Argemon eſt vlceratio in oculi quidem nigro alba apparens, in candido verò ſubrubra. Iſagoges ſeu Medici author. ἄργεμόν ἐστιν ὅταν κατὰ τὸν τῆς ἴριδος κύκλον καὶ τὸ λευκὸν, ἔστιν δὲ τὸ μέλαν, ἕλκος γένηται στρογγύλον καὶ ὑπόλευκον. Argemon in iridis circulo, vel albo, interdum etiam nigro, vlcus rotundum & ſubalbidum oritur. Paulus Ægineta lib. 3. cap. 22. ἄργεμον (ἕλκος) τὸ ἐπὶ τῷ τῆς ἴριδος κύκλῳ γενόμενον, ἐπιλαμβάνον τι καὶ τοῦ πέριξ, ὥστε κατὰ μὲν τὸ ἔξω τῆς ἴριδος ἐρυθρὸν φαίνεσθαι, κατὰ δὲ τὸ ἔσωθεν, λευκόν. Argemon vlcus in iridis circulo obortum, ambientia comprehendens, vt etiam circa exteriorem iridis partem rubicundum, circa internam verò candidum appareat. Erotianus apud Hippocr. ἄργεμον exponit πάθος τὸ περὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς λευκωματῶδες, ὃ δὴ ἐκ τῆς περιττωμάτης λευκότητος ὠνομάσθη. Oculi affectum ex albore quodam contractum, indeque nomen deductum. Vnde & Latinis Albugo dicitur. Ac videtur Erotiani explicatio ad Hippocr. lib. de Loc. in homine referri, cùm inter ea accenſeatur quæ ab eodem ex eo libro explicantur, atque eum locum proprio quodam modo reſpicere qui de oculi ruptione ex fluxione agit, (p. 67. 45.) & in omnibus exemplaribus Lacuna inſignitus ac aſteriſco ſubnotatus vitium ſubolet. Sic autem legitur. ὅταν δ᾽ ἂρ ἐπιγέμον δακρύειν τοῦ ὀφθαλμοῦ ἀρήγει, nullo certe ſenſu. At niſi me coniectura fallit, legendum exiſtimo, ὅταν δ᾽ ἄργεμον ᾖ, δακρύειν τοῦ ὀφθαλμοῦ ἀρήγει, hoc ſenſu: Cùm verò albugo fuerit, lachrymæ oculo conducunt, quòd excitatæ lachrymæ tenuem adhuc & recentem ex oculi ruptione contingentem albuginem ſubluere poſſint. Quòd niſi me Erotiani authoritas ad eam lectionem impelleret, non illubenter legerem, ὅταν δ᾽ ἂρ ἐπάργεμος ᾖ, quòd ἐπάργεμος dicatur qui albugine laborat, aut ipſe etiam oculi affectus. Scribit namque Pollux lib. 2. ἄργεμος τὸ νόσημα, καὶ ὁ τοῦτ᾽ ἔχων ἄνθρωπος ἐπάργεμος. Heſychio quoque ἐπάργεμος νόσος ὀφθαλμῶν explicatur, & ἐπάργεμα ὄμματα, πεπαλαιωμένα ὑπὸ λευκωμάτων, καὶ ποτὲ δὲ τὰ τυφλὰ καὶ ἀφεγγῆ, oculi ab albuginibus prorſus excæcati. Cornarius certe & Caluus, & qui poſtea ſecuti ſunt interpretes, vt lacunam expleterent, ὅταν δ᾽ ἂρ ἐπιγέμον, legunt, vt de oculo humore pleno & turgente intelligatur, verùm nullo ſenſu, vt ſatis apparet. Ἀργέματα autem dicuntur Heſychio, τὰ ἐπὶ τῶν ὀφθαλμῶν λευκώματα: & ἀργέμων, τῶν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς λευκωμάτων, apud eundem exponitur. Varinus quoque ἄργεμον exponit, τὸ κατὰ πάθος γενόμενον λεύκωμα ἐν τῷ ὀφθαλμῷ, παρὰ τὸ ἀργὸν ὃ σημαίνει τὸ λευκόν. Eſt in Nothis adſcriptis poſt lib. περὶ ἀφόρων (p. 300. 48.) medicamentum πρὸς ἄργεμον. apud Hippocr.

Ἀργὸς inelaboratum ſignificat & non præparatum, vt ἀργὸς ἄργυρος dicitur argentum infectum, non elaboratum, ἀνέργαστος. ἀργὸς autem quaſi ἄεργος. Sic ἀργοὶ πυροὶ apud Hippocr. triticum inelaboratum, hoc eſt, crudum, nec molitum aut præparatum, quale ex area tollitur. Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 8. 7.) δίδως δὲ τούτοις ἐσθίειν ὡς αὐτοὺς ἀπὸ τῆς ἅλω ἀνέλῃ, ὠμοὺς καὶ ἀργούς. Edat autem ille triticum crudum & illaboratum, quale ex area ſuſtulit. ἀργὰ ἀγύμναστα ἢ λευκὰ apud Hippocr. exponit Erotianus, vt & ἀργὸς otioſus, ceſſans & feriatus dicitur, Heſychio βραδὺς, μωρὸς, (ſic enim potius lego quàm μιαρὸς) tardus, hebes exponitur, Varino νωθρὸς δυσκίνητος, ἢ ἀνενέργητος. Ἀργέστερον autem quod Galeno exponitur ἀτερπέστερον ἢ ἀηδέστερον, διὰ τὸ μηδὲν εἴκειν, hoc eſt, iniucundum aut inſuaue, quòd nihil cedat, Com. 2. in lib. de fract. (p. 554. 22.) haud dubiè vitioſè pro ἀτεργέστερον legitur, vt poſtea ſcribimus, pro quo etiam antea ἀτεργέστερον ex Erotiano poſuimus. Ἀργὴς autem apud Hippocr. ſerpentis nomen eſſe videtur Lib. 5. Epid. (p. 342. 11.) τούτῳ ὄφις ἐς τὸ στόμα παρεισέδυνε ἀργής, cuius in os ſerpens Arges dictus ſubiit. Quem nimirum locum ſubindicans Gal. in Exeg. ſcribit, ἀργής. ὄφις τις οὕτως ὀνομαζόμενος. Arges ſerpens quidam ſic dictus. Quod etiam à Varino repetitur. Pro quo quidam ἄργης ſcribunt. Eſt & ἄργης Draconis epithetum Heſychio, vt in eo quod adducitur ab eo, ἀργῆν ἐπιφοιτᾷ ὄφιν, vnde & Ἀργειφόντης apud poëtas Mercurius Panſaniæ dicitur ὀφιοκτόνος, quòd ἀργῆν quidam appellant τὸν ὄφιν, vt refert Euſtathius. Pro quo ἀργᾶς aut ἄργας Doricè dicitur. ἀργᾶς etiam Heſychio ὄφις exponitur. Harpocration quoque annotat Dores ἀργᾶν vocaſſe τὸν ὄφιν· Timarchum tamen Rhodiū ſcribere ἀργᾶν eſſe γένος τῶν ὄφεων, ſerpentum genus quoddam. Heſychius etiam addit Demoſthenem conuitiosè ab Æſchine appellatum eſſe ἀργᾶν. Cuius rei meminit Plutarchus in Demoſthene, ſed ἄργαν ſcribit. Eoq; nomine ſic appellatum vero eſt ſimile ob dictionis vehementiam, aut morum feritatem & amarulentiam. ἀργᾶς enim δεινότης exponitur Varino ex Suda, & θηριώδης τὸν τρόπον. ἀργᾶν γὰρ τὸν ὄφιν ἐκάλουν οἱ Ἀργεῖοι. Qua ratione & ἀργὴς quibuſdam adiectiuè ſumitur apud Hippocratem.

Ἀργύρου ἄνθος argenti ſpuma ſeu flos dicitur, quo vtitur Hip. ad vteri vlcera cum vino & aqua ſubluenda lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 222. 2.)

Ἀρθρ-

Ἀρδαλῶσαι inqulnare, fœdare, conſputcare, intingere ſignificat, τὸ ῥυπῶσαι expooitur Galeno iu Exeg. vt & Erotiano μολῦναι καὶ ῥυπῶσαι, fœdare, ſotde inquioare. Ἄρδαλος Galeno ῥύπος τις καὶ ἀκαθαρσία dicitur, ſordes & imporitas. Erotiano verò ἄρδαλος ῥύπος ἢ μολυσμὸς, ſordes & inquinameutum. Idemque adſcribit ἀρδαλον ἄνθρωπον dici τὸν μὴ καθαρῶς ζῶντα immuudè viuẽtem. Apud Heſychium ἄρδα μολυσμὸν ſignificat, & ἄρδαλος μόλυσμα. ἀρδαλώμενος verò ῥυπαινόμενος. Idem quoqne ἀρδάλους εἰκαίους expooit, vulgares, commnnes, aut viles. Varinus etiam ἀρδαλῶσαι μολῦναι. Videtur autem eſſe popularis quædam dictio, vt ἄρδαλος con ſpurcatum, coinquinatum & ſœtidum ſignificat, velut populares noſtri de ouo putri ac putido hanc vocem efferunt. Vſurpatur Hippocrati lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 227. 14) & lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 239. 4.) ὀθόνιον ἀρδαλῶσαι de linteo imbuto & iotincto reſina & æris flore melle dilutis, quaſi ea mixtura inquinato & conſpurcato.

Ἄρδω adaquo ſignificat, aquatum duco, irrigo. Heſychius ἀρδεύει ποτίζει explicat, vt & ἄρδω, ἀρδεύει ποτίζει. Vtitur hac dictione ſæpius Hippocr. lib. de Loc. iu homine, vt (pag. 63. 33.) ἡ κοιλίη ἄρδει τῇ ὑγρότητι τὸ σῶμα τῇ ἀπὸ τῶν σιτίων τῶν ἐσφερομένων. Ventriculus humiditate ciborum iugeſtorum corpus irrigat. Et rorſus (pag. 64. 17.) de venis temporalibus, μόναι γὰρ αὗται οὐκ ἄρδουσι τῶν φλεβῶν, ἀλλ' ἀποστρέφεται ἐξ αὐτῶν τὸ αἷμα. Ex venis euim hæ ſolæ ſanguine non rigantur, ſed auerſus eſt ab ipſis ſanguis, hoc eſt, ſanguine non madent, neque ſanguinem habent. Rurſus (p. 65. 48.) ἔπειτα ὥστε πολλὴ λίην νεμομένη, καὶ οὐκ ἀρδομένη ἐκ τῆς σαρκὸς, ἀεὶ ξηραίνεται. Deiode vt multa & valde ſparſa, aut ex carne irrigata, ſemper reſiccatur. Et (p. 66. 32.) τὴν δὲ ὄπισθεν ἄρδει σάρκα, poſteriorem carnem irrigat. Lib. quoque περὶ σαρκῶν (pag. 42. 13.) ἀρδόμενα γὰρ ὑπὸ τῆς τροφῆς αὔξεται ἕκαστα. Irrigata enim ab alimento ſingula augmeutum capiunt. Et lib. a. περὶ διαίτης (p. 96. 21 & 26.) ἀρδόμενα χωρία loci irrigui. Lib. etiam περὶ καρδίης (p. 55. 31.) de duobus cordis veutriculis, καὶ οἱ ποταμοὶ ἐνταῦθα ἀνὰ τὸ σῶμα τοῖσιν ἄρδεται τὸ σκῆνος. & flumina hic ſũt quibus torum corpus irrigatur.

Ἀρετὴ σώματος, corporis virtus ac robur, iouicta animi conſtantia & firmitas, qua quidam grauiſſimas offenſas perferunt. Prorrhet. a. (p. 429. 2.) ἢν μὴ παντάπασιν ἢ τῶν καλλίστων τι σημείων ἐπιγένηται, ἢ σώματος ἀρετὴ ὑπείκηται. niſi aut prorſus optimum aliquod ſignum ſuperueniat, aut corporis virtus ſubſit, hoc eſt, indefeſſum naturæ ac virium corporis robur.

Ἀρθρῖτις articulorum dolor cum tumore, ex humorum fluxioue excitatus dicitur, aut morbus articularis, interdum quidem omuibus articulis communis, interdum verò quorundam membrorum articulos ſolos occupans. Eſt enim (vt ſcribit Aretæus cap. 12. lib. 2. de ſignis τῶν χρον. παθ.) ξυνὸς μὲν ἁπάντων τῶν ἄρθρων πόνος ἡ ἀρθρῖτις. ἀλλὰ ποδῶν μὲν ποδάγρην καλέομεν, ἰσχιάδα δὲ ἰσχίων, χειράγρην δὲ χειρῶν. Arthritis aut articulorum morbus, cõmunis omnium articulorum dolor eſt, verùm pedum dolorem, podagram: vt coxendicum, iſchiada: & manuum, chiragram vocamus. Quod etiam ſcribit Gal. lib. 10. Comp. med. κατὰ τόπους (p. 307. 28.) ἐκ τοῦ γένους τῆς ἀρθρίτιδος ἥ τε ἰσχιάς ἐστι καὶ ποδάγρα. ὅπερ γὰρ ἐν ἅπασι τοῖς ἄρθροις ἡ ἀρθρῖτίς ἐστιν, τοῦτ' ἐφ' ἑνὸς μὲν τοῦ κατ' ἰσχίον, ἰσχιάδα καλοῦσιν, ἐπὶ ποδὸς δὲ ποδάγραν. Ex genere articularis morbi eſt tum iſchias, tum podagra. Quod enim in omnibus eſt articulis articularis morbus, hoc iu vno iuxta coxendicem articulo iſchiada, hoc eſt, coxarium morbũ, in pede verò podagram vocant. Hippocr. lib. περὶ παθῶν (pag. 185. 5.) ἀρθρῖτις νοῦσος ὅταν ἔχῃ, λαμβάνει πῦρ καὶ ὀδύνη τὰ ἄρθρα τοῦ σώματος, λαμβάνει δὲ καὶ ὀξεῖα· καὶ ἐς ἄλλο τε ἄλλο τῶν ἄρθρων ὀξύτεραι τε καὶ μαλακώτεραι καταστηρίζουσιν αἱ ὀδύναι. Articularis morbus cùm corripuerit, calor & dolor corporis articulos inuadit. Corripit autem etiam acutus, & iu alium atque alium articulum, tum remiſſiores, tum etiam inteuſiores dolores incumbunt. Eſt & authori Definit. Med. (pag. 398. 52.) ἀρθρῖτις φλεγμονὴ συνεσταμένη περὶ τοῖς ἄρθροις ἔμμονος, πόνον ἰσχυρὸν ἐπιφέρουσα πασχόντων νεύρων, ſtabilis io articulis cooſiſtens inflammatio, neruis affectis vehementem dolorem afferens. Ἀρθρῖτις interdum per ἄρθρων πόνους ſigoificatur Hippocrati, vt aph. 31. lib. 3. interdum quoque impropriè omnem articulorum dolorem deuotat, aut difficilem quendam motum cum dolore coniunctum, aph. 16. lib. 3. Vbi ſcribit Gal. πῶς οὖν εἴρηκεν ἀρθρίτιδας ἐν τοῖς αὐχμοῖς γίνεσθαι ζητητέον. εἰ γὰρ ἀμέτρως ξηρανθέντος δαπανήσεται ἐκ τῶν ἄρθρων τὴν ὑγρότητα, δυσκινησίαν μὲν τινα κατὰ ξηρότητα ποιήσουσι, ἴσως δὲ ἄν ποτε καὶ ἄλγημα· τὴν μέντοι καλουμένην ἀρθρῖτιν οὐκ ἂν εἰργάσαντο· πλὴν εἰ πᾶν ἄρθρων ἄλγημα καλεῖν τι τοῦτο τις ἐθέλοι. Quaſuam igitur arthritidas per ſqualores fieri dixerit, inueſtigandum. Si eoim tanti fuerint vt articulorum humiditatem conſumpſerint, difficilẽ quandam ſanè præ ſiccitate motionem, & verò etiam dolorem forte interdum effecerint, at arthritim appellatam affectionem haudquaquam commiſeriut, niſi quis omnem articulorum dolorem hoc nomine donare velit. Ἄρθρων πόνοι & εἰς ἄρθρα πόνοι dicuntur articulorum dolores & labores ex humorum craſſiorum, frigidorum & crudorum in articulos decubitu in febrib. loogis, aph. 44. & 45. lib. 4. & Coac. Pręn. (p. 427. 9.) ἀποστήματα ἢ ἀποσκήμματα vocãtur lib. de rat. vict. in mon ac. (p. 100. 23) & aph. 1. ſect. 4. lib. 6. Epid. vt & aph. 74. li. 4. Ἀρθριτικὸς eum ſignificat qui articulariis dolorib. conflictatur, aph. 3. li. 6. Epid. ſect. 4. etſi Gal. illic ſcribit iſchiadicũ, hoc eſt coxẽdicis morbo laborantẽ ex Græcorũ con ſuetudine arthriticũ quibuſdã dici. Sic enim ex partis cuiuſdã affectæ nomine ἀρθρῖτις ipſa ſæpe intelligit. vt per τὰ ποδαγρικὰ νοσήματα aph. 49. & 55. li. 6. Ἀρθρικὸν expouit Gal. in Ex. apud Hip. τὸ τοῖς ἄρθροις ἁρμόζοντα, ac νόμον mihi ſubintelligere vſ, vt legẽ articularẽ ſubaudias, iuxta quã luxatorũ articulor. deligatio fieri debeat,

& locus lib. de art. (p. 598. 54.) ſubnotetur, ἴησις δὲ ὀθονίοισι κατὰ τὸν νόμον τὸν ἀρθρικόν. Curatio verò per lintea lege articulari fieri debet. Vbi tamen paſſim ἀρθριτικὸν legitur. Sic quidam apud M. Tullium arthricum cocum dictũ volunt lib. 9. Epiſt. ad Pætum, (cùm tamen ferè omnia exemplaria arthriticum legant) articulari morbo laborãtem aut podagra, quem ex pedibus laborare ibidem dicit.

Ἄρθρον eſt naturalis oſſium ſyntaxis, Galeno lib. de oſſibus, aut ὀστῶν κατὰ φύσιν κινουμένων συμβολή, oſſium quæ motũ à natura ſortita ſunt compages & coniunctio, authori Definit. Medic. (p. 403. 7.) & ἡ τῶν ὀστῶν σύνθεσις πρὸς τὸ κινεῖσθαι, oſſium compoſitio ad motũ comparata, authori Iſagoges (pag. 378. 48.) At ſæpe ἄρθρον Hippocrates vocat alterius ex cohærentibus oſſibus extremum, quod in propinqui oſſis cauitatem & ſinum inſeritur. Galenus lib. de Oſſibus Ἱπποκράτης θατέρου τῶν συντιθεμένων ὀστῶν τὸ πέρας ἄρθρον ὀνομάζει πολλάκις. οὐ μὴν ὁπότερόν γε ἔτυχεν, ἀλλὰ τὸ περιφερές τε καὶ τῇ κοιλότητι τοῦ πλησιάζοντος ἐμβεβηκός. Hippocrates alterius cohærentium oſſium extremum ſæpe articulum vocat, non tamen quodlibet, ſed quod eſt rotundum & in propinqui oſſis cauitatem inſeritur. Et Com. 2. in lib. de fract. (p. 551. 28.) ἐκ τῶν τοιούτων αὐτοῦ λέξεων ὁρμώμενοί τινες, ἄρθρον καλεῖν αὐτὸν φάσκουσι, τὰ πέρατα τῶν διηρθρωμένων πρὸς τὰς κοιλότητας ὀστῶν, ὥστε τὸ μὲν σύμπαν διάρθρωσιν καλεῖσθαι, καθ' ὃ συντάττεται πρὸς ἀλλήλους τὰ πέρατα τῶν κινουμένων ὀστῶν ἐν ταῖς ἐκτάσεσί τε καὶ κάμψεσιν. αὐτῶν δὲ τῶν ὀστῶν, ἑκατέρου τοῦ μὲν ἐμβαίνοντος τὸ πέρας ἄρθρον, τοῦ δ' ὑποδεχομένου τὴν κοιλότητα, κοτύλην ἢ γλήνην ὀνομάζειν αὐτόν. His huiuſmodi dictionibus inducti quidam articulum eum vocare dicunt oſſium extrema quæ in cauitates dearticulantur, ita vt id totum quidem quod cõnexis inter ſe oſſium finibus in extenſionibus aut inflexionibus mouetur, διάρθρωσις aut dearticulatio vocetur. Ipſorum verò oſſium alterius extremum quod inſeritur, articulum, eius autem quod excipit cauitatem, κοτύλην, hoc eſt, acetabulum, aut γλήνην pupillam, ab eo vocari aſſerant. Rurſusque Com. 3. in lib. de fract. (p. 573. 1.) εἰκότως οὖν ὁ Ἱπποκράτης τῶν διαρθρουμένων ἀλλήλοις ὀστῶν ἄρθρον ὀνομάζων, οὐ τὸ δεχόμενον τὴν πλησιάζουσαν ἐξοχήν, ἀλλὰ τὸ στηριζόμενον ἐν τῇ κοιλότητι. Iure igitur Hippocrates articulatiuné oſſium inter ſe iunctorum articulum vocãs, non id quod eminentiam excipit, ſed quod in alterius cauitatem firmatur. Et Com. 1. in lib. de art. (p. 578. 42.) ὅτι τῶν διαρθρουμένων ὀστῶν ἀλλήλοις ἄρθρον ὀνομάζειν εἴωθεν, οὐ τὴν ὑποδεχομένην κοιλότητα τὸ τοῦ πλησιάζοντος ὀστοῦ πέρας, ἀλλ' αὐτὸ τὸ πέρας, εἴρηται μὲν κατὰ τὸν ἔμπροσθεν ἤδη λόγον. Ex oſſibus inter ſe per articulationem coniunctis, eum articulum appellare conſueuiſſe, non eam cauitatem quæ propinqui oſſis extremitatem in ſe excipit, verùm extremitatem ipſam, ſuperiore libro à nobis iam quidem dictum eſt. Erotianus quoque apud Hippoc. hanc geminam τοῦ ἄρθρου notionem agnoſcit & explicat, cùm ſcribit. ἰδίως τὰς συμβολὰς τῶν ὀστῶν ἄρθρα καλεῖ, δι' ὧν φησιν· αἱ δὲ χεῖρες ἄρθρα ἔχουσι πολλά. ὁκόσα γὰρ ὀστέοισι ξυμβάλλουσι, πάντα ἄρθρα ποιέουσι. ποτὲ δὲ ἑκάτερον μέρος ὀστέου, τὸ μέλλον συμβάλλεσθαι ὅπου λέγει. ἐν τοῖσιν ἰσχίοισιν ἄρθρα δύο εἰσὶν αἱ κοτύλαι καλούμεναι, hoc eſt, Propriè oſſiũ inter ſe commiſſiones ἄρθρα vocat, in his quæ ſcribit. Manus autem multos habent articulos. Quæ enim oſſibus inter ſe committuntur, ea omnia articulos efficiunt. Interdum verò alteram oſſis partem quæ committi debet, vt cùm dicit. In coxendicibus verò duo ſunt articuli, κοτύλαι hoc eſt, acetabula dicta. Quę certè loca ex lib. de Loc. in homine ſumpta ſunt. (p. 65. 22 & 29) Lib. περὶ τέχνης (p. 3. 33.) ἄρθρα dicuntur ἐν οἷσιν αἱ συμβολαὶ τῶν κινουμένων ὀστέων ἐγκεκλείονται, in quibus oſſium quæ mouentur compagines ac commiſſuræ vertuntur. Lib. quoque de Loc. in homine (p. 65. 26) ὅσα γὰρ ὀστέα πρὸς ἑωυτὰ συμβάλλονται πάντα ἄρθρα ποιέουσι. Quæcunque enim oſſa inter ſe committuntur, omnia articulum efficiunt. Quod etiam aliter legiſſe Erotianum paulò antè adſcripſimus. At verò pro oſſis extremo quod in alterius ſinum inſeritur ἄρθρον ſæpe ponitur Hippocrati. Lib. de fract. (p. 551. 23.) ῥηΐδιον ἤδη τὸ ἄρθρον ἐμβαλεῖν, articulus promptè reponitur. Rurſus ibidem (p. 572. 53.) τὸ τοῦ μηροῦ ἄρθρον, femoris articulum vocat, femoris extremitatem quæ tibiæ cauitatibus inſeritur. Sic initio lib. de art. (pag. 578. 40.) ὤμου ἄρθρον humeri articulus dicitur, humeri caput quod in extremitatem ceruicis lati ſcapularum oſſis inſeritur. Ἄρθρα τῶν σπονδύλων vocat etiam Hip. articulos in vertebris, quibus per eos proceſſus qui ſunt ad latera inter ſe committuntur. τὰ ἄρθρα τὰ ἐναλλαγμένα dicuntur lib. de art. (p. 619. 52.) articuli inter ſe alternantes. Sic enim explicat Gal. cùm ſcribit. τῶν σπονδύλων ἄρθρα φησὶν ἃ πρὸς ἀλλήλους συμβάλλεται κατὰ τὰς πλαγίας ἀποφύσεις. (Sic enim legendus mihi locus videtur, aut τὰ πρὸς ἀλλήλας συμβαλλόμενα, contra omnium codicum fidem) Rurſus ibidem (p. 620. 11.) σφόνδυλοι πλέους ὑπερβάντες τὰ ἄρθρα, vertebræ prolapſæ dicuntur, quæ prorſus articulos tranſilierũt. Ἄρθρον etiam κατ' ἐξοχὴν coxendix vocatur Hippocrati lib. περὶ σαρκῶν inſcripto (p. 43. 39.) καὶ σπασμὸς ἴσχει καὶ τὸ ἄρθρον καὶ τὸ σῶμα πᾶν. Et conuulſio occupat tum articulum, tum totũ corpus. Agitur enim de conceptus ſignis, cùm vterus concluſo ſemine irrigatus, & vaporoſo ſpiritu repletus, diſtenditur, & coxã ipſam totumque femur ob viciniam, adeoque totum etiam corpus conuellit. Cornarius & Caluus non ſatis accommodatè ad Hippocr. mentem articulos dixerunt.

Ἀῤῥιγέως citra frigus Hippocrati ſignificat, & ei ἀθαλπέως citra calorem opponitur. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 59. 25.) τοῦ μὲν χειμῶνος ἀῤῥιγέως, τοῦ δὲ θέρεος ἀθαλπέως. hyeme quidem citra frigus, at æſtate citra calorem.

Ἀριθμοὶ τῶν νοσημάτων ſignificant Hippocrati morborum in indiuiduis differentias, quæ numero diuerſum morbum efficiunt, quibus morbos diſtinguebant & numerabant Cnidij Medici. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 39. 5.)

39.5.) ἔνιοι δὲ τοὺς ἀριθμοὺς ἑκάστου τῶν νουσημάτων σάφα ἐθέλοντες φράζειν, οὐκ ὀρθῶς ἔγραψαν. Quidam verò morborum ſingulorum numeros aperte declarare ſtudentes, non rectè ſcripſerunt. Quem certe locum disertè mihi exprimere videtur Erotianus, cùm ſcribit. ἀριθμοὺς, τὰ ὀνόματα οὕτω καλεῖ. Morborum nanque nomina quibus ſecundum differentias diſtinguuntur & numerantur, indicantur. Ideoque ſubdit Hippocr. μήτ᾽ αὐτὸ δὲ νόσημα δοκέειν εἶναι, ἢν μὴ τ᾽ αὐτὸ ὄνομα ἔχῃ. neque putet eundem morbum eſſe, niſi idem nomen habeat.

Α᾽ρτικύμων exponitur Galeno in Exeg ἡ ταχέως ἐγκύμων γινομένη, quæ citò prægnans fit & facilè concipit, quæ fœcunda eſt, Erotiano autem μεγαλοκύμων. Vſurpat autem eam dictionem Hippocr. lib. περὶ ἐπικυήσιος (p. 49.38.) γυνὴ ἥτις ἀρτικύμων ἐοῦσα, πέπαυται κυϊσκομένη. Quæ facilè concipiebat, ſi prægnans eſſe deſierit. Rurſus ibidem (p. 50.1.) ἥτις δὲ κυΐσκεται ὁμαλέως καὶ ἀρτικύμων ἐστὶ, καὶ ὑγιαίνῃ. Quæ verò crebrò prægnans futura eſt, facilè concipit, & ſana eſt. Quod etiam repetitur lib. περὶ ἀφόρων (p. 293.17.) ἥτις δὲ κυΐσκεται πολλά, καὶ ἀρτικύμων ἐστὶ καὶ ὑγιαίνῃ. Quæ verò frequenter prægnans & fœcunda eſt, ac valet. ἐναρτικύμονες γυναῖκες dicuntur lib. de aëre, loc. & aq. (p. 453.39.) mulieres fœcundæ & quæ vterum ferunt. αἵ τε γυναῖκες αὐτόθι, ἐναρτικύμονές εἰσι σφόδρα, καὶ τίκτουσι ῥαδίως. Illic fœminæ valde fœcundæ euadunt, facileque pariunt. Α᾽ρτικύμων Heſychio εὐσύλληπτος exponitur, quæ facilè ac promptè concipit. Sic enim apud eum legi debere ex Varino conſtat.

Α᾽ρὶς, ἴδος, inſtrumentum fabrile aut ſcobinam fabri (vt dicit Pl. cap. 37. lib. 7.) ſignificat. Iulius Pollux lib. 7. cap. 26. ἀρίδα inter fabrilia inſtrumenta reponit. Significat etiam ὄργανον τεκτονικὸν Sudæ. Gal. in Exeg. ὄργανον ſignificare ſcribit, quomodo accipitur lib. de art. (pag. 594.13.) καὶ γὰρ ἂν ἀρίδα ἑλκύσαιεν. Nam & ſcobinam trahere queant. Α᾽ρὶς exponitur Galeno in Exeg οὐ μόνον τὸ ὄργανον, ἀλλὰ καὶ βοτάνη τις οὕτως ὀνομαζομένη, non ſolùm inſtrumentum fabrile, ſed & herba huius nominis, quam & ἀρίσαρον vocant. Α᾽ρὶς quoque βοτάνης εἶδος exponitur Heſychio. Aliis ἀρὶς paruum ariſarum eſſe dicitur, & de ea ſcribit Pl. lib. 24. cap. 16.

Α᾽ρισᾶν prandere ſignificat, & τῷ μονοσιτέειν opponitur, vni ſcilicet cibationi, hoc eſt cœnæ lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 7.17. & ſæpe tota pag.) Dicitur etiam ἀριστίζεσθαι ibidem (v. 30 & 37.) & ἀνάριστος qui non prandet (ibidem v. 42.)

Α᾽ρισολόχιον dicitur Hippocrati quę ἀρισολοχία herba lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 220.26.)

Α᾽ρκέει apud Hippocr. βοηθεῖ, confert, auxiliatur, exponit Erot. Ac videtur locus lib. de art. (p. 606.31.) ſubnotari. ἀρκέει δὲ ἐπὶ μὲν τὸ φλάσμα σπλήνιον ὑποτείνασθαι κηρωτῷ. Satiſque eſt ſplenium inceratum ſupra contuſum extendere. Ac rurſus (ibidem p. 625.35.) ἀρκέει εἴκοσιν ἡμέρῃσιν ἡ μελέτη, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. ferè dierum viginti curatio ſatis eſt. Iterumque (pag. 656.10.) ἔσθ᾽ ὅτε ἀρκέει μὲν ἐν τῷ ἡμίσει τοῦ ξύλου. Tum ſatis quidem eſt, ſi in dimidia ligni parte. Et (ibidem v. 25.) ἐνίοτε γὰρ ἀρκέει αὐτὸ τὸ ξύλον τοῦτο. Interdum enim ipſum lignũ ſatis abunde eſt. Sic l. 1. περὶ νούσων (p. 130.17.) τούτοισι δὲ οὐκ ἀρκέουσι γενόμεναι ὠφέλειαι. bis non proſunt auxilia. Apud Sophoclem in Aiace ἄρκεσόν μοι pro βοήθησον, hoc eſt, opem fer, auxiliare, ſumitur. Et apud Homerum Il. ζ. (v. 16.) ἀλλά οἱ οὔ τις τῶν γε τότ᾽ ἤρκεσε λυγρὸν ὄλεθρον, ἐβοήθησεν, exponit Schol. Verùm illic propulſauit, melius ſonat. Α᾽ρκεῖ βοηθεῖ etiam exponitur Heſychio.

Α᾽ρκτῷος exponitur Galeno apud Hippocr. in Exeg. ὁ ἀπὸ τῆς ἄρκτου πνέων, qui flat à Septentrione. Quòd verò adſcribit, ἔνιοι δὲ ἄρκτιον ἀνεκπρεπῶς γράφουσιν, nonnulli ferè ἄρκτιον ſcribunt, apparet ἄρκιος aut ἀρκτεῖος pro ἀρκτῷος ſcribendum. Nam & ἄρκιος pro ἄρκτος dici vult Euſtathius. Videtur autem ventus ἀπαρκτίας dictus intelligi, (vt ſcribitur libello de Mundo) ὁ ἀπὸ τοῦ πόλου κατὰ τὸ μεσημβρινὸν πνέων, à Septentrione in Meridiem ſpirans.

Α᾽ρκτοῦρος exponitur Erotiano apud Hippocr. ὁ τὸν Α᾽ρκτοφύλακα προσαγορεύουσιν, qui Arctophylax & Vrſæ cuſtos dicitur. οὖροι γάρ οἱ φύλακες καλοῦνται. ἔστι δὲ οὗτος λαμπρὸς ἀστὴρ ἐν τῇ ζώνῃ τοῦ Βοώτου κείμενος. Nam & cuſtodes οὖροι vocantur. Eſt autem lucidum aſtrum in Bootæ zona ſitum. Alij ἀπὸ τῆς οὐρᾶς καὶ ἄρκτου, ab Vrſæ cauda Α᾽ρκτοῦρον dictum volunt, quòd ſit ſtella in vrſæ maioris cauda poſita. De quo Aratus. ὑπὸ ζώνῃ δέ οἱ αὐτὸς ἐξ ἄλλων, Ἀρκτοῦρος ἐλίσσεται ἀμφαδὸν ἀστήρ. quod ſic vertit M. Tullius. Huic autem ſubter præcordia fixa videtur Stella micans radiis, Arcturus nomine claro. Eam autem dictionem ſæpe vſurpat Hip. lib. 1. Epid. vt (p. 357.44.) ταχὺ δὲ περὶ ἀρκτοῦρον ἐν βορείοισι πολλὰ πάνυ ὕδατα. ſtatimque ad Arcturum perflantibus aquilonibus aquæ admodum multæ. Et rurſus (pag. 368.26.) ἐν θέρει πρὸ ἀρκτούρου ὀλίγον, καὶ ἐπ᾽ ἀρκτούρῳ. Paulò ante Arcturum ſub ipſoque Arcturo.

τὰ Α᾽ρμενα ſignificant Hippocrati quæ ſunt ad Chirurgi vſum accommodata inſtrumenta, aliaque ad opus chirurgicum conuenientia & neceſſaria, & quæ ex domeſtico apparatu ad curationem ſunt vtilia & accommoda, ab ἄρω dicta. Lib. κατ᾽ ἰητρεῖον (pag. 667.14.) τὰ ἄρμενα, quæ ad agendum ſunt accommodata. Vbi Galen. τὰ ἄρμενα non ſolùm ad Chirurgi vſum accommodata inſtrumenta, velut ſcalpros, terebellas, hamos, raſoria, laminas, membranæ cuſtodes μηνιγγοφύλακας, cæteraque id genus, intelligi vult, verumetiam τὰ κατὰ τὴν οἰκείαν σκευὴν πρὸς τὴν θεραπείαν χρήσιμα, quæ ex domeſtico apparatu ad curationem ſunt vtilia & commoda, καὶ ὅσα τἆλλα τοῖς θεραπευομένοις ἐπιτήδεια, cæteraque quę ſunt iis qui curantur neceſſaria & accommodata. Sic lib. de rat. vict. in Morb. ac. (p. 83.33.) τὰ ἄρμενα quæ ad parandum balneum ſunt neceſſaria. ἐν ὀλίγῃσι γὰρ οἰκίῃσι παρεσκευάσται τὰ ἄρμενα, καὶ οἱ θεραπεύσοντες ὡς δεῖ. In paucis enim domibus quæ ſunt ad agendum neceſſaria & accommodata præparata reperiuntur,

neque miniſtri quales decet. Illic enim τὰ ἄρμενα, alueos, labra, pelues, rotas, cæteraque id genus his qui balneum curant accommoda, exponit Galenus Com. 1. in lib. κατ' ἰητρεῖον (p. 667. 50.) τὸ ἄρμενον accommodatū aut conueniens in vnaquaque arte inſtrumentū dicitur, lib. de fract. (p. 528. 13.) ἀλλὰ πρὸς τὸ ἄρμενον ὃ ἂν ἔχῃ ἕκαστος, καὶ πρὸς τὸ ἔργον ὃ ἂν ἐπιτελέσαι θέλῃ σχηματίζονται αἱ χεῖρες. Quin & ad conueniens inſtrumētum quod habet quiſque, & ad opus quod perficere intēdit, manuum figuræ accommodantur. Rurſus eodem lib. (p. 569. 33.) ὁκόσα ἀνθρώποις ἄρμενα μεμηχάνηται. machinationes ab hominibus excogitatę & accommodatæ, quæ machinamenta homines ad vſum chirurgicum comminiſcuntur. In quibus aſelli, axes aut ſucculæ, earúmque circunductio, μοχλεία καὶ σφήνωσις, per vectes molitio & diſcuneatio comprehenduntur. In Mochlico (p. 511. 14.) τὰ ἄρμενα ſignificant ea quæ ſunt ad chirurgi vſum accommodata, velut ſunt faſciæ & lintea ad extenſiones & deligationes faciendas conuenientia. τὰ ἄρμενα exponit Heſychius τὰ πρὸς τὸ ὑποκείμενον πρᾶγμα ἐπιτήδεια, ad aliquod opus agendum accommodata.

Ἅρμης, τῆς ἐν τῇ κεφαλῇ ῥαφῆς, ſuturę quæ eſt in capite, apud Hipp. exponit Gal. in Exegeſi. Erotiano verò ἅρμη πᾶσα σύνοδος τραυμάτων dicitur omnis vulnerum coalitus aut coitus (τρημάτων forte leg.) παρὰ τὸ ἡρμόσθαι. Ἅρμη Heſychio exponitur σύνοδος, σώματος ἁρμογή. coitus ſeu cōmiſſura, aut corporis compages. Idem videtur quod ἁρμὸς & ab ἄρω deductū. Apud Hippocr. autē ἅρμης non inuenio. Ac neſcio an ἅρμας pro ἁρμονίας legerit Gal. apud Hipp. lib. περὶ ὀστέων φύσ. (p. 61. 15.) & τὰς ἐν τῇ κεφαλῇ ῥαφὰς legendum ſit.

Ἁρμίως apud Hipp. exponit Gal. in Exeg. παραχρῆμα, idemq; adſcribit, δώριον εἶναι λέξιν, doricā eſſe dictionem. Et pro ἁρμίως quidam ἁρμίῳ ſcribunt. Pro quibus certè ἁρμοῖ ſcriptū apud Hip. exiſtimo lib. περὶ καρδίης (p. 56. 16.) κλείεται ἐς τὴν καρδίην οὐχ ἁρμοῖ. clauditur autem in cor, non tamen confeſtim, dixit Cornarius, Caluus, non penitus. Erotianus apud Hip. ἁρμοῖ, ἠσυχῇ, μικρῶς, ſenſim, paulùm, ex Pherecrate exponit. Quæ expoſitio huic loco aptè quadrare poteſt. Pro ἁρμοῖ etiam quidā ἁρμοῖ ſcribunt, voluntq; vocē eſſe Syracuſanā aut Doricam, quæ ſignificat νεωστὶ, ἀρτίως, nuper, recēs, tuncque ſpiritu tenui ſcribi vult Theocriti Schol. Idyll. 4. Vbi verò aſpiratur, ἡρμοσμένως ἢ ἁρμοδίως, cōuenienter aut congruēter denotare. Euſtathius contrà magis vſu receptū ſcribit vt cū ſpiritu aſpero legatur pro νεωστὶ. Heſychius ἁρμοῖ exponit ἀρτίως, ἠσυχῇ, ἐξαίφνης, προσφάτως, nuper, ſenſim, repēte, recens. Varinus etiam ταχέως, citò, celeriter. Quæ etiam dictio vſurpatur Hippocrati lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 233. 47.) ἢν ἁρμοῖ μεμυκότος (τοῦ στόματος τῶν μητρέων) aut recenter occluſo vteri oſculo. Et rurſus ibidē (p. 243. 18.) ἢν ἁρμοῖ μελεδαίνηται, ſi citò aut commodè curetur. Vbi tamen aſpiratur, vt & lib. περὶ ἀφόρων (p. 290. 37.) καὶ ἢν ἁρμοῖ μεμύκῃ μᾶλλον ἢ δεῖ, neq; ſi plus quàm deceat repente aut recenter cōcluſum ſit. Et (ead. p. v. 41.) ἢ ἁρμοῖ μεμύκῃ, aut recens concluſum ſit, aut paulùm.

Ἁρμόζεσθαι aptè cōpingi, cōponi, aptari, fulciri, firmari ſignificat apud Hipp. Lib. κατ' ἰητρεῖον (p. 677. 42.) de linteis, ἀλλ' ἡρμόσθαι μὲν, ſed vt eorū firma quidē ſit compages, hoc eſt, aptè cōponantur & cōpingantur. Vbi Gal. ἡρμόσθαι ἀσφαλῶς ἐρηρεῖσθαι exponit, firmiter inſidere & applicari. Rurſus eodem lib. (p. 697. 34.) ἡρμόσθαι δὲ μὴ πεπιέχθαι, faſcias quidem firmari non comprimi. Vbi ἡρμόσθαι, οἷον ἐρηρεῖσθαι καὶ ἐστηρίχθαι exponit Gal. fulciri & ſtabiliri. Et Com. 1. in lib. de fract. (p. 534. 51.) τὸ δὲ ἡρμόσθαι, τὸ οἷον ἐστηρίχθαι δηλοῖ. ἡρμόσθαι autem quod eſt applicari, velut ſtabiliri aut firmari ſignificat.

Ἁρμόδια autē pro ἁρμοδίως, quod eſt conuenienter, aptè, poſitū videtur apud Hipp. lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 239. 14.) οὐ γὰρ ἁρμόδια δῆλον γίνεται. Non enim aptè manifeſtū ſit. Vbi in omnib. quidem exēplaribus tenui ſpiritu ſcribitur. Quod certe non parum ſuſpectum locum facit, vt & interpretes qui aliud quiddam legiſſe videntur. Aut certè iſta per parentheſim lecta (οὐ γὰρ ἁρμόδια) hoc ſenſu capienda ſunt. neq; enim aliter congruum eſt, aut cōuenit. Vt ſit hic ſenſus. De vteri læuitate iudiciū ſumi, ſi mulier vteros attingat cùm vacui ſint, neque enim aliter congruum eſſe.

Ἁρμονία cōpages & coagmentatio dicitur aut apta cōmiſſura. Species eſt συναρθρώσεως qua inter ſe oſſa cōponuntur & coniungūtur, vt in capite. Scribit enim Gal. Com. 3. in lib. κατ' ἰητρεῖον (p. 704. 55.) ἁρμονίας dici propriè capitis oſſa ſeſe inuicē contingentia. ἡ μὲν οὖν τῶν ἁρμονιῶν διάστασις ἐπὶ κεφαλῆς ἐν ταῖς καλουμέναις ῥαφαῖς γίνεται, κυρίως μὲν ἁρμονιῶν ὀνομαζομένων καθ' ἃ ψαύει τὰ τῆς κεφαλῆς ἀλλήλων ὀστᾶ, κατὰ μεταφορὰς δὲ ῥαφῶν. ἥρμοσται γὰρ ἀκριβῶς ἀλλήλοις τὰ κατὰ τὸ κρανίον ὀστᾶ, καὶ διὰ τοῦτο καθ' ἁρμονίαν ἡ σύνθεσις αὐτῶν εἰκότως ἂν λέγοιτο γεγονέναι, καθ' ὁμοιότητα δὲ τὴν πρὸς τὰ ῥαπτόμενα ῥάκη. Iuncturarum verò diſtantia capitis in iis quæ ſuturæ dicuntur cōtingit, quæ propriè quidē ἁρμονίαι, hoc eſt, compages appellantur, quà capitis oſſa mutuo cōtactu inter ſe cōiunguntur, ſuturæ autem ex tranſlatione. Caluariæ enim oſſa exactè adeò inter ſe coaptantur, vt ideo eorum inter ſe cōiunctio καθ' ἁρμονίαν, hoc eſt, ex compage, meritò fieri dicatur, ex ſimilitudine verò pannorum qui inter ſe cōſuuntur. Sic Hipp. lib. περὶ ὀστέων φυσ. ἁρμονίας capitis ſuturas ac cōmiſſuras vocat (p. 61. 15.) τοῦ γὰρ ἐγκεφάλου κατὰ τὰς ἁρμονίας ἐνερρίζωνται πολλὰ καὶ λεπτὰ φλέβια. In cerebrū enim ad ſuturas multæ tenues venæ radicibus inſeruntur.

Ἀρνακὶς pellis agnina cū lana & villis dicitur. Ἀρνακίδες exponuntur Heſychio ἀρνῶν κώδια, agnorum coria & pelles cū lana, & Ariſtoph. Schol. in Nebulis. Ἀρνακὶς Varino τὸ μετὰ τῶν ἐρίων τοῦ ἀρνὸς δέρμα. ῥήνακας ἀρνακίδας exponit Gal. in Exeg. vocū Hipp. Eam verò dictionē vſurpat Hipp. lib. περὶ ἐπικυήσιος (p. 52. 30.) χρὴ ταύτῃ ἀρνακίδας προστιθέναι θερμὰς πρὸς γαστέρα, huic pelles agninas cum villis ad ventrem adhibeto.

Ἀῤῥοίη fluxionem ſuppreſſam ſignificat, ac propriè de menſium ſuppreſſione dicitur Hipp. Sic enim ἀῤῥοίας ἐποχῆς ἐμμήνων exponitur Galeno in Exeg. hoc eſt, mẽſium ſuppreſſionis. Ac mihi dubium non eſt quin his verbis Lib. de Loc. in homine ſubindicet, vbi ſcribitur (p. 74.40.) καὶ ἢν ὑγρότητος ἐμπλησθῇ ὥστε αἱ μῆτραι τὸ στόμα συμμύσωσι, καὶ ἀῤῥοιαν παράσχωσι. Sed ſi hn more pleois vteris oſculum intumeſcat, & menſium ſuppreſſio contiogat. Et rurſus (v. 41.) καὶ πυριῶντα ὡς γέγραπται ὑπὸ τοῖσδε, ὥσπερ κατὰ τὴν προτέρην ἀῤῥοιαν, (ſic enim lego) & fomentis (vt dictũ eſt) ſic adhibitis vt in priore menſium ſuppreſſione. Et paulò pòſt (v.42.) ῥόον χρὴ ποιέειν ὥσπερ ἐπὶ τῆς προτέρης ἀῤῥοίης, fluxionẽ concitate oportet, velut io priore menſium ſuppreſſione. Innuit enim fomentis adhibitis & appoſitis vtero medicamentis calidis, fluxionem procurandam, velut in paulò ſuperiore affectione, hoc eſt, vteri auerſione ſurſumque progreſſione, ac inde ſuppreſſa menſtrua purgatione, faciendum præceperat. Eoque referri videtur quòd ἀῤῥοίη, ἀῤῥωσία exponitur Erotiano apud Hippocratem. Hæc enim duo poſtrema loca procul omni dubio ab eo ſubnotari videntur, vt ἡ προτέρη aut προτέρη ἀῤῥοίη, ſuperior paulò commemorata affectio ac morbus intelligatur. Ideoque apud Erotianum & Galenum ἀῤῥοίης aut ἀῤῥοίην, & ἀῤῥωσίας aut ἀῤῥωσίαν, coniectura indubitata legendum contendo. Exemplaria tamen Hippocratis omnia ἀῤῥοιὴν & ἀῤῥοιῆς vitioſè habent.

Ἀρτηρίη dicitur Hippocrati ſimpliciter quæ ab ore in pulmones deſcẽdit & arteria aſpera vocatur, quòd partibus duris & aſperis nempe cartilaginoſis magna ex parte conſtet. Lib. 7. Epid. (p. 356.39.) ἡ ἀρτηρίη μόλις ἀναπνεύσει ὑπεσύριζε, eiq; vix reſpiranti arteria ſibilũ quendã edebat. Rurſus eodem lib. (p. 358.33.) ἀρτηρίη ὑπεσύριζε ῥεγχῶδες. arteria ſibilũ quendam cũ ſtertore edebat. Eandem quoq; arteriã aſperam ἀρτηρίας multitudinis numero vocat, ea forte ratione quòd per totos pulmones multis ramulis diducatur. Lib. 7. Epid. (p. 355.43.) καὶ ἆσθμα, καὶ ὑποκερχαλέον περὶ στῆθος καὶ ἀρτηρίας. & creber anhelitus cum ſtridula quadam ad pectus & arteriam aſperitate.

Ἀρτίζωα dicuntur quę breuis ſunt vitæ, ὀλιγοχρόνια exponit Gal. in Exeg. apud Hip. & Heſychius quoque, hunc nimirum Hip. locum ſubindicans lib. περὶ ἑπταμήνου (p. 49.16.) ὅσα τὰ παιδία ἀρτίζωα, eiuſmodi fœtus breuis ſunt vitæ.

Ἄρτιος integer, incolumis, perfectus dicitur, omnibus numeris abſolutus, non læſus. Heſychius ἄρτια exponit συνηρμοσμένα, ὑγιῆ, ἀπηρτισμένα & τέλεια. Idem etiam ἄρτιον, ὑγιές, ὁλόκληρον. Apud Homerũ ἄρτια Scholiaſtes ἡρμοσμένα exponit conſentanea, quæ optimè quadrẽt, vt φρεσὶν ἄρτια ſint conſentanea, & mentis benè cõpoſiti motus. Eſt & ἀρτίως integrè, perfectè, ἁρμοδίως, hoc eſt, cohærẽter & aptè exponit Heſychius ἀρτίως etiam idem ſignificat quod ἀπαρτίως, ἀπηρτισμένως καὶ ἀκριβῶς. Qua dictione vtitur Hip. aph. 20. lib. 2. & lib. περὶ χυμῶν (p. 515.27.) eamque explicat Gal. in Cõ. aph. & lib. de humoribus.

Ἄρτιαι οἱ σπόνδυλοι ἀλλήλοισι dicũtur ſpinæ vertebræ interiore parte inter ſe æquales, lib. de art. (p. 616.21.) & Mochlico (p. 505.39.) hoc eſt inter ſe aptè cohærentes & quadrantes, planæ & rectæ, quòd ſingulæ parte interiore proceſſum nullũ habeant, & mutua ſint inter ſe coaptatione adæquatæ, apteq; inter ſe cohærẽtes. Galenus ἀρτίως ἀπηρτισμένους, & κατὰ τῶν ἀλλήλοις ἐφαρμόζοντας, & ἀπηρτισμένως ἡρμοσμένους illic exponit, hoc eſt, perfectè & omnib. partibus inter ſe adæquatas, aptiſſimè inter ſe cohęrentes & conuenientes, hoc eſt, æquabiles, vt diximus, quòd ea parte cõplanatæ ſint, nullãq; habeant prominentiam. Sic enim æquabile & temperatũ orationis genus dicitur M. Tullio (lib. 1. de off.) cui rugoſum & aſperũ opponit. Ἄρτιαι ἡμέραι in iudicationis ratione dicuntur dies pares Hippocrati quib. περισσὰς impares opponit, vt & ἄρτιος ἀριθμὸς & περισσὸς vocat numerus par & impar. Lib. 1. Epid. (p. 382. 18.) τὰ δὲ παροξυνόμενα ἐν ἀρτίῃσι, κρίνεται ἐν ἀρτίῃσι. ὧν δὲ οἱ παροξυσμοὶ ἐν περισσῇσι, κρίνεται ἐν περισσῇσιν. Quæ diebus paribus acceſſiones habẽt, ea diebus paribus decernunt. Quæ verò diebus imparibus inuadunt, ea imparibus iudicantur. Rurſus ibidẽ (v. 25.) ἔστι δὲ ἡ πρώτη κρίσιος τῶν περιόδων ἐν τῇσιν ἀρτίῃσι κρινόντων, δ΄. Circuituum autem qui diebus paribus iudicant, primus decernit quartus. Adſcribitur etiã in aph. lib. 4. τὰ ἐν ἀρτίῃσι κρινόμενα, δύσκριτα καὶ φιλυπόστροφα. Quæ diebus paribus decernunt, difficile habent iudicium & repetere ſolent.

Ἀρτίστομα apud Hipp. exponit Gal. in Exeg παντα-χόθεν ὁμαλὰ vndiquaque plana & æqualia. Locum nimirũ lib. περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τρωμάτων, ſubindicans (p. 447.48.) τῶν δὲ βελέων ῥήγνυσι μάλιστα τὸ ὀστέον, τάς τε φανερὰς ῥωγμὰς καὶ τὰς ἀφανέας καὶ φλᾶται καὶ ἐσφλᾶ ἔσω ἐκ τῆς φύσιος τῆς ἑωυτοῦ τὸ ὀστέον τὰ στρογγύλα τε καὶ περιφερέα, καὶ ἀρτίστομα. Ex telis ſanè maximè os perrumpunt, tum rimis conſpicuis, tum obſcuris collidunt, ac intro à naturali ſtatu recedens deſidere faciunt, quæ rotunda ſunt, orbiculata, omni ex parte plana, hoc eſt, vndique æqualia, quæ neque aſpera ſunt, nullaque parte eminent aut excedunt, qualia ſunt acuta. Alioqui ἀρτίστομος dicitur is qui linguæ alicuius verba integra, non truncata aut mutilata perfectè profert.

Ἀρτίωχρος χροιὴ color ſubpallidus & ſubluteus dicitur Hippocrati Lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 204.26.) in lienis morbo.

Ἀρτιφυὴς nuper natum ſignificat. ἀρτιφυὴς verò ἀριθμὸς καὶ τέλειος numerus integer & perfectus dicitur Hippocrati lib. περὶ ἑπταμήνου (p. 46.13.) ex parib. diebus decimusquartus, vigeſimus octauus, & quadrageſimus ſecundus. Dicitur autem eſſe integer & perfectus numerus, ac perfectæ ſuiſq; partibus conſtantis harmoniæ terminus, quòd in his numerus ſeptenarius bis, quater & ſexies repetatur, proportionémque faciat duplam & ſeſquialteram.

Ἄρτος panis aut paſtillus dicitur Hippocr. maſſa quædam ex qualibet materia calida linteo

incluſa ad vterorum fomentum effiĉta & appoſita. Lib. περὶ γυναικείων φυσ. (p.223.12.) ex furfuribus triticeis aqua ſubactis, oleo admixto, ἄρτος ἡμίοπτος, hoc eſt, ſemiaſſus aut paſtillus, duas chœnices pendens conficitur ac velut panis ſubigitur, linteo excipitur & ad fotum vterorum adhibetur. Rurſus ibidem (v.16.) ἄρτους ἐξόπτους ἢ ἡμιόπτους paſtillos exaſſatos aut ſemiaſſos ad fotus ſiccos adhiberi præcipit. Hi autem ex aliqua materia confecti ac velut ſubacti, in linteum coniiciuntur, & ſic accõmodati fotus ſiccos efficiunt, velut ſal, milium, arena, aut quodlibet eorum calefactum & in linteum coniectum fométa calida accommodat apud Celſum cap. 7. lib. 2. Et rurſus eodem lib. (p.229.38.) ex cupreſſi & cedri ramentis, admixtis hordei furfuribus, vuę paſſę cremore ſubactis, paſtillus aut panis efformatur, qui exaſſatus calidus & in linteum coniectus ad fotum adhibetur. Ibidem etiam violæ albæ ſemen aut radices in aqua decoctæ, & ex furfuribus triticeis aqua ſubactæ, ἄρτον efformant, qui calidus in linteũ cõiectus, ad fotum admouetur. Sunt autem panis apud Hipp. celebrata genera plurima.

Ἄρτος ἄζυμος, panis qui ferméto caret, nutrit quidem magis, ſecedit autem minus, lib. 2. περὶ διαίτης. (p.92.33.)

Ἄρτος αὐτόπυρος ἢ αὐτόπυρος, quòd fiat ex farina à furfure non ſeparata, aut furfure à pura farina non ſeparato, ſic dictus, quia ei nihil furfurum decedat, ſed totum ipſum triticum, nulla ſui parte adempta in panificium cedat. συγκομιστὸς veteribus Galeno dictus, & inter ſimilagineum & furfuraceum medius lib. 1. de alim. fac. Siccat & facilè ſecedit, αὐτοπυρίτης ἄρτος dictus lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.198.30. & p.203.21.)

Ἄρτος διπυρίτης, aut δίπυρος, panis biscoctus, qui ignem bis expertus eſt, & ſecundò aſſatus aut recoctus. Lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.200.47.) in aqua intercute exhibetur. ἄρτῳ μὲν χρήσθω πυρίνῳ ὀπτῷ, ἢ τῶν σκληρῶν πυρῶν διπυρίτῃ. Pane quidem vtatur triticeo aſſato, aut ex duro tritico bis cocto & ſecundò ignem experto. δίπυρος etiam dicitur & potenter ſiccat, quodq; in aqua intercute exhibeatur pro biſcocto ſumitur. Quidam etiam panem Nauticum eſſe exiſtimant, eumque παξαμᾶν Romanis vocari ſcribit Sudas. Delicatum panis genus eſt Athenæo lib. 3. δίπυροι ἄρτοι Heſychio dicũtur οἱ ἐκ δευτέρου ὀπτώμενοι, ſecundò aſſati.

Ἄρτος ἐγκρυφίας panis ſubcineritius dictus vel abditius quod ſub cineribus tectus aſſetur, omnium quòd ad aſſandi rationé attinet, Galeno deterrimus, ſicciſſimus eſt minimumq; nutrit. Lib. 2. περὶ διαίτης (p.92.39) & lib. 3. (p.104.45.) & lib. 2. περὶ γυναικ. (pag.269.2.) ἐγκρυφίας, ἄρτου εἶδος exponitur Heſychio, ὁ ἐν σποδῷ γινόμενος τῷ μὴ εἶναι κλίβανον, panis ſub cineribus cocti genus in clibani penuria. Ἄρτον ἐγκρυφίαν Erotianus bis verbis apud Hippocr. exponit· παρ᾽ ἀττικοῖς οὕτως ὀνομάζεται ὁ συντιθέμενος ἐκ τε φοινίκων λιπαρῶν ἢ ἀλεύρου ἢ ὕδατος. εἰκὸς δὲ λέγειν τὸν ἐν θερμοσποδιᾷ ἐγκρυβέντα ἐπτηθῆναι, ὃν ὑπόσποδιον καλοῦσι. hoc eſt, Sic Atticis appellatur panis ex pinguibus palmulis, farina & aqua confectus, nec non in calidos cineres ad aſſandũ abditus, quem ὑπόσποδιον vocant. Quibus verbis mihi locum lib. 2. περὶ γυναικ. (p.269.2.) exprimere videtur Erotianus, vbi ſcribitur, ἢ ἄρτον μικρὸν ἐγκρυφίην, & paruum panem ſubcineritium, vt & lib. 1. (pag.242.2.) ἢ ἄρτον ἐγκρυφίην τρώγειν, ἢ ἄσσα λοιπὰ γέγραπται, & panem ſubcineritium edendum dato, & quæcunque reliqua ſcripta ſunt. Athenæus etiam lib. 3. ἐγκρυφίαν ἄρτον Atticis dici teſtatur, cui ſimilis eſt qui ἀπανθρακὶς dicitur διὰ τὸ ἐπ᾽ ἀνθράκων γίνεσθαι. ἐγκρυφίας ſacrorum Bibl. interpretes Tortulas exponunt, Numer. cap. 11. alij placentas. Etſi poſtrema iſta Erotiani verba ſuſpecta habet Hieronymus Mercurialis, ſæculi noſtri & literarum decus, Lect. var. lib. 2. cap. 5.

Ἄρτος ἐξοπτος dicitur Hippocr. panis exaſſatus, qui plurimùm ſiccat eoque vtitur in dyſenteria lib. 7. Epid. (p.367.2.) & lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.211.7. & p.198.21.) vbi ἄρτος ἐξοπτος ἕωλος dicitur panis exaſſatus non recens, ſed vetus. Lib. item περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p.8.22.) ἄρτος ἐξοπτος ἢ ὠνόμος iuxta ſe opponuntur, panis valde aſſatus & crudus.

Ἄρτος ἐσχαρίτης panis in foco aut craticula aſſatus, vnde focalis aut focarius quibuſdam aut craticularis dicitur, Galeno deterrimus, vt qui aſſando admodũ inæqualiter ſe habeat, partibus externis ſupra modum exaſſatis, internis verò crudis. Athenæo lib. 3. facilè ſecedit, ſed ſtomachum lædit. Lib. 2. περὶ διαίτης (pag. 92.38.) οἱ ἐσχαρῖται ἄρτοι minus nutriũt quàm furnacei, verùm magis ſiccant quòd ab igne magis exurantur.

Ἄρτος ζυμίτης panis fermentatus, qui parum fermenti accepit, leuis eſt, facilè ſecedit, parum nutrit, facilè concoquitur Hippocr. lib. 2. περὶ διαίτης (p.92.31.) κοῦφος etiã dicit Athenæo.

Ἄρτος ἰπνίτης panis furnaceus, aut in furno coctus, maximè nutrit, quia minimùm exuritur Hippocrati lib. 2. περὶ διαίτης (p.92.37.) Hic Galeno apud Athenæum lib. 3. δύσπεπτος coctu difficilis dicitur. At eidem lib. 1. de fac. alim. ἄρτος ἰπνίτης clibaniti & teſtuaceo proximus dicitur quòd ad aſſandi modum attinet, quia verò in profundo nõ ſimiliter aſſatur, eo inferior iudicatur.

Ἄρτος καθαρὸς, panis ex pura farina, magis nutrit, minus ſecedit, cui συγκομιστὸς & αὐτόπυρος, & cui nihil ademptum eſt, opponitur. Lib. 2. περὶ διαίτης (p.92.30.) & lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.62.32.) & lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 8.21.) Huic ῥυπαρὸς & ἀχυρώδης panis ſordidus, qui ex impura farina cum paleis conficitur, opponi poteſt, atque etiam is qui πιτυρώδης aut πιτυρίτης dicitur, quoniam (vt ſcribit Gal. lib. 2. de Cur. ad Glauconẽ) (p.216.16.) in puro quidem farina, non qualis natura exiſtit, ſed furfure repurgata in panificium aſſumitur. In furfuraceo contrà puriſſima farina eximitur.

Ἄρτος κλιβανίτης, qui panis teſtuaceus quibuſdam dicitur, quòd in teſtu calido coquatur, ſicciſſimus

ſimus eſt, minus nutrit, lib. 2. περὶ διαίτης (p. 92.38.)& lib. 3. (p. 104.45.) Is panis Galeno optimus eſſe cenſetur, quòd ad aſſandi modum ac præparationem attinet, lib. 1. de alim. facult. Diphilo verò apud Athenæum lib. 3. omnes bonitatis dotes præ ſe fert ac reliquis præſtat. Nam & ſtomacho gratus eſt, probum ſuccum gignit, facilè concoquitur, promptè diſtribuitur, neque ventrem ſiſtit aut flatu diſtendit.

Ἄρτος ὀβελιαῖος aut ὀβελίας panis veru toſtus & aſſatus quaſi veruarius, modicè nutrit, ſiccat & minus excernitur Hippocr. lib. 2. περὶ διαίτης (p. 92.38.)& ὀβελίτης dicitur. Athenæo lib. 3. ὀβελίας ἄρτος vocatur, ἤτοι ὅτι ὀβολοῦ πιπράσκεται, ὡς ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ, ἢ ὅτι ἐν ὀβελίσκοις ὀπτᾶται, aut qui obolo emitur, vt in Alexandria, aut qui in veru aſſatur.

Ἄρτος ἐκ πυρῶν panis ex tritico maximè nutrit, minùs ſecedit, lib. 2 περὶ διαίτης (p. 92.29.)& lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 8.17.) præcipuè verò ſi ex probatiſſimo tritico & ſolidiſſimo, quódque minimùm habeat furfuris (ἑψητὸν generoſum vocat Gal. lib. 2. ad Glauc.) paretur.

Ἄρτος ἐκ πυρῶν ἀπτίστων ἢ ἐπτισμένων, panis ex tritico decorticato aut non decorticato, hoc eſt, repurgato aut non repurgato, Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 8.21.) Ac videtur ἐκ πυρῶν ἀπτίστων idẽ eſſe qui πιτυρώδης ac furfuraceus dicitur, & ex quo furfures detracti non ſunt aut ſecerniculo repurgati. Eſt & πίεσμος ἄρτος ὀπτὸς, ἢ τῶν σκληρῶν πυρῶν, panis triticeus aſſatus & ex tritico duro, in hydrope exhibitus lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 200.47.)

Ἄρτος πυρῶν σητανίων τῷ χυλῷ τῶν πιτύρων ἐζυμωμένος, panis ex ſetanio tritico furfurum ſucco fermentatus, lib. 3 περὶ διαίτης (p. 105.46.) qui facilè per aluum ſecedit.

Ἄρτος σεμιδαλίτης, panis ſimilagineus qui ex ſimilagine conſtat, potenter nutrit, minus tamen quàm qui ex alica aut ſiligine fit, neque valde per aluum ſecedit, lib. 2. περὶ διαίτης (p. 92.40.) Is Galeno poſt ſiligineum plurimùm alimenti præſtat, & ſecundum bonitatis locum obtinet, vt & Celſo & Paulo. Philiſtion apud Athenæum ſimilagineos panes plus ad robur corporis conducere vult, quàm qui ex alica conficiuntur.

Ἄρτος συγκομιστὸς panis confuſaneus quiq; ex tota farina collata nec excuſſa, aut ex omnibus farinæ partibus citra vllam detractionẽ conſtat, ſiccat & facilè ſecedit, lib. 2. περὶ διαίτης (p. 92.30.)& lib. 3. (p. 104.45.) Huic καθαρὸς opponitur lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 62.32.)& lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 8.21.) συγκομιστοὶ ἄρτοι exponuntur Galeno in Exeg. apud Hip. ῥυπαροὶ, διὰ τὸ πάντα ἅμα τὰ ἄλευρα συγκομίζεσθαι καὶ μὴ διακρίνεσθαι. ſordidi, eo quòd omnes farinæ collatæ ſint, non ſecretæ aut excuſſæ. Quibus verbis mihi locum lib. de rat. vict. in morb. ac. exprimere videtur. Vbi idem συγκομιστὸν ἄρτον μὴ καθαρὸν dici his verbis ſcribit. ἴσως δὲ τὸν μὴ καθαρὸν ὀνομάζει συγκομιστὸν, ὅνπερ δηλονότι. καὶ νῦν πρὸς τὸν καθαρὸν ἀντιτιθέντες, ἄνθρωποι τὸν ἑαυτῶν ἄρτον αὐτόπυρον ὀνομάζουσιν, ὡς διακρινο-μένου τοῦ πιτυρώδους ἀλεύρου κατ᾽ αὐτὸν, συναναφερομένου δὲ τῷ καθαρῷ. Quòd verò συγκομιστὸν panẽ, hoc eſt, confuſaneum, non purum vocet, conſtat ex ea quæ eſt ad purum oppoſitione. Hunc huius tempeſtatis homines panem αὐτόπυρον, hoc eſt, ex toto tritico vocant, non ſecreta nempe furfuracea in eo farina, ſed vnà cũ pura macerata & ſubacta. Ἄρτον συγκομιστὸν Galenus lib. 2. Cur. ad Glauconem (p. 216.15.) τῶν ἀκριβῶς καθαρῶν καὶ τοῦ πιτυρίου καλουμένου, Inter ſimilagineũ & furfuraceum medium facit, vt & lib. 1. de fac. alim. (p. 707.39.) Diphilo apud Athenæum ἄρτοι συγκομιστοὶ dicuntur, οἱ ἐξ ἀσήστου ἀλεύρου γινόμενοι, qui ex farina non excuſſa aut cribrata conficiuntur, & multum alimentum exhibere.

Ἄρτος ἐκ χόνδρου ἢ χονδρίτης panis ex alica confectus plurimùm nutrit, minus ſecedit, lib. 2. περὶ διαίτης (p. 92.40.) Galenus quoque lib. 1. de alim. fac. iſtum locũ ſubnotans, panes ex alica θρεπτικωτάτους μὲν εἶναι, διαχωρεῖν δὲ ἧττον ſcribit, hoc eſt, plurimùm quidem exhibere alimẽti, minus tamen ſubſidere. Panis etiam aliæ quoque ſunt apud Hippocr. differentiæ, vt τῷ χυλῷ πεφυραμένος, qui ex tritici ſucco ſubactus eſt ac maceratus, abunde nutriens, leuis, & aluo ſecedens, lib. 2. περὶ διαίτης (p. 92.33.) ἄρτος πολλῷ ὕδατι πεφυραμένος, ἢ ἀφόρητος, panis multa aqua ſubactus, aut non ſubactus, lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 8.22.) Ἄρτοι οἱ μέγιστοι, panes magni magis nutriunt, cùm minus exurantur & exiccentur, parui contra, lib. 2. περὶ διαίτης (p. 92.36.) ἄρτοι θερμοὶ, panes calidi corpus quidem exiccant magis. ψυχροὶ, frigidi, exiccant minus, parum nutriunt & quadantenus emaciant, lib. 2. περὶ διαίτης (p. 93.2.)

Ἄρτος ἕωλος panis non recens, ſirrat quidem, minus nutrit, & pituitam attrahit lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 198.21.) panem heſternũ vocat Celſus cap. 3. lib. 1.

Ἄρυθμος aut ἄρρυθμος pulſus dicitur nõ qui rhythmo omni aut modulo careat, ſed qui viriatũ natiuum rhythmum habeat. Gal. lib. 1. de diff. pulſ. (p. 11.31.)

Ἀρυτὴρ vas eſt aliquod cauum ad hauriendum aptum, velut cotyla, cyathus aut calix. Hauſtrum ab hauriendo vt notationem etiam velut in Græco nomine retineant nõ ineleganter quidam vertunt: Etſi hauſtra propriè Nonio ſunt rotarum cadi quibus aqua hauritur. οὕτω ἀρυτὴρ exponitur Heſychio κοτύλη, ex quo ἀρυστῆρα apud Hippocr. heminam vertit Gorrhæus lib. περὶ γονῆς (p. 29.36.) ὥσπερ εἴ τις σικύην ἤδη ἀπηνθηκυῖαν, ἐοῦσαν δὲ νεογνὸν, καὶ περιεθείη τῷ στεινοτάτῳ ἀρυστῆρα, ἴσος ἔσται τῷ ἀρυστῆρος τῷ κοίλῳ καὶ ὅμοιος. Quemadmodũ ſi quis cucumerem iam deflureſcentem in vas aliquod anguſtum impoſuerit, æqualis ac ſimilis ipſius anguſti vaſis cauitati euadet. Heminam illîc quidam dicunt, Zuinggerus hauſtam nõ malè vertit, nos cum Cornario vas anguſtum dicimus, quòd illi poſtea ἄγγος μέγα, vas amplum opponat. ἀρυστῆρα Erotianus ἀντλητῆρα exponit.

Ἀρχαίη φύσις priſtina ſedes, priſtinus ſtatus & na-

turalis dicitur ante morbum. lib. de art. (p. 594.43.) ἀποσπασθῇ ἀπὸ τῆς ἀρχαίης φύσιος, vbi à naturali ſede auulſum fuerit. ἀρχαίη φύσις etiam ſignificat naturam quæ ante morbum fuit, & quod ineſt à natura. Lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 238.35.) ἢν μὴ ἦ ἐν τῇ ἀρχαίῃ φύσει ἐνεὸν τι. niſi quid borum à natura inſit, boc eſt, niſi vteri naturâ humidi ſint aut ſicci. Sic lib. περὶ ἀφόρων (p. 298.32.) ἀρχαίη φύσις, priſtinã naturam & ſtatum naturalem qui fuit ante morbum ſignificat. καὶ τὸ στόμαχον καθιστᾶται ἐς τὴν ἀρχαίην φύσιν. Vteri oſculum ad priſtinam naturam reducere. τὴν φύσιν τὴν ὑγιεινὴν dicit Hippocr. lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 232.12.) Lib. de fract. (p. 576.44.) ἐς τὴν ἀρχαίην φύσιν ἰθυνθῆναι, in priſtinam naturam reduci Et lib. de art. (p. 607.43.) ἀνάγειν ἐς τὴν ἀρχαίην φύσιν, in ſedem priſtinam reſtituere. Rurſus ibidem (p. 654.29.) εἰς τὴν ἀρχαίην φύσιν ὀλισθαίνειν, in priſtinam ſedem relabi. Et (p. 657.29.) ἅμα δὲ ἡ μόχλευσις ἀπωθέει τὴν κεφαλὴν τοῦ μηροῦ εἰς τὴν ἀρχαίην φύσιν. ſimulq́; molitio per vectẽ femoris caput in priſtinã ſedẽ retrudet. ἀρχαίη φύσις exponitur Erot. apud Hippocr. ἡ πρὸ τοῦ νοσεῖν, ἢ κατὰ φύσιν οὖσα, quæ ante morbũ fuit & ineſt à natura, ex lib. 2. Epid. (p. 312.18.) illum enim locum aptè mibi exprimere videtur.

Ἀρχὴ quod principium dicitur multiplicem babet notionem apud Medicos vt ſcribit Gal. Com. 1. in Progn. (p. 124.14.) τὸ τῆς ἀρχῆς ὄνομα δηλοῖ μὲν καὶ τὴν πρώτην εἰσβολὴν τοῦ νοσήματος, οὐδέπω πλάτος ἐχουσαν δηλοῖ δὲ καὶ τὴν εἰς χρόνον τινὰ ἐκτεταμένην, οὐ πολὺν τοῦτον· ἔτι δὲ πρὸς τούτοις τὸν πρῶτον καιρὸν τοῦ νοσήματος, ἐφ᾽ ᾧ καὶ δεύτερον ἀριθμοῦσι, τὸν τῆς ἀναβάσεως, καὶ τρίτον τὸν τῆς ἀκμῆς, καὶ τέταρτον τὸν τῆς παρακμῆς. τῆς ἀρχῆς, hoc eſt, principii nomẽ ſignificat quidẽ primũ morbi inſultũ nullã adhuc latitudinẽ obtinentẽ. Significat etiã eũ qui ad aliquod tẽpus, nõ tamẽ multũ, extẽditur. Quinetiã præter hæc primũ morbi tempus denotat, cui ſecundum annumerant, aſcenſum, dein de tertium, vigorem, ac demum quartum, declinationem. Idem Com. 1. in Prorrh. (p. 168.24.) τὸ τῆς ἀρχῆς ὄνομα, δηλοῖ μὲν καὶ τὴν πρώτην εἰσβολὴν τοῦ νοσήματος, δηλοῖ δὲ καὶ τὴν ἐν πλάτει νενεμημένην ἄχρι τῆς τρίτης ἢ τετάρτης ἡμέρας. δηλοῖ δὲ καὶ πρῶτόν τινα καιρὸν τοῦ νοσήματος, ὅταν εἰς τέτταρα μὲν διελόντες αὐτὸν εἴπωμεν ἐξ ἀρχῆς τε καὶ ἀναβάσεως, ἀκμῆς τε καὶ παρακμῆς συγκεῖσθαι.
a Ἀρχῆς, hoc eſt, principii nomen primum quidem morbi inſultum indicat, & eũ qui latitudine ad tertium aut quartum diem comprehenditur. Significat quoque primũ morbi tempus, cùm eum in quatuor diuidẽtes tempora, ex principio, incremento, ſtatu & declinatione conſtare dicimus. Rurſus Com. ad Aph. 12. lib. 1. νοσήματος δὲ ἀρχὴν, ὡς ἐδείξαμεν ἐν τοῖς περὶ κρίσεων ὑπομνήμασι, τὴν τε πρώτην εἰσβολὴν τὴν ἀπλατῆ προσαγορεύομεν, καὶ τὴν εἰς μέρος ὅλου τοῦ νοσήματος, ὅταν εἰς ἀρχὴν, ἀνάβασίν τε καὶ ἀκμὴν, καὶ παρακμὴν τέμνηται, καὶ τὴν ἄχρι τῆς τρίτης ἡμέρας ἐκτεταμένην. Morbi autem principium appellamus (velut libris de Criſibus oſtendimus) tum primũ eius inſultum ſine latitudine, tũ eum qui velut totius morbi pars ſtatuitur, cùm in principium, incrementũ, ſtatũ & declinationem diuiditur, tũ etiam qui ad tertiũ extenditur diem. Quam ſanè τῆς ἀρχῆς notionẽ diſertiſſimis verbis explicat lib. 1. περὶ κρίσεων cap. 6. 7. & 8. vbi & eius dictionis plurima adferũtur apud Hippocr. teſtimonia. Idem etiã Gal. lib. de Temp. morb. (p. 381.52.) non ſolùm Hippocr. verumetiã quibuſuis Medicis principium dici ſcribit circuitus partẽ quę primo die deprehenditur, cùm ex naturali ſtatu & integritate ad præternaturalem ſtatum tranſitus fit, ſimiliterq́; die tertio aut quinto pro circuitũ proportione recurrit. Rurſus initio lib. de Temp. totius morbi (p. 385.38.) ἀρχὴν nõ ſolùm Hippocr. ſed etiam veteribus Medicis intelligi ſcribit morbi principiũ quod latitudinẽ habet, & in quo præſidia conferri poſſunt, ſiue liceat ſanguinẽ detrabere, ſiue clyſtere, aut (ſi res poſtulet) purgatione vti, non autẽ primũ morbi inſultũ notione tantùm cõprehenſum. Et lib. 1. de diff. feb. (p. 327.45.) ἀρχὴν in febre bectica, vt in cęteris morbis, non horatũ aut dierum numero definiri aut circũſcribi, ſed ipſa diſpoſitionis qualitate, ſcribit. Qua notione ἀρχὴ ſumitur M. Tullio lib. 10. epiſt. ad Att. epiſt. 11. δυσνοία tua mihi valde moleſta. medere amabo, dum eſt ἀρχή. Ἀρχαὶ etiã intelligi poſsũt principia partiũ corporis bumani cõmunia quidẽ & quæ materię & formę rationẽ obtinẽt, calidũ & bumidũ. Quã rationẽ ineũt qui Hip. lib. περὶ σαρκῶν, περὶ ἀρχῶν ex vetuſtiſſimis mẽbranis inſcribi debere rectiſſimè contendũt. Ἀρχέγονον θερμὸν, hoc eſt, calidũ primogeniũ, quod τὸ ἔμφυτον & innatũ dicitur, agnoſcit Gal. ex Hip. libello aduerſus Lycum (p. 335.36.) & τὸ σῶμα ἀρχέγονον exponit, τὸ ἐξ ἀρχῆς ὑπάρχον τοῖς γεννωμένοις, τουτέστιν ἐξ οὗ τὴν πρώτην ἔχομεν γένεσιν. quod ab initio in iis quę generãtur ineſt, hoc eſt, id ex quo primã ſortiũtur originem. Id autẽ eſt mẽſtruus ſanguis & ſemen, ex quibus principiis prima in nobis ſubſtantia conſtituitur.

Ἀρχὸς anus, podex & ſedes dicitur & pro recto inteſtino ſumitur quaſi primatiũ ſit inteſtinũ aut princeps. Gal. lib. περὶ μόριων ἀνατομῆς ἀρχὸν dici Hippocr. totũ rectũ inteſtinũ teſtatur, bis verbis (p. 210.54.) ἀρχὸν μὲν οὖν καλοῦντο ἴσον ἀπευθυσμένον, ἀρχὸν, boc eſt, princeps vocãs rectũ inteſtinum. Sic aph. 58. lib. 5. & lib. de fiſtulis (p. 518.31. & 519.2.) ἀρχὸς φλεγμαίνων rectũ inteſtinũ inflãmatione tentatũ dicit. Et lib. de art. (p. 618.48.) ἀρχοῦ τὸ χαλαρὸν recti inteſtini laxitas, ſeu laxa pars quę ſacro oſſi adhęret intelligit, quę muſculũ adſtrictoriũ σφιγκτῆρα dictũ nõ habet. ἀρχοῦ τὸ ἐγκεκλιμένον, recti inteſtini quod inclinatũ eſt dicitur in Mochl. (p. 505.34.) boc eſt, ea pars quę laxa eſt & ad latitudinẽ inclinat, neque muſculis cõſtringitur ſed dilatatur. Sic enim id explicat Gal. libello περὶ μυῶν ἀνατομῆς, vt ſcripſimus noſtris in lib. de Art. annotationib. Et Gal. illic τὸ χαλαρὸν ἀρχοῦ vocari ſcribit τὸ μετὰ σφιγκτῆρα· ἐπὶ γὰρ τὸ ἀποληγον τὸ ἱεροῦ ὀστοῦ τοῦτο, καὶ ὄντως ἐστὶ χαλαρὸν, οὐκ ἔχον τοὺς σφίγγοντας μῦς, τὸ ...

ον, τὸ

τὰς τῷ ἀπευθυσμένῳ. eam partem recti inteſtini quæ eſt ſupra muſculũ adſtrictorium. Nam & ſacro oſſi adiacet, & re vera laxa eſt, nec habet muſculos qui recti inteſtini extremũ conſtringunt. Α᾿ρχὸς quoque anus dicitur & podex, recti inteſtini extremitas, vt lib. de fiſtulis (p. 519.16. & 21.) ἀρχὸς ἐκπίπτων anus procidens dicitur. Et lib. 5. Epid. (p. 337.28.) de hæmorrhoidibus, ἔξω ἦσαν τοῦ ἀρχοῦ, extra anum erant, ex ano eminebant.

Α᾿ρώματα dicuntur odoramenta, fructus ſapotis & odoris grati, calefaciendi vi præditi. ἡ ἐν ἀρώμασι πυρίη odoramentorum ſuffitus ad multa vtilis, niſi capitis faceret grauitatem, aph. 28. lib. 5. Α᾿ρώματα ſæpe ad ſuffitus vterorum adhibet Hippocr. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (vt p. 222.40. & 223.9.) Eſt & fotus per catulum aromatibus refertum ad conceptus tentamenta lib. περὶ ἀφόρων (p. 284.1.)

¶ Α῎σαι dicuntur Hippocrati ſtomachi faſtidia interdum & nauſeæ, vbi confluentibus in ventriculum humoribus, eius oſculum moleſta eorum qualitate afficitur, mordetur ac eroditur, velutq; ad excretionem expellitur. Sic ἆσαι inter vomitionis ſigna reponuntur in Coac. Prænot. (p. 427.41.) Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 10.24) effuſa in ventriculum flaua bile ἆσαι, hoc eſt, ſtomachi faſtidia & anxietates fiunt. Et aph. 61. lib. 5. malè affecto ore ventriculi vterum gerẽtibus ἆσαι, hoc eſt, ciborum faſtidia contingunt. Lib. quoque primo Epid. ſect. 2. confluentibus ad ſeceſſionem per totum corpus humoribus, vbi in primis venis circa ventriculũ ac hypochondria ſedem firmarint, ibiq; efferueſcentes exagitati fuerint, ἆσαι exoriuntur, vt in plurimis ac melioribus manu ſcriptis codicibus legitur, vt ſcripſimus noſtris in eum lib. Annotat. etſi Galenus eas prætermiſit. Lib. 7. Epid. (p. 354.36.) ἄσαι περὶ τὴν καρδίαν, oris ventriculi faſtidium aut anxietas. Hinc ἀσώδεις ex ſtomachi faſtidio nauſeantes & ex ciborũ faſtidio nauſeabundi dicuntur, quibus balneo interdicit, lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 85.43.) Et lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 283.9.) ἀσώδεα ἐπιμήνια menſes ſtomachi faſtidium inducentes ſignificant, etſi illic ſuſpectam habeo lectionem, & ψαμμώδεα cum interpretibus potius leg. cenſeo. Α᾿σσᾶσθαι (quod & ἀσσᾶσθαι & ἀσᾶσθαι interdum ſcribitur) & ἀλύειν de ſtomachi affectione, hoc eſt, faſtidio & nauſea dici ſcribit Gal. lib. 3. de loc. affect. (p. 267.22.) Α᾿σᾶσθαι quoque quod eſt faſtidio angi ac laborare, ventriculo cibo diſtento & grauato, licet exiguo ingeſto, attribuitur, interdum verò ita oppreſſo vt mordeatur & erodatur. Gal. lib. περὶ πάθων (p. 342.57.) At verò cùm efferueſcentibus circa ventriculũ biliosis, acribus ac putridis humoribus, & in primis venis circa hypochondria exæſtuantibus, ſtomachus vellicetur, magna corporis & incontinens iactatio & implaciditas excitatur adeò vt ægri præſentem ſtatum faſtidiant, ſtare loco neſciant, æſtuent & quemuis habitum immutent. Indeq; exiſtit vt ἄση anxietatem, inquietam corporis iactationẽ ac moleſtam implaciditatem, δυσφορίαν, ἀλυσμὸν ac ῥιπτασμὸν ſignificet Hippocr. crebertimè, & ἀσώδεις ægri dicãtur qui corpore anguntur & inquietè iactantur, idq; præcipuè ſi citra nauſeam contingat. Quod ſcribit Gal. Com. 2. in Prorrh. his verbis, διχῶς γὰρ γινομένων ἀσωδῶν τῶν καμνόντων, ἕνα μὲν τρόπον, ὅταν ἡ δύναμις ὑπὸ τοῦ σώματος βαρύνηται, καὶ μηδὲν φέρῃ σχῆμα ῥᾳδίως· ἕτερον δὲ ὅταν τὸ στόμα τῆς γαστρὸς ὑπὸ μοχθηρῶν δάκνηται χυμῶν. οἱ πρότεροι μὲν ὀλέθριοι ὑπάρχουσι, ταυτόδοκοι δ' εἰσὶν οἱ δεύτεροι. Duobus enim modis cùm ἀσώδεις ægri fiant, hoc eſt, anxietate premantur, vno quidem modo cùm virtus ita à corpore opprimitur vt nullam decubitus figuram ferre poſſit, altero, cùm ventriculi oſculum à prauis mordetur humoribus, ſuperiores certe perniciosè habẽt, poſteriores verò nauſea conflictantur. Α῎σην Gal. exponit Com. 2. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 59.20.) τὸν ῥιπτασμὸν τοῦ σώματος ἀσωμένου, διὰ τὸ πλῆθος τῆς τροφῆς τοῦ δυσπέπτου ὄντος, καὶ δυσφοροῦντος ἐν τῇ κατακλίσει καὶ μεταβάλλοντος ἑαυτόν. hoc eſt, corporis iactationem anxiè ſe habentis ob cibi multitudinem ita ingeſti, & implacidè in lecto iacentis ſeſeq; permutantis. Idem Com. 4. in eundem lib. (p. 100.) τοὺς μὴ φέροντας κατακειμένους ἐν τῷ αὐτῷ, hoc eſt, decubitum non ferre, τῶν ἀσωμένων τε καὶ δυσφορούντων, anxiè & implacidè iactatorum eſſe notam ſcribit. Sic etiam ἄσην & ἀλύειν ſæpe iungit Hippocr. & ἀσώδης & ἀλύων ſimul iunguntur ægr. 11. lib. 1. Epid. & ægr. 7. lib. 3. Epid. poſt ſt. peſt. Α᾿σώδεις ægri dicuntur lib. 1. Epid. (p. 371.23.) in febribus continuis æſtuatione & incontinenti corporis iactatione conflictati, velut in febribus ardentibus lib. 3. Epid. in ſtatu peſt. (p. 424.9.) Eadem notione ἀσώδεες πυρετοὶ dicuntur febres implacidæ & graues, in quibus anxiè ſe habent ægri & variè iactantur, lib. 3. Epid. in ſt. peſt. (p. 428.20.) & Coac. Prænot. (p. 425.20.) & lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 100.31.) Vbi Galenus ἀσώδεις πυρετοὺς exponit ἐν οἷς οἱ κάμνοντες ἀσῶνται καὶ ἀηδῶς ἔχουσι, in quibus ægri anguntur & moleſtè habent. Α᾿σώδης ἔμετος vomitus anxioſus & in quo anxiè habent ægri, implacidè iactantur & æſtuant cũ nauſea, in Prorrh. (p. 176.28.) γίνεται δὲ ὁ μὲν ἀσώδης ἔμετος (vt ſcribit Gal.) ἐπί τε χολώδει καὶ δακνώδει χυμῷ. Vomitio anxioſa fit ea bilioſo & mordaci humore. ἀσώδεα ἐμέσματα, vomitiones cum angore aut anxietate, ibidẽ etiam vocantur. (p. 190.10.) Quibus οἱ ἀσώδεες αἱμάτων opponuntur, qui citra vomitionem corporis incontinenti iactatione conflictãtur, & ab his qui nauſeabundi ſunt, diſtinguuntur. In Prorrh. (p. 193.14.) & Coac. Prænot. (p. 441.33.) Qui etiam ἀσώδεες αἱμάτων eadem notione dicuntur, in Prorrh. (p. 194.48.) & Coac. Prænot. (p. 433.20.) Α᾿σώδεες ἀγρυπνίαι, peruigiliæ cum angore & anxietate, in quibus ægri anxiè & implacidè iactantur, in Prorrh. (p. 436.47.) Α᾿σώδεις ὀσφυαλγέες, qui anxietate premuntur cum lumborũ dolore,

In Coac. Præn. (p. 433. 20. & p. 441. 44.) & Prorrh. (p. 194. 47.) Ἀσῶδες καῦμα, æſtus irrequietus & implacidus, in Prorrh. (p. 183. 41.) Ἀσᾶται Gal. in Exeg. apud Hippocr. τί, τι πυρῶται, hoc eſt, ardet, exponit ex lib. 1. περὶ γυναικείων. Verùm mendum ſubeſſe & ſuſpectam eſſe indicaturam apparet. Neque enim illic legitur, & μνημονικὸν ἁμάρτημα eſſe ſuſpicor. Legitur autem Lib. περὶ ἱερῆς νόσου (p. 127. 41.) αἰνιᾶται δὲ καὶ ἀσᾶται παρὰ καιρὸν. Intempeſtiuè autem angitur & anxietate premitur, aut implacidè agitatur. Vbi tamen parum conuenire Galeni explicatio (τοῦ πυροῦται) videtur, niſi æſtuare dicas, quod tam ad corporis quàm animi inquietudinem refertur; aut ad corporis plenitudine diſtenti anxietatem, aut niſi πληροῦται, quod facit Varinus, apud Galenum legas. Idem quoque ἀσᾶται τὸ περικάρδιον καὶ ἐπαχθῶς διατίθεται exponit ex lib. 2. de Morb. maiore, hoc eſt, faſtidio & moleſtia afficitur, grauiter & ægrè fert. Quibus verbis locus lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 204. 39.) exprimitur, qui ſic paſſim legitur. καὶ ἐκόταν τις αὐτῷ προσφθέγξηται ἢ ἐρωτήσῃ, ἄσσει τι καὶ λυπέεται, καὶ οὐκ ἀνέχεται ἀκροώμενος. & ſi quis eum alloquatur aut interroget, ægre fert & triſtatur, neque audire ſuſtinet, ægreſcit & excandeſcit dixit Caluus. Locus tamen vitioſus apparet, & pro ἄσσει τι, ἄσει τι leg. Aſulanus. Verùm ἀσσᾶται aut ἀσᾶται, aut etiam ἀσσᾶται legendum eſt. Et apud Galenum in Exegeſi ἀσσᾶται legendum eſſe ſeries alphabetica indicat, etſi ſæpius ſimplici, σ. ſcribatur. Ἄση dicitur Aureliano vt & cæteris interpretibus, anxietas, inquieta corporis iactatio, & iacendi negata ac diſplicens omnis poſitio. Angor etiam dici poteſt, ex quo anxius, vt ſcribit M. Tull. Tuſc. 4. etſi idem anxietatem magis ad animum refert. Ἄση δ' quid ſit optimè exprimit Aretæus, imprimis grauis & vetuſtus author, Cap. 9. lib. 1. περὶ σημείων ὀξ. παθ. his verbis. ἀσῶνται γὰρ ἢν ὅσοι παρισθμίοισι ἐνθλίβωσι, ἢ ἐς τὰς ῥῖνας ἀνατρέχῃ. καὶ ἢν μὲν κατακλίνωνται ἀνακαθίζουσι, ἀνακεκλιμένοι οὐκ ἀνεχόμενοι. ἢν δὲ ἀνακαθίσωσι, ὑπὸ ἀπορίης αὖθις ἀνακλίνονται.

Cap. 27. 32. & 14. lib. 2. morb. ac.

Anxietate enim vexantur cùm tonſillæ comprimuntur, aut ſi potus in nares recurrat: Ac ſi decumbant, decubitum non ferentes, recti aſſident, quòd ſi ſedeant, æſtuantes, rurſus decumbere coguntur. Vbi tamen interpres ἄχθονται pro ἀσῶνται legiſſe videtur.

Ἀσαπτίως citra concoctionem ſignificat apud Hippocr. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 48. 42.) καὶ τοῦ πτυέλου μὴ ἀνιόντος, ἀλλὰ καταγλισχραινομένου ἀσαπτίως, ſputoque non prodeunte, verùm citra concoctionem extremè glutinoſo. Vbi Galenus ſcribit τὸ ἀσαπτίως idem ſignificare quod ἀπέπτως.

Ἀσαφέες ægri dicuntur Hippocrati qui obſcurè loquuntur, nec clarè diſſerunt, quod interdum inſtrumentorum vocis vitio & ex neruoſi generis noxia contingit, interdum etiam ex mentis læſione in Prorrh. & Coac. Prænot. (p. 429. 1.) Quod indicat Gal. Com. 2. in Prorrh. (p. 182. 25.) his verbis. ἐὰν μὲν γὰρ ἀσαφεῖς ἀκούσωμεν εἰρῆσθαι τοὺς διαλεγομένους ἀσαφῶς, ἤτοι διὰ τὴν τῶν διαλεκτικῶν ὀργάνων βλάβην, ἣν ἐκ τῆς τῶν νεύρων κακώσεως ἔσχον, ἢ διὰ τὴν τῆς διανοίας αὐτῆς. Etenim ſi ἀσαφεῖς, hoc eſt, obſcuros dictos inaudiamus eos qui obſcurè loquuntur, vel propter ſermonem explanantium inſtrumentorum noxiam, quam ex neruorum vitio contraxerũt, vel propter mentis læſionem. Eadem notione ἀσαφὴς γλῶσσα, lingua obſcura, non explanata aut expedita, ſed halbutiens & hæſitans dicitur lib. 7. Epid. (p. 356. 10. & 25.) Eodem quoq; lib. (p. 366. 30.) ἀσάφεια, hoc eſt, obſcuritas, de vocis obſcuritate & lingua balbutiente intelligitur. Alia verò ratione ἀσαφέες παραφροσύναι ſumuntur in Prorrh. (p. 180. 15.) deſipientiæ obſcuræ, in quibus ægri vix deſipere percipiuntur, nec facilè ab aſſidentibus aut etiam Medicis delitare agnoſcuntur, ſed veluti quieſcentes & ſopore detenti iacent, interdum oculis clauſis in ſomnum propenſi, interdum etiam apertis oculis veſtigantium in morem manus huc & illuc ſenſim iniicientes, quaſi aliquid contrectantes aut palpantes. Vnde quòd quieſcentium ſpeciem habeant, nec vt cæteri phrenitici incontinenter agitentur aut turbulentè moueantur, obſcuræ huiuſmodi phrenitides dicuntur, & quibus initio coma iunctum eſt, admodumque periculoſæ exiſtimandæ ſunt. Eas ſic explicat Gal. Com. 2. in Prorrh. (p. 180. 29.) τὰς δὲ ἀκριβῶς οὕτως φρενιτικὰς κατὰ τὴν προκειμένην ῥῆσιν ὀνόμασεν ἀσαφεῖς, ὡς οὐ καὶ διαγνώσεις ἔστι τοῖς πολλοῖς οὐ μόνον τῶν ἰδιωτῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἰατρῶν. οἴονται γὰρ ἐκείνους μόνους εἶναι φρενιτικούς, ὅσοι κεκράγασιν, ἢ ἀναπηδῶσιν, Ἱπποκράτους τοὺς βεβλαμμένους τὰς φρένας οὕτως ὀνομάζοντος, κἂν διὰ παντὸς ἐν καταφορᾷ ὦσι τυγχάνοντες. συνεισβάλλει μὲν οὖν ἐξ ἀρχῆς παραφροσύνῃ κῶμα. δέδεικται γὰρ ἐν τῷ περὶ τοῦ κώματος ὁ Ἱπποκράτης, ἐπὶ ταὐτὸν ἀναφέρων ἀμφοτέρας τὰς προσηγορίας, τήν τε τῆς καταφορᾶς, καὶ τὴν τοῦ κώματος. ἀλλὰ τὸ μὲν τῆς ἡσυχίας ἀσαφὲς, ὡς βιάζεται φρενίτιδος οὐκ ἔχουσι· τὸ δὲ ὡς εἴρηται νῦν ἀσαφὲς εἶδος φρενίτιδος ἐπὶ προήκοντι τῷ χρόνῳ γίνεται. Huiuſmodi autē phreniticos præcedente dictione ἀσαφεῖς, hoc eſt, obſcuros, appellauit, perinde ac ſi cognitu difficiles multis, neque ex vulgo ſolùm, verùm quoq; etiã Medicis, dixiſſet. Eos enim ſolos phreniticos exiſtimãt, qui exclamãt, aut exiliũt, cùm tamē Hip. eos qui mente ſunt oblæſa ita nominet, etſi perpetua in ſomnũ ꝓpēſione detineantur. Initio igitur ſimul cũ ſopore, ꝓfundo deſipientia prehēdit. Libro nãq; περὶ κώματος demõſtratũ eſt Hip. vtrãq; appellationē, τῆς καταφορᾶς, τοῦ κώματος, ad idē referre. Atqui phrenitides huiuſmodi obſcurã quietē non habēt, verùm (vt nũc dictum eſt) obſcura phrenitidis ſpecies ſucceſſu temporis oritur.

Ἀσήμως citra vllã iudicationis ſignificationē, citra rationē, ſignificat Hip ἀκρίτως, ἀλόγως aut παραλόγως, & in indicationis ratione iis quæ temerè aut præter rationē cõtingũt, attribuitur, velut lib. 2. Epid. (p. 315. 19.) ὅσα ἀσήμως ἀφανίζεται, δύσκριτα. Quæcũq; abſq; iudica-

tionis

tionis ſignificatione diſparent, malè decernunt, & Prorrh. (p. 186.29.) τὰ ὀλέθρια ἀσήμως ῥαστωνίζοντα, θανατώδεα σημαίνει. Quæ perniciē minantur, ea ſi abſque vlla iudicationis ſignificatione alleuiant, mortem denunciant. Et, τὰ ἀσήμως ῥαστωνίζοντα φιλυπόστροφα. Quę citra iudicationis ſignificationem alleuant, morborum reuerſiones faciunt, quod ex Hippocr. ſæpe effert Gal. vt initio lib. περὶ κρισίμων ἡμερῶν. Eaq; ſunt capita in tota iudiciorum diſciplina decātatiſſima. In angina ἀσήμως ἀφανιζόμενα ἐν γλώσσῃ οἰδήματα, ὀλέθρια, linguæ tumores citra vllam ſignificationem diſparentes, perniciem denunciant, Coac. Prænot. (p. (p. 434.38.) Et ruſius (v. 40. & 41.) ἀσήμως ἐς κεφαλὴν ἀλγήματα, &, ἀσήμως ἐς σκέλη ἀλγήματα, abſque vlla ſignificatione redundantes ad caput dolores, aut ad crura delati. Ibidē rurſus (v. 43) ἀσήμως ἰσχνανθέντες anginoſi dicuntur, κυναγχικοὶ, ἢ ἄνευ προφάσιος ἰσχνοῦ ὄντος τοῦ περὶ φάρυγγα, quibus abſque vlla ſignificatione fauces gracileſcunt aut detumeſcunt. ἀσήμως καταστὰν οἴδημα, tumor citra vllam ſignificationis notam conquieuit, hoc eſt, præter rationem, lib. 7. Epid. (p. 319.6.) ἀσήμως ἐκφάντα φύματα, tubercula citra vllam ſignificationem apparuerunt, ibidem (v. 16.) Ἀσήμως, χωρὶς σημείων ἤτοι ἐκκρίσεως ἢ πέψεως, abſque vlla excretionis aut coctionis ſignificatione, exponit Gal. Com. 2. in Prorrh. (p. 186, 31.) Erotiano autem ἀσήμως ῥαστωνίζοντα explicantur, τὰ χωρὶς φανερᾶς ἐπικουρίας εἰς τὸ βέλτιον μεταπίπτοντα, quæ citra vllam euidentem opem in melius vertunt. Quibus verbis Prorrh. locum antea expreſſum ſubindicat.

Ἄσημα πνεύματα ſpirationem exiguam & obſcuram ac velut interceptam, nullamq; fere ſui ſignificationem edentem ſignificāt, lib. 6. Epid. ſect. 7. aph. 12. ἀφανὲς πνεῦμα exponit Gal. lib. 3. περὶ δυσπν. vt noſtris in lib. 6. Epid. Annotat. indicauimus. ἄσημα τὰ πλευρὸν ἀλγήματα, leues lateris dolores dicuntur, aut qui de ſe nullam, aut ne effatu quidem dignam ſignificationem prę ſe ferunt, quales ſunt exigui dolores interdum à flatibus excitati. In Coac. Prænot. (p. 439.16.) Aut certe ἄσημα, ἀσήμως ἢ ἀλόγως, & ἄνευ προφάσεως ἀφανιζόμενα, hoc eſt, præter rationem, aut temere, & abſque cauſa euaneſcentes dolores ſumi poſſunt, vt illîc ſcripſimus.

Ἄσηπτα imputria dicuntur, ſed τὰ ἄπεπτα, incocta exponit Galenus Com. ad aph. 1. lib. 6. apud Hippocr. ea lib. περὶ τροφῆς (p. 184.2.) adduę; vſitatū fuiſſe antiquis ἄσηπτα καλεῖν, ἅπερ ἡμεῖς ἄπεπτα λέγομεν, imputria vocare, quæ incocta dicimus. Sic lib. 3. περὶ διαίτης (p. 105.6.) ἄσηπτον διαχώρημα, deiectionem crudam neque putrefactam ſignificat, vt σαπρὸν διαχώρημα, deiectionem concoctam ac putrefactam, ibidem (v. 19.) Galenus etiam lib. 1. de Loc. aff. (p. 253.58.) Eraſiſtratum ſcribit, τὰ γίγαρτα, & τὰ σήσαμα, & πάντα τὰ διαχωρήματα παντάπασιν ἄσηπτά τε & ἀμετάβλητα dixiſſe, hoc eſt, tum acinos, tum ſeſama, reliquaq; omnia quæ excernuntur omninò imputria & immutata, id eſt, ἄσηπτα, incocta.

Ἀσηρὸν moleſtum, infeſtum, noxiū, moleſtiam ac faſtidium afferens dicitur Hippocr. vt lib. de fract. (p. 558.39.) ἀσηρὸν γὰρ ἂν περὶ τὴν ἰγνύην προσσταλλόμενον. Quin & popliti adhibitus moleſtiam exhibet. De canali loquitur Ibidem (p. 571.15.) de oſſe carni infeſto & noxio, ἤν τι ἀσηρὸν ᾖ, quòd ſi infeſtum ſit. ἀσηρὸν φόρημα, moleſtum onus, moleſta geſtatio, lib. de artic. (p. 606.3.) Quibus in locis Erotianus ἀσηρὸν exponit, ἄσης ποιητικὸν, quod faſtidium aut moleſtiam exhibet. ἀσηρὴ ἡ ἐπίδεσις, moleſta eſt hæc vinciendi ratio, lib. de art. (p. 596.26.) ἀσηρὰς ἐκπυήσιας, moleſtas ſuppurationes etiam dicit ibidem (p. 609.10.)

Ἀσθενὴς & ἀσθενέων imbecillis, infirmus & qui ægrotat dicitur Hippocrati. ἀσθενὴς verò qui facilè à cauſis euidentibus in morbum labitur, vel natura, vel morbo, tuncq; ἀσθενέων etiam dicitur. Qui etſi inter ſe conueniunt in imbecillitatis genere, differunt tamen, quòd ἀσθενέων ἀσθενέστερος eſt, cùm vehementius ab iiſdem cauſis lædatur. Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 7.43.) ἐγγύτατα τοῦ ἀσθενέοντός ἐστιν ὁ ἀσθενὴς, imbecillis proximè ad ægrotantem accedit. ἔστι δὲ ἀσθενέστερος ὁ ἀσθενέων, ſed debilior eſt qui iam ægrotat. αἱ ἀσθενέες δίαιται & ἰσχυραὶ dicuntur lib. 6. Epid. aph. 16. ſect. 4. de imbecilla victus ratione & valida, hoc eſt, quæ leuia habet vitæ inſtituta, vt leues corporis motiones & imbecillos cibos, quiq; nullā præ ſe ferunt inſignē qualitatē, ideoq; imbecillū animal reddit, vt valida cōtra quę validos. Sic enim διαίτας ἀσθενέας, ἤτοι τὰς δι' ἀσθενῶν ἐπιτηδευμάτων, ἐδεσμάτων τε & πομάτων, ἢ τὰς ἀσθενὲς ἐργαζομένας τὸ ζῶον, ἄρρωστον, (vt ſcribit Gal.) Imbecillā victus rationē dixit, aut quæ fit per imbecillia vitæ genera, tū cibos, tū potiones, tū quæ imbecillū animal reddit. Imbecilla quoq; victus ratio intelligi poteſt, quæ per cibos pauci alimēti inſtituitur, vt cōtra valida, quæ per cibos plurimi alimēti. Quēadmodū aph. 20. ſect. 5. lib. 6. Epid. τὰ ἀσθενέστερα σιτία dicūtur cibi qui parū nutriūt & paucum exhibēt corpori alimentū, vt illîc explicat Galenus. Celſus imbecilliſſimā materiā & infirmos cibos dicit, cap. 18. lib. 2. vt cōtra valentiſſimū cibum in quo plurimùm ineſt alimēti. Eadē quoq; notione ἀσθενεστάτη πτισάνη debiliſſima & infirmiſſima ptiſſana ſumitur Hippocr. lib. de rat. vict. in Morb. ac. quæ paucū præſtet alimentū. (p. 48.1.) Sic enim eius imbecillitatem exponit Galenus, τὴν ἀσθένειαν αὐτῆς, ἤτοι διὰ βραχεῖαν τροφὴν τῷ σώματι δίδωσιν ἀκούειν, ἢ οὐκ ἔχει ποιότητα μηδεμίαν ἰσχυρὰν σφοδρὰν, ὡς ἤτοι τὰ νεῦρα, ἢ τὴν γνώμην ἀπλῶς, καθάπερ ὄξος τε & ὁ οἶνος. Eius imbecillitas inaudiēda venit, vel quòd breuē corpori alimoniā præbeat, vel quòd nullā vehementem habeat qualitatē, qua vel neruos, vel mētem feriat, vt acetum & vinum.

Ἆσθμα Hippocr. frequentem & difficilē reſpirationē ſignificat, vehementer auctā, velut ex curſu aut celeri exercitatione cōtingit, idq; ſine febre. Gal. Com. ad aph. 26. lib. 3. καὶ μὴν δὴ καὶ τὸ ἆσθμα (καλοῦσι δὲ οὕτως οἱ Ἕλληνες τὴν πυκνὴν ἀναπνοὴν, οἷα συμβαίνει τοῖς δραμοῦσιν, ἢ ὁπωσοῦν ἰσ-

ρως εἴτ' σφοδρᾶς κινήσεως ἀχθεῖσιν) ἐπὶ μὲ τούτων γίνεται, δι' αὐτὸ τὸ γυμνάσιον, αἰσθητοῦς πολλῆς τῷ ζώῳ χρῄζοντος. ἐπὶ δὲ τῶν ἄνευ γυμνασίων, διὰ τὴν στενοχωρίαν τῶν ἐν τῷ πνεύμονι κοιλιῶν· ἡ στενοχωρία δ' αὕτη, πληρουμένου τοῦ σπλάγχνου τῶν ἄνωθεν ῥευμάτων γίνεται. τὰ δὲ ῥεύματα ταῦτα πλείω μὲν ἐστὶ τοῖς νεογνοῖς παιδίοις. Quinetiam ἆσθμα, hoc eſt, anhelatio (ſic autem Græci crebram reſpirationem, qualis currentibus, aut quouis alio modo ad vehemẽtem motionem adductis contingit, vocant) in his quidẽ fit, quòd oh ipſam exercitationem multa inſpitatione animali opus ſit: Citra verò exercitationem, oh earum quæ in pulmone ſunt cauitatum coarctationẽ. Ipſa autem anguſtia fit ex ſuperne ingruentibus fluxionibus impleto viſcere. Quæ quidem plurimæ recens natis puerulis contingunt. Rurſus Com. ad aph. 46. lib. 6. Hippocr. ſcribit ἆσθμα vocare difficilem reſpirationem in qua crebrum anhelitum fieri contingit, his verbis. πολλῶν οὐσῶν δυσπνοιῶν, ἆσθμα προσαγορεύει Ἱπποκράτης ἐκείνην μόνην, ἐν ᾗ συμβαίνει πυκνὸν τὴν ἀναπνοήν. καλοῦσι γοῦν οὕτω καὶ νῦν οἱ ἄνθρωποι τὸ ἀσθμαίνειν ἐν δρόμοις τε καὶ γυμνασίοις συντόνοις γιγνόμενον. οἱ δὲ μεθ' Ἱπποκράτην ἔτι πάθος τι χρόνιον, ἔνιοι μὲ ἁπλῶς ἆσθμα προσαγορεύουσιν, ἔνιοι δὲ ὀρθόπνοιαν, ὅταν ἄνευ πυρετοῦ διὰ παντὸς οὕτω δυσπνοῶσιν οἱ κάμνοντες. Cùm multæ ſint ſpirationes difficiles, eam ſolam Hippocrates ἆσθμα appellare cõſueuit, in qua crebriorem & denſiorem reſpirationem fieri contingit. Siquidem & huius tempeſtatis homioes τὸ ἀσθμαίνειν, hoc eſt, anhelationem vocant quæ fit in curſibus & vehementioribus exercitationibus. At qui Hippocratem ætate ſecuti ſunt, affectum etiam aliquem diuturnũ, nonnulli ἆσθμα ſimpliciter, nonnulli quoque ὀρθόπνοιαν, hoc eſt, rectam reſpirationem appellant, cùm ſine febre ægri continenter ita difficilem habent reſpirationem. Rurſus Com. 4. in lib. 6. Epid. (p. 492. 30.) ἆσθμα vocari Hippocrati ſcribit crebram & denſam ſpirationem vehementer anctam. οἷς δ' αὖ ἱκανῶς αὐξηθῇ τὸ τοιοῦτον τῆς δυσπνοίας εἶδος, ἆσθμα καὶ ὀρθόπνοια τὸ πάθος ὀνομάζεται χωρὶς πυρετοῦ γινόμενον, ἤτοι παχέων καὶ γλίσχρων χυμῶν καταλαμβανόντων τὰς ὁδοὺς τοῦ πνεύματος, ἢ φύματος ἀπέπτου φύματος ἐν τῷ πνεύμονι συστάντος. Quihuſcunque autem valde increbuerit hæc difficilis ſpiratioois ſpecies, [crebra & denſa] aſthma & orthopnœa affectus ille oominatur, vbi citra febrem conſtiterit, craſſis ſcilicet lentiſq; humoribus ſpiritus vias occupantibus, aut crudo aliquo tuberculo in pulmonibus conſiſtente. Rurſus (ibidẽ v. 37.) τῇ δ' ὑστεραίᾳ διαδοθέντος ἕως τῆς τραχείας ἀρτηρίας τοῦ περιεχομένου κατὰ τὸ φῦμα χυμοῦ, πυκνότητι τοῦ πνεύματος πυκνότερα ἐπιβάλλειν συνέβη, καὶ μηκέτι ἁπλῶς εἶναι πυκνόπνοιαν, ἀλλ' ἤδη τὸ καλούμενον ἆσθμα. Poſtridie autem ad aſperam vſque arteriam diſtributo humore in tuberculo contento, crebram ſpiratiooem increuiſſe contigit, neque amplius crebram ſpirationem ſimpliciter dictam fuiſſe, ſed iam qood aſthma vocatur. Paulus quoque aſthmaticos his verbis deſcribit cap. 29. lib. 3. τοὺς ἄνευ τοῦ πυρέσσειν ἀναπνέοντας πυκνὸν, οἷον οἱ δραμόντες ὀξέως, ἀπὸ τοῦ συμπτώματος ὀνομάζουσιν ἀσθματικούς. αὐτοὺς δὲ τούτους, ἀπὸ τοῦ τὸ σχῆμα τοῦ θώρακος ἄπαν ὀρθὸν φυλάττειν, φόβῳ τοῦ πνιγῆναι, ὀρθοπνοϊκοὺς καλοῦσι· γίνεται δὲ τὸ πάθος παχέων τε καὶ γλίσχρων χυμῶν ἐμφραττόντων τοὺς βρογχίας τοῦ πνεύμονος· ἡ δὲ δύσπνοια κοινὸν ἐστὶ σύμπτωμα καὶ τούτοις καὶ ἑτέροις πλείοσιν ὑπακολουθοῦσα πάθεσιν. Qui abſque febre veluti à citato curſu crebrum trahunt ſpiritum, eos ab accidente aſthmaticos, hoc eſt, anhelantes aut ſuſpicioſos vocant. Iidem quoque, quòd ſtrangulaci metuentes, totum thoracis habitum rectum conſeruent, orthopnoici, hoc eſt, rectâ ſpirantes dicuntur. Hic autem affectus oritur, vbi cartilaginoſæ pulmonum arteriæ βρόγχια dictæ, craſſis & glutinoſis humoribus infarctæ fuerint. Difficultas verò ſpirãdi tum hos, tum alios etiam complures affectus, communiter conſequitur. Quæ ſanè ex his Galeni verbis lib. 7. de Compoſ. pharm. κατὰ τόπ. (p. 271. 46.) in vſum ſuum tranſtulit Paulus. τοὺς ἄνευ τοῦ πυρέσσειν ἀναπνέοντας πυκνὸν, ὁποῖον οἱ δραμόντες ὀξέως, ἀπὸ τοῦ συμπτώματος ὀνομάζειν ἔθος ἐστὶ τοῖς ἰατροῖς ἀσθματικούς· τοὺς δ' αὐτοὺς τούτους ἀφ' ἑτέρου συμπτώματος, ὀρθοπνοϊκοὺς καλοῦσιν, ἐπειδὴ διὰ παντὸς ἀναγκάζονται τὸ τοῦ θώρακος σχῆμα πᾶν ὄρθιον ἔχειν, φόβῳ τοῦ πνιγῆναι, καὶ νύκτωρ κοιμώμενοι ἐν τοῖς ἄνω μέρεσιν, οἷς ὁ θώραξ ἐπικλίνεται, προσεπισκευάζουσιν ἑαυτοῖς ὀρθοτέρως, ὅπως μὴ πνιγῶσι κοιμώμενοι. τὸ γὰρ εἰσπνεόμενον αὐτοῖς ἔλαττόν ἐστιν ἢ κατὰ τὴν χρείαν τῆς ἀναπνοῆς, καίτοι διαστελλομένου τοῦ θώρακος ἐπὶ πλεῖστον. ἃ καὶ δῆλον ὅτι αὐτοῦ στενοχωρίαν τινὰ γίνεσθαι παρὰ φύσιν, ἧς ἐναργῶς καὶ οἱ πάσχοντες αὐτοὶ αἰσθάνονται. Qui abſque febre non ſecus ac ex citato curſu, crebrum ducunt ſpiritum, eos ab accidente Medici aſthmaticos, hoc eſt, anheloſos, vocare conſueuerunt. Eoſdem quoque ipſos ex alio ſuperueniente accidente orthopnoicos, hoc eſt, erecta ceruice ſpirantes appellãt: ſiquidẽ ſtrãgulationis metu integrũ thoracẽ erectũ perpetuò tenere coguntur. Quinetiã ſtratũ ſuperiorib. partibus, ad quas thorax reclinatur, erectius ſibi ſternũt, ne dormiẽtes ſtrãgulẽtur. Quod enim ipſis inſpiratur, quàm pro vſu reſpirationis minus eſt, quãuis thorax plurimũ dilatetur. Ex quo manifeſtũ eſt illis intra thoracẽ quandã præter naturã anguſtiã fieri, quam etiam nõ obſcuro ſenſu ægri ipſi percipiunt. Aretæus quoque vetuſtus author & grauis, ἆσθμα dici vult crebrã reſpirandi difficultatẽ eamq; cõtentã, Cap. 11. lib. 1. περὶ αἰτιῶν καὶ σημείων χρονίων παθ. εἰ ἀπὸ δρόμου καὶ γυμνασίων καὶ παντὸς ἔργου δυσπνοοῖεν ἀναπνοῇ, ἆσθμα καλέεται· καὶ ἡ νοῦσος δὲ ὀρθόπνοια, καὶ ἤδη καλέεται ἆσθμα. ἐν γὰρ τῇσι παροξυσμοῖσι ἀσθμαίνουσι καὶ οἵδε· ὀρθόπνοιαι δὲ ἐκλήθησαν ὅτι ἐν ὀρθίῳ σχήματι μοῦνον ἀναπνέουσι εὐφόρως. πνίγει γὰρ ἐν κατακλίσει. Cùm ex curſu & exercitationib. aut quouis opere difficilis eſt ſpiratio, aſthma vocat. Orthopnœa quoq; morb' etiã aſthma appellat. Nã & in acceſſionib. etiã ipſi anheloſi ſunt. Orthopnœam autem ideo nominãt quòd erecto tantùm habitu facilè reſpirẽt. Recũbẽtes nanq; ſtrãgulãtur. Author etiã Definit Med. (p. 398. 17.) ἆσθμα eſſe ſcribit,

πάθος

πάνυ ἰσχυρῶς περὶ τὴν ἀναπνοὴν ἢ δύσπνοιαν ἐπιφέρον, μετὰ τοῦ ἢ ἐνίους ἀναγκάζεσθαι ἢ ἐξανίστασθαι. affectionem quę circa reſpirationem violentam contentionem ac ſpirandi difficultatem afferat, nonnulloſque erectos ſedere & conſurgere cogat. Galenus verò lib. 3. περὶ δυσπ. (p. 198. 26.) ἆσθμα Hippocrati ex conſuetudine dici ſcribit τὸ ἐπὶ πλεῖον πυκνούμενον πνεῦμα, hoc eſt, abunde denſatum & crebrum ſpiritum. Celſus de difficultate ſpirandi ſcribens cap. 4. lib. 4. eius genera his verbis aptiſſimè diſcernit. Eſt etiã circa fauces malum, quod apud Græcos aliud atque aliud nomé habet, prout ſe intédit. Omne in difficultate ſpirandi conſiſtit. Sed hæc dum modica eſt, neque ex toto ſtrangulat, δύσπνοια appellatur. Cùm vehementior eſt, vt ſpirare æger ſine ſono & anhelatione non poſſit, ἆσθμα. Cùm ceceſſit id quoque, vt niſi recta ceruice ſpiritus trahatur, ὀρθόπνοια. Ex quibus, id quod primũ eſt, poteſt diutius trahi. Duo inſequentia acuta eſſe conſuerunt. His communia ſunt, quòd propter anguſtias, per quas ſpiritus euadit, ſibilum elidit, dolor in pectore præcordiiſque eſt, interdum etiam in ſcapulis, iſque modò decedit, modò reuertitur, ad hæc tuſſicula accedit. Ἆσθμα creber anhelitus aut anhelatio dicitur apud Hippocr. vt aph. 46. lib. 6. & aph. 4. ſect. 4. lib. 6. Epid. interdũ etiã ἀσθματα, vt aph. 26. & 30. lib. 3. & lib. περὶ γυναικ. φυσ. (p. 227. 15.) Ἀσθματῶδές τι, ſuſpirioſam quandam affectionem ſignificat, anhelationé, magnam ſpirandi difficultatem, in Prorrh. (pag. 192. 15.) & ἀσθματώδης dicitur crebro anhelitu vexatus, anheloſus, ſuſpirioſus, lib. 7. Epid. (p. 366. 15.) ἆσθμα natique anhelationé & ſuſpirium vocat Aurelianus cap. 1 lib. 3. tard. paſſ. & Cap. 17. lib. 2. acut. morb.

Ἀσινέως innoxiè & ſine noxa ſignificat. Lib. 1. Epid. (p. 351. 13.) κατέσβη πᾶσιν ἀσινέως. omnib. innoxiè extincti ſunt & ſedati auriũ tumores. Lib. 2. Epid. (p 312. 25.) ἀσινέες ῥήξιες rupra innocua aut indolentia dicuntur.

Ἄσιτοι dicuntur qui cibos non ingerunt & ab iis abſtinent, vt ſcribit Gal. Com. 1. in lib. 1. Epid. (p. 355. 41.) τοὺς ἀνορέκτους ἢ ἀσίτους ὀνομάζουσιν οἱ Ἕλληνες, τοὺς μὴ προσφερομένους σιτία. ἀνορέκτους & ἀσίτους, hoc eſt, non appetentes & à cibo abſtinentes Græci eos qui cibos non aſſumunt, vocant. Sic aph. 32. lib. 2 ἀσιτοῦντες dicuntur, qui aph. 8 eiuſdem lib. τροφὴν μὴ λαμβάνοντες, qui cibum nõ aſſumunt, vt & ἀσιτοῦσι τῷ σιτεῦσιν opponitur, quod τροφὴν λαμβάνειν dicitur eodem aph. Quod ex vſitata Græcorum loquendi cõſuetudine contingit, vt ſcribit Gal. com. ad aph 8. lib. 2 λέγειν γὰρ ἡμῖν ἔθος ἐστὶ, μὴ λαμβάνειν μὲν τροφὴν τοὺς ἀνορέκτους, λαμβάνειν δὲ τοὺς ὀρεγομένους τε ἢ προσφερομένους ἄχρι κόρου. Dicere enim conſueuimus eos cibum non aſſumere, qui eum non appetunt, aſſumere auté eos qui appetunt eoque ad ſatietatem vſque nutriuntur. Hincque exiſtit vt ἄσιτοι, iidem qui ἀνόρεκτοι dicãtur & qui ciborum faſtidio laborant eumque auerſantur. ἀσιτοῦντας Galenus ἀποσίτους & ἀνορέκτους, hoc eſt, cibum auerſantes & reſpuẽtes exponit aph. 31. lib. 2. Idem ἀσιτίας ἀνορεξίας explicat, hoc eſt ciborum faſtidium Com. ad aph. 17. lib. 4. & ἀντὶ τῆς ἀποσιτίας ponit, aut ἀσιτίην non ἀποσιτίην apud Hippocr. legit. Ἀσιτίη quoque idem quod ἀποσιτίη ſignificat, hoc eſt, inappetentia, appetentiæ deiectio & cibi faſtidium apud Hipp. lib. 5. Epid. (p. 340. 4.) δύο μῆνας ἀσιτίη παρείπετο, duobus menſibus inappetentia conſecuta eſt. hoc eſt, duobus menſibus inappetentis perſeuerauit. Et lib. 1 περὶ γυναικ. (p. 239. 10.) ἢ ἀσιτίη ἐμπίπτει τῷ χρόνῳ τούτῳ & eo tempore cibi faſtidium incidit. Lib. quoque 3. lib. Epid. ægr. 2. poſt ſt. peſt. ἄσιτον dixit quam antea ἀπόσιτον, in qua ſumma inappetentia & extremum ciborum odium inerat. Ἀσιτίαι etiam pro ciborum deiectione ſumuntur in Coac. Prænot. (p. 416. 3.) quando ægri cibos auerſantur ac reſpuunt, vbi Interpretes non ſatis aptè inedias vertunt.

Ἀσκαρδαμύκτως dicuntur qui inconniuentibus oculis, fixis & immotis intuẽtur, lib. 2 Epid. (p. 318. 3.) σκαρδαμύττειν enim nictare & conniuere ſignificat.

Ἀσκαρίδες tenues ſunt ac teretes Lumbrici Aſcarides dicti, in interiore recto inteſtino geniti, pueris familiares, aph. 26. lib 3. Vbi ſcribit Gal. ἀσκαρίδες μὲν οὖν εἰσι λεπταί τινες ἕλμινθες ἐν τῷ κάτω μάλιστα τοῦ παχέος ἐντέρου μέρει γεννώμεναι, ἢ φαίνονται γε πλεῖστα (μὲν) ἐπὶ τῶν ἀπεψίας ὑποφερόντων γεννώμεναι. Aſcarides igitur tenues ſunt quidam lumbrici in parte maximè inferiore craſſi inteſtini geniti, qui plærunque maniſeſtè apparẽt in veterini generis animalibus malè cibũ cõcoquentibus. Galeno in Exegeſi ἀσκαρίδες exponuntur ἕλμινθες ἰσχναὶ ἢ μικραὶ ἐν τῷ ἀπευθυσμένῳ ἐντέρῳ γεννώμεναι, tenues & minuti lumbrici in recto inteſtino orti. Erotiano quoque dicuntur ἀσκαρίδες λεπταὶ ἑλμίνθες, ὡς ἐπίπαν ἐν τοῖς τῶν ἀδδηφάγων παιδίων διαχωρήμασιν εὑρισκόμεναι, tenues lumbrici, qui ferè in excrementis puerorum voracium viſuntur. Paulo etiam lib. 4. cap. 58. αἱ ἀσκαρίδες εἴδους εἰσὶν ἑλμίνθων σκώληξι παραπλήσιοι, συνιστάμεναι περὶ τὰ ἔσχατα τοῦ ἀπευθυσμένου ἢ τὰ πρῶτα τοῦ σφιγκτῆρος, ἐπιφέρουσαι τῶν τόπων τούτων κνησμὸν ἰσχυρόν. Aſcaridea ſunt ex lumbricorũ genere vermibus affines, qui in extremo recto inteſtino & circa muſculi adſtrictorij initia conſiſtũt, & vehementem horum locorum pruritum excitant. Ἀσκαρίδες exponuntur Heſychio σκωλήκων εἶδος vermium genus, & Erotianus ſcribit probatiſſimos quoſque ſcriptores tradere eos eſſe ex eorum vermium genere qui in putidis aquis inueniuntur. Aſcaridas Hermolaus tipulam vertit, Ruellius tineas, nos aſcarides retinuimus, vt lib. 2. Epid. (p. 311. 25.) αἱ ἀσκαρίδες δείλης, lumbrici tenues, aſcarides dicti, veſpere maximè infeſti ſunt, vt & lib. 6. Epid. aph. 14 ſect. 1. Hippocr. lib de fiſt. (p. 517. 40.) in ani fiſtula purgãdos aſcaridas præcipit qui illîc ſæpe, ꝓpter variã corruptioné gignãtur. ἀσκαρίδες in iis qui ſuppreſſi aluo ſanguiné ex naribus fundunt, in Prorrh. (p. 113. 34.) & Coac. Præn. (p. 34. 1 (ἀσκαρίδες in pu

dendo muliebri, aut recto inteſtino lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 284. 37.) Ἀσκαρίζειν, idem quod σκαρίζειν, & ſignificat ſalire, ſaltare, palpitare, moueri. Etymol. ἀσκαρίζειν κινεῖται exponit. Et Erotianus ſcribit ἀσκαρίζει ἀντὶ τοῦ σκαρίζει poni apud Hip. ὡς ἄσταφις καὶ σταφὶς, ἄσταχυς καὶ στάχυς. Quam dictionem crebrò vſurpat Hippocr. lib. περὶ φυσ. παιδίου, vt (p. 38. 25.) quem locum mihi ſubindicare videtur Erotianus eumque profert Gal. Com. ad aph. 37. lib. 5. ἀσκαρίζει καὶ τοὺς ὑμένας ῥήγνυσι, ſeſe agitat & mēbranas abrumpit. Et (v. 30.) αἱ δὲ τὰ κατ' ἀρχὰς ὀλίγα μεθιεῖσαι, αὗται καὶ τοῖς παιδίοισι τὸν χρόνον τὸν ὕστατον, ὅταν ἤδη ἁδρὰ ἔῃ, τὴν τροφὴν σπανιωτέρην παρέχουσαι, τούτων ἀσκαρίζειν, καὶ πρόσθεν τῶν δέκα μηνῶν ἐξελθεῖν ἐπείγεσθαι. Quæ verò paucos menſes emittūt, hæ etiam ſub extremū tempus pueris vbi iam auctiores facti ſunt parcius alimentum ſubminiſtrāt, & in cauſa ſunt vt agitati pueri ante decimum menſem prodire cogantur. Vbi tamen ἐπείγεσθαι non legit Aſulanus neque Gorræus, adſcribunt tamen exemplaria manu ſcripta & Italica, vt ex Caluo patet. Rurſus ibidem (v. 48.) ζητέον οὖν πλείω τροφὴν τῆς παρεούσης τὸ ἔμβρυον, ἀσκαρίζει ῥήγνυσι τοὺς ὑμένας. fœtus igitur copioſius quàm quod præſens eſt alimentum quærens, ſeſe iactando membranas abrumpit. Et (p. 37. 45.) ξυμβαίνει τότε τοῦ παιδίου κινεομένου, καὶ ἀσκαρίζοντος χερσί τε καὶ ποσὶ, ῥῆξαί τινα τῶν ὑμένων τῶν ἔνδον. Tunc puero ſe mouente, & manus ac pedes agitante, aliquam ex internis membranis rumpi contingit. Hinc etiam ἀσκαρίδες nomen ſumpſiſſe videntur, quòd in recto inteſtino ad eius extrema perpetuò agitentur eamque partem titillando vehementem pruritum excitent, ἐπιφέρουσαι τῶν τόπων τούτων κνησμὸν ἰσχυρὸν, (vt ſcribit Paulus) & (vt Actuarius lib. 1. Meth. med. cap. 21.) ἀεὶ ἐρεθίζουσαι καὶ γαργαλίζουσαι τὸν κάμνοντα, ægrū ſemper irritent ac titillent.

Ἀσκητέον Erotianus apud Hippocr. exponit ἀθλητέον, hoc eſt, certandum aut luctandum. τοὺς γὰρ ἀθλητὰς, Ἀσκητὰς οἱ Ἀττικοὶ καλοῦσιν, Athletas enim Attici Ἀσκητὰς, hoc eſt, exercitatores vocant.

Ἀσκὸς σκύτινος ſcorteus vtriculus, aut vter coriaceus dicitur, qui materia aliqua, vtpote aqua calida aut oleo implebatur ad affectam partem fouendam & calefaciendam, eumque crebrò vſurpat Hippocr. lib. 2. de Morb. & fronti adhibet ad capitis dolorem tollēdum (142. 16.) ἀποξυρήσαντα χρὴ αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν, περιδῆσαι περὶ τὸ μέτωπον τὸν ἀσκὸν τὸν σκύτινον, ὕδατος ἐμπιπλάντα, ὡς ἂν ἀνέχηται θερμοτάτου, deraſo capite vtrem coriaceum circa frontem deligare oportet, aqua refertum quàm ferre poſſit calidiſſima. Rurſus (ead. pag. v. 25.) τῷ ἀσκῷ μηκέτι χρήσθω, vtre ne amplius vtatur. Et (pag. 143. 14.) τῷ ἀσκῷ χρήσθω τῷ αὐτῷ τρόπῳ, ὥσπερ ἐπὶ τῆς προτέρης, vtre vtatur non ſecus ac in ſuperiore morbo. ἀσκῷ etiam & vtre flatu diſtento & ſuppoſito ad ſpinę directionem vtitur Hippocr. lib. de art. (p. 622. 11.) & ad articuli luxati repoſitionem (ibidem pag. 658. 43.) Ἀσκοῖς Galenus exponit in Exeg. apud Hipp. κεράμοις, οἷς καὶ πυριῶσι καὶ φακοὺς ὀνομάζουσιν, tegulas aut figlinas ollas, quas lateres & lenticulas vocant, hoc eſt, vaſa lenticulata, quibus ad adhibendum fotum vtebantur, vt & vaſis teſtaceis, vtriculis & ſacculis ad concludendam materiam, vt lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 229. 42. & p. 285. 47.) Meminit etiam fomentorum quæ per vtriculos adhibebantur Hippocr. lib. 7. Epid. (pag 359. 39.) & lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 108. 35.) in tetano.

Ἄσσον prope, iuxta, propius ſignificat. ἄσσον explicat Heſychius πλησίον, ἐγγὺς, eaque in ſignificatione frequenter Homero vſurpatur, vt Il. χ. v. 4. αὐτὰρ Ἀχαιοὶ, τείχεος ἄσσον ἴσαν, ſed Græci prope accedebant ad muros. Hippocr. lib. περὶ ἀφόρων (p. 294. 3.) ἡ γυνὴ ἴτω ἄσσον τοῦ ἀνδρὸς, mulier ad virum accedat. Et lib. 2. de Morb. (p. 143. 14.) σπόγγους ἐν ὕδατι θερμῷ βρέχων ἄσσον προστιθέναι πρὸς τὴν κεφαλὴν, ſpongias calida imbutas capiti propius admoueto. Vbi tamen ἄσσον citò Cornarius vertit, vt faciunt Homeri interpretes.

Ἀστεῖον ſignificat Hippocrati quod probandum eſt & laudabile, probum & quod ex animi ſententia cedit. Lib. de alim. (p. 381. 32.) γάλα ἀλλότριον, ἀστεῖον dicitur, lac alienum probū aut commodum, cui τὸ βλαβερὸν, hoc eſt, noxium opponitur. Rurſus ibidem (v. 41 & 42.) τὸ ἀστεῖον & φλαῦρον inter ſe opponit, vt probū & vitioſum. Rurſus Coac. Prænot. (p. 430. 20.) in oculi damnandis affectionibus, οὐκ ἀστεῖον ponitur, hoc eſt, non probandū ac laudabile, ſed damnandum & vitioſum, quod etiam φλαῦρον & πονηρὸν dicitur. In Hip. Epiſt. ad Democritum περὶ ἐλλεβορισμοῦ (p. 534. 30.) ἀστεῖοι τὰ σώματα dicuntur, qui corporis ſanitate fruuntur & corpore valent, ὑγιεινῶς ἔχοντες τὰ σώματα aph. 36. lib. 2. In Epiſt. etiā ad Dionyſium (pag. 526. 36.) ἀστείους τοὺς γονέας vxoris ſuæ parentes honeſtos & probatis moribus vocat. Ἀστεῖον dicitur vrbanum, elegans & venuſtum. pro laudabili & probo opponitur apud Hippocr. & τῷ ἀγρίῳ, ferino & maligno ferè opponitur. Varinus ἀστεῖον ſignificare ſcribit τὸ χάριεν καὶ τὸ δεξιὸν, καὶ θαύματος ἄξιον, θαυμάσιον, σπουδαῖον καὶ αἰδέσιμον, quod eſt venuſtū, elegās, ſcitū, lepidū, honeſtū, feſtiuum & vrbanum.

Ἀστεργὴς inhumanum, inclemens, inamabile, immite, ſæuum & aſperum dicitur. Pro duro ſumitur & eo quod compactū eſt & denſum, molliq; & laxo opponitur lib. περὶ ἀδένων (58. 31.) ὁ δὲ ἄρσην οὐκ ἂν τι προσδέξαιτο, πυκνός τε ἐὼν καὶ ἀστεργής. Mas verò (humorē) non ſuſcipit, cùm denſus ſit & humorem non deſideret, nec eo delectetur, hoc eſt, cū eius corpus ſit denſum & compactum, non rarum aut laxum, vt fœminæ. Verùm certe ἄστεγον pro ἀστεργὴς legendum ſuſpicor, vt ſit humorem non tegens aut continens, à verbo στέγω, vt ἄστεγον στόμα, os loquax nec arcana celans aut retinens ſignificat Eaque lectio huic loco aptius quadrare videtur, quòd paulò pòſt ſcribatur, corpus labore firmatū locū nō habere vbi redundantē humiditatē recipiat, quæ iugi & continēti exercitatione abſumatur. Alij etiam ἀστεγῆ legere

legere malunt, vt ſit paucas στέγας ἢ οἴκους, hoc eſt, pauca domicilia, id eſt, poros habens, ideoq; compactum ſit & cohærens. Quam lectionem, etſi longius petita videri poſſit, ſecutus eſt Cornarius. Α᾿τεργέστερον ἀπηνέστερον ἢ ἀηδέστερον, immite & inſuane aut inincundũ exponit Gal. Com. 2. in lib. de fract. (p. 554. 22.) Vbi tamen ἀργέστερον vitioſè ſcribitur, vt antea diximus, & ἀτοργέστερον pro ἀτεργέστερον legiſſe videtur Erotianus.

Α᾿στέρες θαλάττιοι ſtellæ marinæ dicuntur, aquatilium marinorum genus, quod cum braſſica & vino odorato, ad vterum præcordia petentem propinat Hippocr. lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 287. 11.) & ad hyſtericos dolores lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 220. 35.) Α᾿στρον autem Caniculæ ſydus ſignificat Hippocr. Lib. 7. Epid. (p. 354. 7.) περὶ τὸ ἄστρον circa Caniculam. Sic Alcæo apud Athenæum lib. 1. (p. 11. 49. & 50.) τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται, Canicula ea oritur. Quod tamen vitioſe legitur.

Α᾿στραβὴς quod minimè intorquetur, peruertitur ſignificat, quod non inflectitur, inclinatur aut incuruatur. Lib. de art. (p. 602. 26.) αἱ γένυες ἀστραβέες, maxillæ indiſtortæ dicuntur, cùm mentum minimè torquetur, mentum minimè inclinatur dixit Celſus. Quod etiam repetitur in Mochlico (p. 506. 24.) etſi parũ integrè, vt illîc indicauimus. Rurſus quoque lib. de art. (ibidem, v. 26.) τὸ δὲ ἀστραβὲς μάλιστ' ἂν γνοίης διὰ τῶν ὀδόντων, τῶν τε ἄνω καὶ τῶν κάτω κατ' ἴξιν. At minimè intorqueri potiſſimũ ex dentium finibus deprehendes, cùm inferiores ſuperioribus ex aduerſo reſpondent.

Α᾿στράγαλος talus dicitur, oſſiculum in pede intra infimos tibiæ & ſuræ proceſſus comprehenſum. Lib. 5. Epid. (p. 539. 40.) ἀλλὰ τεταρταίῳ τὸ ἕλκος αὐτοῦ, ἐμελαίνετο πᾶς ὁ τόπος, ἄχρι τοῦ ἀστραγάλου καλεομένου. Quarto tamen die locus vniuerſus nigricabat ad talum vſque, qui aſtragalus dicitur. De aſtragalo vide Gal. in fine lib. de oſſibus, ἀστράγαλον Heſychius exponit τὸν σφόνδυλον καὶ τὸ ὑποκάτω τοῦ σκέλους, vertebram, & partem inferiorem cruri ſubiectam.

Α᾿σύμπτωτον id ſignificat quod non contrahitur, non concidit, neque compreſſum eſt, velut συμπτῶσαν de eo dicitur quod tumefactum aut plenum in ſeſe ſubſidit ac contrahitur. Lib. περὶ χυμῶν (p. 115. 2.) ἀσύμπτωτον capitur pro eo quod præ ariditate non eſt contractum aut compreſſum. Galeno lib. 1. ad Glauc. (p. 200. 56.) ἀσύμπτωτος ἡ πᾶσα ἕξις τοῦ σώματος dicitur, vbi corporis habitus nō concidit, quod idem prius dixerat, οὐδὲ ὁ τοῦ σώματος ὄγκος συμπέπτωκεν, neque corporis moles concidit. Sic σύμπτωσις corporis collapſionem aut concidentiam ſignificat lib. περὶ χυμῶν (p. 115. 14.) vt & aph. 3. lib. 1. ξυμπτώσιες κενώσιες dicuntur, hoc eſt, compreſſiones vbi vaſa vacuata in ſeſe conſidunt.

Α᾿σύμφορος φλεγμονὴ, minimè periculoſa inflammatio. lib. 1. περὶ διαίτης (p. 90. 6.) καὶ ἀπὸ βραχείης φλεγμονῆς καὶ ἀσυμφόρου μαίνονται. Nam à leui & minimè periculoſa inflammatione inſaniunt.

Α᾿σύμφυτα Hippocrati ſignificat quicquid natura diſiunctum eſt & non continuum, quodque eſt inconcretum, lib. περὶ τέχνης (p. 3. 25.) Vbi intelligi videtur quicquid partibus ſimilaribus inter ſe connexis, non vnitis conſtat, vt quod carne & cute contegitur. Ex ſimilaribus enim partibus inter ſe connexis, diſſimilares conſurgunt, quas ideo hîc ἀσυμφύτους vocare videtur, quòd συμβολὴν inter ſe, nō σύμφυσιν, habeant, quam tamen habent ſimilares, cùm per omnia ſint ſimilis ſubſtantiæ & inter ſe ὁμογενῆ.

Α᾿σφυξία eſt pulſus priuatio & defectio, cùm nulla arteria vſquam moueri videatur, nec eius motus noſtro tactui ſe offerat. Quæ re vera quidem nunquam animali viuo accidit, ad noſtrum tamen tactum frequenter reperitur, vt ſcribit Gal. lib. 1. de Præcogn. ex pulſ. (p. 121. 14.) Eadem duobus fit modis, vel quia prorſus aboletur arteriarum pulſus, quod ſummam perniciem denunciat, vel quia pulſant quidem, ſed ita remiſsè & languidè, vt ſenſum effugiãt. Gal. lib. 2. de Præſag. ex pulſ. (p. 136. 20.) Α᾿σφυξίαν Aurelianus pulſus paruitatem & amputationem vertit, cap. 3. lib. 4. Tard. paſs. Α᾿σφυκτοι dicuntur Galeno pulſu priuati & in quibus motus arteriarum cordis non ſentitur Lib. 4. de diff. pulſ. (p. 45. 58. & 10.)

Α᾿σχημονέστερον σκέλος crus deformius, lib. de art. (p. 637. 43.)

¶ Α᾿τάκτως fieri dicuntur quæ ſine ordine & incompoſitè ac vago quodam modo contingunt. Ideoq; ſæpe ἀτάκτως & πεπλανημένως coniungit Hippocr. Lib. 1. Epid. (p. 362. 25.) ῥίγεα δὲ πᾶσιν ἀτάκτως καὶ πεπλανημένως ἐγίνετο. In his omnibus rigores incompoſitè & errabundè contingebant. Rurſus (ibidem p. 363. 49.) χρόνια μὲν οὖν καὶ δυσχερέα, καὶ πάνυ ἀτάκτως καὶ πεπλανημένως καὶ ἀκρίτως τὰ πλεῖστα τουτέων διετέλει γινόμενα. Diuturna itaque & difficilia hæc erant, valdeque incompoſite & errabunde, atque citra iudicationem horum plurima permanebant. Lib. 3. Epid. ægr. 9. poſt ſt. peſt. πυρετὸς ἄλλοτε ἀλλοίως παροξυνόμενος, τὰ πλεῖστα ἀτάκτως, febris acceſſio ſubinde varia & plærunque inordinata, de febre quæ inordinatas & vagas habebat acceſſiones, nullumque typum aut ordinem obſeruaret.

Α᾿τενὴς, fixum, immotum, rigidum, intentum dicitur. vt ἀτενὲς ὄμμα, fixus & immobilis oculus, rigidus aſpectus. θρασὺ exponit Gal. Com. 3. in Prorrh. (p. 210. 51.) ferocem & trucem aſpectũ, quiq; phrenitidẽ portendit. ἀτενέες ἐκλάμποντες ὀφθαλμοὶ, fixi & immoti oculi ſplẽdeſcũt, intẽte relucẽt, quod eſt delirãtiũ indiciũ. In Prorrh. (p. 210. 41.) & Coac. Prænot. (p. 434. 10.) ἀτενίζοντα ὄμματα, oculi defixi, intẽti, contente intuentes, lib. 5. Epid. (p. 342. 45.) & lib. 7. Epid. (p. 357. 40.)

Α᾿τέραμνα τὰ δυσκατέργαστα καὶ σκληρὰ exponit Gal. in Exeg. apud Hippocr. nimirum locũ lib. de aëre loc. & aq. ſubnotãs (p. 453. 19.) διὰ τὰ ὕδατα εἶναι σκληρά τε καὶ ἀτέραμνα καὶ ψυχρά.

quòd aquæ duræ ſint, concoctu difficiles & frigidæ. Sunt enim ἀτέραμνα ὕδατα aquę indomitæ, quæ ægrè conficiuntur & concoquuntur, qualia ſemina quæ emolliri aut domari concoctione nequeunt, ideoque cōcoctioni reſiſtunt. Quod ſcribit Gal. Com. 4. in lib. 6. Epid. (p. 496. 48.) ἐκεκλήκασί γε τὰ ὑπὸ μοχθηρὰ τῶν ἀρχαίων τινὲς ἀτεράμονά τε καὶ ἀτεράμνα, παραπλησίως αὐτοῖς ὀσπρίοις ὅσα δυσχερῶς ἕψεται, & ita prauas (aquas) veterum nonoulli, tum indomitas, tum concoctu difficiles vocarunt, ad inſtar leguminum quæ nō facilè coquuntur. Idem etiam eodem Com. (p. 501. 8.) aquam pluuiam meliorem eſſe ſcribit τῶν λαιλαπωδῶν, ἀκατεργάστων τε καὶ ἀμεταβλήτων ὄντων, ὁποῖα κατά τινας πηγάς ὕδατα γίνεται τὰ καλούμενα πρὸς τῶν ἀρχαίων ἀτεραμνώδη, procelloſis, quæ neque conſici, neque cōmutari queunt, quales ex quibuſdam fontibus aquæ exoriuntur quæ à veterib. ἀτεραμνώδη, hoc eſt, iodomitæ vocaorur. Rurſus eod. lib. (p. 454. 38.) ὑπόσα δέ ἐστιν ἁλυκὰ καὶ ἀτέραμνα. Quæcunque autem ſallæ ſunt & indomitæ. Ἀτεράμονες κοιλίαι ventres duri, indomiti, hoc eſt, ſicci, non lubrici aut emolliti dicuntur, lib. de aëre, loc. & aq. (p. 453. 5.) quibus εὐροώτεραι, hoc eſt, fluidiores oppoountur. ὥς τε πλείους τὰς κοιλίας ἀτεράμονας ἔχειν καὶ σκληρὰς τὰς κάτω. & plures veotres inferiores indomitos & duros habere, hoc eſt, qui non facilè mutentur in lubricos & molles, ſed qui ſicci & contenti maneant. Ἀτεράμοσι δυσμεταβλήτοις, hoc eſt, concoctu difficilibus aut ægrè mutabilibus apud Hippocr. exponit Erotianus, nimirum locum lib. de aëre, loc. & aq. (p. 75. 14.) exprimens, ὅτι ἁλυκοῖσι καὶ ἀτεράμοσιν, ſiue ſalſis & coctu difficilibus. Ἀτεραμνίη etiam cruditatem & in coquendo peruicaciam ſignificat. Lib. de aëre, loc. & aq. (p. 453. 22.) τὸ γὰρ γάλα ἀποσβέννυται ἀπὸ τῶν ὑδάτων τῆς σκληρότητος καὶ ἀτεραμνίης. Lac enim propter aquarum duritiam & cruditatē extinguitur. Cùm verò ad animum transfertur, naturam indomitam, iogenium refractatium, mores aſperos, intractabiles, aſperos & qui flecti nequeaot aut emolliri ſignificat. ἐν παραγγελίαις (p. 17. 42.) τίς γάρ, ὦ πρὸς Διὸς, ἀδελφιζομένως ἰητρὸς, ἰητρεύει σὺν πίστει ἢ ἀτεραμνίῃ. Qui enim boous eſt medicus, is mediusfidius fide magis quàm duritate in medendo vtetur, hoc eſt, io curando magis fidem & officium ſequetur, vt ægrum ſeruet, quàm vt ingratum & inofficioſum ægrum, etſi indignū cui opem commodet, derelinquat aut duriter tractet. Ἀτεραμνίη enim idem quod ἀτεραμνότης denotat, & ab his quæ concoqui niſi ægrè neqoeunt transfertur ad implacabilem animi duritiem, inhumanitatem, morum aſperitatem, rigiditatem, ferreum & præfractum animum. Ἀτέραμνον Heſychius exponit τὸ μὴ ἐνδιδόν, σκληρόν, quod non cedit aut flectitur, durum & quod τῷ ἁπαλῷ, hoc eſt, molli eſt cōtrarium. Eidem ἀτεράμων eſt σκληρὸς, ἀκαμπὴς, ἀκαταπόνητος, ἀνηλεήμων, durus, flecti neſcius, inexorabilis, qui nullis fatigatur precibus, inhumanus.

Ἀτεχνίη dicitur quod eſt artis expers & nullam habet artem. Lib. περὶ τέχνης (p. 2. 9.) δοκεῖ γάρ δή μοι γε φημι ἀτεχνίην εἶναι, ὅπου μήτε ὀρθὸν εἴη μηδὲν, μήτε οὐκ ὀρθόν. Iſtud enim artis expers eſſe dico, in quo neque recti, neque praui quicquā ineſt.

Ἀτηρὴς noxius, lædens Hippocrati dicitur. Lib. de aëre loc. & aq. (p. 80. 41.) οἱ μέν τε ποταμοὶ μὴ μιὴ ἔωσιν, τὰ δὲ ὕδατα κρηναῖά τε καὶ στάσιμα πίνωσι καὶ ἑλώδεα, ἀνάγκη τὰ τοιαῦτα τῆς γαστρὸς ἀτηρά εἶναι καὶ σπληνός. Quòd ſi flumina deſint, aquasq; fontanas ſtagnantes & olentes bibant, eas ventri & lieni noxias eſſe neceſſe eſt. Vbi tamen ἄπια quidam pro ἀτηρά legunt. ἀτηρὸν βλαβερὸν, noxium, damnoſum exponitur Heſychio, & præter eam ſignificationem ἀκόλαστον, ὑβριστικὸν, χαλεπὸν, κακὸν, Vano, quod eſt flagitioſum, contumelioſum, moleſtum, vitioſum. Ἀτηρὴς etiam exponitur Heſychio ἀκαταπόνητος, indomitus qui precibus fatigari nequit aut labore frangi & domari, ſed ἀτειρὴς melius ſcribatur, vt ſit, ὁ μὴ τειρόμενος qui non domatur aut ſubigitur.

Ἄτοκοι ſteriles ſignificant: eæque mulieres dicuntur, non quæ ad conceptum parum idoneæ videntur, ſed quæ viduæ ſunt & viri cōgreſſu ac venereis abſtinent: Gal. Com. in ſent. 18. lib. 6. Epid. ſect. 7. Idemque in fine lib. 3. de diff. ſper. in eiuſdem ſententiæ explicatione ἀτόκους eas eſſe ſcribit quæ non probè repurgantur.

Ἄτρακτον exponit Gal. in Exeg. apud Hippocr. οὐ μόνον τὸν εἰς τὸ ἐριουργὸν χρήσιμον, ἀλλὰ καὶ ξύλον τοῦ βέλους, non ſolùm fuſum ad lanificium aptū, verumetiam ſagittæ lignum. Sic autem dicitur ad colus aut fuſi ſimilitudinem, quòd vt colus oblongum ſit, teres & torno factum, & per tranſlatiooem ad iaculum & ſagittam accommodatur Heſychio. namque ἄτρακτος βέλος μεταφορικῶς dicitur. ἀτράκτου autem meminit Hippocr. lib. 5. Epid. (p. 338. 8.) cùm in ancilla quadam ex vteri olculo expreſſum quendam calculū, ὅσον σφόνδυλον ἀτράκτου τρηχὺν aſperum, fuſi verticillum propemodum magnitudine æquantem, ſcribit, ex qoo poſtea ſanitati reſtituta fuit. At locus Exegeſeως locum libri περὶ ὄψιος ſubindicat (p. 5 a a. 5.) ξὺν εἰρίῳ μιλησίῳ, οὔλῳ, καθαρῷ, περὶ ἄτρακτον περιειλημένῳ. lana Mileſia, criſpa, pura, circa fuſum iouoluta, radito,

Ἀτρεκέως non vna ſignificatione ſumitur apud Hippocr. ſed interdū certò, exploratò, fideliter, diligēter, curioſè & exactè ſignificat, plenè, oimitū, re vera, iotérdū etiā penitꝰ, plus, in totū. Erotianus etiā ſcribit hāc dictionem nō vno modo apud Hipp. ſumi, ſed plærunq; ἀντὶ τοῦ ἀκριβῶς quod eſt exactè, rarò verò ἀντὶ τοῦ ἀληθῶς, certò, re vera. Ab Hippocr. etiā interpretibus variè exponi, & Bacchio ſignificare ἀληθῶς, αὐτάρκως, ἀκριβῶς. Philino verò ἀκριβῶς duntaxat. Epicli, σαφῶς, εἰλικρινῶς, apertè, iotegrè. perfectè. Io Progn. (p. 154. 34.) οὐ δύναται δὲ οὐδ᾽ ὅλῃσιν ἡμέρῃσιν οὐδὲν τούτων ἀριθμεῖσθαι ἀτρεκέως. nihil quicquam eorū integris exactè diebus numerari poteſt. Vbi ἀτρεκέως ἀντὶ τοῦ ἀκριβῶς poni teſtatus Erotianus (etſi apud eū

vitioſè

vitioſè ἄλιτον pro ἄλυτον ſcribitur.) Quod etiã exponit Gal. οὐ δυνάται πλήρεσιν ἡμέραις ἀριθμεῖσθαι ταῦτα, hæc plenis ac integris diebus numerari nequeunt. Et repetitur hic locus lib. περὶ κρισίμων (p. 185.23.) Prorrh. 2. (p. 414.31.) καὶ ἀτρεκέως διαιτώμενος qui certa & diligenti victus ratione viuitur. Rurſusq; ibidem (p. 418.21.) ἀτρεκέστατα δὲ καὶ ἐπὶ πλεῖστον χρόνον τὰς φυλακὰς ἀεὶ τῶν δεινοτάτων ποιεῖσθαι. Diligentiſſimè autem ac diutiſſimè aduerſus ea quæ maximè terrent, ſe munire æquum eſt. Lib. de art. (p. 537.23.) ἀτρεκὲς δὲ οὐδὲν, nihil perpetuum eſſe, ſtatum, firmum, ratum aut certum ſignificat. In Mochlico (p. 512.21.) δίαιτα ἀτρεκής victus ratio exquiſita, & rurſus ibidem (p. 510.41.) διαίτης τῆς περὶ τὰ ἀτρεκέος, de victus ratione tenui & exquiſita, in qua primis diebus victus eſt ſubtrahendus. Et lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 239.13.) εἰ ἱστορέειν ἀτρεκέως ταῦτα. ſi de his exquiſitè inquirat. Rurſuſque (p. 244.8.) χρὴ δὲ τὴν μὲν μολίτην ἀτρεκέως ποιεῖσθαι ἰητρείην τῶν ἐν τῇσι μήτρῃσιν. veteri vlcera exactam curationem poſtulant. Et (p. 248.47.) οἱ ἰητροὶ οὐκ ἀτρεκέως πυνθανόμενοι τὴν πρόφασιν τῆς νούσου. Medici non exactè morbi cauſam perſcrutãtes. Et (v. 49.) χρὴ αὐτίκα ἐρωτᾶν αὐτίκα ἀτρεκέως τὸ αἴτιον, ſtatim cauſam exactè inquirere oportet. Erotianus tamen αὐτὶ τοῦ ἀληθῶς ἀτρεκέως poſitum teſtatur lib. 1. περὶ γυναικ. hæc nimirum poſtrema duo loca ſubnotans. Lib. 4. de Morb. (p. 171.9.) ἀτρεκέστερον αὐτὶ τοῦ ἀκριβέστερον, exactius, ponitur. ἀλλὰ περὶ τούτου ἀτρεκέστερον ὀλίγῳ ὕστερον ἀποφανέω. verùm de hoc paulò pòſt exactius diſſeram. Et (p. 172.43.) νῦν δὲ ἐθέλω ἀτρεκέστερον εἰπεῖν. nunc verò exactius referre volo. Lib. quoq; de art. (p. 595.28.) ἀτρεκέως, ἀκριβῶς, δι' ὅλου, ὁλοκλήρως, exquiſitè, ex toto, penitus, exponit Gal. κληῖς δὲ κατεαγεῖσα, ἣν μὲν ἀτρεκέως ἀποκαυλισθῇ. Iugulum quidem ſi ex toto tranſuerſum fractum eſt, hoc eſt, planè & exquiſitè, & in morem fracturæ caulatim factæ. Quem locum etiam in medium adducens Erotianus ἀτρεκέως αὐτὶ τοῦ ἀκριβῶς ſumi ſcribit, eumque his verbis exponit. καὶ γὰρ τὴν ῥαφανηδὸν ἀξίως εἶπεν, καὶ οἷον καυληδὸν τοῦ χονδρώδους ἀπέτεμεν, τὸ ἀτρεκὲς ἐπὶ τοῦ διὰ πάχους καὶ πρὸς ἀκρίβειαν διῃρημένου ὀστέου τάσσει. quod eſt. Nunc enim eam fracturę differentiam quæ raphanatim ac velut caulatim facta dicitur, ei quæ aſſulatim facta eſt opponens, τὸ ἀτρεκὲς de oſſe celeriter & exactè diuiſo poſuit. Etſi διὰ πάχους apud Erot. legere malim, quòd fracturæ ſpecies καυληδὸν facta, per tranſuerſam oſſis figuram & per craſſitudinem confringat, quod δι' ὅλου, ὡς κατὰ μηδὲν περιέχεσθαι, hoc eſt, ex toto, ita vt nulla parte adhæreſcat, dixit, Gal. Com. 1. in lib. de art. Sic quoque ἀτρεκὴς quod eſt exactum & completum dicitur, vt Lib. περὶ ἑπταμήνου vulgò inſcriptu (p. 43.47.) λόγος καὶ ἀριθμὸς ἀτρεκής, iuſta ratio & plenus exactè numerus hebdomadarum in fœtu ſeptimeſtri. τὸ παιδίον ἑπτάμηνον γόνον γενόμενον, λόγῳ γεγένηται καὶ ζῇ, καὶ λόγον ἔχει τοῦτον καὶ ἀριθμὸν ἀτρεκέα ἐς τὰς ἑβδομάδας. Puer ſeptimo menſe editus, pro ratione naſcitur & viuit iuſtamq; rationem & exactum ſeptimanarum numerum habet. Sic enim vitalis partus ſeptimeſtris Hippocrati dicitur, quòd tres hebdòmadum decadas perfectas & exactè plenas aut integras compleat, hoc eſt, dies 210. Idem de fœtu nouem menſium (ibidem v. 48.) καὶ ἔχει τὸν ἀριθμὸν ἀτρεκέα ἐς τὰς ἑβδομάδας, & numerum exactum ad ſeptimanas habet. Quatuor enim hebdomadas complet. Rurſuſque (ibidem p. 44.15.) ἔστι δὲ λόγῳ καὶ ἀριθμῷ ἀτρεκέως ἑβδομάδες ἑξήκοντα καὶ τριακόσιαι. Iuſta autem ratione & numero exactè trecentæ & ſexaginta ſeptimanæ continentur. Anni enim ſeptem triginta quinque hebdomadum decadas complent, hebdomadas autem trecentas & ſexaginta. Sic enim locus ille legi poſſe mihi cum Cornario videtur. At verò lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 7. v. 45.) τὸ ἀτρεκὲς quod eſt rectum, certum & exactum ſignificat, χαλεπὸν δὲ τοιαύτης ἀκριβείης ἐούσης περὶ τὴν τέχνην, τυγχάνειν αἰεὶ τοῦ ἀτρεκεστάτου. Cùm igitur in arte tam exacta certitudo inſit, difficile eſt ſemper certiſſimum aſſequi. Quem locum ſubindicans Erotianus τὸ ἀτρεκέστατον à vero diſtingui vult, idemque μὴ τοιαύτης ἀκριβείης ἐούσης legit, contra omnium codicum fidem, quæ tamẽ lectio mihi amplectenda videtur. Rurſus (ibidem v. 49.) ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον διὰ τὸ ἐγγὺς εἶναι τοῦ ἀτρεκεστάτου, ὁμοῦ δύνασθαι ἥκειν λογισμῷ ἐκ πολλῆς ἀγνωσίης. Sed multò magis, quòd prope liceat ex magnis ignorantiæ tenebris ratiocinando ſimul ad id quod certiſſimum peruenire. Erotianus etiam ἀτρεκέως αὐτὶ τοῦ ἀληθῶς poſitũ lib. περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον teſtatur, nimirum id ſubindicans quod legitur (p. 64.23.) καὶ τἄλλα οὐδὲν ἀτρεκέως κατ' ἀλήθειαν δυνάται ὁρῇν. nihilq; de cætero exactè re vera videre poteſt. Vbi planè à vero tamen diſtingui ſatis apparet. Ἀτρεκείη etiam apud Hippocr. aſſeuerationem ſignificat, veritatem, quod pro comperto aſſeueratur aut certò aſſeritur. Prorrh. 2. (p. 414.15.) ἀμφὶ δὲ τῶν γυμναζομένων καὶ ταλαιπωρεόντων, τὰς μὲν ἀτρεκείας τὰς λεγομένας, ὡς λέγουσιν οἱ λέγοντες, ὅτι δοκέω εἶναι, οὔτ' εἴης δοκέειν κωλύω δοκέειν. Quòd autẽ attinet ad eos qui exercitationib. & laborib. fatigãtur, quę quidẽ pro certo aſſeuerãtur, vt aſſerunt qui ea narrãt, nec eſſe puto, neque ſi quis exiſtimet, prohibeo. Ἀτρεκέως αὐτὶ τοῦ ἀτρεκέως lib. περὶ φύσ. παιδίου (p. 37.31.) καὶ οὐκ ἔστιν ἀτρεκέως κρῖναι. neq; certò iudicare queas. Ἀτρεκέως, ἀληθῶς, ἀκριβῶς exponit Heſychius, & ἀτρεκὲς ἀληθές, vt ἀτρεκῆ. ἀληθῆ, ἀκριβῆ.

Ἀτρεμέας apud Hippocr. ponitur pro ἀτρέμας, quod placidè, quietè, remiſſè ſignificat. Lib. 5. Epid. (p. 340.24.) οὐκ ἀτρεμέας, neque quieſcebat, hoc eſt, οὐκ ἀτρέμας εἶχε, quod explicat lib. 7. Epid. οὐδ' ἠτρέμιζεν. Ἀτρέμας autem ἡσύχως, ἡσυχῇ exponit Heſychius, vt & ἀτρεμία, ἡσυχία, & ἀτρεμέει ἡσυχάζει, & ἀτρεμοῦσι ἡσυχάζουσι. τὰ ἀτρεμέοντα dicuntur Hippocrati partes corporis quę quieſcũt, eæq; intelliguntur quę extra dearticulationẽ ſunt in vtriſq; oſſibus quę inter ſe ad articulũ committuntur, vt in genu, pars circa femur,

vel circa tibiam. Sic enim explicat Gal. Com. 2. εἰς τὸ κατ᾽ ἰητρεῖον (p. 681. 11.) Ἀτρεμέοντα ἠρεμοῦντα, hoc eſt, quieta exponit Erotianus apud Hippocr. nimirum locum lib. de fract. (p. 559. 12.) ſobiudicans. καὶ τὰ μὴ ἀτρεμέοντα ἐν τῷ αὐτέῳ σχήματι, quæ neque in eadem figuratione quieta permanent. Ἀτρεμέειν autem frequens eſt Hippocr. & quieſcere aut cõquieſcere, ſignificat, ἡσυχίαν ἄγειν. Ἀττικὸν videtur eſſe emplaſtri nomen quod eſt vlceribus glutinandis efficax, apud Hippocr. quale eſt Attalom Celſi lib. 5. cap. 19. Eoque vtitur ad tibiæ vlcera Hippocr. lib. 4. Epid. (p. 333. 47.) ὃς ἐν τῇ κνήμῃ ἕλκος εἶχε, καὶ τῷ ἀττικῷ ἰχρήσατο. Qui vlcus in tibia habuit, & Attico vſus eſt. Ἀττικὸν ἀγγεῖον, ἀττικὴν χύτραν, καὶ μήν ποτε τὸν καλούμενον ἐχῖνον, interpretatur Gal. in Exeg. vas Atticũ, Atticam ollam, & aliquando Echinum vocatum.

¶ Αὐαίνειν eſt areſacere, ſiccare, & αὐαίνεσθαι areſieri, exiccari, & tabeſieri, vt αὔανσις in ſtirpibus idẽ quod γῆρας in animalibus, ſenio proportione reſpondens, vt ſcribit Gal. lib. 1. ſalub. (p. 221. 11.) Lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 234. 43.) αὐανθεῖσαι αἱ μῆτραι ὑπὸ τῆς ταλαιπωρίης, exiccati vteri præ labore & exercitatione. Rurſus (p. 236. 29.) vteros humidos αὐαίνειν, hoc eſt, exiccare præcipit. Et (p. 238. 31.) ὑστέρας ὑγρὰς & αὐανθείσας, hoc eſt, vteros humidos & reſiccatos inter ſe opponit, vt & (ibidem ver. 35.) τὴν ὑγρηδόνα ἔχουσαν, & τὴν αὐαινομένην. Αὐαίνεται ξηραίνεται, φθείρεται, exponitur Heſychio, & αὐαινομένους, ξηραινομένους, φθειρομένους, itidẽ αὐανθεὶς ξηρανθείς. Αὐαντὴ ἢ αὐαψὴ, ἡ ξηραντικὴ νόσος exponitur Galeno in Exegeſi apud Hippocr. nimirum ex lib. 2. de Morb. (p. 156. 10.) vbi νοῦσος ἡ λεγομένη αὐαντὴ deſcribitur, morbus quidam deſiccans. Αὐασμὸν, ξηρασμὸν, hoc eſt, ſiccitatem, exponit Erotianus apud Hippocr. locum lib. περὶ χυμῶν (p. 115. 2.) ſubnotans, additque αὖον τὸ ξηρὸν dici, adducto Homeri teſtimonio. Ἄυαι γλῶτται valde reſiccatæ linguę & aridæ dicuntur aph. 13. lib. 6. Epid. ſect. 5. ἀπὸ ἐγκαύσιος λιγνυώδεος, ex incendio fuliginoſo. Vbi Galenus ἄυας, ἱκανῶς ξηράς, abunde reſiccatas exponit.

Αὐθάδης apud Hippocr. arrogãtem & ſuperbum ſignificat, quique præ ſe cæteros omnes deſpicit, & adeò peruicaciter aut arroganter ſe gerit, vt cæteros colloquio aut conſuetudine familiari minimè dignetur. Lib. περὶ ἰητροῦ (p. 12. 35.) σχήματι δὲ ἀπὸ μὲν προσώπου, σύννουν μὴ πικρῶς· αὐθάδης γὰρ δοκεῖ εἶναι καὶ μισάνθρωπος. Quòd ad geſtum attinet, vultu ſit cogitabundo & ſubtriſti, citra amarulentiam tamen ne ſuperbus aut inhumanus videatur. Vbi αὐθάδης dici videtur qui arroganter & ſuperbè ac contumelioſè cæteros deſpicit. Cornarius contumacem vertit, Gorrhæus ſupercilioſum, Caluus improbum & audacem, Zuinggerus appoſitiſſimè ſuperbum. αὐθάδεις καὶ ἰδιογνώμονας ſimul iungit Hippocr. lib. de aëre, loc. & aq. (p. 81. 1.) hoc eſt, ſibi nimis placentes & ſuperbos, cum pertinacibus & in concepta opinione permanentibus.

Αὖθις pro impoſterum aut poſthac ſumitur lib. 5. Epid. (p. 338. 31.) ὁ δὲ πυρετὸς αὖθις οὐκ ἠφίει, febris verò poſthac non dimittebat.

Αὐλὸς fiſtulam ſignificat, ſed pro vterorũ foramine & ſinu pudoris ſumitur apud Hippocr. lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 269. 42.) πρὸς μὲν τὰς ὑστέρας, προσθεῖναι εἴριον πρὸς τὸν αὐλὸν, ὡς ἔνι μάλιστα. Ad vterorum quidem foramen lanam, quoad fieri maxime licet, apponere oportet. Ibidem etiam (v. 46.) ἐναυλίη, interior trames & fiſtula, aut interior ſinus vterum petens dicitur. ὅταν δὲ κλεισθῇ τὸ στόμα, καὶ ἡ ἐναυλίη. Cum verò vteri oſculom concluſum fuerit, & interior trames aut fiſtularis via. Sic enim cum Cornario lego. Lib. verò de art. (p. 622. 12.) αὐλὸς ἐκ χαλκείου follem fabrilem aut ex officina fabri ſignificat. κἄπειτα αὐλὸν ἐκ χαλκείου ἐς τὸν ἀσκὸν τὸν ὑποκείμενον ἐνθέντα φυσᾷν, ac deinde vtrẽ ſuppoſitum immiſſo folle fabrili inflabam. Rurſusq́ue (p. 658. 53.) ἔπειτα ἐς ἕνα τῶν πολλῶν, τὸν λελυμένον ἐνθέντα αὐλὸν ἐκ χαλκείου φυσᾷν. Deinde impoſito folle fabrili in partem ex multis ſolutam, flatus in vtrem immittitur ac diſtendi cogitur.

Αὐλίσκος etiam fiſtulam ſignificat quæ in veſicã immittitur, catetherẽ vocant. Lib. 1. de Morb. (p. 130. 37.) μήτε ἐς κύστιν αὐλίσκον καθιέντα, δύνασθαι καθιέναι, & fiſtulam in veſicam immiſſam demittere non poſſe.

Αὔξεσθαι augeri dicitur cũ talis generatur ſubſtantia qualis eſt deperdita. Gal. Com. ad aph. 19. lib. 6. αὔξεσθαι μὲν γὰρ λέγει τὸ γεννᾶσθαι τοιαύτην οὐσίαν ὁποίαν ἦν ἡ διαφθαρεῖσα, ὥσπερ ἐπὶ τῶν κοίλων ἑλκῶν ὁρᾶται σὰρξ βλαστάνουσα. Αὔξεσθαι, hoc eſt, augeri quidem intelligit talem aliquã generari ſubſtantiam, qualis eſt partis diuiſæ, ſicuti in cauis vlceribus caro ſuccreſcere cernitur. Αὔξη idem quod αὔξησις, incrementum ſignificat & nutritionem. Lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 241. 38.) καὶ αὔξη οἱ γίνεται, & incrementum ipſi accedit. Heſychius etiam αὔξην αὔξησιν exponit. Eſt autem αὔξησις & auctio partium corporis in tres dimenſiones diſtentio, nimirum cùm nutritione in latum, longum & profundum augentur. Philotheus αὔξησιν τοῦ λείποντος ἀναπλήρωσιν eſſe dicit, eius quod deficit ſupplementum.

Αὐτίκα apud Hippocr. ſtatim, confeſtim ſignificat, & de tempore latitudinem habente, velut ἀρχὴ intelligitur. πλάτος enim ἔχει τοῦτο, ὁμοίως περ καὶ τὸ τῆς ἀρχῆς ὄνομα, καὶ παραχρῆμα δηλοῖ, tantam habet latitudinem quantam principij nomen, & confeſtim indicat, vt ſcribit Gal lib. περὶ κρίσεων cap. 7. multis Hippocr. exemplis in medium adductis. Sic aph. 7. 10. & 12. lib. 1. αὐτίκα de primis tribus aut quatuor morbi diebus dicitur. Vbi etiam ſcribit Gal. αὐτίκα δὲ ἀκουστέον περὶ τὴν πρώτην τετράδα, ἢ μικρὸν ταύτης ἐξωτέρω. ſtatim autem de primo quaternario obaudiendum venit, aut paulò vlteriore tempore. Idem αὐτίκα ἢ μετ᾽ οὐ πολὺ τῆς πρώτης εἰσβολῆς, hoc eſt, non ita multò pòſt primum morbi inſultũ ſignificare ſcribit Com. ad aph. 10. lib. 1. Sic lib. 2. Epid. (p. 311. 34.) πρὸς τὰς ἀρχὰς σκεπτέον τῶν νόσων, εἰ αὐτίκα ἀνθεῖ.

ad di-

ad dignoſcenda morborum principia, conſiderandum an confeſtim conſiſtẽdi vigorem habeant. Lib. etiam 1. Epid. ſect. 3. αὐτίκα γὰρ ξυνεχέες ἐοῦσιν ἀρχόμενοι αὐθῆ καὶ ἀκμάζει. Scilicet namque continua quibuſdam vbi incipit floret & viget maximè. Vbi αὐτίκα τὸ ἀμέλει ſignificare, hoc eſt, ſine mora, quàm primum, promptè, celeriter, citò, ex Galeno indicauimus. Lib. etiam de rat. vict. in morb. ac. (pag. 48.21.) ἐκόσοισί τε γὰρ οὕτως αὐτίκα ἐγκαταλείπεται. Quibus enim cibi recrementum ſtatim interclusum eſt. Vbi αὐτίκα immutato poni ordine ſcribit Gal. eumque ſenſum habere, αὐτίκα γοῦν οἷς οὕτως ἐγκαταλείπεται, hoc eſt, Iam primum enim quibus cibi recrementum interclusum eſt. vt αὐτίκα, iamprimũ, primùm, verbi gratia, aut verbi cauſa ſignificet. Erotianus apud Hippocr. αὐτίκα Bacchio ἤδη, iam, denotare ſcribit, vt & Epicli εὐθέως, celeriter, confeſtim. Interdum verò ἀντὶ τοῦ μετ' ὀλίγον eam dictionem ſumi.

Ἀυτίτην οἶνον expoit Galenus apud Hippocr. in Exeg. τὸν αὐτοετῆ, τὸν ἐκ τοῦ ἐνεστῶτος ἔτους, vinum anni præſentis quo bibitur, vinum hornum, quaſi dicas αὐτοετῆ. Sicut & περυσίας eidem ὁ περυσινὸς οἶνος dicitur, οἶνον περυσίας τις ὤν, vinũ anni ſuperioris & proximè præteriti. Quibus Galeni verbis liber 3. de Morb. ſubindicari videtur (p. 161.40.) vbi ſcribitur, καὶ οἶνον αὐτίτην πινέτω ἔγχωρον, & vinum hornum vernaculum bibat. Verùm αὐγίτην pro αὐτίτην habent omnia exemplaria tum manu ſcripta, tum publicata. Interpretes vinum ſplendidũ & clarum dixerunt. ἔγχωρον etiam pro ἐγχώριον vitioſè ibidem legitur, vt vinum patrium & vernaculum intelligatur. Αὐτίτης οἶνος Polluci exponitur ὁ ἐπιχώριος vinum vernaculum & patrium, vt & Sudæ αὐθιγενής dicitur, & quibuſdam ὁ ἀμιγὴς καὶ ὁ χωρὶς παρεγχύματος, hoc eſt, meracum & nulla aqua perfuſum ac mixtũ, aut χωρὶς ἐψήματος. Pro quo ἀπαρέγχυτον ponit Erotianus, cùm οἶνον αὐτίτην τὸν ἀπαρέγχυτον exponit, merum & cui nihil affuſum eſt aut admixtum. (Verùm apud Erotianum δεινὸν αὐτίτην fœdiſſimo vitio legitur, vt ſatis apparet) Cui forte opponitur ὁ ὑπόχυτος οἶνος Timachidæ Rhodio παραπλήσιος τῷ γλυκεῖ, & γλυκύς ἐστιν ὁ τὸ ἕψημα ἔχων, apud Athenæum lib. 1. (p. 16.) Polyzelus apud Erotianũ αὐτίτην vocat, & apud Athenęũ αὐτίτην οἶνον ἐν Ῥόδῳ, pro quo ἀντίτην mendosè apud Athenæum habent omnia exemplaria. Dicitur & αὐτίτης οἶνος, ὁ ἀπὸ ταρίας καὶ ὁ ἐπέτειος Varino. At forte apud Hipp. αὐτίτης οἶνος vinum merum & ſyncerum intelligitur lib. 3. de Morb. in Voluulo, quemadmodum lib. 2. Epid. ſect. 6. ἄκρητον πολλὸν eodẽ in morbo exhibet. Quod certè conuellit Cælius Aurelianus lib. 3. Acut. cap. 6. vbi hunc etiam locum lib. 3. de Morb. ſubnotat, vinũ tamen ſimpliciter dicit. Merum autẽ in volvulo auxilij vicẽ ſubire poteſt ex placito 44. lib. 6. & Celſo lib. 2. cap. 8. & Aretæo cap. 5. lib. 2. de Cur. morb. ac. vt & cętera calefacientia, & febris ex Hipp. quæ tamẽ li. 3. de Morb. & Galeno damnatur, com. ad aph. 44. lib. 6.

Αὐτόδρομον αὐτοκίνητον, hoc eſt, quod ex ſe mouetur explicat Gal. apud Hippocr. ex lib. περὶ ἑβδομάδων.

Αὐτομάτως fieri dicũtur apud Hippocr. quæ ſponte magisq; naturæ vi quàm morbi, aut medici opera contingunt, vt aph. 2. lib. 1. de ſpontinis vacuationibus per aluum aut vomitũ. Lib. περὶ χυμῶν (p. 114.31.) τὰ αὐτόματα ἄνω καὶ κάτω. quæ ſua ſponte, hoc eſt, natura ſurſum aut deorſum feruntur, ſpectãda monet num proſint, aut noceant. αὐτόματα ἰόντα quæ ſponte & per ſe prodeunt, quæcunq; citra medici operam excernuntur, aph. 2. lib. 4. Vbi ſcribit Gal. αὐτόματα κενοῦσθαι λέγομεν ἐκ τοῦ σώματος, ὅσα χωρὶς τοῦ πρᾶξαί τι τὸν ἰατρὸν ἐκκρίνεται, ποτὲ μὲν τῆς διοικούσης τὸ σῶμα φύσεως ἐκκαθαιρούσης αὐτά, ποτὲ δὲ διὰ ἐρεθισμόν, ἢ τὸ μὴ στέγεσθαι πρὸς τῶν ἀγγείων. Sponte è corpore vacuari dicimus, quæcunq; citra omnem Medici opem excernũtur, idq; interdum natura corpus noſtrum gubernante ea expurgante, interdum etiam ex irritamento aliquo, aut quia à vaſis contineri nequeant. Idem Com. ad aph. 14. lib. 6. ſpontaneas vacuationes vocat, τὰς μὲν γινομένας οὐ χωρὶς αἰτίας, ἀλλὰ χωρὶς τῆς ἐξ ἡμῶν αἰτίας, non quæ ſine cauſa quidẽ, ſed quæ citra noſtram operã fiunt. Sic aph. 15. & 17. lib. 6. ἀπὸ ταὐτομάτου fieri dicuntur, ἄνευ φανερᾶς αἰτίας, τουτέστι μηδεμιᾶς αἰτίας ἀπὸ τοῦ ἰατροῦ γενομένης, ἀλλὰ προνοίᾳ φύσεως. quæ citra manifeſtã cauſam, hoc eſt, Medici opem contingunt, ſed naturæ prouidentia, vt in his quæ rectè à natura geruntur, αὐτόματα ῥίγεα ſpontanei rigores ſunt, authore Gal. com. 3. in lib. 1. Epid. (p. 385.44.) τὰ χωρὶς τῆς ἔξωθεν αἰτίας, qui ſine cauſa externa fiunt, τὰ παρὰ ῥίγη dicuntur Gal. lib. περὶ ῥίγους (p. 368.54.) ἀπὸ ταὐτομάτου etiam ἐξαίφνης, repente, aut ἄνευ φανερᾶς αἰτίας ſignificat, aph. 78. lib. 4. At lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 9.38.) ἀπὸ ταὐτομάτου dicitur quod ſponte & ſine alterius ope fit. Αὐτόματον quod in caſum cadit ſponteque accidit, lib. περὶ τέχνης (p. 2.17.) quodque nihil prorſus eſſe deprehenditur, neque vllam omninò habere eſſentiam, ſed tantùm nomen eſſe inane. At lib. περὶ φυσῶν (p. 120.31.) αὐτόματον de ſpiritu dicitur, qui ſponte & primariò, aut ſine vllo medio per inſpirationem in venas ſubit. αὐτόματοι χυλοὶ lib. περὶ τροφῆς (pag. 110.32.) ſpõtanei ſucci qui ad nutritionem ſponte humana & certo conſilio aut inſtituto vt agerent ſunt adhibiti, & quibus adhibendis ars & humanum cõſilium ſubſeruit. Ita αὐτομάτως quod ſponte fit & certo conſilio, vt ἑκουσίως, velut ἑλκώσεις αὐτόματα dicuntur lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p. 14.16.) vlcerationes ſpontaneæ, quæ ab externa cauſa fiunt καθαιρόμενοι αὐτόματοι qui ſponte naturæ repurgantur, quibus ὑπὸ φαρμάκου, à medicamento repurgati, opponuntur, lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 10.26.) ὑπὸ αὐτοματισμοῦ, ſponte, per ſeſe, lib. de rat. vict. in Morb. ac. (p. 116.24.)

Αὐτὸς ἑωυτοῦ γενέσθαι dicitur Hippocrati pro ad ſeſe redire, & ſui ac mentis compos fieri. Lib. 7. Epid. (359.38.) καὶ αὐτὸς ἑωυτοῦ μόγις ἐγίνετο, & ægrè ad ſeſe redibat. Neque abſimili locutio-

ne ἐξ ἑαυτοῦ εἶναι, extra ſe eſſe ſignificat, vt ἐντὸς αὑτοῦ εἶναι, ſui compos eſſe. (ibidem ver. 37. & 39.)

Αὔτως ματαίως, Galenus in Exegeſi explicat apud Hippocr. quod eſt fruſtrà, temere. Heſychius quoque αὔτως μάτην exponit.

Αὐχμοὶ ſqualores & exuperantes ſiccitates ſignificant, impropriè tamen nec valde vſitata locutione pro iuſto ſicciore temporis conditione vſurpatur Hippocrati Lib. 1. Epid. in hyeme, (p. 350. 34.) Quod indicat Gal. his verbis: τὴν ξηροτέραν τοῦ προσήκοντος κατάστασιν, αὐχμὸν ὀνόμασεν οὐ πάνυ τι συνήθως. εἰώθαμεν γὰρ οὐ τὴν ἁπλῶς ξηροτέραν, ἀλλὰ τὴν ἄκρως ξηρὰν ὀνομάζειν οὕτως. Plus æquo ſiccam temporis conditionē αὐχμὸν, hoc eſt, ſqualorem non admodū vſitato nomine appellat. Hoc enim nomine nō ſimpliciter ſicciorē, verùm extremè ſiccam appellare conſueuimus. Philotheus quoque αὐχμὸν Hippocrati dici ſcribit τὴν ξηρότητα τὴν πέρα τοῦ μετρίου eam ſiccitatem quæ modū excedat. Eadem notione rurſus lib. 1. Epid. ſt. 3. hyemi αὐχμοὶ πολλοὶ attribuuntur, & aph. 7. & 15. lib. 3. αὐχμοὶ iuſto ſicciora tempora denotant, & ὁ χειμὼν αὐχμηρὸς iuſto ſiccior hyems dicitur aph. 11. lib. 3. & θέρος αὐχμηρὸν aph. 13. αὐχμοὶ πολλοὶ μετὰ ζέφυρον ἐγένοντο, ſqualores multi poſt Fauonium contingebant, lib. 5. Epid. (p. 342. 27.) vbi tamen fœdiſſimo errore λιμοὶ legitur. αὐχμώδης χροὺς corporis cutis ſquallida & plus æquo reſiccata Coac. Prænot. (p. 444. 19.)

¶ Ἀφαιρέσιες τῶν αἱμάτων ſanguinis detractiones pro ſponte factis hæmorrhagiis ponuntur. In Coac. Prænot. (p. 434. 21.) καὶ αἱ τῶν αἱμάτων ἀφαιρέσιες αἱ ἀθρόαι βλάπτουσιν, confertæ ſanguinis detractiones lædunt. Ἀφαίρεσις etiam lib. περὶ εὐσχημοσ. (p. 15. 35.) rapinas ſignificat, ſubtractionem dixit Caluus.

Ἀφανίζεσθαι de his quæ diſparent & euaneſcunt dicitur, quod dum temere in morborum ſolutionibus & iudicationis diſciplina accidit, damno eſt, tuncque ἐξαίφνης, παραλόγως, ἀκρίτως ἀσήμως, ἀλόγως, ἄνευ προφάσεως, μὴ κατὰ λόγον, χωρὶς σημείων ἢ ἀκρισίως additur, vt lib. 2. Epid. (p. 315. 19.) ὅποσα ἀσήμως ἀφανίζεται, δύσκριτα, quæcunque abſque iudicationis ſignificatione diſparent, male decernunt. Et rurſus (p. 316. 30.) κακοηθέστερα τὰ ἐξαίφνης ἀφανιζόμενα, longè maligniora ſunt, quæ derepente euaneſcūt. Lib. 1. Epid. (p. 352. 15.) ἐπάρματα παρὰ τὰ ὦτα πᾶσιν ἀσήμως ἀφανίσθη, tubercula ad aures omnib. ſine vlla ſignificatione diſparuerunt. Rurſus (p. 364. 35.) ἐξανθήματα ταχὺ πάλιν ἀφανιζόμενα, puſtulæ citò rurſum diſparentes. Et ſt. 3. (p. 370. 13.) παρὰ τὰ ὦτα ἐπαναστάντα ἠφανίσθη, ad aures enati tumores diſparuerunt. & τούτων δ᾽ ἀφανισθέντων, quibus euaneſcentibus. Lib. 3. Epid. ſt. peſt. (p. 422. 21.) ὅσα μὲν ἀπόστασιν ποιήσαιτο ἀσήμως ἀφανιζόμενα, quęcunque abſcederent ſine vlla ſolutionis ſignificatione euaneſcentia. In Progn. (p. 159. 13.) ἢν δὲ μήτε ἐν ἡμέρῃσι κρισίμοισιν ἀφανίζηται τὸ ἐρυσίπελας, quod ſi neq; diebus iudicatoriis eryſipelas diſparuerit. Et rurſus (p. 151. 19.) ἢν ἀφανίζωνται καὶ παλινδρομέωσιν αἱ ἀποστάσιες. Si verò abſceſſus diſpareant & intrò redeant. In Prorrh. (p. 181. 42.) ἀφανισθέντος δὲ κατὰ τὸν μηρὸν ἀλγήματος, euaneſcente & diſparēte femoris dolore. Rurſusq; (p. 201. 4.) ἀφανισθὲν ἀλόγως πλευροῦ ἄλγημα, lateris dolor tèmere & præter rationem euaneſcens. Atque certe huius dictionis vim aperit Gal. Com. 2. in Progn. (p. 151. 21.) his verbis: τὸ ἀφανισθῆναι λέγεται τῶν παρὰ φύσιν ὄγκων εἰπεῖν, οὐ ταὐτὸν σημαίνει τῷ παύσασθαι φάναι. γενικώτερον μὲν γὰρ δηλοῖ τὸ παύσασθαι. τὸ δὲ ἀφανισθῆναι τὸ διὰ ταχέων παύσασθαι καὶ ὡς ἐξαίφνης ἐστὶ δηλωτικόν. γίνεται μὲν οὖν γίνεται τοῦτο διὰ λεπτότητα χυμοῦ καὶ ἀραιότητα μορίου, καὶ τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος θερμότητα, καὶ τὴν ἰσχὺν τοῦ προσαχθέντος φαρμάκου, καὶ τῆς τοῦ κάμνοντος δυνάμεως τὴν ῥώμην. ἐὰν γὰρ ἅμα πάντα συνέλθῃ τὰ εἰρημένα, διαφορηθήσεται ταχέως ὁ παρὰ φύσιν ὄγκος. ὡς τὰ πολλὰ δὲ τὸ ἀφανίζεσθαι τὰ τοιαῦτα, εἴωθε συμβαίνειν μεταῤῥεόντων τῶν ἐργαζομένων αὐτὰ χυμῶν, ἤτοι γε εἰς τοὺς αὐτοὺς τόπους ὅθεν ὡρμήσαν, ὅπερ ἰδίως ὁ Ἱπποκράτης ὀνομάζει παλινδρομεῖν, ἢ πρός τινας ἄλλους ἐν τῷ βάθει τοῦ σώματος τόπους. τὸ ἀφανισθῆναι, quod eſt diſparere aliquem tumorem præter naturam, non idem denotat quod παύσασθαι, quod eſt ceſſare. παύσασθαι nanque vniuerſalius quiddā indicat. ἀφανισθῆναι verò citò ac velut derepente ceſſare ſignificat. Interdum igitur id accidit ex humoris tenuitate & partis raritate, & ambientis nos aëris caliditate, atque admoti medicamenti vehementia, ac virium ęgri robore. Si enim prædicta omnia in vnum conueniant, tumor præter naturam citò reſoluetur. Vt plurimùm autem eiuſmodi humores ἀφανίζεσθαι, hoc eſt, diſparere contingit, refluentibus ad eundem locum ex quo impetū fecerunt humoribus qui eos committunt, (quod propriè Hippocrates παλινδρομεῖν, quod eſt intrò recurrere, vocat) aut ad alium quendam in profundo corporis locum. Idē quoque Com. 3. in Prorrh. (p. 219. 53.) τὸ δ᾽ ἐξαίφνης ἀφανισθῆναι τὰς ὀδυνηρὰς διαθέσεις, ἄνευ τοῦ κατ᾽ ἄλλο τι μέρος τῶν φανερῶν ἀπόστασιν γενέσθαι, πρὸς τὰ σπλάγχνα δηλοῖ τὴν μετάστασιν τῶν λυπούντων γεγονέναι. Affectiones autem cum dolore diſparere abſque vllo in partem aliquam manifeſtam abſceſſu, infeſtantium humorum ad viſcera ipſa tranſpoſitionē quandam fieri indicat. Ἀφανίζειν τὴν αἱμοῤῥοΐδα, eſt hæmorrhoida aut venam ſanguinē fundentem delere, eximere, diſſipare aut cōſumere. Lib. περὶ αἱμοῤῥοΐδων (p. 521. 15.) ταὐτὰ ποιέειν μέχρις ἂν πάσας ἀφανίσῃς. eadē facienda dum omnes deleueris, diſſipaueris. Et rurſus (v. 18.) μέχρις ἂν ἀφανίσῃς, donec deleantur.

Ἀφασσόμενα Galenus apud Hippocr. in Exeg. ψηλαφώμενα exponit, hoc eſt, contrectata, cōfricata, aut quæ contrectantur. Legitur autem lib. 2. de Morb. (p. 147. 5.) ἐπὴν δὲ τὰ δοκέοι τὰ φύματα μαλακὰ εἶναι, ἔσωθεν ἀφασσόμενα, ὑποτάμνειν μαχαιρίῳ. Vbi verò tubercula mollia eſſe videbuntur, intus contrectata, hoc eſt, digitis confricata, ſcalpello pertundito. Rurſus (pagina 148. 36.) ἔξωθεν ἀφασσόμενος ὁ βληχρὸς πυρετὸς, febris ad externum contactum debilis eſt. Verùm in priore exemplo ἀφασσόμενα omni-

omnibus in exemplaribus legitur pro ἀφασσάμενα, velut ab ἀφασσέω. Eſt & ἀφάω & ἀφάσσω, contrecto, palpo, tango, ψηλαφῶ. Lib. περὶ γυναικ. φυσ. (p. 215.15.) ἢν ἀφάσσῃ τῷ δακτύλῳ τὸ στόμα, & ſi digito os vteri contrectet. Sic enim illic legendum cenſeo. Rurſus (p. 216.10.) ἢν δὲ ἀφασσέῃ, ſi contigerit, contrectarit. Ἀφάσσειν ψηλαφᾶν, παρὰ τὴν ἀφὴν exponit Heſychius. Ἀφὰς Galenus in Exegeſi τὰ ἅμματα, vincula exponit apud Hippocr. παρὰ τὸ ἅψαι. Idem etiam ἀφησσαμένη ψηλαφήσασα, hoc eſt, quæ contrectauit, exponit. Verùm ἀφασσαμένη meliores habent codices.

Ἀφειδεῖν nihil parcere ſignificat, hoc eſt, non remiſsè agere, neque molliter, ſed audacter, nihil veriti, nihil remittendo, ſed ſedulò & diligenter. Lib. de art. (p. 607.43.) ἢ ἔξωθεν ἀφειδέοντα χρὴ ἀνάγειν εἰς τὴν ἀρχαίαν φύσιν, & exteriore parte, non remiſse agendo, in ſuam ſedem compellendæ. Iubet enim nares primũ interiore parte conformare, & exteriore nõ remiſsè neq; molliter, ſed audacter in ſuam ſedem compellere & dirigere. Cui poſtea βλακεύειν & ἀπαλωτέρως ἅπτεσθαι opponit. Igitur & diligentiam requirit, & mollitiem in tractandis naribus fugit.

Ἄφεσις remiſſionem indicat, morbi ſolutionem & liberationem. In Coac. Prænot. (p. 442.5.) οὖρον ἐν πυρετῷ λευκὸν ἔχον ἢ λεῖον ὑπόστασιν ἱδρυμένον, ταχεῖαν ἄφεσιν σημαίνει. In febre vrina album & læue depoſitum habens ſedimentum, celerem remiſſionem denunciat. ἀφέσιες τῶν τοξευμάτων ſagittarum emiſſiones, lib. de art. (p. 529.33.) Eſt vbi ἄφεσις membrorum exolutionem, relaxationem ac veluti languorẽ indicat, vt lib. 3 Epid. ſt. peſt. (p. 425.1.) λῆθαι ἢ ἀφέσιες in febribus ardentibus ſimul iunguntur. Vbi Galenus ἄφεσιν τὴν οἷον ἔκλυσίν τινα ἢ πάρεσιν ἁπάντων τῶν μορίων τοῦ σώματος, exponit, ὅθεν ὁμοίως τοῖς παραλελυμένοις ἐρριμμένα φαίνεται, veluti exolutionem, tum etiam omnium corporis partium reſolutionem, cùm reſolutis ſimiles proiectæ & iacentes videntur. Qua notione etiam ſumi hæc dictio poteſt in Coac. Prænot. (p. 440.32.) aut etiam morbi remiſſionem indicare, vt illic ſcripſimus.

Ἀφηλικέστερος, qui florentem ætatem exegit, ſenior, prouectioris ætatis. Lib. 7. Epid. (p. 365.42.) τῇ λικινίου ἀδελφῇ τῇ ἀφηλικεστέρῃ. Licinij ſororem, quæ iam florentes annos exegerat.

Ἄφθαι dicuntur Hippocrati ſuperficiaria oris vlcera, maligna & ſerpentia, ignea quadam caliditate prædita, quæ nuper natos pueros & adhuc tenellos exercent, aph. 24. lib. 3. Vbi ſcribit Gal. ἐπὶ τῶν παιδίων τῶν νεογνῶν ἄφθας φησὶν γίγνεσθαι. καλοῦσι δὲ οὕτως τὰς ἐπιπολῆς ἑλκώσεις κατὰ τὸ στόμα διὰ μαλακότητα μάλιστα τῶν ὀργάνων γιγνομένας, μὴ φερόντων μήτε τὴν ἀφὴν, μήτε τὴν ποιότητα τοῦ γάλακτος, ἔχοντος οὐκ ὀλίγον ῥυπτικὸν ἐν αὐτῷ. ῥυπτικὸν δ᾽ ἐστι τοῦτο τὴν φύσιν, ὥστ᾽ οὐδὲν θαυμαστὸν ἐν μαλακοῖς σώμασιν ἐργάζεσθαι τινας ἐπιπολῆς ἑλκώσεις. In puerulis recens in lucẽ editis aphthas fieri dicit. Sic autem vocant vlcerationes oris ſuperficiarias, præ mollitie maximè inſtrumentorum exortas, quæ neque contactum, neque lactis qualitatem ferre poſſunt, quod non parum teri in ſe continet. Eſt autem id naturâ abſtergẽdi facultate præditum, adeo vt nil mirum ſit, ſi in mollioribus corporibus quaſdam in ſuperficie exulcerationes efficiat. Idem lib. 6. Comp. pharm. κατὰ τόπ. (p. 252.15.) τὰς ἐπιπολῆς ἑλκώσεις ἐν τῷ στόματι γιγνομένας ὀνομάζουσιν ἄφθας, ἐχούσας τι ἢ θερμότητος πυρώδους. γίνονται δὲ τοῦτο μάλιστα τοῖς βρέφεσιν, ὅταν ἤτοι μοχθηρὸν εἴη τὸ γάλα τῆς τιτθῆς, ἢ μὴ καλῶς αὐτὸ πέψῃ τὸ παιδίον. Aphthas vocant in oris ſuperficie obortas exulcerationes igneæ caliditatis quiddam obtinentes. Oriuntur autem vt plurimùm infantibus, cùm vel vitioſum fuerit lac nutricis, aut non probè ipſum concoxerit infans. Rurſus Com. 3. in lib. 3. Epid. (pag. 420.19.) αἱ μὲν οὖν ἄφθαι κατὰ τὸ στόμα γίνονται συνεχῶς τοῖς παιδίοις, ἑλκώσεις ἐπιπολῆς οὖσαι, διότι τὰ μαλακώτατα τὰ μόρια πάντ᾽ ἐστὶν αὐτοῖς, καὶ οἷον βρυώδη, ἢ πρὸς τούτοις ἔτι τὸ στόμα παντάπασιν ἀήθες ὁμιλίας ἐδεσμάτων τε ἢ πομάτων. ὅταν οὖν τὸ γάλα τῆς τιτθῆς ἔχῃ τινὰ δριμύτητα, τὰς ἄφθας ἐργάζεται, παυομένας ῥᾳδίως, ἐὰν μετρίως στύφῃ τις τὸ στόμα τοῦ βρέφους. ὅταν δὲ τις ἐπιῤῥυῇ μοχθηρὸς χυμὸς, ἀεὶ κακοήθεις ἄφθαι συνίστανται. Aphthæ igitur aſſiduè oriuntur circa puerorum ora, quæ exulceratio in ſummo exiſtunt, tum quia omnia eorum membra ſunt molliſſima ac algæ more fragilia, tum etiam inſuper os eſt prorſus inſuetum cibis & potibus. Vbi ergo nutricis lac acrimonia quadam præditũ fuerit, aphthas gignit quæ facilè placantur ſi infantis os modicè adſtringas. Si verò prauus aliquis humor affluxerit, malignæ ſemper aphthæ conflantur. In Definit. Med. (p. 400.45.) ἄφθα ἐστὶν ἕλκωσις ἐπιπόλαιος ἐν στόματι γιγνομένη. ἐπιπολάζει δὲ αὕτη ἡ ἕλκωσις μάλιστα παιδίοις. Aphtha eſt vlceratio in oris ſuperficie exorta. Præcipuè verò exulceratio iſta in pueris manifeſta cernitur. Aphthæ ſerpentia oris vlcera vocantur Celſo, cap. 1. lib. 2. ex aph. 24. lib. 3. ἀφθώδεα στόματα ſerpentia oris vlcera lib. 3. Epid. in ſt. peſt. & Coac. Prænot. (p. 440.25. & 441.18.) Quod etſi propriè de oris vlcere feruido ſumi poteſt, ad oris vteri aphthas etiam non malè transferetur, quod στόμα Hippocrati ſæpe dicitur lib. περὶ γυναικείων, ἀφθοῦνται τὰ αἰδοῖα pudenda mulieris feruido vlcere ac ſuperficiario laborare ſcribitur Hippocr. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 227.48. & 226.40.) & lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 242.15.) ἢν παιδίσκη ἀφθοῖ τὰ αἰδοῖα. Si prægnantis pudenda vlcere feruido & ſuperficiario laborent. Quod etiam repetitur lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 229.4.) vtrobique tamen vitioſè legitur. Rurſus lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 263.14. & lib. 2. (pag. 290.18.) Sic ἀφθώδεα ῥεύματα fluxiones quæ ſerpentia oris vlcera faciunt in prægnantibus, quod de vteri oſculo accipiendum videtur in Coac. Prænot. (p. 440.48.) Sunt & reliquarum etiam partium aphthæ, vt lib. 2. de Morb. (p. 151.46.) fiſtulam pulmonis aphtha, hoc eſt, vlcere feruido, laborantem celebrat Hippocr. Et διδύμους ἀφθώδεις curat Galen. lib. 9. Comp. pharm. κατὰ τόπ. &

Paulus lib. 3. cap. 54. Erotiano ἄφθα λέγεται ἐξανθημάτων εἶδός περὶ τὰ τῶν παιδίων σώματα μάλιστα γινόμενον, aphtha dicitur puſtularum genus, quæ præcipuè circa puerorum vlcera oriuntur. Paulus lib. 1. cap. 10. γίγνεται δ᾽ ἐν τῷ παιδίῳ καὶ ἕλκος τὸ καλούμενον ἄφθα, τὸ μὲν ὑπόλευκον, τὸ δὲ ὑπέρυθρον, τὸ δ᾽ αὖ μέλαν οἷον ἐσχάρα. κάκιστον δὲ τὸ μέλαν καὶ θανατωδέστατον. Oritur etiam in puero vlcus quod aphtha vocatur, nunc ſubalbidum, nunc ſubrubrum, rurſusque ad inſtar cruſtæ nigreſcens. Peſſimum autem & maximè lethale quod nigrum eſt. Aretæus quoque vetuſtus imprimis autor ſic aphthas deſcribit lib. 1. de cauſ. & ſign. morb ac. cap. 9. λοιμώδεα δὲ, ὁκόσα πλατέα, κοῖλα, λιπαρὰ, ἐπιπάγῳ λευκῷ, ἢ πελιδνῷ, ἢ μέλανι συνεχόμενα· ἄφθαι τοὔνομα τοῖσι ἕλκεσι. Aphthæ nuncupantur id genus vlcera, quæ peſtifera ſunt, lata, caua, pinguia, concreto humore quodam albo, aut liuido, aut nigro ſordentia. Ἄφθα exponitur Heſychio ἡ ἐν τῷ σώματι ἕλκωσις καὶ φθόη.

Ἀφεῖναι τὰ νοσήματα morbos tollere, ſummouere, liberare, dimittere. Prorrh. 2. (p. 423. 29.) ὁ φθινόπωρος ἀνεπιτηδειότερος ταῦτα τὰ νοσήματα ἀφιέναι, autumnus minus accommodatus ad hos morbos tollendos aut liberandos.

Ἀφίστασθαι abſcedere, diſcedere, abſceſſum facere aut diſceſſionem ſignificat, vt lib. 5. Epid. (p. 342. 39.) ἀφίσταται τὸ δέρμα ἀπὸ τοῦ ὀστέου, cutis ab oſſe diſceſſit. ἀφίστασθαι ἐς τὰ ἄρθρα, abſceſſus ad articulos fieri, aph. 64. lib. 4. ἀφίστασθαι αἱμορροΐδα venam ſanguinem fundentem eximi, decidere aut decedere, lib. περὶ αἱμορροΐδων (p. 521. 14.) αἱ δὲ αἱμορροΐδες τούτοισι τοῖσι φαρμάκοισιν ἀποπίπτουσιν, ὥσπερ σκύτος κατακεκαυμένον. Sub his medicamentis vena ſanguinem fundens, velut corium vſtulatum decidet, eximetur. Reliqua vide in Ἀπόστασις.

Ἀφλέγματον πῦον, pus ſine pituita, à pituita liberum, inter laudabiles puris notas ponitur, Prorrh. 2. (p. 416. 26.) & Coac. Præn. (p. 436. 35.) φλέγματος ἀπηλλαγμένον dicitur in Progn. (p. 149. 29.) Celſus ſine pituita vertit, cap. 8. lib. 2. quod reliqui interpretes ab inflammatione alienum non ſatis accommodatè mihi vertiſſe videntur.

Ἄφοδος cibi recrementum ſignificat Hippocrati & ciborum reliquias, aut ſuperfluorum alimenti excretionem. Galenus Com. 5. in lib. 6. Epid. (p. 509. 16.) ἄφοδον τὴν ἀπόκρισιν τῶν περιττῶν τῆς τροφῆς καὶ ἀποπάτημα exponit, reliquiarum alimenti excretionem & ſtercus, vt & Com. 2. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 59. 52.) ἡ ἄφοδος συγκαίεται, τὸ ἀποπάτημα explicat Gal. ſtercus exuritur. Eadem notione ἀφοδεύειν ventrem exonerare ſignificat lib. 7. Epid. (p. 354. 35.) ὡς ἀφοδεύειν ἐθέλων, cùm verò ventrem exoneraret. Et lib. de fiſtulis (p. 519. 10.) ὅταν δὲ θέλῃ ἀφοδεύειν, ἐπὶ σκιμπόδιον ὡς στενοτάτων ἀφοδευέτω. Vbi verò deiiciendæ alui cupiditas fuerit, ſuper anguſtiſſimos aſſeres aluum deiiciat. Ἄφοδος eſt Heſychio ἀποχώρησις ἐπὶ τὸ ἀφοδεύειν ſeceſſio ad exonerandam aluum. Eſt & οὔρου ἄφοδος vrinæ excretio & vacuatio Hippocrati aph. 4. ſect. 5. lib. 6. Epid. κένωσιν & ἔκκρισιν ibidem exponit Galenus.

Ἀφόρητοι οἱ πυρετοὶ, febres intolerabiles, vehementes, non ferendæ. Lib. περὶ κρισίμων (p. 385. 44.) ἡ ἀφόρητος φιλαργυρία, intolerabilis auaritia, in Epiſt. (pag. 525. 24.) Qua notione ἄφορος ἡ νοῦσος velut ἀφόρητος ſumi poſſit lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 244. 6.) vt ſit moleſtus & toleratu grauis, cui εὔφορος opponitur, vt etiã rectè vidiſſe videtur Cordæus contra reliquorum omnium interpretum mentem.

Ἀφορμὰ occaſio dicitur & cauſa externa aut manifeſta ex qua aliquid fit, πρόφασις exponitur Galeno Com. 3. in lib. 3. Epid. (pag. 421. 19.) quæ eſt (vt idem ſcribit Com. 3. in lib. 1. Epid. pag. 385. 43.) cauſa manifeſta & euidens, κυριώτατα γὰρ ἄν τις φαίνεσθαι προφάσεις τὰ φανερὰ τῶν αἰτίων, προφάσεις maximè propriè quis manifeſtas cauſas dixerit. Ἀφορμὴν omnem cuiuſq; rei materiam vnde actionis initium ſumit, ſignificare ſcribit Galen. Com. 3. in lib. 6. Epid. (pag. 481. 56.) his verbis: ἀφορμὴν λέγειν εἴωθεν Ἱπποκράτης, καὶ σχεδὸν ἅπαντες οἱ παλαιοὶ, πᾶσαν ὕλην πράγματος ἀφ᾽ ἧς ὁρμὴ γίνεται πρὸς τὰς ἐφεξῆς ἐνεργείας, εἴτε ἀργύριον, εἴτε τις ἄλλη κτῆσις, εἴτε δύναμις ἄλλη τις, εἴτε χωρίον, εἴτε πίστις, εἴτε πρᾶξις, εἴτε αἴτιον, εἴθ᾽ ὁτιοῦν ἁπλῶς ἄλλο. Ἀφορμὴν vocare ſolet Hippocrates omneſq; ferè antiqui, omnem rei materiam ex qua motus initium ducitur ad eas quę cõſequuntur actiones, ſiue ſit pecunia, ſiue aliqua alia poſſeſſio, ſiue facultas quædam, ſiue locus, ſiue fides, ſiue actio, ſiue cauſa, ſiue (vt vno verbo complectar) aliud quiduis. Quidam etiam Hippocrati ἀφορμὰς dici exiſtimarunt, locos prius affectos, ex quibus alij affectionis originem & initium ducerent, ſed hæc notio cùm particularis ſit, ſub illa vniuerſali facilè comprehenditur. Vocat ergo ἀφορμὴν Hippocr. vndecunque morbus initium traxerit aut occaſionem ſumpſerit, tranſlatione quadam, cùm ἀφορμὴ omnibus ferè autoribus ad hominum actiones & earum motum referatur. Sic ἀφορμὴ dicitur aph. 14. lib. 6. Epid. ſect. 3. occaſio omnis aut cauſa ob quam naturæ huiuſmodi alatæ ſiũt, hoc eſt, ſcapulas alarum inſtar exertas habent, ſiue facultatis vitalis imbecillitatem intelligas, ſiue primam originem, quæ eſt calidi natiui debilitas. Ἀφορμὴ etiam cauſam morbi & vnde quis laborare cœpit ſignificat, aph. 16. ſect. 3. lib. 6. Epid & aph. 25. qui etiam reperitur lib. 2. Epid. (p. 312. 34.) Et lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 211. 24.) ἰσχιάς δὲ ἀπὸ τῶν δὲ τῶν ἀφορμῶν γίνεται μάλιστα τοῖσι πλείστοισι. Iſchias ex his maximè cauſis fit plæriſque. Ἀφορμὰς ἔχειν exortum habere & progreſſum ſignificat lib. de art. (p. 624. 55.) πεφυκέναι exponit Galen. de neruis qui exoriuntur. Sic lib. περὶ εὐσχημοσ. (pag. 15. 29.) τὰς ἀφορμὰς δήλους ἐποιησε, manifeſtos progreſſus facit. Ἀφορμὴν etiam Heſychius τὴν πρόφασιν ἢ αἰτίαν exponit.

Ἀφραίνει, ἀφραίνει, ἀσυνετεῖ, hoc eſt, deſipit, imprudenter & inconſultè ſe gerit, imprudens eſt,

expo-

exponit Gal. in Exeg. apud Hippocr. Heſychius quoque ἀφράστῳ ἀσυνέτῳ, explicat.

Ἀφραίνοντος Erotianus apud Hippocr. ἀφρονοῦντος, hoc eſt, deſipientis, mentis minimè compotis, exponit. ἀφραίνοντι Heſychius, παραχρονοῦντι, ἀσυνετοῦντι, deſipienti, imprudenti, inconſultè & inconſideratè ſe gerenti, vt & ἀφραίνεις μωραίνεις, παραφρονεῖς, ſtultus es, deſipis.

Ἀφρίζειν ſpumare, ſpumam reddere ſignificat, vt lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 267. 18.) & ἀφρίζει ὅταν ῥάον, & ſpumat cùm leuius habuerit. Rurſus (pag. 278. 44.) ἀφρίζει τε & ἀλύει, ſpumatque & anxietate conflictatur. ἀφρεῖν verò dicitur lib. 4. de Morb. (pag. 174. 1.) hoc eſt, ſpumeſcere, de lacte, ἀφρεῖ & διακρίνεται, ſpumeſcit & ſecernitur. Et lib. 2. de Morb. (pag. 141. 17.) & ἀφρίει, & ſpumat. & lib. περὶ ἱερῆς νούσου (p. 125. 15.) ἀφρίει & ἀναβλύει, ſpumeſcit & ebullit. Sic ἀφροῦντα, ἀφρίζοντα, πομφολυγώδη, ſpumantia, bullas excitantia exponit Galen. in Exeg. Et Heſychius ἀφρεῖν, ἀφρίζειν, ἱδροῦν explicat. Qua certe in lectionis varietate cùm ἀφρεῖν & ἀφρίειν dicat Hippocr. ἀφράζει pro ἀφρίζει lib. 2. περὶ γυναικ. Galenum legiſſe non malè quis coniecerit, præſertim cùm ἀλύειν coniungatur, nec infrequens ſit hyſtericum hoc deſipientiæ ſymptoma.

Ἀφροντιστεῖν negligere ſignificat, ἐν παραγγελίαις (pag. 18. 17.) ἀφροντιστέοντες περὶ αὐτέων λαμβάνειν, ex his fructum percipere negligentes, ex his quæſtum facere nil curantes. Rurſus (v. 47.) ἀτυχίη ἀφροντιστοῦσα εὐπρεπείης, calamitas quæ decorum negligit.

Ἀφρώδης ſpumeus & ſpumoſus. ἀφρῶδες αἷμα πτύοντες, in hepatis inflammatione ſpumoſum ſanguinem ſpuentes. In Coac. Prænot. (pag. 438. 2.) ἀφρῶδες ἐπάνθισμα ἐν τοῖς χολώδεσι διαχωρήμασιν, in bilioſis deiectionibus ſpumoſa efflorescentia, flos veluti ſpumoſus ſurſum erumpens, ſpuma ſupereminens & emicans in meracis alui recrementis, ὁ ἐπιπολάζων ἀφρὸς exponitur Galeno. & οἷον ἄνθος ἄνωθεν ἐπικείμενον. Vtitur eadem dictione Hippocr. Coac. Prænot. (p. 443. 31.) ἀφρώδεα διαχωρήματα ἐν τῇσι διαῤῥοίῃσι ſpumoſa excrementa in alui profluuiis, aph. 30. lib. 7.

Ἀφυῶδες χρῶμα colorem exalbidum & apuam piſcem colore referentem ſignificat, & apuæ modo albidum. Lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 264. 39.) de colore pallido & exalbido dicitur ex magno ſanguinis profluuio. Quem locum denotans & exponens Erotianus, τὸ χρῶμα ἀφυῶδες, λευκοπίλιον explicat, ἀπὸ τῆς ἀφύης τοῦ ἰχθυδίου ὀνομασμένον. Sic Galenus in Exeg. τὸ ἀφυῶδες, τὸ ἀφύης χρῶματι ἐοικὸς vocari ſcribit, quod apuam colore refert, eundem locum ſubindicans. Quod etiam rurſus legitur (p. 266. 38) τὸ χρῶμα ἀφυῶδες & φλυκταινοειδές, color apuæ ſimilis & exalbidus, ac puſtuloſus. Vbi etiam χρῶμα ad corpus referunt quidã. Ἀφύει etiam Gal. in Exeg. ἀπολευκαίνεται & ὡς ἀφύης τὸ χρῶμα ἔχει exponit, hoc eſt, exalbeſcit, dealbatur, ac velut apuæ colorem habet, nimirum locum lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 206. 36.) ſubindicans, & τὸ πρόσωπον ἀφύει, & facies exalbeſcit, aut apuæ colorem refert. Quam etiam Galeni explicationem habet Heſychius, eodem (ni fallor) indicaturæ nomine. De Apua verò piſce à Nicomede Bithyniæ rege in deliciis habito elegantem habes locum apud Athenæum lib. 1.

Ἀφωνία vocis priuationem & defectionem ſignificat ex voci deſtinatorum organorum læſione, Interdum etiam vbi cum mentis læſione & cerebri affectibus iungitur, earũque ex arbitrio fiunt effectionum exolutionem cũ motus & ſenſus priuatione denotat apud Hippocr. per exuperantiam quandam, quòd vox voluntariarum actionum ſit præcipua, ex cuius noxia reliquarum quoque effectionum ceſſatio contingat, idque interdum cũ ſenſus & motus abolitione, interdum verò ſolo ſenſu remanente, vt ſcribit Gal. multis in locis, præcipuè verò Com. ad aph. 51. lib. 6. his verbis: ἀφώνους εἴωθεν ὁ Ἱπποκράτης ὀνομάζειν, οὐχ οἷς ἡ φωνὴ μόνη βέβλαπται, κατ' ἐξοχὴν δὲ ἴσως τῇ ταύτης βλάβῃ συνεμφαίνειν ἡμᾶς ἐνδείκνυται πάσας τὰς κατὰ προαίρεσιν ἐνεργείας. ἐνίοτε μὲν οὖν ἐκείνων βεβλαμμένων οὐκ ἀπόλωλεν ἡ αἴσθησις. αὐτὸς " γοῦν ἔφη τοὺς ἀφώνους αἰσθανομένους συμβαίνει γίνεσθαι. " πολλάκις δ' ἀμφότερα πέπονθε, ὅπερ ἀποπληξίαν ὀνομάζουσι. " ἀφώνους, hoc eſt, voce defectos, appellare " ſolet Hippocr. non eos quibus vox ſola oblæſa eſt, verùm per exuperantiam quandam, ſub eius noxa voluntarias omnes actiones nobis comprehendendas indicat. Atque iis interdum oblæſis ſenſus non perit. Ipſe ſiquidem dicebat, Hos quidem vox deficere " ſolet, abſque ſenſuum tamen læſione. Sæpe " autem vtrunque accidit, qui affectus apople " xia nominatur. Quibus ſanè verbis locum ex " Prorrh. 32. ſubindicat (p. 179. 34.) qui etiam in Coac. Prænot. (p. 429. 36.) mendosè tamẽ ſcribitur. Idem Com. ad aph. 58. lib. 7. ἔθος ἐστὶ τῷ Ἱπποκράτει πολλάκις ἀφ' ἑνὸς συμπτώματος τοῦ προδηλοτάτου τῆς ἀφωνίας, ὀνομάζειν οὕτω & δηλοῦν ὅσοι μηδ' ἄλλην τινὰ τῶν κατὰ προαίρεσιν ἀποσώζουσι κίνησιν, ἢ μηδ' ὅλως αἰσθάνονται. κεῖνται δὲ ὡσαύτως τοῖς ἀποπληκτικοῖς ἀναίσθητοί τε ἅμα & ἀκίνητοι. Conſueuit Hippocrates plærũq; ex vno maximè manifeſto ſymptomate τῆς ἀφωνίας, (h. e. vocis defectionis) ita nominare & ſignificare eos qui nullam retinent voluntariam motionẽ, vel omninò ſenſu priuantur, nec aliter atque attoniti ſine vllo ſenſu & motu omninò proſtrati iacent. Rurſusque Com. ad aph. 5. lib. 5. προσεκτέον δ' ἐνταῦθα μάλιστα τῷ ἔθει τοῦ Ἱπποκράτους ἀφώνους ὀνομάζοντος τοὺς ὁπωσοῦν καρουμένους, ἀλλὰ κυρίως λέγεται κάρος ἡ παντὸς τοῦ σώματος αἰφνίδιος ἀναισθησία τε & ἀκινησία. ταύτην οὖν τὴν διάθεσιν ἀφ' ἑνὸς τῶν συμπτωμάτων ὀνομάζειν εἴωθεν ὁ Ἱπποκράτης, & γίνεται δηλονότι τῆς ἀρχῆς τῶν νεύρων παθούσης. οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἄλλως ὅλως οἷόν τε σωθῆναι τὸ σῶμα πρὸ τοῦ ταύτην παθεῖν, ἤτοι πρώτως, ἢ κατὰ συμπάθειαν ἑτέρου προπεπονθότος μορίου. Hoc autem loco maximè obſeruanda eſt Hippocr. conſuetudo, qui ἀφώνους, hoc eſt, voce defectos nominat, eos qui quouis modo caro (quem ſoporem vocant) detenti ſunt. Verùm propriè carus dicitur to-

tius corporis repentina ſenſus motuſque priuatio. Hanc igitur affectionem vnius ſymptomatis nomine donare conſueuit Hippocrates, quæ fit vtique læſo neruorum principio. Neque enim aliter omninò totius corporis conuulſio contingere poteſt, quin hoc prius lædatur, vel primariò, vel per conſenſum altera prius affecta particula. Idē Com. 1. in Prorrh. (p. 180. 1.) φαίνονται δὲ τῶν ἀφώνων ἐν ὀξέσι νοσήμασι γιγνομένων, ἔνιοι μὲν ἤδη καὶ σπώμενοι, διὰ τὸ τῆς ἀρχῆς πάθος, ἀμφοτέρων αὐτοῖς τῶν συμπτωμάτων ἑπομένων· ἔνιοι δὲ μόνον ἄφωνοι γιγνόμενοι, καὶ τούτων οἱ μὲν ἅμα τῇ καὶ τὰς ἄλλας κινήσεις, ὅσαι κατὰ προαίρεσιν γίγνονται, βεβλάφθαι πάσας, οἱ δὲ τὴν φωνὴν μόνην. ἐὰν οὖν ἅμα τῇ φωνῇ καὶ τῶν ἄλλων ἐνεργειῶν ἡ βλάβη γίνηται, τῆς ἀρχῆς τῶν νεύρων ἐστὶ τὸ πάθος. ἐὰν δὲ μόνης τῆς φωνῆς, μόνων τῶν φωνητικῶν ὀργάνων. Ex iis qui in morbis acutis ἄφωνοι, hoc eſt, voce defecti fiunt, quidam ſenſu priuantur, ob principij læſionem vtroque eos conſequente ſymptomate, in quibuſdam verò ſola vox deficit. Atque eorum quidem nonnullis alias ſimul omnes motiones quæ ex arbitrio fiunt, lædi contingit, aliis verò vocem ſolam. Si igitur vnà cum voce & reliquarum actionum oblæſio fiat, principij neruorum affectio eſt: Si verò ſolius vocis, ſolorum voci deſtinatorum inſtrumentorum. Hippocr. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 93. 54.) ſcribit, τὰ δὲ ἄφωνα ἐξαίφνης γενέσθαι φλεβῶν ἀπολήψιες ποιέουσι, venarum interceptiones ſubitam vocis defectionem faciunt. Vbi Galen. δι' ἑνὸς συμπτώματος κοινοῦ τῆς ἀφωνίας, ἐπιληψίαν καὶ ἀποπληξίαν καὶ καρδιακὴν συγκοπὴν denotari vult, idemque ſcribit, ἐπὶ δὲ τῶν τοιούτων ἡ ἀφωνία γίνεσθαι δύναται, καὶ αὐτῶν μόνων ἐνίοτε τῶν φωνητικῶν ὀργάνων βεβλαμμένων, ἢ καὶ τῶν ἀναπνευστικῶν. δύναται δ' ἂν καὶ δι' ἔκλυσιν ἰσχυρὰν προσγενέσθαι, καὶ κάκωσιν τῆς δυνάμεως. ἀπὸ τῶν τοιούτων ἀφωνιῶν διορίζόμενος τὴν ἐν τῷ λόγῳ προκειμένην, διὰ τοῦτο προσέθηκεν, ἢν ὑγιαίνοντι συμβαίνῃ. In ægris autem ἀφωνία, hoc eſt, vocis priuatio, fit interdum ſolis voci deſtinatis inſtrumentis læſis, aut iis etiam quæ reſpirationi inſeruiunt. Quę etiam ob recentem quandam exolutionem & prauam virtutis affectionem contingere poteſt. Vt autem ab huiuſmodi vocis defectionibus eam quæ in præſenti eſt oratione appoſita diſtinguat, ideo addidit, ἢν ὑγιαίνοντι συμβαίνῃ, hoc eſt, ſi id ſano contingat. Atque eiuſmodi ſunt ἀφωνίαι quæ ad cerebri offenſam ex mentis & rationis deprauatione conſequuntur, extremamque facultatum extinctionem & caloris natiui refrigerationem, ac eàrum quæ ad motum ſunt effectionum ceſſationem indicant, cùm vocis inſtrumenta adeò ſunt reſoluta, vt ne fletum quidem, aut gemitum, aut vllum ſonum ægri edere poſſint, ægr. 1. lib. 1. Epid. & ægr. 2. & 3. lib. 3. Epid. poſt ſt. peſt. Quod effecit vt apud Hippocr. ἄφωνον voce defectum ac priuatum potiùs quàm mutū dixerimus, (quod tamen reliqui omnes faciunt interpretes) cū φωνὴν mutis attribuat Hippocr. lib. περὶ σαρκῶν vulgo inſcripto (p. 43. 20.) & Ariſt. lib. 4. hiſt. animal. Ex eodem verò ſunt cenſu ἀφωνίαι in phreniticis, ex nimia reſiccatione & humorum malignitate, in Prorrh. (pag. 176. 39.) & αἱ μετὰ λυγμοῦ ἀφωνίαι, & αἱ μετ' ἐκλύσιος ἀφωνίαι, vocis defectiones cum ſingultu, & vocis priuationes cum virium exolutione, in Prorrhet. (pag. 177. 26. & 33.) & Coac. Prænot. (pag. 431. 19. & 18.) ἀφωνίαι κατόχως, vocis defectiones in alto ſtupore (catochum vocant) detentis, in Prorrh. (pag. 200. 51.) & Coac. Prænot. (pag. 431. 13.) αἱ μετὰ κάρου ἀφωνίαι σπασμώδεες, vocis defectiones cum alto ſopore conuulſionem minantur, in Prorrhet. (pag. 210. 29.) αἱ ἐν πυρετῷ ἀφωνίαι, vocis defectiones in febre, in Coac. Prænot. (pag. 431. 11.) & Prorrhet. 54. αἱ ἐκ πόνου ἀφωνίαι, vocis ex dolore priuationes (ibidem ver. 12.) & Prorrhet. 55. αἱ ἐκ κεφαλαλγίης ἀφωνίαι, vocis ex capitis dolore defectiones (ibidem ver. 15.) αἱ μετ' ἀφωνίης ἐκστάσιες, vehementes inſaniæ cum vocis defectione (ibidem ver. 27.) αἱ ὅσον ἐπιῤῥιγέουσιν ἀφωνίαι, vocis defectiones rigore ſubinde correptis, (ibidem ver. 18.) αἱ πυκναὶ ὑποκαρώδεες ἀφωνίαι, crebræ & cum ſopore quodam conſiſtentes vocis defectiones, (ibidem ver. 24.) ἐν ἀφωνίῃ πνεῦμα οἷον τοῖσι πνιγομένοισι πρόχειρον, in vocis defectione reſpiratio velut iis qui ſuffocantur conſpicuè clara, (ibidem ver. 14.) ἀφωνίη τρομώδης vocis defectio cum tremore ſpiritus animalis conſumptionem indicans, (ibidem pag. 444. 33.) ἄφωνοι ex cerebri concuſſione, aphor. 58. lib. 7. & Coac. Prænot. (pag. 439. 39.) & lib. 1. de Morb. (pag. 130. 4.) ἄφωνος attonitum & apoplexia laborantem denotans, lib. 5. Epid. (pag. 339. 10.) vbi & ſtertor & oculorum diſtortio coniungitur. ἄφωνος etiam ἀπόπληκτος exponitur Sabino apud Galen. Comm. 3. in lib. 3. Epid. (pag. 435. 43.) ἀφωνίαν vocis ſilentium vocat Cælius Aurelianus libro 2. acut. capit. 12. & ἀφώνους, voce captos, capit. 10. libri eiuſdem.

¶ Ἄχη, λύπας, dolores exponit Erotianus apud Hippocr.

Ἄχος etiam λύπη, dolor, mœror exponitur Heſychio, & ἄχεος νεφέλη, περιφραστικῶς λύπη, doloris nubes pro dolore aut mœrore. Idem ἀχεύων λυπούμενος, mœſtus, dolens, & ἄχεται στυγεῖ, μέμφεται, odio perſequitur, indignatur.

Ἀχιλληΐς κριθὴ hordeum Achilleum, hoc eſt, magnum, plenum & optimum. Dicitur & ἀχίλλειος κριθὴ, aut ἀχιλλεῖς & ἀχιλλειάς, licet apud Theophraſt. hiſtor. plant. lib. 8. cap. 10. ἀχηλλίς, & lib. de Cauſ. plant. 3. cap. 26. & 27. ἀχιλλαΐς perperam pro ἀχιλληῒς legatur. Eſt autem Theophraſto hordei genus cui ſpica folio perquam proxima eſt, amplum & craſſum. Ἀχιλληΐδας κριθὰς Galenus in Exegeſi exponit τὰς εὐτραφεῖς καὶ μεγάλας, ἀπό τινος Ἀχιλλέως ὀνομασμένας, ὥς φασι, γεωργοῦ Βαβρωνίου, hordeum plenum & magnum, ab Achille quodam ſic nominatum, qui agricola Babronius fuiſſe dicitur.

Quibus verbis baud dubiè locus lib. 3. de Morb. ( pag. 165.19.) ſubnotatur. κριθὰς ἀχιλληΐδας κοτύλην αὐλιαίας. hordei Achillei, hoc eſt, pleni & magni heminam ſiccato. Er rurſus ibid. (v.49.) καὶ κριθέων ἀχιλληΐδων ἴσον, & hordei Acbillei, pleni & magni tautundem. Ex quibus conſtat ἀχιλληΐδας apud Galenum & Erorianum legendum, apud quem ἀχιλληΐδες ſcribitur eſſe κριθῶν εἶδος, ὧν μέμνηται καὶ Α᾿ριστοφάνης καὶ Σοφοκλῆς.

Α᾿χλὺς caligo dicitur, aër caliginoſus, returbidus, medium habens craſſamẽtum inter nubem & nebulam, vnde ἀχλυῶδες ὄμμα tenebricoſus oculus, teuebris obductus & caligans in Protrh. (p. 184.56.) & Coac. Prænot. (p.430.33.) & τὰ ἀχλυώδεα τῶν ὀφθαλμῶν caligantes oculi (ibid. v. 18.) quando circa pupillam turbatio quædam aut caligo innaſcitur, aut oculi quodam craſſamento veluti nubecula obducti, retuſam & hebeſcentem habent aciem, ex caloris natiui aut ſpiritus extinctione, aut humorum oculos regentium perturbarione. Ideoq; τῇ καθαρότητι opponitur, iu Coac. Prænot. (p. 430. 18.) ἀχλυῶ δ' ὀνομάζειν (ſcribit Gal. Comm. 2. in Prorrh.)(p. 185.1.) θολώσεις ἀέρος, ἐν τῷ μεταξὺ οὔσας τι ὁμίχλης ἐχούσας τὸ πάχος, ὡς ὁμίχλης μὲν μᾶλλον παχυτέρας, νέφους δ' ἧττον. ἀχλυῶ autem nominant aëris turbatiouem, medium inter nubem & nebulam habeutem craſſamentum, adeò vt nebula plus concreuerit, minus autem quàm nubes. Erotiano verò ἀχλυώδεις ex Prorrh. exponenti, ἀχλὺς dicitur τινὰς ἀμαυρώσεις καὶ σκοτία περὶ τοὺς ὀφθαλμούς, oculorum caligo quædam & obtenebratio. Vbi & teſtimonium profert ex Il. ε. (v.127.) de Pallade caliginem ab oculis Diomedis remouente, ἀχλὺν δ' αὖ τοι ἀπ' ὀφθαλμῶν ἕλον, ἣ πρὶν ἐπῆεν. Caliginẽ verò tibi ab oculis abſtuli, quæ prius inerat. Heſychius autem ἀχλυὸ σκότος καὶ ἀορασίαν exponit. Α᾿χλυώδεις νότοι, auſtri caliginem & tenebras viſui offundentes ac obducentes, dicuntur Hippocrati aph. 5. lib. 3. Α᾿χλυώδεες verò ægri caligantes & quorum oculis tenebræ & caligiues obducuntur, in Coac. Prænot. (p. 425. 22.) & Prorrh. (p.193.1) Erſi ἀχλυώδεας quidam eos intelligunt in quibus magna corporis perturbatio ex humorum inæqualium agitatione ineſt, aut quibus faciei & totius corporis nitor obſcuratur. Verùm Galenus Com. 2. in Prorrh. (p.185.10.) hoc ſymptoma oculis caligine affectis attribuit, & ἀχλυώδεις ὀφθαλμοὺς eſſe ſcribit, οἷς μόνοις τεθολῶσθαι φαίνεται τὸ κατὰ τὴν κόρην ὑγρὸν, ὃ λαμπρόν τε καὶ λευκὸν ἦν ὑγιαίνουσι. his ſolis, quibus humor qui circa pupillam eſt, & ſanitatis tempore tum ſplendidus tum albus erat, conturbarus ceruitur. Α᾿χλὺς in vteris, lib. 2. περὶ γυναικ. (p.282.28.) ἀχλὺς ἐν τῇσι μήτρῃσιν ἔνι, caligo in vteris ineſt, hoc eſt, craſſus quidam aër & ſpiritus. procellam dixit Caluus, vt αἰγὶς, quod eſt idem quod καταιγὶς, legiſſe videatur. Eſt etiã ἀχλὺς oculi vitium ex leui & ſuperficiaria exulceratione enatum, nigrum pupillæ occupans. Autori Medici ſic definit (p.386.52.) ἀχλύς ἐστι περὶ ὅλον τὸ μέλαν ἀπὸ ἑλκώσεως ἐπιπολαίου οὐλὴ λεπτοτάτη ἀέρι ἀχλυώδει παρεμφερής. ἀχλὺς aut caligo eſt leuis cicatricula aëri caliginoſo ſimilis, ex ſuperficiario vlcere enata, rotum oculi nigrum occupans. Aëtio verò cap. 25. ll. 3. tettab. 2. ἀχλὺς ἐπιπόλαιός ἐστιν ἕλκωσις ἐπὶ τοῦ μέλανος γενομένη, παρεμφερὴς ἀχλυώδει ἀέρι τῷ χρώματι κυανῷ, πολὺ τόπον ἐπέχουσα τοῦ μέλανος. ὅταν δὲ ἐπὶ τῆς κόρης γένηται, οὐ ῥᾳδίως ὁρῶσι. ἀχλὺς, hoc eſt, caligo, eſt ſuperficiaria exulceratio in oculi nigro enata, aëri caliginoſo aſſimilis, colore ceruleo, nigri magnam partem occupans. Cùm autem in pupilla extiterit, ægri non facilè vident. Qua ratione ἀχλύες in pupillæ vitiis repouuntur Prorrh. 2. (p. 720. 15.) & pro cicatricibus ex vlceribus enatis capiuntnr.

Α῎χνη tenuem ſordem In oculis reſiccatã & concretam velut lanuginem quãdam, ant aquarum aſpergine ſignificat, vt lib. 6. Epid. aph. 16. ſect. 1. κακὸν δὲ καὶ ἐπιξηραινόμενον οἷον ἄχνη. Malum quoque quod in oculis inareſcit tenuiſſimę lanugini, aut aquarum aſpergini ac ſpumæ ſimile, quæ ἄχνη dicitur. Vnde ἀχνῶδες ὄμμα, & τὸ πτυελὸς ἀχνῶδες in Coac. Prenot. (p.430.33.) (ſic enim exemplaria quædam legere illic ſcribimus) cùm in oculis præ ariditate & ſumma imbecillitate tenuis quædã ſordes velut lanugo concreſcit. Idq; contingit (vt ſcribit Gal. Com. 1. in lib. 6. Epid.) in morbis acutis ex intenſa ſiccitate & virium imbecillitate, cùm paruæ ſordes oculis excidunt, ac deinde reſiccantur. Α῎χνη exponitur Varino τὸ λεπτότατον τοῦ ὕδατος, ant τὸ λεπτότατον τοῦ κύματος, ἤγουν ἀφρὸς, & Heſychio, ὁ ἐπιπολάζων ἀφρὸς τοῦ κύματος τῆς θαλάσσης, tenuis aquatũ aut maris aſpergo, velut ſpuma. Lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.190.4.) ἔστιν ὅτε ἡ φάρυγξ ἄχνης πίμπλαται. eſt vbi etiã fauces ſpuma quadam implentur. ἄχνην enim vocat ſputi aut ſaliuæ ſpumam veluti lanuginem quandam.

Α῎χνη etiam lintei ramentum aut deraſam lanuginem ſignificat, ex qua penicilli vulnerarii aut concerpta liuamenta fierent. In Mochlico (p.506.9.) ἄχνην ὀθονίου ἐν καττυμένοισι λεπτοῦ καρχηδονίου, deraſam lintei lanuginem Carthaginienſis corii cortice conuolutã. Tenue nanque lintei alicuius ramẽtum, ex quo penicilli contorquentur, corio Carthaginienſi conuolutum ac conſutum intelligitur, quod in nares ad eas dirigendas indatur. Qui locus etiam Erotiano ſubnotatur, vbi ἄχνη ὀθονίου, τὸ παρ' ἡμῖν λεγόμενον ξύσμα exponitur, ἐξ οὗ γίνεται μοτὸς ὁ καλούμενος ξυστός. (ſic enim apud Erotianũ leg. ſcripſimus noſtris in eum lib. annotat.) hoc eſt, quod à nobis ξύσμα, id eſt, linamentum deraſis linteolis concinnatum, ex quibus penicilli fiunt, qui ξυστοὶ inde dicũtur, hoc eſt, raſiles, aut ex raſili linteorum lanugine contorti. Ac neſcio an apud Erotianum ἄχνην pro ἄχνη legendum ſit. Heſychius quoque ἐδ λινο ἄχνην (ſic enim legendum) ex Hippocrate adfert, & τὸ λεπτὸν ξύσμα, tenue ramentum exponit. At libr. de art.

(p.607.39.) ἄχνην τὴν ἀφ' ὠμολίνου ad nares fractas excitandas ac dirigendas adhibet, lintei detriti deraſam lanuginem intelligens, aut concerpta ex ſudariolo linamenta, ex quibus penicilli fierēt. Ex ea etiam lanugine intorta eodem modo peſſi formabantur ad ſubdititia medicamenta, lib. 1. περὶ γυναικ. (p.238.49.) ἢ ἄχνην σινδόνος, πρόσθες, deraſam lanuginem [felle bubulo oleo ferueſacto] imbutam, ſubdito, hoc eſt, lintei ramentum contortum & in peſſum conuolutum velut linamentum. teneram lanam dixit Cornarius, linamentum Caluus. Sæpe verò ex lana, interdum etiā ex linteo caro peſſi finguntur Hippocrati. Sic ὀθόνιον ἀφδεκάδας προσθεῖναι dicit lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p.227.14.) & lib. 1. περὶ γυναικ. (p.239.4.) & lib. περὶ ἀφόρων (p.295.9.) ἐς ὀθόνιον ἀποδήσας προσθεῖναι, de medicamento in linteo ſubdito, & προσθεῖναι ἐν ῥάκει (ibidem v.29.) Rurſus lib. 2. περὶ γυναικ. (p.284.2.) ἀποσπλυσας ἄχνην ἀπὸ ὀθονίων λεπτῶν, ramentum ex tenuibus linteis deraſum exceptum.

Ἀχρεῖον ἄχρηστον ſignificat, quod non eſt vſui, aut eſt inutile ad aliquid agendum, vt membra corporis cùm præ imbecillitate ad vſus idonea non ſunt, aut ad motum, & ad eas vtilitates quæ deſiderātur ſunt inepta. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.206.13.) in Typho morbo poſt ſummam corporis imbecillitatem ex grauitate, & manuum ac crurum impotentiam, addit, ἀχρεῖα γὰρ μάλιστα γίνεταί οἱ. Neque enim ipſi membra ſunt ad eas vtilitates quæ deſiderantur idonea, hoc eſt, ſunt ei inutilia & ad vſus inepta. Sic enim author lib. ad Herennium equum idoneum & aptum ad eas vtilitates quæ deſiderantur dicit, hoc eſt, ad vſus aptum. Vtilitas nanque vſum & χρείαν illic ſignificat.

Ἄχροοι dicuntur decolores, pallidi & ſanguine defecti lib. 4. de rat. vict. in morb. ac. (p.114.48.) Vbi Gal. ἀχρόους propriè dici τοὺς λειφαίμους, hoc eſt, ſanguine defectos ſcribit, eosque qui corpus aliter quàm ſecundum naturam affectum habent, κακοχρόους malè coloratos appellari. Sic ἄχροιαι ἄκριτοι immoderatæ & vehementes cutis decolorationes dicuntur ex nimio per nares ſanguinis profluuio, aph. 19. ſect. 6. lib. 6. Epid.

Ἀχρήμων πορνεία impudens & inuerecunda ſcortatio dicitur lib. 7. Epid. (p.367.44.) πορνεία ἀχρήμων δυσεντερίης ἄκος. Impudens ſcortatio inteſtinorum difficultati medetur. ἀχρήμων ἀναιδὴς exponit Sudas & Varinus, impudens, Inuerecundum, αἰσχρὸν fœdum, turpe.

Ἄχυρα paleas aut feſtucas ſignificant Hippocrati. In Progn. (p.128.32.) ægroti manus ἀπὸ τοῦ τοίχου ἄχυρα ἀποτίλλοντας dicit, de pariete ſtipulas aut feſtucas carpentes, in phreniticis. Celſus cap. 6. lib. 2. ſi manibus quis vel in adiuncto pariete, ſi qua minuta eminent, carpit, vertit. Vbi tamen ſi quæ minutiæ eminent, legunt meliores codices manu ſcripti. κριθῶν ἄχυρα ὑγρὰ, hordei paleæ aut ſtipulæ humidæ adhibentur ad vteri ſuffitus Hippocrati lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p.222.18.) & rurſus, ibidem (v.21.) κριθῶν ἄχυρα συμμίξας, hordei paleis ammixtis. Et rurſus (p.223.27.13.) κριθῶν ἄχυρα & ἄχυρον vtero ſomentis admouet. Et (p.226.36.) ἄχυρα τῶν κριθῶν βρέξας, hordei paleas maceratas vocat. Et (p.227.31.) κριθὰς πτίσας λείας ξὺν τοῖς ἀχύροις προσβαλε, hordeum decorticatum tritum cum ſtipulis admoue. Rurſus lib. 2. περὶ γυναικ. (p.285.39.& 42.) ἄχυρα κριθῶν, & (p.286.4.& 11.& 46.) κριθὰς ψίσας λεῖα ξὺν τοῖσιν ἀλεύροισι, vbi ἀχύροισι lego cum Cornario. ἄχυρον τὸ ἔξω, exterius putamen in cucumeris ſemine dicitur, lib. 2. περὶ διαίτης (p.93.15.)

Ἀχυρώδεα κατὰ θώρηκα lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p.114.7.) ſi modò vera eſt lectio, dici videntur tumores circa thoracem erumpentes, ſcabritiem furfuraceam in ſuperficie habentes, velut aceroſa & feſtucis ſimilia. Verùm ἀχωρώδεα legit Corn. & capitis vlcera manantia vertit. χυσώδεα verò Aſulanus legit, vt ſatis appareat locum eſſe corruptum. Ἀχυρώδης autem ἄρτος dicitur panis aceroſus, qui plurimas habet paleas admixtas, vel ſolis paleis conſtat. τὸ ἀχυρωδέστερον τοῦ ἀλεύρου, quod in farina eſt aceroſium aut furfuraceum, apud Ariſt. in Quæſt. Naturalibus.

Ἀχὼρ vlcus eſt paruum in capitis cute originem habens plurimaque & minima foramina ex quibus tenuis quædam & glutinoſa ſanies effluit. In genere tumorum præter naturam reponitur. Gal. lib. de Tumor. præter nat. (p.356.57.) ἔστι δὲ καὶ ὁ ἀχὼρ ἕλκος μικρὸν ἐν τῷ δέρματι τῆς κεφαλῆς· εἰκάσαις δὲ αὐτὸ φλέγματος ἁλμυροῦ καὶ νιτρώδους ἔκγονον ὑπάρχειν· ἐκρεῖ γοῦν αὐτοῦ τις ἰχὼρ οὐχ ὑδατώδης ἁπλῶς, οὔτ' ἤδη παχὺς ὥσπερ τὸ μέλι, καθάπερ ἐν τοῖς κηρίοις ὀνομαζομένοις. ὁ γὰρ καὶ ταῦτα σὺν ὄγκῳ τινὶ καὶ κατατρήσεσι γίγνεται, μελιτώδη ὑγρότητα ἴσχει. μικρὸς δὲ καὶ τούτων ὁ ὄγκος, ἀλλ' οὐχ οὕτω μικρὸς ὡς ὁ τῶν ἀχώρων. Eſt etiam ἀχὼρ vlcus paruum in capitis cute. Ipſum autem ex pituita ſalſa & nitroſa originem ducere conicias. Ex eo igitur ſanies quædam effluit, neque ſimpliciter aquoſa, neque etiam craſſa vt mel, velut in iis quæ κηρία, hoc eſt, faui, nominantur, quæ cum tumore quodam & foraminibus fiunt, melleo effluente humore. Paruus etiam horum tumor eſt, verùm non tam paruus quàm in Achoribus. Idem lib. 1. de Comp. phar. κατὰ τόπ. (p.166.4.) ἕλκη τῶν ἐν τῷ δέρματι τῆς κεφαλῆς γεγομένων παθῶν ἐστὶν ὁ καλούμενος ἀχὼρ, ἐν μὲν τῷ γένει τῶν παρὰ φύσιν ὄγκων ὑπάρχων, ἰδίας δὲ ἐξαιρέτου προσηγορίας τυχὼν, τῇ ἐπὶ τῶν συμπτωμάτων ἰδιότητι. λεπτοῖς γὰρ πάνυ τρήμασι κατατιτρᾶται, τοιάδε λεπτὴν ἔχουσιν ὑγρότητος ἀτρέμα γλισχρ. ἀνομοιάζει δὲ αὐτῷ κατὰ τὴν ἰδέαν ἕτερον πάθος τοῦ δέρματος ὃ καλοῦσι κηρίον, ἐπειδὴ τὰς κατατρήσεις ἔχει μείζονας, ὑγρότητά τε περιεχούσας ὁμοιοτάτην μάλιστα μελικηρίαν· ἡ γένεσις δ' αὐτοῖς ἐξ ὑγρότητός ἐστι μικτῆς, τὸ μὲν τι λεπτὸν ἐχούσης καὶ δακνῶδες, τὸ δέ τι παχὺ καὶ ἰχώδους χυμόν. ὁ μὲν οὖν λεπτὸς, ἅτε δακνώδης ὤν, τὸ μὲν δέρμα κατατιτρᾶν αὐτὸ ἀναγκάζει, τῷ χρόνῳ δ' ἐπὶ τῆς κινήσει, ὅτ' ὄγκος αὐξάνεται. τὰ τρήματα κατ' αὐτὸν συνίσταται. ἀχὼρ inter affectiones cutis capitis numeratur, ex genere tumorum præter naturā exiſtens, propriam

autem

autem & ſingularem appellationem ſortita ob acceſſionum quæ ad eam conſequuntur proprietatem. Tenuibus enim valde foraminibus perfoditur, quæ tenuem in ſe humorem modicè viſcoſum continent. Cui, etiam alia cutis affectio quæ Grecè κηρίον, hoc eſt, fauus nominatur ſpecie propè ſimilis eſt, cùm maiora habeat foramina quæ humorem melli hymettio nō abſimilem contineant. Origo ipſis ex humore mixto, qui partim tenuem ac mordacem, partim verò craſſum in ſe ſuccum habet. Tenuis igitur humor cùm mordax ſit, primùm eos ad ſcalpendum cogit, tum ſucceſſu temporis ad ſcalpturā tumor augetur, & in eo foramina fiunt. Rurſus lib. περὶ εὐπορίστων (p.473.45.) ἀχὼρ συνίσταται περὶ τὸ τῆς κεφαλῆς δέρμα. ὠνόμασται δὲ ἀπὸ τοῦ συμπτώματος. λεπτὰς γὰρ ἔχει κατατρήσεις δι' ὧν ἀπορρέει ἰχὼρ γλίσχρος. ὅμοιον δ' αὐτῷ πάθος ἐστὶ, καὶ τὸ καλούμενον κηρίον, τὰς κατατρήσεις μείζονας ἔχον, ὑγρὸν ἰσχούσας μελιτῶδες. ἔστι δ' ἑκατέρων ἡ γένεσις ἐξ ὑγροῦ περιττωματικοῦ, συμβαίνει δ' αὐτοῖς τὸ πρῶτον κνησμός. μετὰ ταῦτα δὲ καὶ εἰς ὄγκον ἐπανάστασις. Ἀχὼρ in capitis cute ortum habet, ab ipſo accidente denominationem habens. Tenuibus enim foraminibus, ex quibus glutinoſa ſanies effluit, conſtat. Huic vitio affine eſt quod Græci κηρίον dicunt, nos fauum, in quo maiora inſunt foramina melleū humorem continentia. Eſt autem vtrique origo ex humore ſuperfluo. Primùm autem pruritus accedit, deinde in tumorem attolluntur. Quæ etiam in ſuum vſum tranſtulit Paulus lib. 3. cap. 3. & Aetius tetrab. 2. lib. 2. cap. 68. ἀχὼρ ἐξανθήματος εἶδος Erotiano eſſe dicitur, καθ' ὃ συμβαίνει κολλώδης ὑγρασία, καὶ οἷον πιτυρώδη· λεπίδες ἐπιφέρονται. μάλιστα δὲ περὶ τὴν κεφαλὴν εἴωθε γίνεσθαι. Puſtularum genus ex quibus glutinoſa quædam humiditas effluit, ac veluti ſquamæ quædam furfuraceæ efferuntur. Solent autem maximè in capite fieri. Achoras autem in capite præcipuè contingere, ac plerunque furfuribus præcedentibus fieri, ac ferme etiam ſcabie, ex Critone ſcribit Gal. libr. 1. de compoſ. med. κτ̓ τόπ. Achores autem Celſo vlcera capitis manantia dicuntur, & Plinio vlcera capitis emanantia, Sic dicta quòd minimum locum occupent, & anguſtis ſpatiis tenuem humorem concludant, ἀπὸ τῆς χώρας & α priuatiua particula.

¶ Ἄψις φρενῶν, παραφροσύνη, deſipientia, delirium, exponitur Galeno Com. 3. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.82.47.) Vide quæ ſcripſimus in Ἄπληξ.

Ἀψίρροος ὁ εἰς τοὐπίσω ῥέων, refluens, aut retrorſum fluens exponitur Gal. in Exeg. ſed ἀψόρροος ſcribitur Erotiano cum eadem interpretatione, quemadmodū Homero Il. σ. (v.399.) ἀψορρόου ὠκεανοῖο, reflui Oceani aut reciproci, quod exponens Heſychius, αἰ ἀνάπαλιν ῥέοντος, & ταχυρρόου, ſcribit, retro fluentes aut refluas habentis vndas, aut celeriter fluentis.

Ἀψυχεῖ λειποθυμεῖ, hoc eſt, animo linquitur & deficit, & ἀψυχίη ἢ λειποψυχία, hoc eſt, animi deliquium exponitur Gal. in Exegeſi apud Hippocr. Quibus verbis mihi locum lib. 2. de Morb. (p.141.4.) ſubindicare videtur. ἀψυχίη δὲ ὅταν προσίστηται πρὸς τὴν καρδίην φλέγμα ἢ χολή. animo autem deficit cùm bilis aut pituita ad cor conſtiterit. Quem etiā locum mihi ſubnotare videtur Erotianus apud Hippocr. cùm ἀψυχέειν λειποθυμεῖν explicat, vt mihi ἀψυχέειν & λειποθυμεῖν apud Erot. legi debere facilè perſuadeam. Lib etiā 2. de Morb. (p.140.49.) ἀψυχίη καὶ ἱδρὼς, animi deliquium & ſudor. Rurſus lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.102.30.) ἢ ἀψυχίη ἐνῇ, animi deliquium adfuerit, & (v.46.) καὶ ἀψυχίαι ἐνῶσι, & animi defectiones adſint. Itemq; (p.103.8.) καὶ ἀψυχίη γίνηται, & animi deliquium fiat. Quibus in locis λειποθυμίαν & λειποθυμίας explicat Gal. Rurſus in Prorrh. (p.206.38.) ἅμα ἀψυχίῃ, cum animi deliquio. Vbi Galenus ἀψυχίαν λειποψυχίαν explicat, idemq; adſcribit Dioſcoridem apud Hippocr. pro ἅμα ἀψυχίῃ ἅμα ἀψυχῇ legiſſe. In Coac. Prænot (p.430.33) ὀμμάτων ἀμαύρωσις ἅμα ἀψυχίῃ, oculorum hebetatio cum animi deliquio, ex Prorrhet. Libr. etiam 1. περὶ γυναικ. (p. 249.16.) ἢν δὲ ἀψυχίαι ἔχωσι, ſi animi defectiones tenuerint.

# OECONOMIAE HIPPOCRAT.

## TO B.

BΑθμὶς, ſedes, baſis, fundamentũ dicitur, receſſus & ſinus, idemque quod βαθμός. Hippocrati verò oſſis ſinum & cauitatem ſignificat in quam os inſeritur, vt lib. de fract. (p. 528.56.) cubiti cauitas σιγμαειδὴς in quã brachii pars ima cardinis modo immittitur, βαθμὶς dicitur. τὸ γὰρ βραχίονος τὸ γιγγλυμοειδὲς ἐν τῇ τοῦ πήχεος βαθμίδι, ἐν ᾗ ὑπὸ τοῦ σχήματος ἐρείδεται. Hoc enim habitu brachii pars cardinem referẽs, in vlnæ ſede innixa, hoc eſt, in ea vlnæ cauitate σιγμα referente inſita. βαθμίδες etiam dici ſinus quoſdam & cauitates in brachii oſſe vtrinque ſingulas, in quas cubiti proceſſus & cornices ingrediuntur, cùm tota manus flectitur aut extẽditur, ſcribit Gal. de quibus agitur cap. 15. lib. 3. de vſu part. Idem quoque Gal. annotat cæteros omnes ſinus, in quos oſſium proceſſus immittũtur, βαθμίδας appellari. βαθμίδας etiam κοιλότητας exponit Gal. apud Hippocr. lib. de fract. (p. 573.7.) vbi ſcribitur: τὸ δὲ τοῦ βραχίονος ἄρθρον μέγα τε καὶ βαθμίδας πλείστας ἔχει. At brachii articulus, cũ magnus eſt, tum plures habet cauitates. Vbi genu cum cubiti articulo conferẽs Hippocr. tibiæ ſinus in quos femoris tubercula inſeruntur exprimere videtur Hippocr. diſertis verò verbis βαθμίδας appellat Gal. βαθμὶς vocatur Polluci lib. 2. ἡ συμβολὴ τοῦ πήχεος πρὸς τὸν βραχίονα, vlnæ cum brachio commiſſio.

Βάθρον fundamentũ, ſedem ac ſubſelliũ ſignificat lib. de flatib. (p. 118.36.) vbi aër lunæ ſedes ac fundamentũ dicitur. ἡ σελήνη ἐπὶ τούτῳ τὸ βάθρον, & lunæ in eo ſedes eſt ac fundamẽtum. βάθρα etiã illic exẽplaria manu ſcripta quædam legunt, & βάθρον ſolum & τὸ πέδον ſignificat & ſcamnũ ac ſubſelliũ. Ex quo Hippocr. βάθρον machina quædã organica Rufo & Oribaſio nuncupatur, quã deſcribit Gorrhæus ex Oribaſio lib. de Machinamẽtis. Eſt autem luxatis omnibus reſtituendis admodum idoneum inſtrumentum.

Βαιὸς paucus & modicꝰ dicit̃, vt ἐν νόμῳ (p. 19.26.) ἰητροὶ φήμῃ μὲν πολλοὶ, ἔργῳ δὲ πάγχυ βαιοί. medici nomine quidẽ multi, opere verò pauci. Erotianus βαιὸν apud Hippocr. τὸ ὀλίγον exponit, niſi ſi βαιοὶ & ὀλίγοι apud eũ legendũ ſit. βαιὸν etiam ὀλίγον & μικρὸν Heſychio exponitur.

Βάκκαρις ſiue βάκχαρις, baccar ſeu bacchar, aut baccaris, vel baccharis dicitur, herba odorata & coronaria, cuius radix odore cinnamomũ refert, in eumq; vſum olim vnguentis expetita fuit, vt ſcribit Dioſcor. cap. 51. lib. 3. Plinius lib 21. cap. 6. baccar radice odorata eſſe ſcribit, & quibuſdã nardũ ruſticã appellatã, vnguentaq; ex ea radice fieri ſolita apud antiquos Ariſtophanẽ priſcæ comœdiæ poëtã teſtẽ eſſe, eamq; falsò barbaricã appellari, & cinnamomo odore eſſe proximã. Heſychio βάκκαρις vnguẽti cuiuſdã genus eſt ab herbæ cognomine ſic dictũ, & quibuſdã vnguentũ myrteũ, aliis vnguentũ Lydiũ. Idẽ ſcribit radice ſiccata in diapaſmata tranſire. βάκχαρις Galeno in Exegeſi λύδιόν τι μύρον, vnguentum quoddã Lydiũ ſignificat. Et Erotiano herbæ aut vnguenti genus eſt, cuius mẽtionem feciſſe Ariſtophanem teſtatur. βάκκαρις Hippocr. cum oleo albo ad vteros procumbentes & adhæreſcentes ſupponit lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 215.9.) & oleũ aut vnguentũ βακκάρινον ſeu βακχάρινον vocat lib. 2. περὶ γυναικείων (p. 269.43.) & cũ μυρσίνῳ oleo ſimul iungit aut vnguento, vt & cum oleo Ægyptio albo, lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 218.23.)

Βάλανος glandẽ ſignificat Hippocr. ad aluũ mouendã. balanũ & collyriũ vertit Aurelianus cap. 8. 16. & 17. lib. 3. ac. ex Hippocr. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 108.39.) & lib. 3. de Morb. (p. 161.33.) Idẽ etiã balaniſmos & peſſulos vocat lib. 4. Tard. Paſſ. ca. 7. Sic Hip. ſæpe lib. 1. περὶ γυναικ. βάλανον pro peſſo ſupponit, eoq; ad vterũ repurgandũ vtitur, vt (p. 260.20.23. & 29.) βάλανον περὶ πτερὸν ποιεῖν, glandẽ circũ pennã efformare aut fingere ſignificat, & (p. 261.11.) βάλανον περὶ πτερὸν ὄρνιθος ἑλίσσειν, glandẽ circa volucris pennã efformare, & (v. 28) ἢ ποιέειν βάλανον περὶ πτερῷ, glandẽ circũ pennã efformato, quã in vellere & peſſo naturalib. admoueri iubet. βαλανίδες quoque paruæ glandes dicuntur lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 279.8.) quib. vtitur in vtero indurato in callũ. ἢ ἀναπλάσσειν μέλιτι βαλανίδας & ex melle glandulã efformare. βάλανος etiã glandem & arboris glãdiferæ fructũ, aut quercũ ſignificat apud Hippocr. lib. περὶ παθῶν (p. 186.5.) βαλάνου φύλλα, quercus folia in cataplaſmate ad inflãmatione tẽtata vulnera adhibet. Sic βάλανον arborẽ glandiferã indicat Theophraſto lib. 4. de hiſt. plant. cap. 12.

Βαλβὶς κοιλότης προμήκης, cauitas oblõga exponitur Gal. in Exeg. apud Hippocr. Quibus verbis mihi quod in Mochlico ſcribitur ſubindicari videtur, (p. 506.6.) τὸ δὲ πρὸς ἀγκῶνα αὐτῷ πλατὺ, ἢ κονδυλῶδες, ἢ βαλβιτῶδες, ἢ στερεόν. Quod verò eſt ad cubiti gibbũ, latũ, tuberculoſum, oblõgas cauitates habẽs & ſolidum. Vbi nos βαλβιτῶδες cauitates oblõgas habẽs ex Galeni mẽte ſignificare ſcripſimus, eamq; cauitatẽ intelligi quæ eſt in brachii inferiore fine leuis & rotũda, inter duos cõdylos, medio parno cõdylo leuata, & trochleæ ſimilis, ad quã vlna articulatur, & ſuis adũcis proceſſib. aut cornicib. mouet̃. βαλβὶς etiã ἀφετηρία dicitur Heſychio & ἡ ἄφεσις τῶν ἵππων, ἢ ἡ ἀρχὴ τῆς σταδίου θέσεως, locus vnde curſores in equeſtri certamine

tamine emittuntur, carceres dicunt Latini. Polluci verò cap. 30. lib. 3. etiam καμπτῆρα, τέλος ἢ τέρμα ſignificat, hoc eſt, locum ad quem equi flectũtur, metam & terminum. Ariſtophanis ſcholiaſtes τὸ ἐν ἀρχῇ τοῦ δρόμου κείμενον ἐγκάρσιον ξύλον etiam denotare vult, quod repagulũ dicitur, & ablatũ comparatis ad certamen curſorib curreodi copiã facit, vnde & ἀφεσία nominatur. Ex quo βαλβιδώδης apud Hippocr. reliquis interpretib. dicitur brachii caput inferius, quod ad cubiti gibberũ vergit, quia ſit repagulo aut metæ ſimile. In brachii enim fine inferiore, ad elatiorẽ rotulæ regionẽ, ſinus vtrinq; exculpti ſunt, βαλβῖδες propriè dicti, in quos vlnæ proceſſus, κορῶναι nominati, immittuntur, illicq; veluti ad metam flectuntur, ſiſtuntur, & tanquã repagulo cõſtringũtur. βαλβὶς quoq; Heſychio βαθμὸς ἢ ἔρεισμα dicitur, & ἀπὸ τοῦ ἀναβάλλειν Euſtathio, vt & ἀπὸ τοῦ βαίνειν Varino deducitur. βαλβῖδες etiam dicuntur Euſtathio αἱ ἐν φρέασι καὶ ἄλλοις ὀπαῖς ἐγκοπαὶ ἢ ἐξοχαὶ, δι' ὧν καταβαίνουσί τινες, inciſuræ aut interciſiones, ac offenſiones quædã, per quas eò deſcendimus. Vnde βαλβιδώδης παρ' Ἱπποκράτει Heſychius ſignificare ſcribit τὸ ἔχον ἑκατέρωθεν ἐπαναστάσεις, vtrinque protuberationes habẽs. Sic enim apud eum (pro βαλβίδες) legẽdum & iſtũ Mochlici locũ manifeſtò ſubindicari ſcripſimus.

Βαλαῖος exponitur Galeno in Exeg. ὁ ἀπὸ Βαλαίας πόλεως μακεδονικῆς, qui eſt ex Valæa vrbe Macedoniæ, vbi & βαλαῖος quædã habent exemplaria. Ac mihi videtur ſubnotari locus lib. 7. Epid. (p. 356. 7.) vbi paſſim ſcribitur, ὁ δὲ βάλαιος ἐν τῷ ὄρει πλαζόμενος. Balis fili⁹ cùm monte penitus aberraſſet. Βαλαῖος enim ſcribendũ aut βαλαιεὺς apparet. Βάλαιον etiam Macedoniæ vrbem annotat Stephanus, indeq; βαλαιεὺς deducitur. Eidem quoque Βάλις Aphricæ vrbs ponitur prope Cyrenem.

Βάλσαμον balſamum. Galenus lib. 2. Comp. Med. κατὰ τόπ. (p. 180. 12.) apud Archigenẽ pro balſami ſucco capit, (quẽ opobalſamũ vocant) quod tenuium partiũ & diſcuſſoriæ ſubſtantiæ exiſtit, non tamen manifeſtè calentis. Ibidem tamen pro balſami & plantæ ſemine ſumi poſſe teſtatur.

Βαναυσία eſt opificiũ quęſtuariũ, ars illiberalis & quæſtuoſa, ſordida & turpis profeſſio. Apud Hippocratẽ βαναυσίη ſumitur pro ambitioſa & quæſtuoſa ac ſordida profeſſione, qua Sophiſtę adoleſcẽtulos alliciebãt, aut pro apparatu verborum ſplẽdido, fucis ac verborum lenociniis, quibus iuuentutem aucupabantur, cùm nihil ſolidæ ſubeſſet eruditionis, eoque modo iuuenes decipiebant. Lib. περὶ εὐσχημοσ. (p. 15. 2.) μετὰ βαναυσίης ἀπατῶντες, garrulitate ſua imponentes, dixit Zuinggerus, ambitioſa & ſordida ſua ꝓfeſſione decipientes, ruditate & inſcitia ſua imponentes, Cornarius vertit, quòd βαναυσίας ἰδιωτείας ἢ ἀλογίας exponat Heſychius. Ibidem (v. 35.) ἀκολασίη ἢ βαναυσίη ſimul coniunguntur, intemperantia & inſcitia. lucrum dixit Caluus, & turpẽ quęſtum intelligit; garrulitatem Zuinggerus.

Βάπτα ad intinctus vti ſignificat Hippocr. lib. 2. de Morb. (p. 151. 32.) ζωμὸν δὲ μὴ ῥοφείτω, μηδὲ βάπτα, iuſculum ne ſorbeat, neque ad intinctus vtatur.

Βάρεα σπληνὸς lienis grauitates dicuntur Hippocrati lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 93. 1.) ſplenis tumores ac inflãmationes grauitatis ſenſum aut grauẽ dolorẽ inferẽtes. Sic βαρὺ interdum vehemẽs & acutũ ſignificat. vt ὀδύνη βαρεῖα vehementẽ & acutũ dolorẽ denotat aph. 5. ſect. 1. lib. 6. Epid. aut grauitatis ſenſum afferentẽ, nimirũ in parte renũ carnoſa inflãmatione ſuborta. cùm cæteris affectis partib. vehemens dolor & acutus excitetur. Et Galenus ὀδύνην βαρεῖαν, ἤτοι τὴν ὡς βαρέος τινὸς ἐγκειμένου κατὰ τὸ χωρίον αἴσθησιν φέρουσαν, ἢ τὴν χαλεπὴν exponit, hoc eſt, dolorẽ grauẽ, vel qui velut ponderis cuiuſdã incumbẽtis loco ſenſum inferat, vel qui vehemẽter affligat. Βαρέως φέρειν τὴν νόσον, grauatè morbum ferre, lib. 7. Epid. (p. 366. 28.)

Βαρυήκοοι νότοι, auditũ hebetantes Auſtri, aph. 5. lib. 3. & βαρυηκοΐαι, auditus obtuſus, grauis & difficilis, aph. 17. & 31. lib. 3.

Βασανίζειν, explorare, probare, examinare, aut inquirendo torquere ſignificat. Lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p. 112. 20.) μὴ πέρην εἰδέναι βασανίζειν, ne vltra exploremus, aut explorãdo torqueamus, vel diiudicando torqueamus. Innuit autẽ moderatè calido aut frigido vtendum, idq; intra modum vtilitatis aut noxiæ, ne ſi vltra progrediamur vtilitatem explorando, noxam inducamus, aut torqueamus.

Βάσις ποδὸς pedis greſſus dicitur, ingreſſus & pedis baſis, lib. de art. (p. 637. 22.) ἡ γὰρ ῥοπὴ πολὺ αὖ ἂν εἴη τοῦ ἰσχίου ἐπὶ πολὺ ἐς τοὔπισθεν ὑπερεχόντων ὑπὲρ τοῦ ποδὸς τῆς βάσιος. cùm coxendices multò maiore momento quàm pedis greſſus in poſteriorem partem propendeãt. Rurſus (v. 33.) διὰ τοῦτο ἵνα ἡ βάσις τοῦ ποδὸς κατὰ τὴν ἀρχαίην ἰθυωρίην ᾖ. propterea quòd pedis greſſus priſtinam directionem ſeruat.

Βάτος piſcis nomen qui & βατὶς dicitur, raiam eſſe volunt. Eius meminit Plinius lib. 32. cap. 7. Bati piſcis fel auribus vtiliſſimum ſcribẽs. Sed βάτον & βατίδα piſces differre inter ſe ex Ariſtotele vult Heſychius. βάτου γλῶσσα, bati aut raiæ lingua vſurpatur Hippocrati libr. περὶ γυναικείης φύσ. (p. 227. 30.) in peſſo ad menſium redundantiam. Lib. etiam 2. περὶ γυναικ. (p. 266. 26.) ad fluorem muliebrem βάτον piſcem adhibet. Βατίδες, ἰχθύων ὄνομα Erotiano apud Hippocr. Heſychio verò βατίδες εἶδος ἰχθύος πλατέ.

¶ Βδέλλα hirudinem ſignificat aut ſanguiſugam, quam in cauſis faucium cruẽtarum reponere videtur Hippocr. Prorrh. 2. (p. 419. 26.) ὧν δὲ ἐμπίπλαται αἵματος ἡ φάρυγξ, πολλάκις τῆς ἡμέρης τε καὶ τῆς νυκτὸς ἑκάστης, ὅτε κεφαλὴν περιαλγέουσι, ὅτε βῆχας ἔχοντες, ὅτε ἐμέοντες, ὅτε πυρετῷ λαμβανόμενοι, ὅτε ὀδύνας ἔχοντες, ὅτε τὸ στῆθος, ὅτε τὸ μετάφρενον, τούτους καταδοκεῖν ἐς τὰς ῥῖνας καὶ τὴν φάρυγγα ἢν ἕλκος τι ἔχον φαίνηται, ἐν τῷ χωρίῳ τούτῳ, ἢ βδέλλαν. Quibus fauces ſanguine frequenter & noctu

& interdiu replentur, dum neque capitis dolor prægreſſus fuerit, neque tuſſis, neque vomitus, neque febris prehēderit, neq; pectoris aut dorſi dolor tenuerit, in his nares inſpiciendæ, num quod vlcus eo in loco, aut hirudo compareat. Quem mihi locum videtur exponere Galenus in Exegeſi, ſed tamen vitioſè paſſim ſcribitur. Sic enim mihi legendus videtur. βδέλλαι, ἐν τῷ μείζονι προῤῥητικῷ καὶ δευτέρῳ πρός τινων ἐπιγραφομένῳ, τὰς κιρσώδεις φλέβας φησὶν οὕτως ὀνομάζεσθαι Διοσκουρίδης· ἐμοὶ δὲ δοκεῖ κυρίως εἰρῆσθαι τοὔνομα κατ᾽ αὐτοῦ τοῦ ζώου· καὶ γὰρ περιέτυχόν ποτε τούτῳ κατὰ τὸ βιβλίον ὀνομαζομένῳ, καὶ ἀπορουμένων γε πολλῶν ἐπὶ τῶν γεγραμμένων, προεῖπον ἐγὼ μόνος, ἐκ τῶν γραμμάτων ὁρμηθεὶς, τἀληθές. Quod eſt, βδέλλαι, in Prorrhetico maiore & ſecundo quibuſdam inſcripto, venam varicoſam dicunt ſic nominari à Dioſcoride. Mihi verò propriè hoc nomen de animali dici videtur. Etenim incidi aliquando in id quod illo in libro dicitur, multiſq; ea de re ambigentibus, ego ſolus, ipſa ſcriptione adductus, verum prædixi. Quomodo autem hirudo cruentarum ſancium cauſa eſſe poſſit, ex Galeno oſtendimus noſtris in Prorrh. 2. Annotat. βδελλάζεται Erotianus apud Hippocr. ἀμέλγεται exponit, exugatur, mulgeatur, dictumq; annotat περὶ τῆς βδέλλας.

Βδελύττεσθαι aut βδελύσσεσθαι eſt execrari, abominari, odio habere, faſtidire, faſtidio habere, præcipueq; de ciborum odio & auerſatione dicitur Hippocrati & nauſea. Lib. 2. de Morb. (p. 148. 20.) καὶ ὑπὸ ὀλίγων σιτίων ἐμπίπλαται καὶ βδελύττεται. & à paucis quibuſdam cibis impletur, eoſque abominatur aut faſtidit. Caluus, & nauſeat, dixit, præcipuè cùm ſequatur, καὶ ἐμέσαι μιν λαμβάνειν, & vomitionibus tentatur. Lib. etiam 1. περὶ γυναικ. (p. 244. 21.) καὶ βδελύξεται πάντων, omnino abominabitur, omnia execrabitur, odio habebit ac faſtidiet. Ruſuſq; (v. 46.) καὶ βδελύξεται, & faſtidio afficietur. Quæ phraſis popularis eſſe videtur, cum de eo qui omnia execratur & faſtidit, aut ingenti ciborum faſtidio premitur, omnia velut tetrum odorem ſpirantia auerſari dicunt. Eſt enim βδελυγμὸς teter & execrandus fœtor. βδελυγμίαν etiam teſtatur Pollux apud Xenophontem pro nauſea ſumi, & τὴν βδελυγμίαν, τὴν ἐπὶ τῷ κόρῳ δυσχέρειαν ſignificare, moleſtiam ex ſatietate & anxietatem. βδελυγμίαι ναυσίαι exponuntur Heſychio, & βδελύττεται, μισεῖ, ἀποστρέφεται, odio habet, deteſtatur aut reformidat. βδελύττεσθαι etiam formidare aut exhorreſcere ſignificat, diciq; de ſumma formidine videtur. Erotianus apud Hippocr. βδελύξεσθαι στυγήσειν exponit. Verùm βδελύξει pro βδελύξεται legiſſe videtur lib. περὶ γυναικ. & ſic apud eum, & στυγήσει ſcribendum, vt ſit deteſtabitur, odio habebit. Eadem quoque notione βδελυρίη execratio, abominatio, de ciborum faſtidio & odio dicitur lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 201. 18.) τὰ σιτία οὐ προσίεται, ἀλλὰ δοκέει αὐτὰ ὄζειν σικύου ἀγρίου ὑπὸ τῆς βδελυρίης. cibaria non admittit, ſed videntur cucumeris agreſtis odorem præ ſe ferre præ odio aut faſtidio. βδελυροὶ Heſychio exponuntur μιαροὶ, κακοὶ, ἐξουδενωμένοι, execrabiles, inuiſi, abiecti & nihili, & βδελυκτοὺς βδελυρούς. βδελυγμὸν execrandum & abominabilem ac tetrum fœtorem qui ex fiſtulis erumpit ſignificat, grauemq; odorem qui ex ſaniei corruptela & magna putrilagine (qua aſſiduè manant fiſtulæ) euomitur & expirat. Lib. de fiſtulis (p. 517. 31.) καὶ ἀποῤῥεῖ δι᾽ ἑωυτῆς καὶ φῦσα, καὶ βδελυγμὸς πολύς. Indeq; ſtercus & flatus, teterq; fœtor copioſè effluit. βδελυγμίαι δυσωδίαι exponit Heſychius. Poteſt etiam βδελυγμὸν grauem fœtorem qui ex alui recrementis expirat ſignificare, quòd βδελύσσεσθαι ποιεῖσθαι τὴν κένωσιν, de alui vacuatione exponat Heſychius.

¶ Βέβηλος profanus, qui ſacris non eſt initiatus. ὅρκῳ (p. 19. 42.) βέβηλοι dicuntur qui ſacris artis myſteriis non ſunt initiati, & τοῖς ἱεροῖς opponuntur. Βέβηλον, τὸ μὴ ἱερὸν, καὶ ἄθετον exponit Heſychius, cui etiam βέβηλος, ἀνίερος, ἀμύητος dicitur.

¶ Βῆχμα apud Hippocr. non ſolùm tuſſim, ſed & ſputum quod tuſſi reiicitur ſignificat. Lib. 2. de Morb. (p. 150. 6.) καὶ ἢν μὲν ἐν ταύτῃσι παύσηται τὸ βήχματος, ἀποφεύγει, & ſiquidem his diebus ſputum cum tuſſi ſedatum fuerit, euadit. Agitur enim illic de ſputo quod tuſſi educitur, & an dulce ſit explorari iubet, ac primis diebus craſſum & purũ, deinde ſubdulce & purulentum expectorari ſcribit. Eadem ratione βήσσειν & ἀναβήσσειν non tantùm tuſſire ſed & per tuſſim ſputum reiicere indicat (ibidem. v. 13.) καὶ βήσσει ὅταν οὕτως ἔχῃ, & tuſſi ſputum reiicit cùm ſic habuerit. Rurſus (ibid. v. 5.) καὶ ἢν μὲν ἐν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἡμέρῃ ξηρανθῇ ὁ πλεύμων καὶ ἀναβήξῃ, ὑγιάζεται, & ſiquidem decimoquarto die pulmo reſiccatus fuerit, ac tuſſi ſputum reiecerit, ſanus euadit, hoc eſt, ſi pulmo exhauſtus fuerit & per tuſſim ſputo leuatus. Sic (ibid. p. 151. 10.) τοῦτο τὸ σίαλον παχὺ, ὑπόχλωρον, γλυκὺ βήσσεται. Huius ſputũ quod tuſſiendo reiicitur craſſum eſt, aliquãtum ex virore palleſcens & dulce. Rurſus (v. 14.) καὶ βήσσει τοὺς ὄρθρους, καὶ μεσονύκτιον μάλιστα. βήσσει δὲ καὶ τὸν ἄλλον χρόνον. & tuſſiendo ſputum reiicit mane & circa mediam noctem præcipuè. Quin & aliàs quoque ſputum reiicit. Galenus verò in Exeg. apud Hippocr. βρῆγμα τὸ μετὰ βηχὸς ἀναπτυόμενον, id quod tuſſi expuitur exponit, & βρήσσειν τὸ μετὰ βηχὸς ἀναπτύειν, tuſſi expuere, ex lib. 1. de Morb. maiore, ſcribitque quoſdam abſq; ρ ſcribere. Quibus verbis eum prius ſubnotatum locum ſubindicare apparet, & pro βήχματος, βρήγματος aut βρῆγμα legiſſe. In altero etiã exemplo βρήσσει pro βήσσει legiſſe, & apud Gal. in Exeg. βρήσσει & μετὰ βηχὸς ἀναπτύει legẽdum. Neque enim βρῆγμα aut βῆχμα aliàs illic reperias. Heſychius quoque βρῆγμα ἀπόπτυσμα ἀπὸ τοῦ θώρακος, quod è thorace expuitur ex Hippocrate exponit, & βρήσσεται, βήσσεται. At verò toto lib. 1. de Morb. & lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν, in quibus ex profeſſo de purulentis agitur, πτύει, πτύεται & ἀναπτύει dicitur, vt lib. 1. de Morb. (p. 134. 36.)

περιϊόντος

ἀποπτύοντος δὲ χρόνῳ ἢν μὲν ἀποπτύσῃ πᾶν, καὶ ἡ κοιλίη ἐν ᾗ τὸ πύος ἦν, συμπέσῃ τε καὶ αἱ ἀποξηρανθῇ, ὑγιὴς γίνεται. At progreſſu temporis, ſi totum quidem expuerit, & venter in quo pus continetur ſubſederit ac reſiccatus fuerit, ſanus euadit. Vbi ἀναπτύσαι dicitur quod ἐκβῆξαι lib. 2. de Morb. Quod etiam ſcribitur à Gal. Com. in aph. 16. lib. 7.

Βὴξ ξηρὴ tuſſis ſicca & arida dicitur in qua nihil expuitur, Lib. 6. Epid. ſect. 2. aph. 11. Vbi ſcribit Gal. ἡ μὲν οὖν ξηρὰ βὴξ λέγεται συνήθως, ἐφ' ἧς οὐδὲν ἀναπτύεται. Tuſſis igitur ſicca dici conſueuit, in qua nihil expuitur. βῆχες ξηραὶ ἐφ' ὧν οὐδὲν ἀναπτύονται, tuſſes ſiccæ in quibus nihil expuitur, aph. 54. lib. 4. Quæ fiunt ob intemperiem partium reſpirationi deſtinatarum, aut ob faucium & gutturis aſperitatem, aut ob aliquem tenuem & paucum humorem deſtillantem, aut quòd is ita lentus ſit & craſſus, aut tam vehemẽter pulmonis bronchiis infarctus, vt ægrè diſſolui queat, vt ſcribit Gal. Com. 1. in lib. 1. Epid. (p. 352 53.) & com. ad aph. 54. lib. 4 βῆχες ξηραὶ ſunt Hippocr. lib. 1. Epid in quibus ægri βήσσουσι καὶ οὐδὲν ἀνάγουσι, tuſſiunt nihilque educunt. βήχιον ξηρὸν pro βήχιον ξηρὸν tuſſicula ſicca, lib. 7. Epid. (p. 360. 24.) βῆχες κοπιώδεις, tuſſes laſſitudinis ſenſum inducentes & laborioſæ; quæ fiunt ex vehementibus laboribus & motionibus, ſiccæ ſunt & in articulos firmantur, art. 11. lib 6. Epid. ſect. 7. βὴξ τραχυαλέη περὶ φάρυγγα καὶ ῥεγχώδης, tuſſis cum ſtridula aſperitate circa fauces & ſtertore lib. 7. Epid. (p. 356. 7.) βὴξ πνιγώδης, tuſſis ſuffocans, ſtrangulabunda, μετὰ πνιγμοῦ, quæ eſt cum ſtrangulatu. (ibid. p. 357. 22.) Βηχία Erotiano apud Hippocr. exponitur βοτάνης εἶδος ὃ βηχίον καὶ βήχιον καλοῦμεν herbæ ſpecies quam ſuo tempore Beciam aut becion vocatam teſtatur, niſi forte, βήχιον ſcribendum eſt, quæ tuſſilago nobis dicitur.

Βηίοις προβάτοις: apud Hippocr. exponit Gal. in Exeg. hoc eſt, ouibus. βηΐοις etiam legunt permulta exemplaria.

Βησσαίου, τοῦ ἀπὸ Βησσῶν ἐν Θρᾴκῃ, ei quæ eſt ex Beſſis Thraciæ vrbe exponit Gal. apud Hippocr. in Exeg. Ac niſi me coniectura fallit, auguror hunc locum ſubnotari qui legitur lib. 7. Epid. (p. 366. 3.) τῇ χαίρῃ βηχώδει περὶ ἐνάτην, veteri tuſſiculoſæ ſub nonum diem. Vbi βησσαίου pro βηχώδει legiſſe Gal. exiſtimo.

¶ Βιαίως, ἀντὶ τοῦ σφοδρῶς, hoc eſt, violenter & cum vi, pro vehementer ſumi apud Hippocr. teſtatur Gal. Com. 2. in Prorrh. (p. 192. 30.) Idem μόγις καὶ μετὰ βίας ſignificare ſcribit, hoc eſt, ægrè ac vix, vt τὰ οὐρήματα βιαίως, τὸ μόγις καὶ μετὰ βίας οὐρεῖν indicet & vrinas quæ vi & ægrè excernuntur.

Βιωτὴ, vita, ciborum moram in corpore ſignificat, affectatè tamen vt ſcribit Gal. aph. 20. lib. 6. Epid. ſect. 5. τὰ ἀσθενέστερα σιτία ὀλιγοχρόνιον βιωτὴν ἔχει. Imbecilles cibi breuem vitam præſtant, hoc eſt, ipſis veſcentes breuis vitæ efficiunt, aut celeriter è corpore euacuantur.

¶ Βλαβεραὶ exponitur Galeno apud Hippocr. in Exeg. ὑγραὶ, μυξώδεις, humidæ, mucoſæ.

Βλαισοὶ vari dicuntur quibus crura in interiorem partem inclinant, vt κυλλοὶ vari, quibus exteriorem in partem. Galenus Com. 3. in lib. κατ' ἰητρεῖον (p. 700. 1.) καλεῖται τὰ μὲν ἔσω ῥέποντα βλαισὰ, τὰ δ' ἔξω ῥαιβὰ καὶ κυλλά. Quæ interiorem in partem vergunt, βλαισὰ, hoc eſt, valga vocantur, quæ verò in exteriorem, ῥαιβὰ καὶ κυλλὰ, hoc eſt, vara. Sic enim apud Gal. legendum, cùm vitioſè priore loco ἔξω pro ἔσω ſcribatur, & contrà, poſteriore ἔσω pro ἔξω. Lib. de art. (p. 630. 22.) βλαισοὶ valgi dicuntur, quibus pedis articulus ad malleolum interiorem in partem luxatur, & pes extremus extra vergit, iique minus ſtare poſſunt. His κυλλοὶ opponuntur, vari dicti.

Βλακεύειν eſt ſegniter & ſupinè, ignauè, remiſsè negligenter ſe in re aliqua gerere, remiſſo animo ác diſſoluto, torpeſcere, ſtupido & hebeti eſſe ingenio. Lib. de fract. (p. 555. 8.) οὐδὲ βλακεύειν ἐν τῇ κατατάσει, neque ſupinè intentio adhiberi debet, aut negligenter & ignauè. Quem locum ſubnotans Gal. in Exeg. βλακεύειν ὀλιγωρεῖν exponit, negligere, contemnere, vilipendere. Erotianus quoque præter quàm quod ὀλιγωρεῖν explicat, addit etiam ſignificare τὸ μετὰ νωθρείας καὶ ὀλιγωρίας τι πράττειν, ſtupidè aliquid & remiſſo animo ac negligenter agere. Idem etiam βλακεύειν eſſe ſcribit, τὸ ἐπὶ πλεῖον διατρίβειν, quod eſt, circa quid plurimùm immorari. Idque dici à piſce quodam qui βλὰξ aut βλακὸς, aut etiam βλέννος appellatur, ὃς ἐν τῇ συνουσίᾳ δυσαπολύτως ἔχει, qui tam firmiter in complexu adhæret, vt auelli nequeat. Sic qui aliquid ignauè ac ſupinè agunt, circa id plurimùm immorãtur. Hinc βλὰξ & βλακικὸς, ſtupidus, ſtolidus, hebes, ignauus, iners, torpeſcens, ſocors, piger ac ſupinus dicitur, νωθρὸς καὶ ὀλίγωρος exponit Erotianus. Inde etiam καταβλακεύειν deductum apparet, quod eſt ignauè & negligenter agere, lib. de art. (p. 607. 48.) ἀλλὰ καταβλακεύουσιν οἱ ἰητροί, verùm ſupinè agunt medici, ſupinè ſe gerunt, hoc eſt, ignauè nimis & remiſsè naſum fractum percurant. Rurſus (p. 629. 39.) οἱ μὲν πλεῖστοι καταβλακεύουσι τὴν διόρθωσιν τοῦ σώματος, plærique certe corporis directionem negligũt aut contẽnunt. Et (ibidẽ v. 41.) καταβλακεύουσι δὲ ἔνιοι τὴν ἐς τὸ ὀρθὸν ὁδοιπορίην, nonnulli etiam rectam deambulationem negligunt, hoc eſt, in recta deambulatione negligenter & ſupinè ſe gerunt. Vbi Gal. καταβλακεύουσιν ὀρθῶς, τουτέστιν ἀμελοῦσι καὶ καταῤῥᾳθυμοῦσιν explicat, directionem negligunt, hoc eſt, non curant, & per ſocordiam aut deſidiam contemnunt. Idem etiam Gal. καταβλακεύουσιν καταλιγωροῦσι, hoc eſt, negligunt in Exeg. exponit. Hinc etiam καταβεβλακευμένως apud Ariſtoph. in Pluto, βραδέως, τρυφερῶς exponitur, cunctanter, tardè, negligenter, ſupinè delicatè, cui συντεταγμένως opponitur, quod eſt συνθέτως, compoſitò, accuratè ác velut inſtructa acie. Idem etiam βλακικῶς pro eodem poſuit in Auibus, quod à βλακὸς

deducitur, vt innuit Erotianus, eum forte locum ſubindicans. βλακεύει exponit Heſychius διατρίβει, νωθρεῖ, μωραίνει, νωθρῶς τε ποιεῖ, ῥαθυμεῖ, μαλακίζεται. Idem βλακεύειν, μωραίνειν, & à βλακὸς piſce deductum ſcribit.

Βλαςήματα progermina dicuntur, propagines, ſtolones, ſurculi. Pro papularum eruptionibus ſumi videntur lib. 4. Epid. (p. 333. 13.) & exanthematis, fortaſſis etiam inguinum tumores denorant, qui viſcerum imputitatem & redundantem ſuperfluitatem arguunt, vnde βουβῶνες, σημεῖον μὲν τῶν βλαςήματα ἐχόντων, dicuntur lib. 6. Epid. ſect. 2. aph. 7. glandularum tumores, partium quidem ex quibus velut propagines deducuntur, ſignificationem præbent. Significar enim bis verbis glandularum tumores aliqua ex parte originem ſumere, ac veluti ſtolones ac ſurculos deduci. Innuitur autem bumorum corruptela ac redundantia, quæ ex viſceribus in glandulas procumbir, earumq́ue inflammationem facit, velur ſuperuacanea ac noxia quædam quæ è viſceribus progerminanr, & in glandulas redundant, tuncq; febres malignas & valde ſuſpectas excitanr. βλάςημα quoque quod propriè pullulationem aut germen indicat, eruptionem puſtuloſam, aut puſtulam ſignificat lib. περὶ χυμῶν (p. 114. 37.) βλαςάνειν eſt pullulare, ſtolones producere, & de carnis in vlceribus productione dicitur, lib. de vlceribus (p. 513. 23.) ex Gal. lib. 4. Meth. med. (p. 79. 19.) ἕλκεα ὅσα μὴ καλῶς κεκαθαρμένα καὶ ἐς τὸ δίκαιον, πρότερον ἄρξεται βλαςάνειν. Quæ vlcera, neque probè, neque vt conuenir prius aſſiduè repurgara, carnem prodncere incipiunt. Rurſus (ibidem v. 3.) βλαςάνουσαι νέας σάρκας recentem carnem in vlcere producere dicitur.

Βλέννα dicitur Hippocrati craſſior pituita & mucus ex cerebro per nares effluens, quæ iam coctionis initæ ſigna edir in fluxionibus è cerebro, aliis μύξα & κορύζα, Gal. lib. de Temp. torius morbi (p. 386. 14.) & lib. 2. de Semine. (p. 246. 8.) & lib. 8. de vſu part. cap. 6. Idem ſcribit lib. 2. de fac. nat. (p. 106. 21.) Prodicum lib. de nat. hominis, quod omnes φλέγμα, βλένναν appellare aut βλένναν, βλέννα etiam ſcribitur lib. 2. de Morb. (p. 142. 8.) καὶ ἢν μὲν ῥαγῇ κατὰ τὰς ῥῖνας, ἢ κατὰ τὰ ὦτα ὕδωρ καὶ βλέννα, ἀπαλλάσσεται τῆς νόσου. & ſi quidem per nares aut aures aqua aut mucus erumpar, morbo liberatur. Quod etiam repetitur lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (p. 37. 29.) & βλέννα legitur. Rurſus lib. 2. de Morb. (p. 142. 24.) ἐπὴν δὲ οἱ ῥαγῇ κατὰ τὰς ῥῖνας τὰ βλεννώδεα, vbi autem ei è naribus mucoſa eruperint, pro βλεννώδεα. Lib. 4. Epid. (p. 328. 11.) βλεννώδεα quæ μυξώδεα, mucoſa excrementa, vbi Exemplaria quædam mann ſcripta βλεννώδεα legunt. βλεννώδεες γυναῖκες mulieres mucoſæ & pituitoſæ libr. inſcripto περὶ ἑβδομάδων (p. 43. 40.) βλένναι ἐν τῇσι ῥισὶ γινόμεναι, mucoſæ pituitæ in naribus ortæ capitis dolores alleuant, Prorrher. 2. (p. 422. 19.) Lib. etiam 1. περὶ γυναικ. (p. 237. 32.) de ſemine viri quod vtero non retentum exit velut mucus, ἐπέρχεται δὲ παχέα τε καὶ ξυνεστῶτα οἷον βλένναι. craſſa & compacta velut mucus exeunt. Rurſus ibidem (p. 247. 17.) καὶ δύο ἡμέρας καὶ τρεῖς βλένναι ἴασιν ἐκ τῶν ὑστερέων, duobus & tribus diebus mucoſi humores ex vtero eunt. Pro quo lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 217. 33.) μύξαι ἔρχονται, muci prodeunr, ſcribitur. βλέννα etiam πλέννα dicitur. ἡ μύξα exponitur Galeno in Exegeſi. & πλεννεραὶ μυξώδεις, quod etiam indicat Heſychius, qui βλεννὸς νωθρὸς, μωρὸς explicat, nempe ignauum & ſtolidum, quaſi mucoſum ex nimia cerebri humiditate. Blennos etiam Plautus ſtupidos & bardos eſſe indicat (vt ſcribit Feſtus) Bacchid. (Act. 5. ſc. 1. v. 2.) ſtulti, ſtolidi, fatui, fungi, bardi, buccones, blenni. Βλέννα autem Erotiano piſcis nomen eſt qui βλὰξ aut βλακὸς eidem dicitur, vt antea ſcripſimus.

Βλέφαρα palpebræ, Latinis genæ dicuntur, partes membranoſæ oculos ambientes & clandentes, quæ ſunt regumenta oculorum M. Tullio lib. 2. de nat. deorum. καμπύλον βλέφαρον in Progn. (p. 125. 50.) cùm palpebra peruertitur. βλέφαρα περιτεταμένα, palpebræ circũrenſæ, aph. 16. lib. 6. Epid. ſect. 1. βλεφάρων μὴ συμβαλλομένων ἢν τε ὑποφαίνηται τι λευκὸν, ſi non commiſſis palpebris oculorum album appareat, in Progno. (p. 125. 32.) & aph. 52. lib. 6. βλέφαρα μὴ συμβάλλειν ἐν τοῖς καθεύδειν, palpebras per ſomnnm non committere, in Coac. Prænor. (p. 430. 25.) ἐν μὴ διαλειπούσῃ πυρετῷ ἢν τὸ βλέφαρον διαστραφῇ, in febre non intermittente ſi palpebra peruertatur, aph. 49. lib. 4. & aph. 75. lib. 7.

Βλεφαρίδες ſunt cilia & pili in extremis palpebrarum oris inſerti, quibus aciei obtutus dirigitur. palpebrarum extrema dicuntur & pro palpebris ſnmuntur in Coac. Prænor. (p. 430. 24.) βλεφαρίδων καμπυλότης, cilia rerorta, pro eo quod in Progn. καμπύλον βλέφαρον dicitur. βλεφαρίδες αἱ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς τρίχες exponnntur Heſychio. Celſo pili palpebrarum, & Plinio etiam palpebræ dicuntnr. Βλεφαρικὰ collyria palpebraria vocat Aurelianus cap. 2. libr. 3. Tard. Paſſionum.

Βλησρισμὸς Hippocrati incontinentem corporis iactationem & inquietudinem ſignificat, qua corpus perpetuò exagitatur aut incontinenter diſiicitur, ῥιπτασμὸν dicunt. Qua dictione vtitur Hippocrates, ægr. 2. lib. 1. Epid. & ægr. 8. & 12. libr. 3. & ægr. 3. lib. 3. Epid. poſt ſt. peſt. & ægr. 16.

Βλησρίζειν ἑωυτὸν æger dicitnr qui ſe iactat & omnem ſitum commutar, ac ſtare loco neſcir, quod ῥιπτάζειν ἑωυτὸν aliàs efferr Hippocrates. Lib. 3. de Morb. (p. 160. 2.) ἀλλ' ὥσπερ ἀπορέων βλησρίζει ἑωυτὸν, ſed tanquam animi anxius conflictatur, aut ſeipſum iactat. Quod poſtea lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 193. 2.) repetitur

repetitur & explicatur his verbis. ἀλλ' αὐτὸς ἑωυτὸν ῥίπτει ἀλύων. Aretæus βλητρίζωσι de ægri inordinato ac inæquali motu dicit cùm iactatur & volutatur in Phrenitidis curat. cap. 1. cur. ac. κλίνης μῆκος καὶ πλάτος σύμμετρον, ὡς μήτε βλητρίζωσι ἐν τῇ πλατείῃ, μήτε ἀπὸ τῆς στενῆς ἐκπίπτωσι. Cubilis longitudo & latitudo moderata ſit, quò neque in ampliori iactari aut volutari poſſit, neque ex anguſto decidere. Ruſus, ἢν γὰρ πάνυχοι μὲν ὀχλέωνται, μηδὲ δ' ἡμέρης εὕδωσι, κτηδὼν δὲ τὸ ξύμπαν ἴδωσι, ὀφθαλμοὶ δὲ ὅκως κέρας ἑστήκωσι, βλητρίζονται δὲ καὶ ἐξανιστῶνται. Quòd ſi tota nocte quidem peruigiles ſint, neque interdiu dormiant, oculi verò omninò intenti ac veluti cornu rigeſcant, iactentur autem & è lecto exiliant.

Βλητοὶ antiquis dicti ſunt qui ex lateris inflammatione repente ſtertore aut difficultate ſpirandi ſuffocati, liuores ad latus habent tanquam ex plaga percuſſi, ideoq; icti aut ſyderati, velut ſydere tacti vocantur. Hippocr. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 49. 16.) μάλα δὲ τοὺς τοιούτους οἱ ἀρχαῖοι βλητοὺς ἐνόμιζον εἶναι, διὰ τόδε μάλιστα, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ ὅτι ἀποθανόντων αὐτῶν ἡ πλευρὴ πελιὴ εὑρίσκεται ἴκελόν τι πληγῇ. Hos autẽ potiſſimùm antiqui ictos exiſtimauerunt, cùm ob id præcipuè, tum verò vel maximè, quòd ipſis mortuis latus liuidum tanquam ex plaga deprehendatur. In pleuriticis nanque ſanguine phlegmones in cutem diffuſo & refrigerato, liuor fit, totumque latus in quo inflammatio deliteſcebat, poſt mortẽ liueſcit, eamq; ob cauſam repentina morte ſtertore difficultateque reſpirandi ſuffocatos, quaſi ſidere tactos vocabant. Quod etiam contingere peripneumonicis ſcribit Hippocr. Coac. Prænot. (p. 436. 16.) ἢν μὲν οὖν σφόδρα φλεγμαίνωσιν αἱ ἀορταὶ, ὥστε προσκαθίζειν πρὸς τὸ πλευρὸν, παραλύονται τὸ κατ' αὐτὸ τὸ μέρος τοῦ σώματος, καὶ πελιώματα περὶ τὴν πλευρὴν ἔξω γίνονται. τούτους δὲ ἐκάλεον οἱ ἀρχαῖοι βλητούς. Si igitur ſuſpenſæ vtrinque pulmonis partes tanta inflammatione tententur, vt ad latus adhæreſcant, illa corporis parte reſolutionem ſentiunt, & ad coſtam liuores foris oriuntur, quos aut veteres ictos, aut ſidere tactos vocabant. Lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 258. 44.) ἐκβόλιον deſcribitur, ὃ τὸ παιδίον βλητὸν γενόμενον ἐκβάλλει, medicamentum fœtum enectum aut mortuum eiiciens. βλητὸς ὁ ἀπόπληκτος exponitur Heſychio, & ὁ ὑπὸ τῶν ὀξέων νοσημάτων αἰφνιδίως τελευτῶν, qui ex morbo acuto repente moritur. Varino βλητὸς quinam dicatur, veluti ſyderatus & apoplexia aut corporis ſtupore laborans, deſcribitur Hippocrati lib. 2. de Morb. (p. 141. 25. & p. 145. 31.) Βλῆτον herba linguæ ſimilis Hippocrati lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 286. 30.) Sic βλῖτον dicitur Theoph. lib. hiſt. plant. 7. cap. 1. & βλῖτον Dioſcoridi cap. 143. lib. 2. pro βλίτον.

Βληχρὸς πυρετὸς, febris lenis, parua, debilis dicitur, lib. 5. Epid. (p. 340. 14.) & (p. 343. 5.) πυρετὸς εἶχε βληχρός, febris leuis & parua detinebat. πυρέτιον dicitur lib. 7. Epid. (p. 356. 13.) πυρετοὶ διὰ παντὸς βληχροὶ, febres perpetuò debiles, leues, & ad manus contactum puſillæ, in quibus calor debilis videtur, quæq; ſemper deurentibus opponuntur, aph. 17. lib. 6. Epid. ſect. 1. βληχρὸς πυρετὸς πρὸς χεῖρα, febris ad manus contactum debilis, lib. 1. περὶ γυναικείων (p. 243. 12.) βληχροτέρη ἡ νοῦσος, morbus debilior & lenior, (ibidem v. 17.) βληχροὶ σφυγμοὶ, pulſus debiles, languidi, quibus ὀξέες, hoc eſt, citati opponuntur (ibid. v. 21.) πυρετοὶ μακροὶ καὶ βληχροὶ, febres longæ & paruæ, aph. 64. lib. 5. de febribus lentis & hecticis laborantibus dicuntur, quòd in his febres remiſſæ appareant, adeò vt nequaquam ſe febricitare exiſtiment, vt ſcribit Gal. lib. de inæq. intemperie, cap. 7. πυρετὸς βληχρὸς febris parua & debilis in his qui βλητοὶ dicuntur, hoc eſt, ſydere tacti, quales ſunt apoplectici & corporis ſtupore laborantes, lib. 2. de Morb. (p. 141. 27. & p. 145. 33.) Βληχρὸν exponitur Galeno in Exeg. apud Hippocr. ὄσπριόν τι ὃ καὶ βλήχιον καλεῖται, leguminis genus quoddã quod etiam βλήχιον ſcribitur. βληχρὸν verò pro βληχὸν quidam etiam ſcribunt.

Βλιχῶδες Erotianus apud Hippocr. Epiclem exponere ſcribit, τὸ λελιπασμένον μετὰ γλισχρᾶς ὑγρασίας ἀκαθάρτου, hoc eſt, viſcoſa quadam humiditate pingueſcens, vnguinoſum, aut lento & vnctuoſo humore ſordidum ac turgeſcens. Euphorionem verò τὸ ἐκπεπιεσμένον καὶ κατάξηρον, expreſſum & reſiccatũ. Bacchium etiam & Lyſimachum πληρῶδες per π ſcribere, τὸ ἐξῳγκωμένον quod eſt explicatum, expanſum, indicare volentes, quaſi plenum ac ſine rugis. Addit etiam Erotianus pro βλιχῶδες quoſdam apud Hippocr. γλισχρῶδες ſcribere, quod eſt, glutinoſum & viſcoſum, & cum Epiclis expoſitione aptè conuenit. βλεχῶδες Sudas ex Hippocr. τὸ λελεπισμένον καὶ καθαρὸν, decorticatum & purum exponit, quod & facit Heſychius, apud quem tamen βλεπχῶδες & βλιχῶνες, vitioſè pro βλιχῶδες aut βλιχῶδες legitur. Quod etiam apud Varinum vitioſè ſcribitur. At locus apud Hippocr. ab Erot. expreſſus is mihi videtur qui legitur lib. de cap. vuln. (p. 450. 41.) τὸ ἕλκος ἄχροον γίνεται, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἰχὼρ ῥέει σμικρὸς, καὶ τὸ φλεγμαῖνον ἀποθνήσκει ἐξ αὐτοῦ, καὶ γλισχρῶδες γίνεται. Vlcus coloris expers euadit, ex eoq; ſanies parua effluit, quodq; in eo inflammationem ſentit emoritur & glutinoſum euadit. Vbi βλιχῶδες ἕλκος Erot. legiſſe videtur, cùm tamen exemplaria omnia tum ſcripta tum publicata conſtantiſſimè γλισχρῶδες habeant. Vt mihi ex hoc loco Sudæ & Heſychii explicatio non parum ſuſpecta ſit, ac pro λελεπισμένον καὶ καθαρὸν, λελιπασμένον, μὴ καθαρὸν leg. cenſeam.

¶ Βοάνθεμον Galenus apud Hippocr. in Exeg. τὸ βούφθαλμον exponit, quod & χρυσάνθεμον etiam nominari dicit.

Βόθριον paruam foueam aut foſſulam ſignificat. dicitur autem in oculorum cornea cauum eſſe vlcus, anguſtum ac purum. Quod autem bathrio latius eſt, ſed minus altum, κοίλωμα, Æginetæ lib. 3. cap. 22. & Actuario

lib. 2. περὶ ἀγμῶν. καὶ. cap. 7. Author vero Definit. Medic. βόθριον vlcus cauum aut purum in oculi nigro conſiſtere ſcribit, vt & Medici author περὶ τῶν ἰῶν, circa oculi circulum. Cui βόθριον definitur ἕλκος κοῖλον, καθαρὸν, στενὸν, κεντήματι στρογγύλῳ ὅμοιον, βαθύτερον ἑλκυδρίου, vlcus cauum, purum, anguſtum, punctura rotundæ ſimile, vlcuſculo altius.

Βοθρίον meminit Hippocr. lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p. 114. 5.) καὶ τοῖσι βοθρίοισι ἀλέγειν, vbi foſſulis, oculorum vlceribus calidæ lotionem leniendo, detergendo, aperiendo, prodeſſe ſcribit. (Sic enim legendum pro ἀλέγειν) Ac nemini quidem dubium eſt quin hunc Hippocratis locum ſubindicet Erotianus cùm ſcribit, βοθρίας, τὰς ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς κοιλίας ἕλκεσι τοῦ λέγει. Verùm manifeſtum eſſe vitium apparet. Legendum enim βοθρίοις, τοῖς ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς κοίλοις ἕλκεσι τοῦ λέγει. vt hac dictione (βοθρίοις,) foſſulas, hoc eſt, caua oculorum vlcera Hippocratem exprimere velit.

Βόλβιον paruus bulbus aut bulbulus dicitur, & qualis ſit ab ipſo Hippocrate ſatis exponitur lib. 2. περὶ γυναικείων, teſte Galeno in Exeg. quo loco quoſdam perperam narciſſum ſumpſiſſe ſcribit, quòd ſit radice bulboſa. Quibus ſanè verbis locus mihi exprimi videtur (p. 284. 12.) vbi bulbulus cum allio & nitro in peſſo apponitur ad vteros ſemen non retinentes his verbis. ταῦτα σὺν μέλιτι καὶ οἴνῳ προσθεῖναι, ἢ βόλβιον· ἐν πυροῖς δὲ φύεται, αἰγυπτίοισι δὲ μάλιστα, δριμὺ, ὅμοιον κυμίνῳ αἰθιοπικῷ. Hanc [conyzam] cum melle & vino in peſſo apponito, aut βόλβιον (hoc eſt bulbulum) quod in tritico præcipueque Ægyptio cernitur, acre, cumino Æthiopico ſimile. Βόλβιον aliàs etiam ſæpe ad vteros peſſo admouet Hippocrates, vt lib. περὶ ἐπικυήσιος (p. 52. 6.) ad vterum repurgandum, & lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 286. 19.) cum myrrha & melle tritum ſuppoſititium medicamentum optimum ad fluorem rubrum eſſe teſtatur. Lib. etiam περὶ γυναικ. φύσ. (p. 230. 25.) βόλβιον in vino albo tritum, lana inuolutum, in ſubditio medicamento apponitur, ad vterum conceptui repurgandum. Eodem libr. (p. 228. 45.) βόλβιον ἐκ τῶν πυρῶν, bulbulus ex tritico ſumptus, tritus & vino maceratus, in lana recenter enixæ adhibetur. Verùm illic βόλβιτον vitiosè pro βόλβιον habent omnia exemplaria. Nam & lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 257. 22.) vbi idem repetitur, βόλβιον τὸ ἐκ πυρῶν, tritum & vino maceratum peſſo admouet.

Βολβὸν βοτάνης ὄνομα eſſe apud Hippocratē, ſcribit Erotianus. Pro quo fortaſſis βόλβιον legi debet, etſi lib. 7. Epid. (p. 365. 45.) βολβοῦ χυλὸς, bulbi ſuccus ponitur.

Βόλβιτον ſtercus bubulum aut fimum bubulum ſignificat, quod etiam βόλιτον dicitur, vt ſcribit Galenus in Exegeſi. Lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 214. 6.) in vteri hydrope πυριῆν ἐν τῷ βολβίτῳ τὰς ὑστέρας fimo bubulo vteros fouere præcipit Hippocrates. Libr. verò 1. περὶ γυναικ. (pag. 247. 31.) πυριῆσαι ξὺν τῷ βολίτῳ τὰς ὑστέρας dicit. Βόλβιτον verò ſæpe in tota muliebrium tractationu ad vteri ſuffitus adhibet Hippocrates, vt lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 222. 29.) & libr. 1. περὶ γυναικ. (p. 262. 26.) & libr. 2. (p. 286. 17.) Dioſcorides libr. 2. cap. 98. ſcribit bouis maſculi βόλβιτον, hoc eſt, fimum bubulum procidentes vuluas reprimere. Dicitur & ὁ βόλβιτος & ὁ βόλιτος Atticè vt & τὸ βόλιτον. Heſychio etiam βόλιμθον. Feſtus imbulbitare eſſe ſcribit puerili ſtercore inquinare, ex fimo dictum quod Græci βόλβιτον appellant.

Βολβιτία exponit Galenus in Exegeſi apud Hippocratē, τὰ ὑπὸ τῶν πολλῶν βομβύλια προσαγορευόμενα. γένος δὲ τοῦτο μικρῶν πολυπόδων. quæ à multis βομβύλια vocantur. genus eſt autem paruorum polyporum. Βολβοτίνη dicitur Athenæo polypodis ſpecies, libr. 7. & Ariſt. hiſt. animal. libr. 4. cap. 1. βολίταινα, quam & ὄζαιναν dici ob grauiorem odorem ſcribit. Ideoque βολβίταινα fortaſſis ſcribendum, & apud Athenæum βολβιτίνη, παρὰ τῷ βολβίτῳ à ſtercoris bubuli grauiſſimo odore. At verò apud Hippocratem, βολβίδια forte pro βολβιτία ſcribitur libr. 2. περὶ γυναικ. (p. 272. 28.) ἐσθιέτω δὲ ἄρτον βόλιτον καὶ βολβίδια καὶ σηπίδια τὰ σμικρά. Si verò panem volet & βολβιτία, ac ſæpiolas paruas. Βολβίδια parui polyporum generis dixit Cornarius. Caluus autem pro βολβοὺς ſumpſit & bulbulos non malè vertit, cùm σηπίδια addat, & flatulentos cibos illic expetat Hippocrates. Aut idem certe βόλβια legit. Rurſus quoque eodem libr. (p. 274. 9.) ad vteros inflammatos βολβιδίοισι καὶ πουλυποδίοισι ἐν οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ in cibo vtitur, hoc eſt, bolbidiis & paruis polypis in vino & oleo, vbi rurſus Caluus βολβοὺς leg. videtur, & bulbulos ſumpſiſſe. Quem certe locum Erotiano expreſſum exiſtimo, ſi modò βολβίδια pro βολιτὰ legatur, quæ exponit τὰ μικρὰ βόλβια, paruos bulbos. Nam & manifeſtum eſſe vitium apparet, cùm βολιτὰ idem quod βόλβιτα ſignificent, quæ ſunt Heſychio ἀφόδευμα βοός.

Βόμβος, bombus, aut ſonus dicitur, nomen ex imitatione fictum. Bombus autem eſt murmur reſonans, ſuſurrus, ac ſtrepitus, ex flatibus qui in amplitudinem effunduntur & euoluuntur ex locorum anguſtiis, qualis in apibus aut veſpis reſonat. Quod ſi flatus illi in locorum anguſtias irrumpant, ac veluti per rimas effluant, fit ſonitus, & ſtridor, aut ſibilus. In Coac. Prænot. (p. 429. 30.) βόμβος ἐν ὀξέσι, καὶ ἦχος ἐν ὠσὶ, θανάσιμον. In præcipitibus morbis murmure reſonantes ac tinnientes aures, mortem prænunciant.

Βομβύλιος exponit Galenus apud Hippocratē, in Exegeſi ἔκπωμά τι στενὸν ἔχον τὸ στόμα, ἢ πῶμα, παρὰ τὸ βομβεῖν ὠνομασμένον, poculum

anguſti

anguſti oris, aut operculum, à reſonando dictum, aut à ſono quem edit. βομβύλοι Sudæ exponitur εἶδος στρογγυλοειδές, idē fortè quod βομβύλιος aut βομβυλιός. Polluci βομβυλιὸς eſt etiam poculum anguſti oris, παρὰ τὸ βομβεῖν ἐν τῇ πόσει, quemadmodum Heſychio βομβυλιὸς exponitur ποτηρίου γένος κατὰ μικρὸν πόσιν στάζοντος, ὅθεν δὲ τὸν ἦχον ὑπὸ κελαρύζει. poculi genus ſenſim potum ſtillantis. Ex ſono autē quem edit ſic appellatum. Eſt & βομβύλη λήκυθος Heſychio, & βομβυλίδες πομφόλυγες. Eam autem vſurpat dictionem Hippocr. lib. 3. de Morb. (p. 163. 46.) καὶ οἶνον γλυκὺν καὶ ὑδαρέα προσπίνειν, μὴ ψυχρὸν, ὀλίγον ἐκ βομβυλίου εὐρυστόμου, vinum dulce bibendum & aquoſum, ex lati oris vaſculo. Vbi tamen interpretes στενοστόμου ant οὐκ εὐρυστόμου legiſſe videntur. Quem ſanè locum mihi videtur ſubindicare Erotianus cùm βομβυλιὸν exponit, eſſeque ſcribit βυκίον εἶδος στενοστόμου, vaſculi oris aoguſti genus. (βυκίον tameo malim.) Quo etiam alludere videtur Gal. Com. 2. in lib. 6. Epid. (p. 467. 41.) cùm ſcribit, Σαβῖνος δὲ ἐκ βομβυλίου στενοστόμου πίνοντα, κελεύει κινεῖν ἐρυγάς. Sabious ex anguſti oris vaſculo bibentem ructus mouere iubet. βομβυλίου etiam meminit Paulus lib. 3. cap. 9. cùm per anguſti oris vaſcula & guttatim aliquid inſtillari præcipit. Eſt & βομβύλιος Erotiano εἶδος μελίσσης, apis genus. σημαίνει δὲ καὶ τὸν αὐλητὴν, παρὰ τὸ τοῖς αὐλοῖς βομβεῖν. Significat & tibicinem, quod tibiis aut fiſtulis inflatis ſonitum edat.

Βοὸς θαλασσίου, hoc eſt, bouis marini, legitur apud Galenum in Exeg. ex Hippocr. σελαχώδης δέ ἐστιν ὁ ἰχθὺς οὗτος, inter cartilagineos piſces reponitur, quos Plinius planos vocat, ioter quos etiam bouis meminit cap. 24. lib. 9. vt & Ariſt. lib. 5. hiſt. animal. cap. 5. & lib. 6. cap. 12. Cartilaginei autem generis piſces σελάχη ab Ariſt. dictos Plinius teſtatur. eos idem plaoos vocat.

Βορβορυγμὸς murmur ſignificat à flatibus excitatum cum mediocri humiditate. Gal. Com. ad aph. 73. lib. 4. καλεῖται δὲ βορβορυγμὸς ὁ ψόφος τοῦ πνεύματος, ὅταν μήτε μέγας ᾖ, μηδὲ πολύς, σὺν ὑγρότητι δέ τινι μετρίᾳ κινούμενος ἐπὶ τὰ κάτω. Vocatur βορβορυγμὸς ſpiritus ſonus, cùm neque magnus, neque multus, cum modica quadam humiditate ad inferiora deſcendit. Idem lib. 3. de ſympt. cauſ. cap. 7. βορβορυγμὸν bombi ſpeciem facit ex humiditate io inteſtinis contenta humidam deiectionem prænunciante. Sic præcordiorum tumores λύει βορβορυγμὸς ἐγγενόμενος ἐν τῷ ὑποχονδρίῳ, ſoluit murmur circa præcordia exortum, flatibus præcipuè per ſedem cum ſtercore & vrina demiſſis. ὁ γὰρ τοιοῦτος ψόφος (vt illic ſcribit Gal.) οὐ μόνον πνεύματός ἐστι σημεῖον, ἀλλ' ὑγροῦ συμμιγοῦς, καὶ σώματος στερροῦ. Eiuſmodi enim ſtrepitus, non ſolius ſpiritus indicium eſt, ſed humore & corpore ſolidiore permixti. βορβορυγμὸς γενόμενος ἐν ὑποχονδρίῳ, murmur circa præcordia exortum, Coac. Prænot. (p. 432. 17.) βορβορύζειν & διαβορβορύζειν κοιλίη dicitur cùm aluus murmur edit & ad excretionem irritatur, lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 104. 32. & 33.) διαβορβορύζουσα κοιλίη κεναῖς ἐξαναστάσεσι, aluus ad ioaoes & irritas exurrectiones murmurans, in Prorrh. (p. 205. 48.) διαβορβορύζοντα ὑποχόνδρια μετέωρα, præcordia ſublata & à flatibus ſuſpenſa, aph. 73. lib. 4. quod etiam annotauit Budæus. Dicitur & βορβορύζειν, διαβορβορύζειν & ὑποβορβορύζειν. Vt κοιλίη ὑποβορβορύζουσα φύσῃσι, aluus flatibus perſtrepens, Aretæo cap. 6. lib. 2. περὶ αἰτιῶν καὶ σημείων ὀξέων παθῶν. οἱ ἐν πόσεσι ὑποβορβορύζοντες, quibus inter potaodum murmur quoddam exauditur. Coac. Præoot. (p. 425. 47.) Eſt autem murmur illud ac ſtrepitus ei ſimilis qui exauditur cùm cœnum exagitatum pedibus cooculcatur aut commouetur; vnde oomen etiam defluxit.

Βορβορώδης cœnoſum, cœnum referens, luteolentum, fœculentum dicitur. βορβορῶδες πύον, pus cœooſum & lutum referens, in Progn. (p. 152. 9.) & aph. 44. lib. 7. & Coac. Prænot. (p. 436. 48.) βορβορώδεες ὀδμαὶ, odores cœnoſi lib. περὶ χυμῶν (p. 116. 28.) βορβορώδεα οὖρα vrinæ cœnoſæ aut luteolentæ Galeno Com. ad aph. 69. lib. 4.

Βορὸς vorax, edax dicitur, vnde ὕδωρ βορὸν, aqua vorax, quòd voraces & edaces efficiat, appetentiamque ciborum excitet aph. 18. lib. 6. Epid. ſect. 4. Vbi ſcribit Galenus. καλοῦσι γὰρ καὶ νῦν ἔτι συνήθως οἱ κατὰ τὴν ἡμετέραν Ἀσίαν ἅπαντες Ἕλληνες ἀνθρώπους βορὰς, τοὺς πολλὰ δυναμένους ἐσθίειν. Vocant enim & nunc etiam in noſtra Aſia Græci omnes vſitato vocabulo homines βορὰς, eos qoi multa comedere poſſunt. Βορὴ Ionicè pro βορὰ, cibū ſignificat. lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 239. 8.) βορὴ ἀνεπιτήδεος, cibus inutilis, minimè accommodatus. Eſt autem βορὰ Heſychio, βρῶσις, σῖτος, τροφή. cibus, eſca, alimeotum.

Βοτράχου pro βατράχου poſitum apud Hippocr. ſcribit Galenus in Exeg. & apertè quoſdam βατράχου legere addit. Sic etiam βόρβαχος Heſychio βάτραχος exponitur.

Βότρυς ἐξ ἡλίου, vua inſolata, paſſa dicitur lib. 7. Epid. (p. 363. 5.) βότρυς etiam herbæ nomen quam Botryo quoque Pl. vocat cap. 8. lib. 27. & alio nomine Artemiſia ouncupatur, & Cappadocibus Ambroſia. Vide Dioſcor. cap. 130. libr. 3. & Pl. libr. 27. cap. 4.

Βυβάλιος, σίκυς ἄγριος exponitur Galeno in Exegeſi. apud Hippocr. cucumis agreſtis vel anguinus. βυβάλιον verò Heſychio exponitur ἄγριος σίκυς παρὰ τῷ Ἱπποκράτει, & γυναικεῖον μόριον pudeodum muliebre.

Βουβὼν Hippocrati quandoque inguen ſignificat & locum vbi femur & coxendix coeunt, quandoque verò glandulas in inguinibus vtrobique ſitas, earumque tumorem aut inflammatiooem. Nonnunquam etiam propter tam inſignes inguinum glandulas, reliquarum quoque glandularum in collo & axillis tumor aut inflammatio βουβὼν dicitur. βουβὼν ioguen denotat ægr. 3. lib. 1. Epid. ἤλγησε κατὰ βουβῶνα, ad inguen doluit, vbi

inguinis tumorem etiam indicat. Sic libr. 3. Epid. in ſt. peſt. (p. 426. 10.) φύματα ἔξωθεν, ἔσωθεν τὰ περὶ βουβῶνας, tubercula extra, intus circum inguina. Libr etiam 2 de Morb. (p. 154. 4.) in pleuritide dorſali, καὶ πονέει μάλιστα τὸ μετάφρενον, καὶ τοὺς βουβῶνας, ac præcipuè dolor eſt ad dorſum & inguina. In Coac. Prænot. (p. 444. 22.) τὰ ἑρπυστικὰ ὑπεράνω βουβῶνος πρὸς κενεῶνα καὶ ἥβην γινόμενα. Serpentia vlcera, ſupra inguina, ad laterum inanitatem & pubem exorta. Libr. quoque 5. Epid. (p. 335. 23.) Εὐπόλεμος ἐν Οἰνιάδῃσιν ὀδύνας εἶχεν ἰσχίου τὸ δεξιὸν, καὶ τὸν βουβῶνα, καὶ τὴν πλησίον συμβολὴν πρὸς τοῦ ἰσχίου, ἀπὸ τοῦ βουβῶνος. In Oeniadis Eupolemus coxendicis dextræ dolore conflictabatur & inguinis, ac propinquæ coxendicis iuncturæ, quæ inguini & coxendicis anteriori parti reſpondet. Rurſus ibid. (v. 27.) ἀλλ' ἔμπυον ἔσχε τό τε ἰσχίον, καὶ τὴν κοχώνην, καὶ τὰ ἀμφὶ τὸν βουβῶνα. Verùm tum coxendicem, tum illius iuncturam ad ſedem (quæ κοχώνη dicitur) tum etiam inguinis loca ſuppuratio occupabat. Eodem etiam libr. (p. 340. 19.) οἱ βουβῶνες ἐφυματοῦντο. in inguinibus tubercula exoriebantur. Quin & Aretæus in primis vetuſtus author βουβῶνας pro inguinibus ſumpſit cap. 2. libr. 1. cur. ac. morb. ξυγχρίειν δὲ καὶ τὰς χεῖρας ἀπὸ τῶν ὤμων, καὶ τοὺς πόδας ἀπὸ τῶν βουβώνων. necnon & manus ad humeros vſque, & pedes ad inguina inungendi ſunt. Ex eaque ſignificatione βουβωνοκήλη dicitur tumor qui fit in inguine rupta aut laxata peritonæo tunica. Galeno libr. de tumor. præter nat. (p. 357. 19.) βουβὼν quoque glandularum in inguine inflammationem & inguinis tumorem perſæpe indicat, vt & inguen Latinis, quemadmodum apud Lucilium eo verſu, Inguen ne exiſtat, papulæ, tama, ne boa noxit. Sic lib. 4. Epid. (p. 333. 11.) βραχεῖς βουβῶνες paruos inguinum tumores ſignificant. Sunt & βουβῶνες in vniuerſum glandularum inflammationes cuiuſnis generis, ſiue in collo, ſiue in axillis, aut inguine, aut ſecundum aures contingant. οἱ ἐπὶ βουβῶσι πυρετοὶ, febres ex bubonibus aut glandularum inflammationibus, aph. 55. lib. 4. & lib. 4. Epid. (p. 334. 42.) & lib. 2. Epid. (p. 315. 19.) In Coac. Prænot. (p. 426. 11.) ἐν πυρετοῖσι βουβῶνες ἄλγημα νοῦσον χρονίην σημαίνει. In febribus ex glandularum inflammatione dolor diuturnum morbum fore prænunciat. Sic lib. 2. Epid. (p. 315. 20.) οἱ ἐπὶ πυρετοῖσι βουβῶνες κακίονες. glandularum tumores qui in febribus accidunt, deteriores ſunt. βουβῶνες, hoc eſt, glandularum tumores ab euidente cauſa interdum fiunt, velut vlceribus quæ prope magnam venam vel arteriam exoriuntur, aph. 4. ſect. 7. libr. 6. Epid. Interdum etiam ex deliteſcente intus cauſa, vt viſcerum inflammatione, humorum plenitudine vel malignitate, aph. 7. libr. 6. Epid. ſect. 2. αἱ ἀποστάσιες, οἷον βουβῶνες, σημεῖον μὲν τῶν τὰ βλαστήματα ἐχόντων. Abſceſſus, veluti glandularum tumores, eorum quidem locorum vnde propagines ducunt, ſignificationem præbent. Libr. quoque 4. de Morb. (p. 172. 31.) βουβῶνες, hoc eſt, glandularum tumores ex vlceribus oriuntur. Galenus libr. 13. Meth. med. (p. 174. 27.) ὀνομάζουσι δὲ τοὺς ἐξαρθέντας ἀδένας, βουβῶνας. Glãdulas verò quæ ex phlegmone intumuerunt bubones vocant. Idem lib. 1. de diff. feb. (p. 334. 22.) βουβὼν ἐκ τοῦ γένους ἐστὶ τῶν φλεγμονῶν. Bubo ex genere eſt inflammationum. Eſt & βουβὼν Polluci lib. 2. τὸ περὶ βουβῶνας οἴδημα μετὰ φλεγμονῆς, glandularum tumor cum inflammatione.

Βούκερας, ἡ τῆλις, fœnumgræcum exponitur Galeno apud Hippocratem, in Exeg. additque idem Mnetheum in medicamẽtorum appellationibus exiſtimare anagallidem eo nomine appellari. Dicitur & βούκερως ex βουκέρατος contractum Theophraſto. Plinius libr. 24. cap. 19. telin vocari ſcribit, aliis carphos, aliis buceras, aliis ægoceras, quoniam corniculis ſemen eſt ſimile, nobis ſiliciam. Columella verò ſiliquam vocat, quod vt ſiliqua arbor ſiliquetur. Βούκερας Heſychio τὸ σπέρμα τῆς τήλεως ſignificat, fœnigræci ſemen. (ſic enim leg. cenſeo) aut vt Varino, τὸ σπερμάτιον ἡ τῆλις. Vſurpatur Hippocrati libr. 1. περὶ γυναικ. (p. 252. 4.) καὶ βούκερας, ἢ πτισάνης πυρίνης μᾶλλον χυλὸς, aut fœnumgræcum, aut potius ptiſanæ triticeæ ſuccus.

Βούλιμος ingens ac vehemens fames dicitur, ab immodica oris vẽtriculi refrigeratione contracta. Galeno Comm. ad aph. 21. libr. 2. βούλιμός ἐστι κατάπτωσις δυνάμεως ὑπὸ τῆς ἔξωθεν ψύξεως, ἀρξάμενος μὲν ἀπὸ πείνης, οὐκ ἔτι δ' ἔχων αὐτὴν συνοῦσαν. Labefactatio facultatis à frigore externo, quæ à fame quidem inchoauit, eam verò non habet amplius adiunctam. βουλιμώδεις τε καὶ ἀσώδεις διαθέσεις, affectiones magnam famem aut anxietatem excitantes, quæ morbum oris ventriculi inferunt. Gal. libr. 8. Comp. phar. κατὰ τόπ. (p. 274. 14.) Βουλιμιῶντες etiam dicuntur qui magna fame, quæ Græcis βουλιμία dicitur, premuntur, eidem in Iſag. pulſuum (p. 7. 10.) In Definit. Med. (p. 398. 9.) βουλιμός ἐστι διάθεσις καθ' ἣν ἐπιζήτησις ἐκ μικρῶν διαστημάτων γίνεται τροφῆς. ἐκλύονται δὲ καὶ καταπίπτουσι, καὶ ἀχροοῦσι, καὶ καταψύχονται τὰ ἄκρα, θλίβονταί τε τὸν στόμαχον, καὶ σφυγμὸς αὐτῶν ἀμυδρὸς γίνεται βούλιμος, affectus eſt in quo per exigua interualla cibus requiritur. Exoluuntur autem & concidunt eo affecti, decolores ſunt, & extremis refrigerantur, ſtomacho premuntur, pulſuſque habent languidos. Bulimum grandem famem Græci dicunt, vt ſcribit Feſtus. Gellius libr. 16. cap. 3. βούλιμον ex Eraſiſtrato, vim quandam famis non tolerabilem vertit. βούλιμος, μέγας λιμὸς, ingens fames exponitur Heſychio.

Βούπρηστις exponitur Gal. apud Hippocr. in Exeg. τὸ, τι ζῶον τὸ τῇ κανθαρίδι παραπλήσιον, ἔνιοι δὲ καὶ τὸ λάχανον.

λάχανον ἄγριον, οὗ μέμνηται Διοσκορίδης ἔν τε τῷ πρώτῳ τῶν ὑγιεινῶν, καὶ ἐν τῷ περὶ λαχάνων. tum animal cantharidi affine, tum olus quoddam ſylueſtre, cuius meminit Dioſc. & in primo Salubrium, & lib. de oleribus. Bupreſtin ſæpe adhibet Hippocr. in peſſo ad vteros inflandos & acri medicamento repurgandos, vt lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 254.4. & 18.) & lib. περὶ γυναικ. φυσ. (p. 220.42.) medicamentumque ex bupreſti apparat. Bupreſtin animal eſſe ſcarabeo longipedi ſimillimum, ſcribit Pl. lib. 30. cap. 4. quod fallat inter herbas boues maximè, deuoratumque ita inflat vt rumpat. Idem quoque in laudibus ciborum bupreſtin Græcos repoſuiſſe teſtatur, cap. 22. lib. 22. Bupreſtis oleris meminit etiam Theophraſt. hiſtor. plantarum libro tertio, capite octauo.

Βώσαι legitur apud Hippocr. ἐν παραγγελίαις (pag. 19.2.) αἰτήσαιμι δ᾽ ἂν θαρσαλέως βώσαι. Vbi certe vitium ſubeſſe apparet, & βοηθεῖν legunt omnes interpretes. Verùm confidenter auxilium peterem, eos auxilium ferre iuberē. Agitur enim de Medicis qui methodo medendi deſtituti, verborum phaleris popularem auram captant, cum quibus de curandi methodo cōferre nolit Hippocr. ſed ab ipſis potiùs opem & auxilium peti vult. hoc eſt, vt quod verbis confidenter prædicant, re ipſa præſtent. βωλῶ legendum putat Hieronymus Mercurialis, vt ſcribit Zuinggerus.

¶ Βράγχος eſt humoris in fauces influxio, quam raucitatem vocat Cælius Aurelianus cap. 7. lib. 2. Tard. paſſionum. Hinc βραγχώδεις φωναὶ, voces raucæ dicuntur, lib. 1. Epid. (pag. 352.51.) irrigatis nimirum vocis inſtrumentis ab ea quæ deorſum ferebatur humiditate. τοὺς βραγχαλέους, hoc eſt, raucedinoſos vocat lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 114. 49.) qui ex humoris frigidi in laryngem influxione laborant. βραγχώδεα autem ὕδατα ſunt lib. de aëre, loc. & aq. (pag. 494.11.) aquæ quæ maximè raucos faciunt & raucitatem excitant, vt ſunt glaciatæ & niuoſæ, ac frigidiſſimæ. βραγχώδης κυνάγχη angina cū raucitate laborans, lib. 7. Epid. (pag. 354. 25.) Vbi tamen exemplaria manu ſcripta Regia βρυγμώδης legunt, hoc eſt, ſtrepitum & ſonum edens, quod dicitur de anginoſo, cui veluti ſtrangulabundo ſonitus in gutture editur. βρυχᾶν Heſychius ἠχεῖν, ψοφεῖν exponit, hoc eſt, ſonum vel ſtrepitum edere. βραγχώδεις anginoſi, lib. 2. Epid. (p. 314.16.) vbi tamen βραχυμογίας habent exemplaria manu ſcripta.

Βραχίων, brachium dicitur Hippocrati os illud quod inter cubiti & humeri articulū ſitum eſt, interdum verò tota ea pars, non os tantùm. Gal. initio Com. 2. in lib. de fract. (pag. 540.16.) & lib. de art. (p. 580.6.) Brachium humerus Celſo dicitur.

Βραχύπνοος breuiſpirus, qui paruū & rarum trahit ſpiritum, hoc eſt, ex longis interuallis, ex calidi natiui extinctione: eademque eſt βραχύπνοια quæ frigida ſpiratio, quam deſcribit in Progn. & Coac. Hippocr. vt exponit Gal. lib. 3. de diff. ſpir. cap. 8. Sic igitur βραχύπνοος dicitur, ægr. 3. lib. 3. Epid. poſt ſt. peſt. & ægr. 15. qui parum & ex longis interuallis ſpirabat, cuique paruus & rarus inerat ſpiritus, vt ſcribit Gal. cap. 11. lib. 2. de diff. ſpir. & Com. 3. in lib. 3. Epid. (p. 435.15.) idque ex totius corporis perfrictione & caloris natiui extinctione. At verò lib. 2. Epid. (p. 315.28.) & lib. 6. Epid. ſect. 2. aph. 9. βραχύπνοος, breuis ſpiratio intelligitur, & ea quæ fit per modica interualla, hoc eſt, crebra & parua, vt opponatur μακρόπνοος, quemadmodū explicat Gal. lib. 3. de diff. ſpir. cap. 11. καθάπερ γε καὶ ὡς τὸ δι᾽ ὀλίγου, τουτέστι τὸ πυκνὸν, καὶ προσέτι τὸ μικρὸν ἐκ τοῦ βραχύπνοος. quemadmodum & per breuem ſpirationem, ſpiritus qui per modica fit interualla, hoc eſt, creber & inſuper paruus, ſignificatur. In eadémq; ſignificatione βραχύπνοιαν ſumi teſtatur Gal. cap. 11. lib. 2. de diff. ſpir. atque etiam vtranque βραχύπνοιαν Pythioni adfuiſſe ſcribit.

Βραχυπόται phrenitici dicuntur in Prorrh. (pagina 176.17.) qui parum & rarò bibunt, iidemque βραχύποται Galeno Com. 3. in lib. 3. Epid. (pag. 435.14.) ὅσοι καὶ βραχὺ καὶ διὰ πολλοῦ πίνουσιν, qui parum & ex longo interuallo bibunt. Lib. autem 1. περὶ διαιτ. (pag. 172.28.) βραχυπότας Hippocrati vocari ſcribit, ὅσοι πολλοὶ μὲν ἀραιότερον, ὀλίγῳ δὲ πλεῖον πίνουσιν. qui rarius quidem, copioſius tamen bibunt. Etſi varia eſt eius nominis ſcriptura. Nam vt ſcribit Galen. Com. in Prorrh. ἔνιοι βραχυπόται γράψαντες, ἀξιοῦσιν ἀκούειν τοὺς ὑποπτευομένους τὰ βραχύτατα, καὶ τούτῳ μαρτυρεῖν φασι, τὸ ψόφῳ καταπλήσσεσθαι, τουτέστι ἐκπλήττεσθαι. διὰ τὸ καὶ βραχύτατα ὑποπτεύειν, τουτέστιν ὑποπτεύειν. Nonnulli βραχυπόται ſcribentes intelligi volunt citiſſimè ſuſpicantes, aut in minimis ſuſpicioſos. Eique lectioni fidem facere dicunt, τὸ ψόφῳ καταπλήσσεσθαι, hoc eſt, ſtrepitu perculſi, quòd citiſſimè vel in rebus minimis ſuſpicioſi ſint, hoc eſt, ſuſpicentur. Verùm apud Galenum codices omnes βραχυπόται pro βραχυπόπται vitioſiſſimè ſcribunt, etſi malim βραχυπόπται pro βραχύποται legi, vt facilè ſuſpicaces intelligas & qui in re vel minima ſuſpicioſi ſunt, quales ſunt phrenitici. Quos ideo βραχυπότας Aurelianus meritò dici ſcribit, quòd faſtidio poſſeſſi, non ſolùm cibum, verumetiam potum refugiunt, vel quòd imaginatione læſa accipiendum potum non exiſtiment, vel ſuſpicione ob delirationem affecti, admixta putent venena liquori, vt ſcribimus noſtris in Prorrhetic. Annotationibus. At verò in Coac Prænotionib. (pagina 426. ver. 35.) οἱ φρενιτικοὶ βραχύποτοι ψόφου καταπλήσσονται dicuntur, qui nullo negotio & facillimè vel minimo ſtrepitu irritantur ac percelluntur.

Βρέγμα capitis pars eſt media & anterior ſupra frontem ſita, & à lateribus ad tempora vſque protenſa. Aurelianus capite quarto

lib. 1. Tard. paſſ. medium reſtæ vocar. βρέγμα Heſychio τὸ μέσον τῆς κεφαλῆς exponitur. βρεχμὸς & βρέχμα, idem quod βρέγμα, ſinciput & anterior capitis pars. Homerus Il. ε. (ver. 585.) εὐεργέος ἔκπεσε δίφρου κύμβαχος ἐν κονίῃσιν ἐπὶ βρεχμόν τε καὶ ὤμους, benefabricato excidit curru, in caput, in pulueres, in ſinciput & humeros. Vbi Euſtath. βρέγμα dici ſcribit, quòd ea pars in infantibus ſit non ſolùm tenera, ſed & valde humida, vt videri poſſit βεβρέχθαι, hoc eſt, madefacta eſſe. Hippocr. lib. de Cap. vuln. (p. 445. 31.) συμπάσης τῆς κεφαλῆς τὸ ὀστέον λεπτότατόν ἐστι καὶ ἀσθενέστατον τὸ κατὰ βρέγμα. Totius capitis os id tenuiſſimum & maximè imbecillum, quod ad ſinciput eſt. Ruſuſque (ibid. v. 40.) ὁ γὰρ ἐγκέφαλος τάχιστά τε καὶ μάλιστα κατὰ τὸ βρέγμα αἰσθάνεται τῶν κακῶν τῶν γινομένων ἔν τε τῇ σαρκὶ καὶ τῷ ὀστέῳ. Cerebrum nanque ad ſinciput celerrimè & maximè ſentit offenſas quæ in carne & oſſe fiunt. καὶ ὁ πλεῖστος ἐγκέφαλος ὑπὸ τῷ βρέγματι κεῖται, & cerebrum magna ex parte ſub ſincipite ſitum ſit.

Βρῖθος pondus, grauitas dicitur. Lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 233. 29) καὶ βρῖθος ἐν τῇ γαστρὶ ἐγγίνεται, & grauitas in ventre inſit. Rurſus ibidem (pag. 246. 5.) καὶ βρῖθος γίνεται ἐν τῇσι μήτρῃσι, & pondus ſit in vtero. Et (p. 248. 33.) καὶ βρῖθος ἐνείη, & pondus inerit. In Epiſt. (p. 531. 47.) βρίθει κακίης, per malitiæ grauitatẽ. Hinc βρίθω pondere grauo, ingraueſco, propẽdeo, deorſum vergo, incumbo, inclino, ingruo, impreſſionem facio, cum impetu grauo aut prorumpo. Hippocr. lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 234. 9.) ὅπῃ ἂν βρίσῃ τὸ αἷμα τὸ ἀποκεκριμένον, qua parte ſanguis excretus incubuerit, impreſſionem fecerit, cum impetu grauarit, aut propenderit. Lib. etiam περὶ φυσῶν (p. 120. 33.) ᾗ ἂν ὡς τὰ μάλιστα βρίσῃ, quæ maximè impreſſionẽ fecerit, proruperit, aut procubuerit. Etſi pro βρίσῃ βαρυνθῇ leg. Aſulanus. Rurſusq́; (p. 121. 24.) ἐπειδὰν οὖν ἐς τὰς παχείας καὶ πολυαίμους τῶν φλεβῶν πολὺς ἀὴρ βρίσῃ, βρίθῃ δὲ μένῃ. Cùm igitur in craſſiores & ſanguine refertas venas aër prorupit, progreſſusq́ue diutius maneat. Quibus ex locis βρίσῃ βαρυνθῇ exponit Erotianus.

Βρόγχια ſunt aſperæ arteriæ cartilaginoſa corpora, in circulum ferè tendentia, per totos pulmones prope diuiſa. Gal. lib. 4. de loc. aff. (p. 293. 48.) βρόγχια δὲ καλοῦσιν οἱ ἀνατομικοὶ τοὺς χόνδρους τῆς τραχείας ἀρτηρίας, σιγμοειδεῖς ὑπάρχοντας τῷ σχήματι. βρόγχια vocant Anatomes, hoc eſt, artis diſſecandi corpora periti, aſperæ arteriæ cartilagines literam C referentes. Dicuntur etiam βρόγχια Hippocr. cartilaginoſa quædã corpora per quæ odorem cum aëre attrahere cerebrum ſcribit lib. περὶ σαρκῶν vulgo inſcripto (p. 42. 39.) ὀσφραίνεται δὲ ὁ ἐγκέφαλος ὑγρὸς ἐὼν αὐτὸς, τῶν ξηρῶν ἕλκων τὴν ὀδμὴν ξὺν τῷ ἠέρι διὰ τῶν βρογχίων ξηρῶν ἐόντων. Olfacit autẽ cerebrum humidũ ipſum exiſtens, aridorũ odorẽ vnà cum aëre per corpuſcula cartilaginoſa ſicca exiſtẽtia attrahens. Gurgulionem vertit Caluus. Verùm ipſe Hippocr. paulò poſt, χόνδριον μαλακὸν ὅκωσπερ σπόγγον, cartilaginem mollem veluti ſpongiam, vocat. Lib. verò de Loc. in homine (p. 64. 3.) σήραγγοειδέα σπογγιὰ dicitur, fungoſum quid inſtar ſpongiæ. Siue igitur mammillares aut papillares proceſſus ab anterioribus cerebri vẽtriculis erumpentes, & prope oſſium ethmoeideon initium deſinentes intelligantur, ſiue ipſa ethmoeidea oſſa, quod magis eſt vero ſimile, propterea quòd ſpongiæ ſunt ſimillima, certum eſt hæc non eſſe præcipua odorandi inſtrumenta, ſed tantùm odoratui deſeruientia.

Βρογχὴ apud Hippocr. cartilaginoſa arteria dicitur lib. περὶ ἀνατομῆς (p. 54. 29.) ἀπὸ δὲ καρδίης ἐς ἧπαρ, βρογχὴ πολλὴ καθήκει. καὶ μετὰ βρογχίης φλὲψ μεγάλη καλευμένη. Ex corde ad hepar cartilaginoſa multa arteria peruenit, & cum cartilaginoſa arteria vena magna nũcupata. Quem mihi locum certe ſubindicaſſe videtur Galenus in Exeg. cùm βρόγχης τῆς χονδρώδους ἀρτηρίας exponit. Vbi tamen βρογχίης leg. exiſtimem. Βρόγχος autem aſperã arteriam ſignificat eam quæ ex larynge in pulmonẽ deſcendit, quòd plurimis cartilaginoſis corporibus conſtet, quæ βρόγχια dicuntur, vt ſcribit Gal. initio lib. 7. Comp. phar. κατὰ τόπ. Idem verò Com. 3. in lib. de art. βρόγχον dici ſcribit, vel totam aſperã arteriam, vel fauces duntaxat. (p. 612. 43.) vbi tamẽ vitioſiſſimè deprauata ſunt omnia noſtra exemplaria. βρόγχος Hippocr. guttur indicat, vnde ἐξέχοβρογχοι quibus guttur prominet lib. de art. (p. 612. 31.) τοὺς ἐξέχοντας εἰς τὸ πρόσω τὸν βρόγχον ἔχοντας, exponit Gal. (Sic enim illic legendum exiſtimo cùm fœdiſſimè deprauata ſint omnia exemplaria.) Lib. 5. Epid. (p. 340. 32.) οἴδημα ὑπὸ τὸν βρόγχον, guttur intumuit. Lib. quoque de rat. vict. in morb. ac. (p. 79. 15.) καὶ ὥσπερ εἰ διαπτερώσειε τὸν βρόγχον, ac veluti guttur dilataret, hoc eſt, veluti expanſis alis explicaret. βρόγχος etiam & βρόχθος gulam ſignificat, vnde καταβρογχίζω & καταβροχθίζω deglutio. In Coac. Prænot. (p. 444. 29.) ποτὸν χαλεπῶς καταβρογχίζοντι, ægrè potum deglutienti. Rurſus ibidem (p. 425. 47.) οἱ χαλεπῶς καταβροχθίζοντες. ægrè & cum moleſtia deglutientes aut deuorantes. βρόχθος quoq; vt gulam, ita & poculi genus aut lagenulam ſignificat. βρόχθος eſt Varino τὸ ὀλίγον πόμα καὶ ὁ φάρυγξ δι᾽ οὗ καταπίνομεν. Hippocrati verò lib. 2. de Morb. (p. 257. 1.) paruæ menſuræ genus quoddam. πολλάκις δὲ καὶ χολὴν ἐμεῖ ὀλίγην ὅσον βρόχθον. ſæpe etiam bilem vomitione reiicit, quãtum poculi parui menſura capit. Rurſus ibidem (p. 258. 18.) καὶ ἐμεῖ πάσας ὥρας οἷον σταλαγμὸν ὀλίγον, κατὰ δύο βρόχθους. & velut ſtillam modicam vomit, duorum paruorum poculorum menſura.

Βρυγμὸς exponitur Galeno in Exeg. ὁ ἀπὸ τῶν ὀδόντων συγκρουομένων ψόφος, dentium inter ſe colliſorum ſtrepitus. Erotiano verò βρυγμὸς eſt ἰδίωμα τοῦ ψόφου, proprius quidam ſonus, velut dentium fremitus & colliſorum ſonitus, vt Heſychio βρυγμὸς πρισμὸς ὀδόντων exponitur, ἢ αἴσθησις μύλων. βρυγμὸς pro dentium ſtridore ſumitur Hippocrati lib. περὶ γυναικ. φυσ. (pag. 223. 27.) καὶ πυρετὸς αὐτὴν καὶ βρυγμὸς λαμβάνει, & febris eam & dentium fremitus occupat.

cùpat. Et rurſus (ead. p.v.47.) καὶ πυρετὸς αὐτὴν λαμβάνῃ καὶ βρυγμός. Lib. etiam 1. περὶ γυναικ. (p. 247.49.) καὶ πυρετὸς μέγας αὐτὴν καὶ βρυγμὸς λαμβάνῃ, eamque magna febris & dentium ſtridor prehendit. Et (p.249.38.) καὶ πῦρ ἴσχῃ καὶ βρυγμὸς αὐτὴν, & eam febris cum dentium ſtridore tenet. Ruſuſque lib. 2. περὶ γυναικ. (pag.279.13.) καὶ πῦρ λαμβάνῃ ὀπισθόφυχον, καὶ βρυγμὸς, & febris cum perfrictione ac ſtridore dentium occupat. Rurſuſque (pag.283.11.) ἢν δέ τις αὐτὴν ψαύσειε, πυρετός τε καὶ βρυγμὸς ἴσχῃ. Si quis eam attrectarit, febris & dentium fremitus tenet. Lib. etiam 2. de Morb. (p.149. 39.) πυρετὸς ἴσχῃ καὶ βρυγμὸς, febris occupat & dentium fremitus. Rurſus (p. 151.10.) καὶ βρυγμὸς καὶ ὀδύνη ἐς τὸ στῆθος καὶ ἐς τὸ μετάφρενον, & dentium ſtridor & dolor ad pectus & dorſum.

Βρύκειν quoque & βρύχειν, aut βρύξαι, eſt dentibus inter ſe colliſis ſonitum ac fremitum edere. Heſychius βρύκειν, πρίζειν τοὺς ὀδόντας exponit, & βρύκων, συνερείδων τοὺς ὀδόντας μετὰ ψόφου, dentes connectens cum ſtrepitu. Erotianus verò βρύξαι τοὺς ὀδόντας, ἤγουν βιαίως ἐνερεῖσαι, ὡς ἦχόν τινα γίνεσθαι, τῶν κάτω πρὸς τοὺς ἄνω κρουόντων. hoc eſt, dentes violenter connectere, & inferioribus cum ſuperioribus colliſis ſonum quendam fieri. Eſt & βρύχειν Galeno in Exeg. τὸ οὕτως ψοφεῖν, quod intelligitur de ſtrepitu qui colliſis inter ſe dentibus editur. Heſychio quoque βρύχειν, τοῖς ὀδοῦσι πιέζοντα ψόφον ἀποτελεῖν, ὡς ἐν ῥίγει συμβαίνει. compreſſis inter ſe dentibus ſonitum edere, velut in rigore contingit. Quam dictionem ſæpe vſurpat Hippocr. vt lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 232.28.) καὶ βρύξει τοὺς ὀδόντας, & dentibus fremet. Et rurſus (p. 235. 7.) ἡ δὲ καὶ τοὺς ὀδόντας βρύχει. hæc autem etiam dentibus fremit. Alioqui βρύχειν etiam per ſe de dentibus effertur, vt lib. eodem, (pag. 242.35.) καὶ οἱ ὀδόντες βρύχουσι, & dentes fremitum edunt aut ſtridunt. Et libro 2. περὶ γυναικ. (pagina 268.25.) καὶ βρύχει, & dentibus fremit. Vbi βρύχειν per ſe & ſimpliciter dentibus attribuitur ac neutraliter ſumitur.

Βρυχᾶσθαι verò eſt rugire & dentibus frendere ac fremere, & leonibus propriè attribuitur, etſi de aliis feris etiam dicitur. Lib. de Morbo ſacro (p.123.18.) ἢν μὲν γὰρ αἶγα μιμῶνται, ἢν βρύχωνται. Si enim capram imitentur, aut dentibus frendant. Verùm mihi vitium ſubeſſe videtur, & βληχῶνται legendum, vt ſit, balatum edant, quòd βληχᾶσθαι ſit ouium. Alioqui ſanè βρυχῶνται legendũ eſſet. Exemplaria autem manu exarata & Aldinum βρύχωνται leg. pro βληχῶνται, facili lapſu. Eſt & βρυχανᾶσθαι Nicandro eiulare vt Schol. exponit. Heſychio quoque βρυχανώμενοι, φωνοῦντες ἢ χασμώμενοι explicantur, vocem edentes, aut oſcitantes.

Βρύον muſcus eſt arborum corticibus aduaſcens, & cani arborum villi (vt loquitur Pl. cap. 23. lib. 12.) quales maximè in quercu videmus. βρύον ad vteri ſuffitus adhibet Hippocr. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 222.23.) & βρύα etiam (p. ead. v. 36.) & lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 287.48.) Eſt & βρύον θαλάσσιον alga ſiue muſcus marinus quem ad vteros inflammatione laborantes in cataplaſmate adhibet Hippocr. περὶ γυναικ. (p.246.38.) & βρύον θαλάσσιον ὃ ἐπὶ τοὺς ἰχθύας ἐπιβάλλουσι, muſcum marinum quem ſuper piſces coniiciunt, vocat. Lib. verò περὶ γυναικ. φύσ. (p.218.29.) eadem in re βρύα θαλάσσια cataplaſmate admouet. βρυώδες καὶ μαλακὸν, de vinculo vlceribus circundando molli & algæ ritu cedente, iungit Gal. lib. 3. Method. med. (p.64.50.) cui οὕτως σκληρὸν ὡς θλίβειν, adeo durum vt premat, opponitur.

Βρύχιος profundus, ſubmerſus dicitur, idē quod ὑποβρύχιος. Lib. περὶ ὀστέων φύσ. (p. 62.31.) αὐτὴ δὲ διὰ τῆς ἐπιγουνίδος ἐς τὸ εἴσω διὰ τῆς κνήμης τοῦ μυὸς, βρυχίη τέταται. Ipſa autem per genu molam ad interiora per tibiæ muſculum ſubmerſa, extenſa eſt, hoc eſt, profunda & demerſa. Erotianus βρύχιον apud Hippocr. exponit οἱονεὶ βύθιον καὶ κατὰ βάθος κείμενον, profundum, & in profundo ſitum. Heſychio βρύχιον ὑποβρύχιον, βυθιζόμενον exponitur, demerſum & in altum demiſſum.

Βρώματα cibos & edulia ſignificant, & quæ eduntur ac nutriunt, τὰ ἐσθιόμενα, ἢ ἐδεστὰ, ἢ τροφὰς, ἢ σιτία exponit Galen. lib. 1. de alim. fac. (pag. 304.46.) Idem Com. 4. in lib. de rat. vict. in morb. acut. (pagina 110.10.) βρώματα ἐδέσματα exponit, vbi ſcribit Hippocr. βρώματα δὲ μάλιστα ἐπισημαίνει. cibi verò de ſe maximè notas præbent. Sic lib. 2 Epidem. (pagina 313.14.) τὰ βρώματα καὶ τὰ πόματα πείρας δεῖ, εἰ ἐπὶ τὸ ἴσον μένει. Cibi & potus num æquales moras faciant, vt indices, experientia eſt opus. Quem locum tamen paulò aliter ſcribit Gal. initio lib. 1. de alim. fac. Lib. 6. Epid. ſection. 5. aph. 35. βρώματα τὰ μὲν ταχέως κρατεῖται, τὰ δ' ἐναντίως. Ex cibis hi quidem celeriter ſuperantur, illi verò contrà. Et aphoriſm. 31. ψυχρότατον βρῶμα, φακοί. In frigidis cibis numerantur lentes. Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 5.33.) ἰσχυρὰ βρώματα, ſunt valentes cibi, graues & robuſti, quique vt concoquantur viribus indigent, nec niſi ægrè à natura euincuntur. Rurſus ibidem (pag. 8.48.) ἰσχυρὸν βρῶμα dicitur cibus robur & nutrimentum conferens, valentes ac robuſtos faciens. Eadem quoque notione ex conſecutione quadam βρώματα πλήρωσιν, hoc eſt, plenitudinem indicant, vt & συμπτώσιες φλεβῶν, inanitionem. lib. 2. Epid (pag. 311. 47.) βρῶμα etiam quod exeſum eſt, & dentis eroſionem ſignificat. Lib. 4. Epid. (pag. 331.29.) κατὰ βρῶμα, iuxta dentis eroſionem. Sic Galenus lib. τῶν εὐπορίστων (pag. 479. 1.) καταπλασσόμενον τὸ βρῶμα, dentis eroſioni ex cataplaſmate imponito.

Βύζην, ἀθρόως ἢ πυκνῶς exponit Galen apud Hippocr. in Exeg. aceruatim, cumulatè, densè ac frequenter, Erotianus etiam ἀθρόως. Qua dictione vtitur Hippocr. lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 254.21.) χωρέοντα βύζην abunde & confertim prodeuntia, de menſibus vno impetu cumulatè prodeuntibus. Rurſus lib. περὶ φύσ.

πηγὴν (p.31.20.) αἷμα βύζην ἀπιὸν κατὰ μῆνα ἕκαστον, ſanguis ſingulis menſibus confertim exceroi ſolitus. Vbi tamen exemplaria quædam Regia manu ſcripta ῥύδην & ῥύεδην leg. hoc eſt, affluenter & copioſè. βύζην etiam ἱκανῶς, ἀθρόως, δαψιλῶς, πυκνῶς exponitur Heſychio, abundè, cumulatè, liberaliter, frequenter, vt & Sudæ πυκνῶς & πεπυκνωμένως. Ex βύζω autem aut βύω, quod eſt confertim impleo & condenſo, βύζην deducitur, confertim & densè, more τῶν βυζομένων ſiue τῶν βεβυσμένων, eorum quæ conferta ſunt & condenſata, aut probè contexta. εἷμα καθαρὸν καὶ βεβυσμένον, veſtis pura & contexta, hoc eſt, probè contexta & condenſata, aut plenè & confertim intexta. Lib.1. περὶ γυναικ. (p.231. 44.) Cui opponit τὰ εἷμα ἀραιά τι καὶ μαλθακά. laxas raras & molles. Rurſus ibidem (v.47.) εἷμα πλῆρες ἐὸν καὶ βεβυσμένον, dicitur veſtis plena & densè contexta, aut contextu denſata & conferta. Ex βύω etiam aut βυῶ quod eſt obturo, obſtruo, oppleo, inſarcio, conſtipo, dicuntur βύσματα ἀπὸ ἐλαιηρῶν κεραμίων, obturamenta de doliis oleariis, quæ cum ſordibus ex officina fullonum permiſcentur ad ſuffitum parandum in ſanguinis profluuio, lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 266. 4.) Quidam amurcam eſſe exiſtimant, quæ vtiliter ad ſedis, genitalium, & vuluæ exulcerationes infunditur, ex Dioſcor. cap. 135. lib. 1. τὰ βύσματα autem dicuntur, quæ veluti intruſa opplent ac obſtruunt, & vaſa olearia claudunt, obſepiunt ac obturant. Sic lib. περὶ ἐπικυήσιος (pag. 48. 25. & 26.) προσβύσας τὸν δάκτυλον, & ἐμβύσας τὸ στόμα, digitum immittito & in os intrudito.

βυθὸς profundum, altum dicitur, imus gurges. ἐν βυθῷ ἀτεχνίης ἐόντες, Medici qui in profundo ignorantiæ artis verſantur, imis ignorantiæ tenebris demerſi ſunt, ἐν παραγγελίαις (p. 18. 3.) εἰς βυθὸν ἀπωλείας καταφέρονται, in altum perniciei præcipites deferuntur, In Epiſt. (p. 531. 47.) Rurſus ibidem (p. 532. 9.) καὶ φέρηται κατὰ κρημνῶν, ἢ βυθῶν πελάγους, ſi per præcipitia aut pelagi profunditates feratur. Et rurſus (p. 535. 33.) βρόγχος εἰς βυθὸν κοιλίης τροφὴν ἐκπέμπει, gula in ventris profundum alimentum demittit.

# OECONOMIAE HIPPOCRAT.

## TO Γ.

Γάγγλιον gāglium dicitur, & eſt nerui nodoſa & renitens cōtractio, nullo præter naturam colore, ferè doloris expers. Authori Definit. Med. (p. 400.45.) γάγγλιόν ἐστι νεύρου παρὰ φύσιν συστροφὴ καὶ μαλθαπεπομμένη, nerui collectio præter naturā, quæ in corpus concreuit. Sæpe in manibus & pedibus concreſcit (vt ſcribit Actuar) in talo, manus iunctura cum brachio & articulamentis, Paulus cap.3.lib.6. Celſus in capite oriri ganglia ſcribit, ruberculaque vocat, cap. 6.lib.7. Gal. Com.2.in lib. de art. (p.610.17.) ganglia circa cartilagines & neruos ex eorū alimento concreſcere ſcribit, & ex glutinoſo ac mucoſo humore oriri. τὰ γαγγλιώδεα apud Hippocr. lib. de art. (p.610.10.) nos Celſum ſecuti, ea tubercula quæ ganglia nominant, vertimus, eas neruorum cōcretiones ac collectiones intelligentes.

Γάγγραινα Medicis vocatur partis alicuius, ob inflammationis qua cōflictatur magnitudinē, mortificatio, non ea quidem planè confirmata & cōpleta, ſed quæ etiamnum fiat. Cū enim pars omninò emortua eſt, σφάκελος, hoc eſt, ſyderatio nominatur, quæ eſt gangrænæ terminus. Gangræna verò ad ſphacelum via. Autori Definit. Medic. (p. 401.37.) γάγγραινά ἐστι μεταβολὴ τοῦ χρωτὸς τοῦ κατὰ φύσιν ἑκάστῳ ἐπὶ τὸ ἀλλότριον, καὶ νέκρωσις μεθ' ἑλκώσεως, καὶ δίχα ἑλκώσεως. γίνεται γάγγραινα ἤτοι πληθώρας προηγησαμένης, ἢ νεκρώσεως γεγενημένης, ἢ φλεγμονῆς ἐκ χειρουργίας. Gangræna eſt coloris à naturali cuiuſque ſtatu in alienum mutatio, & mortificatio cum vlcere, aut ſine vlcere. fit autem gangræna aut prægreſſa omnium humorum plenitudine, aut exorta mortificatione, aut inflammatione per chirurgiam. Galenus lib. de Tumor. præter naturam (p. 355.47.) ἕπεται δὲ ταῖς μεγάλαις φλεγμοναῖς ἡ καλουμένη γάγγραινα, νέκρωσίς τις οὖσα τοῦ πάσχοντος μορίου, καὶ ἐὰν μὴ διὰ ταχέων τῆς αὐτῆς ἰάσηται, νεκροῦται ῥᾳδίως τὸ παθὸν οὕτω μόριον, ἐπιλαμβάνει τε τὰ συνεχῆ, καὶ ἀποκτείνει τὸν ἄνθρωπον ἐπειδὰν γὰρ ἰσχυρῶς φραχθῇ κατὰ τὰς μεγίστας φλεγμονὰς τά τε στόματα τῶν ἀγγείων, οἵ τε πόροι πάντες οἱ κατὰ τὸ δέρμα τῆς κατὰ φύσιν ἀποστερούμενοι διαπνοῆς, τὰ οὕτω κάμνοντα σώματα νεκροῦνται ῥᾳδίως. καὶ πρῶτον μὲν αὐτῶν ἀποσβέννυται τὸ τῆς χροιᾶς εὐανθές, ὁ συνῆν ταῖς φλεγμοναῖς, ἔπειθ' ἡ ὀδύνη καὶ ὁ σφυγμὸς οἴχονται οὐ πεπαυμένης δήπου τῆς διαθέσεως, ἀλλὰ τῆς αἰσθήσεως συννεκρουμένης. Magnarum inflāmationum comes eſt nuncupata gangræna, quæ & affectæ partis mortificatio exiſtit, ac niſi quis ei breui medelam afferat, quæ ſic affecta pars eſt facilè emoritur, & occupat quæ ſunt continua hominemque interficit. Vbi enim per maximas inflammationes vaſorum ora potenter obſtructa fuerint, & cutis foramina naturali perſpiratu priuata, quæ ſic affecta ſunt corpora, emoriuntur facilè. Ac primùm quidem floridus ipſorum color, qui cum inflammationibus erat, extinguitur, deinde dolor & pulſus pereunt, non quieſcente nimirum affectione, verùm ſenſatione ipſa emor-

emortua. Idem Com. 4. in lib. de art. (pag. 645. 20.) gangrænam affectum medium inter magnam inflammationem & ſphacelum facit, his verbis: μεταξὺ γὰρ τούτου τοῦ σφακέλου καὶ τῆς μεγάλης φλεγμονῆς ἐστιν ἡ γάγγραινα, τοσοῦτον χείρων τῆς τηλικαύτης φλεγμονῆς, ὅσον μετριώτερον τοῦ σφακέλου. φθορὰ γάρ ἐστιν ὅλης τῆς οὐσίας τοῦ σφακελίζοντος μέλους. ὥστε οὐδ᾽ ἂν ἰάσαιτό τις αὐτὸν ἤδη συνεστάμενον, ἀλλ᾽ ἔτι ἀρχόμενον, ὅτε οὐδὲ σφάκελός ἐστιν ὄντως, ἀλλὰ γάγγραινα μεγάλη πλησιάζουσα σφακέλῳ. καταχρώμεθα δὲ πολλάκις τοῖς τῶν γειτνιαζόντων παθῶν ὀνόμασι, ἐπὶ τῶν ἀφικνουμένων μὲν εἰς αὐτά, μηδέπω δὲ ἐχόντων τὴν ἐκείνων ἰδέαν τε καὶ φύσιν. οὕτως οὖν καὶ τὴν μεγίστην φλεγμονήν, ὅταν μήτε τὴν χροιὰν διασώζῃ τὴν ἑαυτῆς, μήτε τὴν ὀδύνην, ἐνίοτε τὴν γάγγραιναν ὀνομάζομεν, μηδέπω μὲν οὖσαν ἀκριβῶς γάγγραιναν, εἰ δὲ ἀμεληθείη, μικρὸν ὕστερον ἐσομένην. Inter enim ſphacelum iſtum, hoc eſt, ſyderationem, & magnam inflãmationem gangræna eſt media, eo tanta inflammatione deterior, quo ſyderatione moderatior, exiſtens. Hæc namque totius ſubſtantiæ ſyderati membri corruptio eſt, ita vt ne iam conſiſtentem, verùm adhuc inter initia quis eam curare queat, quando videlicet ſyderatio re vera non eſt, ſed gangræna magna, prope ad ſyderationem accedens. Verùm vicinarum affectionum nominibus in his interdum abutimur, quæ ad ipſas quidem deueniunt, illarum tamen formam & naturam nondum obtinent. Sic igitur, & maximam inflammationem, vbi neque colorem ſuum ſeruarit, neque dolorem, gangrænam quandoque appellamus, cùm exactè quidem gangræna non ſit, ſed ſi negligatur, paulò pòſt in eam ſit euaſura. Rurſus Com. ad aphor. 50. lib. 7. εἰ γὰρ δὴ φθορὰ τῆς οὐσίας ἐστὶν ὅλης ἑκάστου τῶν σφακελιζόντων μορίων ὁ σφάκελος, οὐκ ἐνδέχεται θεραπευθῆναι τὸν οὕτω κάμνοντα. μή ποτε οὖν ἐνίοτε οὕτω καταχρώμενοι φέρουσι τοὔνομα, καὶ κατὰ τῶν ἀρχομένων μὲν ἐμπίπτειν τῇ διαθέσει, μηδέπω δὲ ἀκριβῶς ἐχόντων αὐτὴν συμπεπληρωμένην. τοιαῦτα γάρ τινα κἀπὶ τῶν σαρκωδῶν μορίων ἐν ταῖς γαγγραίναις συμβαίνει, τοῦ μὲν πάθους αὐτοῦ διὰ μέγεθος τῆς φλεγμονῆς, ἀναισθησίαν τε καὶ μελασμόν, ἢ πάντως γε νεκρώδη τινὰ χροιὰν ἐπιφέροντος τῷ πάσχοντι μορίῳ. γαγγραινοῦσθαι δὲ λέγομεν καὶ τὸν ἀρχόμενον ἐμπίπτειν τῇ διαθέσει. ὥσπερ οὖν γάγγραιναν ἤδη μὲν συμπεπληρωμένην, εἰς τὸ νενεκρῶσθαι τὸ μόριον, ἀδύνατον ἰᾶσθαι, γινομένην δὲ ἔτι δυνατόν, οὕτω καὶ σφάκελον. καίτοι γε καὶ τὴν ἐν τοῖς σαρκώδεσι μορίοις νέκρωσιν ἐπὶ μεγάλῃ φλεγμονῇ, ἣν ἰδίως ὀνομάζουσι γάγγραιναν οἱ ἰατροί, καὶ ταύτην οἱ Ἕλληνες ἐκάλουν σφάκελον. Si namque ſyderatio eſt totius ſubſtantiæ corruptio partis cuiuſque ſyderatione tentatæ, ita affectum ſanari non contingit. Niſi fortè interdum nomine abutentes, eos qui in hanc diſpoſitionem per initia incidunt, neque ipſam omninò completam obtinent, ſignificent. Talia enim nonnulla in carnoſis etiam partibus per gangrænas accidunt, cùm affectus ipſe ob inflammationis magnitudinem, ſtupiditatem quandam & nigritiem, aut prorſus mortiferum quendam colorem parti laboranti affert. Eum tamen gangræna tentari dicimus, qui in hunc affectum per initia incidit. Quemadmodum igitur adeò iam completam gangrænam vt pars ſit intermortua, ſanare non licet, dum verò adhuc fit, licet, ſic etiam ſyderationem. Quanquam etiam carnoſarum partium internecionem, quæ inflammationis magnitudinem ſequitur, quamq́ue propriè Medici gangrænam nominant, etiam ſyderationem Græci vocant. Idem quoque Lib. de Tumor. præter natur. (pag. 356. 37.) ἡ δὲ γάγγραινα, νέκρωσις καὶ αὐτὴ τῶν στερεῶν σωμάτων, ἀλλ᾽ οὐκ ὀστοῖς ἐπιγίγνεται, καὶ ταῖς μεγίσταις ἕπεται φλεγμοναῖς, εἶδος μέν τι τῶν σφακέλων ὑπάρχουσα, προσηγορίαν δὲ ἰδίαν ἐξαίρετον ἐπὶ τῷ κοινῷ κεκτημένη. Gangræna autem ipſa quoque mortificatio eſt ſolidorum corporum, verùm nec oſſibus accidit, magnarumq; inflammationum comes eſt, ſyderationum forma quædam exiſtit, propriam verò appellationem ſupra communem ſortitur. γάγγραινα gangræna Celſo dicitur, cap. 26. lib. 5. & cap. 33. lib. 7. interdum etiam cancer, vt & γαγγραινοῦσθαι cancerari, & cancro occupari. Hippocr. lib. de art. (pag. 645. 14.) ἀτὰρ καὶ γαγγραινοῦσθαι ἐνδέχεται κνήμην καὶ τὸν πόδα. Sed & tibiam & pedem cancro aut gangræna occupari contingit. γαγγραινώσιες φλεβῶν, venarum gangrænæ & cancerationes, lib. de fractur. (pag. 546. 49.) & Mochl. (pag. 509. 32.) cùm venæ gangræna tentantur aut ex nimia inflammatione emoriuntur. Sic enim explicat Galenus, γαγγραινώσιας δὲ φλεβῶν εἶπεν τὰς δι᾽ ὑπερβολὴν τῆς φλεγμονῆς αὐτῶν ἀκολουθούσας νεκρώσεις. Gangrænas venarum dicit internecioues quæ nimias inflammationes conſequuntur. τὸ γαγγραινῶδες gangrænam indicat Hippocrates libro ſeptimo Epid. (p. 366. ver. 30.) vbi vlcus gangræna tentatum deſcribitur, nigrum, ſubaridum, graueolens.

Γάλα πεπυρωμένον, lac calculis marinis aut ſilicibus candefactis incenſum & excoctum dicitur, quodq́ue ſerum depoſuerit aut conſumpſerit, vt aluum ſiſtat in torminibus & acrium excrementorum demorſu, aut interaneorum exulcerationibus, aut vlceroſis ventris fluxionibus. Eo namque modo paratum conferre ſcribit Dioſcorid. capit. 75. lib. 2. & Galen. lib. 3. de alim. fac. Eo etiam in dyſenteria vtitur Hippocr. lib. 7. Epid. (pag. 552. 31.) ὀρροποτίσαντι δὲ καὶ γαλακτοποτίσαντι ἐν γάλακτι πεπυρωμένῳ. Epoto autem ſero & lacte candentibus calculis immiſſis incenſo. Etſi ὀρροποτήσαντι melius legi debere illîc ſcripſimus. Dioſcorides huiuſmodi γάλα πεπυρωμένον, τὸ διαπύροις κόχλαξιν ἐξικμασθὲν, & τοῖς κόχλαξιν ἑψηθὲν dicit, hoc eſt, candentibus calculis exiccatum aut excoctum, & cum calculis marinis decoctum. Lac Diacochleon dicitur Cælio Aureliano capit. 3. libro quarto Tard. Paſſion. quibuſdam Diacachlecum vel diacochladon, vitioſè tamen (vt exiſtimo) cùm Diacoclacon dici debeat. Coclacæ enim Feſto ſunt lapides ex flumine rotundi ad coclearum

ſimilitudinem. γάλα πεπυρωμένον etiam ſimpliciter ſumi poteſt lac coctum aut præcoctum, vt dimidia aut tertia pars remaneat. γάλα ἑφθὸν dicitur Hippocr. eoq; ventrem eluit in Dyſenteria lib. περὶ παθῶν (p. 183.43.) Huiuſmodi lac excoctum quòd egelatum exhibendum ſit, γαλακτῶδες, hoc eſt, lactei teporis, appellari vult Aurelianus. (ibidem) eiuſq; confectionem ἀπερίεργον & longè ſimpliciorem eſſe ſcribit, & dyſentericis propinat. Sic γαλακτῶδες ὕδωρ aqua lactoſa, aut egelida, ac tepida inſtar lactis ex vberibus prodeuntis, dicitur Aëtio cap. 170. lib. 3. Tetrab. 1. & frigidæ opponitur. Et γαλακτώδης οἶνος Hippocrati lib. 7. Epid. (p. 365.45.) vinum egelidum aut lactei teporis, aut cui lac ammiatum ſit, velut οἰνόγαλα, γαλακτώδεα διαχωρήματα deiectiones lacti ſimiles dicuntur etiam Hippoc. ægr. 13. lib. 3. Epid. poſt ſt. peſt. γάλα κεκρημένον καὶ ἄκρητον, lac ammixta aqua dilutũ & meracum, in vteri profluuio albo propinatum, lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 217.16.) Erotianus apud Hippocr. γάλα καὶ λίπα τέγξον, lac & pingue infundere, poſitum ſcribit ἀντὶ τοῦ λιπαρῶς ἐμβρέχειν, pro pingui aliquo macerare aut inſpergere. Sed forte γάλα καὶ λίπα pro γάλακτι λιπαρῷ ſumi videtur, vt ἐλαίῳ λίπα ἀντὶ τοῦ ἐλαίῳ λιπαρῷ ponitur Hippocr. lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 278.4.) ἐλαίῳ χρίων λίπα τὰς χεῖρας, oleo pingui manibus illitus.

Γαλιάγκωνες dicuntur Hippocrati qui ob capitis humeri in alam prolapſionem, brachium iuſto breuius & gracilius habent, muſtelæq; cubito præditi ſunt, quos ideo muſtelancos quidam vocant, alij ſimpliciter ancos. Id verò his contingit (vt ſcribit Hippocr. lib. de art.) quibus dum ſunt in vtero ob nimiam humiditatem humeri luxantur, vel iis quibus poſt ortum adhuc tenera ætate, circa brachij caput altæ & in imo demerſæ ſuppurationes contingunt. Quod etiam ſignificatur lib. 6. Epid. aph. 15. ſect. 1. his verbis: τὰ δὲ ἐν ὤμοισιν ἐκπυϊσκόμενα τοῖσι νηπίοισι γαλιάγκωνας ποιεῖ. Vbi de tumoribus agitur qui in humeris ſuppurationes gignunt, & tantula ætate iuſto breuiora & tenuiora brachia efficiunt, quos γαλιάγκωνας Græci, quaſi muſtelæ cubito præditos vocant. Horum verò ſæpius meminit Hippocr. lib. de art. vt (p. 593.46.) καὶ οἱ καλεόμενοι δὲ ἐκ γενεῆς γαλιάγκωνες, διὰ δισσὰς ξυμφορὰς τοιοῦτοι γίνονται. Idem verò experiuntur qui à primo ortu muſtelæ cubito prædiri, Græcis γαλιάγκωνες dicuntur, & duplici ex noxia tales euadunt. Rurſus (pag. 631.3.) ὁκόσοισι γὰρ τοῦ βραχίονος ἐκπεσόντος γαλιάγκωνες ἐγένοντο ἐκ γενεῆς, ἢ καὶ ἐν αὐξήσει πρὶν τελειωθῆναι, οὗτοι τὸ μὲν ὀστέον τοῦ βραχίονος βραχὺ ἔχουσι, τὸν δὲ πῆχυν καὶ ἄκρην τὴν χεῖρα ὀλίγῳ ἐνδεεστέρην τοῦ ὑγιέος. Quicunque enim vbi prolapſum eſt brachiũ ab ortu, aut dum augentur prius quàm adulti fuerint, galiancones, hoc eſt muſtelæ cubito præditi ſunt, ij quidem brachij os breuius habent, cubitũ autem & ſummam manum ſanis paulò exiliorem. Quem locum etiam Paulus his verbis explicat (cap. 114. lib. 6.) ὅσοις δὲ ἢ κυομένοις, ἢ μετὰ τὴν ἀπότεξιν ἔτι αὐξανομένοις ἐξαρθρήσῃ τὸ μέρος καὶ μηκέτι εἰσενεχθῇ, ἐπὶ μὲν τοῦ ὤμου αἱ σάρκες οὐδὲν τοῦ κατὰ φύσιν ἀπολείπονται. οὐδὲ γὰρ κωλύεται ἡ χεὶρ ὁποῖον ἔργον ποιεῖν. τὸ δὲ ὀστοῦν τοῦ βραχίονος βραχύτερον μένει μὴ αὐξανόμενον, καὶ λέγονται οἱ τοιοῦτοι γαλιάγκωνες. Cùm autem aut in vtero exiſtentibus, aut editis in lucem adhuc increſcentibus, pars luxata fuerit, necdum repoſita, in humero quidem carnes nihil à naturali ſtatu deficiunt. Neque enim manus opus quodcunque perficere impeditur. Os tamen brachij breuius manet, nullum incrementum accipiens, appellanturque huiuſmodi γαλιάγκωνες, quaſi muſtelæ cubito præditi. Galenus Com. 3. in lib. de art. (p. 631.28) γαλιάγκωνας vocari ſcribit, τοὺς βραχὺν ἔχοντας τὸν βραχίονα διὰ τὴν εἰς μασχάλην ἔκπτωσιν, quibus brachium eſt iuſto breuius, ob brachij in alam prolapſum. At Com. 1. (p. 593.53.) eos ex neceſſitate minora habere brachia ſcribit, ſiue à muſtelæ ſimilitudine, ſiue aliunde ita dicti ſint. Quam etiam notionem in Exegeſi vocum Hippocr. exprimit, etſi locus mihi valde corruptus videtur. Sic enim legẽdum cenſeo. γαλιάγκωνες οἱ σμικρὸν μὲν καὶ ἄτροφον ἔχοντες τὸν βραχίονα, τὰ δὲ κατὰ τὸν ἀγκῶνα ὀγκωδέστερα, ὥσπερ καὶ αἱ γαλαῖ. οἱ δὲ φάσκοντες γαλλὸν τὸ χωλὸν ὀνομάζεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο συγκεῖσθαι τοὔνομα, τάχα ἂν δόξειαν παρακούειν. οὐ γὰρ γαλιάγκωνας, ἀλλὰ γαλλοβραχίονας ἐχρῆν αὐτοὺς ὀνομάζεσθαι. Hoc ſenſu. γαλιάγκωνες, hoc eſt, muſtelæ cubito præditi dicuntur, qui exiguum & tabeſcens ac macilentum habent brachium, partes autem circa cubiti flexum tumidiores. Qui verò dicũt γαλλὸν mutilum & decurtatum vocari, indéque deductum eſſe nomen, fortaſſis non rectè rem expendunt. Neque enim γαλιάγκωνας, ſed γαλλοβραχίονας eos vocari oporteret. Quid enim κωδὸν, quod habent omnia exemplaria, aut vt alia χωδὸν, ſignificet, mihi non eſt exploratum. Pro quo χωλὸν reponẽdum exiſtimo, quod mutilum ac decurtatum, quaſi μύουρον indicat. Neque enim χωλὸν claudum aut claudicantem tantùm ſignificat, ſed etiam mancum & mutilum, vt χωλὰς dicunt Attici τὰς χεῖρας πεπηρωμένας, & Eupolis χωλὸν de manu effert, vt ſcribunt Pollux & Varinus. κυλλὸν etiam pro χωλὸν legi poſſe aliquando viſum eſt, quod etiam mancum aut decurtatum ſignat, etſi aliam quoque præcipuam habet notionem Galeno Com. 3. in lib. de art. Interdum verò ſumitur pro eo quod γυῖον dicitur Hippocr. lib. de art. & γυιοῦσθαι, quod membri alicuius imminutionem & breuitatem indicat. Vt certè hîc ſatis aperte innui videtur iis brachium breuius eſſe & minus. γαλλὸς autem ἀπόκοπος dicitur & decurtatus. Præciſos Latini dicunt, vt apud Martialem, præcidi Næuole gaudes. Vnde & Galli ſacerdotes matris Ideæ, qui ſeſe cruentabãt ad Phrygios modos, & vt ſcribit Ouid. Cædunt iactatis vilia membra comis. Cornarius τῶν γλωσσῶν interpres, pro κωδὸν κόνδυλον, aut κορώνην, aut κύβωλον, aut κύβιτον legiſſe videtur, cubiti gibbum vertens. Hæc enim omnia

mnia de cubiti gibbo Polluci dicuntur lib. 2. Sed neque ſanè quid inde genuini ſenſus elicias ſatis apparet. γαλιάγκων Heſychio & Varino dicitur, ὁ τὸν βραχίονα ἐλάττω ἔχων, qui iuſto breuiore eſt brachio. Quam vocem etiam Hippocrati tribuit Pollux. γαλιάγκωνας, quos hic γαλιάγκωνας, vocat Ariſt. in Phyſiognomicis.

Γαμψὸς inflexum, incuruum ſignificat, καμπύλον, ἐπικαμπὲς, ποικίλον, incuruum, inflexum, varium, γαμψὸν exponitur Heſychio. γαμψὸς, καμπτὰς ἔχοντας τινὰς, flexus habẽtes quoſdam exponit apud Hipp. Galenus in Exeg.

Γαργαρεὼν gurgulio Latinis dicitur, particula quædam carnoſa, fungoſa & oblonga, in ſummo ore dependens, & ſi quis aperto ore toto linguam deprimat, apparens, ſuperiore quidem parte latior, inferiore verò in pyramidem acuta, Gal. lib. 6. compoſ. med. κατὰ τόπ. (p. 247. 40.) Eadem autem particula morbo affecta σταφυλὴ, vua, aut κίων & κιονὶς, columella, aut ἱμὰς, lorum, & ἱμαντίον Heſychio dicitur. Quanquam videtur hæc particula Galeno γαργαρεὼν & κίων hoc eſt gurgulio & columna veteribus Medicis eſſe dicta. Verùm γαργαρεὼν propria huius partis eſt appellatio, reliqua ſunt ipſius malè affectæ nomina, vt ſatis apparet ex Aretæo cap. 8. libro 1. περὶ αἰτίων καὶ σημείων ὀξέων παθῶν, & libro 1. θεραπευτικ. ὀξέων νούσων, & Paulo libr. 6. cap. 31. & Aëtio tetrab. 2. lib. 4. cap. 43. Erotianus quoque apud Hippocr. hanc dictionem exponens iſtud palam teſtatur cùm ſcribit: γαργαρεὼν, τὸ κύριον ὄνομα τὸ ὑπὸ τὴν ὑπερῴαν νῦν λέγει. ἡ γὰρ σταφυλὴ, καὶ ἡ κιονὶς, καὶ ἡ ἱμὰς, πάθη εἰσὶ τοῦ γαργαρεῶνος. γαργαρεὼν δὲ ὀνομάσθη παρὰ τὸν γινόμενον γαργαλισμὸν τῇ τραχείᾳ ἐξ αὐτοῦ ἀρτηρίᾳ. Quod eſt, γαργαρεὼν nomẽ propriè quod ſub ipſo palato eſt ſignificans. Nam & vua, & columella, & lorum aut corrigia, ipſius gurgulionis ſunt affectiones. γαργαρεὼν autem dictus eſſe videtur à titillatione quam aſperæ arteriæ adfert. Rufo quoque κίων καὶ γαργαρεὼν ἡ ἐκ τῆς ὑπερῴας πρόσφυσις dicitur, quidam ex palato proceſſus, qui & Ariſtoteli σταφυλοφόρος hoc eſt vuifer dicitur, quòd ea parte inflammata vuæ quiddam ſimile pendere videatur. At illis ſanè verbis mihi videtur Erotianus lib. 2. de Morb. exprimere (pag. 146. 44.) vbi ſcribit Hippocr. ἐμπίπλαται ἄκρος ὁ γαργαρεὼν ὕδατος: ſummus gurgulio aqua impletur, aut quod eodem lib. ſcribitur (p. 141. 45.) ἐπιφλεβὴς ἐστιν ὁ γαργαρεὼν παχύς. gurgulio venoſus eſt ac craſſus. At verò lib. περὶ παθῶν (p. 179. 47) Hippocr. eum affectum gurgulionis qui σταφυλὴ & vua nominatur, γαργαρεῶνα quibuſdam dici ſcribit, his verbis, ἢν δὲ σταφυλὴ καταρρεμασθῇ καὶ πνίγῃ, ἣν δὴ ἔνιοι καλέουσι γαργαρεῶνα. Si verò vua propendeat & ſuffocet, quem affectum quidã gurgulionem vocant. Eadem notione Heſychio γαργαρεὼν κιονὶς, ἡ καὶ σταφυλὶς exponitur, & Varino ſcribitur, γαργαρεὼν ὡς Ἱπποκράτης, ἡ λεγομένη σταφυλὴ, ὡς δὲ Σώρανος, τὸ ἄκρον τοῦ λάρυγγος. Gurgulionis autem inflammatione tentati curatio & præciſio deſcribitur in Progn. (p. 159. 30.) γαργαρεὼν verò videtur à ſono qui gargarizatu editur nomẽ finxiſſe, aut à gargariſmis qui in eius affectibus vſurpantur. Eſt & γαργαρίζειν gargarizare & os colluere, & γαργαρισμὸς gargarizatus ac oris collutio, atque titillatio quædam in ore colluendo, ἡδυπάθειά τις exponitur Heſychio, atq; idem quod γάργαλος & γαργάλη, quæ titillationem ſignificant, vt γαργαλισμὸς κίνησις σώματος dicitur Heſychio, corporis pruritus & motus quidam, & γαργαλίζει ἐρεθίζει. Erotianus quoque γαργαλισμὸν exponens apud Hippocratem, γάργαλον & γαργάλην ἐρεθισμὸν dici ſcribit, hoc eſt pruritum quendam, ἀπὸ τῶν πασχητιωσῶν γυναικῶν εἰλημμένης τῆς λέξεως, à mulieribus libidine prurientibus deducta dictione. Etſi γαργαλισμὸς non γαργαλισμὸν, videtur apud Erotianum legi debere, vt locus apud Hippocr. lib. περὶ τροφῆς ſubindicetur (p. 111. 5.) vbi γαργαλισμὸς ſcribitur & corporis titillationem indicat, etſi impropriè pro palpitatione quæ muſculoſo generi contingit, ſumi ſcribit Galenus.

Γάρον liquamen ex piſcibus ſale cõditis aut maceratis paratum, præſertimque ex ſcombro piſce. vt teſtatur Martialis in Xeniis, & Horatius Saty. 8. lib. 2. Serm. garo de ſuccis piſcis Iberi. Huius varia ſunt genera. γάρος σπάνιον, Hiſpanum garum celebrat Archigenes apud Gal. libr. 3. comp. med. κατὰ τόπ. (p. 191. 12.) Verùm illîc σπάνιον γάρος ſcribitur. γάρον enim & γάρος dicitur tam maſc. quàm neutrius generis, vt apud Conſtantinum Cæſarem αἱμάτιον γάρος. Gari etiam nigri meminit apud Galenum Aſclepiades lib. 3. comp. pharmac. κατὰ τόπ. (p. 193. 43.) in auricularibus compoſitionibus. Dicitur autẽ garum nigrum: ac idem eſſe videtur quod fæcoſum dicitur Martiali, quòd veluti fæx eſſet piſcium, aut αἱμάτιον ſanguineũ, quòd piſcium cruor ad eius confectionem adhiberetur. Cuius cõfectionem vnam ſcribit Conſtantinus Cæſar libr. 20. de agricultura. Id quoque Paulus cap. 59. lib. 3. γάρον πρωτεῖον primarium ſiue præcipuum ac excellens appellat. Idemque eſt quod Hiſpanum, vel Carthaginenſe, vel Sociorum appellatur Plinio cap. 17. libr. 9. & Martiali lib. 13. vbi tamen pro garo ſociorum, alii garum ſcombrorum ſcribunt. Auſonius etiam Epiſt. 7. garum ſociorum liquorem Latinè dici ſcribit. Legitur autem apud Galenum μέλαν γάρον ῥωμαϊστὶ λεγόμενον ὀξύπορον, quod ſignificat nigrum Garum Romanis oxyporum dici, hoc eſt in oxypora medicamenta & condimenta venire, aut garo oxypora medicamenta dilui, ideoque oxyporum dici. Sic Columella libr. 12. cap. 57. moreti oxypori aut oxygari compoſitionem docet. Etſi apud Galenum, non ὀξύπορον (pro quo etiam ὀξύπορον vitioſè ſcribitur) ſed σοκιόριμ legendum exiſtimat Cornarius.

Γαστὴρ totum ventrem inferiorem ſæpè ſignificat Hippocrati & epigaſtrium, eamq; cor-

poris regionem quæ ſepto tranſuerſo, hypochondriis & pube circumſcribitur. Lib. 4. Epid. (p. 328. 23.) γαστὴρ ſimpliciter ac per ſe poſitum, aluum inferiorem bene habere, bene reſpondere, ac excrementa demittere ſignificat. γαστὴρ etiam ventriculum denotat aph. 6. lib. 6. Epid. ſect. 4.

Γαστροκνημίη, ſura Latinis dicitur, tibiæ poſterior pars carnoſa velut venter prominens, ac pulpa quædam tibiæ ventricoſa, ob muſculorum eam partem occupãtium craſſitiem. Lib. de artic. (p. 643. 30.) περιβάλλειν ἄνωθεν τῆς γαστροκνημίης, ſupra poſteriorem tibiæ partem carnoſam circunducatur. Et lib. κατ' ἰητρεῖον (p. 681. 20:) ὁμολογίη δὲ ὦμον μὲν ἡ περὶ τὴν ἑτέρην μασχάλην περιβολή, βουβῶνος δὲ ἡ περὶ τὸν ἕτερον κενεῶνα, καὶ κνήμης, ἡ ὑπὲρ γαστροκνημίης. In humero quidem faſciarum inuolutio quæ ad alteram axillam iniicitur, conuenit, in inguine verò ea quæ fit per alteram lateris mollitudinem, & in tibia, quæ ſupra poſteriorem tibiæ patrem carnoſam. γαστροκνημία eſt Ruſo Epheſio ὁ μέγας μῦς ὁ ὄπισθεν τῆς κνήμης, ἀφ' οὗ τὸ πλατὺ νεῦρον τὸ πρὸς τῇ πτέρνῃ ὁ τένων πέφυκε, magnus muſculus ad poſteriorem tibiæ partem ſitus, ex quo latus neruus in tendinem deſinens ad calcem inſeritur. Polluci verò γαστροκνήμιον vocatur τὸ τῆς κνήμης ὄπισθεν εἰς μῦν ἐπηρμένον, poſterior tibiæ pars in muſculum prominens, ſura Latinis dicitur.

Γαυσὸς gibbus, obrortus, incuruus, obſtipus dicitur. Galen. Com. 2. in libr. de fract. (pag. 556. 57.) γαυσὸν κυρτὸν ſignificare ſcribit, neque vocem Græcis eſſe vſitatam, dubiumque eſſe num γαυσὸς aut γαῦσος ſcribendum ſit. Eidem γαυσὸς κυρτὸς εἰς τὸ ἔξω, exteriore parte incuruus aut gibbus exponitur in Exegeſi, nimirum locum lib. de fract. ſubindicando, vbi ſcribit Hippocrat. (pag. 556. 51.) προσξυνιέναι δὲ χρὴ καὶ τόδε, ὅτι μηρὸς γαυσός ἐστιν ἐς τὸ ἔξω μέρος, ἢ ἐς τὸ ἔσω, καὶ ἐς τὸ ἔμπροσθεν μᾶλλον, ἢ ἐς τοὔπισθεν. Inſuper & illud animaduertendum femur in exteriorem partem magis quam interiorem, magis item in anteriorem quàm poſteriorem obtortum eſſe. Vbi Galenus μηρὸν εἴς τι τὸ ἔξω κυρτότερον, ὥσπερ καὶ κατ' ἐναντία μέρη κοιλότερον, hoc eſt femur exteriore parte magis gibbum, quemadmodum & contraria parte magis cauum, exponit. Lib. etiam de art. (pag. 659. 5.) οἱ τι αὐ μηροὶ γαυσοὶ πεφύκασιν. Ad hæc femora etiam ipſa curua natura ſunt comparata. Rurſusque (pag. 661. 2.) ἢν δὲ ἐς τὸ ἔξω, γαυσότεροι, χωλοὶ δὲ ἧσσον. Quibus autem exteriorem in partem genu excidit, ij vari magis, claudi verò minus efficiuntur. γαυσότεροι enim vari dicuntur, quibus exteriorem in partem tibia inclinat & extuberat. Iiſq; βλαισοτέρους hoc eſt valgos opponit Hippocrat. quibus tibia interiorem in partem magis inclinat aut intorquetur. γαυσὸν, σκαμβὸν, στρεβλὸν exponit Heſychius, curuum, tortuoſum aut intortum, χωλὸν & διεστραμμένον addit Varinus, claudum & peruerſum.

Γένειον mentum dicitur, pars genæ inferioris in acumen rendens. Sic enim Ruſo dicitur, τὸ ἀποξὺ τῆς κάτω γνάθου, γένειον καὶ ἀνθερεών, inferioris maxillæ acies, γένειον & ἀνθερεών, mentum. In Epiſt. Hip. (p. 535. 30.) γένειον ἀκροτελὲς καὶ χελώνειον, γόμφοις συνηρμοσμένον, mentum in extremitatem deſinens, teſtudini ſimile dentium clauis coaptatum.

¶ Γένεσις ortum ſignificat & naturam ex prima conformatione apud Hippocrat. aph. 16. lib. 6. Epid. ſect. 3. τὴν ἐκ πρώτης γενέσιος φύσιν τοῦ νοσοῦντος, hoc eſt ægri naturam à primo ortu, illic explicat Galenus. κεφάλαιον ἐκ τῆς γενέσιος καὶ ἀφορμῆς. Curationis ſumma ex primo ortu, cauſa.

Γένυς maxillam ſignificat tam ſuperiorẽ quam inferiorem Hippocrati & γνάθον, ſcribitque Galen. comm. 2. in lib. de art. (pag. 602. 33) γνάθον & γένυν ab eo confundi. γένυς tamen aliquando ſumitur pro inferiore maxillæ parte qua nudum os ſine carne extat, & vbi mentum eſt, vt lib. de art. (pag. 602. 26.) cùm ſcribitur, καὶ γὰρ προμηκέστεραι αἱ γένυες τούτοισιν, his enim mentum magis prominet. Sic enim illic ſcribit Galen. δόξη δὲ καὶ τὰ κάτω πέρατα καθ' ἃ γυμνὸν καὶ ἄσαρκον γίγνεται τὸ ὀστοῦν ὀνομάζειν γένυας. Extremos autem fines quibus nudum os & ſine carne extat, γένυας hoc eſt maxillas appellare videtur.

Γεραίτεροι natu maiores & ſeniores ſignificant, verùm Hippocrati non ſimpliciter ætate prouecti & ſenes dicuntur, ſed ætate florentibus collati, qui medij ſunt inter ſenes & ætate florentes. ὑπογέροντας & τοὺς μεσοπολίους ſemicanos vocat Galenus. In Progn. (pag. 151. 39.) τῶν δὲ ἐμπύων τῶν ἐκ τῶν περιπνευμονικῶν νοσημάτων, οἱ γεραίτεροι μᾶλλον ἀπόλλυνται. Ex ſuppurationibus quas pulmonum morbi concitarunt, ferè ſeniores moriuntur. Ibidem etiam γεραίτεροι dicuntur ad eos qui trigeſimum annum agunt collati, & qui ijs natu ſunt maiores aut eos ætate excedunt. Sic enim Galenus ſcribit com. 3. in Progn. (pag. 160. 36.) νυνὶ δ' οὐ τοὺς γέροντας ἁπλῶς εἶπεν, ἀλλὰ τοῖσι τριάκοντα ἔτεσι παραβάλλων, γεραιτέρους ὠνόμασε τοὺς τούτων πρεσβυτέρους. Nunc verò non ſimpliciter ſenes dixit, ſed ex collatione ad eos qui trigeſimum annum agunt, ſeniores vocauit eos qui ætate ſunt his prouectiores. In Progn. (pag. 160. 34.) τοῖσι δὲ γεραιτέροισιν ἧσσον γίνονται, πολυχρονιωτέρου ἐόντος τοῦ πυρετοῦ. In ſenioribus verò minus accidunt, cùm febris longiore temporis interuallo perſeueret. Et rurſus (pag. 161. 7.) ὥσπερ δὲ τοῖσι νεωτέροισι τῶν τριάκοντα ἐτέων αἱ ἀποστάσιες γίνονται, οὕτως οἱ τεταρταῖοι μᾶλλον τοῖσι τριάκοντα ἐτέων, καὶ γεραιτέροισι. Atque vt abſceſſus oriuntur in his qui triginta annis minores ſunt, ita & quartanæ potius annum agentibus trigeſimum, aut etiam ſenioribus contingunt. Et (pag. 157. 48.) μᾶλλον δὲ χρὴ προσδέχεσθαι τοῦ μὲν αἵματος τὴν ῥῆξιν τοῖσι νεωτέροισι πέντε καὶ τριάκοντα ἐτέων· τοῖσι δὲ γεραιτέροισι, τὴν ἐκπύησιν. Maximè verò ſanguinis eruptio expectanda eſt in iuuenibus qui quintum & trigeſimum annum nondum ſuperarunt,

runt, in ſenioribus verò ſuppuratio. γέροντες autem dicuntur, qui ætate ſunt decrepita vt patet ex Gal. comm. ad aphoriſm. 31. lib. tert. qui & πρεσβῦται Hippocrati eodem aphor. Licet etiam γέροντες aphoriſm. 13. lib. 1. pro iis ſumantur, qui primam non extremam ſenectutem agunt, quique poſt ætatem conſiſtentem, ſequuntur ac aliàs πρεσβῦται vocantur.

Γεύματα apud Hippocrat. quæ guſtantur dicuntur, cibi & edulia. Lib. 1. Epid. (pag. 355. 40.) ἀπόσιτοι πάντων γευμάτων διετέλεον, perpetuò cibos omnes auerſabantur & reſpuebant. Libro ſecundo Epid. (pag. 314. 42.) κοιλίην μὲ οὖν οὐκ ἐνεδέχετο οὐδὲ διὰ γευμάτων ἱστάναι. Aluum igitur non licebat, nec per ea quidem quæ guſtabantur, ſiſtere, hoc eſt per cibos. Lib. etiam 3. Epid. ægr. 2. γεύσασθαι οὐκ ἠδύνατο, guſtare, hoc eſt, cibum capere non valebat. Et ægr. 6. γεύματα οὐ προσεδέχετο, cibos nullos admittebat, de his qui extremo ciborum faſtidio laborabant, neque cibos vllos guſtare poterant, velut προσάρματα de iis quæ aſſumuntur efferuntur aph. 15. lib. 1. Heſychio etiam γεῦμα, γεῦσις, ἔδεσμα exponitur, guſtus, edulium.

¶ Γῆ κεραμικὴ terra figularis aut figulina dicitur libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 193. 5.) in refrigerandi corporis ratione: κεραμικῇ γῇ ψυχρῇ καταπλάσσειν, terram figularem frigidam cataplaſmate imponito. Eadem γῆ κεραμεὺς dicitur libro primo de Morb. (pag. 134. 2.) in puris dignoſcendi notis. ἢν καταπλάσῃς τῇ κεραμίτιδι, ſi terram figularem impoſueris. Vbi tamen γῇ κεραμίτιδι legendum cenſeo. Hunc enim locum à Galeno ſubindicari exiſtimo in Exeg. cùm γῇ κεραμίτιδι τῇ ἀργίλῃ argilla exponit, niſi ſi ἀργίλλῳ legendum ſit. Rurſus initio libr. 3. (pag. 158. 42.) inter refrigerantia γῆν κεραμῖτιν reponit.

Γῆ σμηκτὶς idem quod γῆ σμηκτικὴ terræ genus quoddam detergendi facultate conſtans. Galenus in Exeg. apud Hippocratem γῇ σμηκτίδι τῇ κιμωλίᾳ expouit, Creta Cimolia aut alba creta, quòd Cimoliæ vis detergendi inſit. Idem quoque σμηκτίδα γῆν, τὴν κιμωλίαν explicat, vt & Erotianus, nimirum vtrumque lib. 2. περὶ γυναικ. exprimens (pag. 284. 49.) Vbi tamen τὴν σμηκτρίδα γῆν habent exemplaria omnia, vt & libello de fiſtulis (pag. 517. 47.) γῇ διαχρίσας σμηκτρίδι τὴν ἀρχὸν, podice creta Cimolia illito. Quem locum in Exegeſi expreſſit Galenus σμηκτίδι legēs. Terræ autem genus quoddam detergendi vi præditum ſignificatur. Creta autem Cimolia eluendi ac detergendi vim habet, ac præterea deſiccandi, vt ſapo. κιμωλίαν autem cretam Iulius Pollux lib. 7. cap. 11. Cephiſodoro σμηρίδα vitioſè pro σμηκτρίδα dici ſcribit. Γῆν μέλαιναν τὴν σαμίην, terram nigram Samiam ad vteros repurgandos potu exhibet Hippocr. libr. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 220. 13.)

Γῆ χαλκῖτιδι Galenus in Exeg. nil amplius indicare apud Hippocr. quàm chalcitidem ſcribit. Qua certe indicatura locus lib. de fiſtulis mihi exprimi videtur (p. 519. 15.) vbi ſcribitur, συμμίξας τῇ χαλκίτιδι ἴσον, pari ad chalcitidem portione ammixta. Verùm γῇ χαλκίτιδι ex Galeno legi debere manifeſtum eſſe noſtris in illum libellum Annotation. ſcribimus.

Γῆ ἐρετριὰς aut ἐρετριάς, terra eretria aut rubrica qua pectus illinit Hippocr. ad pus explorandum quonam loco deliteſcat, lib. 3. de Morb. (p. 164. 45. & 48.)

Γῆ ψιλὴ terra nuda dicitur Hippocr. lib. de aëre loc. & aq. (p. 75. 14.) cui γῆ δασεῖα opponitur, terra denſa, hoc eſt arboribus conſita.

Γῆ ἐν κοίλῳ & πνιγηρῇ, terra concaua & æſtuoſa; cui μετέωρος & ψυχρὴ opponitur, alta aut in ſublimi ſita & frigida. Ibidem (v. 15.) Γῆν μεταμείβειν Erot. apud Hippocratem πορεύεσθαι exponit, hoc eſt ſolum mutare ac vertere pro abire ac proficiſci, ex aph. 19. lib. 6. Epid. ſect. 5. ἀμείβειν γὰρ τὸ ἀλλάσσειν & μεταπορεύεσθαι. ἀμείβειν enim permutare, alternare, & proficiſci ſignificat.

Γῆρας ſenectus ſumitur Hippocr. pro ea ætate quæ decrepita eſt & vltima, quales γέροντες dicuntur Græcis, vt ſcribit Gal. com. ad aph. 31. lib. 3. & πρεσβῦται Hippocrati eodem aph. In Coac. Prænot. (pag. 440. 24.) ταῦτα μέχρι γήρως ἀπέχεται νοσήματα. Atque hi morbi ad ſenectutem vſque abſtinent. γῆρας ἐκ νόσου, ſenium ex morbo Philippo dictum, marcoris ſpecies, libr. 1. de præſag. ex pulſibus (p. 124. 30.)

Γήχυτον Galenus apud Hippocratem in Exeg. exponit τὸ ἔξωθεν μέρος τῆς γῆς, τὸ μαλακὸν & ἥκιστα λιθῶδες, externam terræ partem mollem ac minimè lapidoſam. Heſychio quoque γέχυτον τὸ ἁπαλὸν τῆς γῆς exponitur.

¶ Γιγγλυμὸς cardinem ſignificat qui cum portâ vertitur, aut potius ferramenta illa duo pectinatim inuicem ſe ſubeuntia, clauo tranſfixa, quorum alterum oſtio, alterum parieti inſeritur, in quibus oſtium ipſum ſeu cardinibus vertitur. γιγγλυμὸς Heſychio eſt ὁ στρεφόμενος γόμφος ἐπὶ τῶν θυρῶν, cardo qui in porta vertitur. Vnde dicitur γιγγλυμὸς tertia διαρθρώσεως ſpecies, qua oſſa ſeſe inuicem ſubeuntia, velut per cardinem committuntur, quo modo vertebræ inter ſe coniunguntur & vlna cū brachio. Quam commiſſuræ partem Hippocrat. libr. de fract. (pag. 528. 55.) τοῦ βραχίονος τὸ γιγγλυμοειδὲς, hoc eſt cardinamentum aut quod cardinem refert, vocat. Quod ſic exponit Galenus τὸ γιγγλυμοειδὲς τοῦ βραχίονος ὀνομάζει τὸ κάτω πέρας ᾧ διαρθροῦται πρὸς τὸν πῆχυν, ἐπειδὴ & οἱ γιγγλυμοὶ τὰ μὲν ἔχουσι κοῖλα, τὰ δ' ἐξέχοντα κεκτημένοι, τοῖς μὲν κοίλοις ὑποδέχονται τὰς ἐξοχὰς τῶν πλησιαζόντων, τοῖς δ' ὑπερέχουσιν, εἰς τὰς ἐκείνων ἐμβαίνουσι κοιλότητας: Brachii autem partem cardinem referentem vocat, inferiorem quæ cum cubito committitur, quòd cardines cùm cauitates quaſdam, quaſdam etiam prominentias habeant, ſuis cauitatibus eorum quæ inſeruntur prominentias excipiunt, iis verò quæ

quæ prominent, illorum cauitates ſubeunt. Sic lib. de artic. (pag.617.18.) ἐν ἄρθροισι γεγιγγλύμωνται πρὸς ἀλλήλους οἱ σφόνδυλοι, vertebræ cardinis in modum inter ſe committuntur. Quod his verbis exponit Galenus, γεγιγγλυμῶσθαι δὲ εἶπε τοὺς σφονδύλους πρὸς ἀλλήλους, ἐπειδὴ τέσσαρας ἀποφύσεις ἔχοντες εἰς διαρθρώσιν· ταῖς δύο μὲν γὰρ ὑποδέχονται τὰς ἐξοχὰς τοῦ πλησιάζοντος σφονδύλου, ταῖς δύο δὲ ἐπιβαίνουσι κατ' ἀπέρας. παραπλησία δέ πως ἐστὶ καὶ ἡ τῶν γιγγλυμῶν παρασκευή. Cardinis autem in modum vertebras inter ſe committi dixit, quòd cum quatuor habeant proceſſus quibus committantur, duobus quidem proximæ vertebræ prominentias excipiunt, duobus verò alteram ſubeunt. Eadem verò fere eſt cardinum ſtructura. Atque illud γεγιγγλύμωνται in Exeg. his verbis exponit Galenus, ἀντεμβαίνουσιν εἰς ἀλλήλους, ὥσπερ καὶ ἐν ταῖς θύραις οἱ γιγγλυμοί. hoc eſt ſe inuicem ſubeunt, aut inter ſeſe inſeruntur velut ianuarum cardines. Quis enim non videt hac expoſitione locum libri de art. diſertè declarari? & pro γιγγλύματα γεγιγγλύμωνται apertè in Exegeſi ſcribendum eſſe? quod etiam ordinis alphabetici ſeries clamat. Significat autem Hippocrat. ſpinæ verticula cardinis in modum inter ſe inſeri, ac per ginglymum iungi, quòd ſtructuram habeant ginglymo ſimilem. Neque enim verum eſſe ginglymum conſtat, quòd non ſit in eodem mutua duorum oſſium inſertio, ſed per apophyſes ſurſum aſcendentes & deorſum ſpectantes ſpondyli inter ſe per diarthroſin articulantur, vt ſcribit Galenus libro de oſſibus.

¶ Γλαμυροὶ ὀφθαλμοὶ glamioſi aut gramioſi oculi dicuntur, aut pituita laborantes. Gramia enim eſt oculorum vitium lippientium, aquoſorum & lachrymoſorum, Feſto, aut oculorum pituita Nonio, quæ etiam glama dicitur, & γλάμη pro λήμη. Vnde γλαμώδεις ὀφθαλμοὶ καὶ ὑγροί, oculi lippi ac humidi, ſordibus ac pituita laborantes. Sic enim γλαμυροὶ ὀφθαλμοὶ exponuntur Galeno in Exeg. ex Hippocr. lib. 2. περὶ γυναικ. (p.266.38.) γλαμυροὶ οἱ ὀφθαλμοὶ καὶ ἀμβλυώσσοντες, gramioſi oculi, aut lachrymabundi, & hebetes. Rurſus eodem lib. (pag.267.45.) καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ ὑγροί, γλαμυροί, oculi humidi & gramioſi redduntur, aut lachrymabundi. A γλαμᾶν autem quod λημᾶν exponit Heſychius γλάμων & γλαμώδης & γλαμυρὸς deducitur. γλάμων eſt λημῶν Heſychio, & Ariſtoph. Schol. ὁ ἔχων τοὺς ὀφθαλμοὺς μεστοὺς ἀκαθαρσίας, ὁ λημῶν, ſordibus oppletos habens oculos & lippus. In Concion. (pag.491.) Sudæ quoque ὁ λημῶν τοὺς ὀφθαλμούς, καὶ δίυγρους αὐτοὺς ἔχων, lippis oculis & humidis aut lachrymabundis. γλαμυρὸν etiam exponitur Heſychio ἔνυδρον & ὑπόδακρυ.

Γλαυκώσιες & γλαυκώματα glaucedines dicuntur ſenibus familiares aphoriſm. 31. libr. 3. quæ oriuntur ob nimiam inſtrumentorum ſiccitatem, vt ibidem ſcribit Galenus. Eſt & γλαύκωσις propriè Aëtio Tetrab. 2. lib. 3. cap. 50. mutatio cryſtallini humoris ad colorem cæſium, ſiccitaſque ac concretio. Altera autem glaucedinis ſpecies minùs propria, quæ præcedente fit ſuffuſione, humore iuxta pupillam vehementiſſimè congelato ac reſiccato. Et hæc ſpecies veteribus maximè vſurpata, inſanabilis eſt. A qua opinione non videtur abhorrere Gal. comm. ad aph. 31. lib. 3. cùm eam ſuffuſionis ſpeciem referre ſcribit. γλαύκωσις eſt Iſagoges authori (pag.387.10.) τοῦ κρυσταλλοειδοῦς ὑγροῦ εἰς λευκὸν καὶ ὑδατοειδῆ χροιὰν μεταβολή, δι' ἣν τὸ βλέπειν κωλύεται, humoris cryſtallini in album & aqueum colorem permutatio, per quam viſus impeditur. Definit. Medicarum authori (pag. 400. 6.) γλαύκωμά ἐστι τῶν κατὰ φύσιν ὑγρῶν εἰς τὸ γλαυκὸν χρῶμα μεταβολή, naturalium humorum in cæſium colorem permutatio. Galeno verò lib. 10. vſ. part. (pag. 477. 2.) γλαύκωσις oculorum vitium, ξηρότης μέν ἐστι καὶ πῆξις ἄμετρος τοῦ κρυσταλλοειδοῦς ὑγροῦ, cryſtallini humoris ſiccitas & concretio. Sic γλαυκούμεναι κόραι pupillæ cæſiæ & quę glaucum colorem adeptæ ſunt dicuntur Prorrhet. 2. (pag.420.13.) & in vitiis oculorum ex internis iniuriis annumerantur, cùm cryſtallini humoris fit in glaucum ac cæſium permutatio, eo denſato ac concreto, aut humorum affluxu obtenebrato. γλαύκωσιν enim intelligere videtur. Lib. quoque 4. Epid. (pag.332.6.) ἐγλαυκώθη ἡ ὄψις, oculorum acies cæſia reddebatur, vbi glaucedine offenſos oculos ſignificare videtur. γλαυκὸς qui cæſiis eſt oculis dicitur lib. 2. Epid. ſect. 6. (p.318.6.) De glaucomate autem agitur apud Paulum lib. 3. cap. 22.

¶ Γλήνη oculi cauitatem ipſam ac pupillam ſignificat. Ex tranſlatione autem oſſis cauitas eſt & ſinus leuiter depreſſus, ac obſcurus, ac leuiter ſinuoſa cauitas & obſcurè deſidens, in quam os inſeritur, vt κοτύλη dicitur quæ profundior eſt & magis depreſſa, acetabulique formam refert, vt ſcribit Galenus initio libelli de oſſibus. Galenus quoque Comment. 2. in lib. de fract. (pag. 551.32.) oſſis cauitatem in quam alterum os in articulatione inſeritur, γλήνην aut κοτύλην dici ſcribit. Hippocrat. libr. de art. (pag.660.5.) πρῶτον μὲν οὖν δεῖ εἰδέναι, ὅτι πάντων τῶν ὀστέων αἱ ξυμβολαί εἰσιν, αἱ ἐπὶ πολὺ ἡ κεφαλὴ καὶ ἡ κοτύλη· ἐφ' ὧν δὲ καὶ ἡ χώρα κοτυλοειδὴς καὶ ἐπιμήκης, ἐνίαις δὲ τῶν χωρίων γληνοειδέες εἰσι. Imprimis igitur noſſe conuenit oſſium omnium iuncturas vt plurimùm ex capite & acetabulo conſtare, ac in quibuſdam cauum acetabuli formam referre & oblongum eſſe, in nonnullis verò ſinus eſſe leuiter depreſſos. Sic enim τὰς χώρας γληνοειδέας interpretamur, quas alii ſedes pupillares vocant.

Γλήχων pulegium dicitur & τὸ γλῆχος Hippocrati nuncupatur lib. 3. de Morb. (pag.165.43.) καὶ γλήχως δραχμίδας δύο ἑψῶν, pulegii pugillos duos coquito. Et rurſus (pag.166.4.)

γλήχως

γλήχων δραχμίδας τρεῖς, pulegii pugillos tres.

¶ Γλίσχρον lentum, viſcoſum ac glutinoſum ſignificat. Lib. 4. Epid. (pag. 332. 44.) γλισχροὶ πυρετοὶ, febres lentæ, tenues. Hinc γλισχραίνειν viſcoſum reddere ſignificat, & περιγλισχραίνειν, magis glutinoſum reddere, libr. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 79. 9.) ἀλλὰ περιεγλίσχρηνέ τι καὶ ἔβλαψεν, ſed glutinoſius effecit (ſputum) & noxiam attulit. Eſt & γλίσχρασμα lentor ac viſcoſitas, γλισχρότητα exponit Galenus libr. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 43. 10.) τὸ γὰρ γλίσχρασμα αὐτέης λεῖον. Nam & ipſius (ptiſanæ) viſcoſitas læuis.

Γλισχρόχολα etiam dicuntur Hippocrat. quæ glutinoſa & bilioſa ex aluo demittuntur, lib. 4. Epid. (pag. 331. 37.) γαστὴρ γὰρ διῆει πολλὰ γλισχρόχολα, multa nanque glutinoſa & bilioſa aluus demiſit. Rurſus ibidem (v. 43.) διαχώρησις γλισχρόχολος, alui egeſtio glutinoſa & bilioſa vocatur. γλισχρόχροα tamen Erotianus non γλισχρόχολα legiſſe videtur, quæ etiam exponit τὰ μετ' ἴσως κολλώδους ἐπαφῆς διατετηρημένα τὴν χροιὰν ἐπὶ τὸ χαλεπώτερον, quæ cum tenacitate quadam aut glutinoſo contactu bilioſum colorem ſeruant. γλισχρῶδες etiã idem quod γλισχρὸν & quod viſcoſum eſt ſignificat, vt libr. de cap. vuln. (pag. 450. 41.) vbi tamen βληχῶδες ἕλκος legit Erot. vt ſcripſimus in βληχῶδες.

¶ Γλοιώδης ſtrigmentoſus, ſtrigmenti modo craſſus, glutinoſus, ac viſcidus. Lib. 7. Epid. (pag. 352. 24.) ὑποχωρήσιες γλοιώδεες, deiectiones glutinoſæ, viſcoſæ & lentæ. Vbi tamen ζλοιώδεες habent exemplaria omnia. Eſt autem γλοιὸς ſordes quæ in balneis & palæſtra ab hominum cute deradebatur, multi quondam in medicina vſus. Calfacit enim modicè, emollit, digerit & diſcutit. ῥύπος etiam Græcis dicitur, de quo agit Galen. lib. 8. ſimpl. & Paulus lib. 7. Strigmenta Latini vocant, eademque trium ſunt generum, balneorum, palæſtræ, & parietum ac ſtatuarum gymnaſiorum. Balneorum, ex ſudore, oleo & ſordibus in balneo defricatis conſtabat. Palæſtræ, ex iiſdem rebus componebatur, accedente inſuper puluere, qui partim ab olei illitu luctaturis inſpergebatur ac aſtricabatur, partim à luctantibus in arena mutuò moleſtè & inſidioſè iniectus, itemque ex lucta excitatus, corporibus inhærebat. Prior quidem puluis πάτος & Atticis κονίσαλος vocabatur, authore Galen. lib. 2. Salub. Tertium verò ſtrigmentorum genus, eſt parietum atque ſtatuarum in gymnaſiis, quæ ſordes ex oleo magna ſui parte conſtant, & ex materia cui inhærent aliquid virium aſſumunt, velut ex ærugine in ſtatuis æreis. His enim itemque parietibus oleum quo ſe oblinebant palæſtritæ, inter illinendum inſpergebatur. Archigenes apud Galenum libr. 3. κατὰ τόπ. (pag. 199. 39.) ad diſcutiendas parotidas, ἄσβεστον μετὰ γλοιοῦ, calcem viuam cum ſtrigmentis adhibet. Ibidem quoque nitrum & rubricæ ſinopidis tertiam partem cum vnguento cyprino, γλοιῶδες ποιῶν, ad ſtrigmentorum craſſitudinem redacta imponit. Galenus in Exegeſi γλοιάζειν exponit apud Hippocratem τὸ ἐπιμύοντας παράγειν τοὺς ὀφθαλμοὺς, hoc eſt, conniuentes oculos verſare, aut nictando circumuertere. Ex eademq; analogia γλοιωδῶς, ὡς οἱ νυστακτοῦντες, hoc eſt, quaſi nictantium aut conniuentium modo, aut conniuenter, dici vult, velut ſegniter, oſcitanter aut dormitanter. Eſt enim γλοιὸς Heſychio νωθρὸς, ἀσθενὴς, ῥυπαρὸς, ſegnis, inualidus, ſordidus. Idem γλοιάζειν exponit τὸ καταφερόμενον εἰς ὕπνον ἐπιμύειν τοῖς ὄμμασι, καὶ καπηλεύειν, ἢ διαχλευάζειν. quod eſt ſomno oppreſſum oculis nictare, ac demiſſis oculis irridere aut illudere.

Γλουτὸς, natis, clunis, in ſumma femoris parte caro muſculoſa prominens, quæ ſedentibus puluini vicem præbet. Lib. de fract. (p. 550. 20.) τὸν δέ τινα πλάγιον παρακαθήμενον ἀπωθέειν τὸν γλουτὸν, ὡς μὴ περιέλκηται τὸ σῶμα. aliquis à latere aſſidens natem repellat, ne corpus circunducatur.

Γλυκὺ, dulce, ſaporis genus eſt ſuaue & iucundum, moderatoque ſuo calore naturæ cognatum & familiare. Hippocrat. libr. de Nat. hum. (pag. 6. 19.) per γλυκὺ ſanguinem intelligit, vt per πικρὸν bilem flauam. Et Galenus in Comm. γλυκὺ τὸ αἷμα exponit. Eaque appellatio optimè ſanguini conuenit, quòd vt dulce cùm in medio omnium qualitatum conſiſtat, ſolum corpori nutriendo aptum ſit, ita & ſanguine nutritio perficiatur. Atque ex eadem notione in plantis, quod ſanguini reſpondet, γλυκὺ etiam Hippocrati appellatur, ibidem (pag. 13. 32.) γλυκὺς etiam ſimpliciter poſitum apud Hippocratem, vinum dulce ſubindicat, vt libr. 2. περὶ γυναικ. (p. 289. 26.) καὶ γλυκὺν πινέτω, & vinum dulce bibat. Γλυκύρριζης βοτάνης τῆς γλυκυρρίζης καλουμένης, hoc eſt, herbæ glycyrrhizæ aut radicis dulcis vocatæ, exponit Gal. in Exeg. apud Hippocr.

Γλυκυσίδη, pœonia dicitur, cuius radice ad muliebria mala vtitur ſæpè Hippocr. in tota de mulierum morb. tractatione, vt lib. περὶ ἐπικυήσιος (pag. 52. 5.) & libr. 2. περί γυναικ. (pag. 280. 22.) Eandem ad muliebria incommoda commendat Dioſcorid. cap. 157. lib. 3. & Heſychius γλυκυσίδην exponit φυτὸν ποιὸν συμπλοκοῦν πρὸς ἀπόστημά τι τῶν γυναικῶν.

Γλύφειν, ſcalpere aut ſculpere, Phreniticorum eſt ſymptoma ægr. 15. libr. 3. Epid. poſt. ſt. peſt. ἐψηλάφα, ἔτιλλεν, ἔγλυφεν, manibus palpabat, euellebat, ſcalpebat. Quæ ſunt febricitantium deliramenta & phreniticorum attributiones ex imaginatione læſa, cùm manibus palpantium more quid inueſtigant, pilos euellunt & ſcalpunt, floccos legunt, & feſtucas colligunt.

¶ Γλωσσόκομον aut γλωσσοκομεῖον, aut γλωττόκομον eſt arcula aut theca tibiarum lingulis reponẽdis idonea Heſychio & Polluci. Galenus Comm. 2. in lib. de fract. γλωσσόκομον Athenienſibus dici ſcribit capſulam ſcrinii in-

ſtar, in qua tabulæ aut reconditiores literæ, aut etiam res pretioſiores recondebantur, & quam multi iter facientes circumferebant. Ab eius autem ſimilitudine γλωσσόκομον dicitur machina quædam chirurgica caua & oblonga, arculæ inſtar, femoribus & cruribus fractis reponendis accommodata. γλωσσόκομον aut γλωσσοκόμιον ὀργανικὸν deſcribit Gal. Comment. 2. in lib. de fract. & cap. 5. lib. 6. Meth. med. γλωσσόκομον capſulam quidam, alii loculum vocant.

Γλῶττα ἢ γλῶσσα lingua dicitur, guſtus & ſermonis præcipuum inſtrumentum. γλῶσσα interdum ſumitur apud Hippocr. pro linguæ tumore aut malo ex fluxione enato, vt οὖλα pro gingiuarum tumore, libr. 2. de Morb. (pag. 142. 1.) γλῶσσα ἄκρη, lingua ſumma, aut ſummum linguæ cacumen intelligitur. Coac. Prænot. (p. 430. 41.) τὰ δ' αὐτὰ σημαίνει καὶ ἐπ' ἄκρην τὴν γλῶσσαν γινόμενα. Eadem quoque ſignificatio eſt his in ſummo linguæ cacumine apparentibus.

Γλῶσσα ἀπαλυνομένη lingua mollis & tenera, quæ ſiccæ, aſperæ & denſatę opponitur, eaque intelligitur quæ humectatione lenis eſt & emolleſcit, velut accidit cùm os ſaliuatione tenui plenum eſt, & promptè adfuturus vomitus prænunciatur. In phreniticis igitur vbi per totum morbum lingua arida & aſpera fuit, ſi ſperetur vomitus, lingua humiditate imbuta emolleſcit, & ἀπαλυνομένη παρὰ λόγον, præter naturam mollis reddita dicitur, Coac. Præn. (p. 430. 44.)

Γλῶσσα ἀσαφὴς, lingua obſcura, hoc eſt, balbutiens ac vacillans, non clara, non expeditè loquens. lib. 7. Epid. (pag. 356. 10. & 25.) Sic dicta quia vix audiretur cùm obloqueretur æger, ex naturæ imbecillitate magis quàm ex ſiccitate. Libr. etiam 1. περὶ χυμῶν. (pag. 232. 38.) ἀσαφὴς γλῶττα dicitur lingua non clara, nec expedita. ἐν περὶ ἐγχυλίας quoque (pag. 19. 9.) γλώττης ἀσαφίη linguæ obſcuritas ſcribitur, & quibus ex cauſis fiat.

Γλῶττα ἀσώδης lingua nauſeabunda impropriè dicitur, quæ nauſeam ſentit ex ſtomachi faſtidio, vbi os ventriculi nimia redundantia grauatum, faſtidii plenitudinem percipit, mordetur, & reſtagnantem humorum copiam in os vomitione regurgitat, eaque qualitate linguam perfundit. Quod eſt ab æſtuantibus & nauſeabundis ægris tranſlatum. In Coac. Præn. (p. 430. 44.)

Γλῶσσαι αὖαι ὑπὸ ὑποκαύσιος λιγνυώδεος, linguæ valdè reſiccatæ ex ſuccenſa fuligine, velut in febribus ardentibus contingit, ſanguine ſuccenſo & exaſſatis humoribus, aph. 13. ſect. 5. lib. 6. Epid.

Γλῶσσα οὐκ ἄχροος, lingua non decolor, ſed quæ colore tincta eſt, vt in febribus, vbi ferè circa initia lingua exalbeſcit, aut poſtea borioſo colore tingitur. Libr. 7. Epid. (pag. 352. 19.)

Γλῶσσαι δασεῖαι καὶ καταξηροι, lingua ex reſiccatione dēſa & aſpera, in phreniticis. Prorrh. 1. (p. 169. 56.)

Γλώσσης τὸ δίκρουν, linguæ biſulca aut bifida pars, ac velut bifurculum linguam in duos quaſi ſinus diuidens. In Coac. Prænot. (pag. 430. 39.) & libro περὶ κρισίμων (p. 388. 15.)

Γλῶσσα κατείχετο, lingua detinebatur, impediebatur, hærebat, neque expediri poterat. lib. 5. Epid. (p. 340. 2.) Indicatur autem inſtrumentorum voci deſtinatorum impedimentum, ex nimio humorum affluxu.

Γλῶσσαι καταπεφρυγμέναι, lingua torrefacta, exiccata, arida ex tuſſi. Libr. 6. Epid. ſection. 2. aphoriſm. 16.

Γλῶσσα καυσώδης, lingua æſtuans, æſtuoſa, ardēs & qualis in febre ardente. Libr. 7. Epid. (p. 358. 48.)

Γλῶσσα λευκὴ ἔχουσα ἐκ δεξιοῦ θέρμου πρόσφυσιν, lingua alba dextra parte habens concretionem adnatam lupino ſimilem, in febre ardente perniciem denotans. libr. 7. Epid. (p. 365. 5.

Γλῶσσα λιγνυώδης lingua fuliginoſa exponitur Erotiano apud Hippocratem μέλαινα καὶ τεφρώδης, & Galen. in Exegeſi μελαίνουσα, quòd fuligo nigra ſit. Ea vtitur dictione Hippoc. ægr. 12. lib. 3. Epid. poſt ſt. peſt.

Γλῶσσαι ξυγκεκαυμέναι, linguæ exuſtę, lib. 4. Epid. (p. 328. 31.)

Γλῶσσα περιπλευμονική, lingua qualis pulmonum inflammatione laborantibus, libr. 7. Epid. (p. 355. 48.) & (p. 356. 3. 10. 27.)

Γλῶττα τρηχεῖα, lingua horrida ex reſiccatione, humiditatis inopia denſata ac contracta, quam δασεῖαν in Prorrh. & Coac. vocat. In Coac. Præn. (p. 430. 36.)

Γλῶττα ῥηγνυμένη, lingua dehiſcens, & quæ ex reſiccatione propter magnam incendii exhalationem finditur. Primum enim inhorreſcit & reſiccatur, deinde exaſperatur, poſtea rimis dehiſcit, deinde liueſcit ac nigricat. Qui ſunt in febribus ardentibus ſymptomatum gradus, quos exprimit Gal. Com. 1. in Prorrh.

Γλῶσσαι τρομώδεες, lingua tremula inſtabilem mentem & è ſede conſtantiæ deturbatam ſignificans. Prorrh. 1. (pag. 177. 4.) & Coac. Prænot. (p. 430. 47.) γλῶσσαι etiam τρομώδεες nonnullis erupturæ alui & humeſcentis ſignificationem præbentes. In Coac. Præn. (p. 430. 45. & p. 444. 49.)

Γλῶσσα ὑπότραυλος ὑπὸ ξηρότητος, lingua præ ſiccitate aliquantulum balbutiens, & quæ fari non poteſt. Lib. 7. Epid. (p. 352. 22.) Lib. verò 5. Epid. (p. 341. 40.) διαλέγεσθαι οὐχ οἷός τε ἦν, ſermocinari non poterat, dixit.

Γλῶσσα ὠχρόλευκος, lingua ex pallido aut luteo albicans, aut cum albedine flaueſcens, qualis pulmonum inflammatione laborantibus. Lib. 7. Epid. (p. 353. 43.)

¶ Γνάθος, maxilla, mala, bucca, pars ea dicitur anatomicis, quæ ſub mala aut gena eſt. Gena autem aut mala, pars ea dicitur, quæ leuiter rotunda in facie prominet. Galenus Comment. 2. in lib. de art. (p. 599. 28.) vbi etiam ſcribit γνάθον τὴν κάτω γένυν dici inferiorem malam, vt & libr. de Oſſibus vſurpat

pat τὴν ἄνω γνάθον & τὴν κάτω γνάθον, pro maxilla ſuperiore & inferiore. Eaque notione vſurpatur Homero Ὀδυσ. σ. (v. 38.) χαμαὶ δέ κε πάντας ὀδόντας γναθμῶν ἐξελάσαιμι, humi dentes omnes è malis excuterem. Vbi tamen Galenus γνάθων legit. Verùm γναθμὸς etiam Homero dicitur eadem ſignificatione. Γνάθον etiam ſumit Hippocrat. non pro maxilla tota, ſed ea maxillæ parte qua lateſcit & articulatur. lib. de art. (pag. 602. 25.) ἢν δὲ ἀμφότεραι αἱ γνάθοι ἐξαρθρήσωσιν, quòd ſi maxilla vtraque parte luxetur. Γνάθοι pro maxillis & oſſibus quibus dentes infiguntur, libr. 5. Epid. (pag. 336. 31.) γνάθοι ἐπάγησαν, maxillæ riguerunt, compactæ ſunt, cohæſerunt & defixæ ſunt, ex conuulſione. Et rurſus (pag. 337. 43. & 44.) Et (pag. 341. 25.) γνάθοι συνηρειδόμεναι, maxillæ cohærentes & conſertæ, & ad collum affixæ, in opiſthotono. γνάθων σφακελισμὸς, maxillæ ſyderatio. ibidem (pag. 342. 46.) & aphoriſm. 31. libr. 4. περὶ τὰς γνάθους ἀποστάσιες, circa maxillas abſceſſus. At verò pro malis ac genis ſumuntur libr. 5. Epid. (pag. 340. 47.) γνάθοι ἐπήρθησαν, malæ in tumorem ſublatæ ſunt.

Γνήσιον quod eſt legitimum ac verum ſignificat, quodque legitimam ac minimè ſpuriam originem habet. Quamobrem ἱδρῶτες γνήσιοι, ſudores legitimi impropriè dicuntur libr. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 89. 51.) quòd (vt ſcribit Galen.) τὸ γνήσιον ſoleat Hippocrat. ac cæteri medici, de morborum genere & forma efferre, cùm morbi præſtitutam ſibi formam & ideam non excedunt, ſed eam exactè ſeruant, vt ἀκατάστατοι πυρετοὶ dicuntur lib. de rat. vict. in morb. ac. & ἀκατάστατοι νοῦσοι, libr. 2. Epid. & aphoriſm. 8. libro 3.

Γνώμη mens dicitur apud Hippocratem quam communiter διάνοιαν, νοῦν, καὶ φρένα, λόγον, & λόγον ἐνδιάθετον nominant, cogitationem, mentem, intellectum & rationem interiorem. Galen. Comment. 1. in lib. κατ' ἰητρεῖον (pag. 664. 38.) Quod ex multorum veterum authoritate etiam confirmat ibidem (pag. 665. 35.) γνώμην à ſenſibus ex aduerſo diſtinguit Hippocrat. ἐν τῷ κατ' ἰητρ. (pag. 664. 36.) γνώμη διάνοιαν, mentem ſiue rationem, intelligentiam, aut ratiocinationem ſignificat aphoriſm. 6. lib. 2. aut potiùs ſenſum communem cui doloris ſenſus communicatur. γνώμης νάρκωσις, mentis torpor, ſtupor, hebetudo. aphoriſm. 16. lib. 5. γνώμης ἀτονίαν exponit Galenus mentis imbecillitatem ex diſſoluta cerebri ſubſtantia. γνώμη ταράσσεται, mens perturbatur aphoriſ. 5. lib. 6. Epid. ſect. 8. γνώμης ἁπτόμενοι πυρετοὶ, febres mentem tentantes, cùm mentis alienatione & delirio, Lib. de fract. (pag. 546. 35.) γνώμη quoque animum aut ſpiritum indicat. Lib. de fract. (pag. 552. 56.) ἀνάγκη καταδουλοῦται τὴν γνώμην, neceſſitate hominum ſpiritus frangitur, aut hominis animum neceſſitas ſubigit & in ſeruitutem redigit, hoc eſt ad ſeruilem animi demiſſionem homines neceſſitate adiguntur. γνώμη pro animi affectibus & mentis perturbationibus, quę inter cauſas ſalubres ſanitatis conſeruatrices annumerãtur, Medici in numero rerum non naturalium reponunt, aph. 43. libr. 6. Epid. ſect. 8. γνώμη etiam ſententiam ſignificat, vnde γνωμολογία ſentẽtiarum elocutio, cùm quis ſentẽtias & oracula loquitur, aut ſententiosè. doctrinam vertit Cornarius, Caluus prudentiam. lib. περὶ εὐσχημοσύνης (p. 15. 33.)

Γνώριμα παιδία, vulgares fœtus & vulgo cogniti dicuntur, hoc eſt populares, qniq; communi ant maximè vſitato ac familiari partionis tẽpore contingũt, hoc eſt, nonimeſtres. lib. περὶ ἑπταμήνου (p. 45. 38.) ὅτι ἰσχυρότατά ἐστι καὶ πλεῖστον ἀπέχει τῶν γνωρίμων παιδίων τῷ χρόνῳ ἐν ᾧ ἐκκακοπαθέουσι τὰς τεσσαράκοντα ἡμέρας τὰς νοσουμένας, περὶ τὸν μῆνα ὄγδοον. quòd validiſſimi ſunt, plurimumque à vulgarium puerorum tempore abſunt, in quo ægrotantes quadraginta diebus malè habent, circa octauum menſem. Agit enim de decimeſtri fœtu, qui longè ſuperat communes fœtus, hoc eſt nonimeſtris & vulgaris fœtus tempus.

¶Γογγρῶναι tumores ſunt neruoſorũ corporum cum duritie rotundiores, à rotundis in arborum truncis tuberculis aut eminentiis (quas γόγγρους vocãt) nominatæ. Quã dictionem vſurpat Hippocr. libr. 6. Epid. aph. 10. ſect. 3. vbi ſcribit Gal. γογγρώνας δὲ τὰς περιφερεῖς ἐξοχὰς μετὰ σκληρότητος, οἷαίπερ εἰσὶν αἱ γενόμεναί τισι τῶν δένδρων ἐπιφύσεις, ἃς καλοῦσι γόγγρους, ὡς καὶ Θεόφραστος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν περὶ φυτῶν ἱστορίας γέγραφε κατὰ λέξιν οὕτως· ἔνια δὲ ἴσχει τοὺς καλουμένους ὑπό τινων γόγγρους, ἢ τὸ ἀνάλογον, οἷον ἐλαία. λέγουσι δὲ ἔνιοι καὶ νῦν ἔτι κατὰ Θετταλίαν, ἀκηκοέναι τινῶν γογγρώνας ὀνομαζόντων τὰς τοιαύτας σκληρότητας, ὅταν ἐν τραχήλῳ συστῶσιν. Quod eſt, γογγρῶναι verò rotundiores cum duritie eminentias, quales in quibuſdam arboribus gignũtur adnaſcentiæ, quas γόγγρους vocant, vt & Theophraſtus lib. 1. de plantis his verbis ſcripſit: Quędam verò habent à quibuſdam vocatos γόγγρους, aut quod proportione reſpondeat, vt olea. Dicunt autem nonnulli & nunc quoque in Theſſalia ſe audire quibuſdam vocari γογγρῶνας huiuſmodi durities, cùm circa collum conſtiterint. Quemadmodum etiam Galenus in Exegeſi vocum Hippocr. γόγγρωνα ad gutturis tantùm tumores aut ramices contraxit, ſcribens: γόγγρωνα βρογχοκήλην, ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς πρέμνοις τῶν δένδρων ἐπιγινομένων στρογγύλων ἐξοχῶν, ὡς καὶ Θεόφραστος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ φυτῶν ὧδε λέγει· ἔνια δὲ ἴσχει τοὺς καλουμένους ὑπό τινων γόγγρους, ἢ τὸ ἀνάλογον, οἷον ἡ ἐλαία. γόγγρωνα gutturis ramicem, quem bronchocelen dicunt, à rotundis in arborum truncis enatis eminentiis, velut etiam Theophraſtus in primo de plantis his verbis ſcribit: Quædam verò à quibuſdam vocatos gongros habẽt, aut aliquid proportione reſpondẽs, velut olea. Etſi locus ille Gal. mihi non minimùm ſuſpectus eſt. Nam γογγρῶνας

& βρογχωνίαν legendum ſuſpicor, vt legitur lib. 6. Epid. Hunc etenim locum ſubindicari ſatis apertum eſt. γογγρώνη etiam Heſychio exponitur ἀπόστημα ἐν φάρυγγι. At γόγγρον rectum videtur feciſſe Galenus ſi modò vera eſt recepta Exegeſeως lectio.

Γογγύλον exponitur Galeno in Exeg. στρογγύλον rotundum, & γογγυλίδια, τὰ σμικρὰ σφαιρία, ὥσπερεὶ καταπότια, pilulæ paruæ, velut catapotia. Quod etiam teſtatur Erotianus qui γογγυλίδια apud Hippocratem exponit τὰ μικρὰ καταπότια, paruas pilulas, additque ſic dici ἀπὸ τῆς κατὰ τὸ σχῆμα ὁμοιότητος, à figuræ ſimilitudine, hoc eſt à raporum rotunditate aut globulari forma. Etſi quædam exemplaria apud Galenum γογγύλια pro γογγυλίδια habent. Eſt autem γογγυλὶς rapum, vt apud Hippocratem libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 207.3.) καὶ γογγυλίδας διέφθους ποιῶν, ῥοφεέτω τοῦ χυλοῦ, & raporum probè percoctorum ſuccum ſorbeat. Exponitur & γογγυλὶς στρογγύλη quibuſdam in codicibus apud Galeoum. Heſychius certè γογγύλον oon ſolùm στρογγύλον rotundum, ſed & σκληρὸν durum exponit.

Γονὴ genitura & ſemen dicitur, interdum verò vterus & partes genitales, vt libr. de art. (pag. 618. 48.) Sic enim illîc γονὰς explicat Galenus τὰ γεννητικὰ μόρια, partes naturales, in fœminis vterum, in viris vaſa ſeminaria. Et libr. de vteri diſſect. (pag. 210.57.) eundem locum ſubindicans. γονὴν δὲ λέγει ἤτοι τὰ γεννητικὰ μόρια, ἢ καὶ αὐτὴν τὴν μήτραν. γονὴν autem dicit, aut genitalia membra, aur ipſum etiam vterum. Eademque ootiooe γονὴ repetitur in Mochlico (pag. 505. 36.) Sic libr. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (pag. 113.14.) γονὴ partes genitales ſignificat. Erotiano quoque apud Hippocrarem, γονὴ ὁτὲ μὲν τὸ σπέρμα δηλοῖ, ὁτὲ δὲ τὴν μήτραν, interdum quidem ſemen, interdum etiam vterum ſignificat, additque multis in locis apud Hippocrarem reperiri. Et Pollux lib. 2. τὴν μήτραν γονὴν ab Hippocrate vocari ſcribit, vt & Rufus Epheſius ἐν τῷ περὶ ἀνθρώπου μορίων. Heſychius etiam γονὴν, γένεσιν, μήτραν, καὶ τὸ σπέρμα exponit. γοναὶ lib. περὶ ἐπικυήσιος (pag. 49. 15.) partes naturales & genitales ſignificant. γυναικὶ δυστοκεύσῃ, ἢν τὸ παιδίον ἐν τῇσι γονῇσιν ἴσχηται καὶ μὴ εὐπόρως ἐξίῃ. Si muliere ægrè parieote fœtus in genitalibus locis hæreat, neque facilè exeat. Locellos dixit Caluus, cùm γονὴ etiam vterum ſignificet. Lib. quoque 2. Epid. (pag. 312.1.) ὄρχις οἰδήσας ἀπὸ βηχέων ὑπόμνημα κοινωνίης στηθέων, μαζῶν, γονῆς, φωνῆς. Teſtis intumeſcens ex tuſſi, nos conſenſionis quæ eſt genituræ & voci cum pectore & mammis commonefacit. Vbi tameo ſubmonuimus γονὴν vterum indicare poſſe, eamque communionem quæ eſt vtero cum mammis ſubnotari. Quo etiam pertinent quæ ſcribuntur libr. περὶ χυμῶν (p.116.16.) μαζοὶ, γονὴ, ὑστέρη.

Γόνιμος ἡμέρη aut γονίμη, dies impar & criticus ſæpe dicitur Hippocrati lib. 2. Epid. ſect. 5. (pag. 317.37.) ἢν πυρετοῦ ἔχοντος τὰ περὶ τὸ πρόσωπον ἰσχνὰ ᾖ ἐν ἡμέρῃ γονίμῳ. Si febris apprehenderit, & facies die impari ſubſidat. Rurſuſque (v. 39.) ἢν μὴ ἐν τῇ γονίμῳ μεθῇ ὁ πυρετὸς ὑποστροφάζειν ἀνάγκη. febris, niſi impari die remiſerit, recidiuam timere neceſſe eſt. Et rurſus ſection. 6. (pag. 318. 5.) σπασμῶν φωνὴ ἐν γονίμῳ λύεται. Conuulſis vox ſi impari die ſoluitur. Et (v.10.) λύεται δὲ ἐν γονίμῃ. ſolotio autem die impari contingit. Itemque (v. 15.) ἀπόληψις ἢ τοῦ νοσήματος οὐκ ἂν γένοιτο, εἰ μὴ ἐν γονίμῃ ἡμέρῃ. Morbus verò ipſe non niſi die impari intercipi poterit, (v. 17.) ὅσα θνήσκει ἀνάγκη γονίμῃ ἡμέρῃ. Quæ pereunt, io diem imparem incidant neceſſe eſt. (& v. 20.) θνήσκειν ἀνάγκη γονίμῃ ἡμέρῃ, mors in diem imparem ex neceſſitate incidit. Eademque notiooe γόνιμος μὴν καὶ γόνιμον ἔτος, menſis & annus impar dicitur ac criticus, ibidem (v. 16.17.18.19.) vt & ἄγονον ἡμέρη, dies par (v. 16. & 20. ἄγονος μὴν & ἄγονον ἔτος, menſis par & annus par (v.16. & 19.) Quæ τῷ γονίμῳ ex oppoſitione reſpondent. Quem certe Hippocrat. locum exprimit & explicat Erotianus cùm ſcribit. γονίμη ἡμέρα, ἀντὶ τοῦ περισσή, ἐπειδὴ αἱ περισσαὶ ἡμέραι ὡς ἐπίπαν κρίσιμοι τυγχάνουσι, καὶ γεννητικαί τινος ὠφελίμου, ὅθεν καὶ γόνιμον μῆνα τὸν περισσὸν καλοῦσι. γονίμη ἡμέρα, hoc eſt, fœcundus aot vitalis dies, pro impari ponitur, quoniam dies impares ferè critici exiſtunt & aliquid commodi gignunt. Vnde & fœcundum menſem aut vitalem, imparem vocant. γονίμη exponitur Heſychio ἡμέρα ἡ περισσὴ καὶ μὴ ἄρτιος, dies impar. Quibus ſanè verbis haud dubiè Hippocrat. locum lib. 2. Epid. à oobis expreſſum ſubindicat & explanar. γόνιμος eidem etiam dicitur γνήσιος υἱὸς γεννητὸς ὁ οὐκ εἰσποιητὸς, germanus aut genuinus fœtus, non adoptiuus, quaſi genitiuus. Sic enim genitiuum pro natiuo aut genuino dixit Ouid. libr. tert. Metamorph. de Tireſia vate, forma prior redit, genitiuaque venit imago. γόνιμον παιδίον, vitalem fœtum & puerum ſignificat Hippocrat. libr. περὶ ἐπικυήσιος (pag. 48.13.) ὁκόταν οὐ γόνιμον γένηται τὸ παιδίον. cùm fœtus minimè vitalis futurus naſcitur. (Sic enim leg. interpretes.) Rurſus (v.15.) ὁκόταν γονίμου γενομένου τοῦ παιδίου χεὶρ ὑπερέχῃ. cùm vitali fœtu naſcente manus prominet. Et (pag. 49. 27.) ἢ προέτεκεν οὐ γόνιμα, aut non vitales prius peperit. βιώσιμον τὸ παιδίον ibidem dicitur (v. 12.) καὶ οὐ βιώσιμα (v. 26.) Libr. 1. περὶ διαίτης (pag. 86.28.) γόνιμα τίκτει ἢ παιδία, vitales fœtus ac maturi dicuntur, quique maturum partionis tempus adepti ſunt. ὡσαύτως καὶ γόνιμα γίνεται. eodem modo vitales oriuntur. Et (pag. 87.32.) γόνιμά τι ἀνάγεται ἐς φάος, vitales in lucem prodeunt, aut ad partum maturi. γόνιμαι ἡλικίαι ætates fœcundæ dicuntur (ibidem pag. 86.19.) ὁκόσα δὲ τῶν σωμάτων ἀκμάζοντα ἤδη, καὶ ἐν τῇσιν ἡλικίῃσι τῇσι γονίμῃσι, δύναται τρέφειν καὶ αὔξειν. At corpora vigorem adepta & ætate fœcunda, eas nutrire & augere poſſunt.

**Γόνος** idem quod γονὴ, & genituram ſignificat Hippocrat. toto libro περὶ γονῆς, vbi crebræ ſunt hæ dictiones, & ἀντὶ τοῦ σπέρματος ſumuntur. Etſi quidam ex Ariſtotele lib. 1. de gener. animal. cap. 18. γονὴν & σπέρμα diſtinguunt, vt genitura ſit cauſa & principium generationis à perfectis animalibus proueniens. Semen verò ab animalibus imperfectis & plantis. Deinde quòd ἡ γονὴ principium tantùm alterum generationis obtinet, & aliquid eſt imperfectum. At σπέρμα perfectum quid eſt, ex duobus rerum naturalium principiis conſtitutum. Autor quoque Definit. Medic. γόνον & σπέρμα eo differre ſcribit, quòd σπέρμα ſit quod in ſeminariis vaſis continetur, quibuſdam verò quod iam excretum eſt. γόνος verò ſemen nondum concoctum. Etſi idem quoque ex Aſclepiadis opinione σπέρμα in iis qui nondum generare poſſunt ineſſe dicit. Sed certe conſtat inanes has eſſe vocum differentias apud Medicos, tum quòd σπέρμα & γονὴ idem ſignificent Medicis, vt videre eſt apud eundem Definitionum Med. autorem, ex Platone, Diocle, Praxagora, Democrito: tum quòd etiam ab Hippocr. σπέρμα & γονὴ pro eodem ſæpe vſurpantur libr. περὶ γονῆς, vt cùm ſcribit (pag. 28. v. 45.) καί ἐστι καὶ ἐν τῷ ἀνδρὶ τὸ θῆλυ σπέρμα καὶ τὸ ἄρσεν, καὶ ἐν τῇ γυναικὶ ὁμοίως. Ineſt quoque vt in viro ita & in muliere ſemen virile atque muliebre. Et (v. 47.) ἀνάγκη οὖν ὑπὸ ἰσχυροτέρου σπέρματος γίνεσθαι. Ipſum quoque (marem) à valentiore ſemine gigni neceſſe eſt. Rurſusque (v. 48.) ἢν μὲν ἀπ᾽ ἀμφοτέρων τὸ σπέρμα ἰσχυρότερον ἔλθῃ, ἄρσεν γίνεται τὸ ἐκτρεφόμενον. Si ab vtroque parente valentiſſimum ſemen prodierit, maſculus erit partus. Et (v. 49.) ἢν δὲ πολλῷ πλέον τὸ ἀσθενὲς σπέρμα τοῦ ἰσχυροτέρου, κρατεῖται τὸ ἰσχυρὸν, καὶ μιχθὲν τῷ ἀσθενεῖ, ἐς θῆλυ περιεχύθη. Si nanque ſemen imbecillum maiore multò copia quàm valentius fuerit, quod valens eſt ſuperatur, & imbecillo mixtum, ad fœminam formandam confertur. Sic (pag. 29. 22.) ἀλλ᾽ ἀμφοτέροισιν ἀνάγκη τι ἐοικέναι τινί. εἴπερ ἀπ᾽ ἀμφοτέρων τῶν σωμάτων τὸ σπέρμα χωρεῖ ἐς τὸ τέκνον. Certe vtrique aliqua in re ſimilem eſſe neceſſe eſt, ſi quidem ab vtriſque ſemen ad eius conformationem confertur. Apud Galenum verò σπέρμα & γονὴν idem ſignificare ſatis teſtatur librorum περὶ σπέρματος indicatura, eadem quæ περὶ γονῆς Hippocrati. Γόνος etiam Hippocrati pro pudendo virili ſumitur lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (pag. 113. 15.) & γόνος ὁ γυμνὸς, virilis membri glans dicitur. Zuinggerus γόνον γυμνὸν intelligit totum pudendum virile, quòd extra corpus propendeat.

**Γονοειδὲς** quod eſt geniture ſimile, album, craſſum ac viſcidum ſignificat, & ſæpe ab Hippocrate deiectionibus aut vrinis attribuitur quæ pituitam multam craſſam, vitream aut albumineam, magnamque frigidæ & crudæ materię copiam indicant. In Prorrh. (p. 197. 53.) τὸ γονοειδὲς ἐπελθὸν, geniture quid ſimile prodiens, quod de vrina aut deiectionibus intelligitur. ἔκκρισιν γονοειδῆ, geniture ſimilem excretionem exponit Galen. τὸ γονοειδὲς διελθὸν dicitur in Coac. Prænot. (p. 429. 17.) Lib. 6. Epid. ſect. 2. aphor. 28. τὸ γονοειδὲς οὖρον ἢ διαχώρημα, vrina aut deiectio genitali ſemini ſimilis critica dicitur, & quæ ſua excretione abdominis dolores aut tumores liberat. qui fiunt ex pituita vitrea, & abſque inflammatione contingunt: οὖρον γονοειδὲς, vrina ſemini genitali ſimilis, hoc eſt glutinoſa, craſſa & viſcida, lentam multam pituitam vitream aut albumineam deponens, & compactam quandam & craſſam materiam vacuans, quæ etiam feſtucis adhæreſcebat, in muliere cõuulſione mortua, lib. 7. Epid. (p. 357. 16.) οὖρον χαλαζῶδες γονοειδὲς διαχεόμενον, vrina grandinoſa genitali ſemini ſimile quid effundens. In Coac. Prænot. (p. 442. 27.) οὐρήσιες γονοειδέες, vrinæ genitale ſemen referentes, opiſthotonum ſoluunt. In Coac. Pręnot. (p. 434. 24.) Lib. 2. Epid. (p. 315. 45.) in vrinæ ſubſidentia τὸ οἷον γονοειδὲς, velut genitali ſemini quid ſimile. Sunt & ἐναιωρήματα γονοειδέα Hippocrati ſublimamẽta geniture ſimilia in vrina ægr. 1. lib. 1. Epid. & ægr. 3. & 4. lib. 3. Epid. Quæ magnas præſeferunt perniciei indicationes, & delitia aut conuulſiones denunciant, vt noſtris in lib. Epid. Annotat. oſtendimus. τὸ ἐφιστάμενον γονοειδὲς, quod in vrina inſidet genitali ſemini ſimile. In Prorrh. (p. 213. 56.) & in Coac. Prænot. (pag. 433. 39.) Erotianus apud Hippocratem γονοειδὲς τὸ ὅμοιον γόνῳ, ἤγουν σπέρματι exponit, hoc eſt geniture aut ſemini ſimile. Quibus verbis locum Prorrhet. paulò anteà à nobis adductum adumbrare videtur, vt indubitata fide vitium apud eundem ſubeſſe ſit manifeſtum, cùm librum de locis in homine teſtem citat. Eſt namque fœdiſſimus memoriæ lapſus, librariorum vitio attribuendus, cùm ne vlla quidem huius dictionis vel minima ibi fiat mentio. Verùm quòd idem πνοειδὲς pro γονοειδὲς quibuſdam codicibus ſcriptum teſtetur, & explicet τὸ πνεῦμα τὸ μετὰ πόνου καὶ τινος συντονίας ἀνεσπασμένον, hoc eſt ſpiritum cum dolore & quadam contentione reſpiratione attractum (etſi ἀνασπώμενον malim) ea explicatio propiùs quodam modo locum Prorrhetici referre mihi videtur. Idem etiã γονοειδὲς οὖρον, τὸ λευκὸν καὶ παχὺ, vrinam albam & craſſam exponit. γονοειδὲς quoque Heſychio γόνῳ εἰκὸς ſignificat, quod genituram refert. γονώδεα deiectiones quæ geniture ſimiles per aluum demittuntur, ſignificant, in Coac. Prænot. (p. 438. 13.) Quò etiam referri videtur quod ſcribitur in Prorr. (p. 181. 14.) περὶ κρίσιν τοιοῦσι πνεῦμα ἀλλὰ γόνῳ εἴκελον διέρχεται. his ſub iudicationem creber flatus genitali ſemini ſimilis, pdit. Deiectiones nãq; criticas quæ multam pituitã vitreã genitale ſemen tum colore tum conſiſtẽtia referentẽ, iudicatione per aluum deponũt, intelligi contendit Galenus. Quod pro-

pius reſpiciunt exemplaria ferè omnia, quæ πνεῦμα ἅλις ξὺν πόνῳ διέρχεται legunt, hoc eſt, creber flatus cum ſingulari contenſione peruadit. Quod etiam in Coac. Prænot. (p. 432. 46.) aliter legitur. φλέγμα ἅλις συχνὸν σὺν πόνῳ διέρχεται, pituita crebra & multa cum dolore prodit. Id tamen eandem habet explicationem & ad eãdem notionem refertur.

Γονὺ genu dicitur, nec ſolùm dearticulatio illa quæ eſt oſſis femoris cum tibia, ſed totus ille dearticulationis locus, vt probat Galen. comm. 2. in libr. de fract. (pag. 556. 5.) γόνυ autem lib. 7. Epid. (pag. 354. 5.) γόνον, hoc eſt fœtum aut prolem ſignificare videtur, ἔτεκε δὲ γόνον θῆλυν. prolem verò fœmellam edidit, peperit.

Γουναλγέες ὀροβοφαγέοντες, qui eruo veſcebantur genuum dolore conflictati, lib. 6. Epid. ſect. 4. aph. 11.

¶Γρηῒς dicitur cruſtula rugoſa aut pellicula quæ lacti cocto aut iuſculis refrigeſcentibus concreuit. τὸ συναγόμενον καὶ ἐπιπηγνύμενον ἐπ' ἄνω ὅταν γάλα ἑψῆται, exponit Heſych. concretum illud quod lacti cocto ſupernatat. Gal. comm. 2. in progn. (p. 142. 11.) οἷόν τι ἐπὶ λιπαροῖς ζωμοῖς ψυχομένοις ἐφίσταται τὸ καλούμενον ὑπὸ τῶν πολλῶν γρηῒς. quale pinguioribus iuſculis refrigeſcẽtibus ſuperinſidet, & à multis γρηῒς vocatur. γρῆυς aut γρηῢς & γραῦς dicitur Nicandri Schol. in Alexiph. ὁ ἐπιπολάζων τῷ γάλακτι πεπηγὼς ἀφρὸς, ſpuma quæ lacti concreto ſupernatat, & τὸ ἐπιπολάζον τῷ γάλακτι, ὃ οἱ σικελοὶ σύφαρ καλοῦσι, quod lacti ſupernatat, & Siculis σύφαρ vocatur. Item γραῦς, ὁ ἐπὶ τοῦ γάλακτος γινόμενος πάγος, ἐπειδὴ ῥυτιδοῦται ὥσπερ ταῖς γραιαῖς τὸ σῶμα συμβαίνει ῥυτιδοῦσθαι. quod in ſummo lacte concreuit, quod in morem cutis vetularum corrugatur. γρηῢν aut γρηῒν vocare mihi videtur Hip. lib. περὶ ἀφόρων (p. 297. 29.) vbi tamẽ fœdiſſimo lapſu ὑγρὴν exemplaria habẽt omnia. Sic. n. lego, γάλακτος αἰγείου δύο κοτύλας ἀφεψεῖν· εἶτα ψυχθέντος τὴν γρηῢν ἀφελεῖν. lactis caprini heminas duas decoquito, eo deinde refrigerato, quod in ſummo concreuit & corrugatum eſt detrahito.

Γριφόμενα Galenus in Exegeſi apud Hippocr. ἐπανειλούμενα exponit. Quod doloribus attributum eos qui reuoluuntur indicat. Addit autem ipſe παρὰ τὸν γρῖφον, τὸ ἁλιευτικὸν δίκτυον, hoc eſt, à rete piſcatorio dici aut ſagena, quòd retis in morem implicati ſint & inuoluti. Locus enim Prorrh. haud dubiè his verbis adumbratur (pag. 202. 40.) vbi τὰ ἀλγήματα πρὸς ὑποχόνδριον γριφόμενα dicuntur, dolores circum præcordia inuoluti. Et Galenus γριφόμενα, εἰλούμενα hoc eſt inuolutos, implicatos, aut circum præcordia irretitos explicare videtur, ac ſeſe reuoluentes. Alij verò ἀναγόμενα καὶ συναγόμενα καὶ οἷον συσπώμενα πρὸς ὑποχόνδριον ἀλγήματα intelligunt, dolores qui ad præcordia ducuntur, contrahuntur, aut quaſi conuelluntur, quique præcordia petunt aut attingunt, ſed ſenſim quidem & quibuſdam interuallis, aut inuolucris etiam & obſcuris quibuſdã ductibus, ac ſinuoſis circunflexibus, & implicatis conuolutionibus, in griphorum morem, ad præcordia procedunt & tendunt. Hoc enim mihi innuere videtur Galen. in Prorrhet. cùm παρὰ τὸν γρῖφον dictionem deductam eſſe vult, γρῖπον autem per π, non φ, rete piſcatorium & ſagenam ſignificare. Ideoque quoſdam hanc retis piſcatorii trãſlationem ſequutos, γριπώμενα non γριφόμενα legiſſe. Alii etiam γρῖφον τὸ ἁλιευτικὸν δίκτυον eſſe dicunt, quam notionem ſequitur Galenus in Exegeſi, & Scholion quoddam vetus manuſcriptum, in membranis Regiis Prorrhetico adſcriptum, quod quia hanc dictionem disertè explicat his verbis noſtris eum in librum Annotat: adſcripſimus. βακχεῖος ἐν β' φησὶν συνεγγίζοντα καὶ συνάπτοντα, οὐ νοήσας. ἔστι γὰρ οὐ ψιλῶς συνάπτοντα, ἀλλὰ μετὰ σκολιότητός τινος. γρῖφον γὰρ οἱ παλαιοὶ τὸ αἰνιγματῶδες καὶ σκολιὸν λέγουσι, καὶ γρῖφον τὸ ἁλιευτικὸν δίκτυον, ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν πλοκὴν σκολιότητος. εἰκὸς οὖν καὶ τὸν Ἱπποκράτην τὸ σύμπαθες τῶν νεύρων, καὶ οἷον συνελκόμενον σπασμωδῶς εἰπεῖν. Bacchius Expoſitionum libr. 2. γριφόμενα συνεγγίζοντα καὶ συνάπτοντα; hoc eſt appropinquantes & contingentes dicit. non intelligens. Neque enim nudè contingentes dicuntur, ſed cum flexuoſitate quadam. γρῖφον enim antiqui quod obſcurum eſt & inuolutum ac tortuoſum dicunt, & rete piſcatorium, ex implicata flexuoſitate. Vero eſt igitur ſimile Hippocratem neruorum conſenſionem & cum conuulſione veluti quandam contractionem dicere. Quas equidem expoſitiones vt & locum iſtum mihi exprimere videtur Heſychius cùm γριπώμενα (γριπώμενα potiùs) συνελκόμενα καὶ σπασμωδῶς συμπάσχοντα, οἱ δὲ ἐγγίζοντα, exponit, vt dolores intelligat qui ad præcordia contrahuntur & cum conuulſione quadam conſentiunt, quidam etiam appropinquantes & vicinos. Idem etiam γριφόμενα ἐπανειλούμενα & γραφόμενα exponit, ſurſum reuolutos ac inſculptos, hoc eſt præcordia lancinantes ac pungentes & in iis conuolutos. Quò etiam ſpectare videtur Galeni expoſitio, quum γριφόμενα ἀλγήματα ἐπὶ δακνομένοις τι καὶ διαγραφομένοις γιγνόμενα, hoc eſt qui demorſis & perroſis fiunt, dici ſcribit, idque ex tranſlatione ad ὑμένας γριφομένους, mẽbranas inuolutas, quæ digitis diducuntur, diſcernuntur aut diſcriminantur, ac vnguibus vellicantur & laniantur.

Γρυποῦσθαι incuruari, aduncum & inflexum reddi ſignificat, diciturque Hippocr. de vnguibus, quando in purulentis & tabeſcentibus conſumpta & colliquata carnoſa parte quæ eos firmabat, ipſi quodammodo incuruantur & contrahuntur, quod eſt purulentorum indicium. Progn. (p. 148. 18.) καὶ οἱ μὲν ὄνυχες τῶν χειρῶν γρυποῦνται, & manuũ vngues incuruantur, adunci fiũt. In Coac. Pręn. (p. 436. 24)

436.24.) de purulentis, γρυποῦνται δὲ ὄνυχας, vnguibus incuruantur. Γρύπωσις quæ eſt incuruatio aut inflexio, vnguium aduncatio dicitur Aureliano cap.32.libr. 2. Acut. γρυποῦσθαι Heſychio ſignificat ξυγκάμπτεσθαι, vt & γρύπτειν & γρυπαίνειν, quod eſt inflecti aut incuruari.

Γρυπαλώπηξ cognomen Satyri cuiuſdam apud Hippocr. qui ex nimio per ſomnum ſeminis profluuio in tabem incidit. lib. 6. Epid. ſect.8.aph.52. Dioſcorides verò voluit eſſe epithetum quoddam apud Hippocr. & ad nomen adiunctum, vt ſcribit Gal. in Exeg. in dictione γρυμάργου. Eo autem ſignificari videbatur is qui lumbis erat incuruis aut dorſo inflexo. Ἀλώπεκες enim dicuntur muſculi dorſi inferiores ad lumbos ſiti.

¶ Γυμνάσιον exercitatio dicitur & definitur Galeno in genere initio lib.2.ſalub. motus eſſe vehementior, qui reſpirationem in maiorem, celeriorem & crebriorem immutet. Aliôqui in quibus motibus nulla fit anhelitus mutatio, hos nondum exercitationes vocamus. Sic exercitationum modulũ pręſcribit Hippocr. ſudorem guttatim velut ex aquæ ductibus ſtillantem, lib. 6. Epid. ſect. 3.aph. 4. ἐν γυμνασίοισι σημεῖον ὁ ἱδρὼς ὁ ῥέων σταγόσιν, ὡς ἐξίῃ ὥσπερ ἐξ ὀχετῶν. At verò aph.5. lib.6.Epid.ſect.1. τὰ γυμνάσια Hippocrati ſignificare ſcribit Gal. non vehementem exercitationem, qualis eſt equitatio, in armis dimicatio, lucta aut foſſio, verùm eam omnem motionem, quæ pro ætatis, corporis, & habitus ratione ſuſcipitur. νοῆσαι δὲ σε χρὴ νῦν αὐτὸν λέγειν οὐ πάντως τὰ μεγάλα γυμνάσια, οἷον ἱππασίας, ἢ ὁπλομαχίας, ἢ τὸ παλαίειν, ἢ παγκρατιάζειν, ἢ σκάπτειν, ἢ τι τοιοῦτο πράττειν ἕτερον, ἀλλ' ἅπασαν ἁπλῶς κίνησιν, ἥτις ἂν ἱκανὴ διαπονῆσαι τὸ σῶμα κατ' ἀναλογίαν τῆς θ' ἡλικίας, καὶ τῆς ἕξιος, καὶ τῆς ῥώμης τοῦ νεφριτικοῦ. Animaduertere verò te oportet ipſum in pręſentia omninò vehementes exercitationes nõ dicere, quales ſunt equitationes, in armis dimicationes, aut lucta aut pancratio certare, aut humum fodere, aut id genus aliud facere, ſed omnem abſolutè motionẽ, quæ pro ætatis, habitus, & virium calculo renum laborantis ratione, corpus exercere poſſit.

Γυναικεῖα menſtrua & muliebria ſignificant Hippocrati, aut purgationes menſtruas ac mẽſes, vt aph.6.ſect.1.lib.6. Epid. vbi Gal. γυναικεῖα, τὴν ἐμμήνιον κάθαρσιν dici ſcribit, hoc eſt mẽſtruam purgationem. Idem Com.3. in Prorrh.(p.214.22.& 33. γυναικεῖα, καταμήνια, muliebria, menſtrua exponit, vt & καταμήνια dicuntur Hipp.aph.32. 33.36. 39.50. 57.libr.5.& καθάρσεις, purgationes, aph.60. & 61.Lib. etiam 6.Epid.aph.55.& 56.ſect. 8. τὰ γυναικεῖα ἀπελήφθη χρόνον πολλόν, menſes longo tẽpore defecerunt, & τὰ γυναικεῖα κατασπάσαι, menſtrua deducere aut deturbare, vt & τὰ γυναικεῖα κατὰ φύσιν ἔρχεσθαι ſecundum naturam procedere. Interdũ verò γυναικεῖα partus purgationem indicãt, vt ſcribit Gal. com. ad aph.28.lib.5. γυναικεῖον εἴρηκε τὸ ἐκκενούμενον διὰ μήτρας ταῖς γυναιξὶ, κατά τε τὰς ἐμμηνίους καθάρσεις, καὶ μετὰ τοὺς τόκους. Muliebria dixit ea quæ mulieribus per vterum vacuantur, in menſtruis purgationibus & à partu. In Coac. Prænot. (p. 440. 24.) ἐν γυναικείοισι τὰ πρὸ τοῦ τόκου ἰόντα ὑδατώδεα, κακόν. In muliebribus purgamentis, quæ ante partus aquoſa prodeunt, malum denunciant. Vbi γυναικεῖα partus purgamenta apertè ſignificant, cùm de prægnantibus agat, vt & ibidem (v.30.& 36.( tam pro menſtruis quàm pro partus purgamentis ſumi poſſunt. At verò (p.441.20.) diſertè partus purgamenta denotant. ἀτὰρ καὶ πλῆθος γυναικείων σημαίνουσιν. Verumetiam purgamẽtorum muliebrium abundantiam denunciant. Quam quoque notionem γυναικείων indicatura & verò tota tractario frequenter amplectitur. Γυναικεῖα κατέβη πρῶτον, menſes aut menſtruæ purgationes primùm deſcenderunt, ægr.7.& 12.lib.3.poſt ſt.peſt. Γυναικεῖοι πόνοι locorum muliebrium dolores ſignificant ægr.4.lib.1. Epid. Γυναικοῦσθαι eſt ad muliebrem naturam reduci & redire, hoc eſt, effœminari, aph.56.lib.6. Epid.ſect. 8. cui videtur ἀνδροῦσθαι ex aduerſo reſpondere aph.55.in virum euadere, aut virile corpus aſſumere.

Γυῖον totum corpus ſignificat Hippocr. & τὸ σῶμα ὅλον exponit Gal. apud eundem com. in aph.26.ſect.4.lib.6.Epid. Sicque ſumi videtur lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.194.6.) τό τε γυῖον λεπτύνεται πλὴν τῶν σκελέων, totum corpus extenuatur exceptis cruribus. Ruſus ibidem (p.204.2.) ἡ δὲ χροιὴ τοῦ γυίου μολιβδοειδής, corporis totius color plumbeus. Et (v. 30.) τό, τε γυῖον ξυμπίπτει ταχέως, totumque corpus celeriter concidit. Etſi illic ſine ι ſcribitur γύον & γύον vt aliàs frequenter apud veteres. γυῖα membra dicuntur maiora, τὰ κῶλα, manus & pedes, τὰ μέλη, χεῖρές τε καὶ πόδες, καὶ τὰ λεπτά, exponuntur Heſychio. At Erotianus apud Hippocr. Bacchium ſugillat γυῖον, τὸ σῶμα ἢ μέλος explicantem, quòd propriè de muſculis dicatur, hoc eſt de toroſa aut pulpoſa corporis aut membrorum carne. Eaq; notione γυῖον εὖ ἔχειν, de pleniore & carnoſiore membri habitudine dicitur, vt libr. de art. (p.586.48.) οἷσι μὲν γὰρ εὖ ἔχουσι τὸ γυῖον καὶ σεσαρκωμένοισιν ἐκπίπτει τε ἧσσον, ἐμπίπτει τε χαλεπώτερον. Iis enim qui bene ſunt habitis membris & carnoſis, & articulus minus elabitur, & ægriùs reconditur. Iſtumque Hippocr. locum diſertè ſua explicatione expreſſiſſe Erotianum arbitror, vt noſtris in eum libr. Annot. indicauimus. γυῖα Homero membra ſignificant, apud quem creberrima eſt phraſis λῦσε δὲ γυῖα, membra ſoluit de eo qui interfecit, vt Il. η. (v.12.) de Hectore Eioneum interficiente, & (v.6.) καμάτῳ δ' ὑπὸ γυῖα λέλυνται, ſub labore autem membra ſoluta ſunt. Et (v. 16.) λύντο δὲ γυῖα, ſoluta ſunt membra, de mortuo Iphinoo. Hippocr. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.203.42.) τὰ δὲ γυῖα λεπτύνεται, membra autem extenuantur.

Γυιοῦν eſt vires frangere & eneruare, aut debilitare Hippocrati lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.80.28.) de oxymelite, ἔτι δὲ ἄλλως γυιοῖ καὶ ἀκρωτήρια ψύχει. Prætetea & præcipuè vires frangit & extrema refrigerat. Καταγυιοῦν etiam extremè debilitare ſignificat & ad ſummam imbecillitatem agere, libr. de rat. vict. in morb. ac. (p.77.10.) κατέγνωσται δὲ μελίκρητον ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ὡς καταγυιοῖ τοὺς πίνοντας. Damnata verò eſt ab hominib. mulſa, quòd ea epota ad extremam imbecillitatem deducat. καταγυιοῖ εἰς ἔσχατον ἀχρηστίας ἢ ἀσθενείας ἄγει, exponit Gal. in Exeg. ad extremam inutilitatem aut imbecillitatē deducit, illum locum exprimens. καταγυιοῦν dicuntur quæ vires eoertunt, vt ſanguinis eruptio, deiectio multa, ſudor immodicus, & per accidens cibi abſtinētia, vt ſcribit Gal. in Comment. Γυιῶσαι etiam vires frangete, debilitare ac eneruare indicat, vt lib. περὶ χυμῶν (p. 115.31. ὅκου δὲ δεῖ γυιῶσαι ἢ λειποθυμῆσαι, ἕως ἂν τοῦτο ποιήσῃς. Vbi verò virium debilitatem aut animi defectionem inducere oportet, quan diu hoc feceris. Quibus verbis monet Hippocr. videndum medico quandiu ad animi defectionem vſque ducere expediat, quod dixit aph. 23. lib. 1. καὶ ὅκου δεῖ μέχρι λειποθυμίης ἄγειν. In vulgatis tamen exemplaribus, γυῶσαι pro γυιῶσαι vitioſè ſcribitur, vt & λιποθυμῆσαι. γυιῶσαι verò in membtanis manu ſcriptis Regiis ex Scholio quodam exponitur βλάψαι, κακῶσαι. Quam explicationē illic videtur ſecutus Caluus. Eſt & γυιοῦσθαι propriè membris eſſe fractis, debilitari, & viribus eſſe exolutis, vt lib. 4. Epid. (p.332.28.) κἂν μὴ παρὰ λόγον γυιῶται etſi non præter rationem vires frangantur. Sic γεγυιωμένοι qui viribus ſunt fractis & exolutis dicuntur lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.85.40.) οὔτε τοὺς γεγυιωμένους χρὴ λούειν, neque eos qui viribus ſunt exolutis lauare oportet. Vbi Galenus τοὺς γεγυιωμένους τοὺς καταλελυμένους τὴν δύναμιν, eos quibus vires languent & exolutæ ſunt exponit. Γυιόω quoque claudum reddo & eneruo indicat, vt Il. θ. (v.402.) γυιώσω μὲν σφῶϊν ὑφ᾽ ἅρμασιν ὠκέας ἵππους, hoc eſt, χωλώσω, & claudos reddam ſob curribus veloces equos & (v.416.) γυιώσειν μὲν ὑφ᾽ ἅρμασιν ὠκέας ἵππους. Vnde ἀπογυιόω, eneruo & debilito. Il. ζ. (v. 265.) μή μ᾽ ἀπογυιώσῃς, ne me debilites. Hinc γυιὸς claudum & membris mutilatum ſignificat, & ἀμφιγυήεις ἥφαιστος Il. α. in fine dicitur, quòd vtroque crure γυιὸς ſit, hoc eſt claudus. Et γυιοῦσθαι decurtari, breuius reddi membrum ſignificat, vt de femore, pede & tibia effertur lib. de art. (p.628.50.) quæ luxato femore, in iis qui nondum ad perfectum incrementum deuenerunt, decurtanrur & breuiota fiunt. ὁκόσοισι μὲν οὖν μήπω τελειουμένοισιν ἐς αὔξησιν, ἐκπεσὸν μὴ ἐμπέσῃ, γυιοῦται ὁ μηρὸς, καὶ ἡ κνήμη, καὶ ὁ πούς. At cùm iis qui nondum ad integrum incrementum peruenere, elapſus articulus non eſt teuerſus, decurtatur eis femur, tibia & pes. Vbi γυιοῦται, ἔλαττον γίγνεται ὅλον τὸ σκέλος, totum crus minus & breuius efficitur, expomit Gal. Et idem Hippocr. βραχύτερον καὶ λεπτότερον γίνεται, dicit, boc eſt breuius & tenuius euadit, vt omnium partium quæ in crure ſunt diminutionem oſtendat. Nam τὸ γυιοῦσθαι τὸ σκέλος de omnibus cruris partibus diminutis dicitur, vt illic ſcribit Gal. Rurſus eodem lib. (p.630.20.) γυιοῦνται γὰρ μᾶλλον, οἷσιν ἂν ἐς τὸ ἔξω ἐξαρθρήσῃ. Decurtantur enim magis quibus exteriorem in partem luxatio contingit.

Γυιώσεις non malè dicitur Archigeni, flexus quidam in pulſu decurtato, quem in alto repræſentat, non autem circuli figuram. fit huiuſmodi pulſus ob imbecillitatem facultatis, quæ attollere onus nequeat, vt rectè ſcribit Gorrh. ex Gal. libt. 2. de Præſag. ex pulſ. (p.137.24.)

# OECONOMIAE
## HIPPOCRAT.
## TO Δ.

Δαΐδες Galeno exponūtur in Exeg. apud Hippocratem μεγάλαι λαμπάδες, magnę faces. Sed & per abuſionem dici annotātur alliorum capita, quòd ex multis ſpicis componantur, inſtar lampadum & facularum quæ ex ſtuppa & papyro colligatæ ſunt & compactæ, παρὰ τὸ συνδεδέσθαι. At Erotianus apud Hippocr. δίνδα legit & τὴν λαμπάδα exponit παρὰ τὸ δινεῖσθαι. Vt mihi verior eſſe ſcriptura videatur, quæ δαΐνδα μικρὰν λαμπάδα apud Galenū in Exeg. legit, cùm δαΐνις diminutiuum ſit, & ad Erotiani lectionem propius accedat. Δαΐδες λαμπάδες, λύχνοι, exponuntur Heſychio, faces ardentes, παρὰ τὸ δαίειν quod eſt incendere. δεταὶ quoque λαμπάδες, καὶ αἱ πέδαι, καὶ τὰ δράγματα, faces, pedicæ, & manipuli. Suntque δεταὶ δεσμοὶ δάδων τινὲς λαμπάδων, faces in faſciculum colligatæ, παρὰ τὸ συνδεῖν. Vnde & δετὶς otiginem ſumpſit.

Δαῒς δαΐδος & per contractionem δᾲς δᾳδὸς, tædam etiam ſignificat Hippocrati & tædariam materiam. Libt. 1. περὶ γυναικείων (p.257. 33.) in fœtus eiectione δᾷδα ποταίνιον cum vino dulci coctam propinat Hippocr. Rurſus ibidem (p.233. 28.) in menſium retentione Crethmon ἐν οἴνῳ τῷ ἀπὸ δᾳδὸς, in vino

tædaceo

tædaceo & in quo tæda cocta ſit, propinat. Er irerum (p.243.47.) in purgamenrorum partus retentiooe τὸ ἀπὸ τῆς δᾳδὸς, potionem quæ ex ræda conficitur ieiunæ quo ad purgatio, pcedat continenter exhibet. Sic lib.2.περὶ γυναικ. (p.274.25.) τὸ ξὺν τῷ δᾳδίῳ φάρμακον, medicamentum quod ex tædula paratur, loræ & teiunæ offert. Lib. quoque περὶ ἀφόρων (p.292.33.) δᾳδα πιοτάτην, hoc eſt, tædam pinguiſſimam in renuia fruſta conciſam & vino albo quàm ſuauiſſimo incoctam propinat. Rurſusqne ibidem (p.295.11.) tædæ rameota vioo albo macerata potu exhibet. Er (p.296.45.) eandem aqua maceraram cyathi mēſura propinat, vt trium cyathorum menſura vino albo incoctam & renuiſſimè contuſam (p.297.21.) Sunt & δᾳδία Hippocrati tædulæ oblongæ, teretes & læuigatæ, in peſſulorum formam effictæ, quæ in vterum immittuntur, vt eius occluſum oſculum aperiatur. Quem in vſum etiam fiſtulas plumbeas adhibet Hippocr. lib. 1. περὶ γυναικ. (p.237.40.) ἀναστομοῦν ὅτι δᾳδίοισι καὶ ὅτι μολιβδίοισι, rædulis & plumbeis fiſtulis aperito. Er ruſus (v.45.) ἐξιθύνειν ὅτι δᾳδίοισι καὶ τῷ μολιβδίῳ. tædulis & fiſtula plumbea dirigito. Item lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 271.18.) ἐξιθύνειν ὅτι δᾳδίοισι καὶ τῷ μολιβδίῳ, tædulis & fiſtula plumbea vteri oſculum dirigere. Rurſusque (p 273.35.) ὅτι δᾳδίοισι καὶ ὅτι μολιβδίοισι χρῶ, tædulis & fiſtulis plumbeis vtitor. Er (v.44.) μετὰ δὲ τοῦτο ὅτι δᾳδίοισι καὶ μολιβδίοισι χρῆσθαι, poſt hæc tædulis & fiſtulis vtitor.

Δάκρυα lachrymæ dicuntur, humores ex oculis diſtillantes, quarū generatio interdum morboſarum affectionum modum ſequitur, vt in oculis phlegmone laborantibus: interdum verò à natura redundantem excernente humorem procurantur, aut eum qui deſitio glandulosis oculorum corporibus generante. Gal. Com. 5. in lib.6. Epid. (p.508.31.) Δάκρυα ἀκούσια lachrymæ inuoluntariæ dicuntur, & quæ iouitis effluunt, ex magno vaporum & humorum in cerebrum impetu, in febribus acutis aut ardeotibus, vnde hæmorrhagiam etiam prædicunt, vt ſcribitur lib.1. Epid. (p.373.35.) οἷσιν ἐν πυρετοῖσιν ὀξέσι μάλιστα καυσώδεσιν, ἀκούσια δάκρυα παραρρέει, τούτοισιν ἀπὸ ῥινῶν αἱμορραγίην προσδέχεσθαι. Quibus inuitis per febres atque adeo ardentes, lachrymæ effluunt, in iis ſanguinis ex naribus profluuium expectandum eſt. Et quæ illic ἀκούσια δάκρυα, lib.4. Epid. (p.333.46.) ἀκουσίως παραρρέοντα, inuitis effluentes dicuntur, & in Progn. (p.124.24.) ἀπροαιρέτως δακρύοντες ὀφθαλμοὶ, oculi inuiti aut nolentes illachrymantes. Quibus opponuntur κατὰ προαίρεσιν δακρύοντες, ſponte illachrymantes, aph.52. lib.4. Lib.6. Epid. ſect.1. aph.16. δάκρυον ἐν τοῖσιν ὀξέσι τῶν φλαῦρον ἐχόντων, ἑκόντων μὲν χρηστόν, ἀκόντων δὲ παραρρέειν, κακόν. In morbis præcipitibus vbi malè babent ægri, vltrò quidē profluens lacbryma, bonoeſt, inuitis verò malum denunciat. Eiuſdem quoque lib. ſect. 8. apb. 23. δάκρυα ἑκόντα, ἀέκοντα, lachrymas conſiderari iubet, num volenti aut inuito effluant. Et Galeous libr. 1. de Cur. rat. ad Glauconem, inter hæmorrhagiæ ſigna reponit oculos εἰ δακρύουσι ἄκοντες, ſi inuitis illachryment.

Δακρυῶδες ἕλκος, vlcus lachrymoſum dicitur, ex quo ſſluit reouis & iococta ſanies ob inflammationem, lib. de fract. (p.561.17.) Sic enim dici vult Gal. per tranſlatiooem, cùm tenuis & incocta ſanies effluit, non ſecus ac in oculis inflammatione rentatis lachryma. Eundem verò locum exprimeos Erotianus, δακρυῶδες ἕλκος, τὸ ὑγρὸν καὶ ἰχωρορροοῦν, hoc eſt, humidum & ſanie diffluens, explicat.

Δακτύλιος exponitur Galeno in Exeg. apud Hippocratem κύκλος, τροχίσκος, orbiculus, paſtillus, citato in teſtimooium libro περὶ ἀφόρων. Verùm aut falſa eſt Indicatura, aut id quod ſcribitur eodem lib. (p.296.11.) adumbratur ὥσπερ δακτύλιον ὀμμάξαι, vbi Galeous δακτύλιον ὀμμάξαι legiſſe videtur, hoc eſt, vt orbiculum aut paſtillum fingas aut efformes. Etſi in dictione ὀμμάξαι, δακτύλιον ὀμμάξαι legit, verùm ὡς τις κυκλίσκον ἀναπλάσαι exponit, vt forte δακτύλιον etiam illic legendum ſit. Etſi δακτύλιον ὀμμάξαι recte ferri poſſit, vt indicentur medicamenta arida melle inſtillato ita terenda, vt digiro glandem efformare poſſis. Verùm δακτύλιον malim, quomodo legitur lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p.230.46.) καὶ μὴ ὑγρὸν πάνυ ποιεῖν, ἀλλ' ὡς ὀμμάσαι δακτύλιον, nec valde liquidum facito, ſed ita vt paſtillum efformare queas. Sic enim leg. ceoſeo, cùm paſſim δακτύλιον legatur, & δακτύλιον leg. videantur interpretes. Sic ergo in Exegeſi δακτύλιον, κύκλον & τροχίσκον legendum videbitur, vt his locis reſpoodeat.

Δάκτυλοι etiam dicuntur palmæ fructus, qui & φοινικοβάλανοι & φοίνικες Græcis vocaotur, vt ſcribit Gal. lib. 2. de aliment. fac. (p 327.) Ideoq; non temere δακτύλους apud Hippocr. reperias, ſed φοίνικας perſæpe, αἰτὶ τῶν φοινικοβαλάνων, pro palmæ fructu. Quodque legitur lib. 1. περὶ γυναικ. (p.243.45.) ὅτι δακτύλοισι καὶ ὄψοισι θαλασσίοισι μᾶλλον ἢ κρέασι χρῆσθαι (dactylis & marinis obſoniis potiùs quàm carnibus vtatur) ad marinos cibos magis quàm ad palmæ fructus referendum videtur, cùm ſiccantem victus rationem reſpiciat. Sunt enim è conchatum genere dactyli, ab humaootum vnguium ſimilitudioe appellati & cibis appoſiti, Plinio cap.61.lib.9. Iidem vngues dicuotur, Græcis onyches, cap. 33.lib.9. & Solenes Athenæo & Pl. & Donaces lib. 32. Verùm cùm multi ſint ſucci, maliqué & viſcoſi, vt tradit Athenæus, ac durioris carnis, videtur mihi Hippocr. locus ſuſpectus, tum quòd interpretes pro δακτύλοισι ἄλλοισι legant.

Δασὺ dicitur qood denſum eſt, ſpiſſum, confertum & aſperum. Δασεῖαι γλῶσσαι καὶ καταξηραὶ in Prorrhet. (p.169.157.) & Coac. Prænot. (p.430.47.) dicuntur, linguæ ex reſiccatione denſatæ, contractæ & exaſperatæ.

quales in phreniticis ex immodica ſiccitate cernuntur, ſaliuatione omni & humore cognato à calido abſumpto. Galenus τραχείας quàm δασείας dici mauult. Additque quoſdam δασείας γλώττας vocare, τὰς ποιούσας τῆς δασείας φωνῆς, quæ denſam aut aſperam vocem faciant, hoc eſt, raucedinoſam. Poteſt & δασεῖα γλῶττα intelligi, quæ τρηχεῖα in Coac. (p.430.36.) dicitur, & quæ etiam in febris ardentis incendio πίμπραται, σκληρύνεται, καὶ τρηχύνεται, καὶ παχύνεται, vt ſcribitur lib. 3. de Morb. (p. 159. 32.) hoc eſt, ex reſiccatione inhorreſcit ac contrahitur, denſatur & exaſperatur. Etſi Galenus δασείας γλώττας de mediocri exaſperatione & reſiccatione dici contendit.

Δασέα οὖρα & δεδασυμένα, ſunt vrinæ denſæ, ſpiſſæ, confertæ ac conſitæ, quæq; exaſperatam aut denſam habent ſuperficiem, ex Prorrh. (p.200.28.) & Coac. Prænot. (p.429.3.) Hæc verò dictio inter obſcuras & ab authore ex induſtria affectatas annumeratur à Galeno, & quæ nullam exactam explicationem nactæ ſint, quales ſunt plurimæ in Prorrh. atque aliis minimè germanis Hippocr. libris. Eam autem variè ex Interpretum mente ſic explicat Galen. ἔνιοι αἰωρήματα ἔχειν, φασὶ, τὴν ἐπιφάνειαν, τὰ δασέα τῶν οὔρων, ἐξοχαῖς βραχείαις τε καὶ λευκαῖς, οἷον ταῖς θριξὶ τετραχυσμένα. καὶ ἔνιοι μὲν αὐτῶν ἀφρώδη φασὶν εἶναι τὰ τοιαῦτα τῶν οὔρων, ἀφρὸν λεπτὸν ἐπιπολῆς ἀνωμάλως διεσπαρμένον ἔχοντα. ἔνιοι δὲ, παχέα μὲν αὐτὰ κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν ἔχοντα σκληρότητα, οἷον λεπτὴν ὡς ψάμμον. Nonnulli denſas vrinas eſſe aiunt, inæqualem obtinentes ſuperficiem, & extuberantibus quibuſdam eminentiis, tum paruis, tum albis, velut capillis exaſperatas. Eorum etiam nonnulli eiuſmodi vrinas ſpumoſas eſſe dicunt, tenuem ſpumam in ſuperficie inæqualiter diſperſam habentes. Quidam verò craſſas eas quidem, quandam in ſuperficie duritiem arenæ inſtar valde tenuẽ obtinentes. In Coac. Prænot. (p. 442.42.) δασυνόμενον οὖρον ponitur, vrina quæ denſa euadit & ſpiſſa aut craſſa, quæq; valde tenui ex aduerſo reſpondet, ac inter returbatas accenſetur. Ideoque ſuccorum concoctionem naturam aggredi teſtatur, ac futurum ſudorem denunciat. Sic lib. 7. Epid. (p. 366.38.) πάνυ δασέα οὖρα καὶ ἀνεστραμμένα, vrinæ valde denſæ ac commutatæ ſimul iunguntur, & vehementem capitis dolorem ac conuulſionem portendunt. Ἀνατετραμμένα tamen leg. interpretes, cùm ἀναπεστραμμένα habeant omnia exemplaria, & ἀνεστραμμένα leg. ſit, vt ibi admonuimus. In Coac. quoque Prænot. (p.443.10.) οὖρον δασύτης ἔχον διεσπασμένον, vrina denſitatem habens diuulſam, morbi reuerſionem ac recidiuam minatur.

Δασεῖα ἀναπνοὴ reſpiratio denſa dicitur Galeno Com. 3. in lib. de art. (p. 625. 5.) quæ cum ſono trahitur vbi reſpirationis conceptacula, loci anguſtia, aut nimia humoris redundantia, aut etiam vtroque caſu comprimuntur, velut in iis contingit qui pulmonis tuberculis duris, diuturnis & incoctis laborant, quos κεγχροειδὴς ἀπὸ τοῦ κέγχρου, dici vult Gal. etſi κεγχροειδὴς & κέγχρον vitioſè omnibus in exemplaribus legitur.

Δασεῖς capillati dicuntur & quibus capillitium aut pilus adeſt, aph. 34. lib. 6. & φαλακροῖς, caluis aut glabris opponuntur, vt & δασύνεσθαι, quod eſt piloſum & hirſutum fieri, τῷ λείῳ & φαλακρῷ, caluo & glabro, Ariſtoteli cap. 11. lib. 3. de hiſt. animal. & δασὺ τὸ γένειον & αἱ σιαγόνες δασεῖαι, mentum piloſum & hirſutæ malæ dicuntur.

Δασέα βλέφαρα, palpebras denſas exponit Gal. τὰ τραχύτητα ἔχοντα τινὰ μετρίαν, aſperitatem quãdam mediocrem habentes, Comment. 1. in Prorrh. (p. 170.24.)

Δαῦκος ἐρυθρὸς rubia dicitur interpreti apud Hippocr. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 117. 12.) Erotianus ſcribit δαῦκον exiſtimare quoſdam eſſe τὴν δάφνην, laurum, ſed falsò, cum ſit herbæ ſpecies.

¶ Δειδίσκομαι aut δεδίσκομαι & διδίσκομαι, metuo, timeo. Qua dictione vtitur Hippocr. lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 240.6.) ἢ διδίσκηται, aut metuat, timeat. Heſychius διδίσκεται φοβεῖται exponit, pro quo tamen malè φοβεῖ ſcribitur, cùm δειδίσσεσθαι φοβεῖσθαι explicet, vt & δεδίσσεσθαι εὐλαβεῖσθαι, φοβεῖσθαι, φεύγειν.

Δειλοὶ timidi dicuntur & ignaui, δειλοὺς apud Hip. dici exponit Gal. εἰς πᾶν ἔργον μεσοῦ, οἷον καὶ φοβουμένους τοῦ ἔργου ἅψασθαι, velut omne opus peroſos & aggredi veritos, ob imbecillitatem. Com. 1. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 59. 2.)

Δείματα, terrores, metus aut terriculamenta quę virginibus ex ſpectris quibuſdam incutiuntur. Lib. περὶ παρθενίων (p. 213. 8.) δεῖμα φόβον, φόβητρον exponit Heſychius. Erotianus quoque δεῖμα φόβον exponit, additq; vocem eſſe Atticã, indeq; δειμώδεας, φοβερούς, apud Hip. exponit.

Δείνωσις exaggeratio & amplificatio dicitur, idemque quod δεινολογία. Ac propriè oratio quæ rebus indignis aut inuidioſis vim addit, (vt ait Fabius) eiusque præcipua vis eſt in exaggeranda indignitate. Hinc δείνωσις amplificationem, diſtenſionem, in maius auctionem ſignificat Hippocrati lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 65.43.) ὀφρύες δεινώσιος μετέχουσαι, ſupercilia amplificata & diſtenta, velut exaggerata & in maius aucta, hoc eſt, conuulſione contracta, aut reſoluta, bile ſurſum collecta. Δεινὸς ἰδεῖν πυρετὸς febris aſpectu horrenda, grauis aut terribilis dicitur aph. 17. ſect. 1. lib. 6. Epid. vt δεινά, καταπληκτικά, φοβερά exponit Heſychius. Quòd verò apud Erot. δεινὸν αὐχένα ſcribit, id vitioſum eſſe ſcripſimus, in dictione αὐχένος οἶνος.

Δεῖπνον cœnam ſignificat vt ſcribit Plutarch. ſymp. 8. verùm pro omni cibo ſumitur, vt Prorrhet. 2. (p. 416. 28.) πυρετὸν δὲ μὴ λαμβάνειν, ὅτι τοῦ δείπνου μὴ κωλύσει, μηδὲ διψῆν. Quod eſt Celſo interprete cap. 8. lib. 2. Longè optimum eſt febrem non eſſe, ſecundum eſt, tantulam eſſe, vt neque cibum impediat, neque crebram ſitim faciat. Hic tamen etiam cœnam ſignificare poteſt,

quæ

quæ ſuppuratis ferè eſſe grauis ſolet. δεῖπνον quoque Homero προφὴν & omnem cibum denotat, vt equorum gramẽ & fœnum Il. β. (v. 383.) εὖ δέ τις ἵπποισιν δεῖπνον δότω ὠκυπόδεσσιν, bene aliquis equos veloces paſcat.

Δειρὴ ceruicem & collum ſignificat Hippocrati, vt lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 244. 2.) καὶ τὸν ἀμφὶ τὴν δειρὴν τόπον, & locum circa collum. Et δειρὴν τράχηλον, αὐχένα exponit Heſychius hoc ferè expreſſo loco. Rurſus lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 281. 47.) καὶ λεπτύνεται τὰς κλεῖδας, καὶ τὴν δειρὴν, & extenuatur ad clauiculas & collum.

Δελφὺς vterus eſt Hippocrati. Sic enim Rufus Epheſius ἐν τῷ περὶ ἀνθρώπου μορίων ſcribit Hippocrati ὑστέρας καὶ μήτρας δελφὺν dici. Libr. περὶ ἀφόρων (p. 294. 9.) καὶ τὸ φῦμα τὸ ἐν τῇ δελφύϊ καθιστάναι, & tuberculum vteri ſedare. Vbi tamen δελφῦ pro δελφύϊ vitioſè ſcribitur. δελφύϊ nanque τῇ μήτρᾳ exponit Erotianus, illum ſine dubio locum exprimens. δελφὺς autem dicitur ἡ μήτρα ἡ ἀδελφὰ ποιοῦσα τὰ κυόμενα, quòd germanos procreet fœtus. ἀδελφοὶ enim dicuntur germani fratres & vterini.

Δεξιοῦσθαι eſt homines comiter excipere ac veluti manu prehenſos deducere. Lib. 7. Epid. (p. 354. 39.) φιλοφρονέστερον τοῦ καιροῦ προσηγόρευε καὶ ἐδεξιοῦτο. maiore cum comitate quàm occaſio ferret homines alloquebatur & excipiebat.

Δέρας idem quod δέρμα ſignificat, corium aut aluram, lib. de art. (p. 604. 9.) ἑτοιμότερον γὰρ κόλλῃ προσκολλᾶται τὴν δέρας ἄκρον πρὸς τὸ ἀποκεκαυλισμένον τῆς γνάθου. Promptius enim extrema corii pars ad maxillam quà tranſuerſa fracta eſt, glutino agglutinatur. At δέρας τράχηλος Heſychio, & δέρμα Varino exponitur, δέρρις verò δέρμα etiam Heſychio.

Δέρτρον pro omento, quod epiploon dicitur, aut abdomine & peritonæo ſumi videtur apud Hippocr. lib. 5. Epid. (p. 338. 11. & 13.) διατμηθὲν τὸ δέρμα ἐφάνη διαφανὲς τὸ δέρτρον ἐπὶ θάτερα ἀφικνεύμενον. Secta cute in omento foramen vtrinque penetrans apparuit. Et, καὶ ἐν τῷ σώματι ἡ ἐνεοῦσα σηπεδὼν ξηρὴ τοῦ δέρτρου πολλή. & quæ in corpore inerat multa omenti putredo ſicca. Sic antiquis omnibus δέρτρον aut epiploon aut abdomen ſignificat. Heſychio exponitur δέρμα, ὑμὴν, λοπίον, ἦτρον, ὑποχόνδριον, additque, ἄμεινον δὲ τὸ περιτόναιον εἰπεῖν, ὃ ὑμένι ἐπίκειται. Cuius opinionem ſecutus Caluus, omentum & aqualiculum pro peritonæo poſuit. Nos tamen illic omentum accepimus, tum quod facilè computreſcat, & vtrinque perforatum fuiſſe dixerit Hippocrates, tum quòd hanc in notionem ab antiquis vt plurimùm vox hæc vſurpata fuerit. Etſi etiam peritonæo accommodari poſſe non diffitemur, quod toti inferiori ventri circumtenditur velut tympanum, quod etiam δέρτρον dicitur. Homeri Scholiaſtes ὀδυσσ. λ. δέρτρον ſignificare ſcribit, ἤτοι τὴν ὑπὸ τὴν σάρκα πιμελὴν, ἢ τὸν ὑποκείμενον τῷ ἥπατι ὑμένα, aut ſuppoſitam carni pinguedinem, aut ſubtenſam hepati membranam. Quoſdam etiam τὰ λεγόμενα ὑπὸ τῶν ἰατρῶν ἦτρον ſumere ſcribit, & aliàs τὴν δορὰν, hoc eſt, cutem ſignificare. Ariſtarchus δέρτρον τὸ δέρμα καὶ πάντα τὰ χιτῶνα τὰ περὶ τὸ ἧπαρ ſumpſit. Sed Varinus apud Hom. τὸ ῥάμφος ſignificare mauult, & duriorem illam roſtri partem, qua aues cibum capiunt. Idem quoque Hippocrati δέρτρον τὸ ἔντερον τὸ λεπτὸν, tenue inteſtinum, ex Pſelli opinione, ſignificare vult. Cuius opinionem apud Hippocr. ſecutus videtur Cornarius.

Δεσμὸς in articulis vinculum dicitur, cùm articulus flecti aut intendi nequit poſt luxationes, quod contingit vbi ex inflammatione aliquæ affectionum in tendonibus & ligamentis reliquiæ ſuperſunt, & articulus difficilem habet motionem, ita vt vinctus eſſe videatur. Ligamenta enim duritiem quandam contrahunt, neque ad muſculos articulum mouentes ſequi poſſunt, ſed contra nituntur. Lib. de fract. (574. 44.) φλεγμοναὶ δὲ οὐ μεγάλαι προσγίνονται, οὐδὲ δεσμὸς τοῦ ἄρθρου. Neq; verò magna inflammatio, neq; articuli vinculum contingit.

Δεψῆσαι, μαλάξαι emollire exponit Gal. Com. 2. in lib. de art. (p. 601. 25.) ex Homero ὀδυσσ. μ (v. 48.) κηρὸν δεψήσας μελιηδέα, ceram mellitam ſubigens, aut emolliens, de Vlyſſe ſociorum aures cera obturante ad Sirenum cantus. Eſt autem δεψῆσαι ſubigere, emollire coriariorum more, qui coria ſubigunt & macerant. Vnde εὐδεψητότατα δέρματα coria optimè emollita aut ſubacta coriariorum more dicuntur, lib. de art. (p. 601. 19.) ὥσπερ γὰρ τὰ δέρματα τὰ εὐδεψητότατα πλείστην ἐπίδοσιν ἔχει. non ſecus ac pelles optimè ſubactæ plurimam extenſionem admittunt. Vbi Galenus εὐδεψητότατα τὰ κάλλιστα μεμαλαγμένα exponit. δεψήσας, μαλάξας exponit Heſychius, ad Homericum locum reſpiciens, Sudas ἀπαλύνας.

¶ Δηγμὸς morſum ſignificat, & oris ventriculi ab humorum acrimonia & malignitate morſum indicat Coac. Prænot. (p. 444. 36.) καὶ τρομώδεα σὺν δηγμῷ μετὰ κεφαλαλγίης τὰ μέλανα διαχωρήματα. Tremulæ etiam affectiones cum morſu ac capitis dolore, nigras deiectiones prædicunt.

Δῆθεν, δήπουθεν apud Hippocr. exponit Erotianus, profectò, nimirum, vtique, videlicet.

Δίεφθα decocta dicitur aqua quæ ſemel cocta aut calefacta, niue refrigerata exhibebatur ſuauiter pellendæ ſitis cauſa, cuius meminit Gal. lib. 7. meth. med. (p. 108. 16.) ἐθεάσω γοῦν καὶ σύ τινας μιᾷ ἡμέρᾳ μιᾷ, μᾶλλον δὲ ὥρᾳ, ψυχρῷ πόσει θεραπευθέντας· ὧν ἐνίοις μὲν οὐ μόνον τὸ πρόσφατον ὕδωρ πηγαῖον, ἀλλὰ καὶ τὸ διὰ χιόνος ἐψυγμένον, ὡς ἐν Ῥώμῃ σκευάζειν ἔθος ἔχουσι, προθερμαίνοντες τὴν καλουμένην, ἣν αὐτοὶ προσαγορεύουσι δίεφθον. Vidiſti igitur & tu quoſdam vno die, vel potius hora, frigida potione curatos, quibus partim quidem non aquam modò fontanam recentem exhibui, verumetiam per niuem refrigeratam, quemadmodum Romæ parare ſolent, prius eam calefacientes, quam ipſi decoctam vocant. Δίεφθα verò nõ δίεκτα legendum, quemadmodum omnis

legunt exemplaria. Sic enim vſurpatur Athenæo libr. 3. ἐπὶ τούτοις λεχθεῖσιν ὁ καίκιλιος πιεῖν ἤτησε δίκαιον. Eius verò vſum Romæ fuiſſe ſcribit Pl. libr. 31. capit. 3. Neronis principis (inquit) inuentum eſt decoquere aquam, vitroq; demiſſam in niues refrigerare. Ita voluptas frigoris contingit ſine vitiis niuis. Omnem vtique decoctam vtiliorem eſſe conuenit, item calefactam magis refrigerari ſubtiliſſimo inuento. Mart. quoque in Apophor. eius ſic meminit:

*Spoletina bibis vel Marſis condita cellis,*
*Quò tibi decoctæ nobile frigus aquæ?*

Huius quoque decoctę refrigerandæ rationem docet Gal. Com. in aph. 8. ſect. 4. lib. 6. Epid.

Δήλησις, λώβησις, κακουργία, φθορὰ exponitur Heſychio, maleficium, nocumentum, noxia, detrimentum. Hippocr. in Iureiurando. ἐπὶ δηλήσει δὲ καὶ ἀδικίῃ εἴρξειν, ab omni noxia & iniuria faceſſam. hoc eſt, eam victus rationem vitabo quæ nocere aut lædere poſſit.

Δηλητήρια medicamenta dicuntur mortifera & pernicioſa, quæ nullo vnquam tempore neque ægrotos neque valentes iuuant. Gal. Comment. 6. in libr. 6. Epid. (pagin. 525.17.)

Δημεύεσθαι eſt publicari, proſcribi, bonorum publicatione & proſcriptione multari. lib. περὶ εὐσχημοσύνης (pag. 14. 48.) ἀλλ' ἤγε μὴ περὶ ἀπάτην, δημεύεται. Sed niſi ars innocenter exerceatur, proſcribitur. Sic rectè Zuinggerus, vt ſit ſenſus: Niſi artem innocenter exerceant, bonorum publicatione & proſcriptione multantur. Agit enim in Sophiſtas, qui arti morum improbitatem & vitæ turpitudinem coniungebant, ac illectos iuuenes corrumpebant. Exemplaria tamen omnia δημευταὶ legunt, & raptores dicuntur Cornatio, Caluo populares, vulgares & viles. Vbi exemplaria Regia manu ſcripta quædam δεσμεῦται habent, hoc eſt, vincti ſunt & captiui, in vinculis & carcere habentur, & idem ſonat quod δεσμοῦται.

Δημὸς pinguedinem, adipem ſignificat. In Epiſt. (pag. 535.42.) οἱ νεφροὶ ἐμπεφυσμένοι δημῷ, renes pinguedine inrecti, cincti. δημὸς τὸ λίπος exponitur Heſychio, eaque dictione vtitur Homerus crebrò & ἀργέτα δημὸν dicit, λευκὴν πιμελὴν, λευκὸν λῖπος, albam pinguedinem, candidum adipem.

Δῆσαι eſt ligare, adſtringere, quod πυκνῶσαι, quod eſt, denſare & durare apud Hippocratem exponit Galen. Comment. 3. in libr. κατ' ἰητρεῖον (pag. 697. 22.) cui λῦσαι opponit Hippocrates quod eſt ſoluere, ἀραιῶσαι, μαλακύναι, rarefacere, emollire exponit Galen. Idem tamen libr. 2. Salub. (pag. 235. 4.) iſtum Hippocratis locum explicans, δῆσαι, σκληρύναι, συνάγειν, σφίγγειν, δεῖν, πυκνοῦν, καὶ δυσπαθῆ τὴν σάρκα ποιεῖν, exponit, hoc eſt, durare, cogere, conſtringere, ligare, denſare, aut tactu duram carnem reddere.

¶ Διαβεβῶτα σφυρὰ dicuntur Hippocrati malleoli diducti, diuaricati, diſparati, ac velut digredientes. Libr. de art. (pag. 614. 57.) κἄπειτα προσδῆσαι μὲν τοὺς πόδας παρὰ τὰ σφυρὰ πρὸς τὴν κλίμακα μὴ διαβεβῶτα. deinde ad ſcalam pedes quidem iuxta malleolos non diuaricati deligandi.

Διαβιβάσκειν pro διαβιβάζειν ponitur, quod eſt, traiicere, tranſcendere, traducere & tranſmittere. Libr. de fract. (pag. 533. 23.) ἐπὶ μεῖζον διαβιβάσκειν, longiore tranſmiſſo interuallo, aut longiore tranſcurſo ſpatio. Erotianus διβάσκειν, διαβιβάζειν exponit apud Hippocratem, tanquam à διαβάσκω.

Διάγειν quod eſt traiicere, traducere, percurrere, de ægris dicitur qui morborum tempora percurrunt & tranſigunt, aut ad morbos refertur, qui tempus ſuæ καταστάσεως exigunt & tranſmittunt. Libr. 1. Epid. (pag. 354. 16.) ἀπέθανον δὲ θᾶσσον ἢ ὡς εἰώθασι διάγειν τὰ τοιαῦτα. Celerius verò interierunt quàm huiuſmodi morbi percurri ſoleant. διάγειν aliòqui vitam traducere & degere ſignificat, Ibidem (pag. 253. 31.) τὰ δὲ ἄλλα ὅσα κατ' ἰητρεῖον, ἀνόσως διῆγον. De reliquo autem quod ad ea attinet quæ ad Chirurgiam ſpectant, in his ſine morbo degebant, aut vitam traducebant, hoc eſt, inculpatè habebant.

Διαγίνεσθαι, ſupereſſe, durare, vitam producere, & in vita permanere, euadere, ſuperuiuere & vitam tolerare. Libr. 1. Epid. (pag. 354. 12.) καὶ τῶν κατακειμένων, οὐκ οἶδα οἵτινες καὶ μικρὸν χρόνον διεγένοντο. Atque haud ſcio ſi quis ex decumbentibus etiam modico tempore ſuperfuit, in vita permanſit, aut vitam produxit. Lib. 1. de Morb. (pag. 138. 19.) ἢν δὲ ἐς τὰς ἡμέρας διαγίνωνται τὰς δύο καὶ εἴκοσι. Si verò ad vigeſimum ſecundum diem ſuperſint, hoc eſt, perueniant.

Διάγνωσις eſt præſentium per ſigna cognitio. Gal. Comment. 1. in Progn. (pag. 121. 12.) ἀλλὰ τήν γε τῶν παρόντων γνῶσιν, ἰδίᾳ προσηγορίᾳ καλεῖν εἰθίσμεθα διάγνωσιν. Verùm præſentium cognitionem proprio & ſuo nomine conſueuimus nominare διάγνωσιν.

Διαδίδωμι idem quod ἐνδίδωμι, cedo, remitto, remiſſius ago. De morbo effertur Hippocrati, cùm de vehementia remittit, medicamentis aut naturæ cedit & obſequitur, Libr. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 93. 41.) οὐ γὰρ διαδιδοῖ, ὠμὸν ἐὸν τὸ πάθος. Neque enim cedit aut remittit quæ adhuc cruda eſt affectio.

Διαδέξιες ſunt humorum ſuſceptiones, exceptiones, ſucceſſiones & humorum ex parte in aliam partem migrationes ac tranſitus, eorumque μεταστάσει accommodantur. Referuntur etiam ad τῶν κρισίμων criticarum genus, & ad morborum in alios morbos tranſitus, vt ſatis patet ex Gal. comment. in aph.

in aph. 10. ſect. 2. libr. 6. Epid. vbi αἱ διαδέξιες τῶν ὑποχονδρίων, præcordiorum ſucceſſiones, διαδοχαὶ dicuntur Galeno. Sic διάδεξις dicitur Aretæo, morbi in alterum tranſitus & ſucceſſio. cap. 2. libr. de Cur. morb. ac. ἢν δὲ μὴ ἐκ διαδέξιος νόσου, ἀλλ' ἑωυτῆς ἄρχεται ὁ λήθαργος. Quòd ſi non ex alterius morbi ſucceſſione, verùm ex ſe veternus initium ducat. Rurſus ibidem, ἢν μὲν ἐξ ἑτέρης νόσου, ὁκοῖον ἐκ φρενίτιδος διαδέξηται ἡ λήθη, ſi quidem alteri morbo, nempe phrenitidi, veternus ſuccedat.

Διάθεσις affectio, eſt qualitas quæ facilè tollitur ac ſoluitur. διάθεσις νοσώδης dicitur Galeno Comment. 5. in libr. 6. Epid. (pagin. 509. 35.) non ſolùm iam nata affectio, ſed etiam cùm conſtari cœperit. ὀνομάζω δὲ νοσώδεις διαθέσεις, οὐ μόνον ὅταν ἤδη νοσῶσιν, ἀλλὰ κἂν τοῦ ἤδη ἄρχηταί τις αὐτῶν συνίστασθαι. Morboſas autem affectiones voco, non ſolùm cùm aliqui iam ægrotant, ſed etiam cùm ex ipſis quædam exoriri incipit. Eſt etiam διάθεσις idem quod ἕξις Galeno libr. ad Thraſybulum (pagin. 290. 12.) διαφέρει δὲ μηδὲν ἔν γε τῷ παρόντι, διάθεσιν ὀνομάζειν ἢ ἕξιν. Nihil refert autem in præſentia affectionem aut habitudinem appellare.

Διαθέσιας διαφύσιας exponit Erotianus apud Hippocratem, hoc eſt, interſtitia, interualla, diſcrimina.

Διαθρύπτειν comminuere, conterere ſignificat & de pane dicitur qui in micas frangitur aut diſſoluitur, libr. 3. περὶ διαίτης (pagin. 103. 43.) διαθρυπτομένῳ δὲ ἐς οἶνον μέλανα, ἢ ζωμὸν ὑείων κρεῶν, pane in vinum nigrum aut ſuillæ carnis iuſculum contrito, aut in micas fracto & diſſoluto.

Δίαυδρος Galeno exponitur in Exegeſi διαφανὴς, pellucens, tranſparens, ex libro ſecundo de Morb. maiore, (Sic enim apud Galen. legendum eſſe (aut διαυγρος) ſeries alphabetica poſtulat, cùm δίυδρος paſſim legatur) Videtur autem locus libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν ſubnotari (pagin. 201. 16.) vbi ſcribitur, ἡ δὲ γαστὴρ δίυδρος καὶ μεγάλη ὥσπερ λαμπτὴρ. Venter verò humore tumidus & pellucens velut laterna, hoc eſt, perhumeſcens ac diſtentus, nimioque humore pellucens; qualis eſt aqua intercute laborantibus. Quæ lectio etſi rectè probari poteſt, vt δίυδρος, δίυγρος aut δίυδρος ὁ ὑγρὸς, hoc eſt, perhumectus, dilutus aut limpidus dicatur: apparet tamen Galenum διαυδρος legiſſe, aut δίυδρος. διαυδρον Heſychius διαφανὲς, καθαρὸν, δίυγρον exponit, pellucidum, purum, perhumectum, & διαυγρον, δίυδρον, διαφανὲς, perſpicuum, tranſparens. δίυδρος autem eidem exponitur διαφανὴς ἢ λαμπρὰ καθέδρα, ſedes perſpicua & lucida.

Διαρῖσαι Erotianus apud Hippocratem pro διελθεῖν poſitum ſcribit quod eſt percurrere aut pertranſire.

Διαΐσσειν eſt peruadere, perrumpere, cum impetu ferri, diſcurrere, pertranſire. Coac. Prænot. (pagin. 427. 37.) καὶ διὰ τῶν ὤτων ἤχους διαΐσσειν, & ſonitus aures percurrere. Libr. etiam 1. περὶ γυναικ. (pag. 242. 19.) καὶ φρίκαι διὰ τοῦ σώματος διαΐσσουσι, & horrores per corpus cum impetu feruntur, diſcurrunt, perrumpunt. Et libr. 2. (pagin. 271. 37.) ἐς τὰς σφαγὰς ὀδύναι διαΐσσουσι, per iugula dolores diſcurrunt, tranſiliunt. Libr. 1. de Morb. (pagin. 136. 42.) ὀδύναι διαΐσσουσιν ἄλλοτε ἄλλῃ τοῦ σώματος. dolores aliàs ad aliam corporis partem diſcurrunt. Hinc διαΐσσων πόνος, dolor penetrans dicitur, qui à parte primariò affecta celeriter ad vicinas partes cum impetu tranſit & percurrit. Sic enim apud Archigenem explicat Galen. libr. 2. de loc. affect. (pagin. 263. 24.) ὁ δὲ διαΐσσων πόνος ἐστὶν, ὅταν ὥσπερ ἀπὸ ῥίζης ἀρχόμενος τοῦ πρωτοπαθοῦντος μορίου, φέρηται ταχέως εἰς τὰ παρακείμενα. Peruadens autem dolor eſt, qui à parte primariò affecta, veluti à radice incipiens, celeriter in partes adiacentes transfertur.

Δίαιτα vitæ ratio & inſtitutum, victus quoque ratio & genus quod omnem viuendi modum quem quis ſequitur in rerum omnium vſu complectitur. Neque enim διαίτης nomine cibi & potiones tantùm intelliguntur, ſed & quæ circa corpus in vitę vſu procurantur. Galen. Comment. 3. in libr. 3. Epid. (pagin. 420. 3.) λέγω δὲ δίαιταν οὐ τὴν ἐν τοῖς ἐσθιομένοις τε καὶ πινομένοις μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις, οἷον ἀργίαις, γυμνασίοις, λουτροῖς, ἀφροδισίοις, ὕπνοις, ἀγρυπνίαις, ἅπασί τε τοῖς ὁπωσοῦν γινομένοις κατὰ τὸ τῶν ἀνθρώπων σῶμα. Victus rationem appello, non eam modò quæ cibo & potu conſtat, verumetiam quæ omnibus aliis, vt otio, exercitatione, balneo, venere, ſomno, vigiliis, atque iis omnibus quæ quouis modo fiunt in corporibus humanis. Sic διαιται in valetudinis ratione conſiderationem habent, aph. 43. lib. 6. Epid. ſect. 8. & in cauſarum ſalubrium genere quæ corpus noſtrum conſeruant accenſentur. Et aph. 48. διαίτη, hoc eſt, victus rationem, quo ad eius fieri poterit dignoſcendam proponit. διαιτήματα quoque nō ſolùm victus rationem quæ in eſculentis & poculentis conſiſtit ſignificant, verumetiam vitæ ſortem & conditionem complectuntur. vt in his quæ adiecta ſunt libr. περὶ φύσ. ἀνθρώπου (pagin. 18. 42.) αἱ δὲ νοῦσοι γίνονται, αἱ μὲν ἀπὸ διαιτημάτων, morbi partim ex viuendi ratione oriuntur. Et lib. 6. Epid. ſect. 8. aph. 46. τὰ ἐναντία ἐν τῇ νούσῳ διαιτήματα. In morbo contraria victus ratio adhibenda. Δίαιται ἀσθενέες καὶ ἰσχυραὶ, victus ratio imbecillis & valida, aph. 16. ſect. 4. libr. 6. Epid. Imbecilla autem victus ratio dicitur, quæ imbecillum animal reddit, vt quæ fit per motiones corporis leues, & cibos qui nullam aliquam præ ſe ferunt inſignem qualitatem. Valida verò contra. Dicitur etiam imbecillis victus, qui paucum alimentum præbet, vt validus contra, qui multum. Sic libr. de rat. vict. in morb. ac. (pagin. 48. 1.) ἀσθενεστάτην πτισάνην, imbecilliſſimam ptiſſanam vocat (vt explicat Gal.) quæ paucum corpori præſtet alimentum, vel quæ nullam vehementem habeat quali-

tatem. Sic Celſus capit. 18. libr. 2. valentiſſimum cibum vocat in quo plurimum alimenti ineſt, imbecilliſſimum verò in quo paucum, vbi eoſdem cibos infirmos vocat. Libr. etiam 6. Epid. ſect. 5. aph. 20. τὰ ἀδυνατώτερα σιτία, imbecilles cibi dicuntur, qui paucum præbent alimentum, vt illic explicat Galenus. Διαίτη ξυνεσταλμένη, victus ratio contracta, preſſa & tenuis, ἐν ἀρχαίῃ ἰητρικῇ (pag. 19. 6.) cui ξυγκεχωρημένην indulgentiam & conceſſionem opponit. Διαιτῶσι Hippocrates pro διαιτᾷ interdum effert. vt libr. 1. περὶ γυναικ. (pagin. 241. 19.) ἢν γε μή τις ἐν τάχει ἐπιτηδειοτέρως διαιτῶν, niſi quis breui commodiorem victus rationem inſtituat. Διαιτῆσαι etiam pro διαιτῆσαι dicitur, & διαιτᾶν victus ratione adhibita curare ſignificat. Libr. 1. περὶ γυναικ. (pagin. 242. 21.) διαιτῶν λουτροῖσι, balneis curato. Rurſus ibidem (pagin. 243. 17.) διαιτωμένη δὲ ἡ γυνὴ περιγίνεται. Quòd ſi ratione victus curetur mulier, ſuperſtes erit. Libr. etiam περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pagin. 200. 12.) τὴν δὲ ἄλλην δίαιταν καλῶσι διαιτῆσαι. reliquam victus rationem ſeruare iubeto.

Διακενῆς aut διὰ κενῆς fruſtra ſignificat, & διὰ κενῆς ἐξαναστάσεις dicuntur libr. 7. Epid. (pagina 355. 34.) irritæ exurrectiones, quibus nihil aut parum admodum ægri egerunt. Rurſus ibidem (pagin. 363. 37.) τὰ ὄμματα διὰ κενῆς ὡς εἴ τι βλέπων ξυνέστρεφε. oculos fruſtra, non ſecus ac ſi quid intueretur, conuertebat. Διακενῆς θηρεύων, qui fruſtra aliquid venatur & captat, de phrenitico dicitur, qui manibus porrectis, fruſtra ſemper aliquid captabat. Libr. 7. Epid. (pagin. 353. 33.) τῇσι χερσὶν ὀπτριζόμενος, καὶ ἀεί τι διακενῆς θηρεύων, & manibus porrectis ſemper aliquid fruſtra venabatur, captabat.

Διακιγκλίσαι, leniter agitare, commouere, dimouere, Libr. de art. (pagina 660. 11.) δεῖ δὲ αἰεὶ πάντα τὰ ἄρθρα ὁκόσα μέλλεις ἐμβάλλειν, προαναμαλάξαι καὶ διακιγκλίσαι. Omnes item recondendi articuli, ante emolliri & dimoueri debent. Διακίγκλισον, διάσεισον Heſych. exponit.

Διακινῆσαι de exiguo ac leui motu & agitatione dicitur Hippocrati, vt ſcribit Galen. Comment. 4. in libr. de art. (pagin. 654. 45.) Eamque dictionem vſurpat Hippocrates libr. de art. (pagin. 601. 18.) ὅσοισιν ἐν τῇ χρήσει πυκινῶς διακινέεται. quicunque in vſu crebrò dimouentur. Sic διακινήματα τῶν ὀστέων dicuntur Hippocrati libr. de fract. (pagin. 572. 45.) paruæ oſſium elapſiones ac veluti emotiones, vt ὀλισθήματα integræ oſſium prolapſiones & luxationes. Διακινήματα dicuntur Celſo cùm oſſa paulatim exceſſerunt, vt ὀλισθήματα, quæ toto loco mota ſunt, capit. 14. libr. 8.

Διακναίω, corrumpo, vitio, fœdo, perfrico, lancino, mordeo, corrodo. idem quod ἀποκναίω, κατατρύω, διαφθείρω. διακναίει apud Hippocratem quod & διακναίει dicitur, ἀποκναίει exponit Galen. in Exegeſ. videturque locum libr. 1. de Morb. (pagin. 132. 19.) ſubnotare, vbi ſcribitur, καὶ ὁ ἀσιτίη διακναίει. & inedia vexat, lancinat, corrodit, mordet. Sic διακναίομαι διαφθείρομαι ſignificat, corrumpor, vitior. Libr. 2. περὶ γυναικ. (pagin. 268. 30.) ἡ δὲ νοῦσος γίνεται μάλιστα, ἢν ἐν αὐτῇσι τι διακναισθῇ. Hic autem morbus oritur præcipuè, vbi quid in ipſis corruptum fuerit, vitiatum, corroſum. Rurſus ibidem (pagin. 269. 13.) ἡ δὲ νοῦσος λάζεται ὁπὴν διακναισθῇ τι τὸ ἔμβρυον, ἢ ἐκβάλῃ ἐν τόκῳ. Hic verò morbus corripit, vbi aliquid ex fœtu corruptum fuerit, aut in abortione, aut in partu. Διακναισθῇ Erotianus apud Hippocratem διαφθαρῇ exponit. Heſychius διακναιόμενον, διατεινόμενον, φθειρόμενον, & διακναῖσαι, διαφθαρεῖν.

Διακομίζειν idem quod ἀνακομίζειν ſignificat, reficere, reſtaurare. Libr. 2. de Morb. (pagin. 152. 31.) σιτίοισι διακομίζειν αὐτὸν μαλθακοῖσιν, ἐξ ὀλίγου ἀρχόμενος. cibis mollibus ipſum reficito, ſeorſim ducto initio.

Διακοπὴ diſciſſionem, præciſionem, & profundam diſſectionem ſignificat Hippocrati, diciturque non de quouis vulnere, ſed magno & profundo. Aph. 18. libr. 6. κύστιν διακοπῆναι, veſica diſciſſa, cùm veſica profundius inciſa fuerit. vbi διακοπὴ eam quæ ad profundum vſque fit diuiſionem indicat. Sic enim hanc vocem explicat Galenus. ὑμῖν ἐπεὶ γε τῶν ἄλλων ὁμολόγηται πᾶσα τρῶσις ἄφυκτον ἔχειν τὸν θάνατον, ἀλλ' ἡ μεγάλη τε καὶ μέχρι βάθους, ὅπερ εἰκός ἐστι σημαίνεσθαι πρὸς τῆς διακοπῆναι φωνῆς, ἵνα ὅτι τῆς κύστεως χιτὼν ὅλος διακοπῇ μέχρι τῆς ἐντὸς εὐρυχωρίας, ἑκατέρου τε τῶν ἄλλων. Neque tamen in aliis confeſſum eſt omne vulnus ineuitabilem afferre mortem, ſed magnum & profundum, quod ſignificari vero eſt ſimile per hãc vocẽ [diſciſſa] vt tota veſicæ tunica vſque ad internam capacitatem diſciſſa, atque aliorum vnumquodque intelligatur. Rurſus idem, τὰς μεγάλας τρώσεις εἴωθεν ὁ Ἱπποκράτης ὀνομάζειν διακοπάς. magna vulnera Hippocrates præciſiones nominare ſolet. Aph. 19. libr. 6. ὁπὴν διακοπῇ ὀστέον, vbi diſciſſum os fuerit. Vbi Galenus τὰ διακεκομμένα ſcribit ἐστὶ πέρας ἔχοντα διήκουσαν τὴν διαίρεσιν, hoc eſt, diſſecta diuiſionem habere ad extremũ vſq; peruenientẽ. Eaque ratione diſciſſa ab iis quæ diuiſa ſunt differre. ἡ ἐγκεφάλου διακοπὴ, cerebri præciſio dicitur aph. 50. lib. 6. cùm vulnus in cerebrum impactum eſt. Et Galenus τρῶσιν exponit, Philotheus verò διὰ βάθους τομὴν, ſectionem ad profunda penetrantem. Hippocrates quidem libr. 1. de Morb. (pagin. 130. 4.) eandem ſententiam referens, pro διακοπῇ, τρωθῇ ſcripſit. In Coac. Prænot. (pagin. 439. 49.) ἢν ἔντερον διακοπῇ, ſi inteſtinum diſſectum fuerit, & νεῦρον διακοπὲν præciſus neruus (pagin. 440. 1.) ὀστέου διακοπὴ aph. 24. libr. 7. oſſis capitis & cranii præciſionem indicat, eamque non leuem aut ſimplicem, ſed ad interiorem vſque capacitatem peruenientem, quam vacuus excipit locus cerebrum comprehendens, ita

dens, ita vt ad membranas cerebrum contegentes affectio pertingat. Eaque ratione ὀστέου διακοπὴ oſſis capitis præſectio aut præciſio, ad ἕδρην refertur libr. de capit. vuln. (pagin. 446. 47.) Galenus autem extremo libr. 2. de cauſ. Morb. (pagin. 2 1 1. 32.) διακοπὴν vocari ſcribit ſolutam in oſſe capitis continuitatem ab acuto aliquo irruente & abſcindente, eandemque ἐγκοπὴν & ἕδραν dici. διακόμματα diſciſſa ſunt Hippocrati Prorrhet. 2. (pag. 419. 16.) eadem quæ διακοπαὶ diſſectiones aut præciſiones. τὰ ἐν τοῖσι ἀγκῶσι διακόμματα. Quæ in cubitis diſciſſa ſunt. Diſciſſa autem dici poſſunt, quæ magnas habent diſſectiones. diſcuſſa vocat Celſus, vt capit. 26. libr. 5. 25. libr. 7. & 4. lib. 8.

Διακρίνειν, decernere, diiudicare, diſceptare, decidere. In Coac. Prænot. (pagin. 427. 31.) τοὺς καυσώδεας διακρίνουσιν αἱ τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέραι. febres ardentes diebus quatuordecim decernunt. Significat & διακρίνειν ſecernere, ſeparare, diſcriminare, deficere aut diſſolui. Libr. 2. de Morb. (pag. 157. 38.) ἡ δὲ νοῦσος μάλιστα διακρίνει ἐν οὐδενί, hic fere morbus à nullo diſcedit, à nullo ſeparatur, hoc eſt, neminē deſerit, ſed omnis generis ætatem affligit, aut nullius ætatis ac ſexus rationem habet, nihilque diſcernit. Caluus in nullo decernere dixit. Sic διακρίσιες ἐν νόσοισι dicuntur, quæ in morbis fiunt ſecretiones, ſeparationes, & iudicationes, hoc eſt, humorum in morbis vacuationes tum criticæ, tum ſymptomaticæ. Libr. περὶ γονῆς (pagin. 28. 17.) καὶ ἀπὸ τουτέων αἱ νόσοι γίνονται, ἢ αἱ ἐν νόσοισι διακρίσιες. à quibus [quatuor humoribus] tum morbi fiunt, tum diiudicantur.

Διαλαμβάνειν eſt interſtitium facere, tempus interponere. Libr. 1. περὶ γυναικ. (pagin. 252. 1.) εἰ δὲ μὴ, διαλαβόντα σείειν, ſin minus, tempore intermiſſo, concuſſionem facere, hoc eſt, interſtitio facto, aut intermiſſione facta. Sic διαλήψιες ſunt Hippocrati vinculorum interceptiones & intercapedines, cùm relictis aliquot ſpatiis inanibus intermittunt & cutem intercipiunt. Libr. de art. (pagin. 605. 56.) καὶ πλείστας μὲν σκεπάρνους ἔχουσα, διαῤῥωγὰς δὲ καὶ διαλήψιας, quippe quæ plurimas aſcias interruptioneſque & interceptiones habeat, hoc eſt, intercapedines.

Διαλέγεσθαι ſermonicari, loqui, diſſerere, dicitur de voce articulata & ſermocinatione, vt ægr. 2. libr. 3. Epid. poſt ſt. peſt. καὶ πάλιν κατενόει καὶ διελέγετο, turſuſque ad intelligentiam rediit & ſermocinata eſt. Cui ἄφωνον opponit Hippocrates, vt & libr. 3. Epid. ſt. peſt. (pagin. 425. 8.) καὶ πάλιν κατενόουν καὶ διελέγοντο, turſuſque ad intelligentiam redibant & loquebantur. Paulò tamen ante ἄφεσιν, λύσιν, & ἀφωνίαν poſuerat, membrorum exolutionem & vocis defectionem. Eadem quoque ratione τῷ διαλέγεσθαι ἄναυδον opponit Galen. in Exegeſi, cùm ἄναυδον exponit διαλέγεσθαι ἀδυνατοῦντα, eum qui ſermocinari nequit. Hippocrates etiam libr. περὶ σαρκῶν vulgò inſcripto, vbi vocis & loquelæ rationem explicat, τὸ διαλέγεσθαι de voce articulata & ſermone dici manifeſtò indicat, cùm ſcribit (pagina 43. 14.) διαλέγεται δὲ διὰ τὸ πνεῦμα ἕλκειν εἴσω πᾶν τὸ σῶμα. Sermonis verò facultas ex eo quòd totum corpus ſpiritum intrò trahit. Rurſus (v. 18.) ἢν δὲ μὴ ἡ γλῶσσα ἀρθροῖ προσβάλλουσα ἑκάστοτε, οὐκ ἂν σαφέως διαλέγοιτο. Niſi verò lingua vndiquaque occurrens articularet, non poſſet homo diſtinctè diſſerere. Et (verſ. 20.) τεκμήριον δὲ ἐπὶ τουτέῳ, οἱ κωφοὶ οἱ ἐκ γενεῆς, οὐκ ἐπίστανται διαλέγεσθαι. ἀλλὰ τὰ μονόφωνα μοῦνον φωνέουσι. οὐδ᾽ εἴ τις τὸ πνεῦμα ἐκπνεύσας πειρῷτο διαλέγεσθαι. Cuius rei indicium præbent muti à primo ortu, qui diſſerere nequeunt. ſed vna tantùm voce ſonant, neque ſi quis ſpiritum efflando ſermocinari conetur. Διαλεγόμενοι ἀσαφέως dicuntur aph. 2. libr. 6. Epid. ſect. 7. qui obſcurè loquebantur, quibus fluxio ad gutturis internos muſculos ferebatur, quod eſt præcipuum vocis inſtrumentum, indeque alterum anginæ genus indicatur. διαλεγόμενοι λαθραίως τελευτῶντες, qui inter loquendum moriuntur, quique cùm in diſcrimine minimè verſari videantur, de repente, neque percepta eorum morte, extremum diem finiunt. In Coac. Prænot. (p. 433. 29.) & Prorrhet. (pagin. 212. 7.) Quæ eſt popularis loquendi formula, cùm eos inter loquendum mori dicimus. Quam his verbis explicat Galen. Comment. 3. in Prorrhet. τὸ δὲ διαλεγομένους λαθραίως τελευτᾶν, τοῦτό γε δηλοῦν φασι, μηδὲν ἔχειν δοκοῦντας οἱ τοῦτο κακὸν, ἀλλ᾽ ὡς ἐν ἀκινδύνῳ καθεστῶτες, καὶ διαλεγόμενοι τοῖς παροῦσιν, ἐξαίφνης τελευτῶσιν. Illud autem, inter loquendum de repente mori, tale quid indicare dicunt. cùm ii nihil mali habere videantur, ſed velut in nullo diſcrimine eſſent conſtituti, cum præſentibus locuti, de repente intereunt. γλῶσσα ἐκπεπληγμένα διαλέγεται, lingua conturbata loquitur, Libr. de rat. vict. in morb. ac. (pagin. 105. 1.)

Διαλείπειν, quod eſt intermittere, de febribus quæ ad integritatém deſinunt dicitur, vt ſcribit Galen. comment. ad aph. 43. lib. 4. his verbis: ὅτι τὸ διαλείπειν ὁ Ἱπποκράτης ἐπὶ τῶν εἰς ἀπυρεξίαν παυομένων παροξυσμῶν λέγει δῆλον ἐποίησεν ἐν τῷδε τῷ ἀφορισμῷ, τοὺς ὁπωσοῦν διαλείποντας τῶν διὰ τρίτης παροξυνομένων ἀκινδύνους ἀποφαινόμενος. Quòd verbum διαλείπειν de acceſſionib. in integritaté deſinentib. efferat Hipp. apertè indicat hoc aphoriſmo, cùm febres tertio quoq; die acceſſioné habētes, quoquo modo intermittāt, periculo vacare aſſerit. Sic lib. de Temp. morb. ſcribit Gal. (p. 381. 39.) τὸ διαλιπεῖν οὐκ ἔστιν ἐπ᾽ ἄλλου δέξασθαι μέρους τῆς περιόδου, πλὴν ἀπυρεξίας ὑπαρχούσης. Hoc intermittere, de alia circuit⁹ parte capi nō pōt, ſi integritaté præterieris. Deinde οὐκ ἄλλο τι τὸ

διαλειπεῖν ἔστι παρά της ὠνόμασεν, ἤ τὸ λήγειν εἰς ἀπυρεξίαν. Non aliud Hippocrates διαλειπεῖν appellat, quàm ad integritatem deſinere, aphoriſmum 43. ſect. 4. explicans. Rurſusque paulò pòſt, ὅτ' ἐκλέγης αὖθις ἐπόμενος τῇ παλαιᾷ συνηθείᾳ διάλειμμα καλέσειν ἐν ταῖς τῶν τριταίων περιόδοις, τὸν καιρὸν τῆς ἀπυρεξίας. Quocirca meritò quis pro veteri more in tertianis circuitibus intermiſſionem vocauerit integritatis tempus. Idem quoque (ibidem. pagin. 380. 46.) Hippocratem appellare διάλειμμα aſſerit, τὸ κατὰ τὴν ἀπυρεξίαν, interuallum quo ægri ad integritatem deueniunt. Rurſus (ibidem pag. 382. 50.) διάλειμμα γὰρ καλοῦσιν οὐκ ὀλίγοι τῶν ἰατρῶν, τὸ μετὰ τὴν ἀκμὴν ἅπαν, ὅπως ἂν ἔχῃ φύσεως, εἴτ' οὖν εἰς ἀπυρεξίαν παυόμενον, εἴτε καὶ μή. διάλειμμα namque vocant non pauci Medici omne poſt vigorem tempus, cuiuſcunque ſit naturæ, ſiue ad integritatem deſinat, ſiue non. At verò Comment. 3. in libr. 1. Epid. (pagin. 378. 22.) διαλείπειν dici ſcribit tum de febribus intermittentibus quæ ad integritatem deſinunt, tum etiam de continuarum remiſſione, quæ particularibus acceſſionibus mutationem & remiſſionem, non etiam integritatem habent, his verbis: οὕτω δὲ καὶ διαλείποντας ἐνίοτε μὲν ἐκείνους μόνους ὀνομάζουσι, τοὺς εἰς ἀπυρεξίαν παυομένους, ἐνίοτε δὲ τοὺς μὴ παυομένους εἰς ἀπυρεξίαν, ἀξιολόγους δὲ μεταβολὰς ποιουμένους τῶν κατὰ μέρος παροξυσμῶν, εἰς ἀρχήν τε καὶ ἀνάβασιν, ἀκμήν τε καὶ παρακμήν. ἐπειδὴ τῶν νεωτέρων ἰατρῶν, τοὺς μηδεμίαν ἀξιολογωτέραν ἴσχοντας μεταβολήν, οὐ συνεχεῖς, ἀλλὰ συνόχους ὀνομάζουσι. συνεχεῖς δὲ μόνους ἐκείνους, ὅσοι μήτ' εἰς ἀπυρεξίαν λήγουσι, καὶ διαλιμπάνοντας τοῖς κατὰ μέρος παροξυσμοῖς, τούτους οἱ παλαιοὶ ποτὲ μὲν συνεχεῖς ὀνομάζουσι, ποτὲ δὲ διαλείποντας. εἰσὶ γὰρ οὗτοι ἐν τῷ μέσῳ τῶν συνεχῶν, καὶ τῶν εἰς ἀπυρεξίαν παυομένων. ὁπότε οὖν οὗτοι μὲν τοῖς συνόχοις παραβάλλονται, διαλείποντες καλοῦνται, ὅταν δὲ τοῖς εἰς ἀπυρεξίαν λήγουσι, συνεχεῖς. Eodem modo & intermittentes interdum quidem eas ſolas appellant, quæ ad febris carentiam deueniunt, interdum verò eas quæ non ad integritatem deſinunt, verùm inſignes faciunt mutationes ſingularum acceſſionum, in initium, augmentum, vigorem & remiſſionem. Quidam verò ex recentioribus Medicis, eas quæ nullam effatu dignam mutationem habent, nō συνεχεῖς, ſed συνόχους nominant. συνεχεῖς autem ſolas illas quæ neque ad integritatem veniunt, & ſingulis intermittunt acceſſionibus. Eas veteres interdum quidem continuas, interdum intermittentes nominant, cùm ſint certe inter continuas & eas quæ ad integritatē veniunt mediæ. Rectè igitur vbi cum ſynochis cōferuntur, intermittentes vocantur, vbi verò cum his quæ ad integritatem deſinunt, continuæ. Deinde rurſus (ibidem v. 33.) τὸ γὰρ διαλείπειν διχῶς νενοημένον τε καὶ λεγόμενον, καθὼς προείρηται, τοὺς καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἢ νύκτα παροξυνομένους, διαλείποντας ἐροῦμεν, ἐάν τ' εἰς ἀπυρεξίαν, ἐάν τ' εἰς καλουμένην ἔνδοσιν ἥκωσι. Nam cùm intermittere tum duobus modis intelligatur, tum dicatur, vt ſupra diximus, febres quæ ſingulis diebus aut noctib. acceſſiones habent, intermittentes dicemus, ſiue ad integritatem, ſiue ad vocatam remiſſionem perueniant. διαλείποντες πυρετοὶ ob ſuppurationem febres intermittentes dicuntur in Coac. Prænot. (pag. 427. 9.) cùm tamen ſint becticæ & perpetuò affligant, quòd leues ſint & obſcuræ, inæquales, & crebras habeant repetitiones ac mutationes. Nam noctu quàm interdiu vehementiores deprehenduntur, & à cibo præcipuè intendi videntur. Διαλείπειν in fracturarum ratione etiam intermittere ſignificat & intermedium ſpatium intactum relinquere. Libr. de fract. (pagina 560. 44.) κατὰ δὲ τὸ ἕλκος αὐτὸ διαλείπειν, qua vlcus eſt intermittunt, hoc eſt, vlcus nudum relinquunt. Rurſus (pag. 561. 3.) ἐν μέσῳ δὲ διαλειφθέν, intermedio quodam ſpatio relicto. Et, μάλιστα κατὰ τὴν διάλειψιν οἰδήσειεν ἄν. præcipuè iuxta illud intermedium ſpatium intumeſcat. Vbi tamen διάληψιν non male etiam habent omnia exemplaria. In pulſuum quoque ratione διαλείπειν intermittere ſignificat, vbi haudquaquam mouetur arteria ſed deficit, ſiue id in vno pulſu, ſiue in aceruo contingat. Vnde διαλείπων σφυγμὸς pulſus intermittens. Galen. libr. 2. de Præſag. ex pulſ. (pagina 129. 51.)

Διαλύειν diſſoluere, exoluere, quod corporibus attributū, diffundere, diſſoluere, & languida reddere ſignificat, & cōſtitutioni auſtrinæ tribuit aph. 17. lib. 3. quæ nimia humiditate qua neruos implet, eos languidos & ad motiones ineptos reddit. αἱ δὲ νότιαι διαλύουσι τὰ σώματα καὶ ὑγραίνουσι, auſtrinæ (conſtitutiones) corpora diſſoluunt & humectāt. Vbi τῷ διαλύειν, συνιστάναι videtur opponere Hippocr. quod eſt cogere. Eadem quoque notione νότοι διαλυτικοὶ dicuntur aph. 5. lib. 3. auſtri languorem inducentes, hoc eſt, languidos & exolutos homines efficientes. διαλελυμένος æger exolutus, diſſolutus, languidus, motrice facultate languida & reſoluta, aph. 18. ſect. 1. lib. 6. Epid. cui σύντονον τοῦ σώματος, corporis contentionem ac firmitatem opponere videtur. διάλυσις membrorum exolutionem ſignificat lib. 4. Epid. (p. 333. 26.) cui etiam κόπους iungitur. διαλύεται τὸ σῶμα, exponit Gal. Com. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 109. 19.) ἐκλυτικὸν ἱκανῶς γίνεται χωρὶς προφάσεως, hoc eſt, abunde exolutum effici abſque cauſa manifeſta.

Διαμένειν, durare, perdurare, perſeuerare, permanere, de his morbis dicitur qui in pueris pubertatis tempore non ſiuiunt, ſed perſeuerant, nec in fœminis ad menſtruorum eruptionem ſoluuntur, ſed poſtea permanent & diu tenent ac conſeneſcunt, χρονίζειν εἴωθεν dicit aph. 28. libr. 3. ἢν δέ τι ἀεὶ διαμείνῃ τοῖσι παιδίοισι. Qui verò in pueris permanſerint. διαμένειν etiam quieſcere aut

aut in eodem ſtatu manere ſignificat, diciturque de fiſtuloſo pectoris vlcere, quod cicatrice obductum tuſſicula refricabatur, aph. 50. ſect. 8. libr. 6. Epid. βηχία οὐκ εἴασε διαμένειν, tuſſiculæ quieſcere non ſinebant. Aph. 27. & 28. libr. 2. διαμένειν perdurare & permanere ſignificat.

Διαμπερὲς, in totum, prorſus, ab imo ad ſummum vſque, διαμπὰξ exponit Erotianus apud Hippocratem. Heſychius δι' ὅλου, πλέον, διαμπάξ. Libr. de fract. (p. 558. 54.) ἐὼν οὖν διαμπερὲς εἴη, ποιητέος ὁ σωλὴν. Canalis ergo ab imo ad ſummum vſque adhibendus, hoc eſt, qui totum crus excipiat & prorſus contineat. Ibi quoque Galenus σωλῆνα διαμπερῆ, τουτέστι δι' ὅλου τοῦ σκέλους explicat, canalem qui totum crus contineat ac comprehendat, vt & τὸ σκέλος ὅλον ἐν κύκλῳ περιλαμβανόμενον, ibidem Comment. 2. in libr. de fract. (pag. 554. 38.) Libr. etiam 2. de Morb. (pag. 155. 26.) ὀδύναι ἴσχουσι τὸ στῆθος καὶ τὸ μετάφρενον διαμπερὲς, pectus & dorſum dolores perpetuò aut vtrinque occupant. διαμπερέως dicitur lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 193. 17.) καὶ κεντεῖται ὑπὸ τῆς ὀδύνης διαμπερέως, & à dolore vſque ſtimulatur, διαμπερὲς ὀδύνη, dolor penitus tranſfigens, pertranſiens & penetrans, Libr. 2. περὶ γυναικ. (pag. 269. 29.) καὶ ἐς τὴν κεφαλὴν καὶ ἐς τὸν τράχηλον ὀδύνη διαμπερὲς, dolor caput & collum penitus transfigens & penetraus. Hæc autem dictio Homero valde eſt familiaris, Il. π (v. 171.) κλήρῳ τοῦ πεπάλαχθε διαμπερὲς, ſortem per vniuerſos mouete, & Il. χ. (v. 618.) ἔγχος ἐμὸν κατέπαυσε διαμπερὲς, haſta mea compeſcuiſſet in perpetuum.

Διαμυδᾷν nimio humore marceſcere & corrumpi. Libr. de vulner. cap. (pag. 451. 17.) ἀλλὰ πλουτοῦσι ζέει καὶ διαμυδᾷ. ſed demum putreſcit & nimio humore marceſcit.

Διαναγκασμὸς, coactionem & per vim membri alicuius reſtitutionem ſignificat. Eo autem nomine organum dicitur Hippocrati, quo vi adhibita ſpinæ peruerſæ reſtitutio fit, & inſtrumentum coactorium & deſcribitur libr. de art. (pag. 620. 51.) βάθρον ἢ ξύλον vocat Paulus. χρὴ δὲ τὴν κατασκευὴν τῇ διαναγκασμῷ τοιήνδε κατασκευάζειν. Optimè autem ad vim adhibendam huiuſmodi apparatus inſtruetur. διαναγκασμὸν huiuſmodi quidam διαναγκαζόμενον vocant, vt & apud Hippocratem, pro διαναγκασμῷ, διαναγκαζομένῳ quidam legunt.

Διανακαθίζειν ſedentem collocare, Libr. 2. περὶ γυναικ. (pagin. 287. 7.) ἄριστον δὲ ἐρυγάνειν, καὶ διανακαθίζειν. Optimum verò eſt ructum mouere & ſedentem collocare. Alii idem quod ἀνακαθίζειν ſumunt, vt ſit recumbere, quieſcere.

Διαναπαύεσθαι, interquieſcere, conquieſcere aut deſinere ac ceſſare, aph. 18. lib. 6. Epid. ſect. 2. & aph. 48. lib. 2. διαναπαύεσθαι eſt recreari & reſici, diciturque de parte corporis labore & laſſitudine afflicta, vbi recreatur ac reficitur, libr. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (pag. 35. 41.) οὕτως γὰρ ἂν ὁ ταλαιπωρέων τοῦ κοπιῶντος τοῦ σώματος διαθερμαίνοιτο καὶ συνιστῷτο, καὶ διαναπαύοιτο μάλιστα. Nam ita laborans fatigata corporis parte calefieri ac componi, maximeque recreari poterit.

Διάνοια intelligentiam, intellectum, conſilium, voluntatem ſignificat, προαίρεσιν explicat Galen. comment. ad aph. 2. ſect. 5. lib. 6. Epid. & ἐν διανοίᾳ agere dicuntur animalia, velut ἐν προαιρέσει, in his quæ voluntate & conſilio aguntur, διάνοια etiam mens, animus dicitur. cerebri temperiem ex quatuor qualitatibus ortam exponit Galen. cap. 6. libr. 3. de loc. aff. ex aph. 54. ſect. 8. libr. 6. Epid. τὸ ἐρρῶσθαι τὴν διάνοιαν de mentis conſtantia dicitur aph. 33. libr. 2. vbi διάνοιαν τὸ λογιστικὸν ſiue τὸ λογιστικὸν, hoc eſt, ratiocinandi facultatem indicat, vt mente conſtare dicantur, qui & imaginandi & ratiocinandi poteſtate valent. διάνοια θρασυτέρη, mens audacior, ferocior, libr. 7. Epid. (pag. 352. 2.) & ἡ διάνοια ἀποναρκοῦται, mens torpeſcit, obſtupeſcit, Coac. Prænot. (pag. 439. 12.) διανοήματα ſunt ægrotum cogitata, imaginationes, cogitationes, quæ ad futurorum præſenſionem in conſiderationem adhibet Hippocrates libr. 1. Epid. ſect. 3.

Διανοσεῖν eſt morbum trahere, diutius affligi & languere. In Prorrhet. (pag. 202. 4.) μακρότερον διανοσήσας, vbi diutius morbum traxerit. Ruſſus ibidem (pag. 209. 3.) ποικίλως διανοσοῦσι, variè morbum trahunt, aut variè affliguntur. Illud enim illic διανοσεῖν ſignificare videtur, cùm afflictionis varietatem his verbis indicet Galenus. οἶδα οὖν ἄπαξ κἀγὼ παραπλησίως ὑπὸ διατεθέντα, καὶ μεταπτώσεις ἔχοντα ποικίλως ἄλληλα διαδεχομένων τῶν συμπτωμάτων. Nempe & ſemel ſimili modo affectum quendam vidi, & variè ſeſe excipientium caſuum permutationem habentem. Iterum in Prorrhet. (pag. 210. 42.) διανοσοῦσι τι μακροτέρως, & diutius morbum trahunt. Vbi Galen. διανοσοῦσι μακροτέρως, χρονίως νοσοῦσι exponit, eique ὀξέως opponit, videnturque διανοσέοντες μακροτέρως iidem eſſe qui in Coac. μακροτέρως νοσέοντες dicuntur (pag. 426. 5.)

Διαντιαῖος aduerſarius, perpetuus, ex aduerſo penetrans. Libr. de art. (pag. 616. 43.) ἄλλαι δέ εἰσι τόνοι νευρώδεις διαντιαῖοι. Quidam etiam alii nerui neruoſi à ſummo ad imum in longitudinem protenſi. Vbi διαντιαῖοι exponit Galen. τοὺς ἄνωθεν κάτω διήκοντας ἐπὶ πολὺ μακρούς, à ſummo ad imum magna longitudine pertingentes. Verùm διατόνους legit Galen. cùm διαντιαίους apud Hippocratem ſcribatur. Rurſus eodem libr. (pagin. 621. 3.) ἱμάντα ἐκ δύο διαντιαίων ξυμβεβλημένον vocat, habenam duobus loris perpetuis inter ſe aduerſariis conſtantem.

Διαντλῆσαι eſt laborare tanquam in ſentina haurienda, & plurimùm angi circa rem aliquam perficiendam. ἐν παραγγελίαις (p. 18. 15.) διαντλίζονται περὶ μισθαρίων, de mercede plurimùm laborant, circa præmia difficiles ſe præbent, in mercede medico numeranda difficultatem faciunt, dicit Zuinggerus; affirmant de mercede, Cornarius, vt aliter legiſſe videatur. Caluus, abſumuntur & exhauriuntur dixit, aliterque diſtinxit, vt & faciunt exemplaria omnia.

Διαπαντὸς, ſemper, perpetuò, δι' ὅλης τῆς νόσου exponit Gal. Comment. 3. in libr. de rat. vict. in morb. ac. (p. 8 t. 12.) hoc eſt, per totum morbum.

Διαπεπλιγμένα σκέλεα, crura diducta, diuulſa, diſtracta & diiecta, longoque interuallo à ſe inuicem diſtantia, aut diuaricata dicuntur in Progn. (p. 127. 19.) καὶ τὰ σκέλεα ὑπὸ κεινόν ξυγκεκαμμένα εἶναι ἰσχυρῶς καὶ διαπεπλιγμένα. At vbi ſupinus iacet cruribus vehementer contortis & complicatis, aut vehementer reductis longeque à ſe inuicem diſparatis ac diuulſis. Galenus enim τὰ διαπεπλιγμένα, τὰ διεστῶτα μέχρι πλείστου, longè diſperſa, longoque interuallo inter ſe diſtantia exponit. Idem quoque ad extremum Comm. 1. lib. 6. Epid. eundem locum ſubnotans, τὰ διαπεπλιγμένα, τὰ διεστῶτα μέχρι πλείονος, plurimùm diuulſa ſignificare ſcribit. At verò in Exegeſi γλωσσῶν Hippocratis διαπεπλιγμένα, τὰ ἐπὶ πολὺ κατὰ τὴν πλιχάδα διεστῶτα, quæ plurimùm circa intermediã crurum partem (quæ πλιχὰς dicitur) ſunt diſparata, exponit, vt eum Progn. locum hac indicatura mihi innuere voluerit, & pro διαπεπλιγμένα διαπεπλιχμένα legiſſe, hoc eſt, crura plurimum diuaricata & diducta. Quod etiam coniiciendum relinquit Galenus Com. in Progn. cùm eam vocem vtroque modo ſcribi vult, per γ. & per χ. Nam & διαπεπλιγμένα & διαπεπλιχμένα ſcribi poſſe innuit, (vt & πλιγὰς ac πλιχὰς ſcribitur) & μέχρι πλείστου διεστῶτα exponit. Etſi διαπεπλιγμένα & διαπεπλιχμένα legi poſſe Galenum ſignificare voluiſſe ſumi poſſit, vt faciunt Interpretes. Nam & διαπεπλίχθαι Heſychius διεσχίσθαι τὰ σκέλη καὶ διαβαίνειν exponit. Verùm melius forte διαπεπλίχθαι apud eum ſcribatur, vt & διαπεπλιγμένον aut διαπεπλιχμένον, vt & πλιχὰς & πλίσσεσθαι. διαπεπλίχθαι nanque Euſtathius eſſe ſcribit διαπλίξαντα τοὺς πόδας. Διαπεπλιχὸς στόμα τῶν μητρέων, vterorum os diductum, expanſum ac diſparatum dicitur lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 281. 24.) pro διαπεπλιχός, quod eſt melius, libr. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 225. 23.) διακεχηνὸς, hians & apertum, & Prorrhet. 2. (p. 21. 31.) ἐκπεπληγμένον, forte pro ἐκπεπλιχμένον, aut ἐκπεπλιγμένον, expanſum, diductum & minimè corrugatum. Sic διαπεπλιχὸς, διεστὸς, κεχηνὸς, diſtans, hians Heſychio dicitur, & διαπέπλιχε, διαβέβηκε, pro διαπεπλιχὸς & διαπέπλιχε, vt & πλίγματα pro πλίγματα, βήματα exponit, gradus, greſſus. Galenus Com. 3. in libr. de fract. (p. 557. 36.) διαπεπλίχθαι & ἐκπεπλίχθαι ἀπὸ τῆς πλιχάδος Hippocrati dici ſcribit. Sed vitioſa eſſe exemplaria videtur & διαπεπλῆχθαι & ἐκπεπλῆχθαι aut melius διαπεπλίχθαι & ἐκπεπλίχθαι legi arbitror vt & πλιχάδα. Significat autem διαπεπλίχθαι & ἐκπεπλίχθαι diuaricatis ac diductis eſſe cruribus. διαπεπλιγμένα σκέλεα etiam dicuntur Coac. Prænot. (p. 439. 32.)

Διαπεραιωθεὶς βορβορυγμὸς, murmur tranſmiſſum, tranſiens, aut tranſgreſſum. Coac. Prænot. (p. 432. 18.)

Διαπήδησις fit cùm ſanguis quidem tenuatus aut ſeroſus, per vaſorum tunicam rarefactam tranſcolatus, ſiue ſudoris modo tranſmiſſus effluit, aut vbi per vaſorum laxitatem ſubſilit & reſudat. fit etiam interdum gracilium vaſorum ore adaperto. Galenus libr. 5. Meth. med. cap. 2. Diapedeſis in his videtur qui paucum ſanguinem expuunt, vbi ex gingiuis ſine vlla vulneratione ſanguis effluit, aut vbi in curationibus fracturarum ſæpe faſciolarum ligamenta maculis ſanguinolentis aſperſa reperiuntur. Expreſſionem ſiue ſudationem vocat Aurelianus Cap. 10. lib. 2. Tard. Paſſ. Prioris modi meminit Gal. Comm. 2. in Progn. (p. 145. 35.) ἀλλὰ καὶ τὸ κατὰ ἐνίας τῶν περιπνευμονιῶν ἐπιφαινόμενον αἷμα παντελῶς ὀλίγον, ὅμοιον γίνεται τῷ κατὰ διαπήδησιν ὀνομαζομένῃ πρὸς τῶν ἰατρῶν αἵματος πτύσει. γίνεται γὰρ καὶ τοῦτο τὸ σύμπτωμα, καταπίπτοντος μὲν αἵματος εἰς τὸ στόμα λεπτοῦ τὴν σύστασιν, ἀραιῶν δὲ τῶν οὔλων ὑπαρχόντων ὡς μὴ στέγειν αὐτό. καὶ μέν τοι κατὰ τὴν φάρυγγα δι' αἰτίαν τὴν αὐτὴν γίνεται τοῦ αἵματος τοιαύτη ἔκκρισις ὀρρώδους. Sed qui in quibuſdam peripneumoniis apparet ſanguis prorſus exiguus, ſanguinis expuitioni, quæ per diapedeſin à Medicis nominatam fieri dicitur, ſimilis exiſtit. Id enim contingit irruente in os ſanguine conſiſtentia tenui, & gingiuis raris vt eum continere nequeant. Quinetiam in faucibus quandoque ob eandem cauſam fit eiuſmodi ſeroſi ſanguinis excretio. Diapedeſin autem quidam ſub oſculatione, quam ἀναστόμωσιν vocant, quidam etiam ſub eruptione comprehendunt.

Διαπλάσσειν conformare & componere, hoc eſt, partem ſuum in locum reſtituere. Galen. Comment. 2. in libr. de art. (p. 608. 33.) οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἄλλο τί ἐστι τὸ διαπλάσσειν ἕκαστον οἰκεῖον μέρος, ἔξω τοῦ τὴν οἰκείαν ἑκάστῳ τῶν μορίων αὐτοῖς διδόναι χώραν. Nil enim aliud eſt conformare quamlibet partem, niſi propriam vnicuique parti ſedem reſtituere. Ἀναπλάσσεσθαι dicitur Hippocrati idem quod διαπλάσσεσθαι. Libr. de art. (p. 607. 44.) μάλιστα γὰρ οἱ ὅτε ῥὶς κατεαγεῖσα ἀναπλάσσεται, μάλιστα μὲν αὐθήμερος. Nam & ribi maximè naſus fractus reſtituitur, præcipueque eodem die. Et paulò ante ὅπως ἂν ἀναπλάσσηται καὶ ἔξωθεν.

ἕξωθεν, interiore & exteriore parte coofor-mare. Hinc διάπλασις vna ex actionibus chirurgicis quatuor, eſt fracti membri com-poſitio & conformatio, cùm fracturæ ex-trema ſeſe mutuò contingunt, & ita per diſtentionem componuntur, vt omnes fra-cti oſſis partes manibus fingentis ac con-formantis in cootrarium compellantur. Manibus enim ambabus vtrinque compre-hendendum eſt membrum fractum, oſ-que qnod in anteriorem partem receſſit, in poſteriorem; qnod in poſteriorem, in anteriorem propellendum: quodque in dextram abiit, in ſiniſtram; quodque in ſiniſtram, in dextram traducendum. Quod quidem in magnis & inſignibus fracturis contingit. In paruis enim, vtraque fracti oſſis pars ſuum ſitum ſeruat. Vbi partes igitur fracti membri in directum ſtatuun-tur, conformatio, Græcè διάπλασις, vocari conſueuit. Gal. Comment. 1. in libr. de fract. (p. 526. 10.)

Διαπλώουσι pro διαπλέουσι legitur apud Hippo-cratem, per epentheſin Ionicam, libr. de aëre, loc. & aq. (p. 77. 13.) ἀλλὰ μονοξύλοις διαπλώουσιν ἄνω καὶ κάτω ſed nauigiis ex ligno vno fabricatis ſurſum ac deorſum traüci-unt, nauigant. fortaſſis autem μονοξύλοις διαπλοίοισι legi poſſit, vt ſit, nauigiis aut lintribus ex ligno vno fabricatis.

Διαπλίσσειν ſiue Διαπλίσσειν ſignificat Diuaricari: ſicut videlicet πληχὰς ſiue πλιχὰς nominatur interſtinium quod eſt inter vtrumq; femur, qnod Latine interfeminium reddi poteſt. Inde διαπεπληγμένα ſiue διαπεπλιγμένα dicuntur quæ ad imitationem τῆς πληχάδος magna in-tercapedine diſiuncta ſunt. Inouit autem Euſtathius apud Homerum, πλίσσειν pro πλή-σσειν Æolice dici, quod eſt Pulſare terram pedibus: vnde πλίξ, πλίχος, πλιχὰς, & ſimilia, de quibus Henrici Stephani Theſaurus lin-guæ Græcæ.

Διαπλοκὴ implicatio dicitur, & ſumitur pro ſuccorum qui ad alimentum idonei futuri ſunt miſcella ac permixtiooe, lib. περὶ τρο-φῆς (p. 110. 30.)

Διαπνοὴ perſpiratio, perflatus, cùm per totum corpus aër attrahitur & expiratur. Galeo. Comment. 10 libr. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (p. 30. 23.) ὀνομάζω δὲ ἀναπνοὴν μὲν, τὴν διὰ τοῦ στό-ματος ἔξω τε καὶ εἴσω φορὰν τοῦ πνεύματος. διαπ-νοὴν δὲ, τὴν δι' ὅλου τοῦ σώματος ὁμοίως γιγνομέ-νην. Reſpirationem voco cùm ſpiritus per os intrò & extra fertur, perſpiratio-nem verò cùm idem per totum corpus contingit. Dicitur autem ἄδηλος διαπνοὴ, occulta perſpitatio, quòd hi motus obſcu-ri ſint, & natiui caloris beneficio per oc-culta cutis perſpiracula tententur, cuius meminit Galen. Comment. ad aph. 28. libr. 2.

Διαποίκιλοι μέλασι διαχώρημα, alui excremen-tum variegatum, nigris maculis diſtinctum, Coac. Prænot. (p. 444. 2.)

Διαπορήματα anxietates dicuntur, æſtuationes, inquietæ corporis iactationes, Lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 65. 43.) ἀπορίαν ex-ponit Gal.

Διαπρήσσειν peragere, conficere, obire, exe-qui, perficere, Lib. περὶ ἐνυπνίων (p. 106. 43.) πάσας τὰς τοῦ σώματος πρήξιας ἀπάσας ἡ ψυχὴ διαπρήσσε-ται, omnes corporis actiones anima obit. Ibidem (v. 45.) ταῦτα πάντα ἡ ψυχὴ ἐν τῷ ὕπνῳ διαπρήσσεται, ea omnia in ſõoo anima ob-it, peragit. lib. 1. περὶ διαίτης (p. 89. 15.) εἴ τι ἐνδεέστερον οἱ πόνοι διαπρήσσονται, ſi quid defe-ctuoſius labores obierint, tranſegerint. Vbi tameo codices quidam διαφρήσσονται cum manu ſcriptis legunt. Rurſus lib. 2. (p. 92. 7.) ὅσα δὲ δεῖ ψύξαι καὶ ξηρῆναι ἄλφι-τα διαπρήσσονται, polentæ, quæ refrigerare & ſiccare oportet, cooficiunt. Ibidem (v. 20.) μᾶζα διαπρήσσεται, maza conficit. Item (p. 96. 44.) ταῦτα ἡ κοιλίη διαπρήσσεται, ea venter conficit. Atque aliòqui his libris crebrò vſurpatur hæc dictio. διαπρήσσειν τὰ ἑωυτοῦ, ſua oegotia obire, ſuas res a-gitare, conficere, Lib. de fiſtulis (p. 518. 9.) Διαπρήσσειν etiã rem cóficere & peragere ſignificat, & de venereo actu dicitur Prorrhet. 2. (p. 415. 23.) εἰ δὲ πλεονάκις διαπρήξειε, at ſi ſæpius venerem exer-cuerit, rem peregerit. Sic πρῆγμα vene-reum actum vocat Aretæus cap. 4. libr. 1. Cur. morb. diut. καὶ γὰρ τὸ πρῆγμα τῆς νόσου φέρει τὰ σύμβολα. Nam & veneris ef-fectus morbi ſimilitudinem adfert, aut quandam ſocietatem aut neceſſitudinem cum morbo adducit.

Διαπτερώσεις dicuntur Erotiano apud Hippo-cratem διακαθάρσεις ὤτων, aurium repur-gationes, quòd purgandis auribus ioter-dum pennas adhibeamus, vt tibicines repurgandis tibiis. Aliòqui διαπτερώσεις ſuot alarum explicatiooes & expanſio-nes ac διαπτύξεις. Nam & διαπτύξαι, δια-πτερῶσαι exponit Heſychius, quod eſt ex-pandere & alas explicare. Videtur au-tem Erotianus ad locum Hippocratis libr. de rat. vict. in Morb. ac. reſpicere (pag. 79. 15.) καὶ ὥσπερ οἱ διαπτερώσειε τὸν βρόγχον, ac veluti ſi guttur dilataret, expanderet, ac explicaret. Agitur de valde acri oxymelite, quod ſecando, in-cidendo, & detergendo glutinoſum & craſſum ſputum edùcit, guttur dilatat & expurgat.

Διάπυον quod eſt puruleotum aut ſuppura-tum & pus colligit. διάπυον ἧπαρ, iecur purulentum, aph. 45. libr. 7. διαπύησις ſuppuratio, puris collectio. In Progn. (p. 131. 53.) τὸ οἴδημα μὴ καθιστάμενον ἐς διαπύησιν τρέπεται, tumor noo remiſſus in ſuppurationem vertitur. ἔμπυον ἔσεσθαι, hoc eſt, purulentum fore, poſtea dicit. δια-πυήματα etiam idem quod διαπυήσεις aut ἐκπυήσεις, ſuppurationes, in Progn. (p. 133. 13.) διαπυῆσαν καὶ ἀναρραγὲν φῦμα, ſup-puratum ac ruptum tuberculum, aph. 82. lib. 4.

Διάρθρωσις, articulatio, dearticulatio, oſſium inter ſe compages & articulorũ modo commiſſio. Galenus Com. 2. in lib. de art. (p. 600. 52.) διάρθρωσιν eſſe dicit τὴν φυσικὴν ὀστῶν σύνθεσιν, ἐναργῆ τὴν κίνησιν ἐχόντων, naturalem oſſium coniunctionem, quæ euidentem motum habent. διάρθρωσις etiam artuum conformationem, directionem & luncturam indicat, ὡς τῷ κατ' ἰητρεῖον (p. 697. 1.) διαρθρώσιος παράδειγμα, artuum conformationis exemplum. Vbi tamen διορθώσιος legunt omnia fere exemplaria, quæ eſt artuum in naturalem ſitum reſtitutio & directio, & prolapſi articuli in ſuam ſedem reſtauratio. Galenus tamen διαρθρώσιος legiſſe videtur. Διαρθρῶσαι etiam dirigere, reſtituere, conformare ſignificat, & de naribus fractis componendis effertur lib. de art. (p. 607. 44.) τὸ μὲν οὖν πρῶτον καὶ ἔσωθεν ἀναπλάσσειν καὶ ἔξωθεν ἀπευθύνειν, χρὴ ἀνάγειν ἐς τὴν ἀρχαίην φύσιν καὶ διαρθρῶσαι. Imprimis igitur interiore parte nares conformandæ, & exteriore parte non remiſsè agendo in ſuam ſedem compellendæ & dirigendæ. Licet exemplaria quædam manu ſcripta διορθῶσαι legunt, vt illîc ſcripſimus. Verùm διαρθρῶσαι pro διορθῶσαι ponitur, vt & paulò poſt διαρθρωθῆναι, (p. 608. 1.) ἐγὼ μὲν οὖν οὐδεμίας πω ῥῖνας εἶδον, ὥστε ἤδη κατεαγείσας, οὐχ οἵας τε διαρθρωθῆναι αὐτίκα πρὶν πωρωθῆναι συναγκαζομένας ἐθέλειν, εἴ τις ὀρθῶς ἐθέλοι ἰητρεύειν. Equidem nullas vnquam nares vidi, quæ ſic fractæ, ſi ſtatim prius quàm callo obducantur compellerentur, reſtitui non potuerint, ſi modò quis rectam curandi rationem inſiſtat.

Διαρκεῦντες Erotianus apud Hippocr. βοηθοῦντες exponit, auxilium ferentes ac ſuppeditantes. Sic Heſych. διαρκεῖν, βοηθεῖν.

Διαρραγαὶ ὀστέων κατὰ κρόταφον, oſſium ad tempora diruptiones. Coac. Prænot. (p. 429. 23.)

Διαρρέπειν diuergere & vtranque in partem inclinari ſignificat, & de his dicitur Hippocrati, qui femore exteriorem in partem luxato crus breuius habent, ideoque cùm huic aut alteri innituntur, in vtranque partem inclinant & propendent. Vbi enim à recto habitu & qui ſine inclinatione eſt, in affectam partem inclinant, aut rurſus ab inclinatione corpus erigunt & attollunt, duas figurationes alternatim immutant. Eſt igitur διαρρέπειν tranſmutare corpus à recto & ſublimi habitu in affectam partem inclinando, & rurſus ab humili & flexo in erectum & ſublimem attollere ac diuergere, ſicque in vtranque partem propendere. Lib. de art. (p. 633. 20.) διαρρέπουσι δὲ ἐν τῇσιν ὁδοιπορίῃσιν, ἀναγκαζόμενοι διὰ τὴν βραχύτητα τοῦ σκέλεος. Inter ambulandum tamen, ob cruris breuitatem, vtranque in partem inclinari coguntur. Idemque eſt διαρρέπειν quod σαλεύειν, quo ibidem vtitur Hippocr. ſignificatque agitari & diuergere, aut corpus inclinare vtranque in partem, de hisque dicitur quibus vtroque crure articulus extra excidit. In Mochlico verò (p. 508. 26.) διαρρέπτειν ſcribitur, ſi modò vera eſt lectio. Sed nos διαρρέπειν legendum ſubmonemus noſtris in eum libr. Annotat.

Διαρρωγαὶ ſunt vinculorum interruptiones, rimæ, hiatus, vbi vincula inania quædam ſpatia intermedia relinquunt, interrumpuntur & dehiſcunt. Libr. de art. (p. 605. 56.) ἐπίδεσιν δὲ ἔστιν αὕτη ἡ ποικιλωτάτη, καὶ πλείστας μὲν ποικίλσιας ἔχουσα, διαρρωγὰς δὲ καὶ διαλείψιας ποικιλωτάτας τοῦ χωρὶς ῥομβοειδέας. Hoc enim vinculum inter cætera maximè eſt varium, plurimiſque locis aſciam refert, ac relictis aliquot ſpatiis inanibus, cutem variè admodum in rhombi formam intercipit. Vbi Galenus διαρρωγὰς vocari ſcribit τὰ μεταξὺ διαστήματα τῶν ὀθονίων, intermedia ſpatia & interualla vinculorum. At Erotianus διαρρωχὰς legit, & explicat τὰς τῶν ἐπιδέσμων διαπνοὰς καὶ τὰ μεταξὺ τούτων διαστήματα, vinculorum velut quaſdam interſpirationes & intermiſſa ſpatia. Quòd autem παρὰ τὴν ῥωχμὴν dici vult, ὥς ἐστιν ὁδὸς ἀναπνοῆς, hoc certe mihi vitium ſubolere videtur; etſi ῥαχμὴν quidam legunt nihilo meliore notione. Neque verò meliore loco eſt quod Heſychius διαρωχὰς τὰ μεταξὺ τῶν ἐπιδέσεων διαστήματα exponit. Διαρρωγαὶ autem à διαρρήγνυμι quod dehiſco & interrumpo ſignificat, & à διέρρωγα διαρρωγαὶ & διαρρωγαί.

Διαρρίπτειν diſiicere, variè iactare, διαρρίπτειν πυκνὰ τὰς ὄψιας, crebrò oculos diſiicere, Coac. Prænot. (p. 430. 21.) ἀναπεπταμένους ὀφθαλμοὺς vocat in Prog. (p. 124. 29.) ſublimes oculos, ἀστηρίκτους καὶ κινουμένους διὰ παντὸς, inſtabiles ac perpetuò mobiles exponit Gal. ἰλλαινομένους in Prorrh. (p. 185. 14.) verſatiles, quales ſunt in ea affectione quæ Græcis ἴλλωσις dicitur. Eaque prætenduntur phrenitidis ac delirii indicia, aut etiam conuulſionis rudimenta. Διερρίφθαι τὰ σκέλεα, crura diſperſa eſſe & diſiecta. Coac. Prænot. (p. 439. 33.) Sic Progn. (p. 126. 55.) τὰ σκέλεα ἀνωμάλως διερριμμένα, crura inæqualiter diſiecta dicuntur.

Διάρροια dicitur authori Definit. Medicarum (p. 398. 24.) ῥευματισμὸς πλείων κοιλίας ἄνευ φλεγμονῆς καὶ ἑλκώσεως πολυχρόνιος, copioſior & diuturna alui fluxio, ſine inflammatione & vlceratione. Aretæo verò cap. 7. libr. 2. de ſign. diutur. morb. eſt ὑγρῆς τροφῆς ἀπέπτου ἡ διάρροια, liquidi alimenti incocti defluxio, διάρροιαν Celſus alui longam reſolutionem vertit cap. 7. lib. 2. ex aph. 77. lib. 7. quod breuis alui profuſio non ſtatim tormina creet, niſi ea ſyncera ſit & diuturna; ex aph. 23. libr. 7. Cælius Aurelianus defluxioné vocat cap. 22. lib. 3. acut. διάρροια eſt alui profluuium quo liquida effunduntur, ſiue ſit pituita, ſiue bilis ſyncera aut mixta. Ac primùm quæ aluo continentur liquida defluunt, deinde humores qui in inteſtinis latitant. Galenus διάρροιαν vocat quod dixit Hippocr. ἢ τὰ τῆς κοιλίης ἐξυγρασμένα ᾖ ἰσχυρῶς, aut aluus admodum effuſa ac reſoluta fuerit, in Progn. (p. 122. 28.)

*διάῤῥοιαι χρόνιαι* ætate declinantibus diuturna alui profluuia, aph. 30. lib. 3.

*Διάστασις*, diſſidentia, diſtantia, diſparatio, diductio, receſſus ac ſecretio, dicitur, vbi oſſa inter ſe diducuntur ac diſparantur in luxatis, li. de fract. (pag. 576. 48.) *ἀλλ' ἀνάγκη ὀγκηρὸν ἴσχειν τὴν διάστασιν*, verùm ſic diductis oſſibus eam partem turgidiorem eſſe neceſſe eſt. Lib. quoque de art. (p. 598. 58.) *διαστάσιος δὲ ἴσχειν σημεῖον κατὰ τὴν φλέβα τὴν κατὰ βραχίονα σχιζομένην διαφαίνεσθαι*. At diductorum oſſium indicium ad contactum venæ quæ in brachio finditur, patet. *Διάστασις* authori definit. Med. (p. 403. 12.) ἐστὶ τῶν κατ' ἐσχὴν ἃ κατὰ σύμφυσιν συγκειμένων ὀστῶν χωρισμὸς ἃ διάστασις ἀπ' ἀλλήλων. Diductio eſt oſſium quæ per ſuturã & coalitum mutuò iuncta ſunt ſeparatio aut diductio. Ac *διάστασις* idem quod *διάστημα* ſignificat, interuallum aut interſtitium dici poteſt. Eſt autem *διάστημα* Gal. Com. 3. in lib. *κατ' ἰητρεῖον* (p. 699. 44.) vbi oſſa quæ mutuò ſe contingunt, aut naturaliter citra iuncturam cohærent, aliquo inter ſe interuallo diſſident, diſparantur, ac diducũtur, vt in brachio cubitus & radius, ad gibbum & ad manum, in crure tibia & ſura, quæ & genu & calci committũtur. In Exeg. verò apud Hippocr. *διάστημα* exponit *τὴν ὥσπερ ἐρίοις ἐοικυῖαν αὐτῶν τῶν σωμάτων σύνθεσιν*. ipſorum corporum compoſitionem velut lanis ſimilem. *Διαστήματα* quoque, quæ ſunt interualla, poni videntur pro eo temporis ſpatio quo medicus ab ægro diſcedit, dum eum reuiſit, & pro medici abſentia, lib. *περὶ εὐσχημοσύνης*. (p. 16. 44.) *ὅκως τὸ ἐν διαστήμασι μηδὲν λανθάνῃ σε*, vt in interuallis nihil te lateat, ne interea dũ abſens es quicquã te latet. Ideò nanque diſcipulum aliquem ex his qui plurimũ in arte progreſſi ſunt ægro adhiberi vult. *Διαστήματα* etiam interualla ſumi poſſunt quibus morbus mutationem accipit. *Διατάσιες χειρῶν* ſunt manuum porrectiones & diſtenſiones, qualiter in cõuulſionibus contingit, dũ principio neruorum læſo motionum functio vitiatur, vt in catalepſi, epilepſia & apoplexia. Quibus in morbis dum nerui contrahuntur & rigent, manuum ac crurum diſtenſiones & diſiectiones fiunt, idque oppleto & grauato functionum animalium principio. lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag 94. 26.) Quidam manuum diſiectiones ſumunt, quando manus & crura plurimũ diſtant inter ſe, vt *χεῖρες καὶ τὰ σκέλεα διατεταμένα* dicuntur in Progn. (p. 126. 31.) quod fit extincta aut impedita motrice facultate. *φλεβῶν διατάσιες* dicuntur venarum diſtenſiones ac amplitudines Aretæo cap. 2. lib. 2. de cauſ. & ſign. morb. ac. Eidem quoque *διάτασις κενὴ* dicitur inanis ventriculi diſtentio, dum fruſtra vomere conatur, cap. 7. lib. eiuſdem. *Διάστασις* etiam *ἀντὶ τῆς διαστολῆς* ponitur in pulſus definitione Zenoni Herophilio, vt ſcribit Gal. lib. 4. de diff. pulſ. (p. 47. 49.) Quod & fecit Chryſermus (ibidem p. 48. 33.) & Apollonius (p. 51. 44.)

*Διαστολὴ* dilatatio, arteriæ motus in longum, latum & profundum, *διαστολὴ καὶ συστολὴ*, dilatatio & contractio eſt tunicæ arteriarum in circulum eleuatio & concidentia, quam pulſum quidam nominant. Gal. lib. 4. de diff. pulſ. (p. 48. 35.) *διαστολὴ* etiam dicitur *ἄρσις καὶ οἷον ἐπανάστασις καρδίας, καὶ ἀρτηριῶν, καὶ ἐγκεφάλου, καὶ μηνίγγων, κατὰ μῆκος καὶ πλάτος καὶ βάθος, αἰσθητὴ πρὸς τὴν ἐπαφὴν τῆς ἁφῆς*, eleuatio ac velut excitatio cordis, arteriarum, cerebri, eiuſque membranarum, in longum, latum & altum, in ſenſum tactus cadens, authori definit. Medic. (p. 396. 19.) *Διαστολαὶ* quoque dicuntur Empiricis ſermones in quibus proprium quid à cõmuni ſeparant & diſtinguũt, Gal. Com. 1. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 43. 30.) *καλεῖν δὲ εἰώθασι διαστολὰς μᾶλλον ἢ διορισμοὺς, τοὺς ἀπὸ τοῦ κοινοῦ τὸ ἴδιον ἀποκρίνοντάς τε καὶ χωρίζοντας λόγους*. Diaſtolas autem potius quam diotiſmos appellare cõſueuerunt ſermones eos qui quod proprium eſt à communi diſcernunt ac ſeparant.

*Διαστομωτρὶς* Gal. in Exeg. vocum Hippocr. *μήλην τὴν διαστέλλουσαν*, ſpecillum diducens ac dilatans exponit, propriè ſpecillum quo os clauſum diducitur atque aperitur. *διαστομοῦν* enim idem quod *ἀναστομοῦν*, *διαστέλλειν*, os diduco & patefacio.

*Διαστρέφεσθαι* eſt peruerti & diſtorqueri, diciturque de corporis partibus quæ rectas actiones non obeunt, ſed potius ex rectis diſtortæ & flexuoſæ fiunt, tenſis atque ad ſua principia contractis iis neruis qui ad eas pertingunt. aph. 49. lib. 4. *ἢν χεῖλος, ἢ τὸ βλέφαρον, ἢ ὀφρὺς, ἢ ὀφθαλμὸς, ἢ ῥὶς διαστραφῇ*. ſi labrum aut palpebra, aut ſupercilium, aut oculus, aut naſus peruertatur. De oculis ſæpe effertur Hippocr. vt *ὀφθαλμοὺς διαστρέφεσθαι*, oculos diſtorqueri aut peruerti, ex muſculorum oculos mouentium conuulſione, in Progn. (pag. 124. 25.) & Coac. Præn. (p. 430. 26.) & *ὀμμάτων διαστροφὴ*, oculorũ peruerſio, in Prorrh. (p. 196. 30.) & Coac. Præn. (p. 430. 28.) & Prorrh. 2. (p. 417. 21.) *οἱ ὀφθαλμοὶ διεστράφησαν*, oculi diſtorti ſunt. *διαστρέφεσθαι χεῖλος, ἢ ὀφθαλμὸν, ἢ ῥῖνα*, labrum aut oculum, aut naſum peruerti. Coac. Præn. (pag. 426. 9.) Sic *ῥάχιος διαστροφὴ*, ſpinæ obliquitas, diſtortio & peruerſitas, ibidem (pag. 433. 9.) *Διαστρέφεσθαι* de oſſe, neruo aut muſculo dicitur, cuius initiũ interiore parte membri eſt, finis vero aut extra aut infra, ſicque membrum aut pars cõtorquetur aut peruertitur. Gal. Com. 1. in li. de fract. (p. 530. 53.) Hippocrates vero in ſupina manus figura os quod eſt ad cubiti gibbum, neruos etiam qui ex carpo & digitis interiore parte os brachii tendunt, diſtorqueri ſcribit. Eadem notione *τὰ διεστραμμένα* membra corporis diſtorta, idem quod *διαστροφαὶ* ac peruerſiones ſonant, *ἐν τῷ κατ' ἰητρεῖον* (pag. 689. 9.) Quæ fiunt cum vel a ſua ſede elabitur aliquid in exteriorem corporis partem, vel introrſum in ſpatium aliquod laxius protruditur, vt in naribus, ſi in exteriorem partem aut os, aut pinnula recedit, in exteriorẽ partem diſtorquetur, ſi in internum foramen ſecedit, introrſum diſtortio fit, vt ſcribit

Gal. Com. 3. in eundẽ lib. Διαστρέμματα etiam dicuntur eadem quæ διαστροφαὶ, ſuntque luxationis ſpecies qua articulus ipſe leniter deprauatur, ſuaque ſede commouetur. ſiunt quoque circa vnum os, ac præcipuè circa tibiam in pueris, quo caſu deligatione vtimur, vtrinque ad dirigendum obiicientes lignũ ex tilia, vel ex tali aliqua materia firmũ molleque, aſſerculos tenues inde parantes. Ab iis quæ στρέμματα dicũtur differunt, quatenus διαστρέμματα articulum quodammodo attingũt, peruertunt & commouent. At στρέμματα articulo illæſo neruoſas etiam partes intorquent. Gal. ibid. (pag. 699. 52.) Prorrh. 2. διαστρέμματα in pueris ſunt mẽbrorum obliquationes, cùm deprauantur aut diſtorquentur in epilepſiæ depulſione. ἢ ἐς τὰς πλευρὰς διαστρέμματα, aut latera diſtorquentur (p. 417. 23.)

Διασφαγὴ hiatus dicitur in muro interrupto & locis aliquib. diruto, aut hiatus inter duas rupes interiectus, quæ inter ſe ſunt auulſæ. Sumitur pro quouis interſtitio & interuallo aut ſeparatione. Dicũtur διασφάγες Heſychio αἱ διεστῶσαι πέτραι τῶν ὀρῶν. Sic & διασφὰξ ἡ διατομὴ ὄρους Sudæ hiatus inter duas rupes a nullis interiectus. Διασφαγαὶ diſparationes dicuntur Hippocrati in venarum diductione lib. de loc. in homine (p. 64. 53.) & τὰς διασφαγὰς ἐν τοῖσι μηροῖσι ποιέεται, & diſparationes in cruribus facit, aut interſtitia & diuaricationes. Eadem notione διασφάξιες φλεβῶν, venarum interſtitia & intercapedines dicuntur, velut interſciſſiones, diſtantiæ ac diuortia, quæ in corpore venoſo & gracili facilè apparent, in obeſo ac molli ægerrimè. lib. 2. Epid. (p. 312. 24.) καὶ διασφάξιες ποῖαι κοιναὶ τῶν φλεβῶν. Videndæ etiam quænam ſint venarum inter ſe diſtantiæ & intercapedines.

Διασφύξιες φλεβῶν, venarum aut arteriarum pulſationes, dicuntur Hippocr. lib. de alimento (p. 111. 44.) quæ per reciprocum diaſtoles & ſyſtoles motum pulſum conſtituunt ad aërẽ expellendum & recipiendum.

Διασχὶς τῆς φλεβὸς, venæ diſciſſio, diductio, diuiſio. lib. de fract. (p. 576. 42.) περὶ τὴν διασχίδα τῆς φλεβὸς, qua vena ſcinditur.

Διασχόντα ὀστέα, oſſa penetrantia, procedẽtia, perrumpentia. lib. de art. (p. 623. 40.) μὴ διασχόντα τὰ ὀστέα εἰς τὸ εἴσω μέρος, ita vt oſſa ad interiorẽ partem minimè perrumpant. De coſtarum fractarum oſſibus dicitur, quæ ad internam thoracis cauitatem non pertingunt aut permeant. Sic lib. περὶ ὀστέων φύσ. (p. 63. 1.) διασχοῦσα penetrans, perrumpens, de vena dicitur. & μία μὲν διὰ τῶν κορυφῶν & τοῦ δέρματος διασχοῦσα ἐκ τοῦ ὀμφαλοῦ ἀνήκεται & vna quidẽ per vertices ac cutem peruadens ex vmbilico effertur, aut per vertices aut cutem procedẽs, penetrans aut cutẽ & vertices traiiciens. Sic διασχὼν, διελθὼν, procedens dicitur.

Διάτασις in fracturis eſt membri diſtentio, cùm membrum ab inferiore parte intenditur, & à ſuperiore continetur. lib. κατ᾽ ἰητρεῖον (p. 694. 20.) Quibus autem in membris διάτασις fieri debeat ſcribitur ibidem (pagin. 696. 34.)

Διάτασις πνεύμονος ea pars qua pulmo peruadit ac extẽditur, dicitur Coac. Præn. (p. 436. 12.) & infimã thoracis partem ac diaphragma denotat, ideoque diſcriminationem vertit Cornarius.

Διὰ ταχέων aut διαταχέως, celeriter, ex breuibus interuallis. In Coac. Prænt. (p. 429. 8.) διὰ ταχέων θνήσκουσι, qui celeriter pereunt. διαταχέως θνήσκουσι dicũtur Prorrh. (p. 203. 46.) lib. 1. Epid. ægr. 4. διὰ ταχέων δὲ πάλιν παρέκρουσεν, ſed confeſtim rurſus deſipuit.

Διὰ τέλεος, διὰ παντὸς, ἀεὶ, perpetuò, ſemper ſignificare ſcribit Gal. Com. 2. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 69. 43.) & Com. 4. in eundem lib. (p. 98. 35.) τὸ διὰ τέλεος, τῷ διὰ παντὸς τοῦ χρόνου ταὐτὸν σημαίνει. διὰ τέλεος idem quod per totum morbum ſignificat. Idem libro 2. περὶ δυσπν. (pag. 181.) διὰ τέλεος, διὰ παντὸς τοῦ χρόνου, καὶ μέχρι τέλους διὰ παντὸς τοῦ νοσήματος γινομένου, καὶ τὸ ξυνεχῶς, καὶ κατὰ τὸ ἑξῆς, exponit, hoc eſt, per totum tempus, ad finem vſque totius morbi, continenter, & deinceps. Com. quoque. 3 in lib. 1. Epid. (p. 389. 50.) διὰ τέλεος, δι᾽ ὅλου τοῦ νοσήματος, hoc eſt per totum morbum ſignificare ſcribit. Hippocrati certe familiaris eſt dictio, vt libro 1. Epid. ægr. 1. τουτέῳ πνεῦμα διὰ τέλεος, ὥσπερ ἀνακαλουμένῳ, ἀραιὸν, μέγα. Spiratio huic perpetuò, quaſi intro reuocanti & ingeminanti, rara & magna fuit. Et ægr. 2. ἐξ ἀρχῆς τούτῳ καὶ διὰ τέλεος πνεῦμα μέγα, ἀραιόν. Huic per exordia ad extremum vſque ſpiratio magna & rara fuit. Et ægr. 8. δίψα διὰ τέλεος οὐ λίην. ſitis perpetuò, non magna tamen. Rurſus lib. 3. Epid. ægr. 2. τούτῳ κώφωσις διὰ τέλεος παρέμεινεν. huic perpetuò ſurditas permanſit. Et ægr. 3. καὶ περὶ ὀμφαλὸν σφυγμὸς διὰ τέλεος. & continens ad vmbilicum palpitatio occupauit. Item ægr. 6. καὶ διὰ τέλεος ἔρευθος εἶχε. & perpetuò rubor tenuit. Et ægr. 9. ἄκρεα ψυχρὰ διὰ τέλεος, extrema perpetuò frigida. Aegr. quoque 11. κοιλίη συχνῶν ἀκρήτων διὰ τέλεος. aluus per totum morbum multa ſyncera deiecit. Et ægr. 12. τούτῳ διὰ τέλεος κοιλίη ὑγρή. huic per totum morbum aluus lubrica. Rurſus ægr. 1. poſt ſt. peſt. οὖρα διὰ τέλεος κακά. vrinæ per totum morbum malæ. Item ægr. 2. τούτῳ τὰ τῶν οὔρων διὰ τέλεος ἦν μέλανα. Vrinæ huic perpetuò nigræ. Aeg. 10. οἱ δὲ παροξυσμοὶ καὶ οἱ πόνοι τουτέῳ διὰ τέλεος ἐν ἀρτίῃσιν ἦσαν μᾶλλον. Acceſſiones verò & dolores hunc perpetuò diebus propè paribus inuaſerunt. Aegr. 13. τουτέῳ διὰ τέλεος, ἐξ οὗ καὶ ἐγὼ οἶδα, κοιλίη ταραχώδης. Ex quo cũ vidi, huic perpetuò aluus turbulenta fuit. Aegr. 15. καὶ διὰ τέλεος αἰεὶ σιγῶσα. & perpetuò ſemper taciturna fuit. Item ἦν τούτῳ διὰ τέλεος, πνεῦμα ἀραιὸν, μέγα. Huic perpetuò ad finem vſque ſpiratio rara & magna aderat. Διατελέειν verò eſt vitam tolerare & degere, aut perdurare & ad extremum vſque ſpiritum vitam trahere. Lib. 1. de Morb. (pag. 139. 7.) οὐ δυνάμενοι τὰς ἡμέρας διατελέειν, ἄχρις οὗ τὸ σίαλον ἀπαρτισθῇ ἐν τῷ πλεύμονι. cùm nequeant ad dies perdurare in quibus ſputum

in pulmonibus concoquatur. Rurſus lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pagin. 191.20.) καὶ γὰρ οἱ πολλοὶ πλευμοῤῥαγέες ἐόντες, διατελέουσιν ἕως ἂν ἀποθάνωσι. Multi nanque rupto pulmone vitam trahunt ad extremum vſque ſpiritum.

Διαπτοιέεσθαι commoneri, perturbari, perterreri, auertere, reſpuere, ad inopiam conſilii redigi, pudore iniecto deterreri. Lib. 5. Epid. (p. 341. 47.) οὐδὲν διεπτοίητο, nihil commouebatur. Quod repetitur lib. 7. Epid. (pagin. 364.26.)

Διατρέχειν peruenire, tranſcurrere. Lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pagin. 206. 19.) πολλοὶ δὲ διατρέχουσι καὶ εἰς τὰς εἰκοστὰς τετάρτας. multi verò etiam ad vigeſimum quartum diem perueniunt. Quod ibidem (v. 42.) dicitur, διαφέρουσιν ἕως τῶν εἰκοστοτεσσάρων ἡμερέων, durant ad vigeſimomquartum diem.

Διατρίβειν, tempus terere, immorari, cunctari, tardare, in re aliqua peragenda. lib. de cap. vuln. (p. 451. 3.) μὴ διατρίβειν, non eſt cunctandum, non differendum, aut tempus protrahendum ac terendum. διατρίβειν enim ſignificat χρονοτριβεῖν, παρελκύειν, ἀναβάλλειν, tempus extrahere, differre, immorari. διατρίβειν, ἐγχρονίζειν exponit Erotianus, hunc ſane Hippocratis locum innuens, quod eſt procraſtinare, differendo tempus extrahere & terere, prorogare. Sunt & διατριβαὶ congreſſus, conuerſationes. Lib. περὶ ἰητροῦ (pag. 14. 28.) ἐν τῇσι κατὰ πόλιν διατριβῇσι, in vrbanis congreſſibus, hoc eſt in vrbibus.

Διὰ τῶν αὐτῶν, phraſis eſt Hippocrati familiaris, præcipue in Epidemiis, vbi eadem in ægris perſeuerant, aut iiſdem affliguntur caſibus ac ſymptomatis, vt ægr. 2. libro primo. τετάρτῃ διὰ τῶν αὐτῶν. quarto eadem affligebant omnia. Rurſus ἐνάτῃ διὰ τῶν αὐτῶν. Nono eadem perſeuerarunt omnia. Et ægr. 5. ἐνάτῃ διὰ τῶν αὐτῶν. nono cùm eadem perſeuerarent. Rurſus ægr. 3. libro 3. ἐννεακαιδεκάτῃ διὰ τῶν αὐτῶν. decimonono eadem perſeuerarunt. Et ægr. 5. ἕκτῃ διὰ τῶν αὐτῶν. Sexto eadem perſeuerauere. Aegr. quoque 11. & 12. ἕκτῃ διὰ τῶν αὐτῶν. Et ægr. 1. poſt. ſt. peſt. θ' διὰ τῶν αὐτῶν, nono eadem perſeuerauerunt. Et ægr. 7. ἐνάτῃ διὰ τῶν αὐτῶν καὶ τὰς ἑπομένας. nono ac proximis diebus eadem perſeuerarunt. Aegr. 9. οὖρα διὰ τῶν αὐτῶν, vrinæ eædem. Quod ægr. 2. eiuſdem lib. οὖρα ἐπὶ τῶν αὐτῶν dixit, & τὰ κάτω κοιλίης ἐπὶ τῶν αὐτῶν, alui deiectiones eædem perſeuerarunt. Item ægr. 11. δευτέρῃ διὰ τῶν αὐτῶν. Poſtridie eadem perſeuerarunt. Rurſus libro 7. Epid (pag. 367.14.) καὶ ἡ καταφορὴ διὰ τῶν αὐτῶν, eadem in ſomnum propenſio perſeuerabat. Iterumque ibidem (v. 24.) οὖρα διὰ τῶν αὐτῶν. vrinæ eædem perſeuerabant. In Coac. Prænot. p. 427. 14. & 441. 49.) αἱ πυκναὶ διὰ τῶν αὐτῶν ὑποστροφαί, crebræ iiſdem perſeuerantibus caſibus morborum reuerſiones. In Prorrh. (p. 209. 3.) διὰ τῶν αὐτῶν ἰόντες dicitur, vbi eadem perſeuerant. In Coac. verò Prænot. in eadem re διὰ τῶν αὐτῶν ἰόντων ſcribitur, hoc eſt, iiſdem prodeuntibus & perſeuerantibus, & de alui affectione effertur.

Δίαυλοι dicuntur curſus recti reuertentes aut reciproci, ac recurrentes. Cùm enim curſo ad metam perueniſſent, flectentes eò rurſus recurrebant, vnde curſum inierant. Sic δίαυλος curriculum duplex dicitur, & διαυλοδρομεῖν qui diaulon currit, hoc eſt, qui curſum circenſem peragit, aut duorum ſtadiorum circuitionem facit. Dicitur & διαυλοδρομεῖν, cùm ad calcem perueneris, rurſus ad carceres curſu redire. διαύλους inter exercitationes reponit Hippocr. libro primo. περὶ διαίτης (p. 89.40.) & libro 2. (pag. 98.19.) vbi curſus reuertentes rectos exponit Cornarius, Caluus verò circenſes. Quibus ἱππείους ἴππους opponere videtur Hippocr. curſus equeſtres indefinitos, quique nullam habent metam propoſitam ad quam flectant. Sic lib. 3. περὶ διαίτης (pag. 101. 28.) διαύλοισιν ὀξέσιν curſibus rectis reuertentibus modicis æſtate vti præcipit. Rurſus (pag. 104. 32.) οἱ δίαυλοι καὶ τρόχοι γυμνοὶ dicuntur, recti curſus reuertentes & circulares, qui exutis veſtibus obeuntur, quibus τοὺς ἐν ἱματίῳ δρόμους καμπτοὺς opponit, curſus flexos in veſtitu.

Διαφανὲς pellucidum, perſpicuum, tranſparens. διαφανέα οὖρα, vrinæ pellucidæ ac perſpicuæ, quæ aqueæ ſunt & dilutæ, extremamque tenuitatem ac cruditatem denotant, præſertim ſi cum albedine coniunctæ ſint, vt aph. 72. lib. 4. in phreniticis οὖρα διαφανέα, λευκά, vrinæ pellucidæ, albæ, ſummam perniciē præſeferunt. Sic Coac. Prænot. (p. 442. 22.) λευκὸν δὲ καὶ καταχεόμενον, διαφανὲς οὖρον πονηρόν. Alba verò effuſa & perſpicua vrina mala eſt. lib. 1. Epid. ægr. 2. διαφανέα οὖρα, λεπτά, pellucidæ vrinæ ac tenues, bis ponuntur, quæ extremam tenuitatem indicant, & quæ tum conſiſtentia, tum colore morbi cruditatē ſignificant, vt noſtris in eum lib. Annotat. ſcripſimus. διαφανέα ὦτα aures pellucidæ, ex ſiccitate tabefactæ & excarnes ac contractæ, ideoque pellucētes, inter lethales faciei notas annumerantur, Coac. Prænot. (p. 429.30.) ὦτα ψυχρὰ καὶ διαφανέα καὶ συνεσταλμένα, ὀλέθριον. Aures frigidæ, pellucidæ, contractæque perniciē minātur. διαφανέες φλέβες, venæ perſpicuæ, manifeſtæ, apparentes, vt quæ ſanguine plenæ ſunt & turgidæ, aph. 22 ſect. 3. lib. 6. Epid. φλέβας ἐκκειμένας τε καὶ μεστὰς αἵματος, venas eminentes aut extantes ac ſanguine turgidas, explicat Gal.

Διαφανὲς etiam candens & ignitum ac pellucidū ſignificat, vt διαφανέα σιδήρια dicuntur ferramenta candentia & ignita, aut tranſlucida. Lib. de artic. (pag. 590. 48.) χρὴ δὲ διαφανέσι καίειν, ὡς ὅτι τάχιστα περαιωθῇ κατὰ δύναμιν. Candentibus [ferramentis] quoque adurendū, quò quàm celerrimè fieri poteſt penetrent. Quem locum ſubindicans Erotianus, διαφανέσι διαπύροις, hoc eſt, ignitis aut candētibus, exponit. Galenus etiam διαφανῆ, ἱκανῶς διάπυρα, abūde ignita Hippocrati vocari ſcribit.

lib etiam περὶ αἱμοῤῥοΐδων (p. 520.15.) διαφανέα τὰ σιδήρια candentia ferramenta dicuntur quibus hæmorrhoidas inuri iubet. τούτεω δὲ καὶ διαφανέα τὰ σιδήρια, καὶ καίειν ἕως ἂν ἀποξηρανῆς. tum ſdmotis candentibus ferramentis, dum reſiccentur, vtuntur. Quem mihi certe locum exprimere Erotianus videtur cùm τὰ διαφανέα σιδήρια, τὰ διάπυρα καυτήρια, hoc eſt ignita canteria exponit. Rurſus eodem lib. (pagina 521.9.) διαφανὲς τὸ σιδήριον, candens ferramentum dicitur, pet calamum perforatum immiſſum, quo vſtio perficitur, καυτῆρα vocat Hippocrat. Quam dictionem exponens Galen. in Exeg. æneam eſſe fiſtulam dicit in fundo perforatam, per quã καυτηρίδιον διαφανὲς hoc eſt paruũ cãdens ferramentum demiſſum vſtionem facit. At libello περὶ ὄψιος (pag. 521. 39.) διαφανέα ſimpliciter dicuntur, quæ ferramenta candentia intelliguntur, cùm μὴ διαφανέσι, hoc eſt, non admodum candentibus ferramentis palpebratum vſtionem fieri præcipit. Sic etiã lib. περὶ ἀφόρων (pag. 294.27.) διαφανὴς candens & ignitum ſignificat, cùm λίθον μέλανα διαφανῆ, hoc eſt, lapidem nigrum candentem & ignitum, velut pytiten, in vinum iniicit, ad ſuffitum mulieri in vterum immittendum. Et libro a. de Morb. (pagina 150. 30.) ἰπνοῦ ὄστρακα διαφανέα, hoc eſt, furni teſtas candefactas, in vinum & lac caprinum ac ſuccum ſii immittit, ad ſuffitum ore captandum. Heſychius etiam διαφανὴς λαμπρὸς, διάπυρος exponit.

Διαφέρειν durare, perdurare ſignificat, aut perferre & ſufferre. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 194. 42.) ἡ δὲ νοῦσος διαφέρει μάλιστα ἐννέα ἔτεα. morbus autem nouem annos maximè durat. Ibidem de ægro dicitur, διαφέρει φθειρόμενος, contabeſcens durat, perfert, aut degit. Rurſus ibidem (pagina 206. 42.) πολλοὶ δὲ διαφέρουσι καὶ ἕως τῶν εἰκοστιτεσσάρων τῶν ἡμερέων. multi verò etiam ad vigeſimum quartum diem durant, degunt, hoc eſt morbum perferunt. Eademque notione διαφέρεσθαι dicitur Hippocrati hoc eſt, durare, degere, æuum agere aut agitare, Lib. de artic. (pagin. 634. 6.) ἱκανῶς ὑγιηροὶ τἆλλα διαφέρονται. in reliquis ſatis ſalubriter degunt, agunt aut æuum agitant, vt ex Herodoto διαφέρειν τὸν αἰῶνα, æuum traducere & agitare annotatur. Sic lib. περὶ παθῶν (pagin. 183.22.) ὅταν τις ἐκ νόσου μακρῆς ἀκάθαρτος διαφέρηται πολλὸν χρόνον. vbi quis ex longo morbo non purgatus diu vitã traduxerit, aut diu agitatus & iactatus fuerit, diu permanſerit. Lib. etiam 2. de Morb. (pagina 148. 45.) ὑποστρέφει γὰρ ἡ νοῦσος, ἢν ἀκάθαρτος διαφέρηται. Recidiuam enim facit morbus, ſi quis impurgatus permanſerit. Sic διενεγκεῖν morbum ſufferre ac tolerare ſignificat, idem quod ὑπομένειν, perferre Lib. 5. Epid (pag. 336.36) ἐδόκει δ' ἂν πλείονα χρόνον διενεγκεῖν, εἰ μὴ κατὰ τοῦ φαρμάκου ἡ ἰσχύς. Atque diutius morbum ſufferre poterat, ni medicamenti vis obſtitiſſet. hoc eſt, niſi vi medicamenti periiſſet. Διενεγκεῖν etiam fœtum perferre, & ad maturitatem ferre ſignificat, quod perferri dicit Plinius libro 1. περὶ γυναικ. (pagina 240. 18.) φυλακῆς γὰρ καὶ ἐπιστήμης πολλῆς δεῖ, ὡς τὸ διενεγκεῖν καὶ ἐκθρέψαι τὸ παιδίον. Cuſtodia, nanque & ſcientia multa opus habent vt fœtum perferant & enutriant. ἐξενεγκεῖν dicitur paulò ante (pagina 239.6.) Rurſus libro 2. (pag. 283. 18.) καὶ ἢν διενέγκῃ τὸ ἔμβρυον, ſi fœtum perferat, ad partus tempus geſtarit. Διαφέρειν etiam penetrare ſignificat, & de haſtæ cuſpide dicitur libr. 5. Epid. (pagin. 337. 29.) καὶ τὸ ἄκρον διήνεγκε κάτω τοῦ ὀμφαλοῦ, cuius cuſpis infra vmbilicum penetrabat, eminebat, Eſt & διαφέρειν in diuerſas partes ferre, diſtrahere, diſſipare, aut quaſi in varias partes mittere, διαπέμπειν. Lib. 4. de Morb. (pag. 167. 35.) ἢν δὲ τὸ σῶμα τῇ κύστει καὶ τῇ κοιλίῃ διαφέρῃ. Quod ſi corpus [pituitam] ad veſicam & aluum tranſmittat, deleget, aut ferat. Sic membra inſepulta different lupi, dixit Horatius, proin varias partes ferent & diſſipabũt. & Virg. Aquilonẽ differre nubila, hoc eſt diſſipare & diſiicere. Põt & hîc διαφέρειν ſumi pro φέρειν ſimpliciter, vt ibid. καὶ ταῦτα ἔξω διοίσει, atque iſta foras ferant, perferant. Διαφέρειν pro συμφέρειν ponitur aph. 22. libro 5. de calida. πλεῖστον δὲ διαφέρει ὀστέων κατήγμασι plurimùm autem confert oſſium fracturis. Quod etiam repetitur lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p. 114. 14.)

Διαφεύγειν euadere, effugere, liberari. ὁκόσοι κυνάγχην διαφεύγουσιν, quicunque ab angina liberantur. aph. 10. libro 5. &, ἢν δὲ ταύτας διαφύγωσιν, ſi verò hos (dies) euaſerint, ibidem, & aph. 6. libro 5. quod ἐκφυγεῖν & ὑπερφυγεῖν dicitur libro 2. de Morb. (pagina 146. 22. & 24.) In Coac. Prænot. (pagin. 434. 45.) οἱ δὲ διαφυγόντες ἔμπυοι γίνονται, qui verò ſeptem dies ſuperarunt, ſuppurati euadunt.

Διαφθορὰ dicitur Hippocrati fœtus corruptio aut corruptela, abortiuus fœtus & eiectus. libro 1. περὶ γυναικ. (pag. 233. 33.) καὶ δοκέει ὥσπερ σάρκα εἶναι τὰ ἀπιόντα, ὡς ἐκ διαφθορῆς, καὶ μέλανα. eaque quæ foras prodeunt carnem eſſe reputat & nigra, velut ex abortione. Vbi tamen σαρκία legi malim ex membranis Regiis manu ſcriptis, vt fruſtula carnea erumpere intelligantur. In Coac. Prænot. pagina 440. 26.) ἐν μακρῇσιν ἐκ διαφθορῆς. in diuturnis morbis ex fœtus corruptione aut abortione. Rurſus ibid. (v. 27.) τὰ ἐκ τόκου καὶ διαφθορῆς πολλὰ ὀξέως ὁρμήσαντα. Quæ ex partu & abortione celeriter multa cum impetu feruntur. διαφθορὰ, φθορὰ ſæpe dicitur & ἀποφθορὰ initio lib. 6. Epid. quam διαφθορὴν & ἄμβλωσιν exponit Galen. Sic διαφθείρειν & διαφθείρεσθαι abortum facere dicitur Hippocrati, vt φθείρειν & φθείρεσθαι ſæpe libris περὶ γυναικ. præcipueque lib. primo (pag. 253.) Ibidem quoque (pagina 239. 7.) ἀλλὰ σφέων τὰ παιδία διαφθείρονται. ſed ſuos fœtus perdunt aut corrumpunt. Rurſus ibidem (pagin. 253. 15.) καὶ τῶν διαφθειρουσῶν τὰ ἔμβρυα κατὰ λόγον ἡ κάθαρ-

κάθαρσις γίνεται τούτων τῶν ἡμερέων. & in his quæ fœtus corruperunt, pro horum dierum ratio ne purgatio procedit. ἐκόσαι διαφθείρουσι μέλανα τὰ ἔμβρυα, quæ fœtus corruptura ſunt, aph. 53. libro 5. Item libro 7. Epid. (pagina 258. 49.) διέφθειρε πεμπταίη, quinto die abortum fecit. Et rurſus (pag. 362. 34.) ἐν τῇσι τρίτῃσι δηλοῖ εἰ διαφθείρει. ferè intra triduum apparet num abortum factura ſint.

Διαφλύξιες exponuntur Gal. in Exeg. apud Hippocrat. ὑπερβλύσεις effuſiones, ebullitiones, & διαφλυχθεῖσα, διαχυθεῖσα, ὑγρανθεῖσα, perfuſa humectata, & διαφλυχθὲν ὑγρανθὲν humectatum, humore madens & ebulliens. Sic etiã διαφλύοντα ὑγραίνοντα humectantia, humore madentia.

Διαφοινίσσεσθαι eſt rubefieri & puniceo colore inſici: In Coac. Prænot. (pag. 438. 28.) ἐφιδρώσαντες ὅτι διαφοινίσσονται οἷα μάστιξιν. hi poſt multos ac tenues ſudores, velut acceptis ex flagris vibicibus, rubefiunt, rubeſcunt. Rurſus (p. 439. 13.) ὅτε κοιλίας καὶ βουβῶνας διαφοινίσσονται οἷα πληγῆσιν ἐπωδυνώσει, iis velut ex acceptis plagis cum dolore, venter & inguina rubeſcunt. Huiuſmodi autem rubores ſuccorum acrimoniam & feruorem præſeferunt, & malignarum puſtularum genere cenſentur.

Διαφόρησις eſt humorum qui in aliqua corporis parte continentur, per inſenſiles cutis meatus euaporatio & digeſtio. διαφόρησις ἄδηλος ideo Medicis dicitur, quam diſiectionẽ occultam vertit Aurelianus capit. 32. libro 2. acut. morb. Idem diaphoreticum dicit, latenter diſiici per ſudorem, quod eſt reſolui ac diſſolui (ibidem) Et cap. 33. diſiectionem ſiue diaphoreſin ditaratis pãrtibus fieri totius corporis.

Διάφορον quod ad rem pertinet aut intereſt, vt libr. de articul. (pagin. 597. 39.) κατακέεσθαι μὲν ὧν τὸν ἄνθρωπον μέγα τὸ διάφορόν ἐστι, decumbere tamen hominem valde ad rem pertinet, multum intereſt, magni eſt momenti.

Διάφραγμα ſeptum tranſuerſum dicitur, liberæ reſpirationis inſtrumentum, muſculus ille qui thoracem & ſpiritus organa à ventre toto diſcriminat aut diſcernit. Qua ratione thoracis & ventris diſcrimẽ ſæpe vocatur Cœl. Aureliano, vt capit. 4. lib. primo. Tard. paſſ. & cap. 11. & diſcretorium, capit. 12. Præcordia quòd cordi prætendantur, Plinius vocat, antiqui φρένας, vt Hippocrates. Lib. de flatibus (p. 120. 30.) φραγμὸς ὁ τῶν φρενῶν dicitur ſeptum ac velut ſepimentum quoddam. Cuius naturam ſic deſcribit lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς pagin. 12. 10.) διάφραγμα μὲν γὰρ φρενῶν πλατείη τε ἀντετεταμένη, φύσις δὲ νευρωδεστέρη τε καὶ ἰσχυροτέρη· διὸ ἧσσον ἐπώδυνά ἐστιν. In latum enim protenditur ſeptum tranſuerſum, & renitens eſt, eiusque natura neruoſior & validior, minusque eam ob cauſam dolori opportuna. Dicitur & Hippocrati τὸ κατὰ γαργαρεῶνα διάφραγμα, quod ad gurgulionem eſt interſeptum, anguſtus ille faucium locus, gulæ & oti intermedius, & gurgulionem diſcriminans, lib. 2. Epid. (pag. 314. 14.) Eſt etiam διάφραγμα in naribus, velut narium interſeptum, os illud quod naſi foramina duo velut murus quidam diſtinguit ac diſcernit. Galen. Comment. 1. in lib. 6. Epid. (p. 446. 32.) μέσον διάφραγμα τῆς ῥινὸς vocat. Rufus quoque ἐν τῷ περὶ ὀνομασίας. μορίων, τὸ μεταξὺ τῶν τρημάτων χονδρῶδες, ῥινὸς διάφραγμα vocat. Pollux libro ſecundo, τὸ δὲ τῷ τρυπήματι διαιροῦν ὥσπερ τειχίον, κίων καὶ διάφραγμα, καὶ ναυλίς. ἔνιοι δὲ, τὸ μὲν ὅλον διατειχίζον, διάφραγμα ῥινὸς, τὸ δὲ ὑπὲρ αὐτὸ τρύχον σαρκῶδες, ὡς ἐπὶ τὸ χεῖλος φέρον, κίονα. Quæ eſt etiam Rufi opinio cùm ſcribit, τὸ δὲ περὶ τὸ διάφραγμα τῆς ῥινὸς σαρκῶδες ἐπὶ τὸ χεῖλος καθῆκον, κίων. Authori etiam Medici κίων dicitur τὸ περίχωμα αὐτὰ διορίζον.

Διαφραδέως, σαφῶς, liquidò, apertè ſignificat apud Hippocrat. lib. de loc. in homine (pag. 64. 1.) ὅ, τι δ' ἂν διὰ τῆς μήνιγγος ἐς τὸν ἐγκέφαλον ἐσέλθῃ, τοῦτο διαφραδέως ἀκούεται ταύτῃ. Quicquid autem in cerebrum per membranam peruenerit, id apertè hac parte auditur. Sic διαφραδὲς σαφὲς exponit Erotianus apud Hippocrat. & Heſychius φραδῶς, φραστικῶς, φανερῶς, diſertè & apertè. Ac certè, niſi me coniectura fallit; hunc locum mihi Erotianus exprimere videtur, ac pro διαφραδέως διαφραδὲς legiſſe. Quæ etiam lectio quadrare poteſt.

Δίαφρος, ἀφρίζων, hoc eſt ſpumans exponitur Galeno in Exeg.

Διαφυλάσσειν cuſtodire, conſeruare. ſed pro obſeruare poni videtur lib. κατ' ἰητρεῖον (pagin. 697. 44.) ἡ ἀνάληψις, ἡ ἀπόθεσις, ἡ ἐπίδεσις, ὡς ἐν τῷ αὐτῷ ᾖ διαφυλάσσειν. obſeruandum autem eſt, vt apprehenſio, depoſitio, & deligatio eodem ſint ſtatu.

Διάφυσις interſtitium, interuallum, diſcrimen, res intercurrens & diſcriminans; ſeptum, ſeptum medium. διάφυσιν vocat Hippocrat. lib. de fract. (pagin. 549. 25.) vt illic exponit Galen. eminentiam quandam neruoſam & cartilaginoſam in media oſſis tibiæ cum femore commiſſura protuberantem; quæ grandem illum ſinum ſubit, & colluctantia ac prominentia femoris inferiora capita ac tubercula, quæ in tibiæ ſinus inſeruntur, diſcriminat & diſtinguit. Hoc verò diſcrimen in recentibus cadaueribus tantùm apparet, cùm in mortuis marceſcat, adeò vt falſum Hippocratem quidam exiſtiment. De quo agit etiam Gal. lib. de oſſibus. At in Mochlico cum ſcribitur (pag. 505. 43.) πλευραὶ δὲ κατὰ τὰς διαφύσιας τῶν σπονδύλων νεύροισι προσπεφύκασιν, Coſtæ verò ad vertebrarum interſtitia neruo connectuntur. διαφύσιες interſtitia & interualla intelliguntur, rimæ, cauitates ſuperficiariæ, ac ſinus vertebrarum corporibus inciſi ad apophyſeon tranſuerſarum radices, in quos coſtarum capitula rotũda ſuis tuberculis inſeruntur. Eoque nomine duplices illi ſinus, in quibus duplicem dearticulationem coſtæ faciunt, dicuntur. Quo-

rum vnus eſt ad radices tranſuerſorum proceſſuum verticulorum, alter verò ad eorum finem internum. Ipſi quoque tranſuerſi proceſſus aut apophyſes διαφύσιες dici poſſunt, velut inter vertebras enatæ aut pullulantes, cum quibus duplici diarthroſi coſtæ iunguntur. At rurſus ibidem (v.47.) τὸ στῆθος διαφύσιας ἔχον πλαγίας, pectus obliqua interſtitia habens qua parte coſtæ annectuntur, dicitur. Eoque nomine diſcrimina quædam aut internalla intelliguntur, hoc eſt cartilagines ipſæ ad latera oſſium ſterni, quibus per ſynarthroſin cum coſtis iunguntur, aut ſinus ipſi cartilagine incruſtati, ad oſſium pectoris latera & commiſſuram inſculpti, in quos coſtæ parte cartilaginoſa inſeruntur. Rurſus ibidem (pagina 506. 8.) ἐκ τῆς διαφύσιος τῶν τοῦ πήχεος ὀστέων, ex medio cubiti oſſium interſtitio neruus torpidus enaſci dicitur. Sic libr. περὶ πήχεος (pagina 3. 30.) διαφύσιες internalla ſignificant & ſegmenta, aut ſpatiorum intercapedines, quibus plurimæ & magnæ corporis canitates refectæ ſunt & veluti diſcriminantur: Poros etiam & meatus verterunt, quòd vaſorum ferè vſum præſtent, eaque contineant quæ partim poſſidentem lædant, partim etiam eidem proſint. τούτων οὐδὲν ὅ, τι οὐ καὶ αὐτὸ κενόν ἐστι πολλῶν διαφυσίων μεστόν. Horum nullum eſt quod non etiam ipſum vacuum ſit, ſegmentis multis plenum ac veluti diſcriminatum. Eſt etiam διάφυσις Hippocrat. pediculus & interſtitium ex quo fructus arboris inhæret aut dependet, & maturus ſecernitur ac decidit. Lib. περὶ ἑπταμήνου (pagina 47. 30.) ὥσπερ δὲ τοῖς ἐκ τῆς γῆς φυομένοις οἱ καρποὶ ἀδρυνόμενοι ἀποκρίνονται καὶ ἀποπίπτουσι κατὰ τὴν διάφυσιν. Quemadmodum autem in his quæ è terra naſcuntur fructus pleni & maturi ſecernuntur ac decidunt qua parte inhæreſcebant.

Διαχαλᾶν laxari, elaxari, reſolui, diſſolui ac aperiri ſignificat. Eſtque ſolutio continui in ſuturis, cùm vnguis vnguem relinquit, aut cuneus angulum, aut dens dentem, quod in fracturis capitis ſæpe accidit. Lib. de vuln. capit. (pagina 448. 17. & 18.) ἕτοιμον γὰρ ταύτῃ ῥήγνυται τὸ ὀστέον, καὶ διαχαλᾶ διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς φύσιος τοῦ ὀστέου ταύτῃ καὶ ἀραιότητα, καὶ διὰ τὸ τῆς ῥαφῆς ἑτοίμως ἔχειν ῥήγνυται καὶ διαχαλᾶ. Promptè enim os hac parte, ob eam quam à natura habet imbecillitatem & raritatem, rumpitur & elaxatur, aut quia ſutura promptè rumpi ac elaxari ſolet. Sic ibidem διαχάλασις ſuturæ diſſolutio aut elaxatio dicitur (v. 20.) ἡ δὲ ῥῆξις ἡ κατὰ τὴν ῥαφὴν γενομένη καὶ διαχάλασις ἐπὶ τῆς ῥαφῆς, καὶ φράσασθαι οὐκ εὐμαρής ἐστι, ὑπὸ ἕδρης τοῦ βέλεος γενομένης ἐν τῇ ῥαφῇ, ἐπειδὰν ῥαγῇ καὶ διαχαλάσῃ. At fractura ad ſuturam exiſtens ſuturæ etiam laxatio eſt, quam, vbi rupta fuerit & elaxata, aſſerere non eſt facile, neque ſi id à teli veſtigio in ſutura exiſtente contingat.

Διαχειρίζειν idem quod διαχειρίζεσθαι, tractare, manibus verſare, regere, adminiſtrare. Lib. 2. περὶ γυναικ. (pagina 265. 4.) δεῖ δὲ τὸν ὀρθῶς ταῦτα διαχειριούμενον. oportet autem eum qui rectè hæc tractare volet. διαχειρισμοὶ φαρμάκων, medicamentorum præparationes dicuntur, adminiſtrationes ac diſpenſationes, quæ manuum tractationes exigunt lib. 2. Epid. (p. 315. 4.)

Διαχεῖσθαι, diffundi, diſſipari, diſcuti, reſolui. De tuberculo dicitur libro 4. Epid. (p. 333. 36.) οὐκ ἐθέλει διαχεῖσθαι, diſſipari aut diſcuti non ſolet. Dioſcorides de Onobrychide, cap. 170. libro 3. διαχεῖν φύματα, tubercula diſcutere dicit.

Διὰ χρόνου, vox eſt ambigua apud Hippoc. Interdum enim interpoſitum temporis interuallum ac ſpatium ſignificat, vt in Progn. μέγα δὲ ἀναπνεόμενον καὶ διὰ πολλοῦ χρόνου, magnam reſpirationem & quæ ex longis interuallis fiat denotat, quæque in ipſa reſpirationis actione magnam ceſſationem ac notabilẽ quietẽ interponat, & quæ ex longo temporis ſpatio opus ipſũ obeat, quod διὰ μακροῦ lib. 3. περὶ δυσπν. exponit Gal. Atq; idẽ ſignificat διὰ χρόνου, quod διὰ πολλοῦ χρόνου, ex multis interuallis, aut longo interpoſito interuallo ac tempore, vt ſcribit Galen. lib. 2. περὶ δυσπν. (pag. 180. 46.) Quam in notionem etiam vtitur lib. de rat. vict. in morb. ac. (pagina 68. 51.) ἢν διὰ χρόνου ἐξαπίνης εἰς τὸ πονέειν ἔλθῃ, ſi longo poſt interuallo ſubitò ad laborem ſe conuertant. Significat enim διὰ χρόνου idem quod πλείονα χρόνον διαλιπόντας, paulò ante dicit Hippocr. hoc eſt, poſt longi temporis quietem. Διὰ χρόνου etiam interdum longi & multi temporis ſucceſſionem denotat, idemq; quod ἐπὶ χρόνον πολύν, quod per multum tempus diuque obtinet, vt cùm ſcribitur lib. 3. Epid. ægr. 15. & 16. poſt ſt. peſt. πνεῦμα ἀραιὸν μέγα, διὰ χρόνου. magnam & raram ſpirationẽ multo & longo tempore diuque obtinuiſſe indicat. Quam quidem explicationem longè diffuſius ex Galeni authoritate probauimus noſtris in eum lib. Annotat. ſimulque huius etiam phraſis varietatem adſcripſimus.

Διαχώρησις & διαχώρημα Hippocrati quicquid è corpore prodit aut quacumque ex parte excernitur, ſignificat, magis tamen propriè, idque frequẽtiſſimè, alui excretioni attribuitur quæ per aluum ſubit, vt ſcribit Gal. Comment. ad aph. 18. libr. 2. his verbis. πρὸς μέν τοι τὴν ἐξ ὅλου τοῦ σώματος ἔφοδον κίνησιν εἰρῆσθαι διαχώρησιν, ἵνα πάντως ᾖ τὸ νῦν διδασκόμενον τῷ λελεγμένῳ κατὰ τὸ περὶ τροφῆς βιβλίον, ἔνθα φησίν, ἢ δυσαλλοίωτος, δυσεξανάλωτος, ἢ εὐαλλοίωτος, ἐξανάλωτος, ὅπερ ἀληθέστατον μέν ἐστιν· οὐ μὴν ὁμοίως ἀκούεσθαί τι δοκεῖ τῇ τῆς διαχωρήσεως προσηγορίᾳ. λέγεται γὰρ αὐτὴ μᾶλλον ἐπὶ τῆς κατὰ γαστέρα μόνον. δυνατὸν γε μὴν κἀπὶ τῆς καθ' ὅλον ἀκούειν αὐτὴν τὸ σῶμα. διαφέρει γάρ, ἢ ὑποχώρησιν, ἢ διαχώρησιν εἰπεῖν. ἡ μὲν οὖν ὑποχώρησις ἐπὶ τῆς κατὰ τὴν γαστέρα μόνον λέγεται. κοινὸν δ' ἀμφοῖν τὸ τῆς διαχωρήσεως ὑπάρχειν ἐγχωρεῖ ὄνομα. Nonnulli tamen

men eam quæ ex toto corpore fit euacuationem, διαχώρησιν, hoc eſt, excretionem Hippocrati appellari dixere, vt idem nunc doceatur quod libro de alimento, cùm ſcribitur, Cibus alteratu difficilis, ægrè abſumitur, qui facilè apponitur, facilè abſumitur. Quod certè eſt veriſſimum, non videtur tamen propriè διαχωρήσεως appellatione intelligi poſſe. Ea ſiquidem ferè quæ per ventrem fit intelligitur: poteſt tamen & quæ ex toto fit corpore accipi. Differt enim aut ὑποχώρησιν, aut διαχώρησιν dicere. ὑποχώρησις ſiquidem de iis ſolis quæ per aluum ſubeũt dicitur. διαχωρήσεως verò nomen vtriſque commune eſſe contingit. Rurſus Com. ad aph. 69. lib. ſeptimi, τὰ διὰ τῆς γαστρὸς ὑπιόντα λέγειν εἴωθεν αὐτὸς ὑποχωρήματά τε καὶ διαχωρήματα. Quæ per aluum ſubeunt conſueuit Hippocr. ὑποχωρήματα & διαχωρήματα hoc eſt ſubductiones & deiectiones appellare. Quanquam & de vrinarũ excretione eadem dicuntur, vt etiam ibidem teſtatur Galen. vt & aph. 68. libro 7. τὰ διὰ τῆς κύστιος διαχωρέοντα ὁρᾷν δεῖ, εἰ οἷα τοῖς ὑγιαίνουσιν ὑποχωρέεται. Quæ per veſicam excernuntur inſpicere oportet, num talia ſint qualia ſanis excernuntur. Et aph. 81. libro 7. ὁκοῖα καὶ ἐν τοῖσι κατὰ τὴν κύστιν, καὶ ἐν τοῖς κατὰ τὴν κοιλίην ὑποχώρη. Qualia ſint quæ per veſicam & aluũ excernuntur. Sic διαχώρησις οὔρων de vrinarum eductione & excretione dicitur, in Coac. Prænot. (pagina 435. 36.) etſi illic vetuſtam & meliorem diuerſamque lectionem adſcripſimus. Rurſus ibidem (pagina 433. 4.) τὰ θρομβώδεα αἵματα διαχωρέειν, de ſanguinis grumoſi per aluum aut vrinas excretione effertur.

Διαχώρημα καθαρὸν, deiectio pura aut ſyncera, neque colore præter naturam tincta, ſed inculpata, qualis eſt in ſanis, lib. de rat. vict. in morb. ac. (pagina 102. 2.) ἰδεῖν δὲ διαχώρησιν, μή τι μέλαν ἰσχυρῶς διαχώρησιν χρῶμα, ἢ καθαρὸν, ὁκοῖα ὑγιαίνοντος ἂν εἴη διαχωρήματα. Inſpiciẽda quoque deiectio, num vehementer nigra colore fuerit, vel pura, qualia ſanis per aluum ſecedunt. Poteſt & hîc καθαρὸν ſumi deiectio ſyncera & meraca, qualia ἄκρητα διαχωρήματα crebrò dicuntur Hippocr. & in Sileno lib. 1. Epid. διαχωρήματα ἄκρητα, χολώδεα, κατακορέα. Διαχώρησις μελάνων καὶ αἵματος, nigrorum per aluum refuſio & ſanguinis egeſtio, in Prorrh. (pag. 212. 26.) Et αἱματώδης διαχώρησις, cruenta alui egeſtio, in Coac. Prænot. (pagin. 443. 24.) & διαχώρημα ἐξέρυθρον ἐν πυρετῷ παρακρουστικὸν σημαίνει, prærubra deiectio in febre delirium denunciat (ibidẽ. v. 49.) Διαχωρητικώτερος ὁ γλυκὺς οἶνος τοῦ ἑτέρου κατ' ἕτερον dicitur vinum dulce Hippocrati, quod magis quàm alterum, vt pote vinoſum, per aluum & inteſtina ſubeat, aut deiectoria quadam vi magis polleat, lib. de rat. vict. in morb. ac. (pagina 71. verſiculo 40.)

Διαχωρέειν peruadere, pertranſire dicitur, vt libro quarto de Morb. (pagina 170. 34.) τὰ βρώματα τὸ σῶμα διαχωρέει; cibi corpus peruadunt, hoc eſt, corpus cibos egerit, tranſmittit, emittit. διαχωρέειν etiam pro ἀναχωρέειν poſitum videtur lib. de fiſt. (pagina 519. 21.) & de recto inteſtino prolapſo dici vbi retrocedit & intus redit, aut retruditur. Etſi etiam ad alui deiectionem referri poſſe adſcripſimus.

Διὰ χωρίου, ἀπὸ διαστήματος, hoc eſt, ex interuallo, exponit Galenus in Exeg. apud Hippocrat.

Διδακτὴ κατασκευὴ, exquiſitus ornatus, excogitatus apparatus, hoc eſt ad ambitionem compoſitus, Lib περὶ εὐσχημοσύνης (pagin. 15. verſic. 5.

Διδύμη exponitur Galen. in Exeg. apud Hippocr. ῥίζα τῆς βοτάνης ἥτις καὶ ὄρχις ὀνομάζεται, radix eius herbæ quæ orchis appellatur, quòd gemina ſit radice, bulboſa, duplici, & teſticulis ſimili, vnde etiam διδύμιος dicitur Heſychio, qui διδυμαῖς ῥίζαν βοτάνης εἶδος exponit, additque eo nomine Orchin appellari.

Διέβασκον, διεβίβαζον hoc eſt traiiciebant, tranſmittebant exponit Erot. apud Hippocrat. vt βάσκω pro βαίνω poeticè vſurpatur.

Διεβλήθησαν Galen. in Exegeſ. apud Hippocrat. ἐξηπατήθησαν hoc eſt decepti ſunt, exponit. Erotianus autem, παραλογίσθησαν, hoc eſt, falſis rationibus circumuenti ſunt ac illuſi. Eiuſque vocis teſtimonium ex Euripidis Hippolyto adducit. Sic & διεβάλλοντο, ἐξηπατῶντο, & διεβλήθη ἐξηπατήθη, exponit Heſychius, & διέβαλεν, ἐξηπάτησεν, Varinus.

Διεκβόλιον, vide Ἐκβάλλειν.

Διελινύειν eſt quieſcere, à labore ceſſare, otiari. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (pagina 68. 49.) ἢν δὲ δὴ καὶ πλείονα χρόνον διελινύσας, ἐξαπίνης εἰς τοὺς πόνους ἔλθῃ, quod ſi quis diutius otiatus, de repente ad labores ſe conuerterit.

Διενεγκεῖν idem quod ὑπερφέρειν, vide Διαφέρειν.

Διέξοδος eſt ciborum per aluum deſcenſus, tranſitus ac deductio. Lib. de fract. (pagin. 538. 18) Hippocrat. iuſculis & obſoniis liquidis vtendum cenſet, ὁκόσα τῇ διεξόδῳ μετριότητα παρέχουσι, quæ ventrem modicè deducant & quodammodo moueant. In Progn. quoq; (p. 137. 33) διέξοδος excrementorum tranſitum ſignificat. τοιαύτης γὰρ ἐούσης τῆς διεξόδου, ἡ κάτω κοιλίη ὑγιαίνοι ἄν. Talia nanq; ſi deiiciantur, inferiorem ventrem bene valere teſtantur.

Διερριμένα vide paulò ante διερρίφθαι.

Διέρσαι, traiicere, tranſmittere ſignificat lib. de art. (pag. 656. 57.) ἔπειτα διέρσαι τὸ ὑγιὲς σκέλος μεσηγὺ τῆς φλιῆς. deinde integro crure inter poſtes tranſmiſſo. Rurſus ibidem (pag. 655. 25.) ἢν δὲ μετεωρίζηται ἐκκρεμάμενος, διέρσας τὴν χεῖρα, καὶ ἐπισυνάψας τῇ ἑτέρῃ χειρί. Quòd ſi qui trahitur ſublimis pendeat, traiecta manu & ad alteram coniuncta.

Δίεσις, tranſmiſſio & diuiſio. Item perfuſio ac madefactio. Eſt & δίεσις vox Muſicorum propria, & principium muſices ac ele-

mentum ſignificat, vt eſt punctum Arithmeticis, cùm ſonus primùm ſenſu percipi poteſt. Quam in notionem vtitur Galen. libro 2. de Diff. pulſuum (pagin. 28.49.) καὶ γὰρ καὶ τὰς τῆς φωνῆς ὑπεροχὰς ὁ μὲν μουσικὸς οὐκ ἄχρι τόνου καὶ ἡμιτονίου μόνον, ἀλλὰ καὶ μέχρι διέσεως ἱκανῶς διαγινώσκει. Etenim & vocis exceſſus Muſicus non ad tonum & ſemitonium duntaxat, ſed ad elementum ipſum vſque & minimum ſonum ſatis aſſequitur. Apud Heſychium δίεσις, παρὰ τοῖς μουσικοῖς καλεῖται μέρος τι τόνου. Sudas autem δίεσιν eſſe dicit, τὴν περὶ μουσικῆς ᾠδῆς κίνησιν.

Διεσπασμένως ſparſim, diſperſim, contractim ſignificat, eaque voce vti ſolet Hippocr. cùm intermiſſum nec continentem, ſed diſperſum ac diſſolutum ventorum perſpiratum proponit. lib. 1 Epid. (p. 350.51) ἐτησίαι ὀλίγαι, σμικραὶ, διεσπασμένως ἔπνευσαν. Eteſiæ parum, tenuiter, diſiunctim ſegregatimque ſpirauere. Lib. item 2. (pagin. 314.24.) καὶ ἐτησίαι οὐ κάρτα ἔπνευσαν. καὶ οἱ πνεύσαντες, διεσπασμένως. Eteſiæ non multùm ſpirarunt, idque diſperſim & contractim. Et libro 3. in ſt. peſt. θέρος αἴθριον, θερμὸν, πνίγεα μεγάλα, ἐτησίαι σμικραὶ διεσπασμένως ἔπνευσαν. Aeſtas ſerena, calida, æſtus præfocantes magni, Eteſiæ pauci diſiunctim ſpirauere. Huic verò voci διεσπασμένως ξυνεχῶς καὶ οὐκ ἐκ προσαγωγῆς opponit Hippocrat. libro 1. Epid. (p. 357.44.) ἐτησίαι ξυνεχῶς ἐπέπνευσαν. Eteſiæ continenter ſpirauere. Rurſus (pagin. 368. 32.) καύματα μεγάλα, καὶ οὐκ ἐκ προσαγωγῆς, ἀλλὰ ξυνεχέα καὶ βίαια. Aeſtus magni, qui non per interualla aut ſenſim fierent, ſed tum perpetui, tum vehementes.

Διεστηκὸς ὀστέον, os diſiunctum, diſparatum, de caluariæ oſſe dicitur in cerebri inflammatione, cùm à membranis quibus colligatur, præcipuè qua parte ſuturæ ſunt, ſeparatum eſt, iſtaque continui ſolutione maxima mortis periculũ imminet. In Coac. Prænot. (pagin. 429.20.) οἷσι δὲ διατμηθεῖσι τῶν ὀστέων διεστηκὸς εὑρεθῇ τὸ ὀστέον, ἀπόλλυνται. Ex quorum numero hi pereunt, quibus per ſectionem os diſiunctum viſum fuerit. Διεστηκότα οὖρα, vrinæ diuulſæ & inæquales, & quæ ſubſtantiæ inæqualitatem præſeferunt, partib. aliis coctæ, aliis incoctæ, inæquales exponit Galen. Aph. 33. lib. 7. τὰ διεστηκότα χρόνια, quæ diutius moram trahunt & perſeuerant, aut diutius perſeuerans perturbatio. Coac. Prænot. pag. 431. 23.) ἐν τουτέοισι διεστηκόσι χρονίοισι ὀλέθριον. quibus diutius perſeuerat alui ſolutio cum vocis tremore, pernicies intenditur. Sic διεστηκὼς μικρὸν χρόνον, aliquantulum temporis immoratus dicitur.

Διέχειν perrumpere, penetrare, tranſigere. Lib. 5. Epid. (pag. 337.37.) nouè dicitur, ἓξ μῆνας αὐτὸν διέσχεν, quod eſt ad verbum, ſex menſes ipſum penetrauit, ſex menſes tranſegit. Videtur autem ſignificare, vehementibus capitis purgationibus & bis epoto medicamẽto purgante, ægrum ſex menſes tranſegiſſe & totos conſumptos fuiſſe, eoque præſidio bene hoc toto tempore habuiſſe. Poteſt & ad medicamẽti vehementis vim referri, quæ ſex menſibus ægrum exercuerit. διέχειν nanq; διίκειν exponit Heſychius. Eſt & διέχειν Varino διαλείπειν, ἀφίστασθαι, tuncque ad morbum referetur, qui ſex menſibus intermiſerit, ac veluti ægrum dimiſerit.

Διῆσαι exponit Galen. διασεῖσαι, concutere, excutere, ex lib. 2. περὶ γυναικ. additque idem ſumi pro διηθῆσαι καὶ τὸ διελεῖν, quod eſt percolare & diuidere. Verùm toto lib. 2. περὶ γυναικ. διῆσαι non legitur, ſed διασῆσαι à διασήθω quod ſignificat cribrare, incernere, vt (pag. 284. 25.) ἐν θυίῃ λιθίνῃ τρίβειν μάρμαρον, ἢ λίθον λευκὸν, καὶ διασῆσαι. & in pila lapidea marmor aut lapidem album terito ac incernito. Vt mihi videatur Galen. διῆσαι à διήθω aut etiam διασῆσαι, & vtrunque legiſſe. Sed tunc apud Galenum legendum erit, διῆσαι ἢ διασῆσαι, &c.

Διΐδρος, νοτερὰ καὶ διϊδροῦσα exponitur Galen. hoc eſt, humida & exudans. Ac niſi me fallit cõiectura, ſuſpicor Galenum locum lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pagin. 201. verſiculo 16.) hac indicatura ſubindicare. vbi tamen legitur, ἡ δὲ γαστὴρ διυδρος, venter verò perhumeſcens, & διΐδρος legiſſe. Etſi etiam antea διάϊδρος illic Galenum legiſſe ſubindicauimus.

Διϊπετὴς γόνος, genitura fluens, aut curſu defluẽs, continua ſerie & curſu effluens, quæ non retinetur in locis, ſed ſtatim effluit. Lib. 2. περὶ γυναικ. (pagin. 239. 31.) ἐὰν δὲ γόνος ἀπορρέῃ διϊπετὴς, ſi genitura rapido curſu aut continuè defluat. Eſt autem διϊπετὴς epithetum torrentium Homero frequens, quòd rapide fluant, & ab Ioue hoc eſt imbre repleantur, indeq; omnibus fluminibus attribuitur, quoniam imbribus omnia complentur. Sic de Scamãdro Il. φ. (v. 268.) μέγα κῦμα διϊπετέος ποταμοῖο dicitur, magnus fluctus rapidè fluentis fluuii. Erotiano autem διϊπέτης γόνος, διαυγὴς καὶ καθαρὸς exponitur, genitura pellucida, clara & pura, hoc eſt nullam alterationem ſubiens, ſed mox vt emiſſa eſt reddita. Heſychius quoque διϊπετέος de Nilo dictum, διαυγοῦς, διαφανοῦς, ἢ διαπεπτασμένου exponit, hoc eſt limpidi aut expanſi. Sed animaduertendum eſt, Erotiano διϊπέτης dici & διιπέτης, cùm apud Hippocrat. διϊπετὴς omnia exemplaria habeant. Dicitur etiam διϊπετὴς ποταμὸς, διαφανὴς, μέγας, ἢ καταφερὴς, limpidus, magnus, & rapidè fluens. καὶ διϊπετὲς πεδίον, νοτερὸν καὶ δροσῶδες, humidus ac roſcidus campus, aut διηνεκὴς, continuus & longus, quomodo & διϊπετὴς γόνος ἀπορρέων, continuè ac iugiter defluens dici poteſt. Quamquam non malè quibuſdam διϊπετὴς γόνος dici videtur à ſupernis partibus, nempe à cerebro ſuprema mentis arce tamquam à cœlo aut Ioue decidua genitura. Dicitur etiam διϊπετὴς διαυγής. διϊπετὴς ἀὴρ Euripidi, & διϊπετὴς γυνὴ Varino.

Διϊσχυρίζω vide in ἰσχυρίζω & ἰσχύρησις.

Δίκαιον variam ac multiplicem habet acceptionẽ apud

apud Hipp. vt indicat Erotianus. Interdum nanque εὔλογον, quod eſt rationi conſentiẽs ac conſentaneum ſignificat. Interdum etiã ὅμοιον æquale & ſimile. vt lib. de art. (p. 589. 34.) δίκαιον σῶμα, corpus iuſtũ aut membrũ dicitur, quod vtraque parte, tum dextra, tum ſiniſtra prorſus æquale eſt. Sic enim Gal. illic δίκαιον ἀκριβῶς ἴσον ἑκατέρωθεν ἐκ δεξιῶν γε καὶ ἀριστερῶν exponit. Rurſus libr. de fract. (pag. 567. 35.) κατάτασιν δικαίην καὶ ὁμαλὴν extenſionem iuſtam & æquabilem vocat. Vbi δικαίην ἴσην explicat Galen. additque δίκαιον in comparatione de duobus dici, ἴσον verò & ὁμαλὸν, quod eſt æquale & æquabile, de vna re quæ æquabilitatem ſeruat. Iterũ ibidem (p. 573. 8.) δικαίην φύσιν μοῦνον ἔχει τὸ ἄρθρον dicitur de genu articulo, qui vnus iuſtam habet naturam, hoc eſt æquabilitatem, vt explicat Gal. δικαιότατα μοχλεύει iuſtiſſimam molitionem facit, lib. de artic. (pag. 584. 55.) de reponendi humeri per machinam ratione, hoc eſt optimè conuenientem & vtilem aut æquabilem. Illic enim δίκαιον ἀντὶ τοῦ ἴσου καὶ συμφέροντος ſumi contendit Erotianus, etſi longè aliter locum illum legit, vt noſtris in eũ lib. Annotat. adſcripſimus. Ibidem quoq; δικαιόταται αἱ ἀντιῤῥοπαὶ, iuſtiſſimæ in vtranque partem librationes, hoc eſt, maximè æquabiles. At rurſus ibidem (p. 585. 9.) δικαίη μόχλευσις iuſta molitio, hoc eſt valens & robuſta dicitur. τί γὰρ ἂν δικαίη μόχλευσις οὐχὶ κινήσειεν. Nam quid non moueat iuſta molitio? Illic enim δικαίην ἰσχυρὰν accipi vult Erotianus. Quanquam vitium ſubeſſe apud Erotianum exiſtimo cùm ſcribitur ἐπὶ τοῦ ἰσχίου φησίν. Nam ἐπὶ τοῦ ὤμου legendum eſſe res ipſa clamat. Illic enim de reponendi humeri ratione agitur. Δικαιοτάτη φύσις dicitur quod maximè ſecundũ naturã rectum eſt, quod eſt naturæ maximè conueniẽs & accõmodatum, Lib. de fract. (p. 526. 53.) οἰκειοτάτην exponit Galen. Quod enim cuique eſt accommodatiſſimum, id maximè ſecundũ naturam eſt & optimè ſe habet. Erotianus illic τὸ δίκαιον συμφέρον conueniens & vtile exponit, & δικαιοτάτην φύσιν ὥσπερ τὸν δίκαιον νόμον, tanquam legem aut præceptum quoddam maximè conueniens & naturæ accommodatum: Aut certe (quod magis reor) bis verbis [ὥσπερ νόμος δίκαιος.] alter locus eiuſdem lib (pagin. 538. 27.) indicatur, vbi legitur: οὗτος ὁ λόγος ὥσπερ νόμος κεῖται δίκαιος περὶ καταγμάτων ἰήσιος. Atque hic ſermo velut quædam lex æqua de fracturarum curatione inſtitutus eſt. vt mihi videatur apud Erot. legi debere, καὶ ὥσπερ νόμος δίκαιος, vt δίκαιον νόμον velut δικαιοτάτην φύσιν accipi velit, hoc eſt legem iuſtam & æquam, & ad fracturarum curationem maximè accommodatam ac conuenientem. Rurſus ibidem (pag. 527. 9.) δικαίη φύσις Hippocrati dicitur natura iuſta, optima, æquiſſima, hoc eſt, quæ ab ipſis primordiis & per totum vitæ curſum, quod vnicuique membro maximè conuenit & eſt accommodatum, inuenerit. δικαίη χείριξις iuſta curatio aut tractatio, lib. de fract. (pag. 528. 32.) quæ laboranti quod conuenit tribuit, nihilque tranſgreditur, exponitur Galeno. τὰ δίκαια σχήματα, iuſtæ figuræ, hoc eſt quantum fieri poteſt æquales, quod eſt pro cuiuſque rei dignitate & cõuenientia, lib. de art. (p. 591. 43.) Sic enim illic exponit Galen. Etſi idem Com. 2. in lib. de fract. (p. 541. 5.) δίκαιον σχῆμα exponit, iuſtum partium habitum, qui proprium cuiuſque particulæ ſitũ ſeruat. δικαιότεραι ἀνάγκαι coactiones aut neceſſitates æquiores, hoc eſt aptiores aut magis accommodatæ & conducibiles, lib. de art. (p. 521. 55.) Etſi eædem fortiores accipi poſſunt. δίκαιος ἰητρὸς πρὸς πᾶσαν ὁμιλίην, æquus medicus ad omnem conuerſationẽ, qui ſe æquũ omnib. præbet, & operam ſuã omnibus ex æquo accommodat. Lib περὶ ἰητροῦ (p. 12. 37.) Vnde ſubdit, χρὴ γὰρ πολλὰ ἐπικουρέειν δικαιοσύνην, quòd ſua æquitate multis auxilium ferre poſſit, & iuſtitia in omni vita multũ habeat vitium. δικαίως διαιτώμενος, qui probã victus ratiõe vtitur, recta & iuſta, hoc eſt abſolutè proba, In Prorrh. 2. (p. 415. 3.)

Δικλίδες θύραι, biforem ianuam, bifidam & bipartitam exponit Gal. Com. 1. in lib. de art. (p. 585. 35.) apud Hippoc. huiuſmodi fores intelligens quæ tranſuerſum tignum medium habẽt, ſupra quod ianua vna aperiatur, & infra altera. Dicitur autem δικλὶς θύρα quaſi duplex, quod binas in ſe valuas aut ianuas contineat. Quem etiam locũ procul omni dubio in Exeg. exprimens, ſcribit, δικλίδες διμερὴς, ὡς δυνάσθαι τοῦ κάτω μέρους κεκλεισμένου τὸ ὑπερκείμενον ἀνοῖξαι. Verùm illic vitium ſubeſſe apparet, & διμερὴς leg. vt δικλίδος θύρας exponatur, hoc eſt biforis ianuæ, bipartitæ, ita vt poſſit quis inferiore parte clauſa ſuperiorem aperire. Apud Erotianum quoq; hic locus non minus vitioſè ſubnotatur, cùm δικλεῖδες pro δικλίδες ſcribitur. Eiq; (δικλεῖδες ἰδίως λέγονται θύραι αἱ δίχα τετμημέναι, ὡς δυνάσθαι μέρους ἑνὸς κεκλεισμένου, τὸ λοιπὸν ἀνοῖχθαι, bifores ianuæ propriè dicuntur in duas partes ſectæ, vt vna parte clauſa reliqua aperiri poſſit. Cæterũ δικλίδες πύλαι dicuntur Homero Il. μ. (v. 455.) portæ bifores, valuæ bifores, quæ duabus ſeris clauduntur, vel quæ duplicem ianuam habent, vnde ὑψηλαὶ hoc eſt altæ dicuntur. Euſtathio exponuntur αἱ δὶς κλειόμεναι ὑπὸ δύο ὀχέων. Eædẽ & Scholiaſtæ αἱ δίθυροι dicuntur. Euſtathius etiã ὀδυσ. β. δικλίδας eſſe vult διχόθεν κλειομένας & διθύρους. Sic autem dicuntur quòd duabus ſeris claudantur, & vna claue aperiãtur (vt vult Euſtath. quaſi δύο ἀγόμεναι ὑπὸ μίαν κλεῖδα) aut quòd binis clauibus claudantur, habentibus foribus ſingulis propriã clauẽ. Varinus etiã δικλίδας dici vult διχόθεν κλειομένας & διθύρους, additq; velut δίζυγες ἵπποι biiuges equi dicũtur qui idẽ iugũ ſubeunt, ita & δικλίδες πύλαι quæ vna & eadẽ claue claudũtur, cùm duplicẽ habeãt ſerã, velut bifores. Heſychio verò δικλίδες αἱ θύραι exponuntur, & δικλίδος δίθυρος, ſi modo vera eſt lectio, ac non potius δικλίδες δίθυροι, & δικλίδος διθύρου legendum ſit, vt

poſterioribus his verbis hic Hippocratis locus ab Heſychio exprimi videatur, quemadmodum noſtris in eum Hippocr. locum Annotat. ſubmonuimus.

Δίκρανα Erotianus apud Hippocratem, exponit τὰ διῃρημένα εἰς δύο, καὶ οἷον δίχηλα, καὶ δικόρυφα, bifida & quæ in duo diuiduntur, & quę duas veluti chelas habent, aut duos vertices. Idemque annotat adſcribi eam dictionem libr. de Loc. in homine. Verùm apud Hippocratem δίκραια oon δίκρανα legimus, Libr. 6. Epid. ſect. 1. aph. 12. τὰ μὴ δίκραια φύματα, tubercula minimè bifurca, bifida, biſulca ac bicipitia. Quem locum mihi certe reſpexiſſe videtur Erotianus & δίκρανα pro δίκραια legiſſe, vt & exemplaria quædam manu ſcripta δίκρανα habere adſcripſimus noſtris in eum locum Annotat. etſi meliora Erotiani exemplaria δίκραια habent. At verò lib. de Loc. in homine δικραιος dicitur διφυής, bifidus, bicornis, biceps, bifurcus, (p. 65. 33.) ὁ δὲ μηρὸς ἄνωθεν μὲν ᾗ ἐς τὴν κοτύλην ἐμβάλλει, δικραιός ἐστι τοιαύτην δικραιότητα. femur autem ſupernè vbi in acetabulo committitur, bifidum eſt huiuſmodi bifiditate. Rurſus ibidem (v. 33.) ἐπὶ μὲν τοῦ ἔσω κεκλιμένου τῶν δικραίων ἐπὶ τοῦ ἄκρου ἐπιπέφυκεν στρογγύλον καὶ λεῖον. In ea quidem bicipitii parte quæ intro inclinata eſt, in ſummitate rotundum & leue. Et rurſus. τὸ δὲ ἕτερον τὸ ἔλασσον τῶν δικραίων, τὸ ἐκτὸς μᾶλλον ἔξω ἐξέχει. Altera verò para minor quæ in bifurculo protuberat, magis foras prominet. Et iterum ibidem (v. 36.) πρὸς δὲ τὸ γόνυ τὸ ὀστέον τοῦ μηροῦ τοιοῦτον δέ ἐστι δίκραιον. τῷ δὲ δικραίῳ τούτῳ τὸ ὀστέον ἡ κνήμη καλεομένη οἷον ἐν γιγγλύμῳ ἐνήρμοσται. Ad genu autem os ſemoris bifidum eſt. Bicipitio autem huic os tibia appellata, velut in cardine adaptatur. Sic lib. περὶ ὀστέων φύσ. (pag. 62. 44.) vbi legitur, καὶ διαραίην ἐμφύσασα ἐναιμον, δικραίην lego, vt ſit, vbi bifidam produxit refertam ſanguine. Caluus verò διὰ κρεῶν vitioſe legiſſe videtur. Erotian. quoque ἐδικραιώθη apud Hippocrat. εἰς δύο διῃρέθη exponit. Δίκροον verò Galenus apud Hippocr. in Exeg. τὸ οἷον δίκρανον, ὅπερ καὶ διχηλὲς ὀνομάζουσιν. velut biceps, quod etiam bifidum nominant exponit. Quod verò additur, τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ἠδίκροον δηλοῖ, mihi vitioſum cenſetur, & pro ἠδίκροον δίκρανον leg. apparet, vt δίκρανον etiā δίκρανον aut δίκροον dici cenſeat, eamq; dictionem, quæ Hippocrati frequens eſt, exponat. τὸ δικροοῦ γλώσσης, linguæ bifurculum, bifidū & biſulcū dicitur in Coac. Prænot. (p. 430. 39.) & lib. περὶ κρισίμων (pag. 388. 15.) & ſi vitioſa illic eſt lectio, eamque noſtris in Coac. Prænot. Annotat. reſtituimus. Quæ certe loca mihi videntur à Galeno in Exeg. ſubindicari, etſi δικροοῦ vtrobiq; ſcribitur. Nā & δίκροον & δικροοῦ διφυὲς dicitur. δίκρανον verò tanquam δικάρανον biceps dici videtur.

Δῖνος vertigo dicitur, affectus cùm caput circūagi videtur. Cùm verò etiam tenebræ oculis obuerſantur, σκοτόδινος aut σκοτόδινος vocatur. Galen. Comment. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 99. 2.) ὅταν ἡ κεφαλὴ περιφέρεσθαι φαντάζηται, δῖνος ὀνομάζεται τὸ πάθος, ὅταν δὲ σκοτώδης ἡ ὄψις ἅμα τῷδε φαίνηται, σκοτόδινος καλεῖται, γίνεται διὰ κίνησιν ἄτακτον φυσώδους πνεύματος, ἢ κατὰ τὴν κεφαλὴν ἔχοντος τοπικὴν γένεσιν, ἢ κάτωθεν ἀναφερομένου. Cùm caput circumagi videtur, hic affectus δῖνος, hoc eſt vertigo, nominatur, cùm verò vnà etiam tenebricoſa viſio viſa fuerit, σκοτόδινος, hoc eſt tenebricoſa vertigo appellatur. fit autem ob inordinatam ſpiritus motionem, qui vel in capite ſedē habet, vel ex inferioribus partibus ſurſum fertur. Δῖνος Erotiano σκότωσις, ὡς φέρεσθαι δοκεῖν τὰ ὁρώμενα, explicatur, obtenebratio, adeò vt quæ videntur circumagātur. Quibus verbis Erotianus locum lib. de cap. vulner. mihi exprimere videtur (p. 449. 26.) ἔπειτα τὸν ἄνθρωπον ἢν δῖνος τι ἔλαβεν, καὶ σκότος, καὶ ἐκαρώθη, καὶ κατέπεσεν. deinde qđ æger vertigine correptus fuerit, aut caligo oculis offuſa, aut alto ſopore detētus conciderit. Eſt & δῖνος Erotiano ſaltationis genus, ſic fortaſſe dictū quod in gyrum agatur.

Διόγκωσις tumefactio, ampliatio dicitur. Eſt autem Methodicorum vocabulum quo corporis diſtentionem ſignificant, vel à coaceruatis excrementia factam, vel à diffuſis humoribus ac veluti inundantibus. Galeno lib. de optima ſecta (p 28. 35.) διόγκωσις eſt χύσις καὶ διάτασις τῶν σωμάτων, corporū fuſio & diſtētio.

Δίοδος, tranſitus, via, pertranſitus. δίοδος μελάνων, nigrorū deiectiones, per aluū pertranſitus. In Prorrh. (p. 211. 31.) σχέσις τῆς κάτω διόδου, ſuppreſſio tranſitus qui ad inferiora tendit, hoc eſt ſtercoris, lib. 5. Epid. (p. 341. 37.) & lib. 7. (p. 362. 16.) διόδευσις τοῦ πνεύματος, ſpiritus trāſitus, lib. de flatibus (p. 120. 6.) πάντων γὰρ τῶν νοσημάτων αἰτίας τοῦ πνεύματος ἡ διόδευσις. Omnium enim horum cauſa eſt ſpiritus tranſitus. Eſt & διέξοδος πνεύματος καὶ αἵματος, ſpiritus & ſanguinis pertranſitus, toto eo libello ſatis frequens. lib. 2. Epid. (p. 315. 31.) ὑποχονδρίου δεξιοῦ ἔντασις, ἢν μὴ διεξοδώσῃ οὖρα, præcordiorū dextrorū contenſio, niſi ſi vrinæ pertranſierint, & viam ſibi quodammodo fecerint.

Δι' ὀλίγου, non longo interuallo, ex breuibus interuallis, idem quod crebrò. Gal. libro 1. de Cauſ. pulſ. (p. 86. 24) ταὐτὸν δέ ἐστι τὸ μὲν δι' ὀλίγου τῷ πυκνῷ, Ex breuibus interuallis idē quod crebrum, & τὸ διὰ μακροῦ, τῷ ἀραιῷ. ex longo interuallo idem quod rarum.

Δι' ὅλου toto corpore & per totum corpus ſignificat, eaque phraſi crebrò vtitur Hippocr. in Epid. cùm ſudorem toto corpore effluxiſſe indicat, per omnia membra diffuſum dixit Celſus. Vt ægr. 2. 4. & 11. lib. 1. Rurſusq; ęgr. 3. & 5. lib. 3. & ægr. 1. 4. 8. 10. 11. & 12. lib. 3. poſt ſt. peſt.

Διολισθαίνειν, elabi, dilabi, effugere, effluere è manibus, De rebus lubricis dicitur quæ ad contactum ſub digitis elabuntur & effluunt, vt mucoſa & tenacia, ideoque medicis puris ſpeciem exhibent, quòd digitis cedant, iisque imponuntur. Lib. de articul. (pagina 610. 1.) ἅτε γλίσχρα ἐόντα ὑποθλιβόμενα, διολισθαίνει ταχέως ὑπὸ τοὺς δακτύλους καὶ ἔστι

καὶ

καὶ ἐκθέει vt quæ lenta ſint vbi contrectantur, ſub digitis celeriter in hanc vel illam partem elabuntur, hoc eſt digitos effluunt.

Διόπτης exponitur Gal. in Exeg. apud Hippocr. νηὸς ἐπιμελητὴς, παρὰ τὸ διοπτεύειν ἢ δίοπτον τὰ ἐν αὐτῇ (Sic enim lego non ἐν αὐτῷ vt omnia habent exemplaria) nauis curator, quòd quæ in ea ſunt, inſpiciat & curet. Verũ δίοπος non διόπτης aut δίοπτος (vt habent etiam quædã exemplaria) legendum. Nã & Erotianus apud Hippocr. διοπῷ τῷ τῆς νηὸς ἐπιμελητῇ παρὰ τὸ διοπτεύειν, explicat, hoc eſt nauis curatori, ab inſpiciendo ac prouidẽdo. Innuitq́; Atticam eſſe lectionẽ ab Ariſtophane, Aeſchylo & Euripide vſurpatam. Verùm apud Erotianũ διόπῳ legẽdũ & διοπεύειν forte vt & apud Galenũ. Nã & Heſychio δίοπος exponitur ἐπίσκοπος, ἄρχων, ναύαρχος, ἐπιστάτης, διόπτης. nauis præfectus & gubernator, & διοπεύειν ἐπιμελεῖσθαι νηὸς, nauĩ curare, vt & διοπτεύειν, κατασκοπεῖν, prouidere, inſpicere, ſpeculari. At verò nemini eſt dubium quin Galeno & Erotiano hic Hippocratis locus ſub notetur lib. 5. Epid. (p. 341. 20.) qui etiam repetitur lib. 7. (pag. 362. 16.) τῷ ἐκ τοῦ μεγάλου πλοίου διόπῳ ἡ ἄγκυρα ἀρχαῖον δάκτυλον, καὶ τὸ κάτω ὀστέον ξυνέφλασε δεξιῆς χειρός. Magnæ nauis præfecto anchora manus dextræ indicem & os infernum colliſit. Vbi tamen διόπτῳ mendosè legunt omnia exemplaria, vt illîc ſubnotauimus, eũque locum ſubindicari adſcripſimus. Ex quibus certe longè falli eos exiſtimandum eſt, qui διοπον templi curatorẽ apud Hippocr. faciunt. Eſt autem διέπειν regere, adminiſtrare, gubernare, & δίοπος nauis rector, diſpenſator & curator.

Διόπτρα exponitur Galeno in Exeg. (in dict. κατοπτὴρ) ὁ γυναικεῖος διαστολεὺς inſtrumentum ad ſinũ muliebrem dilatandũ idoneũ, ſpeculum matricis Chirurgis dicitur. Διόπτρον Paulo vocatur ex Leonide Cap. 78. lib. 6. inſtrumẽtũ quo ſedes dilatatur, & ἑδροδιαστολεὺς, quo etiã ad ſinũ muliebrẽ dilatandum vti poſſumus.

Διόρθωσις eſt mẽbri fracti correctio aut directio, cùm ea quæ aliquo modo excedunt, in naturalem & moderatum ſtatum reſtituuntur. Lib. κατ' ἰητρεῖον (p. 690. 15.) διόρθωσις idem quod πρᾶξις καὶ ἀναπλήρωσις, cùm ſplenia ad fracturas adhibemus, vt eas dirigamus, contineamus, & ita ad firmitatem complemus. Quod fit in iis membris quæ λαπάξη aut ὑπόξυρα dicuntur, & in extremitate tenuantur, vt cubitus iuxta manum & tibia iuxta pedem. Illîc enim ſplenia craſſitudine & latitudine talia adhibentur, vt illam inanitatem expleant, & deligationẽ craſſitudine æquent. Διόρθωσις etiã eſt articuli repoſitio, directio, & luxati reſtitutio lib. de art. (p. 660. 55.) αὐτὰρ ἐκ κατατάσιος μετρίης, ἡ διόρθωσις ἅπασι κοινή. At quæ moderata intenſione fit reſtitutio, omnibus communis eſt. διορθοῦν oſſa dirigi dicit Celſus capit. 10. libro 8. Erotianus διορθοῦν διαπλάσσειν, exponit apud Hippocrat. quod eſt efformare, effingere, quo verbo ſæpe vtitur Hippoc. lib. de artic. in naſi fracti reſtitutione (pag. 608. 10. & 14.) καὶ ἐσματτόμενον ἐς τοὺς μυκτῆρας καὶ τὰ ἔσω ῥέποντα διορθοῦν αἰεὶ, ἐς ἂν καταρτηθῇ. & digitis immiſſis nares contrectando, quæ in interiorem partem vergunt impigrè dirigenda, quoad reſtituantur. Rurſus, αὐτὰρ καὶ ἐς τὸν μυκτῆρα τὸν μικρὸν δάκτυλον ἀποθέντα ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε, διορθοῦν χρὴ τὰ ἐγκεκλιμένα. Quin & impulſo in nares paruo digito, ſubinde quę inclinata ſunt dirigere conuenit. Sic enim legimus contra omniũ exemplarium fidem, vt noſtris eum in locũ Annotat. probamus.

Διοῤῥώσιος exponitur Galeno in Exeg. apud Hippocr. τῆς εἰς τὸ ὀῤῥῶδες καὶ ὑδατῶδες μεταβολῆς, conuerſionis in ſeroſam & aqueam ſubſtantiam. Scribitur etiam διορώσιος vt & ὀρὸς & ὀῤῥὸς ſerum dicitur. Vnde διοῤῥοῦσθαι & διοροῦσθαι ſereſcere, in ſerum abire, quod διορίαν & διορεῖαξ dicitur Hippocrati, quod eſt ſanioſum aut ſeroſum fieri, ſero dilui ac veluti permingi. lib. περὶ ἀφόρων (pag. 291. 16.) ἀλλὰ διορέει τὴν γονὴν τὸ αἷμα τὸ καλιὸν ἀπὸ τοῦ σώματος νοσερὸν ἐόν. Verùm ſanguis morboſus à corpore prodiẽs genituram ſeroſam reddit & ſanioſam & quæ facilè diffluit. Rurſus (ibidem) διορηθεῖσα δ' ἡ γονὴ ἐξέρχεται ἔξω τῷ χρόνῳ ἢ ὀλίγῳ, ἢ πολλῷ ξὺν ἰχῶρι. Seroſa verò effecta genitura tempore modico aut multo ſimul cum ſanie foras progreditur. Hoc eſt ſanieſcens genitura & ſero nimio à ſanguine morboſo diluta, citius effluit, inutilis & irrita redditur. ἡ γὰρ πήγνυται ὑπὸ τοῦ αἵματος νοσεροῦ ἐόντος. Neque enim cogitur à ſanguine morboſo aut concreſcit. Sic etiam διορηθεῖσα ἡ γονὴ ſanieſcens aut ſanioſa genitura dici poteſt quæ nimio ſero diffluit: hoc eſt irrita & inutilis, velut διορεῖαξ de ouis irritis dicitur, quæ vrina & hyponemia Plinio vocantur. Lib. quoque eodẽ (pag. 294. 5.) ἀνάγκη πάγχυ διορέειν τὴν γυναῖκα τὴν γονὴν neceſſe eſt mulierem penitus genituram ſeroſam reddere, ſero diluere. Lib. verò 1. de Morb. (pag. 139. 13.) ὁκόταν οὖν χολὴ κινηθεῖσα ἐς τὰς φλέβας καὶ ἐς τὸ αἷμα ἐσέλθῃ διακινέει καὶ διόρνοι τὸ αἷμα ἐκ τῆς εἰωθυίης συστάσιός τε καὶ κινήσιος. Vbi igitur commota bilis in venas & ſanguinem ingreſſum fecerit, ex ſolita compage & motione ſanguinem dimouet & ſero diluit. Rurſus (ibidem v. 15.) ὑπό τε τοῦ πλήθεος τοῦ πυρετοῦ, καὶ τοῦ αἵματος τῆς διορήσιός τε καὶ κινήσιος γενομένης οὐ τῆς εἰωθυίης. præ febris copia, & ſanguinis dilutione & motione nõ conſueta contingente, hoc eſt, vbi ſanguis nimio ſero præter conſuetudinem diluitur. Quem ſanè locum ſua Exegeſi mihi videtur expreſſiſſe Gal. & pro διορήσιος, διοῤῥώσιος, hoc eſt in ſeroſam & aquoſam ſubſtantiam mutatione, legiſſe, vt & priore loco διοῤῥοῖ pro διόρνοι legendum cenſeo. Eſt & διορεῖαξ per vrinam reddi & vrinam ciere, vt de vinis dulcibus ſcribitur Hippocrati lib. περὶ διαίτης (p. 187. 42.) μάλιστά τε διορέονται καὶ τρέφουσι. potiſſimumq́; vrinas mouẽt & nutriunt, aut per vrinas redduntur. Item de melle, ibid. (pa. 189. 9.) καὶ γὰρ διορέεται καὶ διακαθαίρεται μᾶλλον τῇ μήκωνι. Nã & per vrinam & per aluum

plus iuſto expurgatur. Hinc etiā διουρητικὰ medicamenta dicuntur quæ ſunt vrinæ mouendæ idonea. Cælius vrinalia vocat Tard. paſs. lib. 1. cap. 4. Rurſus Prorrh. 2. (pag. 420. 45.) καὶ τὸ ποτὸν οὐκ ἐς τὴν κύστιν τρέπουσιν, ὥστε διουρέεσθαι. neque potum ad veſicam vertunt, vt per vrinam reddatur.

Διπλᾶς ἐς τὰ θρύμματα in fragmenta reſolui, libro 1. περὶ γυναικ. (pag. 254. 37.) οὖρον λαβὼν παλαιὸν καὶ σιδήρου σκωρίην ὅσον διπλᾶ ἐς τὰ θρύμματα, vrinam veterem ſumito & ferri recrementū tantum vt in fragmenta reſolui poſſit.

Διπλόη dicitur oſſis caluariæ duplicata lamina & interior eius pars rara & laxa, cauernoſa & molliſſima, qua oſſa inter ſe connectuntur. Meditullium vocatur & ſecunda lamina recentioribus. lib. de cap. vulnere (pag. 445. 25.) ἡ δὲ διπλόη κοιλότατον καὶ μαλθακώτατον, καὶ μάλιστα σηραγγῶδές ἐστιν. Eſt autem diploë, aut duplicata lamina maximè caua & molliſſima plurimumque peruia. Rurſus eodem lib. (p. 450. 19.) ὑποφύεται δὲ ἐκ τῆς διπλόης τοῦ ὀστέου καὶ ἐκ τοῦ ὑγιέος, ἢν ἡ ἄνωθεν μοῖρα τοῦ ὀστέου μούνη σφακελίσῃ. Succreſcit autem ex oſſis meditullio, vbi oſſa inter ſe connectuntur, & ab eo quod ſanum eſt, ſi ſuperior tantùm oſſis pars vitium ſenſerit. διπλόην Celſus, interiorem partem qua oſſa inter ſe connectuntur, vocat. Alii medium caluariæ diſcrimen. Cuius meminit Gal. lib. 6. Meth. med. cap. 5. ὁ ἐγκέφαλος τοῦ ἀνθρώπου ἐστὶ διπλόος, cerebrum homini duplex, lib. de Morbo ſacro (pag. 124. 3.) διπλόον ἀναπνεῖν, geminata ſubinde reſpiratione reſpirare, lib. 7. Epid. (p. 365. 4.)

Δίπνοα τρήματα, biſpira foramina dicuntur Galeno in Exeg. τὰ εἰς τὰ κενὰ συντετρημένα, καὶ οἷον κατὰ δύο στόματα ἀναπνέοντα, in his quæ ad vacuū pertuſa ſunt ac perforata, quaſi per duo oſcula reſpirent. At apud Heſychium non τρήματα, ſed δίπνοια τραύματα, ἐς κενὰ τραύματα explicantur, quaſi biſpira vulnera, quæ ad vacuum penetrant & tranſadiguntur. Quāuis apud eum & Varinum ἐς κενὰ vitioſè legatur, & δίπνοια forraſſe pro δίπνοα.

Διπύρηνον ſpecillum biceps duo capita habens velut nucleos auerſa ſui parte ſummaque ſui cuſpide, quæ aliquando perforata erat vt linum velut acus traheret. Eoque in traiiciendo lino per fiſtulam, aut in eius fundo pertentando vtitur Paulus libro 6. c. 77. & 78. Vbi tamē vitioſè διαπύρηνον ſcribitur: quodque Paulo διπύρηνον dicitur Hippocrates lib. De fiſtulis (pag. 518. 3.) μήλην κασσιτερίνην ἐπ' ἄκρου τετρημένην, ſpecillum ſtanneum in ſummo perforatum vocat. Scribitur tam ſingulari numero quàm plurali, & interdum cum addito διπυρήνοις μήλαις. Vtitur Gal. lib. 2. De ſemine (pag. 238. 41.) μυρίοις οὖν ἤδη σαφῶς ἐπέδειξα τὰ καλούμενα διπύρηνα διεμβαλλόμενα διὰ τῶν σπερματικῶν ἀγγείων ἔξωθεν, εἴσω διὰ τῶν κεραιῶν ἐπὶ μήτραις αἰγῶν. Sexcentis igitur ſpecilla duo capita habētia, quæ διπύρηνα vocāt, ab exteriore parte in ſeminaria vaſa iniecta, in interiorem traiici in caprarum vuluis iam manifeſtò oſtendi. Idem lib. 9. de Anatom. adminiſtr. (pag. 194. 6.) ὅπως οὖν ἑωυτὸ ἀκριβῶς ἴδῃς, ἔστω σοί τι προκατεσκευασμένον σῶμα λεπτὸν καὶ πρόμηκες, οἷα τὰ διπύρηνα καλούμενα. Quòd igitur exactè id perſpicias, corpus tibi ſit præparatum tenue & oblongum, qualia ſpecilla quæ διπύρηνα appellantur. Rurſus libro 3. Compoſ. pharm. κατὰ τόπ. (pag. 201. 56.) ad polypum medicamentum ex punicis malis μήλῃ τῇ διπυρήνῳ admonet. Sic enim legendum, cùm paſſim μήλῃ ἢ πυρῆνι legatur.

Δίπυρος aut διπυρίτης ἄρτος, panis bis coctus, qui ignem bis expertus eſt, & ſecūdò aſſatus, aut recoctus. Quidam eſſe panē nauticum exiſtimant. Sudas hunc panem Romanis παξαμᾶν vocari ſcribit. Delicatum panis genus eſt Athenæo libro 3. δίπυροι ἄρτοι Heſych. dicūtur, οἱ ἐκ δευτέρου ὀπτώμενοι, ſecundò aſſati. Vtitur Hippocr. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 200. 47.) in aqua intercute. ἄρτῳ μὲν χρήσθω συγκομιστῷ ὀπτῷ, ἢ τῶν σκληρῶν πυρῶν διπυρίτῃ. Pane quidem vtatur triticeo aſſato, aut ex duro tritico bis cocto & ſecundò ignem experto.

Διττολόγητον quod duobus modis aut dupliciter effertur, & duplicem ac variam habet ſcripturam dicitur Gal. Com. 1. lib. κατ' ἰητρεῖον (p. 662. 2.) Vbi tamen mendum ſubeſt. ſic enim legendum videtur. οὐκ εἰς πάντας δὲ Βακχεῖος καὶ Ἀσκληπιάδης, καὶ τούτων μὲν διττολόγητα, non in omnes autem Bacchius & Aſclepiades, ſed in eos qui variam habent ſcriptionem.

Δίυγρος, humidus, perhumectus, perhumeſcens, li. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 194. 37) δίυγρος χροιή, color dilutus, limpidus, in phthiſi. Rurſus ibidem (pag. 198. 36.) δίυγρον χρὴ τὸν ἄνθρωπον ποιέειν, humectum hominem facere oportet, fomenta humida intelligens. Et (p. 208. 21.) δίυγρος dicitur qui perhumectus eſt, limpidus, in Typho quinto, vt & aliàs eodem lib.

Δίυδρος idem quod δίυγρος, lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 201. 15.) ἡ δὲ γαστὴρ δίυδρος καὶ μεγάλη ὥσπερ λαμπτὴρ, venter vero nimio humore tumidus ac pellucens velut laterna. Vbi tamen Galenum antea δίυδρος aut διαυγής legiſſe ſuſpicati ſumus. Alii etiam δίυδρος ex Galeno legerunt, vt & Varinus. Verùm etiam δίυδρος legi poteſt, vt habent omnia exemplaria, vt dilutus ac limpidus intelligatur, nimio humore perhumeſcens, diſtentus ac pellucens, de ventre aqua intercute impleto ac intumeſcente.

Δίφρος ſella dicitur, vnde δίφρος σχοινότονος ſellā ex iunco aut ſparto nexā & contextam ſignificat Hippocrati lib. περὶ ἀφόρων (pag. 295. 42.) ἔπειτα διὰ σχοινοτόνου δίφρου τὸν τετράγωνον διάγειν τὸν αὐλὸν, deinde per ſellam ex iūceo fune nexam, quadrangularem fiſtulam tranſmittito. Vbi Cornarius σχοινοτενοῦς δίφρου legiſſe videtur, quòd ſellam erectam verterit. Eſt enim σχοινοτενὴς funis in modum extenſus & porrectus, & σχοινοτενὴς, ὀρθὸν, μακρὸν exponit Heſychius. Ea autem ſella perforata vtitur Hippocrates vt fiſtula tranſmittatur & fomentū recipiatur in vterum muliebrem.

Δίψα ſitis, & διψῶδες quod ſitim excitat. διψώδης

γλυκὺς

γλυκὺς οἶνος τοῖσι πικροχόλοισι, vinum dulce biliosis ſitim mouet, lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.71.41.) quòd calidum ſit & craſſum, vt ſcribit Gal. Com. Rurſus (p.73.33.) καὶ οἷσι μὲν διψώδης ἐστὶ πόματος, & quibus potū ſitim excitat. Eadē notione διψῶδες μελίκρατον dicitur Hipp. ibid. (p.75.4) δίψα ἐπιπόλαιος, ſitis leuis & parua, aut contemnenda, aph. 21. libr. 6. Epid. ſect. 4. πάνυ σμικρὰν exponit Gal. hoc eſt valde exiguam, & quæ neq; ex toto corpore, neq; ex magno aliquo interno affectu orta ſit, ſed ex oris ſiccitate & caliditate, velut ſuperficialem aut leuem, quòd nullam partium internarum inſignem diſpoſitionem conſequatur.

Δίωλος ἄρτος panis recēs exponitur Caluo apud Hipp. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.199.22.) Sed illic ἴωλον legit Cornarius, etſi exemplaria omnia δίωλον habent, quod videtur ἑώλῳ opponi, & ἀντὶ τοῦ προσφάτου καὶ νεαροῦ ſumi. Panem n. calidum & recētem αὐτοπυρίτην ad vētrem exiccandum in aqua intercute conſulit.

Διῶρυξ foſſam & canalem ſignificat, Heſychio τάφρος exponitur. Apud Strab. διῶρυξ κρυπτὴ pro cuniculo & aquarum meatu cæco ſeu aquæ ductu ſumitur, vt ſcribit Budæus. διώρυχες apud Hipp. lib. de aëre loc. & aq. (p.77.13.) ſunt foſſæ & aquæ ductus aut canales, quibus qui Phaſin incolunt nauigiis monoxylis huc & illuc permeant.

¶ Δνοφερὸν caliginoſum, tenebroſum, atrum, caligo dicitur, & de aëris caligine & obſcuritate vſurpatur. Sic lib. de mor. ſacro (p.127.2.) de ventis à mari flantibus, ὁκόταν γὰρ ἐξ ἁπάντων τὴν νοτίδα καὶ τὸ δνοφερὸν. ex omnibus enim humiditatem ac caliginem excernūt & expurgant. Rurſus ibidem (v.9.) καὶ ἐκ τῶν λαμπρῶν δνοφώδεα γίνεται. & ex lucidis obſcura & tenebroſa redduntur, aut caliginoſa. δνοφερὸν Heſ. exponit σκοτεινὸν, μέλαν, tenebroſū, atrū.

¶ Δοθιὴν furunculus, tumor eſt ἀποστηματώδης, hoc eſt abſceſſum præſeferēs, ex phlegmonū genere, & tuberculo ſimilis, qui ex craſſis humoribus in carnoſis plærūq; partibus concipitur, mitis quidem vbi in ſola cute conſiſtit, malignus verò vbi ſubter actis radicibus in ſuperficiem erumpit. Gal. lib. de Tumor. præter nat. (p.357.7.) & Paulus lib.4. cap. 23. Lib. quoq; 5. Compoſ. phar. κατὰ τόπ. (p.225.21.) δοθιῆνες ex ſimilibus humoribus ac vari gigountur, & duorum ſunt generum. Quidam enim varoſi, duri & incoctiles. Aliqui verò inflammati, & quos etiam febres aliquando comitantur, & tumor in magnitudinem excreſcens, & in pus transmutantur, vt plurimumque inflammationis curam ſubeunt. Lib. περὶ παθῶν (p.185.38.) δοθιῆνες ab Hippocr. in tumorum præter naturam cenſu reponuntur. Lib. 6. Epid. aph. 28. ſect. 3. οἱ αἱμοῤῥοΐδας ἔχοντες οὔτε δοθιῆσιν, οὔτε τερμίνθοισιν ἁλίσκονται. Qui ſanguinem per ora venarum quæ in ano ſunt profundere ſolent, neque furunculis corripiuntur, neq; tuberculis quæ à cicerum ſimilitudine terminthi dicuntur. Qui locus etiam repetitur lib. περὶ χυμῶν (pag.117.28.)

Δοκὸς, οῦ, ἡ, trabs ſeu trabes & tignum, δοκὶς, ίδος, trabecula ſeu parua trabes. Quā dictionem vſurpat Hip. lib. de fract. (p.550.46. & 47.) δοκίδα ὑποτείνας ὑπὸ τὴν κλίνην μετρίην, ſubtēſa lecto mediocri trabecula. &, ἔπειτα πρὸς τῆς δοκίδος ἔνθεν καὶ ἔνθεν τὰ κεφάλαια στηρίζειν, deinde ad trabeculæ capita hinc & inde lignis obfirmatis. Vbi Gal. δοκίδα ὑποστρώμενον κατὰ τὸ μῆκος τῇ κλίνῃ ξύλον, οἷον μικρὰν εἰπὼν δοκὸν, exponit, per longitudinem lecto ſubſtratum tignum, ac ſi paruam trabem dixiſſet.

Δόρπηστος aut δορπηστὸς cœnam aut cœnæ tempus ſignificat apud Hippocr. lib. 5. Epid. (p.337.40.) καὶ εἶχε τὴν νύκτα καὶ τὴν ἡμέρην, καὶ μέχρι δορπηστοῦ, & noctu ac interdiu ad cœnæ tempus vſque tenebar. Scribitur & δόρπηστος Heſychio, & ὥρα τοῦ δείπνου, cœnæ tempus exponitur. Athenæus verò libr. 1. δορπηστὸν quoſdam ἄριστον vocare ſcribit. Quem certè Hippocr. locum mihi exprimere videtur Erotianus cùm δόρπηστος legit, & τοῦ τῆς ἑσπέρας καιροῦ exponit, παρὰ τὸ δόρπυ παύειν. Quam notationem τοῦ δόρπου tribuit Euſtathius. Niſi ſi apud Erotianum (quod certè auguror) δορπηστοῦ ſcribeodum ſit, & τοῦ ἑσπέρας καιροῦ, vt preſſius hunc Hippocr. locum reſpiciat & veſpertinum tempus intelligat. Nam & δόρπον & δόρπος frequentius ſcribitur, & Gal. in Exeg. apud Hippocr. δόρπου τοῦ δείπνου exponit, vt pro δορπηστοῦ δόρπου mihi legiſſe videatur, & eundem Hippocr. locum reſpicere. δόρπον Homero cœnam quæ veſpere ſumebatur ſignificat, Iliad. η (v.370.) νῦν μὲν δόρπον ἕλεσθε κατὰ στρατὸν ὡς τοπάρος περ, nunc cœnam ſumite apud exercitum, vt prius. & (v.380) δόρπον ἔπειτ' εἵλοντο κατὰ στρατὸν, & (v.476.) κατὰ δόρπον ἕλοντο, cœnam ſumpſerunt. δόρπον δεῖπνον exponit Heſychius cœnam. Nam quod nos ἄριστον dicimus, veteres δεῖπνον vocabant, vt ſcribit Erotianus, μεθ' ὃ δεῖ πονεῖν.

Δοχμὸς & δόχμιος, obliquus, incuruus. δόχμια πλάγια, λοξὰ exponit Heſychius, & δοχμὸν πλάγιον, vt & Erotianus δόχμιον. Vnde δοχμῷ incuruo & obliquo. Hipp. libr. 2. περὶ γυναικ. (p.276.31.) ἢν παραλλαξαίνονται αἱ μῆτραι καὶ δοχμαὶ ἔωσι. Si tranſuerſi & obliquati fuerint vteri. Quem procul omni dubio locum mihi expreſſiſſe videtur Erotianus, ſi δόχμιοι & πλάγιοι apud eum legatur.

¶ Δραχμὶς, ίδος, pugillus, quantum tribus digitis comprehenditur, dicitur apud Hippocr. Lib. 1. περὶ γυναικ. (p.255.47.) λιβανωτοῦ δὲ δραχμίδες τρεῖς, thuris pugillos tres. Et libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.205.7.) ἑψήσας μαράθρου ῥίζας λεπτὰς, πλῆθος ὁκόσον τρισὶ δακτύλοισι περιλαβεῖν τὴν δραχμίδα ἐμβάλλειν καὶ ἑψεῖν ἐν δύο χοεῦσιν ὕδατος. fœniculi radices tenues coctas quanta copia tribus digitis comprehendi poteſt, in duos aquæ congios immittito ac coquito. Quibus io verbis τῆς δραχμίδος expoſitio quędam contineri videtur, vt & lib. 2. de Morb. (p.153.40.) καὶ ὀρίγανον δραχμίδα ὅσον τοῖσι δακτύλοισι περιλαβεῖν, origani pugillum, quantum digitis comprehenditur. Scribitur et-

iam interdũ δράχμας per χ, vt lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p.219.11.) τῆς ἀγχούσης τὰ φύλλα δύο δραχμίδας, foliorum anchuſæ pugillos duos. Rurſus ibidem (p.228.36.) σταφίδος ἀγρίης ὅσον δύο δραχμίδας, herbæ pedunculariæ (σταφίδα ἀγρίαν vocant) pugillos duos. Lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.212.20.) ἁλὸς δραχμίδα τρίψας, ſalis triti pugillum, quod antea dixerat (pag. 209. 21.) καὶ ἁλῶν δραξάμενος τῇ μιῇ χειρὶ, ſalis quantum vna manu apprehenderis, aut ſalis pugillum.

Δρακόντιον exponitur Erotiano apud Hippocr. βοτάνης εἶδος, herbæ genus quod Dracontion aut dracunculus vocatur. Addit idem eodem nomine vocari ari caulem, propter eam quam habet cum angue ſimilitudinem. Eſt autem Dracontion herba (vt inquit Plinius) magnæ cum aro litis, folio conſtans hederaceo, magno, candidis notis inſigni, caule bicubitali, recto, verſicolore, maculis reſperſo purpureis, ita vt anguem referat, vnde & nomen habet, de qua Dioſcorid. cap. 196. lib. 2. Hippocr. libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.190.47.) Dracontion in melle deraſum delingendum, eiusque radices in vino deraſas, ad rupta thoracis & tuſſim exhibet. Lib. quoque περὶ ἀφόρων (p.296.31.) in peſſis dracontion deraſum adhibet.

Δρεπτὰ, ἐσπαραγμένα exponit Galen. apud Hippocratem in Exeg. dilaniata, dilacerata, diuulſa. Pro quo quædam exemplaria δρεπτὰ ſcribunt.

Δρόμοι ὀξέες καὶ καμπτοὶ, curſus veloces & curui, lib. 1. περὶ διαίτης (p.89.6. & 40.).

¶ Δύναμις facultas & potentia dicitur à qua actio procedit. Ideoque Gal. lib. de plenitudine (pag. 342.17. & p.343.55.) δύναμιν, δραστικὴν αἰτίαν ἢ οὐσίαν, cauſam aut ſubſtantiam aliquid efficientem vocat, nihilque differre ſcribit, an ποιητικὴν, an δραστικὴν dicas, ſiue οὐσίαν, ſiue αἰτίαν. Idem τῆς δυνάμεως οὐσίαν nil aliud eſſe ſcribit quàm temperamenti qualitatem, quæ in commodo ſingularum partium temperamento eſt polita, libr. 1. de præſag. ex pulſ. (p.124.3. & lib. 2. (pag. 134. 11.) Δυνάμιες autem dicuntur Hippocrati humorum exuperantes qualitates & vires, lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p.11.23.) λέγω δὲ τὸ ἀκρότατόν τε καὶ ἰσχύς. Ac facultatem quidem appello, humorum excellentes qualitates vireſque. Rurſus ibidem (p.10.23.) ἐκ τούτων πάντα ἐστὶ κακοπαθὴς ὁ ἄνθρωπος, πάντα ἀπὸ δυναμίων γίνεται. Amplius porrò quæcunque mala homini accidunt, eorum cauſa à facultatibus pendet, hoc eſt, à facultarum & qualitatum potentiis, quod eſt cùm humores ſynceri ſunt & impermixti, & excellenti aliqua qualitate exuperant. Δυνάμεις etiam medicamentorum confectiones ac compoſitiones dicuntur ſæpè Galeno, vt lib. 1. comp. pharm. κατὰ τόπ. (pag. 159.43.) ἀμετάπτωτος ἡ δύναμις de compoſitionis facultate certa & conſtante ponitur, cuiusq; non irritum ſit effectum. Δυνάμεις ὀξυδερκεῖς compoſitiones aciem exacuentes, lib. 4. κατὰ τόπ. (pag. 203.58.) ἐκλεικταὶ δυνάμεις, delingibiles confectiones, lib. 7. (p. 267.46.) Et lib. 3. ὠτικαὶ δυνάμεις Andromachi quatuor & viginti (p.191.30.) & Aſclepiadis (p.193.) Sic quoque δύναμις compoſitionem ſignificat cuius ſit aliqua æſtimatio & probata facultas, vt lib. 3. κατὰ τόπ. (pag. 189.12.) τὰς ἐπαινουμένας μεγάλως ὑπὸ τῶν ἐνδόξων ἰατρῶν ὠτικὰς δυνάμεις, vocat, magnificè laudatas à celeberrimis Medicis auriculares compoſitiones. Idem lib. aduerſus Lycum (pag. 336.19.) τὴν τετραφάρμακον ὀνομαζομένην δύναμιν, dicit vulgatam tetrapharmaci compoſitionem. Et Plutarchus in ſympoſio τῆς ἀλίμου δυνάμεως, hoc eſt compoſitionis famem arcentis, qua vtebatur Epimenides, meminit.

Δυναστεύειν principatum obtinere, dominari, dicitur de Auſtro aut Aquilone inualeſcente & increbreſcente, aphoriſ. 5. lib. 3. ἐκεῖνος ἐὰν δυναστεύῃ. Cùm igitur hic inualuerit, hoc eſt longo tempore perdurauerit, aut diurius, vehementius & magna anni parte perflauerit.

Δυσαλθὴς curatu difficilis, qui ægrè ſaneſcit. lib. de art. (p.613.12.) ἀποστάσιες δυσαλθέες, abſceſſus curatu difficiles.

Δυσάνιος aut δυσλύπιος (quæ vetuſtorum eſt codicum lectio apud Hippocr. & vtrunque legiſſe Galenum in Exegeſi apparet) anxium & moroſum ſignificat, aſperũ, moleſtum, difficilem ac triſtem, & eum qui ferè ſemper angitur, neque eſt animo ſecuro aut alacri, ſed vultu tetrico & auſtero. Dicitur etiam qui doloris eſt impatiens, & grauiter ſtomachatur, ac implacidè mœrorem fert. Δυσάνιος dicitur Galeno in Exeg. ex Critia ὅστις ἐπὶ τοῖς σμικροῖς ἀνιᾶται, καὶ ἐπὶ τοῖς μεγάλοις μᾶλλον ἢ ἄλλοι ἄνθρωποι, ἢ πλείω χρόνον, qui vilibus de rebus mœrorem concipit, aut cui res magnæ maiorem aut diuturniorem quàm cæteris mortalibus triſtitiã afferunt. Quam certè ex Critia expoſitionem repetit Gal. Com. in ægr. 11. lib. 3. Epid. poſt ſt. peſt. & voci δυσάνιος tribuit, vt pro δυσάνιος in Exegeſi, δυσάνιος legendum exiſtimem. Nam & hunc Hippocr. locum procul omni dubio ſubindicari iſta expoſitione eſt manifeſtum, & δυσάνιος aut δυσλύπιος Galenum legiſſe apparet. Quin & Erotianus apud Hipp. δυσλύπιος legit, etſi gignendi caſu poſuiſſe videtur, cùm δυσθύμως καὶ δυσκόλως τὰς λύπας φέρουσα, exponit. Si modo vera eſt Erotiani lectio, ac non potius φέρουσα legendum, vt dicatur de muliere quæ ægrè ac difficulter mœrorem fert. Sic enim γυνὴ δυσάνιος dicitur Hippoc. ægr. 11. lib. 3. Epid. poſt ſt. peſt. quæ ex longo mœrore diu triſtis & anxia permanſerit, neque ad animi æquitatem aut ſecuritatem reuocari potuerit, vt noſtris in eum locum Annotat. adſcripſimus, δυσάνιον Heſychius exponit τὸν δυσχερῶς χαίροντα, δυσάρεστον, implacidũ, moroſum. Eidem δυσλύπιοι, ἀπειθεῖς, δυσάγωγοι, ἐπὶ πολὺ σκυθρωποὶ, ἐπὶ μικροῖς μεγάλα ὀργιζόμενοι, ἀντίτυποι, exponuntur

nuntur, qui duci aut flecti nequeunt, multum tetrici, qui paruis de reb. valde ſtomachantur, intractabiles. δυσηνίως exponitur Gal. in Exeg. ὁ μὴ εὐκόλως ἀνιώμενος, quę expoſitio videtur ſuperioribus ſignificationibus contraria, niſi μὴ εὐκόλως, μὴ ἠπίως, ἀλλὰ δυσφορῶς καὶ ἰσχυρῶς ſignificet, vt indicetur qui non moderatè mœrorem fert, ſed qui implacidè & grauiter angitur. Quam etiam ob cauſam ibi μὴ redundare rectè exiſtimauit Henr. Steph. δυσήνιος etiam dicitur Gal. ὁ δυσχαλίνωτος, ἢ ὁ δυσκολώτατος, qui frœnari aut habenis tenneri non poteſt, aut moroſiſſimus. Quę poſterior expoſitio ἀπὸ τῆς ἡνίας, quod frœnum aut lorum ſignificat, ex tranſlatione deducitur.

Δυσαλθίαι difficiles vlcerum curationes & ſanationes, velut in corporibus mollibus & humidis, aut aqua inter cutem laborantibus: Lib. 2. Epid. (p. 312. 31.) αἱ δυσαλθίαι τῶν ἑλκέων ὑποφαιοειδέων. In ſubalbidis lēnicoloribus vlcera peræg rè ad cicatricem veniūt. Quibus lienoſorum & hydropicorum vlcera, quæ certè cicatricem vix recipiunt, aut omninò non ſaneſcunt, intelleximus, vt ex Hipp. & Celſo illic probauimus. Sic δυσαλθὴς Hippocrati dicitur lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 69. 8.) is in quo vlcera ægrè ſaneſcunt, cui εὐαλθὴς opponitur. μήτε ἄγαν δυσαλθὴς ὤν, μήτε ἄγαν εὐαλθής. fueritque is cui neque admodum ęgrè, neq; admodum facilè vlcera ſaneſcūt. Et lib. 2. de morb. (p. 152. 36.) καὶ δυσαλθέες γίνονται, & vlcera ipſis ægrè ſaneſcunt.

Δυσεμέειν aut δυσεμεῖν eſt ægrè & difficulter vomere. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 224. 38.) (καὶ στένει τε καὶ δυσεμεῖ μᾶλλον, ἢ πρὶν φαγεῖν, & gemit, & ægrius vomit quàm priuſquam ederet. Vbi tamen corrupta eſt lectio & δυσεμεῖ vitioſè legitur. Sed δυσθυμεῖ leg. videtur pro ἀθυμέει, quod babetur lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 278. 45.) vbi eadem repetuntur, hoc eſt, animo magis angitur, aut animum magis deſpondet. δυσθυμεῖ etiam aut δυσλυπεῖ videtur leg. Cornarius cùm vertit magis ægrè triſtatur.

Δυσεντερίη inteſtinorum difficultas cum exulceratione dicitur, & tormina Latinis, vt ex aph. 43. & 48. lib. 6. vertit Celſus cap. 8. lib. 2. δυσεντερίη propriè vocatur Galen. lib. 6. de loc. aff. (p. 308. 19.) ἕλκωσις ἐντέρων, inteſtinorum exulceratio, in qua per initia bilioſi humoris mordacis excretio fit, poſt quam inteſtinorum ramenta, deinde ſanguis modicus excernitur. Quam etiam ſolam ac propriè dyſenteriam quibuſdā nominari ſcribit, lib. 5. de ſympt. cauſ. (p. 244. 39) Eadem etiam inteſtinorū exulceratio dicitur Gal. Comm. 3. ad aph. lib. 6. in qua per initia ab bumoribus acribus eorum ſuperficies extima abraditur, deinde temporis tractu profundiora & putria fiunt vlcera. Autbori definit. Med. (p. 398. 26.) δυσεντερία ἐστὶν ἕλκωσις ἐντέρων μετὰ φλεγμονῆς καὶ ἀποκρίσεως αἱματωδῶν ἢ τρυγωδῶν, ἤ γε καὶ ἀπολυμάτων, μετὰ τοῦ δάκνεσθαι καὶ ἀλγεῖν τὴν κοιλίαν καὶ τὰ ἔντερα. Difficultas inteſtinorum, eorum eſt exulceratio cum inflammatione, & cruentarum, aut fœcum ſimilium, aut etiam ſtrigmentoſarum ſordium excretione, morſum & alui dolorem ac inteſtinorum afferens. Sic δυσεντερίη dicitur Aretæo (libr. 2. περὶ σημειων. χρον. παθ. cap. 9.) τῶν δὲ [τῶν λεπτῶν καὶ παχέων ἐντέρων] τῶν ἑλκέων αἱ ἰδέαι. boc eſt, tum tenuium, tum craſſorum inteſtinorum vlcerum ſpecies. Hippocrat. lib. περὶ παθῶν (pag. 183. 40.) δυσεντερίη ὅταν ἔχῃ, ὀδύνη ἔχει κατὰ πᾶσαν τὴν κοιλίην, καὶ στρόφος, καὶ διαχωρέει χολήν τε καὶ φλέγμα, καὶ αἷμα ξυγκεκαυμένον. Difficultas inteſtinorum vbi occupat, dolor adeſt toto ventre & tormina, bilem ac pituitam, & ſanguinem aduſtum deiicit. Rurſus ibidem (v. 46.) ἡ δὲ νοῦσος γίνεται ἐπειδὰν χολὴ καὶ φλέγμα κατασκήψῃ ἐς τὰς φλέβας καὶ τὴν κοιλίην. νοσέει δὲ τὸ αἷμα καὶ διαχωρέει ἐφθαρμένον· νοσέει δὲ καὶ τὸ ἔντερον, καὶ ξύεται καὶ ἑλκοῦται· γίνεται δὲ αὕτη ἡ νοῦσος, καὶ μακρὴ καὶ πολύπονος, καὶ θανατώδης, καὶ ἣν μὲν ἔτι τοῦ σώματος ἰσχύοντος θεραπεύηται, ἐλπὶς διαφυγεῖν· ἢν δὲ ἤδη ἐκτετηκὼς, καὶ τῆς κοιλίης παντάπασιν ἡλκωμένης, ζωῆς οὐδεμία ἐλπίς. Oritur autem morbus vbi bilis & pituita in venas & aluum decubuerint. Sanguis quidem ægrotat & corruptus ſecedit. Ægrotat etiam inteſtinum & raditur ac exulceratur. fit autem bic morbus & longus, & laborioſus ac lethalis. Et ſi quidem adhuc robuſto corpore curatio adhibeatur, vt euadant ſpes eſt: ſin verò colliquato & ventre omninò exulcerato, nulla vitæ ſpes ſupereſt. Idem lib. 3. περὶ διαίτης (pag. 103. 30.) ὁκόταν δὲ θερμαινομένου τοῦ σώματος κάθαρσις δριμέα γίνηται, τό, τε ἔντερον ξύεται καὶ ἑλκοῦται, καὶ διαχωρέεται αἱματώδεα, τοῦτο δὲ δυσεντερίη καλέεται, νοῦσος χαλεπή τε καὶ ἐπικίνδυνος. Vbi calefacto corpore purgatio acris extiterit, & inteſtinum raditur ac exulceratur, ſanguinolenta deiiciuntur, dyſenteria, boc eſt difficultas inteſtinorum appellatur, morbus grauis & periculoſus. Dyſenteriæ etiam quænam ſint ſalutares aut pernicioſæ deſcribuntur Hippocrati Prædictorum lib. 2. (pag. 420. 26.) Quem locum aptiſſimè expreſſit Celſus cap. 8. libr. 2. & in vſum ſuum tranſtulit, vt noſtris in Prorrhet. 2. Annotat. admonuimus. De dyſenteria verò ſcribit his verbis Celſus cap. 15. libr. 4. Proxima his inter inteſtinorum mala tormina eſſe conſueuerunt, δυσεντερία Græcè vocatur. Intus inteſtina exulcerantur: ex his cruor manat, iſque modò cum ſtercore aliquo ſemper liquido; modò cum quibuſdam quaſi mucoſis excernitur, interdum ſimul quædam carnoſa deſcendunt. frequens deiiciendi cupiditas, dolorq; in ano eſt. Cum eodem dolore exiguum aliquid emittitur. Atq; eo quoq; tormentū intenditur. Idq; poſt tempus aliquod leuatur, exiguaque requies eſt, ſomnus interpellatur, febricula oritur, longoq; tempore id malum cùm inueterauerit, aut tollit bominem, aut etiam ſi finitur excruciat. Interdum quoque δυσεντερίης nomen ab Hippocr. ſumitur pro cruenta per aluum deiectione abſque inteſtinorum ex-

ulceratione, aut ſanguinea ex inteſtinis proluuie, vt aph. 65. libr. 5. Illic enim δυσεντερίας αἱματηρὰς ſumẽdam præcipit Gal. ἤ τις ἐστὶν αἵματος κένωσις δι' ἐντέρων χωρὶς ἑλκώσεως, quæ eſt ſanguinis euacuatio per inteſtina abſq; exulceratione. Quam etiam δυσεντερίην ἐρυθρὴν diſertis verbis vocat Hipp. lib. 2. Epid. (pag. 316.26.) vbi & aphoriſmus ille repetitur. Et lib. περὶ φύσ. ἀνθρώπου (p. 25.26.) in quibus intermiſſa eſt exercitatio ὑποχωρήματα αἱματώδεα ὥσπερ ἐν τῇσι δυσεντερίῃσι, cruentas deiectiones velut in inteſtinorum difficultatibus fieri ſcribit, vbi Gal. αἱματώδεις ἐκκρίσεις διὰ γαστρὸς cruentas per aluũ excretiones exponit. Idem etiam lib. 3. Epid. ſt. peſt. (p. 429.37.) in melancholicis & ſubſanguineis δυσεντεριώδεα πάθη adſcribit. cruentas dyſenterias exponit Gal. & duplex dyſenteriæ genus eſſe ſcribit. Vnum ex vlceratione exeſorum inteſtinorum. Alterum verò multo ſanguine per venas quæ ad inteſtina perueniunt vacuato. Rurſus lib. de art. (p. 651.43.) προσδέχεσθαι δὲ χρὴ τοὺς τοιούτους διὰ χρόνου ὑπὸ δυσεντερίης πιέζεσθαι. καὶ γὰρ ἐπὶ τοῖς μελαγχολώδεσι τοῖσι πλείστοισιν ἐπιγίνεται δυσεντερίη, καὶ ἐπὶ τῇσιν αἱμορραγίῃσιν ἐξ ἰκρίων. In his autem ſperandum eſt vt procedente tempore cruentis deiectionibus corripiantur. Nam & plæriſque, in his quæ denigrantur, & in ſanguinis ab vlcere profuſionibus, cruenta deiectio ſuperuenit. Vbi ſcribit Gal. τὴν δὲ δυσεντερίας προσηγορίαν ἔοικεν ὁ Ἱπποκράτης οὐ κατὰ τῆς τῶν ἐντέρων ἑλκώσεως ἐπιφέρειν, ὡς οἱ πολλοὶ τῶν ἰατρῶν, ἀλλὰ κατὰ τῆς αἱματώδους ἐκκρίσεως διὰ τῶν ἐντέρων γενομένης· ὥστε καὶ ὅταν ἀρρωστίᾳ τοῦ ἥπατος αἱματῶδες διαχωρῆται, καὶ τοῦτο ὀνομάζεσθαι δυσεντερίας τὸ πάθος, ὅπερ καὶ φαίνεται γενόμενόν τι καὶ λεγόμενον ὑπὸ τῶν ἰατρῶν, καὶ πολλοὺς ἴσμεν τῶν οὕτω νοσησάντων ἀπολλυμένους ἀγνοίᾳ τῶν θεραπευόντων. Δυσεντερίας vocabulum non pro inteſtinorum exulceratione, vt plæriq; Medici ſolent, verùm pro cruenta per inteſtina excretione ſumere Hippocrates videtur, vt etiam vbi ex iecoris imbecillitate cruenta deiiciũtur, tunc affectio ipſa dyſenteriæ nomine donetur. Id quod & fieri, & dici quoq; à Medicis videtur. Ac multos noſtis ita affectos curãtium inſcitia periiſſe. Huiuſmodi verò δυσεντερίας αἱματώδεις ibidem vocat Gal. & τὴν διαχώρησιν τοῦ αἵματος, ſanguinis deiectionem exponit. Quã ex plenitudinis copia & ſanguinis redundantia toto corpore gliſcentis interdum fieri ſcribit, vt in mutilatis & quibus aliquod membrum exciſum eſt, aut intermiſſa exercitatio, interdum etiam ex iecoris imbecillitate. Eadẽ quoq; dyſenteria hepatica vocatur Galeno libr. 6. de loc. aff. (p. 308.30.) vt & ἡπατικαὶ ἐκκρίσεις & αἱματώδεις, hepaticæ excretiones & ſanguinolentę, quarum tria genera ſtatuuntur eidem Gal. lib. 5. de ſymp. cauſ. (p. 244.30.) Eius ẽt dyſenteriæ quæ plærunque morbos plurimos ſalutariter ac iudicatoriè ſoluit, meminiſſe videtur Hipp. Prorrh. 2. (p. 421.31.) δυσεντερίην etiam pro quouis alui profluuio capere videtur Hippocrat. libro ſecundo Epid. (pag. 318.36.) vt illîc oſtendimus.

Δυσέξοδον quod difficilem habet exitũ aut minatur, lib. 4. Epid. (p. 332.5.) τοῖσι δὲ πολλοῖσι δυσέξοδον ἦν. Idq; plęriſq; difficilem exitũ minabatur. Tumores .n. laxos intelligit, qui aqua intercute laborantibus femora attingunt, quod eſt pene deplorati morbi indicium.

Δυσθάνατον quod miſerabilem & laborioſam aut cum dolore mortẽ infert. In Prorr. (p. 188.17) αἱ ἐκ πόνου ἀφωνίαι δυσθάνατοι, vocis ex dolore defectiones miſerabilẽ mortẽ afferunt. vbi Gal. τὸ δυσθάνατοι, σημαίνει μέν ποτε καὶ τὸ βραδυθάνατοι. σημαίνει δὲ καὶ τὸ σὺν ὀδύνῃ θνήσκειν. Illud δυσθάνατοι, interdum eos qui tardam mortem oppetunt denotat, interdum verò & cum dolore mori ſignificat. De his dicitur qui cum doloribus ægrè animam eluctantur, aut diutius ſpiritum trahunt, & qui tandem cum ſummo cruciatu vitam cum morte cõmutant, vt in Coac. Prænot. (p. 431.12.) vbi eadem ſententia Prorrhetici repetitur.

Δυσθενέειν, virib. deficere, infirmis & inualidis eſſe viribus. lib. 2. de Morb. (p. 153.18) ἀλλὰ δυσθενέει, debilitatur dixit Caluus, Corn. ægrè afficitur & virib. deficit. Rurſus ibidem (p. 154.28.) ἀλλὰ δυσθενεῖ, ſed infirmis eſt viribus. Iterũ (p. 156.27.) δυσθενεῖ καὶ φλυαρεῖ, affectis eſt virib. & nugatur. Huic opponitur τὸ εὐσθενεῖν apud Ariſt. & Theoph. quod eſt benè habitum eſſe & firmis viribus.

Δυσαρεσίην Erot. apud Hipp. exponit δυσαρέστησιν ἢ δυσκαταπαυστίαν, diſplicẽtiam, moroſitatem, difficilem placationem.

Δυσθυμίη, animi mœror, mœſtitia, animi deſpõſio, abiectio, aut ęgritudo, & δυσθυμεῖν animo conſternari & deficere. Sic lib. 1. Epid. ſt. 3. (p. 371.25.) δυσθυμίαι animi mœrorem & ægritudinẽ ſignificant, qua confecti animum deſpondebant, & μετὰ φόβου coniunguntur, vt & aph. 23. lib. 6. & ægr. 11. lib. 3. Epid. & ægr. 11. lib. 3. Epid. poſt ſt. peſt.

Δυσκοιτεῖν apud Hipp. eſt moleſtè iacere & cubare, lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 60.9) καὶ δυσκοιτέουσι πολὺ μᾶλλον, ἢ εἰ καὶ προηριστήκεσαν, ac lõgè moleſtius iacent q̃ ſi pranſi fuerint. Vbi Gal. δυσκοιτεῖν exponit μοχθηρῶς ἔχοντας αὐτοὺς ἐν τῇ κοίτῃ διατελεῖν, moleſtè & implacidè lecto decumbere.

Δύσκολον Hippocrati dicitur quod moleſtiã exhibet, & difficulter habet, & de morbo graui & moleſto, non tamen periculoſo aut lethali ſæpe effertur. Gal. Com. 3. in Pror. (p. 214.10) τὸ γὰρ [ἔχει τι δύσκολον] ἐπὶ τῶν μικρῶν εἰώθασι λέγειν οἱ ἄνθρωποι. Illud (moleſtiam quandã exhibet) de his quæ parui ſunt momẽti efferri ſolet. Ibidem (p. 209.48.) τὰ δύσκολα, ἐν ἴσῳ τῷ ἀκίνδυνα, dici ſcribit. Sic αἱ λευκαὶ διαχωρήσιες δύσκολαι, moleſtæ egeſtiones albæ & difficiles. Pror. (p. 208.19) & rurſus ib. (p. 209.38) τὰ ναρκώδεα ἐν τούτοισι ἐκλύματα δύσκολα, οὐ μὴν ὀλέθρια. Quę in his cũ torporis ſenſu exoluũtur, moleſtiã exhibent, non tñ perniciẽ afferunt. In Coac. ẽt Præn. (p. 424.46.) δύσκολον dicitur de morbo aliôqui non periculoſo ac lethali, q difficillimè ſoluitur aut iudicatur.

Rurſus ibidem (v. 47) δύσκολοι ſunt qui difficulter & grauiter habent, & qui graui morbo implicãtur. Et δύσκολοι πυρετοὶ, febres moleſtiam exhibentes, grauiter affligentes, & quæ non facilè ſoluuntur aut curantur, ibidem (p. 425. 25.) Sic δύσκολοι ἀρρωστίαι, graues & moleſtæ ægritudines, & quæ non facilè ſoluuntur, ibidem (p. 433. 8.) δύσκολα tamen τὰ σημεῖα pro ſignis grauibus, perniciosis & exitialibus ponuntur Coac. Præn. (p. 428. 26.) quæ ibidem φαῦλα vocat, & in Progn. (p. 157. 31.) θανατώδεα. Rurſus Coac. Præn. (p. 431. 48.) δύσκολα σημεῖα ponũtur pro grauibus & exitialibus, quæ πονηρὰ in Prog. (p. 158. 22.) dicuntur. οὔρησις δυσκολαίνουσα, mictio moleſtiam exhibens & difficilis, in Prorrh. (p. 205. 51.) eam quæ fit cũ dolore, aut quæ cohibetur & ſupprimitur, aut quę cũ ſtranguria & vehementi mordacitate educitur, ſumunt interpretes, vt ſcribit Gal.

Δύσκριτον apud Hipp. dicitur quod ægrè iudicatur ac ſoluitur, & difficilis eſt iudicationis aut malæ. δύσκριτοι νοῦσοι, κακόκριτοι exponuntur Gal. aph. 8. lib. 3. morbi qui malè iudicãtur, in quibus iudicia cum periculoſis caſib. eueniũt, vel qui ſtatim prorſus pernicioſi ſunt, vel omninò reuerſionem faciunt. ῥίγεα δύσκριτα, rigores quos difficile iudiciũ ſequitur, dicuntur aph. 29. lib. 4. & Coac. Præn. (p. 424. 48.) δύσκριτα exponit Gal. ἤτοι κακῶς ἐπιφέροντα κρίσιν, ὡσεὶ καὶ κακόκριτα ἐλέλεκτο, ἢ οὐ βέβαιαν, ἀλλ' ὥστε ῥᾳδίως ὑποστροφὴν ποιῆσαι, ἢ εἰς μακρὸν ἐμπίπτοντα χρόνον, ὡσεὶ καὶ δύσλυτα ἐλέλεκτο. hoc eſt, vel malã afferentes iudicationem (ac ſi malè iudicantes dicti ſint) vel certè infirmam, ita vt facilè morbi reuerſionem faciant, vel in longum tempus protrahantur, quaſi ſolutu difficiles dicti ſint. Idem Com. ad aph. 30. lib. 4. δύσκριτον ſolutu difficile & δύσλυτον exponit, his verbis: ἡ μὲν οὖν τὸ δύσκριτον οἶον τὸ ἐπὶ ὑποστροφῆς κατ' ἀλλά τι σημαινόμενον εἰρῆσθαι, τουτέστι τὸ δύσλυτον. Neque verò illud δύσκριτον alia ſignificatione intelligi dicere poſſumus, quã quod δύσλυτον, hoc eſt ſolutu difficile. δύσκριτα etiam ἄκριτα τουτέστι τὰ ποιήματα, quæ morbos expertes iudicationis faciunt, exponit Galen. Com. 3. in Prorrh. (p. 211. 42.) in ea Hipp. ſententia lib. 2. Epid. τὰ κρίσιμα μὴ κρίνοντα, τὰ μὲν θανατώδεα, τὰ δὲ δύσκριτα.

Δύσκωφοι aurium grauitate laborantes, graui ſurditate tentati. Coac. Præn. (p. 429. 33.)

Δυσοργίη difficilis ira dicitur & quæ ægrè placatur, pro vehementi ira aut iracundia ſumitur lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 7. 29.) libr. περὶ χυμῶν (p. 116. 6.) δυσοργησίαι.

Δυσουρίη eſt vrinæ difficultas Hippoc. aph. 5. & 31. lib. 3. & 36. lib. 6. & 48. lib. 7. Eam autem vrinæ excernendæ difficultatem ſignificat, quæ aut cum dolore fit, aut ægrè educitur, veſica velut ſeriãte, quæ cum dolore fit, aut inflammationem, aut abſceſſum, aut vlcerationem, aut inæqualem intẽperaturam, aut ſpiritum flatuoſum, craſſum & glutinoſum cauſam habet. Quæ autem ęgrè excernitur vrina, in facultatis imbecillitatem, aut tumorem contra naturam cauſam reiicit. Gal. Com. ad aph. 48. lib. 7.

Δύσπνοον apud Hippocr. τὴν δύσπνοιαν, difficultatem ſpirandi ſæpè indicat, vt in Coac. Pręn. (p. 424. 49.) τὸ φρικῶδες καὶ τὸ δύσπνοον ἐν τοῖσι πόνοισι, σημεῖα φθινώδεα. Vbi horror in malis ſubinde incidit cum difficultate ſpirandi, tabes denunciatur. Sic μακρόπνοον μακρόπνοιαν, & βραχύπνοον βραχύπνοιαν, exponit Gal. libr. 3. περὶ δυσπν. (pag. 195. 40.) ex lib. 2. & 6. Epid. Eſt autem δύσπνοια Galeno ſtatim initio lib. 1. περὶ δυσπν. (p. 166. 24.) reſpirationis læſio ac difficultas. ὅτι μὲν ἡ δύσπνοια βλάβη τίς τῆς ἀναπνοῆς ἐστιν, ὥσπερ ἡ δυσαισθησία τῆς αἰσθήσεως, καὶ ἡ δυσκινησία τῆς κινήσεως, ἱκανὸν ἐνδείξασθαι τοὔνομα. Quòd quidem δύσπνοια, hoc eſt reſpirandi difficultas, ſit quædam reſpirationis læſio, veluti ſentiẽdi difficultas ipſius ſenſus, & mouẽdi difficultas ipſius motus, nomen ipſum ſatis indicat. δυσπνοϊκοὶ dicuntur authori Definit. Med. (p. 398. 16.) ἐφ' ὧν εἰσπνεῖ στενοχωρούμενον ἀναπνεῖται τὸ πνεῦμα, in quibus ſpiritus velut in anguſtias redactus, trahitur. Galen. verò ad extremum lib. 7. de compoſ. pharm. κατὰ τόπ. (p. 272. 33.) δυσπνοϊκοὺς vocari ſcribit, ὅσοις ἐμπέπλανται τὰ βρογχία τοῦ πνεύμονος ὑγρῶν παχέων τε καὶ γλισχρῶν, ἐφ' ὧν, ὡς ἔφην, μετὰ τοῦ τέμνεσθαι καὶ λεπτύνεσθαι τὸ πάχος τε καὶ τὴν γλισχρότητα τῶν χυμῶν, ὑγρότητός τε δεῖ μετεῖναι τοῖς φαρμάκοις καὶ τῇ διαίτῃ. quibus pulmonis cartilagines pulmonis bronchia dicta craſſis & glutinoſis humoribus offarcta ſunt, in quibus, vt dixi, præterquam quòd humorum craſſitudinem & viſcoſitatem ſecamus & attenuamus, in medicamentorum & victus ratione vim quandam humectandi adeſſe oportet.

Δύσφορον graue, moleſtum, & quod ægrè toleratur dicitur Hippocr. ἡ νὺξ δύσφορος, nox grauis & moleſta, & in qua turbantur ægri, ac ſomnus interrumpitur, aph. 13. lib. 2. μέγεθος τοῦ σώματος ἐς γῆρας δύσφορον, proceritas corporis ſenectuti grauis, moleſta, & ægrè tolerabilis, vt legit Galen. aphoriſm. 54. libr. 2. Vbi ſenum incuruitatem ὅτι μόγις δυνάμενος βαστάζειν, quòd ſit grauitati & oneri, δύσφορον dici Hippocrati ſcribit Gal. δύσχρηστον tamen legunt omnia exẽplaria. δύσφοροι φρίκαι, horrores graues & moleſti, difficiles, ægrè tolerabiles. In Prorrh. (pag. 193. 4.) & Coac. Prænot. (p. 424. 41.) Rurſus ibidem (v. 45.) τὰ ἐκ νώτου ῥίγεα δυσφορώτερα, qui ex dorſo proficiſcuntur rigores, aliquantum moleſti ac difficiles. δύσφορον Heſychius χαλεπὸν exponit, graue, moleſtum. & δυσφορεῖν βαρυνόμενος, grauatè ferre. δυσφορίη Hippocr. frequens, eſt ægrè tolerabilis moleſtia & labor. Sic in Prorrhetic. (pag. 194. 52.) & Coac. Prænot. (pag. 431. 35.) φάρυγξ ἐπώδυνος ἰσχνὴ, μετὰ δυσφορίης, fauces dolentes abſque tumore cum labore & moleſtia, diximus, vt illud Prognoſt. (pag. 158. 29.) redderemus, πνῖγον τε πόνον παρέχουσι. δυσφορίη etiam frequenter corporis incontinentem iactationem ac implaciditatem ſignificat, præſertim vbi cũ ἄσῃ & ἀλυσμῷ coniungitur. Sic

ægr.3.lib.3.Epid.poſt ſt.peſt.ἀσώδης, ὑποδυσφορής.corporis æſtuatione & ſtomachi faſtidio laborabat, & quadam corporis incontinentia iactabatur. Rurſus (ibidem) περὶ δὲ ἡλίου δυσμὰς ἐδυσφόρει. Sub ſolis autem occaſum magna corporis inquiete vexabatur, vt inquietem nocturnam pro inquietudine dixit Plinius cap.22.lib.14. Et lib.5. Epid. (p. 340.31.) ἀλυσμὸς, δυσφορίη, corporis incontinens iactatio & implaciditas. lib.7.Epid. (p. 367.24.) σμικρὰ διαγρυπνήσασα, μηδεμιῆς δυσφορίης ὀχλώσης, parum peruigil fuit cum nulla ægrè tolerabili moleſtia, hoc eſt cum nulla inquietudine. δυσφορεῖν περὶ τὰς διαναστάσιας, eſt dum deſurgitur malè habere, vt ægr.3.libr. 3.Epid. ἐδυσφόρει περὶ τὰς διαναστάσιας, dum deſurgeret malè habebat. Sic ὑποδυσφορεῖν implacidior eſſe, ægr.5.lib.3.Epid.poſt ſt. peſt. αἱ δυσφορίαι μετὰ καταψύξιος, corporis iactatio & incontinẽtia cum perfrictione. Coac. Prænot. (p.424.35.)

Δυσφορίη πνεύματος, ſpirandi labor & difficultas in apoplecticis dicitur, cum magna ſpirandi moleſtia laborant, & magna cum violentia ſpiritum trahunt. Coac. Præn. (p.438.44.) Nam cùm apoplexiæ magnitudo ex noxæ quam ſpirationi infert vehementia diſcernatur, (vt ſcribit Galen. lib.3. de loc. aff. cap. 10.) ſanè peſſima omnium ſpiratio cenſenda eſt, quæ & intermittitur, & magna cum violentia trahitur. Quæ fortem & vehementem apoplexiam facit: etſi maxima & acutiſſima exiſtimari debet, vbi ita cohibetur ſpiratio, vt ægri ad ſenſum nullo modo ſpirare videantur.

Δυσχερῶς, grauiter, moleſtè, intolerabiliter, implacidè. δυσχερῶς φέρειν grauiter & difficulter ferre. cui εὐφόρως opponit Hippocr. aph. 25. lib.1. & aph.3. lib. 4.

Δυσώδης, graueolens & fœdus. δυσώδης κοιλίη aluus fœtida & graueolens, pro tenuioris inteſtini morbo graueolente, quem εἰλεὸν δυσώδη in Prorrh. vocat (pag.217.1.) in Coac. Prænot. (p.432.32.) ἐπὶ ὑποχονδρίῳ χρονίῳ, καὶ κοιλίῃ δυσώδει, παρ' οὖς ἀπόστημα, κτείνει. In præcordiis ex longo interuallo afflictis & graueolente aluo, ſubnatum ad aures tuberculum, mortem adfert. δυσώδεες et eos quibus ſunt graueolentes deiectiones ſignificant (ibidẽ p.429.40.) ἐπὶ πλείστοισι δυσώδεσι, in plurimis graueolẽtibus deiectionibus. Sed ἐπὶ εἰλεοῖσι δυσώδεσι ex Prorrh. legendũ eſſe illic admonuimus. δυσωδίαι πτυσμάτων ſputorum graueolentiæ dicuntur, (ibidem p.436.43.)

# OECONOMIAE HIPPOCRAT.

## TO E.

Ἐβλημάσθη, ἐμαλάχθη exponit Gal. in Exeg. apud Hippoc. emollitum eſt, n.i. nirum locum libr. 5. Epid. (p.334.47) ſubindicãs. τοῦτο ἐβλημάσθη ἰσχυρῶς, τῇσι χερσὶ σὺν ἐλαίῳ. Id cum manibus oleo inunctis validè eſt expreſſum & emollitum. Significat autem quiddam durum in ventre infra vmbilicum enatum, manibus oleo inunctis attrectatum, remollitum fuiſſe ac veluti expreſſum, hoc eſt diſſipatum & diſcuſſum. Hanc etiam Galeni expoſitionem ſecutus eſt Heſychius, apud quem βλημάζειν τοὺς μαστοὺς ἀπαλῶς, mammas leniter premere aut attrectare ſignificat. Eſt & eidẽ βλημάζειν, ἐπιλαβεῖν, οἱονεὶ θλίβειν ἢ βαστάζειν, καὶ τὰς ὄρνιθας ἐκ τῶν στηθῶν πιέζειν, hoc eſt pectus manibus attrectare aut premere, quod faciunt qui aues ex pectoris amplitudine eſtimant. Sed cùm βλιμάζειν αὐτὶ τοῦ ἐκθλίβειν dicant Iones, vt annotatur ex Corintho, veluti θλιβάζειν, quod eſt manib. premere, ἐβλιμάσθη melius forte legatur apud Hippoc. vt etiam adſcripſimus, quo tumor expreſſus & diſſolutus ſignificetur. Eſt & βλιμάζειν τὸ ψηλαφᾶν, palpare & manibus pertractare, & apud Ariſtoph. in auibus, τὸ τοῦ ὑπογαστρίου καὶ τοῦ στήθους ἅπτεσθαι, οἱονεὶ θλιβομάζειν, quod eſt mammas ac pectus, aut imum ventrem manib. pertractare aut palpare, quod faciunt aues empturi, cùm earum pretiũ ex pectoris amplitudine experiuntur. βλιμάζειν etiam Varinus exponit τὸ περιλαβεῖν, ἤγουν ψηλαφῆσαι τὰ στήθη, καὶ τοὺς μαστοὺς καταλαμβάνειν τῇ χειρί, καὶ ἅπτεσθαι τῶν ἀπορρήτων μελῶν τῶν γυναικείων, mammas aut pectus manib. attrectare, aut mulierum pudenda attingere. Vnde & χειροβλημᾶσθαι dicitur mammas leniter manibus premere & contrectare. Quod effecit vt ἐβλημάσθη apud Hipp. proprio quodam ſignificato accipi poſſe indicauerimus, cùm tumorem in ventre infra vmbilicum manibus oleo perunctis attrectatum ſignificat.

¶ Ἐγγαστρίμυθοι dicuntur Gal. in Exeg. vocum Hippocr. οἱ κεκλεισμένου τοῦ στόματος φθεγγόμενοι, διὰ τὸ δοκεῖν ἐκ τῆς γαστρὸς φθέγγεσθαι, hoc eſt, qui concluſo ore loquũtur, ꝙ ventre vocem edere videantur. Quibus ſanè verbis locum lib.5. Epid. (p.340.35.) ſubindicat, qui etiam repetitur lib.7. Epid. (p.357.32.) καὶ ἐκ τοῦ στήθεος ὑπεψόφεεν, ὥσπερ αἱ ἐγγαστρίμυθοι λεγόμεναι. τοῦτο ξυνέβαινεν, & ex pectore ſtrepitus quidam edebatur, nec ſecus contingebat ac mulieribus fatidicis, quæ Pythone afflatæ, ꝙ vẽtre oracula fundunt. Engaſtrimythi, hoc eſt ventriloquæ dicuntur. Significat autẽ Hip.

in muliere anginoſa, ſtrepitum quendam aut ſonum ex pectore & thorace editum fuiſſe, ex plurimo ſpiritu craſſo & viſcido ſputo permixto, qualis exaudiri ſolet in mulierib: fatidicis aut obſeſſis, quæ Pythonis afflatu tenui voce & ſono ex ventre edito oracula fundunt, ideoq; ἐγγαστρίμυθοι, hoc eſt, ventriloquę dicuntur. Apparet tamen Gal. genus mutaſſe apud Hipp. & αἱ ἐγγαστρίμυθοι λεγόμεναι legiſſe, cùm tamen ad eam quam ſcripſimus lectionem omnia congruant exemplaria, tum manu ſcripta, tum etiam edititia: eademq; eſt lib. 7. Epid. ſcriptio. Quod efficit vt apud Gal. αἱ ἐγγαστρίμυθοι λεγόμεναι leg. exiſtimem. Eamq; opinionem confirmant plurima exemplaria quæ apud Gal. legunt, ἐγγαστρίμυθος, ἡ κεκλεισμένῳ στόματι φθεγγομένη, ἢ δοκοῦσα ἀπὸ γαστρὸς φθέγγεσθαι. Quam lectionem Varinus et ex Gal. ſecutus videtur. Sunt autem ἐγγαστρίμυθοι mulieres vaticinantes ac diuinatrices, quæ dæmonem, ex quo reſponſa ferunt, ventre conceperunt, quaſi ventriloquę. Qualis fuit Pythia illa Delphica, quæ tripodi diductis cruribus inſidens, ventre fatidicum ſpiritum hauriebat, quo mente incitata & furens, oracula edebat, (vt ſcribit M. Tullius lib. 2. de Diuinat.) Aut mulier illa Pythone afflata, quæ Samuelem, in Saülis gratiam, iam fato functum excitauit, Reg. 1. cap. 28. Sic enim ἐγγαστρίμυθος γυνὴ dicitur, & μαντεύεσθαι ἐν ἐγγαστριμύθῳ, Pythonis afflatu vaticinari & diuinare ſignificat. Crebraq; eſt huiuſmodi dictio in ſacris literis, qua diuinaculi & vaticinia captantes ſignificantur, vt Leu. 19. 20. & Deut. 18. Eſayæ 19. Paralipom. 2. 23. Qua voce qui Pythonas habent, aut qui Pythone afflati ſunt, redduntur Latinis; etſi 4. Reg. 21. & 22. τοὺς θέλητας Pythonas etiam vocat. Sic ventriloquam fuiſſe puellam illam, quæ Actorum Apoſtolicorum 16. Pythonis ſpiritum habebat, cuius afflatu vaticinabatur, ſcribit Auguſt. cap. 23. lib. 2. de doct. Chriſtiana. Tertull. quoq;, imprimis grauis author, mulieres fuiſſe ſcribit, quę genitalibus voces fatidicas ederent. Et ſibi viſam huiuſmodi mulierem teſtatur Cælius Rhodiginus cap. 10. lib. 8. Adrianus quoque Turnebus publicè profeſſus eſt ſibi viſum quendam nebulonem qui immotis labris ventre, cùm vellet, vocem quandam & ſonum redderet, huiuſmodiq; præſtigiis quæſticulum faceret vberrimum. Hoc certe diuinationis genus Εὐρυκλέους μαντεία dicitur Ariſtophani in Veſpis, ab Eurycle quodam, qui Athenis huiuſmodi diuinationem exercuit, & planè ἐγγαστρίμυθος fuit. Ex quo poſtea ἐγγαστρίμυθοι, ἐγγαστρῖται & εὐρυκλεῖται dicti ſunt. Cuius etiam in Sophiſta meminit Plato. ἐγγαστρίμυθοι etiam ἐγγαστριμάντεις, & στερνομάντεις dicti ſunt, quòd ex ventre, pectore, & imis corporis penetralib. oracula funderent, vt ſcribit Pollux libr. 2. Engaſtrimythi nomen retinet Hier. in Catalogo virorum illuſtrium. ἐγγαστρίμυθον etiam ἐγγαστρίμαντιν & στερνόμαντιν dici ſcribit Heſych.

Ἐγχλίῃ, ἀντερείσῃ exponit Gal. apud Hipp. in Exeg. hoc eſt offirmet, ſuprà fulciat, apprimat. Verùm ſuſpecta mihi eſt iſta lectio, & ἐγκίλλῃ aut ἐγκέλλῃ, & ἐνερείσῃ ſcribendum exiſtimo, vt ſubindicetur locus libr. de fract. (p. 567. 26.) ἐπιμελεόμενος ὅκως τὰ ἄκρα τῶν ῥάβδων μὴ ἐς τὸ χρῶμα ἀλλ' ἐς τὰ ἄκρα τῶν σφαιρίων ἐγκέλλῃ, ea adhibita diligentia vt ſummi virgarum fines, non ad corpus, ſed in extremas orbium eminentias incumbant, aut inſiſtant, appellent, inſideant. Vbi Gal. τὸ ἐγκέλλῃ, τὸ οἷον ἐνερείσῃ, velut, innitantur aut fulciantur, hoc eſt infigantur, offirmentur, impingantur. Sic enim illic apud Gal. leg. exiſtimo. Etſi interpretes τὸ μὲν ἐγκέλλειν, τὸ οἷον ἐνερείδειν δηλοῖ, legant, vt ἐγκέλλειν ſit quaſi, appellere, infigi, firmari, inniti, inſiſtere, inhærere, incumbere, inſidere, ἐνερείδεσθαι dicit Gal. firmari, illidi. In Mochlico verò (p. 512. 20.) eadem in re ſcribit Hipp. ὡς τὰ ἄκρα ἐς τὰς σφαίρας ἐνερειδόμενα διαναγκάζῃ. Ita vt extremi fuſtium fines ſpiris innixi vim adhibeant. Hoc autem Exegeſeωs caput multa apud Gal. deſiderant exemplaria, vt eo quoq; nomine mihi vitium ſubolere videatur.

Ἐγγενὲς, συγγεγεννημένον, οἰκεῖον, congenitum, proprium ac familiare exponit Gal. in Exeg. apud Hip. eandemq; expoſitionem ſequitur Varinus.

Ἐγγὺς ἀλλήλων ἰόντα dicuntur de his quæ ex corpore continenter & aſſiduè prodeunt. In Prorrh. (p. 189. 38.) de his quæ vomitione refunduntur. ἔμετοι μὲν ποικίλοι κακόν· ἄλλως τε καὶ ἐγγὺς ἀλλήλων ἰόντες. Vomitus quoque varii malo ſunt, preſertimq; ſi continenter & aſſiduè prodeant. Vbi Gal. ἐγγὺς ἀλλήλων, συνεχῶς, καὶ οὐ μετὰ πολὺν χρόνον exponit, hoc eſt continenter, & non longo poſt ſe interuallo. In Coac. verò Præn. (p. 443. 20.) deiectionibus & vomitui attribuitur.

Ἐγγώνιος dicitur Hippoc. angularis, & is habitus qui eſt ad rectos angulos, vt ἐγγώνιος πῆχυς, vbi cubitus cum brachio ad rectum angulum flectitur; libr. κατ' ἰητρεῖον (p. 694. 28.) οἷον τὸ ἐγγὺς τοῦ ἐγγωνίου πήχεος πρὸς βραχίονα, veluti vbi cubitus cum brachio ad angularem prope figuram accedit. Quem locum mihi diſertè expreſſiſſe videtur Erotianus, cùm ἐγγώνιον πῆχυ apud Hippoc. exponit (ſi modò vitioſa non eſt lectio, ac non potius ἐγγωνίου πήχεος legendum, quod aliàs ἐγγώνιον πῆχυν apud Hipp. non temerè reperias) his verbis, ἐγγώνιος πῆχυς λέγεται, ὅταν καμφθεὶς, γωνιωθῇ κατὰ τὸν ἀγκῶνα. Cubitus angularis dicitur vbi in flexu ad cubiti gibbum angulum rectum effecerit. Verùm apud Erot. ἐγγώνιος pro ἐγγώνιος aut εὐγώνιος ſcribitur, vt & Gal. Com. 3. in libr. κατ' ἰητρ. (p. 695. 1.) τὰ ἐγγώνια aut εὐγώνια dici ſcribit, τὰ ὀρθὴν ἔχοντα γωνίαν, quę angulos rectos faciunt.

Ἐγγώνιοι χεῖρες, manus angulares dicuntur, quę ita figurantur vt rectum angulum in cubiti flexu faciant. lib. κατ' ἰητρ. (p. 671. 19.) ἢ ὡς τὸ ςῆθος ἐπὶ γουνάτων ἔχειν ἄκρας χεῖρας ἐγγωνίους πρὸς βραχίονα, quam vt pectore ad genua incumbente, ſummę manus ad brachia rectum angulum faciant. Vbi ſcribit Gal. Hippocratem vocare τὰς χεῖρας ἐγγωνίους, ὅταν ὀρθὴν γωνίαν ὁ πῆχυς ἐργάζηται πρὸς τὸν βραχίονα, hoc eſt manus angulares, cum

cubitus ad brachium rectũ angulum facit. In Mochlico etiã (p.511.3.) ἀγκῶνα ἐγγώνιον πρὸς βραχίονα ἔχοντα, dicit, cubiti gibbũ eo habitu vt ad brachium rectũ angulum efficiat. Vt & ibidem (p.507.29.) σχῆμα ἐγγώνιον, figuram angularem, vbi cubitus cũ brachio rectum angulum efficit. Sic enim vbi cubiti gibbus exciderit, κατάστασις μὲν ἐν σχήματι ἐγγωνίῳ, τοῦ πήχεος κοινοῦ, πρὸς βραχίονα, in habitu quidẽ angulari cubiti ad brachium cõmuni reponitur. Qui certè habitus lib. de art. (p.399. 4.) σχῆμα κοινὸν τοῦ πήχεος πρὸς βραχίονα, cubiti ad brachium cõmunis, ſimpliciter dicitur. Quem quidem Mochlici locum mihi quodãmodo exprimere videtur Gal. cùm apud Hippoc. paſſim σχῆμα ἐγγώνιον explicat: etſi lib. κατ' ἰητρ. eo loco quem paulò ante adduximus, pro ἐγγὺς ἐγγωνίου πήχεος, ἐγγὺς τοῦ ἐγγωνίου σχήματος πήχεος legiſſe videtur. Atq; ibidem ſcribit Gal. ϗ καλεῖσθαι φασὶν ἐγγώνιον σχῆμα τὸ κατ' ὀρθὴν γωνίαν, τουτέστιν ὅταν τὸ τοῦ πήχεος ὀστοῦν πρὸς τὸ τοῦ βραχίονος ὀρθὴν ἐργάζηται γωνίαν. Angularem figuram appellari dicũt, eam quæ eſt ad rectum angulum, hoc eſt, vbi cubiti os cum brachii oſſe rectum efficit angulum. Rurſus (ibidem) τὸ ἐγγώνιον τὸ κατ' ὀρθὴν συγκείμενον σχῆμα vocat, angularem figuram eã quę recto angulo conſtat, ὅπερ γίνεσθαι πέφυκεν, ὅταν ὀρθὴν γωνίαν ὁ πῆχυς ἐργάζηται πρὸς βραχίονα. Quæ fieri ſolet vbi cubitus cum brachio rectum efficit angulum. Idem com. t. in lib. de fract. (p.529.16) ἐγγώνιον σχῆμα τῆς χειρὸς, angularem manus figuram exponit, ὅταν οὕτως ἔχῃ σχήματος ἡ χείρ, ὡς ὀρθὴν γωνίαν ἐργάζεσθαι τὸ τοῦ βραχίονος ὀστοῦν πρὸς τὸ τοῦ πήχεος. vbi eo habitu figurata manus fuerit, vt brachii os ad cubitum rectum angulum efficiat. Ibidem iterum quoq; ἐγγώνιον σχῆμα τῆς ὅλης χειρὸς vocari ab Hipp. ſcribit, τῆς ἐπ' ὀρθὴν γωνίαν θέσεως τοῦ βραχίονος πρὸς τὸν πῆχυν, angularẽ totius manus figuram, eum habitũ brachii cum cubito, qui eſt ad rectum angulum. Idem etiam lib. de Motu muſculorum 2. (p. 361.27.) ἐγγώνιον σχῆμα vocat, vbi cubitus cũ brachio rectum angulum efficit, his verbis: ὅρος δὲ ἐκείνου τοῦ σχήματος ἐστὶν ὁ πῆχυς ὀρθὴν ἐργαζόμενος γωνίαν πρὸς βραχίονα, καὶ διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸ καλοῦσιν ἐγγώνιον. Huius autẽ figurę terminus eſt, vbi cubitus cum brachio rectum angulum efficit, eamq; iccirco angularem vocant.

Ἐγέρσιες & ἐπεγέρσιες dicuntur ægrorum per ſomnum exurrectiones, expergefactiones, & excitationes. αἱ ταραχώδεες θρασύτητι ἐγέρσιες, turbulentæ cum confidẽtia expergefactiones, damnantur Hipp. in Coac. Prænot. (p. 426.21.) & Prorrh. (p. 206.33.) αἱ ταραχώδεες θρασύτηται ἐπεγέρσιες, turbulentæ ac valdè confidentes expergefactiones.

Ἐγνάμψει Gal. apud Hipp. exponit ἐπικάμψει, inflectet, confringet, & ἐγνακαμμένοι, οἱ ἐπικεκαμμένοι ἢ γρυποὶ, inflexi, confracti, adunci, incuruati, ac de vnguibus efferri adſcribit.

Ἐγκανθὶς dicitur Medicis carnis in magno oculi angulo excreſcentia. Galeno lib. de tumor. præter nat. (p. 357.34.) ἐγκανθὶς dicitur παρὰ φύσιν ὄγκος ἐν τοῖς μεγάλοις γίνεσθαι κανθοῖς, tumor præter naturam qui fit in magnis oculi angulis. Authori definit. Med. (p.400.23.) ἐγκανθίς ἐστιν ὑπεροχὴ σαρκὸς ἐν τῷ μεγάλῳ κανθῷ, carnis in magno oculi angulo exceſſus. Gal. lib. de diff. morb. (p.204.8.) ἐγκανθίδα ἐν ταῖς τῶν κανθῶν ἀμετρίαις reponit, & ὀνομάζεται μὲν ἡ ἐπὶ πλέον αὔξησις, ἐγκανθὶς, ἡ μείωσις δὲ, ῥοιάς. Vocatur quidem immoderatum oculi angulorum augmẽtum ἐγκανθὶς, diminutio autem ῥοιάς. Sunt enim inter ſe oppoſita hęc duo oculorum vitia, vt ſcribit Paulus cap. 22. lib. 3. & oculorum pterygiis plærumque ſuccedere ſolent. fit enim interdum in angulo, parum vngue exciſo, vel aliter tuberculum, quod palpebras parũ diduci patitur, ἐγκανθὶς Grecè nominatur. Celſus cap. 7. lib. 7. ἐγκανθίδες autem ἢ ἐπικανθίδες propriè Polluci dicuntur lib. 2. αἱ τῶν κανθῶν ῥίζαι, canthorum, hoc eſt oculorum angulorum radices. Indeq; etiam morbo nomen eſt inditum. lib. 4. κατὰ τόπ. (p. 209.27.) medicamẽta πρὸς ἐγκανθίδας, hoc eſt ad carnem circa naſi angulũ excreſcentem, deſcribuntur. ἐγκανθὶς Heſych. eſt σὰρξ ἐν ὀφθαλμοῖς αὐξηθεῖσα.

Ἔγκαρπος aut ἐγκάρπιος fruticoſus aut fructuoſus, & in ſe fructum habens. lib. 2. περὶ διαίτης (p.95.33.) τὰ ἐγκάρπια de pomis dicũtur quæ in ſe ſemen habent, aut ſeminibus referta ſunt. Ἔγκαρπα ſunt Heſychio οἱ κεκαρπωμένοι πυροὶ, detonſa frumenta, & ſegetes triticeæ ſectę ac meſſę. Sed ἔκκαρπα apud Heſ. legitur.

Ἐγκὰς, ἐν βάθει, altè, in profundo, exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. Atq; haud ſcio an ἐκὰς legerit Gal. apud Hipp. lib. de vuln. cap. (pag. 446.31.) vbi ἐκὰς legitur. Nam & huic loco optimè quadrare poteſt, vt ῥωγμαὶ dicantur ἐκὰς ἰοῦσαι ἢ ἐρρωγυῖαί εἰσιν, quæ fiſſo oſſe altè deſcendunt, quę oculis deprehendi nequeunt. Neq; aliàs apud Hipp. reperio. Sed hęc mea ſit tantùm coniectura, cùm & vulgata lectio mihi non parum arrideat, eamq; noſtra interpretatione probauerim.

Ἐγκατεδερμαδὲν χρῶμα, corpus perdomitum, afflictũ dicitur Hipp. lib. 7. Epid. (p.363.2.) τὸ χρῶμα ὡς ὑπὸ κωνώπων ἐγκατεδερμαδὲν, corpore velut à culicibus compuncto, commorſo & afflicto. Sic enim legendum eſſe noſtris in in eum lib. Annot. admonuimus contra exemplarium omnium fidẽ, vt corpus ſignificet culicum punctutis perdomitum, profligatum & afflictum. Ab ἐγκατεδερμάζω deductum quod perdomo, affligo, edomo indicat, vt δερμαθεὶς πληγαῖς verberibus domitus & afflictus dicitur.

Ἐγκατακέκλεισται, incluſum fuit, intus concluſum aut intercluſum fuit, ſignificat apud Hipp. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.48.21.) ὁκόσοισι τι γὰρ σῖτος αὐτίκα ἐγκατακέκλεισται. Quib. igitur cibi recremẽtum iam primùm intercluſum eſt. σῖτον enim ἐγκατακεκλεισμένον illic exponit Gal. ἐκ πολλοῦ χρόνου μὴ ὑποκεχωρηκότα, cibi recrementum intercluſum, quod ex longo interuallo non deiecerit aluus.

Ἐγκαταλείπεσθαι aut ἐγκαταλιμπάνεσθαι relinqui, intus relinqui aut cõcludi ſignificat, & crebra eſt Hippo-

Hippocrati dictio de his quę in deficiētium genere reponuntur, neque perfectè, ſed ex parte aliqua vacuantur, ex quib. aliquid intus remanet quod morbi reuerſiones facit. τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα ἐν τῇσι νόσοισι μετὰ κρίσιν ὑποστροφὰς ποιέειν εἴωθεν. Quæ poſt iudicationē per morbos relinquũtur, morborũ reuerſiones facere conſueuerunt, aph. 12. lib. 2. Et τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα μετὰ κρίσιν ὑποστροφώδεα. Quæ relinquuntur poſt iudicationē recidiuas facere conſueuere lib. 2. Epid. (p. 315. 29.) qđ etiam repetitur aph. 12. ſect. 2. libr. 6. Epid. & lib. 4. Epid. (p. 331. 45) Rurſus lib. 2. Epid. (p. 312. 36.) οἷσιν ἐγκαταλείπεται, βεβαιόταται ὑποστροφαὶ καὶ τάχισται. Quod ēt repetitur aph. 26. ſect. 3. lib. 6. Epid. Quibus aliquid intus relinquitur, certiſſimæ & celerrimæ morborũ reuerſiones fiũt, de vlcerib. & tuberculis ſubſiſtentibus, quæ vbi erũpunt febres decernere nata ſunt. τὰ ἐν τοῖσι βλεφάροισι τοῖς ἄνω καταλήμματα οἰδήματα, τῶν ἄλλων προλισχναινομένων, ὑποστροφαί. Tumores in ſuperiorib. palpebris relictos conſiderare conuenit, aliis nanque circum gracileſcentibus, morborũ reuerſiones denunciantur. Huiuſmodi. n. palpebrarum tumores, magnam corporis cacochymiam, viſcerum impuritatem ac humorum corruptelam indicãt, vt noſtris in eum locum Annot. adſcripſimus. Aretęus etiam grauis author Hipp. locum exprimens, hãc dictionem vſurpat cap. 10. lib. 2. Cur. acut. ἢ γὰρ ὑποστροφὰς ποιέει τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα, ἢ ἐς ἐμπύησιν ἥκει. Aut. n. quę relinquuntur recidiuas faciũt, aut ad ſuppurationē tendunt. τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα καύματα ἐν ὑποχονδρίῳ, relicti in præcordiis æſtus & concluſi ardores in Prorrh. (p. 173. 12.) cum febre in qua totius corporis habitus perfrigeratur, morbi reliquias & imperfectam quandam abſolutionem indicant. Videtur. n. febris quo ad externum habitũ remiſiſſe, ideoq; perfrigerata dicitur, vbi corporis extrema frigēt. Verùm intus concluſi ardores & relicti, viſcerum penetralibus conceptam febrem ſignificant, etſi extrà remiſiſſe, nõ deſiiſſe videatur. Sic δίψα ἐγκαταλειφθεῖσα ſitis intus relicta, & poſt iudicationem imperfectam remanens, dicitur, aph. 11. lib. 6. Epid. ſect. 2. Et rurſus, ἢν μὴ ῥυέντων ἐγκαταλείπηται, ὅτι μὲν. Et quidem ſi quid ex his quæ effluunt intus relinquitur, ad abſceſſum morbus eſt accõmodatus. Vbi certè ſcribit Gal. τὸ μὲν ἐγκαταλείπεται, τὰ μὴ τελέως ἀλλ' ἐκ μέρους κενούμενα δηλοῦται. hoc eſt, hac dictione [intus relinquitur] ea quæ non in totũ, ſed ex parte vacuantur, indicante. Et rurſus (ibidem) ῥυέντος γὰρ αἵματος οὐ μὴν αὐτάρκως, ἐλλιπεῖς αἱ κρίσεις γίνονται, ἐφ' ὧν ἐγκαταλείπεσθαι λέγεταί τι ἐγκαταλείπεσθαι. Profluēte enim, non tamen quantũ par eſt, ſanguine, defectæ morborũ iudicationes fiũt, in quibus aliquid intus relinqui dici conuenit. Itē quoque, ὅταν ὁ πυρετὸς παυσάμενος μείνῃ τινὰ τῶν συμπτωμάτων, ἐγκαταλείπεσθαί τι λέγεται τῆς νόσου λείψανον. Quãdo ceſſante febre quędã ſymptomata remanent, aliquid reliquiarum morbi intus relinqui dicitur. Ac rurſus, διττῶς γὰρ ἀκούομεν τὸ ἐγκαταλείπεσθαι, καθ' ἕνα μὲν τρόπον, ὅτι ὁ νοσοποιοῦντος χυμοῦ, καθ' ἕτερον δὲ ὅτι τῆς νοσώδους διαθέσεως. Bifariã intus relinqui inaudiēdum eſt. Vno quidē modo humorē morbum cõmittentem, altero verò morboſam affectionem. Idem com. ad aph. 12. lib. 2. τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα τὰ λείψανα τῶν μοχθηρῶν χυμῶν κέκληκεν Ἱπποκράτης, ἅπερ ἀνάγκη σηπόμενα τῷ χρόνῳ πυρετὸν ἀνάπτειν. Quę relinquuntur prauorum humorũ reliquias vocat Hipp. quas neceſſe eſt putreſcentes ſucceſſu temporis febres iterum accēdere. Cæterùm ἐγκαταλείπεσθαι ēt Hipp. intus deficere, relinqui ac deſeri ſignificat. vt libr. de frac. (p. 566. 33) ἧσσον ἂν ἐγκαταλείποιτο ἐν τῇ κινήσει τοῦ ἄλλου σώματος, minus deſeretur in reliqui corporis motione, hoc eſt ad reliqui corporis motionem ēt citiùs mouebitur. Solenne quoq; eſt illud Hipp. ex aph. 11. lib. 6. Epid. ſect. 2. ἢν πνεῦμα ἐγκαταλείπηται, ſi ſpiratio intus deficit, à Gal. libris περὶ δυσπν. toties explicatum, quo ſpiratio intus concluſa, deficiens ac interrupta indicatur.

Ἐγκατάληψις interceptio dicitur ac intus retentio, vacuandorum humorũ ſuppreſſio, quæ recidiuas facit, aphor. 12. ſect. 2. lib. 6. Epid. αὐτὴ γὰρ αὖ ἡ ἐγκατάληψις ἀμφοτέρων αἱ ὑποστροφαί. Ipſa. n. vtrorumq; interceptio iure quodam recidiuas facit. Lib. 2. Epid. (p. 315. 31.) κατάληψις dicitur, & videtur vrinæ ſuppreſſionē aut retentionē idemq; quod ἀπόληψις ſignificare, velut ἀπόληψιν οὔρων ſæpè effert Hipp. Sunt qui ἐγκατάληψιν libr. 6. Epid. legant, & eorum quæ vacuari debeant ſuperſtites ac remanentes quaſdam reliquias intelligant, quæ meritò ſuſpectas recidiuas faciunt.

Ἔγκαυσις, æſtus, ardor, incēſio. Dicitur Gal. lib. 1. de diff. feb. (p. 322. 15.) in febrium cauſis, caloris in corpus actio, ſiue à ſole, ſiue ab igne, ſiue à re aliqua calorem excitante, vt pote medicamento, calore præter naturam corpus incendatur.

Ἐγκισσοῦσθαι apud Hipp. eſt ἐκίσσωσθαι δίκην κισσοῦ, inſtar hederæ implicari & inuolui, Lib. περὶ ὀστέων φύσ. (p. 62. 1.) ἐς τὸν νωτιαῖον μυελὸν ἐγκισσοῦται, in ſpinalem medullam inſtar hederæ implicatur, hoc eſt inuoluta inſeritur. Neq; dubium eſt quin hũc Hipp. locum ſubindicet Heſychius, cùm ἐγκισσοῦται exponit ἐμφύεται, πλέκεται, hoc eſt, inſeritur, inuoluitur, intexitur.

Ἐγκλυδαστικὸν dicitur Hipp. quod intus fluctuat & æſtuat, aut intus fluctus pariens, Libr. de rat. vict. in morb. ac. (p. 81. 55.) de aqua, ἐγκλυδαστικόν τι καὶ ἐπιπολαστικόν, quæ intus fluctuat & ſuperinnatat, κλύδωνας ἐργαζόμενον fluctus parientem aut efficientem exponit Gal. Sic ἐγκλυδάζεσθαι intus fluctuare ſignificat lib. 1. de Morb. (p. 132. 47.) ἐγκλυδάζεται τὸ πῦον εἰς τὰ πλευρὰ περιπῖπτον, pus intus fluctuat ad latera illabens.

Ἐγκόπτειν, impedimento eſſe, pręp̨edire, obſtare, interpellare. ἐν παραγγελίαις (pag. 19. 5.) iubet Medicum, λέγουσι μὲν προσέχειν, ποιοῦσι δὲ ἐγκόπτειν, dicentibus quidem mentē adhibere, & quę in opere fiunt obſeruare, facientib. incum-

bere dixit Cornarius. Poteſt & dici facientibus impedimēto eſſe, obſtare, & peruersè quid agentib. ſuccēſere, eorūq; in opere errores reprehendere, quo ſumpſit Zuingg.

Ἐγκρατὴς valens, validus, potens, cui ἀκρατὴς opponitur, debilis, inualidus, imbecillis. lib. 7. Epid. (p. 354. 19.) καὶ οὐ πάνυ ἐγκρατὴς τούτων, neq; admodum his partibus valebat, aut his partibus moderari poterat, ceruicem, lumbos, & ſpinam intelligit. Rurſus ibidem (v. 32.) καὶ περὶ χεῖρας καὶ σκέλεα οὐ πολὺ ὕστερον ἐγκρατὴς ἐγένετο, & cruribus ac manibus non multò poſt validus extitit.

Ἐγκυλίδωται εἰρίον, lana inuoluta ac cōuoluta dicitur Hipp. & in cylindrū voluta ad peſſum faciendum, lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 155. 44.) melius tamē ἐγκυλινδῶται aut ἐγκυλιῶται legatur, ab ἐγκυλίω aut ἐγκυλινδέω & ἐγκυλινδῶ, qđ eſt voluo & in orbē voluto. Sic paulò pòſt (ibid. v. 48) ἐς εἰρίον οἰσυπηρὸν ἐγκυλίων, lana ſuccida inuoluēs.

Ἐγκύρω aut ἐγκυρέω, incido, incurro, idem quod ἐντυγχάνω, Ionibus familiare verbum Hipp. lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 12. 2.) ὅταν ἐγκύρσῃ πλατεῖ τε καὶ ἀντικειμένῳ, cùm verò [flatus] inciderit in latum ac renitens corpus. Item lib. de art. (p. 591. 2.) ἄχρις ἂν τῷ ὑπαγείνῳ ἐγκύρσῃ donec ſpecillo occurrat, in ſpecillū incidat.

Ἐγκυρσίῃ Erot. apud Hipp. (ſi modò vera eſt lectio,) exponit ἐπουλωθῇ, κατουλωθῇ, cicatrice abducatur, ad cicatricem perueniat, velut ab ἐγκυρσέω. Verùm maximè deprauatā eſſe ſcripturam apparet, exiſtimoq; ἐγκυρσέῃ aut ἐγκύρσῃ, ἐντυχάνῃ leg. vt ſit illius vocis expoſitio, non autem ἐπουλωθῇ.

Ἐγκλωμένως exponitur Galeno in Exeg. apud Hippoc. ὁ ὑπόγειος, πεπαυμένος τοῦ λευκὸς εἶναι. Quæ certè lectio omninò vitioſa eſt, etſi Varino ex Galeno apponitur. Nam ἐκγλευκισμένος legendum eſſe, & πεπαυμένος τοῦ γλεῦκος εἶναι ſatis patet, vt de vino dictū, in cella ſubterranea recōditum ſignificet, & quod muſtum eſſe deſiit, iamq; deferbuit, ac adeò proceſſit vt vinum factum ſit, neq; amplius muſtum dicitur, ſed vini facultatem habet. Atq; adeò his verbis locus lib. 7. Epid. (p. 362. 6.) aptè mihi exprimi videtur, vbi οἶνος ἐκγλευκισμένος μέλας, hoc eſt, vinum nigrum quod muſtū eſſe deſiit, cum aromatibus, ad vteri affectus à flatibus ortos in medicamēto apponitur, quòd huiuſmodi vinum reconditum ac diu repoſitum, tenuandi, diſcutiendi ac calefaciendi vires acquiſierit, muſtum verò, crudum, flatulentum ac vaporibus crudis refertum ſit. Quidam ἐγλευκισμένος exponunt ὁ ὑπόγειος, ὁ πεπαυμένος τοῦ γλεῦκος εἶναι. Qua interpretatione γεγλευκισμένος aptè exponitur, & vinum nondū defœcatum & adhuc muſtū reconditū ſignificatur. Sed cùm aptè admodum iſta lib. 7. Epid. quadrent, non eſt cur aliam lectionem ambitioſè nimis conquiramus. Nec. n. ἐκλελευκωμένος, vt habent multa exemplaria vitioſè, nec ἐγλευκισμένος, qđ tamen appoſitè admodum quidam in tam deprauata lectione repoſuerūt, tā benè huic loco mihi conuenire videntur. Iſtāq; lectionem noſtris in eū lib. Annot. iādudū ꝓbauimus.

Ἐγξύσαι eſt intus radere aut aliquid deraſum infundere aut ſubigere. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 208. 8.) ἐν μελικρήτου κοτύλῃ θαψίης ἐγξύσαι, in aqua mulſæ hemina thapſiā herbam deraſam aut tritā ſubigere (vt per clyſterem infundatur, aut ex infuſo detur) h. e. thapſiā deraſam aqua mulſa ſubactā infuſo ſubdere. Vbi tamen pro ἐγξύσαι exemplaria quædam manuſcripta ἐγκλύσαι habent, interpres ἐγχέαι legiſſe videtur.

Ἔγερσις exponitur Galeno apud Hipp. ἡ ἐγρήγορσις, vigilantia, vigilia.

Ἐγχαλινοῦται) exponit Gal. apud Hipp. χαλινοῖς ὥσπερ περιέζωσται, h. e. velut frenis cinctus eſt & circūdatus. Sed mendū eſſe apparet, etſi iiſdem verbis adſcribitur Varino. Nam ἐγχαλινοῦται) leg. foret, cùm ſit ἐγχαλινοῦσθαι infrenari, frenari, veluti iniectis frenis cingi aut retineri. Verùm apud Gal. ἐγχαλινοῦνται leg. apparet ex lib. περὶ ὀστέων φύσ. (p. 63. 16.) ἐγχαλινοῦνται) περὶ τὰ ὦτα αὐτῆς [καρδίης], circa cordis auriculas velut frena iniiciūtur, aut infrenantur, circa eius auriculas frenantur, dixit Corn. compeſcūtur, Caluus. h. e. velut frenis iniectis cordis auriculas cingunt aut circundant, vbi de venis ſermo eſt. Ergo vt ἐγχαλινοῦνται) apud Gal. ita & περὶ) leg. cēſeo, vt huic loco, quem procul omni dubio cōceptis verbis exprimi putamus, veriſſimè quadret. Vbi Corn. ἐς τὴν καρδίην ἐγχαλινοῦνται legiſſe videtur, cùm tñ longè alia ſit lectio.

Ἐγχεῖν aut ἐγχέειν & ἐγχέαι ſimpliciter effert Hipp. pro infundere & infuſo vti, & de medicamēto quod infunditur ad pus expectorandum & diluendū vſurpatur lib. 2. de morb. (p. 150. 16.) ἐγχεῖν καὶ πυριᾶν. ἢν μὲν παχὺ ᾖ τὸ πύον, πυριᾶν· ἢν δὲ λεπτὸν, ἐγχεῖν, infundito ac foueto: ſi quidem pus craſſum fuerit, foueto: ſi verò tenue, infundito. Rurſus (ibidem v. 22.) ad pus expuendum medicamentum ex ari radice, ſalis grano, & modico melle, cū aqua & oleo tepidum infundere iubet, ἐγχέαι χλιαρόν. Et (v. 26.) ad pus expurgandum acribus cibis vtēdum præcipit, & cyclamini ſuccum cum laſeris ſucco dilutum, lacte caprino & aſinino ammixto, tepidum infundere. τοῦτο χλιαρὸν ἐγχεῖν. Et rurſus (v. 28.) niſi pus erumpat, raphani corticem & æris florem oleo dilutum tepidum infundit. τοῦτο ἐγχεῖν χλιαρόν. Iterum (ibid. v. 32.) medicamentum ex vrticæ ſemine, thure, origano, ex vino albo, melle & modico oleo, per tertium diem infuſum adhibet. ἐγχεῖν ἀκαλήφης σπέρμα, λιβανωτὸν, ὀρίγανον ἐν οἴνῳ λευκῷ, καὶ μέλιτι, καὶ ἐλαίῳ ὀλίγῳ· ἐγχεῖν δὲ διὰ τρίτης ἡμέρης. Et (p. 151. 2.) ἐγχεῖν οἶνον καὶ ἔλαιον χλιαρὸν αὐλίσκῳ, per fiſtulā in thoracē vinum & oleum tepida infundere iubet, ne pulmo repēte exareſcat. Rurſus (p. 152. 38.) καὶ ἐγχέειν ἐς τὸν πλεύμονα, veratrū cū lenticulæ decocto in pulmonē infundito. Sic ἔγχυτα dicūtur Hipp. l. 2. de morb. (p. 150. 36) & ἐγχύματα (ib. p. 151. 3) medicamēta q̄ in thoracē ad pus eliciēdū infunduntur aut ex infuſo adhibētur.

Ἐγχειρίη eſt manus aggreſſio & manus prōptitudo

tudo Hippocrati. Libr. de art. (p. 606. 1.) οἱ τὴν ἀνόητον ἐγχείρησιν ἐπιτηδεύοντες, qui temerariam & ſtolidam manus aggreſſionem ſtudioſè conſectantur, aut imprudentem manus promptitudinẽ profitentur & oſtentant.

Ε'γχρίμπτειν, ἐγχρίπτειν, idem quod ſimplex χρίμπτειν ſignificat, appellere, applicare, admouere, appropinquare, implicare, impingere, allidere, infricare, prope accedere facere: & dicitur Hippocrati de iis quorum alterum alteri inhæret, vt de oſſibus quæ inter ſe in fracturis implicantur, illiduntur & inhærẽt cùm reconduntur, hoc eſt mutuo ſe attactu offendunt aut infricant. Quod fit cùm in conformatione oſſium fractorũ partes ſurſum aut deorſum abducendo & extendendo, in ſuum locum compellimus. lib. de art. (p. 605. 12.) ῥᾷον γὰρ οὕτως εἰς τὴν φύσιν ἥξει, ἢ εἰ ἐγχρίπτοιτό τις ἐς ἄλληλα τὰ ὀστέα, προσαναγκάζειν πειρῷτο. facilius enim ſic ad naturalem ſitum deueniẽt, quàm ſi quis impacta & illiſa inuicem oſſa compellere conetur. Quem quidem locum innuit & explicat Gal. initio Com. 1. in lib. de fract. (p. 526. 20.) de partium fractarum extenſione & conformatione agẽs his verbis: διὰ τοῦτο οὖν ἀπάγοντες ἀλλήλων, τὰ μὲν ἄνω, τὰ δὲ κάτω μέρη τῶν κατεαγμάτων, ἐπὶ τὴν διάπλασιν ἀφικνούμεθα, δεδιότες ἐν τῷ προσάγειν ἀλλήλοις τὰ παρηλλαχότα, περιθραῦσαί τινας ἐξοχὰς αὐτῶν· ἔστι δὲ ὅτε πάντως, ἐὰν ἐγχρίπτοιτο ἀλλήλοις. οὕτως γὰρ αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης ὠνόμασε τὰ μέρη τῶν διαπλαττομένων ὀστῶν, ὅταν εἰς τὴν οἰκείαν ἄγηται χώραν. Idcirco igitur fracturę partes à ſe inuicem, partim ſurſum, partim deorſum abducentes, ad conformationem deuenimus, metuẽtes ne dum partes quarum altera alteri ſuperimminet adducimus, aliquæ earum eminentię perfringantur. Quod ſanè fit vbi fracturæ partes inter ſe impinguntur & illiduntur. Sic enim ἐγχρίπτεσθαι (quod eſt impingi & illidi) vocat Hipp. vbi partes oſſium quæ conformãtur, in ſuum locum deducuntur, ac ſe mutuò allidunt. Idem quoque ſonat ἐγχρίπτομαι quod ἐγχρίπτω, quo frequenter vtitur Hom. vt Il. ε. (v. 662.) de haſta Tlepolemi quæ Sarpedonis coxæ infixa eſt & adhæſit, αἰχμὴ δὲ διέσσυτο μαιμώωσα ὀστέῳ ἐγχριμφθεῖσα, cuſpis autem impetu lata concitata eſt, oſſi illiſa, hoc eſt, inhærens & infixa, ἐμπαγεῖσα, ἐμπελασθεῖσα. Idem Il. η. (v. 272.) ἀσπίδι ἐγχριμφθείς, ſcuto innixus, illiſus. Vbi Scholiaſtes προσπελασθεὶς ἢ ἐρείσας exponit, etſi ἐρεισθεὶς melius dicatur. Et Il. ν. de Hectore Græcos perſequẽte, Στῆ ῥα μάλ' ἐγχριμφθείς, propemodum accedens. Et Il. ψ. (v. 334.) τῷ σὺ μάλ' ἐγχρίμψας, huic te maximè applicans, admouens. Vtitur etiam Herodotus lib. 4. de Amazonibus. Ε'γχρίπτων Heſych. προσπελάζων, h. e. applicans, admouens, exponit, locum Hippoc. lib. 2. de art. paulò ſupra adductum fortè ſubindicans. Eidem ἐγχρίμψαι eſt πλησιάσαι, ψαῦσαι, ἐρείσαι, adducere, contingere, propinquare. Et ἐγχρίπτεται, ἐρίζει, & ἐγχριφθεὶς, ἐμπελασθεὶς, ἐγγὺς γενόμενος, ex Homero, & ἐγχριφθήτω, ἐμπελασθήτω. Eſt etiam ἐγχρίπτεσθαι rei alicui inniti, occurrere, impingi & offendere, aut in rem aliquam incurrere. Qui enim rei alicui innituntur eaque ſe fulciunt, ad eam propius accedunt. Sic ἐγχρίπτεται ἐμπίπτει exponit Heſychius, & ἐγχριμφθῆναι ἐρεισθῆναι, vt χρίμπτεσθαι ἐρείδειν, συνερείδεσθαι. Cui etiam τὸ ἐκβάζειν καὶ ἐκπίπτειν ſignificationem tribuit. Ε'γχρίψαι apud Herodotum ἐμπεσεῖν & προσπελάσαι exponitur. Et ex Corintho τὸ ἐγχρίπτει, ἐμπηδᾷ, quomodo & Erotianus apud Hippocr. ἐγχρίμπτειν, ἐμπηδᾶν, irruere, inſilire, exponit. Qua notione ſumitur quod ſcribitur Hippocrat. lib. de art. (p. 640. 28.) τῇ πτέρνῃ προσεγχρίπτουσι, calcem impingunt aut allidunt, hoc eſt, calce innituntur aut offendunt, calce terram attingunt, aut terræ calcem admouent. Vbi Galenus τὸ ἐγχρίπτειν ab Hippocr. dici ſcribit ἐπὶ τῶν ἐρειδόντων εἰς ἄλληλα, de iis quæ inuicem inhærent, in ſeſe innituntur ac firmantur, aut inuicem implicantur. Lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 275. 48.) ἢν μὲν ἐς τοὺς βουβῶνας, καὶ κτένα, ἢ κύστιν ἐγχρίμψῃ. Si quidẽ vterus ad inguina, pectinẽ & veſicã innixus fuerit, impegerit, incurrerit, irruerit. l. περὶ ὀστέων φύσ. (p. 63. 12.) αἱ δὲ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τοῦ σπληνὸς πρὸς τὴν ἄκανθαν ἐγχρίπτουσι. Quæ verò ex lienis capite ad ſpinã accedũt, aut ferũtur. Quò maximè reſpicere mihi videtur Erot. explicatio, ἐγχρίμπτουσιν, πλάζουσιν, ſi ἐγχρίμπτουσι & πλάζουσι apud eum legatur.

Ε'γχύμωσις dicitur Hippocr. ſuccorum aut humorum in partem refuſio, & naturalis quędam effuſio, qua ſanguis & ſpiritus vnà cum calore in corporis habitum reuocantur. lib. 2. Epid. (p. 317. 12) ἐπιτηδεύειν ὀξυθυμίην ἐμποιέειν, καὶ χρώματος ἀναλήψιος εἵνεκα καὶ ἐγχυμώσιος. Adhibenda diligentia eſt vt præceps acerbaque iracundia inducatur, tum coloris reparandi, tum ſuccorum in corpus effundendorum gratia. Sic enim in perſrigeratis, decoloratis & emaciatis iracundiam excitandam conſulit Hipp. vt vnà cum calore & ſpiritu ſanguis & humorum ſucculentia naturę propulſu venas ſubeat, indeq; in totum corpus gliſcat aut diſpergatur, vt color viuidus parti accedat, & calor reuocetur, tũ etiam natiua partis temperies & habitudo reparetur, ſuccoſa humorum benignitate in ea viuiſcente & nutricationẽ lætificante. Cuius quidem affuſionem & adhæſum ἐγχύμωσιν, quòd naturæ viribus in partem inducatur, vocat Hipp. vt noſtris in eũ locum Annot. cuius probauimus, etſi ἐκχύμωσιν ferè legunt omnia Gal. exẽplaria quæ ad huius loci explanationem in mediũ adduximus.

¶ Ε'δικραιώθη, εἰς δύο διῃρέθη exponit Erot. apud Hipp. de eo quod in duas partes ſecatur aut diuiditur, pro quo apud Heſ. vitioſè ἐδικαιώθη leg. & ἴσως ἐμερίσθη exponitur, in partes æquales ſectum eſt.

Ε'διχώθη in duas partes ſcinditur, diuiditur. lib. περὶ ὀστέων φύσ. (p. 60. 37.) παρὰ τὰς ἐσχάτας δύο πλευρὰς ἐδιχώθη iuxta extremas duas coſtas in duas partes ſecatur. Quod dixit lib. 2. Epid. ἐδιαιρέθη, ſcinditur, diuiditur (p. 216. 40.) vbi hic locus repetitur.

Ἕδος θεσσαλικὸν ſella Theſſalica dicitur Hippocrati, libr. de arti (p.585.26.) quòd ea antiquitus in Theſſalia vterentur, quæ à tergo in rectum attollebatur, vt eam in partem dorſum reclinari poſſet, vt ibi ſcribit Gal. ἕδος autem Gal. θρόνον exponit, Erotianus etiam δίφρον & θρόνον. Idem quoque ἕδος θεσσαλικὸν, δίφρον θεσσαλικόν. Addens etiam, πᾶς γὰρ δίφρος ἀνακλισμὸν ἔχων, θεσσαλικὸς παρὰ τοῖς παλαιοῖς λέγεται. ἀνακλισμὸν autem illic vocat Hippoc. eam ſellæ partem in quam dorſo recumbimus. ἀνακλιντήριον exponit Erotianus. Galenus verò ἐπίκλιντρον. Quidam etiam ἀνάκλιντρον, accubitum, aut recubitorium, in quod dorſo recumbimus, aut reſupinamur. Accubitas aut accubus apud Lampridium (in Heliogabalo) & accubita dici volunt, cùm ſcribit. Nec cubuit in accubitis facilè, niſi his quæ pilum leporinũ haberent, &c: Multis viliorib. amicis folles pro accubitis ſternebat, eosque reflabat pendentibus illis. Pollux lib.10.cap.7 ἐπίκλιντρον dici ſcribit lecticæ partem, quæ & κλιντήριον, hoc eſt, eam partem in quam recumbitur. Phrynichus quoq; ſcribit Atticos ἀνάκλιντρον non dicere, ſed ἐπίκλιντρον. Ἕδος igitur θεσσαλικὸν apud Hip. ſumi videtur pro ſella recubitoria & diſcubitoria, velut & κλισμὸς apud Hom. Il. θ. (v. 426) Ibi enim Euſtath. genus eſſe θρόνου vult, quod poſteri ἀνάκλιντρον vocauerunt. Pollux lib.10.cap.11. ſellarum Theſſalicarum meminit, quæ quatuor pedes haberent & ęgrè veherentur. Eſt & ἀνάκλιτος θρόνος apud Plutarchum in Romulo, ſella accubitoria. θεσσαλικὸς θρόνος etiam dicitur Athenęo lib.1.(p.14.) & ex Critia adducitur, θεσσαλικὸς δὲ θρόνος γυίων θυμηρεστάτη ἕδρα, Theſſalicusq; thronus membris molliſſima ſedes.

Ἕδρη aut ἕδρα apud Hippocr. interdum ſedem, anum & podicem ſignificat, vt libr.5. Epid. (p.340.27.) ἕδρη εἰς τοὺς ὄρχεις, ſedes ad teſtes eminebat aut propendebat, & de ani prolapſu aut eminentia ſumitur. Quod dicitur lib.7.Epid. (p.357.48.) ἕδρη ἔξω ἐς τοὺς ὄρχεας, ſedes extra ad ſcrotum prolapſa eſt, procubuit. Sic Cælius Aurelianus lib. 4. Tard. Paſſ.cap.3. quam Gręci ἕδραν vocant, ſeſſionem dicit, anum & podicẽ intelligens. Ἕδρη etiam ſedem & baſim ſignificat, vt in finibus & abſceſſibus ſubiectã abſcedenti corpori partem. Lib. κατ' ἰητρ. (p.685.39.) ἀφεστεῶτα μὲν ὥστε τὰ μετέωρα τῆς ἕδρης ψαύειν μὲν, πιέζειν δὲ μή. In his certè quæ abſceſſerunt, ita vt ſublimia ſedem quidem contingant, neque tamen comprimant. Vbi ſcribit Gal. ἕδρην vocare Hippocr. τὸ ὑποβεβλημένον τῷ ἀφεστῶτι σώματι, quod abſcedenti corpori ſubiectũ eſt. In Mochlico quoque ἕδρη ſedem propriam & naturalem ſignificat (p.511.6.) καταναγκάσαι τὰ ὑπερέχοντα ἐς ἕδρην, eminentia in ſuum locum reponere. Quem locum ſignificans Erotianus ἕδρην, τὸ οἰκεῖον τόπον, propriũ locum exponit. Hinc quoque ἑδραίως deductum videtur Erotiano, & ſeſſionem quãdam includere apud Hippocr. ideoque Bacchium reprehendit qui ἐπιμόνως, & Epiclem qui ἐν καθίσματι χρονίῳ καὶ ἐπιμόνῳ expoſuerit. Etſi certe Erotiani exemplaria hoc loco vitium mihi ſubolere videntur. ἑδραῖος enim non ἑδραίως legẽdum videtur, vt ἑδραῖος ὕπνος apud Hippocr. ex aphor.15. lib.6. Epid. ſect.4. eo loco exponatur ab Erotiano, ſomnus qui ſedendo ſumitur, aut ſedentium ſomnus. Sic enim Galenus ex Interpretum ſentẽtia dici ſcribit: τὸν γὰρ τῶν καθημένων ὕπνον ἑδραῖον ὀνομάζουσί φασιν ἀπὸ τῆς ἕδρας. Sedentium enim ſomnum ἑδραῖον, hoc eſt qui ſedendo caperetur, ἀπὸ τῆς ἕδρας vocari aiũt. Eamq; veterum Interpretum mentem ſequi videtur Erotianus, qui ὕπνον ἑδραῖον, ſomnum qui ſeſſim aut ſedendo caperetur intelligi voluerunt, & qui reclinatis & ſedẽtibus prohiberetur. Ideoq; Bacchium meritò reprehendit quũ ἐπίμονον, hoc eſt, conſtantem & diuturnum, & Epiclem, qui ἐν καθίσματι χρονίῳ καὶ ἐπιμόνῳ (ſic enim potius lego) hoc eſt ſomnum qui in perpetuo ac conſtanti ſedili caperetur ſumpſerit. Itaq; vt ἑδραῖος apud Erotianum, ita & ἐπίμονος legendum cenſeo. At Galenus ἑδραῖον ὕπνον βαθύν, hoc eſt profundum ſomnum, & ἑδραίως κοιμηθῆναι, βαθέως, profundè dormire exponit, quem cum vetuſtarum membranarum fide noſtra interpretatione ſecuti ſumus. Ἕδρη etiam dicitur Hippoc. lib. de cap. vuln. oſſis fracturæ ſpecies, ita vt teli veſtigium remaneat oſſe diſciſſo, & quâ inſederit appareat. Sic enim ſcribitur (p.448.5. & 24.) διακοπὴ γὰρ καὶ ἕδρη ταὐτόν ἐστι. Præciſio enim & teli veſtigium ad idem referuntur. Quod etiam repetitur (p. 447.12.) & ab Erotiano in teſtimonium adducitur. Gal. etiam libr. de cauſis Morb. (p.211.32.) ἕδραν vocari ſcribit in capite vulnus à telo acuto aut incidente illatum, ita vt in os impactum ſit, & ἴσωσιν καὶ διακοπὴν dici. Et lib. de cap. vuln. ἕδρη crebrò vſurpatur pro teli ſede & veſtigio, cum quâ telum impreſſum eſt in oſſe veſtigium remanet, & τοῦ βέλεος ἕδρη dicitur, præcipuè verò (p.48. & 46.40.) vbi ſcribitur: ἕδρη δὲ καλέεται ὅταν μένον τὸ ὀστέον ἐν τῇ ἑωυτοῦ φύσει, τὸ βέλος στηρίξαν ἐς τὸ ὀστέον, δῆλον ποιήσῃ ὅπῃ ἐστήριξεν. Teli ſedes vocatur cùm os ſuo in ſtatu permanens, manifeſtum fecerit quâ telum inſederit. Gal. com. 2. in lib. de fract. (p.543.8.) ἕδραν dici ſcribit Hippocrati vulnus quod ita inflictum eſt, vt non ſolùm carnem aut cutem, ſed etiam os ipſum confregerit, in idq; telum impreſſum fuerit. Quod non niſi à duro aut graui, ac incidente telo fieri poteſt.

¶ Ἐέργεται Galenus apud Hippocr. ἐναπολαμβάνονται exponit intus comprehẽduntur, concluduntur, intercipiuntur.

¶ Ἐθάδες dicuntur Hippocrati qui alicuius rei conſuetudinem habent aut familiaritatem, & qui aſſueti ſunt aut aſſuefacti. Libr. de Morbo ſacro (p.126.37.) ὁκόσοι δὲ ἤδη ἐθάδες εἰσὶ τῇ νούσῳ, quicunque iam morbo aſſueti ſunt, & quibus morbus in conſuetudinem venit. Ibidem (v.23.) de his quibus à puero

vnà

vnà morbus coaluit, ἴδιος γενόμενος [ὁ νοῦσος] ἐν τῷ σώματι μᾶλλον τῶν πνευμάτων ἔτι μείζων, ex conſuetudine effecit morbus vt in ventorum mutationibus id patiatur, libr. περὶ ἱερῆς (p.387. 21.) τὸ μέγα νόσημα ἐν ἔθει γενόμενον dicitur de morbo comitiali iam vſu confirmato & inueterato. Cui τὸ ἐν πάθει γενόμενον opponit Hip. lib.2.Epid.(p.317.36.) iiſq; verbis comitialis morbi vehementiã & præcipitis periculi intentionem intelligit. Lib. itẽ 2. περὶ γυναικ. (p.269.35.) ἐθάδες ἀπὸ νεότητος αἱ νοῦσοι διὰ συγγένειαν, morbi à iuuentute conſueti & quadam cognatione familiares facti dicuntur. lib. ẽt 1. περὶ γυναικ. (p. 257.30.) ἐθάδες γίνονται de vteris effertur qui aſſueſcũt genituræ ferendæ, & ſemini retinendo aſſuefacti ſunt. οὐ δυνάνται φέρειν τὴν γονὴν πρὶν ἢ ἐθάδες γίνονται καὶ ἰσχύσωσι, genituram ferre nequeunt niſi aſſueſcant & conualeſcant. Ἐθάδες, ἐθίμως, συνήθεις exponit Heſych. aut, priuſquam ad conſuetum aut priſtinum ſtatum redeant.

Ἐθανατώθη, ἐνεκρώθη exponit Erot. apud Hipp. de eo quod eſt extinctum, emortuum & ad internecionem deductum, nimirum locum lib. de fract. (p.562.23) exprimens, ὅσα τι σαρκία ἐν τῷ τρώματι ἐμελάνθη καὶ ἐθανατώθη, & quæ caruntulæ in vulnere denigratæ & emortuæ fuerint.

Ἐθέλειν, velle, pro poſſe aut ſolere ſumitur apud Hipp. lib. de art. (p.639.10.) ἄκρος δὲ ὁ πούς ἧσσόν τι προπίπτειν ἐθέλει ἐς τὸ ἔμπροσθεν. Sũmus verò pes minus aliquantò in anteriorem partem propendêre ſolet, h.e. poteſt. Vbi Galenus ἐθέλειν δύνασθαι ſignificare ſcribit, vt apud Homerum, οὐδ' ἐθέλει προρέειν, neque profluere vult, h.e. poteſt. Quod de aqua dicitur Il. φ. Sic lib.4. Epid. (p.333.35.) οὐκ ἐθέλει διαχεῖσθαι, non ſolet diffundi, hoc eſt, non poteſt diſſipari, de tumore duro effertur.

Ἔθος ἐπίκτητος φύσις, conſuetudo altera & acquiſititia natura dicitur Medicis, Gal. com. 3. in lib. κατ' ἰητρ. (pag. 695.51.) & lib. 2. de motu muſc. (p.565.26.)

Ἔθραττεν Gal. apud Hipp. ἔνυττεν, ἐκίνει, exponit, pungebat, ſtimulabat. Pro quo ἔθρεπεν in quibuſdam cod. vitioſè legitur.

Εἰδεχθὴς dicitur quod aſpectu eſt deformi & odioſo, inuiſam & odioſam habet faciem. Εἰδεχθὲς ᾠὸν vitioſum ouum & corruptum dicitur Hipp. libr. 2. περὶ γυναικ. (p.266.10.) Sumitur etiã εἰδεχθὴς pro graueolenti & abominando, eoque quod eſt tetri odoris, cui εὐώδης opponitur. Lib. 2. περὶ γυναικ. (p.269. 32.) ἐπὴν δὲ κάτω ὁλκοὶ ἔωσιν, ὑποθυμιῆν τὰ εἰδεχθέα, ὑπὸ δὲ τὰς ῥῖνας τὰ εὐώδεα. Cùm verò vteri deorſum tracti fuerint, quæ tetri ſunt odoris aut abominanda, ſuffitu adhibeto, narib. autem odorata. εἰδεχθὴς Heſychius αἰσχρός, αἰσχρὸν ἰδεῖν, ἤτοι ἄμορφον, exponit.

Εἶδος latiùs patet apud Hipp. & variam habet notionem. Interdum enim formã, ſpeciem & cuiuſq; naturam, quæ ex quatuor qualitatum temperatione conſtat; interdum ẽt genus & differentiam ſignificat. τὰ εἴδη explicat Gal. apud Hipp. com. 2. in lib. de nat. hum. (p.18.28.) τὰς τοῦ σώματος φύσεις, corporis naturas, formas, quæ ex quatuor primarum qualitatum temperie conſiſtunt. In his quę adiecta ſunt ad lib. de nat. hum. τὸ δὲ ξύμπαν, γνῶναι δεῖ τὸν ἰητρὸν ἐναντίον ἵστασθαι τοῖσι καθεστεῶσι, καὶ εἴδεσι, καὶ ὥρῃσι, καὶ ἡλικίῃσι. In ſumma medicum totum conſilium aduertere oportet, vt ſe inſtantibus opponat, & morbis, & formis, & anni temporibus, & ætatibus. Rurſus ib. (p.19.15.) καὶ σκεψάμενον τοῦ ἀνθρώπου τήν τε ἡλικίην καὶ τὸ εἶδος, καὶ τὴν ὥρην τοῦ ἔτεος, καὶ τῆς νούσου τὸν τρόπον, τὴν θεραπείην ποιέεσθαι, habitaq; cuiuſq; ratione, tum ætatis, tum formę, tum anni temporis, tum generis morbi ad curationem aggredi. Iterum (ibidem) ὡς ἐφ' μοι καὶ πάλαι εἴρηται, πρὸς ἑκάστας τῶν ἡλικιῶν, καὶ τῶν ὡρέων, καὶ τῶν εἰδέων, καὶ τῶν νούσων, ἔν τε τῇ φαρμακείῃ προσβιβάζειν καὶ ἐν τοῖσι διαιτήμασιν. vt, quemadmodum iam dudum dictum eſt, ad ſingulas ætates, & anni tempora, & formas, & morbos, tũ medicamentorum, tum victus rationem accommodet. Eademq; notione εἰδέων poſuit lib. 2. Epid. (p.315.5.) pro cuiuſque ſubſtantia & forma quæ ex primis & ſimplicibus naturis conſtat, & temperies dicitur. In medicamentorũ aſſumendorum indicatione ſpectari vult ἡλικίαν, εἶδος, δίαιταν, ὁποίη ὥρη ἔτεος, καὶ ὅπως, καὶ ὁποίας ἀγομένη, καὶ τὰ τοιαῦτα, ætatem cuiuſq; & formam, victus rationem, anni quoq; tempus quodnam ſit & qualiter circũſcribatur, aliaq; id genus. Lib. etiam περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (p.31.4.) τὰ εἴδη, αἱ τοῦ σώματος ἕξεις καὶ ἰδέαι exponuntur Galeno, corporis habitus & formæ. Ibidem rurſus (p.36.15.) τὰ ἀραιότερα τῶν εἰδέων καὶ δασύτερα, rariores corporis habitus & hirſutiores dicuntur. τὰ εἴδεα τῶν ἀνθρώπων hominum naturã, formæ ſpecies, ac cuiuſq; natiuam temperiem vocat Hipp. Prorrh. 2. (p.417.30.) πρῶτον μὲν χρὴ τὰ εἴδεα τῶν ἀνθρώπων ἐξετάζειν. Imprimis quidem hominum naturas animaduertere debet; innatam cuiuſque naturam & natiuam ex quatuor qualitatibus temperiem intelligens, aut ẽt eam quæ temporis ſucceſſu cõparatur corporis habitudinem, ἕξιν vocat Gal. Nam corporum habitus in vulnerũ curatione, & molle, laxum, humidum, ſiccum, durum, denſum, aut cõpactum, in conſiderationé adhiberi debet, vt ſcribit Gal. lib. 3. Meth. Med. cap.3. & 4. Rurſus (ib.35.) εἴδεα μὲν γὰρ ἀγαθά ἐστι τὰ τοιάδε. Hæ quidem corporum naturæ ꝓbandæ ſunt. Et (ibid.38.) τὰ δὲ εἴδεα ὅσα ἐν τοῖσι προγεγραμμένοισι ἐναντία πέφυκε, εἰδέναι χρὴ κακίω ἐόντα. Quæ verò naturæ ſuptaſcriptis aduerſantur, eas deteriores eſſe noſſe conuenit. lib. etiam 1. Epid. (p.372.21.) καὶ γυναῖκες πλεῖσται ἐκ τούτου τοῦ εἴδεος ἀπέθανον, plurimæq; huiuſce generis mulieres peribãt, hoc eſt, quæ naturæ eſſent ſubfrigidę & difficulter tranſpirantis. Et lib. 3. Epid. ſt. peſt. ἑκάστῳ δὲ τῶν ὑπογεγραμμένων εἰδέων ἦσαν οἱ κάμνοντες καὶ θνήσκοντες πολλοί. Ex enumeratorum autem generum vnoquoq; laborabant multi, & moriebantur plurimi. Rurſus ibidem (p.429.34.) εἴδεος τῶν φθινωδέων, tabidorum naturam & ſpe-

ciem intelligit, τὴν ἰδέαν τοῦ σώματος καὶ τὴν ἰδίαν ἑκάστου κρᾶσιν exponit Gal. corporis formam & propriam cuiuſque temperiem. σύμφυτον εἶδος, congenita forma dicitur libr. περὶ χυμῶν (p.114.32) quam communem omnium naturam & cuiuſq; propriam ex naturali temperie ortam exponit Gal. Εἴδεα δὲ φύσιος βλαστήματα, οὐ νομοθετήματα, dicuntur Hippocrati, lib. περὶ τέχνης (pag.1.22.) Species rerum non lege naturæ ſancitæ, ſed velnti quædam naturæ germina, quòd inde ſuum ortum mutuētur. Εἶδος etiam Hippocrati rei ſpeciē quandam & formam indicat, vt lib. 2. περὶ γυναικ. (p.269.25.) ὄξος σὺν τοῖς εἴδεσιν, ἢ οἶνον. acetum aut vinum ad res huiuſmodi aut ſpecies ammixtum ſignificat. Vbi per τὰ εἴδη, aut iuniperi ſemen, aut ſaluiam, aut porri ſemen & peplum, eiuſmodiq; medicamēta intelligit. Sic annotatur ex Aphrodiſienſi ἐπιρραίνουσα ὄξος σὺν ἑτέρῳ τινὶ εἴδει, acetum cum re alia quadam affundens. Et Pollux lib. 6. cap. 10. teſtatur ὄξος antiquis εἶδος vocatū fuiſſe. Quod tamen non rectè cepiſſe videtur Interpres, qui acetum gari ſpeciem aliquam eſſe voluit. εἶδος etiā Heſychius χρῶμα, σῶμα καὶ κάλλος exponit, huius nempe dictionis variam notionem indicans. Εἴδη, τὰς διαφορὰς, differētias & genera exponit Gal. apud Hipp. Com. 2. in lib. κατ᾽ ἰητρ. (p.677.4.) Et rurſus Com. 1. (p.668.50.) τοῖς παλαιοῖς ἔθος ἐστὶ καὶ διαφορὰς, καὶ εἴδη, καὶ τρόπους ὀνομάζειν τὰ κατὰ τὴν τομὴν τῶν γενικωτέρων προσηγοριῶν ἀποτελούμενα. Quę ex generalium rerum diuiſione euadunt, veteres differētias, ſpecies & modos vocare ſolent. Sic τὰ εἴδεα τῶν πυρετῶν, febrium diuerſa genera & ſpecies intelligit Hippocr. lib. 3. Epid. ſt. peſt. (pag. 428.19.)

Εἰκῆ, temerè, negligenter & ſine conſilio. εἰκῆ βιοτεύοντες qui temerè aut negligenter, aut etiam intemperanter vitam duxerit, aph. 49. lib. 6. Epid. ſect. 8. Sic lib. 1. Epid. (pag. 372. 20.) οἱ εἰκῆ καὶ ἐπὶ τὸ ῥᾴθυμον βιοτεύοντες dicūtur, qui temerè ac ſine conſilio intemperātem vitam degunt, aut ſegniter & deſidiosè effœminatorum more traducunt. Etſi pro εἰκῆ ἢ συχνῆ legit illîc Galenus. μηδὲν εἰκῆ, μηδὲν ὑπερορᾶν, nihil temerè aſſentiendum, neque quicquam negligendum præcipit Hippocr. aph. 17. ſect. 2. lib. 6. Epid. quod Gal. προπετῶς καὶ ἀπερισκέπτως, temerè, inconſultè, inconſideratè, exponit. Εἰκῆ etiam Heſychius ἀκαίρως, ὡς ἔτυχεν, μάτην exponit, intempeſtiuè, caſu & fortuitò, temerè, fruſtra.

Εἰλεὸς eſt tenuioris inteſtini morbus Celſo cap. 1. lib. 2. ex aphor. 22. lib. 3. Atque ab affecta parte denominationem ſumere videtur hic morbus, quòd eo εἰλεὸς inteſtinum (quod & tenue dicitur) præcipuè torqueatur. Etſi Aretæus imprimis grauis author aliam huius denominationis cauſam eſſe vult, cùm ſcribit cap. 6. lib. 2. περὶ ὀξ. παθ. εἰλέονται δὲ καὶ πνεῦμα ψυχρὸν, ἀργὸν, οὔτε κάτω διεξιέναι ῥηΐδιον, οὔτε ἄνω ἀναδίδεσθαι. μίμνει δὲ ἐπὶ πολὺ ἰλυόμενον, ἐν ὀλίγῃσι τῶν ἄνω ἑλίξεσι. τοὔνεκα καὶ τὸ πάθος ἐπίκλησιν ἴσχει εἰλεόν. In his [inteſtinis] flatus frigidꝰ & lētus gignitur, qui nec infra facilè peruadit, neque per ſuperiora recurrit. Diu autē in ſuperiorum inteſtinorum tenuibus anfractibus ac voluminibus cōuolutus immoratur. Vnde & hic affectus ilei nomen habet. Sic & à ſymptomate εἰλεὸν appellationē ſumere ſcribit Gal. initio lib. 2. Meth. med. Et Actuarius lib. 1. περὶ διαγνωσ. παθ. cap. 45. τὸ μὲν πάθος εἰλεὸς ὀνομάζεται, διὰ τὸ τὰς τῶν ἐντέρων ἕλικας εἰλεῖσθαι. Affectus ileos vocatur, quod inteſtinorum inuolucra conuoluantur & in arctum cogantur. Qua quoq; notione Latinis voluulus & conuoluulus dicitur. fiunt autē εἰλεοὶ vt ſcribit Gal. Com. ad aph. 22. lib. 3. cum propter humorum ad interiora motū, tum propter refrigerationem, ἢ τῆς κάτω διεξόδου τῶν ἐκ τῆς τροφῆς περιττωμάτων ἐπισχέσεως οὔσης, ἐπὶ φλεγμοναῖς τὰ λεπτὰ μέρη τῶν ἐντέρων, cùm alimenti recrementa retinentur, quod magna ex parte accidit propter inteſtinorum partis alicuius inflammationem. Exiſtit morbus iſte in tenuibus inteſtinis, non in craſſis, vt ſcribit Gal. com. ad aph. 44. lib. 6. Etſi craſſioribus ac plenioribus inteſtinis adſcripſit antiquitas, vt patet ex muliere Ileoſa ægr. 9. libr. 3. Epid. in qua dolores ad hypochondria & in inferiore ventre adſcribit Hipp. vt & toto ventre & hypochondriis ilei dolores circūſcribit lib. 3. περὶ νούσων (p.161.28.) & περὶ παθῶν (p.183.12.) Sic Diocles Caryſtius apud Celſum plenioris inteſtini morbum εἰλεὸν vocauit, etſi poſtea mutata nominis ſignificatione, ad tenuius inteſtinum tranſiit. Et Gal. com. 2. in lib. 3. Epid. (p. 415. 11.) ileum qui in tenuioribus conſiſtit inteſtinis periculoſiorē & deteriorem q̃ qui in craſſis, facit, quòd in conſenſionem morbi, tū hepar, tum lienem adducat. Eſt autem εἰλεὸς authori Defin. Med. (p.397.53) φλεγμονὴ ἐντέρων, ὥστε μήτε φύσας, μήτε διαχωρήματα διεξιέναι, στρόφους δὲ ἰσχυροὺς παρακολουθεῖν καὶ ἀλγήματα ὑπερβάλλοντα, inteſtinorum inflammatio, vt neq; flatus, neq; excrementa pertrāſeant, & ingentia tormina & dolores ſuperueniant. Tantaque eſt obſtructio vt nihil prorſus per aluum ſubeat, ne ſi quidem quis acerrimo per clyſterē infuſo vtatur. Vnde plærunq; ſtercoris vomitus ſuccedit, morbo in exitium tendente, vt ſcribit Gal. lib. de loc. aff. 6. (p.309.16.) & com. ad aph. 44. lib. 6. & 10. lib. 7. Εἰλεοὶ δυσώδεις, graueolentes tenuioris inteſtini morbi Hippocrati in Prorrh. (p.217.1) & Coac. Prænot. (p.429.46. & 432.32.) Eſt & εἰλεὸς ἰκτερώδης & εἰλεὸς αἱματίτης lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν, ſi modò locus mendo non caret, qui mihi admodum ſuſpectus eſt. (p.209.8. & 15.) & εἰλεὸς morbus deſcribitur lib. 3. de morb. & lib. περὶ παθῶν, εἰλεὸς ἐκ στραγγουρίης, aph. 44. lib. 6. εἰλεοὶ τὰ χρόνια πάθη, diuturni affectus dicuntur Hippocrati lib. περὶ ἀέρων (p.58.11) vbi εἰλεοὶ pro colicis affectib. ſumi videntur. Aliòqui εἰλεὸς cùm ex inflammatione pēdeat tenuioris inteſtini, inter præcipites morbos reponendus. Eſt. n. acuta atq; celeris paſſio, vt ſcribit Aurel. cui & acutum tormentum

dicitur

dicitur cap.17.lib.3.acut. Sic Hipp.libr. περὶ παθῶν εἰλεὸν νόσημα ὀξὺ ϗ ἐπικίνδυνον, præcipitẽ & periculi plenum morbum vocat. Nam & grauiſſimos mouet dolores, & (vt ſcribit Paulus cap.44.lib.3.) ἔχει τὸ σύμπτωμα τῶν ἄλλων βαρύτερον, & caſus habet periculo grauiores, ex aph.10. lib. 7. & hiſtoria mulieris ileoſæ lib. 3. Epid.

**Εἰλήματα** ſunt apud Hipp. conuolutiones inteſtinorum & inuolucra. Inter morbos à flatibus recenſentur lib. de flatib. (p. 120.4.) ἢ εἰλήματα, ἢ στρόφοι, aut conuolutiones inteſtinorum, aut tormina, quibus εἰλεὺς, voluulos adiungit. Intelliguntur aũt inteſtinorũ dolores partib. ventris inferioribus, aut ſuperioribus, aut etiam ad latera cõuoluti. Cornarius agitationes inteſtinorũ dixit. Quædam autem exemplaria manu ſcripta εἰλήματα legunt.

**Εἵλησις** eſt ſolis calor & æſtus, idẽ quod εἵλη vel ἕλη, & exponitur Heſychio ἡ τοῦ ἡλίου αὐγὴ ἢ θερμασία, ſolis ſplendor aut calor. Εἰλήσεις, ταῖς ἐξ ἡλίου θερμότητας, ſolares æſtus, exponit Gal. apud Platonem lib.5. de leg. lib. quòd animi mores corp. temp. ſeq. (p.349.53.)

**Εἱληθερὴς**, aut εἰληθερὴς, & ἑληθερὴς, in ſole calefactũ aut velut à ſole calidum ſignificat. Proquo Gal. in Exeg. apud Hip. ἑληθερὴς (etſi quædam exemplaria εἰληθερεῖς leg.) ſcribit, & τὸ ὡς ἀπὸ ἡλίου θερμὸν, velut à ſole calidum, inſolatum, exponit. Et ἑληθερείσθω (quidam etiam εἰληθερείσθω ſcribunt) ἡλιούσθω, apricetur, inſoletur. Quam dictionem vſurpat Hipp. lib.2. de morb. (p. 147.4.) ϗ ἀναγαργαριζέτω τὸ ἀπὸ τῶν φύλλων εἰληθέρει, & foliorum hortenſium odoratorum decoctum velut à ſole calefactum (aut inſolatum) gargarizandũ dato. Vbi εἰληθέρει vitioſè pro εἰληθερὴς legitur, cumq; locũ haud dubiè à Galeno ſubnotari exiſtimo. Aut certè τῷ ἀπὸ τῶν φύλλων εἰληθερεῖ leg. videtur, cõtra tamen omnium exemplarium fidem. Rurſus ibid. (p.156.45.) ἀλλὰ ϗ ἐπὴν λοῦσηται, εἰληθερεῖν. Sed & vbi lauerit, ad ſolẽ calefiat, h. e. inſoletur, apricetur. Et (p.157.23) ϗ θερμῷ ὡς ἥκιστα λούσθω, ἀλλὰ ϗ εἰληθερείσθω, & quàm minimum calida lauet, ſed ad ſolẽ calefiat & apricetur. Quẽ locum à Gal. in Exeg. ſubnotari exiſtimo, verùm eum εἰληθερείσθω paſſiua voce legiſſe, vt etiam vſurpat Athenæus. Eſt autem εἰληθερεῖν & εἰληθερεῖσθαι, ἡλιάζεσθαι, inſolari, ad ſolem calefieri, apricari. Et Heſychio εἰληθερεῖν exponitur ἐν ἡλίῳ θερμαίνεσθαι. εἵλην γάρ φασι τὴν τοῦ ἡλίου αὐγήν. & εἰληθερὴς ἡλιαζόμενος, & εἰληθερήσαντες, ἐν ἡλίῳ θαλφθέντες, vt & εἰληθερούμενος, ἐν ἡλίῳ θερμαινόμενος.

**Εἰλικρινὴς**, merus, impermixtus, purus, ſyncerus. εἰλικρινὴς ὑπόστασις mera, ac pura, & vera, aut manifeſta ſubſidẽtia dicitur in vrina, nullo alieno humore permixta, qui ſubſidentiæ ſpeciem referat, vt certior ſecuritas indicetur. In Coac. Præn. (p.442.49.) τὸ δ' ἐρυθρὸν σφόδρα ϗ εὐανθὲς, ὑπόστασιν χλωρὴν ἔχον λείην, εἰλικρινέα. At quæ admodum rubra [vrina] & benè floruſlenta, ſedimentũ pallidum, læue ac purum habet, h. e. quod re vera ſedimentum eſt & nullo alieno humore fucatũ aut permixtũ. Sic εἰλικρινέως, purè, ſyncerè, verè, integrè ſignificat, & οἱ κρινόμενοι οὐκ εἰλικρινέως dicuntur lib.4. Epid. (p.328.38) qui non integrè aut perfectè ſunt iudicati, ideoq; morborum reuerſionibus obnoxii. Quod ὑπ' ἀρτίως in aphoriſmis dicitur, & exponitur τὸ ἀπηρτισμένως, οὐχ ὁλοκλήρως, ἐλλιπῶς, nõ abſolutè, non perfectè, diminutè, non conſummatè.

**Εἶργεν** Erot. apud Hipp. ἐκώλυεν, prohibebat, arcebat, inhibebat, exponit.

**Εἰρινεὶς** dicuntur Hippocrati (ſi modò vera eſt lectio) lib.1. περὶ γυναικ. (p.247.23) tegumẽta lanea quæ cruribus circundantur ad arcendum frigus. καὶ εἰρινεὰς ἀμφὶ τὰ σκέλεα ἱέσθω, tegumenta cruribus circundato, dixit Cornarius. Caluus faſcia lanea crura muniẽte, ita vt hîc εἰρινέους δεσμοὺς legiſſe videatur. fortaſſe εἰρινέας κνημῖδας ſubintelligi poſſint, vt ſint tibialia lanea ad arcendum tibiarum frigus. Aut certè εἰρινέας legiſſe videntur, ab ἔριον aut εἴριον quod lanam ſignificat, vnde tegumenta aut faſcias laneas ſubaudiunt. Verùm mihi non parum ſuſpecta eſt hæc lectio, ac vereor ne ῥηνέας legẽdum ſit, iſq; locus à Gal. exprimatur in Exeg. cùm ῥηνέας ἀρνακίδας, hoc eſt pelles agninas exponit. Quæ certè commodum ad prohibendum frigus crurib. circundabuntur, velut braccę femora muniunt. Quęmadmodum lib. περὶ ἐπικυήσιος (p.52.30.) in ſuffitu mulieri adhibendo, ἀρνακίδας προσθεῖναι θερμὰς, hoc eſt, pelles agninas cum villis & lana ventri admouere iubet ad arcendũ frigus & fumum ne expiret continendum. Sunt autem ῥῆνες, ἄρνες, πρόβατα Heſychio, agni, oues, & ῥηνέας ἀρνακίδας. Hinc πολύρρηνες ἄνδρες Homero dicuntur Il. ι. (v. 154.) homines multorum agnorum, hoc eſt multi pecoris & diuites, πολυπρόβατοι, πλούσιοι.

**Εἴρια ῥυπαρὰ συνεκπεπασμένα** dicuntur Hippocr. lib. de fract. (p.557.49.) lanæ ſuccidæ benè carptæ, quibus oleo & vino irrigatis tumores deligari iubet. Lanæ autem ſuccidæ aut ſordidæ, quæ εἴρια aut ἔρια ῥυπαρὰ & οἰσυπηρὰ καὶ οἴσυπον ἔχοντα dicuntur, mitigandi & digerendi vim habent, præcipuè vbi benè carptæ ſunt ac carminatæ. Aliôqui non benè ſubactę & carptę, duriores ſunt, & ſuo contactu partem laborantem lædũt ac inflammationem irritant, vt illìc ſcribit Gal. His opponuntur ἔρια πεπλυμένα, lanæ lotę, quas limpidas vocat Aurelianus. Rurſus ibidem (p.565.54.) ſupra vlcus hyeme εἴρια πολλὰ ῥυπαρὰ ἐπιτεγγόμενα οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ, lanas ſordidas multas vino & oleo madidas imponit. Vbi ſcribit Gal. ἔρια ῥυπαρὰ ob œſypum habere aliquid caloris cum moderato frigore. Et lib. de art. (p.646.41.) in luxationibus cum vlcere, ἔρια ῥυπαρὰ ἐν οἴνῳ ϗ ἐλαίῳ καταβρέχοντα, lanas ſordidas oleo & vino perfuſas hyeme imponere iubet. Vbi Gal. ἔρια ῥυπαρὰ ἤγουν οἰσυπηρὰ exponit, hoc eſt ſuccidas, ſic dictas ob œſypum & ſuccum ſordium quo imbutæ ſunt. Eæ autem lanæ mixtæ ſunt & con-

ετατις inter ſe facultatis, adſtringentis videlicet & lenientis, ac tepidè calefaciētis. εἴρια οἰσυπηρὰ κατεξασμένα dicuntur lib. de vlceribus (p. 517.1.) lanæ ſuccidæ bene carptæ. Εἴριον πιναρώτατον vocatur lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 284.26.) lana ſordidiſſima & maximè ſuccida, quæ & πιναρὸς εἴριον (ibid. v. 27.) & εἴριον ῥερυπωμένον (ibid. v. 35.) & εἴριον πινόεν εὐειρότατον, lana ſordida molliſſima. Eſt enim πῖνος ῥύπος. εὐειρότατον tamen illic legi malim, vt libr. περὶ ἀφόρων (p. 293.31.) εἴριον μιλήσιον μαλθακὸν, ὡς εὐειρότατον, lana Mileſia mollis ac benè lanata, quamuis εὔειρον Heſychius καλὸν μαλακὸν exponat, ſed εὔειρον malim. Libr. 2. de Morb. εἴρια πινόεντα lanæ ſordidæ dicuntur (p. 143.6.) ἔπειτα εἴρια πινόεντα οἴνῳ ῥαίνων ἐπιδεῖν, poſtea lanas ſuccidas aut ſordidas vino imbutas deligato. Et rurſus ibidem (p. 144.22.) εἴριον πινόεν ἐπιθεὶς, καταδῆσαι, lanam ſordidam ſuperimpoſitam deligato. Dicitur autem εἴριον Hippocrati & ἔριον, vt & Homero εἴριον & εἶρος.

Εἶρος (vt ſcribit Erotianus) quibuſdā apud Hip. exponitur ſcirrhoſi ac duri tumoris lienis circumſcriptio, aliis totius corporis mala affectio. Verùm vtranque expoſitionem damnat Erotianus, quòd ὁ εἶρος febris ſpeciem Hippocrati indicet. Neq; tamen vſquam apud Hipp. εἶρος reperitur, vt eo nomine hic Erotiani locus valde ſuſpectus ſit.

Εἰρύεσθαι trahi & contrahi ſignificat Hippocrati & idem quod ἕλκεσθαι. In Prorrh. (p. 184 35) ὑποχόνδρια τετάσθαι ἔσω εἰρύεται) quod repetitur in Coac. Prænot. (p. 425.39.) iis præcordia intrò trahuntur & tendunt, ἕλκεται exponit Gal. εἰρύαται autem tertia eſt perſona pluralis Ionica præteriti perfecti paſſiui pro εἴρυνται, qua ſæpe vtitur Hip. vt lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 271.5.) καὶ τὰ σκέλεα εἰρύαται, & crura contrahuntur. Rurſus ibidem (p. 282.22.) καὶ ὁ ſτόμαχος οὐ πάμπαν εἰρύεται τὴν τροφὴν, καὶ ἡ κοιλίη, neque ſtomachus omninò cibum attrahit, neq; venter, aut continet. εἰρύεσθαι enim pro ἐρύεσθαι aut ῥύεσθαι ponitur, quod eſt φυλάττειν, conſeruare, retinere. Apparet tamen illic vitiatam lectionem, & εἰρύεται pro εἰρύει legi. Et rurſus ibidem (pag. 270.38.) καὶ εἰρύεται, de muliere quæ contrahitur aut conuellitur, καὶ σπᾶται dixit lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 224.6.) eadem in re. Item ægr. 1. lib. 3. Epid. ἑβδόμῃ σῶμα παρειρύσθη, ſeptimo os diſtortum eſt, aut perperam diſtractum, quod κατεσπάσθη exponit Gal. Et lib. 4. Epid. (p. 332.37.) ἡ τὸ γνάθον εἰρυσθεῖσα, quæ malam diſtractā, h. e. diſtortam habuit. εἰρύεσθαι de corporis mole dicitur quæ contrahitur, trahitur, & ſubſidit, minuitur, detumeſcit ac concidit, aph. 3. lib. 6. Epid. ſect. 3. ἐξαπίνης γὰρ εἰρύεται, ſtatim enim corporis moles trahitur, contrahitur, h. e. collabitur, concidit. Sic enim Gal. explicat: μόνη γὰρ ἐξαπίνης εἰρύεται. τοῦτο σημαίνει μὲν τὸν ὄγκον τοῦ σώματος, καταπίπτειν δὲ καὶ ἀρρωστεῖν τὴν δύναμιν. αὐτὸ μὲν γὰρ ἕλκεσθαι σημαίνει τὸ εἰρύεσθαι. δύναται δ' ἀπ' ἐκείνου καὶ ἐπὶ ταῦτα μεταφέρεσθαι διὰ τὴν τῶν πραγμάτων φύσιν ὑφ' ὧν ὁ λόγος ἐστίν. num quid de repente contrahitur, quod quidem corporis molem concidere ſignificat, facultatem aūt etiam debilitari. Proculdubio nāq; verbum εἰρύεσθαι trahi ſignificat. Poteſt autem & inde ad hæc trāsferri, propter rerum de quibus agitur naturam. Rurſus ibidem: αὐτὸ δὲ τὸ εἰρύεσθαι κατά τε τὸν τοῦ σώματος συμπίπτοντος, καὶ κατὰ τὴν ἐν τῇ δυνάμει καταπίπτουσαν εἰρῆσθαι φασί. Hoc autem verbum εἰρύεσθαι, tum de corporis concidentia, tum de virium collapſu dictum eſſe aiunt. Qua notione etiam ſcribitur lib. 2 περὶ γυναικ. (p. 271.32) ξυνειρύεται πάντα, omnia contrahuntur, de vteri mole quæ contrahitur & concidit. Erotianus quoque apud Hipp. εἰρύεται ἕλκει exponit.

Εἱσάσθω Erotianus apud Hippoc. ἀντὶ τοῦ καθεζέσθω poſitum annotat, ponatur, collocetur, ſedere faciat aut iubeat.

Εἰσβολὴ inſultus & aggreſſio dicitur, ſignificatque acceſſionis tempus exactè primum & ſimplex, veluti primam aggreſſionē. Eadem ἐπισημασία dicitur veluti prima acceſſionis ſignificatio Gal. lib. de temp. morb. (p. 382.40.) καλεῖ δὲ εἰσβολὴν παροξυσμοῦ, τὸ ἀκριβῶς πρῶτον χρόνου ἀπλατῆ. τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο ἐπισημασίαν εἰώθασιν ὀνομάζειν. Voco autem acceſſionis inſultum exactè primum ſine latitudine tempus, quod & ἐπισημασίαν (hoc eſt primam ſignificationem) appellare conſueuerunt.

¶ Ἑκάσθεν eminus, è longinquo ſignificat, ab ἑκὰς deductum. Libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 212.27.) καὶ ἀλείψαντα λιπαρῷ, πρὸς τὸ πῦρ ἑκάσθεν θάλπειν, & pingui inunctum ad ignem eminus calefacere, hoc eſt procul, non ita prope. Ἑκάσθεν, μακρόθεν, πόῤῥωθεν exponit Heſychius.

Ἑκάσω longiſſimè & maximè procul pro ἑκαστάτω poſitum videtur libr. de art. (p. 588.26.) ὅπως γὰρ ἂν οἷον ἑκάσω εἴη χωρίον ἐς τὸ ὤλισθεν ἡ κεφαλή. Ita enim humeri caput à loco in quem prolapſum fuerat quàm longiſſimè receſſerit. Sic enim legunt omnia exemplaria tum publicata tum manu exarata, pro ἑκαστάτω, quemadmodum etiam apud Herodotum annotatur, οἱ ἑωυτῶν ἑκάσω οἰκημένοι, quàm longiſſimè à ſe habitantes, hoc eſt, πορρωτάτω, ſi modò vera eſt lectio, & non ἑκαστάτω potius legendum, vt apud eūdem, ἑκαστάτω τῆς λίμνης. Sic & apud Hipp. ἑκαστάτω legitur lib. περὶ ἀνατομῆς (p. 54.35.) κύστις δὲ νευρώδης ὅλη, καὶ μεγάλη ἑκαστάτω κύστιος μακρὴ εἴσω πέφυκε. Veſica verò neruoſa tota eſt, magnaque interna eius capacitas, longiſſimeq; ſe extendere nata eſt. Ἑκάσω tamen ex Procopio agnoſcit Varinus ἀντὶ τοῦ πορρωτάτω. Ἑκαστάτω, πορρωτάτω, μακροτάτω exponit Heſychius. Iſta verò ab ἑκὰς deducta ſunt, quod procul aut longè ſignificat. Quam dictionem etiam vſurpat Hippocr. lib. de vulner. cap. (pag. 446.30.) ῥωγμαὶ ἑκὰς ἴωσι καὶ ἐῤῥωγότες ἐστίν, rimæ quæ etiam fiſſo oſſe longè progrediuntur & tendunt, hoc eſt, longè excurrunt. Vbi tamen ἐγγὰς ſuſpicati ſumus legiſſe Gal. antea. Indeq; ἑκαστέρω longius, vlterius, apud Herod. pro quo ἑκατέρω vitioſè legitur.

Ἐκβάλλειν eiicere, abortu reiicere, eſt partũ abiicere aut expellere. Id enim eſt Latinis eiicere. Vlpianus: Si mulier pugno, vel equa ictu à te percuſſa eiecerit. Libr. 1. περὶ γυναικ. (p.247.41.) διαφθείρει ἢ ἐκβάλλει, fœtum perdit ac eiicit. Et lib. 4. Epid. (p.331.12.) ἐξέβαλε θῆλυ, fœmellã eiecit. Vnde ἐκβόλιον dicitur medicamentum fœtum eiiciens, cuius crebrò meminit Hipp. in muliebrium tractatione, maximè verò l. 1. περὶ γυναικ. (p.257. & 258.) Sic ἐμβόλιον ἐμβρύου καὶ μητρείου, lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p.228.34.) quod lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 257.13.) ἐκβόλιον ὑστέρων, ſecundas eiiciens dicitur, & iiſdem verbis repetitur. Rurſus ib. (p.258. 43. & 44.) ἐκβόλιον, ὅ τι παιδίον βληθὲν τεθνηκὸς ἐκβάλλει, medicamentum quod puerum enectum eiicit, &c. ἕτερον ποτὸν ἐκβολικὸν, ὅ τι παιδίον ἐκβάλλει πελιδνὸν, aliud potu ſumptum eiectorium, quod puerum liuidum eiicit. Et rurſus ibidem (v.47.) ἔγχυμα ἐμβρύου ἢν ἀποθάνῃ παιδίον ὥστε ἐκβάλλειν, infuſum ad fœtum, vt ſi mortuus fuerit puer eiiciatur. Et (v.49.) ἔμβρυον ἀκίνητον φθεῖραι ἢ ἐκβαλεῖν. Ad fœtum immotum corrumpendum & eiiciendum. ἀμβλωθρίδιον etiam dicitur medicamẽtum fœtum eiiciens lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 263. 32.) Eſt & ἐκβάλλειν ex ſede ſua aut articulatione dimouere & eiicere, vt ἐμβάλλειν recondere & reponere. lib. de art. (p. 649.28.) ὅτι γὰρ ἂν ἐντὸς δέκα ἡμερέων ἐμβάλλῃς τῶν καταλυθέντων. ἢν δὲ ἄρα ἐμβεβλημένῳ σπασμὸς ἐπιγένηται, ἐκβάλλειν τὸ ἄρθρον δεῖ ταχύ. Quicquid enim intra decem dies reconditum fuerit, contineri ſolet. Quòd ſi recondito articulo conuulſio accedat, is protinus expellendus eſt.

Ἐκβρασσειν eſt cũ impetu eiicere, ac velut ebulliendo ac efferueſcẽdo expellere, emittere, expellere. Vnde ἐκβράσματα θαλάσσης, maris reiectamenta, & quæ æſtuando reiiciũtur. Sunt & ἐκβράσματα papulæ ardentes ac feruidę, ab ἐκβράζω quod eſt ebullire facio, quę & ἐκζέματα dicuntur. ἐκβράσσει, ἐκβάλλει, ἐκβρασσει, exponit Gal. apud Hip. in Exeg. eiicit, expellit, ebullit, & in quibuſdã exemplaribus, ἐκβρασσει, ἐκρήγνυ. Legitur aũt apud Hipp. lib. 2. περὶ γυναικ. (p.265.22.) ἄλλοτε δὲ ἢ ῥόον ἐρυθρὸν ἐκβρασσει, quandoq; ẽt fluxum rubrũ eiicit, emittit, h. e. velut ebulliendo aut æſtuando reiicit. Quẽ locum mihi ſubindicare ſua expoſitione videtur Gal. & ἐκβρήσσει legiſſe. Dicitur & ἐκβράσσεται actiua ſignificatione lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.190.3.) ἢ φάρυγξ θρόμβους αἵματος ἐκβράσσεται κατ' ὀλίγον καὶ θαμινά. & fauces ſanguinis grumos paulatim ac ſubinde reiiciunt, h. e. ſubinde erumpẽtes ſanguinis grumos expuunt & expellũt. At verò ſignificatione paſſiua ſumitur libr. περὶ ἀδένων (p. 56.43.) ἀποδεχόμεναι [αἱ τρίχες] τό τι περισσὸν ἢ ἐκβρασσόμενον ἐπὶ τὰς ἐσχατιὰς, colligẽtes id quod in extremitates redundat & expellitur, h. e. quod erũpit, effunditur & efferueſcit. ἐκβρασθείη Heſych. exponitur ἐκβληθείη, ἀπορριφθείη.

Ἐκβυρσώματα dicuntur recentioribus τὰ ἐξέχοντα ἄρθρα, articuli cute extantes, aut oſſa in articulis foras eminentia, veluti extra corium (h. e. cutem) eminentiæ & eiectiones. Gal. Com. 4. in lib. de art. (p.650.1.) ἐκβυρσώματα eidem dicuntur ibidem (p.651.39.) & ἐκβύρσωσις authori Medici (p.387.56.)

Ἐκγλαυκωμένος, vide Ἐγγλαυκωμένος antea.

Ἐκδέξιν, διαδοχὴν Galen. exponit in Exeg. apud Hippocr. ſucceſſionem.

Ἐκθέωσι, ἐκτρέχωσι, excurrant apud Hipp. exponit Erot. Locum opinor lib. 2. περὶ γυναικ. (p.275.16.) & lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p.215.23.) ſubnotãs, vbi tñ in omnibus exẽplarib. ὑπερθέωσι legitur, vt poſtea ſcribimus in ὑπερθεῖν.

Ἐκθήλυνσις effœminatio & mollities, h. e. imbecillitas dicitur, & ἐκθήλυνσις σαρκῶν, carniũ effœminatio & laxitas, aph. 16. lib. 5. ἀτονίαν exponit Gal. infirmitatẽ, & ex tranſlatione ſumptum eſſe adſcribit, quòd ferè fœmina ſit mare infirmior & imbecillior. Calidi autẽ immoderato vſu carnes laxiores & molliores redduntur, quales ſunt mulierum, h. e. minus cõpactæ & ſolidæ. Eademq; phraſis repetitur lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p.112.31.) Eadem ẽt notione ἐκθηλύνσιες τῶν σκελέων ęturum effœminationes dicuntur, aph. 11. lib. 6. Epid. ſect. 1. Significant autem imbecillitates ſolas quidem, aut eas quę cum emaciatione & extenuatione fiunt. Sic. n. exponit Gal. in Com. ἐκ δὲ τῶν γραφῶν σαφῶς ποτερα τὰς ἀσθενείας μόνας ἐκθηλύνσιας εἴρηκεν, ἢ τὰς σὺν ἀτροφίᾳ τῶν σκελῶν ὅλων γινομένας. Nõ planè cognoſcitur, vtrum ſolas imbecillitates effœminationes dixerit, an eas quæ cũ alimenti inopia in omnib. cruribus fiunt. Eſt & ἐκθήλυνσις ἐπιδέσιος, vinculi effœminatio & mollities, h. e. relaxatio & laxitas, lib. κατ' ἰητρ. (p.690.44.) Gal. ἀτονίαν, deligationis imbecillitatẽ & infirmitatẽ intelligit, quã remiſſam fieri ex linteorum multitudine neceſſe eſt. Quidam ẽt ad mẽbri fracti imbecillitatẽ & mollitiẽ referunt, quòd ex ſuperimpoſitorũ linteorũ multitudine imbelle & molle redditur. Ἐκτεθηλυσμένον σκέλος, crus effœminatũ & molle dicitur lib. de art. (p.629.3.) ὑγρὸν, μαλακὸν ἢ μὴ σφιγκτὸν καὶ ἀραιὸν exponit Gal. humidum, molle, non adſtrictum, ſed laxum. Sic ἐκτεθηλυσμένον ſputum aut pus dicitur Hippoc. lib. 1. de morb. (p.139.28.) hoc eſt effœminatum, fractum, emollitum & eliquatum. τὸ δὲ πελιδνὸν ἀπὸ τοῦ αἵματος γίνεται, ἢν ὀλίγον συμμίσγηται ἐς πουλὺ σίαλον, ἢ μὴ παραυτίκα πτύηται, ἀλλὰ ἐμμένῃ ἡμισαπὲς ἐὸν ἢ ἐκτεθηλυσμένον ἐν τῷ σώματι. Liuidũ autem fit à ſanguine, ſi pauci ſanguinis ad multam ſaliuam commixtio fiat, neq; cõfeſtim ſpuatur, ſed aliquãtiſper intus remaneat ſemiputridum & in corpore effœminatum, h. e. fractum & ſaliuæ commixtum, emollitum ac ſubactum, aut eliquatũ & extenuatum. Eſt enim ἐκθήλυνσις & ἐκθήλυνσις Erotiano apud Hippocratẽ ἔκτηξις ἢ ἰσχνότης & ἰσχνασία, eliquatio, colliquatio, & extenuatio. Nã & vtrunq; Erotiano ſcribitur, & ſi integra eſt apud eum ſcriptio, non video quonam loco apud Hipp. accõmodari debeat. Eſt & ἐκθήλυνσις ἐκμάλαξις apud Nicãdrum interprete ẽt Erot. Ἐκτεθηλυσμένον ἐκτετηκὸς exponitur

Heſychio, & ἐκπεπλυσμένοι, μαλακισθέντες, κεκομαμένοι, ἢ ὡς θήλειαι φερόμενοι, effeminati, molles & fracti velut fœminæ. Sed vitioſè ἐκπεπλυσμένον & ἐκπεπλυσμένοι legitur.

Ἔκθλιψις eliſionem & expreſſionem denotat. ἔκθλιψις ἐξαισφοδρὰ ὀμμάτων, oculorum vehemẽs foras expreſſio, in Coac. Præn. (p.430.23.) de oculis exertis & tumidis dicitur, quos ἐξέχοντας in Progn. vocat, iiſque κοιλότητα opponit. Sunt igitur eminentes & exerti oculi, qui foras protuberant, ac veluti exprimuntur aut extringuntur, quod vaporum ſublatorum impetum & ſpiritus ac feruentioris materię contenſionem denotat. Eſt & λαμπηδόνος ἔκθλιψις ibidem fulgoris eliſio, & de iiſdem intumeſcentibus oculis dicitur, cùm ſplendores ex oculis emicant, & huc & illuc fulgores eiaculantur, velut in oculis emiſſitiis contingit, eſtq́; quaſi luminis quædam eiaculatio ac foras emiſſio, quòd oculi igneum quiddam plurimum habeant. Etſi quædam exemplaria pro ἔκθλιψις ἔκλαμψις legunt. Quę etſi de oculis reſplendẽtibus ſæpe effertur, non tam tñ hoc in loco vim habet quàm ἔκθλιψις.

Ἐκθλίμματα etiam vocat Hipp. (vt ſcribit Gal. Com. 2. in lib. de fract. (p.555.38.) τὰς ἐκ τῶν θλιβέντων ἐπιπολῆς ἑλκώσεις τοῦ δέρματος, eliſa aut eliſiones, in ſumma cute exulcerationes, quę ex compreſſione aut colliſione fiunt.

Ἐκθύματα ſunt papulæ & in ſummam cutem erumpentes puſtulæ à feruido & tenuiore humore ortum ducentes, nomen ab eo quòd in cutem cum impetu ferantur, ſortitæ, ideoq́; pituitæ eruptiones Plinio dicuntur, alio nomine ἐξανθήματα. ἐκθύματα nanq; Heſychius ἐξανθήματα exponit. Eam vocẽ vſurpat Hip. lib. 2. Epid. (p.313.18.) & lib. 3. ſt. peſt. Vbi eorum originem & denominationem his verbis exponit Gal. πρόδηλον μὲν ὅτι παρὰ τὸ ἐκθύειν, ὅπερ ἐστὶν ἐξορμᾶν, ἡ προσηγορία τοῖς ἐκθύμασι γέγονεν, ἐπὶ τῶν αὐτομάτως ἐξανθούντων κατὰ τὸ δέρμα· γένεσις δ' αὐτοῖς ἐκ τῶν περιττῶν δυνατὸν χυμῶν, ἀλλὰ καὶ τῇ ποιότητι προσηκόντως ἕπεται, τῶν μὲν χυμῶν λεπτῶν ἑλκώσεις ἐργαζομένων μᾶλλον, ἢ οἰδήματα· τῶν δὲ παχέων εἰς ὄγκον ἐξαιρόντων τὸ δέρμα. Apparet certè nomẽ τοῖς ἐκθύμασι (hoc eſt erumpentib. puſtulis) ab ἐκθύειν quod eſt ἐξορμᾶν, (hoc eſt cũ impetu erumpere) eſſe inditum in his quæ ſponte in cute effloreſcũt. Origo autem iis eſt ex ſuperfluis humoribus, quæ & non iniuria qualitatem ſubſequitur, cùm tenues quidem humores exulcerationes potius quàm tumores excitent. Craſſi verò cutem in tumorem attollant. Eadem notione ἔκθυσις ἑλκέων, hoc eſt vlcerum eruptio, pullulatio dicitur Coac. Præn. (p.428.47.) & ἔκθυσις ἑλκυδρίων, vlcuſculorum eruptio, aph. 15. lib. 6. Epid. ſect. 1. Vbi etiam ſcribit Gal. ἔκθυσιν dici παρὰ τὸ ἐκθύειν, ὅπερ ἐστὶν ἐξορμᾶν, quod eſt cum impetu erumpere, & ἔκθυσιν dici quaſi ἐξόρμησιν, quòd cum impetu feratur. Erot. etiam apud Hipp. ἐκθύῃ, ἐξορμᾷ, hoc eſt cum impetu prorumpat, exponit, etſi adhuc nõ video quonam hoc Erotiani exemplum referatur, niſi ſi ἐκθύει legẽdum ſit, vt ſubnotetur locus lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p.113.38) οἷα ἄλλη καὶ ἄλλη ἐκθύει ὑποπλατέα quales (rubicũdi tumores) alia atq; alia parte latiuſculi erumpũt. Ruſuſq; ibidem (v.43) ἔτι ὑδαμῶς ἐκθύει, nequaquam amplius erumpunt. Heſych. quoq; ἐκθύσειεν, ἐκπτίσσειεν, ἐκζέσειεν, excidãt, effetueãt, exponit. Eidem ἐκθύμενος eſt ταχὺς, qui citò cum impetu prorumpit & velox.

Ἐκκαθαίρεσθαι expurgari, expui ſignificat Hippocrati, & de his quæ ex thorace reiiciuntur effertur lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.47.26.) αἵ τε γὰρ ὀδύναι ἐν τοῖσι πλευριτικοῖσιν αὐτίκα παύονται αὐτόμαται, ὅταν ἄρξωνται πτύειν τι ἄξιον λόγου καὶ ἐκκαθαίρεσθαι. Nam dolores in morbo laterali affectis ſtatim ſponte deſinunt, vbi aliquid effatu dignum expui & expurgari cœperit. Vnde ἐκκαθαρτικὰ medicamẽta dicuntur quæ totius corporis poros extergent & expurgant.

Ἔκκλισις, declinatio, oſſis à ſua ſede emotio & exceſſus, lib. de art. (p.642.21.) ἢν μὴ πάνυ ἡ ἔκκλισις ᾖ, niſi admodũ magna emotio extiterit. Sic ἐκκλίνεσθαι ἔξω, erumpere & luxari. Ibidem (p.658.42.) τὰ ἔξω ἐκκεκλιμένα, quæ extra erumpunt & luxantur.

Ἐκκολύψας, ἀπολεπίσας exponit Gal. apud Hipp. in Exeg. hoc eſt, detracto cortice aut putamine, aut vbi corticem exemeris. Pro quo ἐκλέψας legiſſe videtur Erot. apud Hipp. atq; idem ἀπολεπίσας exponit, ſed vitioſè ἐκλέψας habent exemplaria omnia. Ἐκλέψας autem legitur apud Hipp. lib. 1. περὶ γυναικ. (p.261.10.35. & 47.) κόκκους ἐκλέψας, grana cnidia decorticata, aut detracto cortice. Et ruſus ib. (p.288.28) ἐκλέψας κόκκους τριάκοντα, grana cnidia decorticata triginta. Et libr. περὶ γυναικ. φύσ. (p.221.15.) κόκκους ἐκλέψας ὡς τριάκοντα, grana cnidia decorticata ferè triginta. Vbi tamẽ ἐκλέξας vitioſè legitur. At fortè ἐκκολάψας pro ἐκλέψας legiſſe videtur Erot. & Gal. pro ἐκκολύψας. Eſt enim ἐκκολάπτειν exculpere, excudere, tundendo eximere, & ἐκλέπειν ſignificat, quòd eſt corticẽ aut putamen detrahere, trãſlatione ab auib. ſumpta quæ roſtro pertuſis ouis pullos excludunt aut excudunt.

Ἐκκοπεὺς ſcalper exciſorius dicitur, quo vtebantur antiqui in oſſiũ ſectionibus, ac præcipuè capitis. Galen. lib. 6. Meth. med. tres ſcalprorum ſpecies ponit. Sũt enim ἐκκοπεῖς κοῖλοι, caui exciſorii ſcalpri, quos κυκλίσκους vocat, Paulus lib. 6. cap. 90. κυκλισκωτοὺς ἐκκοπεῖς. Alii φακωτοὶ ἐκκοπεῖς, lenticulares ſcalpri. Sũt & στενοὶ ἐκκοπεῖς, anguſti ſcalpri, quos ξυστῆρας vocat Gal. quibus ad rimas ſe vſum profitetur. Sunt etiam μηλωτοὶ ἐκκοπεῖς, ſcalpri ſpecilli formam habẽtes quos planos ſcalpros vocat Celſus, (cap. 8. lib. 4.) quibus in excidẽdis eminentib. oſſibus vtebantur, quemadmodum & ἀντίθετοι ἐκκοπεῖς. Paulo etiã dicuntur oppoſiti ſcalpri exciſorii ad oſſa excidẽda, pro quib. tamen ἀντιθέτους ἐκκοπεῖς quidam malũt. Eſt & ἐκκοπὴ Paulo (cap. 90. lib. 6.) διαίρεσις τοῦ κρανίου μετὰ ἀνακλάσεως τοῦ πεπονθότος. Exciſio, caluariæ diuiſio cum oſſis affecti refractione.

Ἐκκοπρί-

Ἐκκοπρίζειν eſt ſtercora reddere &alui fœces deponere.lib.1.Epid.ægr.4.poſt ſt.peſt. κάτω δὲ κοιλίης ἐξεκόπρισεν ἀθρόα,ex aluo ſtercora affatim reddidit.

Ἐκλακτίζειν,calces iactare,calcitrare, calcib.cædere,percutere,impetere,aut calces in ſublime iactare, & calcibus auras verberare. Coac.Præn.(p.426.49.) in pueris τὸ ἐκλακτίζειν,quod eſt calces iactare, inter conuulſionis ſigna adſcribitur. Qua voce materiæ agitatio ac feruor denotati videtur,cùm incontinentia corporis iactantur ac velut ῥιπτάζονται,eaq; humorum commotione neruorum principium facilius tentatur. Neq; verò infœliciter etiam de pueris in ſummo eiulatu calcitrãtibus, & cũ ſumma corporis contentione calcib.impetentibus ſumetur, quò prõpriùs conuulſio ſignificetur, vt noſtris in eam ſententiam Annot.ſcribimus. Eſt & ἐκλακτίσαι excalcitrare,& calce emotũ articulum reponere & impellere,lib.de art. (p.660.52.& 54.) vt fit in genu poſteriorẽ in partem luxato. ἐμβολαὶ δὲ ἐκ τοῦ ξυγκεκάμφθαι ἢ ἐκλακτίσαι ἐξίσως. Hoc autem reponit ſubita conflexio aut excalcitratio.

Ἐκλάμπειν emicare,elucere ſignificat, & elegãti tranſlatione de his dicitur quæ vires ſuas exerunt & inualeſcũt,vt lib.1.Epid.(p.381.44.)de febre quę circa iudicium in ipſoque iudicio non remitteretur, ſed magis intenderetur atq; inualeſceret. ἦσι δὲ ὁ σὺν ἀρχῇ μαλακὸς καὶ ὑποβρύχιος,ἐπιδιδοῖ δὲ καὶ παροξύνεται καθ' ἡμέρην ἑκάστην· περὶ δὲ κρίσιν καὶ ἅμα κρίσει ἀθρόως ἐξέλαμψεν. Nonnullis verò leniter ac latẽter incipit,increſcit autem in dies exacerbaturque,ſed ſub iudicium in ipſoq; iudicio valde emicat. Eademq; notione dicitur lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p.9.33.) ὀξύτατος ὁ πυρετὸς ἐκλάμπει,acutiſſima febris inſtar flammæ emicat, elucet. In delirantium & phreniticorum ſignis ἐκλάμπουσιν ἀτενέες ὀφθαλμοί,oculi immoti & fixi ſplendeſcunt & relucẽt, in Prorrh. (p.210.41.) quod eſt ira concitorum & excandeſcẽtium indicium. Quod etiam repetitur Coac.Pręn.(p.434.10.) vbi tamen vitioſè ἐκλαμπρύνουσιν ἀτενέες ὀφθαλμοὶ pro ἐκλάμπουσιν ſcribitur. Eſt & λαμπηδόνος ἔκλαμψις,fulgoris emicatio,& de ſplendoribus ex oculis emicantibus & fulgores eiaculantib.effertur, Coac.Præn. (p. 430.23.) vt paulò ante ſcripſimus. Ἐκλάμψιες dicuntur fulgores, ſplendores,effulgeſcentiæ, emicationes, & ἐκλάμψιες νηπίων, puerorum ſplẽdores in pubertate,aph.4.ſect.1. libr.6. Epid. & calidi emicationes,ſumpta à flamma metaphora, quæ euicta materia emicat & reſplendet,alióqui in humida materia occultatur. Sic Gal.in Com. ἐκλάμψεις ab interpretib. ſumi ſcribit. Zeuxis autem ἐκλάμψεις aliter ſumit, per emphaſim quandam tranſlatione vſus, in pueris qui ad pubertatẽ carnoſiores,pleniores & adultiores,atq; tũ forma, tum colore gratiores fiunt,viribus ingenioq; præſtãtiores. In ſumma verò ἐκλάμψιες ad morbum comitialem referuntur,& de eo intelliguntur,qui in pueris cũ pubertate & ętate mutationem accipit,ex aph. 45. lib. 2. & 7. lib.5. fortè etiam ἐκλάμψιες ad eos fulgores referri poſſunt,qui in epilepticis oculis circumferuntur. ſcintillarum micas & circulos igneos vocat Cæl.Aurel.cap.4.lib.1.Tard. Paſſ. Sic lib.7.Epid.(p.364.30.)in Phœnice comitiales & epilepticas conuulſiones ſubindicans, ἐκ δὲ ὀφθαλμοῦ δεξιοῦ τὰ πολλὰ ὥσπερ ἀστραπὴν ἐκλάμπειν ἐδόκει, ſcribit,ex oculo dextro plærunque velut fulgor coruſcare videbatur. Quod etiam paulò aliter repetitur lib.5.Epid.(pag.342.2.)

Ἐκλαπήσεται ſemel poſitum apud Hipp. teſtatur Erot. αὐτὸ δὲ ἐκγλυφήσεται, ἐκξυσθήσεται, exſculpetur, eradetur, eiuſque vocis interpretationem ſibi vendicat.

Ἐκλεαίνεσθαι eſt læuigari, exteri,tenuari, leniri, explanari,decicatricibus quæ exterũtur aut delentur dicitur Prorrh.2.(p.420.16.) αἰγίδες ἐκλεαίνονταί τε καὶ ἀφανίζονται,ſubalbicantes cicatrices ęgides dictę,exteruntur,expoliuntur,& euaneſcunt.

Ἐκλείποντες ἐν τῷ πλανᾶσθαι dicuntur Hipp.qui leuiter moti animo deficiunt. Prorr. (p.192.1.) eoſq; ſignificari ſcribit Gal. ὅσοι κἂν ἠρέμα κινοῦνται λειποψυχοῦσιν ἰσχυρῶς, qui ſi vel paulùm moueantur valde animo linquuntur. Quibus verbis eos qui viribus ſunt admodum fractis & imbecillis comprehendit Hipp.

Ἔκλευκοι dicuntur Hipp.exalbidi,exactè candicantes, exalbeſcentes, qui pituita plurima redundant & pituitoſo ſunt habitu. Quo nomine frigidiores & humidiores naturæ ſugillãtur,& qui ſubalbida ſunt cute,& minimè difflantur, aut in otio viuẽtes frigidis ſuccis replentur. In Coac.Pręn.(p.444.2.) & aph.34.ſect.8.lib.6.Epid. Sic lib.2.Epid. (p.312.31.) ἔκλευκοι ὑποσπληνώδεες, ſubalbidi lẽticolores lienoſi dicũtur, in hydropem parari,quos ὑπολεύκους lib.3. Epid. ſt. peſt. aut λευκοχρόας lib.1.Epid.ſect.3. vocat Hipp.& phrenitide febribusque ardentibus periiſſe ſcribit. Ἔκλευκα διαχωρήματα,exactè cãdicantes egeſtiones in hepatis affectibus,in Pror. (p.187.19.)& Coac.Pręn.(p.444.2.) ἔκλευκον διαχώρημα ἐν πυρετῷ οὐκ εὔκρινές. Exactè candicans alui recrementum in febre, nullam bonam iudicationẽ denunciat. Obſtructionum nanq; index eſt, & bilis diuerſionem ſignificat,& morbum regium minatur.

Ἐκλέψας vide Ἐκκολύψας paulò antè.

Ἐκλύσθω Gal.apud Hipp. poſitum pro περικλυζέσθω,hoc eſt proluatur,libr. περὶ ἀφόρων & in his quę adiecta ſunt ad lib.de cap.vuln.ſcribit. Verùm vereor vt ſuſpecta ſit Galeni lectio. Nam lib. περὶ ἀφόρων ἐκλύσθω nõ legitur, ſed λυέσθω (p.298.28.& 32.)&(p.299.25) & ἐκλύεσθαι (p.298.30.) ἐκλῦσθαι igitur legiſſe Galenũ exiſtimo pro ἐκλύεσθαι,& pro περικλύζεσθαι ſumpſiſſe,quod eſt proluere aut irrigare & perfundere, aut pro λυέσθω ἐκλυέσθω Gal.leg.coniiciendum. His verò huius libri locis λυέσθω & ἐκλύεσθαι de perfuſione & fotu,nõ de balneo dicitur, vt & aliàs ſæpè λῦσαι

apud Hipp. vt etiam exponit Gal. Apparet autem Galeni tempore alia quædã adiecta fuiſſe ad libr. περὶ χαρδίης βαμῶν præter hæc quæ in codicibus noſtris adſcribuntur, & meritò in lib. de aëre, loc. & aq. reiiciũtur. quorũ ẽt meminit Gal. initio com. 4. in lib. de rat. vict. in mor. ac. Neq; verò in bis quæ in codicibus noſtris extant huiuſmodi dictiones ἐκλύεσθαι & σφάκελος reperiuntur.

Ἐκλύεσθαι exolui ſignificat & de virium proſtratione dicitur, vbi corpus ad liberas actiones & ſenſationes eſt impotens & exolutum, velut in magna laſſitudine contingit & quibuſdam febribus ardentibus in quibus torporis ſenſus ineſt ex animalium ſpirituum reſolutione, & in his ęgros βαρυνομένους ἐκλύεσθαι, grauatos exolui, ſcribitur Coac. Præn. (p. 428. 23.) Sic ἐκλύεσθαι de virium exolutione effertur in corporis partibus aut toto, vbi ad actiones liberas & motum ignauum eſt & pigrũ, in Prorrh. (p. 209. 39) & Coac. Præn. (p. 443. 4.) τὰ ναρκωδῶς ἐκλυόμενα, quæ cũ torporis ſenſu exoluuntur, exponit Gal. de partibus corporis, quæ poſt ſtuporem ad motiones tardæ ſunt & velut exolutæ ex Interpretum quorundã ſententia. Sic enim ſcribit Com. 3. in Prorrb. (p. 209. 44.) τινὲς δὲ ἐπὶ μορίων τοῦ σώματος ἤκουσαν φάναι ἐκλύεσθαι, τινὲς δὲ ἐφ' ὅλου τοῦ σώματος, ἵνα φῶσιν αὐτὸ κατὰ τὴν αἴσθησιν ναρκῶδες, κατὰ δὲ τὴν προαιρετικὴν κίνησιν, ἐκλυτὸν γεγονέναι. Quidam verò ἐκλύεσθαι de corporis partibus dictum obaudiunt, quidam etiam de toto corpore, vt ipſum ad ſenſationem torpeſcẽs, ad eam verò quæ ex arbitrio fit motionẽ, exolutum fuiſſe dicamus. Idem quoque addit quoſdam ἐκλυόμενα ἀντὶ τοῦ ἐκκρινόμενα ſumpſiſſe, & de his intellexiſſe quæ liberum non habẽt exitum, ſed tardè, ac impeditè, & velut exolutè excernuntur, vt de vrina quæ antea ſuppreſſa, poſtea ignauè, ſenſim, ac velut trepidè emittitur. Eadem etiam notione αἱ ναρκώδεες ἐκλύσιες, exolutiones cum torpore dicuntur Coac. Præn. (p. 441. 18.) & pro membrorum ad motiones impotẽtia, aut pro animi defectionib. ſumi poſſunt. Sic ἐκλύεσθαι exolui & debilitari ſignificat aph. 36. lib. 2. & οἱ ἐκλυόμενοι dicũtur qui animo deficiunt & virib. ſunt exolutis, aph. 41. lib. 2. Et ἐκλύεσθαι hepaticum eſt ſymptôma, vt ſcribit Gal. Com. 3. in Prorrb. (p. 216. 38.) qđ in deiectionibus limoſis, nigris aut liuidis ex bepatis imbecillitate, crebræ contingant animi & viriũ exolutiones. Ἔκλυσις, viriũ deiectio & animi defectio, aph. 8. l. 7. αἱ μετ' ἐκλύσιος ἀφωνίαι, vocis defectiones cum viriũ exolutione, in Prorr. (p. 177. 32.) & Coac. Pręn. (p. 431. 9. 13. 18.) ἔκλυσις ex veratri potione ibid. (p. 441. 45.) Eſt & ἔκλυσις κοιλίης, aluus exoluta, effuſa, & copioſum alui profluuium, ibidem (p. 444. 33.)

Ἔκμαγμα apud Hipp. exponit Gal. in Exeg. τὸ, τι συνεστραμμένον φύραμα ἢ τὸ κροκόμαγμα, hoc eſt maſſam ſubactam & coactam, aut croci recrementum, ex lib. περὶ ἀφόρων (p. 297. 43.) ἢ ἔκμαγμα ὅσον μαγίδα, & croci recrementum maſſæ manualis magnitudine.

Ἐκμαίνεσθαι vehementer inſanire ſignificat, & de vehementi mentis emotione ac deſipientia effertur Hippocrati, vt ægr. 4. lib. 3. Epid. & ægr. 13. lib. eiuſd. poſt ſt. peſt. ἐξέμανη, vehemẽter inſaniuit. Sic Gal. in Prorr. (p. 174. 13.) ἐκμαίνεσθαι vehemẽter deſipere exponit, & μεγάλης παρακοπῆς δηλωτικὸν ῥῆμα eſſe ſcribit. Idem quoque ἐκμανῆναι ὀξέως, quod eſt vehementi inſania detineri, μανιωδῶς παρακόπτειν, ὅπερ ἐστὶ τὸ σφοδρῶς cũ furore aut inſania deſipere, quod eſt vebemẽnter, in Prorrh. exponit (p. 176. 39.) Et ruſus ib. (p. 192. 54.) ἐκμανῆναι de vehementi mentis emotione dicitur. κάκιστον δὲ οἷς ἐκμανῆναι ἐλπίς. In iis verò peſſimum, in quibus vebementem mentis emotionem metuimus.

Ἐκμάσσειν vel ἐκμάσσειν eſt efformare, fingere, digitis cogere & tractare, ἐκμάξαι Gal. ἀναπλάσαι exponit in Exeg. ex lib. περὶ ἀφόρων (p. 296. 11.) ὥστε δακτύλῳ ἐκμάξαι, τουτέστιν ὡς τὴν κυκλίσκον ἀναπλάσαι. Sed nos antea δακτύλιον Gal. legiſſe indicauimus, eo ſenſu, vt trochiſcũ aut paſtillum efformare aut fingere poſſis, ex quo glandula conficiatur. Sic lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 230. 46.) ἀλλ' ὡς ἐκμάσσεσθαι δακτύλιον, ita vt paſtillus effingi poſſit. (Sic. n. legimus, cùm paſſim omnib. in exemplaribus δάκτυλον habeatur.) De cãtharidibus aceto albo affuſo tritis dicitur, ita vt non valdè liquidum medicamẽtum reddatur, ſed ex eo paſtillus efformetur, ex quo glandula cũ ficu alba pingui fingi poſſit & cogi. Sic ἀπομάγματα δακτυλίων apud Theopb. lib. 6. de cauſ. plant. cap. vlt. ab annulis expreſſa ſimulachra, quidam vertunt, quorum, dum effingũtur, mediocris conſiſtentiæ materiam eſſe oporteat. Nam ἔκμαγμα expreſſum alicuius ſimulachrum dicitur, quaſi τύπος, ἢ μίμημα, καὶ ἐκτύπωμα, (ſed potius ἐκμαγεῖον, eo ſignificato) & ἀπόμαγμα tanquam ἀποσφάγισμα. Etſi ἀπομάγματα δακτυλίων apud Theophr. paſtillorum ſtrigmenta ẽt vertunt nonnulli, Gaza abſtergmẽta digitorum, vt δακτύλων pro δακτυλίων leg. videatur. Ἐκμάξαι ẽt ἀπομάξαι ſignificare ſcribit Gal. apud Hipp. & ἐκθλῖψαι, alterare & exprimere, ex lib. 1. de morb. maiore, & de ſpõgia, mercuriali & ſambuci foliis dici. Qui ſanè locus exprimi videtur l. 2. de morb. (p. 143. 26.) καὶ σπόγγους ἐν ὕδατι θερμῷ βρέχων ἐκμάσσειν, & ſpongias aqua calida maceratas & expreſſas. Verùm neque illic de mercuriali aut ſambuci foliis vllus eſt ſermo, vt videatur eſſe μνημονικὸν ἁμάρτημα Galeni, & aliôqui locus ille Exegeſeωs valdè ſuſpectus. Neque tamen toto eo libro 2. de morb. quem paſſim Gal librum primum de morbis maiorem vocat, aliàs eã dictionem vſurpatam reperias. μάσσειν ẽt Gal. in Exeg. non ſolùm διαδεύειν ἢ φυρᾶν, quod eſt pinſere, ſubigere aut in maſſam cogere, ſed & ἐκθλίβειν exprimere exponit. Ἐκμάσσειν quoq; apud Hipp. abſtergere ſignificat, vt lib. περὶ παθῶν (p. 186. 35.) & lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 207. 2) ἀλείφειν ἐς κοίτην καὶ ἐκμάσσειν, in lecto illine & abſterge. Quam in ſignificationem etiam

ἐκμάσσειν

ἐκμάσσειν vſurpatur Andromacho apud Gal. lib.6.comp.phar.κτ̄ τόπ.(p.252.41) & dicitur de medicamento quod per digitum eo imbutũ locis apprimitur & illinitur: ἔκμασσε τῷ δακτύλῳ τοὺς τόπους, digito locos abſtergito, h.e.per digitũ locis apprimito. Iubet.n.digitum medicamento ad aphthas illitum ori apprimere, aut os eo medicamento ceu digito abſtergere. Et rurſus ibid.(v.43.) ἢ ἀναλαμβάνων τὸ ξηρὸν περὶ τὸν δάκτυλον ἔκμασσε τὰ παρίσθμια καὶ τὴν ὑπερῴαν σὺν τῇ σταφυλῇ, ſiccoq; excepto tonſillas itemq; palatũ & vuam contingito & abſtergito. Inde etiã ἐκμαγεῖον id quo abſtergimus ſignificat & mantile. & ἐκμαγεῖα κι ἁβρὰ, ſunt mãtilia tenuia, delicata, lauta & ſplendida, h.e. mollia, ad fotũ excipiendum, tenues mappas vertit Cornarius, apud Gal.ex Archigene lib.3.κτ̄ τόπ.(p.190.56.)ad ſotus aurium.

Ἐκμαστεῦσαι ἀναζητεῖν exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. hoc eſt, inquirere, inueſtigare.

Ἐκμιαίνεσθαι pollui & contaminari ſignificat, & veneris ludibriis aut ſeminis effluuio inquinari, qđ ἐξονειρώττειν dicitur, cùm inter ſomniandum veneris ac libidinis imagines ſe offerunt. Ariſtoph. interpres ἐν βατράχοις (pag.160.) ἐκμιαίνεσθαι ſignificare ſcribit τὸ ἀποσπερματίζειν ὡς οἱ ἐξονειρώττοντες, quod eſt inter ſomniandum ſemen effundere. Gal. ẽt in Exeg. apud Hipp. ἐκμιαίνεται exponit ἀποκρίνει τὸ σπέρμα, h.e. inquinatur, ſemen excernit. Quibus verbis locũ lib. περὶ ἐπικυήσιος (p.51.31.) mihi ſubindicare videtur. Quod etiam ſubolfecit & indicauit Hieron. Mercurialis vir noſtræ ætatis in Hippocr. ſcriptis examinandis detritiſſimus, libr. 2. variarum lect. cap.11. Sic autem Hippocratis locum leg. cenſeo: ὅταν βούληται ἄρσεν φυτεύειν, τῶν ἐπιμηνίων ἀποληγόντων ἢ ἐκλελοιπότων μίγνυσθαι, καὶ ὠθεῖν ὡς μάλιστα, ἕως ἂν ἐκμιαίνηται. Cùm marem procreare voluerit, menſibus deſinentibus aut ceſſantibus vxorem adeat, & quàm penitiſſimè intrudat, dum ſemẽ excernat. Verùm exemplaria omnia tum vulgata tum ſcripta, ἐκμαίνεται legunt, quæ ſecutus Corn. [deſæuiat] velut per tranſlationem quandam dixit, Caluus [eſuriat] vt mihi etiam aliud quiddam legiſſe videatur. Ex eoque loco apparet apud Gal. in Exeg. ἐκμιαίνεται & ἀποκρίνει τὸ σπέρμα, reponendum eſſe, vt ea explicatio ſuo loco benè poſita & Hippocratis locum conceptis verbis exprimere videatur. Pro quo tamen apud Gal. ἐκμαίνεται quidam exemplarium vitio legunt.

Ἐκνεφίας ὄμβρος exponitur Gal. apud Hipp. ὁ μεθ' ἡλίου γινόμενος, imber cum ſole factus, aut è nube prorumpens velut ἐκνεφίας ventus dicitur nube rupta prorumpens & procellam gignens. Eidem etiam ἐκνεφίας πυρετὸς dicitur, ὁ ὑγρὸς ἅμα καὶ πυρώδης, ὥσπερ καὶ ὁ ἥλιος ἐκνεφίας; febris humida ſimul & ignea, velut etiam ſol ἐκνεφίας dicitur qui crebet è nube prorũpit, qui & ἀκτόφοβος etiam vocatur. Ἐκνεφίας ὄμβρος exponitur Heſychio βροχὴ ἀπὸ νεφῶν imber ex nubibus erumpens.

Ἐκνηστεύειν plus eſſe videtur quàm νηστεύειν, & ſignificare videtur diutius ieiunum permanere: Eamq; dictionem vſurpat Hippoc.lib.2.de Morb.(p.153.44.) καὶ τὴν ἡμέρην ταύτην πιὼν ἄλφιτον καὶ ὕδωρ ἐκνηστευέτω, eum diem epota polenta & aqua ieiunus tranſigat, aut eo die ieiunus permaneat.

Ἔκνυζε Galenus apud Hipp. in Exeg. exponit ἐψόφει, ſtrepebat, additq; ὀνοματοπεποιῆσθαι ἀπὸ τοῦ ψόφου, factitiam eſſe vocem ex ſtrepitus ſono. κνύζειν autem idẽ ſonat quod ξύειν, rado aut ſcalpo. ἔκνυζεν autem apud Gal. legit Varinus & ἐψόφησεν exponit. Verùm ἔκνυζεν legitur apud Gal. vt & κνυζμὸς quod ἠρεμαῖον ψόφον, leuem quendam ſonum indicat.

Ἐκχύτη exponitur Galeno in Exeg. ἐξηπλωμένη; expaſſa, explicata, explanata.

Ἐκπάγλως idem quod ἐκπληκτικῶς, θαυμαστῶς, terribilem aut ſtupendum in modum, & Homero frequens eſt. Significare etiam poteſt ἰσχυρῶς, vehemẽter, valdè, mirum in modum ac ſupra modum. Sic αἰδέσατ' ἐκπάγλως ἰδὼν. ε. Et apud Hipp. libr.1. περὶ γυναικ. (p.233.24.) τὰς ἰξύας ἐκπάγλως πονεῖ, lumbis ſtupendum in modum dolet, aut vehementer. Rurſus lib.2. περὶ γυναικ. (p.282.18.) ἐκπάγλως τι αἰσθάνεται, ſtupendum in modum afficitur. Et in Epiſt. (p.527.20. ἐκπάγλως γὰρ ἐπηγέρθην; ſtupendum in modum expergefactus ſum. Sic ἐκπαγλεόμενοι valde admirantes, vel ad ſtuporem vſque, apud Herodotum Calliope.

Ἐκπαλέω ſiue ἐκπαλαίω, eluctor, euibro, excido, vi quadam emoueor & eluctor. De luxatis articulis effertur qui vi quadam ſua cõpage emouentur, vt de cubito ſcribit Hipp. libr. de fract. (pag.576.11.) vbi ἐξαπίνης ἐκπάλσεις, h.e. ſubita vis & eluctatio cubitum in anteriorem partem emouet. Et ibid. (v.14.) ἐξεπάλησεν & ἐκπαλήσειεν effert Hipp. de iis quibus ſua compage emotus eſt articulus & excidit. Eadem notione ἐκπαλὴς eluxatum ſignificat, & quod loco ſuo motum eſt, ſua cõpage prolapſum, extruſum & emotum. Hipp. lib. de art. (p.631.22.) ὅταν δὲ ἰσχίον ἐκπαλὲς γένηται ἐς τὸ εἴσω μέρος. At vbi coxendicis articulus ſua compage ad interiorem partem emotus fuerit; aut emotus ſua compage interiorẽ in partẽ procubuerit, aut exciderit. Heſych. ἐκπαλὴς ἔξαρθρον exponit, Hippocratis dictionem explicans, qđ de articulo ſua cõpage emoto dicitur, παρὰ τὸ ἐκπεπαλῆσθαι qđ eſt ἐκπαλεῖσθαι, emoueri, eluxari, ſuo loco extrudi & cõpage expelli. Vnde ẽt ἐκπάλλω forte deductum videtur, qđ Heſych. ἐχωρίσθη, ἀπῆλθεν, ἐξέπεσεν exponit, loco motũ eſt, receſſit, abſceſſit & excidit. Idem ẽt ἐκπαλήσαντες, ἐκπεσόντες explicat. Et Erot. ἐκπαλήσαντες pro ἐκπάλσει χρησαμένοις ſumptũ eſſe ſcribit apud Hipp. ſi modò vera eſt ſcriptio ac nõ potius ἐκπαλήσαντες & χρησάμενοι legendum, vt ea dictio apud Hip. innoteſcat. Nam neq; ἐκπαλήσαντες apud Hip. reperio, ſed ἐκπαλήσειεν lib. de art. (p.576.14.& 22.) Idem ẽt ἀποπαλήσεσι, βιαίως καὶ σφοδρᾷ κινήσει exponit, expulſione, concuſſione, vehemẽti motione. Sic.n.apud eum

legendum eſſe antea ſcripſimus, vt nomen potiùs q̃ verbum vſurpetur. Ἐκπαλαίειν Var. ſignificare ſcribit ἔξω τῶν νόμων παλαίειν, quod eſt præter gymnaſticas ac luctæ leges agere. Ac forte ἐκπαλαίειν dici poteſt quod in lucta ſuo loco eſt emotum, vt ideò ad articulos prolapſos referri poſſit. Quam in notionem vſurpauit Gal. com. 3. in lib. de art. (p. 631. 30) ὅταν ἐκπαλαίσῃ τὸ κατ' ἰσχίον ἄρθρον, hoc eſt cùm iis coxæ articulus luxatus fuerit. Et rurſus (ibidem) οἷς ἐξεπάλαισεν ἔσω τὸ κατ' ἰσχίον ἄρθρον, quib. interiorem in partem coxendicis articulus luxatus eſt. Rurſus ibid. (p. 634. 56.) πρὶν ἐκπαλαῖσαι τὸ ἄρθρον, prius quàm excideret articulus & elaberetur. Et (p. 635. 6.) ὅσοι οἱ οὕτως ἐκπαλαίσαντες. Quare quibus hũc in modum articulus luxatur. Hac ratione ἐκπαλαίειν articulum luxatum eſſe ſignificat ſuaq; compage emotum, veluti ex lucta traductum, vnde & ἐκπαλής deduci poſſe videtur. Ἐκπαλέειν dixit Hipp. lib. de art. (p. 632. 51.) ἢ ὑπὸ νόσου ἐξαρθρῆσαν ᾖ τὸ ἄρθρον, καὶ ἐκπαλήσῃ, aut etiam ex morbo luxatus fuerit hic articulus & ſua compage emotus.

Ἐκπαλέως exponitur Eroniano apud Hipp. ἐκτρέπως καὶ ἰδίως ἀγρομένως, hoc eſt deflexè aut declinanter, velut qui è via decedunt aut euagantur. Addit idem quoſdam ἐκπαλέως apud Hipp. pro ἐκπαλέως ſcripſiſſe. Verùm iſta Erotiani explicatio locis à nobis antea adductis in ἐκπαγλως minimùm conuenit, vt mihi Erotiani locus valde ſuſpectus ſit, etſi in eo reſtituendo quidam ſedulam nauarunt operam. Ἐκπαλον verò τὸ ἔξω πάτε exponitur Heſychio, hoc eſt deuium & quod à via declinat aut deflectit.

Ἐκπεπιεσμένον ἕλκος, vlcus euerſum, protuberans ac velut expreſſum dicitur, & in quod materia ab inflammatione ipſa exprimitur ac veluti cogitur, ideoq; labra protuberantia habet & euerſa. lib. de fract. (p. 561. 17) πελιδνὸν δὲ ἔχει ἄχρι μὴ ἐκπεπιεσμένον τὸ ἕλκος ᾖ. Neceſſariò igitur vlcus decolor & labris expanſis euadet. Sic enim ἐκπεβαμμένοις τοῖς χείλεσι, hoc eſt euerſis labris exponit illic Gal. Quod effecit vt ἐκπεπλιχμένον etiam illic vt & poſtea legendum cenſuerimus, etſi Gal. ibi & lib. 9. de placitis Hipp. & Plat. ἐκπεπιεσμένον legat, reliqui verò codices ἐκπεπλιχμένον habent.

Ἐκπλίχθαι & διαπεπλίχθαι eſt diuaricari, diduci, diſparari, & diductis eſſe cruribus, vnde τὰ διαπεπλιχμένα, diſparata, diſtracta & diſiecta, & ἐκπεπλιχμένον metaphoricè quod deductũ eſt & expanſum, diſparatum dicitur. Nam πλιχὰς Græcis & πλιχαὶ greſſum & crurum digreſſionem ac diductionem ſignificat, qđ etiam πλίγμα & πλὶξ dicitur, & βῆμα exponitur. πλίγμα etiam apud Hip. ſignificare ſcribit Var. quod πλιχαὶ Galeno dicitur libr. de fract. & quod inter vtrunq; crus ſpatium eſt deſignat, quod πλιχάδα etiã dici ſcribit. Hinc ἐκπεπλιχμένον ἕλκος, vlcus expanſum, diductũ, diuaricatum, ac digrediens dicitur, quod eſt diductis labris & euerſis, ex trãſlatione quidem ἀπὸ τῶν πολὺ διεστώτων σκελῶν, à plurimum diuaricatis cruribus, lib. de fract. (p. 570. 15.) & (p. 561. 17.) vbi tamen ἐκπεπιεσμένον legiſſe Gal. & ἐκπεπλιχμένον omnia exemplaria antea adſcripſimus. Quem etiam locum in Exeg. ſubindicans Gal. ἐκπεπλιχμένον ἐκπεβαμμένον, h. e. euerſum exponit, & euerſis labris ac diductis. Sic enim eſſe legendũ, non vt in quibuſdam exemplaribus ἐκπεπληγμένον, vel hinc conſtat, q̃ in dictione πλιχὰς in Exeg. de vlcere ſcribit, τὸ ἐκπεπταμένον & διεστὼς ἐπὶ πλεῖστον τοῖς χείλεσιν, ὅπερ & ἐκπεπλιχμένον ὀνομάζει, h. e. euerſum & multum labris diductum, quod diuaricatũ dicitur. His enim verbis locum lib. de fract. (p. 570. 17.) exprimit haud dubiè Galenus. Sic τὸ στόμα μήτρας ἐκπεπλιχμένον, os vteri diductum ſignificat Hip. aut diſparatum & expanſum, aut euerſum, quod διαπεπλιχὸς dicitur lib. 2. περὶ γυναικ. (281. 24.) & ἀναχεχηνὸς eodẽ ſenſu, hoc eſt hians & apertum lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 225. 23.) Prorr. 2. (p. 422. 21.) de vtero ſcribitur, μήτ' ἐκπεπλίχθω, neq; ſit ore diductæ aut hiãte, & rurſus ibid. (v. 31.) ἢ γὰρ ἀνεσπασμένον ἐστὶν ἢ ἐκπεπλιχμένον, aut enim contractus eſt vterus aut euerſus, hoc eſt euerſo aut diducto ore. Qua notione etiam Erot. ἐκπεπλιχμένον apud Hipp. ἐξηπλωμένον, velut explicatũ ac expãſum exponit, etſi ἐκπεπληγμένον legiſſe potius videtur.

Ἐκπλήσσεσθαι eſt etiam Hippocrati hiare, diductis & euerſis aut expanſis eſſe oris & labris, aut multum diſtantibus. lib. de art. (p. 593. 5) de ambuſtis ſcribitur, ἧσσον δὲ αὖ ἐκπλήσσονται, h. e. minus oras & labra diducant, quod eſt minus hient, aut diductis ſint labris. Sic enim Gal. ἐκπλήσσεσθαι, ἐπὶ πλεῖον διεστάναι τοῖς χείλεσι τὰ ἕλκη ibidẽ exponit, vlcus plurimùm diductis eſſe labris. πλήσσεσθαι Græcis διαβαίνειν ſignificat, vt apud Homerum Od. ζ (v. 318. ἐυ πλίσσοντο πόδεσσιν legit Gal. com. 2. in lib. de fract. (p. 557. 36) quod vbiq; ἐπλίσσοντο legitur. Nam πλίσσεσθαι Ionicum magis eſſe teſtatur Varinus, & βημα τίζειν denotare. Vnde & περιπεπλιγμένον, τὸ βέβηκός, & διαπεπλίχθαι, τὸ περιπλέκειν τοὺς πόδας. Vnde ἐκπεπλίχθαι & διαπεπλίχθαι & ἐκπεπλιχμένον, & ἐκπεπλῖχθαι & διαπεπλῖχθαι & ἐκπεπλιχμένον dicitur.

Ἐκπετάννυται legitur apud Hippocr. ab ἐκπετάννυμι quod eſt explicor, aut me ipſum explico. lib. περὶ ὀστέων φύσ. (p. 62. 49.) δύο δὲ ἐκπετάννυνται φλέβες, duæ verò venæ explicantur, aut ſe explicant.

Ἐκπεπταμένα dicuntur expanſa Hippocrati, explicata, extẽſa, aperta & hiantia ἐν τῷ κατ' ἰητρ. (p. 684. 40.) & (p. 687. 47.) ἢ ἐκπεπταμένα συστέλλεται, vel quæ expanſa ſunt contrahantur, coarctentur. Vbi Gal. τὰ ἐκπεπταμένα vocari ſcribit, τὰ πλείστην διάστασιν ἀπ' ἀλλήλων ἔχοντα, quæ longiſſimo inter ſe diſtant interuallo. Idem rurſus com. 2. in eundem lib. (p. 687. 53.) τὰ ἐκπεπταμένα de vulneribus dici ſcribit, quę pręter quàm quod amplius q̃ par ſit diſtant, vtriſque labris expanſa ſunt & aperta. Id quod ex vehementi inflãmatione interdum cõtingit. Cùm namq; caro in multam altitu-

altitudinẽ diuiſa, & muſculus per tranſuerſum ſectus fuerit, deinde conglutinatio aut conſolidatio impedita, verùm inflammatio magna conſequatur, ex qua cutis diſtẽta labrum vtrinq; ſibi proximum attraxerit, vtraq; parte os vulneris ἐκπεπταμένον, h. e. expanſum, redditur. Quod in oris labiis & palpebris, & in cute quæ glãdem tegit (præputium dicitur) cùm inflãmatione tentantur conſpicitur. Idem quoq; eodẽ com. (p. 688, 26.) τὰ ἐκπεπταμένα eſſe ſcribit, quæ plurimũ inter ſe ſeparatas oras habeant in cõtrarias partes, ita vt altera in dextram, altera in ſiniſtram conuertatur, eaque τοῖς συνεσταλμένοις ex aduerſo reſpondere. Erot. ἐκπεπταμένα apud Hipp. hos nimirum locos ſubindicans, ἐξεπτυγμένα ἢ ἐξηπλωμένα exponit, h. e. explicata & expanſa. Sic enim apud eum ἐξεπτυγμένα aut ἀναπτυγμένα pro ἐξεστιγμένα, quod paſſim legitur, reponendum videtur, aut ἐκπεπλησμένα, cùm idem ipſe ἐκπεπλησμένον ἐξεπτυγμένον exponat. Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρ. (p. 11. 25. 29. 37.) σχήματα ἐκπεπταμένα dicuntur, membrorum figuræ expaſſæ.

Ἐκπίεσμα dicitur autori Definit. Med. (p. 399. 40.) ἐστὶ πολυμερὴς διαίρεσις, μεθ' ἧς τινα ὀστᾶ τῶν ὀστῶν εἰς τὸ βάθος ὑποκεχωρηκέναι, ἢ θλίβειν τὴν μήνιγγα. Ἐκπίεσμα velut expreſſio eſt oſſis in multas partes cõfractio, in qua intruſæ oſſis partes altè deſcendunt, & cerebri membranã premũt. Paulo verò lib. 6. cap. 90. ἐκπίεσμα inter caluariæ fracturas reponitur, & ἐστὶ πολυμερὴς τοῦ ὀστοῦ διαίρεσις, μεθ' ἧς τὰ κατεαγότα ὀστέα ὑποκεχωρηκέναι κάτω πρὸς τὴν μήνιγγα, eſt caluariæ diuiſio in multas partes, in qua oſſis fracti partes altè ad cerebri membranã deſcenderint. Eſt & ἐκπιεσμὸς oculo familiare vitiũ, qđ conferta craſſaq; fluxio excitat, illumq; ſua ſede emouet, adeò vt exertus in poſterum appareat, de quo Aëtius & Actuarius.

Ἐκπεπικραμένον στόμα, os amareſcẽs, in iis quib. bilis flaua in ventriculum effuſa ſuperuatat, per ſuperiora purgandorum indicium, aph, 17. lib. 4. & in epiſt. περὶ ἐλλεβορισμοῦ (p. 534. 28.) στόμα πικρὸν ἴσχει dicit Hipp. lib. περὶ παθῶν (pag. 180. 41.) & lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 240. 20) στόμα ἐκπικράζεσθαι, os examareſcere, amarulentum fieri. Hoc aũt bilis flauæ in ſtomacho redundantis ſignum eſſe ſcribit Gal. lib. de plenitud. (p. 352. 16.)

Ἐκπλαγῆναι eſt pauere, perterrefieri, terrore percelli, vel attonitum eſſe, & ad ſtuporem vſq; metuere. In Prog. de pueris febricitantibus (p. 163. 9.) καὶ ἀγρυπνέωσί τε ἢ ἐκπλαγέωσι, & vigilent aut expaueſcant. Vbi Gal. ἐκπλαγῆναι σφοδρῶς φοβηθῆναι, vehemẽter metuere exponit. ἐκπλαγεὶς exponitur Heſychio θαυμάσας, & Sudæ ἐμπλαγεὶς, ἐκπλήξεως ἔμπλεως, ad ſtuporem attonitus, ſtupore perculſus, aut conſternatus.

Ἔκπληξις ſtupor & obſtupeſcentia dicitur Hip. aph. 14. lib. 7. cùm ægri apertis oculis quieti manent attonitis ſimiles, neq; aliquid agũt aut dicunt, vt illic ſcribit Gal. Eſt & ἔκπληξις autori defin. Med. (p. 403. 21) διανοίας ἔκστασις διά τινα ἐξαίφνης αἰφνίδιον ἔκπληξιν, mẽtis exceſſus ex aliqua repẽtina perturbatione ꝓueniẽs.

Ἐκπληρώματα complemẽta aut ſupplementa dicuntur Hipp. in Mochlico (p. 507. 4.) quę in alę ſinum immittuntur vt eum compleant, dum calce brachii caput prolapſum ad repoſitionẽ retruditur, velut ſunt pilæ paruæ duræ coriaceæ, aut aliud quid rotundum accommodatum & congruens, vt ſcribitur lib. de art.

Ἐκποιεῖ pro licet aut ſuppetit, imperſonaliter ſumptum videtur apud Hipp. (Prorr. 2. (p. 414. 18) ἄλλως δὲ ἐκποιεῖ τῷ βουλομένῳ πιστεύειν, aliòqui certè ſuppetit ei qui volet vt credat.

Ἐκπτερῶσθαι eſt alatum fieri, & quaſi alis additis in altum ſubuehi aut alitem fieri. Tranſlatiè dicitur Hippocrati lib. 1. περὶ διαίτης (pag. 86. 15.) de animi partibus, quæ in iuuenili corpore attenuatæ & veluti agiliores redditæ, quaſi alatæ aut aptaris alis euolãtes, in corporis alimentum citò conſumuntur & tranſeunt. ἐκπτερούμενα ἢ λεπτυνόμενα [μέρη] καταναλίσκονται ἐς τὴν αὔξησιν τοῦ σώματος, expaſſæ & attenuatę partes illæ animę, in corporis augmentum conſumuntur, dixit Cornarius, vt ſit, velut alis additis in altũ ſubuectæ aut ſublatæ, ac veluti diſparentes, idemq; ἐκπτερούμενα velut ἐκπεπταμένα exponit. Zuinggerus illud ἐκπτερούμενα, de anima velut expãſis alis incubante, & attenuatas alimẽti partes in corporis alimentum abſumente, elegantiſſime accipit, ꝙ ἐκπτεροῦσθαι aut πτεροῦσθαι de auibus dicatur, quæ ſeſe alarum concuſſu erigunt & vires recolligunt vt alacriores inde volatum capeſcant, & ſeſe alarum remigio in altum ſubuehant.

Ἐκπτώματα ἢ ἐκπτώσεις dicuntur Hippocrati articulorum è ſede ſua prolapſiones, & vbi ſuis ſedibus exceſſerunt abſque fractione, velut excidentiæ, elapſiones & luxationes, initio lib. de fract. vbi ſcribit Gal. (p. 525. 7.) οὐκ ἐκπτώσεις μόνον καὶ ἐκπτώματα καλεῖ τὰς τῶν ὀστῶν ἐκ τῆς ἰδίας χώρας μεταστάσεις ἄνευ τοῦ κατεαγῆναι γινομένας, ἀλλὰ τούτοις τοῖς ὀνόμασι τάς τε ἐξαρθρώσεις καὶ τὰ ἐξαρθρήματα προστίθησι. Neque ἐκπτώσεις & ἐκπτώματα vocat oſſium è propria ſede ſolos exceſſus abſq; fractione, verùm & his nominibus ἐξαρθρώσεις & ἐξαρθρήματα, hoc eſt exarticulationes & exarticulata comprehendit. Vtitur & ea dictione Hippocr. ἐν τῷ κατ' ἰητρ. (p. 699. 30.) vbi ſcribit Gal. κέκληκεν οὖν ἐν τῇ προκειμένῃ ῥήσει ὁ Ἱπποκράτης ἐκπτώματα μὲν ἐπὶ τῶν ἐξηρθρηκότων. Vocat igitur Hip. in hac oratione ἐκπτώματα, vbi articuli ſuis ſedibus exceſſerũt & emoti ſunt. Eadem etiam notione ſcribitur lib. 1. περὶ νούσων (p. 130. 36) ἢ τὰ ἐκπτώματα μὴ γινώσκειν, luxata nõ agnoſcere. Et rurſus (p. 131. 41) ἢ ὅ, τι ἂν τοῦ σώματος ἐκπέσῃ ἐκ τῆς φύσιος, & ſi quæ pars corporis ſuo loco exceſſerit. His. n. nominibus luxationes & articulorum ꝓlapſiones cõprehẽdit. At verò lib. 3. Epid. in ſt. peſt. ἐκπτώσεις bis vocantur partiũ decidentię, ꝓlapſus & ex caſu mutilationes, qñ partes ſummæ corporis ob nimiam putredinem decidũt, quod etiam in magna

illa Athenięſium peſtilentia accidiſſe commemorauit Thucydides. ἐκπλύματα aliis dicuntur & Galeno, qui & ἀρθρων ἐκπλύματα legit lib. de temp. quò propriam dictionis notionẽ magis indicaret, vt ſcripſimus noſtris in eum locum Annot. Sunt & ὑστέρων ἐκπλύσεις ſecundarum excuſſiones aut deturbationes aph. 49. lib. 5.

Ἐκπυΐσκεσθαι eſt in pus verti & ſuppurari, vomicas excitare dicit Celſus ex Hippoc. Progn. (cap. 7. lib. 2.) vt & ἐκπύημα vomicam, quod eſt humoris ſpatio aliquo concluſi ſuppuratio & in pus cõuerſio. In Progn. (p. 146. 11.) ὁκόσα δὲ τῶν ἀλγημάτων ἐκ τούτων τῶν χωρίων μὴ παύεται, μήτε πρὸς τὰς τῶν πτυέλων καθάρσιας, μήτε πρὸς τὴν τῆς κοιλίης ἐκκόπρωσιν, μήτε πρὸς τὰς φλεβοτομίας τε καὶ δίαιτας, εἰδέναι δεῖ ἐκπυήσοντα. Dolores qui in his ſedibus affligũt, neq; per ſputorum expurgationem, neq; alui ſubductione, neq; ſanguinis detractione, neq; medicamento aut victus ratione ſedãtur, eos ſcire licet vomicas excitaturos. τὰ καθ' ἕδρην ὀδυνώδεα ἐκπυήματα, quæ ad ſedẽ cum dolore ſuppurantur. In Coac. Præn. (p. 444. 24.) tubercula dicuntur in pus cõuerſa. Ἐκπυηθῆναι ἀντὶ τοῦ φθαρῆναι, h. e. ſuppurari pro corrumpi poſitum apud Hip. ſcribit Gal. ad aph. 20. lib. 6. Illic enim pro ſanguinis corruptione ſumitur, qui cùm extra propria vaſa effuſus fuerit, ſtatim corrumpitur aut in pus vertitur, vel liueſcit, aut nigreſcit, vel in grumos vertitur.

Ἐκπυρεῖσθαι, incendi, igneſcere, concaleſcere, aph. 63. lib. 5. ἢ διὰ τὴν ψυχρότητα οὐκ ἐκπυρεῖται), vel ob frigiditatem non inceditur, concaleſcit, excaleſcit.

Ἐκρήγματα ſunt abſciſſa & abrupta, h. e. ſegmẽta & fruſta. Gal. in Exeg. apud Hip. ἔκρηγμα ἀπόσχισμα ῥάκους, h. e. detriti ac laceri panni fragmentum aut fruſtum exponit. Pro quo ἐκρήγμασιν, ἀποσχίσμασι ῥακῶν legunt exemplaria ferè omnia. Quibus verbis ſubnotatur locus lib. de art. (p. 659. 28) vbi ἐρρήγμασι legũt exemplaria omnia tum publicata tũ ſcripta. ἢ ἐρρήγμασι τρυχίων ἐρεινῶν περιελιχθέντα, aut panniculorum laneorum ſegmentis inuoluenda. Ἐκρήγματα etiã eruptiones & puſtulas ſignificare videntur Hipp. lib. 7. Epid. (p. 354. 11) ἐκρήγματα περὶ ὀσφύν, eruptiones circa lũbos, puſtulas quaſdam circa lumbos exortas ex nimio colliqueſcentis aut tabeſcentis corporis decubitu denotare videntur.

Ἐκ ῥινῶν interdum ſimpliciter effert Hipp. vbi ſanguinem ex naribus per hæmorrhagiam effluxurum ſignificat. In Prorr. (p. 211. 24.) ἐκ ῥινῶν μικροῖς ἱδρῶσιν περιψύγματα. Vbi ſanguis ex naribus erumpit cum tenuibus ſudorib. & corporis totius perfrictione. Illic. n. ἐκ ῥινῶν, pro ἐκ ῥινῶν αἱμορραγούντων, h. e. ex naribus erumpente ſanguine, poſitum eſſe teſtatur Gal. In Coac. et Præn. (p. 431. 21.) ὀλεθριώταται δὲ τῶν φωνῶν εἰσι τὰ ἐκ ῥινῶν, quibus verbis pernicioſiſſimæ eſſe vocis defectiones ſignificantur, in quibus ſanguis ex naribus per hæmorrhagiam effluit.

Ἐκροὴ effluxũ aut effluuiũ ſignificat, & curſum per quem humor repurgandus elabitur aut effluit. Sic ἐκροὰς diximus apud Hipp. lib. 2. Epid. (p. 312. 11.) emiſſaria, effluuia aut ſpiracula, & ductus quoſdam denotare, per quos, velut quaſdã deſtinatas à natura vias, humores effluunt, & morbos eluunt. Eoſdẽ ductus ibidem Hipp. (v. 2.) ex tranſlatione ἐκτροπὰς vocat, h. e. diuerticula, diuortia ac velut ſubterfugia, per quę humores ſeſe inſinuent & ſubeant. Ἐκροίην ἔκρουν exponit Heſych. h. e. effluuium aut effluxum. Ἔκρουν Erot. apud Hip. τὸ πονηρὸν, ἢ τὸ ἔκκρισιν exponit, excretionem, fortè verò ἔκρουν, melius legatur, & aliôqui valdè mihi ſuſpecta eſt Erotiani lectio. Legitur autẽ libello περὶ παρθενίων (p. 213. 16.) οὐκ ἔχον τὸ αἷμα ἔκροον, ſanguis effluxum non habens.

Ἐκρύσεις dicuntur Hippocrati effluxus ſeminis potiùs quàm abortus primis diebus facti, & quibus nulla adhuc fœtus conformatio facta eſt. lib. περὶ σαρκῶν (p. 46. 3.) τρώσιες μὲν γὰρ γίνονται καὶ αἱ πλεῖσται ταύτῃσι τῇσιν ἡμέρῃσιν. ὀνομάζονται δὲ τὰ τοιαῦτα ἐκρύσεις ἀλλ' οὐ τρωσμοί. Plurimi nanq; his dieb. abortus fiunt, tales tamen effluxiones potiùs quàm abortus nominãtur. Sic Ariſt. lib. hiſt. anim. 7. c. 3. ἐκρύσεις καλοῦνται μὲν αἱ μέχρι τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν διαφθοραί. ἐκτρωσμοὶ δὲ αἱ μέχρι τῶν τετταράκοντα. Effluxiones dicuntur quæ intra ſeptimum diem corruptiones contingunt, abortiones autem quę intra quadrageſimum.

Ἔκστασις Hippocrati vehemẽtem mentis emotionem ac delirium ſignificat, vt & ἐκστῆναι de mentis poteſtate exire, aut vehementer mente emoueri aut delirare; & vehemẽter inſanientibus ac phreniticis attribuitur in Prorrh. (p. 182. 16.) & Coac. Præn. (p. 444. 44.) ſic & ἐξίστασθαι ſępe. Sic ἐκστάσιες σιγῶσαι, inſaniæ ſilentes, aut vehementes mẽtis emotiones taciturnæ dicuntur, & quæ cũ ſilẽtio fiũt, ac valdè ſunt pernicioſę, in Coac. Prẹn. (p. 426. 1.) Et rurſus (p. 439. 5.) αἱ σιγῶσαι ἐκστάσιες οὐχ ἡσυχάζουσαι, vehemẽtes mentis emotiones taciturnę non quietæ, inſaniam portendunt. ἐξίστασθαι σιγῇ, cum ſilentio mente emoueri in Prorrh. (p. 187. 50.) & ἔκστασις μετὰ σιγῆς exitium indicans Galeno ib. (p. 188. 2.) Ἔκστασιν Gal. μανίαν σφοδρὰν exponit, h. e. vehementem inſaniã aut mentis exceſſum, quæ fit magno naturę conatu & perturbatione, ex vehementi cauſarũ inſaniã efficientiũ motione, iudicationem futurã moliente. κίνησιν καὶ ταραχὴν μέλλουσαν κρίνεσθαι, motũ & perturbationem iudicationem facturã, illic interpretatur Philotheus. Eadem notione dicuntur αἱ κάτω ῥεπτόμεναι ἐκστάσιες, vehemẽtes naturæ emotiones ad inferna prorumpentes, Prorr. 2. (p. 417. 18.) h. e. naturæ perturbationes aut cõmutationes, quæ quadã veluti excretione morbũ comitialem alleuãt, & cauſarum trãſmutatione ſolutione quadã per aluum deponunt. Quod per ea quæ per deiectiones excernũtur intellexiſſe videtur Celſus, vt noſtris eum in locũ Annot. ſubmonuimus. ἔκστασις verò interdum cũ addito ponitur Hip. & ἔκστασις μελαγχολικὴ dicitur furioſa mentis emotio

emotio ac vehemens inſania qualis eſt atra bile percitis, & plerunque in furorem erumpit. Vnde Plauto ſcribitur Amphit. atra bile percita 'ſt, Nulla res tam delirantes homines concinnat citò. ἔκστασιν μελαγχολικὴν τὴν σφοδρὴν ἢ θηριώδη, vehemẽtem ac ferinam mentis abalienationem exponit Gal. apud Hippocr. Com. 1. in Prorrh. (p.175.25.) Sic οἱ ἐξιστάμενοι μελαγχολικῶς & ἐξισταδὴν μελαγχολικῶς dicitur de his qui vehemẽter mente ſunt abalienata in Prorrh. (p.175.24. & 176.42.) & Coac. Prænot. (p.427.25.) οἱ ἐκστάντες ὀξέως, qui vehementer & acutè mente emoti ſunt. in Prorrh. (p.175.33.) ἐκστάσιες μελαγχολικαὶ 2. Prorrh. (p.417.18.) dicuntur vehementes mentis emotiones & exceſſus, cùm in furorem aut melancholiam morbus comitialis conuertitur. Aut eo nomine intelliguntur vehemẽtes naturæ emotiones & perturbationes, cùm humorem cerebri ventriculos obſtruentem, in cerebri ſubſtantiam & mentem propellit, aut impropria quadam excretione trãſmouet, vt illic adſcripſimus.

Ἐκσυριγγοῦνται Gal. in Exeg. apud Hippocr. ἀναστομοῦνται exponit, hoc eſt, aperiuntur, velut fiſtulæ longos habent ductus aut cauitates, in fiſtulas tranſeunt, aut fiſtulas contrahunt. Qua ſanè expoſitione mihi locus Coac. Prænot. (p.435.41.) adumbrari videtur, vbi de abſceſſibus in pulmonum inflammatione agitur. ὅσοισι δὲ ἐκ περιπνευμονίης ἀποστάσιες παρ' ὦτα ἢ ἐς τὰ κάτω γίνονται, καὶ ἐκπυοῦνται καὶ ἐκσυριγγοῦνται. Quibus autem ex pulmonis inflammatione abſceſſus ad aures aut inferiores partes fiunt, tum in pus conuertuntur, tum in fiſtulas cauantur. In Progn. autem (p.149. 45.) συριγγοῦνται ſimpliciter eadem in re dicitur, per tranſlationem quandam à Muſicorum fiſtulis quæ longos habent ſinus aut ductus, vt ſcribit Gal.

Ἐκτείνειν ſæpe ponitur apud Hippocr. pro ἐκτείνειν quod eſt extendere, vt lib. de fract. (pag. 576.34.) οἱ πῆχυν ἐκτανύειν οὐ δύνανται, quibus id accidit brachium extendere nequeunt. Rurſus ibidem. βιαίως χρὴ ἐκτανύσαντα τὸν ἀγκῶνα, vi cubitum extendere oportet. Ac rurſus (v. 41.) οὔτε ἐκτανύειν ὁμοίως δύνανται, neque ſimiliter extendere queunt. Et (p.577.19.) κοινότατον δὲ περὶ τὴν ὅπλου θέσιν, ἢ τὸ ἐκτανύειν ἔχειν, ἢ ξυγκάμπτειν. maximè verò communis habitus ad eam quæ poſtea ſequitur diſtentionem, & ad ſingula extendenda & flectenda.

Ἔκτασις extenſio, eſt cutis affectus cùm in longitudinem & latitudinem augetur, cui ῥύτωσις, hoc eſt, corrugatio opponitur, aph. 21. ſect. lib. 6. Epid. ἐκτάσει σύγκαμψις opponitur lib. κατ' ἰητρ. (p.694.28.)

Ἐκτεταρτώσονται legitur apud Hippocr. lib. περὶ ὀστέων φύσ. (pag. 61.15.) quod eſt in partes quatuor diſtribuuntur, quod quadrifluuiantur dixit Caluus, forte verò quadrifiniuntur eum ſcripſiſſe exiſtimo. Sed valde mihi ſuſpectus eſt ille locus Hippocr. & mendi ſuſpicionem auget aſteriſcus Aldino codici præfixus, & pro ἐκτεταρτώσονται, ἐκπετάννυνται repono, quod eſt ἐκτείνονται ἢ ἐκπετάννυνται, extenduntur aut dilatantur. Vt ſic locus integer legatur apud Hippocr. ἢ περὶ τὴν ὅλην κεφαλὴν ἐκπετάννυνται μέχρι τοῦ μετώπου ἢ τῶν κροτάφων. & circum totum caput ad frontem vſque & tempora dilatãtur [τὰ φλέβια venulæ] Quo in loco Cornarius ἐκτείνονται, extenduntur legiſſe videtur, Erotianus verò πετάννυνται. Hunc enim procul omni dubio locum ſubindicare videtur, cùm πετάννυνται, πλατύνονται & ἐκτείνονται exponit. Et Gal. in Exeg. πετάννυνται forte pro πετάννυνται legit, & πλατύνονται explicat, in latũ extenſæ ſunt. πέτασος γὰρ πᾶν τὸ πλατυνόμενον. Quicquid enim dilatatum eſt πέτασος dicitur. Eſt igitur πεταννύειν πλατύνειν dilatari, τείνειν extẽdi, aut ἐκπεταννύειν, ἐκπλατύνειν & ἐκτείνειν.

Ἑκτεὺς menſura eſt Attica octo chœnices aut ſex capiens, & ſexta pars medimni, ideoque medimni ſextarius dicitur, vt ἡμίεκτον aut ἡμιεκτέον dimidiatus ſextarius, quatuor chœnices capiens, τετράμετρον Ariſtophani in Nubibus. Sudas menſuram eſſe vult chœnicem capientem. Erotianus ἑκτέα menſuram facit octo chœnices aut ſex capientem, ideoque ἡμιεκτέα, τὸ ἥμισυ τοῦ ἑκτέως exponit. Apud Hippocr. libr. 2. περὶ γυναικ. (p.271.48.) ſit mentio χυτρίνου ὅσον δύο ἑκτέας χωρέοντος, ollæ duos ſextarios capientis, aut duas ſextulas ac ſextantes, aut vterorum ſuffitum. ἑκτέας tamen aut ἑκτέως malim, etſi ἑκταίας paſſim legitur.

Ἐκτηκόμενον αἷμα eliquatus ſanguis & expreſſus aut humoris affluentis acrimonia, aut medicamenti purgantis vi, Coac. Prænot. (p.444. 41.) Ἐκτήξιες αἱ ἐς τὰ κάτω ῥέπουσαι, colliquationes infra tendentes, Prorrh. 2. (p.417.5.) intelliguntur humorum per aluum ſeceſſus & profluuia quæ corpus exoluunt, vacuant & exinaniunt, ac quodammodo eliquant: eumque locum exprimens Celſus, ex quocunque modo aluus fluat, dixit cap. 8. lib. 2. Sic τήκειν apud Theonem Gymnaſten λύειν aut κενοῦν, ſoluere aut vacuare ſignificare ſcribit Gal. lib. 2. Salub. (p. 235.23. & 25.)

Ἐκτινάσσειν eſt excutere, expellere, aph. 28. ſect. 2. lib. 6. Epid. ἡ κοιλίη αὐτοῦ ἐξετίναξεν, aluus ei eſt commota, hoc eſt, aluus quod nocebat expulit, excuſſit, & eſt exagitata.

Ἐκτιτρώσκειν eſt abortum facere, abortire, aph. 12. lib. 3. & aph. 31. 34. 37. 38. 43. 45. 55. lib. 5. Sic ἔκτρωσις abortio aut abortus aph. 50. lib. 5. ἐκτρῶσαι dicitur aph. 27. ſ. 7.

Ἔκτομον dicitur Hippocrati veratrum nigrum lib. 1. περὶ γυναικ. (p.258.45.) ἐκτόμου τὰς ῥίζας, veratri nigri radices. Quem locum exprimens Gal. in Exeg. ἐκτόμου, ἐλλεβόρου μέλανος, hoc eſt, veratri nigri exponit. Dioſcor. lib. 4. cap. 151. ἐλλέβορος μέλας, οἱ δὲ μελαμπόδιον, οἱ δὲ ἔκτομον, οἱ δὲ πολύρριζον. Pro quo Plinius lib. 25. cap. 5. Nigrum alii entomon vocant, alii Polyrhizon, vt ἔντομον aut ἔκτομον apud Dioſcor. legendum ſit. Heſychio ἔκτομος ἐλλέβορος exponitur ἢ ἄτμητος λιβανωτός. Erotianus quoque Hippocratis locum ſubindicat cùm ἔκτομον exponit, eoq́; nomine veratrum nigrum Diocli dici ſcribit.

Ἐκβῆναι γνώμης, extra ſe eſſe dicitur, mente eſſe emota & abalienata. Lib. 5. Epid. (p. 342. 8.) ἐκβεβηκυῖα γνώμης, mente erat abalienata. Quod lib. 7. Epid. (p. 364. 44.) ἐκτὸς ἑωυτῆς dixit.

Ἐκτρέπεσθαι peruerti, inuerti aut euerti ſignificat, & de membro fracto nimis depreſſo dicitur lib. κατ' ἰητρ. (p. 693. 12.) ὡς μήτε ἀνακλᾶται μήτε ἐκτρέπηται, vt neque retorqueatur, neque inuertatur. Eſt & ἔκτρεψις euerſio, ad latus inclinatio aut conuerſio, ſiue fit totius corporis, ſiue fit eius partis quæ manu tractatur. Lib. κατ' ἰητρ. (pag. 672. 14.) Vbi Gal. ἔκτρεψιν εἰς τὸ πλάγιον ἐκτροπήν, in latus conuerſionem exponit & legit, etſi exemplaria omnia ἔκτασιν legũt, quam etiam lectionem agnoſcit Galenus & explicat, & quoſdam ἔκστρεψιν etiam legere annotat. Idem etiam in Exeg. ἔκτρεψιν τὴν εἰς τὰ σπλάγχνα εἴσω παράλλαξιν exponit, eam quæ in viſcera fit permutationem. Vbi tamen ἔκτρεψιν, & εἰς τὰ πλάγια παράλλαξιν, hoc eſt, in latera permutationem, legendum exiſtimo, hoc nimirum ſubindicato loco.

Ἐκτρίμματα, attritus, Intertrigines, dicuntur cutis exulcerationes, quæ excalefactis partibus circa os ſacrum fiunt, femore fracto & longo tempore eodem habitu collocato. Lib. de fract. (p. 566. 8. (ἐκτρίμματα δυσίατα, attritus curatu difficiles. Gal. ὑπ' αὐτοῦ τοῦ δέρματος ἑλκώσεις, cutis exulcerationes exponit.

Ἐκτροπαὶ dicuntur Hippocrati diuortia aut diuerticula, per quę humores abſcedunt & veluti cuniculis actis quoſdam in ſinus ſe recipiunt. Lib. 2. Epid. (p. 312. 2.) ὑποστάσιες ἢ διὰ φλεβῶν, ἢ δι' ὀστέων, ἢ νεύρων, ἢ δέρματος, ἢ ἐκτροπίων ἑτέρων. Quæ abſcedere nata ſunt, ea per venas, oſſa, neruos, cutim, aut alia huiuſcemodi diuerticula abſcedunt. Sunt diuortia ac velut ſubterfugia, & à populari via deflexiones, digreſſiones, commutationes, quæ in humorum tranſpoſitu fiunt. Eaſdem ἐκροὰς (ibidem 11) vocat, hoc eſt, humorum emiſſaria, ſpiracula aut effluuia, per quæ humores emittuntur & effluunt. Ἐκτροπὴ τοῦ βλεφάρου eſt palpebræ euerſio Paulo lib. 3. cap. 22. oculi vitium quod alio nomine ἐκτρόπιον dicitur, inferioris palpebræ affectus, cùm parum ſurſum attollitur, ſed pendet & hiat, neque poteſt cum ſuperiore committi. Celſus cap. 7. lib. 7. Eſt autem ἐκτρόπιον Definit. Medicarum authori (p. 400. 31.) ὑπόφυσις σαρκὸς ἐν τῷ βλεφάρῳ, ἥτις βάρει ἐκτρέπει τὸ βλέφαρον. αἰτία δὲ ἐκτροπῆς βλεφάρου, ἢ σαρκὸς ἐπίφυσις, ἢ παρέλυσις, ἢ οὐλῆς σύστασις. Suborta caro in palpebra, quę ſua grauitate palpebrã foras euertit. Euerſionis autem palpebræ cauſa eſt, aut adnaſcẽs caro, aut reſolutio, aut cicatrix obducta. Paulo quoq; lib. 6. cap. 12. ἐκτρόπιον in inferiore palpebra fieri ſcribit, vt & λαγόφθαλμον in ſuperiore. Verùm id intercedere diſcriminis, quòd ἐκτρόπιον non à natura prouenit, ſed nonnunquam ea relaxatione, quam medicamenta inflammatione præcedente concitarunt, nonnunquam etiam ex ſutura, aut inartificioſa vſtione. Huic quoque contrarium affectum λαγόφθαλμον ponit Celſus cap. 7. lib. 7.

Ἐκφέρειν ἔμβρυον fœtum ad maturitatem aut perfectionem geſtare, aut fœtum perferre ſignificat. Lib. περὶ γυναικ. φυσ. (p. 218. 3.) & lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 239. 15.) quod lib. περὶ ἀφόρων (p. 297. 49.) ἐκφέρειν εἰς τέλος, ad finem perferre dicitur, & lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 239. 6.) ἐξενεγκεῖν eadem in re, vt & διενέγκαι lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 218. 4.) οὐ γὰρ δύναται πρότερον διενέγκαι. Neque enim fœtum priùs perferre poterit, quàm vteri craſſiores & robuſtiores redditi fuerint. Quod etiam ſcribitur aph. 44. lib. 5. Sic & διενέγκειν Hippocrati dici antea adſcripſimus, & ex Luciano διαφέρειν pro perferre de muliere vterum geſtante dictum affertur. & ex Xenoph. σὺν πολλῷ πόνῳ διενέγκασα καὶ τεκοῦσα τρέφει. Ἐκφερόμενα etiam dicuntur Hippocr. quæ per vrinam efferuntur & innatant, velut enæoremata quædam. Libr. 7. Epid. (p. 358. 46.) ἐν τῷ οὔρῳ πολλὰ τὰ ἐκφερόμενα ἦν. per vrinam multa efferebantur.

Ἐκφλυνδάνει ἐξορμᾷ, exponit in Exegeſi Gal. apud Hippocr. hoc eſt, erumpunt, aut cum impetu feruntur, ac de vlceribus ea orientibus aut prorumpentibus dictum videtur lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 195. 43.) καὶ ἕλκεα ἐκφλυνδάνει ἀπὸ τῆς ὀσφύος, vlcera è lumbis erumpunt, emergunt. Ac rurſus ibidem (p. 209. 18.) ἐκ τῶν σκελέων ἕλκεα ἐκφλυνδάνει, ex crurib. vlcera erumpunt. Quibus ex locis ἐκφλυνδάνει aut ἐκφλυνδάνει in Exeg. apud Gal. legendum exiſtimo, & ἐξορμᾷ ea ſignificatione quam antea appoſuimus. Neque enim his locis ea explicatio conuenire mihi videtur quam quidam apponunt, ἐκβράσσει, ἐκφλύει, & ſignificatione actiua exponunt, expellit, ebullit, cùm potiùs iſta neutra ſignificatione vt ἐξορμᾷ & multitudinis numero accipi debeant. Apparet tamen Varinum hanc expoſitionem ita vitioſè ex Galeno tranſcripſiſſe, cùm iſta dictionis [ἐκβράσσει] explicatio cenſeri potiùs debeat, eamque antea appoſuimus. ἐκφύει autem quod quædam exemplaria pro ἐκφλύει legunt, poteſt ad eam expoſitionem referri, & vlceribus attribui, quod eſt, exoriuntur, emergunt.

Ἐκφλίβω idem quod ἐκθλίβω ſignificat Hippocrati, quod eſt exprimo. Lib. de loc. in homine (p. 66. 8.) ὅ τι ἂν οὖν ἐκθλιβῇ, ῥεῖ ᾗ ἂν τύχῃ. Quicquid igitur inde expreſſum fuerit, id ipſum quocunque contigerit, fluit. Rurſus ibidem (v. 6.) αὗται [φλέβες] φριξάσης τῆς σαρκὸς καὶ ἐς μικρὸν ἀφικνευμένης καὶ ἐκφλιψάσης ἐκθλίβουσι τὴν ὑγρότητα. Hæ [venæ] horrore correpta carne & in anguſtias coacta & adſtricta, humiditatem exprimunt, hoc eſt, exprimente carne & excludente. Sic enim ἐκφλιψάσα σὰρξ intelligitur caro adſtricta & in ſe coacta, vt in fluxionibus fieri ſolet, vbi caro horroris ſenſu in ſeſe conſtricta aut contracta, humiditatem è venis exprimit. Vbi tamen quidam ἐκθλιψάσης pro ἐκφλιψάσης legunt.

Ἐκφυσῶντες dicuntur Hippocrati qui expirando vehementer

vehementer efflant, quique ex incendio interno multam atræ fuliginis copiam expirãt, magna & frequenti reſpiratione laborant, & πνευματίαι aut πνευματώδεες dicuntur, vt explicat Gal. lib. περὶ δυσπν. ex viſcerum internorum iocendio aut inflammatione aliqua. In Coac. Prænot. (p. 425. 48.) vbi tamen etiam ἐμφυσῶντες pro ἐκφυσῶντες legunt exemplaria quædam manu ſcripta, vt illic adſcripſimus. Eſt autem ἐκφύσησις violenta quædam reſpiratio, quæ obitur muſculis intercoſtalibus & externis qui ad thoracem & ſcapulas ex dorſo & collo deſcendunt, adiunctis iis qui abdomini inſeruiũt, vt ſcribit Gal. lib. 2. de motu muſc. (pag. 566. 25.) & τῆς ἐκπνοῆς eſſe pars quædam videtur, lib. de vſu pulſuum (p. 158. 10.) fit autem ἐκφύσησις vbi ex nimio calore fuliginoſi vapores multi ſublati ſunt. ἐκπνοὴ verò vbi humorum temperies & moderatus calor corpus moderantur, ſufficit. Eſt & ἐκφύσησις ψοφώδης, ἡ μετὰ ψόφου, violenta quædam & quæ cum ſono fit expiratio, ab ea quæ ſine ſtrepitu fit, & ἄψοφος nominatur, ſolá copia & celeritate expirati aëris diſcrepãs, Gal. lib. de vſu reſpir. (p. 160. 43.) & lib. 4. de loc. affect. (p. 291. 29.) Ἐκφυσήσεις etiam ſunt efflationes & magnæ expirationes, quæ fiunt cõtentis omnibus thoracis muſculis, ad ipſius contractionem & efflatum, Gal. libr. 1. de diffic. ſpir. (p. 173. 2.)

Ἐκχαυνοῦν eſt inflare, tumidum reddere, & ſtulta perſuaſione aut inani de ſe opinione imbuere. Hippocr. lib. de art. (pag. 614. 20.) ἐκχαυνοῦν τὸν πολλὸν ὄχλον medicos dicit, qui populum de ſe magnificè aliquid ſentire cupiunt, & qui multitudinem falſa de ſe perſuaſione imbuunt, auram popularem aucupantur & affectant. Eſt enim χαυνοῦν inflare & tumidum reddere, & χαυνῶσαι φυσῆσαι exponit Heſychius. Dicunturque ii ἐκχαυνοῦν τὸν ὄχλον, qui de ſe inani cõcepta opinione apud populum gloriantur aut ſuperbiunt, & quid de ſe magnificè venditant. Ἐκχαυνοῦν etiam dici poteſt inani de ſe opinione populũ imbuere & ſtolida perſuaſione decipere, eo ſenſu quo exponit Erotianus ἐκχαυνοῦν ἐξαπατᾶν ἢ μετεωρίζειν, quod eſt, inani opinione inflare, decipere, turgidum & elatum reddere. Sic enim apud Erot. pro ἐκχαυνοῦν ἐξαπατᾶν, μετεωρίζειν leg. cenſemus, vt locus iſte ab eo exprimatur. Ideoq́; eos vertimus qui magnifica de ſe opinione populo fucum faciũt, aut inani quadam opinione ſeſe vulgo venditant, velut ventoſam linguam dixit Virg. Æneid. 11. Sic Ariſtoph. in Neb. (pag. 105.) χαύνωσιν ἀναπειστηρίαν vocat aptam ad perſuadendum facundiam & perſuaſoriorum verborum lenocinium, quo quis iudices fallere poteſt aut mollioribus verbis delinire, ita vt iudicium effugiat, aut ſua eloquẽtia aduerſarii rationes eleuare, futiles, inanes & nullius ponderis reddere. Gal. Com. 4. in lib. de art. (p. 653. 53.) ἐκχαυνοῦν per ἐμφανίζειν exponit, quod eſt oſtentationis gratia aliquid facere.

Ἐκχλοιάζειν apud Hippocr. eſt virere aut ex virore palleſcere, hoc eſt, colore ex viridi palleſcente infici, qualis eſt herbarum areſcentiũ palleſcens color. Qui quidem color ex virore palleſcens in auriginoſis & viſcerum obſtructione cachexia laborantibus, hepaticis, aut ſanguine defectis ex bilis luteæ aut croceæ refuſione apparet. In Coac. Prænot. (p. 439.) de morbo regio laborantib. ὅτι ἐκχλοιοῦνται, hi ex virore palleſcunt. Rurſus ibidẽ (p. 444. 12.) de iiſdem, ἆρα ἐπισχέτων ὅτι ἐκχλοιοῦνται; Animaduertẽdum num ex iſtorum ſuppreſſione ii cum virore palleſcant. Ac rurſus ibidem (verſ. 45.) πρὸς τὸ ἐκχλοιάζειν præter quàm quòd ex virore palleſcunt. Quibus in locis χλοιοῦνται pro ἐκχλοιοῦνται legiſſe videtur in Exeg. Gal. quod ἀντὶ τοῦ χλωραίνονται exponit, ex viridi palleſcunt, vt ſit χλοιάζειν aut ἐκχλοιάζειν χλωραίνειν, vt χλοῦς χλωρότης & χλοῶδης χλωρὸς, quod eſt viridis ac palleſcentis coloris & herbacei. Et vt χλόη & χλοίη Ionicè dicitur, ita & χλοάζειν & χλοιάζειν quod eſt χλοερίζειν aut λαχανίζεσθαι, & de herbaceo colore ex virore palleſcente dicitur, qualis eſt hepaticorum aut cachexia ex malè affectis viſceribus laborãtiũ & auriginoſorum color. Vnde χροιὴν χλοιάζοντας, hoc eſt, herbaceo colore tinctos in iã purulento hepate ægros vocat Aretæus cap. 13. libr. 1. περὶ σημείων ἢ αἰτίων χρονίων παθῶν. Qualis etiam color in ictero laborantibus notatur, atq; in eorũ oculis ſublucis prima ſuæ ſignificationis edit argumenta, quos eo nomine rectè herbeos dixit Plautus Curculione. Qui hic eſt homo cum collatiuo ventre atque oculis herbeis? At ἐκχλοιοῦνται pro ἐκχλοιοῦνται legitur lib. 2. Epid. (p. 313. 15.) ῥηγνύσι αἵματος ῥυέντος ἐκχλοιοῦνται. Dicendum etiam quòd in ſanguinis profluuiu ex pallido vireſcunt. Cùm autẽ iſta malè affectis viſceribus & inſigni cachexia laborantibus attribuantur, in quibus crebra etiam contingit virium exolutio, vt & in iecoris obſtructione ac duritie ἔκλυσις frequẽs videtur, inde exiſtit, vt quod in Coac. Prænot. ἐκχλοιοῦνται dicitur, in Prorrh. ἐκλύονται ſcribitur, (p. 215. 21. & p. 216. 12.) Et aliôqui ἐκλύεσθαι cùm hepaticum ſit ſymptoma vt ſcribit Gal. Com. 3. in Prorrh. (p. 216. 38.) ſæpe apud Hippocr. pro ἐκχλοιάζειν ex vocis affinitate aut ex rei conſecutione ponitur, vt & τὸ ἐκχλοιάζειν ex lib. 2. Epid. per ἐκλύεσθαι ſe expoſuiſſe fatetur Galen. Com. 3. in Prorrh. (p. 212. 57. & p. 216. 38.) & verò ἐκλύονται pro ἐκχλοιοῦνται ibidem legit Com. 4. in lib. 6. Epid. (p. 498. 14.) Sic quod in Prorrh. ἐκλύονται dicitur (p. 216. 24.) in Coac. Prænot. (p. 442. 18.) χλοώδεες γίνονται eadẽ in re ſcribitur, hoc eſt, ex virore palleſcunt. Sic enim illic legendum eſſe ſcribimus contra omniũ noſtrorũ codicũ fidem. Ἐκχλοιοῦν etiam in Coac. Prænot. ſcribitur (p. 432. 34.) πόνοι ἀπὸ ὑποχονδρίων ἀλγήματος κοιλίη κατὰ μικρὸν ὑπόγλισχρα διαδιδοῦσα κοπρώδεα ὀλίγα ἐκχλοιοῖ. Ex præcordiorum doloribus aluus aliquantum viſcida ſenſim tranſmittens ſtercoracea pauca virore palleſcente inficit. Verùm etſi in Prorrh. (p. 215. 20.) vnde emendicata iſta

ſententia videtur, ἐκλύονται ponitur, ἐκχλοοῖ tamen pro ἐκχέειν vitioſè ſcriptum eſſe exiſtimamus, vt etiam illîc ſcribimus. Quòd autem apud Erotianum ἐγχλοιώματα ex Hippocrate ſcribitur, & ex Bacchio ἐνοχλεῖ ὅτως ἐν ἄλλοις annotatur, illud valde mihi ſuſpectum eſt. Nam neque apud Hippocratem vſquam ἐγχλοιώματα lego, & ἐκχλοιοῦται legendum videtur, & ἐνοχλεῖ ἤν τι γίνηται, vt locus Coac. Prænot. ab Erotiano expreſſus videatur & expoſitus. Deducta enim dictio videtur vt idem ſcribit ἀπὸ τῆς χλόης, ὅπερ ἐστὶ περιαγωγὴ φυτοειδῶν, hoc eſt, plantarum virentium, aut foliorum & frondium circumactio. Et χλόη Heſychio βοτάνη, φύλλα, exponitur, herba, folia, & pro gramine viridi accipitur.

Ἐκχυμώματα & ἐκχυμώσεις ſugillata dicuntur aut ſugillationes, ſanguinis ſuffuſiones, ſanguine ſuffuſo ſugillationes & exuccationes, dum ſanguis carne contuſa, aut exiguis venis diſruptis, ſub cutem effunditur, & in grumos integra cute concreſcit. Lib. κατ' ἰητρ. (p.698. 44.) Vbi ſcribit Gal. ὅταν ἡ θλασθεῖσα σὰρξ εἰς τὴν ὑπὸ τῷ δέρματι χώραν αἷμα προχέῃ, τὸ τοιοῦτον πάθος ἐκχύμωμα καλεῖται, καὶ γίνεται δηλονότι τοῦτο μὴ διαιρεθέντος τοῦ δέρματος. εὔδηλον δὲ ὅτι καὶ φλέβες μικραὶ συνδιαιροῦνται τῇ σαρκὶ κατὰ τὴν τῶν ἐκχυμωμάτων γένεσιν. Vbi caro contuſa in locum ſub cutem ſanguinem profundit, huiuſmodi affectus ἐκχύμωμα vocatur. Idque ſine vlla cutis diuiſione ſanè contingit. Tenues tamen venas vnà cum carne diuidi vbi huiuſmodi ſugillata fiunt, perſpicuum eſt. Lib. etiam de fract. in calce ἐκχυμώματα, hoc eſt, ſugillata vocat Hippocr. (p.548. 11. & 19.) & τὰ ἐκχυμώματα τῶν φλεβῶν (p.547.36.) venarum ſugillata aut exuccationes, vt & (p.544.41.) φλέβια δ' ἐκχυμοῦνται, ἀμφιθλασθείσης τῆς σαρκὸς ἀμφὶ τὸ ὀστέον, venulæ circum os colliſæ ſanguinem effundunt. Vbi ἐκχυμοῦσθαι τὰς φλέβας, hoc eſt, venas exuccari, dicere Hippocratem ſcribit Gal. pro ἐκχεῖσθαι τὸν ἐν ἑαυταῖς περιεχόμενον ἔξω χυμόν, ὅπερ ἐστὶ τὸ αἷμα, effundi qui in eis continetur ſuccum, hoc eſt, ſanguinem. γίνεται δὲ τοῦτο θλασθέντος αὐτοῦ τοῦ χιτῶνος. ὅσα γὰρ θλᾶται τῶν σωμάτων τὴν φυσικὴν ἕνωσιν ἀπόλλυται, κατὰ πολλὰ μέρη καὶ μικρὰ διασπώμενα, καθ' ἃ προσεκχεῖται τὸ αἷμα. τοῦτο οὖν τὸ ἐκχυθὲν αἷμα, δέχονται μὲν αἱ περικείμεναι χώραι τὴν φλέβα, δεξάμεναι δὲ οὐ φυλάττουσιν οἷον ἐδέξαντο. μελαίνεται μὲν γὰρ ἐν τῷ χρόνῳ καθάπερ εἰ κατὰ τὸ ἐκτὸς ἐκχυθὲν ἐχρόνισε, καὶ γίνεται πάθος ὃ καλεῖται θρόμβωσις, ἐξ οὗ τοῦ παθήματος ἐγγινομένου τῷ αἵματι, θρόμβος μὲν ἤδη τὸ αἷμα καλεῖται καὶ ἔστι· μέλαν δὲ γίνεται τῇ χροιᾷ, καὶ σήπεται ἐπὶ τοῦτο μοχθηρῶς. Id autem contingit tunica ipſa contuſa. Quæ enim contunduntur corpora, ea naturalem vnionem amittunt, multis ac tenuibus eorum partibus diſcerptis, per quæ ſanguis vndequaque effunditur. Hunc verò effuſum ſanguinem excipiunt loca quæ circum venam ſunt, atque vbi receperunt, non qualem exceperũt, conſeruant. Siquidem temporis ſucceſſu nigreſcit, perinde ac ſi foras effuſus longo tempore perduraſſet. fitque is affectus qui θρόμβωσις nominatur. Ex quo quidẽ iam ſanguis ipſe θρόμβος & eſt & nuncupatur, tum niger etiam colore fit, & inde prauam putredinem contrahit. Eadem quoque notione in re perſimili φλέβας ἐκχυμωθῆναι, venas exuccari ac ſugillari dixit Hippocr. lib. de art. (p.661.11.) Et quas φλεβῶν ἐκχυμώσεις, idem Hippocr. φλεβῶν ναυσιώσιας eleganti tropo dixit lib. de fract. (p.546 49.) cùm venæ velut nauſeabundæ ſanguinem effundunt. Sic enim illîc ſcribit Galenus. καὶ σχεδὸν ἃς ἔμπροσθεν ἐκχυμώσεις ἐκάλεσε, ταύτας νῦν ναυσιώσιας εἶπεν, ὅταν αἱ φλέβες ἀποπτύωσί τε καὶ οἷον ἐμῶσιν ἐξ αὐτῶν αἷμα, βαρυνόμεναι διά τε τὴν σφῶν αὐτῶν ἀσθένειαν ἣν ἐκ τοῦ φλεγμαίνειν ἔχουσι, καὶ διὰ τὸ πλῆθός τε καὶ τὴν κακίαν αὐτοῦ τοῦ αἵματος. Ac ferè quas antea ἐκχυμώσεις, hoc eſt, exuccationes vocauit, eas nunc ναυσιώσεις, id eſt, nauſeas dicit, cùm venæ ſanguinem expuunt ac veluti vomitione refundunt, grauatæ tum ex propria imbecillitate quam ex inflammatione contraxerunt, tum etiam ex ipſius ſanguinis copia & prauitate. Quã certè elegantem tranſlationem Gal. in Exeg. proſequitur, cùm ναυσιώσιες exponuntur αἱ παρεκχύσεις τοῦ αἵματος, ἃς δὴ καὶ ἐκχυμώσεις ὀνομάζει. μετενήνεκται δὲ ἀπὸ τῶν ἐπὶ ταῖς ναυτίαις ἐμούντων αἷμα ναυσιώσμα. hoc eſt, ſanguinis iuxta effuſiones, quas ſanè etiam ἐκχυμώσεις, hoc eſt, effuſiones appellat. Tranſlatum autem nomen eſt ab his qui inter nauſeandum ſanguinem euomũt. Hanc verò vocis ἐκχυμώσεως generalem notionem qua ſuccorum ex vaſis effuſiones Hippocrati denotantur, exprimit Gal. Com. 2. in lib. 6. Epid. (p.458.58.) his verbis. ἐκχυμώσεις εἴωθε τὰς ἐκ τῶν ἀγγείων ἐκχύσεις καὶ κενώσεις ὀνομάζειν. Conſueuit Hippocr. ἐκχυμώσεις nominare ex vaſis effuſiones & vacuationes. Eidem etiam in Exegeſi ἐκχύμωσις χυμῶν ἔκχυσις, hoc eſt, ſuccorum effuſio exponitur ex lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p.112,15.) Hinc & συνεκχυμοῦν dicitur Hippocrati aph. 6. ſect. 2. lib. 6. Epid. quod eſt humores ſimul ex vaſis effundere, & naturæ vacuationem adiuuare & promouere. προσωφελέειν τοῖς ἐκκρινομένοις, his quæ excernuntur opem ferre, dicit Gal. Sic lib. περὶ χυμῶν (p.114.35.) μὴ τὰ συνεκχυμούμενα εἰς τὸ εἴσω ἀπολαμβάνειν, quibus verbis ſignificat Hippocr. humores ex vaſis effuſos non intrò intercipiendos, ſed eorum exitum vnà cum naturæ impetu medico eſſe promouendum. Vbi in codicibus manuſcriptis Regiis ex Scholio quodam adſcribitur Epiclẽ τὰ συνεκχυμούμενα ἐκπυούμενα ſumpſiſſe, & ἐκχυμωθῆναι τὸ ἐκπυωθῆναι, & τὴν ἔκχυσιν τῶν χυμῶν intellexiſſe, hoc eſt, humorum ex vaſis refuſionem, vbi extra propria conceptacula alienã qualitatẽ imbuũt, aut in pus vertũtur. Quã etiã explicationẽ imitari mihi videtur Heſychius, cùm ἐκχυμώματα τὰς πυώδεις συλλογάς, hoc eſt, puris collectiones, exponit, & ἐκχυμωθῆναι ἐκπυῆσαι. Sic enim rectè apud eum repoſuiſſe mihi videtur Henricus Stephanus. Et Gal. Commentario in eum locũ, ἐκχυμώματα & ἐκχυμώσεις & ἐκχυμώματα eas excretiones & euacuationes quæ ex vaſculis fiunt exponit, quæ quidem fieri ſolent, cùm

venæ

venæ quæ in cute ſunt, contunduntur. Quorum curatio per diſcutientia & modicè ſiccantia medicamenta conficitur. Propria verò ἐκχυμώσεως notio eodem Scholio his verbis explicatur. ἐκχύμωσις κυρίως λέγεται ὅταν ὁ κατὰ μέρος χυμὸς ἐκτὸς τῆς ἰδίας γένηται ὑποδοχῆς. συμβαίνει δὲ τοῦτο ἐπὶ τῶν ἀφηγμένων σωμάτων, ἀλλὰ καὶ τῶν πελιδνουμένων, ὅτ' ἀγγείου ῥήξεως γενομένης, τὸ αἷμα ἀθροιζόμενον εἰς τὰ τῆς σαρκὸς πελιδνὸν ἀραιώματα. Ecchymoſis propriè dicitur quando humor ex proprio cõceptaculo in partẽ aliquam effuſus ruborẽ cõtraxerit. Quod minimè in abſceſſibus cõtingit, verùm in cõtuſionibus, quando vaſe rupto ſanguis in carnis laxitates regreſſus, liuorẽ cõceperit. Eademque eſt Gal. opinio Com. in aph. 20. lib. 6. cùm ſcribit, ἐὰν ἐκχυθῇ ποτε τῆς οἰκείας κοιλότητος τὸ αἷμα, καὶ εἰς ἑτέραν κοιλότητα ὁπωσοῦν ἀφίκηται, μένειν αἷμα τὸ τοιοῦτο παντάπασιν ἀμήχανον ἐστὶ χρόνῳ. καὶ κατὰ τὰς φλεγμονὰς, καὶ τὰς ἐκχυμώσεις ὀνομαζομένας, φαίνεται γενόμενον, ἐπὶ μὲν τῶν φλεγμονῶν κατὰ μικρὰ διασπειρομένου τοῦ αἵματος εἰς τὰς λόγῳ θεωρητὰς ἐν τοῖς μυσὶ κοιλότητας· ἐπὶ δὲ τῶν ἐκχυμώσεων, εἰς τὰς περικειμένας χώρας τοῖς ἀγγείοις ἐκχεομένου. Siquando ſanguis ex propria cauitate in aliã quamuis cauitatẽ exciderit, hic vt ſanguis permaneat fieri omninò nequit. Sic igitur in inflammationib. & his quas ἐκχυμώσεις vocant, fieri cõſpicitur, in inflammationib. quidem per exiguas partes, ad eas cauitates quæ ſunt in muſculis & quas ſola ratione cõtemplamur, diſperſo ſanguine: In ſugillatis verò, in ea ſpatia quæ vaſa circunſtant, effuſo. Proptiam quoque ἐκχυμωμάτων appellationẽ exponit Gal. initio lib. 5. κατὰ τόπ. his verbis: ἐκχυμώματα ὀνομάζουσιν Ἱπποκράτης τε καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν ἰατρῶν, τὸ κατὰ τὸ δέρμα πάθος, ὅταν τῶν ἐν αὐτῷ λεπτῶν φλεβῶν θλασθεισῶν, αἷμα διὰ τῶν θλασμάτων ἐκχυθῇ, μὴ καθ' ἕνα τόπον ἀθρόως θρομβούμενον ὡς [illegible], ἀλλ' ἐπειδὰν, ὡς αὐτοὶ καλοῦσι, κατὰ διαπήδησιν ἡ ἔκχυσις γένηται. συμβαίνει γε μὴν ἐνίοτε, καὶ ὕστερον ποτὲ, πελιδνοῦσθαί τε καὶ μελαίνεσθαι τῷ χρόνῳ, μικρῶν δηλονότι θρόμβων γενομένων ἐκ τοῦ διεσπαρμένου αἵματος εἰς πολλὰ μόρια τοῦ δέρματος. Ἐκχυμώματα, hoc eſt, ſugillata appellat Hippocrates & alii multi Medici circa cutem affectionem, cùm tenuibus ipſius venis contuſis, per cõtuſa ſanguis effunditur, neque ſtatim ita excretus vno in loco affatim in grumos coit, verùm vbi, vt ipſi appellãt, per διαπήδησιν, hoc eſt, ſubſultum, effuſio facta eſt. Contingit ſanè aliquando etiã vbi ita coierit temporis progreſſu liueſcere ac nigreſcere, exiguis nimirum grumis ex diſperſo in multas cutis partes ſanguine ſubortis. Quæ ſi in oculis ex plaga aut ictu contingant, ὑπώπια dicuntur ibidem ex ſugillatorum genere, αἱμάλωπες & ὑποσφάγματα lib. 4. κατὰ τόπ. (p. 220. 41.) Idem quoque lib. de Tumor. præter nat. (p. 356. 26.) ἐκχυμώματα fieri ſcribit ſanguine ex venis effuſo, earum tunicis contuſis, aut vaſorum finibus reſeratis. Et μωλώπια καὶ πελιδνὰ ἐκχυμωμάτων generi aſcenſet, vnde & ſugillata Latinis liuores, liuentia, & nigrores dicuntur.

Ἔχυμα aut ἐκχύματα τὰ ἐκζέματα ex Bacchio apud Hippocr. Erotianus exponit, & ἐκχύσεις τὰς ἐξανθήσεις. Verùm omnino mihi ſuſpecta eſt hæc lectio, neque quomodo mederi queam adhuc ſuppetit. Quid verò ſit ἐγχύμωσις Hippocrati ſupra eſt expoſitum.

Ἐκψύχουσι λειποθυμοῦσι exponit Heſychi⁹, hoc eſt, exanimatis, animo linquentibus ac deficientibus, alii refrigeratis exponunt, ab ἐκψύχω quod refrigeror ſignificat & exanimor, apud Hippocr. lib. 1. de Morb. (p. 130. 9.) οἷσιν οὐκ ἐκψύχουσι δεῖ βοηθεῖν, quib. aut animo deficientibus opitulari licet. Hunc enim locum haud dubiè mihi apud Hippocr. ſubindicare & exponere Heſychi⁹ videtur, vt & aliás ſæpe. Etſi in vulgatis exemplarib. ἐκψυχέουσι, pro ἐκψύχουσι velut ab ἐκψυχέω legit, vt & ibidẽ (p. 134. 11.) καὶ ἐκψυχέουσι πυκνά· ἐκψυχέουσι δὲ διὰ τὴν αἵματος τὴν μετάστασιν. & crebrò animo linquuntur, quod accidit ob ſanguinis tranſmutationem.

¶ Ἔλαιον oleum ſignificat, & interdum pinguedinẽ & adipẽ apud Hippocr. vt lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 218. 27.) φωκῆς ἔλαιον, phocæ aut vituli marini pinguedinẽ denotat, & rurſus ibid. (p. 222. 21. 35. & 36.) lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 286. 43.) φωκῆς στέαρ dicit. Rurſus lib. περὶ ἐγκατατομῆς (p. 53. 34.) καὶ καταλείψας φωκῆς ἐλαίῳ, & phocæ adipe illinito. Sic ἔλαιον χηνὸς, anſeris pinguedo vocat ſæpe Hippocr. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 221. 29. 42. & 47.) & rurſus (p. 227. 22. 28. & 48.) & lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 250. 45.) & (p. 254. 3. & lib. 2. (p. 286. 3.) χήνειον ἔλαιον. Eadẽ notione ὑὸς ἔλαιον ſæpe ponit, vt libr. 1. περὶ γυναικ. (pag. 250. 18.) & Erot. ἔλαιον ὑὸς τὸ ὕειον στέαρ, ſuillum adipem exponit.

Ἔλαιον λευκὸν oleũ album apud Hippocr. libr. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 215. 9.) quod μύρον αἰγύπτιον ἢ ῥόδινον dicit ibidẽ (v. 17. & 30.) aliàs oleũ Ægyptium albũ, aut roſaceũ ſæpe vocat Hippocr. vt lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 275. 9. 25 & 31.) & rurſus (p. 277. 45.) & (p. 243. 31.) Ἔλαιον λευκὸν oleũ albũ cõmune ex Apollonio exponit Gal. lib. 1. Comp. pharm. κατὰ τόπ. (p. 168. 30.)

Ἔλαιον πλατεῖον oleũ Platæenſiũ & ex Platæis vrbe Bœotiæ aduectũ ad aluũ ex infuſo eluẽdã, lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 255. 1.) ſed forte πλαταιϊκὸν leg. cùm paſſim πλατεῖον legant exemplaria omnia.

Ἔλαιον ῥόδινον, τὸ μὴ ἠρωματισμένον exponit Galen. in Exegeſi apud Hippocr. oleũ roſaceũ quod aromatib. conditũ nõ eſt vt lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 288. 21. 22. & 24.) & rurſus ibidẽ (p. 273. 11. & p. 286. 14. & p. 289. 20.) & aliàs ſæpe.

Ἐλαιοπινέα ἱμάτια dicũtur Hippocr. veſtes oleo infectæ, imbutæ & ſordidæ, quibus τὰ καθαρὰ opponit, veſtes puras, lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (p. 32. 20.)

Ἐλατήριον exponit Gal. apud Hippocr. in Exeg. οὐ μόνον τὸ διὰ τοῦ ἀγρίου σικύου γινόμενον, ἀλλὰ καὶ πᾶν τὸ τὴν κάτω κοιλίαν καθαῖρον, nõ ſolùm quod ex cucumere agreſti fit medicamentũ, ſed & quicquid aluũ inferiorẽ expurgat. Quam etiam notionem idem Com. 5. in lib. 6. Epid. innuere videt (p. 518. 31.) cùm ſcribit, οὐκ ἐλατήριον μόνον, ὅπερ ἐστὶ σικύου ἀγρίου χυλὸς, ἀλλὰ δὴ [illegible] μόνον αἱ [illegible] καθαρτικὰ ἰσχυρὰ τὸ

γάλα τῶν θηλαζόντων παίδων, ἀλλὰ καὶ ἄλλο τι τῶν ὑπακτικῶν ὀνομαζομένων φαρμάκων. Nō elateriū ſolùm, ꝙ eſt cucumeris agreſtis ſuccus, quēadmodū neq; ſi cucumerē ſolum pnetorū lactantium lac purgatoriū habent, verùm etiā ſi aliud quoduis medicamētum ſubductoriū appellatū aſſumpſerint. Adeò vt ea Exegeſeos expoſitio ꝓprio quodāmodo aph.33 ſect.5.lib. 6. Epid. cōuenire videat᷑, etſi eandē dictionē crebrò aliàs vſurpat Hip. vt lib. 5. Epid. (p. 335.25.) φάρμακον ἔπιεν ἐλατήριον, medicamēto epoto deorſum aluū ducēte. Et rurſus ibidem (p.338.46.) ἐδόθη ἐλατήριον καταπιεῖν, medicamētum deorſum purgās deuorādum eſt exhibitū. Quod & interdū ἀσθενὲς, interdum etiā ἰσχυρότερον vocat, vt rurſus ibidem (p. 337. 4.) ταύτῃ ἐδόθη ἐλατήριον κατὰ πόσιν ἰσχυρότερον τοῦ δέοντος, huic medicamentū deorſum purgās iuſto vehementi⁹ deuorandū eſt exhibitū. Iterumq; ibidē (v. 14.) ταύτῃ ἐδόθη ἀσθενὲς ἐλατήριον ἀσθενὲς πιεῖν ὑδαρὲς καὶ ὀλίγον. huic imbecillæ in potu eſt exhibitū medicamētum deorſum purgās, imbecillū, aquoſum ac paucū. Rurſusq; ibid. (p.338.48.) elleborı radicē, ἀσθενὲς ἐλατήριον, imbecillū medicamētum deorſum purgās vocat, vt & ἐλατήριον ſimpliciter medicamentū vehementer aluum purgās ſignificat ibid. (p.339.2.) aut certe medicamētū ex cucumeris agreſtis ſucco paratū, ꝙ elateriū Plini⁹, Gaza apud Theoph. agitatoriū, ꝙ aluū vehemēter exagitet aut cōmoueat, appellat. Eaq; ratione, quodq; ὑπερκάθαρσιν inducat, ab Aëtio inter venena accenſet᷑. Cuius apparatū & cōficiendi rationē docet Dioſc. cap.155.lib.4. Qua notione ſumi videt᷑ ἐλατήριον Hippocr. lib. περὶ ἐπικυήσιος (p.50.18.) καὶ τὸ ἐλατήριον οὐδὲ ποιεῖν προσθεῖναι. ſed & elateriū hoc modo præparatū apponito. Quod repetitur lib. περὶ ἀφόρων (p.298.11.) At verò lib. περὶ ἐπικυήσιος (p.48.21.) ἐλατήριον medicamētū aliquod fœt⁹ agitās & expellens indicare videt᷑, cùm ſcribit. καὶ ἢν μὲν ἀπὸ τῆς πυριήσιος ἀποχωρέῃ, εἰ δὲ μὴ, ἀλείψας τὸ στόμα τῆς μήτρης ἐλατηρίῳ παχεῖ, διεὶς ὕδατι, ὅκως ὀδύνη ἐμποιέῃ. Et ſi quidem ꝑ fomentum ꝓceſſerit, bene habet: ſin min⁹, os vteri elaterio, hoc eſt, medicamēto aliquo agitatorio, craſſo aqua diluto illinito, ꝙ part⁹ dolores afferat. Agitur enim de difficili partu, quē forib⁹ idoneis ſollicitari vult. Eoq; nomine medicamētum aliquod fœtū agitans aut impellēs ſubaudiri malim, quàm elateriū ex cucumeris agreſtis ſucco expreſſum, ꝙ fœtū appoſitū enecat, vt teſtat᷑ Dioſc. & Aëtio venenum cenſet᷑. Quòd ſi medicamentū aluū expurgās intelligat᷑, poteſt etiā ſua agitatione fœtū expellere. Sed tum eius generis medicamēta aliena ſunt, & hîc ſollius illit⁹ ratio habet᷑. Poſſunt autē inſeſſionibus multa eiuſmodi medicamēta fœtum agitantia exhiberi: Velut artemiſias in muliebres deſeſſus cōuenienter adiici ad part⁹ ſecundasq; detrahēdas ſcribit Dioſcor. Sic & anagyris folia difficulter parientib⁹ adalligari idē teſtat᷑. Craſſum verò medicamentū aliquod aqua dilui vult quò facili⁹ illinatur, quam ad

rem galbanū cum myrrha rectiſſimè conuenire poteſt. At lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.38.34.) φάρμακα ἐλατήρια ſumi videntur ꝓ medicamētis aluū vtcunq; ſubducentibus, quibus ſerū & lac accenſet. Etſi Gal. in Com. ꝑ ἐλατήρια ambiguū relinquit num peculiarem ſucci cucumeris agreſtis porionē intelligat. Quem locū proprio quodā modo mihi ſubindicare videt᷑ Erotianus, cùm ἐλατήρια apud Hippocr. κοινῶς τὴν κάτω κοιλίαν καθαίροντα φάρμακα exponit.

Ἐλαύνεσθαι duci, extendi ſignificat, & de materia extendi parata aut opere ductili τὸ ἐληλαμένον dicit᷑, vt ἐληλαμένος σίδηρος, ferrū cudendo ductum & extēſum. De venis dicit᷑ Hippocrati lib. περὶ ὀστέων φύσ. (p.63.13.) ἐντεῦθεν δὲ κάτω καὶ ἡ δεξιὴ καὶ ἡ ἀριστερὴ ὑπὸ τὸν πνεύμονα ἐλήλαται. Inde verò inferiorē in partē, tum dextra, tum ſiniſtra ſub pulmonē ducta eſt, hoc eſt, extēdit᷑. Vbi tamē Corn. ἄνω pro κάτω legiſſe videtur.

Ἔλεγχοι mali Medici dicunt᷑ Hippocr. ἐν παραγγελίαις (p.18.4.) artis dedecora & probra, reprehendendi, miſerabiles dixit Cornarius.

Ἐλαιάγρια exponit Gal. apud Hippocr. in Exegeſi, hoc eſt, agreſtia. Eſt & ἐλαίη ἀγρία νόσος Heſychio, agreſtis aut ferus morbus.

Ἐλευθέριον liberale, decens & decorum dicitur aph.54. lib. 2. μεγέθει σώματος ἐννεάσαι μὲν ἐλευθέριον καὶ οὐκ ἀηδὲς ἐστιν. in traducenda iuuentute liberalis eſt & ſpecioſa corporis magnitudo.

Ἐλέφας dicit᷑ authori Definit. Med. (p.399.1.) πάθος παχὺ τὸ δέρμα καὶ ἀνώμαλον παρασκευάζον, καὶ πελιδνὸν τὸ χρῶμα, καὶ τὰ λευκὰ τῶν ὀφθαλμῶν. ἀναβιβρώσκεται δὲ χειρῶν καὶ ποδῶν τὰ ἄκρα καὶ ἰχῶρας ἀφίησι πελιδνοὺς καὶ δυσώδεις. affectus qui craſſam & inæqualem cutē facit, & in quo liuor tum cutē, tum alba oculorū occupat. Man⁹ & pedum extremæ partes exedūtur, & ſaniē liuidā & graueolentē emittūt. Gal. quoque lib. de Tumor. præter nat. (p.356.51.) μελαγχολικὸν πάθος καὶ ὁ ἐλέφας ἐστὶ, πλὴν μὲν πρῶτον γίνεται ἐξ αἵματος ἔχοντος μελαγχολικοῦ. τῷ χρόνῳ δὲ πλείων ἡ μέλαινα γίνεται τοῦ αἵματος, λειχῆνες δυσώδεις εἰσὶ καὶ ἀηδεῖς ἰδεῖν. ἐνίοις δὲ αὐτῶν καὶ ἕλκη συμπίπτει. τὸ τι πάθος ἀρχόμενον ὀνομάζουσι σατυριασμόν. ἐπειδὴ τοῖς σατύροις ὅμοιοι γίγνονται τὸ πρόσωπον. ἔνιοι δὲ τὰς κατὰ τοὺς κροτάφους ἐξοχὰς ὀστώδεις οὕτω καλοῦσι. γίγνονται δὲ καὶ κατ' ἄλλα μόρια τοιαῦται τῶν ὀστῶν ἐξοχαὶ, καὶ καλοῦσιν αὐτὰς ἐξοστώσεις ἔνιοι, καθάπερ καὶ τὰς κατὰ φύσιν ἐντάσεις τῶν αἰδοίων μὴ καθισταμένας, τινὲς ὀνομάζουσι σατυριασμὸν, τινὲς δὲ πριαπισμόν. Melancholic⁹ etiā affectus eſt Elephas, primū quidem ortum ex melancholico ſanguine ducēs, procedēte verò tempore nigra bilis ſanguinē exuperat, cùm graueolētes & viſu odioſi euadūt. Horū autem nōnullis vlcera cōtingunt. Hunc affectū initio Satyriaſmū nominăt, quoniā Satyris vultu ſimiles fiūt. Aliq verò oſſeas temporū eminētias ſic vocăt. fiūt quoq; in aliis partib⁹ eiuſmodi oſſiū eminētiæ, eaſq; nōnulli ἐξοστώσεις nominăt, nō ſecus ac naturales pudendorū cōtentiones nō remittētes, quidā Satyriaſmū, alii Priapiſmum vocăt. Ἐλέφας dicitur Paulo ca.1.li.4. οἷον καρκῖνος τις ὑπάρχων ἐν ὅλῳ τῷ σώματι, & Actuario καρκῖνος ὢν ὁλοσώματος, toti⁹

corporis

corporis cãcer. Elephãtias Celſo vocatur cap. 25. l. 3. & ἐλεφαντίασις autbori Iſagog. (p. 384. 34.) qui & nominis notationẽ & morbi cauſam adſcribit. Morb⁹ vt atrociſſim⁹ & fœdiſſim⁹, ita maximè inuiſus & incurabilis, totũ corporis habitũ in Elephantis ſpeciem transformãs, ex quo & nomen ducit, vt elegantiſſimè plurib⁹ verbis proſequitur Aretæ⁹ cap. 13. lib. 2. περὶ χρονίων παθῶν. Reliqua Gorthæ⁹ appoſitiſſime ex ipſo Aretæo & Aëtio adſcripſit.

Ἐλλυχνιωτὰ μύλη. Vide poſtea in Λαχλυωτόν.

Ἐλθόντων ſimpliciter effert Hippocr. de prodeuntib⁹ aut progreſſis per aluũ deiectionib⁹. In Coac. Prænot. (p. 445. 1.) οἷσι καῦμα γίνεται, ἱδρῶσι δὲ ἐλθόντων, πυρετὸς παροξύνεται. Qui æſtu cõflictãtur & progreſſis deiectionib⁹ tenuibus ſudorib⁹ diffluunt, iis febris ingraueſcit. Sæpe verò deiectionũ affectiones adſcribit Hippocr. vt in Prorrh. (p. 199. 20.) ἐπαφρων ὑποχωρημάτων ἐλθόντων, ſpumãtib⁹ prodeuntib⁹ deiectionibus, & (pag. 211. 34.) μελάνων ὑποχωρημάτων ἐλθόντων, progreſſis nigris deiectionibus.

Ἕλικες βόες dicũtur apud Homerũ, boues flexiles, curui, aut nigri, aut intorta cornua habentes. Ἕλικας namq; exponunt interpretes ἑλικοειδῆ τὰ κέρατα ἔχοντας, ὅ ἐστιν ἐπικαμπῆ, hoc eſt, retorta cornua aut flexuoſa habentes, aut τοὺς πόδας κατὰ τὴν πορείαν ἑλίσσοντας, à pedũ aut crurũ flexu inter incedẽdũ (vnde & εἰλίποδες appellãtur) aut μέλανας, nigros, vt ἕλικες ὕδωρ de Æſopo fluuio dicitur, & ἑλικώπες ἀχαιοί paſſim apud Homerum, quòd nigris oculis ſint ſpectãdi. Sæpe autem ἕλικας & εἰλίποδας iungit Homerus de bobus, vt Il. ι. (v. 462.) πολλὰ δὲ ἴφια μῆλα καὶ εἰλίποδας ἕλικας βοῦς. multas oues pingues & curuis pedib. nigros boues. & Il. φ. (v. 458.) Φοῖβε, σὺ δ' εἰλίποδας ἕλικας βοῦς βουκολέεσκες. Phœbe tu flexis pedib. nigros boues pauiſti. Interdum verò Homer⁹ ἕλικας vocat, vt Il. ι. (verſ. 633.) θῦσι μαχέσασθαι ἕλικας βοῦς ἀμφὶ φονῆσι. Vbi ἕλικας εἰλίποδας ſignificat, & τοὺς πόδας κατὰ τὴν πορείαν ἑλίσσοντας, qui inter eundum pedes curuat & inflectit, vt & Hippocr. lib. de art. (p. 587. 34.) εἰλίποδα ζῶον bouẽ vocat, quòd reliquis animalib⁹ inter incedendũ crura & pedes pl⁹ incuruet aut flectat, eiusq; rei cauſam eſſe ſcribit, quòd femoris articulũ laxum natura præ cæteris habeat. Ideoque femoris articulum bobus ſæpe elabi. Et in eo verſu Homerico quem teſtem citat Hippocr. ὡς δ' ὁπότ' ἀσπασίοις ἔαρ ἤλυθε βουσὶν ἕλιξιν. Sic vbi flexilibus veria gratiſſima bobus Tempeſtas fuerit, ἕλικας βοῦς εἰλίποδας interpretari videtur. Quos Serui⁹ expreſſiſſe Virgilium vult cùm dixit, errabunda bouis veſtigia.

Ἐλινύειν Gal. in Exeg. apud Hippocr. ἡσυχάζειν exponit, hoc eſt, otiari, quieſcere, feriari, ceſſare. Quæ dictio eſt Ionica & Hippocr. familiaris, vt aph. 5. ſect. 1. lib. 6. Epid. ἐλινύειν οὐ ξυμφέρει, ἀλλὰ γυμνάσια. Huic quietem agere non cõducit, ſed exercitationes. Vbi Gal. ἐλινύειν ἡσυχίαν ἄγειν, quietem agere exponit. Rurſus aph. 13. ſect. 4. lib. 6. Epid. ἐν θερμῇ φύσει ψῦξις, ποτὸν ὕδωρ, ἐλινύειν. Calidæ naturæ refrigeratio, aquæ potio, quies conuenit. Ibiq. Gal. μὴ πολλὰ γυμνάζεσθαι, nõ multùm exerceri, exponit, vt & Com. 5. in lib. 6. Epid. (p. 518. 48.) ἀπέχεσθαι σφοδρῶν γυμνασιῶν, abſtinere à vehementibus exercitationib. Solas enim motiones ad actiones obeũdas neceſſarias, iis ſufficere ſcribit. Lib. quoque de rat. vict. in morb. ac. (p. 69. 48. & 51.) δεῖ μέντοι καὶ τὸ σῶμα τούτοισι ἐλινύειν. Quinetiam iis corpore quieſcere cõuenit. Et δεῖ δὲ καὶ τούτοισι τὴν κοιλίην ἐλινύειν πλήθεος βρωμάτων. Conuenit autem etiam his ventriculum à ciborum multitudine ceſſare aut quieſcere. Vbi Gal. ἐλινύειν ἡσυχάζειν τῷ παντὶ σώματι explicat, toto corpore quieſcere, & μὴ πονεῖν, non laborare, ex Hippocr. aph. 16. lib. 2. Idem etiam τὴν κοιλίην ἐλινύειν indicare ſcribit ἐλάττονα προσφέρεσθαι, pauciores cibos aſſumere. Lib. de fract. (p. 538. 1.) ἄλλως τε καὶ ἐλινυόντων, præſertim cùm ex toto quieſcant. Illic enim Gal. ἐλινύειν locoibus παντελῶς ἀργεῖν, ex toto otiari, eſſe ſcribit. Rurſus ibidem (p. 528. 12.) aliam eſſe manus figuram ἐν τῷ ἐλινύειν, in quiete, ſcribit. Quem quidem quieſcentis habitum ἐν τῷ ἐλινύοντος ſpectandum monet ἐν τῷ κατ' ἰητρ. (pag. 694. 27.) Vbi Gal. τὸ ἐλινύειν, τὸ μηδὲν ὅλως ἐνεργεῖν, ἀλλ' ἡσυχάζειν, exponit, quod nihil omninò operatur, ſed quietem agit. Heſychius ἐλινύειν exponit σχολάζειν, λήγειν, ὀκνεῖν, ἀναπαύεσθαι, διατρίβειν, otiari, ceſſare, pigrum eſſe, quieſcere, tempus conſumere. Sudas verò, ἡσυχάζειν, ἀναπαύεσθαι, βραδύνειν, ἐγχρονίζειν, ἐνδιδόναι, διατρίβειν, quieſcere, deſinere, cunctari, tardare, remittere, tempus terere. Qui & ἐλιννύειν ſcribit, vt & plurima apud Hippocr. exemplaria ἐλινύειν & ἐλιννύειν.

Ἐλλιχμάσματος dicitur Hippocr. mellis linctus ac deglutitio lib. 7. Epid. (p. 354. 4. & 31.) κυάμοισι δὲ χρεωμένη μελιχροῖσι, καὶ μετὰ μέλιτος ἔλιξιν. fabis verò melle admixto & mellis linctu vſa. ἀπ' ἀρχῆς μὲν οὖν κυάμοισι μελιχροῖσιν ἐχρῆτο. ἐπεὶ δὲ οἱ πυρετοὶ ἐπεῖχον, μᾶλλον ὀξυμέλιτι θερμῷ καὶ μέλιτος ἔλιξιν πολλῇ. Per exordia igitur fabis melle admixto vtebatur, vbi verò febres detinebant, magis aceto mulſo calido, & mellis delinctu copioſo. Ἔλιξις autem à λιχμάομαι aut λιχμάω deduci videtur, quod eſt lambo & lingo, alioqui à λείχω, ἔλειξις vt ἔκλειξις & ἔκλειγμα dicendum foret. Ab ἑλίσσω autem aut ἑλίσσω, ἔλιξις fiet, quaſi mel lingendo aut ligurĩẽdo ore volueretur aut verſaretur.

Ἕλκος dicitur Galen. libr. de conſt. artis (pagin. 36. 32.) omnis quacunque in parte ex eroſione continuitatis ſolutio, præter eam quæ in oſſe fit, & τερηδὼν vocatur. Quæ nominis acceptio longè cõtractior eſt libris Meth. med. & libr. 1. de diff. morb. cùm ἕλκος dicitur ἡ συνεχείας λύσις κατὰ τὸ σαρκῶδες μόριον, in carne vnitatis ſolutio. Qua notione τὰ ἕλκεα τῆς σαρκὸς ξυμφοραί, carnis calamitates & vitia dicuntur lib. περὶ ἰητροῦ (p. 14. 15.). Atq; ibidẽ τῶν ἑλκέων τέσσαρες πορεῖαι, vlcerum progreſſiones & mot⁹ quatuor deſcribũt, ex quib. vlcerũ differẽtiæ cõſtitui vidẽtur. Lib. verò περὶ ἑλκῶν pleniore notione vlcerũ omniũ tã eorũ quæ cauſa in-

terna, quàm quæ cauſa externa excitauit, & peculiari θύματος nomine comprehenduntur, curatio inſtituitur. Quo nomine ſæpe ἕλκος apud Hippocr. αὐτὸ βῶμα ponit, vt Prorrh. 2.(p.418.6.) ἀλλ' ἢν ὅτι ἕλκος ἔχων τὸ ἔξω χρονίον, ἐναντίως τι φέρει τὸ βῶμα. At vbi is qui vlcere infeſtatur delitat, & vulnus facilè fert. Et rurſus ibidem (v 38.) ἄριστον μὲν σὺν μὴδὲ πυρετῆναι, τὸν τὸ ἕλκος ἔχοντα ἐν τῇ κεφαλῇ. Præſtat igitur eum qui capitis vlcere laborat, neque febricitare. Et, (v.41.) ξυμφέρει δὲ ἐν τοῖσι ὀδύνῃσι καὶ τὰς φλεγμονὰς τὰς ἐπὶ τοῖσιν ἕλκεσιν ἐπιγίνεσθαι. Confert quoque in doloribus etiam inflammationes quæ ex vlceribus fiunt, ſuperuenire. Rurſus lib. 5. Epid. (p.338.24.) ἐν μέσῳ γὰρ εἶχε τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ βρέγματος τὸ ἕλκος. Vlcus enim mediũ caput & ſinciput occupabat. Ac iterum ibidẽ (v.27.) αἱ δὲ ῥαφαὶ ἐν τῷ ἕλκει ἦσαν. ad ſuturas verò vlcus erat. Sic & apud Homerum ἕλκος pro vulnere ſæpe ponitur, vt Il. λ. (v.811.) κατὰ δ' ἕλκεος ἀργαλέου αἷμα μέλαν κελάρυζε. & (verſu vlt.) τὸ μὲν ἕλκος ἐτέρσετο, vlcus deſiccabatur, vbi ad curationem vlcus deſiccari debere indicat. Lib. verò 4. de Morb. (p.173.32.) ἕλκος ἐν τῷ βώματι cõprehenditur, & νόσημα vocatur, τῆς ἰνώσιος λύσιν ſubaudiens. Quam quidem in genere ampliorem ſumit, cùm ſcribit lib. de fract. (pag. 568.25.) πάντα τὰ νοσήματα ἕλκεα εἶναι, morbos omnes vlcera eſſe.

Ἕλκεα ἐπετήσια, annua vlcera & quę per annum durant aph.45. lib. 6.

Ἕλκεα περιμάδεα exponit Erot. apud Hippocr. ex aph. 4. lib. 6. & aph. 2. ſect. 8. lib. 6. Epid. τὰ ἀνώμαλα καὶ ἄτυφα inęqualia & ſimplicia (ſi modo vera eſt lectio) etſi idem αὔτυφα legit (hoc eſt, per ſe tumida aut elata, aut intẽſa) pro quo ἄβροφα quidam legunt. Sunt autem vlcera circunquaque glabra & depilia.

Ἕλκος ἐκπεπιεσμένον vlcus velut expreſſum & in quo materia ab inflãmatione ipſa exprimitur ac veluti cogitur, ideoq; labra habet protuberãtia & euerſa. Lib. de fract. (p.561.17.) Sic enim illîc legit Gal. & lib. 9. de Plac. Hippocr. & Plat. reliqui codices ἐκπεπιεσμένον vitioſè. Sed nos ἐκπεπταγμένον aut ἐκπεπτωκὸς legendum eſſe antea ſcripſimus, quòd ἐκτετραμμένον τοῖς χείλεσι, euerſis labris exponat Gal. in com.

Ἕλκος σφυγμῶδες καὶ πυρετῶδες, vlcus pulſans & febrile, hoc eſt, inflammatione tentatum. In vlcere enim inflammato pulſus & durities fit ex repletione. lib. de fract. (p.561.31.) & aph. 21. lib. 7. Ἕλκος etiam πυρῶδες dicitur, lib. de vlc. (p.512.44.) quod igneum feruorem ex inflammatione concepit. Quam etiam dictionem agnoſcit Gal. lib. de fract. Com. 3.

Ἕλκος μυκητῶδες exponit Erotianus apud Hippocr. ex quorundam ſententia κάθυγρον καὶ μυξῶδες, ἐπεὶ τοιοῦτοι οἱ μυκτῆρες. humidum & mucoſum, quòd eiuſmodi nares exiſtãt, hoc eſt, humore mucoſo plenæ. Ex quib. ſanè apparet Erotianum μυκτηρῶδες aut μυξῶδες apud Hippocr. legiſſe non μυκητῶδες. Neque tamen vſpiã apud Hippocr. μυκητῶδες aut μυκτηρῶδες aut μυξῶδες ἕλκος lego, vt mihi valde ſuſpecta ſit Erotiani lectio, apud quem μυξῶδες pro μυξῶδες etiam ſcriptũ exiſtimo. At forte μυκῶδες ἕλκος ſcripſerat Erot. vt vlcus è fungino genere (vt loquitur Plaut' Trinummo) aut fungo ſimile intelligat, hoc eſt, perhumidũ, aut humore mucoſo madens & flacceſcens. Tuncq; οἱ μύκητες apud eũ legendũ erit pro οἱ μυκτῆρες, quod rectè vidit Henr. Steph. Nam & μύκητας μύκητας dicunt Athenęo, & ἐμυκώθη de vlcerib. coaleſcentib. & obductis ſumit apud Hippocratẽ lib. 1. περὶ γυναικ. (p.244.28.) οἱ δὲ ἐχώρεεν αἱ καθάρσιες, οὐκ ἂν ἐμυκώθη τὰ ἕλκεα. Quòd ſi purgatio prodeat, vlcera nõ coaleſcũt, non occludũtur. Quem locũ ſubindicãs & exponens Gal. in Exegeſi, ἐμυκώθη (ſcribit) Διοσκουρίδης μέν φησι, τὸ συνέμυσεν, οἱ πλεῖστοι δὲ τὸ ἐπιφύσεις ἔσχε πλαδαράς, ὥσπερ καὶ οἱ μύκητες. ἐμυκώθη Dioſcorides quidẽ ſignificare ait, conniuent, concluſa ſunt, plærique verò, eminẽtias adnatas habent flaccidas & humoris plenas ad inſtar fungorũ. Quam Dioſcoridis expoſit. illîc ſequuntur interpretes & nos noſtra interpretatione expreſſim'. ἐμυκώθη nanq; idẽ ſignificare videtur quod ibidẽ dicit, καὶ μεμύκει ἄμφω τὰ χείλεα, quod de duobus pudẽdi muliebris labris exulceratis, deinde cicatrice coeuntib. conniuẽtib' & obductis, effertur. Quemadmodum μεμυκότα ἕλκεα dicunt Dioſcoridi obducta cicatrice vlcera & coaleſcentia. Poteſt tamen Galeni explicatio optimè huic loco conuenire, de adnatis eminẽtiis flaccidis & fungorũ modo humore madentib'. Huiuſmodi nanq; pudendorum vlcera, tumidis & ex inflammatione coeuntib' ac contingẽtibus ſe labris, flaccida & mucoſa carne, partus purgamẽtis permadente, ideoq; fungoſa nec fungis abſimili, occluduntur & coaleſcunt. Vt hinc τὸ μυκῶδες ἕλκος deduxiſſe videri poſſit Erotianus, quẽadmodum μυκοῦμαι à μύκη aut μύκης fluxiſſe vult Galenus, quod eſt inſtar fungi flacceſco, aut mucoſo & fungoſo humore permadeo. Lib. 2. de Morb. (p.152.1.) ex pulmonis vlcere fetido, ἐμφαίνεται σκληρὰ, οἷον μύκης ἀφ' ἕλκεος, in ſaliua apparent dura quædam ab vlcere, velut fungus.

Ἑλκύδριον vlcuſculum dicitur & vlcus paruum. Sũt & ἑλκύδρια puſtulę vlceroſæ ἑλκύδρια Gręcis dictæ, de quibus agitur apud Gal. cap. 9. lib. 1. κατὰ τόπ. Paulus lib. 3. cap. 3. ſcribit, ἐν τῇ κεφαλῇ ἑλκύδρια πυκνὰ καὶ ἐρυθρὰ παραπλήσια θηλαῖς, ἀφ' ὧν ἰχῶρες ἀποπίπτουσι. puſtulæ vlceroſæ in capite denſæ ac rubræ, ad paruarum papillarum ſimilitudinem, à quibus ſanies eliquatur. De quibus agere videtur Celſus lib. 5. cap. 28. cùm ſcribit. Nonnunquam maiores puſtulæ oriuntur, liuidæ, aut pallidæ, aut nigræ, aut aliter naturali colore mutato, ſubeſtque humor. Vbi hæ ruptæ ſunt, infra quaſi exulcerata caro apparet, ἑλκῶδες Gręcè nominatur. Pro quibus verbis ἑλκύδρια Græcè nominantur, rectè quidam legunt.

Ἑλκυστὴρ eſt inſtrumentum ferreum Hippocrati, fœtui extrahendo accommodatum, tractor & hauſtorius dici poteſt, aut vncus quidam ferreus, qui fœtui infixus eum mortuũ ex vtero extrahit. ἐμβρυουλκὸς Paulo dicitur

cap.

cap.74 lib.6.& ὄνυξ, vnguis lib. περὶ ἐπικυήσιος (p.48.34.) & ἰχθύη lib. περὶ ἐγκατατομῆς (p.53.8.) vt etiam exponit Gal. in Exeg. vocũ Hippocr. in dictione ἰχθύη.

Ἑλκυστῆρι, τῷ ἐμβρυουλκῷ exponit Gal. in Exeg. apud Hip. hoc eſt, inſtrumento ad fœtum extrahendum accommodato. Nimirum locũ lib. 1. περὶ γυναικ. ſubindicãs (p.252.23.) qui fœdiſſimè noſtris in codicib. deprauat⁹ legitur. Sic autem lego. Ἐ τὰ ὀστέα ἕλκειν ὀστεάγρῃ, ἢ τῷ ἑλκυστῆρι παρὰ τὴν κληΐδα καταθεὶς, ὡς ἂν ἔχητοι ἕλκειν, μὴ κατὰ πολὺ, ἀλλὰ κατ' ὀλίγον ἐξανιέντα, Ἐ αὖθις βιώμενον. & oſſa per volſellam oſſa extrahentem, aut vncum attractorium iuxta clauiculam demiſſum, prout ſe habent extrahito, non confeſtim, ſed paulatim remiſſo impetu, ac rurſus vi cogendo.

Ἑλκώματα dicuntur exulcerationes Hippocrati lib. 3. Epid. in ſt. peſt. (p.426.8.) & ἑλκώσιες στομάτων, oris exulcerationes ex bilioſo humore os corrodente. aph. 21. lib. 3. Eſt & ἕλκωσις authori Definit. Med. (p.399.53.) ῥῆξις περὶ τὸν κερατοειδῆ, ἤτοι ἐκ πληγῆς, ἢ σφοδρᾶς φλεγμονῆς γενομένη, tunicæ corneæ ruptio, quam vel ictus, vel inſignis inflammatio attulit. Ibidem ἑλκώσεων τῶν περὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς διαφοραί. Vlcerationũ quæ circa oculos contingunt genera.

Ἐλλέβορος ſimpliciter apud Hippocr. veratrum album ſignificat, vt cum adiectione, veratrũ nigrũ, aph. 1. lib. 5. & aph. 14. 15. & 16. lib. 4. Gal. Com. ad aph. 1. lib. 5. τοῖς ἐλλέβορον πίνουσι, λευκὸν δηλονότι· τοῦτον γὰρ ἁπλῶς εἰώθασιν ὀνομάζειν ἐλλέβορον, οὐχ ὥσπερ τὸν μέλανα μετὰ προσθήκης. Iis qui veratrum ſumpſerunt, album nempe, (hunc enim ſimpliciter elleborum appellare conſueuerunt, non velut nigrũ ex adiectione.) Sic lib. de fract. (p.547.22.) ἐλλέβορον veratrum album exponit Gal. ad vomitũ ciendum. ἐλλέβοροι quoque multitudinis numero veratrum album indicant apud Hippocr. vt aph. 13. lib. 4. πρὸς τοὺς ἐλλεβόρους τοῖσι μὴ ῥηϊδίως ἄνω καθαιρομένοισι, qui ſumpto veratro non facilè per ſuperiora purgantur. Sic lib. 7. Epid. (p.459.43. & p.560.11.) ἐλλέβοροι, veratrum ad bilem atram repurgãdam exhibitũ fuiſſe ſignificant, quę febrem quartanam & timores excitauerat. Aut certe vtrunque veratrũ exhibitũ fuiſſe indicatur, & præcipuè nigrũ, vt in febre quartana & melancholicis caſib. In Epiſt. quoque (p.534.45.) ξυμμίσγεται δὲ τοῖς ἐλλεβόροις τὸ τρίτον μέρος τῆς πόσιος, Ἐ ἧσσον πνίγει. Veratris autem tertia potionis pars admiſcetur, & minus ſuffocat. Vbi vtriuſque veratri ſumptionem ſubintelligere videtur, cùm τοῦ σησαμοειδοῦς etiã mentionẽ illîc faciat.

Ἐλλύχνιον ellychnium Hippocr. ſignificat & lucernarũ funiculũ quo extincto ad vteri ſuffocationẽ in ſuffitu vtitur lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p.218.27.) inter ea quæ tetri ſunt odoris, & lib. 2. περὶ γυναικ. (p.287.29.) ἐλλύχνιον αἰάψας, Ἐ κατασβέσας ὑπὸ τὰς ῥῖνας, ellychnium aut funiculũ lucernariũ accẽdito, & narib. appoſitũ extinguito. Rurſus ibidẽ (v.33.) cedria aut cedrino oleo lucernæ admoto, eam extinctã naribus admouet ad ſuffitum.

Ἕλμινθες lũbrici dicuntur in genere, quorũ ortũ in pueris docet Gal. Com. ad aph. 26. lib. 3. Vbi ἕλμινθες genus facit ad στρογγύλας, πλατείας & ἀσκαρίδας. ἕλμινθες στρογγύλαι lũbrici ſunt rotũdi, pueris familiares, in ſuperioribus inteſtinis vt plurimùm ortũ habentes, & ad ventriculum ſæpe aſcẽdentes, oreq́; & narib. plærũq; reiecti. Lumbrici lati qui & ταινίαι dicuntur, quòd faſciarum inſtar longi ſint, per tota inteſtina ſæpe extendunt, & incredibili longitudine interdũ viſuntur, rarius in pueris gignuntur. Aſcarides autẽ teretes & tenues lũbrici, pueris etiã familiares, maximè in inferiore craſſioris inteſtini parte ortum habẽt. ἕλμινθες στρογγύλαι dicunt Hippocr. in Progn. (p.138.39.) & Coac. Prænot. (p.443.23.) & aph. 26. lib. 3. ἕλμινθες etiã στρογγύλαι & πλατεῖαι nominantur lib. 4. de Morb. (p.175.41.) vbi lumbricorũ rotũdorũ & latorũ ort⁹ & ſigna fuſiſſimè ab Hipp. explicãtur. De his quoque agitur apud Paulum lib. 4. cap. 57. & 58.

Ἔλυτρα dicuntur tegumẽta, operimẽta & rerum inuolucra, quib. ea teguntur aut obuoluuntur, τὰ σκεπάσματα Ἐ περικαλύμματα τινῶν, hoc eſt, quarundam rerum integumenta & inuolucra exponit Gal. Com. 3. in lib. de art. (p.617.6.) (ſic enim illic leg. cenſeo) Vbi Hippocr. ἔλυτρα vocat tunicas ſpinalẽ medullã inuoluẽtes, quas paulò ante Gal. μήνιγγας Ἐ χιτῶνας vocauit. Vnde ἐλυτρώδης etiã dicitur Hippocr. velut inuolni. Sed apud Hippocr. & Gal. ἔλυτρα dicuntur & ἐλυτρώδης, cùm Gal. in Exegeſi vocum Hippocr. ἔλυτρα σκεπάσματα exponat, & Erotianus ἐλύτροισι legat, hunc locũ exprimens, ſcribatq́; ἔλυτρα λέγονται τὰ περιέχοντα τὰ σώματα, οἷον σκεπάσματα, quæ corpora continẽt ac tegunt. Heſychius ἔλυτρα κυρίως τὰ ἐπιλύματα, ἢ τὰ καλύμματα exponit, inuolucra & operimenta. Idem ἔλυτρον exponit δέρμα, θήκην, λέπος, ἐπίλημα, κάλυμμα, σκέπασμα. Ἔλυτρα etiam ἔλυτρα dicunt, & Heſychius ἐλύτροις καλύμμασι, σκεπάσμασι exponit. Dicuntur autẽ ab εἰλύω ſiue ἐλύω, inuoluo & implico. Sunt qui ꝓpriè ἔλυτρον dici ſcribãt de rerum rotundarũ inuolucris, vt nucum & ouorum, vt annotat Varinus. Sic ſeminum folliculi Dioſcoridi ἔλυτρα dicuntur lib. 2. cap. 111. & lib. 4. 167. tuniculas vertit Plinius. Ἔλυτρον etiam dicitur Ariſtoteli Hiſt. animal. lib. 4. in volatilibus cruſta illa quæ pennis ſuperuenit, eaſque velut vagina claudit. Hinc προσελυτροῦν dicitur inſuper impoſito inuolucro integere & munire, aut addito operimento quodam & integumento inuoluere. Quemadmodum apud Athenæum lib. 1. Pithyllus vorax ille & voluptarius, τὴν γλῶσσαν προσελυτροῦν πρὸς τὰς ἀπολαύσεις dicitur, hoc eſt, linguam impoſito inuolucro & integumento inſuper munire & integere, quò magis voluptatibus frueretur, minuſque ciborum feruore oblæderetur.

¶ Ἐμβάλλειν τὸν ὦμον eſt humerum coniicere, immittere, hoc eſt, protendere. Quod de ſagittariis dicitur cùm brachium extendunt. Sic enim protenſo brachio humeri caput in ca-

uitatem ceruicis lati ſcapulatum oſſis immittitur & conijcitur, in quam cùm demiſſum eſt brachium non ingreditur, ſed ei adiacet tantùm, eamq́; attingit. Lib. de fract. (p. 527. 58.) ἐπὴν τὸν ὦμον ἐμβάλλωσιν, cùm humerum immittunt, coniiciunt, hoc eſt, protendunt, de ſagittariis dictum. Eſt autem ἐμβολὴ, impetus, impreſſio, nauium infeſtarum in acie conflictus, irruptio, inuaſio hoſtilis, à nauium iniectione deducta, aut incuſſione quam faciunt cùm in præliis ſigno dato infeſtis proris irruunt, aduerſarios deprimere ac demergere conantes. Quando nanque adeo vehementi impetu in hoſtes feruntur, præcipueq́; à latere, vt totas eorū naues defringant, diſſoluant, aut demergant, tunc naues παρεσκευάσθαι ὡς εἰς ἐμβολὴν dicunt, quaſi ad impreſſionem aut impetum faciendum præparatas eſſe. Quin & apud Comicos protentas ac porrectas corporis partes, ὡς εἰς ἐμβολὴν παρεσκευάσθαι, velut ad impetum faciendum paratas eſſe, dici ſcribit Gal. & ex Ariſtoph. adfert, Com. 3. in lib. de fract. (p. 528. 50.) ἐμβαλεῖν etiam dicitur Ariſtoph. Schol. propriè infeſtis proris impetere. Eadem eleganti tranſlatione dixit Hippocr. σάρκας ξηρῷ φαρμάκῳ ἐμβάλλειν, hoc eſt, carnes ſicco medicamento aggredi ac velut hoſtili manu inuadere, pro reſiccare aut conſumere, de magna putredine dictum lib. 5. Epid. (p. 338. 14.) Eſt & ἐμβολὴ oſſis articulatione elapſi aut luxati repoſitio, vt lib. de fract. (p. 549. 45. & p. 551. 12.) & ἐμβάλλειν reponere, reſtituere, recondere, ibidem (v. 24.) ῥηΐδιον ἤδη τὸ ἄρθρον ἐμβαλεῖν, articulum iam reponere eſt procliue. & (v. 26.) ἐπὴν δὲ ἐμβάλῃς. Vbi autem repoſueris, & aliàs ſæpe.

Ἐμβάτη apud Hippocr. pro pelliceo indumento ſumitur Cornario lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 212. 30.) ἔπειτα κατακλίνας ἐμβάτῃ, ἄνω τὴν σάρκα ποιήσαντα, ἐπαμφιέσας ἱμάτια λευκὰ μαλθακὰ καθαρά, ὅπως ἂν ἐξιδρώσῃ σφόδρα. Poſtea ſuper pelliceum indumentum reclinatum, ita vt pars carnem animalis contingens, ſurſum vergat, mollibus ac puris ſtragulis & veſtimentis contegito, quò vehemēter exudare poſſit: Caluus faſciā exponit. Exemplaria Regia manu ſcripta pro ἐμβάτῃ ἐμβαίτῃ legunt. Ac forte ἐμβάτη ἔμβασιν ſignificat, & ſolium in quod lauaturi deſcendebant, ſuper quod reclinatum ægrum, veſtibus mollibus, albis ac puris cōtegi iubet, vt calidæ vapore concitatus ſudor facilius promanare poſſit. eſtq́; ἐμβάτη πύελος, labrum & peluis. Et illîc ἐμβάτην ἀεὶ τὴν σάρκα ποιήσαντα, forte legi debet, aut κατακλίνας ἐμβάτῃ, ἀεὶ τὴν σάρκα ποιήσαντα, vt frigidæ toto corpore perfuſionem præcipiat in tetano, cuius meminit lib. 3. de Morbis, & aph. 21. lib. 5. quamque exagitat Aurelianus cap. 6. lib. 3. Acut. Ἐμβατεύοντες Erotiano exponitur apud Hippocr. ex Bacchio ἐμβάλλον, ἢ ἐμπῖπτον, ἢ ζηλοῦν, quod irruit, incidit aut irrumpit. Idem tamen mauult τὸ ἐνερεῖδον ſignificare, quod inhæret aut infixum eſt, ſcribitq́; Atticam eſſe dictionem, & per βτ ſcribendum eſſe & exprimendum. Verùm falſam eſſe ſcripturam apud Erotianum exiſtimo, & pro ζηλοῦν, ζητοῦν legendum, inueſtigans, explorans, exquirēs. Nā & Heſychius ἐμβατεῦσαι κατασχεῖν ἢ καταπατῆσαι χωρίον, ἢ ζητῆσαι exponit, in alicui' loci poſſeſſionē inuadere, aut adire, aut explorare & inqrere. Et ἐμβατεύσας, ζητήσας. Varinus itē ἐμβατεύειν duo ſignificare ſcribit, τὸ ἐπεισιέναι & ἐξετάζειν, ingredi & exquirere, perpendere.

Ἐμβάφιον ὀξύβαφον exponit Gal. apud Hippocr. in Exegeſi, hoc eſt, acetabulū. Pollux verò lib. 6. cap. 12. inter medicamentorum & ciborum vaſa ἐμβάφια, κυλίκια, λεκάνια, τρύβλια, & ὀξύβαφα reponit. Ἐμβάφια Heſychio ſunt λεκάνες βαθεῖαι ἀπὸ τοῦ βάπτειν ἐμβάλλει. Idemque ἐμβάφιον ὀξύβαφον eſſe ſcribit παρὰ τῷ Ἱπποκράτει, quod haud ſcio ant Ἱπποκράτει ſcribendū ſit, vt ex Galeni Lexico Hippocrateo ſumpſiſſe videatur, quod aliàs ſæpe facere ſolet. Quanquam idem etiam apud Varinum ſcribitur. Eo autem vtitur Hippocr. lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 254. 32.) κεδρίνης ἐμβάφιον, cedriæ acetabulum, & lib. 2. (p. 286. 17.) ἐν βολβίτῳ πλαστῷ ὡς ἐμβάφιον, aut in ſtercore bubulo ad acetabuli formā efformato. Quod lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 222. 29.) ἐξ ὀξύβαφον ἐκατέρου eadē in re ſcribit. Rurſus (p. 289. 24.) & ἐμβάφιον ἐλαίου διδόναι. Et (p. 290. 1.) μυρσίνης ἐμβάφιον, vbi tamē σμύρνης legi malim.

Ἐμβοθρεῦσθαι eſt Hippocr. foueā in ſe habere, incauari in foueā aut ſcrobē, lib. περὶ καρδίης (p. 55. 23.) de pericardio, ἐμβεβόθρευται τὸ εἶδος ἀκαλλὴς ὅλμος, in foueā excauatur adinſtar pilæ, intus tanquā ſcrobicula aut foſſicula excauat', dixit Caluus, foueæ ſpeciē præ ſe fert, Cornarius.

Ἐμβριθὴς, grauis, pōderoſus, ad animū etiā transfertur Hippocr. in Epeſt. (p. 525. 39.) πυνθάνομαι δὲ αὐτὸν ἐμβριθέα καὶ στιβαρὸν τὰ ἤθεα, de Democrito. Hūc autē morib. grauib. & ſolidis eſſe audio. Sic apud Plat. ex Epiſt. annotatur, ἤθεα φύσει ἐμβριθῆ, mores natura graues. Ἐμβριθὴς Heſychio βαρὺ, στιβαρὸν, στερεὸν, exponitur, graue, durum, ſolidum.

Ἐμβρυοθλάστης inſtrumentū eſt chirurgicū ad contundēda oſſa in extrahendo fœtu accommodatū, quod etiā πίεστρον Hippocr. dicitur. Idem etiā θλάσις, aut θλάστης potius, vocatur, vt ſcribit Gal. in Exeg. Nomen habet à fœtu contundendo aut confringendo.

Ἐμβρυουλκὸς vncus eſt ferreus ad extrahēdū fœtū mortuū. Hippocr. ἐλκυστὴρ dicit'. Vide ἐλκυστήρ.

Ἐμέειν & ἐμέσαι quod vomere ac vomitione refundere ſignificat, & ſymptoma eſt malè affecti oris ventriculi, interdū ſumitur pro eo quod copia ſurſum per os reiicit', ſiue ex thorace aut pulmonibus, ſiue ex gula aut vētriculo effluat. Vt lib. 1. de Morb. in ſanguinis ex thorace reiectatione & venæ ruptione ſæpi' vſurpatur (p. 136. 16.) αἷμα ἐμέουσι ſanguinē vomitione refūdere, & (v. 3. & 4.) ἐμέοντες αἷμα, & αἷμα ἐμέουσι πρόσφατον, ſanguinē vomentes, & ſanguinē recentem vomitione reiiciunt. & (p. 132. 41.) in ſuppuratis ex venæ ruptione aut diſtentione, & πτύουσί τε ἀπὸ σφέων αἷμα, & ὅτε ἐμέουσι. & ſanguinem tum per ſe ſpuunt, tum

etiam

etiam interdum vomitione reiiciunt. Vbi ἐμέειν populari more de ſanguinis ſurſum reiectatione dicitur. Sic Gal. ad aph. 13. lib. 5. αἷμα ἀφρῶδες ἐμέουσι pro ἀναπτύουσι in quibuſdam exemplaribus ſcriptum agnoſcit. Eoq; modo legitur Coac. Prænot. (p. 437. 33.) ὅσοι ἀφρῶδες αἷμα ἐμέουσι, τούτοις μὴ ἐόντος κάτω τῶν φρενῶν ἀλγήματος, ἀπὸ τοῦ πλεύμονος ἐμέουσι. Qui ſpumantem ſanguinem vomitione refundunt, partibus infra ſeptum tranſuerſum dolorem nequaquam ſentientibus, iis è pulmone vomitio fit. Eademq́ue notione ὁκόσοι αἷμα ἐμέουσι dicitur aph. 37. lib. 7. Vbi etiam ſcribit Gal. eo verbo quæcunq; ex aſpera arteria & pulmonibus educuntur per tuſſim comprehendi, vt ἐμέειν pro ἀναβήσσειν aut ἀνάγειν ponatur, quod exprimitur aph. 13. lib. 5. In Coac. quoque Prænot. (p. 437. 17.) in conuulſis & thoracis ruptionibus ἔμετος αἵματος ponitur, & ex venæ ruptione circa thoracem πολύ τι ἐμέουσι, copioſus ſanguis vomitione reiicitur, ibidem (v. 33.) ad eamq́ue ſanguinis reiectationem tabes conſequitur, vt aph. 80. lib. 7.

Ἐμέσματα ἀσώδεα, vomitiones cum anxietate, in Prorrh. (p. 190. 10.) idem quod ἔμετοι. ἐμέσματα ποικίλα κακόν. Vomitiones variæ malo ſunt, ibidem (p. 189. 38.) Ἐμετικοὶ vomiturientes & eos qui ſæpe vomũt ſignificant, lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 85. 41.) ἀμεσποιέειν τὴν ἄνω κοιλίην, dicitur Hippocr. ſuperiorem ventrem vomitu inducto purgare, aut ſuperiore ventre vomitum ciere, lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pagin. 206. 5.) τὴν δὲ ἄνω κοιλίην ἐμετοποιήσαντες, κάθαρσιν παρέχειν ὡς ἐν τῇσι ἄνω. ſuperiore ventre vomitu inducto, purgationẽ velut in ſuperioribus procurato.

Ἐμίαι Galeno exponuntur in Exeg. apud Hippocr. ἔμετοι, vomitus, additq́ue Atticum eſſe nomen. Verùm ἐμεσίαι legitur paſſim apud Hippocr. non ἐμίαι, vt lib. 2. de Morb. (p. 148. 20.) καὶ ἐμεσίαι μιν λαμβάνουσι, & vomitionibus detinetur. Et rurſus ibidem (p. 149. 15.) καὶ ἢν ἐμεσίαι μιν ἔχωσι, ἐμεέτω, & ſi vomitiones ipſum vrgeant, vomat. Dicitur & ἔμεσις ibidem (p. 158. 18.) καὶ μετὰ τὴν ἔμεσιν ἀλγέει τὸ σῶμα πᾶν. & poſt vomitum dolor totum corpus occupat.

Ἐμμήνια dicũtur Hippocr. & ἔμμηνα menſtruæ purgationes & menſtrua, quæ & καταμήνια & ἐπιμήνια ſæpe & γυναικεῖα. Lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 215. 23.) ποτὲ ἐμμήνια οὐκ ἐγγίνεται. & (p. 216. 6.) τὰ ἐμμήνια οὐ γίνεται παντάπασιν, mẽſtrua nullo modo fiunt. atque aliàs ſæpe. Ἔμμηνοι καθάρσεις etiam dicũtur mulierũ purgationes menſtruę, quæ καθάρσεις ſimpliciter vocantur aph. 60. & 61. lib. 5.

Ἔμμοτα dicuntur Hippocrati quæ curationem per concerptá linamenta requirunt, vt vlcera caua quæ medicamenta linamentis excepta in ſinus recõdunt. Lib. de art. (p. 632. 53.) ἐμπυήματα χρόνια καὶ ἔμμοτα γίνεται. ſuppurationes diuturnæ contingunt & curatione quæ fit per linamenta indigent. De vlcere dicitur lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 196. 28.) κίνδυνος ἕλκος ἔμμοτον γενέσθαι. periculum eſt ne vlcus curationem per linamenta poſtulet. Ἔμμοτοι verò dicuntur qui linamentis indigent, & ea quæ per linamẽta fit curatione, hoc eſt, qui vlcus cauum & exeſum habent, quod curationem per linamenta deſiderat, lib. de art. (p. 623. 42.) οὐδὲ ἔμπυοι πολλοὶ γίνονται, οὐδὲ ἔμμοτοι, neque multi purulenti extiterunt, aut ea quæ per linimenta fit curatione opus habuerũt. Rurſusq; (p. 624. 36.) πολλοὶ χρονίως ἤδη βηχώδεες, καὶ φυματίαι, καὶ ἔμπυοι ἐγένοντο, καὶ ἔμμοτοι. Vnde etiam multi ex tuſſi & tuberculis, & pure in thorace collecto, ea quæ per linamenta fit curatione indiguerũt Sic lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 215. 4.) vbi vterus in coxam obuertitur & adhæreſcit, de mulieribus effertur, πολλάκις δὲ καὶ ἐκπυΐσκονται, ἔμμοτοι γινόμεναι, ſæpe verò, vbi per linamenta fit curatio, & ſuppurantur. Quod lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 274. 42) καὶ ἐκπυΐσκονται, καὶ ἔμμοτοι γίνονται, dicitur, & ſuppurantur, & ea quæ per linamenta fit curatione indigent. Aph. 47. lib. 5 ὑστέρην ἔμμοτον γενέσθαι, dixit, hoc eſt, vterum ea quæ per linamenta fit curatione indigere. Sic enim illîc Gal. τὴν δεομένην τῆς διὰ τῶν μοτῶν θεραπείας, vterum, quia per concerpta & medicamentis conuenientibus oblita linamenta curationem poſtulet, ἔμμοτον vocari ſcribit. Lib. item 5. Epid. (p. 338. 11.) ἔμμοτος ἂν dicitur qui per linamenta concerpta curatur, aut penicillis ac linteolis concerptis per curationem vſus. Celſus de vlcere, ἔμμοτον γενέσθαι, ſub linamentis ſaneſcere dixit cap. 13. lib. 7.

Ἐμπεφλασμένον ὀστέον, os deſidens, & medium deſidens (vt loquitur Celſus) ſignificat, introcedens, & depreſſum. idemq́ue quod ἔσω πεφλασμένον, aut ἐσφλώμενον ἔσω, vt ſcribitur in libello de vuln. cap. Prorrh. 2. (p. 418. 32.) eam dictionem vſurpat Hippocr. vbi vitioſè noſtris in codicibus ἐμπεπλασμένον ὀστέον pro ἐμπεφλασμένον ſcribitur.

Ἔμπηρος idem quod πηρὸς Hippocrati, aut ἀνάπηρος, ac πεπηρωμένος, membris captus aut mutilatus, membris nõ abſolutus. Lib. 1. de Morb. (p. 129. 7.) ἢ ἔμπηρόν τι τοῦ σώματος γενέσθαι, ἢ μὴ ἔμπηρον, num pars aliqua corporis inutila reddatur, nec ne. hoc eſt, num morbi partẽ aliquam corporis obſideãt, an nõ. Rurſus ibidẽ (v. 41.) ἔμπηροι quinã ſint his verbis exponit Hip. ἔμπηροι δὲ πολλάκις ἀπὸ τῶν δε γίνονται πολλοί. ἀπὸ πληγῆς μὲν χεῖρες καὶ πόδες, καὶ φωνῆς ἀκρατέες, καὶ παραπληγες ὑπὸ μελαίνης χολῆς· χωλοὶ δὲ ὑπὸ ἰσχιάδος· ὄμματα δὲ πηροῦνται, καὶ ἀκοὴν ὑπὸ φλέγματος ἀποστηρίξαντος. Multi autẽ aliqua corporis parte ab his mutilãtur, manus ac pedes reſoluũtur, lingua impotẽs redditur, & ab atra bile leues reſolutiones fiũt. Claudi verò à coxario morbo. Oculis autẽ & aurib. capti ſunt, à pituita incumbente. Quẽ certè locũ mihi diſertè explicare videtur Erot. cùm ἔμπηροι exponit, ſcribitq; πηρὸν Bacchiũ τὸν χωλὸν dicere, δυνατὸν δὲ ἀκούειν πάντα τὸν περὶ τὰς φυσικὰς ἐνεργείας ἐμποδιζόμενον, poſſe autẽ eum obaudiri, qui naturales actiones præpeditas habet. πηρὸς etiã exponitur Homeri Schol. Il. β. ὁ κατά τι μέρος τοῦ σώματος βεβλαμμένος, parte aliqua corporis captus.

Ἐμπίπτειν εἰς τὰς τέχνας, in artes inuehi & petulanter irruere, aut calumniando inuadere. lib. περὶ τέχνης (p. 1. 11.) ἐμπίπτειν αὐτῇσι νέοι, dicuntur adoleſcentes qui Sophiſtarum diſciplinæ ſe committunt, lib. περὶ εὐσχημοσ. (p. 24. 49.)

Ἐμπλάσσεσθαι pro ἐμπλάττεσθαι, eſt intus formari & imprimi. de digito dicitur quod notam imprimit & efformat, ac velut in cera veſtigium relinquit. Sic lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 266. 41.) in crurum tumoribus, qui ſi digito premantur, notam retinent, ἐμπλάσσεσθαι dicitur. καὶ ἢν πιέζῃς τῷ δακτύλῳ, ἐμπλάσσεται ὥσπερ ἐν σταιτί. & ſi digito preſſeris, notæ imprimuntur, non ſecus ac in farina aqua ſubacta, aut fermenti maſſa. Rurſus ibid. (p. 267. 13.) κνήμῃσι καὶ ποσὶ ποιεῖ ἐμπλάσσεται βοθρώδεα. tibiis & pedibus fouearum notæ imprimuntur, efformantur. Iterum (p. 268. 28.) eadem de re, καὶ ἰχνὸς τῷ δακτύλῳ πιεζόμενος μαλθάσσεται καὶ ἐμπλάσσεται οἷον περ ἐν σταιτί. Corpus ſi digito prematur molleſcit & notæ velut in farinæ maſſa aqua ſubacta imprimuntur. Ἕλκεα ἐν τῇσι κνήμῃσιν ἐμπλάσσεσθαι dicuntur vlcera in tibiis infigi aut inferciri, lib. 2. de Morb. (p. 142. 38.) ἑλκέων καταπίμπλαται τὴν κεφαλὴν, καὶ τὰ σκέλεα οἰδίσκεται, ὥσπερ ἀπὸ ὑδρωποσίης, καὶ ἐν τῇσι κνήμῃσιν ἐμπλάσσεται. Vlceribus caput impletur, crura intumeſcunt velut ex aquæ potu, & tibiæ vlceribus offarciuntur, hoc eſt, vlceribus tibiæ implentur ac refertæ ſunt. Interpretes tumorem in tibias infarciri dixerunt. malim tamen ad vlcera referre.

Ἐμπελάδην πλησίον, hoc eſt Propè, exponit Galenus in Exeg. apud Hippocr. Quo etiam aduerbio vtitur Homerus.

Ἐμπνευμάτωσις ſit authori Definit. Med. (p. 397. 47.) ὅταν πλεῖον πνεῦμα γενόμενον κατέχηται ἐν στομάχῳ, καὶ διατείνῃ αὐτὸν καὶ τὴν κοιλίαν μετ᾽ αὐτοῦ, ὥστε καὶ ἐμποδίζεσθαι τὴν τῆς τροφῆς οἰκονομίαν, cùm magna ſpiritus collecta copia in ſtomacho continetur, ipſumq; & vnà ventrem diſtendit, adeò vt etiam alimenti diſtributio impediatur. Eſt & τῆς μήτρας ἐμπνευμάτωσις, vteri inflatio, de qua agit Paulus lib. 3. cap. 70. φυσᾶσθαι ἡ μήτρα dicitur Hippocr. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 224. 35.) & αἰμεῖσθαι (p. 227. 2. & p. 287. 25.) aut ἐξανεμοῦσθαι lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 240. 45.) φῦσημα nanque ἐμφύσημα exponitur Galeno apud Hippocr. & φῦσις ἐμφύσησις.

Ἐμπολέω apud Hippocr. pro dego aut verſor ſumitur lib. 4. de Morb. (p. 173. 5.) ἢν δὲ τῇ διαπαύσιμα διαχωρέοντος κρατήσῃ μία τῶν ἄλλων ἰκμάς, κάλλιον ἐμπολήσει ὁ ἄνθρωπος. Quòd ſi ſtercore non prodeunte vnus ex aliis humoribus ſuperet, melius deget homo, hoc eſt, melius habebit, & negotia obire poterit, aut negotiari, & huc illucque circunferri. ἐμπολᾷ περιέρχεται, πραγματεύεται exponit Heſychius. Eſt & ἐμπολεῖν ἀναστρέφεσθαι.

Ἐμπορεύεσθαι ἐς ἰατρικὴν eſt arti Medicæ quæſtus gratia inſultare, & ex artis calumnia quæſtum facere, aut artis reprehenſione ad nundinationem abuti, artem nundinari & negotiari, quemadmodum animas negotiari medicos imperitos dixit Pl. cap. 1. lib. 29. Hippocr. lib. περὶ τέχνης (pag. 1. 12.) ὁ δὲ παρεὼν λόγος τοῖσιν ἐς ταύτην οὕτως ἐμπορευομένοις ἀντιβαίνει. Præſentis verò eſt inſtituti, iis qui hoc pacto artem medicam quæſtus gratia inſectantur, aduerſari.

Ἐμπροσθότονος diſtentionis eſt ſpecies cùm ægri in anteriora rigeſcunt, vt ὀπισθότονος, cùm in poſteriora. Aretæus lib. 1. περὶ ὀξ. παθ. cap. 6. ἐμπροσθότονον vncari ſcribit, ἢν ἐς τοὔμπροσθεν καμπύληται ἄνθρωπος ἐπὶ τοῖσι προσθεν νεύροισι. τόνος γὰρ νεύρων καὶ τάσιος οὔνομα. Vbi in anteriora homo incuruatur, neruis anterioribus laborantibus. τόνος enim neruorum tenſionem indicat, & neruis ac tenſioni accommodatum eſt vocabulum.

Ἐμπροσθότονος dicitur authori Definit. Med. (pag. 397. 29.) ὅταν ἕλκηται ὁ τράχηλος, καὶ εἰς τοὐπίσω ἀνακλᾶσθαι μὴ δύνηται, cùm ceruix trahitur, neque in poſteriora reflecti poteſt.

Ἐμπροσθότονον Cælius Aurelianus pronum raptũ vocat, vt & ὀπισθότονον, ſupinum, cap. 6. lib. 3. Acut. Celſus verò lib. 4. cap. 3. ſic ſcribit: Neque tamen alius importunior acutiorq; morbus eſt [ceruicis] quàm is qui quodam rigore neruorum, modò caput ſcapulis, modò mentum pectori annectit, modò rectam & immobilem ceruicem intendit. Priorem Græci ὀπισθότονον, inſequentem ἐμπροσθότονον, vltimum τέτανον appellant, quamuis minus ſubtiliter quidam indiſcretis his nominibus vtuntur. Ac aliòqui Hippocrates ipſe ἐμπροσθότονον ſub tetano comprehendit lib. 3. de Morb. (p. 161.) & lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 212.) & lib. περὶ κρισίμων (p. 389.) Lib. verò de rat. vict. in morb. ac. (p. 108. 25.) eum diſertis verbis expreſſiſſe videtur cùm ſcribit: ὁκόταν δὲ ὑπὸ τῶν τενόντων σφοδρῶς ἔμπροσθεν ἀνέλκωνται. cùm verò tendones vehementer anteriorem in partem contrahuntur.

Ἐμπύημα ἢ ἐμπύησις plerunque ſignificat Hippocrati omnem ſuppurationem, & quamuis in pus tranſmutationem ex inflammatione aliqua aut tuberculo, vt ſcribit Galenus Com. 1. in Progn. (p. 133. 18.) ὅτι μὲν ἅπασαν ἀθρόον τὸ πύον συστῇ, περιεχόμενόν τινος ὄγκου τῶν παρὰ φύσιν, ἐμπύημά τε καὶ διαπυήματα καλεῖ τὸ τοιοῦτον σύμπτωμα, πρόδηλόν σοι γενήσεται πάντα τὸν λόγον ἀναγνόντι τὸν λόγον αὐτοῦ, καθ᾽ ὃν περὶ τῶν ἐν ὑποχονδρίοις οἰδημάτων ἐποιήσατο τὴν διδασκαλίαν. Quòd igitur vbi pus copioſum collectum fuerit, tumore quodam præter naturam contento, huiuſmodi ſymptoma ἐμπυήματα & διαπυήματα, hoc eſt, ſuppurationes vocet, tibi perſpicuum fiet, ſi eius omnem orationem euolueris, quæ de præcordiorum tumoribus tractationem inſtituit. Qua notione ſcribitur Hippocrati libr. 3. Epid. ſt. peſt. (p. 421. 29.) τοῖσι μὲν οὖν πλείστοισιν αὐτέων ἀποστάσιες ἐς ἐμπυήματα ξυνέπεσον. Horum igitur plurimis abſceſſus in ſuppurationes vertebant. Et rurſus ibidem (v. 43.) οἷσι γὰρ ἐς ἐμπύημα ὁ τῶν τοιούτων ἀφίκετο πεπασμός. Quibus nanque talium concoctione res ad ſuppurationem deuenit. Sic aph. 8. lib. 5. ἐς ἐμπύημα μεθίστασθαι dicitur, in ſuppurationẽ verti. Vbi ſcribit Gal. ἐμπύημα vocari τὴν εἰς πῦον με-

ταβολὴν

περιβολὴν ἅπασαν, ὥσπερ κἀν τῷ προγνωστικῷ πολλάκις, ἢ τὴν μεταξὺ θώρακός τε καὶ πνεύμονος ἔκχυσιν τοῦ πύου. omnem in pus tranſmutationem, qoēadmodum in Progooſtico ſæpe, aut eā quæ fit inter thoracem & pulmonem puris effuſiooem. Idem Com. ad aph. 44. libri 7. ἐμπυήματα μὲν εἴωθεν ὀνομάζειν, οὐ τὰ κατὰ θώρακα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ καθ᾽ ὁτιοῦν μόριον ἄλλο τοῦ σώματος εἰς πύον ἀλλοιωθέντα φύματα, ἐμπυήματα, hoc eſt ſuppurationes nominare conſueuit, non eas tantùm quæ fiuot circum thoracem, verum etiā in alia quaois corporis parte in pus mutata tubercula. Ε᾿μπύημα etiam vniuerſali notione pus intro collectum & in corporis cauo conceptum ſignificat, ſiue intra thoracē, ſiue in viſceribus infra ſeptum tranſuerſum colligatur. Vnde Cælius Aurelianus ἐμπυήματα internas collectiones ſiue vomicas vocat, & ἐμπυϊκοὺς, vomicoſos, cap. 17. lib. 2. acut. & cap. 8. lib. 5. Tard. Paſs. Sic ἔμπυοι dicuntur Hipp. Cyrenius & Hecaſon in Omilo lib. 5. Epid. (pag. 338. 32. & 35.) ex viſcere intus ſuppurato, quibus vſtio ad ventrem eſt adhibita. Aretæus cap. 9. lib. 1. περὶ χρον. παθ. οἷσι ἐν τῇσι κοιλίῃσι τοῦ ἀνθρώπου κατ᾽ ἔξω τοῦ θώρηκος, ἢ τὰ κάτω ὑπὸ τὸ διάφραγμα πύου ἀποστάσιες γίγνονται, ἢν μὲν ἀνάγωσι, ἔμπυοι οὗτοι καλέονται, ἢν δὲ τὸ πύον διεξίῃ κάτω, ἀποστηματίαι καλέονται. Quibus in corporis cauitatibus è regiooe pectoris, aut inferius ſub ſepto traoſuerſo puris abſceſſus fiūt, ſi id per os reiiciont, ἔμπυοι, hoc eſt ſuppurati vocantur. Quòd ſi per aluum pus eiiciatur, ἀποστηματίαι dicuotur. Galenus quoq; lib. de Tumor. præter nat. (pagin. 355. 4.) ὡς γε ἐμπυΐσκοντα ἅπαντα, τινὲς μὲν ἐμπυήματα προσαγορεύουσι, ἔνιοι δὲ διαπυήματα, καθάπερ καὶ αὐτὸ ἐμπυΐσκειν καὶ διαπυΐσκειν. ἔνιοι δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλ᾽ ὅταν ἐν σπλάγχνῳ γένηται τὸ τοιοῦτον, ἐκεῖνο μόνον ἐμπύημα προσαγορεύουσι, καὶ τοὺς οὕτω πάσχοντας ἐμπύους. Vt ſuppuraoria omnia, alii quidem ἐμπυήματα vocant, alii verò διαπυήματα (quemadmodum & idem ἐμπυΐσκειν καὶ διαπυΐσκειν) noonolli verò noo ſic, verùm cùm io viſcere tale aliquid contigit, id ſolnm ἐμπύημα oominaot, atq; ita affectos ἐμπύους, hoc eſt ſupputatos. At ἐμπύημα apud Medicos proprio ſignificato pus inter thoracem & pulmonē collectum ſignificat, & ἔμπυοι qui ita affecti ſunt & ſuppurati dicuntur. Galenus (ibidem) ἄλλοι δὲ αὖ τινὲς ἰατροὶ μόνους ἐκείνους ὀνομάζειν ἐμπύους δικαιοῦσιν, οἷς ἤθροισται πύον ἐν τῇ μεταξὺ θώρακός τε καὶ πνεύμονος χώρᾳ. Rurſus alii quidā medici eos ſolos ἐμπύους nominari recte putant, cùm inter thoracem & pulmonem pus eſt coaceruatum. Idem Com. 2. in Progn. (p. 148. 30.) ὅσοι πύον ἀθρόον ἔχουσιν ἔνδον τοῦ σώματος, εἴτ᾽ οὖν ἔτι περιεχόμενον ἐν τῷ φλεγμαίνοντι μορίῳ προσέδου, εἴτε καὶ μετὰ τὸ ῥαγῆναι, δυνατόν ἐστιν ὀνομάζεσθαι τούτους ἐμπύους. ἀλλ᾽ εἰθισμένοι παρὰ τοῖς ἰατροῖς μόνους ἢ μάλιστα τοὺς κατὰ θώρακα καὶ πνεύμονα τοῦτο ἔχοντας πάθος, ἐμπύους ὀνομάζεσθαι. Qui pus intra corpus coaceruarum habent, ſiue aote in particula ioflammatione affecta contineatur, ſiue etiam poſt ruptionem, hos ἐμπύους hoc eſt ſuppuratos appellare licet. Verùm ſolent medici ſolos, aut eos potiſſimùm qui circa thoracem & pulmonem talem habent affectum, ἐμπύους nominare. Rurſus Galen. lib. 4. de cauſ. pulſ. (pag 112. 23.) τοὺς ἐν τῇ μεταξὺ θώρακός τε καὶ πνεύμονος εὐρυχωρίᾳ πλῆθός τι πύου περιεχόμενον ἔχοντας, ἔνιοι μὲν ἐμπύους, οἱ δὲ ἐμπυϊκοὺς ὀνομάζουσι. γίνονται δὲ ἤτοι διὰ μέγεθος τῆς ἐν ταῖς πλευραῖς φλεγμονῆς εἰς πύον μεταβαλλούσης. ἔστι δ᾽ ὅτε καὶ περιπνευμονίαις ἀκολουθοῦσι. ἤδη δὲ καὶ πάντας οἷς σπλάγχνον τι φλεγμῆναν ἐξεπύησεν ἐμπύους ὀνομάζουσι. Qui puris copiam in ſpatio inter thoracem & pulmoncm collectam habent, hos quidem nonnulli ἐμπύους, alii ἐμπυϊκοὺς nominant. Tales autem euadunt cùm magoa ad coſtas ioflammatio in pus vertitur. Ioterdū etiam pulmonnm inflammatinnes comitātur. Denique eos omnes quibus viſcus aliquod ex inflammatione ſuppurauit, ἐμπύους hoc eſt ſuppuratos vocant. Idem quoque Com. ad aph. 27. lib. 6. ἐμπύους ὀνομάζειν μάλιστα εἴωθεν, τοὺς ἐν τῇ μεταξὺ θώρακός τε καὶ πνεύμονος εὐρυχωρίᾳ τὸ πύον ἔχοντας. ἐμπύους eos præcipuè vocare conſueuit, qui pus habent in ſpatio inter thoracem & pulmonem. Et Com. in aph. 44. lib. 7. μόνους δὲ ἐμπύους προσαγορεύουσι τούτους ἐξαιρέτως, οἷς μεταξὺ θώρακός τε καὶ πνεύμονος ἤθροισται τὸ πύον. Solos verò præ cæteris fere ἐμπύους oominat, quibus pus inter thoracem & pulmonem eſt coaceruatum. Aretæus etiam cap. 8. lib. περὶ χρον. παθ. ἢν δὲ καὶ θώρηξ ἢ πλευρὸν ἐμπυήσῃ, ἐπανάγεται δ᾽ διὰ τοῦ πνεύμονος, ἔμπυον ἤδη τοὔνομα. Quòd ſi thorax aut coſta ſuppurauerit, puſque per pulmones educatur, Ε᾿μπύη hoc eſt ſuppuratio vocatur. Eſt & ἐμπυεῖν Hippocrati pus intro gignere & ſuppuratum aliquem reddere, vt lib. 1. de Morb. (p. 133. 45.) τὸ αἷμα ἐκχυθὲν σήπεται καὶ ἐμπύει, ſanguis effuſus putreſcit & pus intus gignit. Et (v. 46.) καὶ τοῦτο σήπεται καὶ ἐμπύει. & ipſe putreſcit & pus intro gignit, aut ſuppuratum hominē reddit. Rurſus ibidem (pagin. 138. 17.) ὁκόταν ἕδρην λάβῃ ἥ τε χολὴ καὶ τὸ φλέγμα ἐς τὸν πλεύμονα σήπεται καὶ ἐμπυοῦται. Vbi tum bilis tum pituita ſedem io pulmooe occuparit, putreſcit & ſuppuratum hominem reddit. Verùm interpretes ἐκπύει legiſſe videntur, cùm ſuppurare & in pus verti dixerunt, vt & (pag. 134. 45.) παραχρῆμα τὸ αἷμα ἐκχυθὲν ἐκ τῆς φλεβὸς σήπεταί τε καὶ ἐκπύει, coofeſtim ſanguis veoa effuſus putreſcit & in pus vertitur.

Ε᾿μπύους μοτοὺς Galenus in Exeg. apud Hippocrat. hoc eſt ſuppuratoria linamenta, exponit, τοὺς στρεπτοὺς, ἢ τοὺς λημνίσκους. contorta & conuoluta linamenta aut io longitudinem implicita, quæ vulneribus induntur ad repurgandam ſaniem. Quibus verbis Gal. locum lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 279. 25.) exprimit. μοτοῦ ὠμολίνου καθετηρίῳ, τοὺς ἐμπύους μοτοὺς τρεῖς, ex crudo lino intortum linamētum immittito, & tria linamenta ſuppuratoria conficito. Penicillos ſuppuratorios dixit Coroarius. Sic autem dicuntur concerpta linamenta & penicilli quibus in repurgando pure in ſuppuratis & vſtionem paſſis vtimur, vt patet ex lib. 2. de Murb. & lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν. In-

tortum autem & conuolutum linamētum ex lino crudo (ſic enim καθετῆρες, τῷ ὠμολίνῳ μοτωτοὺς, in Exeg. exponit Gal. hūc locum ſubindicans) in vteri duritie adhibet Hippocr. ob mollitiem ne vteri oſculum exaſperet. Quam ad rem oblonga linamenta & longitudine quinque digitorum ad contactum requirit, Gal. λημνίσκους dixit, Celſus cap. 28. lib. 7. ad fœminarum naturalia implicitum in longitudinem linamentū, λημνίσκον Græci vocant, adhibet, ὀρθιαστοιχηδὸν Paulus cap. 72. lib. 6.

Ἔμπυρος, qui febre detinetur, lib. 2. de morb. (p. 148. 30.) ἢν δὲ ἔμπυρος ἔῃ, καὶ μὴ ἀνῇ μήτε τῆς νυκτὸς, μήτε τῆς ἡμέρης. Si verò febre detinetur, neque noctu neque die remittat.

Ἐμυσάχθη, vide ἴλιγος μυσαχθεὶς antea.

Ἐμυλώθη, ἐσκληρύνθη, h. e. obduruit, exponit Gal. in Exeg. apud Hippoc. Erotianus autem ἀντὶ τοῦ ἐτυλώθη poſitum eſſe ſcribit, h. e. occalluit, velut & apud Ionas poſitum ex Corintho annotatur. Eamq; notationis rationem addit, quod μύλην medici vocent τὸν ἐν ὑστέρᾳ γενόμενον σκίῤῥον. Neq; tamen huic dictioni locū apud Hippoc. adhuc reperi, exiſtimoq́ne (niſi me coniectura fallit) pro ἐμυλώθη ex quibuſdam exemplaribus ἐμωλώθη ſcriptum fuiſſe, eamque ſcripturam Galenum & Erotianum explicaſſe. Nam & Erotianus eam inter dictiones ex lib. περὶ χυμῶν. reponit. Tunc verò ad vlcera referetur, οὐκ ἂν ἐμυλώθη τὰ ἕλκεα, vlcera non occalleſcent, indureſcent, aut callum contrahent, ex libr. 1. περὶ χυμῶν. (pag. 244. 28.)

Ἐμωλώθη κατημαλδύνθη, hoc eſt contabuit, emarcuit, exponit Gal. apud Hipp. in Exeg. Verùm ſuſpectam lectionē facit ſeries alphabetica & ἐμωλώθη ſcribendum exiſtimo, quod ἠφανίσθη ſignificat & κατὰ βραχὺ ἀπημαυρώθη, & de tumoribus qui ſenſim conquieſcunt, diſparent ac veluti contabeſcunt dicitur Hippocrati, vt docebimus poſtea in dictione Μωλυνθῆναι. Sic lib. 2. Epid. (p. 313. 4.) de parotidibus, ταῦτα ἐμωλύνθη legit Gal. comm. in lib. 6. Epid. (p. 473. 46.) cùm paſſim κατημαλδύνθη legatur, quod eſt, hi ſenſim diſparuerūt aut contabuerunt. Legitur & libr. 7. Epid. (p. 359. 18.) ἡ θέρμη περὶ τὰς ιζ´ ἐμωλύνθη, ad decimumſeptimum calor diſparuit aut extinctus eſt. & rurſus (p. 361. 31.) ἡ θέρμη ἐντὸς τῶν κ´ ἐμωλύνθη, calor intra vigeſimum diem cōquieuit. & (p. 363. 11.) ἐντὸς τῶν εἴκοσι ἡ θέρμη ἐμωλύνθη. Quibus locis κατημαλδύνθη per tranſlationem conuenit. Lib. etiam 6. Epid. ſect. 2. aph. 35. κουφισθὲν ἐμωλύνθη ſcribitur, de maris auctione poſt motum hebeſcente & quodammodo ſubſiſtente. Cui iſta quoque explicatio de ceſſante ac veluti contabeſcente incremento per tranſlationem conuenire poteſt. Quem etiam tropum illîc agnoſcit Galen. Ἐμωλύνθη autem ferè ſcribitur apud Hipp. vt & apud Heſychium, & exponitur, ἐπαύσατο, ἠμβλύνθη, ἐμωλύνθη tamen malim.

Ἔμυξεν ἐστέναξε, h. e. ingemuit exponit Erot. apud Hip. additq; eam dictionem vſurpaſſe Menādrum in Aſpide. Et annotatur ex Corintho Ionas dicere τὸ ἐστέναξεν, ἔμυξε. Ac videtur Erotiano locus lib. 5. Epid. (p. 335. 20.) ſubindicari. vbi legitur: ὁκότε δὲ σιτία βεβρωκὼς εἴη αὐτὸν ἔπαυε τῆς χροιῆς ἥκιστα ἔμυξε. At cum cibum recēter deuoraſſet, tum minimè ſtrepitum ſentiebat, aut minimè ingemiſcebat. Sed ἔμυζε legit Erot. vt & exemplaria quædā Regia manu ſcripta & Aldus. Μύζειν autē cùm de ſono dicatur qui clauſis labris ex naribus editur, qualis eſt gemētium, (muſſare, muſſitare, aut mutire quidā dicunt) hîc de ventris murmure, ſtrepitu, aut rugitu dicitur, qui ſumpto cibo percipiebatur, vt & aliàs ſæpè apud Hippocr. vt poſtea ſcribimus in dictione μύζειν.

Ἐμφανέως, φανερῶς & ἐπιδήλως exponit Gal. com. 4. in lib. 6. Epid. (p. 498. 32.) euidenter, manifeſtè, dilucidè, ex aph. 12. lib. 6. Ep. ſect. 4.

Ἐμφερόμενα τοῖς οὔροις, quæ per vrinam feruntur & innehuntur ſignificant, aliàs περιφερόμενα vocantur, qualia ſunt nebulæ, ſublimamēta & ſedimenta. Gal. lib. 1. de differ. feb. (pag. 325. 11.) Lib. 7. Epid. (p. 358. 46) ἐν τοῖς οὔροις πολλὰ τὰ ἐμφερόμενα ἦν, per vrinā multa ferebantur ac veluti innatabant, quaſi quædam encoremata. Vbi tamen ἐκφερόμενα multi leg. Ἐμφερὲς verò ſimile indicat Hippocrati, vt lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 74. 2.) & ὁκόσα τουτέοισιν ἐμφερέα, & quæcunq; ſunt his affinia. ἐμφερὲς ὅμοιον exponitur Heſychio, & ἐμφερὴς ὅμοιος.

Ἐμφράγματα ſunt obturamenta, ſepimenta & impedimenta, cùm fœtus in pedes procedens viam ſibi in partu obſtruit, lib. περὶ ἐπικυήσιος (47. 4.) ἀλλὰ μᾶλλον ὅταν ἐπὶ πόδας ὁρμήσῃ, τὰ ἐμφράγματα γίνονται, ſed potiùs vbi in pedes prodierit, obturamenta & impedimenta contingunt. Ἔμφραξις autem obſtructio dicitur, & στεγνώσεως ſpecies, partis organicæ morbus in meatuum deperditione conſiſtens, de qua agit Gal. lib. 10. Meth. med. & lib. 3. Salub.

Ἔμφρονες, mentis compotes, ſibi redditi, ad ſe redeuntes, Coac. Præn. (p. 437. 36.) Lib. 7. Epid. (p. 354. 15.) ἐμφρονέστερος σφόδρα ἐμβλέψιες, intuitus valde modeſtus, cōpoſitus, ſedatus.

Ἐμφύσημα inflationem ſignificat ex ſpiritus flatuoſi copia in corporis cauitatibus collecta, interdum etiam tumorem Hippocrati indicat. lib. 3. Epid. ægr. 13. poſt ſt. peſt. ἐμφύσημα κακὸν mala inflatio aderat. ἐμφύσημα nāq; corporis tumorem ex partium quæ ad epigaſtrium pertinent inflatione, & diuturnis viſcerū obſtructionibus, ex quo totus vēter intumeſcit & aquam inter cutem cōtrahit, in ictero laborāte, denotare videtur. Ἐμφυσημένη κοιλίη, aluus inflata dicitur & flatuum copia diſtenta, Coac. Præn. (p. 428. 21.) Sic lib. de rat. vict. in Morb. ac. (p. 114. 54.) οἱ ἐμφυσήμασιν ἐόντες, inflati, & qui ventrem flatib. diſtentum habēt, lib. quoq; 2. Epid. (p. 316. 19.) οἱ μαζοὶ ἐμφυσῶνται, mammæ inflātur & intumeſcunt. Et τὰ ἐμφυσήματα πλείονα αὐξάνουσαι, inflationes incrementa addunt, ex māmarum

rum ſucculentia & diſtentione, vt & partium auctione, maturitatem & incrementa diiudicans. Sunt & ἐμφυσήματα inflationes ex flatuoſo ſpiritu collecto aliàs ſub cute, aliàs ſub membranis quę oſſibus circundantur, aut muſculos viſcerúmue aliquod veſtiunt, & in cauitate ſenſibili continentur, atque hac nonnunq̃ maxima, vt ſcribit Gal. lib. 14. Meth. med.

¶ Ἐναγίζειν Erotianus apud Hipp. τοῖς κατοιχομένοις ἢ τοῖς καταχθονίοις θύειν exponit, qđ eſt mortuis parentare, manibus inferias facere, aut inferis ſacrificare. Locus autem eſt in πρεσβευτικῷ Theſſali (p. 538. 39.) καὶ ξυνέταξαν δημοσίῃ Δελφοὺς ἐναγίζειν, & Delphicis imperarunt vt illi publicè parentarent, hoc eſt Chryſo Nebri filio Delphi publicè exequias, & inferias decreuerunt. In vita quoq; Hipp. per Soranum ſcripta legitur, παρ' ὃ καὶ ἐναγίζειν ἐν αὐτῷ μέχρι νῦν Ἱπποκράτει φησὶ τοὺς κῴους. Ideoq; eo die ad hoc vſque tempus Coos Hippocratis manibus parentare tradit. Ἐναγίζειν exponitur Heſychio, τὸ χοὰς ἐπιφέρειν, ἢ θύειν τοῖς κατοιχομένοις, inferias offerre aut mortuis parentare, & ſacra facere.

Ἔναιμον φάρμακον, medicamentum quod cruentis vulneribus & adhuc ſanguine manantibus adhibetur, ad ea glutinãda, dicitur Hippocrati, lib. de fract. (pag. 559. 45.) ἢ πισσηρῇ ἐπιθέντες, ἢ ἐναίμῳ, aut cerato picato adhibito, aut eo quod cruentis vulneribus imponitur. Vbi ſcribit Gal. τὸ μὲν οὖν ἔναιμον φάρμακον εὔδηλον ὃ λέγει. καὶ γὰρ νῦν ἔτι συνηθέστατόν ἐστι τοὔνομα τοῖς ἰατροῖς ἐπ' ἐκείνων λεγόμενον τῶν φαρμάκων, ὅσα τοῖς τραύμασιν ἐπιτιθέασιν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἅμα τῷ γενέσθαι, μηδέπω ξηρὸν ἀκριβῶς ὄντων αὐτῶν, ἀλλ' αἱμασσομένων ἔτι, τουτέστι δροσοειδῶς ἐκπίπτοντος αἵματος, ἔκ τε τοῦ τιτρωσμένου δέρματος, ἢ καὶ τῆς σαρκός. Rectè igitur eſt adhibitum quod ab eo ἔναιμον medicamentum dicitur. Nam & nunc quoque vſitatiſſimum apud Medicos hoc nomẽ eſt, de iiſq; medicamentis dicitur, quæ vulneribus ſtatim initio vbi illata ſunt, imponũtur, necdũ plenè ſicca ſunt, ſed adhuc ſanguine manant, h. e. vbi roris modo ex cute aut etiã carne vulnerata ſanguis effluit. Rurſus lib. de art. (p. 647. 22.) ἐπιτήδεια δὲ πρὸς τὰ τοιαῦτα καὶ τῶν ἐναίμων μοτώσιες. Accommodata his etiam ſunt quædã medicamenta quæ cruentis vulneribus adhibentur: Vbi rurſus ſcribit Gal. ἔναιμα καλεῖ φάρμακα κἀν τούτοις τοῖς βιβλίοις, κἀν τῷ περὶ ἑλκῶν, ὅσα τοῖς χρῶμα τοῖς τραύμασι προσφέρεται: ἔναιμα appellat medicamenta, tum in his libris, tum libro de vlceribus, quæ confeſtim cruẽtis vulneribus imponũtur. Lib. etiam 5. Epid. (pag. 342. 37.) ἐναίμῳ ſanguini fluenti accommodatum medicamentũ apponitur. τῷ δὲ ἐναίμῳ καταδεθεὶς ἰάθη, medicamento verò quod cruentis vulneribus glutinandis iniicitur deligato, conualuit. Libr. quoque de vlceribus (p. 512. 49.) τῶν δὲ ἑλκέων, ὅσα μὲν ἂν ὀξεῖ βέλει διατμηθῇ ἢ διακοπῇ, ἐνδέχεται ἔναιμον φάρμακον. Quod verò vlcus acuto telo inciſum aut diſſectũ fuerit, medicamentum quod cruentis protinus imponitur, (ἔναιμον Græci vocant) admittit. Sic enim Celſus cap. 19. lib. 5. emplaſtra quæ cruentis protinus vulneribus iniiciuntur, ἔναιμα Gręci vocant, multa deſcribit. Ἔναιμον autem νεῦρον quid ſit habes poſtea in Νεῦρον ἔναιμον. Ἔναιμον autem σῶμα corpus ſanguineũ dicitur aph. 27. lib. 6. Epid. ſect. 6. & lib. 2. Epid. (p. 316. 7.) Ἐναίμων etiam Hippocrati idem quod ἔναιμος ſignificat, ſanguine plenus. lib. περὶ ὀστέων φύσιος (p. 63. 14.) αἱ ἐναίμονες εἶναι φλέβες, venæ ſanguine refertæ.

Ἐναιώρημα ſignificat Hippocrati ſublime quiddam in vrina innatans, & quod per mediam vrinam pendulum fertur. ſublimamentum Medici vocant. ἐναιωρήματα etiam per νεφέλας ἐμφερομένας ſæpe denotat Hippoc. & ſuſpenſas nubeculas vertit Celſus, vt Progn. (p. 141. 8.) νεφέλαι δὲ ἐμφερόμεναι τοῖσιν οὔροισι, λευκαὶ μὲν ἀγαθαὶ, μέλαιναι δὲ φλαῦραι. Nebulæ in vrina ſuſpenſæ, albæ quidem bonæ, nigræ verò malæ. Et rurſus (p. 142. 14.) σκοπεῖν δὲ χρὴ τῶν οὔρων ἐν οἷσιν αἱ νεφέλαι, ἤν τε ἄνω, ἤν τε κάτω ἴωσι, καὶ τὰ χρώματα ὁποῖα ἴσχουσι. καὶ τὰς μὲν κάτω φερομένας ξὺν τοῖσι χρώμασιν οἷσιν εἴρηται, ἀγαθὰς εἶναι καὶ ἐπαινέειν, τὰς δὲ ἄνω ξὺν τοῖσι χρώμασιν οἷσιν εἴρηται, κακὰς εἶναι καὶ μέμφεσθαι τὰς τοιαύτας. Conſiderandæ in vrinis nubeculæ, num ſupremum locum, an verò infimum teneãt, & quoſnam colores habeãt. Quæ enim deorſum feruntur cum ſupradictis coloribus, bonę ſunt & commendandę. At quæ ſurſum cum ſuprapoſitis coloribus attolluntur, malæ & vituperandæ exiſtimandæ. Quibus certè verbis ἐναιωρήματα & ſublimamẽta quæ per vrinam ſuſpenſa feruntur, ab Hip. ſignificantur. Qđ & in cõ. indicat Gal. his verbis: περὶ τῆς ἐν τοῖς ὑποστάσεσι διαφορᾶς εἰπὼν, ἑξῆς ἐπὶ τὰς νεφέλας μετέβη, δηλώσας ὅτι τὸ ἐναιώρημα νεφέλην ὀνομάζει, τῇ προσθήκῃ τοῦ ἐμφερομένου ῥήματος. Vbi de ſedimentorum diſcrimine diſſeruit, deinceps ad nubeculas tranſit, indicãs quod ἐναιώρημα hoc eſt ſublimamentum, nubeculam vocat, addita dictione τοῦ ἐμφερομένου. Rurſus ibid. ὅτι τὰ πρὸς ἐμοῦ κατὰ τὰ περὶ κρισίμων ὑπομνήματα, πολλάκις ἐναιωρήματα λελεγμένα, καλεῖν αὐτὸς εἴωθε νεφέλας, ἐδήλωσε καὶ διὰ τῆς ῥήσεως οὐκ ἀσαφῶς: Quæ à me ſæpenumero libris de Criſibus ἐναιωρήματα hoc eſt ſublimamenta dicta ſunt, ea ſolere Hippocratem nubeculas appellare, hac quoq; dictione non obſcurè indicauit. Idem rurſus ibidem quid ſit ἐναιώρημα declarans, & quamnam cum nubeculis analogiam habeat his verbis ſcribit: ὀνομάζω δὲ ἐναιώρημα τὸ παχύτερον μὲν καὶ λευκότερον ἐν οὔρῳ, μήτ' ἐπιπολῆς αὐτοῦ, μήτ' ἐν τῷ πυθμένι τοῦ ἀγγείου, κατὰ δὲ τὴν μεταξὺ χώραν αἰωρούμενον, ἤτοι μέσον ἀκριβῶς, ἢ κάτω μᾶλλον, ἢ ἄνω. τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα συνήθως μοι καλεῖται ἐναιωρήματα. πρὸς Ἱπποκράτους γε μὴν καὶ ταῦτα νεφέλαι προσαγορεύονται, τὴν αὐτὴν ἀναλογίαν ἔχουσαι περὶ τὸ οὖρον, ἣν αἱ ὄντως νεφέλαι πρὸς τὸν ἀέρα. καὶ γὰρ καὶ ταῦτα τοῦ πέριξ ἑαυτῶν ὑγροῦ παχύτερα, κἀκεῖναι τοῦ ἀέρος. πολλάκις οὖν, ὡς ἔφην, ἐφίσταταί τι τοῖς οὔροις ἄνωθεν, ὅπερ ἐγὼ νεφέλην ἰδίως ὀνομάζειν εἴωθα: ἐναιώρημα autem, hoc eſt, ſublimamentum appello id, qđ in vrina craſſius & candidius,

neque in eius ſummo, neque in vaſis fundo, ſed in media regione ſuſpenſum, vel exquiſitè medium, vel quod deorſum potiùs quàm ſurſum tendit. Hęc igitur ſolitus ſum vocare ἐναιωρήματα, hoc eſt, ſublimamenta. Sed ab Hippocrate ea quoque nubeculæ appellantur, eadem cum vrina proportione, quàm arte nubes cũ aëre obtinent. Hæc etenim humore circũfuſo craſſiora ſunt, vt & nubes aëre qui eas circunſtat. Sæpenumero igitur (vt dixi) quod in vrinis ſurſum ſupernatat, eam ego propriè nubeculam appellare ſoleo. Ex eadem etiam analogia, qua aëtis attributiones vrinis accommodantur, pendet quod ἐναιώρημα ἐπινέφελον vocat Hippocr. ægr. 1. 3. & 5. lib. 3. Epid. ſublimamentum nubiloſum, quod in media vrina ſuſpenſum innatat, nubeculas referens, quodque pro varia tum ſedis, tum coloris affectione, modò certam, modò dubiam ſalutis ſpem pre ſe fert, vt ſcripſimus noſtris in eum lib. Annotat. Atque ex iis locis apud Hippocrat. ἐναιώρημα ἐπινέφελον exponit Erotianus τὸ ἐφιστάμενον τοῖς οὔροις καὶ τοῖς διαχωρήμασι, καὶ δὴ ἐπηωρημένον, ποικίλῳ χρώματι κεχρημένον, [κεχρωσμένον melius] quod in vrinis & deiectionibus ſuperſtat, ac veluti pendulum vario colore affectum eſt. Sic enim apud Erotianum legendum exiſtimo. Lib. 4. Epid. (p. 339. 27.) ἐναιώρημα νεφέλης ὑπομέλανος ὀλίγον πάχος ἔχον dicitur, in media vrina quid ſuſpenſum nubeculæ aliquantulum nigræ craſſitudinem referens.

Ἐναιωρήματα γονοειδέα, ſublimamenta genitali ſemini ſimilia dicuntur Hippocrati, hoc eſt, veluti grandinoſa & grumoſa, ex multa pituita vitrea & viſcida, ac magna crudæ materiæ copia, ægr. 1. lib. 1. Epid. & ægr. 4. lib. 3. Epid. & ægr. 3. lib. 3. ἐναιωρήματα δὲ κρίμνα γονοειδέα, ſuſpenſa quædam in media vrina innatantia, hordei toſti non exactè moliti craſſioribus fruſtulis ferè ſimilia genitaleq́; ſemen referentia. Sic ἐναιώρημα γονοειδὲς ex ægr. 4. lib. 3. Epid. apud Hippocr. agnoſcit Gal. Comm. 2. in Progn. (p. 142. 19.) & nos illius explicationem & affectionem abundè expreſſimus noſtris in lib. 1. Epid. Ann.

Ἐναιωρήματα στρογγύλα, διεσπαρμένα, οὐχ ἵδρυτο, in vrinis ſublimia quædam innatantia, rotunda & diſperſa inerant, neque reſidebant, ęgr. 1. lib. 1. Epid. deliriumq́; portenderunt, vt & ægr. 11. lib. 3. Epid. poſt ſt. peſt. ἐναιώρημα δ' ἐπιπολὺ στρογγύλον, οὐχ ἵδρυτο, in medio ſuſpenſum quiddam innatans rotundum admodum, neque ſubſidebat. Et ægr. 3. & 8. lib. 1. Epid. ἐναιωρήματα στρογγύλα, οὐχ ἱδρύετο.

Ἐναιώρημα μετέωρον, ſublimamentum ſublime, delirium denotans, ægr. 3. & 9. & 12. lib. 3. Epid. poſt ſt. peſt. quod à flatibus ſublatam materiam ſurſumque ad tentandum cerebrum raptam indicat, ideoque κατὰ συμβεβηκὸς mentis emotionem ſignificare ſcribit Gal. comm. 3. in lib. 3. Epid. (p. 439. 55.) Eademque ratione ἐναιωρήματα διεσπασμένα, ſublimamenta diuulſa, quæ magnam in corpore humorum perturbationem & à flatuum copia agitationem indicãt, mentis emotionem prę ſe ferunt, vt ægr. 4. lib. 3. Epid. poſt ſt. peſt. & ægr. 10. lib. 1. Epid. ἐναιωρήματα διεσπαρμένα dicuntur ægr. 1. lib. 1. Epid. diſperſa ſublimamenta. Eadem etiam exprimuntur Hippocrati in Prorrh. (p. 179. 33.) per τὰ οὖρα ἀκατάστατα ἐναιωρήματα ταραχώδεα, vt & Coac. Prænot. (p. 429. 35.) οὖρα ἀκατάστατα ἐναιωρεύμενα ταραχώδεα, quæ vrinas perturbatas cum confuſis ſublimamentis ſignificant. Sic enim Gal. in Prorrh. οὖρα ἀκατάστατα ἐν τοῖς ἐναιωρήμασι vocat, hoc eſt, vrinas ſine ſedimentis per quas ſublimia quædam ſuſpenſa feruntur, eaſque primùm quidem & per ſe, crudorum humorum in venis perturbationem ſignificare ſcribit, ex accidenti verò ad delirii generationem conferre. ἐναιωρεύμενα οὖρα etiam dicuntur Hippocrati in Prorrh. (pag. 170. 26.) impropriè vrinæ quę ſublimamenta aut innatantes nubeculas habent, vt illic adſcribit Gal. cùm id propriè de his q̃ per vrinas vehuntur efferatur.

Ἐναιωρεύμενοι ὀφθαλμοὶ dicuntur oculi ſublimes, inſtabiles, incontinenter moti, in Progn. (p. 124. 29.) ἀστήρικτοι, ὡς διὰ παντὸς κινούμενοι, Galeno in com. Sic etiam dici poſſe videntur oculi in ſublime contorti & ſuſpenſi, quales in moribundis & animo linquentibus cernuntur, cùm oculi iam in caput contorquentur, & pupilla ſub gena ſuperiore reconditur, quod fit in conuulſis ſurſum mouentibus muſculis, naturaq́; ad ſuum principium contracta. In Coac. Prenot. (p. 430. 22.) κρύπτεσθαι τὸ μέλαν ὑπὸ τὸ ἄνω βλέφαρον dicitur, oculi nigrum à ſuperiore gena contegi. His enim verbis τοὺς ἐναιωρευμένους ὀφθαλμοὺς Prognoſtici, illius Præſagii author exprimere mihi videtur. Quales etiam oculi in Æniate quodam ſubintelliguntur lib. 7. Epid. (p. 358. 1.) cùm ſcribitur: ὀφθαλμοὶ οἷοι τῶν λειποθυμεόντων, oculi quales animo deficientibus. Pręſentiſſimam enim mortem his verbis indicauit.

Ἐναλίγκιος idem & ſimilis dicitur, eaque dictio frequens eſt Homero. Eam quoque vſurpat Hippocr. libr. περὶ διαίτης (pag. 54. 34.) de renibus, τὴν χροιὴν δ' ἐναλιγκίοι μήλοισιν, colore verò malis ſimiles.

Ἐναντία contraria dicuntur quę vtrinque à medio æqualiter diſtant. Sic enim Gal. com. 5. in lib. 6. Epid. (pag. 515. 7.) ἀκριβῶς γὰρ ἀλλήλοις ἐστὶν ἐναντία τὰ τοῦ συμμέτρου τι καὶ μέσου διακεχωρηκότα τὸ ἴσον ἑκατέρωσε. Exquiſitè nanque inter ſe ſunt contraria, quæ vtrinque à medio & temperie æqualiter recedunt.

Ἐναργῆ ἐνύπνια inſomnia manifeſta & conſpicua in Phreniticis in Prorrh. (p. 172. 28.) & Coac. Præn. (p. 426. 30.)

Ἐναρικύμενος vide Ἀερικύμον antea.

Ἐναυλὴ interior via aut trames dicitur, aut fiſtularis via, vel interior habitatio ac domicilium, & pro pudendorum ſinu ſumitur Hippocrati lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 269. 46.) ἔπην δὲ πλησθῇ τὸ σῶμα, καὶ ἡ ἐναυλὴ, cùm vteri

oſculum

oſculum ac interint via, aut interior habitatio, occluſa fuerit. Sic enim illic pro κλυσθῇ leg. exiſtimo. Ἐναυλιζόμενον, ἐμμένον, apud Hip. exponit Erotianus, hoc eſt, quod immoratur & manet aut moram trahit, ex his quæ adiecta ſunt ad lib. περὶ φύσ. ἀνθρώπε (p. 25. 41.) καὶ χρόνον ἐναυλιζόμενον πολλὸν ἐν τῷ στήθει καταστήπεται, & longo tempore in pectore moram trahens, putreſcit. Hunc enim haud dubiè locum ab Erotiano exprimi mihi perſuadeo. Ἐναυλίζεσθαι διατρίβειν exponit Heſychius quod eſt immorari, diuertere, manere aut ſtationem habere ac diuerſari pro quo ſtabulari aut ſtabulare metaphoricè ponitur, vt apud Vergil. 6. Æneid. Centauri in foribus ſtabulant.

Ἐνδεδινημένοι ὀφθαλμοί, ſunt intrò conuoluti oculi, intus conuerſi, obtorti, intus agitati, & qui intrò obtorquentur, aph. 16. ſect. 1. lib. 6. Epid. quos τοῖς πεπηγόσι, hoc eſt, fixis & concretis, opponit Gal. Com. 2. in Prorrh. (p. 185. 14.) Inſtabiles enim ſunt neque quieſcere poſſunt, non ſecus ac eorum oculi qui affectu (quem ἴλιγγον vocant) tentantur. Indicant autem huiuſmodi oculi delirium aut tremorem muſculorum oculos mouentium, vt ſcribit Gal. Com. 1. in lib. 6. Epid. Ἐνδεδινημένους ὀφθαλμοὺς in Progn. ἐνεσκιρρωμένους vocare videtur Hippocr. ἀστηρίκτους καὶ διηνεκῶς κινουμένους, inſtabiles & continenter motos explicat Gal. ἐνδεδινημένοι ὀφθαλμοί Aretæo in tetani Curatione (cap. 6. lib. 1. cur. ac. morb.) ſignificari videntur intrò prouoluti & in profundo conuoluti, velut μόλις περιδινούμενοι, qui ægrè circumuoluuntur, cap. 6. περὶ ὀξ. παθ. Idem etiam ὀφθαλμοὺς ἐνδεδινημένους, oculos inuerſos, intus conuolutos, in Epilepſis ponit, cap. 5. lib. 1. περὶ ὀξ. παθ. ἐνδεδινημένα ὄμματα dicuntur Hippocr. lib. 5. Epid. (p. 342. 45.) & lib. 7. Epid. (p. 357. 40.) Quē locum diſertè mihi videtur exprimere Erotianus cùm ὄμματα ἐνδεδινημένα apud Hippocr. explicat, & ἀντὶ τοῦ ἐξεστραμμένα, rectè ſumi poſſe, pro inuerſis ſcribit. Idemque Epiclem reprehendit qui ἐνδεδινημένον de tenebricoſa vertigine & capitis dolore affecto ægro apud Hipp. dici voluerit, cùm iſta non in vniuerſum ad ægrum referātur, ſed proprio quodam modo de oculis dicantur lib. 6. Epid. Hanc autem dictionem παρὰ τὴν δίνησιν πεποιῆσθαι ſcribit, ὅπερ ἐστὶ κυκλοτερὴς περιστροφή, in orbem circumactio.

Ἔνδεσις τοῦ ποδός, pedis connexio & colligatio, & ea pedis pars intelligitur in quam tibiæ oſſa deſinunt, quæque ad talos ligamentis annectitur. Lib. περὶ ὀστέων φύσ. (p. 62. 30.) παρὰ τὴν ἔνδεσιν τοῦ ποδός, iuxta pedis illigationem & connexionem.

Ἔνδημα νοσήματα dicuntur morbi populares & publici, populo aut alicui regioni familiares. Ex genere ſunt cõmunium morborum non ſecus ac peſtis, vt ſcribit Galen. initio Com. 1. in lib. 1. Epid. (p. 346. 11.) ἀλλὰ μηδὲ τοῦτό σε παρέλθῃ ἐν τοῖς προγεγραμμένοις ῥήσεσιν εἰρημένον ἐν ἄλλοις τέ τισι τῶν Ἱπποκράτους, ὅτι πλεονάζει δὲ τισὶν ἐν τινι χώρᾳ, ἅπερ δὴ καὶ ἔνδημα προσαγορεύεται τῶν κοινῶν πολλοῖς ὄντα καὶ αὐτά, καθάπερ καὶ ὁ λοιμός. Neque verò te latere velim, dictum hoc tum in ſuperiore oratione, tum in aliis quibuſdam Hippocratis libris, morbos eos qui perpetuò regionem aliquam occupant, qui & ἔνδημοι hoc eſt publici vocantur, ex illorum eſſe genere qui multis cõmunes exiſtunt, vt peſtis quoq;. Authori Definit. Med. (p. 395. 7.) ἔνδημα νοσήματά ἐστι τὰ ἔν τισι πλεονάζοντα τόποις, publici morbi ſunt, qui in locis quibuſdam abundare ſolent.

Ἐνδοιαστὸν anceps, dubium aut ambiguum ſignificat. Prorr. 2. (p. 419. 6.) εἰ δὲ ἐνδοιαστὸν εἴη ἀμφὶ τῶν νεύρων, ὅπως ἔχοι. Sin dubium eſt quomodo nerui affecti ſint. In Coac. Prænot. (p. 427. 13.) & lib. περὶ κρισίων (p. 385. 45.) ἐνδοιαστὸν dicitur, hoc eſt, quod rem in dubium vertit, quod aph. 64. lib. 4. ἐπ᾽ ἀγαθῷ. Ἐνδοιαστὰ νοσήματα ſunt morbi ancipites & dubii, aut quorũ euentus eſt dubius, lib. 1. de Morb. (p. 129. 8.) καὶ ὁκόσα ἐπὴν γένηται ἐνδοιαστὰ, ἢ κακὸν ἀπ᾽ αὐτέων ἀποβαίνει, ἢ ἀγαθόν. & qui morbi vbi exorti ſunt dubium habent exitum, bonum aut malum, aut vbi orti ſunt, euenta habent dubia, aut mala, aut bona. Ibid. rurſus (v. 37.) ἐνδοιαστὰ δὲ τὰ τοιαῦτα ἀπολλύναί τε καὶ μή. Ancipites verò morbi einſmodi, vt perdant, aut non. Sic ἐνδοιαστοὶ τόνοι, nerui ambigentes, dicũtur lib. 2. Epid. (p. 317 4.) Eadem etiã notione ἐνδοιασμὸς ἔχοντες dicuntur Hippocrati qui ad morbum aliquem dubiè ſe habent, in eoque ambiguos, & in quibus etſi quodammodo ſuſpecta eſt morbi natura, nullam tamen determinatam habet circumſcriptionem, neque in his planè eſt confirmatus. Lib. 1. Epid. ſect. 1. ἐπεὶ καὶ τοῖσιν ἐνδοιασμοὺς ἔχουσι, πολλοῖσιν ἐβεβαίωσε τότε, ſiquidem & multis de tabe in dubium venientibus, ipſa tunc eſt confirmata. Sic enim dicuntur qui ex diutina tuſſi tabem trahunt longius, nec dum eam planè habent confirmatam. Quemadmodum & aph. 14. ſect. 7. lib. 6. Epid. de diuturnis & trahentibus morbis ſcribitur, καὶ γὰρ τοῖσιν ἐνδοιασμοῖσιν ἐβεβαίωσε. In his enim qui ambiguè ſe habebãt, tabem confirmarunt. τοῖς ἐνδοιασμοὺς ἔχουσι eos opponere videtur Hippocr. quos ſtatim morbus perfectè occupauit abſque protractionis ſuſpicione lib. 1. Epid. ſect. 1. ἐνδοιαστὸν Heſychius exponit ἀμφίβολον, ἀμφιδοξούμενον.

Ἐνδοῦναι, remittere, ceſſare, aut concedere ſignificat, & de morbis aut ſymptomatis dicitur Hipp. vt ſcribit Gal. Com. 3. in Progn. (p. 152. 43.) εἴωθε γὰρ ἐπὶ τῶν διαθέσεων καὶ τῶν συμπτωμάτων φέρειν τοὔνομα, καθάπερ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες οἱ μετ᾽ αὐτὸν, ἐνδοῦναι τὴν φλεγμονὴν, καὶ τὸν ὄγκον, καὶ τὴν σκληρότητα, καὶ τὴν τάσιν, καὶ τὴν ὀδύνην λέγοντες. Solet enim Hippocrates de affectionibus ac ſymptomatis dictionem [τὸ ἐνδοῦναι] efferre, quemadmodum etiam alii omnes ætate poſteriores, cùm ἐνδοῦναι, hoc eſt remittere inflammationem, tumorem, duritiem, tenſionem & dolorem di-

cunt. At cùm ſcripſit Hipp. in Progn. (ibid. v. 59.) ἐὰν δὲ μήτε τὸ οὖρον μηδὲν ἐνδιδῷ. Si verò neq; cōcedat vrina, hic ἐνδιδόναι ex tranſlatione cedere aut concedere, & vacuari ſignificat vrinam neque ſupprimi, quod accidit in veſicæ inflammatione quæ lethalis eſt. Atq; ſi contingat vrinam cedere & vacuari, in melius mutationem denotat & doloris remiſſioné. Sic enim eam lectionem ex Artemidori & Dioſcoridis exemplaribus tuetur Galenus, etſi aliam minus obſcuram ſcriptionem affert. Eſt & ἔνδοσις Galeno febrium continuarum remiſſio, quando ſuis particularibus acceſſionibus inſignes habēt ad remiſſionem aut declinationem mutationes, Com. 3. in lib. 1. Epid. (p. 378.) Vbi ἔνδοσιν & ἀπυρεξίαν de ſebrium remiſſione ponit, & alterum de febribus continuis, alterum de intermittentibus dici ſcribit, vtrunque tamen ſub verbo διαλείπειν contineri.

Ἐνέδρη Hippocrati ſignificat inſeſſionem, locationem, & de ferularū impoſitione dicitur, lib. de fract. (p. 555.1.) τὰς δὲ ναρθήκων τὰς ἐνέδρας χρὴ φυλάσσεσθαι κατὰ τὸ τῶν σφυρῶν τὴν ἰξὺν, ferularum verò inſeſſiones ne è directo malleolorum fiant, obſeruare oportet. Vbi Gal. ναρθήκων τὰς ἐνέδρας, ἐπιθέσεις impoſitiones exponit, ſcribitq; ἐνέδρας velut ἕδρας dixiſſe Hipp. μετὰ τῆς, ἐν, προθέσεως, τὸ σημαινόμενον ἐκ τῆς λέξεως ἐναργέστερον ἐκφῆναι ποιήσων, cum præpoſitione, in, quò euidétiorem dictionis ſignificationem faceret. Rurſus eodem lib. (p. 562.55.) ἐὰν δὲ ἐν τῇ ἰητρείῃ ἕλκος γένηται, ἢ πίεσιν ὀθονίων μᾶλλον πιεχθέντος, ἢ ὑπὸ νάρθηκος, ἐνέδρης, ἢ ὑπὸ ἄλλης τινὸς προφάσιος. Quod ſi inter curandum vel ex nimia linteorum compreſſione, vel ex ferularum inſeſſione, vel ex alia quapiam cauſa, vlcus extiterit. Ac rurſus ibid. (p. 569.39) ἐὰν δὲ ἄκρον τοῦ ὀστέου τὸ ἄνω παρηλλαγμένον, μὴ ἐπιτήδειον ἔχῃ ἐνέδρην τῷ μοχλῷ, ἀλλὰ παρεξὺ ὃ παραφέρει, παραγλύψαντα χρὴ τοῦ ὀστέου ἐνέδρην τῷ μοχλῷ ἀσφαλέα ποιῆσαι. Quòd ſi ſanè pars oſſis quæ ſuper aliud effertur, minimè idoneam vecti ſedem exhibet, ſed acutum quid prominet, illud ſcalpro vtrinq; limandum, quò firmius vectis inſideat. Ἔνεδροι etiam dicuntur Hippocrati qui equis firmiſſimè inſident, lib. de aere, loc. & aq. (p. 79.8.) Scribit nanq; Scythis fluida & laxa eſſe corpora, quòd in cunis faſciis non colligantur, quemadmodum Ægyptii, οὐδὲ νομίζουσι διὰ τὴν ἱππασίην ὅκως ἂν εὔεδροι ἔωσι, neque reputant inter equitandum quàm firmiter inſideant. Etſi quidam illic εὔεδροι pro ἔνεδροι legendum exiſtimant.

Ἐνεφίκασιν, vide κρίκος poſtea & κρικόω.

Ἐνεόντα dicūtur humores qui in corpore inſunt & continentur lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 8. 34.) quibus τὰ εἰσιόντα (ibidem v. 44.) & τὰ ἐμπεσόντα, opponit, potum & cibū ingeſtum indicans. Ἐνεῖναι etiam propriè in profundo corporis ineſſe ſignificat Hipp. in Progn. (131.4.) cùm ſcribit, ἐὰν δὲ καὶ σφυγμὸς ἐνῇ ἐν τῷ ὑποχονδρίῳ. Si verò pulſus in præcordiis inſit. Vbi ſcribit Gal. [τὸ ἐνεῖν] proprio quidem ſignificato inaudiendum eſſe τὸν ἐν τῷ βάθει τοῦ ὑποχονδρίου γινόμενον παλμὸν, ἢ σφυγμὸν, διὰ τῆς ἐνεῖν φωνῆς ἐνδείξασθαι βουληθέντος αὐτοῦ, cùm velit per verbum [ἐνεῖν] indicare pulſum vel palpitationem altè in præcordiis ineſſe.

Ἐνεὸν vanum, inefficax, inutile, inane ſignificat apud Hip. ἐν τῷ κατ' ἰητρ. (p. 679.14.) τὸ δὲ ἄμμα μήτε ἐν τρίβῳ, μήτε ἐν ἔργῳ, μήτε ὅκου ἐνεὸν ἐνεόν, ὡς μὴ ἐς τὸ ἐνεὸν κέηται. Neq; verò nodum ea parte facere oportet quam terimus, neq; qua agimus, neq; qua parte inane eſt, ne in vanum collocetur. Vbi extremo loco ἐνεὸν Gal. ſignificare ſcribit μάταιον, ὡς εἰ καὶ ἄπρακτον εἰρήκει, vanum, ac ſi inutile & inefficax dixiſſet. Idem etiam ἀνωφελὲς καὶ ἄχρηστον nihil conducens & inutile dici ſcribit. Quòd igitur ἐνεοὺς Græci eos vocāt qui à primo ortu ſurdi ſunt, & indiſtinctè loquuntur, ad vitæq; obeundas actiones prorſus ſunt inutiles: ita ἐνεὸν Hippocrati ſignificat, τὸ μηδὲν ὠφελοῦν τὴν ἐπίδεσιν, quod nihil ad deligationem conducit, eamq; vanam & inefficacem reddit. Ibidem quoq; κενὸν pro ἐνεὸν ferri poſſe ſcribit, quod κενὸν, μάταιον, & ἄχρηστον inane, vanum & inutile ſignificat. Κενὸν quoque κενὴν χωρίον, locum inanem & vacuum, qualis eſt in flexura, ſub ala, genu & inguinibus ibidem ſignificare poſſe ſcribit. Ἐνεὸς etiam exponitur Heſychio, κωφὸς, μωρὸς, ὃς ὔτε ἀκούει ὔτε λαλεῖ, ſurdus, ſtolidus, qui neque audit, neque loquitur. & ἐνεοὶ, ἄφωνοι, muti.

Ἐνερεισθὲν πέπερι, piper probè infixum, impoſitum dicitur aph. 25. ſect. 6. lib. 6. Epid. quod ſignificat humi defixum & in terrā impoſitum aut immiſſum, ab ἐνερείδομαι aut ἐρείδω nouè deductum. Sed nos illic pro ἐνερεισθὲν ἐναρμοσθὲν, hoc eſt probè impactum & inhærens ac infixum, ab ἐνερείδομαι, aut ἐναρμοσθὲν, probè appoſitum aut accommodatum, legi poſſe ſcripſimus noſtris eum in aph. Annot. quod ἐναρμὸς, ἐνηρμοσμένος dicatur inſertus & adaptatus.

Ἐνέρεισις cōpreſſionem, illiſionem & innixum ſignificat Hippocrati, ἐν τῷ κατ' ἰητρ. (p. 690. 44.) μηδὲ ναρθήκων ἐνέρεισιν εἶναι, neque ferulis compreſſio adſit. Vbi Galenus ἐνέρεισιν, βίαν καὶ θλῖψιν, vim & compreſſionem exponit.

Ἐνεφλεβοτόμησε Erotianus apud Hippocr. ex ſententia Bacchii exponit, διεῖλεν εἰς πολλοὺς τόπους τὰς φλέβας καὶ οἷον ἐμέρισεν, hoc eſt venas ad multa loca diſtribuit ac veluti in partes ſecuit. Nimirum haud dubiè locum lib. περὶ ὀστέων φύσ. ſubindicans (p. 63.4.) καὶ τάς τε παραφυάδας ἐνεφλεβοτόμησε, & propagines in multas venas tranſmiſit, hoc eſt ramulos in multiplices venas diuiſit aut ſecuit.

Ἐνηλλαγμένα ἄρθρα, articuli inuicem cedentes & inter ſe alternati, hoc eſt alios viciſſim recipientes, & in alios inſerti. Sic vocantur vertebrarum articuli Hipp. lib. de art. (p. 619. 52.) qui inter ſe ad laterales proceſſus cōmittuntur, quarum altera viciſſim alteram excipit, & in alteram coniicitur. Hanc enim dictionem his verbis explicat Gal. ἐνηλλαγμένα δὲ οὕτω, ὅτι δύο μὲν ὑψηλοτέρας ἀποφύσεις ἔχει αὐτῶν ἑκάστη, αἷς διαρθροῦται πρὸς τὴν ὑπερκείμενον. ἄλλας δὲ

ταπει-

πεπαυτήρας αὖ πάλιν, αἷς πρὸς τὸ ὑποκείμενον ἄρθρον. κατὰ μὲν τὰς ἑτέρας αὐτῶν ὑποδέχεται τὰς ἐξοχὰς τοῦ πλησιάζοντος, κατὰ δὲ τὰς ἑτέρας ἐπιβαίνει θατέρου. (Sic nanque apud Gal.leg. exiſtimo, cùm locus aliôqui noſtris in codicibus fœdiſſimè ſit deprauatus.) Alternatos autem vertebrarum articulos dixit ideo quòd earum vnaquæque duos quidem ſublimiores proceſſus habet, quibus cum ſuperiore coarticulatur, rurſusque alios duos humiliores, quibus cum ſubiecta committitur. Et his quidem in alteram conſcendit, illis verò alterius proximæ eminentias excipit.

Ἔνθερμος φύσις præcalida natura dicitur Hippocrati aph.13.libr.6. Epid. ſect.4.& aph.19. πολύθερμος φύσις exponitur Galeno ex mente Dioſc.h.e.impensè calida natura com.4.in lib.6.Epid.(p.502.10.) Sic autem dicitur ea natura, quæ multo calido acri, non natiuo, abundat, vt ſcribit Gal.com.4.in lib.6. Ep. (p.499.1) τὰς ἐνθέρμους φύσεις ὀνομάζειν ἔθος ἐστὶν αὐτῷ ταύτας καθ' ἃς οὐ τὸ σύμφυτον πλεονάζει θερμὸν, ἀλλὰ τὸ δριμὺ καὶ δακνῶδες, ὅπερ ἐπίκτητόν τε καὶ οὐ κατὰ φύσιν εἶναι νομίζει. Præcalidas naturas appellare conſueuit Hip.eas in quibus non redundat calidum natiuum, ſed id quod acre eſt & mordax, quod tum acquiſititium eſſe, tum minimè ſecũdum naturã exiſtimat. Sic quoq; aph.34.ſect.5.lib.6.Epid. ἔνθερμον præcalidũ aut impensè calidum vocat, & Gal. πολύθερμον exponit, ſiue σῶμα, ſiue ἄνθρωπον, ſiue φύσιν, ſiue κρᾶσιν ſubaudias.

Ἐνθετὰ ſunt medicamẽta quæ narib. imponuntur ad compeſcendam hæmorrhagiam, τὰ ἐντιθέμενα dicũtur lib.4.Epid.(p.332.48.) etſi eadẽ de medicamentis quę ad dolores dentiũ immittũtur ſumi poſſe ex aph. 25. lib.6. Ep.ſect.6.illìc ſcripſimus. Ἐνθεῖναι χυμοὺς ſuccos imponere, inſerere, indere, ingerere aut generare ſignificat Hippocr. aph.2. ſect.2. lib.6.Epid.& de ſuccis qui deficiũt capitur, quos per cibos ingenerare, ingerere conuenit, Galenus γεννῆσαι dixit.

Ἐνθλάζειν intus contundere ac collidere ſignificat, & dicitur Hippocrati, de eo quod intrò deſidere facit ac cedere, quodq; veluti deprimit, & impreſſionem aut cauitatẽ relinquit. Velut lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.208.34.) in ileo morbo, καὶ ἢν τῷ δακτύλῳ τοῦ σώματος ὑποπιέζῃς, ἐνθλάσεις, et ſi digito partem aliquã corporis cõprimas, intro collides, h.e. deſidere facies, impreſſionẽ facies ac cauitatẽ. Subiungit.n. καὶ σημαίνεται ὡς ἐν σταιτί. & veſtigium imprimitur ac nota relinquitur, non ſecus ac in farina aqua ſubacta. Quem certè locum mihi procul omni dubio exprimere videtur Gal.in Exeg. cùm ἐνθλᾶσαι ἐνθλᾶ, intrò collidit, infringit, imprimit, vt pro ἐνθλάσεις, ἐνθλᾶσαι (ab ἐνθλάσαι legiſſe videatur, & ad digitũ referre qui impreſſionẽ facit. Sic ἐνθλᾶν intro colliſi ſignificat Hip. (ib.v.35.) & de eo q̃d deſidit aut intro cedit dicit, velut de cute, q̃ digitis cõpreſſa intrò cedit, & cauitatẽ facit. μάλιστα δὲ ἐν τοῖσι ποσὶν ἐνθλᾶται, maximè verò in pedib. impſſio fit & cauitas, h.e. in pedib. cutis media deſidit, aut intrò cedit, (Sic enim ποσὶν, pro πόνοισιν lego.) Eadem verò in re verbo ἐμπλάσσεσθαι vtitur Hipp. libris περὶ γυναικείων, vt ſuprà oſtendimus. Ἔνθλασις etiã dicitur Galeno extremo lib.2.de cauſ.mor. (p.211.42.) cùm quid intrò cedit ac impellitur ab ictu cauitatẽq; retinet, ſiue in oſſe, ſiue in carne cõtingat. Neceſſe.n. eſt vt q̃d ab ictu colliditur in ſeſe cedat ac impellatur, & cauitas relinquatur, aliôq ἔνθλασις nõ fiet.

Ἐνθράσσειν vide θράσσειν poſtea.

Ἐνθυμηματικοὶ πρὸς τὰς ἀποκρίσιας, in reſpõdendo arguti, acuti, acres. lib. περὶ εὐσχημοσ. (p.15.10.)

Ἐνιαύσιον νόσημα morbus annuus, qui anno poſt ſoluitur, aut annorum circuitu. Lib.de nat. hum.(p.17.11) ὅ,τι δὲ αὐτὰς ὥρας ταύτας ὑπερβάλλῃ νόσημα, εἰδέναι χρὴ ἐνιαύσιον αὐτὸ ἐσόμενον. Quicunque verò morbus iſta tempora ſuperarit, eum annuũ fore ſcire oportet. Vbi Gal. ἐνιαύσιον νόσημα exponit, τὸ μετ' ἐνιαυτὸν τῆς πρώτης ἑαυτοῦ γενέσεως λυόμενον, καὶ τὸ κατ' περίοδον ἐνιαυτῶν ἑπτὰ ὡς τὰ μηνιαῖα, morbum qui anno poſt ſuam ipſius originem ſoluitur, aut ſeptem annorum circuitu, vt qui ſeptem mẽſium circuitu ſolutionem accipiunt. At verò ἐνιαύσια ἕλκεα dicuntur Hippocr. aph.45.lib.6. vlcera annua quæ longo tempore ſanie manãt, neque cicatrice clauduntur.

Ἐνίστημι inſiſto, inſto, vrgeo, inhæreo ſignificat. Lib.8.Epid.(p.342.3.) ὀδύνη εἰς τὸν κρόταφον τὸν δεξιὸν ἐνιστήκει, dolor in tempore dextro inſiſtebat, hoc eſt, infeſtabat & firmabatur, aut ad tempus dextrum inſtabat & vrgebat. Ἐνστάσις verò inſtantiam ſignificat, dictio Eraſiſtrato familiaris & Aſclepiadi qui Democriti ſectator fuit, cùm morbos atomorum in vacuos meatus ingreſſu & obſtructione oriri docuit, huiuſmodi ingreſſum infixionémue ἐνστάσεως nomine ſignificãs. Quod ex Celſo colligi poteſt, qui in Prœmio ſcribit Aſclepiadem contendiſſe fieri ægritudines, vbi manantia corpuſcula per inuiſibilia foramina ſubſiſtendo iter claudunt. Cælius quoq; Aurel.in Prœmio lib.acut.paſ.ſcribit Aſclepiadem diffiniuiſſe Phrenitim eſſe corpuſculorum ſtationem ſiue obſtructionem in cerebri membranis. Huius ἐνστάσεως meminit Plutarchus in Præceptis ſalubrib. & Gal.com.ad aph.31.lib.6. Eam verò declarat Caſſius Medicus apertiſſimis verbis Probl.76. qui Aſclepiadis & rationalis ſectæ Medicus fuiſſe exiſtimatur, vt elegãtiſſimè & appoſitiſſimè ſcripſit Hier.Mercur. variarum lect.lib.4.cap.13.

Ἐνμέρει, per vices, alternis vicibus, viciſſim, ſigillatim, ſeparatim. lib.5.Epid.(p.335.22.) φλεβοτομηθέντος δὲ ἐν μέρει ἑκατέρην τὴν χεῖρα, ſecta verò per vices vtriuſq; manus vena.

Ἐνόδιος aut εἰνόδιος in via ſitus & poſitus dicitur, in via habitans, ἐνοδίην οἰκίαν ἔχων ἢ ναίων. Sunt & ἐνόδια quæ in via aut triuiis occurrunt. Ἐνοδίας quoque eſt Dianæ, aut Hecates & Proſerpinæ epitheton, quòd in triuiis ſit coli ſolita, vnde & Triuia Virgilio dicitur, indeque τριοδῖτις Theocrito, quòd in triuiis à

matre abiecta, à paſtoribus ſuſcepta & enutrita fertur. Varro autem Dianam Triuiam dictam ſcribit, quòd in triuio ferè collocetur in Græciæ oppidis, vel quòd eadem luna eſſe dicatur, quæ in cœlo tribus viis moueatur, in altum, longum, & latum. Dicitur eadem etiam ἐνοδία, quaſi Compitalis, & quæ cõpitis præeſt, Feſto viarũ Dea. Ὀδία quoq; Heſychio ἡ κόρη θεὸς, Proſerpina eſſe dicitur. Ἐνόδιος etiam eidem ἑρμῆς πομπὸς, aut ὁ πομπὸς (vt ſcribit Varinus) exponitur, & eſt Mercurii epitheron ἀπὸ τῆς ὁδοῦ, à viis & ſemitis, quòd in viis ſtatueretur ad iter demonſtrandũ. Eam dictionem vſurpat Hippocr. lib. de morbo ſacro (p. 123. 20.) ἢν δὲ καὶ τῆς κόπρου τι παρίῃ ὃ πολλάκις ἔωσι γίνεται ὑπὸ τῆς νόσου βιαζομένοισιν, Ἐνοδίου προσκεῖται ἡ προσωνυμίη. Quòd ſi quid ſtercoris compareat (quod ſæpè quibuſdã morbo preſſis contingit) Hecates Enodiæ appellatio additur. Vbi quædam exemplaria manu ſcripta, vt & Aldinum, vitioſè ὁ ὁδίης ἡ πρόσκειται legunt. Fortè verò ἐνοδίης πρόσκει(ται) ἡ προσωνυμίη, legi poſſit, quòd Diana & Proſerpina ἐνοδία dicta ſit.

Ἐνουρέω, pro ſimplici οὐρέω, quod eſt meio. Lib. 7. Epid. (pag. 357. 15.) ἐνούρησε τῇ ἕκτῃ ἐν νυκτὶ ὀλίγον, ſexto die noctu paucam vrinam reddidit. Cornarius tamen ἐνούρησε, pro immeiere aut ſtratum permeiere ſumpſit. Ἐνουρον ὄχλον pro moleſtia in vrina reddẽda quidam ſumunt apud Hipp. lib. περὶ καρδίης (p. 55. 8.) ſed nos ἐνουρέον ὕδωρ illîc legimus, vt antea ſcripſimus in dictione Ἀναδίδ.

Ἐνοχλεῖν eſt perturbare, moleſtia afficere, negotiũ faceſſere. In Coac. Præn. (p. 429. 33.) καὶ πρὸς αὐγὰς ἐνοχλεῖν & oculorum aciem aut ſplendorem perturbare. In Prorrh. (p. 215. 24.) καὶ πρὸς αὐγὰς ὀχλέοντα repoſuimus, quæ oculorum ſplendorem conturbant, tenebricoſas caligines & offuſas oculis tenebras ex lib. 1. Epid. in hæmorrhagiæ ſignis, accipientes. ἐνοχλεῖσθαι ὑπὸ σπασμοῦ ἢ τετάνου, conuulſione aut diſtentione, detineri, affligi, conflictari, aph. 57. lib. 4.

Ἐνοκλῆμαι aut ἐνσκληρέω ab ἐνσκλήω videtur poſitum apud Hipp. pro inareſco, aut areſio, aut arefactus indureſco, Lib. 1. de morb. (pag. 138. 26) καὶ ὁκόσον ἐν αὐτῷ ἔνι φλέγματος καὶ χολῆς, ὅσον ὑπὸ τῆς θερμασίης ἐνσκληρυνθέν τι καὶ ὀδύνην παρέχει, & quicquid pituitæ aut bilis in eo ineſt, id à caliditate areſactum induruit, & dolorem affert.

Ἔντασις Hippocrati intenſionem aut internam cõtenſionem ſignificat, q̃ interdum eidẽ τάσις καὶ ξύντασις dicitur. lib. de rat. vic. in morb. ac. (p. 91. 26.) ἡ τῶν ὀρχίων ἔντασις κριτική, teſtis intenſio iudicationem indicans, in febre. Rurſus (ibidem p. 92. 56.) φρενῶν ἔντασις, ſepti tranſuerſi cõtenſio aut intẽſio, in phlebotomiæ ſcopis. Item ἤτρου ἔντασις ἑκατέρωθεν ἐς ἰθὺ, imi ventris vtrinque in directum intenſio, lib. 4. Epid. (p. 330. 47.) Ἔντασις autẽ ὑποχονδρίου vt & ξύντασις præcordiorum intenſionem ſignificat, & internorum viſcerum phlegmonem; vt & ἔντασις ὑποχονδρίου ὑπομαλθακὴ, ſubmollis præcordiorũ intenſio dicitur, quæ ſine tumore eſt & inflammatione externarum partium & muſculorum epigaſtrii, vt ægr. 2. & 10. lib. 3. Epid. & ægr. 16. eiuſdem libr. poſt ſt. peſt. Sic enim Gal. com. 3. in lib. 3. Epid. (p. 413. 19.) ἔντασιν ὑπομάλθακον, χωρὶς ὄγκου τινὸς, h. e. tenſionẽ ſine tumore exponit. Quam ẽt repetit eodẽ com. (p. 441. 57.) vbi etiam addit huiuſmodi vocem partium intra peritonæum contentarum affectionem ſubindicare, nullo tumore affectis externis, h. e. epigaſtrii muſculis. Ἔντασις etiam vehementiam, rigorem & auſteritatem denotat Hippoc. lib. περὶ εὐσχημοσύνης. (p. 16. 38.) ἅμα μὲν ἐπιπλήσσειν μετὰ πικρίης καὶ ἐντάσιος, ſimulque cum amarulentia & auſteritate increpando. Vbi ἐντάσιος etiam legunt exemplaria manu ſcripta. Contrariam inſtantiam dixit Cornarius. Significat autem vehementer inſtando & cum ſeueritate. τὰ ἐντατικὰ dicuntur etiam medicamenta quæ ad excitandam venerem exhibẽtur, Incentiua vocat Aurelianus & Satyrica, cap. 18. lib. 3. Acut.

Ἐντείλασθαι idem quod ἐντέλλεσθαι, præcipere, mandare, mandatum dare. aph. 7. ſect. 7. libr. 6. Epid. ὅτι πολλὰ περὶ ἑκάστου ἔστιν ὀρθῶς ἐντείλασθαι. Videndum quoq; eſt quòd multa de vnoquoq; præcipere licet. Quẽ fortè locũ ſubindicat Heſych. cùm ἐντείλασθαι προστάξαι exponit.

Ἔντερον ſimpliciter effert Hipp. de dolore coli inteſtini, aut de eius tenſione, aph. 3. ſect. 4. lib. 6. Epid. ᾧ τὸ ἔντερον ἐπὶ δεξιά. qui inteſtini [coli] dolore dextra parte vexabatur. Vbi ſcribit Gal. τὸ ἔντερον quoſdã de coli inteſtini dolore aut tẽſione ſumere, quoſdam ẽt cæcum inteſtinũ & eius in ſcrotum deſcenſum intelligere. Nos aũt ad coli dolorem ex lib. περὶ χυμῶν (p. 117. 41.) referri debere indicauimus noſtris eum in locũ Annot. Ἔντερα ẽt Hipp. ſaccalum aut folliculum indicant, in quem medicamenta ad fotum immittũtur, fortè quia vt veſica, ita & inteſtina ad eum vſum accõmodari poſſunt. Lib. 3. de Morb. (p. 158. 41.) ἢ ἐς κύστιν, ἢ ἐς ἔντερα ἐγχέας τι τῶν ψυκτικῶν τι, refrigerantium aliquo in veſicam aut folliculum infuſo.

Ἐντὸς ἑωυτοῦ γενέσθαι, intra ſe eſſe, ſibi cõſtare, compos eſſe mentis, phraſis Hippocrati familiaris, qua mentis conſtantiam ſenſationemq; reſtitutam indicat. Libr. 7. Epid. (p. 352. 7.) μόγις γοῦν ἐντὸς ἑωυτοῦ ἐγένετο, vix tandem ad ſe rediit. Rurſusq; (p. 353. 25.) ἡμέρῃ δὲ ἐντὸς ἑωυτοῦ ἐγένετο, die autem ad ſeſe redierat.

Ἐντροπὴ idem quod ἐντροπὴ, pudefactio, verecũdia, lib. περὶ εὐσχημοσ. (p. 14. 49.) ἀκμάζοντες δὲ δι᾽ ἐντροπὴν ἱδρῶτας ἔχοντες βλέποντες. Vbi verò adoleuerint, pudore affecti, non ſine ſudore eos intueri ſuſtinent, hoc eſt, præ pudore eorum cõſpectum ſine ſudore ferre non poſſunt, ob antea actæ vitæ flagitia & infamiam. Sic enim cum Zuinggero locum accipio. Interpretes tamen Cornarius & Caluus ἰδιώτας pro ἱδρῶτας legiſſe videntur. Rurſus (ib. p. 15. 32.) ἐντροπὴ, auerſationem, hoc eſt turpitudinis fugam indicat, reuerentiam,

dixit

dixit Corn. ideoque ἐρυθρίασιν iungit, erubeſcentiam, verecundiam. Ἐνθρεπτὶ Heſychio exponitur ἐπιστροφή, anteactæ vitæ commutatio, quomodo illic ἀνθρεπτὶν ſumpſiſſe videtur Zuinggerus. Heſychio quoque ἐκβλίπτεται, αἰσχυνόμενον exponitur, & ἐκβίπτεται, μεταστρέφεται λαμβάνει, & ἐπιστρέφει.

Ἐνυγρίοντα, καθυγραίνοντα apud Hippocratem exponit Erotianus, humectum, humeſcẽtem, madeſcentem.

Ἐνυπόσαπρον πτύελον intus ſubputridum ſputum in hepaticis. Coac. Prænot. (p. 437. 47.)

Ἔνωμον crudum ſignificat & cui aliquid adhuc cruditatis ineſt, σκληρὸν καὶ ἀντίτυπον, durum ac renitens exponit Gal. comm. ad aph. 67. lib. 5. quodque molli opponitur. Vbi τὰ ἔνωμα οἰδήματα, crudos tumores, hoc eſt, duros ac renitentes, minimè cedentes ac molles, vocat Hippocr.

¶ Ἐξαγγίζειν eſt euacuare, è vaſe exhaurire & transfundere. Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 11. 42.) καὶ ἐξαγγίζοιτ' ἂν καθ' ἑκάστην ἡμέρην, & ſingulis diebus euacuaretur. Verùm illic exemplaria Regia manuſcripta ἐξαγγίζει & ἐξανίζει legunt. Eſt autem ἐξάγισαι euoluere, ſeu voluendo aut volutando eiicere & emouere. Quæ ſignificatio huic etiam loco conuenire poterit, vt ad ventriculum referatur, qui ſingulis diebus euolueret, emoueret aut euacuaret. Ac mihi videtur Galenus ἐξαγίζοιτο hoc loco legiſſe. Huc enim proculdubio referri debet quod in Exegeſi apud Hipp. ἐξαγίζοιτο, ἐκκενοῖτο explicatur, h. e. euacuaretur. Ad quam lectionem proximè accedunt exemplaria manu ſcripta quæ ἐξαγίζει habent. ἐξάγισαι autẽ Heſych. exponit κυλίσαι, ἐκκομίσαι, euoluere, emouere, exportare. ἐξαγίσαι autem ἐξάγειν, educere, exhaurire ſignificare poteſt, vt συναγίσαι, συναγαγεῖν, συναθροίζειν, congregare, coaceruare.

Ἐξαείρεσθαι apud Hipp. attolli, eleuari, aſſurgere ſignificat, vt lib. de fract. (p. 553. 54.) ἢ τὸ οἴδημα οὕτως ἐξαείρεσθαι ἐς τὰ ἄκρεα, tumorem extremis partibus hoc modo aſſurgere & attolli. Rurſus (ib. p. 557. 48.) τὰ οἰδήματα ἐξαειρόμενα ὑπὸ τοῦ πιέξιος, aſſurgẽtes ex compreſſione tumores. Vbi Gal. ἐξαειρόμενα ἐξαιρόμενα exponit.

Ἐξαιθριᾶσθαι, perflari, ab aëre perſpirari. lib. περὶ φύσ. παιδίου (p. 36. 42) ἐξαιθριοῦται γὰρ ὑπὸ τοῦ ἀνέμου, καὶ τὸ πνεῦμα δι' αὐτοῦ διηθεῖν. Perflatur enim à vento, & ſpiritus per eũ percolatur. Significat aũt aquam ab aëre ſtatim perflari & perſpirari, ideoque confeſtim refrigerari ſpiritu cum aëre ſubeunte.

Ἐξαθηλγεσθαι, vide Ἀθήλγεσθαι antea.

Ἐξαιθριάζειν eſt aëri & ſereno cœlo exponere, ſub dio tenere & refrigerare. lib. 2. Epid. (p. 314. 26.) ἐξ οἴνου δὲ ἢ ἐξαιθριαζόμενον τὸ πτύαλον. Quibus ſanè ſimile erat quod aëri exponebatur. Vbi ἐξαιθριαζόμενον διαχώρημα dicitur deiectio aëri expoſita, ſub dio depoſita & refrigerata. Innuit aũt his verbis Hipp. aëri expoſitas deiectiones & refrigeratas, ſpumantes, tenues & acres adhuc extitiſſe.

Ἐξαίσιον immoderatum ſignificat, mediocritatem exuperans, & quod decentẽ quandam portionem aut mediocritatem excedit, immẽſum & ingens, vt ἐξαίσιον κακὸν, ingẽs malum. lib. 7. Epid. (p. 365. 17) ἐξαίσιον θερμὸν calorem immoderatũ & ingentem ſignificat. ἐξαίσια ὑπέρμετρα exponit Heſych. quæ modum excedunt.

Ἐξαίφνης, repẽte, nullo p̃cedente ſymptomate, aut ſine cauſa manifeſta, ſæpe ſignificat apud Hip. vt aph. 37. lib. 5. ἐξαίφνης ἄνευ φανερᾶς αἰτίας exponit Philotheus aph. 65. lib. 5. ἐξαίφνης ἐξαπίνης exponit Heſychius, quo etiam vtitur ſæpè Hip. vt aph. 41. & 51. lib. 2.

Ἐξαλείπτης exponitur Gal. in Exeg. κονιάτης, χρίστης, qui calce ſiue alio tectorio illinit, vnctor & qui oblinit. Verùm ἐξαλείπτης leg. puto.

Ἐξαλίζοιτο, vide Ἐξαγγίζειν paulò ante.

Ἔξαλσις idem quod ἔξαλμα, ſaltus, exultus, vertebrarũ è ſuo loco eruptio aut expulſio. Lib. de art. (p. 619. 33 & 53.) vbi & ἐξαλλόμενος σπόνδυλος, loco deſiliens vertebra, & ἐκπηδήσας dicitur, & ἀποπηδήσας (ibid. p. 620. 42.)

Ἐξαμβλῶσαι & ἐξαμβλωθῆναι, vide Ἀμβλῶσαι.

Ἐξαμβλισκόμεναι pro Ἐξαθηλγόμεναι, vide Ἀθήλγεσθαι.

Ἐξανεμοῦσθαι eſt flatu diſtẽdi & turgeſcere, inflari & euentari, vt dixit Gaza apud Ariſt. lib. 6. hiſt. animal. cap. 18. Hipp. libr. 1. περὶ γυναικ. (p. 241. 45) ἢ ἢν τεκούσης ὑστέρη ἐξανεμωθῇ. Si eius quæ peperit vterus flatu diſtẽdatur aut turgeſcat. Et lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 227. 19.) ἢν λεχοῖ ἐξανεμωθῇ, ſi puerpera flatu diſtendatur. Vbi eadem remedia repetuntur. ἐξανεμοῦσθαι exponit Heſychius ἐπαίρεσθαι, μετεωρίζεσθαι, quod eſt attolli & eleuari, à flatibus nimirum. Idem etiam ξηραίνεσθαι, quod de ſegetibus dicitur quæ iã maturæ perflatu nimio excutiuntur, exinaniuntur & euentilantur, Theophr. lib. 8. hiſt. plant. cap. 10.

Ἐξανθεῖν efflореſcere ſignificat, emergere, erũpere, & de humorib. dicitur qui ex alto corporis in cutem pullulant & puſtulas excitãt aut aſpredines quaſdam. In Coac. Præn. (p. 441. 39.) ἐξανθεῖ οἷα κωνώπων κεντήματα, velut pulicum punctutæ in cutem erumpunt. Eadem tranſlatione ἐξανθοῦντα εἰς τὴν χροιὴν νοσήματα, morbi qui in cutis ſuperficiem erumpunt, vocantur Hippocrati, lib. περὶ τέχνης (p. 3. 15) & ἐν εὐδήλῳ κείμενα, h. e. apparẽtes & manifeſti, vt qui internas corporis partes occupant, ἐν ἀδήλῳ, obſcuri & latẽtes. Hinc ἐξανθήματα dicuntur Hippocrati puſtulæ, aut papulæ, & leues in cutẽ eruptiones, ſiue in ea extuberent, ſiue eã non excedant ſed tm̃ exaſperent. Ἐξανθήματα Celſus cap. 8. lib. 2. puſtulas ex lib. 2. Prorr. (p. 422. 28.) vertit, ἢ ἐξανθήματα ἐν τῷ σώματι, totóue corpore puſtulæ ortæ ſint. τὰ πλατέα ἐξανθήματα οὐ πάνυ τι κνησμώδεα, puſtulæ latæ non admodum pruriginoſæ, aph. 9. lib. 6. & aph. 22. ſect. 2. lib. 6. Epid. ἐξανθήματα μετ' ἱδρῶτος ἐρυθρὰ, στρογγύλα, σμικρὰ, οἷα ἴονθοι, papulæ cum ſudore rubræ, rotundæ, paruæ, varis non abſimiles, in Sileno li. 1. Ep. ἐξανθήματα κνησμώδεα θερμὰ, ὡς ἀποπεφευγότα, puſtulæ pruriginoſæ calidæ, tanq̃

cute ambuſta, lib. 7. Epid. (p. 359. 29.) ἐξανθήματα οἷα τὰ τῶν κωνώπων δήγματα, puſtulæ culicum morſibus non abſimiles, lib. 5. Epid. (p. 342. 26.) & lib. 7. (pag. 266. 1.) Lib. 2. Epid. (pag. 314. 26.) dicuntur τρηχύσματα ἐν τῷ χρωτὶ κεγχρώδεα, ὥσπερ ὑπὸ κωνώπων γενομένοις μάλιστα ἴκελα δήγμασιν, οὐ πάνυ κνησμώδεα, aſpredines quędam miliaceę in ſumma cute ſubnaſcentes culicum morſibus ferè ſimiles. Ἐξανθήματα autem τῷ φυμάτων genere continentur, & diuerſas tumorum ſpecies comprehendunt, ſola materiæ qualitate diſcrepant, vt ſcribit Gal. comm. 2. in lib. 6. Epid. (p. 466. 22.) ὡς ἐπὶ τῶν φυμάτων εἴπομεν ὅσα ὑπὸ θερμοῦ γίνονται χυμοῦ, ταχύ κρίσιμά τε ἐστὶ καὶ ἥκιστα πλατέα. τὰ δ' ὑπὸ ψυχροῦ, πλατέα καὶ χρόνια. κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἐπισκεπτέον χρὴ καὶ περὶ τῶν ἐξανθημάτων. οὐ γὰρ ὅλῳ τῷ γένει διαφέρει τῶν φυμάτων, ἀλλὰ τῇ ποιότητι τῶν γεννώντων αὐτὰ χυμῶν. γεννῶνται δὲ καθαιρούσης τὸ βάθος τοῦ σώματος τῆς φύσεως, ὥσπερ ἐνίοτε δι' ἐκκρίσεως, οὕτω καὶ δι' ἀποθέσεως ἐπὶ τὸ δέρμα. τοὺς μὲν γὰρ λεπτοτέρους τε καὶ ὑδατωδεστέρους χυμοὺς διαφορεῖ λεπτύνουσα. τῶν δὲ παχυτέρων ἐμπλαττομένων τῷ δέρματι, καὶ μᾶλλον κατὰ τὴν ἐπιδερμίδα πυκνὴν οὖσαν, ἐξανθήματα γίνονται. καὶ τοῦτο συμβαίνει μᾶλλον ἐκείνοις, ὅσοις πυκνότερόν τε καὶ σκληρότερόν ἐστι τὸ δέρμα. δυσχερὴς γὰρ ἡ δι' αὐτοῦ γίνεται τῶν παχυτέρων τε καὶ γλισχροτέρων χυμῶν διέξοδος. Quemadmodum de tuberculis dicebamus, quæcunque ex calido humore ortum ducunt, ea celeriter iudicari & minimè lata eſſe, quæ verò ex frigido, lata eſſe & diuturna. eadem ratione & de puſtulis intelligere conuenit. Neque enim toto genere à tuberculis diſcrepant, verùm humoris eas generantis qualitate. Procreãtur ſiquidem natura corporis profundum expurgante, vt interdum per excretionem, ita & per depoſitionem ad cutem. Tenuiores nanque dilutioresque humores attenuans ipſa digerit. Craſſioribus verò ad cutim adhæreſcentibus, præcipueque ad cuticulam (quæ ἐπιδερμὶς Græcè vocatur) denſam exiſtentem, puſtulæ exoriuntur. Idque iis magis contingit quibus cutis tum denſior, tum durior exiſtit. Craſſiorum nanque tenaciorumque humorum per ipſam difficilis eſt trãſitus. Rurſus com. ad aph. 9. lib. 6. καθάπερ τῶν φυμάτων ἁπάντων διττή τίς ἐστιν ἡ διαφορά, τῶν μὲν ἀνατεινομένων εἰς ὀξὺ, ὡς ὑψηλὸν γινομένων· τῶν δὲ ἐκτεινομένων μὲν ἐπὶ πλείονα τόπον, οὐ μὴν εἰς ὕψος αἰρομένων. οὕτως καὶ τῶν ἐξανθημάτων ἔνια μὲν ὑψηλὰ γίνεται, ἔνια δὲ πλατέα. τὰ μὲν οὖν ὑψηλότερα φύματα καὶ ἐξανθήματα θερμότερος ἐργάζεται χυμός, τὰ δὲ ταπεινότερα, ψυχρότερος. ὥστε διὰ διττὴν αἰτίαν οὐ πάνυ τι κνησμώδεα γίνεται τὰ πλατέα. διαπνεῖται γὰρ εἰς πλάτος ἐκτεταμένα, καὶ τὸν ἐργαζόμενον αὐτὰ χυμὸν ἧττον ἔχει δριμύν. Quemadmodum tuberculorum omnium duplex eſt differẽtia, cùm quædam in acutum tendant & extollantur, quædam in ampliorem locum extendantur, neque tamen in altum attollantur. Sic & puſtulæ nonnullæ ſublimes attolluntur, quædam etiam latæ ſunt. Sublimiora igitur tubercula & puſtulæ ab humore fiunt calidiore, humiliora autem à frigidiore. Quare duplici de cauſa latæ puſtulæ non admodum pruriginoſæ exiſtunt. In latitudinem enim extentæ difflantur, & efficientem humorem minus acrem obtinent. Ἐξανθήσιες ἑλκώδεις puſtulę vlceroſæ inter morbos vernos accenſentur aph. 20. lib. 3. puſtulæ Celſo dicuntur (cap. 1. lib. 2.) Sic puſtularum varia genera deſcribit Celſus c. 28. lib. 5. & ἐξανθήματα Græcis vocari ſcribit, puſtulasq; maximè vernis oriri temporib.

Ἐξανθήματα διεξανθήματα dicuntur Aretæo c. 9. lib. 1. περὶ ὀξ. παθ. Ἐξανθεῖν etiam de vlcerib. quæ erumpunt & pullulant dicitur Hippocrati lib. de morbo ſacro p. 124. 31.) ὁκόσοισι μὲν παιδίοισιν ἐοῦσιν ἐξανθεῖ ἕλκεα ἐς τὴν κεφαλήν, & quibus quidem adhuc pueris vlcera in capite pullulant, erumpunt. ἐξελκωθεὶς ἕλκεσιν, vlceribus ſcatens ex Thucydide lib. 2.

Ἐξανθίσματα etiã ſunt Hippocrati efflorescentes puſtulæ, & quæ in ſummam cutem leuiter erumpunt, quæq; cutis planitiem velut ſparſis floribus leuiter attingunt. In Coac. Præn. (p. 431. 8) ὅσοισι χρὼς ἐρυθραίνεται ἢ ἐξανθίσματα, iis corpus velut puſtulis erumpentibus aut eſfloreſcentibus rubeſcit. Puſtulas ſimpliciter dixerunt interpretes, cùm tamen leues puſtularum eruptiones in ſummam cutim ex humorum acrimonia & ſalſugine indicent. Rurſus (ib. p. 437. 45.) τὰ ἀμυχώδεα ἐξανθίσματα φθίσιν ἴσως σημαίνει. Puſtularum in ſummam cutem eruptiones cum leuibus per ſumma inciſuris, habitus corruptionem denũciant. Vbi ſummę cutis leues quædam exaſperationes per vlcera aut puſtulas, ex Celſo ſubintelligi oſtẽdimus. Ἐξανθίσματα autem ab ἐξανθίζειν dicuntur, quod idem quod ἐξανθεῖν ſignificat.

Ἐξανίστασθαι quod eſt exurgere, Hippocrati ſignificat ad deſidendum exurgere & ad exonerandam aluum. Lib. 1. Epid. ægr. 4. ἐξανίστατο βαλάνου προσθεμένη. Glande ſubdita ad deſidendum exurrexit. Sic ἐξανίστη abſolutè dicitur de ægro qui ad deſidendum ſurrexit, lib. 7. Epid. (p. 354. 34.) ἐν αὐτῇ πρωῒ ἐξανίστη. Ipſo die mane ad deſidendum ſurrexit. Etſi poteſt ad ſuperiora & lienis tumorẽ referri, κατὰ σπλῆνα ἔπαρμα στρογγύλον ἐξανίστη. lienis tumor rotũdus excitatus eſt. Ἐξανίστασθαι etiam pro ἐξίστασθαι, qđ eſt vehementer mente moueri & de mentis poteſtate exire, de vehementiq; inſania dicitur, ſumi videtur in Coac. Præn. (p. 429. 2.) ἦ γε ἐξανίστανται; In his forte inſania metuenda eſt. Verùm ἐξίσταται pro ἐξανίσταται illic leg. eſſe ex Pror. adſcripſimus.

Ἐξάντης, ſanus, incolumis, integer, indemnis dicitur, quaſi ἔξω τῆς ἄτης, extra noxiam, & malo defunctus. ἐξάντης ὑγιὴς explicatur Gal. in Exeg. apud Hipp. ſanus. Heſychio verò ὁ τῆς νόσου ἔξω ὢν dicitur, qui morbo defunctus eſt, & ἐξάντης τὸ ὑγιές. Idem τὸ ὑγιαίνοντα ἐξάντην dici ſcribit. Eam dictionem vſurpat Hippocr. lib. 1. de Morb. (pag. 132. 30.) ἐξάντης τῆς νούσου γίνεται, hoc morbo defungitur, ſuperſtes ab hoc morbo euadit. Rurſus libr. 3. (p. 159. 14.) ἐξάντης γίνεται, incolumis euadit.

Et libr. 5. Epid. (p. 359. 20.) ἐξάντης ἐὼν τἄλλα, cætera ſanus, aliòqui nullam noxiam ſentiens. Rurſusq; lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 244. 36.) ἐξάντης γίνεται, incolumis aut ſana euadit. Quã illîc dictionem omiſiſſe videtur Caluus.

Ἐξαντλεῖται ἐκπιέζεται exponitur Erotiano apud Hipp. exhauritur, exprimitur. Verùm verbi ἐξαρύεται explicationem eſſe credo, vt poſtea ſcribimus.

Ἐξαπίνης de repente idem quod ἐξαίφνης, eoque ſæpe vtitur Hipp. vt aph. 41. & 51. libr. 2. & Coac. Prænot. (p. 441. 1.) γυναικείων λευκῶν ὑγρῶν καταβάντων ἐξαπίνης, muliebribus purgamentis albis, humidis ſubitò prodeuntibus. Vbi ἐξαπίνης ſubitum prodeuntium purgamentorum impetum denotat.

Ἐξάραγμα exponitur Gal. in Exeg. apud Hipp. σύντριμμα collisio, confractio, ab ἐξαράσσω quod κρούω, & συγκρούω ſignificat, & συντρίβω.

Ἐξαραχθὲν αἷμα ſcribitur libr. 2. περὶ γυναικ. (pag. 268. 35) & exhauſtus ſanguis dicitur Cornario. ἐπειδὰν τὸ αἷμα ἐξαραχθὲν ὑπόχολον φανῇ, poſtquam exhauſtus ſanguis aliquantum bilioſior extiterit. Verùm ſuſpectam habeo lectionem, & ἐξαρυσθὲν leg. Cornarium exiſtimo. Poteſt & ἐξαραχθὲν legi ab ἐξαράττομαι, vt ſit ſanguis exturbatus, eiectus, erumpẽs, & expulſus, hoc eſt qui profluxit aut ex vtero effluxit. ἐξάραι etiã dicitur auis quæ ſublimis & in altum attollitur, & ἐξάραντες ἐξαναστάντες exponit Varinus, & Heſychius ἐξάρει ὀκνηρὸς ἐστιν. Qua notione ἐξαρθὲν αἷμα ſanguis qui eſt extra vterum, aut extra effluxit intelligi poteſt, melius tñ ἐξαρθὲν diceretur.

Ἐξάρθρημα aut ἐξάρθρωμα & ἐξάρθρωσις eluxationem ſignificat Hippocrati & exarticulationem, diciturq; de oſſibus propriè quæ citra fracturam ſuis cauitatibus emouẽtur & excidunt. Gal. com. 1. in lib. de fract. (p. 525. 8) οὐ ὀλισθήσεις μόνον ἢ ὀλισθήματα καλεῖ τὰς τῶν ὀστῶν ἐκ τῆς ἰδίας χώρας μεταστάσεις ἄνευ τοῦ καταγῆναι γινομένας, ἀλλὰ οὕτως τοῖς ὀνόμασι τάς τε ἐξαρθρώσεις καὶ τὰ ἐξαρθρήματα προσετίθησι. Cùm oſſa abſq; fractura ſuis ſedibus emouentur, nõ ſolùm ὀλισθήσεις & ὀλισθήματα vocat, verumetiã his nominibus ἐξαρθρώσεις & ἐξαρθρήματα (hoc eſt exarticulationes & exarticulamenta) addit. Idem com. 4. in lib. de art. (p. 644. 56.) ἐξάρθρημα πάθος eſſe ſcribit τῶν ἐμβαινόντων τῇ κοιλότητι ὀστῶν, οὐ περιλαμβανόντων τῇ ἐξοχῇ, h. e. affectionem oſſium quæ in cauitates ingrediũtur, nõ eorum quæ eminentiis ſuis circumplectuntur: Hippocratem tamen tibiæ oſſa ἐξαρθρήσαντα, h. e. eluxata dixiſſe, vt & veteres ἐξηρθρηκέναι, oſſa exarticulari, de his quæcunq; eminent ac multum extra commiſſuram extant, neglecta minuta illa & curioſa τοῦ ἐξαρθρήματος ſignificationẽ, quam ex induſtria veteres, ad rei euidentẽ explicationem attentos, omiſiſſe vero eſt ſimile. Ἔξαρθροι aũt dicuntur Hipp. quaſi exarticulati, quib. articuli naturâ prominẽt & exerti ſunt. lib. de art. (p. 589. 41) ἄλλοι γὰρ ἄλλων μᾶλλον ἔξαρθροι πεφύκασιν, alii. n. aliis magis naturâ exertos habẽt articulos. Vbi ſcribit Gal. ἐξάρθρους vocare Hippocratem τοὺς ἐκκειμένα καὶ προὔχοντα κεκτημένους τὰ ἄρθρα, ἐν αὐτῷ τῷ κατὰ φύσιν ἔχειν, eos qui proiectos & eminentes habent articulos, dum in naturali ſtatu ſunt.

Ἐξαρκέειν ſatis eſſe, ſufficere, perdurare, aph. 9. lib. 1. συντεκμαίρεσθαι δὲ χρὴ τὸν νοσέοντα, εἰ ἐξαρκέσει τῇ διαίτῃ πρὸς τὴν ἀκμὴν τῆς νόσου. Quinetiam ex ægro conĳcere oportet, num is cum præſcripto victu ad morbi vigorem vſque perdurare queat, hoc eſt, num vires ad morbi vim ferendam ſatis ſint & ſufficiant. Et rurſus (ibidem) καὶ οὐκ ἐξαρκέσει τῇ διαίτῃ, neq; cum tali victu ſufficiat, hoc eſt impar ſit & ſuccumbat. Et aph. 10. lib. eiuſdem: ὡς ἂν ἐξαρκέσῃ ὁ νοσέων, vt æger ſufficere aut perdurare queat. ἐν τῷ ἐξαρκέοντι Hippocrati idem quod ἐξαρκούντως ſignificat, lib. περὶ ἐπικυήσ. (p. 51. 17.) ἐν τῷ ἐξαρκέοντι κείμενος ὁ τῆς μήτρης στόμαχος, vteri ſtomachus benè loco poſitus & ritè ſitus. Quod etiam repetitur libr. περὶ ἀφόρων (p. 292. 47.)

Ἔξαρμα tumorem in altum ſublatum ſignificat & idem quod ἔπαρμα, quę dictio Hippocrati crebra eſt. Lib. 4. Epid. (p. 332. 21) πλὴν ὅπου ἡ μάλιστά τι ἔξαρμα ἦν, præterquàm ea parte præcipuè qua tumor in altum ſublatus fuit.

Ἐξαρτᾶσθαι dependẽre, connexum eſſe, adhærere, coniunctum eſſe. Lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 240. 47.) ἐξήρτηται γὰρ τῷ αὐτῷ τρόπῳ τὰ λοχεῖα, καὶ τὰ καταμήνια τὰ φλεγματώδεα. Dependent enim eodem modo & puerperii purgamẽta, & menſes pituitoſi, hoc eſt, coniunctam habent rationem.

Ἐξαρύειν & ἐξαρύσαι exhaurire, vacuare, è profundo trahere. Lib. de loc. in homine (pag. 70. 34.) πιμελήν τι ἐξαίφνης ἐξαρύσαι, pinguedinem repente exhaurito. Et rurſus (ib. v. 41.) πάλιν ἐξαρύσαι, rurſus exhaurito, vacuato. ἐξαρύεσθαι etiam exhauriri, vacuari, ex alto trahi, aut exprimi ſignificat. Sic apud Erot. ἐξαρύεται à Barchio exponitur ἐκθλίβεται, exprimitur, & idem ſignat quod ἐξαντλεῖται, h. e. exhauritur, & ab eodẽ ἐκπιέζεται explicatur, quod eſt exprimitur. Etſi enim manifeſte iſta noſtris in codicibus diſtinguuntur, mihi tamen videtur illud ἐξαντλεῖται eſſe vocis ἐξαρύεται explicatio, quòd Galenus in Exeg. ἐξάρυσιν, ἐξάντλησιν exponat. Ἐξαρύεται autem eidem in Exeg. legitur, & ἀποκενοῦται, ἐκθλίβεται ex-ponitur, quod eſt euacuatur, exprimitur, & ſecundum alios ἐξορμᾶται καὶ ἐξορμὴν ποιεῖται, cum impetu fertur, aut impetum facit. (Sic enim ἐξορμὴν aut ἄντλησιν, aut ἀπάντλησιν, potiùs quàm ἀπουλὴν, illic legendum cenſeo.) Eſt & ἐξάρυσις ἀπάντλησις, exhauſtio eidem, quanquam iſtud variè in codicibus legitur, & quidam ἐξαρύσαι, ἀπαντλῆσαι, alii verò ἐξάρυσιν, ἀπάντλησιν legunt. Ac mihi non parum ſuſpectus eſt locus Exegeſeωs apud Galenum, & ἐξαρύεται, vt apud Erotianum, legendum exiſtimo, aut certè ἐξαρύαται, perſona eſt tertia pluralis numeri, Ionica. Vſurpatur autem hæc dictio Hippocrati ἐν τῷ κατ' ἰητρ. (pag. 698. 45.) ἢ οἰδήματα ἀφλέγμαντα

ἐξαρύεται ἐκ τοῦ τρώματος, aut tumores ſine inflammatione ex vulnere exhauriuntur. Vbi tamen exemplaria omnia ἐξεργᾶται legunt. Apparet autem Galenum ἐξαρύεται aut ἐξαρύαται legiſſe, quod τὸ ἐκθλίβεται ἢ ἐξαίρεται ſignificare ſcribit, hoc eſt, velut exprimūtur, aut velut per expreſſionem attolluntur & exurgunt. Pro quo etiam quoſdam apertè ἐξαίρεται ſcripſiſſe teſtatur. Isq; mihi locus propriè quodammodo in Exegeſi & ab Erotiano exprimi videtur, quòd quæ vocis huius explicatio in Exegeſi adſcribitur, rectiſſimè huic loco quadrare poſſit. Rurſus libr. de fract. (p.335.55.& 56.) hāc mihi dictionem vſurpare videtur his verbis: ἢν μὲν γὰρ πρότερον ἐπιδέῃς, ἐξαρύαται ἐκ τούτου οἱ ἰχῶρες ἐς τὰς ἐσχατιὰς ἔνθα καὶ ἔνθα. ἢν δέ τι ἄλλο πρότερον πιέξῃς, ἐς τὸ ἐξαρύαται ἐκ τοῦ πιεχθέντος. Sic enim vbi primùm fracturam deuinxeris, ſanies ad extremam vtranque membri partem exprimitur. Sin alia parte prius conſtrinxeris, inde ad fracturam ſanies exprimitur. Vbi tamē ἐξαρύεται legunt omnia exemplaria tum publicata, tum manu exarata, vitiosè tamen. Nam ἐξαρύονται legendum apparet, aut ἐξαρύαται tertia eſt perſona pluralis Ionica, vt etiam eo in loco ſubmonuimus. Nam & Galenus Com.3. εἰς τὸ κατ᾽ ἰητρ. (p.699.7.) vbi ἐξαρύεται legit, huius quoque loci mentionem iniecit, etſi deprauatiſſimè noſtris in codicibus Galeni locus ille legitur. Rurſus quoq; eadem in re lib. extremo de fract. (p.577.31.) ὅκως ἐξαρύεται ὡς μάλιστα ἀπὸ τοῦ σίνεος τὸ οἴδημα ἔνθεν ἢ ἔνθεν, quò quàm remotiſſimè à læſa parte tumor exprimatur, exhauriatur, hoc eſt, feratur aut depellatur. Cui quidem loco etiam quodammodo Exegeſeωs explicationem quadrare poſſe diximus, ſi ἐξαρύεται legatur. malim tamen ἐξαρύηται. Vbi certè exemplaria omnia ἐξαιρέεται vitiosè legunt. Et rurſus (ibidem p.563.1.) καὶ ἢν τὸν δάκτυλον ἐπιπιέζῃς, ἐξαρύεται. ac appreſſo digito exprimitur. Sic enim illìc lego, cùm paſſim ἐξαιρέεται legatur. Ἐξαρύεσθαι etiam ſignificationem actiuam habere videtur, (vt & interdum ἀρύεσθαι ſumitur) lib. περὶ ἀδένων (p.57.44.) ἐς ὃ ἂν ἐξαρύηται τὴν πληθὺν τοῦ κατιόντος, donec copiam deſcendentis humoris exhauſerit. Sic nanque lego, cùm locus ille noſtris in codicibus vitiosè legatur.

Ἐξασίας Galenus in Exegeſi apud Hippocratem quoſdam vocare ſcribit τὰ ἐπικρεμάμενα ἐξ ἄκρων τῶν σχισθέντων ὀθονίων λίνα, καὶ ἀπὸ τῶν ῥακῶν τὰς κρόκας, hoc eſt eminentia ex ſummis linteorum ſciſſorum oris lina, & ex panniculis filorum ſubtegmina. Verùm addit ſibi etiam videri ita appellari, τὰ πρὶν σχισθῆναι προὔχοντα, quæ antequam ſcindantur præminent & extant. Erotianus antem ex Hipp. ἐξάστις non ἐξασίας adſcribit, & his verbis exponit: αἱ ἐμφερόμεναι τοῖς ἐπιδέσμοις κατὰ τὰς ἴτυς κρόκαι, ἐξάστις παρ᾽ αὐτοῦ καλοῦνται. hoc eſt: ἐξάστις ab eo vocantur in faſciarum orbibus extantia fila & ſubtegmina. At verò ἐξασίας habet Hippocr. lib. κατ᾽ ἰητρ. (p.685.17.) his verbis: παρασκευάζειν δὲ ὀθόνια κοῦφα, λεπτὰ, μαλθακὰ, καθαρὰ, πλατέα, μὴ ἔχοντα συῤῥαφὰς, μηδ᾽ ἐξασίας. Iam verò lintea paranda ſunt leuia, tenuia, mollia, munda, lata, nullas neque ſuturas, neque extantes linteorum eminentias habentia. Vbi Gal. τὰς καλουμένας ἐξασίας, αἵ τισιν ἐν τοῖς ὑφαινομένοις συμβαίνουσιν, exponit, hoc eſt, dictas ἐξασίας, velut extantias aut extantes in textilibus partes & oblongas eminentias, quæ interdum dedita opera, interdū etiam temere contingunt, quandoq; ex ipſo ſubtegmine, quandoque è purpura intertextę, vt in iis quas παρυφὰς vocant & prætextas, & cuiuſmodi ſæpe mulieres in ſuis operibus efficere conſueuerunt.

Ἐξαναίνεται ξηραίνεται, ſiccatur, reſiccatur, exponit apud Hipp. Erotianus.

Ἔξαψις σιτίων ciborum accenſionem ſignificat, cùm cibi ex corruptela ſuccenduntur & æſtuant, ſitimque excitant. Lib. de rat. vict. in morb. (p.110.31.) πρὸς σιτίων ἔξαψιν ποιεῖ, caſeus ciborum ſuccenſionem facit, hoc eſt, æſtuoſus eſt & ſitim facit, propter facilem corruptelam. καυσώδης exponit Galenus.

Ἐξειδέναι, penitus & exactè cognoſcere & animaduertere. Lib.6. Epid. ſect.8. apb.48. μὴ ἐξειδέναι, συμφοραὶ γὰρ πολλαί. Victus rationem non penitus cognitam habere, calamitatis plena res eſt.

Ἐξενεγκεῖν ſimpliciter dicitur, & fœtum ad maturationem ac perfectionem geſtare ſignificat, aut perferre. Lib. 1. περὶ γυναικ. (p.239.6.) ἐξενεγκεῖν δὲ οὐ δύνανται, fœtum autem perferre nequeunt, hoc eſt ad maturationem aut perfectionem geſtare. Διενεγκεῖν dicitur etiam Hipp. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p.218.4.) & ἐκφέρειν, vt antea ſcripſimus.

Ἐξερᾶν & ἐξεράσαι exhaurire ſignificat, euacuare, educere, expromere. Lib.2. de Morb. (p.155.24.) ἐπὴν ἐξεράσῃς τὸ ὕδωρ, vbi aquam exhauſeris, euacuaris. Verùm ἐξερᾶν vomere ſignificat, aut vomitu reiicere libr. 4. de Morb. (p.173.3. καὶ ἐξερᾷ, & vomit. Inde ἐξέραμα vomitum indicat, aut quod vomitione eductum eſt & euacuatum, vt κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέραμα, canis ad vomitum reuerſus. ἐξεράσαι propriè dicitur in terram eiicere, ἀπὸ τῆς ἔρας, quod terram denotat, vt apud Ariſtoph. Acharn. ἐξεράσατε τοὺς λίθους, hoc eſt lapides in terram eiicite, ἐκκενώσατε, ἐκβάλετε, ἀποῤῥίψατε, hoc eſt exhaurite, educite è finibus & eiicite.

Ἐξεργᾶται pro ἐξεργάζεται, fiunt, oriuntur, gignuntur, ſcribitur apud Hippocr. ἐν τῷ κατ᾽ ἰητρ. (p.698.44.) ἢ οἰδήματα ἀφλέγμαντα ἐξεργᾶται ἐκ τοῦ τρώματος, aut tumores ſine inflammatione ex vulnere fiunt. Quanquam illìc ἐξαρύεται pro ἐξεργᾶται aut ἐξαρύαται Galenus legiſſe videatur, vt antea ſcripſimus.

Ἐξερεύγεσθαι eructare, ructu effundere, idem quod ἐξερεύγειν. Verùm ex tranſlatione ſimpliciter effundere & producere ſignificat. In Prorr. (p.219.16.) ἐν κεφαλαλγίῃ κῶμα καὶ κώφωσις παρ᾽ οὖς τι ἐξερεύγεται. In capitis dolore ſopor & ſurditas aliquem ad aures abſceſſum effundūt, eructant.

eructant. Item lib. περὶ νούσων φύσ. (p. 62. 3.) ἐνταῦθα ἐξερεύγεται, hic eructat, euomit, proiicit.

Ἐξεῤῥώσιες dicuntur Hippocrati effluxus, effluuia, effuſiones, vacuationes, aph. 27. ſect. 6. lib. 6. Epid. μὴ ἔχων ἐξεῤῥώσιας, niſi effluuia habeat. Vbi ἐξεῤῥώσιες velut ἐξεῤῥεύσιες aut ἐξεῤῥεύσιες efferuntur, effluxus & effuſiones, quaſi euacuationes, ſiue difflationem & perſpirationem intelligas, ſiue euaporationem quæ fit per inſenſilem tranſpiratũ, & effluuia quibus corpus difflatur, ab ἔῤῥω deducto nomine (vt quidam volunt) quod euaneſco ſignificat. Vetus tamen interpres ἐξερύσιας legiſſe videtur, ab ἐξερύω τὸ ἐξελκύω, cum detractiones vertit.

Ἐξέρυθρον Hippocrati prærubrũ ac valde rubrũ ſignificat, in Prorrh. (p. 211. 31.) ἐξέρυθρα διαχωρήματα, prærubræ deiectiones, & Coac. Prænot. (p. 433. 32.) τὰ ἐξέρυθρα ἰώδεα, prærubræ & æruginoſæ deiectiones. Rurſus ἐξέρυθρα ὄμματα prærubri oculi in hæmorrhagiæ indiciis, in Prorrh. (p. 213. 30.) Et ἐξέρυθρα pro valde rubris & ſanguineis deiectionibus Coac. Prænot. (p 441. 44.) ἐξέρυθρα οὖρα, prærubræ vrinæ & ſanguineæ dicuntur in Prorrh. (p. 179. 33.) vbi Galenus ἐξέρυθρα αἱματώδη, ſanguineas vrinas & quales nephriticis plæruną; demittuntur, explicat. Eaſdemq́; ἀπὸ τῶν ὑπερύθρων, quæ in Prognoſtico deſcribuntur, multum diſcrepare ſcribit, vt & Com. 2. in Prorrh. (p. 189. 34.) Com. verò in ægr. 2. lib. 3. Epid. τὰ ἐρυθρὰ & ἐξέρυθρα οὖρα, τῶν ὑπερύθρων numero ex Prognoſtico comprehendit. Rurſus κοιλίης περίπλυσις ἐξέρυθρος alui prærubra proluuies, de deiectione ſanguinea dicitur, qualis hepaticis ex magna iecoris imbecillitate adeſt, in Prorrh. (p. 168. 57.) Ἐξέρυθρον ſcribit Erotianus apud Hippocr. quibuſdam τὸ λίαν ἐρυθρὸν, valde rubrum, ſignificare, quibuſdam verò τὸ ἔξω γινόμενον ἐρύθημα, ruborem foras & in cutem erumpentem, in quorum numero Philonidem Siculum annumerat, ἐξέρυθρον etiam τὸ λίαν ἐρυθρὸν exponit Gal. Com. in ægr. 2. lib. 3. Epid. & in Prorrh.

Ἐξέρχεσθαι, exire, abire, decedere, de morbo dicitur Hippocr. cùm curatus decedit aut abigitur. Lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 209. 25.) (εἰ δὲ μὴ, οὐκ ἐξέρχεται, ἀλλὰ ξυναποθνήσκει τῷ ἀνθρώπῳ, alioqui nõ decedit, ſed & vnà hominem ad mortem comitatur. Rurſus (p. 210. 35.) ἀλλὰ τοῖσι πολλοῖσι μελεδαινομένη [ἡ νοῦσος] ἐξέρχεται, verùm in pleriſque curatus [morbus] decedit. Et (p. 211. 22.) ἔπειτα ἐξέρχεται μελετωμένη καλῶς ἐν χρόνῳ, deinde benè curatus temporis progreſſu decedit. Idem lib. 2. de Morb. (p. 143. 3. ἐν δὲ οἱ τάδε ποιέοντι ἐκ τοῦ ἄλλου σώματος ἡ νοῦσος ἐξελθῃ, atque ſi his adhibitis ex reliquo corpore morbus deceſſerit. Rurſus ibid. (p. 157. 11.) ἡ δὲ νοῦσος ὅταν μὲν νέον λάβῃ χρόνῳ ἐξέρχεται. Cùm autem morbus iuuenem prehenderit, cum tempore decedit.

Ἐξεσία vide ἐξεσίας antea.

Ἐξευκρινεῖν coaptare, diſtinctè componere & conuenienter aptare Hippocrati ſignificat, ac de oſſibus dicitur, quæ vbi ſedibus prolapſa ſunt, reſtituta aut in naturalem ſedem compulſa manibus à medico diriguntur, coaptantur, & diſtinctè componuntur. Lib. de fract. (p. 553. 20.) τῆσι θέναρσι τῶν χειρῶν ἀπευθύνοντα καὶ ἐξευκρινέοντα, manuum palmis dirigentem & coaptantem, hoc eſt, vbi manuum palmis oſſa direxeris, & conuenienter aptaueris, ſic vt æqualiter diducta ſint, & diſtinctè explicata. προεξευκρινεῖν ſingulare ante adhibendum iudicium ac multam cautionem ſignificat aph. 24. lib. 1. καὶ ταῦτα προεξευκρινήσαντας ποιέειν, idq́; non niſi ſingulari ante adhibito iudicio faciendum, hoc eſt cum magna mentis reputatione, diligentiq́; præmeditatione medicamentum purgans in morbis acutis eſt imperandum.

Ἐξεχέβρογχοι dicuntur gutturoſi Hippocrati, & quibus guttura anteriore parte prominent & extant quaſi gutture minuli. Lib. de art. (p 612. 31.) Vbi ἐξεχεβρόγχους exponit Gal. τοὺς ἐξέχοντα εἰς τὸ πρόσω τὸν βρόγχον ἔχοντας, eos qui prominentia anteriorem in partem habent guttura. Sic enim ibi apud Gal. legendum cenſeo cùm mendoſa ſint omnia exemplaria.

Ἐξεχέγλουτοι etiam eadem ratione dicuntur qui prominentibus ſunt natibus, aut quibus clunes exteriorem in partem prominent, quaſi cluneminuli, quales quibus vtrunque femur exteriorem in partem luxatum eſt. Lib. de art. (p. 633. 50.) ἐξεχέγλουτοι δὲ ὑπὸ ἰσχυρῶς φαίνονται, διὰ τὴν ἔκστασιν τοῦ ἄρθρου, iiq́; valde prominentibus natibus conſpiciuntur, eo quòd articuli ſuo loco exceſſerunt.

Ἐξήγησίς ἐστι ἀσαφοῦς ἑρμηνείας ἐξάπλωσις, hoc eſt, obſcuræ interpretationis explicatio Gal. lib. 2. de diff. ſpir. (p. 177. 46.) Rurſus Com. 2. in lib. 1. Epid. (p. 368. 4.) μεμνημένων ἡμῶν ὅτι τὸ μὲν κυρίως ὀνομαζόμενον ἐξηγεῖσθαι, κατὰ τὰς ἀσαφεῖς γίνεται λέξεις. ἤδη δὲ διὰ τῶν ἐξηγητῶν ἔθος κατακεχρημένοι, καὶ τὰς αἰτιολογίας τῶν ἀσαφῶς εἰρημένων, ἐξηγήσεις ὀνομάζομεν. Id memoria nobis tenentibus quòd ἐξηγεῖσθαι (hoc eſt interpretari) propriè vocatur circa obſcuras dictiones verſari. Iam verò & ex interpretum inſtituto, per abuſum, vbi eorum quæ obſcurè dicta ſunt cauſæ exponuntur, ἐξηγήσεις (hoc eſt interpretationes) vocamus.

Ἐξηνθρωπισμένα σιτία cibi dicũtur ad hominum naturam accommodati, mitefacti & manſuetiores redditi, & in vſum noſtrum conuerſi, neque à nobis alieni. Lib. περὶ ἑπταμήνου (p. 47. 22.) πᾶσι ξένοις χρῆται ὠμοτέροισι καὶ ξηροτέροισι καὶ ἧσσον ἐξηνθρωπισμένοισιν, omnibus peregrinis vtitur crudioribus & ſiccioribus minusq́ue ad vſum hominum accommodatis. Agitur de puero recens in lucem edito, ex victus inuſitata mutatione malè affecto.

Ἐξήριπεν Erotianus apud Hipp ἐξέπεσεν exponit, cecidit, lapſus eſt. Verùm ἐξήριπεν aut ἐξέρειπεν legendum videtur, ab ἐρείπειν quod eidem Erotiano τὸ καταπεσεῖν ſignificat, frequens Homero dictio, vt Il. δ. (v. 294.) ἤριπε δ' ἐξ

ὀχέων, ex curru autem lapſus eſt, decidit. Ἐξίεσαν ἐξέπεμψεν exponit Heſychius, niſi forte melius ἐξέπεσον legatur, etſi eandem ſcripturam habet Varinus.

Ἐξηθρισμένον Galenus in Exeg. apud Hippocr. exponit τὸ διὰ ἤτριου ἠθημένον, panno tenui colatum, aut per pannum tranſmiſſum. Eſt enim ἤτριον eidem λεπτόν τι ὕφασμα, tenuis quidam & vilis pannus, aut linteum & ſtamen. Suidas nanque ἤτρια σήμονας exponit.

Ἐξηνεῖ aut ἐξηνεῖ, ἐκκενοῖ, vacuat, expurgat, exponit in Exegeſi Galenus apud Hippocr. Sic enim leg. exiſtimo ab ἠνέω aut ἰνέω quod vacuo ſignificat, vt ſeries etiam alphabetica poſtulat, cùm paſſim ἐξηνεῖ vitiosè legatur. Ἐξινῶσαι ſcribit Pollux lib. 4. cap. 25. medicis dici τὸ κενῶσαι διὰ καθάρσεως, per purgationem vacuare, & ἐξινώμενον in Comœdia τὸν καθαιρόμενον, purgatum, ὡς ἐκ τῶν ἰνῶν φερομένης τῆς χολῆς, ducta velut per venas aut fibras bile, vt & Heſychius ἐξινώμενον ἐκκενούμενον euacuatum exponit, velut ab ἰνάω. Vide ἰνάω poſtea.

Ἕξις habitudinem firmam & ſtabilem ſignificat, vt opponitur τῇ σχέσει & διαθέσει, quæ ſunt diſpoſitiones facilè ſolubiles & mutabiles. Sic ἕξις dicitur Galeno διάθεσις μόνιμος καὶ δυσλυτος diſpoſitio ſtabilis & firma neque ſolutu facilis, eique σχέσιν καὶ διάθεσιν opponit, Lib. ad Thraſybulum (p. 290. 9. & 11.) Qua ratione quis in Geometria, Arithmetica, Grammatica, aut quauis alia arte ſibi habitum comparaſſe dicitur, quòd καθ' ἕκαστον τῶν ὄντων ὅταν ἡ διάθεσις δύσλυτος ᾖ, ἕξις ὀνομάζεται, hoc eſt, quauis in re diſpoſitio quæ nō facilè ſoluitur aut amouetur, habitus dicatur. Idē quoque Gal. initio lib. περὶ εὐεξίας (p. 248. 50.) τὸ τῆς ἕξεως ὄνομα κατὰ πάντος ἐπιφέρειν εἰθίσμεθα, τοῦ μονίμου τε καὶ δυσλύτου, καὶ οὐδὲν μᾶλλον ἐπαινοῦντες ἢ ψέγοντες. ἀλλ' ὅταν εὐεξίαν ἢ καχεξίαν εἴπωμεν, ἤδη τηνικαῦτα ἀφορίζομεν ὁποίαν τινὰ τὴν ἕξιν εἶναι φαμέν. Habitus nomen ad id omne quod ſtabile eſt minimeque facilè ſoluitur accommodare ſolemus, neque quicquam tamen magis laudantes aut vituperantes. Sed iam tunc qualem habitum eſſe dicamus, definimus, quando bonum aut malum habitum dicimus. Ἕξιν & διάθεσιν inter ſe opponit Hipp. lib. περὶ τροφῆς (p. 151. 25.) διάθεσις ἀθλητικὴ, οὐ φύσει, ἕξις ὑγιεινὴ κρείσσων. Athletarum diſpoſitio nō à natura, habitus ſanus melior. Quē etiam locum exponit Gal. lib. ad Thraſybulum (p. 297. 39.) pauloque aliter legit, & lib. περὶ εὐεξίας (p. 249. 10.) vbi non ſatis eum aſſecutus videtur interpres. In Mochlico quoque Hipp. (quē de oſſium per molitionem impellendorum ratione dicimus) (p. 512. 9.) ἕξιν & χέσιν ſimul iungit & crebrarum luxationum cauſam ponit, hoc eſt habitum & diſpoſitionem corporis plus æquo humidam. Vbi ἕξις corporis habitum, partium ſolidarum ſtructuram & compoſitionem indicare videtur, χέσις verò, venoſi generis & humorum (vt partibus ſolidis opponuntur) ſtructurā. Aut certè χέσις adſcititia m corporis habitudinem illic denotat, quemadmodum ex lib. de art. exponit Gal. lib. 3. de Cauſ. pulſ. (p. 107. 41.) ἕξιν verò τὴν τοῦ σώματος κατασκευὴν à natura inſitam, eamque venoſo generi & humoribus opponit Gal. lib. 4. ſalubr. Sic enim locum eum accipiendum noſtris in eum lib. Annotat. ſcribimus. Vtranque autem corporis compoſitionem & ſtructuram, ſiue ἕξιν καὶ χέσιν, per χέσιν intelligit Hippocr. lib. de art. (p. 586. 48.) nimirum corporis habitudinem quæ in craſſitudine aut gracilitate ſpectatur. Quam etiam οἷον ἕξιν in Exeg. explicat Galenus, en certè expreſſo loco, etſi vitioſa eſt ſcriptura, vt poſtea ſcribimus. Ἕξιν quoque τὴν τῶν μορίων κατασκευὴν, partium corporis compoſitionem & ſtructuram explicat Gal. apud Hippocr. Vbi cum natura iungitur, vt lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 61. 42.) ὅτι αἱ μέγισται μεταβολαὶ τῶν περὶ τὰς φύσιας ἡμῶν καὶ τὰς ἕξιας συμβαινόντων, μάλιστα νοσοποιέουσι, quod quæ maximæ mutationes circa naturam noſtram habitumque contingunt, præcipuè morbos creant. Rurſus ibid. (p. 67. 40.) ὁκόσα τι ἡμέων ἡ φύσις καὶ ἡ ἕξις ἐκάστου ἐκτεκνοῖ πάθεα καὶ εἴδεα παντοῖα, & quodcunque ſingulis affectuum omnegenus natura noſtra & habitus parturit. Vbi Galenus ἕξιν τὴν τοῦ σώματος κατασκευὴν vocat corporis compoſitionem, ſecundum quam denſitas aut raritas ſpectatur. Ἕξις etiam habitum corporis quo partes ſolidæ comprehenduntur, indicat, vnde & febris hectica nomen habet, quòd eas occupet & habitum corporis affligat, Gal. lib. 1. de diff. feb. (p. 325. 36.) καὶ καλοῦσιν αὐτοὺς ἑκτικοὺς πυρετοὺς, εἴθ' ὅτι μόνιμοί τ' εἰσὶ καὶ δύσλυτοι, καθάπερ αἱ ἕξεις, εἴθ' ὅτι τὴν ἕξιν τοῦ σώματος αὐτὴν κατειλήφασιν. οὕτω γὰρ εἰώθασιν ὀνομάζειν τὰ στερεὰ τοῖς ὑγροῖς ἀντιδιαιρέμενοι. Atque appellant eas febres hecticas, ſiue quòd ſtabiles ſunt, & non ſecus ac habitus ſolutu difficiles, ſiue quòd ipſum corporis habitum occupant. Sic nanque ſolidas partes humoribus ex aduerſo reſpōdentes appellare ſolēt. Ἕξις etiam ἐν τῷ κατ' ἰητρ. (p. 696. 8.) ſumitur pro membrorum vinctorum habitu & figura, ſiue conſtitutione, poſt deligationis tempus, cuique θέσις opponitur, vt illic ſcribit Gal. Qui quoque ad ἕξιν referri ſcribit reliquas partes fractas, nempè iugula, manus, coſtas, humeros, ſcapulas, maxillā vtranque, præter eas quæ θέσιν ſpectant, vt caput, crura, & dorſi ſpina.

Ἔξισοι idem quod ἴσος. Lib. de cap. vuln. (p. 445. 37.) ἐξίσων τι ἐόντων τῶν τρωμάτων. At vbi æqualia fuerint vulnera.

Ἐξισταίναι Hippocrati ſignificat mentem emouere, & in mentis abalienationem agere, vt ἐξιστάναι ληρώδως mētem ad delira verba commouere. In Coac. Prænot. (p. 437. 39.) αἱ ἐπισχέσιες πτυαλίων ἐξιστᾶσι ληρωδῶς. Sputorum ſuppreſſiones mētem ad delira verba commouent. Sic ἐξίσταται ſimpliciter vehementem & furioſam mentis alienationem crebrò indicat apud Hippocr. quod exire de poteſtate iratos dicit M. Tullius Tuſc. 4. hoc eſt, de conſilio, de ratione, de mente, quorum

rum poteſtas in totum animum eſſe debet. In Prorrh. (p. 176. 52.) ἐξίσαται, vehementem mentis abalienationem indicăt. Et rurſus ib. (p. 182. 16.) ἐλπὶς ἐκςῆναι, mentis emotionem metuere oportet. Vbi Gal. εἰπὼν γὰρ, ἐλπὶς ἐκςῆναι, προγνωςικὸν μὲν ἐδήλωσεν ἐσομένου πάθους, hoc eſt, cùm enim dixit, ſpem fore vt mente moueantur, delirii affectionem affuturam quidem indicauit. In Coac. verò Prænot. (p. 444. 44.) eadem ſententia repetitur, ſed pro ἐκςῆναι, ἐκμανῆναι ſcribitur, vt affutura inſania ſperetur. Rurſus in Prorrh. (p. 201. 4. & 20.) ἐξίσαται effert Hippocr. de his qui vehementer & furioſè mente mouentur. Sic enim eam vocem illic explicat Gal. σημαίνοντος δηλονότι τοῦ ἐξίσαται παρακοπὴν σφοδρὰν καὶ μανιώδη, nimirum hac voce [ἐξίσαται] vehementem demẽtiam & furioſam ſignificante. Et iterum (ibid. v. 27.) ἐξίςαθαι δὲ ὑπὲρ τοῦ παραφρονεῖν σφοδρῶς τούτους φησίν. ἐξίςαθαι autem eos quod eſt vehementer deſipere ait. Iterum etiam in Prorrh. (p. 208. 20.) ἄγριοι ἐχρα ἐκ τούτων διεξελθόντων ἐξίσαται καύματι πολλῷ. Quæ ex his prodeunt non viſcoſa in vehementẽ ac furioſam mentis emotionem cum multo ardore agunt. At verò τῷ ἐξίςαθαι interdum aliquid adiungitur quod eius qualitatem intendat, vt ἐξίςαθαι ὀλεθρίως de vehementi & pernicioſa mentis emotione, aut iis qui cum periculo mente emouentur, in Prorrh. (p. 193. 56.) Et οἱ ἐξιςάμενοι μελαγχολικῶς, qui vehemẽti & furioſa mentis emotione tenentur, aut atra bile ſunt perciti, Coac. Prænot. (p. 426. 28.) & Prorrh. (p. 175. 24.) Sic in Prorrh. (p. 176. 42. ἐξίςαθαι μελαγχολικῶς dicuntur qui ex vehementi delirio in inſaniam & vehementem mentis abalienationem feruntur, ex bilis flauæ aduſtione & in melancholiā mutatione, velut qui atra bile perciti ex melancholia mente aberrãt. Quod ſcribit ib. Gal. εἰ δὲ συνέγκαυθῇ, εἴτ' ἐν τῇ κεφαλῇ ἡ ξανθὴ χολὴ, εἴτ' ἐν ὅλῳ τῷ σώματι πρὸς τὸ μελαγχολικώτερον ῥέπει, κἀκεῖθεν πρὸς αὐτὸν ἐκπίμπεται, καὶ διὰ τοῦτο ἐξίσαται μελαγχολικῶς. Quòd ſi alicubi flaua bilis, ſiue in capite, ſiue in toto corpore aduſta fuerit, ad id quod magis ad melãcholiam declinat, vergit, & inde ad ipſum cerebrum mittitur, ideoque ad vehementem mẽtis emotionem ex melancholia deueniunt. Idem etiam repetitur Coac. Prænot. (p. 427. 25.) In Prorrh. etiam οἱ ἐκςάντες ὀξέως dicuntur qui vehementer & acutè mente moti ſunt (p. 175. 32.) Inde ἔκςασις Hippocrati vehemẽs delirium aut inſaniam indicat, vt antea adſcripſimus. Ἐξίςαθαι etiam pro liberari, emergere, extare, aut exiſtere interdum ſumitur apud Hipp. vt Prorrh. 2. (p. 417. 9.) τῶν δ' ὑπὸ τῆς ἱερῆς νόσου λαμβανομένων, χαλεπώτατοι μὲν ἐξίςαθαι. Ex morbo ſacro, quem comitialem vocant, ægerrimè emergunt, hoc eſt liberantur, quemadmodum emergere incommoda valetudine dixit Cic. epiſt. 8. lib. 5. ad Att. & emergere ex malis Terentius Andria. Rurſus (ibid. p. 418. 19.) τοῖς τρώμασι ἐξίςαθαι, à vulneribus abſtinere aut diſcedere dicitur, hoc eſt ab eorum curatione abſcedere cui etiam ἐπιχειρέειν opponitur, quod eſt curationem aggredi.

Ἔξισχα ἄρθρα dici videntur Hippocrati exerti & prominentes articuli, in Mochlico (p. 511. 43.) ὅσοι ἐμβάντα, ἢ ἄρθρα ἔξισχα παγῶνται, quibus loco emoti aut exerti articuli compingantur. Sunt enim quibus naturaliter adeo exerti ſunt articuli, & extant, vt loco emoti videantur, quos ἐξάρθρους vocat Hipp. lib. de art. (p. 589. 41.) Idq; in luxatorum aut fractorum coaptatione diligenter chirurgo animaduertendum monet. Sic ἔξισχον σκέλος crus cui coxa extra prominet, dicitur lib. de art. (p. 637. 44.) συμπεριγγέον γὰρ ἐκείνῳ ἐξίσχοντι ἐπαναγκάζεται εἶναι, καὶ κατὰ τὴν ἰγνύην ξυγκάμπτον. Illi enim ſubſeruiẽs tum in exteriorem partem prominente coxendice, tum poplite inflexo eſſe cogitur. Rurſus in Mochlico (p. 508. 14.) ἔξισχοι dicuntur quibus coxa eminet & nates rotundæ extant, ἐν δὲ τῷ κενεῶνι καμπύλοι ἐπὶ τὸ ὑγιὲς ἐξισχίοι ἐόντες. Ad lateris autem inanitatem incuruantur, ſani cruris extra prominente coxendice.

Ἐξίσχοντες ὀφθαλμοὶ oculi ſunt exerti & tumidi, in Progn. (p. 124. 29.) tumidiores factos vocat Celſus, quib. ἔγκοιλοι, h. e. cõcaui opponuntur.

Ἐξίτηλος eſt euanidus, exoleſcens, fugiens, de eoq; dicitur quod euaneſcit aut euanuit, & exoleuit. Lib. περὶ τροφῆς (p. 110. 17.) ἐξίτηλος τροφὴ dicitur alimentum euaneſcens, euanidum, tempore diſſolutum, quodque corpori nullum augmentũ confert, neq; ei aſſimilatur, ſed fugit & exoleſcit, vbi alimenti vitium & error indicatur, quod ἀνομοιουμένη ibidem dicit. Quem certè locũ mihi exprimere videtur Erotianus, vbi ἐξίτηλος, ἀσθενὴς el exponitur apud Hippocr. Quem ſequutus videtur Cornarius, cum ἐξίτηλος γίνεται, exile fit, dixit. Rurſus ἐν παραγγελίαις (p. 18. 36.) ἢν δ' ἂν γένηταί τι ἐξίτηλον ἐόντος. Quòd ſi quis ſit defectus qui ſit exilis. Dioſcor. cap. 13. lib. 5. de lora, ταχέως γὰρ ἐξίτηλος γίνεται, celeriter enim exoleſcit, aut euaneſcit, hoc eſt, vappeſcit. Heſychio ἐξίτηλον exponitur ἔξαλλον, ἀνόητον, ἀπολλύμενον, quod deperit & fugit, fatuum. Et ἐξίτηλα, ἀσθενῆ, ἀνόητα, ἄχρηστα, ἀδόκιμα, ἐγγὺς ἀφανισμοῦ quæ inutilia ſunt, debilia, quæ fugiunt & euaneſcunt, aut prope ſunt vt deleantur. Eidem etiam ἐξίτηλος dicitur ὑπερήφανος, βλὰξ, διεφθαρμένος, euanidus & iners, & ἐξιτηλία μωρία fatuitas, παρὰ τὸ ἐξιέναι, ὃ ἐστιν ἐξελθεῖν. Ἐξ ὀλίγου νοσήματα dicuntur Hippocrati, morbi, non qui breui durant & acuti, ſed qui breuem & repentinum ex cauſis manifeſtis habent exortum, non ex longo interuallo conflatum. In his quæ adiecta ſunt lib. περὶ φύσ. ἀνθρώπου (p. 27. 15.) ὁκόσα δὲ τῶν νοσημάτων γίγνονται ἐξ ὀλίγου. At morbi qui breui oriuntur, vbi Gal. exponit, τὰ ἐξαιφνίων προφανῶν τὴν γένεσιν ἐσχηκότα προφάσεων, ἐξ ὀλίγου χρόνου καὶ οὐκ ἐκ πολλοῦ κατασκευασθέντα, eos qui ex manifeſtis cauſis repentinum ortum ducunt, breui non ex longo interuallo conflatum,

Ἐξομαλίζειν eſt adæquare & æquabile reddere,

Lib. περὶ ἰητρῦ (p.14.10.) ἐξομαλίζειν τε χρὴ τὸ σύστημα πεπαίνοντα, æquabile igitur reddere oportet, per totũ æquabiliter concoquendo. Vbi nimirum tuberculorum maturationi æquabiliter incumbendum præcipit, & ſtudendũ vt eorum cõpages per totum æquabilis fiat, quod ibid. dixit, τὴν σύστασιν ὁμαλῶς διὰ παντὸς ποιεῖσθαι τῦ φύματος. Caluus complanare dixit.

Ἐξόμφαλοι dicũtur quibus vmbilicus tumore laborat aut prominet, aut rũpta, aut laxata peritonæo tunica, aut tranſuerſis affectis muſculis. Gal. lib de tumor. præter nat. (p.357. 20.) Quod nomen etiam ipſi affectui & vmbilico prominẽti tribuitur. Authori Definit. Med. (p.401. 6.) ἐξόμφαλός ἐστιν ὑπεροχὴ ὀμφαλῦ ὑπὸ διαφόρων αἰτίας γινομένη. Ἐξόμφαλον eſt vmbilici prominẽtia, quæ variis de cauſis efficitur. Quas vide apud Æginetam lib. 6. cap. 51. cui etiam ἐξόμφαλον πάθος dicitur.

Ἐξονειρώττειν eſt in ſomno ſeminis profluuium pati, veneris ludibriis agi, aut venerem ſomniare & in ſomniis genitură effundere, aph. 51. lib. 6. Epid ſect. 8. Σάτυρος ἐξονείρωσσε πυκνάκις. Satyrus inter dormiendũ ſæpius ſeminis profluuium expertus eſt, venerẽ ſomniauit. Lib. περὶ γονῆς (p. 27. 44.) καὶ οἱ ἐξονειρώσσοντες διὰ τοῦδε ἐξονειρώσσουσιν, & qui venerem ſomniant propterea in ſomnis geniturам effundunt. ἐξονειρωσῦ dicitur lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 283. 12.) καὶ ἐξονειροῖ, & inter dormiendum veneris ludibria patitur.

Ἐξορᾷν proſpectare ſignificat & aſpicere, eſtq́; velut extra ſpectare, & de eo dicitur qui protuberantibus & exertis eſt oculis, lib. 2. de Morb. (p.156.42.) καὶ ἐξορᾷ ὡς ἀγχόμενος, aſpectum habet velut qui ſtrangulatur, hoc eſt, oculos habet prominulos & extuberantes velut qui ſtrangulatur.

Ἐξοστώσεις ſunt Gal. lib. de Tumor. præter nat. (p.356. 54.) αἱ κατὰ τοὺς κροτάφους ἐξοχαὶ ὀστώδεις, oſſium eminentiæ iuxta tempora, σατυριασμοὶ etiam quibuſdam dicitur. Interdũ quoq; in omnib. aliis corporis partibus cõtingunt.

Ἔξουρα dicũtur quæ in anguſtum tendunt & coarctantur apud Hippocr. Gal. in Exeg. εἰς στενὸν συνηγμένα exponit ἃ δὴ καὶ μύουρα ὀνομάζουσιν. Verùm pro μύουρα μύουρα Gorrhæus & Henricus Steph. rectè reponunt, vt ſint, quæ in anguſtum tendũt & acutum, murisq́; caudam referunt. Etſi μείουρα forte quoq; legi poſſit. Hanc autem dictionem vſurpat Hipp. lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 272. 34.) vbi τὰ πεσσὰ τὰ ἔξουρα fieri præcipit, hoc eſt in acutum deſinere ac tendere. Vbi etiam ἔξουρα quidam legũt. caudæ modo faſtigiata dixit Caluus. Rurſusq́; ibid. (p.278.6.) ἢν ἔξουρα ᾖ τὰ αἰδοῖα, ſi muliebria pudenda coarctata fuerint, in arctum contracta. Vbi tamen ἔξορα vitioſè habent exemplaria quædam.

Ἐξυγιαίνειν eſt conualeſcere, lib. de fract. (p.544. 4.) διὰ τοῦτο καὶ οἱ πλεῖστοι οὐκ ἐξυγιαίνουσι τελέως. Idcircò plerique non perfectè conualeſcunt.

Ἔξυγρον perhumidum valde humidum & perliquidum ſignificat ἔξυγρα ὑποχωρήματα ſunt perhumida & perliquida alui recrementa, quæ cruditatem denotant, in febre ardente lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.88. 35.) Vbi Gal. ſcribit ἔξυγρα δὲ εἶπεν αὐτὰ, τὸ μηδ' ὅλως πεπέφθαι δηλῶν. ἡ γάρ τοι πέψις ἅπαντα συνάγει καὶ παχύνει. Perliquida autem ea dixit, nullo modo cocta eſſe indicans. Coctio nanque omnia cogit & incraſſat. Eadem ἐξυγραινόμενα διαχωρήματα dicuntur Coac. Prænot. (p.443. 48.) perliquida alui excrementa, quibus τὰ συνεστώμενα opponũtur. Ἐξυγρασμένη ὑστέρη perhumidus aut valde humidus vterus dicitur lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 236.14.) idem quod ἔξυγρος aut ἔνυγρος, vt ἔνυγρον σῶμα ib. dicitur (v.18.)

Ἐξυδατοῦν eſt in aquam reſoluere, in humorem ſoluere, diluere, & in aqueam naturam conuertere. Lib. de fiſtulis (p. 518. 35.) τὸ ἁλμυρὸν ἐξυδατοῦν, quod ſalſum eſt diluere, in humorem reſoluere. Sic ἐξυδατοῦσθαι aquoſum eſſe dicitur, de hydropica muliere, lib. 4. Epid. (p. 334. 3.) ἐξυδατώθη, aquoſa euaſit.

Ἔξω γίνεσθαι eſt extra ſe eſſe aut mente abalienata, mentis aut animi impos fieri, exire de poteſtate, vt antea ἐξίστασθαι eſſe diximus. Lib. 5. Epid. (p. 341. 43.) ἔξω ἐγένετο, mente abalienata erat. Lib. verò 7. Epid. ἔξω ἑωυτῆ ἐγένετο dixit eadem in re.

τὰ Ἔξωθεν externa dicuntur Hippocrati aph. 1. lib. 1. quæ à foris contingunt & extra ægrum ſpectantur, vt cœlum, ſolum, nuntia, verba, inſeſſus, veſtitus, reliquaq́; id genus, in quibus etiam externæ iniuriæ continentur. τὰ ἔξωθεν autem explicat ibidem Galenus τά τε κατὰ τὰς οἰκήσεις ἐπιτηδείους οὔσας, ἢ καὶ ὀχλουμένας, ἢ οὐκ ὀχλουμένας, καὶ ἔτι τὰ προσαγγελλόμενα καὶ πραττόμενα, θυμὸν ἢ λύπην, ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον ἐργαζόμενα τῷ νοσοῦντι. καὶ προσέτι, τὰ νύκτωρ αὐτῷ τὸν ὕπνον διακόπτοντα, μυρία ἐπὶ μυρίοις ὄντα, habitationes idoneas, vel turbarum plenas, vel turba vacãtes & tumultu, ad hæc quæ nunciantur & agũtur, iram, triſtitiam, aut aliud quid huiuſmodi ægro adferentia, tum etiam quæ ſomnum noctu ægrotanti abrumpunt, quæ ſexcenta accidere poſſunt.

Ἐξῶσαι χυμοὺς eſt ſuccos expellere, exigere, euacuare Hippocrati aph. 2. ſect. 2. lib. 6. Epid. vbi ἐκκενοῦν exponit Galenus. Sic ἔξωσις expulſio, foras propulſio vertebrarum ex ictu, lib. de art. (p. 619. 28.)

¶ Ἐπαείρεσθαι inſurgere ſignificat, eleuari, attolli, tumultuari, ſeditionem concitare. Verùm tranſlatitiè dicitur de his quæ alterantur & vehementem alterationem ſentiunt, lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p. 115. 3.) βραδέως δὲ πρῶτον ἐπαείρεται, tardè verò primùm attolluntur, hoc eſt ſupra reliquas eleuãtur & vehementem alterationem ſuſtinent. Sic lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p.10.27.) humores corporis μετεώρους fieri dicit, hoc eſt attolli, ἀκρήτους & ἀπέπτους, nõ alteratos aut concoctos & à reliquis ſecretos. Quod rectè annotauit Zuingerus.

Ἐπαΐειν eſt ſentire, percipere & intelligere. Prorrh. 2. (p. 419. 19.) ὥς τε μηδὲ θιγγανόμενος ἐπαΐειν καὶ τῆς γαστρὸς καὶ τῆς κύστιος, vt ne tactum percipiat æger & ventris & veſicæ. Rurſus (ibid.

(ibid. v. 21.) οὐκ ἐπαΐοντι τῷ ἀνθρώπῳ ἥτε κόπρος ὑποχωρέει καὶ τὸ οὖρον, & ſtercus & vrina ægro inſcio & non ſentiēte prodit. Sic enim lego, etſi οὐκ ἐθέλοντι legunt omnia exemplaria, quod eſt, non cogēte aut adnitente ægro, neq; inſtante aut vrgente, hoc eſt ſine eius opera. Sic lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 240. 13.) ἐπαΐουσι γὰρ αἱ μῆτραι τοῦ ῥεύματος χωρέοντος ἐκ τῆς κοιλίης. Sentiunt enim vteri fluxionem ex aluo prodeuntem, hoc eſt ab ea malè afficiuntur & cōmouentur. Vbi ἐπαΐσσουσι legiſſe videtur Caluus, cùm reſilire dixit. ἀΐσσειν γὰρ τὸ ὁρμᾶν λέγεται, vt ſcribit Erotianus. Cornarius quoque concitantur & percipiunt dixit, vt vtranque lectionem adhibuerit. Rurſus lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 282. 44.) ὁ θώρηξ ἐπαΐει, & thorax percipit. Lib. quoq; 2. de Morb. (p. 145. 3.) καὶ οὐκ ἐπαΐει οὐρέων, & meiere ſe nō percipit, non ſentit. Vbi manifeſto vitio ἐπάγει pro ἐπαΐει habent exemplaria omnia. ἐπαΐειν αἰσθάνεσθαι exponit Heſychius. Sic ἐπάϊστος dicitur de quo auditum eſt aliquid & compertum, vt apud Herod. Euterpe, ὡς ἐπάϊστος ἐγένετο ταῦτα ἐργασάμενος, vt compertum eſt id eum feciſſe.

Ἐπαΐσσειν eſt cum impetu irruere, irrumpere, & impetum faciendo prodire. Lib. περὶ φύσ. παιδίου (p. 32. 8.) καὶ τὰ νεῦρα ἐπαΐσσουσιν ἀμφὶ τὰς φύσιας τῶν ἄρθρων, & nerui ad articulos prodeunt, hoc eſt deferuntur, & circum articulos exiliunt, in fœtus conformatione. Ἐπαΐσσων, ὁρμῶν, ἐπερχόμενος exponit Heſychius.

Ἔπακρον quod in ſummo acutum eſt & in anguſtum tendit, dicitur, vt lib. 2. de Morb. (p. 155. 22.) παχὺν καὶ ἔπακρον ποιήσασθαι τὸν μοτὸν, craſſum & acutum linamentum facito. Ἔπακρα Gal. in Exeg. apud Hipp. exponit τὰ εἰς στενὸν τελευτῶντα, ἄκρα καὶ ἴξυα, in acutum deſinentia, quæ & ἴξυα etiam vocantur. Vbi pro ἴξυα μύνια quidam legūt. Verùm ἴξυα retineo cum omnibus exēplaribus, vt mihi indicare videatur Galenus apud Hipp. lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 272. 34.) vbi τὰ πρόσθεν ἴξυα ſcribuntur, quibuſdam τὰ πρόσθεν ἔπακρα placuiſſe, eumq; locum tacitò innuere per hæc verba quæ addūtur, & certè vitii ſuſpicione non carent. ἐπιτέταται ἢ ἐπὶ τὸ μᾶλλον. Quæ etiam aliter à Varino leguntur, neq; in melioribus exemplaribus habentur. Etſi Cornarius de ἐπὶ intelligit, quod intentionem & augmentum ſignificat, vt ἔπακρα valde acuta dicantur.

Ἐπαλείφειν ſuperlinere ſignificat, ſed translatitiè pro acuere, ſtimulare, irritare & excitare ſumitur. Lib. 5. Epid. (p. 337. 24.) ἐπαλειφθεὶς καρκίνος dicitur cancer medicamentis irritatus & exaſperatus. Etſi illic variam interpretum lectionē adſcripſimus. Heſychius quoque ἐπαλείφει διεγείρει exponit.

Ἐπαλύνων ἐπιπάσσων, hoc eſt inſpergens, exponitur Galeno in Exeg. apud Hippocr. Vbi Henricus Steph. ἐπιπαλύνων appoſitiſſimè legendum exiſtimat. Videtur tamen Gal. ἐπαλύνων legiſſe lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 256. 26.) vbi ἄλφιτ᾽ ἀπαλύνων vitiosè habent omnia exemplaria, quod eſt polenta inſperſa, aut polentæ pollinem aſperſum. Vide παλύνειν poſtea.

Ἐπαναδιδόντες πυρετοὶ, febres increſcentes, inſurgentes, aph. 17. ſect. 1. lib. 6. Epid. dicuntur febres quæ initio quidem iniecta manu mordaces parum apparent, verùm poſtea temporis ſucceſſu calor inſurgit & manum admotam mordet. Quibus opponūtur οἱ ὀξέες, ἐνδιδόμενοι δὲ τῆς χειρός. (vt ſcribit Gal.) acutæ, ſed quæ manu cedunt. Ἐπαναδιδόντες ὀξέες παλμοὶ, ſubinde ingraueſcentes palpitationes, & quæ in grauius tendunt, increſcunt & augentur, lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 240. 1.)

Ἐπαναδίπλωσις idem quod Ἀναδίπλωσις, reduplicatio in febribus cùm nouus horror & veluti nouus inſultus cum horrore ſubinde repetit, vt in ſemitertiana febre, in qua magnam acceſſionis partem horror occupat. Eadem ἐπανάληψις dicitur, hoc eſt repetitio. Gal. lib. de Temp. morb. (p. 383. 53.)

Ἐπανάκλησις θερμοῦ caloris reuocatio, aph. 21. lib. 5. & lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p. 114. 15.) ψυχροῦ πολλοῦ κατάχυσις ἐπανάκλησιν θερμοῦ ποιέεται, frigidæ affuſio calorem reuocat.

Ἐπαναπνεῖν inſuper & ſubinde reſpirare, de frequenti & crebra reſpiratione dicitur lib. 7. Epid. (p. 365. 4.) De geminata etiā & ſubinde repetita reſpiratione ibidem ſumitur, ὁ ἐπανέπνει ἔστιν ὅτε διπλόον, interdumque geminata reſpiratione ſubinde reſpirabat.

Ἐπαναστάσιες erumpentes eminentiæ dicuntur ac velut aſſurgentes tumores & eruptiones. In Coac. Prænot. (p. 430. 28.) αἱ παρ᾽ ὀφθαλμῶν ἐπαναστάσιες, erumpētes circa oculos eminentias aut aſſurgentes in tumores oculos ſignificant, intumeſcentibus & protuberantibus palpebris, in eas defluente ex cerebro humorum redundantia. Intelligi etiam ἐπαναστάσιες poſſunt velut ἐπαναστήματα ſumuntur apud Ariſtoph. de puſtularum eruptionibus, & ἐπανιστάμεναι πομφόλυγες crebrò dicuntur Dioſcoridi, & lib. 2. Epid. initio ſcribitur φλυκταινίδες ὥσπερ πυρικαύστοισι ἐξανίσταντο, puſtulæ erumpebant iis affines quæ ambuſtis fieri ſolent. Vbi Gal. lib. 1. de Temper. ἀνίσταντο & ἐπανίσταντο legit, videnturque iis eſſe ſimiles quas ἀπὸ καυμάτων ἐπεγειρομένας φλύκταινας vocat lib. περὶ χυμῶν. ἐπανάστασις etiam exponitur Heſychio ἐπανέγερσις.

Ἐπαναφέρειν quaſi vires repetere dicitur, & eſt vires reſumere, recipere, ſeſe recolligere, aut viribus reſumptis recreari & refici, idem quod ἀνακομίζεσθαι. In Coac. Prænot. ſtatim initio, οἱ ἐπανενέγκαντες ſunt qui vires reſumpſerunt ac ſeſe velut recollegerunt.

Ἐπανεμέειν ſubinde vomere & vomitum repetere. In Coac. Prænot. (p. 441. 43.) οἱ ἐπανεμέοντες, ſubinde vomentes, in redundante purgatione malè habentes.

Ἐπανερέσθαι apud Hippocr. ἐπερωτῆσαι exponit Erotianus quod eſt prætereà interrogare aut interrogare ſimpliciter. In Progn. (p. 122. 28.) ἐπανερέσθαι χρὴ, interrogare oportet. Rurſus ibid. (p. 124. 11.) περὶ τούτων ἐπανερέσθαι περὶ ὧν καὶ πρότερον ἐκέλευσα, de his inter-

rogandum de quibus antea monui. Eaque dictione crebrò vtitur Prorrh.2.(vt p.423.47.249.& p.424.11.14.& 20.)

Ἐπανερεύγεσθαι ſubindè ructare, vt ἐπανερεύγεσθαι χολώδες bilioſum ructare de his quibus os ventriculi bile redundat. Libr. de rat. vict. in morb.ac.(pag.85.41.) ὅτι τοὺς ἐπανερευγομένους χολῶδες, neq; eos qui bilioſum eructant, quos ἀναχολουμένους τὸ στόμα τῆς κοιλίης exponit Galenus.

Ἐπανθεῖν eſt in ſuperficie effloreſcere ſumitur autem tranſlatitiè pro eminere, exiſtere, ſupereminere & emicare. Libr.7.Epid. (p.359.14.) τρηχύτης ἐπῆν θ᾽ ὑπόλευκος, aſperitas exiſtebat cum pallore albicans, hoc eſt, in lingua eminebat & effloreſcebat. Sic ἐπάνθισμα ἀφρῶδες, ſpumoſa effloreſcentia, aut ſpuma ſupereminens, ſpumoſus veluti flos ſurſum erumpens aut emicans in bilioſis ac meracis deiectionibus, in Prorrh. (p.177.11.) ἢ αὐτος ἀνθος ἐπανθισμένον, veluti ſupereminentem florem exponit Gal. & Coac. Prænot.(p.443.31.) Rurſus in Prorrh. (p.189.20.) in vrinis τὰ ἐπανθίσματα ἐρυθρὰ κατεχόμενα, contentæ rubræ effloreſcentiæ. Et Coac. Prænot. (p.442.21.) τὸ ἐξέρυθρον ἐπάνθισμα ἰῶδες κατεχόμενον, effloreſcentia prærubra æruginoſa in vrina contenta.

Ἐπανιέναι, eſt remittere, relaxare. Verùm ἐπανιέναι & ἐπανέρχεσθαι emergere ſignificat, ſurſum educi, ſurſum cedere & prodire, de oſſibusque dicitur quæ ſurſum educuntur & ſponte cedunt, vbi fragmenta oſſis emortui aut corrupti nulla vi educuntur, ſed ſponte ſequuntur & cedunt, carneque ſuccreſcente ſurſum emergunt & expelluntur. Libr. de vulner.cap.(p.450.18.) οὐδὲ κινδυνεύειν τὰ ὀστέα πειρώμενον ἀφαιρέειν πρὶν ἢ αὐτόματα ἐπανίῃ, neq; cum periculo oſſa auferre tentandum priùs quàm ſponte cedant aut emergant. Rurſus (ibidem v.21.) οὕτω δ᾽ ἂν τάχιστα ἥ τε σὰρξ ὑποφύοιτο καὶ βλαστάνοι καὶ τὰ ὀστέα ἐπανίοι. Hac verò ratione tum caro celerrimè ſuccreſcet & pullulabit, tum oſſa emerſerint. Rurſusque (ibidem v.24.) καὶ τὰ ὀστέα τάχιστα ἐπανίοιεν τὰ ἀποκλασθέντα ἔσω, & oſſa intrò deſidentia celerrimè ſurſum educentur, emergẽt. τὰ ἐπανιόντα dicuntur in Prorr.(p.199.57.) remittentia ſymptomata, vbi affectus moderatior exiſtit, & de ſæuitia remittit. Verùm illic Gal. ἐπανιόντα νοσήματα quoſdam interpretes ſumere ſcribit, τὰ ἐπανερχόμενα, hoc eſt, reuertentes morbos, dicique τὰ ἐπανερχόμενα νοσήματα, τὰ μετριάσαντα μὲν ἐπ᾽ ὀλίγον, αὖθις δὲ παροξυνθέντα, morbos qui parum remittunt & moderatiores fiunt, rurſusque acceſſione repetunt.

Ἐπανορθοῦσθαι & διορθοῦσθαι corrigere & dirigere ſignificat, & de his dicitur apud Græcos, quę quocunque modo excedãt, in ſuum ſtatum reſtituuntur. Gal. Comm. 2. εἰς τὸ κατ᾽ ἰητρ. (p.684.48.)

Ἐπαντλησις perfuſio, aut infuſio aquæ hauſtæ. ἐπαντλήσεις perfuſiones ſignificant quæ fiunt in balneis à miniſtris, lib. de rat. vic. in mor. ac.(p.84.22.) καὶ τὰς ἐπαντλήσιας ταχείας ποιέεσθαι, & celeres fiant perfuſiones.

Ἐπάρματα interdum tubercula ad aures & exortos tumores, aut parotidas ſignificãt, interdũ verò omnes tumores quauis in parte ortos, & quauis ex cauſa. Gal. initio com. 4. in lib.6.Epid.(pag.491.34.) τοὺς παρὰ τὰ ὦτα ὄγκους παρὰ φύσιν ἐπὶ τῶν νοσούντων γινομένους εἴωθεν ὀνομάζειν ἐπάρματα. ὁτὲ μὲν ὁλοκλήρῳ τῇ λέξει χρώμενος, ὁτὲ δὲ ἐλλιπεῖ, καθάπερ καὶ νῦν. Qui in morbis ad aures oriuntur tumores pręter naturam, ἐπάρματα nominare conſueuit, integra interdum dictione vſus, interdũ verò mutila, veluti & nunc. ἐπάρματα τὰ ὦτα, ſublati ad aures tumores dicuntur libr.1.Epid.(p.252.12.) quæ illic τὰ συστάντα παρὰ τὰ ὦτα οἰδήματα vocat Gal. Sic ἔπαρμα παρ᾽ οὖς tumorem iuxta aures ſubnaſcentẽ ſignificat in Coac. Prænot.(p.444.21.) Interdum verò τὰ παρ᾽ οὖς ſimpliciter dicũtur Hip. vt aph.1. ſect.4. libr.6.Epid. τὰ παρ᾽ οὖς οἷσιν ἀμφὶ κρίσιν γινόμενα μὴ ἐκπυΐσκει. Quibus iudicationis tempore exorta ad aures tubercula non ſuppurauerint. De præcordiorum tumore ἔπαρμα effert Hippoc. ægr.13.lib.3.Epid. poſt ſt.peſt. ὑποχόνδριον δεξιὸν ἔπαρμα ξὺν ὀδύνῃ, præcordia dextra cum dolore intumuerunt.

Ἔπαρσις etiam Hippocrati quemuis tumorẽm, eleuationem aut inflationem ſignificat. In Coac. Pręnot.(p.426.25.) κοιλίης ἄλογοι ἐπάρσιες, ſunt vẽtris temerarii tumores, quæ pręter modum aut rationem eleuationes contingunt. Rurſus (ibidem p. 427. 42.) κοιλίης ἐπάρσιες ventris intumeſcentias ſignificant, & tumores à flatib. exortos, quos κυρτώματα & οἰδήματα vocat Hippocr. in Progn. Galenus verò τοὺς παρὰ φύσιν ὄγκους exponit, eadémque notione dici videntur qua μετέωρα ὑποχόνδρια ſcribuntur aph.73.lib.4.& 64.lib.5. ſublata aut ſuſpenſa præcordia.

Ἐπαυξεῖς νόσοι dicuntur Hippocrati morbi increſcentes & qui temporis lapſu increſcũt, aph.25.ſect.5.libr.6.Epid. Vbi Gal. νόσους ἐπαυξεῖς vocari ſcribit τὰς αὐξανομένας ἐν τῷ χρόνῳ καὶ χείρονας ἀεὶ γινομένας, εἰ μὴ φθάσεις λυθῆναι, οἷα τὰς ποδάγρας, ἀρθρίτιδας, νεφρίτιδας, ἐπιληψίας, μελαγχολίας, morbos increſcentes eos qui temporis ſucceſſu increſcunt & ſemper deteriores fiunt, niſi prius ſoluantur, velut podagras, articulorum morbos, renum affectus, comitiales & melancholias. Sabinus verò νόσους ἐπαυξεῖς intelligit morbos qui pueros occupant vnaque augentur vſque ad ætatem veneri exercendę aptam, quales nominat renum affectus, quartanas & capitis dolores. Sic Aëtius cap.8.lib.3. comitialem morbum & capitis dolores per ἐπαυξίας νόσους intelligere videtur, haud dubiè illam Hipp. ſententiam ſubnotans.

Ἐπαυρίσκεσθαι haurire ſignificat, & cum pręnoſitione haurire ab aliquo, fructum capere & frui. Lib.4.de morb.(p.166.22.) ἐπαυρίσκεται ἀπὸ τοῦ σώματος τηκομένου, ex corpore tabeſcente fructum capit & haurit, eoque fruitur. Significat autem ventriculum vacuum

cuiuis ex toto corpore humorem attrahere eoque frui. Et (v.14.) ἀπὸ τοῦ σώματος ἐπαυρίσκονται attracto humore ex corpore fruuntur. Rurſus (ibidem pag.169.1.) ἐπαυρίσκεται τὸ σῶμα ἀπὸ τῆς κοιλίης, corpus ex ventre fruitur. Et (v.6.) ἐπαυρίσκεται μὲν τὸ σῶμα ἀπὸ τῆς κοιλίης, corpus quidem ex ventre haurit. Et, ἐπαυρίσκονται δὲ αἱ πηγαὶ, hauriunt autem & fontes. Rurſusque (pag.170.1.) ὁ ἐπαυρίσκεται ἐπὴν πλήρης ἐῃ ἀπ' αὐτῆς, & vbi plenus fuerit ab ipſo haurit eoque fruitur. Et (v.36.) τὸ σῶμα ἐπαυρίσκεται καθ' ἡσυχίαν, corpus ſenſim fruitur. Et (v.34.) οὐκ ἂν ἐπαυρίσκοιτο ἡμῖν τῆς ἰκμάδος ἐπαρκέον, humor non ſufficienter nobis ſuppeteret, aut corpus non ſufficienter humore frueretur. Iterum (pag.171.1.) ὅτι δὲ τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου ἀπὸ τῶν βρωτῶν καὶ τῶν ποτῶν τῆς ἰκμάδος ἐπαυρίσκεται, quod ſcilicet hominis corpus humore ex cibis & potibus fruitur.

Ἐπαφάσῃ τῷ δακτύλῳ, ἀντὶ τοῦ ἐφάψῃ positum apud Hippocratem ſcribit Erotianus, quod eſt, ſi digito immiſſo palpaueris aut attrectaris, pro ſi contigeris, nimirum locum lib.2. περὶ γυναικ. (p.280.48.) ſubindicans, vbi tamen ἢν ἐπαφήσῃ τῷ δακτύλῳ legitur. Dici autem παρὰ τὸ ἐπαφᾶσθαι idem ſcribit. Vide ἐπαφᾶσθαι poſtea.

Ἔπαφρα ſpumantes deiectiones ſignificāt Hippocrati in Prorrh. (pag.197.54.) ἢ κοιλίη δὲ ἔπαφρα χολώδεα προσδιεξέρχεται; aut etiam ex aluo ſpumantia & biliosa proditura ſint? Rurſusque (ibidem pag.199.20.) οἱ κωματώδεες ἔπαφρον διαχωρέοντες. In ſopore affectis ægris, ſpumantibus prodeuntibus deiectionibus. Vbi Galenus ἔπαφρον dici ſcribit quod ἀφρῶδες διαχώρημα vocatur in Progn. Idem etiam ἔπαφρα quibuſdam interpretibus ſumi ſcribit, quæ ſurſum vectam ſpumam, ac veluti in ſummo innatantem habent & fluxilem: Erotianus apud Hippocratem ἔπαφρα τὰ διάλευκα καὶ ὡς ἀφρώδη, exalbicantia ac veluti ſpumantia, exponit, priorem Prorrhetici locum haud dubiè exprimens. Ἔπαφρα etiam in Sileno libr.1. Epid. ſpumantes deiectiones ſignificant, & ægr.3.lib.3. Et in Coac. Præn. (p.443.32.) ἔπαφρον διαχώρημα ἀντὶ τοῦ ἀφρώδους ponitur.

Ἐπέδυεν, ἐπιδιέῤῥει καὶ διεπήδα, hoc eſt, ſuperdiffluebat, tranſiliebat, exponit apud Hip. Erot.

Ἐπεσιέναι eſt inſuper ingredi, intromitti, intrò ſubire & ſe inſinuare. Libr. περὶ τροφῆς (p.110.19.) ἡ ἔξωθεν συνεχὴς ἐπεσιοῦσα τροφή, alimentum quod extrinſecus continuò ſuperingeſtum eſt aut ſuggeritur, aut continuò corpus ſubiens. Cui opponitur ἐκκρίνεσθαι & ἀποκρίνεσθαι.

Ἐπέκεινα aduerbium eſt loci, & vltra, trans, & vlteriorem partem ſignificat, vt libr. de art. (pag.617.18.) ἐν δὲ τῷ ἐπέκεινα, vltra verò hanc partem, nimirum ſpinæ partem quæ ad latera vergit verſus poſteriora, indicans: τὴν ὄπισθεν χώρην exponit Galenus. In Mochlico verò (pag.505.40.) dicitur. ᾗ δὲ ξυναρθρέονται αὐτῶν ἐν τῷ ὄπισθεν τοῦ νωτιαίου, quod eſt. Ex quoque [vertebræ] in poſteriore medullæ ſpinalis parte articulorum modo inter ſe committuntur. Rurſus (ibidem pag.657.14.) ἐπέκεινα τῆς κεφαλῆς τοῦ μηροῦ, vltra femoris caput.

Ἐπεβάρυναν, ἐπετεχνήσαντο, elaborarunt, curiosè moliti ſunt, aut confecerunt, exponit Erotianus apud Hippocratem, ex lib. de art. (p.596.6.) εἰσὶ δὲ οἵ τινες οἱ ἐπεβάρυναν ἤδη μολυβδίον βαρὺ προσεκρεμάσθη, ὡς καταναγκάζειν τὸ ὑπερέχον. Nonnulli verò iam ſolerter excogitarunt, vt plumbum aliquod graue inſuper alligaretur, quò deorſum cogeretur quod extat. Vbi tamen ἐπεψαφίσαντο legunt ferè omnia exemplaria. Sed nos ex codicibus Regiis manu ſcriptis ἐπεβάρυναν retinuimus.

Ἐπηλυγάζεσθαι ſignificat inumbrari, velut vmbraculo tegi, aut obtegi, occultari, ab ἠλύγη aut ἠλυγή, quod σκιὰν καὶ τὸ σκότος, vmbram & tenebras indicat, pro quo etiam ἐπηλυγάζειν aut ἐπηλυγάζεσθαι dicitur. Libro ſecundo (περὶ γυναικ. (pag.279.10.& pag.281.40. & pag.282.11.) καὶ τὰ ἐπιμήνια ἐπηλυγίζονται ſcribitur, hoc eſt, menſes occultantur, impediuntur, retinentur. (Vbi tamen paſſim ἐπιλυγίζονται vitioſè ſcribitur) quod κρύπτεται dixit lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag.223.44.) eadem in re. Erotianus tamen apud Hippocratem ἐπηλυγάζονται legiſſe videtur, idque bis repetit, & pro ἐμποδίζονται καὶ ἐπέχονται poſitum ſcribit, quod eſt, impediuntur, retinentur, ſiſtuntur. Idem quoque annotat ἠλύγην Atticis τὴν σκιὰν dici, & locum Thucydidis ex lib.6. profert, ἵνα τῷ κοινῷ φόβῳ τὸ σφέτερον ἐπηλυγάζωνται, vt publico metu ſuum occultent, tegant, obumbrent, aut publicum metum ſuo prætendant. Vbi Scholiaſtes ἐπηλυγάζωνται ἐπικρύπτωνται expouit, Erotianus συσκιάζονται. ἐπηλυγάζειν Suidas ἠλύγην φαίνειν, σκιάζειν explicat. Ἐπηλυγάζονται Heſychius exponit ἐπισκιάζονται, ἐπικρύπτονται, hunc Hippocr. locum non temerè reſpiciens. Quem mihi ſanè non rectè accepiſſe videntur interpretes. Nam & Cornarius ἐπιλυγίζονται obtorquentur dixit, ἀπὸ τῆς λύγου, obſcurè admodum nec ſatis apta ratione. Caluus verò tolluntur.

Ἐπὴν ἐπεὶ Ionicè ſignificat, hoc eſt, poſtquam, ſed pro ἔπειτα poſitum videtur, libr.7. Epid. (p.365.5.) ἐπὴν βραχὺ ἦν διψώδης, deinde parum ſiticuloſus erat.

Ἐπιβεβλημένος dicitur veſtimentis contectus, ſtragulis opertus, aut amiculo circumiecto. Lib.6. Epid. ſect.4. aph.14. ὕπνος ἐν ψύχει ἐπιβεβλημένῳ. Somnus in loco frigido, ſtragulis corpori iniectis, capiendus eſt.

Ἐπίβολος idem quod ἐπήβολος, alicuius rei compos, & qui eam adeptus eſt aut poſſidet, vel qui aliquid obtinet, ὁ ἐπιτυχὴς ἐγκρατής. Hipp. ἐν νόμῳ (pag.19.26.) χρὴ γὰρ ὅστις μέλλει ἰητρικῆς ξύνεσιν ἀτρεκέως ἁρμόζεσθαι, τῶνδέ μιν ἐπίβολον γενέσθαι. Eum enim qui medicinæ ſciētiam ſibi comparare volet, hoc obtinere oportet, his niti conuenit. Quemadmodum ex Plat. ad-

ducit Budæus ἐπιστήμονας ἐπιστήμης ἐπηβόλους, ſcientiæ compotes & peritiam adeptos. Animaduertendum tamen apud Hip. exemplaria quædã manu ſcripta ἐπιβόλους ſcribere, & μετοχὸν ἢ γνωστικὸν in margine explicare.

Ε'πιγέννημα interdum idē quod σύμπτωμα ſignificat vt ſcribit Gal. libr. 3. de diff. ſympt. interdum quoque quod agnatum eſt ac velut ex ſaliua alba linguæ ſuperinductũ indicat, & incēdii remiſſionē præſefert, vt in Coac. Prænot. (p. 430. 40.) παχέος μένοντος τοῦ ἐπιγεννήματος, αὐθήμερον, eo quidem quod agnatum eſt craſſo permanente, eodem die.

Ε'πιγίνεσθαι eſt ſuperuenire, ſuccedere, & de iis dicitur quę in morbis accidunt, proprieque de his quę morbi ratione & auctę paſſionis nomine ſuccedunt. Gal. com. ad aph. 35. lib. 6. ἐπιγίνεσθαι τοῖς πάθεσιν ἔνια μὲν ἤδη τε καὶ συμπτώματα, τοῖς παλαιοῖς ἰατροῖς ἔθος ἦν λέγειν, ὅσα κατὰ τὸν αὐτοῦ πάθους λόγον αὐξανομένου συμβαίνειν εἴωθε. Morbos & ſymptomata morbis ſuccedere veteres medici dicere conſueuerunt, quę ipſius morbi augeſcentis ratione accidere ſolent. Hinc ἐπιγινόμενα dicuntur quę morbis neceſſario, eorumq; increſcentium ratione ſuccedunt, eosq; ex neceſſitate comitantur, non ſymptomata ſimpliciter, aph. 32. ſect. 8. lib. 6. Epid. τὰ ἐπιγινόμενα ẽt dicũtur de morbis qui priore manente affectione ſuperueniunt & veluti auctario ſuccedunt. Quorum omnis generatio eiuſmodi eſſe conſueuit, vt neq; paruos neq; mites, ſed malos atq; malignos cõſequatur morbos, vt ſcribit Gal. com. ad aph. 11. lib. 7. Praxagoras volumen vnũ non exiguũ περὶ τῶν ἐπιγινομένων ſcripſerat, vt teſtatur Gal. aph. 15. & 11. lib. 7. Totusq; aphoriſmorũ liber ſeptimus περὶ τῶν ἐπιγινομένων quibuſdã inſcriptus eſt. Ac de iis verè & ſciẽter ſcribitur ab Hip. lib. περὶ παθῶν (p. 183. 32) τῶν γὰρ νοσημάτων ὅ, τι ἂν ἕτερον ἐφ᾽ ἑτέρῳ γένηται, ὡς τὰ πολλὰ ἀποκτείνει. ὅταν γὰρ ἀσθενεῖ τῷ σώματι ὄντι ὑπὸ τῆς προτέρης νούσου, ἑτέρη νοῦσος ἐπιγένηται, προαπόλλυνται ὑπὸ ἀσθενείας, πρὶν ἢ τὴν ἑτέρην νοῦσον, τὴν ὑστέρην γενομένην, παύσασθαι. In morbis enim cùm alter ad alterum accedit, plærũq; occîdit. Si quidem corpus ex priore morbo imbecillum alius ſuccedens morbus nactus, prius præ imbecillitate perit, quàm qui poſterior acceſſit morbus deſinat. Eſt & ἐπιγίνεσθαι ſuboriri, crebrò & aſſiduè accidere, vt ἐπιγινόμενος ἱδρὼς, ſudor in febre ſubortus & crebrò accidens, aph. 56. lib. 4. ἀεὶ ῥέων enim explicatur ex aph. 42. lib. eiuſdem vt ẽt illîc ſcribit Gal.

Ε'πιγλωττὶς aut ἐπιγλωσσὶς, epiglottis, ligula aut minor lingua, membrana eſt cartilaginoſa, oblõga & rotunda, laryngis meatui incumbens, ne quod tranſglutimus, in laryngem, aut pulmones tranſmittatur. Hipp. lib. περὶ καρδίης (p. 55. 3.) πῶμα γὰρ ἀτρεκὲς ἡ ἐπιγλωσσὶς οὐ δέχεται μεῖζον ποτοῦ ὕδωρ. Operculum enim exactum epiglottis aut ligula, ne ampliorem quidem potum trãſmittet. Sic enim legendum videtur, cùm vitioſa ſint omnia exemplaria. Cenſet autem Hippocrates potionis confertam copiam prohiberi, ne decidat in laryngem aut pulmones, minorem verò & quantum per rimam allabi poſſit, velut irrigatis parietibus ipſius arteriæ, in pulmones decidere. Cuius opinionis authorem facit Hippocratem Galenus lib. 8. de Plac. Hipp. & Plat. & Plutarchus in Sympoſ. Quam etiam ſecutus Plato ab Eraſiſtrato reprehenditur apud Gellium lib. 17. cap. 11.

Ε'πίγονα ſuperfœtationes dicuntur lib. 1. περὶ διαίτης (p. 87. 32.) vbi etiam ſuperfœtationis cauſam docet. ἐπίγονα δὲ ὧδε ἀπὸ πρώτου γίνεται. Superfœtationes autem hoc modo fiunt.

Ε'πιγουνὶς mola aut genu patella, quæ & ἐπιγονὶς & ἐπιγωνὶς dicitur Hipp. lib. περὶ ὀστέων φύσ. (p. 62. 30. & 37. (Eſt autem os cartilaginoſum, latum, rotundum, toti genu ſuprapoſitum.

Ε'πιδερμὶς propriè cuticulam ſignificat, hoc eſt, tenuem cutem & admodũ exanguem, quæ toti cuti obducitur. Hippocrati autẽ cutem ei ſubiectam comprehẽdit, lib. περὶ φύσ. παιδίου (p. 33. 37.) φύονται μὲν γὰρ μέγισται καὶ πλεῖσται, ἵνα τοῦ σώματος ἡ ἐπιδερμὶς ἀραιοτάτη ἐστίν. Plurimi. n. & maximi oriuntur [pili] qua corporis parte cuticula (quæ ἐπιδερμὶς dicitur) rariſſima eſt. Et (v. 38.) καὶ ὅπου ἡ ἐπιδερμὶς ὕστερον ἀραιὴ γίνεται, ἐκεῖ καὶ ὕστερον αἱ τρίχες φύονται, & quo loco cuticula poſterius rareſcit, illîc quoque poſtea pili enaſcuntur. Certum eſt autem in cute potiùs quàm cuticula pilorum radices ſitas eſſe. Rurſus (v. 44.) καὶ τριχοῦται ἡ ἥβη τοῦ παιδὸς καὶ τῆς παρθένου, ἀραιῆς τῆς ἐπιδερμίδος γενομένης, tũ rareſcente cuticula, tam puero quàm virgini, pubes pilos emittit. Et (v. 46.) ἀραιὴ γὰρ γίνεται ἡ ἐπιδερμὶς, cuticula enim rareſcit. Et (v. 49.) σημεῖον δὲ ὅτι ἐν τοῖσι ἀραιοτάτοισι τῆς ἐπιδερμίδος φύονται αἱ τρίχες. Indicio autem eſt in maximè raris cuticulæ partibus pilos naſci. Eamq; etiam crebrò vſurpat eodem libro (p. 34. 1. 2. 4. 7. 19. 13. 14. 15.)

Ε'πίδεσμοι dicuntur Hippocrati faſciæ quæ plagulis aut ſpleniis ſupinducuntur & ſuperligantur, quaſi ſuperfaſciationes. Gal. Com. 3. in lib. κατ᾽ ἰητρ. (p. 690. 45.) Vide ὑποδεσμίδας poſtea.

Ε'πίδηλος ἄνθρωπος, homo cõſpicuus dicitur Hippocrati, qui ſenſu increſcere deprehẽditur, vt primo, ſecũdo, tertio & quarto ſeptenario vſq; ad quintum. lib. περὶ σαρκῶν (p. 42. 21) αὐξάνεται δὲ ἐς τὴν γένηται ἐπίδηλος. ἐπίδηλος δὲ μάλιστα γίνεται ἀπὸ ἑπταετέος μέχρι τεσσαρεσκαιδεκαετέος. Creſcit aũt quandiu ſenſu creſcere deprehẽditur. Senſu autem potiſſimùm creſcere deprehẽditur à ſeptimo ad decimum quartum vſq; annum. ἐπίδηλος ἡμέρα dies ſpectabilis & index, quæ quid die iudicatorio futurũ ſit indicat, qualis eſt cuiuſq; ſeptimanę dies quartus, aph. 24. lib. 2. Vbi ſcribit Gal. ἐπιδήλους καὶ θεωρητὰς εἴωθεν ὁ Ἱπποκράτης ὀνομάζειν ἡμέρας, ἐν αἷς τι σημεῖον φαίνεται δηλωτικὸν τῆς ἐσομένης κρίσεως, ἐν ἑτέρᾳ τινὶ τῶν κρισίμων ἡμερῶν. Indices & ſpectabiles dies conſueuit eos vocare Hippocrat. in quibus indicium aliquod apparet iudicationis futuræ in alio quopiam die iudicatorio.

Ε'πιδέρ-

Ἐπιδιασκευάζειν eſt aliquid iam ſemel tractatum adornare, repetere, recognoſcere, & purius aut melius retractare: Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 38. 42.) οἱ μέντοι ὕστερον ἐπιδιασκευάσαντες, ἰητρικώτερον δή τι ἐπῆλθον περὶ τῶν προσοιστέων ἑκάστοισι. Qui igitur poſtea recognouerunt, ii medicè magis quæ ſingulis exhibenda ſunt, percurrerunt. Vbi ſcribit Gal. ἐπιδιεσκευάσθαι λέγεται βιβλίον ἐπὶ τῷ προτέρῳ γεγραμμένον τὸ δεύτερον χαρίεν, ὅταν τὴν ὑπόθεσιν ἔχον τὴν αὐτὴν, καὶ τὰς πλείστας τῶν ῥήσεων τὰς αὐτὰς, τινὰ μὲν ἀφῃρημένα τῶν ἐκ τοῦ προτέρου συγγράμματος ἔχῃ, τινὰ δὲ προσκείμενα, τινὰ δὲ ὑπηλλαγμένα. Liber poſt primum ſecundò ſcriptus recognoſci dicitur, cùm ſub eodem argumento plurimas eaſdem dictiones, & nonnulla quidem eorum quæ in priore erant detracta, quædam etiam addita, quædam verò permutata habet. Velut pro exemplo Eupolidis Autolycum ſecundò recognitum adfert Galen. Sic Cnidias ſentẽtias à Cnidiis Medicis ſecundò recognitas & medicè magis adornatas, cenſet Hippocrates.

Ἐπίδημος aut ἐπιδήμιος νόσος, morbus eſt popularis aut populariter graſſans, ex cõmunium genere, quos κοινὰς ἢ παγκοίνους ἢ πανδήμους vocant, vt & ἔνδημος aut ἐνδήμιος qui vernaculus dicitur. Vterque à communi cauſa natus. Verùm hîc patrius & regioni familiaris ac vernaculus exiſtit. Ille popularis eſt & externus aut aduentitius habetur, à communi & inſolita cauſa natus. De quo libris Epid. agit Hipp. vt & de vernaculo lib. de aëre, loc. & aq. Ἐπιδήμιον νοσημάτων cauſam valdè communem facit Hippocr. nempe aërem quem inſpiramus, non victum. lib. περὶ φύσ. ἀνθρώπ. vt teſtatum facit Gal. initio Com. 1. in lib. 1. Epid. Prætereaque quod etiam eodem lib. (p. 20. 20.) ſcribitur id indicat: ὁπόταν δὲ νοσήματος ἑνὸς ἐπιδημίη καθεστήκῃ, δῆλον ὅτι οὐ τὰ διαιτήματα αἴτιά ἐστιν, ἀλλ' ὃ ἀναπνέομεν, τοῦτ' αἴτιόν ἐστι. καὶ τοῦτο δῆλον ὅτι νοσηρήν τινα ἀπόκρισιν ἔχον ἀνίει. Cùm verò morbus vnus populariter & vulgò graſſatus fuerit, manifeſtum eſt non victum, ſed quem trahimus ſpiritũ, in cauſa eſſe, nimirum qui morbidam quandam planè excretionem obtineat. Vbi certè Gal. τὴν ἀπόκρισιν ἀναθυμίασιν, hoc eſt, aëris expirationem proprietate totius ſubſtantiæ potiùs quàm qualitate infeſtam, exponit. Quę vna eſt & ferè præcipua populariũ morborum cauſa. Idemq́; ſub aëre, cœli conditionem, regionis ſtatum, victus corruptionẽ, aquarum prauarum potionem, cõprehendi ſcribit, in Procemio lib. 1. Epid. At verò ἐπιδημίων morborum duplex genus cõſtituit Gal. com. 1. in lib. de rat. vict. in morb. ac. Sunt enim qui toto genere perniciem præſeferunt, qui λοιμώδεις & peſtilentes ſunt. Alii verò minores qui generis nomine ἐπιδήμιοι, vulgò & populariter graſſantes vocantur, quales multi libris Epid. deſcribuntur; qui cùm omnibus cõmunes ſint & vniuerſales, paſſim & in obuios quoſq; ſæuiunt, valdeq́; cõmunem cauſam, nempe aëris inſpirationẽ, habent. De iiſq; præcipuè agit Hip. cùm ἐπιδημέῃ aut ἐπιδημέωσι effert, quod crebrò facit libris Epid. Itẽ lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 39. 33) ὁπόταν γὰρ μὴ λοιμώδεος νούσου τρόπος τις κοινὸς ἐπιδημήσῃ, ἀλλὰ σποράδες ἔωσιν αἱ νοῦσοι, καὶ μὴ παραπλήσιαι, ὑπὸ τούτων τῶν νοσημάτων ἀποθνήσκουσι πλείους, ἢ ὑπὸ τῶν ἄλλων τῶν συμπάντων. Cùm enim nullum commune peſtilentis morbi genus populariter graſſatũ fuerit, ſed diſperſi morbi & inter ſe differentes fuerint, hi quàm reliqui omnes plures interficere ſolẽt. Rurſus in Progn. (p. 164. 50.) χρὴ δὲ καὶ τὰς φορὰς τῶν νοσημάτων τῶν αἰεὶ ἐπιδημεόντων, ταχέως ἐνθυμεῖσθαι, καὶ μὴ λανθάνειν τὴν τῆς ὥρης κατάστασιν. Morborum item qui ſemper paſſim & vulgò graſſantur impetum accuratè obſeruare, nec temporum anni conditionem ignorare oportet. Et lib. 3. Epid. ſt. peſt. (p. 421. 3.) τὰ μὲν ἐπιδημήσαντα νοσήματα ταῦτα, atq; hi quidem morbi populariter vagabantur. De multis qui tunc paſſim graſſabantur intelligẽs, & multos communiter inuadebant. Vbi ſcribit Gal. οὐ γὰρ δὴ νοσήματός γέ τινος ὄνομά ἐστι τὸ ἐπίδημον ἢ λοιμῶδες, ἀλλ' ὅ τι περ ἂν πολλοῖς ἐν ἑνὶ χρόνῳ χωρίῳ γένηται, τοῦτο ἐπίδημον ὀνομάζεται. προσγενομένου δ' αὐτῷ τοῦ πολλοὺς διαφθείρειν, λοιμὸς γίνεται. Neq; enim certi cuiuſdã morbi nomen eſt ἐπίδημον aut λοιμῶδες, verũ quicunq; vno in loco multos prehenderit, hic ἐπίδημος vocatur. Cui ſi accedat vt multos interficiat, peſtis eſt.

Ἐπιδιδόναι eſt increſcere & augeri, cui ἐνδιδόναι opponitur, quod eſt remittere. Hinc ἐπίδοσις idem quod αὔξησις & ἀνάβασις dicitur, & morborum incrementum ſignificat aut ſecundum morbi tempus, vt ſcribit Gal. lib. 1. περὶ κρίσεων cap. 3. & libr. de temp. morb. (p. 380. 17.) Ita & circuituũ ἐπιδόσεις acceſſionũ incrementa vocantur Hippocrati aph. 12. libr. 1. Sic enim illîc ſcribit Gal. εὔδηλον δ' ὅτι ἐπιδόσεις τῶν περιόδων τὰς αὐξήσεις λέγει τῶν κατ' αὐτὰς παροξυσμῶν, αἳ πρός τε τὸν χρόνον τῆς αὐξήσεως τοῦ νοσήματος ἐπιδείκνυνται, καὶ τῆς προθεσμίας τῆς μελλούσης ἀκμῆς ἐνδείξεις αὖ μάλιστα μάθοις. Conſtat aũt eum per circuituum incrementa acceſſionũ quę in ipſis circuitib. fiunt augmẽta intelligere, quę & tempus increſcẽtis morbi, & certum ſtatũq; futuri vigoris tẽpus oſtendunt. Hip. lib. 2. Ep. (p. 311. 35) morborũ vniuerſalia tẽpora ex particulariũ inter ſe cõmiſſione definiẽs, ſcribit: δῆλον δὲ τῇ ἐπιδόσει, ταῖς τε ἐπιδόσεσι, τῇσι περιόδοισι. Quod ex incremento manifeſtum fiet. Incrementa autem ex ipſis morborum circuitibus. Rurſus lib. 1. Ep. (p. 354. 31.) de ſemitertiana febre: ὁ δὲ τρόπος ἡμιτριταῖος, τὴν μίαν κουφοτέρην, τῇ δὲ ἑτέρῃ ἐπιπαροξυνόμενοι, καὶ τὸ ὅλον ἐπὶ τὸ ὀξύτερον ἐπιδιδόντες, febres erãt ex ſemitertianarũ genere, vno die leniores, altero verò ſuperingraueſcẽtes, omninoq́; vehementius increſcentes. Rurſusq́; (ib. p. 362. 23) de febrib. ad tertianarum naturam accedẽtib. πρηέως ἀρχόμενοι, καὶ τὸ ὅλον ἐπιδιδόντες ἀεὶ, p initia lenes, & in totũ ppetuò increſcẽtes. Ἐπιδιδόναι ẽt σῶμα dicitur aph. 31. & 32. l. 2. corpus vbi cibo aſsũpto ꝓficit aut recorporatur, vireſq́; priſtinas recipit, εἰς εὐτροφίαν.

ἐπιδιδόναι σῶμα, probè renutriri corpus, explicat ibid. Gal. & κατὰ τῶν ἀνακομιζομένων ἐκ νόσου, h. e. de his qui ex morbo releuantur, efferri ſolere ſcribit. Lib. quoq; 5. Epid. (p. 338. 15.) ἀπὸ γὰρ τῶν ὑγρῶν οὐδὲν ἐπεδίδου, ἀλλ' ἐσήπετο. Humidis nanque nihil proficiebatur, ſed putredo inualeſcebat. Rurſus lib. 6. Epid. ſec. 4. aph. 26. ἐπιδιδόναι creſcere, procedere aut vergere ſignificat, aut ad mutationem aliquid tribuere & conferre. καὶ χροιὴ ἐπὶ τὸ κάκιον ἢ ἄμεινον ἐπιδιδοῖ. Calor etiam ad deterius aut melius vergit, aut mutatur. μεταβάλλει nanq; exponit Gal. Poteſt & dici ad deterius aut melius confert, vt tribuere aliquid aut proficere ad meliorem aut deteriorem de totius corporis habitudine æſtimationem videatur. Quod etiam noſtra interpretatione expreſſimus.

Ε'πίδοξοι προσδόκιμοι exponitur Erotiano apud Hippoc. hoc eſt, celebres, approbati, qui de ſe quandam prębent expectationem. Aliôqui ἐπίδοξος q. eſt in expectatione, & de quo in futurum eſt opinio dicitur, vt lib. de frac. (p. 564. 38.) οἷσιν δὲ μείζονος ὀστέου ἀπόστασις ἐπίδοξος γίνεται. Quibus autem maioris oſſis diſceſſio ſperatur, aut in expectatione eſt. Ac vereor vt eum locum enixè quodammodo reſpicere videatur Erotianus, ſi modò apud eum ἐπίδοξος & προσδόκιμος legatur, vt & apud Heſychium.

Ε'πιδρομὴ accurſionem indicat Hippocrati & affluxionem aut affluxum, humorum trāſfuſionem, quę fit per vinculum. ἐπιῤῥοὴν exponit Gal. lib. κατ' ἰητρ. (pag. 700. 16.) ὡς ἂν ἐξ ἐπιδρομῆς τὰ συντακέντα πλέονα ἢ αὐτόματα ἰσχνάνθη, vt ex affluxione contabefactæ partes, ampliùs quàm ſuapte natura extenuatæ.

Ε'πιεικὴς de eo quod clementer & moderatè ſe habet, dicitur Hippocr. & de homine moderato, ſimplici, pacato & facili. In Prorrh. (p. 174. 39.) ἐν τοῖσι φρενιτικοῖσιν ἐν ἀρχῇ τὸ ἐπιεικές. In phreniticis initio morbi moderatum eſſe, facilem, ſedatum, mitem, modeſtum, æquabilem, aut pacatum. Gal. etiam com. 3. in Prorrh. (p. 217. 20.) ἄνθρωπον ἐπιεικῆ vocari ſcribit: τὸν μέτριον, ὃ μηδὲν ἄγαν πράττει κατὰ τὸν βίον, virum moderatum, & qui nil niſi moderatè agit. ἐπιεικέστατον, τὸ μέτριον καὶ καλῶς ἔχον, ex Corintbo annotatur dici, quod eſt moderatum, æquum & bonum, aut conſentaneum. τὰ ἐπιεικῆ de moderatis deiectionibus & quæ moderatè ſe habent, neq; omninò prauæ ſunt, cum turbulentis & tenuibus ponuntur Coac. Præn. (p. 427. 1.) Sic ἐπιεικέως moderatè, leniter, conſentaneè, facilè, promptè, omninò, admodum, ferè, mediocriter, ſenſim ſignificat. In Prorrh. (p. 217. 16.) & Coac. Pręn. (p. 430. 1) ἐκ κωφώσιος ἐπιεικῶς τὰ παρ' ὦτα, ex ſurditate ad aures tubercula contingere cōſentaneum eſt, ad ſurditates abſceſſus ad aures conſentanei ſunt, aut ferè conſequuntur, & vt admodum aut plurimùm fiunt. Illud enim ad moderatam & cōſentaneam abſceſſuum ſpē potiùs referri debet, q̃ ad parotidum clemētiam aut moderationem. Vbi Gal. τὸ ἐπιεικῶς, ἐν ᾧ μεταξὺ τῆς πολλῆς ἐλπίδα καὶ τῆς ὀλίγης ἐχόντων ἐπὶ πάντων συμπτωμάτων, hoc eſt, de omnibus ſymptomatis vſurpari quæ nec multā, nec paruam ſpem habent, ſcribit. Atq; ibid. τὸ ἐπιεικῶς, μετρίως ἐλπίζε, exponit, quod eſt, ferè fore, aut mediocriter, & leniter fore ſpera. In Coac. Præn. (p. 427. 47.) οἱ πυρετοὶ διαλείποντες καὶ λαμβάνοντες πεπλανημένως, φθινοπώρῳ μάλιστα ἐς τεταρταίους ἐπιεικέως μεθίστανται. Quæ febres intermittunt & incerto ac vago ordine prehēdunt, eæ præcipuè autumno, in quartanam ferè tranſeunt. Vbi [ferè] diximus, promptam euentorum inclinationem, & cōſentaneam rei conſecutionem attendentes, φ ferè ac plurimū huiuſmodi febres erraticæ ad quartanas deueniant. Vbi ēt [τὸ ἐπιεικέως] propter facilem harū febrium ad quartanas propēſionem, prōptè, facilè, omninò, aut admodum ēt ſignificare poteſt. Interpretes verò leniter & blandè, ac moderatè dixerunt, φ earum in quartanas tranſitus, ſenſim & ex quodam tēporis interuallo, non aūt de repente contingat. Quidam ēt pręter opinionem & expectationem intelligūt, φ huiuſmodi febres erraticę, vbi aliquādiu conquieuerunt, tandē quarto die, moleſtiæ ac tędii ſenſum inopinatò afferunt, & temporis decurſu in quartanas firmantur. Rurſus (ib. p. 428. 1.) οἷσι δὲ πολλάκις ὑποτροπιάζουσιν, ἰσχιάδικοὶ φθίσιες ἐπιεικέως γίνονται. Quibus autem recidiuæ ſæpius cōtingunt, ii ferè in coxariam tabem decidunt. Et (v. 24.) οἱ χειμερινοὶ τεταρταῖοι πυρετοὶ ἐπιεικέως μεθίστανται ἐς τὰς ὀξείας νόσους. Quartanę hybernæ ferè in acutos morbos tranſeunt. Et (p. 431. 18.) ἐπιεικέως de eo quod conſentaneè aut rite conſequitur. οἷσι δὲ καρδιαλγίαι οὗτοι ἐπιεικέως, ſereque ii capitis dolore conflictari ſolent. ἐπιεικῶς ἔχειν moderatè ſe habere, ibid. (p. 434. 43.) εἰ καὶ πάνυ δοκοίη ἐπιεικῶς ἔχειν, etſi valde moderatè habere videātur. Et lib. 5. Epid. (p. 338. 33.) καὶ εἶχεν ἐπιεικέως, & moderatè habebat. ἐπιεικέως ἐπυρέταινον, mediocriter febricitabant, ibidem (p. 343. 2.) πυρετοὶ ἐπιεικέως ἄκριτοι, febres quę ferè ſine iudicatione erant, ib. (p. 341. 13.) Sic πυρετοὶ ἐπιεικῶς μακροὶ, febres ferè longæ, libr. 7. Epid. (p. 351. 41.) τῆς χιόνος ἐπιεικῶς, de aqua quæ prope ad niuis frigus accederet, eamq; frigore ferè æquaret, (ibidem p. 364. 13.) etſi inſolens videtur phraſis. Ε'πιεικέως, μετρίως, exponit Gal. apud Hippocr. com. 1. in lib. de art. (p. 583. 56.) hoc eſt, modeſtè, moderatè, quemadmodum etiam ὁ ἐπιεικὴς ἄνθρωπος, ὁ μέτριος Græcis dicitur. Ibidem quoque ἐπιεικῶς μάλιστα quibuſdam ſignificare ſcribit, quod tamen reprehendit. Rurſus com. 3. in eundem lib. (p. 637. 3.) ἐπιεικῶς μετρίως ſignificare ſcribit, & μή τι πλέον καὶ πάνυ σφοδρῶς, μή τι παντελῶς, hoc eſt, neque perfectè aut omninò vehementer, neq; ex toto, ſed mediocriter, hac dictione indicari. Ε'πιεικῶς, ἱκανῶς, abundè & ſufficiēter exponit apud Hip. Erotianus, additque Atticos ἐπιεικῆ τὸν ἱκανὸν, hoc eſt, idoneum & ſufficientem dicere.

Quibus

Quibus verbis mihi locum lib. de art. (pag. 660.34.) adumbrare videtur. ἐμβάλλουσι δὲ ἐπιχαίρως καὶ αἱ σαῦραι. Idoneam quoq; repoſitionem faciunt lacertæ dictæ. Ἐπιείκεια etiam probabilitas ac veriſimilitudo dicitur, & ἐπιείκεια exponitur Galeno apud Hip. lib. de fract. (p. 568.23.) ἔχει γάρ τινα καὶ οὗτος ὁ λόγος ἐπιείκειαν, habet enim hæc quoq; oratio probabilitatem quandam.

Ἐπίθημα operculum ſignificat lib. 6. Epid. ſect. 4. aph. 8. καὶ ἐπίθημα ἔχειν, & operculum habeat, de vaſe quod aquam continet, ἐπίθημα dicit Galenus, vt & exemplaria quędam apud Hipp. legunt. Eum autem locum mihi ſubindicare videtur Erotianus cùm ἐπίθημα ἔχειν ἀντὶ τοῦ πῶμα ἔχειν apud Hippocr. poni ſcribit: ἰδίως γὰρ οἱ Ἀττικοὶ ἐπίθημα τὸ πῶμα καλοῦσι. Heſychius quoque ἐπίθημα πῶμα exponit. Vſurpat etiam eandem dictionem Hipp. libr. 2. de Morb. (p. 145.49.) ἐπιθεὶς ἐπίθημα, impoſito ollæ operculo.

Ἐπίθρεπτος σάρξ caro benè habita, benè nutrita & aucta, carnis vberior moles. Prorr. 2. (p. 421.15) σάρκα δὲ ἐπίθρεπτον ἔχειν πρεσβυτέρῳ πονηρόν. Quinét grādiori natu carnis moles malo eſt.

Ἐπίκαιρον opportunum, tempeſtiuum, præcipuum, neceſſarium, imprimiſq; aduertendum & accommodum ſignificat. Sic lib. 1. Epid. (p. 382.10) πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἐπίκαιρα σημεῖα τούτοις ἐστὶν ἀδελφιζόμενα. Iam quoque multa alia præcipua ſigna his ſunt cognata. ἐπίκαιρος ταραχή τις κατὰ κοιλίην, in ſignis & opportuna quędam alui perturbatio, lib. 3. Epid. in ſt. peſt. (p. 422.23) quòd humorum malignitas per aluum expurgata, morbum alleuaret. καὶ ἐπίκαιρα ἔνια ἐόντα ἐς τεκμήριον, & quædam valdè accommodata ad coniecturam, lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 37.52.) ἀναγκαῖα καὶ χρήσιμα neceſſaria & vtilia, exponit Gal. Rurſus ibidem, pag. 46.48.) πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἐπίκαιρα παρεῖται, multa quoque alia peropportuna prætermittuntur. Ἐπίκαιρον ἕλκος, vlcus inſigne, notabile, magnum aut malignum dicitur, lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 69.8.) & cui εὐηθὲς opponitur. εἰ γάρ τις ἕλκος λαβὼν ἐν κνήμῃ, μήτε λίην ἐπίκαιρον. Etenim ſi quis vlcus neque admodum inſigne aut magnum in tibia acceperit. Vbi μέγα ἕλκος exponit Gal. ſiue ob loci naturam tale euadat aut ipſa diuiſionis magnitudine inſigne fiat. Eadem notione ἐπίκαιρον τρῶμα, vulnus inſigne, non contemnendum, graue & periculoſum dicitur, lib. de fract. (p. 546.23) ἐπίκαιρα νεῦρα, μεγάλα exponit Gal. ibid. (p. 545.9.) neruos magnos & inſignes, vt & (ib. p. 571.38.) ἐπίκαιρα τὰ συντιτρωσκόμενα νεῦρα, inſignes nerui ſimul vulnerati dicũtur, & rurſus (p. 576.55) φλέβες δὲ καὶ νεῦρα ἐπίκαιρα ἀμφιφλᾶται ἐν τούτοισι τοῖσι χωρίοισιν, venæ tũ ac nerui inſignes iis locis conteruntur. ἐπίκαιρος τόπος, locus inſignis, præcipuus, primarius ac principatũ tenens, de corde & diaphragmate, libr. περὶ καρδίης (p. 213.23) ἐπίκαιρα etiam dicuntur quæ inſignẽ quandã habent malignitatem & vitium, & quæ periculoſa ſunt imprimiſq; animaduertenda, ægr. 8. lib. 1. Epid. ἔπειτα χείρω, μεγάλα καὶ ἐπίκαιρα, deinde deteriora, magna & periculoſa, aut imprimis animaduertenda. Sic τὸ ἐπικαιρότατον, τὸ ἐπικινδυνώτατον qđ valdè periculoſum eſt, exponit Suidas, vt Euſtathius τὸ καίριον τὸ εὔκαιρον ἐς θάνατον, & θανάσιμον, lethale & opportunũ ad mortem inferendam, vt ẽt καίριαι πληγαὶ lethalia vulnera dicuntur lib. de art. (p. 600.56) ἐπικαιρότατον τῆς φλεγμονῆς tẽpus inflãmationi maximè opportunũ vocatur lib. de frac. (p. 568.50) aut maximum inflãmationis periculum, & inflãmationis impetus. τῆς φλεγμονῆς τὸ ἐπικαιρότατον παρεληλύθει, tempus inflãmationi maximè accõmodatũ aut opportunũ elapſum eſt, inflãmationis impetus conquieuit, & maximũ inflãmationis periculum pręteriit. Rurſus ib. (v. 18.) τὸ ἐπικαιρότατον ἐν ἰητρικῇ, qđ in re medica præcipui eſt vſus & momẽti. τὰ ἐπικαιρότατα ἐν τῷ σώματι, præcipuæ & valde inſignes corporis partes, lib. de art. (p. 624.35.) Sic etiam ἐπικαίρους τόνους vocat inſignes neruos ac præcipuos, tendones qui ad inferiorem cruris partem feruntur, lib. de art. (p. 639.23.)

Ἐπικαρσίην πλαγίαν, obliquam, trãſuerſam apud Hipp. exponit Erotianus.

Ἐπίκαυμα genus eſt vlceris circa oculi nigrum contingens, inuſtio rectè dici põt. Authori Iſagoges (p. 386.53.) ἐπίκαυμά ἐστιν ὅταν ἐξ ἐπιπολῆς ἡ ἐπιδερμὶς ἐπικαυθεῖσα ἑλκωθῇ, ἢ καὶ βραχὺ βαθύτερα φαίνηται ἐπιφορᾶς μεγάλης γενομένης, cũ ſuperior cuticula in ſuperficie inuſta vlcus cõtraxerit, aut ex epiphora magna innaſcẽre paulò altior vlceratio euaſerit. Authori verò defin. Med. (p. 399.55) ἐπίκαυμά ἐστιν ἕλκωσις ἐσχαρώδης κατὰ τὸ μέλαν ἐπιγινομένη, καὶ μὴ μένουσα. Epicauma eſt vlceratio cruſtoſa circa oculi nigrũ innaſcens, nec pmanens. Paulo & Aëtio vlcerũ genera duo ἐπικαύματος nomine deſignantur. ἐπικαυμάτων meminit Gal. li. 1. κατὰ τόπ. (p. 213.54) ex Aſclepiade in Collyrio Tryphero dicto. Inuſtiones dicuntur ἐπικαύματα, Scribonio Largo vſtiones, in Collyrio Pſittacino, quod etiã deſcribitur Gal. libr. 4. κατὰ τόπ. (p. 215.1.) vbi etiã ἐπικαυμάτων meminit ex Aſclepiade.

Ἐπικεῖσθαι incumbere, imminere, & tranſlatitiè, vrgere, affligere. αἱ λειεντερίαι ὁμοίως νυκτός τε καὶ ἡμέρης ἐπικείμεναι. Inteſtinorum læuitates ſimiliter noctu & interdiu affligẽtes, vrgentes, Prorrh. 2. (p. 420.43.)

Ἐπικέρας vel ἐπίκερας τῆλιν exponit Galen. apud Hip. h. e. fœnum græcũ, addit q; alios aliam herbam eo nomine donaſſe & vſurpaſſe.

Ἐπικοίμησις in partem decubitus aut dormitio dicitur. Lib. de art. (p. 609.20) χρὴ δὲ καὶ τὴν ἐπικοίμησιν φυλάττεσθαι, vitandus præterea eam in partem decubitus. Cauẽdum inſuper ne eã in partem dormiat. Corn. ἐπίκνησιν aut ἐπίκνισιν legiſſe videtur, cùm vellicationem aut ſculpturã vitandam dicit. Quem ẽt ſecutus eſt Fœlicianus. ἐπικοίμησιν tñ omnia exẽplaria legunt, eamq; nos lectionẽ retinuimus.

Ἐπίκρασις contemperationem ſignificat, & eſt vitioſi ſucci curatio per humorũ cõtempe-

rationem, quãdo ſuccorum corruptio paulatim vacuatur, & optimi ſucci appoſitione corrigitur ac emẽdatur, cuius meminit Gal. lib. 9. Meth. med. cap. 10. & comm. ad aph. 17. lib. 1. Inde ἐπικεραστικὰ medicamenta dicuntur, quæ humorum acrimoniam temperãt, & humores vitioſos retundunt. Quẽ in vſum ſæpe lac aſininum exhibet Hippoc. vt lib. 4. de rat. vict. in morb. ac. (p. 114. 15.) vbi ſcribit Gal. τὸ μὲν ὄνου γάλα τὸ ὑγρὸν, καθαίρειν δύναται καὶ ἐπικεραννύναι. Lac itaque aſininum purgare & humores contemperare poteſt.

Ἐπικρανίδες dicuntur apud Hippoc. ſudaria aut lintea ſudoribus detergẽdis idonea, ἐν τῷ ἐγχειρίδιῳ (p. 18. 37.) φευκτὴ δὲ ἡ τρῖψις ἐπικρανίδων, ſudariorum vſus fugiendus eſt, aut frictio per ſudaria vitanda eſt, vt vult Cornarius. ἐπικρανίδιον dicitur Heſychio σημεινὸν κάλυμμα χοεὺς τῆς κεφαλῆς. Vbi innuere videtur ἐπικρανίδιον dici ex tenui ſtamine linteum, capiti tegendo accommodatum, quod tamen capiti tegendo non apponebatur, ſed ad extergendum ſudorem adhibebatur, & tunc ſudarium dicebatur. Hoc enim χοεὺς τῆς κεφαλῆς, velle videtur, niſi mendoſa ſit lectio. Alii ἐπικρανίδες tegumenta capitis muliebria dici volunt. Quæ cùm ex ſindone fierent, ſudariis quoq; ex eadem materia confectis nomen ſuum communicarunt. Caluus per ἐπικρανίδες tectas & ſuperiores corporis partes accipit.

Ἐπικτήνιον locus eſt imi ventris ſupra pectinem, & pubes. Gal. in Exeg. apud Hippoc. ἐπικτήνιον exponit ἐπὶ μὲν τῶν γυναικῶν τὸ ἐπίσιον καλούμενον, ἐπειδὴ ὑφ' ὃ κτένα ἐστίν. ἐπὶ δὲ τοῦ συντρίμματος τοῦ λίνου, τὸ τῷ κτενὶ προσιζάνοντα χνοῦν ἐν τῇ ἐργασίᾳ. In mulieribus quidem quod ἐπίσιον vocatur (hoc eſt pubes) quãdoquidem ſupra pectinem eſt. In ſtupa verò aut lino, lanuginem pectini inſidentem, dum linum depectitur. Pro pube vſurpatur Hipp. lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 247. 40.) καὶ οἰδίσκει ἡ κοιλίη, καὶ τὸ ἐπικτήνιον, & intumeſcit venter ac pubes. Puluiſculũ autem aut lanuginem in lanificio pectini inſidentem ſignificat libr. 1. περὶ γυναικ. (p. 253. 34. & 261. 27.) vbi ἐπικτήνιον ὠμοῦ λίνου, crudi lini lanuginem aut puluillum pectini inſidentem in ſubdiritia medicamẽta adhibet. Cornarius puluillum ſtupæ dum pectinatur crudum linum vocat. Caluus crudi lini linteum aut ligamentum tenue, nõ ſatis expreſſa notione poſuit. Pro quo extremo lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 331. 17.) ἐπὶ ἰδόνιον ὠμόλινον, vitioſè legitur. ἐπικτήνιον enim ὠμοῦ λίνου apertè legendum eadem in re ex lib. 2. περὶ γυναικ.

Ἐπικύημα, ſuperfœtatum, & quod præpoſterè eſt conceptum, hoc eſt, fœtus alter grauida iam muliere conceptus. Lib. 5. Epid. (pag. 336. 8.) carnem quandam in muliere ſuperfœtatã, ſcribit quadrageſimo poſt partum die excidiſſe. τεσσαρακοστῇ δὲ ἡμέρῃ ἀπὸ τῆς φθορῆς ἐξῆλθεν τὸ ἐπικύημα, σάρξ. Quadrageſimo verò à primo die, quod præpoſterè conceptum fuit excidit caro quædam. Eademque in hiſtoria, αὕτη ἡ γυνὴ ἐκύησε καὶ ἐπεκύησε, ἐπικύησε lego. Hæc mulier fœm iam cõcepto alterum præpoſterè concepit. Eſt & ἐπικύησις ſuperfœtatio, & libellus Hipp. περὶ ἐπικυήσιος.

Ἐπικώφωσις idẽ quod κώφωσις ſurditas. In Prorr. (p. 214. 8.) οἷς αἱ ἀπὸ ῥινῶν ἐπικωφώσεις καὶ νωθρῇ μικρὰ ἡ ἀπόσταξις ἔχει τι δύσκολον. Quibus pauca ſanguinis è naribus ſtillatio cum ſurditate & torpore obueniens, moleſtiam exhibet. Verùm ἐπὶ κωφώσει eadem in re legitur in Coac. Præn. (p. 430. 3. & 433. 40.)

Ἐπιλαμβάνειν prehendere, corripere, inuadere ac opprimere ſignificat. In Prorrh. (p. 207. 35.) τὰ ῥίγεα κύστιν καὶ κοιλίην ἐπιλαμβάνοντα, ὀδυνώδεα. Rigores veſicam & ventrem cum dolore prehendẽtes. Vbi ſcribit Gal. quoſdam τὸ ἐπιλαμβάνοντα ad τὰς ἀπολήψεις (hoc eſt, interceptiones) referre, quoſdam etiam ad doloris intentionem, & ὡς ἐπὶ πλεῖον ἐκτεινόμενα δηλοῦν, & quaſi admodum extendantur, indicare. Ac demum, κάμνοντα ὑπὸ ὀδυνώδεος τῆς ἐπιλαμβανούσης φωνῆς, ſcribit. Lib. 5. Epid. (p. 341. 2.) Μελισάνδρῳ τοῦ οὔλου ἐπιλαβόντος, καὶ ὄντος ὑποδαίμου, Meliſſandro gingiuæ dolore oppreſſo aut correpto, inſolente phraſi, quæ tamen repetitur lib. 7. Epid. (p. 362. 12) Ἐπιλαβὴ dicitur apprehenſio, anſa, & locus qui prehendi poſſit, quiq; iniectum vinculum firmat & retinet, aut eminentiam aliquam habet, quæ iniectis laqueis moræ ſit vt inhæreant, non autem elabantur. Lib. de art. (p. 622. 7. & 8.) οὐκ ἔχει ἐπιλαβὴν οὐδεμίαν, prehendi nullo modo poteſt. Vbi Gal. ἐπιλαβὴν, ἀντιλαβὴν & ἀντίληψιν exponit.

Ἐπίληψις morbi comitialis inſultus & inuaſio dicitur, in Coac. Prænot. (p. 443. 17.) ἐπιληπτικοῖς οὖρα λεπτὰ καὶ ἄπεπτα παρὰ τὸ ἔθος ἄνευ πλησμονῆς, ἐπίληψιν σημαίνει. Vrinæ præter cõſuetudinem tenues & crudæ abſque repletione, in morbo comitiali laborantibus, morbi inſultum denunciat.

τὰ Ἐπιληπτικὰ dicuntur morbi comitiales, aut morbi comitialis ſymptomata Hippocrati, vt aphor. 45. lib. 2. τῶν ἐπιληπτικῶν τοῖσι νέοισιν ἀπαλλαγὴν αἱ μεταβολαὶ μάλιστα τῆς ἡλικίης, καὶ τῶν ὡρέων, καὶ τῶν τόπων, καὶ τῶν βίων ποιέουσι. Iuuenes à morbo comitiali, cùm temporum, loci, & victus, tum vel maximè ætatis mutatione liberantur. Et aph. 7. libr. 5. τὰ ἐπιληπτικὰ ὁκόσοισι πρὸ τῆς ἥβης γίνεται, μετάστασιν ἴσχει. Comitiales ante pubertatem mutationem recipiũt. In Coac. Prænot. (p. 440. 37.) τὰ δὲ γυναικεῖα μὴ ἐπιστῆναι χρήσιμον, ἐπιληπτικὰ ἐκ τῶν τοιούτων, muliebria purgamenta non ſubſiſtere vtile, ac fortè ex talibus morbi comitiales oriuntur, aut comitialis morbi ſymptomata, qualia illic adſcripſimus ex Hippocrate.

Ἐπιλήσμονες obliuioſi, quibus memoria deprauatur aut deperditur ex nimio cerebri humore, in Coac. Præn. (p. 428. 31.)

Ἐπιλογισμὸς eſt via quæ ex communi omnium ratione & aſſenſu, aut ex omnibus confeſſis cognitionem facit, ἀναλογισμὸς verò ex euidenti. Gal. comm. 1. in Progn. (p. 121. 30.) Dicitur & ἐπιλογισμὸς ὁ φαινόμενος λόγος, ratio apparens,

apparens, quæ manifeſta ſunt aſſumens, nec ab iis diſcedens, & ad eorum quæ nondum apparent, ſenſilia tamen ſunt & adhuc obſcura, inuentionem vtilis, Gal. lib. de Sectis ad eos qui introducuntur (p. 12. 13.) Ἐπιλογισμὸς etiam eſt ratio quædam empirica, quæ eſt rerum euidentium, vt ἀναλογισμὸς occultarum & obſcurarum. Gal. lib. de ſubfigurat. empirica.

Ἐπίλογος eſt ratiocinatio & συλλογισμὸς, vel oti dicti aut ſententiæ ratio, probatio, & confirmatio per ea quæ adducuntur ad fidem faciendam. Lib. de Nat. hum. (p. 5. 5.) ἀλλὰ τῇ μὲν γνώμῃ τὸν ἐπίλογον τὸν αὐτὸν ποιέονται. ſed ſententiæ eundem inferunt epilogum, omnes vertunt interpretes, hoc eſt, eadem vtuntur ratiocinatione. Eundem enim appellat epilogum, ratiocinandi modum, quo vtebantur nimirum, vnum & eundem, tranſmutationem videlicet, hoc eſt, concretionem & ſecretionem elementorum mutuam, vt exponit Gal. lib. 1. de Elementis. Rurſus (ibidem p. 6. 17.) ἐπίλογον δὲ ποιέονται οἱ πάντες τὸν αὐτόν. Epilogum autem eũdem omnes faciunt, hoc eſt, vna & eadem ratiocinatione vtuntur aut probatione. Iterumque eod. lib. (p. 5. 10.) καὶ ἐπιλέγει ἕκαστος τῷ ἑωυτοῦ λόγῳ μαρτύριά τε καὶ τεκμήρια ἃ ἐστιν οὐδέν. tum ſuæ quiſque rationi teſtimonia & indicia nullius momenti adhibet. Sic Herodotus Clio ἐπίλογον rationem appellat & perſuaſionem qua dimotus eſt ab inſtituto Crœſus, cum expeditionem pararet in inſulanos.

Ἐπιμελὴς τοῦ βίου, cui victus ratio curæ eſt, & qui curioſa ac accurata victus ratione vtitur, lib. 2. Prorrh. (p. 427. 6.) is intelligitur qui diligenter & accuratè eſt ſolicitus in victus ratione obeunda.

Ἐπιμηλίδα ſic exponit Gal. in Exegeſi. Διοσκουρίδης μὲν ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ὕλης εἶδος μεσπίλου, τὸ καὶ σητάνιον ὀνομαζόμενον. ἔνιοι δὲ τὰ μῆλα τὰ σμικρὰ τὰ ἄγρια, ἃ καὶ ἀμαμηλίδας ὀνομάζουσι. Dioſcorides quidem lib. 1. de materia medica meſpili genus facit, quod etiam σητάνιον nominatur. Quidam verò mala parua ſylueſtria, quæ etiam ἀμαμηλίδες appellantur. Ex quibus certe coniectura eſt Gal. apud Hippocr. lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 245. 28.) ἐπιμηλίδες pro ἀμαμηλίδες legiſſe eamque dictionem in Exegeſi explicaſſe, vt legẽdum videatur, ἐπιμηλίδες. Ἐπιμηλίδα Διοσκουρίδης, &c. Et idem lib. 2. de Alimentis (p. 329. 43.) voedonem vocari in Italia ſcribit fructum τοῦ δένδρου τοῦ τὰς ἐπιμηλίδας φέροντος. Aut certe (quod magis reor) affinitate vocis ἐπιμυλίδα, ἐπιμηλίδα etiam poſuit & expoſuit Gal. vitioſam nimirũ libri Mochlici ſcriptionem detegens & arguẽs, de qua cap. ſequenti.

Ἐπιμυλίδα Gal. in Exeg. τὴν ἐπιγονατίδα, τὴν μύλην exponit, hoc eſt, genu patellam aut molam, nimirum locum ex Mochlico (p. 505. 31.) exprimens, vbi de femoris articulo, ἔχει ἐπιμηλίδα pro ἐπιμυλίδα vitioſè ſcribitur, hoc eſt, patellam habẽs. Ἐπιμυλὶς autem eſt ἡ ἐπιγονατὶς, quæ & μύλη dicitur, mola, patella, aut etiam rotula Latinis, Celſo patella, os paruũ molle, cartilaginoſum, femoris & tibiæ commiſſuram tegens. Quod etiam ſcribit Gal. lib. 3. de vſu part. cap. 15. & lib. de oſſibus cap. 22. ἐπιγονατὶς & ἐπιγονὶς dicitur Hippocrati, vt antea ſcripſimus: & μύλη lib. de loc. in homine (p. 65. 37.) cuius vſum eſſe ſcribit vt humiditatem à carne in articulum expaſſum deſcendere prohibeat. Indeq́ue Gal. Com. 3. in lib. de fract. (p. 575. 13.) meritò Medicis ἐπιγονατίδα dici ſcribit, καθ' ὅλον τοῦ γόνατος ἐπικειμένην, quòd toti genu ſuperincumbat. Ἐπιμυλίδα etiam dictionem eſſe Hippocraticam teſtatur Iulius Pollux lib. 2. his verbis: τὸ δὲ ἔξωθεν ἐπικείμενον πλατὺ καὶ περιφερὲς ὀστοῦν, ὥσπερ φρούρημα τοῦ γόνατος, ἐπιγονατὶς, κόγχη, κόγχος, μύλη καὶ ἐπιμυλὶς κατὰ Ἱπποκράτην. Extra autem ſuperimpoſitum os latum & rotundum, genu velut muniens, ἐπιγονατὶς, κόγχη, κόγχος, μύλη & ἐπιμυλὶς Hippocrati. Quod etiam ſcribit Rufus lib. περὶ ἀνθρ. μορ. (p. 24.) καὶ τὸ ὀστοῦν τὸ ἐπὶ τῷ γόνατι ἐπιγονατίς· Ἱπποκράτης δὲ ἐπιμυλίδα ὀνομάζει. Eandem verò μύλην Hippocrati dici ſcribit lib. 2. (p. 39.) τὸ δὲ ὑπὸ ἐπιγονατίδι. Ἱπποκράτης τὴν μύλην καλεῖ.

Ἐπινέμησις aut ἐπινέμησις, diſtributio, diuiſio. ἐν παραγγελίαις (p. 18. 18.) αὔξησις γὰρ καὶ ἐπίδοσις νούσων, ἐπινέμησιν ἰητρείης κάθ' ἡλικίην ... Ægroti enim remiſſio & intenſio, adminiſtrationem medicam requirunt, hoc eſt, vt morbus præceps eſt & vehemẽs aut remiſſus, ita circa ægrum medicus ſe gerere debet in mercede poſcenda. ἐπινέμησιν Sudas χρόνου μερισμὸν explicat.

Ἐπινέφελον ἐναιώρημα dicitur Hippocr. ſublimamentum nubeculas referẽs aut nubiloſum, ægr. 1. 3. & 5. lib. 3. Epid. vt antea ſcripſimus. Sic φθινόπωρον ἐπινέφελον vocat lib. 3. Epid. ſt. peſt. (pag. 419. 16.) autumnum nubiloſum. Ἐπινέφελον ἐρυθρὸν, nubeculam rubram in vrina quarto die apparentem vocat Hippocr. aph. 71. lib. 4. ὁκόσοισιν ἐπινέφελον ἴσχει τὸ οὖρον τῇ τετάρτῃ ἐρυθρόν. iis quarto die vrina nubeculam habet rubrã. Idem ἐπινέφελον ὑπέρυθρον dicitur in Coac. Prænot. (p. 442. 8.)

Ἐπινόημα, commentum, inuentum, quod eſt excogitatum, de ſcala dicitur in qua peruerſa ſpina reduceretur, lib. de art. (p. 614. 24.) τὸ μὲν γὰρ ἐπινόημα ἀρχαῖον, καὶ ἐπαινέω ἔγωγε σφόδρα τὸν πρῶτον ἐπινοήσαντα, καὶ τοῦτο καὶ ἄλλο πᾶν ὅ, τι μηχάνημα κατὰ φύσιν ἐπενοήθη. Nam & commentum vetus eſt, & equidem eum vehementer laudo qui primus excogitauit, tum hoc, tum quoduis aliud inuentum ſecundum naturam excogitatum.

Ἐπινυκτὶς puſtula eſt nocturna, epinyctis dicta. ſic enim Plinio dicitur cap. 6. lib. 20. & puſtula liuens & noctibus inquietans. Hinc enim nomen ſumit, quòd noctu oriatur, aut quòd noctu infeſtet magnumq́; dolorem moueat. Vtramque enim nominis notationem probant primæ notæ viri. In puſtularũ genere cutim infeſtantium reponitur Celſo, & à Galeno tumoribus præter naturam cutim defœdantibus accenſetur. In vlcerum genere reponuntur ἐπινυκτίδες Hippocr. lib.

V

περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν. (p. 203. 42.) ἐκ τῶν κνημέων ἕλκεα ἐκρήγνυται, οἷαι αἱ ἐπινυκτίδες. Et ex tibiis erumpunt vlcera, qualia puſtulæ nocturnæ epinyctides dictæ. Prorrh. verò 2. (p. 417. 43.) tuberculorum generi aſſignari & inter φύματα recenſeri videntur. ἐκ αἱ ἐκ τῶν ἐπινυκτίδων ἕρπητες. & ex puſtulis noctu inquietantibus (quas epinyctidas vocant) herpetes, hoc eſt, vlcera ſerpentia. Vbi per epinyctidas puſtulæ intelligi videntur ſubliuidæ vel ſubnigræ (vt vult Celſus) aut vlcuſcula (vt alii) ſpõte erumpentia, puſtuloſa, ſubrubra, cutim infeſtantia, vehementer inflammantia & graues dolores inferentia, ex bilioſo & feruido ſanguine ſubcutem effuſo orta, vt illîc ſcripſimus. Lib. 7. Epid. (p. 366. 46.) ἐγένετο αὐτῷ κατὰ τὸν σπλῆνα ὡς ἐπινυκτὶς ἐξ ἀρχῆς. exorta eſt ei per initia circa lienem velut puſtula noctibus inquietans, quæ epinyctis vocatur. Lib. de aëre, loc. & aq. (p. 452. 41.) ἐπινυκτίδας inter morbos veruaculos homines occupantes recenſet Hippocr. De quibus vide Celſum cap. 8. lib. 5. Paulum cap. 9. lib. 4. Aëtium cap. 61. lib. 4. tetrab. 4. & Actuarium cap. 25. lib. 2. περὶ διαγνωσ. παθ. & Gorrhæum abundè.

Ἐπιξηραίνεσθαι τὴν γλῶσσαν, linguam reſiccari, inareſcere dixit Celſus cap. 8. lib. 2. ex Prorrh. 2. (p. 416. 10.)

Ἐπιοῦσα νύξ, nox ſuperueniẽs aut imminens, paulò poſt futura, nox poſtera & ſubſequens, aph. 13. lib. 2. Et Coac. Prænot. (p. 430. 8.) ἄφεσιν ἐς τὴν ἐπιοῦσαν σημαίνει poſtera die remiſſionem fore denunciat. Quemadmodum etiam ſcribitur lib. 2. Epid. (p. 317. 37.) τὴν ἐπιοῦσαν λύει. in ſequentem diem, aut poſtera die ſolutio expectanda eſt. Vbi ἡ ἐπιοῦσα ſimpliciter diem inſequentem aut poſteram ſignificat. Lib. 5. Epid. (p. 337. 39.) τῇ δὲ ἐπιούσῃ νυκτὶ ἡ νοῦσος ἐπέλαβε. Proximè verò ſequente nocte morbus prehendit.

Ἐπιπαροξύνεσθαι eſt inſuper ingraueſcere, ſuperexacerbari, cùm acceſſio multas habet inuaſiones ac veluti reduplicationes, vt in ſemitertiana febre, quæ tertio die duplicatam habet acceſſionem tertianæ intermittẽtis cum quotidiana continua, & αἱ δέ τινες quaſdam. Sic enim de ea ſcribitur lib. 1. Epid. (p. 354. 40.) ὁ δὲ ξύμπας ἡμιτριταῖος, τὴν μίαν κουφοτέρην, τῇ δὲ ἑτέρῃ ἐπιπαροξυνόμενον. Et hæ erant ex ſemitertianarum genere, vno die leuiores, altero verò ſuperingraueſcentes. Ἐπιπαροξύνεσθαι πολλὰς οἷον εἰσβολὰς ἔχειν τοὺς παροξυσμούς, exponit Gal. lib. 1. de diff. feb. (p. 325. 56.) hoc eſt, repetere acceſſiones cum eæ multas velut inuaſiones habent. Eſt & ἐπιπαροξύνεσθαι irritari, prurita ri, & de abſceſſibus ad aures ſubortis & excitatis dicitur in Prorrh. (pag. 417. 53.) μικρὰ τὰ παρ' οὖς ἐπιπαροξυνόμενα. exigui ad aures abſceſſus irritati, excitati, hoc eſt, exiguorum circa aures ſubortorum abſceſſuum ſpes eſt.

Ἐπιπικραίνειν amareſcere, amarorem conciliare, tropicè verò exacerbare, irritare. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 81. 52.) de aqua. ἄλλως δὲ οὐ δίψαν παύει, ἀλλ' ἐπιπικραίνει. aliàs neque ſitim ſedat, verùm amareſcit, ſed exacerbat, dixit Cornarius.

Ἐπιπλήσσειν obiurgare, increpare, caſtigare, reprehendere. lib. περὶ εὐσχημοσύνης (pag. 16. 38.) ἐπιπλήσσειν μετὰ στερεῆς ἐπιτάσιος. increpare cum ſeueritate & vehementia. Inde ἐπίπληξις, increpatio, obiurgatio, ibidem (v. 22.) πρὸς τοὺς θορύβους ἐπίπληξις, eſt increpatio ad turbas compeſcendas aut coërcendos tumultus, cùm medicus aſſidentem ægris tumultum aut turbas verbis caſtigat & reprehendit. in turbis coërcendis ſeueritatem dixit Zuingerus.

Ἐπιπλήρωσις Eraſiſtrato dicitur ſuperimpletio, quæ fit in arteriæ dilatatione ſpiritu à corde emiſſo. Eraſiſtrati enim fuit opinio arterias ideo diſtendi quòd ſuperimpleantur ſpiritu à corde ſuppeditato. Idque ἐπιπλήρωσιν non πλήρωσιν vocari vult, vt ſcribit Gal. lib. 4. de diffic. pulſuum (p. 51. 25.) & (p. 47. 8.)

Ἐπίπλοον omentum dicitur Hippocr. lib. 1. de Morb. (p. 130. 6.) Coac. Prænot. (p. 439. 49.) & aph. 58. lib. 6. & lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 318. 5.) & lib. περὶ ἀφόρων (p. 295. 31.) ex aph. 46. lib. 5. Reliqua ex Gorrhæo.

Ἐπιπολάζειν eſt fluitare, innatare, per ſumma extare, redundare aut abundare, ſcatere & per ſumma apparere, quæ ſunt copiæ indicia. De ſanguine abundante dicitur. lib. 1. Epid. (p. 370. 12.) πολὺς μὲν οὖν ἦν, μάλιστα ὁ χυμὸς οὗτος ἐπεπόλασεν. Copioſus igitur fuit, præcipuéque hic humor redundauit. Sic ἐπιπολάζειν πλεονάζειν, quod eſt redundare aut abundare exponit Gal. Com. 1. in lib. de Nat. hum. (p. 10. 55.) vbi μεῖον τοῦ ἐπιπολάζοντος, αὐτὶ τοῦ πλεονάζοντος poſitum ſcribit, hoc eſt, amplius quàm redũdantia aut abundantia requirat, hoc eſt, citra ſuperfluitatem & largius pro copia. Ibidemq́; Gal. τὸ ἐπιπολάζειν ſumi poſſe ſcribit, τὸ μὴ κεκραμένον ἅπασιν ὂν ἁπλοῦν, quod eſt ſyncerum ac cæteris impermixtum, aut per ſumma innatat. Vbi etiam μεῖον τοῦ ἐπιπολάζοντος, vltra redũdantiam aut redundantiæ modum ſignificabit. Eadem notione ἐπιπολάζειν dicitur de eo quod in ventriculo fluctuat aut redundat, vt de cibo crudo, idemq́; quod ὑποβρύζειν ſignat. Lib. 2. περὶ διαίτης (p. 95. 6.) de radicula, μοχθηρὸν ἡ ῥίζα, ἐπιπολάζον δὲ καὶ δύσπεπτον, radix vitioſa, innatans & coctu difficilis. Vbi tamen ἐπιπολάζον vitioſè in omnibus exemplaribus legitur. Ἐπιπόλασις τῶν ἄνω lib. περὶ χυμῶν (p. 114. 46.) eſt eorum quæ ſupra ſunt fluctuatio aut redundantia, fluitatio. Cui κατάβασιν τῶν κάτω opponit, de iiſque excrementis dici videntur, quæ tum per ſuperiores partes efferuntur, tum verò per inferiores demittuntur. Ἐπιπολάζει ἐπιπλεῖ, ſupernatat, exponit Heſychius & ἐπιπολάζοντας, ἐπὶ τοῦ ὕδατος φερομένους, eos qui in ſumma aqua extant & efferuntur.

Ἐπιπολαίως, leuiter, non vehementer. aph. 28. libr. 2. οἱ πυρέσσοντες μὴ παντάπασιν ἐπιπολαίως, qui non omninò leuiter febricitant.

Ἐπιπόλαιος δίψα, ſitis leuis & parua, contemnenda aut

da aut ſuperficiaria, quæque ex oris caliditate & ſiccitate, non ex aliqua partium internarum diſpoſitione orta eſt, lib. 6. Epid. aph. 21. ſect. 4.

Ἐπιπολαιότερον ὀστέον dicitur Hippocr. os quod minus altè procedit, minus profundum eſt, ſed per ſumma fertur & in ſuperficie extat. Lib. de Cap. vulner. (p. 450. 33.) λεπτότερον γὰρ τὸ ὀστέον καὶ ἐπιπολαιότερον τῶν νέων ἢ τῶν πρεσβυτέρων. quòd os iuuenum quàm ſenum tenuius ſit & per ſumma magis extet. Rurſus (ibidem p. 451. 31.) καὶ πολλάκις τυγχάνει ἐπιπολάζον ἐὸν τὸ ὀστέον, ſæpiusque os per ſumma fluitans apparet, hoc eſt, in ſuperficie extat, quod dicitur de oſſe ſuppurato & pure manante.

Ἐπὶ πολὺ quod diu & multum perſeuerat, cui opponitur τὸ ἐπὶ μικρὸν, quod parum durat. In Coac. Prænot. (p. 34. 19.) ἐν σπασμοῖσιν ἀφωνίαι ἐπὶ πολὺ, κακόν. Loquendi impotentia in conuulſionibus multum perſeuerans, malo eſt.

Ἐπιπόνως grauiter, laborioſè, difficulter, non ſine moleſtia. Lib. 1. Epid. (p. 353. 23.) ἐπιπόνως ταῦτα πᾶσι πλείστοισι. Atque adeò hæc ipſa plurimis grauia & moleſta fuere. Significat plurimis laborioſa & grauia fuiſſe ſymptomata, adeò vt decumbere coacti ſint, nec recti aut ſtantes ea ferre poſſent, vt ſcribit Gal. qui ἐπιπόνως οὐκ εὐφόρως exponit, hoc eſt, grauiter & moleſtè. ἐπίπονα πτύαλα, laborioſa ſputa dicuntur lib. 2. Epid. (p. 315. 13.) quæ laborioſè & difficulter educuntur. ἐπίπονα οὖρα, vrinæ laborioſæ & negotium exhibentes, τὰ μετὰ πόνου ἀποκρινόμενα καὶ κενούμενα, quæ cum labore excernuntur & vacuantur, In Prorrh. (189. 6.)

Ἐπιπυρέσσειν eſt cùm febris ſubinde repetit & ingraueſcit, In Prorrh. (p. 175. 33.) ἐπιπυρέξαντος σὺν ἱδρῶτι, ſi febris ſubinde repetat cum ſudore, & ἐπιπυρέξαντος ſimpliciter Coac. Prænot. (p 426. 34.)

Ἐπιπωρώματα ſunt tophi aut calli tophacei in artubus enati, calli in articulis indurati, & calloſæ in iis duritiεs, quæ πῶροι dicuntur. Prorrhet. 2. (p. 417. 2.) ἢ περὶ τὰ ἄρθρα ἐπιπωρώματα ἔχουσιν, aut callos in articulis induratos habent. Et rurſus (ibidem v. 6.) καὶ ἀμφὶ τὰ ἄρθρα οὔπω ἐπιπωρώματα ἔχει, necdum callos induratos circum articulos habet, ſuper articulos ex callo quædam tubercula innata, dixit Celſus cap. 8. lib. 4.

Ἐπιῤῥιγοῦν, inſuper rigere, ſubinde rigore corripi in febre, neque vnum rigoris inſultum, ſed frequentem & ſubinde repetitum ſignificat, lib. 6. Epid. ſect. 7. aph. 2. τάχιστα ἀπώλοντο ὅτ' ἐπιῤῥιγώσαιεν πυρετώδεα ῥίγη. celerrimè interibant vbi cum febre ſubinde rigore correpti eſſent.

Ἐπίσιον, pubes, & locus imi ventris vbi pili enaſcuntur. lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 249. 39.) καὶ ὀδύνη ὀξεῖα καὶ ἰσχυρὴ ἔς τε τὰ αἰδοῖα, καὶ ἐς τὸ ἐπίσιον. & dolor acutus & vehemens tum ad pudenda, tum ad pubem. Vbi etiam exemplaria quædam manu ſcripta ἐπίσειον habent. Rurſus lib. 2. (p. 265. 24.) ὀδύνη τε ἐς ταῦτα τὰ αἰδοῖα, καὶ τὸ ἐπίσιον. dolorque pudenda ipſa occupat & pubem. Et (pag. 268. 25.) καὶ ὀδύνη ἐς τὸ ἐπίσιον. & dolor ad pubem. Et (p. 283. 29.) καὶ ἀλγεῖ πάντα, καὶ ἰξύας, καὶ ἐπίσιον. & dolor omnia occupat, tum lumbos, tum pubem. Lib. περὶ σαρκῶν (p 42. 28.) καὶ ἐν τῷ ἐπισείῳ τρίχες πολλαί. & in pube pili multi enaſcuntur. Ἐπίσιον, ἐφήβαιον, καὶ τὸ αἰδοῖον ἀνδρός τε καὶ γυναικὸς, pubes & pudendum virile ac muliebre exponitur Heſychio. Ἐπίσιον Pollux ἥβην καὶ αὐτὴν τὴν τρίχωσιν eſſe dicit. Nam & ἐφήβαιον ſolis Medicis vſurpari. Rufus quod τῷ ἤτρῳ eſt continuum ad pudenda vſque ἐπίσιον & ἥβην vocari ſcribit, quibuſdam etiam ἐφήβαιον. Idem quoque lib. 2. περὶ ἀνθρώπου μορίων (pag. 30.) quendam locum adducit ex lib. τῆς παιδίας γνώμας inſcripto, vbi ἐπείσιον ſcribitur, ſi modò vera eſt ſcriptio, ac non potiùs ἐπίσιον leg.

Ἐπισημαίνειν eſt ſignificationem de ſe præbere. Dicitur autem de primo febrilis acceſſionis inſultu & inuaſione, vt ægr. 6. libr. 1. Epid. τὰ μὲν πλεῖστα ἐπεσήμαινον οἱ παροξυσμοὶ ἐν κρισίμοισι μᾶλλον. febrium inſultus vt plurimùm diebus decretoriis inuadebant. Eſt autem ἐπισημασία primus acceſſionis febrilis inſultus primaque febris ſignificatio aut inuaſio, vt ſcribit Gal. lib. de Temp. Morb. (pag. 382. 40.) καλῶ δ' εἰσβολὴν τοῦ παροξυσμοῦ, τὸν ἀκριβῶς ἤδη πρῶτον χρόνον ἀπλατῆ· τὸν δ' αὐτὸν τοῦτον ἐπισημασίαν εἰώθασιν ὀνομάζειν. Voco autem acceſſionis inuaſionem, tum primum exactè tempus ſine latitudine, quod etiam ipſum ἐπισημασίαν nominare conſueuerunt. Idem Com. 2. in Progn. (p. 135. 54.) οὐ μόνον ἐν ταῖς εἰσβολαῖς τῶν πυρετῶν, ἃς ἐπισημασίας ὀνομάζουσιν, non ſolùm in febrium acceſſionibus, quas ἐπισημασίας vocant. Et Com. ad aph. 2. libr. 1. ἀρχαὶ τῶν παροξυσμῶν αἱ ἐπισημασίαι ὀνομάζονται. Acceſſionum initia quæ ἐπισημασίαι dicuntur. Ἐπισημαίνειν etiam notas & indicia de ſe præbere ſignificat, vt lib. de rat. vict. in Morb. ac. (p. 110. 5.) βρώματα δὲ μάλιστα ἐπισημαίνει. cibi verò de ſe præcipuè notas & indicia præbent. Etenim ciborum facultates iuxta vnamquanque eorum mutationem in corporibus iudicantur, & de ſe ſignificationem ac notas edunt. Et lib. περὶ φύσιος παιδίου (p. 31. 12.) εἰ μὴ ἔστιν ὅσιν ἐπισημαίνει τὸ πρῶτον μηνὶ ὀλίγον. niſi ſi quando quibuſdam primo menſe quandam de ſe ſignificationem exhibeant. Ἐπισημαίνεσθαι quoque dicitur de nota quæ imprimitur in aliqua corporis parte & ex morbo comitiali relinquitur, lib. de Morb. ſacro (pag. 125. 33.) ἢν γὰρ ἅπαξ ἐπίσημος γένηται, ὡς ἅπαξ ἐπισημανθῇ. Neque enim ſi ſemel notam ex morbo impreſſam ſuſceperit, amplius morbo corripitur. Inde ἐπίσημα τὰ παιδία dicuntur pueri morbo comitiali conflictati, ſed ſuperſtites nota ex morbo impreſſa relicta, & quibus aut os conuellitur, aut oculus, aut ceruix, aut manus. (ibidem v. 30.) Ac rurſus ἀσήμους περιγίνεσθαι dicuntur, qui citra notam ex morbo relictam aut impreſſam ſuperſtites euadunt ac ſuperſunt. (ibidem v. 37.)

Ἐπίσκληρος, induratus, obduratus, durus, vt ἐπίσκληρος κοιλίη venter induratus in læuitate inteſtinorum, ex Protrh. (p. 213. 35.) Vbi tamen ſcribit Galenus Dioſcoridem ἐπισκλήρως legiſſe & τὸ κατεσκληρυμένον σῶμα, hoc eſt, corpus induratum, expoſuiſſe. Idem etiam in Exeg. apud Hippocr. ἐπισκλήροις, τοῖς κατεσκληκόσι, induratis, obduratis, exponit.

Ἐπισκοτίζειν eſt tenebras inducere, lucem auferre & obſcurare, obumbrare, lumini officere, luminibus obſtruere. lib. κατ' ἰητρ. (p. 669. 49.) πλὴν ὅσα μὴ ἐπισκοτίζειν, dum ne lumini officiat.

Ἐπισπαστὴν aduerbium eſt ſignificans auidè, vnico hauſtu & contento ſpiritu, affatim. Lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 201. 5.) de aquæ intercutis cauſis, cùm quis affatim copioſam aquam biberit. θέρεος ὥρην, ἢν ὁδοιπορέων ὕδατος μακρὴν, ἐπιτύχῃ ὀμβρίῳ ὕδατι ἢ στασίμῳ, ἢ πίῃ αὐτὸ ἐπισπαστὴν πολλόν. æſtatis tempore ſi quis ex longa via aquam pluuiam & ſtatariam nactus, eam auidiſſimè & continente ſpiritus tractu copioſè hauſerit.

Ἐπισπασμὸς eſt attractio, & aëris inſpiratu attractionem ſignificat ac pro inſpiratione ſumi-lib. 6. Epid. ſect. 5. aph. 30. Vbi Gal. ἐπισπασμὸν τὴν εἰσπνοὴν ſumit. Quintus verò apud Hippocr. ἐπισπασμὸν non ſimpliciter reſpirationem ſignificare contendit, ſed celerem & crebram.

Ἐπισπλήνιος, lienoſus, ſplenicus, lienis tumore vexatus, lib. 7. Epid (p. 366. 14.)

Ἐπίστανται δύνανται. hoc eſt, poſſunt, apud Hippocr. exponit Erotianus, ſubindicato loco lib. de art. (p. 608. 3.) ἀλλ' εἰ ἄνθρωποι αἰσχροὶ μὲν τὸ πολὺ τιμήσωσι, μελετῆσαι δὲ ἅμα μὲν οὐκ ἐπίστανται, ἅμα δὲ οὐ τολμῶσιν. Atqui homines deformitatem magno quidem redimendam æſtimant, eò autem ſtudio anniti neq; poſſunt, neque ſuſtinent. Atque aliàs etiam vſurpatur Hippocrati, vt lib. περὶ σαρκῶν (pag. 43. 20.) οἱ κωφοὶ οἱ ἐκ γενεῆς, οὐκ ἐπίστανται διαλέγεσθαι. Surdi ab ipſo ortu ſermocinari nequeunt. Et lib. 1. περὶ διαίτης (p. 84. 31.) οἱ δὲ ἄνθρωποι ἐκ τῶν φανερῶν, τὰ ἀφανέα σκέπτεσθαι οὐκ ἐπίστανται. Neque verò homines ex manifeſtis obſcura conſiderare poſſunt, aut norunt. Quæ quidē locutio planè eſt Homero familiaris, cùm fuerit Hippocrates (vt ſcribit Erotianus) ἀνὴρ Ὁμηρικὸς τὴν φράσιν. Sic enim ὀδυσσ. θ. (v. 240.) Ὅστις ἐπίσταιτο ᾗσι φρεσὶν ἄρτια βάζειν, Quicunque poteſt ſuo iudicio commoda dicere. Qui locus eſt ab Erot. ſubnotatus. Rurſus Il. ν. (verſ. 238.) νῶϊ δὲ καὶ ἀγαθοῖσιν ἐπισταίμεσθα μάχεσθαι. Nos autem & cum fortibus pugnare poſſumus. ἐπιστάμεσθα enim idem quod δυνάμεσθα exponitur. Et Il. π. (verſ. 389.) de Achillis haſta. ἀλλά μιν οἶος ἐπίστατο πῆλαι Ἀχιλλεύς. Sed ipſam ſol⁹ tractare nouerat Achilles, hoc eſt, poterat. ἐδύνατο. Heſychius quoque ἐπίσταμαι, δύναμαι exponit, & ἐπιστάμεθα, δυνάμεθα.

Ἐπίσταξις dicitur Hippocrati repetita ſanguinis è naribus ſtillatio, & vbi nares inſuper ſanguine ſtillant, vt ſi die indice ſanguinis ſtillatio prehendat, & die iudicatorio denuò repetat. In Prorrh. (p. 215. 31.) ἄλλως τε καὶ ἢν ἐκ ῥινῶν ἐπιστάξῃ, tum verò præcipue ſi quis è naribus denuò ſtillare cœperit (Sic enim illic legendum eſſe monuimus.) Rurſus in Coac. Prænot. (p. 433. 43.) ἄλλως τε καὶ ἢν δὶς ἐπιστάξῃ, καὶ ἢν ἐπιστάξῃ, tum verò præſertim ſi his ſanguinis ſtillatio prehenderit, ac rurſus nares ſtillare cœperint. Rurſus (ibidem p. 426. 26.) ἐπιστάζοντες ἐκ ῥινῶν, quibus nares ſanguine ſtillant dicuntur. Quod etiam repetitur in Prorrh. (p. 213. 1.) ſed ἀποστάζοντες ſcribitur.

Ἐπίσχεσις detentionem ac ſuppreſſionem ſignificat, & crebrò effertur Hippocrati de aluo remorata & ſuppreſſa. In Prorrh. (pag. 216. 12.) ἴσως καὶ ἐπισχεθῇ, fortaſſis etiam ſupprimitur [aluus] & repetitur Coac. Prænot. (p. 439. 15.) Rurſus in Prorrh. (p. 213. 54.) ἐπίσχεσις pro alui ſuppreſſione ponitur, vt & Coac. Prænot. (p. 433. 37.) Et iterum (ibidem v. 34.) οἷσι κοιλίης ἐπίσχεσις αἱμοῤῥαγέει. Qui ſuppreſſa aluo ſanguinem è naribus fundunt. quod in Coac. Præn. (p. 433. 48.) κοιλίης ἐπισχεθείσης, hoc eſt, aluo ſuppreſſa ſcribitur. Et rurſus in Prorrh. (p. 215. 20.) ἆρα δὲ ἐπισχεθέντων αὐτῶν οὗτοι ὠφελέονται; animaduertendum verò num ex iſtorum ſuppreſſione iuuentur. Quod repetitur Coac. Prænot. (p. 444. 12.) Ἐπίσχεσις κοιλίης etiam alui ſuppreſſionem denotat in Coac. Prænot. (p. 439. 9.) καὶ κοιλίης ἐπίσχεσις τῆς ἄνω κοιλίης ὑπηρετεούσης. & alui ſuppreſſio, ſuperiore ventre probè officio ſuo fungente. Et ἐπισχεθείσης κοιλίης, hoc eſt, aluo ſuppreſſa aut remorata ibidem (p. 444. 16.) Eadem notione ἐπίσχεσις οὔρου vrinæ ſuppreſſio ac inhibitio dicitur, vbi vrina reſtitat aut retinetur, in Prorrh. (p. 206. 16) οὔρου ἐπίσχεσις, καὶ οἷσι ῥίγεα ἐπιγίνονται. In iis quibus rigores imminent, vrinæ ſuppreſſio aut detentio, ἡ ἐπίσχεσις exponit Galeno. Ἐπίσχεσις τοῦ αἵματος ſanguinis coërtionem & inhibitionem ſignificat, vbi ſanguinis ſiſtitur aut reprimitur præ ſiccitate, aut coërcetur & inhibetur. Sanguinis tumultuationem & infeſtationem dixit Caluus, velut impreſſionem in ſanguinem factam. Lib. περὶ ἐνυπνίων (p. 109 46.) Ἐπίστασις λιπαρὴ καὶ ἀθρόη, vrinæ ſuperficies ſumma pinguis & conferta dicitur. aph. 35. lib. 7. hoc eſt, in vrinæ ſummo pinguedo ſupernatans. Sic enim legit Galenus, cùm multa exemplaria ὑπόστασις habeant. In Progn. quoque huiuſmodi pinguedines in vrinæ ſuperficie innatantes, λιπαρότητας τὰς ἄνω ἐφισταμένας vocat Hippocr. Et aph. 34. lib. 7. ἐν τοῖσιν οὔροισιν ἐφιστάμεναι πομφόλυγες, in vrinæ ſummo bullæ inſidēt, innatant aut ſuperſtant.

Ἐπιστατέειν νοσεόντων, eſt ægris præeſſe ad curationē aut præfici, ægrorū curam habere. ἐν παραγγελίαις (p. 18. 2.) εὖ δ' ἔχει νοσεόντων μὲν ἐπιστατέειν εἵνεκεν ὑγιείης. Conuenit autem ægris præeſſe, aut ægrorum curam habere ſanitatis gratia. Et rurſus (p. 19. 1.) τῶν μὲν οὖν τοιουτέων ὅπου ἂν καὶ ἐπιστατέοιμι. Talibus igitur vbi præeſſem, aut ſi talibus præfectus eſſem, hoc eſt, ſi his collega in curandi ratione adiungeret. Sic παρατιθεὶς

πόνος νόσου ἰητρῷ dixit (ibidem.pag. 18.48.) vbi medicus morbo præeſt.

Ἐπίστημος exponitur Galeno in Exeg. apud Hippocr. ἐπιστατικὴ, συνετὴ, ἐφεκτικὴ, hoc eſt, cogitabunda, intelligens, hæſitans. Ἐπιστήμη verò & δόξα inter ſe opponuntur, ſcientia & opinio, ἐν νόμῳ (pag. 19. 40.) quorum ἐπιστήμη verum ſcientię habitum parit & artificem reddit, δόξα verò falſam ſcientiæ opinionem, & malum artificem.

Ἐπιστορέσαι Erotianus apud Hippocr. ἐπιστορέσαι exponit quod eſt inſternere, ſuperſternere, nimirum locum lib. de art. (pag. 620. 55.) ſubindicans. Ἐπὶ μὲν τὸ ξύλον ἐπιστορέσαι, ἢ χιτῶνας, ἢ ἄλλο τι ὃ μαλθακὸν μὲν ἔσται, ὑπείξει δὲ μὴ μέγα. Ac columnam quidem, aut tunicis, aut re quapiam molli, quæ tamen non multum cedat, inſternere oportet. Ruſúſque ibidem (pag. 658. 10.) ἐπεστορέσθω δὲ ἐπὶ τὸ ξύλον ἱμάτιον πολύπτυχον ὡς μαλθακώτατον ὄν. inſtratóque ligno multiplici ſtragulo, quò molliſſimum ſit.

Ἐπιστρέφειν conuertere ſe, aut pedem referre ſignificat, & neutraliter poſitum videtur pro reflecti, relabi, conuerti. In Coac. Prænot. (pag. 427.20.) οἱ ἐκ μακρῶν ἀναλαμβάνοντες εὐσιτοῦσι, μηδὲν ἐπιδιδόντες, ἐπιστρέφουσι κακοήθως. Qui ex longa valetudine ſeſe recolligentes cupidè comedunt, ac nihil proficiunt, ii malignè relabuntur aut conuertuntur, hoc eſt, tandem ad inappetentiam relabuntur aut ciborum faſtidium malignum. Aut certè ἐπιστρέφειν idem quod ὑποστρέφειν ſonat, & de morbi reuerſione aut recurſu dicitur, vt ἐπιστροφὴ ὑποστροφὴν ſignificat in Coac. Prænot. (pag. 431.20.) ἴσως δὲ καὶ οἱ ἐξ ἐπιστροφῆς τοιόντες τι τοιοῦτον, ἀσφαλέστεροι. Ac fortaſſe quidem quibus ex morbi reuerſione tale quid contingit, ſecuriſſimè habent. Eſt etiam ἐπιστρέφεσθαι peruerti, & eam quæ eſt præter naturam rectitudinis deprauationem denotat, vt in vertebris colli in angina contingit, aph. 35. lib. 4. ἢν ὑπὸ τοῦ πυρετοῦ ἐχομένῳ ὁ τράχηλος ἐξαίφνης ἐπιστραφῇ. Si febre detento repente collum peruertatur, intorqueatur. Vbi ſcribit Gal. τὸ γὰρ ἐπιστραφῇ ῥῆμα, τὴν ἐκτροπὴν τὴν εἰς τὸ παρὰ φύσιν ἀπὸ τῆς εὐθείας τῶν σπονδύλων ἐνδείκνυται. Nam intorqueri verbum omnem præter naturam à recto tramite vertebrarum declinationem denotat. At in Coac. Prænot. (pag. 432.1.) τράχηλον ἐπιστρέφειν μὴ δυνάμενοι, collum conuertere non poſſe, in angina dicitur.

Ἐπισφακελίζειν eſt præterea ſyderari, corrumpi, omninò vitiari, & de iugulo prorſus corrupto dicitur, lib. de art. (pag. 595. 39.) ἢν μὴ ἐπισφακελίσῃ, niſi omninò corrumpatur, vitietur. Et rurſus (pag. 623.42.) ἐπισφακελίσιες τῶν ὀστέων, oſſium ſyderationes. Et (pag. 624. 35.) καὶ ἡ πλευρὴ ἐπισφακελίσασα εἴη, & coſta his ſyderata eſt. Ἐπισφακελίζειν vitiari dixit Celſus cap. 9. lib. 8. de coſtis, omnis mora vitanda erit, ne os infra vitietur.

Ἐπισφαλὲς νόσημα, morbus periculoſus, Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 7.12.) ὁκόταν δὲ τύχωσι μεγάλῳ τε καὶ ἰσχυρῷ καὶ ἐπισφαλεῖ νοσήματι. Vbi verò magnum & vehementem ac periculoſum morbum nacti fuerint.

Ἐπισχέοντες dicuntur quibus acceſſio febrilis ſubſiſtit, cunctatur, inhibetur aut differtur. In Coac. Prænot. (pag. 426. 16.) τρίτῃ ἐπισχέοντες, τετάρτῃ παροξυνθέντες. Quibus tertio die ſubſiſtit acceſſio, quarto ingraueſcit. Ἐπισχὼν, immoratus, ſuſtinens, lib. 5. Epid. (pag. 342.3.) ὀλίγον δὲ ἐπισχὼν, paruo autem poſtea temporis interuallo, pauca interpoſita mora, nec multo interiecto tempore, non diu moratus. Quæ phraſis repetitur lib. 7. Epid. (pag. 364.31. & pag. 354.35.) & μικρὸν ἐπισχών. & pauca interpoſita mora. Et rurſus (ibidem v. 45.) οὐ πολὺ ἐπισχὼν, ἐτελεύτησεν, non longa interpoſita mora vitam finiuit.

Ἐπίτασις Hippocrati dicitur febrium intentio & acceſſionis initium Lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 114.31.) φυλάσσειν καὶ τὰς ἐπιτάσιας τῶν πυρετῶν καὶ τὰς ἀνέσιας. obſeruare tum febrium intentiones tum remiſſiones. Ruſúſque (ibidem v. 33.) ἢν δὲ ὁκόταν πλεῖστον ἀπέχωσι τῆς ἐπιτάσιος. Ad hæc verò quando plurimùm ab intentione diſceſſerint. Vbi ἐπίτασιν Galenus τὴν ἀρχὴν τοῦ παροξυσμοῦ, acceſſionis initium exponit. Ἐπίτασις κοιλίης etiam ſcribitur in Prorrh. (p. 213. 34. & 54.) ventris contenſio, intenſio, ſuppreſſio. Etſi ἐπίστασις, aut ἐπιστάσιες κοιλίης quædam legunt exemplaria. Verùm Galenus illic ex Dioſcoride ἐπίτασιν legit. Ἐπιτείνεσθαι τῷ πυρετῷ nouè dicitur de ægro in quo febris inualeſcit aut intenditur, lib. 5. Epid. (pag. 339.49.) πάλιν ἐπιτείνοντι τῷ πυρετῷ, καταφέρετο. Rurſus inualeſcente febre in ſomnum propenſa erat. At de febribus quæ intenduntur, augmentum capiunt, aut validiores fiunt, ἐπιτείνεσθαι dicitur, In Coac. Prænot. (pag. 427. 8.) οἱ συνεχέες διὰ τρίτης ἐπιτείνοντες. febres aſſiduæ quæ tertio die intenduntur, augentur. ἰσχυροτέρους γίνεσθαι dicit aph. 43. lib. 4. & ἐπιδιδόντας lib. 1. Epid. ſect. 1. ἐπιτείνοντα, ηὔξανε, ὥρμαζεν, exponit Heſychius.

Ἐπίτεξ Ionica eſt dictio quæ partioni propinquam & vicinā ſignificat, ex Herodoto lib. 1. Sic etiam apud Hippocr. lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 241.40.) φημὶ δὲ γυναῖκα ἢν ἐπίτεξ ᾖ mulierem dico quæ partui vicina fuerit. Quæ lectio valde mihi probatur, etſi ἐπίτεξις alii legunt, quidam etiam ἐπιτόξη vitiosè.

Ἐπιτηδεύματα ſunt vitæ inſtituta, ſtudia, cuique dicatum vitæ genus, officium & munus. Vitæ affectiones vocat Aurelianus cap. 12. libr. 2. Tard. Paſſ. vitæ propoſita Celſus cap. 26. lib. 5. Gal. Comment. 3. in libr. 1. Epid. (p. 376.57.) καλοῦσι δ' ἐπιτηδεύματα ταῦτα ὅσα πραγματεύονται οἱ ἄνθρωποι διὰ χρείαν ἢ ἀνάγκην, εἴτε ναυτιλλόμενοι, εἴτε γεωργοῦντες, ἢ οἰκοδομοῦντες τε καὶ τεκταινόμενοι, κυνηγετοῦντες, ἢ φιλογυμναστοῦντες, ὡς λύεσθαι πολλάκις ἐν ὕδασι θερμοῖς ἢ ψυχροῖς. Ἐπιτηδεύματα autem vocant quæcunque homines obeunt aut vtilitate aut neceſſitate adducti, ſiue nauigent, ſiue terram colant, ędificent, fabricētur, venentur, exercitationem

lubenter obeant, vt ſi ſæpe in calidis vel frigidis aquis lauent. Morborum dignotiones ἐκ τῶν ἐπιτηδευμάτων, hoc eſt, ex vitæ inſtitutis & vitæ genere hauriendas eſſe præcipit Hipp. lib. 1. Epid. (pag. 375.48.) Ἐπιτηδεύματα etiam Hippocrati inſtitutam victus rationem in hydrope laborantibus ſignificant, & remedia quæ hydropicis adhibentur ad ciendas vrinas, & aquas per eas educendas, ſtudiumque quod his inſtituendis remediis adhibetur, Prorrh. 2. (p. 416. 13.) τὸ δὲ οὖρον φαίνεσθαι μεταβάλλον πρὸς τὰ ἐπιτηδεύματα, καὶ τῶν οἴνων τὰς μεταβολάς. Vrina in tranſitu pro inſtituta vitæ ratione, & vinorum mutatione, mutationem ſentiat. Rurſus ibidem (p. 417.7.) πρὸς τὰ ἐπιτηδεύματα κοιλίαι ἀγαθαὶ ὑπακούειν dicuntur alui pro vitæ inſtituto probè reſpondentes, alui inſtitutæ vitæ rationi probè obaudientes, cedentes & reſpondentes, hoc eſt, medicamentis facilè obedientes, fluxæ & effuſæ. Ἐ κοιλίας ἀγαθὰς ἔχει ὑπακούειν πρὸς τὰ ἐπιτηδεύματα. aluumque habet vitæ inſtituto probè cedentem.

Ἐπιδιατρίβειν cunctari ſignificat, differre, diem de die ducere, idem quod ἀναβάλλεσθαι aut ἀναδιδάζειν, lib. περὶ τέχνης (pag. 4.6.) προκαταλαμβάνει δὲ διά τε τὴν τῶν σωμάτων πυκνότητα, ἐν ᾗ οὐκ ἐν εὐόπτῳ οἰκέουσιν αἱ νοῦσοι, διά τε τὴν τῶν καμνόντων ὀλιγωρίην. ἐπιδιατρίβουσι γάρ, καταλαμβανόμενοι δὲ ὑπὸ τῶν νουσημάτων, ἐθέλουσι θεραπεύεσθαι. Præoccupat autem tum propter corporum denſitatem, in qua abditi morbi latent, tum propter ægrotorum negligentiam. Differunt enim & cunctãtur, morbis verò correpti, curari deſiderant. Agitur enim de morbis qui medicorum curationem præcurrunt.

Ἐπίτοκος fœcunda, aph. 55. lib. 6. Epid. ſect. 8. ἡ κούρη ἐπίτοκος ἦν ἐς τὸν ἡβητικὸν χρόνον, antea cùm puella eſſet fœcunda erat, per iuuentutem fœcunda erat.

Ἐπιτροπὴ, curatio, procuratio. lib. περὶ εὐσχημοσ. (p. 16 44.) ἐπιτροπὴν δὲ μηδ᾽ ἰδιώτῃσι μηδεμίαν διδοὺς περὶ μηδενός. Idiotis verò nullius rei curam committas.

Ἐπιπροχέστερον, agilius, velocius, promptius, citius, procliuius dicitur, & quod facilius inclinat, vt de oſſe humeri lib. de art. (p. 597.14.) ἐς τοῦτο γὰρ ἐπιπροχέστερον αὐτὸ ἅμα τῷ ὤμῳ καὶ τῷ βραχίονι κάτω ῥέπον μᾶλλον, ἢ ἐς τὸ ἄνω. Vna enim cum humero & brachio procliuius eſt vt deorſum inclinet, quàm vt ſupra feratur, hoc eſt, promptius & facilius deorſum fertur. At Erotianus ἐπιτυχέστερον (ſi modò vera eſt lectio) pro ἐπιπροχέστερον legiſſe videtur, quod εὐφορώτερον exponit, quod procliuius aut promptiùs deorſum fertur, aut facilius defertur.

Ἐπιτυγχάνειν eſt verum aſſequi, cognitione conſequi, aut cognoſcere. Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 12.21.) οὕτως δὲ ἂν δύναιτο ζητέων ἐξευρεῖν ἐπιτυγχάνειν, δυνάμενος τ᾽ ἂν τούτων ἐκλέξασθαι αἰεὶ τὸ βέλτιστον. Ad hunc modum ſi quis inquiſitione diligenti res huiuſmodi externas cognitione conſequi poſſit, is poterit ſemper quod melius eſt ex omnibus eligere.

τὰ Ἐπιφαινόμενα dicuntur in morbis, quę in morbis mox apparent nec vnà cum morbo ſuccedunt aut incipiunt, ſed ſuperueniunt, ſiue ſigna, ſiue ſymptomata, vt aph. 12. lib. 1. & lib. 1. de Criſibus, & in Com. aph. 12. lib. 1. τὰ Ἐπιφαινόμενα quoque peculiari nomine intelligi poſſunt menſtrua, aut ea quæ toto geſtationis tempore in vterum gerentibus apparent, vt menſtruæ purgationes, aut deprauata appetentia, quam [illegible] vocant, vt aph. 7. lib. 6. Epid. ſect. 8. τὰ ἐπιφαινόμενα ἐν οἷσι μησὶ γίνεται. Quæ geſtationis tempore apparent, in quos menſes incidant, videndum. Quod etiam repetitur lib. 2. Epid. (p. 316.11.) Sic lib. 4. Epid. (p. 330.35.) ἐμβρύῳ ἐπιφαινόμενα, menſtrua vocantur.

Ἐπίφλεβοι dicuntur venoſi & quibus venæ ſunt conſpicuæ & eminentes, quales ſunt graciles & calidiore temperamento præditi, aph. 23. ſect. 4. lib 6. Epid. Vbi ἐπίφλεβοι exponuntur Galeno οἷς ἐπιφανεῖς αἱ φλέβες εἰσίν, τουτέστιν ἐξέχουσαι. ἢ αἱ αὐταὶ γὰρ πλήρεις αἵματός εἰσιν, ἢ γεγυμνωμέναι διὰ τὴν ἔνδειαν τῶν σκεπουσῶν αὐτὰς σαρκῶν. quibus conſpicuæ ſunt venæ, hoc eſt, extra prominentes, quippe quæ ſanguinis plenæ ſunt, & propter penuriam ipſas contegentium carnium nudæ apparent. Eandem etiàm dictionem vſurpat Aretæus cap. 2. lib. 2. θεραπ. ἢν πληθώρη αἵματος ἔωσι καὶ ἐπίφλεβοι. Si ſanguine abundent & venas prominentes habeant.

Ἐπιφλογίσματα ſunt incendioſa ac velut incendia, partes velut à flamma deuſtæ, & efferueſcentia ac dolore calido cum feruore agitatæ, & tumore affectæ, quæ ad rubrum & cruentum, ob ſanguinem qui recens eò confluxit, rendunt, aph 23. lib. 5. ἐπιφλογίσματα ἐς τὸ ἐρυθρὸν καὶ ὕφαιμον ἐκτρέποντα νεαροῦ αἵματος, dicuntur. Galenus exponit, ὥσπερ ὑπὸ φλογὸς ἐπικεκαυμένα, διὰ τὴν θερμασίαν τῶν ἐνοχλούντων αὐτὰ χυμῶν. ardores & feruores velut à flamma, ob exuperantem humorum caliditatem. Inflammina vocant quidam, quæ velut à flamma aliqua ſunt deuſta.

Ἐπιφοιτέον ἄλγημα dolor accedens, In Coac. Prænot. (pag. 433. 22.) ὀσφύος ἄλγημα πυκνὰ ἐπιφοιτέον, lumborum dolor crebrò accedens.

Ἐπίφορος eſt fœmina vterum ferens & grauida, aut vicina partui. In Prorrh. (pag. 204. 2.) τῇσιν ἐπιφόροισι κεφαλαλγικά. In vterum gerentibus capitis dolores. Vbi ſcribit Gal. τὰς δ᾽ ἐπιφόρους εἶναι μὲν ἤκουσα τὰς ἐγκυμονούσας, ὅσαι ἐγγὺς εἰσὶ τοῦ ἀποκυΐσκειν, ἄλλοι δὲ τὰς ῥᾳδίως συλλαμβανούσας καὶ συνεχῶς κυούσας. Ἐπιφόρους igitur nonnulli quidem intelligunt vterum gerentes & quæ vicinæ ſunt puerperio, nonnulli verò eas quæ facilè concipiunt & crebrò pariunt. Eadem quoque dictio vſurpatur in Coac. Prænot. (pag. 440. 25.29.33.38. & pag. 441. 4.)

Ἐπίφυσις eſt quid oſſi adnatum, vt ſit veluti oſſis vnitio, accrementum aut accretio dici poteſt. Dicitur etiam appendix; aut oſſis accrementum velut oſſis productio, adnata quædam vocant & adnatum os. Lib. de fract. (pag. 549. 15.) de tibiæ oſſibus, ἐμφύεται δὲ

χεται δὲ ἀλλήλοισι τὰ πρὸς τοῦ ποδὸς, ἢ ἐπίφυσιν κοινὴν ἔχει. Cohærent autem inter ſe qua parte pedem contingunt, communeque habent oſſis accrementum. Rurſusque (ibidem verſ. 25.) τὰ δὲ πρὸς τοῦ μηροῦ ξυνέχεται, ἢ ἐπίφυσιν ἔχει, ἢ ἡ ἐπίφυσις διάφυσιν. Ad femur autem adnato quodam oſſe coniunguntur, quod ſeptum medium habet. Reliqua περὶ τῆς ἐπιφύσιος vide apud Gorrbæum. ἐπιφύσιες βλεφάρων dicuntur lib. 3. Epid. ſt. peſt. (pag. 427. 24.) eminentiæ quædam palpebris adnatæ, ex craſſioribus quibuſdam humoribus protuberantes, ὀχθώδεις ἐπαναστάσεις aut ἐφηλώδεις exponit Gal. vt illic ſcripſimus.

Ἐπιχειρεῖσθαι & ἐπιχειρίζεσθαι eſt aggredi & manus admouere, aut curationem per chirurgiam tentare. lib. 5. Epid. (pagin. 337.23.) τούτῳ ἐπιχειρήθη τῇσιν αἱμοῤῥοΐσι τὴν κοιλίην οὐ καλῶς πως ἔχοντι. In hoc manus hæmorrhoidibus eſt admota, cùm malè quodammodo affectus eſſet venter. Ἐπιχείρια verò dicuntur Hippocrati munera & merces quæ medico ab ægris datur velut pretium, aut manus pretium. ἐν παραγγελίαις (pagin. 17.20.) τί γὰρ ἂν εἴη κακὸν, ἢν τὰ ἐπιχείρια ἐκκομίζοιτο, οἱ τὰ τῆς ἰητρικῆς ἔργα κακῶς δημιουργέοντες. Quodnam enim malum eſſet, ſi qui medicinæ opera malè adminiſtrant, mercedem auferrent? Ἐπίχειρα dicuntur quæ artifici debentur pretia, hoc eſt, manus pretium. Pollux libr. 6. capit. 40. μισθὸν & ἐπίχειρα de eodem dici ſcribit, & quæ χειρωνίᾳ debentur, ἐπίχειρα, quæ medico σῶστρα, σωτήρια, ἢ ἰατρεῖα.

Ἐπιχλιαίνεσθαι, ſubinde caleſcere, intepeſcere, de febris ſuſpicione ſumitur, vt lib. 6. Epid. ſect. 7. aph. 2. οὗτοι γὰρ ἢ ἐπεχλιαίνοντο. hi nanque etiam incaleſcebant. Significat autem anginæ febrem etiam superueniſſe. In Coac. Prænot. (pagin. 444.14.) μετὰ κάρου ἢ κεφαλαλγίης τὸ ἐπιχλιαίνεσθαι ὀλέθριον. Cum ſopore & capitis dolore ſubinde incaleſcere, perniciem denunciat. Lib. 4. Epid. (pag. 332. 11.) ἐπεχλιαίνετο δὲ πλεῖστα Ἀπήμαντος. plurimùm autem incaleſcebat Apemantus. Ἐπιχλιαίνεσθαι etiam de calore in tumoribus præter naturam intepeſcente ac veluti ſubſidente ſumitur, vt lib. 2. Epid. (pagin. 313.4.) de tumore ad aures ſuborto, ἥσσων δὲ ἦν, ἢ ἐπεχλιαίνετο. qui tamen minor erat & intepeſcebat, hoc eſt, leniebatur & reſidebat, συνεχλιαίνετο enim explicat Gal. in Prorrh. vt illic ſcripſimus.

Ἐπίχνοα ἔχοντα ὄμματα, oculi puluerulenti dicuntur, puluere & ſorde, velut lanugine obſiti, ſqualidi, ſiue concretum puluiſculum habentes & ſordem. Quod ex nimia ſiccitate accidit, & his qui per magnum æſtum & puluerem iter faciunt vſu venit. In Prorrhet. (pagin. 176.28.) ὄμματα ἐπίχνοα ἔχοντα, μανικὰ, oculi ſqualidi & puluere obſiti, inſaniam portendunt. Galenus ὀφθαλμοὺς τῆς κονιορτώδους χνοῦ μεστοὺς, hoc eſt, oculos puluere aut lanugine plenos exponit. In Coac. Prænot. (pagin. 441.37.) ὄμματα ἐπίχνουν ἔχοντα dicuntur, quomodo ἐπιχνοῦν Heſychius ἐπεσκοτωμένον, ἐπεσκοτισμένον expōnit, obtenebratum, tenebris deſuper opertum. Galenus verò in Exegeſi apud Hippocr. ἐπίχνουν, ἐπὶ παχὺ χνοώδη, concretionem lanuginoſam, aut concretam lanuginem exponit.

Ἐπίχολον σῶμα, corpus biliosum. Libr. 5. Epid. (pagin. 337. 38.) & (pagin. 338. 13.) ὑπὸ ἕξιος τοῦ σώματος ἐπιχόλου ἐούσης, corporis diſpoſitio bilioſa.

Ἐπιχορδὶς idem quod meſenterium ſignificat Aretæo Capit. 6. lib. 2. de cauſ. & ſign. ac. morb. quòd ſupra inteſtina ſit, aut ea fulciat ac ſuſtineat. καὶ γὰρ καὶ ἐπιχορδίδα τὸ μεσεντέριον ὀνομάζουσιν οἱ πρόσθεν, τὰ μέσα γὰρ νεῦρα καὶ τὰ ἀγγεῖα, καὶ τοὺς ὑμένας τοὺς αἰοχῆας τῶν ἐντέρων. Veteres etiam meſenterium ἐπιχορδίδα nominauerunt, medios ſcilicet neruos & vaſa, membranaſque inteſtinorum fulcra & ſtabilimenta.

Ἐπιώδεοντες, ſubtumidi, intumeſcentes, ſubturgidi. οἰδαλέους exponit Galenus, in Prorrhet. (pagin. 192.1.)

Ἐπ' ὀλίγον efferrur Hippocrati de his quæ ſenſim fiunt & pauco tempore ac breui durant. In Coac. Prænot. (pagin. 429.47.) οὖρα ἐπ' ὀλίγον πεπαινόμενα. vrinæ paruo tempore concoctæ permanentes. τὰ ἐπ' ὀλίγον ὀξέα ἀλγήματα, ſenſim aut paruo tempore ingraueſcentes dolores. (ibidem pagin. 426. 7.) αἱ ἐπ' ὀλίγον θρασεῖαι παρακρούσιες. quæ paruo tempore fiunt deſipientiæ, aut quæ ſenſim fiunt mentis emotiones, in Prorrhet. (pagin. 177.50.) Libr. etiam 1. Epid. (pagin. 355. 25.) οὐδ' ἐπ' ὀλίγον πεπασμὸς ἦν. neque ſenſim concoctio adfuit, de maligna tabe, in qua ſputa crúda perſeuerabant, ac ne vix quidem educebantur.

Ἐπομβρία aſſiduè pluuioſa tempeſtas, vbi alii aliis ſine intermiſſione imbres ſuccedunt. aph. 15. libr. 3. οἱ αὐχμοὶ τῶν ἐπομβριῶν εἰσὶν ὑγιεινότεροι. ſiccitates imbribus aſſiduis ſunt ſalubriores. τὸ ἔαρ ἔπομβρον καὶ νότιον, ver admodum pluuium & auſtrinum, aph. 11. lib. 3. ὁ χειμὼν ἔπομβρος καὶ νότιος, hyems admodum pluuia & auſtrina, aph. 12. libr. 3. τὸ φθινόπωρον ἔπομβρον, autumnus valdè pluuius, aph. 13. libr. 3. ἔτος νότιον, ἔπομβρον, annus auſtrinus & aſſiduis imbribus madens. libr. 3. Epid. in ſt. peſt. (pagin. 418. 22.) νοσήματα αἱ τῇσιν ἐπομβρίῃσιν ὡς τὰ πολλὰ γίνεται. morbi per aſſiduos imbres magna ex parte fiunt, aph. 16. lib. 3.

Ἐπορέγεσθαι eſt manus protenſas porrigere, protēdere, aut manibus porrectis aliquid prenſare, captare, aut prehendere cupere. Lib. 7. Epid. (pagin. 353. 33.) de phrenitico, τῇσι χερσὶν ἐπορεγόμενος, καὶ αἰεὶ τι ὀρέγεται θηρεύων, manibus porrectis ſemper aliquid fruſtra captabat. Rurſus ibidem (pagin. 355. 3.) καὶ τῇ χειρὶ ἐστὶν ὅτε ἐπορέγετο πρὸς τὸ τεῖχος. interdum etiam manū ad parietis tectorium por-

rigebat, protendebat, iniiciebat. ἐπορεξάμενος, ἐφορμήσας, ἐπιλαβόμενος Heſychius exponit.

Ἔπος pro αἶπος ponitur, hoc eſt, loco accliui, apud Hippocr. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 208. 36.) ἢν ὦ πρὸς ἔπος βαδίζῃ, πνευστιᾷ σφόδρα, & ſi ad accliuem locum aut arduum iter faciat, vehementer anhelat. Vbi tamen ἔπος pro αἶπος ſcriptum exiſtimo.

Ἐπόχεαι exponitur Galeno in Exegeſi apud Hippocr. κλῆμα ἐξ οὗ τι φύεται, ὥσπερ καὶ τῆς σικυώνης. palmes ex quo quippiam enaſcitur, velut colocynthidis.

Ἐπουλωθῇ, κατουλωθῇ exponit Erotianus, ad cicatricem perducatur, nimirum locum lib. de art. exprimens (p. 593. 30.) ὅπως γὰρ ἂν μάλιστα ἐπουλωθῇ. Sic enim vel maximè cicatrix obducatur. Eoque modo planè mihi legendus Erotianus videtur, alioqui manifeſtum mendum apparet, ſi ἐγκυρέσαι ἐπουλωθῇ exponatur, quod ne per ſomnium quidem Erotiano contigit.

Ἐποχετεύεσθαι eſt deriuari, per canalem deduci. Suidas ἐποχετεῦσαι ἐπιῤῥεῦσαι, influere exponit. Hippocr. lib. περὶ ἱερῆς νόσ. (p. 62. 11.) αἱ ἐς ἀλλήλας ἐποχετεύονται. quæ in ſeſe mutuò influunt aut deriuantur. Vbi tamen vitioſè ἐπεχετεύονται ſcribitur, vt & eadem p. (v. 48.) ὀχετεύονται pro ὀχετεύεται malè legitur. Rurſus (ibidem v. 30.) καὶ ἐξοχετεύεται διὰ τοῦ νερτάτου τοῦ κνημαίου, & per tibialis oſſis infimam partem vehitur, deriuatur. Et (ibidem p. 63. 14.) καὶ ἐξοχετεύονται ἐς αὐτόν. in ipſum deriuantur, quod idem eſt quod ἐποχετεύονται.

Ἐπῶδες exponit Gal. in Exeg. apud Hippocr. δυσῶδες τὸ ἀπόζον. fœtidum, olidum, graueolens.

Ἐπώδυνον ἧπαρ, iecur dolens & affectum propter inflammatione obſtructionem, aut aliam affectionem incendio ſimilem. In Prorrher. (p. 187. 20.)

Ἐπωάθη φύματα παρ' οὗς, legitur apud Hippocr. lib. 7. Epid. (p. 366. 5.) Quibus verbis tubercula ad aures ſuppurata fuiſſe intelligunt, vt mihi ἐπυώθη legiſſe videatur Cornarius. Verùm ſuſpectam eſſe nobis lectionem adſcripſimus, & ἐπώχθη pro ἐπωίχθη legendum videri, vt indicetur huiuſmodi tubercula adaperta fuiſſe, & pus effluxiſſe, non ſecus ac ἀνῴχθην pro ἀνεῴχθην apud poëtas dicitur.

Ἐποξυτέρῃ, acidior, τῷ ὄξει πλείονι κεχρημένῃ, exponitur Galeno in Exeg. copioſius acetum habens. Dicitur de lente Hippocrati, lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν. (pag. 199. 12.) ἐν δὲ τῇσι πρώτῃσι τῶν ἡμερέων, ῥοφήμασι διαχρῆσθαι, φακῇ ἑφθῇ, ἐποξυτέρῃ τῷ ὄξει. Primis diebus ſorbitionibus vtatur, lenticula cocta, acidiore ab aceto, hoc eſt, copioſius acetum ammixtum habente. Atque ille locus mihi à Galeno in Exegeſi deſignari videtur cùm ἐποξυτέρῃ & κεχρημένῃ dandi caſu legatur. Quod non viderunt qui ἐποξυτέρην & κεχρημένην legunt, etſi in Aſulano codice & manuſcriptis exemplaribus ἐποξυτέρῃ apud Hippocr. legitur, vitioſè tamen, vt ſatis apparet. Rurſus ibidem (v. 28.) ἐσθιέτω δὲ φακῆν τῷ ὄξει ἐποξυτέρην, καὶ ἐσθιέτω. Edat autem lenticulam toſtam acetum copioſius ammixtum habentem. Vbi etiam ἐποξυτέρην legiſſe videtur Caluus.

Ἐπωμὶς ſuperior humeri pars dicitur quæ ſuperiecta eſt humeri articulo cum brachio, & ad ceruices tendit, ſuperhumerale, & pars ſumma ſupra humerum, aut ſupra commiſſuram humeri, cum lato ſcapularum oſſe. Gal. Com. 1. in lib. de art. (pag. 580. 8.) τὴν ἐπωμίδα ſcribit eſſe τὸ ἄνω τοῦ ὤμου μέρος ἀνατεινόμενον ὡς ἐπὶ τὸν τράχηλον, ſuperiorem humeri partem, quæ ad ceruicem vſque porrigitur. Pollux lib. 2. ἐπωμίδα eſſe ſcribit, κλειδῶν τὰ πρὸς ὠμοπλάταις, iuguli eam partem quæ cum ſcoptulis opertis connectitur, & vicina eſt humeris. Rufus in lib. περὶ ἀνθρώπ. μορ. ἐπωμίδας ſcribit τὰ ἀπὸ τῶν τενόντων ἐπὶ τοὺς ὤμους καθήκοντα, eam partem quæ à tendonibus ad humeros pertingit. Libr. de art. (pagin. 580. 1.) εἴ τις τοῦ βραχίονος ψιλώσειε μὲν τῶν σαρκῶν τὴν ἐπωμίδα. Si quis ex brachio, ſuperiore humeri parte carnem detraxerit. Rurſus ibidem (pagin. 619. 19.) ſecundam vertebram ceruicis vocat Hippocr. μέγαν σπόνδυλον ὑπὲρ τῆς ἐπωμίδος, hoc eſt, magnam vertebram, quæ eſt ſupra ſummam humerorum partem.

¶ Ἐργάζεσθαι, operari, efficere ſignificat, verùm μεταπλάθειν, μιγνύναι, ἀναμίξαι, μεταβάλλειν, ἀλλοιῶσαι, πέψαι, permutare, permiſcere, mutare, alterare, concoquere, exponit Galen. aph. 6. ſect. 2. libr. 6. Epid. ἐργάζεσθαι τὸ ὅμοιον, ſimile quoddam opus operari. Etſi ἐργάζεσθαι in Exegeſi videtur legiſſe Galenus vt noſtris in eum locum Annotationibus ſubmonuimus. Ἐργάζεσθαι etiam eſt operari & terram colere, & de bobus aratoribus dicitur libr. de art. (pagin. 587. 15.) οἱ κατὰ τὸν χειμῶνα ἐργάζονται. quòd hyeme terram colunt. Sic ἐργάζεσθαι γῆν colere terram dicit Xenophon, & id quoque ἐργάζεσθαι ſimpliciter ſignificat Euſtathio. & εἰργασμένη γῆ aut ἐργαζομένη, terra culta Theophraſto dicitur. Ἐργάται ſunt operarii, qui operibus victitant, & operariorum labores ferunt Hippocrati in his quæ adiecta ſunt ad libr. de Nat. humana (pagin. 25. 29.) ἀνάγκη ἐργάτας νεανίσκους ἐόντας, neceſſe eſt in iuuentute operibus victum quæritaſſe. Ἐξεργᾶται etiam pro ἐξεργάζεται, hoc eſt, fiunt, oriuntur, gignuntur, ponitur libr. κατ' ἰητρ. (pagin. 698. 44.) ἐξεργᾶται ἐκ τοῦ τρώματος. ex vulnere fiunt. Quanquam illîc ἐξαρύεται aut ἐξαρίεται videtur legiſſe Gal.

Ἔργμα impedimentum & ſeptum ſignificat. lib. περὶ ἀγμῶν (pag. 295. 8.) ἔργμα γὰρ τοῦτο ἐπικείμενον. hoc enim impedimentum incumbens, hoc enim velut ſeptum incumbit. ἔργμασι, κωλύμασι, περιφράγμασι exponit Heſychius. Ἔργματα Erotianus apud Hippocr. ἐρείσματα ſtabilimenta aut fulcra exponit, verùm ἕρματα leg. exiſtimo.

Ἔργον omnem partium corporis actionem & functionem indicat, præcipuè tamen ad ſenſiles animi facultates refertur, aph. 35. lib. 6. Epid. ſect. 8. ἔργον ἐς τὴν σκέψιν ἄγειν. Cor-

pus

pus quoque & actio in conſiderationem adhibeatur. Ἐργώδεες φαρμακεύεσθαι qui difficulter & non ſine periculo medicationes ferũt, & quibus moleſta eſt purgatio, aph. 37. libr. 2. ἐργώδεις nanque χαλεποὺς illîc exponit Philotheus, quod etiam multa alia ſymptomata & purgationis moleſtias ac damna innuit. ἐργώδεες αἱ φαρμακεῖαι, difficiles & permoleſtæ medicationes, aph. 5. lib. 4. Ἐργώδως difficulter, ac non ſine negotio ſignificat, aph. 6. libr. 6. μόγις, hoc eſt, vix interpretatur Galen. & μετὰ πολλῆς πραγματείας καὶ χρόνου μακροῦ, multo negotio & longo tempore. Philotheus δυσχερῶς.

Ἐρεγμὸς eſt ſaba freſa & confracta in minutas partes, interdumque non de ſola ſaba ſed de cæteris quoque leguminibus fractis ac conciſis ſumitur, vt apud Gal. Com. ad aph. 76. lib. 4. in capillamentorum cauſa, quæ per vrinam feruntur. προσεκέκλητο δ' ὅλος ὁ ἄνθρωπος χρόνῳ τινὶ ἔμπροσθεν, ἐρεγμοῖς τε καὶ κυάμων, καὶ πολλάκις καὶ τυρῷ ἁπαλῷ τε καὶ ξηρῷ. Is verò toto ferè anno præcedente, in vſu cibario habuerat legumina freſa ſabamque freſam, ſæpiſſimeque caſeum mollem & ſiccum. Vbi interpres orobum conuertit, cùm legumina freſa ſignificet. Reliqui fabas freſas cum veteri interprete ſumunt, vt ἐρεγμοῦ κυάμων legiſſe videantur. Ἐρεγμὸς etiam interdum pro lomento & fabarum farina vſurpatum legitur. Ἐρεγμὸς propriè exponitur Erotiano ὁ δίχα διῃρημένος κύαμος, faba in duas partes diſa, vbi φακὸν ἐρεγμὸν exponit. Et Gal. in Exegeſ. τὸν ἐρεγμὸν ἀπὸ τοῦ δίχα διῃρῆσθαι dici ſcribit.

Ἐρεθισμὸς quoduis naturæ irritamentum ſignificat, quo ſolicitata natura ad obeundas motiones excitatur, & quatuor cauſarum ſalubrium genere comprehenditur. Præcipuè verò de ea naturæ irritatione dicitur, qua vellicata, noxia per aluum & inteſtina deponit, aut vbi ſuccorum acrimonia irritata, morſum in ore ventriculi, inteſtinis, aluo ſentiens exoluitur & virium infirmitatem habet. Sic enim Gal. ἐρεθισμὸν dici vult quodcunque naturę irritamentum naturam ſolicitans eiusque vires diſſoluens, ſiue cauſam habeat antecedentem, ſiue nullam, Comment. 2. in libr. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 70. 23.) κατὰ δὲ ὄνομα τὸ τοῦ ἐρεθισμοῦ, περιείληφε πάντα τὰ καθ' οἱονοῦν τρόπον εἰς ἀρρωστίαν ἄγοντα τὴν δύναμιν, ἐν οἷς ἐστι καὶ ἡ δῆξις ὑπὸ δριμέων χυμῶν, ἤτοι κατ' ἔντερον, ἢ κατὰ γαστέρα γινομένη, καὶ μάλιστα αὐτῆς κατὰ τὸ στόμα, καὶ ἀγρυπνία, καὶ ὀργὴ, καὶ λύπη, καί ποτε ἕλμινθες ἐκ τῶν ἐντέρων ἀναβᾶσαι πρὸς τὴν γαστέρα, καὶ κνῆσις τοῦ δέρματος ἅπαντος, ἢ καὶ μορίων τινῶν. ἐπιθυμεῖν δὲ ἔξω νυκτός, ὡς μὴ μόνον αὐτῷ τὸ ἐρεθίζειν, ἀλλὰ καὶ σὺν ἀγρυπνίᾳ καταλύειν τὴν δύναμιν. Communi autem τοῦ ἐρεθισμοῦ (hoc eſt, irritamenti) nomine, ea omnia quæ quocunque modo virtutem ad imbecillitatem deducunt comprehendit, in quibus acceſetur acrium humorum morſus, ſiue in inteſtinis, ſiue in ventriculo, præſertimque in ipſius ore excitatus, tum vigilia, tum ira, tum mœror, tum etiam lumbrici per inteſtina ad ventriculum aſcendentes, tum quoque totius cutis aut quarundam partium pruritus per noctem infeſtus, adeò vt non modò irritando, verùm etiam propter vigilias vires diſſoluat. Sic ibidem Hippocrates ea omnia per πλείους ἐρεθισμοὺς comprehendit, quo nomine cauſam omnem naturæ vires ſolicitantem & labefactantem intelligit. Vt & ibidem rurſus (pag. 67. 38.) in cauſis imbecillitatis virium idem ἄλλον τινὰ ἐρεθισμὸν annumerat, hoc eſt, aliam quandam irritationem, quam Galenus ventris morſum, aut inteſtinorum, vel vigiliam, vel oris ventriculi affectum exponit, his verbis. ἀσθενείας δὲ καὶ δι' ἄλλον τινὰ γίγνεσθαί φησιν ἐρεθισμόν. εἰ μὲν γὰρ δὴ τὴν δῆξιν ἐρεῖ τὴν κατὰ τῆς γαστρὸς, ἢ τῶν ἐντέρων, δόξειεν ἂν ὑποπεπτωκέναι τὸ σύμπτωμα τοῦτο ταῖς ὀδύναις. εἰ δὲ ἀγρυπνίας, ἢ τὸ τοῦ στόματος τῆς κοιλίας πάθος, οὐ κυρίως ἂν δόξειεν ἑρμηνεύειν. Quaſdam autem virium imbecillitates ob aliam quandam fieri irritationem ait. Ac ſi quidem aut ventris morſum, aut inteſtinorum dicit, ſymptoma hoc dolorum nomine comprehendi videtur. Quòd ſi vel vigilias, vel oris affectum intelligit, non propriè interpretari viſus eſt. Ἐρεθισμὸς etiam pro alui irritatione ſumitur ex mordacium & tenuium ſuccorum acrimonia, cùm inde ſolicitata liquida demittit, aut certe externa præſidia, vt glandem & infuſum comprehendit, vt ægr. 2. lib. 1. Epid. ἀπὸ δὲ κοιλίης ἐρεθισμῷ σμικρῷ κόπρανα λεπτὰ ὠμὰ ἄπειρα, πολλὰ δὲ οὐ μετὰ πόνου. Aluus verò parum irritata, ſtercora tenuia crudis ſimilia, multa, non ſine dolore demiſit. Et rurſus ægr. 12. ἀπὸ δὲ κοιλίης ἐρεθισμῷ ὑγρὰ ταραχώδεα διῆλθε μετὰ ἑλμίνθων. Ex aluo irritata liquida & turbulenta cum lumbricis ſeceſſerunt. Ἐρεθισμοὶ dicuntur aph. 20. lib. 1. & lib. περὶ χυμῶν (p. 115. 28.) in genere, ea omnia quæ naturæ victoriam impediunt, eiusque motum remorantur in criſi, cuiuſmodi ſunt alimenta, medicamenta, ſanguinis miſſio, topica remedia, motus tum animi tum corporis, cæteraque id genus quæ ſub cauſis ſalubribus comprehenduntur, & ſumendorum, admouendorum, educendorum, & faciendorum nomine continentur. ἐρεθισμὸς dicit Aretæus capit. 1. libr. 1. Cur. acut. morb. quos alii ἐρεθισμούς. οἱ κατὰ φάρυγγα ἐρεθισμοὶ, faucium irritationes aut irritamenta, vellicationes, morſus ac prurigines faucium dolores excitantes ſignificant, ex humorum acrium & mordacium illapſu, quorum etiam impetus ad aurium glandulas firmatur, & tubercula interdum excitat, in Coac. Prænot. (p. 431. 34.)

Ἐρείκειν eſt frangere, contundere, & de leguminibus dicitur, vt lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 256. 23.) πυροὺς τριμηναίους ἐρείκειν. triticum trimeſtre contuſum & confractum. Rurſus libr. 2. (pagin. 265. 43.) καὶ ζειὰς ἐρείξαντα ξὺν τοῖσι κελύφεσι. & zeam vna cum cortice fractam. Et libr. 2. de Morb. (pag. 156. 29.) ἐρείξαντα τὰς κάχρυς σὺν τοῖσιν ἀχύροισι. hordea torrefacta vnà cum paleis fracta.

Sic autem lego, aut ἐρείξασα, cùm ἐρρίξασα paſſim legatur, & locum ſuſpectum faciat codex Aſulanus. Ex quo apparet ἐρίκειν vt & ἐρείκειν dici, & ἔριγμα pro ἔρεγμα aut ἔρειγμα, & ἐρικτὸς pro ἐρεικτὸς, & ἐρικίδες pro ἐρεικίδες. Sic ἐξερίκειν pro ἐξερείκειν, vt lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 220. 2.) κρίμνον ἐξερίξας paſſim ſcribitur, hoc eſt, polentam craſſius freſam; vbi tamen ἐξερείξας aut ἐξερίξας leg. exiſtimo, etſi locum valde ſuſpectum habeo, vt in κρίμνον ſcribimus. Ab ἐρείκομαι autem ἐρηγμένος & ἐρηρεγμένος deductum eſt, vt κριθὰς ἐρηρεγμένας καὶ πεφωγμένας, hordeum confractum & toſtum dicit Hippocr. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 229. 14.) etſi in quibuſdam codicibus ἐρηρεισμένας legitur. Rurſus lib. περὶ ἐπικυήσιος (pag. 52. 32.) ταῦτα μίξας καὶ ζέσας, ἐρηρεγμένας ὁμοῦ θυμιῆν, hæc ammixta & ferueſacta ſimul confracta ad ſuffitum adhibeto. Vbi tamen ζειὰς ἐρηρεγμένας legiſſe videtur Cornarius, cùm zeam freſam dixerit. Ἔρεγμα autem idem quod ἐρεγμὸς & fabam freſam aut fractam ſignificat & cæteris leguminibus attribuitur. In Coac. Prænot. (pag. 444. 26.) damnatur διαχώρημα χολῶδες ἔχον ἐν ἑωυτῷ φακῶν ἢ ἐρεβίνθων ἐρίγμασι παρεμφερέα, deiectio bilioſa ſimile quiddam lentibus aut ciceribus freſis in ſe continens, tum quæ colore modicè ſubrubro, tum ſubſtantiæ inæqualitate vitium præ ſe fert. Quem locum ſubindicans Erotianus, φακῶν ἐρίγματα ἀντὶ τοῦ διαιρέματα poni ſcribit, hoc eſt, lentes craſſi⁹ diuiſas. Et lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 286. 11.) ἢ τὸ λειχήνατος οἰσύπη αἰγὸς ξηρὴ κόψας καὶ φώξας σὺν κριθῶν ἐρίγματι ἐλαίῳ φυρήσας θυμιῆν. aut quod οἰσύπη capræ dicitur, hoc eſt, ſordē capræ circa pilos ad nates conſiſtentem ſiccam tundito & torreto, atq; cum hordeo freſo oleo ſubactam ad ſuffitum adhibeto. Homeri Schol. Il. ρ. ἐρίγματα ὄσπρια eſſe ſcribit, nimirum ὄσπρια ἐρικτὰ intelligens, legumina freſa, παρὰ τὸ καταψοφεῖν, à ſtrepitum edendo.

Ἐρικίδες exponuntur Galeno in Exegeſ. αἱ ἀδρομερῶς διῃρημέναι κριθαί. ἔνιοι δὲ τὰς δίχα διῃρημένας. καὶ γὰρ τὸν ἐρεγμὸν ἀπὸ τοῦ δίχα διαιρεῖσθαι φασὶν ὀνομάζεσθαι. ἐμοὶ δὲ παρὰ τὸ ἐρείκειν πάντα τὰ τοιαῦτα δοκεῖ γεγονέναι. οὐ γάρ ἐστι τὸ δίχα διαιρεῖν τοῦτο, ἀλλὰ τὸ θραύειν ἁπλῶς. ὅθεν καὶ τὸ ἴτριον ἐρείκιον ὀνομάζεται καὶ αὐτὸ, διὰ τὸ εὔθραυστον. hoc eſt, hordea craſſius diuiſa. Quidam verò in duas partes diuiſa. Nam & ἐρεγμὸν ex eo ꝙ in duas partes dimidatur dici aiunt. Mihi autem omnia eiuſmodi à verbo ἐρείκειν ducta eſſe videntur, quod non ſignificat in duas partes diuidere, ſed frangere ſimpliciter. Vnde etiam ἴτριον placentæ genus ἐρείκιον nominatur, eo quòd ipſum facilè ſit frangibile aut facilè friabile. Sed pro ἐρικίδες quidam ἐρεικίδες ſcribendū contendunt.

Ἐρικτὰ dicuntur Hippocrati freſa, & panes ex hordeo freſo & confracto, lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 267. 23.) χρήσθω δὲ ἄρτῳ σιτώδει, ἢ ἐρικτοῖσιν. Vtatur autem pane frumentaceo aut ex hordeo freſo. ἐρικτὰ autem pro ἐρεικτὰ ſcribitur. Heſychius ἐρικτὰ exponit σῖτον πεφρυγμένον καὶ κοπτόμενον, οἱ ἄλφιτα, χισὰ ἄλευρα.

Ἐρείπεσθαι eſt euerti, proſterni, deiici, labi, concidere. Gal. Com. 3. in lib. 6. Epid. (p. 475. 57.) pro εἰρύεται, ἐρείπεται veterē ſcripturam agnoſcit ex quibuſdam interpretibus clariorem ex ea lectione ſignificationem fore ſperantibus. Agitur autem de corporis mole quæ repente contrahitur aut imminuitur, quod per εἰρύεται denotatur, aut labitur, decidit, proſternitur, quod per ἐρείπεται ſignificatur, & facultatis debilitatem comprehendit. Quam veterem etiam lectionem teſtantur exēplaria Regia manu ſcripta, & vetus quoque interpres. cùm lapſum ea ſubleuatione dixit, vt noſtris eum in locum Annotat. indicauimus. Idem etiam Gal. eodem Com. (p. 476. 8.) pro ῥυήσεται apud Hippocr. (quod eſt deflueт) ἐρείψεται quoſdam legiſſe teſtatur, quod eſt, labetur, decidet. Quibus verbis virtutis lapſus & corporis concidentia innuitur. Erotianus ἐρείπειν τὸ καταπεσεῖν, quod eſt decidere, exponit, indeq; ἐξερείπειν & ἐρειψις apud Hippocr. deduci ſignificat. Idem etiam ἐξέρειπεν ἐξέπεσεν apud Hippocr. exponit (etſi ἐξήρειπεν, aut ἐξέρειπεν melius legi ſupra diximus) ꝙ eſt decidit. Nimirum locum lib. κατ' ἰητρ. (p. 691. 28.) ſubindicans, παχύτατα δὲ ᾗ ἐξέρειπε τὸ κάτηγμα. craſſiſſimæ verò [ferulæ] qua fractura erupit in quam partem fractura inclinat, dixit Celſus. Verùm ἐξήρειπε pro ἐξέρρεπε legunt exemplaria quædā manu ſcripta, vt illic ſubmonuim⁹, ꝙ & feciſſe Erotianū apparet.

Ἔρεισμα idem ꝙ ἔρεισμα, ſtabilimentum, fulcimentum. Idem illiſionē aut impreſſionē ſignificat, vt lib. de fract. (p. 546. 53.) ἰσχυρὸν ἔρεισμα, vehementē illiſionē, quæ cum impetu aut impreſſione facta ſit, & quæ veluti inſidet. Sic ἐρείδειν eſt inniti, adurgere, retro cogere, vt lib. de fract. (p. 551. 25.) ἐς τὸ ἐξεστηκὸς ἐρείδειν, os quod luxatū eminet retro cogere, id quod extat adurgere, ſupra id ꝙ excidit inniti, quod fit in articuli luxati repoſitione. ſupra promiinens os vrgere dici poteſt ex Celſo. Ἀντερείδειν quoq; eſt reniti, repellere, propellere. ἐς θάτερα ἀντερείδειν lib. de fract. (ibidē) contra ꝓpellere ex Celſo dicitur. Quod fit cum miniſter membrum luxatum ab altera parte in quā medicus quod elapſum eſt recōdit, propellit, cōtraq; renititur. Ἀρείσματα quoque Galenus στηρίγματα, fulcra & ſtabilimēta exponit Com. 3. in lib. κατ' ἰητρ. (p. 704. 16.) Atque ibidem Hippocr. (v. 3.) ἐρμάσματα explicare videt, cùm ἐρεισμάτων χάριν ſcribit, hoc eſt, fulcimentorū gratia. Et Gal. ἐρμάσματα τὰ ἐρείσματα exponit Com. 3. in lib. de fract. (p. 559. 29.)

Ἐρετρικὴ γῆ aut ἐρετριακὴ, vide γῆ ἐρετρίς.

Ἐρεύγειν & ἐρεύγεσθαι eſt eructare & ructū emittere, vt lib. 2. de Morb. (p. 156. 49.) καὶ ἐρεύγεται θαμινά. καὶ ἐπὴν ἀπερεύγῃ. & frequēter eructat, & vbi eructauerit. ἀπερεύγῃ tamen malim. Hinc quoq; ἀπερεύγεσθαι & ἐξερεύγεσθαι deducta ſūt. Lib. 2. de Morb. (p. 155. 1.) καὶ ἀπερεύγεται τὸ πόμα θερμὸν, potū calidū auerſat, reiicit, tranſlatione à ſtomacho cibis oppleto ducta eosq; reiicientе. Vbi tamē ἀπερεύγεται ſcribit. Sic etiā ἐξερεύγεσθαι eructari, prūpere, erūpere, tropicè dicit, vt in

vt in his quę adiecta ſunt ad lib. de Nat. hum. (p. 25.44.) ἑκάστοισι δ' αὖ ἐς τὴν κύστιν ἐξερεύγεται. Quibus verò in veſicam eructatur, erumpit. In Prorrh. quoque (p. 219.17.) παρ' οὖς ἢ ἐξερεύγεται. aliquis ad aures abſceſſus eructatur, effunditur, eiicitur. Lib. 2. περὶ διαίτης (p. 99. 39.) τὸ ὑπερβάλλον ὑγρὸν ἐξερεύγεται ἡ σάρξ. excedentem humiditatem caro eructat. Lib. 2. Epid. (p. 317. 32.) τὸ φλέγμα ἐξερεύγεται κατὰ τὰς ῥῖνας ἐς τὸν πνεύμονα, pituita in naribus regurgitans ad pulmonem redundat, effunditur. Hinc quoque ἔρευξις & ἐρευγμὸς Hippocrati familiares dictiones, quæ idem quod ἐρυγή, ructum aut eructationem ſignificant, & omnem flatus ex ventriculo per os eductionem. Lib. 6. Epid. aph. 24. ſect. 2. ὅπη ἔρευξις λυσιτελής. Atque vbi eructatio conducit. Quibus verbis eructationem interdum mouendam conſulit Hippocr. vt in iis qui multos flatus ventre concluſos habent, qui nequeunt per infernas ſedes emitti, vt illic ſcribit Gal. Item vētriculum etiam imbecillum per ructus tanquam per propriam exercitationem roborari, ideoque ſæpe ſtudendum eſſe vt ructus emittātur, etſi exiguus in ventriculo flatus ſentiatur. Quos etiam Sabinus ex anguſto oris vaſculo bibentem ciere iubebat. Idem quoque ſcribit ἔρευξιν quibuſdā accipi pro quacūque flatuoſi ſpiritus vacuatione, vndecunque aut qualitercunque fiat. Quibus & tuſſis, & ſternutatio, & ſingultus, & flatus qui per ſedem emittūtur, & ſpiritus per vniuerſum corpus tranſpirationes ἐρεύξιες dicuntur. Alii verò omnem non modò flatuoſi ſpiritus, verumetiā aliorum humorum excretionem, ἔρευξιν dici volunt, Homericum illud adducentes, ἐρευγομένης ἁλὸς ἔξω. Sic τὰ ἀπερευγόμενα ἐς τὴν σάρκα dicuntur, quæ in carnem eructantur, reiiciuntur, aut ſecernuntur, lib. περὶ ὀστέων (p. 108.14.) Lib. περὶ χυμῶν (p. 114.41.) dicitur παίδευσις ἐρεύξιος, correctio per eructationem aut ructum. Et lib. 2. Epid (p. 314.47.) ἔρευξις cum tuſſi, ſternutamento, oſcitatione, pandiculatione inter flatuoſos affectus accenſetur. Dicitur ἔρευξις vt & ἐρυγή, aph. 22. ſect. 8. lib. 6. Epid. ἄρξαι ἔρευξιν, ἢν ὀκνέῃ. Quibus verbis cōtemplandum monet num natura eructationem tentauerit & obtinuerit. Quod etiam in cæterorum excrementorum reiectione & expulſione conſyderandum eſt, quomodo illic ſumpſiſſe videtur Galenus. Vbi ἐρεύξιος nomine non ſolùm flatus è ventriculo eductio, ſed & omnis humorum & excrementorum reiectio contineri videtur. Sic quoque ἐρυγγάνει, ἀποβάλλει, reiicit, exponitur Galeno in Exeg. apud Hippocr. & ἐρυγὴ ἐρύγμα, ἀπόβλημα. Etſi prius exemplum quibuſdam in exemplaribus non adſcribitur, neque ſuo loco, hoc eſt, ſerie alphabetica bene ponitur. Legitur tamen Prorrh. 2. (p. 415.10.) σιτίον δὲ ἢ οὐκ ἐρυγγάνει. Videndum quoque num quid eructatione reiiciat. Et rurſus ibidem (v. 16.) ἢν δὲ τὸ δεῖπνον καταφαγὼν μὴ περιπατῇ, ἐρυγγάνει τ' αὖ. Quòd ſi vbi cœnam ſumpſerit neq; deambulet, & eructatione cōflictetur. Sic ἐρυγγάνειν lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 287.6.) ἄριστον δὲ ἐρυγγάνειν. Optimum autem eructare aut reiicere. Rurſus lib. 3. περὶ διαίτης (p. 104. 3.) ἐρυγγάνουσιν ὀλίγον ὕστερον ὀξέα, paulò poſt acida eructant, hoc eſt, reiiciunt. Eadem quoque notione ἐρυγγάνεις dicitur pro ἐρυγγάνειν eodem lib. (p. 103.38.) ἐς τὴν ὑστεραίην τὸν σῖτον ἐρυγγάνεται ὠμόν, poſtridie cibum crudum eructat. Et rurſus (ibidem. v. 41.) ἐρυγγάνεται τὸν σῖτον ὠμόν. Ἐρύγματα etiam dicuntur Hippocrati & idem ſignificant quod ἐρεύξιες aut ἐρευγμοί, lib. 2. de Morb. (p. 56.23.) ἐπὴν δὲ φάγῃ, ἐρύγματά οἱ γίνεται, vbi autem comederit, ructus ei oboriuntur. Vnde ἐρυγματώδης νοῦσος deſcribitur Hippocrati ibidem (v. 48.) & exponitur Galeno in Exeg. ἡ ἐρυγμῶν ἀπεργαστική, ἡ πνευματώδης, morbus ructus efficiens aut flatuoſus, morbus ructuoſus aut ructator, quemadmodum ructatrix menta dicitur Martiali lib. 10. Eſt & ἤρυγμε aut ἠρυγμένω idem quod ἠρυγγάνω Hippocrati, lib. 7. Epid. (p. 352.20.) σιτίον περὶ τὰς ἑπτὰ ζ ἤρυγμε & ἤμει. cibum primis ſeptem diebus eructabat ac reuomebat. Atque haud ſcio an hunc locum in Exeg. ſubindicet Gal. & pro ἤρυγμε ἠρύγγανε legerit, aut pro ἠρύγγανε ἤρυγμε legendum ſit. Ἐρευγμὸς etiam Hippocrati idem quod ἔρευξις ſignificat, eſtq; halituoſi, ſpiritus & flatus in ventriculo collecti per os eductio, eructatio. In Coac. Præn. (p. 427.41.) οἷσι δὲ ἐρευγμοί, φῦσαι, quibus autem eructationes, flatus. Rurſusq; (p. 444. 30.) ἐρευγμὸς ὑποστρεφόμενος εἴσω κατειλούμενος, eructatio ſubducta intro conuoluta, flatum ventriculi denotat ſubtractum ac velut intro retractū, qualis eſt iis qui eructationem erumpentem verecundè continent, intro conuoluunt, & in ventrem demittūt. Ἐρευγματωδέστερα αἴγεια κρέα τῶν βοείων, caprinæ carnes bubulis ampliores ructus gignunt, lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 111.37.)

Ἔρευθος προσώπου, faciei rubor, plenitudinis & redūdātis ſuccorū copię ſignū. ægr. 12 lib. 3. Epid. poſt ſt. peſt. & lib. 2. Epid. (p. 314.47.) ἢν ἐν πυρετοῖσιν ἀσώδεσι, ῥιγώδεσι, ἐρεύθηται πρόσωπον. Quib⁹ in febrib⁹ quæ cum corporis iactatione & horrore accidūt, vultus rubet.

Ἐρεύμενα οὖρα ἐπινέφελα ἐν μέσῳ, vrinæ in medio aliquā nubeculam accipientes aut aſſumētes dicunt, In Coac. Prænot. (p. 441.2.) vt ſint ἐρεύμενα μεταλαμβάνοντα, quomodo ἐρεύμενον apud Heſiodū exponit Varinus. Poteſt etiam ἐρεύμενα, pro ἐρεύγμενα & ἐρευγόμενα dici per ſyncopem Ionicā, vt intelligātur vrinæ nubeculas in mediū eructātes aut effundētes, vt ἐκ τῶν ἐρεύγεως copia & redūdātia quędā tropicè ſubaudiatur. Sunt etiam qui ἐρεύμενον apud Heſiodum pro ἐρύμενον poſitum exiſtiment, à themate ἔρω aut ἐρύω.

Ἐρῆμον ἰητρικῆς ἐόν, os arte medica aut curatione deſtitutum lib. 7. Epid. (p. 367.47.)

Ἔρεισμα. Ἐρείδεσθαι & Ἐρεισθῆ, vide in Ἐρείκειν.

Ἐρὲξ, de hepate dicitur Galeno in Exeg. additq; in plæriſque cod. ῥὴξ ſcribi. Ea autem dictione ſuperiorē hepatis partē denotari ſcribit,

iuxta quam fibræ inter ſe diuiduntur. Quibus verbis quemnam Hippocr. locum ſubindicet Galenus valde eſt obſcurum. Mihi ſanè locus lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p.226.5.) & lib. 1. περὶ γυναικ. (p.245.10.) & (p.260.6.) exprimi videtur, vbi τῆς ὑστέρας ἀπεστραμμένης scribitur, vt pro ἀπεστραμμένης leg. videatur Gal.

Ἐρμάζειν eſt fulcire, ſtabilire, firmare apud Hippocr. & ἐρμασθῆναι aut στηριχθῆναι exponit Galenus, idque apud interpretes vbiq; ſignificare ſcribit. Vnde ἕρματα aut ἑρμάσματα dicuntur fulcimenta, fulcra, aut ſtabilimenta. ἕρματα tamen & ἀντερείσματα aut ἐρείσματα, differre videntur. quòd ἑρμάσματα dicantur quęcunque circa deligationes fulciendi gratia adhibentur, ſiue deligationea ſint, quæ partes immobiles contineant, ſiue quid in deligationibus ſubiiciatur, vt ſplenia, panniculi, fimbriæ itē, aut quæ tam ſubiici quàm circundari cõſueuerunt, cuiuſmodi ſunt ſubligamenta aut faſciæ primùm iniectæ (ὑποδεσμίδες dicuntur) quæ & præter alios vſus fulciendi quoque gratia adhibentur. Deinde etiam panniculi & plagulę, quę non ſolùm fracturas, verumetiam faſcias firmant. Poſtremò verò faſciæ quæ extrinſecus circundantur, & ferulæ & fimbriæ. Hæc nanque omnia cùm cõtinendorum ſubiectorum cauſa iniiciantur, fulcimentorum vſum non tam ſubiectis quàm fracturis præbent. Ἀντερείσματα autē aut ἐρείσματα dici videntur, quæ ſine deligatione affectæ parti ad eam ſtabiliendam apponuntur, à dextris aut ſiniſtris, aut ſupra, aut infra, qualiacunque ea fuerint, ſiue ſuperponātur, ſiue ſubſternātᵉ, velut caput puluinis aut ceruicalib. laniſq; etiā & pānis mollib. firmatur. Canales quoq; qui fractis crurib. vtrinq; apponūtur, ἐρείσματα dicuntur. Lanā verò quæ rotunda forma in alam coniicitur, quando luxatum humeri articulum repoſitum religamus, licet & ἑρμάσματος & ἐρείσματος nomine appellare. Cùm enim deligetur, pars etiam ipſa totius deligaturæ efficitur. Quæcūque autem ad fulciendum thoracem & caput extrinſecus apponuntur, ἐρείσματα potius quàm ἑρμάσματα dici videntur. Sæpe tamen ἑρμάσματα & ἐρείσματα de iiſdem dicuntur, vt teſtatur Gal. & abſque differentia iiſdem nominibus vſi ſunt Hippocr. interpretes & Galenus ipſe. Verùm cùm exquiſitè rem proſequitur, hanc differentiam peculiarem conſtituit, vt ἑρμάσματα dicantur, quæ in ipſa deligatione continentur, ἐρείσματα autē, quæ extra deligationem ſpectantur. Eſt & horum quoque proprium diſcrimen, vt ἐρείσματα dicantur ſtabilimenta & firmamenta quæ partibus adhibentur neceſſario motu præditis, & quem cohibere aut ſedare in noſtra ſitum non eſt poteſtate: ἑρμάσματα autē appellentur, quæ partibus immobilibus fulcimenta apponuntur. Gal Com. 3. in lib. κατ' ἰητρ. (p.704) Ἑρμάζειν, ἑδράζειν, στηρίζειν quod eſt firmare, ſtabilire, affulcire, exponit Gal. com. 3. in lib. κατ' ἰητρ. (p.692.1.) Dicitur & ἑρμάζεσθαι, & ἡρμᾶσθαι, ἐρηρεῖσθαι ἢ ἡρμόσθαι. firmatum, fulcitum aut aptatum eſſe exponit Gal. in Exeg. Et ipſe Hippocr. τὰ ἑρμάσματα velut ἐρείσματα explicat lib. κατ' ἰητρ. (p.692.3.) Apud Erotianum ἥρμασαι, ἵδρυσαι, ἐστήρικται, firmatum & & ſtabilitum eſt exponitur, vbi ἥρμοσται malè legi videtur. Heſychius ἑρμάσαι ἐλαφρῶς περιελίξαι exponit, leuiter conuoluere, & ἑρμάζει στηρίζει, ſtabilit. ἡρμᾶσθαι verò legitur lib. κατ' ἰητρ. (pag.677.43.) ſicque legiſſe videtur Gal. Eſt autem ἕρμασμα Erotiano ſaburra, vel quod loco ſaburræ ad ſtabiliendam nauem & ad eius pondus æquandum carinæ imponitur. ἕρματα & ἑρμάσματα, quæ ſunt fulcra, fulcimina, ſtabilimenta quæ ſuſtentandi cauſa apponuntur, τὰ ἐρηρεισμένα exponit Gal. Com. 3. in lib. κατ' ἰητρ. (p. 697.45.) & Com. 3. in lib. de art. (p.615.54.) & ἑρμάσαι τὸ ἐρεῖσαι.

Ἑρματίζειν quoq; pro ἑρμάζειν ponitur apud Hippocr. & ἑρματίζεσθαι pro ἑρμάζεσθαι, quod eſt fulcire, obfirmare aut fulciri & obfirmari. Lib. de fract. (p.559.6.) ἑρματιζομένη κνήμη dicitur, tibia affirmata & affulcita. Vbi eam vocem Galenus παρὰ τὰ ἕρματα factam ſcribit, τουτέστι τὰ ἐρείσματα. Et ibi quoque τὸ ἑρματιζομένης ἀντὶ τοῦ ἠρτημένης poſitum ſcribitur, cùm οὐκ ἠρτημένης potiùs legendum videatur, (quod enim affulcitum eſt, minimè pendulum eſt) aut ἐρειδομένης, vt adaptatam calcem ſignificet.

Ἑρμᾶσαι etiam pro ἑρμάσαι ponitur Hippocrati lib. de art. (p.615.48.) & dicitur de deligatione quæ ad pectus obfirmatur in concuſſione per ſcalam, quæ ita pectus ſtabiliat, vt in concuſſione non laxetur. Galenus ἐρεῖσαι exponit, vt ἕρματα τὰ ἐρείσματα. Eſt & ἑρμασμοῦ ἕνεκα τῆς ἑρμάσματος, lib. de fract. (p 565.38.) ἑρμασμοῦ ἕνεκα, firmamenti gratia, vt obfirmentur. Ἕρματα τὰ ἐρείσματα, hoc eſt, fulcra, fulcimina, ſtabilimenta exponit Gal. & dictionem Homericam eſſe adſcribit ex Il. β (v. 154.) ὑπὸ δ' ᾕρεον ἕρματα νηῶν. fulcra nauib. ſubtraxerunt. vt & Il. α. (v. 486.) ὑπὸ δ' ἕρματα μακρὰ τάνυσσαν, ſubtenderunt autem fulcra longa. Ex quibus ſatis apparet ἔργματα vitioſè legi apud Erotianum pro ἕρματα, quæ ἐρείσματα, hoc eſt, ſtabilimenta exponit, & locum lib. κατ' ἰητρ. ſubnotari vbi ἑρμάσματα legitur, Gal. autem & ἕρματα & ἑρμάσματα legi indicat. Idem quoque ἕρμα, ἕρμασμα & ἕρμασιν ex eadem ſignificatione deducit, & τὰ ἑρμάσματα eſſe ſcribit. τὰ τὸν ἱστὸν τῆς νεὼς ἀποκρεμνῶντα ἢ φορτίον ἔχοντα ἢ τίκτοντα, ἀλλὰ τοῦ στηρίζειν μόνον fulcra aut ſubſtentacula quæ nauis malum firmant, non ponderis ſed firmandi tantùm gratia.

Ἕρπει ἠρέμα βαδίζει ſenſim incedit exponit Erotianus apud Hippocratem, & ἑρπετὰ, τὰ εἰς τὴν ἔραζε βαδίζοντα, ἤγουν τὴν γῆν. quæ in terram incedunt.

Ἕρπης tumor eſt exulceratus ex bile puriore & ſynceriore ortum trahens. Cuius duo genera ponuntur, ἕρπης ἐσθιόμενος, herpes exedens, & ἕρπης κεγχρίας, herpes miliaris. Eorum verò cauſas & notationem his verbis proſequitur Gal. lib. 2. de Cur. ad Glauconē (p.208.40.) χολὴ δὲ ξανθὴ, μείξασα μὲν τὴν ἑαυτῆς φύσιν σώζουσα, σὺν τῷ αἵματι φέρεται παντὶ χόρῳ τοῦ σώματος, ἕκ τινος τὸ πά-

θος γα-

ρες φαίνεται, μόνης δὲ ἀποκριθείσης, καὶ κατά τι μόριον ἱσταμένης, ἕρπης ὀνομάζεται. εἰ μὲν δὴ παχεῖα τὴν σύστασιν εἴη, πᾶν ἕλκει μέχρι τῆς ὑποκειμένης σαρκὸς τὸ δέρμα, καὶ καλεῖ τούτους Ἱπποκράτης ἕρπητας ἐσθιομένους. εἰ δὲ λεπτοτέρα εἴη, τὸ ἐπιπολῆς μόνον ὥσπερ ἐπικαίει. καὶ ἔτι τὸ γένος ἀπηνέγκατο τὴν τοῦ γένους προσηγορίαν, ἁπλῶς τε καὶ χωρὶς προσθήκης ἕρπης ὀνομασθείς. τῶν γὰρ ἄλλων δυοῖν εἰδῶν τὸ μὲν ἤδη προειρημένον, ἐσθιόμενος ἕρπης ὀνομάζεται, θάτερον δὲ τὸ λοιπὸν, κεγχρίας, ὅτι καὶ τούτῳ συμβέβηκε φλυκταίνας μικρὰς καὶ πολλὰς ἐπιπολῆς τοῦ δέρματος ἐπεγείρειν κέγχροις ἐοικυίας. γίνεται δ' ὁ τοιοῦτος ἕρπης ὑπὸ χολῆς καὶ αὐτὸς, ἀλλ' ἧττον δριμείας καὶ θερμῆς ἢ οἱ πρόσθεν. Bilis autem flaua quando ſua natura vnà cum ſanguine per totum corpus defertur, morbus regius vocatur. Per ſe verò vbi ſecreta eſt & in aliquo membro conſiſtit, herpes nominatur. Quòd ſi conſiſtentia quidem craſſa fuerit, totam cutim ad carnem ſuppoſitam vſque vlcerat, boſque herpetes exedentes vocat Hippocrates. At verò tenuior, quod in ſuperficie tantùm eſt velut deurit, eaque ſpecies generis appellationem ſortitur, herpes ſimpliciter & ſine addito nominata. Ex duabus enim aliis ſpeciebus, quæ iam priùs dicta eſt, herpes exedens nominatur, reliqua verò altera miliaris, quòd huic contingat vt puſtulas multas ac paruas miliis ſimiles per ſummam cutem excitet. Oritur autem & eiuſmodi herpes etiam ex bile, ſed minus acri & calida quàm priores. Idem verò lib. de tumor. præter nat. (p. 356. 2.) ὅταν καταςκήψῃ χολῶδες ῥεῦμα, τὸ μὲν ἀκριβὲς ἑλκοῖ τὸ δέρμα, τὸ δὲ ὑδατωδέστερον ἰχῶρσιν ἢ αἵματι συμμιγὲς, ἧττόν ἐστι δριμὺ, καὶ μᾶλλον εἰς ὄγκον αἴρει τὸ μέρος ἢ ἑλκοῖ. τοῦτο μὲν οὖν ἐρυσίπελας ὀνομάζεται, θάτερον δὲ, ἕρπης. ἐνδείκνυται δὲ τὸν ἐργαζόμενον χυμὸν ἥ τε χρόα καὶ ἡ θερμότης τῶν παθῶν. ἐπεὶ δὲ αὐτὸς τῆς δριμύτητος, ὁ μὲν ἧττον, ὁ δὲ μᾶλλον ὑπάρχει τοιοῦτος, ἴσμεν ἐστὶ μὲν τῷ δριμυτέρῳ τὸν ἐσθιόμενον ἕρπητα συνίστασθαι. οὕτω γὰρ αὐτὸν ὀνομάζει Ἱπποκράτης. ὑπὸ δὲ θατέρου τὸν ἕτερον, ὃν καὶ κεγχρίαν ἔνιοι τῶν μετ' Ἱπποκράτην οὐνόμαζον, διότι κέγχροις ὁμοίας ἐξοχὰς ἀποτελεῖ κατὰ τὸ δέρμα. φλέγμα μὲν οὖν ἐμοὶ δοκεῖ μεμίχθαι τῷ τοιούτῳ ῥεύματι· τὸ δ' ἕτερον ἀκριβοῦς εἶναι χολῆς. διὸ ἔτι καὶ μετὰ διαβρώσεως γίνεται, τὸ συνεχὲς ἀεὶ τοῦ δέρματος ἐπιλαμβάνοντος τοῦ πάθους, ὅθεν ἀπ' αὐτοῦ καὶ τοὔνομα. μιχθέντος δὲ αἵματος ἴσου τῇ χολῇ, τὸ πάθος ἀμφοῖν ἐν μέσῳ τὴν ἰδέαν ἐστὶ καὶ τὴν φύσιν, ἐρυσιπελατῶδές τι καὶ φλεγμονῶδες. εἰ δὲ πολὺ ἐπικρατοίη τὸ ἕτερον, ἀπὸ τοῦ κρατοῦντος ἡ προσηγορία τῷ πάθει. κατηγορεῖται δὲ αὐτοῦ τὸ μιχθέν. ἐρυσίπελας μὲν οὖν φλεγμονῶδες ἐπὶ τῆς ξανθῆς κρατούσης· φλεγμονὴ δὲ ἐρυσιπελατώδης ἐπὶ τῷ κρατοῦντι αἵματι λέγεται). Cùm bilioſa fluxio decubuerit, quæ exacta quidem eſt, cutem vlcerat, quæ verò àquoſa ſanie ſanguineúe mixta, minus acris eſt, partéq; in tumorem potiùs attollit quàm vlcerat. Hóc quidem Eryſipelas nominatur, alterum verò herpes. Humorem autem qui effecit, tum color, tum affectionum calor indicat. Cùm verò ex acri ipſo, hic quidem minus, ille verò magis talis ſit, noſſe quidē oportet ex acriore herpetem exedentem conflari, (ſic enim ipſe nominauit Hippoc.) ex altero autem alterum, cui nonnulli Hippocr. poſteriores miliaris nomen impoſuerunt, quod eminentias in cute miliis ſimiles efficiat. Mihi quidem fluxio iſta pituita mixta eſſe videtur, vt & altera ſynceram bilem continere. ideoque etiam cum corroſione fit, cutis continuitatē ſemper prehendente affectu, vnde & nomen habet. Æquali verò ſanguine bili permixto, affectio tum ſpecie tum natura, amborum media Eryſipelatis & inflammationis exiſtit. Quòd ſi alterum multò exuperet, ab eo quod ſuperat affectui nomen eſt, nomine autem ipſo indicatur quod mixtum eſt. Eryſipelas igitur inflammatorium bile flaua ſuperante, inflammatio verò Eryſipelatoſa, vbi ſanguis exuperat dicitur. Ἕρπητας autem ἐσθιομένους celebrat Hippocrates aph. 22. libr. 5. & extremo lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p. 114. 17.) Idem quoque Prorrh. 2. (pag. 418. 25.) herpetem exedentem & depaſcentem deſcribere videtur & inter vlcera depaſcentia reponere, quem ſub ignis ſacri altera ſpecie videtur eſſe complexus Celſus cap. 28. lib. 5. etſi paulò ante herpetem ἐσθιόμενον propriè expreſſerit. Videtur autem ab eryſipelate exulcerato ea re diſtingui, quòd qui herpetem exedentem humor creat, tenuior eſt & ſyncerior quàm qui vlceratum eryſipelas efficit. Adde quòd herpes cutim ſolam exulcerat, eryſipelas aliquid etiam ſubiectæ carnis afficit. Dicuntur autem ἕρπητες οἱ μετὰ διαβρώσεως, οὓς ἐσθιομένους Ἱπποκράτης ὀνομάζει, vt ſcribit Gal. lib. 2. de præſag. ex pulſ. (pag. 128. 48.) Sunt & τὰ ἑρπυστικὰ vlcera ſerpiginoſa, ſerpigines, puſtulæ ſerpiginoſæ. In Coac. Præn. (p. 444. 22.) Quæ ἑρπυστικὰ vocantur lib. 2. Epid. (p. 315. 18.) ἱδρῶτες δὲ καὶ ἑρπυστικὰ ἐπὶ πολλῷ χρόνῳ τῆς κεφαλῆς ἐγένοντο. Sudores verò & ſerpentia vlcera longo poſtea interuallo in capite fiebant.

Ἔῤῥιψις proiectio, deiectio ac proſtratio dicitur apud Hippocratem, cùm corpus velut mortuum ac inanime omni robore perfectè exoluto & remiſſo proſtratum eſt, quod extremum virium lapſum denotat. Sic enim ἔῤῥιψιν apud Hippocr. lib. περὶ χυμῶν (p. 115. 1.) exponit Gal. lib. de tremore & palpit. (pag. 365. 35.) & ἐῤῥίφθαι τοῦ κατακεῖσθαι ea ratione differre inter ſe ſcribit qua καταπίπτειν πρὸς τὸ κατακεῖσθαι, quod eſt concidere ad decumbere. Idem Gal. com. 24. in lib. 1. de humorib. omnes veteres ac recentiores Hippocratis interpretes in huius vocis explicatione reprehendit, ſcribitque ἔῤῥιψιν appellari cùm quis modo hominis viuentis decūbere non poteſt, ſed tanquam mortuum inanimumque corpus deorſum fertur. Cùm enim quis decūbens ad pedes ſublabitur, vt Hip. ſenſit, ſignum eſt virium ad extremam imbecillitatem perductarum. Non poſſe autem ſtare, vel ſedere, vel exurgere eſt certe minus graue: ſed deiectum eſſe ac proſtratum adinſtar inanimi corporis, cùm robur vniuerſum eſt ex omni parte exolutum & perditum, id corpus ab Hipp. dicitur ἐῤῥίφθαι

hoc eſt deiectum eſſe & profligatum, ipſeq́; affectus ἔῤῥιψις, h. e. virium deiectio aut proſtratio nominatur. Eſt & ὀμμάτων ἔῤῥιψις oculorum proiectio aut proſtratio, aph. 19. ſect. 1. lib. 6. Epid. cùm oculi præ imbecillitate facultatis palpebras diſpẽſantis amplius aperti eſſe nequeunt, ſed eorum vis languida eſt ac omnino proſtrata, oculoq́; ferociẽti opponitur, qui delirium portendit. ῥίψις Galeno dicitur, Erotiano verò ἔρριψις, & πτῶσις exponitur, & ab ἐρείπιον deducitur, quod καταπτῶν ſignificat. Indicatur nanque ea dictione oculorum caſus, proiectio & proſtratio, tam languida & remiſſa facultate, vt attolli aut aperiri nullo modo queant. Et certe eum mihi videtur locum Erotianus hac dictione exprimere.

Ἐῤῥῶσθαι τὴν διάνοιαν, mẽte conſtare, valere, aph. 33. lib. 2. ἐῤῥωμέναι ἀγρυπνίαι, fortes & vehementes vigiliæ, lib. περὶ κρισίων (p. 386. 49.) ἐῤῥωμένον πρόσωπον, facies benè habita, optimè colorata & ſanis ſimilis, In Coac. Prænot. (p. 432. 40.) & lib. 2. Epid. (p. 318. 11.)

Ἐρύσασθαι idem quod εἰρύσασθαι ſignificat, & dicitur ſignificatione actiua & paſſiua, trahere aut trahi. Lib. 4. Epid. (p. 332 37.) ἡ τὴν γνάθον ἐρυσθεῖσα, quæ malam diſtractam, hoc eſt diſtortam habuit. Eſt enim ἐρύσασθαι ἑλκύσασθαι, κατασπάσασθαι. Rurſus lib. 5. Epid. (p. 339. 35.) ἐς τοὔπισθεν ἐρυσθείς, in poſteriora contractus, tractus.

Ἐρύθημα idem quod ἔρευθος deſignat Hippocrati, & de rubore dicitur qui faciẽ aut malas occupat, magniq́; febrilis incendij ſignum eſt, ſanguine feruido cum ſpiritu ad ſuperiora prorepente. Lib. 1. Epid. ægr. 14. ἐρύθημα ἐπὶ γνάθων malarum rubor. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 94. 25.) ἐρυθήματα προσώπου faciei rubores ex ſanguinis copia. In Coac. Prænot. (p. 427. 39.) ἐρυθήματα ἐπὶ προσώπου faciei rubores inter hæmorrhagiæ indicia. ἐρυθήματα κατὰ ῥῖνας, narium rubores diſſluentis & liquidæ alui indicia ibid. (p. 430. 15. & 43.) & ἐρυθήματα ἐπὶ προσώπου γινόμενα, in facie exorti rubores, ibid. (p. 444. 4.) Sunt & ἐρυθήματα tumores flãmei & rubicundi qui ex inflammatione oriuntur aut ex ſanguine feruido, velut etiam eryſipelata. In Coac. Prænot. (p. 425. 48.) ἐρυθήματα ἐν χερσὶ καὶ ποσὶν, rubores in manibus & pedibus. ἐρυθήματα ἐν πυρετοῖσι γινόμενα dicuntur etiam rubentes cum inflammatione abſceſſus qui ſecedente à venis ſanguine colliguntur, aut tumores flammei in facie apparẽtes, ſublato ſurſum cum humoribus ſanguine, in parotidum denũciatione, ibid. (p. 429. 38.) velut in earundem ſignificatione περὶ τὰ πρόσωπα ἐπάρματα aliás reponit eiuſdem Præſagii author. & in Prorrh. (p. 218. 49.) ἔρευθος προσώπου καὶ ὄγκος παρὰ φύσιν in abſceſſuum ad aures ſignis annumerantur. ἐρυθήματα ὑποπλατέα ἐν τοῖσι στήθεσιν, aliquantulũ lati tumores rubicundi in pectoribus enati, perniciẽm denotantes in peripneumonia ſicca, ibid. (p. 437. 7.) ἐρύθημα etiam de tumore rubicundo qui in angina exoritur, dicitur, vt aph. 49. lib. 5. & Coac. Prænot. (p. 434. 29. & 33.) & progn. (p. 158. 44. 45. & 52.)

Ἐρυθρὸν rubrum dicitur, verùm illum etiam colorem capit qui ad ruffum ex rubro accedit, qualis eſt bilis vitellina, quæ & rubra eſt & egeſtiones rubẽtes facit, qualis eſt oui vitellus. In Coac. Prænot. (p. 429. 10.) ἐρυθρὰ διαδιδόντα περὶ κρίσιν ὠφελεῖ, rubra ad indicationem prodeuntia iuuant. Et rurſus ibidem (p. 441. 46.) ἀπὸ ἐλλεβόρου ἐμέειν ἐρυθρά. epoto veratro rubra vomitione reiicere. Veratrum autem vtranque bilem purgat & pituitam Meſueo. τὰ ἐρυθρὰ ſunt puſtulæ rubentes ex ſanguine fluido vi ignis excitatæ, aut alia ex cauſa, lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p. 113. 35.) vbi & ὑπέρυθρα dicũtur quæ maximè rubent. ἐρυθρὰ ἐπιφαινόμενα, menſes rubri, hoc eſt ſanguinei cõparentes, lib. 4. Epid. (p. 330. 35.) Et ἐρυθρὰ οἰδήματα tumores rubri & ſanguinei, aph. 65. lib. 5. Eadẽ notione Gal. in Exeg. ἐρυθροῦ στέαρ, τὸ ἔναιμον, rubrũ adipem, cruentum aut ſanguineum apud Hipp. exponit, nimirum locum lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 280. 4.) exprimẽs. Vbi tamen ἐρυθρὸν στέαρ χηνὸς ſcribitur. Sic ἐρυθρὰ πρόσωπα dicuntur Aretæo cap. 7. lib. 1. περὶ ὀξ. παθ. facies rubentes & ſanguineæ in angina. Et ἐρυθρίασις verecundiam aut erubeſcentiam ſignificat, lib. περὶ εὐσχημοσ. (p. 15. 33.) pudentem ruborem dixit Caluus, cùm quis pudore & rubore ſuffunditur. Ἐρυθρόχλωροι ſunt ex rubro palleſcentes, quique ſanguine bile flaua permixto abundant, lib. 6. Epid. aph. 17. ſect. 3. qui ἐρυθρόχολοι paſſim ſcribuntur, ſed ἐρυθρόχλωροι leg. Gal. aut ἐρυθρόχροοι, qui ſanguine abundant.

Ἔρυμα vallum, propugnaculum, munimẽtum, tutamen, tutamentum, cuſtodiam & præſidium ſignificat, proprieque id quo nos contra hoſtes tuiamur & eorum vim arcemus. In Epiſt. Hippocr. viri boni ciuitatum ἐρύματα hoc eſt propugnacula dicũtur (p. 525. 12.) καὶ μακάριοί γε δῆμοι ὁκόσοι ἴσασι τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐρύματα ἑωυτῶν, beati populi qui probos viros ſciunt ſua eſſe munimenta. Lib. de Morbo ſacro (p. 123. 35) de Deo, καὶ ἔρυμα γινόμενον ἡμῖν, tutela noſtra exiſtit, nos tutatur aut liberat. Erotianus apud Hippocr. ἐρυμάτων στηριγμάτων exponit, fulcrorum, ſtabilimentorum. Quibus verbis locum lib. κατ' ἰητρ. (p. 704. 3.) mihi ſubindicare videtur, & pro ἐρεισμάτων ἐρυμάτων legiſſe, vt noſtris eum in locum Annotat. ſubmonuimus.

Ἐρυσίπελας tumor eſt præter naturam in cute à ſanguine & bile flaua, vel ex ſanguine feruidiore cõſiſtens. Huius naturam ſic deſcribit & à phlegmone diſtinguit Gal. lib. 2. ad Glauc. (p. 208. 48.) εἰ δ' ἐξ αἵματος καὶ ξανθῆς χολῆς θερμοτέρων τοῦ δέοντος μᾶλλον εἴη τὸ ῥεῦμα, ἢ ἐξ αἵματος μὲν, ζέοντος μὲν καὶ λεπτοτέρου τὴν σύστασιν, ἐρυσίπελας τὸ πάθος καλεῖται, θερμότερον πολλῷ τῆς φλεγμονῆς τοῦτο καὶ ξανθότερον ἰδέσθαι, καὶ εἰ ἅψαιο ῥαδίως ὑποτρέχει τὸ αἷμα, καὶ αὖθις ἐπιῤῥεῖ, λεπτὸν ἀκριβῶς καὶ ἐρυθρὸν φαινόμενον. ὁ μὲν οὐδὲ ἰδεῖν ἔοικεν ὁμοίως τῇ φλεγμονῇ τοῦτο, καὶ κατ' οὐδὲν δὲ ἄλλο τῆς φλεγμονῆς εἶδος, οὔτε σφυγμὸν, οὔτε θλῖψιν, οὔτε πόνον ὅμοιον ἐπιφέρει,

ἐπιφέρει, ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ πάνυ μετρίως ἐνοχλεῖ, καὶ μάλισθ' ὅταν κατὰ μόνου τοῦ δέρματος ἐκχυθῇ, μηδὲν ἀδικοῦν τὴν ὑποκειμένην σάρκα. καὶ μὲν δὴ καὶ γίνεται τοιοῦτον ὡς τὰ πολλά, καὶ τοῦτό ἐστι τὸ ἀκριβὲς ἐρυσίπελας. ὡς τό γε καὶ τῆς ὑποκειμένης ἁπτόμενον σαρκός, ὅτι ἐξ ἀκριβῶς λεπτοῦ γίνεται τοῦ ῥεύματος, οὔτ' ἐρυσίπελάς ἐστι μόνον, ἀλλ' ἤδη μικτὴ διάθεσις ἐξ ἐρυσιπέλατός τε καὶ φλεγμονῆς. ἐπικρατεῖ δ' ἐν αὐτῇ ποτὲ μὲν τὰ τοῦ ἐρυσιπέλατος ἴδια συμπτώματα, καὶ καλεῖται τὸ τοιοῦτον πάθος ὑπὸ τῶν νεωτέρων ἰατρῶν, ἐρυσίπελας φλεγμονῶδες· ποτὲ δὲ τὰ τῆς φλεγμονῆς, καὶ ὀνομάζουσιν αὐτὸ τηνικαῦτα φλεγμονὴν ἐρυσιπελατώδη. εἰ δὲ τὰ μηδετέρου ἐπικρατεῖν σαφῶς, ἀλλ' ἴσα φαίνοιτο, φλεγμονὴ καὶ ἐρυσίπελας μεμῖχθαι λέγεται. τὸ μὲν οὖν ἀκριβὲς ἐρυσίπελας, αὐτοῦ τοῦ δέρματος μόνου πάθος ἐστίν. οὐ μὴν ἥ γε φλεγμονὴ μόνων τῶν ὑποκειμένων τῷ δέρματι μορίων, ἀλλὰ μάλιστα μὲν τούτων, ἐνίοτε δὲ καὶ τοῦ δέρματος. καὶ ἔστιν αὐτὴ τἄλλα μὲν ὀδυνηρὰ τῆς ἑτέρας οὐδὲν ἧττον, ἄπεστι δ' αὐτῆς ὁ σφυγμός. Si fluxio ex ſanguine & bile flaua plus æquo calidioribus mixta fuerit, vel ex ſanguine quidē, verùm conſiſtentia feruido & tenuiſſimo, affectus Eryſipelas vocatur, id quidem inflammatione longè calidius & aſpectu flauius, et ſi cōtigeris, ſanguis facilè ſubterfugit, rurſusque affluit, exquiſitè tenuis & aſpectu rubens. Neque verò hoc veluti inflammatio dolorem habet, neq; vt vlla inflammationis ſpecies, aut pulſum, aut compreſſionem, aut tenſionem ſimiliter inducit, ſed interdum valdè moderatè infeſtat præcipueque vbi ad ſolam cutem effuſum fuerit, inferiorem carnem nihil affligens. Ac ſanè tale vt plurimùm exiſtit, atq; id eſt exquiſitum Eryſipelas, non ſecus ac id quod ſubiectā carnem attingit, nec ex fluxione exactè tenui conſtituitur, non tantùm eſt Eryſipelas, verùm iam mixta diſpoſitio ex Eryſipelate & inflammatione. In ea autem quandoq; ſuperant propria Eryſipelatis accidentia, vocaturq; huiuſmodi affectus recentioribus medicis Eryſipelas inflammatorium, interdum verò quæ ſunt inflāmationis propria, tuncq; eum inflammationem Eryſipelatoſam nominant. Quòd ſi neutrius accidētia manifeſtè ſuperarint, ſed æqualia apparuerint, inflammatio & Eryſipelas permiſceri dicuntur. Exquiſitū igitur Eryſipelas, ipſius cutis ſolius affectus eſt, non tamen inflammatio ipſa ſolatum partium cuti ſubiectarum, verùm harum quidem præcipuè, interdum verò & cutis. Et eſt quidem ipſa in reliquo nihilominus quàm altera dolorem faciens, abeſt tamen pulſus. Idem rurſus initio lib. 14. Meth. med. (p. 184. 43.) οὐ πόρρω δὲ τῆς φλεγμονῆς ἕτερον νόσημά ἐστιν ἐρυσίπελας ὀνομαζόμενον, ἐπὶ χολώδει χυμῷ συνιστάμενον ὡς ἐδείχθη. βέλτιον δ' ἴσως αὐτὸ μακροτέρῳ λόγῳ διορίσαι τῆς φλεγμονῆς. κοινὰ μὲν οὖν ἀμφοῖν ὅ, τι παρὰ φύσιν ὄγκος ἐστὶ καὶ θερμασία. διαφέρει δὲ πρῶτα μὲν καὶ μάλιστα τῇ χροιᾷ. ἐρυθρᾶς μὲν γὰρ οὔσης αὐτῆς, φλεγμονὴν τὸ πάθος ὀνομάζουσιν. ὠχρᾶς δὲ ἢ ξανθῆς, ἢ ὥσπερ ἐξ ὠχροῦ καὶ ξανθοῦ χρώματος μικτῆς, ἐρυσίπελας. ἀτὰρ οὖν καὶ ὁ σφυγμός, ἴδιον σύμπτωμά ἐστι τῆς μεγάλης φλεγμονῆς. καὶ γὰρ καὶ διὰ βάθους γίνεται μᾶλλον, ὥσπερ τὸ ἐρυσίπελας ἐν τῷ δέρματι μᾶλλον ἢ ἐν τῷ βάθει. λεπτὸς γὰρ ὢν ὁ σύμπας ὁ τῆς ὠχρᾶς χολῆς χυμός, ὥστε διαρρεῖ ῥᾳδίως ἐπὶ τὸ δέρμα, τὰ σαρκώδη καὶ ἀραιὰ μόρια διερχόμενος. ἡ δὲ τοῦ δέρματος πυκνότης οὐχ ὁμοίως εὔπορος τῇδε τῇ χολῇ, πλὴν εἰ πάνυ λεπτὴ καὶ ὑδατώδης εἴη. τοιαύτη γὰρ μάλιστα καὶ ἡ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐστί, συναπερχομένη τοῖς ἱδρῶσι. Eſt aūt alius morbus non longè ab inflammatione diſtans Eryſipelas nomine, ex biliofo ſucco cōſiſtens, velut eſt demonſtratū. Verùm fortaſſe prҿſtiterit eū plurib. verbis ab inflāmatione diſtinguere. Ambobus igitur ſunt cōmunia, tum tumor præter naturam, tū calor. Differūrint ſe primùm quidem & maximè colore. Eo ſiquidem rubro exiſtente, affectū inflāmationem nominát. Pallido verò vel flauo, aut ex pallido flauóue colore mixto, eryſipelas. Quinetiam & pulſus magnæ inflāmationis proprium eſt ſymptoma. Etenim & in ꝓfundo corporis ferè naſcitur, vt & eryſipelas in cute magis q̄ in profundo conſiſtit. Tenuis nanq; ſubſtātia pallidæ bilis humor, adeò vt facilè ad ipſam cutem trāsfluat, per carnoſas & raras corporis partes trāſmiſſus. Cutis verò denſitas non eodem modo huic bili eſt peruia, niſi admodum tenuis & aquoſa extiterit. Eiuſmodi nāq; eſt maximè ēt quæ quotidiè cum ſudorib. exit. Ac rurſus (p. 185. 9.) δευτέρα δ' ἑτέρα χολώδης, περὶ τὸ δέρμα συνισταμένη μάλιστα τό, τ' ἐκτὸς ὅ τι κοινὸν ἁπάντων σκέπασμα τῶν μορίων, καὶ τὸ καθ' ἕκαστον τῶν ἔσω περιτεταμένον ὑμενῶδές τε καὶ λεπτόν. ὥσπερ οὖν ἡ προτέρα συνεπιλαμβάνει τι καὶ τοῦ δέρματος, οὕτω καὶ αὕτη τῆς ὑποκειμένης αὐτῷ σαρκός. εἰ δὲ καὶ παχύτερος ὁ χυμὸς εἴη καὶ δριμύτερος, ἀποδέρει τὴν ἐπιδερμίδα, καί ποτ' ἐν τῷ χρόνῳ πρὸς τὸ βάθος ἐξικνεῖται τοῦ δέρματος ἡ ἕλκωσις. αὕτη μὲν οὖν ἡ διάθεσις ἐρυσίπελας ὀνομαζέσθω, διττὴν δ' ἔχον ὡς εἴρηται διαφοράν, ἤτοι χωρὶς ἑλκώσεως, ἢ σὺν ταύτῃ γιγνόμενον. ἡ προτέρα δὲ μονοειδής ἐστι, καὶ καλείσθω φλεγμονή. ὅταν οὖν μήτ' ἀκριβῶς ᾖ χολῶδες τὸ ῥεῦμα, μήθ' αἱματῶδες, ἀλλ' ἐξ ἀμφοῖν μικτόν, ἀπὸ μὲν τοῦ κρατοῦντος ἐν τῇ μίξει, τοὔνομα αὐτῷ τιθέσθω, κατηγορείσθω δὲ ἔτι τὸ κρατούμενον, ὡς ἤτοι φλεγμονὴν ἐρυσιπελατώδη καλεῖν ἡμᾶς, ἢ ἐρυσίπελας φλεγμονῶδες. εἰ δὲ μηδ' ἕτερον ἐπικρατεῖν, μικτὸν ἐρυσιπέλατός τε καὶ φλεγμονῆς ὀνομαζέσθω τὸ πάθος. Alter verò affectus bilioſҿ fluxionis ſoboles eſt, & circa cutē præcipuè conſiſtit, tum eam externam quæ commune eſt omnium partium tegumentum, tum eā quæ membranoſa & tenuis ſingulis internis circuntenditur. Quemadmodum igitur prior affectus aliquid quoque cutis cōprehendit, ita hic ēt aliquid ſuppoſitҿ ſibi carnis. Quòd ſi craſſior & acrior humor extiterit, cuticulam excoriat, quam Græci ἐπιδερμίδα vocāt, & interdum tēporis ſpatio ad profundam cutem pertingit. Hic igitur affectus eryſipelas nominetur. Duorū verò eſt generum (vt dictum eſt) ꝙ abſq; vlceratione, aut cum hac oriatur. Prior autem affectus vnius eſt generis, & inflammatio nominetur. Cùm ergo neq; exquiſitè bilioſa, neq; ſanguinea fluxio fuerit, verùm ex ambob. mixta, ab eo quidē quod in mixtura exuperat nomē ipſi imponendum, & quod ſuperatur nomine iudicandum, ſic vt vel inflammatio eryſi-

pelatoſa, vel eryſipelas inflammatorium à nobis vocetur. Quòd ſi neutrum ſuperet, tunc affectus eryſipelatis & inflammationis medius nominetur. Eadem etiam ferè ſcribuntur Galeno lib. de Tumor. præter nat. (p.356.2) Eryſipelas verò exulceratum & non exulceratum celebrat Hippoc. aph. 23 lib. 5. Eryſipelatos etiam nomē pro tumore in angina ex inflammatione & eryſipelate mixto ſumitur apud Hippocratem, in Progn. (p.159.13.) ἢν δὲ μήτε ἐν ἡμέρῃσι κρισίμῃσι ἀφανίζηται τὸ ἐρυσίπελας. Quod ſi neque diebus iudicatoriis eryſipelas euaneſcat. Sic in Coac. Prænot. (p.434.32.) ἐρυσίπελας δὲ ἔξωθεν μὲν ἐπιγίνεσθαι χρήσιμον. Eryſipelas verò foras quidem extare, vtile. Quod in Progn. dicitur, (p.159.26.) ἀσφαλέστερον δὲ τὸ οἴδημα καὶ τὸ ἐρύθημα ὡς μάλιστα ἔξω τρέπεσθαι. Securitatem autem maximè indicat, ſi tumor ac rubor quàm maximè foras vertatur. Rurſus aph. 25. libr. 6. ἐρυσίπελας ἔξωθεν ἔσω τρέπεσθαι dicitur, eryſipelas foris intrò conuerti, quod per ἔρευθος & ἐρύθημα in Progn. ſignificatur.

¶ Ἐπαΐειν tranſlatitiè ſentire & conſentire ſignificat Proph. 2. (pag. 418.37.) ὡς τοῦ ἐγκεφάλου ἐπαΐοντος τοῦ τρώματος, velut vulnus ſentiente cerebro, aut ad vulnus conſentiente.

Ἐσαφᾶσαι exponit Galenus in Exegeſi, εἰσβαλόντα τὴν χεῖρα ἅψασθαι, quod eſt immiſſa manu contingere & contrectare. Idem etiam ἐσαφάσας, εἰς τὸ εἴσω χαλάσας, ὥστε μαστεῦσαι, ὅ ἐστι ζητεῖσθαι. intro laxans ad inueſtigandum & quærendum. Dicitur autem ἐσαφᾶν, ἐσαφάσσειν, & ἐσαφᾶσθαι, quod eſt contrectare & digitum aut manum ad palpandum immittere, vt & ἀφᾶν & ἀφάσσειν. Lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 216.12.) καὶ ἢν ἐσαφάσῃς τὸν δάκτυλον, & ſi digitum admoueris, aut ſi digito immiſſo contrectaris. Et rurſus ibidem (pag. 223.45.) ἢν ἐσαφάσῃς τῷ δακτύλῳ, ſi digito contigeris, contrectaris. Quod libr. 2. περὶ γυναικ. (pag. 279.11. & 24.) καὶ ἢν ψαύσῃς, & ſi attigeris. καὶ ἢν ψαύσῃ αὐτῆς dicitur eadem in re. Rurſus etiam libr. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 224.18.) καὶ ἢν ἐσαφάσῃς τῷ δακτύλῳ. Quod etiam repetitur (pag. 228.22. & 31.) & (pag. 227.13.) Rurſus (pag. 223.40.) ἢν δὲ καὶ ἐσαφάσῃς τὸν δάκτυλον, quod ſi etiam digitum ad contrectandū immiſeris. Quod lib. 2. περὶ γυναικ. eadem in re dicitur, ἢν δὲ καὶ καθάψηται τῷ δακτύλῳ, quod ſi etiam digito contingatur. Et (pag. 224.31.) τὸν δάκτυλον ἐσαφάσσουσα, digito ad contrectandum immiſſo. Quod etiam ſimpliciter ἐσαφάσσειν & ἀφάσσειν Hippocrati effertur, vt lib. eodem (p.224.45.) καὶ ἢν ἐσαφάσῃς. & (p. 216.10.) ἢν δὲ ἀφάσσῃ, quòd ſi contigerit. Rurſus (p. 215.15.) καὶ ἢν ἀφάσσῃ τῷ δακτύλῳ & ſi digito contingat. Et lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 247.46.) εἰ ἀφάσσοι τῷ δακτύλῳ, ſi digito contingens. Dicitur & ἐσαφᾶσθαι, ἐσαφάσσεσθαι, vt & ἐσαφᾶσθαι & ἀφᾶσθαι lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 225.3.) καὶ ἢν ἐσαφάσῃ τῷ δακτύλῳ, & ſi digito contigeris. Quem certè locum mihi reſpexiſſe videtur Erotianus, cùm ἐσαφάσσῃ τῷ δακτύλῳ, ἀντὶ τοῦ ἐρευνήσῃ exponit, additque dici παρὰ τὸ ἐσαφᾶσθαι. Sic enim meliora apud Erotianum legunt exemplaria, pro ἐσαφάσσῃ. libr. quoque 2. περὶ γυναικ. (pag. 280.48.) κἢν ἐσαφήσῃ τῷ δακτύλῳ, & ſi digito contigeris. & rurſus ibidem (p. 281.10.) καὶ ἢν ἐσαφήσῃ. Et rurſus ibidem (v. 36.) καὶ τὸ στόμα ἐσαφώμενος τῷ δακτύλῳ, vbi os digito contigeris, pro quo ſcribitur lib. περὶ γυναικ. φύσ. eadem in re καὶ ἢν ἐσαφάσῃς τῷ δακτύλῳ (p. 225.31.)

Ἐσθιόμενα, erodentia, de acribus excrementis dicuntur, lib. 4. Epid. (p.330.29.) τρυγώδεα καὶ ἐσθιόμενα, fœculenta & erodentia.

Ἐσκεδασμένη, σκορπισθεῖσα, exponitur Erotiano apud Hippocr. ſparſa, effuſa. Legitur verò lib. 1. de Morb. (p.130.49.) cùm de bile būc in modum ſcribitur. ὑπὸ τὸ δέρμα δὲ κεχυμένη καὶ ἐσκεδασμένη, ſub cutem verò effuſa ac diſperſa. Et rurſus (pag. 131.1. κεχυμένη δὲ καὶ ἐσκεδασμένη, πρὸς ἕν τι τοῦ σώματος περιπεσοῦσα, κακόν. effuſa verò ac diſperſa, & ad vnam aliquam corporis partem allapſa, malum indicat.

Τὰ ἐσκιασμένα dicuntur Hippocrati partes corporis velatæ & pannis obductæ, velut in vmbra occultatæ. libr. 2. de Morb. (p. 147.48.) ἡ χροιὴ μέλαινα γίνεται, καὶ τὸ πρόσωπον, μάλιστα δὲ τὰ ἐσκιασμένα. nigricat facies, præcipueque corporis partes in vmbra latentes, aut vmbraculo tectæ.

Ἐσμασσάμενος, ἐμβαλὼν exponitur Erotiano apud Hippocratem, hoc eſt, vbi quis iniecerit, aut manum immiſerit. Legitur autem lib. de art. (p.620.7.) ἔπειτα ἐσμασσάμενος ἐς τὴν κοιλίην, deinde manu in ventrem immiſſa contrectans, aut manu altè immiſſa & profunditate intus explorata, ventrē attrectās. Sic enim ἐσμασσάμενος illic exponit Gal. ἐμβαλὼν εἰς τὸ βάθος τὴν χεῖρα χάριν τοῦ διερευνῆσαί τι τῶν ἐν αὐτῷ, hoc eſt, manu altè immiſſa quid ibi ſit quærens & inueſtigans. Quæ explicatio Erotiani expoſitioni apprimè cōgruit. Rurſus lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 252.35.) καὶ τὸ ὑπόλοιπον ἐσμασσάμενος προωθεῖν καὶ στρέψαι τὸ ἔμβρυον ἐπὶ κεφαλήν. & reliquum manu altè immiſſa, aut attrectando, protrudito, & fœtum in caput vertito. Vbi tamen quidam ἐκμασσάμενος, hoc eſt, cruore abſterſo, legunt. Sed ἐσμασσάμενος legunt omnia exemplaria tum publicata, tum manu ſcripta.

Ἐσφηκωμένα Gal. in Exeg. exponit συνδεδεμένα, συνεσφιγμένα, colligata, conſtricta. Sunt autem ἐσφηκωμένα in cuneum contracta, aut ex lato & craſſo in tenue & anguſtum contracta. Sic ἐσφήκωντο apud Homerum exponit Heſychius ἐδέδεντο, ἐσφιγμένοι ἦσαν, συνεσφιγμένοι, colligati erant & conſtricti, hoc eſt in cuneum & anguſtum contracti, ex Il. ρ. (v. 52.) πλοχμοί θ' οἳ χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἐσφήκωντο. Capillique qui auro & argento reuincti erant, cōſtricti & colligati. Heſychius etiam ἐσφηκωμένον, ἐσφιγμένον, conſtrictum & cōtractum in anguſtū exponit, & ἐσφήκωντο, καταπεπλεγμένοι ἦσαν καὶ συνεσφιγμένοι, cōplicati & cōſtricti erāt. Hinc περιεσφηκωμένος circū quaq; velut

velut iniecto cuneo obſtructus, obſignatus, obturatus. Vt apud Hippocr. in Epiſt. (p.527.26.) οἱ δὲ κατόπιν ἑταῖροι κίστας φαρμάκων εὖ μάλα περιεσφηκωμένας ἔχοντες, ἤεσαν. Pone ſequebantur ſocii pyxides medicamẽtarias probè obſignatas habentes, hoc eſt diligenter obſtrictas & obturatas, & in quibus medicamenta diligenter erant recondita. Rurſus Epiſt. ſeq. ad Crateuã (p.528.13.) ὁκόσα δ' αὖ φύλλα, ἢ ἄνθεα, ἢ ῥίζαι, ἐν κεράμοισι καινοῖσι περιεσφηκωμένοις, ὅκως μὴ διαυγαζόμενα τῇσι πνοῇσι ἐκλείπῃ τὸν τόνον τῆς φαρμακείης, ὥσπερ λειποψυχήσαντα. Quæ verò folia, aut flores, aut radices ſunt, in fictilibus nouis circũquaq; obſtrictis, vt ne ventis perflata, medicamenti vim, velut in animi deliquium collapſa amittant. Verùm in exemplaribus publicatis περιεσφηκωμένους & περιεσφηκωμένοις vitioſè legitur.

Ἐσφλᾶσθαι ὀστέον os intrò cedere dicitur, cùm medium deſidit, vt loquitur Celſus, & intrò deprimitur, à telo graui & retuſo, aut etiam acuto. Ἔνθλασιν vocat Galenus lib. de Cauſ. morb. 2. (p.211.42.) illiſionem, cùm cauitas à collidentis corporis ictu inducta apparet. Lib. de Cap. vuln. ea phraſi ſæpe vtitur Hippocrat. (p.446.33.) ἐσφλᾶται ἔσω, intrò cedit, vbi & ἔσφλασις, & ἔσω ἔσφλασις (v.8. & 34.) & ἐσφλώμενον ὀστέον dicitur, os quod deorſum inſedit, vt loquitur Celſus cap. 4. lib. 8.

Ἐσχαρίτης κριμνὰ ſignificant Hippocr. farinam craſſiorem prunis coctam. Lib. 4. Epid. (p.333.7.) καὶ αὐτὸ σιτίον ἐσχαριτέων κριμνῶν ἀποφαγόντι. Vbi prunis coctam farinam craſſiorem pro cibariis comediſſet.

Ἐσχατιαὶ ſunt extrema membra, & membrorum extremitates aut extremæ partes. Lib. de fract. (p.535.55.) ἐξαφρίζονται ἐκ τούτου οἱ ἰχῶρες ἐς τὰς ἐσχατιὰς ἔνθα καὶ ἔνθα, ex fractura ſanies in extremas partes huc & illuc exprimitur. τὰ ἔσχατα νοσήματα Hippocrati ſunt extremi morbi & maximi, quibus nulli alii ſunt acutiores, aph. 6. lib.1. vbi ſcribit Gal. Hippocr. ἔσχατα νοσήματα vocare, τὰ μέγιστα, μεθ' ἃ οὐκ ἔστιν ἄλλα, maximos morbos vltra quos alii non ſint. Sunt autem omninò morbi huiuſcemodi peracuti. Sic οἱ ἔσχατοι πόνοι, extremi labores, οἱ μέγιστοι, maximi ac ſummi dicuntur, aph. 7. lib.1. ſiue acceſſiones ac ſymptomata & quæ ægrum ſummè vexant, intelligantur, ſiue ipſe morbi vigor. Nam & τὰ ἔσχατα pro morbi vigore ibidem ſumuntur, qui nil aliud eſt quàm morbi maximũ ſymptoma. Illic enim τὰ ἔσχατα τὴν ἀκμὴν λέγει τοῦ νοσήματος, extrema morbi vigorem vocat Hippocrates, vt ſcribit Gal. lib. 1. de dieb. decret. (434.48.) Sic αἱ ἔσχαται θεραπεῖαι ἐς ἀκριβείην, extrema exquiſite comparata remedia, & exquiſitiſſimam vniuerſam curationem ſignificant aph. 6. lib. 1. & ἡ ἐσχάτως λεπτοτάτη δίαιτα, extremè tenuiſſimus victus dicitur, aph.7. lib.1.

Ἐς χεῖρα, quod ſignificat ad manũ & in promptu, Galenus etiam τὸ πλησίον ſignificare ſcribit in Exeg.

Ἐσοχὰς dicitur eminentia & excreſcentia in ano, aut tuberculum intus latens, vt ἐξοχὰς quod foris eminet. Apud Gal. lib. περὶ τῶν εὐπορίστων (p.449.18. & 21.) remedia præſcribuntur πρὸς ἐσοχάδας καὶ ἐξοχάδας. Et rurſus (p.454.51.) πρὸς ἐσοχάδας, ad internos ani tumores. Sic ἐξοχὰς dicitur Paulo lib. 6. cap. 80. tuberculum in ano excreſcens, aut eminentia nondum occalleſcens.

¶ Ἑτερόῤῥοπα dicuntur quæ in alteram partem vergunt, aut in his quæ ambigunt, ad alterutram partem feruntur. Lib. 1. Epid. (p.352.12.) ἐπάρματα δὲ παρὰ τὰ ὦτα πολλοῖσιν ἑτερόῤῥοπα ἦν. Multis verò aurium tumores ſubnaſcebantur, qui in alteram partem vergebant. Rurſusque (p.353.9.) φλεγμοναὶ μετ' ὀδύνης εἰς ὄρχιν ἑτερόῤῥοποι. inflammationes cum dolore in alterum teſtem erumpentes. Et lib. 2. Epid. (pag. 313.40.) τὰ ἀμφὶ φάρυγγα ἑτερόῤῥοπα. quæ ad alterutram faucium partem vergunt. Et rurſus (pag.314.7.) οἷσι μὲν οὖν ἦν ἐς ὀρθὸν ἐξόγκωμα, μὴ ἑτερόῤῥοπον, οὔτι οὔτε παραπληκτικοὶ ἐγένοντο. Quibus igitur neutram in partem deflectebat tumor, ſed recta procedebat, iis ne membrorum quidem reſolutio accidit. Ἑτερόῤῥοποι κάμνοντες dicuntur Hipp. huc vel illuc inclinantes ægri vel in alterutram partem, hoc eſt, ſalutem vel mortem. lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag.101.43.) μάλιστα μὲν οὖν δεῖ τὸν περισσὸν ἀριθμὸν φυλάσσεσθαι, ὡς αὗται αἱ ἡμέραι ἑτεροῤῥοπίας ποιοῦσι τοὺς κάμνοντας. Inprimis igitur numerum imparem obſeruare oportet, quòd hi dies huc vel illuc inclinare ægros cogant. Quod exponit Galenus μεταβολὰς ἑκατέρως ἀξιολόγους ἐμποιοῦσι εἰς ὑγείαν τε καὶ θάνατον, inſignes in vtrunque, vel ſalutem, vel mortem, mutationes faciunt.

Ἐτησίαι, Eteſiæ dicuntur, aut venti anniuerſarii, & Aquilones Eteſiæ Plinio. Ardentiſſimo enim æſtatis tempore in exortu caniculæ, ſtatim à Prodromo quadraginta diebus perflat Aquilo, qui (vt inquit Plinius) mollit ſydera æſtate media, mutatque nomen & Eteſias vocatur, cap. 18. lib. 34. & lib. 2. cap. 47. Eteſias anniuerſarios Aquilones Budæus apud Ariſtotel. lib. de mundo vertit, qui æſtate pollere ſcribuntur, μίξιν ἔχοντες τῶν τε ἀπὸ τῆς ἄρκτου φερομένων καὶ ζεφύρων, mixti ex Septentrionibus & Fauoniis. Sæpè igitur Hippocrates æſtatis & ardoris ſtatum Eteſiis circumſcribit, atq; non temerè ſuſpectum habet ambientis aeris ſtatum, in quo Eteſiæ pauci, nulli, diuulſi, interrupti, neque continenter ſpirant. Lib. 1. Epid. (p.350.51.) ἐτησίαι ὀλίγαι, σμικραί, διεσπασμένως ἔπνευσαν. Anniuerſarii venti (qui Eteſiæ dicuntur) pauci, tenuiter, diſiunctim, ſegregatimque ſpirauere. Et lib. 3. Epid. ſt. peſt. (p.419.34.) ἐτησίαι σμικραὶ διεσπασμένως ἔπνευσαν. Eteſiæ pauci & diuulſi, ſpirauere. Rurſus lib. 2. Epid. (pag.314.24.) καὶ ἐτησίαι οὐ κάρτα ἔπνευσαν, οἱ πνεύσαντες διεσπασμένως. Eteſiæ non multum ſpirarunt, idque diſperſim & contractim. Et lib. 1. Epid. (pag.368.31.) ἐτησίαι ἔπνευσαν, Eteſiæ ſpirauerunt.

Ἐπιταίνετο Erotianus apud Hippocratem ἔτεινεν exponit, quod eſt contendit, & pro eo eſſe poſitum ſcribit. Eſt autem Homericum ἐπιταίνεσθαι pro τείνειν aut τιταίνειν, vt Il. ε. v. 97. αἶψ' ἐπὶ Τυδεΐδῃ ἐτιταίνετο καμπύλα τόξα, ſtatim in Tydidem intẽdebat incuruos arcus. Quod dixit Virg. Æn. 7. curuo direxit ſpicula cornu. Vbi etiam Scholiaſtes ἔτεινεν vt & Erot. exponit. Rurſus Od. φ. v. 259. τίς δέ κε τόξα τιταίνοιτ'. quis arcus intenderit? Erotianus etiam ἐπιταίνετο ἐπεπήγνυτο exponit, cõcreſcebat, cogebatur. Apud Hip. autem lib. 5. Epid. (p. 339. 35.) ἐπιταίνετο legitur, ἐξαναστάντος τοῦ βέλεος ἐπιταίνετο, h. e. ſublato iaculo diſtendebatur. Vbi ſi Erotiani explicationem adhibeas, intelligẽdum erit ἐπεπήγνυτο, velut infixus erat, congelabat aut conglaciabat, hoc eſt, rigidus erat & immobilis. Sic enim πήγνυσθαι ψυχεῖ frigore cõgelare dicitur. At quòd ἐπιταίνετο idem Erot. ἔτεινεν exponit, vix hic quadrare poteſt.

Ἔτνος dicitur ex leguminibus fractis freſiſque concinnatum edulium, freſum vertit Gaza. ἔτνος apud Hippocratem exponit Galenus in Exegeſi, πᾶν τὸ ἀπὸ ὀσπρίου ἐρηριγμένου ἕψημα, omne leguminis freſi fractique decoctum. Significat & pultem aut pulmentarium ex leguminibus confractis & elixis paratum. Galenus enim lib. περὶ εὐχυμίας καὶ κακοχυμίας ἔτνος vocari ſcribit, τὸ ἐκ τῶν ἐρηριγμένων ὀσπρίων τι καὶ χεδρόπων σκευαζόμενον. Libr. 7. Epid. (pag. 361. 46.) λεπτὸν τὸ ἔτνος, tenue freſum diximus, lenticulę freſæ decoctum indicantes, aut pulticulam tenuem ex lente freſa. Sic ἔτνος φακῶν lenticulæ freſæ decoctum indicat libr. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 113. 53.) Lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 254. 7.) ἔτνος leguminis freſi decoctum, aut legumen freſum. Et lib. 2. de morb. (pag. centeſima quinquageſima tertia, vet. decimo tectio,) ἔτνος ἄναλον, leguminis freſi decoctum aut lomentum ſine ſale. διδόναι δὲ ῥοφάνειν ἔτνος ἄναλον, leguminis freſi decoctum ſalis expers ſorbendum dato.

Ἐπιμολοπίη dicitur Hippocrati inanis labor & prompta elatio, ἐν παραγγελίαις (p. 18. 45.) κηφήνων μετὰ παραπομπῆς ἐπιμολοπίην vocat fuci inanem laborem cum oſtentatione. fucatum ſtudium ſumma oſtentatione & ambitione cõparatum dixit Caluus, fuci promptam cũ comitatus deductione elationem, Cornarius. Innuit autem medicos qui captandæ popularis auræ gratia poëticas & ambitioſas acroaſeis faciunt, fucorum imitari inanem cum ambitione laborem. Verùm ἐπιμολοπίη ſignificare poteſt promptam nugacitatem aut loquacitatem, quod fuci nil niſi bombum cum ſumma laboris & operæ oſtentatione præſtent, mella nulla congerant, ſed ea ab apibus comportata deuorent. Ita medici prompta ſua loquacitate cum oſtentatione comparata, nihil laude dignum præſtant, ſed artis honeſtum pretium bonis medicis debitum inaniter abſumunt.

¶ Εὐκαταστατώτεραι ἁμαρτάδες, errores curatu faciliores, lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 64. 52.)

Εὐαλδέως cum bono incremento ſignificat & augmento, hoc eſt, benè creſcendo & proficiendo. ἐν νόμῳ (pag. 19. 30.) ὅκως ἡ μάθησις ἐμφυσωθεῖσα, δεξιῶς καὶ εὐαλδέως τοὺς καρποὺς ἐξενέγκηται. quò diſciplina ingenerata, fœliciter & cum profectu fructus producat, & opportunos & benè maturos fructus proferat. εὐαλδῆ Heſychius εὐαυξῆ exponit, quæ bonum incrementum capiunt.

Εὐαλθέα quæ facilè ſanantur & curantur, lib. de art. (pag. 608. 49.) εὐαλθέα γὰρ τὰ τοιαῦτα. eiuſmodi enim facilè curantur. Quem certè mihi locum ſubindicare videtur Erotianus cùm εὐαλθέα εὐθεράπευτα exponit, facilè ſanabilia. Pro quo εὐαλδῆ malè quidam codices legunt. Et rurſus lib. de art. (pag. 650. 5) ἐστὶν εὐαλθέστερα τῶν ἑτέρων. aliiſq; etiam faciliùs ſanantur.

Εὐανάληπτα dicuntur quæ facilè emendabilem noxam habent, quæ facilè reparantur, emendantur, rependuntur & reſarciuntur, aph. 7. ſect. 4. lib. 6. Epid. Vbi τὰ εὐανάληπτα Galenus exponit τὰ ταχέως ὑπακοῦσαι δυνάμενα τοῖς βοηθήμασιν ὡς ἐπανορθοῦσθαι τὴν γενομένην ἤδη βλάβην. quæ tam citò remediis cedunt, vt iam illata noxa remoueatur. Sic enim apud Gal. legendum exiſtimo locum qui vitioſè noſtris in codicibus legitur.

Εὐανάστρεπτοι qui facilè ex morbo reſurgunt, aut conualeſcunt, qui facilè reſtituuntur. Libr. περὶ τροφῆς (pag. 111. 15.) οἱ διαπνεόμενοι καλῶς, ἀσθενέστεροι, καὶ ὑγιεινότεροι, καὶ εὐανάστρεπτοι. Quibus corpus probè perſpirat, ii imbecilliores & ſalubriores ſunt, & promptè reſtituuntur, à morbis conualeſcunt. Vbi & δυσανάστρεπτοι iis opponuntur, eoſque ſignificant, qui ægrè reſtituuntur aut à morbis conualeſcunt.

Εὐάνθεμον, ὅπερ καὶ ἀνθεμὶς λέγεται, καὶ χαμαίμηλον, quod & anthemis dicitur & chamęmelum, vt ſcribit Gal. in Exeg. Iſtud autem vſurpatur lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 257. 45.) in potione ad educendas ſecundas.

Εὐανθὴς benè florulentum ſignificat, & ferè Hippocrati de rubro effertur. Εὐανθέος θρόμβου αἵματος, ſanguinis benè florulenti grumi, in Coac. Prænot. (p. 444. 26.) Sunt autem interſperſæ ſanguinis floridi notæ in deiectione bilioſa, quæ ex bilis acrimonia lethalem dyſenteriam minãtur. εὐανθὲς οὖρον, vrina benè florulenta intelligi videtur, quę effloreſcentias quaſdam ſpumeas extãtes habet, veluti flores in ſuperficie eminentes, quæ ἐπανθίσματα ἐρυθρὰ in Pror. dici videntur. Atq; huiuſmodi vrinę magnum ſanguinis feruorem ex interno incendio denotare vidẽtur, & bilioſi ſucci efferueſcentiam indicare. In Coac. Pr. (p. 442. 48.) ὑπόχλωρον εὐανθὲς οὖρον [illegible] ἔχον ὑπόστασιν. aliquantulũ ex virore pallescens vrina benè florulenta, albam habẽs ſubſidentiam. Et rurſus ib. (v. 49.) τὸ ἐρυθρὸν σφόδρα & εὐανθὲς ὑπόστασιν χλωρὴν ἔχον, κακὸν [illegible]. quæ admodum rubra vrina & benè

florulenta

florulenta ſedimentũ pallidum, læue ac putum habet. Sunt qui εὐανθὲς οὖρον pellucidã ac puram vrinam intelligant, & quæ ad naturalem vrinæ colorem accedat, quæq; pellucido nitore floreat, qualis ſecuram & breuem iudicationem denunciat.

Εὐανθεῖν etiam bene florere indicat, & videtur metaphoricè poſitum apud Hippocr. libr. περὶ γυν. φύσ. (p.215. 23.) & lib. 2. περὶ γυναικ. (p.275.16.) ἢν αἱ μῆτραι πρὸς τὸ ἰσχίον εὐανθέωσι, pro eo quod eſt, ſi locelli ad coxendicem vergant, decurrant, vt ſit, ad coxendicem extent, emineant, aut exuberẽt. Vnde ἐξανθέωσι aut ἐπανθέωσι melius legi poſſe ſum aliquãdo ſuſpicatus, h.e. in coxẽdicẽ emineãt, emergant, aut erumpant, aut per coxendicẽ emicent & exiſtant. Verùm procul omni dubio locus mihi corruptus videtur, & pro ἐυανθέωσι ἐκθέωσι forte legendum, quod ἀποτρέχωσι exponit Erotianus, vt ſit ad coxendicem decurrant, aut coxendicem petant, quo modo omnes vidẽtur ſumpſiſſe interpretes; Aut certe ἔλθωσι, vel τράπωσι, vel προσπέσωσι legendum. Quæ phraſes ſunt in tota muliebrium πραγματείᾳ admodum celebres. Heſychius verò ἐκθύωσιν forte legiſſe videtur, quod ἐκζέωσιν, ἐκπίπτωσιν, exponit, efferueant, excidant, pro erumpant.

Εὐαπόλυτον quod facilè abſoluitur, recedit, aut abſcedit. Libro de articulis (pag. 597. 12.) τὰ προσηρτημένα τούτοισιν εὐαπόλυτά ἐστιν ἀπὸ τῶν πλευρέων καὶ τοῦ στήθεος. quæ his connectuntur, facilè à coſtis & pectore recedunt. In Mochlico (pag. 506. 3.) ὠμοπλάτη εὐαπόλυτος ἴσως ἐστίν, latum ſcapularum os, quod inter oſſa facilè recedit, abſoluitur, hoc eſt laxatur & excidit.

Εὐβάσταχτον τρῶμα, vulnus quod probè ſuſtinetur aut ſuſtentatur, lib. de fract. (pag. 567. 41.) hoc eſt re aliqua molli ſuppoſita rectè ſuſtentatur.

Εὐθυψηπέδε δέρματα. vide Δεψῆσαι.

Εὐδιεινῶς fronte ſerena, ſereno vultu. ἱλαρῶς καὶ εὐδιεινῶς παρακελευόμενον, medicum hilari & ſereno vultu præcipientem dicit lib. περὶ εὐσχημοσ. (p.16.37.)

Εὔδιος, clemens, tranquillus, ſerenus, placidus dicitur, vt εὐδία tranquillitas, ſerenitas. Sic εὔδιος & χειμὼν opponuntur Ariſtot. & εὔδιον γαληνίας, ἢ ἀέρος τόπον idem interpretatur, & Varinus εὐδίαν καὶ εὔδιον, τὴν τοῦ ἀέρος ἠρεμίαν, ἢ ἀβροχίαν, ἢ αἰθρίαν, aëris tranquillitatem & ſerenitatẽ. εὐδία etiam γαλήνη, maris tranquillitas & ponti malacia exponitur Polluci. εὐδίας οὔσης, cùm ſerenũ eſt, dicit Varro, Columella verò, cum ſerenitas permittit. Gellius ἐν ταῖς εὐδίαις, ex Eraſiſtrato, cùm ſerenum & placidum eſt, vertit. Plinius εὐδίαν ſerenum & ſerenitatem vocat, cùm ſcribit, ſerenitatem præſagit noctua in imbre garrula, at ſereno tempeſtatem. Quod dixit Theophraſtus, θαλαττία δὲ γλαῦξ ᾄδουσα χειμῶνος μὲν εὐδίαν σημαίνει, εὐδίας δὲ χειμῶνα. Lib. 7. Epid. (p.366.7.) ἐξ εὐδιεινῶν χιόνες ἐγένοντο. poſt tranquillitates aut ſerenitates niues oriebãtur. Εὐδίη etiam clemens cœlum & tepidum ſignificat, & libr. 1. περὶ γυν. (p. 245.35.) ἐν εὐδίῃ, clementi cœlo dicitur, & εὔδιον, ἀλεεινόν, tepens aut tepidum, clemens, calore & madore blandum aut gratum ſignificat quibuſdam apud Hippocratem aphoriſm. 12. libr. 3. & libr. de aëre, loc. & aq. (pag. 451.49. & pag. 452. 13.) εὐδιεινότη χώρη etiam dicitur ibidem (pag.76.19.) regio maximè ſerena, blandiſſima & temperatiſſima. ἐν εὐδίῃ clemente cœlo ſignificat. libr. περὶ ἐνυπνίων (pag.108.29.) εὐδίαι ἐπινέφελοι, tranquillitates nubiloſæ, tempus placidum nubiloſum, lib. 4. Epid. (p.330.6.)

Εὐέκπλυτον quod probè abluit, lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 43.12.) τὸ τῆς πτισάνης γλισχρασμα εὐέκπλυτον dicitur ptiſſanę viſcoſitas abluendi facultate ac bonitate prędita. vbi τὸ εὐέκπλυτον ſcribit Gal. ad ventrem ſubducendum eſſe idoneum, vbi ciborum reliquiæ in via reſtitant, aut tardiorem habent exitum.

Εὐεξία bonus habitus dicitur, & ἡ εὖ ἔχουσα ἕξις bene ſe habens habitus, Galeno libri ad Thraſybulum, Num ſanitatis ars ad medicinam aut gymnaſticen pertineat (pag. 290. 9.) Eadem duplex eſt, εὐεξία κατὰ φύσιν, quæ & ſimpliciter dicitur εὐεξία, & valde probatur: altera εὐεξία ἡ φύσει καὶ ἀθλητικὴ, & ſemper cum additione effertur, neque probata eſt. Galenus ibidem (pag. 289. verſ. 22.) Rurſus Galenus libr. περὶ εὐεξίας (pag. 248. 56.) πλάτος γὰρ ἱκανὸν ἐχούσης τῆς ὑγείας, ὡς πολλάκις ἐν ἑτέροις ἐπιδέδεικται, τὴν μὲν ἐπίδοσιν αὐτῆς εὐεξίαν ὀνομάζουσιν οἱ παλαιοὶ φιλόσοφοί τε καὶ ἰατροί, τὴν δ᾽ ἔνδειαν ἰδίῳ μὲν οὐδὲν προσαγορεύουσιν ὀνόματι, τῷ δὲ τοῦ παντὸς γένους, ὁμοίως ὑγείαν καλοῦντες. ὥστ᾽ ἀρίστη τις ὑγεία ἡ εὐεξία, καὶ διὰ τοῦτο ἐν τοῖς ἄριστα κατεσκευασμένοις γίνεται σώμασι. Nam cum ſanitas ſatis amplam habeat latitudinem (vt ſæpius alibi oſtenſum eſt) illius quidem augmentum εὐεξίαν nominant tum priſci philoſophi, tum medici. Defectum verò non proprio quidem ſed generis vniuerſi nomine appellant, ſanitatem pariter vocantes. Quo fit vt εὐεξία quæ eſt bona habitudo, optima quædam ſanitas exiſtimetur, ideoque in optimè conſtitutis corporibus gignitur. Eſt autem εὐεξία ſimpliciter dicta τῆς ὑγιεινῆς ἕξεως ἡ τελειότης, (vt ibidem ſcribit Gal.) hoc eſt perfectiſſima & abſolutiſſima ſanitas. Reliqua verò non ſimpliciter εὐεξία, ſed cum addito & ad relationem comparata, huius vel illius εὐεξία dicitur. Sic ἐπ᾽ ἄκρον εὐεξίαι σφαλεραὶ dicũtur Hippocrati aphoriſmo 3. libr. 1. αἱ εὐεξίαι ἀθλητικαὶ, pleniores corporis habitus ad ſummum plenitudinis perducti, lubrici & periculoſi, in quibus & viriumrobur, & ſanguinis copia præter naturam, quæ ab ortu contigit, ſimul augeſcit, & carnium ac humorum genus iuſtã proportione inuicem augetur, (vt ſcribit Gal. libr. de Plenitud. (pag. 350. 13.) Ideóque huiuſmodi εὐεξία habitus non naturalis athleticus dicitur Gal. lib. ad Thraſybulum, & Hippocrati διάθεσις ἀθλητικὴ οὐ φύσει, lib.

περὶ τροφῆς (p.111.25.) Huiuſmodi antè γυμναστικῶν εὐεξία, libr. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (p.36.29.) εὐεξίη dicitur Hippocrati, eamque τὴν τῶν γυμναζομένων φύσιν exponit Gal. Ac de ea ſcribitur apud Hippocr. lib.1. περὶ διαίτης (p.90.1.) πρὸς σαρκὸς εὐεξίην, καύματος φλεγμονὴν ἀνάγκη γίνεσθαι, ad carnis bonam habitudinem, ardoris inflammatio ex neceſſitate conſequitur. ἐν παραγγελίαις (p.18.33.) ἡ ἀνθρώπου εὐεξίη φύσις τίς ἐστι, φύσει περιπεπηγμένη, κίνησιν οὐκ ἀλλοτρίην, ἀλλὰ λίην τι συναρμοσμένην πνεύματί τε καὶ θερμασίῃ, καὶ χυμῶν κατεργασίῃ πάντῃ τε καὶ πάσῃ διαίτῃ καὶ τοῖσι ξύμπασι διηρμοσμένη, ἢν μή τις ἐκ γενετῆς ἢ ἀπ' ἀρχῆς ἔλλειμμα ᾖ. Hominis bonus habitus natura quædam eſt, naturæ circumpoſita motu non alieno, ſed valdè conſentiens quo ad ſpiritum, & calorem, & humorum concoctionem, vndiquaque & vniuerſim, tum victus ratione, tum reliquis omnibus compoſita ac conſtructa, niſi cuipiam ex natiuitate, aut ab initio defectus aliquis obtigerit. Quibus verbis ἡ ἁπλῶς εὐεξία quæ in optima corporis conſtitutione deprehenditur, per congeriem quandam omnes ſalubritatis cauſas pauciſſimis verbis complexa, deſcribi videtur.

Εὐεπαίσθητος ſenſu acri præditus, & ſenſus exquiſiti particeps, idem quod εὐαίσθητος, ſenſu valens, ſenſus acumine pollens. Libr.1. περὶ γυναικ. (p.244.9.) de vteri vlceribus. ἅτε γὰρ ἐν ἁπαλῷ ἐόντα, καὶ εὐεπαισθήτῳ, καὶ νευρώδει τῇ κοιλίῃ. Quippe cùm in tenera & ſenſu prędita, neruoſaque cauitate inſint. Aliôqui εὐεπαίσθητος qui facilè ſentitur, dicitur.

Εὐεπίη, facundia, elocutio venuſta, facultas dicendi, eloquentia, verborum nitor & elegantia. εὐεπίῃ χρώμενοι Medici dicuntur libr. περὶ εὐσχημοσ. (p.15.12.) qui facultate dicendi vtuntur & oratione ſuaui, quiq; eloquentiam ad ægrum perſuadendum aut docendum adhibent.

Εὐήθης dicitur qui honeſtis & ſimplicibus moribus eſt præditus, aliquãdo etiam qui ſimplex eſt & minimè malus, amens & inſulſus. Vnde εὐήθεια morum ſimplicitas ac bonitas. Cuius vocis ſignificationem apertiſſimam & exempla adfert Gal. comm. 3. in Progn. (pag.154.8.) his verbis: εὐήθεις ἄνθρωποι λέγονται μὲν καὶ οἱ κακοήθεις ἐν ὑποκορισμῷ, καθάπερ καὶ ὁ πίθηκος καλλίας. λέγονται δὲ καὶ οἱ ἐπαινετὸν ἔχοντες τὸ ἦθος. ἀλλὰ τῇ μὲν προτέρᾳ σημασίᾳ χρῶνται σπανίως οἱ Ἕλληνες, τῇ δὲ δευτέρᾳ συνεχέστερον. λέγουσι δ' οὖν ποτε καὶ οὕτως οὐ τὸν εὐήθη μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν εὐήθειαν ἐπὶ τῆς εὖ τὸ ἦθος ἐχούσης διαθέσεως. Homines maligni εὐήθεις quidem per fictionem quandam dicuntur, non ſecus ac ſimia καλλίας, hoc eſt pulchra. Dicuntur etiam & qui probatos mores habent. Verùm primi quidem frequens eſt vſus apud Græcos, rarior autem ſecũdi. Sic igitur interdum non ſolùm εὐήθη dicunt, verùm etiam & εὐήθειαν in affectione animi ita comparata, vt bonis ſit præditus moribus. Idem Comment.3. in Prorrh. (pag.201.57.) τὸ δ' εὐηθέστεραι ῥῆμα, σημαίνει μὲν καὶ τὸ κακοηθέστεραι. καὶ πολλάκις κατ' ἐκεῖνο τὸ σημαινόμενον ἐοίκασι φαίνεσθαι κεχρημένοι πολλοὶ τῶν παλαιῶν. σημαίνει δὲ καὶ τὸ εὔτροποι. κέχρηνται γὰρ καὶ τούτῳ τινὲς τῶν παλαιῶν καθὸ καὶ νῦν ἔοικεν εἰρῆσθαι. Dictio autem εὐηθέστεραι, ſignificat quidem & κακοηθέστεραι, hoc eſt maligniores, ſæpiusque hoc in ſignificato plærique veterum vti videntur. Significat etiam τὸ εὔτροποι, (hoc eſt, benignæ.) In hoc enim ſignificato quidam ex antiquis ſumpſerunt, quomodo & nunc quoque dictum eſſe videtur. Rurſus quoque Comm.3. in lib. de fract. (pag.572.48) εὐηθέστερον dici ſcribit ὃ κατὰ τὸ κοινὸν τοῦ εὐήθους σημαινόμενον, ἐν ᾧ δηλοῦται τὸ εὖ ἔχειν τὸ ἦθος, non proprio illius dictionis ſignificato, ſed eo quo indicatur aliquid bonis moribus præditum & benignum. Quibus verbis indicat Gal. huius vocis propriam ſignificationem ex contraria & aduerſa interpretatione deſumptam fuiſſe, velut cùm ἠλίθιον, hoc eſt, ſtolidum, εὐήθη dici ſcribit, ὁμοίως τῷ τε γλυκεῖα καὶ καλλίᾳ. His enim obſcuriſſimis & corruptiſſimis verbis denotare videtur ſtolidum εὐήθη, hoc eſt ſimplicem dici quẽadmodum γλυκεῖα fella dicuntur græcis, & καλλίας ſimia, nempe εὐφημίας ἕνεκα, & ex contraria interpretatione aut blanda appellatione. Εὐήθης igitur dicitur mitis, facilis, benignus, ſimplex & minimè malus, quique honeſtis ac bonis moribus eſt præditus. Sic εὐηθέσταται πυρετοὶ dicuntur in Progn. (p.154.4.) οἱ ἐπιεικέστατοι καὶ ἁπλούστατοι, καὶ μηδὲν ἔχοντες κακόηθες, hoc eſt, febres placidiſſimæ ac ſimpliciſſimæ nihilque maligni habentes, & cum ſecuriſſimis ſignis coniunctæ, vt exponit Galen. iiſque τοὺς κακοηθεστάτους πυρετοὺς opponit Hippocrat. Quem certè locum mihi exprimere videtur Erotianus εὐηθέσταται, οἱ μὴ κακοήθεις, exponens. In Prorrh. quoque (p.201.20.) ὑποχωρήσιες εὐηθέστεραι alui proluuies benigniores & mitiores dicũtur. Et lib. de fract. (p.572.44.) τὰ ὀλισθήματα καὶ τὰ διαστήματα ὀστέων εὐηθέστερα, mitiores ac benigniores luxationes & oſſium emotiones. Lib. de art. (p.660.49.) γόνυ εὐηθέστερον ἀγκῶνος, genu cubiti gibbo benignius. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag.64.51.) εὐήθης νόσος, morbus mitis, non malignus dicitur. Sic enim illic Galen. τὰς εὐήθεις νόσους, οὐ τὰς κακοήθεις, ἀλλὰ τὰς εὐτρέπτους, hoc eſt, non malignos, ſed qui facilè in bonum vertunt, dici ſcribit. At εὐήθης ἕλκος vlcus paruum, ſimplex, vile, contemnendum dicitur Hip. libr. de rat. vict. in morb. act. (pag.69.8.) μικρὸν καὶ ἁπλοῦν ibi exponit Galenus, eique τὸ ἐπίκαιρον opponitur. Sic εὐήθη χωρία ſunt loca corporis vilia, non magni momenti, contemnenda, in quibus vulnera mala non ſunt. Prorrhet. 2. (pag.418.11.)

Εὐήνιος qui facilè cedit, obedit, facilè frænatur & audit habenas, facilè retinetur, vt δυσήνιος effrænis, effrænatur, εὐηνίως νάρκη libr. περὶ παρθενίων (p.213.21.) torpor qui facilè cedit, facilè compeſcitur, frænatur ac domatur.

Εὐήρης remigationi aptum, commodum, verſatile, expeditum, ductile, tractabile, agitabile.

bile. Lib. περὶ ἰητρ8 (p. 13. 61) τὰ δὲ ὄργανα πάντα εὔπορα πρὸς τὴν χρείαν ὑπάρχειν δεῖ. Inſtrumenta autem omnia ad vſum expedita, aut aptè comparata eſſe oportet, hoc eſt, tractabilia ac aptè fabricata, ad vſum opportuna, hoc eſt, connenienti magnitudine, pondere & tenuitate. De medici inſtrumentis agitur. τὸ εὔπορος Heſychius exponit εὔληπτον, εὐπεπηγμένον πρὸς τὸ ἐργάσασθαι.

Εὐθηνίην Galenus apud Hippocratem exponit τὴν ἰσχυρὰν τῆς σώματος ἕξιν, ὡς που καὶ ἐνιαυτὸς εὐθηνὸς καλεῖται, ὁ εὐφορίας ἀπεργαστικός. iuratum corporis habitum, non ſecus ac alicubi annus εὐθηνὸς vocatur qui fertilitatem ac fœcunditatem efficit. Sic εὐθηνὸς dicitur benè habitus, & εὐθενεῖν, εὖ διακεῖσθαι καὶ εὖ διάκεισθαι, benè habitum eſſe.

Εὔθετα dicuntur Hippocrati quæ optimè ſunt collocata & depoſita, εὐθέμενα καὶ καλῶς ἀποκείμενα exponit Galenus comment. 3. in lib. κατ' ἰητρ. (pag. 696. 25. & 29.) bene diſpoſita aut depoſita. εὐθετώτερον quid firmius aut ſtabilius ſignificat lib. de fract. (p. 533. 49.) Eſt & εὐθετίζω & εὐθετίζομαι ſcitè compono & Erotiano εὐθετισάμενος καταστρώσας, ſternens, conſternens, apud Hippocratem exponitur. Lib. de fract. (pag. 555. 4.) χρὴ λύσαντα καὶ εὐθετισάμενον καταδῆσαι, vbi reſolueris & cōpoſueris religare oportet. Rursus (ibidem v. 10.) ὅ, τι γὰρ ἂν μὴ κατὰ τρόπον εὐθετισμένον τῶν ὀστέων ἐπιδέων τις πιέζοι. Quicquid enim non rectè cōpoſitis oſſibus deligatione quis compreſſerit. Et lib. de art. (pag. 598. 19.) τῇ δ' ἑτέρῃ τὰ ὀστέα τὰ κατεαγότα εὐθετίζοι, altera verò fracta oſſa componat.

Εὔθετοι πρὸς τὰς ἀποκρίσιας, ad reſponſiones appoſiti, libr. περὶ εὐσχημοσυ. (pag. 15. 8.) in veri Medici deſcriptione. Ac rurſus (ibidem v. 10.) πρὸς τὸν καιρὸν εὔθετοι καὶ λημματικοί, in occaſione prudenter captanda appoſiti & accommodati, temporis cuiuſque occaſioni ſe accommodantes dixit Caluus, Cornarius ad tempus appoſitos, & ad occaſionem corripiendam accommodatos.

Εὐθαλεῖν, abundare, gliſcere, multiplicari, benè habere, proſperè habere, benè valere. Lib. 6. Epid. aphoriſm. 24. ſect. 4. αὐχμοὶ ἐπὶ γῆς σιτοφάγων ὀρνίθων εὐθαλεῖ, per magnos terræ ſqualores auium genus benè habet & abundat. Vbi Galenus ὑγιαίνει explicat. Vtitur Ariſtot. lib. 8. hiſtor. animal. cap. 27. vbi ὀνόματι εὐθηνίας vocat, & εὐθαλεῖν & εὐημερεῖν ſæpe ponit, quod eſt vigere, valere, exuberare. Heſychius εὐθαλεῖ, εὐδαιμονεῖ καὶ πλουτεῖ exponit. Lib. de aëre, loc. & aq. (pag. 76. 25.) ſcribit Hippocrat. In Aſia pecora εὐθαλεῖν εἰκὸς καὶ μάλιστα τίκτειν τε πυκνότατα pleniora prouenire & abundare vel maximè ſæpiusque parere.

Εὐθὺ, rectum, pro quo ἰθὺ ponitur, & κατ' ἰθὺ pro κατ' εὐθὺ, libr. κατ' ἰητρ. (pag. 670. 26.) κατ' ἰθὺ γουνάτων, è directo ad genua. κατ' εὐθὺ autem duobus modis dicitur (vt illic ſcribit Gal. & cùm in longitudinem membrū protenditur, & cùm in altum attollitur.

Εὐθυμίη animi ſecuritas, tranquillitas dicitur Tullio lib. quinto de finibus, interdumque bono eſſe animo & terrore libero. Libr. 5. Epid. (pagina trecenteſima quadrageſima ſecunda, v. ſeptimo) ὅτε δὲ πάλιν εὐθυμίη. interdum verò rurſus ſecuro erat animo. Vbi quoque ἀθυμίη opponitur, quæ eſt deſperatio & animi deſponſio. Et eadem repetuntur lib. 7. Epid. (pag. trecenteſima ſexageſima quarta, v. 37.)

Εὔπνοος qui benè & facilè ſpirat, aphoriſm. 28. lib. 6. Epid. ſectione ſecunda, εὔπνοος καὶ κατὰ φύσιν ἀναπνέων exponitur Galeno, benè & naturaliter ſpirans, eique δύσπνοος opponitur.

Εὐθυωρίη rectitudinem, rectum tramitem, rectam viam ſignificat & directionem. Erotianus apud Hippocratem: εὐθυωρίαν εὐθύτητα exponit rectitudinem, pro quo εὐθυωρίδα quædam legunt exemplaria. Galenus autem comment. 1. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. quadrageſima ſeptima, ver. quinquageſimo quinto) ſcribit ἴξιν vocari Hippocrati ὡς τὸ πολὺ μὲν τὴν εὐθυωρίαν, ἐνίοτε δὲ καὶ αὐτὴν τὴν φοράν. vt plurimùm quidem rectitudinem, interdum verò ipſam quoque lationem. Apud Hippocratem autem ἰθυωρίη non εὐθυωρίη paſſim legitur, vt lib. de fract. (pag. quingenteſima ſexageſima ſeptima, ver. trigeſimo ſeptimo) κατὰ τὴν ἰθυωρίην, è directo. Quem certè locum exiſtimo ab Erotiano ſubnotari.

Εὐκάρδιον εὐστόμαχον, ſtomacho gratum, exponit Gal. in Exeg. apud Hippocr.

Εὐκατάσκηπτον τρῶμα, vulnus quod probè decumbit, impingit, irruit, defertur, deuehitur, aut impetu fertur, probè nititur aut fulcitur. Lib. de fract. (pag. quingenteſima ſexageſima ſeptima, ver. quadrageſimo primo.) Quod fit vbi membrum fractum aut vulneratum (vt tibia) benè collocatum rectè nititur, aut ſupra molle aliquod incumbit.

Εὐκατεχέστερον quod firmius & melius continetur, lib. de fract. (pag. 558. 93.) εὐκατεχέστερον ὅπη ἂν ἔχῃ ἐν τῷ σωλῆνι οὕτως. hoc pacto firmius cum canali continebitur.

Εὐκίνητα τὰ σώματα, agilia & facilè mobilia corpora, aph. 17. lib. 3.

Εὔκρατος benè temperatus, qui proba temperie ex quatuor primorum corporum mixtione eſt prædicus. εὐκράτους dici ſcribit Gal. com. in lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (p. 31. 10.) ὡς οὔτε σαρκώδεις, οὔτε ἀσάρκους, ἀλλ' εὐσάρκους ὀνομάζουσι, eos qui neque carnoſi, neq; excarnes, ſed quadrati dicuntur. Εὔκρατον etiam de eo dici quod medio exactè temperamento nō ſit, verùm in latitudine ſpectetur, ſcribit Galenus libr. 1. ὑγιειν. (pag. 223. 30.) εἰ δὲ τῷ ἀκριβεῖ μὲν ἀπολείπεται τῆς ἀκριβῶς εὐκρασίας, ὅμως ἔτι καὶ αὐτὴν ὀνομάζεσθαι, ὥστε διαμένοντα τὰ κατὰ τὸν βίον ἀπάντων ὀνομάζ. εὔκρατον ἂν τὸ τὸ σῶμα φαμὲν εἶναι τὸ ὑγιεινὸν, οὐ μόνον ὅτι τὸ μὲν ἄλλο, τὸ δὲ ἄλλο βιοῦν ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ ὅτι πρὸς τὸ αὐτὸ ἀεὶ παντὸς ἐν πλάτει βιοῦν ὑπάρχει. Quòd ſi cui durum

. videatur eam quæ ad vnguem exactè non ſit temperiem εὐκρασίας nomine cenſeri: is quæſo reliquorum in vita nominum vſum ad memoriã reuocet. Potionem igitur & balneum εὔκρατον, hoc eſt, benè temperatum dicimus, non ſolùm cum hoc huic, alterum verò illi tale eſt, verùm cùm etiam ad eundem hominem in latitudine tale eſt.

Εὐκρινέως, diſtinctè, purè, ſyncerè, explicatè. De Medici veſte dicitur lib. κατ' ἰητρ. (p. 670. 49. quæ ſit explicata, ſimplex, ſyncera, diſtincta & minimè replicata. Galenus etiam Com. 2. in lib. κατ' ἰητρ. (p. 676. 25.) εὐκρινέως διακεκριμένως ἢ διωρισμένως exponit, diſtinctè & diſcretè, & de deligatione dicitur, cùm omnes vinculi reuolutiones æquales habẽt in latitudine terminos, aut vbi plures vinculi reuolutiones eodem in loco aptè & conuenienter effectæ fuerint. Nam & εὐκρινέως προσηκόντως explicat Gal. ibidem (p. 675. 51.) Εὐκρινέες κεφαλαὶ ἑλίξιος, explicata faſciarum inuolutarum capita, h. e. æqualiter in omnes partes extenta, neque alicubi explicata & expanſa, alicubi replicata & inuoluta, vt exponit Gal. ibid. (p. 683. 17.) Sic εὐκρινέα στόματα dicuntur vterorum oſcula conuenienter & diſtinctè explicata aut diducta, h. e. æqualiter hiantia & diducta, vt neq; nimis patẽtia ſint, neq; nimium occluſa, lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 238. 28.) εὐκρινέες νοῦσοι, morbi qui facilè ſoluuntur & boni ſunt iudicii & ſecuri, faciles, ſynceri. aph. 8. lib. 3. & lib. 2. Epid. (p. 311. 31.) quibus δύσκριτοι opponuntur. Sic διαχώρημα οὐκ εὔκρινες alui recrementum non benè iudicans, neq; bonam iudicationem denotans dicitur. Coac. Prænot. (p. 444. 3.)

Εὔκυκλος ἐπίδεσις, orbicularis & rotunda deligatio, quæ affectam partem ex toto in orbem, abſq; vlla inclinatione amplectitur. Lib. κατ' ἰητρ. (p. 676. 3.)

Εὐλαβεῖσθαι, cautè fugere, vitare, declinare, & ab aliquo abſtinere τὰ δὲ νήπια ἢ πρεσβύτερα εὐλαβεῖσθαι χρὴ, minores autẽ & grandiores fœtus cautè vitare oportet, aph. 1. lib. 4. εὐλαβεῖσθαι, φυλάττεσθαι, φοβεῖσθαι, cauere, vereri, exponit Heſyc.

Εὐλαὶ vermes dicuntur, & peculiariter qui in corpore ex vulnere aut vlcere naſcuntur. Hom. Il. τ. (v. 26.) εὐλὰς ἐγγείνωνται, vermes gignãt, dixit, in Patrocli interfecti vulnerib. Vbi Scholiaſtes εὐλὰς σκώληκας exponit, & παρὰ τὴν εἴλησιν dici exiſtimat, quòd in vulnere ſe conuertant. Idem quoq; in Il. χ. (v. 509.) αἰόλαι εὐλαὶ ἔδονται, varii vermes edent, εὐλὰς σκώληκας exponit, addítque dici παρὰ τὸ αἰολεῖσθαι ὅ ἐστι κινεῖσθαι. Heſychius εὐλὰς σκώληκας exponit, & εὐλὰς dici ſcribit τοὺς ἐν τοῖς τραύμασι γινομένους σκώληκας. Idem quoque εὐλέων σκωλήκων exponit, vt & Erotianus apud Hippocr. Ea autem dictione vtitur Hippocr. lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 255. 23.) vbi iubet τῶν εὐλέων τὰς κεφαλὰς τρῖψαι, vermiũ qui in carne gignuntur capita terere, & ſecundam mulieris, ac alumen Ægyptium cum anſeris pinguedine diluta, in vellere apponere ad conceptum. Et rurſus ibid. (v. 29.) εὐλὴν ἥ τις ἔχει τὴν κέρκον λαβὼν, vermem ex carnib. qui caudam habeat cum origano diligenter trito, roſaceo ſubactum, ad os vteri apponit. Annotatur etiã ex Lexico Herodoteo εὐλέων σκωλήκων, apud quem lib. 4. de Pheretima Cyrenes regina ſcribitur quod viuẽs ἐξέζεσεν εὐλέων, vermibus ſcatebat. Etſi de quibus vermibus accipiatur hæc dictio valde eſt arbitrarium.

Εὔλυτον quod facilè ſoluitur, aut ſolutu facile. Sic εὔλυτοι διαχωρήσιες, ſolutiores deiectiones, aut ſolutu faciles, liquidæ, quæ aquoſis & ſynceris adiunguntur, in Progn. (p. 149. 53.) Eas ad copiam excretionum refert Gal. vt μηδὲ εὔλυτοι καὶ ἄκριτοι διαχωρήσιες, ſigna ſint morbi per ſuppurationem iudicium ſubituri. Vbi enim ſynceræ & aquoſæ ſunt deiectiones, ac ſolutu faciles, hoc eſt, copia reſpondentes & liquidæ, morbus per excretionem potiùs iudicatur quàm per abſceſſum. Aliàs τὰς εὐλύτους, συμμέτρως ὑπερχομένας, hoc eſt, moderatè ſubeuntes explicat Gal. εὔλυτοι igitur dicuntur ſolutu faciles, ſiue copia redundent, ſiue moderatæ ſint. Eademque phraſis repetitur in Coac. Prænot. (p. 435. 43.) Sic εὔλυτοι ἰδρῶτες dicuntur vrinæ facilè prodeuntes, ſolutiores, ſolutu faciles, liquidæ & aquoſæ, quæ craſſis & reſtitantib. opponũtur, ſiue copiã, ſiue moderationẽ ſpectes. In Coac. Præ. (p. 438. 14.) & (p. 444. 48.) εὔλυτον τὸ στόμα τῶν μητρέων, os vteri facilè ſolubile, & quod facilè aperiatur, lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 266. 22.

Εὐμενὲς beneuolum, lene, amicum. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 79. 57.) ὑποχονδρίῳ δὲ, ἢ σπλάγχνοισι, ἢ τοῖσι τοιούτοισιν εὐμενές. Præcordiis verò, & viſceribus, & iis quæ ea regione continentur, beneuolũ. De oxymelite mediocriter acri agitur. σπληνὶ ἢ ἥπατι προσφορώτατον ἐστι, exponit Gal. lieni & hepati maximè eſt ſuaue & iucundum, quòd ea viſcera ſuauiter & iucundè repurgẽt. εὐμενὲς, ἀγαθὸν, σπουδαῖον exponit Heſych. εὐμενὴς διάτασις extenſio firmiter hærens, lib. de art. (p. 604. 48.) & rurſus ibid. (v. 8.) εὐμενέστερον γὰρ κάλλιον προσκολλᾶται τὴν δέρμα ἄκρον πρὸς τὸ ἀποκεκαυλισμένον τῆς γνάθου. firmius enim hæret extrema corii pars, ad maxillam, qua tranſuerſa fracta eſt, agglutinata. Et lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 243. 36.) ὡς οἷόν τε ᾖ εὐμενὲς, quàm leniter fieri poterit, hoc eſt quàm iucundè & minima cum moleſtia.

Εὐνὴ cubile interdum ſignificat apud Hippocr. vt lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 68. 54.) ὕπαιθρος παρὰ τὸ ἔθος, εὐνὴ σκληρυνεῖ τὸ σῶμα, cubile ſub dio præter ſolitum corpus indurat. Interdum etiam εὐνὴ τὴν συνουσίαν, coitum aut viri congreſſum indicat, teſte Galeno in Exegeſi, vt lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 283. 27.) καὶ σφόδρα ἄχθεται τὴν εὐνὴν, & valde ægrè fert coitum. Verùm Galeni exemplaria vitioſa ſunt, quæ ἄχθη τὰ σφοδρότατα εὐνὴν legunt.

Εὐνοῦχοι ſunt Hippocrati aph. 28 lib. 6. qui caſtrati Latinis dicũtur, & maximè propriè eunuchi vocantur, quibus ante pubertatem membra vitilia execta ſunt, nec ſolùm teſtes, ſed & totus coles ipſe, aut qui naturaliter ſine teſtib. ſunt progeniti. Illi Hip. ætate quòd venereis

non

non vterentur podagram non ſentiebant. Εὐνουχοειδέστατοι τῶν ἀνθρώπων dicuntur Scythæ Hipp.lib.de aër.loc.& aq.(p.80.61) omnium hominum minimè ad coitum valentes, h.e. maximè effœminati aut euirati, & caſtratis omninò ſimiles.

Εὔογκος iuſta mole præditus, mediocriter intumeſcens, corpulentus, corporatus, in Prog. (p.138.43.) εὔογκος κοιλίη, venter mediocriter intumeſcens, qui iuſtã molem & corpulentiam habeat, non autem ſit extenuatus aut conſumptus & tenuis. Vbi εὔογκον τῷ ἐκτετηκυίᾳ opponit Galenus, & εὔογκον κατὰ τὸ ἴσον τῆς οὐσίας καὶ μὴ λεπτὴν exponit.

Εὔοδος facilis via & iter expeditũ, & εὐοδία, iter proſperum, aut proſper in via ſucceſſus, aut etiam proſper rerum ſucceſſus, & εὐοδία εὐπραξία exponitur Heſychio. εὔοδος τέχνη dicitur Hippoc.lib. περὶ εὐσχημοσ.(p.15.28) ars facilis & peruia, ac fortè quę proſpero ſucceſſu vtitur. τῶν δὲ ὁ χρόνος καὶ τὴν τέχνην εὐοδίαν κατέστησεν, horum verò tempus artẽ facilem & peruiam facit, h. e. horum artem & peritiã expeditam tempus reddit, temporis ſucceſſu experientiam acquirunt, & in artis operib. ꝓſpero ſucceſſu vtuntur. Sic hanc viã quam opinabili ſolùm artis ſermone, non autem euidenti obſeruatione inſtituunt Sophiſtę, ἀνοδίην vocat, h. e. iter inuium ἐν παραγγελίαις (p.17.19.) & ἀνοδίην χωρέειν ſcribit, quod eſt iter inuium arripere, h.e. ingredi. Exẽplaria tamen manu ſcripta apud Hip. lib. περὶ εὐσχημοσ. τέχνην εὐοδίαν legũt, h. e. artem fœlicem & cum ꝓfectu, aut proſpero ſucceſſu vtentem. (εὐοδεῖ.n. Heſych. εὐαυξεῖ exponit, & dicitur εὐοδεῖ, qđ fœliciter creſcit & augetur, aut bonum incrementum capit.) Quædam & εὐαδία, h.e. artem gratam & benè placentem, aut in qua fœliciter ſuccedat. Sic εὐαδὴς exponitur Heſychio εὐάνεμος & εὐαδὴς εὔπλους, quod fœlici vento fertur. Quę certe omnia arti tribui poſſũt, in qua euenta proſperè ſuccedũt, ob ſummam artis experientiam.

Εὐοργητότερα exponitur Gal.in Exeg.apud Hip. εὐτροπώτερα, melius morata, ὀργαὶ γὰρ οἱ τρόποι, quòd ὀργαὶ mores ſignificẽt. Sic εὐοργήτως, εὐτρόπως, εὐτρόπως exponit Schol.apud Thucyd.lib.1.

Εὔοχος δεσμὸς, vinculum firmum, validum, quod benè geſtet ac ſuſtineat, h.e. firmiter & ſine compreſſu teneat. vinculum geſtabile dicitur, lib.de art.(p.615.1) ἐν δεσμῷ εὐόχῳ μὲν μαλθακῷ δὲ, vinculo valido quidẽ ac geſtabili, ſed molli. Vbi εὔοχον δεσμὸν exponit Gal. εὖ ὀχοῦντα, h.e. βαστάζοντα καὶ φέροντα, quod bene portet, ferat ac ſuſtineat, h.e. ἀσφαλῶς καὶ ἀθλίπτως, firmiter ac ſine cõpreſſione. Sic εὐοχώτατον σχῆμα dicitur, figuratio maximè cõmoda ad membrum continendum aut geſtãdum, habitus in quo citra moleſtiam & facilè membrum continetur, lib.de fract.(p.577.20.)

Εὐπαραγωγότερα ὀστέα ἐς κατόρθωσιν, oſſa agiliora ad coaptationẽ, quæ ad directionem facilius adducuntur, facilius tractantur, dicit Celſus, lib.de fract. (p.536.33.)

Εὐπετέως, facilè, promptè, celeriter, ſine labore, ſignificat. Εὐπετέως φέρειν τὸ κακὸν, æger dicitur qui malum facilè tolerat, in Progn. (p.136.56.) εὐφόρως ἔχειν exponitur Galeno. Sic εὐπετέως φέρειν τὸ νόσημα καὶ δυσπετέως, facilè & ægrè ferre morbum (ibid.p.147.6) Et lib. περὶ κρισίων (p.385.4.) εὐπετέστερως τὸ νόσημα φέρειν, facilius morbum ferre, τὴν δὲ ταλαιπωρίην εὐπετέως φέρειν, καὶ ἄκοπος εἶναι. Defatigationem autem facilè ſuſtinere, nec laſſitudinẽ ſentire, Prorr. 2.(p.416.14.) In Coac. Præn. (p.439.24.) ἐὰν γὰρ εὐπετέως φέρῃ τὸ νόσημα, ſi nanque morbum facilè ferat. Prorr.2.(p.18.7.) εὐπετέως τὸ φέρει τὸ τρῶμα, & vulnus facilè perfert. In Progn. (p.143.27.) πτύελον χρὴ ταχέως τε ἀναπτύεσθαι καὶ εὐπετέως. Sputum celeriter ac facilè exſcreari oportet. Quod fit vbi neq; dolor nimius affligit, neq; vires adeò imbecilles ſunt, vt in media coctione deficiãt, aut etiam vbi ſputum neq; ita craſſum eſt aut viſcidũ vt pulmonib. infarctum educi nequeat, aut neq; ita liquidũ, vt thoracis actionem elidat. Vbi Gal. εὐπετέως, ῥαδίως καὶ ἑτοίμως, ἀπόνως, facilè, promptè, ſine labore exponit. Rurſus (ib.p.144.6.) τῷ εὐπετέως opponit Hip τὸ πολλὴν βῆχα παρέχειν, quod multam tuſſim infert & laborioſam, & ἀνωδύνως exponit Galen. In Coac. Præn. (p.35.21.) πτύελον δὲ χρὴ πᾶσι τοῖσι πλευριτικοῖσι καὶ περιπνευμονικοῖσι εὐπετέως τε καὶ ταχέως ἀναπτύεσθαι. Sputum aũt in omnibus lateris dolorib. & pulmonis inflãmationib. facilè & celeriter expui oportet. Rurſus ib. (v.35) bonũ eſſe dicitur, τὸ πτύελον εὐπετέως ἀνάγειν, ſputũ facilè educere. In Progn. τὰ εὐπετέστερα προγινώσκεσθαι dicũtur, quæ faciliùs & promptiùs cognoſcuntur, & ꝓpenſiùs prę ſentiuntur. Sic n. Gal. εὐπετέστερα ῥᾷστα καὶ πρὸς τὴν διάγνωσιν ἑτοιμότερα exponit. Prorrh. 2. (p.417.13.) εὐπετέστερα ἰᾶσθαι dicũtur, quę facilius curantur, iiſq; χαλεπώτερα ἰῆσθαι opponũtur. Rurſus (ib.p.414.22.) οὐδὲν εὐπετὲς γνῶναι τὰ ἁμαρτήματα, nõ ꝓcliue eſt errata agnoſcere. lib. περὶ ἐπιδημιῶν (p.45.17.) αἱ μετακινήσιες εὐπετέστεραι καὶ πυκνότεραι, promptiores & crebriores emotiones. ἡ ἔξοδος εὐπετεστέρη, ꝓmptior ac facilior exitus, lib. περὶ ἐγκατατομῆς (p.53.12.) εὐπετέστερα ἔχει ἡ χολὴ, bilis facilius roleratur, li.1.de morb.(p.130.49.) Et rurſus ib. (p.136.7.) τὸ εὐπετεστέρως τε ἀπαλλάσσειν καὶ δυσπετεστέρως, faciliorem aut difficiliorem curationem dicit. Lib.1. περὶ γυν. (p.150.30) τὰ ῥεύματα εὐπετέστερα, promptiores ac faciliores fluxiones. Erot. apud Hip. εὐπετέστερον, ῥᾷον, facilius exponit. Quod legitur lib.2. περὶ γυν. (p.267.3.) εὐπετέστερον δὲ διάγουσι, faciliùs aũt degunt. Et lib. 2. de morb. (p.146.21.) ὅπως τὸ σίελον εὐπετέστερον ἀποχρέμπτηται, quò ſaliua promptiùs ac faciliùs excreetur. Et lib. περὶ ἐπιδημιῶν (p.45.19) αἱ γυναῖκες φέρουσι εὐπετέστερον τὰς γαστέρας, mulieres faciliùs vteros geſtant. Eſt & εὐπέτεια Hippocrati ꝓcliuitas, facilitas. ἀργίαν, otium exponit Gal. Cõ.2.in lib.de nat.hũ.(p.26.30.) vbi corpus μαραίνεσθαι ἀρξάμενον καταρρέειν πρὸς εὐπέτειαν dicitur, qđ marceſcere incipit & ad otiũ delabitur ac ꝓcipitat, h.e. inclinata eſt iã ætate nec amplì augetur aut increſcit, ſed tanquã victum &

caducum in ruinam præceps feſtinat. Ibi enim πρὸς εὐπετίαν καταῤῥέον, πρὸς ἀργίαν, ad otium delabens, dixit Gal. quòd ibidem πρὸς βέλτιω χωρέον, αὐξάνεσθ, hoc eſt augeri & increſcere ſumatur, eique opponatur πρὸς εὐπετίαν καταῤῥέον, hoc eſt præcipitare, aut in ruinam feſtinare, & ad exitium tendere. Erotianus tamen εὐπετίην mihi legiſſe videtur, quam εὐχέρειαν exponit, verùm εὐπετείην malim.

Εὐπαγέες μῆτραι, vteri benè compacti, hoc eſt, craſſiores & ſolidi ac denſi. lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 246. 3.) ἢν μὴ ἰσχυραὶ αἱ μῆτραι ἔωσι καὶ εὐπαγέες, niſi robuſti fuerint vteri & benè compacti.

Εὔπνοια eſt ſpirandi facilitas, eam quæ ſecūdum naturam & reſpirationem exponit Gal. cō. 1. in Progn. (p. 129. 31.) his verbis: τὴν κατὰ φύσιν ἀναπνοὴν εὔπνοιαν εἴρηκεν, ἐνδεικνυμένην μήτε θώρακα, μήτε καρδίαν καὶ πνεύμονα, μήτε τὰς φρένας ὀδυνηρόν τι πάθος ἔχειν, ἀλλὰ μηδὲ τῶν συνημμένων αὐτοῖς μορίων τινά. Eam quæ ſecundum naturam eſt reſpirationem εὔπνοιαν appellauit, indicantem neque thoracem, neque cor & pulmonem, neq; ſeptum tranſuerſum, ſed neque vllas quæ ea contingant partes, dolorifico aliquo affectu detineri. Εὔπνοον τὸ λουτρὸν, balneum quod facilem ſpirationem facit dicitur, libr. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 85. 22.)

Εὐπορίαν promptitudinem, facilitatem, expeditionem, exponit Gorrbæus apud Hipp.

Εὔροον τὸ σῶμα, corpus fluidum aut fluxum, & meabile, aph. 9. lib. 2. Quod his verbis exponit Gal. εὔροον δ' ὡς εἴπομεν ἔσται, τῶν μὲν πόρων ἁπάντων ἀναστομωθέντων, τῶν δ' ὑγρῶν τμηθέντων καὶ λεπτυνθέντων, εἴπου τι παχὺ καὶ γλίσχρον ὑγρὸν ᾖ κατὰ τὸ σῶμα, fluidum autem, vti diximus, fiet, meatibus omnibus recluſis, humoribus inciſis ac tenuatis, ſi forte craſſus aliquis & lentus humor in corpore contineatur.

Εὐρυθμίη τῶν χειρῶν, manuum concinnitas, aptitudo, agilitas & promptitudo, cùm chirurgus compoſitè & expeditè inſtrumentis ad artem accommodatis vtitur. Lib. περὶ εὐσχημοσ. (p. 16. 4.) πρὸς τὴν εὐρυθμίην τῶν χειρῶν, ad manuum concinnitatem. Eſt & εὐρυθμία in pulſu, cùm pulſus proprium cuique ætati, naturæ & temperamento rhythmum ſeruat, & εὔρυθμον σφυγμὸν facit, quem Galen. in ſingulis generibus explicat libr. 3. de cauſ. pulſ.

Εὐρύνειν, dilatare, rarefacere, aperire, ἀραιῶσαι exponit Gal. eique συνάγειν opponit Hipp. πυκνῶσαι Galenus aph. 1. ſect. 2. libr. 6. Epid. Eſt autem verbum Mangonib. & Gymnaſticæ artis profeſſoribus aptiſſimū, vbi corpora caloris ope rareſacienda ſunt, aperienda & dilatanda, quę craſſa extenuare volūt. Prius enim denſata corpora neceſſe erat calefactionibus vel aliis adminiculis rarefacere ac dilatare, quò melius ita præparata frictionibus exiccarentur.

Εὔσαρκος, carnoſus, pinguis & qui gracili opponitur, vt apud Gal. libr. 6. Salub. cap. 10. vbi εὐσάρκους, παχεῖς, καὶ πιμελώδεις ſimul iungit, & τοῖς λεπτοῖς opponit. Eadem etiam notione ſumitur lib. de curandi rat. per ſang. miſſionem cap. 11. vbi εὐσάρκους καὶ λευκὰς mulieres τῆς ἰσχνοτέρας opponit. Sic μέσως εὐσάρκους mediocriter carnoſos dicit Hippocr. aph. 7. lib. 4. Εὔσαρκος etiam temperatus, moderatus, mediocri corporis habitu præditus dicitur, corpus quadratum vocat Celſus cap. 1. libr. 2. Quam in ſignificationem ſumitur aph. 21. lib. 5. & com. ad aph. 44. lib. 2. & lib. 1. Temperam. cap. 5. & lib. 2. cap. 5. & libr. 1. ſalub. cap. 5. Qui benè habito eſt corpore dicitur & σύμμετρος, qui media & benè compoſita eſt corporis habitudine, mediocri & nullis vitiis obnoxio temperamento.

Εὐσημείη bonam ſignificationem indicat aph. 26. ſect. 2. lib. 6. Epid. τἀναντία σημαῖνον τῇ εὐσημείῃ, bonę ſignificationi contraria denuncians. Sic enim ex Galeno legendum eſſe adſcripſimus noſtris in eum locum Annot. contra multorum exemplarium fidem.

Εὐσιτέειν eſt cupidè comedere & cibum aſſumere, aut benè appetere, aph. 31. libr. 2. τροφὴν λαμβάνειν ex aph. 8. eiuſdem libri exponit illic Gal. Sic εὐσιτέοντες ὀρεγόμενοι eidem exponuntur cibum appetentes, aph. 32. lib. 2. vt ἀσιτέοντες, οἱ ἀπόσιτοι καὶ ἀνόρεκτοι. Iidem verò εὔσιτοι dicuntur Coac. Prænot. (p. 427. 19.) οἱ ἐκ μακρῶν ἀναλαμβάνοντες εὔσιτοι, qui ex longa valetudine ſeſe recolligentes cupidè comedunt, aut cibum appetunt.

Εὔσπλαγχνος qui robuſtis eſt viſceribus dicitur Prorrh. 2. (p. 416. 6.) χρὴ δὲ τὸν ὑπὸ ὕδρωπος ἐχόμενον καὶ μέλλοντα περιέσεσθαι, εὔσπλαγχνόν τι εἶναι. Qui aqua inter cutem detentus eſt & ſeruari volet, eum robuſtis eſſe viſceribus conuenit. firmis viſceribus dixit Celſus cap. 8. lib. 2. Rurſus ibidem (pag. 417. 25.) ἄλλα εὔσπλαγχνα, corporum naturæ firmis viſceribus præditæ dicuntur.

Εὐσταθέες νοῦσοι dicuntur Hippocrati morbi conſtantes, certi, tempeſtiui, qui facilè conſiſtunt, quieti & ſtabiles, quibus ἀκατάστατοι opponuntur, aph. 8. lib. 3. & lib. 2. Epid. (p. 311. 31.) Sunt autem conſtantes morbi, qui temporibus ſuis vniuerſalibus præſtitutum à natura ordinem ſeruant. καῦσοι πάνυ εὐσταθέες, febres ardentes valdè mites & blandæ, aut facillimè conſiſtentes, quæ neque exactæ, neque vehementes eſſent, ſed moderatæ, faciles & ad ſolutionem procliues. Sic enim illic Gal. ἠπίους μὲν καὶ ταχέως καθισταμένους, μετρίους, καὶ λελυμένους ῥᾳδίως exponit. Idē quoque τὸ εὐσταθὲς ſignificare ſcribit ἐν ἴσῳ τῷ μέτρῳ καὶ οὐδὲν ὀλέθριον ἔχοντα, veluti in æquilibrio poſita, & nihil periculi habentia. οὐκ εὐσταθὲς θέρος, æſtas non ſtabilis dicitur, & quæ probè pręſtitutam ſibi à natura temperiem non ſeruat, neque naturæ ſuæ conſtat, neque eſt legitima, aut propriam temperiem non bene moderatur, in his quæ adiecta ſunt ad finē ſt. peſt. lib. 3. Epid. Hinc etiam εὐστάθειαν, firmitatem, conſtantiam, animi pręſentiam ſignificat. Lib. περὶ εὐσχημοσ. (pag. 16. 22.) cùm

22.) cùm Medicum meminiſſe vult ὡσαθῆναι τ' ἐν ἑωυτῷ πρὸς τοὺς ὄχλους τοὺς ἐπιγινομένους, vt animi præſentiam adhibeat, ad tumultus compeſcendos qui ab ægris aut aſſidentibus exoriuntur.

Εὐσταλέως, ſuccinctè, expeditè, compoſitè. Lib. κατ' ἰητρ. (p.670.49.) ἱμάτιον εὐσταλέως, de medici veſte dicitur, quę ſit compoſita, ſuccincta, benè inſtructa & decenret ornata, vt neq; adſtricta nimis, aut adducta, neq; fluxa ſit, ſed expedita & collecta. Gal. εὐσταλέως ἀντὶ τοῦ προσεσταλμένως poſitum ſcribit, pro expedito, collecto & adſtricto. Erotian. εὐσταλέως προσεσταλμένως exponit, vt ſumatur de veſte compreſſa, contracta & arcta, aut etiam decenter compoſita & ornata. Lib. περὶ εὐσχημ. (p.16.36.) εὐσταλέως πρήσσειν ἅπαντα, omnia ſuccinctè & expeditè facere iubet. In Mochlico (p.505.31.) εὐσταλέως ἐπὶ μῆκος τὸ μηροῦ ἄρθρον κινεῖται. longitudine ſuccinctus femoris articulus, aut pro longitudine contractus, mouetur ad genu. εὐσταλὴς τὸ γόνυ, genu ſuccincta aut expedita natura, decẽs atq; compoſitus ornatus, quod contractius ſit, & femore magis collectum aut expeditum, ideoq; facilius ac promptiùs quàm cubiti gibbus reponitur, lib. de art. (p.660.50.) εὐσταλέστερον τὸ σωμάτιον. expeditius corpuſculum pueri dicitur & leuius, h. e. contractius & compactius, ac ad exitum faciliùs conſidens & detumeſcens. Lib. περὶ ἐπιμωνίοις (p.48.36.) εὐσταλέστατα προσβάλλειν, maximè cõtracta & collecta, aut ſuccinctiſſima ac expeditiſſima lintea articulis obuoluenda eſſe, qua parte inflectuntur, ſcribitur ἐν τῷ κατ' ἰητρ. (p.680.48.) Vbi Gal. in anguſtum collecta & contracta exponit, iiſque explicata opponuntur. τὸ ἄρθρον τοῦ μηροῦ εὐσταλέστερον, femoris articulus expeditior, h. e. tenuior & contractior, dicitur lib. de fract. (p.573.4.) vbi εὐσταλέστερον, ἔλαττον κατὰ τὸν ὄγκον, magnitudine minus exponit Gal. hoc eſt, magis ſuccinctum, expeditum, compoſitum & contractum. Heſychius εὐσταλέως καλῶς ἐσταλμένως exponit, eidemque εὐσταλὴς καλῶς ἐσταλμένος dicitur.

Εὔσχετα, quæ benè ſunt retenta, detenta, figurata, excepta, libr. κατ' ἰητρ. (p.696.9.) vbi εὔσχετα καλῶς ἀνηρτημένα exponit Gal. benè excepta atq; appenſa, & de iis accipi vult, quæ δέχεσθαι καλῶς δύναται, μὴ δὲ ἐκθεῖναι, h.e. excipi ac detineri poſſunt, non autem deponi.

Εὐσχημοσύνη elegãtiam, venuſtatem & decoram perſonam, quam ſibi imponit Medicus, ſignificat, ornatum decentẽ dixit Cornarius, moderationem Scaliger, probitatem & honeſtatem Caluus & Fuſchius, elegantiam Zuinggerus appoſitiſſimè, eáq; dictionem pluribus explicat. Eſt aũt animi habitus, vel à natura inſitus, vel arte & exercitatione comparatus, cùm artis ſuę, quam ſibi longo præceptionum vſu cõfirmauit, dignitatem & authoritatem, morum honeſtate & probitate, omniſq; philoſophiæ & melioris literaturę cognitione veluti conditam exornat, indeq; ſibi gratiam, exiſtimationem & celebritatem apud oẽs conciliat. Hanc εὐσχημοσύνην in Medico cõmendat Hip. libro propriè ad id dicato, quo videtur ſpecioſum quendam ac decenter compoſitum medici ornatum & habitum inſtruere. Eam li. περὶ ἰητροῦ προστασίην vocat, præfecturam quãdam medicam, & ὑβριστὴν ἐν παραγγελίαις, eiq; ἀσχημοσύνην paſſim opponit, inelegantiam & indecentiam quandam. Εὐσχημοσύνη ἐν παραγγελίαις (p.18.3) ſumi videtur pro exiſtimatione & gloria, quæ ob virtutem & eruditionem viro bono & philoſopho eſt propoſita.

Εὐταμίευτος διάθεσις, extẽſio quæ facilè procuratur, aut diſpenſatur, h.e. facilè promitur aut reconditur, eſt expedita, facilis, aut facilè parabilis, & quæ medici arbitrio tẽperatur, lib. de art. (p.604.48.) Sic τὴν διόρθωσιν δικαίην, ἅμα δὲ εὐταμίευτον, iuſtam directionẽ ſimulq; expeditam vocat, ib. (p.608.42.) Ac rurſus (ib. p.21.44.) εὐταμίευτος δύναμις, vis expedita, accommodata, & quæ facilè parari queat.

Εὔτονον, firmum ac robuſtũ. εὔτονα τὰ σώματα, firma ac robuſta corpora, aph.17.li.3. εὐτόνους, ἰσχυρούς, ἐλαφρούς exponit Heſychius. Gal. lib.2. Salub. (p.240.57.) εὐτόνους γυμνασίους dici ſcribit, τὸ βίαιον ἄνευ τάχους ἐπιτελούμενον, quod violenter ſine velocitate exercetur, valens & robuſtum. Et σφοδρὸν σύνθετον ἐξ εὐτόνου τε καὶ ταχέος, vehementem exercitationem ex robuſta & celeri compoſitam (p.241.53.)

Εὐτραπελίη, comitas, vrbanitas, humanitas, facilitas, & cui τὸ αὐστηρὸν opponitur libr. περὶ εὐσχημοσ. (p.15.47.) acerbitas, auſteritas & moroſitas, vt ſit εὐτραπελίη affabilitas, popularitas, aut familiaritas, quam requirit in Medico Hipp.

Εὐτρεπίζειν, apparare, inſtruere, preparare, commodè apparare, ἑτοιμάζειν. εὐτρεπίζειν σώματα, ora vteri commodè apparare, lib.1. περὶ γυν. (p.238.27.) & ἣν εὐτρεπισθῶσιν αἱ ὑστέραι, vbi vteri commodè apparati aut præparati fuerint (ibid. (p.237.27.) Lib. περὶ καρδίης (p.55.7.) pro vergere ſumi videtur, aut inclinando ac vergẽdo adornare, inſtruere aut accommodare. ὥστε ἀπιστεῖν ἡμῖν περὶ τοῦ ποτοῦ εἰ εὐτρεπίζει τὴν σύριγγα τῷ ἀνθρώπῳ. Neque igitur de potu fides nobis non adhibenda, quòd homini in fiſtulam aut guttur vergat, hoc eſt, quòd homini fiſtulam inſtruat, vt in eam incidat.

Εὐτυχίη fœlix & proſpera fortuna. εὐτυχίη καὶ ἀτυχίη in morbis curandis lib. περὶ τέχνης (p.1.54) Mali medici τύχης δούλους, fortunæ mancipia eiuſq; indigi, qui quoniam artis & virtutis expertes ſunt, bona fortuna & proſpera indigent, ἐν παραγγελίαις (p.18.4.) Artem nanq; bona fortuna, inertiam mala ſequitur, libr. περὶ τέχνης.

Εὐφόρως φέρειν, leuiter & facilè ferre, quod dicitur Hip. de his euacuationibus, quæ tantum abeſt naturã vt infeſtent, plurimùm ẽt vt leuent, benè & leuiter ferant ęgri, aph.2.li.1. & cui δυσφόρως φέρειν, difficulter aut ægrè ferre & grauiter opponit, aph.25.li.1. & 3.li.4. Li.4. Ep. (333.3.) τὰ δύσφορα ἔστιν εὐφόρως φέρουσι, & quæ

implacidiratem faciunt facilè ferãt. Et aph. 10. ſect. 4. lib. 6. Epid. καὶ εὐφόρως φέρουσι, & facilè aut placidè ferunt. εὐφόρως φέρει, εὐκόλως exponit Moſcopulus, & ferre εὐκόλως dixit M. Tullius li. 13. epiſt. ad Att. εὔφοροι πόνοι toleratu faciles dolores. in Prorrh. (p. 207. 23) quod εὔφορον dicitur Coac. Pręn. (p. 431. 22.) conducibile, quia ſi inferiores partes petãt, μεγάλως ἐπιδιδοῦσιν ὅλην τὴν νοῦσον διέξοδον, magnopere ad morbũ conferent, vt ſcribit Gal. Εὐφορίας γαστρὸς, ventris tolerantia, cùm venter perturbationes, aut infernas purgationes facilè fert & benè tolerat, qualis eſt vẽter craſſus, benè habitus & corporatus, aph. 6. ſect. 7. lib. 6. Epid.

Εὐφρόνη nox, non ſolũ poëtis ſed & aliis ſcriptoribus vſurpatur. Sic aũt dicta videtur antiquis (vt ſcribit Plutarch. lib. περὶ πολυπραγμοσύνης, ꝙ multũ conferre putarent πρὸς εὕρεσιν τῶν ζητουμένων καὶ σκέψιν τὴν ἡσυχίαν καὶ τὸ ἀπερίσπαστον. Et ſi idẽ alias adfert rationes ſymp. lib. 7. qſt. 9. Lib. περὶ γυν. φύσ. (p. 231. 12) πρὸς τὸ στόμα τῶν ὑστερέων ἴσχειν προσκεῖσθαι ἡμέρας καὶ εὐφρόνην, ad os vterorũ appoſitam [ſcilicet partẽ] per diẽ & noctem ſinere. Sic ſæpè ἡμέρας καὶ εὐφρόνην iungit Hip. vt lib. 1. περὶ γυν. (p. 243. 29. 32 & 34.) & (p. 262. 35.) Rurſus eodem lib. (p. 231. 43.) δύο ἡμέρας καὶ δύο εὐφρόνας, per duos dies & duas noctes. Quem locum ſubindicans Erotianus, εὐφρόνας τὰς νύκτας exponit. Quæ dictio etiam Herodoro vſurpatur.

Εὐφυὴς eſt appoſita & habilis natura. εὐφυὴς τὸ γόνυ, genu commoda & appoſita natura ac facilis, lib. de art. (p. 660. 50) quòd faciliùs q̃ cubiti gibbus reponatur, aut quòd facilè diſtendatur, aut contrahatur, aut moueatur.

Εὐχαριστίη gratitudo qua homines demeremur aut gratia, ἐν παραγγελίαις (p. 18. 40.)

Εὐχερὴς, promptum, procliue, propẽſum, facile, expeditum. In Prorrh. (p. 209. 25.) οἱ ἐν ὑστερικοῖς σπασμοὶ εὐχερεῖς. Quę vteri ſuffocationib. ſunt opportunæ, ad conuulſiones propenſę ſunt. Vbi Gal. ſcribit, τὸ εὐχερὲς ὄνομα τῶν ἀμφιβόλων ἐστὶν ὅσον ἐφ' ἑαυτοῦ. δηλοῖ γὰρ γνῶσιν τις ἀκούειν ἐξ αὐτοῦ καὶ τὸ εὔλογον τῆς γενέσεως τῶν ἐπὶ ὑστερικοῖς παθήμασι γινομένων σπασμῶν. δηλοῖ δ' ἢ καὶ τὸ ἀκινδύνευτον αὐτῶν εἰρῆσθαι. ὥστε αὐτὴ μὲν ἡ ῥῆσις οὐδὲν διδάσκει, καθάπερ οὐδ' ἄλλος τις λόγος ἀμφίβολος. εὐχερὲς nomen quantum in ſe eſt ex ambiguis exiſtit. Licet igitur ex eo intelligere rationi conſentaneam in hyſtericis affectib. cõuulſionum generationem. Põt ẽt dici eas periculo vacare. Quare hæc quidem dictio nihil nos docet, ſicut neque alius ambiguus ſermo. Eadem verò phraſis repetitur Coac. Prænot. (p. 434. 8.)

Εὐχροίη προσώπου, benè colorata facies, floridus faciei color, in Coac. Præn. (p. 426. 4.)

Εὐχύλως cum bonitate ſucci ſignificat lib. 1. περὶ γυν. (p. 238. 31.) vbi benigni humoris copia ita temperari vteros iubet Hipp. vt præpingues potiùs quàm graciles reddantur.

Εὐώδης pro vino odore grato & ſuaui ac generoſo ſumitur apud Hip. & ὁ οἶνος ſubauditur, Libr. 5. Epid. (p. 341. 7.) καὶ μέθης εὐώδεος, & ex vini ſuauis aut generoſi ebrietate.

Εὐωχεῖσθαι eſt liberaliter epulari. qua voce vtitur Hip. lib. 1. περὶ γυν. (p. 234. 20.) καὶ εὐωχείσθω. & liberaliter epuletur, aut liberalius enutriatur. Ac rurſus ibid. (v. 23.) ἅτε εὐωχουμένης, vt quæ largius epuletur.

¶ Ἕδρανον eſt ſella firmior & ſedile ſtabile. ἑδραῖόν τι apud Hip. li. de fract. (p. 541. 33.) aliqd ſtabile exponit Gal. eiuſmodi quid ſtabile aut firmũ in quo quis firmiter defidere poſſit. Sic li. 2. de Morb. (p. 150. 41.) purulẽtum ἐπὶ ἑδράνου, τὸ μὴ ὑποκινεῖν καθίσας, in ſella firma aut ſedili ſtabili locatum, ad concuſſionem accõmodat. Lib. verò 3. (p. 164. 39) ἐπὶ ἕδρης ἀκινήτου καθίσας, in firma ſella locatũ ſtatuit. ἐφεδρεία verò Gal. initio lib. de cogn. curandisq; animi morb. τὴν παραφυλακὴν, ἢ τὴν διάγνωσιν, ἢ τὴν ἐπανόρθωσιν ſignificat, obſeruationẽ, diiudicationem, aut correctionem.

Ἔφηλις cutis faciei aſperitas quędam & durities ex ardore ſolis aut inflãmatione ortum ducens, de qua agit Celſus cap. 5. libr. 6. diſcolorem à ſole cutẽ aut aduſtam, & vitia cutis in facie, apud Dioſc. quidã vertunt. Celſus cap. 8. li. 2. ἐφηλίδας παντοῖα χρώματα ἐχούσας, ex Pror. 2. (p. 420. 46) maculas quaſdã omniũ colorum, vertit, nos faciei vitia omni colorum genere diſtincta (ephelidas vocãt) vertimus. Ἔφηλις Heſychio exponitur πάθος ἐπὶ προσώπου τραχύτητος, vitiũ faciei aſperę. Varino verò, ἡ ἐκ τοῦ ἡλίου περὶ τὸ πρόσωπον γινομένη ἔκκαυσις καὶ μελανία. faciei à ſole exuſtio aut nigredo. Polluci aũt, ὑποπελιδνος ἐν προσώπῳ ἐπιδρομὴ ἀφανίζουσα τὸ κατὰ φύσιν χρῶμα. ſubliuida in facie excurſio, naturalem delens colorẽ. Ἐφηλὶς καὶ φακὸς ſunt Actuario οἷά τινα στίγματα περὶ τὸ πρόσωπον, ἀλλοχροοῦντα πρὸς τὸ λοιπὸν τοῦ προσώπου χρῶμα. q̃dam veluti faciei maculæ, quæ diuerſum à reliqua faciei colorem habent. Ἔφηλις celebratur Hip. lib. περὶ ὄψιος (p. 110. 44.) vbi lentiginẽ non rectè vertũt interpretes. Ad ἐφηλίδας ẽt medicamẽtũ adſcribitur li. 2. περὶ γυν. (p. 285. 2.) Et li. περὶ ἀφόρων (p. 291. 4) prægnãtes mulieres ἐφήλιν προσώπου habere ſcribit

Ἐφήμεροι πυρετοὶ, febres diariæ, quarum tota cõſtitutio vnica acceſſione horarum quatuor & viginti circunſcribitur. Gal. com. ad aph. 55. lib 4. ἐφήμεροι πυρετοὶ πάντες πρὸς αὐτοῦ καλοῦνται, ὅσοι κατὰ τὴν ἰδίαν λόγῳ ἡμέρᾳ γίγνονται μιᾷ. febres diariæ ab eo vocantur, quæ ſua natura diem vnum durãt. Sic Actuario ἐφήμεροι dicuntur, ἅτε ἐπὶ μιᾶς τὸ πλέον ἡμέρας λυόμενοι, quòd vno ferè die ſoluantur. Harum meminit Hip. aph. 55. libr. 4. & libr. 2. Epid. (p. 315. 20.) Diariarum verò febrium cauſas, ſigna, & notationem pete ex Galeno libr. de diff. feb. & lib. ad Glauc. & Gorrhæo.

Ἑφθότης excoctionem & elixationem ſignificat aut colliquationem quæ fit ob nimiã humiditatem, non autem ſiccitatem, vt fit in carnibus elixis q̃ nimia redũdante humiditate excoctę ſunt & exuctę. Hip. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 170. 42) nimiũ ſomnũ ſcribit διαλύειν τὸ σῶμα καὶ ἑφθότητα καὶ καρηβαρίην ἐμποιεῖν, corpus diſſoluere, & excoctionem ac capitis grauitatẽ inducere. vbi Gal. ἑφθότητα νοήσαντα

πάθε τοῦ σώματος corporis tarditatem exponit, & τὴν ἔκλυσιν τῆς τόνου, virium corporis diſſolutionem ſignificare ſcribit, quaſi quandam corporis elixationem ab humido calore inductam. Sic ἐφθοὶ dicuntur lib. 4. Epid. (p. 329. 39.) qui febrib. laborabant, quę ob nimiam humiditatis redundantiam corpus exolutum ac velut excoctum redderent.

Ἐφίδρωσις apud Hip. tenuẽ quendam ſudorem ex toto corpore obortum, paucum & inutilem ſignificat, aut eum qui ex ſuperioribus partibus circa frontẽ, iugulum & thoracem effluit, earumque partium grauitatem, aut retẽtricis facultatis imbecillitatem indicat. Neq; tamen cùm creberrimè hæc dictio vſurpetur Hippocrati, apud eum ſatis diſtincta videtur eius notatio, vt ſatis ex Galeno cuiuis patere poteſt. Is enim ſcribit com. 1. in Prorrh. (p. 173. 20.) τὸ δὲ ἐφιδρῶσαν, ἐπειδή ποτε μὲν ἐπὶ τοῖς κατὰ κεφαλὴν, ἢ θώρακα χωρίοις ἱδρώτων γινομένων εἰώθασι λέγειν. ἐνίοτε δὲ ἐπὶ τῶν δι' ὅλου μὲν τοῦ σώματος, ἀλλ' ὀλίγων. ὁπότερον δ' ἂν εἴη νῦν εἰρημένον, οὐκ ἀγαθὸν ἐστὶ σημεῖον. οἱ μὲν γὰρ δι' ὅλου τοῦ σώματος ἱδρῶτες ἐπ' ὀλίγον οὕτω γινόμενοι, δι' ἔτι μὴ λύουσι τὴν καθ' ὑποχόνδριον φλόγωσιν, οὐκ ἀγαθοί. οἱ δ' ἐν τοῖς ἄνω μέρεσιν, ἐπειδὴ κατὰ διττὸν γίνονται τρόπον, ἢ ἀῤῥωστίαν τῆς δυνάμεως, ἢ βαρυνομένης ὑπὸ πλήθους. Illud autem ἐφιδρῶσαν (quod eſt ſi tenuiter exudent) cùm interdum ſoleat efferre de ſudoribus, qui ex locis circa caput & thoracem oriuntur, interdum etiam de his qui ex toto corpore, ſed pauci effluunt: vtrum nunc dixerit, ſignum bonũ non eſt. Qui enim ex toto corpore pauci ita oboriũtur ſudores, quòd flammeum illum in præcordiis ardorem nõ ſoluunt, boni æſtimandi non ſunt. Neq; verò qui in ſuperioribus partibus fiunt, cùm duobus modis oriantur, nempe vel imbecilla facultate, aut copia grauata. Rurſus com. 2. in Prorrh. (p. 183. 46.) ἐφίδρωσις δὲ τούτοις προσελθοῦσα, βεβαιοτέραν ἐργάζεται τὴν πρόγνωσιν. ἐάν τε γὰρ ὀλίγον ἱδρῶτα καθ' ὅλον τοῦ σώματος γινόμενον ὑπὸ τοῦ τῆς ἐφιδρώσεως ὀνόματος δηλοῦσθαι νομίζωμεν, οὐκ ἀγαθὸν τὸ σημεῖον. ἐχρῆν γὰρ ὑπ' αὐτοῦ, καὶ εἰ μὴ τὸ τῆς ὀσφύος ἄλγημα, τό γε ἀσῶδες καῦμα λυθῆναι. ἐάν τε περὶ θώρακα καὶ κεφαλὴν ἱδρῶτας γινομένους, ἐμάθομεν ὅτι διὰ παντὸς οὗτοι μοχθηροί, δυνάμεως ἀῤῥωστίαν, ἢ πλῆθος ἐν τοῖς τούτοις μορίοις ἐνδεικνύμενοι. His aũt accedens ἐφίδρωσις, certiorẽ efficit pręcognitionem. Siue. n. ἐφιδρώσεως nomine paucum ſudorem toto corpore obortũ denotari intellexerimus, in bonis ſignis non eſt. (Ab eo nanq;, ſi nõ lumborum dolor, at certè ardor ille cũ anxietate, ſolui debuerat.) Siue ſudores eos qui circa thoracẽ & caput fiũt ſumpſerimus, didicimus eos in totum malos eſſe, cùm facultatis imbecillitatem, aut earũ partium copiã indicent. Ac rurſus eod. comm. (p. 198. 19.) εἶπεν ἐπὶ τῷ τέλει προσθεὶς ἐφίδρωσιν, ὃ καὶ αὐτὸ πάλιν ὅλου τοῦ σώματος ὀλίγον ἱδρῶτα, καθάπερ νοτίδα δύναται δηλοῦν, ἢ τὸν περὶ θώρακα καὶ κεφαλὴν μόνην. deinde in fine addens ἐφίδρωσιν (q̃ & ipſa rurſus totius corporis exiguũ ſudorem, velut madorẽ denotare põt, aut eum qui circa thoracem & caput ſolum exoritur.) Idem quoq; com. 3. in eundem li. (p. 211. 8) ἐφίδρωσιν δὲ πολλάκις μὲν ἤδη κατὰ τὸ βιβλίον ἔγραψεν, οὐδαμόθι δὲ σαφῶς οὕτως ὡς γνῶναι, πότερον τὴν περὶ θώρακα καὶ κεφαλὴν γινομένην ἱδρώτων ἐπιφάνειαν οὕτως ὀνομάζει, ἢ καὶ τὴν δι' ὅλου τοῦ σώματος, ὅταν ὀλίγοι τε καὶ μηδὲν ὠφελοῦντες γίνονται. μοχθηρὸν μὲν οὖν ἑκάτερον αὐτῶν ἐστι, μοχθηρότεροι δὲ οἱ ἐν τοῖς ἄνω μέρεσι γίνεται. σημαινούσης γὰρ ἁπάσης ἐφιδρώσεως, ἤτοι πλῆθος ἐν τοῖς ἐφιδροῦσι μορίοις, ἢ τῆς καθεκτικῆς δυνάμεως ἀῤῥωστίαν, ὁπότερον ἂν ᾖ τούτων, ἐν τοῖς περὶ θώρακα καὶ κεφαλὴν τόποις μοχθηρότερόν ἐστι σημεῖον, ἢ κατ' ἄλλο τι μέρος γενόμενον. Iam verò ſæpius hoc in libro ἐφίδρωσιν ſcripſit, nusq̃ tñ tam apertè vt noſcere queas, num apparentes circa thoracem & caput ſudores ita appellet, num ẽt eos qui ex toto corpore pauci & nihil cõferentes oboriuntur. Cùm igitur prauum vtrunq; exiſtat, deterius certè qđ in ſuperiorib. partib. contingit. ἐφίδρωσις nãq; omnis cùm multitudinem in exudantib. partibus indicet, vel facultatis retẽtricis imbecillitatẽ, vtruncunq; eorum contingat, in locis circa thoracẽ & caput deteriorem habet ſignificationẽ, q̃ quauis alia parte corporis. At verò multis locis apud Hip. ἐφίδρωσις tenuem ſudorẽ q circa frontẽ, iugulum, thoracẽ, caput, naſum & mentum apparet, languẽtesq; vires ſuſpectat, ſubindicat, vt li. 1. Epid. (p. 371. 23) σμικρὰ ἐφιδροῦντες περὶ μέτωπον καὶ κληῖδας, cum paruo tenuiq; ſudore circa frontẽ & clauiculas oborto. Vbi ẽt ſudor qui toto corpore emanat ei opponitur, & δι' ὅλου vocatur. In Sil. lib. 1. Epid. ἕκτῃ περὶ κεφαλὴν μικρὰ ἐφίδρωσε, ſexto die circa caput tenuis ſudor erupit. Et ægr. 3. li. 3. Epid. ἐφίδρωσε περὶ κεφαλὴν καὶ κληῖδα, circa caput & iugulũ tenuiter exudauit. In Pror. (p. 182. 54) οἱ ἐφιδροῦντες καὶ μάλιστα κεφαλὴν, exudãtes ægri & quib. ſudores maximè circa caput oboriuntur. Ruſuſque (p. 207. 27.) οἱ ἐν πυρετοῖσιν ἐφιδροῦντες, in febrib. tenuiter exudantes. Et (p. 217. 8.) ἆρά γε καὶ ἐφιδρῶσι τὰ ἄνω. num partibus ſuperiorib. tenues ſudores exoriuntur? οἱ ἐφιδροῦντες πολλά, ſæpe multumq; pauco ac tenui ſudore exudantes. In Coac. Pr. (p. 424. 47) Et rurſus (p. 444. 8) ἐφιδρῶσι ψυχροῖς tenuibus & frigidis ſudorib. diffluentibus. Sic aph. 5. ſect. 7. li. 6. Epid. οὐκ ἐφίδρωσε μέτωπον, tenuem circa frontẽ ſudorem non habuerunt. Gal. quoq; cõ. 1. in Pror. (p. 170. 50.) τὸ δὲ ἐφ' ἱδρῶσαν, δηλοῖ μὲν ἱδρῶτας γίνεσθαι περὶ τὴν κεφαλὴν, σημαίνοντας αὐτὴν ὑπὸ πλήθους ἐνοχλεῖσθαι. Illud aũt ἐφ' ἱδρῶσαν ſudores quidẽ circa caput obortos indicat, qui ipſum copia conflictari ſignificant. Vbi nil refert num ἐφ' ἱδρῶσι, an verò ἐφιδρῶσι legatur, vt nec ſæpiùs aliàs eodẽ in libro. Eſt & ἐφίδρωσις Aret. cap. 4. lib. 2. περὶ ἰξ. καὶ περὶ μέτωπον καὶ κληῖδας, mador circa frontem & iugulum. ἐφιδρῶν quoq; ſuperuenientẽ ſudorẽ eumq; criticũ & ad iudicationem cõparatũ interdũ deſignat, nõ eum tñ qui circa thoracẽ aut caput effunditur. In Prorr. (p. 206. 15) καὶ αὐτῇ φριξάσῃ ἐφίδρωσεν. de muliere q poſtq̃ inhorruerat, ſuborto ſudore indicatione eſt abſoluta. Sic ἐφιδροῦντες ἀναθερμαινόμενοι, ſuborto ſudore recaleſcẽtes, in Co. Pr. (p. 425. 22)

& (p.427.30.) ἐφιδρῶσι, de his qui ſuperueniente ſudore iudicatorio febribus ardentibus liberantur, effertur.

Ἐφίστασθαι eſt ſupetſtare, in ſupetficie conſiſtere, in ſummo inſidere, extare, innatare, ſupernatare, ἐφίστασθαι ἐπ' ἄνω τοῦ οὔρου, in vrinæ ſuperficie inſidere, aph.34.lib.7. & dicitur de his quæ in vrinæ ſummo ſuperſtãt, velut adeps & pingnedo, aph.35.lib.7. & Progn. (p.142.9.) λιπαρότητες ἄνω ἐφιστάμεναι ἀραχνοειδέες, pinguedines araneatũ telis ſimiles ſuperinnatantes, & colliquationem ſignificantes. lib.4. Epid. (p.329.24.) ὡς πιμελῶδες ἐφίστατο, velut adipale quiddã in ſummo extabat. Ἐφίστασθαι ẽt de deiectionibus dicitur quæ conſiſtunt, cohibentur, nec niſi vi, aut adhibita opera, deiiciuntur. In Prorrh. (p.201.19.) ἐκ τούτων ἄχολα ἐφιστάμενα), deinde quæ bilioſa nõ ſunt cohibeantur, cõſiſtant. Gal. ἐφιστάμενα legit & exponit: καὶ πρὸς ἀνάδοσιν μόγις χαλᾶται, τουτέστι μετὰ τοῦ προσδέχεσθαι τὸ ἰατρὸν, ac vi adhibita, & vix quidem demittuntur, hoc eſt, non ſine medici induſtria.

Ἐφλυδῶν, ἐχαλάσθησαν, exponit Gal. apud Hipp. in Exeg. laxati ſunt.

Ἔφοδοι ſunt meatus, tranſitus, & viæ per quas corporis recrementa deponũtur, aut vacuantur, aph.25. ſect.2. libr.6. Epid. τὰς ἐφόδους ἀναστομοῦσθαι, οἷον ῥινός, καὶ τὰς ἄλλας ὧν δεῖ. Meatus recludendi ſunt, vt nares, atq; alij quibus opus eſt. Vbi τὰς ἐφόδους exponit Gal. τοὺς ἐκκριτικοὺς πάντας πόρους τῶν περιττωμάτων, excretorios omnes ſuperuacaneorum meatus. Eſt & ἔφοδος incurſio hoſtilis, acceſſus, aut aduentus, & eleganti tranſlatione de dierum criticorum circuitu & periodo dicitur Hipp. in Progn. (p.154.26.) ἡ μὲν οὖν πρώτη ἔφοδος αὐτέων οὕτω τελευτᾷ. Itaq; primus eorum inſultus ad hunc modum deſinit. Vbi ſcribit Gal. πολλάκις εἰρημένην εὑρήσεις παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἔφοδον πολεμίων ἢ λῃστῶν, ἀφ' ἧς νῦν οὕτως Ἱπποκράτης μετενήνοχε τὴν προσηγορίαν ἐπὶ τὰς τῶν κρισίμων ἡμερῶν περιόδους. Inuenies plærunque dici apud Græcos hoſtium aut latronum ἔφοδον, hoc eſt, inſultum aut incurſum, ex quo nũc trãſtulit Hippocrates appellationem ad dierum iudicatoriorum circuitus. Ἔφοδοι φύσεως ſunt naturæ viæ, ac veluti motiones atq; impetus ad obeundas naturæ functiones, aut appetitiones naturales, quibus ad agendum aut mouendum impellimur. aph.2. ſect.5. lib.6. Epid. ἀνευρίσκει ἡ φύσις αὐτὴ ἑωυτῇ τὰς ἐφόδους, οὐκ ἐκ διανοίης. Natura ipſa ſibi per ſe, non ex conſilio, motiones ad actiones obeundas inuenit. Vbi ſcribit Gal. ἐφόδους ὀνόμασε φύσεως, ὡς εἰ καὶ ὁδούς, ἢ ὁρμὰς ἐπὶ τὰς ἐνεργείας εἶπεν, οὐχ ὡς ἡμεῖς διανοούμενοί τε καὶ προαιρούμενοι προστιθέμεθα οὕτως γινομένας. ἐφόδους naturæ vocat, quaſi vias ac motiones ad obeundas actiones dixiſſet, quæ non à conſilio aut voluntate proficiſcuntur, vt fit in his quæ agimus. ἔφοδος ἐναργής, euidens obſeruatio aut aggreſſio ex ſingularibus rebus & ſub ſenſum cadentibus, ἐν παραγγελίαις (p.17.18.) εἰ δὲ μὴ ἐξ ἐναργέος ἐφόδου, ἐκ δὲ πιθανῆς ἀναπλάσιος λόγου, quod ſi nõ ex euidenti obſeruatione, ſed ex probabili rationis figmento procedat. τῇ ἐφόδῳ τὴν πιθανὴν ἀνάπλασιν λόγου opponens. Ἔφοδοι Hippocrati ſæpè dicũtur lib.1. περὶ διαίτης (vt p.87.39. & 48. & p.88.) rerũ ſimiliũ vel diſſimilium acceſſiones, quæ corporis temperaturam aut iuuant aut lędũt, vt ignis & aquæ ἔφοδοι, ἐπιφοραὶ & καταστάσεις eidẽ dicũtur ẽt poſtea, quibus ἀποχωρήσιες & ἀπαλλάξιες opponuntur, receſſus & ſublationes. ἔφοδος exponitur Heſych. ὁρμή, ἄφιξις, ἐπιδρομή, παρουσία, βλάβη. impetus, aduentus, incurſio, acceſſus, noxa.

Ἐφυγραίνεσθαι, humeſcere, madefieri. ἐφυγραινόμεναι κοιλίαι, alui humeſcentes, fuſæ, fluentes, lubricæ, ſolutæ, citæ ac fluidæ, libr.1. Epid. (p.365.5.) vt & aliàs ſæpè.

¶ Ἔχειν quod eſt habere, interdum ἀντὶ τοῦ σημαίνειν, pro ſignificare, ponitur apud Hipp. qui cauſarũ vocibus pro ſignis nonnunquam vti conſueuit. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.76.38) τὸ δὲ τοιοῦτον διαχώρημα ἔχει μὲν καὶ ἄλλα σίνεα μεγάλα. Deiectiones aũt huiuſmodi & alias quidẽ graues habent offenſas. Vbi ἔχει ἀντὶ τοῦ σημαίνει poſitũ videtur. Sic. n. ſcribit Gal. σύνηθες δὲ αὐτῷ πολλάκις ἐπὶ τῶν σημαίνειν χρῆσθαι τῇ τῶν αἰτίων καὶ βλαπτομένων σωμάτων φωναῖς. τὸ γοῦν τοιοῦτο διαχώρημα, κάλλιον ἦν εἰπεῖν σημαίνειν, ἀλλ' ἔχειν εἶπε. καίτοι τὰ μὲν πεπονθότα σώματα τὰς βλάβας ἔχει, τὰ δ' αἴτια ποιεῖ, τὰ δὲ σημεῖα δηλοῖ. Eſt aũt ei vſitatum plærunq; de ſignis, cauſarũ & malè affectorum corporũ voces vſurpare. Huiuſmodi igitur deiectiones melius ſignificare dixiſſet, verùm habere dixit: quáuis affecta quidem corpora læſiones habeant, cauſę faciant, & ſigna indicent. Et rurſus paulò pòſt: ἔχει μὲν ὁ Ἱπποκράτης, ὡς ἔφην, εἰωθὼς ἀεὶ σὺν καὶ τοῖς τῶν αἰτίων ἐνδεικτικοῖς ῥήμασιν ἐπὶ τῶν σημείων χρῆσθαι. Verùm Hip. vt dixi, conſueuit interdum vocibus, cauſas indicantibus, pro ſignis, vti.

Ἔχειν etiam pro ἐν γαστρὶ ἔχειν videtur poſitum apud Hip. vterum geſtare, grauidam eſſe aut prægnantem, aut fœtũ concipere. lib.4. Ep. (p.330.35.) οὐκ εἰδυῖα εἰ ἔχει, cùm neſciret an vterũ geſtaret, aut grauida eſſet. Et rurſus (ibid. v.39.) αὕτη εἶχε ταχέως καὶ ἀπεφθείρετο. Hæc celeriter fœtum concipiebat & perdebat.

Ἔχειν ἑωυτὸν, pro ſibi conſtare aut ſuæ mentis eſſe, ponitur, lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθ. (p.210.45.) οὐκ ἔχει ἑωυτὸν, ſibi non cõſtat, mentis cõpos nõ eſt.

Ἔχειν etiam λαμβάνειν ſignificare videtur apud Hip. & ἔχει pro λαμβάνει poſitum, lib.2. Epid. (p.318.27.) καὶ μέγα τότε ἔχει, tuncq; magnitudinem habet, aut perfectionem accipit. Et rurſus (ibid. v.28.) φλέψ ἔχει παχεῖα ἐν ἑκατέρῳ τιτθῷ. Vtraque mamma venam craſſam habet.

Ἔχει παρέχει etiam ſignificat apud Hipp. lib. περὶ ἰητροῦ (p.13.24.) ὁ δὲ διαλείπων, ἀνάπαυσιν ἔχει τούτοις τοῖς κεκμηκόσιν. Qui verò intermittit, horum aliquod laxamentum ægrotis præbet.

Ἔχειν etiam de febre effertur, quæ vbi prehẽdit nõ intermittit. Sic enim in Prog. (p.150.7.) exponit Gal. ἐὰν ὁ πυρετὸς ἔχῃ, τουτέστι κατειλήφῃ τὸν ἄνθρωπον, ὡς εἰς ἀπυρεξίαν μηδέποτε ἀφικνεῖσθαι. Si febris habeat, h. e. hominem prehendit, ita

vt ad integritatē non perueniat. Sic ἔχεσθαι detineri ſignificat & de homine affectu aliquo vehemēti correpto dicitur, aut penitus occupato. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 88. 20.) τό, τε σῶμα ὥσπερ ὑπὸ ὀστοκόπου ἐχόμενον, corpuſq; velut ex oſſium laſſitudine detētum. Et aph. 34. & 35. Lib. 4. ἢν ὑπὸ πυρετοῦ ἐχομένῳ, ſi febre detento. Vbi ſcribit Gal. id intelligi poſſe ſimpliciter de homine quomodolibet febricitante, aut de eo qui vehementi febre detinetur. Quemadmodum de vehementibus affectibus aliàs dicitur, & vehementer affici ac laborare ſignificat, aut corripi, vt aph. 16. lib. 6. ἔχεσθαι ὑπὸ πλευρίτιδος, lateris dolore vehementer affici aut detineri, quod κατέχεσθαι καὶ βιάζεσθαι, corripi & vexari exponit Gal. & Philotheus ἔχεσθαι, ἰσχυρῶς κατέχεσθαι καὶ βιάζεσθαι τὸν κάμνοντα ſignificare ſcribit. ἔχεσθαι ὑπὸ λυγμοῦ, ſingultu detineri aut corripi, aph. 13. lib 6. & ὑπὸ ὕδρωπος ἔχεσθαι, hydrope & aqua inter cutem corripi aph. 14 lib. 6. & ἔχεσθαι ὑπὸ διαρροίης, alui profluuio detineri, aph 15. lib. 6. & ἔχεσθαι ὑπὸ κυνάγχης, ab angina detineri, aph. 17. lib. 6. quod de vehementiore angina intelligitur. Prorrh. 2. (p. 416. 5.) ὁ ὑπὸ τοῦ ὕδρωπος ἐχόμενος qui hydrope detinetur. Et lib. 5. Epid. (p. 335. 16.) ἀνὴρ νόσῳ εἴχετο, quidam morbo detinebatur.

Ἔχεσθαι cum genitiuo appetere ſignificat, affectare, amplecti, vendicare. Lib. κατ' ἰητρ. (p. 684. 25.) ὧν δὲ ἔχεται ἐπίδεσις, quæ verò deligatio appetat, amplectatur, hoc eſt, quænam vires deligationis ſint & quænam effecta. Vbi Gal. ἔχεσθαι ἐφίεσθαι, ἀντιποιεῖσθαι καὶ σχάζεσθαι exponit, appetere, ſibi vendicare, arrogare, & ſpectare. Sic τὸ ἐχόμενον quod eſt conſequens & conſequenter habet, dicitur, aut quod attinet. Lib. περὶ παθῶν (p. 185. 26.) καὶ ὅσα μὲν σιτίων ἢ ποτῶν ἐχόμενά ἐστιν, quæ ad cibos & potiones conſequūtur, ſe habent, pertinent, quod ad cibos ac potiones attinet. Ἔχεσθαι τῶν σιτίων eſt cibis adhærere, hoc eſt èis diu inſiſtere ac vti, aut inhærere. Lib. 2. de Morb. (p. 150. 16.) καὶ τῶν σιτίων ἔχεσθαι ὡς μάλιστα, & his cibis adhæreat quàm maxime, hoc eſt, præcipuè inſiſtat, inhæreat, & iis diutius vtatur. Intelligit autem marinos cibos & ſalſos potiùs quàm carnes expetendos. Ἔχεσθαι τῶν γινομένων, his quæ fiunt inhærere, aut quæ fiunt cognoſcere, ἐν παραγγελίαις (p. 17. 14.) Sic ἔχεσθαι δόξης μᾶλλον, potiorem ſuæ exiſtimationis rationem habere (ibid. v. 39.) Ἔχεσθαι κάτω, eſt deorſum tendere & niti, ad inferna adhærere & ea amplecti, lib. 4. Epid. (p. 328. 34.) πολλῷ δὲ μᾶλλον εἴχοντο κάτω, multò verò magis infra tendebant. Ἐχόμενοι τούτων [illegible], qui hos ætate proximè cōſequuntur, aut ætate vicini ſunt, proximi ac coniuncti, aph. 18. lib. 3.

Ἐχέτροσις ἡ λευκὴ βρυωνία exponitur Gal. in Exeg. apud Hipp. bryonia alba, ſed ἐχίτλωσις quidā vitioſè legunt. Ea autē dictione vtitur Hipp. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 222. 2.) ad vterorum collutionem, & lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 263. 4. & 25.) & lib. 2. (p. 275. 1.)

Ἐχινίδες dici videtur Hipp. parui echini marini, quorū frequens ei vſus eſt in tota muliebriū tractatione, vt lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 220. 23.) & lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 258. 8. 10.) aut tribuli marini, quos τριβόλους θαλασσίους vocat (p. 219. 1.) quib. etiā frequenter vtitur Hip. ad locorū muliebrium purgationē. Qui & dicunt ἐχῖνοι quòd aculeis horreāt, & ἐχινόποδες Athenæo lib. 3. Eſt verò tribuli aquatici facultas frigida & adſtringens, ideoq; ad phlegmonas & omnes influxus conuenit, quod etiam ſcribit Gal. lib. 8. med. ſimpl. Eſt & ἐχῖνος herba lib. 6. med. ſimpl. quæ alio nomine ὤκιμον, latinis ocimum aquaticū dicitur, cuius fructus repellentis & exiccatoriæ eſt facultatis, proindeq; ad fluxiones accommodatur. Echini autem tum marini tum terreſtris corpus extergentis & digerētis eſt facultatis. Apud Hipp. verò Cornar. pro ἐχινίδες σχινίδες legit & lentiſci fructum exponit. Caluus quernos erinaceos, quòd fortè Heſychio ἐχῖνοι dicantur τῶν δρυῶν αἱ κέλυφοι, h.e. aluei & conchulæ illæ quibus glandes inſidēt. Sic lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 229. 22.) pro ἐχίνου, σχίνου lentiſci folia legit Cornarius, vt lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 285. 49.) χηνὸς pro σχίνου vitioſè legitur, in collutionib. ad vteri fluores. Ἐχῖνος etiā dicitur Heſychio ὁ πλατάνου ὁ καρπὸς, platani fructus. Platani autem pilulæ deſiccantē vim poſſidēt, vt ſcribit Gal. lib. 8. med. ſimpl. Eſt & Heſychio ἐχῖνος εἶδος ῥοιῶν, punici genus quoddā. Ἐχῖνος verò apud Hip. ollam magnā patentem ſignificat. Erotian. ἐχῖνον καινὸν, χύτραν καινὴν explicat, additq; ἐχῖνον eſſe χύτρας εἶδος μεγαλοστόμου καὶ μεγάλης, cuius meminiſſe Eupolim, Menandrū & Philemonē ſcribit. Gal. quoq; in Exeg. ἐχῖνον dici ἀπλῶς χύτραν & ἀγγεῖον [illegible] ſcribit. Ἐχῖνος Heſychio inter alia ſignificata λοπὰς dicitur & σκεῦος μαγειρικὸν, vt & Polluci lib. 6. cap. 13. χύτρας εἶδος, inter inſtrumenta coquinaria, vt & ἐχῖνος etiam ὁ λέβης Varino. Sic forte apud Horat. ſumitur ſatyr. 6. Serm. 1. aſtat echinus vilis, cum patera guttus, Campana ſupellex. Ἐχῖνος etiam Polluci cap. 1. lib. 8. dicitur Athenis fuiſſe εἰς ὃ αἱ μαρτυρίαι ἐμβληθεῖσαι κατεσημαίνοντο, capſa in quam teſtiū dicta cōiecta erant & obſignata. Dicitur quoq; ἐχῖνος Varino & Budæo ex Suda, ἄγγος χαλκοῦν ἢ ἐκ κεράμου, εἰς ὃ καθίεσαν οἱ διαιτηταὶ τὰ γραμματεῖα τῶν μαρτυριῶν, ἅπερ ἐμαρτύρησαν, καὶ κατασημηνάμενοι μετὰ ταῦτα εἰ ἐγκληθείη ἡ δίαιτα τοῖς δικασταῖς ἐπεδίδουν, vaſculum æreum aut figlinū, in quod teſtium dicta & acta litis immittebantur, apudq; ſequeſtrem deponebātur, donec palam in iudicium proferrentur. Capſam forenſem vocat Budæus. Vtitur ea dictione Hippocrat. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 230. 3.) materiam ad vteri fomenta ἐγχέας ἐς ἐχῖνον καινὸν, in ollam nouam fundens, & τοῦ δὲ ἐχίνου τρυπήσας τὸ ἐπίθημα, cuius vaſis operculum ſit perforatum. Ruſus lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 282. 32.) ταῦτα ἐμβαλὼν ἐς ἐχῖνον καινὸν. hæc in ollam nouam immittito. Et (pag. 289. 9.) ἐς ἐχῖνον ἐνθεὶς, ὃ τὸ ἐπίθημα ὀπὴν ἔχει. in ollam mittito, cuius operculum foramen habeat. Et (v. 28.) ταῦτα ἐμβάλλειν ἐς ἐχῖνον καινὸν, hæc in ollam nouam imm-

mittito. Lib. περὶ ἀφόρων (p.295.41.) ἐγχέας ἐς ἐχῖνον θαλάσσης, aqua marina in ollam affuſa. Vbi ἐχῖνον θαλάσσης pro concha aut teſta echini marini malè meo iudicio quidam ſumere videntur.

¶ Ἕψανα cocta, elixa, iurulenta, lib. 2. περὶ γυναικ. (p.267.10.) καὶ τὰ ἕψανα ῥοφεῖν, & elixa ſorbere.

Ἕψημα ſapam vel defrutum ſignificat, muſtum ad dimidias decoctum. Sic enim Plinius Siræum (quod alii ἕψημα, noſtri ſapam appellant) ingenii non naturæ opus eſſe ſcribit, muſto vſq; ad tertiam partem menſuræ decocto: vbi verò factum ad dimidiam eſt, defrutum vocari, cap.9. lib.14. Gal. in Exeg. apud Hipp. ἕψημα, τὸ σίραιον exponit. Idem com.3. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.71.58.) ἐν μέν τοι καὶ τὸ καλούμενον ἕψημα, καὶ σίραιον, ὅτι τοῦ γλεύκους ἑψομένου γιγνόμενον. Ac præterea quod ἕψημα & σίραιον Græci vocant, ſapam Latini, ex muſto decocto cõficitur. Et rurſus com. in libr. 6. Epid. τὸ σίραιον ἕψημα dici Aſiaticis ſcribit, & lib. 6. κατ᾽ ἰητ. (p.240.26) Heſychio quoq; exponitur ἕψημα ὅπερ ἔνιοι σίραιον καλοῦσι, ἄλλοι γλυκύ. (Sic enim leg. exiſtimo cùm aliòqui fœdiſſimè vitiata ſit ſcriptura. Vtitur autem ea dictione Hippocrates libr. 2. περὶ διαίτης (p.94.41.) Quod autem in Exeg. adſcribitur à Gal. ἑψητὸν eſſe εἶδος ἰχθύων, piſcium genus: Id potius ad ἕψημα refertur, quàm ad Hippocratis dictionem, cùm ἕψημα cocturam aut decoctum interdum denotet, vt etiam ſapam. Vitioſa autem ſunt exemplaria quæ ἑψαλὸν pro ἑψητὸν habent.

Ἐψιλωμένα ὀστᾶ denudata oſſa & carne exuta, aph.22. lib.5. vbi Galen. γεγυμνωμένα τῆς σαρκὸς exponit.

¶ Ἕως, pro ὡς Ionicè ponitur, vt annotatur apud Hom. ex Euſtathio. Sic apud Hipp. libr. de art. (p.640.38.) οὔτ᾽ αὖ σιμωθῆναι δύναται ὁ πὼς ξυγκεκαμμένου τοῦ σκέλεος, ἕως ὅταν ἐκτεταμένον ᾖ τὸ σκέλος, neq; contrà pes ſimus reddi poteſt crure inclinato, velut extento. Ἕως enim illìc pro ὡς aut ὥσπερ ponitur, vt & antea. Et libr. περὶ αἰδοίων (p.57.38.) ἕως ἀποκρίσιος, velut ſecretione. Quamuis aliter ſumant interpretes, & Caluus ἀπὸ κρίσιος legiſſe videatur.

# OECONOMIAE HIPPOCRAT.

## TO Z.

Ζειάς, ὀλύρας exponit Galenus apud Hippoc. in Exegeſi. Ac mihi videtur lib. περὶ ἐπιμηνίων (p.52.32) rectè legi debere, ζειὰς ἐρηριγμένας ὁμοῦ θυμιᾶν, & zeam freſam ſimul ad ſuffitum imponito. Vbi ζειὰς Ionicè pro ζέας ponitur, etſi ζέας paſſim legitur, vitiata ſcriptura. Nam & Cornarius ζέας legiſſe videtur. Eſt autem tritici genus olyra, & ſiligo dicitur. ζειὰν ſcribit Heſychius quibuſdam ſignificare σίτου εἶδος, aliis etiam τὰς ὀλύρας.

Ζόφος tenebras & caliginem denotàt, indeque ζοφερὸς, ζοφώδης aut ζοφοειδὴς deducitur, caliginoſus, tenebricoſus. ζοφερὰ οἰκήματα, domũ obſcuram, conclaue obſcurum aut tenebricoſum vocat Hipp. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.100.50.) ζοφερὸν etiam apud eundem caliginem ſignificat & tenebricoſas imagines oculis occurſantes, terrorem & metum incutientes virginibus, ex ſuppreſſis menſtruis. Lib. παρθενίων (p.213.26.) ὑπὸ δὲ τοῦ ζόφου φοβέεται καὶ δέδοικεν, p̄ caligine timet ac metuit.

Ζοφώδης οὖρον, vrina obſcura, caliginoſa & tenebricoſa, in Coac. Prænot. (pag.442.30.) Ea autem intelligi videtur, quæ magna crudæ & craſſæ materiæ copia, turbulenta & opaca redditur, magnumque humorum incendium & exagitationem indicat, vnde velut ſuffocatis & extinctis ſpiritibus caliginoſa & obſcura redditur, non ſecus ac nubes atra & obſcura fit magnis collectis imbribus, & conferta quadam copia denſatis, ita vt aër tenebricoſus aut caliginoſus efficiatur. Ζοφώδεα τὰ ἐπιμήνια, caliginoſi ac tenebricoſi menſes, in vitioſis menſibus, lib. 1. περὶ γυν. (p.230.23.) ζοφώδης ὁρῆν etiam quod eſt caliginoſum viſum habere, hebetius cernere, ibidem (pag.242.36.) ζόφος σκότος exponitur Heſychio, & ζοφώδης σκοτώδης & ζοφερὴ σκοτεινή.

Ζυμοῦσθαι eſt fermentari ac veluti fermenti acrimonia attolli & efferueſcere, & ζύμωσις fermentatio Platoni dicitur τῆς γεώδους τινὸς ὁμοῦ κίνησις καὶ αἴρωσις, terreni cuiuſdam & ſolidi motio & ab aëre intus concepto diſtentio, inflatio, & in tumorem leuem ſublatio, ac velut quædam ebullitio. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.81.28.) bilem atram ab aceto fermentari ac velut eius acrimonia ebullire ac attolli ſcribit: τὰ δὲ μέλανα ζυμοῦται καὶ μετεωρίζεται, καὶ πολλαπλασιοῦται. Nigra autem fermentantur, in ſublime attolluntur & multiplicantur. Eadem notione ζυμώσεις οὖρα & ἐζυμωμένα οὖρα dicuntur in Prorrh. (pag.192.17.) vrinæ fermentatæ, quæ magnam crudi humoris flatibus permixti copiam, aut vehementer commoti & incenſi præſeferũt. Inflantur.n. huiuſmodi vrinæ & tumẽt, vbi crud⁹ humor huiuſmodi accẽſus fuerit & à flatib. agitatus, ex eiuſmodiq; agitatione ac humorum acrimonia bullæ ac ſpumæ excitantur, quæ maiorem fermentationem indicant,

dicant. Hanc vrinarum ζύμωσιν his verbis aperit Gal. Com. 2. in Prorrh. (pag. 192. 32.) ἀλλὰ καὶ τὰ ἐζυμωμένα κατὰ τὸν λόγον εἴρηται, μήτε κατὰ τὸ προγνωστικὸν γεγραμμένα, μήτε ἐν τοῖς τῶν ἐπιδημιῶν, οὐδ᾽ ὅταν ἅπαντα διεξέλθωμεν, οὐδὲν ἡμῖν ἐστι πλέον. ὅμως δ᾽ οὖν ἐπειδὴ κατέστημεν ἐπὶ τὸ ἐξηγεῖσθαι αὐτά, καὶ περὶ τῶν ἐζυμωμένων εἴπωμεν. ὅταν τοίνυν κατὰ τῆς γῆς ὄξος ἐκχυθῇ δριμύ, πνευματούμενον αὐτίκα συναναφέρει τινὰ τῆς γῆς αὐτῆς μόρια, καὶ γίνεταί τι σύνθετον ἔκ τε τῆς γεώδους οὐσίας, καὶ τῆς ὑγρᾶς τοῦ ὄξους, καὶ τοῦ γεννηθέντος ἀτμώδους πνεύματος. ὅμοιον δ᾽ αὐτῷ συμβαίνει, κἀπειδὰν ἡ μέλαινα χολὴ κατὰ τῆς γῆς ἐκχυθῇ, ἡ τροφὴ γε φαίνεται πνευματώδης τις κίνησις ἐπ᾽ ἀμφοτέροις γινομένη, παραπλησία τῇ κατὰ τὸ ζέον γλεῦκος. ὅμοιον δὲ τούτοις κἀπὶ τῶν ζυμουμένων ἄρτων ἐσκευασμένων φαίνεται γινόμενον. ὅταν γὰρ ἀναμίξαντες ὕδατι τὸ τῶν πυρῶν ἄλευρον, μίξαντες αὐτῷ καὶ ζύμην, ἐάσωσι διαφυσηθῆναι μετρίως, ἡ ζύμωσις φαίνεται γιγνομένη, χεομένης τι ἅμα καὶ πνευματουμένης τῆς ζυμουμένης οὐσίας. ὥστε καὶ τὰ ζυμούμενα τῶν οὔρων πάντως πάχος μὲν ἔχειν χρὴ ἀξιόλογον, εἶτα τοῦτο βραχεῖαν τινὰ ζέσιν ἐν ἑαυτῷ, καὶ κίνησιν λαβὸν τὸ πνευματῶδες, μείζονα τὸν ὄγκον ἴσχειν, ἢ κατὰ τὴν ἔκκρισιν εἶχεν. ὑπὸ δὲ ὅτι τοιαῦτα γίνεται τῶν ὠμῶν χυμῶν ταραχωδῶς κεκινημένων, ἐν τοῖς περὶ κρίσεων ἐμάθομεν. Quinetiã vrinæ fermentatæ in præſenti oratione dictæ ſunt, quæ neque in Prognoſtico ſcriptæ ſunt, neq; in libris Morborum vulgarium. Præterea etiamſi omnes expoſuerimus, quicquam amplius nobis accedit: veruntamen quoniam eas explicare conſtituimus, de fermentatis quoque dicamus. Cùm igitur acetum acre in terram effuſum fuerit, protinus intumeſcens quaſdam terræ partes ſurſum ſimul attollit, fitq; compoſitum quiddam ex terreſtri ſubſtantia, aceti humiditate, & vaporoſo excitato ſpiritu. Huic verò ſimile contingit cùm atra bilis in terram effuſa fuerit, nempe in vtroque ſpirituoſa quædam motio manifeſtò fieri cernitur ei ſimilis quæ in feruente muſto apparet. His quoque ſimile etiam in panibus fermentatis quotidie fieri videtur, cùm ſubacta aqua farina triticea, & mixto illi fermento moderatè macerari permiſerint, fermentatio fieri cernitur, fuſa ſimul & intumeſcente quæ fermentatur ſubſtantia. Quare etiam fermentatas vrinas omninò quidem inſignem craſſitiem habere neceſſe eſt, deinde & in ea lenem quandam efferueſcentiam, & quod ſpirituoſum eſt vbi motionem nactum fuerit, maiorem quàm cùm excernetur molem habere. Quòd autem huiuſmodi vrinæ fiãt perturbatis & exagitatis crudis humoribus, didicimus ex libris de Criſibus. Eadem verò notione τὸ ἄλλως ἐζυμωμένον διαχώρημα, abûdè fermentata alui egeſtio dicitur in Coac. Prænot. (p. 443. 28.) quæ crudam multam & feruore agitatam materiam continet, & in qua permixta flatuoſa & craſſa ſubſtantia, ex humorum acrimonia & agitatione ebullitionem aut feruorem accipit, adeoq; veluti fermentata, motis & rarefactis ſpiritibus, in maiorem tumorẽ ac molem attollitur. Poteſt & dici alui recrementum fermentatum, quod plurimam bilem atram ex bilis flauæ incendio contractam continet, quę ſua acrimonia in terram effuſa eam abradit, & partes omnes in altum attollit, vnde motio quædam ſpirituoſa ac fermentatio aſſurgit, ex aph. 21. & 23. lib. 4.

Ἐζυμωμένη κοιλίη, venter fermentatus & ebulliens, hoc eſt, in ciborum concoctione agitatus & velut efferueſcens, aut flatibus quodammodo diſtentus & in tumorem ſublatus. Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 7. 35.) ἀλλ᾽ ἐπὶ ζέοντί τε καὶ ἐζυμωμένῳ, καινὰ ἐπεσενέγκῃ, ſed in feruentem adhuc & fermentatum [ventrem] nouos cibos ingeſſerit, hoc eſt, ipſi adhuc feruenti & fermentãti recentem ſuperinduxerit. fermentari autem cibi dicuntur qui àd concoctionem præparantur & ſubiguntur, dum calore agitãtur, & permixta multa materia flatuoſa attolluntur ac intumeſcunt.

Ἀπόζυμοι γαστέρες ventres fermentati, hoc eſt, in tumorem ſublati, ſcabie & puſtulis corrugati, ſcabri, exaſperati, in Prorrh. 2. (p. 420. 47.) vide Ἀπόζυμος γαστὴρ antea.

Ζύμωσις ἥπατος lib. 4. Epid. (p. 328. 47.) iecur intumuiſſe ſignificat, & hepatis tumorem œdematoſum à flatibus diſtentum denotat, quòd ζύμωσις, quæ eſt fermentatio, ſit terreni cuiuſdam ac ſolidi ex aëre intus cõcepto ſpirituum agitatione diſtẽtio ac velut quædam ebullitio. Vnde etiam quidam pro hepatis feruore ſumpſerunt, quòd ζύμωσις etiam Platoni ζέσιν ſignificet. Verùm Erotianus ζύμωσιν ἥπατος, οἰδηματώδη ὄγκον exponit, eo nimirum ſubnotato loco.

¶Ζωὴ vita, primaria animæ actio, τῆς ψυχῆς ἐνέργεια dicitur Gal. lib. de vſu reſpir. (p. 153. 43.)

Ζώνη exponitur Erotiano apud Hippocr. ὁ τόπος εἰς ὃν ζωννύμεθα, locus quo cingimur. ἔνιοι δὲ τὴν ὀσφὺν ἐνόμισαν. Nonnulli verò lumbum eſſe putauerunt. Sic Heſychio ζώνη exponitur ὁ ὑπὸ τὴν γαστέρα τόπος, καὶ ὁ τόπος ἐν ᾧ ζωννύμεθα. Polluci verò τὸ ὑπὸ ταῖς πλευραῖς κενὸν quod eidem κενεὼν dicitur, ilia Latini vocant.

Ζωρότερον, meracius, ἀκρατέστερον, de vino dicitur meraciore apud Homerum Il. ι. (v. 203.) ζωρότερον δὲ κέραιε, meracius miſce ſeu infunde. Eſtque phraſis vſitata, κεράσαι ζωρότερον, meracius infundere aut miſcere apud Homerum & Athenæum lib. 10. κεράσας ζωρότερον, & ibidem Antiphanes κέρασον εὐζωρέστερον pro ζωρότερον, & κύλικας εὐζωρεστέρας pro εὐζωροτέρας apud eundem libr. 2. ex Eubulo. Hipp. libr. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 227. 19.) ouillum iecur & caprinum διδόναι ἐσθίειν ζωρότερον iubet, hoc eſt meracius, nulla re alia admixta aut nullo humore. Aut ζωρότερον ad vinum meracius & vetuſtum refertur, quomodo lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 241. 46.) πίνειν ζωρότερον παλαιὸν dicitur, vinum meracius bibat, vbi etiam idem repetitur. Et libr. περὶ ἐγκατατομῆς pag. 53. 15.) καὶ μεταπινέτω οἶνον γλυκὺν κεράσας εὐζωρότερον, bibat autem vinum dulce benè meracius infuſum. De huius vocis ſignificatione multa ſcribit Athenæus lib. 10.

# OECONOMIAE HIPPOCRAT.

## TO H.

H' disiunctiuam coniunctionem pro μὴ poni annotat Gal. com. 3. in libr. κατ' ἰητρεῖον (p. 694. 6.) vt apud Homerum Il. α. (v. 118.) βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι ἢ ἀπολέσθαι. Eſſe volo populum ſaluum, non morte perire. ἢ ἀπολέσθαι enim ἀντὶ τοῦ οὐκ ἀπολέσθαι, poſitum ſcribit Gal. Eandemq; phraſim apud Thucydidem eſſe ſcribit, etſi obſcuriſſimis & vitioſiſſimis verbis.

H' pro ἠοῦ aut ἠῶ poſitum videtur apud Hipp. lib. περὶ ἐνυπνίων (p. 108. 13.) & πρὸς ἠ, pro πρὸς ἠοῦ aut πρὸς ἠῶ. Dicũtur autem τὰ πρὸς ἠῶ quę ad orientem aut auroram ſpectant, vt τὰ ἀφ' ἑσπέρας, quæ occaſum.

H'βη pubertas dicitur, cuius vnus non eſt in omnibus certiſſimus terminus, vt ſcribit Gal. com. ad aph. 27. lib. 3. ſed fere anno decimo quarto incipit, & ad annum vigeſimũ quintum extenditur, aphor. 28. lib. 3. & 7. lib. 5. πρὸ τῆς ἥβης, ante pubertatem, ante puberes annos, aph. 7. lib. 5. & πρὸς ἥβην προσάγειν, ad pubertatem accedere, aph. 27. & 28. lib. 3. Eſt & ἥβη pubes, locus in inferiore ventre quo pili naſcuntur, & in quo veſica ſita eſt, & alio nomine pecten aut ἐφήβαιον dicitur. κατ' ἥβην σμικρὰ ὀδυνώδεες, ad pubem parum dolentes dicuntur in Prorrh. (p. 191. 33.) Vbi τὸ κατ' ἥβην, κατὰ τὴν ἡβικὴν ἡλικίαν, iuxta pubertatis annos quoſdam exponere ſcribit Galenus, nonnullos verò ἐπὶ τοῦ μέρους ſumere ἐν ᾧ ἡ κύστις κεῖται.

¶ H'γκίστρωται, ἐγκαταπέπλεκται, implicatum eſt exponit Galenus in Exeg. apud Hipp. Erotianus verò ἀγκιστροειδῶς συμπέφυκεν, in hami formam coaluit aut adhæſit.

H'γκυροβόληται exponit Gal. in Exeg. apud Hip. ἐγκαταπέπηγεν ἀγκύρᾳ ὁμοίως, ancoræ in modũ inſita eſt. Erotianus verò ἐγκυροβόλησεν actiuè legit & κατήντησεν exponit, occurrit, peruenit, adſcribitq; tranſlationem ductam eſſe ἀπὸ τῶν καθορμιζομένων πλοίων, à nauigiis in portum appellentibus, aut ſtationem ancoris iactis ſubeuntibus. Eſt autem ἀγκυροβολεῖσθαι velut iactis ancoris inſeri aut implantari, & de venæ ductu dicitur Hippocrati lib. περὶ ὀστέων φύσ. (p. 63. 2.) ἡ δὲ ἑτέρη πρόσω ἐς τὴν ἄκανθαν καὶ ἐς τὸν νεφρὸν ἐγκυροβόληται ἐς τὴν κύστιν καὶ τὸ αἰδοῖον. Altera verò ſuo appreſſu ſpinam & renem attingens, in veſicam pudendumq; ancoræ in modum inſita eſt. velut ancoris iactis inſeritur, dixit Cornarius. Caluus, in veſicam pudendumque prorumpit ancorasue iecit, in quo Erotiani lectionem mihi ſecutus videtur. Publicata autem exemplaria ἐγκυροβόλητο vitioſè legunt, vt & Aldinum ἐγκυροβόλητο.

¶ H'δὲ pro ἔτι δὲ quod eſt inſuper, poſitum eſſe apud Hipp. annotat Gal. in Exeg.

H'δελφισμένος ἰητρὸς, verus & genuinus medicus, ingenuus, liber, nobilis & bonus, quiq; ex vera eſt Aſclepiadarum familia, eique ſi non genere, ſaltem profeſſione cõiunctus. Eum Plato lib. 1. & 8. de leg. ab illiberali & ſeruo diſtinguit. Proindeque veri medici, tanquam ab Aſclepiadarum genere oriundi, παῖδες ἰατρῶν ab eodem nuncupantur. Et in iureiurando Hippocrates præceptorum filios fratrum loco ſe habituros affirmat. ἐν παραγγελίαις (p. 27. 42.) τίς γάρ, ὦ πρὸς Διός, ἠδελφισμένος ἰητρὸς, ἐμβάλλει πίστιν ἢ ἀπηνείην. Quicunq; enim genuinus eſt medicus, is per Iouem fidem magis quàm duritiam in medicando adhibet. Etſi ἠδελφισμένως ἰητρὸς paſſim ſcribitur, quæ lectio etiam rectè ferri poteſt. Quam lectionem ſecutus videtur Caluus, cùm eum medicum dixit qui fraternè amicéue & familiariter cum ægrotis ſe gerit. Lib. de art. (p. 636. 2.) ἠδελφισμένος λόγος τοῖσι νῦν λεγομένοισι, ſermo cum his quæ nunc dicuntur conſentiens. Rurſus (ibidem p. 617. 36.) ἀποβλάστησις ἠδελφισμένη τοῖσι ἐξωτάτω τένουσι, progerminatio quę cum extimis tendonib. aſſimilatur, ὁμοιωμένη exponitur Galeno, ſimilis, aſſimilis. Sic τὰ ἠδελφισμένα dicuntur Hippocrati τὰ ὁμοιούμενα καὶ συγγενῆ, ea quę ſunt inter ſe cognata & ſimilia. Erotianus apud Hippocrat. ἠδελφισμένα ὡμοιωμένα exponit. Quam dictionem vſurpat Hippocr. libr. de rat. vict. in morb. ac. (p. 62. 15.) πολλὰ δ' ἄν τις ἠδελφισμένα τούτοισι τῶν ἐς κοιλίην καὶ ἄλλα εἴποι. Multa autem quis eorum ſimilia quæ ventri contingunt atque alia dicere poterit. Vbi ſcribit Gal. τὰ ὁμοιούμενα, καὶ ὡς ἂν εἴποι τις ἱκανῶς συγγενῆ, καλεῖν ἠδελφισμένα σύνηθες αὐτῷ, διότι τῶν συγγενῶν οἰκειότατοί τε εἰσὶ καὶ συγγενέστατοι πάντων οἱ ἀδελφοί. Quæ ſimilia ac velut quis dixerit abundè cognata, ἠδελφισμένα, hoc eſt, germana, ei vocare eſt cõſuetum, quod eorum qui genere inter ſe iuncti ſunt, omnium maximè propinqui & cognati ſunt fratres germani. Rurſusq; lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 64. 33.) πολλὰ δ' ἄν τις καὶ ἄλλα ἠδελφισμένα τοῖσιν εἰρημένοισι γράφοι. Multa autem & alia his quę dicta ſunt cognata ſcribere quis poterit. Vbi etiam Gal. ἠδελφισμένα ὅμοια καὶ παραπλήσια exponit. Lib. 1. Epid. (p. 382. 10.) πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἐπίκαιρα σημεῖα τούτοις ἦν ἠδελφισμένα. Iam quoque multa alia præcipua ſigna his ſunt cognata. Lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 288. 36.) καὶ κυμίνου φύλλα, ἠδελφισμένα ἐν οἴνῳ, & cumini folia ſimiliter in vino apparata. Eadẽ quoque notione ἠδελφισμένως ὁμοίως, ſimiliter ſignificat, vt lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 233. 30.) καὶ ἱμείρεται ἠδελφισμένως ὡς ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ, & de-

ſideriis

ſideriis tentatur, non ſecus ac ſi vterum geſtaret. Sic lib.1.de rat. vict. in morb. ac. (p. 41. 21.) πάγκαλον τὸ σκέμμα καὶ ἠδελφισμένον τοῖσι πλείστοισι τῶν ἐν τῇ τέχνῃ, præclara ſpeculatio & pleriſque in arte cognata dicitur. Acturſus (p. 64.40.) μαρτύριον οὐκ ἠδελφισμένον τῷ ἐρωτήματι περὶ οὗ πλεῖστός μοι λόγος εἴρηται. teſtimonium non cognatum ei rei de qua plurimus factus eſt ſermo. ἠδέλφισται apud Hipp. ᾠκείωται exponit Gal. in Exeg. vt antea ſcripſimus in Ἀδελφεὰ τεχνήματα.

Ἡδέως ſuauiter, iucundè, alacriter, & ſæpè in cibo & potu vſurpatur Hippocrati, vt ἡδέως ἔχειν πότων καὶ τροφῆς, alacriter ſe habere ad potiones & cibos. Lib. 3. Epid. ſt. peſt. (p. 419.8.) οὐδὲ γὰρ πότων καὶ τροφῆς ἡδέως εἶχον, ἀλλὰ πάνυ διῆγον ἀδίψως. Nam neq; ad potioné neq; ad cibum alacriter habebant, ſed valde ſiti vacui degebant. Eadem ratione ἡδέως πρὸς σιτίον dicitur lib. 7. Epid. (p. 359, 30.) quod eſt alacri erat ad cibum animo, & cibum libenter ſumebat. vbi εἶχε ſubaudiri videtur. ἡδέως δέχεσθαι τὰ σιτία, cibos ſuauiter aſſumere, ad cibos alacri eſſe animo dicitur Prorrh. 2. (p. 416. 11.) Celſus, ſi cibi cupiditas eſt, dixit, cap. 8. lib. 2.

Ἤδη apud Hippocr. in propinquo eſſe ſignificat quod aliquo ſigno demõſtratur, vt in Progn. (p. 127. 42.) ὀλέθριον γίνεται κάρτα ἤδη, in propinquo mortem eſſe ſignificat. Ruſus ibid. (p. 129. 15.) ψυχρὸν δὲ ἐκπνεόμενον ἐκ τῶν ῥινῶν καὶ τοῦ στόματος ὀλέθριον κάρτα ἤδη γίνεται. frigidus verò ſpiritus naribus & ore expiratus, letalis admodum eſt, & pro foribus mortem eſſe ſignificat. Ἤδη etiam particulam vt plurimùm de tempore dici, interdum etiam ad alicuius rei probationem & cõfirmationem accommodari, annotat Gal. Com. 1. in lib. de fract. (p. 538. 14.)

Ἡδὺ στέαρ apud Hipp. adipem aromatibus conditum ſignificat, vt ἡδὺ στέαρ χηνὸς, adipem anſerinum aromatibus conditum lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 280. 4.) & rurſus ibid. (p. 288. 22.) στέαρ οἴιον ἡδὺ, adipem ouillum aromatibus conditum. Quam vocem etiam Erotianus ex eodem libro ſubnotat, & ἡδὺ στέαρ, τὸ ἠρτυμένον exponit, hoc eſt adipem ſuauiter conditum.

Ἡδυντὸν στέαρ Galenus in Exeg. exponit, τὸ ἐν ὕδατι καὶ ἀρώμασιν ἑψηθέν. adipem aqua & aromatibus coctum. Vtitur autem ea dictione Hipp. lib. περὶ ἀφόρων (p. 293. 28.) Sic ἡδυντὴν πίσσαν τὴν ἠρωματισμένην, hoc eſt, picem aromatibus conditam expoſuit Galenus in Exeg. Erotianus verò τὴν ἠρτυμένην, ſuauiter conditam. Coquitur autem ex aqua & aromatibus, vt annotat Gal. lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 288. 27.) σμύρναν ὡς ἀρίστην, καὶ ἁλὸς χόνδρον, καὶ πίσσαν ἡδυντὴν, τρίβειν λεῖα, καὶ προσθεῖναι. Myrrham optimam & ſalis granum, picem etiam ſuauibus odoribus conditam terito & apponito.

Ἡδύσματα ἀρώματα exponit Gal. in Exeg. apud Hippocrat. ea quibus ſuauis odor vnguentis conciliatur, vt lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 287. 25.) ἡδύσματα πάντα ἐς τὸ μύρον ἐμβάλλεται. aromata omnia in vnguentum immittũtur. Ἡδύσμασι Erotianus apud Hippocr. exponit, τοῖς χλωροῖς καὶ ξηροῖς ἀρτύμασι, viridibus ac ſiccis condimentis. Annotatq; Atticam eſſe dictionem ab Ariſtophane, Eupoli, & Menandro vſurpatam. Heſychius quoq; ἡδύσματα ἀρτύματα condimenta exponit.

¶ Ἠθάδες αἱ μῆτραι, vteri aſſuefacti aut aſſueti tum ad repletionem, tum ad diſtentionem. Lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 231. 32.) ἠθάδες exponuntur συνήθεις hoc eſt familiares Heſychio.

Ἤθεε pro εἴωθε. Lib. 3 περὶ διαίτης (p. 202. 26.) καὶ τοῦ δείπνου ἀφελὼν τὸ ἥμισυ ἢ ἤθεε δειπνεῖν dimidiumq; de cœna cõſueta deducito. Vide ἔθειν.

Ἥκιστα minimùm ſignificat Hippocr. Lib de rat. vict. in morb. ac. (p. 86. 9.) ἥκιστα δὲ καὶ τοῖσι τῷ μόνῳ χρεομένοισιν. minimùm autem iis qui ſolo potu vtuntur. Vbi Galenus ἥκιστα τὸ ἐλάχιστον, καὶ οὐχ ὥς τινες φασὶ τὸ οὐδαμῶς, minimùm, non vt quidam dicunt, nequaquam, ſignificare ſcribit. Item Com 4. in eundem lib. (p. 111. 5.) ἥκιστα τοὐναντίον τῷ μάλιστα denotare ſcribit.

Ἠλεκτρώδης κοιλίη, aluus ſuccino ſimilia demittens, de deiectione quæ ſplendicat & relucet, lib. 4. Epid. (p. 332. 45.) καὶ κοιλίη ἐπεταράχθη, ἠλεκτρώδης aluus quoq; conturbata fuit, ſuccino ſimilia demittés. Verùm Erotianus κοιλίης ταραχὴ ἠλεκτρώδης legiſſe videtur, vt illic ſcripſimus, & ἠλεκτρώδη ἔκκρισιν, λαμπρὰν καὶ στίλβουσαν, hoc eſt excretionem ſuccino ſimilem, ſplendicantem & renitentem exponit, & ab electro ſic dictam vult.

Ἡλικία ætas dicitur, & eſt totius vitæ decurſus annorum ſpatiis circũſcriptus, omnes temperamentorum mutationes complectens. ἡλικίη autem ætatis florem denotat Hippocr. Prorrh. 2. (p. 422. 38.) γίνονται δὲ καὶ νεανίσκοισι καὶ παρθένοισι τοῖσιν ἐν ἡλικίῃ. Contingunt autem & iuuenibus & virginib. in ætatis flore. Sic enim παρθένους ἐν ἡλικίῃ vocat virgines adultas & quæ ſunt in ætatis flore, aut puberes & in primo ætatis flore, tum primùm menſtruorum exitum ſentientes.

Ἡλίωσις inſolatio & in ſole apricatio, remedium veteribus ad multos corporis affectus vſitatum. ἡλίωσιν vertit Aurelianus ſolis feruorem torridum, cap. 5. lib. 3. Tard. paſſ. & corporis torrorem cap. 6. eiuſdem lib. & cap. 4. lib. 5. vt & ſole torreri, cap. 7. lib. 3. Tard. paſſ. Idé ἡλιώσεις ſolicationes vocat cap. 2. lib. 4. Tard. paſſ.

Ἡμερήσιον dicitur quod eſt diurnum & vnius diei, τὸ ἐφ' ἑκάστῃ ἡμέρᾳ γενόμενον, Hippocrat. lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 236. 21.) καὶ τὰ μὲν ἡμερήσια [τρυχία] πλύνειν χρὴ τῇ ὑστεραίῃ. Et diurna quidem [linteola] die poſtera eluere oportet. Quibus τὰ δὲ νύκτωρ opponit, nocturna ſcilicet.

Ἡμιέκτεον aut ἡμίεκτον menſura eſt dimidiati ſextarii quatuor chœnices capiens, & pars duodecima medimni Attici. ἡμιεκτέα τὸ ἥμισυ τοῦ ἑκτέως exponit Erotianus apud Hippocr. Ἑκτεὺς autem eidem eſt menſura Attica octo chœnices capiens, aut ſex, vt antea ſcripſimus. ἡμίεκτον τὸ τετραχοίνικον, ὅ ἐστιν ἥμισυ τοῦ ἑκτέως, exponit Heſychius. Nam cùm medimnus qua-

draginta octo chœnices capiat, & ἑκτεὺς ſexta ſit pars medimni octo chœnices conficiens, ἡμίεκτον dimidiatus eſt ſextarius quatuor chœnices continens. Ἡμίεκτον verò apud Hippocrat. lib. περὶ ἀφόρων (p.296. 42. & 43.) pro ſella ſumi videtur, in qua ad ſuffitum immittendum mulier inſidet. καθίζειν αὐτὴν κελεύειν ἐπὶ τοῦ ἡμιέκτου, eam ſellę inſidere iubeto. Aut fortè illic ἡμίεκτον ollam quatuor chœnices capientem ad ſuffitum immittēdum paratā ſignificat, ſuper quam mollibus conſtratis linteis mulierē impoſitā, ad ſuffitum capiendū velut ſellæ inſidētē, maximè diductis cruribus adaptari iubet Hippocr.

Ἡμιωβέλιον τὸ ἥμισυ τῆς δραχμῆς, drachmę dimidiū exponit Erotianus apud Hip. ἡμιωβέλιον dimidiatā partē ſignificat Polluci cap. 36. lib. 6.

Ἡμιονὶς muli ſtercus indicat lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 228. 10.) vbi ἡμιονίδα hoc eſt muli ſtercus vſtum & tritum, ac vino maceratū propinat Hip. in muliebri fluxu. Quod remedii genus repetens lib. 2. περὶ γυν. (p.285. 29.) ἡμιόνου ὀνίδα vocat, vt illic quoq; ἡμιόνου ὀνίδα pro ἡμιονίδα ſcribendum exiſtimem, aut certè ἡμιονίδα velut ἡμιονεῖαν accipi debere. Eſt enim ἡμιονεία Sudæ ὁ κόπρος τῆς ἡμιόνου muli ſtercus. Eſt etiā ἡμίονος aut ἡμιόνιον herbæ ſpecies quæ & aſplenum & ſcolopendrium dicitur Dioſcoridi (lib. 3. ca. 151.) ἡμιονῖτις vocatur Archigeni apud Gal. lib. 8. κατὰ τόπ.

Ἡμίσεον ἥμισυ dimidium exponit Gal. in Exeg. apud Hippocrat.

Ἡμίοπτον εἴριον lana ſemiſuccida dicitur libr. 2. περὶ γυν. (p.288. 32.) Sic enim legiſſe videtur Cornarius, eāq; lectionē adhibent exēplaria manuſcripta Regia, cùm ἡμίοπτον vitioſè legāt publicata omnia. Ac certè nō parū mihi ſuſpectus locus videtur, ac vereor ne ἡμίεφθον Galenum legiſſe exiſtimandum ſit.

Ἡμίτομον dimidiatū & ſemiſectū dicitur. Eſt autē deligationis ſpecies apud Hip. quę & ἡμιρόμβιον & ſemirhombus dicitur, & ad eoſdē vſus ad quos ꝓpe rhombus adhibetur. Vſurpatur lib. κατ' ἰητρ. (p.675. 43.) vbi Gal. ἡμίτομον deligationis cōpoſitæ ſpeciē facit & ἡμιρόμβιον vocari ſcribit. ἡμίτομος quoq; Erotiano ἐπιδέσμου ὄνομα deligationis aut vinculi nomē explicatur, hoc nimirū ſubindicato loco. Ex quo certè apparet apud Erot. ἡμίτομον potiùs quàm ἡμίτομος legendum, vt noſtris in eum Hippocr. librum Annot. ſcripſimus.

Ἡμιτριταῖος πυρετὸς febris ſemitertiana, quæ fit ex mixtura & tēperamento febris quotidianę & tertianæ, nō cōplexu, cùm tertiana intermittens cū quotidiana cōtinua, aut quotidiana intermittens cū tertiana cōtinua, tota natura ſua cōfunditur & acceſſionib. permiſcetur, vt ſcribit Gal. libr. 2. de diff. feb. & lib. de temp. morb. Hæc reduplicationes habet & horroris ſenſu inſignes inſultus. Vnde φρικώδης πυρετὸς, febris horrifica, aut horroris ſenſu inſignis, peculiariter dicitur Hip. lib. 1. Epid. ſect. 1. Huius aūt nominis & cur ἡμιτριταῖος dicatur, varias adfert rationes Gal. Sic n. ſcribit cap. 8. libr. 2. de diff. feb. ἐν τούτῳ ἀπὸ δ' ὅτου παύσομαι τῷ τοιούτῳ πυρετῷ τὸν ἡμιτριταῖον ἐπιθέντος. κεκραμένος γὰρ ἐξ ἀμφημερινοῦ τε συνεχοῦς καὶ τριταίου διαλείποντος, τῆς ὅλης αὐτοῦ φύσεως τὸ ἥμισυ μέρος ἑκάτερον ἔχει τῶν εἰρημένων πυρετῶν. ὡς οὖν ὁ ἡμίονός τε καὶ ὁ ἡμίθεος ὠνόμασται, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ ἡμιτριταῖος. ὅ τε γὰρ ἡμίονος, ἥμισυ μὲν ἵππου συντελοῦντος αὐτοῦ πρὸς τὴν γένεσιν, ἥμισυ δ' ὄνου, κατὰ θάτερον αὐτῶν ὠνόμασται, ἡμίονος· ὅ θ' ἡμίθεος ὠνόμασται μὲν ἥμισυ μετέχων, ὅτι δ' ἄνθρωπός ἐστι, κατὰ θάτερον ἥμισυ παραλέλειπται. καί τοι νῦν καὶ ὁ ἡμιτριταῖος, ἥμισυ μὲν ἑαυτοῦ μέρος ἔχει τὸν τριταῖον, ἥμισυ δ' ἄλλο, τὸν ἀμφημερινὸν τὸν συνεχῆ. Nō igitur temere huic febri ſemitertianę nomē impoſuerūt. Temperata n. ex quotidiana cōtinua & tertiana intermittente totius ſuę naturæ partē dimidiā vtrāq; prædictarū febriū habet. Vt igitur ἡμίονος (mulus) & ἡμίθεος (ſemideus) dictus eſt, eodē modo ἡμιτριταῖος. ἡμίονος ſiqdē, cùm ad eius generationē dimidiā partē equus cōferat, dimidiā ēt aſinus, ab eorū altero denominationē accepit. ἡμίθεος quoq; ꝙ eſt ſemideus, dimidia qdē ſui parte cum deo cōmunicare indicatur, ꝙ aūt homo ſit altera dimidia parte omittitur. Quinetiā ἡμιτριταῖος dimidia ſui parte tertianam habet, altera verò quotidianā. Et ruſus Com. 3. in lib. 1. Epid. (p.380. 43.) ἐπὶ τῶν ἐνδεεστέρως ἐχόντων κατὰ τὸ πλῆθος τὴν τῆς ἡμίσεος προσηγορίαν τιθέμεθα, φάσκοντες ἡμιθνῆτα καὶ ἡμίθεον, καὶ ἡμίφωνον, ἡμίονόν τε καὶ τὸ ἡμίοπτον, ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα λέγοντες. ὁ δὲ ἡμιτριταῖος οὐ μόνον οὐκ ἔστιν ἥμισυς τῷ πλήθει τῶν συμπτωμάτων, ἢ τῇ δυνάμει, καὶ τούτων τῆς ὅλης διαθέσεως, ἀλλὰ καὶ πολὺ χείρων τοῦ τριταίου. οὔτ' ἄμεινον εἶναι δοκεῖν ἐκεῖνον τοῦτο λέγειν ἥμισυν, οὐκ ἐκεῖνο τοῦτον. ὁπόσον οὐκ οἶδα τί δόξαν αὐτοῖς, οὕτως μᾶλλον ὠνόμασαν οἱ πρῶτοι θέμενοι τὴν προσηγορίαν, ἢ ἄλλως. His quę integrā abſolutionē nō ſunt adepta dimidii adiūgimus appellationē, ſemimortuū dicētes & ſemideū, ſemiuocalē, ſemiaſinū, ſemiaſſū, & reliqua id genus. At verò ſemitertiana nō modò nō eſt dimidia, vel multitudine ſymptomatū, vel virib. vel horū tota cōditione, verūetiā tertiana deterior exiſtit, vt potiùs illa huius, quàm hęc illius eſſe videatur dimidia. Quare nō venit in mentē qua ratione adducti, eā potiùs appellationē quàm aliā impoſuerūt, qui primi nomē indiderūt. At verò libro de Typis aliā quoq; huius appellatiōis rationē adfert, vt mihi vero ſit ſimile diu multūq; apud veteres medicos exagitatā fuiſſe de ſemitertianæ nomine quęſtionē, vt ēt cuinā febriū generi, nū cōtinuis, nū verò intermittentib. accēſeri deberet. Quā certè totā videmur noſtris in lib. 1. Epid. Annot. abūdè explicaſſe. Semitertianę verò meminit Hip. lib. 1. Epid. ſect. 1. (p.354. 40.) ἦν δὲ τοῖς πλείστοις αὐτῶν τὰ παθήματα τάδε, φρικώδεες πυρετοί, συνεχέες, ὀξέες, τὸ μὲν ὅλον οὐ διαλείποντες. ὁ δὲ τρόπος ἡμιτριταῖος, μίαν μᾶλλον κουφότεροι, τῇ δ' ἑτέρῃ ἐπιπαροξυνόμενοι, καὶ τὸ ὅλον ἐπὶ τὸ ὀξύτερον ἐπιδιδόντες. Eorū autem plurimis huiuſmodi affectus aderant, febres horroris ſenſu inſignes, aſſiduæ, acutę, in totū qdē nō deſinētes, ſed quæ erāt ex ſemitertianarū genere, vno die leuiores, altero verò vehementiores. Ruſus ibid. (p. 361. 1.) ἡμιτριταῖοι inter febres quę tūc affligebant

bant, annumerãtur. Et rurſus ſect. 3. (p. 379 34.) ἐν δὲ τῷ ἡμιτριταίῳ καλεομένῳ ξυμπίπτει μὲν καὶ ὀξέα νοσήματα γίγνεσθαι, καὶ ἔστι τῶν λοιπῶν ἦθος θανατωδέστατος. In ea verò quæ ſemitertiana dicitur tum morbi acuti accidunt, tum etiam præter cæteras iſta præcipuè lethalis eſt. Et rurſus (ibid. p. 378. 17.) ἡμιτριταῖοι in febrium generibus recenſentur.

Ἡμιτύβιον dicitur eſſe indumentũ lineũ vtrinq; fimbriatũ, & pro ſudario aut peplo ſumitur. Vtitur Ariſtoph. in Pluto, vbi Scholiaſtes ἡμιτύβιον σουδάριον exponit, ῥάκος ἡμίτριβές, λινοῦν τι οἷον ἐκμαγεῖον, ſudariolũ, aut pannũ aliquẽ lineũ detritũ, quale eſt quo ad detergendos ſudores vtimur, velut mãtile. Addit q; καὶ σαπφοὶ ἡμιτύβιον σαλάσσειν, ἢ δίκροσσον φακιόλιον. Quibus verbis ẽt q̃dã ſignificari exiſtimãt ἡμιτύβιον eſſe δίκροσσον φακιόλιον, h. e. faſciolã lineam vtrinq; fimbriatã. Heſych. ἡμιτύβιον exponit λινοῦν ἔνδυμα ἢ σινδόνιον δίκροσσον, indumentũ lineũ, aut linteũ vtrinq; fimbriatũ. Galenus apud Hipp. in Exeg. ἡμιτύβιον ſignificare ſcribit, ὀθόνης παχέος μέρος, craſſioris lintei partẽ. Quo loco li. 2. de morb. præcipuè ſubnotare videtur, in quo hac dictione vtitur Hipp. (p. 153. 23.) ἢν δὲ πρὸς τὰ λουτρὰ καὶ τὰ χλιάσματα πονῇ, καὶ μὴ ἀνέχηται, προσφέρειν αὐτῷ ῥάκεα ἡμιτύβια, καὶ βάπτων εἰς ὕδωρ, ἐπὶ τὰ στήθεα καὶ τὸ νῶτον ἐπιτιθέναι. Q̃d ſi balneo & tepefactoriis angatur, neq; ea ferat, detriti lintei pãniculi aqua intincti ei admouẽdi, & ad pectus & dorſum adhibẽdi. Idẽ lib. de art. (p. 607. 29.) ἄχνην τὴν ἀφ' ἡμιτυβίου, in nares fractas ad eas excitãdas aut dirigendas immittit. Quib. verbis lintei detriti deraſam lanuginẽ intelligit, aut cõcerpta ex ſudariolo linamẽta, ex quib. penicilli fiunt. Sic n. ex Mochlico, quę eſt iſtius loci explicatio, ἄχνην ὀθονίου exponit Erot. τὸ παρ' ἡμῖν λεγόμενον ξύσμα ἐξ οὗ γίνεται μοτὸς ὁ καλούμενος ξυστὸς, q̃ à nobis dicitur ξύσμα, h. e. linamẽtũ deraſis linteolis cõcinnatũ, ex quib. penicilli fiũt qui ξυστοὶ inde dicũtur, h. e. raſiles, aut ex raſili linteorũ lanugine cõtorti. Paul⁹ verò hũc ẽt locũ ſubnotans c. 91. lib. 6. σφηνίσκους στρεπτοὺς ἐκ ῥάκους εἰλητοὺς exponere videtur, cuneolos ex panniculo intortos ac inuolutos. Celſus in lõgitudinẽ implicata linamẽta vocat cap. 5. lib. 8. Ex quib. Hipp. locis ſuſpicor apud Gal. in Exeg. ἡμιτυβίου & μέρος eſſe legendũ. Apparet quoq; ἡμιτύβιον potiùs quàm ἡμιτύμβιον eſſe legendũ, q̃ tñ ſcriptionẽ Varinus & exẽplaria quędã manu ſcripta mendosè, vt opinor, retinẽt. Eſt n. ἡμιτύμβιον ὁ μικρὸς τάφος, dimidiatũ ſeu paruũ buſtũ aut ſepulchrũ. Pollux tñ lib. 7. c. 16. ἡμιτύμβιον legit, & veſtẽ lineã Ægyptiã indicare ſcribit, quale q̃d tũc σουδάριον dicebatur. Aretęus ẽt vetuſtate grauis author ἡμιτύμβιον ponit & ſcribit cap. 4. lib. 1. Curat. morb. diutur. γυμνάσια δὲ ἔστι τὰ μὲν πρὸς χεῖρας, ἐόντων τῶν ἄκρων ἀφ' ἡμιτυμβίου λινοῖσι ὠμοῖσι. In his exercitationes manuũ fiãt, extremitarib. ſudariolo ex linis crudis inuolutis. Idẽ rurſus cap. 3. eiuſdẽ libri, ἀνάτριψις αὖθις σκελῶν δι' ἡμιτυμβίου τρηχέου μέστι φοινίξιος. Rurſus frictio crurum ex ſudariolis aſperis, ad ruborẽ vſq;. Heſych. quoq; in dictione ἄχνη huius loci Hippocratis meminiſſe videtur, & ἡμιτύβιον λινοῦν exponere, cùm ſcribit. ὁ δὲ Ἱπποκράτης τὴν λινῆν ἄχνην. δηλοῖ δὲ καὶ τὸ λεπτὸν ξύσμα. Sic n. leg. exiſtimo, vbi ἄχνην lintei ramentũ exponit. Idẽq; eſt q̃ lib. 2. περὶ γυν. (p. 284. 2.) dicitur ἄχνη ἀπὸ ὀθονίων λεπτῶν, ramentum ex tenuibus linteis deraſum ad peſſos.

Ἡμίχοον eſt ὁ ἥμισυς χοῦς dimidiatus congius, & μέτρον aut ἀγγεῖον ſubauditur. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 207. 41.) φακῶν χυμὸν ἀναγκάσαι αὐτὸν ἐκπιεῖν τρία ἡμίχοα, lentiũ ſucci tres dimidiatos congios ipſum ebibere cogito.

Ἦμος quãdo, cùm, ſignificat, Ionicũ eſt & poëticũ. Prorrh. 2. (p. 414. 49.) μάλιστα τὸ ἦμος ἥλιος νεωστὶ καταλάμπει, præſertimq; cùm primũ ſol illucet. ἦμος quidã codices ſcribunt, alii etiã μάλιστα δ' ἦμος. lib. 1. περὶ γυν. (p. 239. 24.) ἦμος δ' ἥλιος δύῃ, cùm autem ſol occiderit.

Ἠνάγκαζεν ἐβιάζετο cogebat exponit Erotianus apud Hippocratem.

Ἠναγκάσθαι contundere, & ἐνίων τῶν κεκαμμένων contuſorum exponit Gal. apud Hippocrat.

Ἠοίας, τὰς πρωΐας, matutinas horas exponit Galenus in Exeg. apud Hippocr.

¶ Ἡπατικοὶ veteribus dicti ſunt qui hepatis inflãmatione laborabant ex eaq; febricitabãt. velut pleuritici aut peripneumonici qui ex lateris aut pulmonũ inflãmatione febricitarent. Sic in Coac. Pręn. (p. 437. 47. & 48) ſcribitur. οἷον ἡπατικοῖσι πολὺ πτύαλον αἱματῶδες. hepaticis ſputũ multũ cruẽtũ. Et, ἐφ' ἡπατικοῖσι τῆξις ἅμα βράγχῳ κακόν. Hepatico colliquatio cum raucedine malum portendit. At verò recentiorib. ἡπατικοὶ vocantur, qui citra manifeſtũ aliquẽ iecoris affectũ, imbecillitate laborant ex intemperie. Quod indicat his verbis Gal. lib. 8. κατὰ τόπ. (p. 286. 7.) τὸ ἡπατικὸν ἰδίως ὀνομαζόμενον πάθος, ὥσπερ οἶμαι καὶ τὸ κοιλιακόν τε καὶ στομαχικόν, ὅταν δὲ κατὰ τὰ μόρια παρὰ φύσιν ὄγκος γίνεται, φλεγμαίνειν ἧπαρ ἢ ἀποστήματι λεγόντων ἢ σκιρρῶδες τῶν ἰατρῶν, ἢ τι τοιοῦτον ἕτερον πάσχειν, οὐ μὴν ἡπατικόν γε καλούντων τὸν ἄνθρωπον αὐτὸν ᾧ συμβαίνει τι τούτων. ἀλλ' ὅταν ἄνευ φανερᾶς τινος ἐν τῷ σπλάγχνῳ κακοῦ περὶ τὰς οἰκείας ἐνεργείας ἀτονεῖ, τηνικαῦτα τὸν κάμνοντα προσαγορευόντων ἡπατικόν. Hepaticus affect⁹ propriè dictus, vt & cœliacus & ſtomachicus, abſq; tumore præter naturã circa ipſas partes oritur, inflãmatione tentari hepar, aut abſçeſſu laborare, aut induratũ eſſe, aut aliud quidpiã pati huiuſmodi medicis dicẽtibus, non tamen hepaticũ vocantib. eum cui tale quidpiã accidit. Sed cum citra manifeſtũ aliquod in viſcere malũ, circa ꝓprias actiones debilitatur, tunc ægrũ hepaticum appellantib. Authori Definit. Med. (p. 398. 18.) ἡπατικοὶ dicuntur οἷς ἧπαρ τινος περιεχολωθὲν χρόνιος, μετ' ὀγκώματος καὶ σκληρίας, καὶ ἀχροίας τοῦ σώματος. quos diuturn⁹ iecoris dolor comitat̃, cũ tumore & duritia, ac decolore corpore.

Ἡπατῖτις iecoraria vena dicitur Hippocrati lib. περὶ ὀστέων φύσ. (p. 60. 26. 36. & 45.) & libr. 2. Epid. ſect. 4. & aph. 4. ſect. 7. libr. 6. Epid. quæ eadẽ κοίλη φλὲψ lib. περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον (p. 64. 30.) & lib. περὶ ἱερῆς νούσου (p. 124. 9.) Galenus quoq; Com. 2. in lib. de nat. hum. (p. 23. 7.) ἡπατῖτιν vocari Hippocrati teſtatur

eam venam quæ caua dicitur, quod etiam ſcribit lib. περὶ κυημάτων ἐξ ἑπτάμηνου (p.216.22) & initio lib. περὶ φλεβῶν ἀνατομῆς.

Ἠπεδανὸς, debilis, infirmus, inualidus, quaſi ἀπεδανὸς & ἄπεος, ὁ μὴ δυνάμενος διὰ ὑπερβολὴν ἀσθενείας ἐν τῷ πέδῳ, ὅ ἐστιν ἐν τῷ ἐδάφει εἶναι. Cui etiã ἔμπεδος opponitur, ὁ ἐν τῷ πέδῳ δι' ἰσχὺν ἑστὼς βεβαίως, vt ſcribit Homeri Scholiaſtes. Il. θ. (v. 104.) ἠπεδανὸς δέ νύ τοι θεράπων. debilis autẽ tibi famulus. Eã vſurpat ẽt dictionem Hipp. lib. 1. περὶ γυν. (p. 234. 5.) ἠπεδανὸν πῦρ, febris lenta, debilis. Et rurſus (ibid. p. 240. 37.) ἠπεδανὸν παιδίον, puer debilis. Iterũq; (ibi. p. 257. 4.) & ὅσα ἠπεδανὰ ἰᾶται, quę debilia ſunt ſanat.

Ἠπίαλος πυρετὸς, febris Epiala, in qua ſimul febricitant & rigore corripiũtur ægri, vt ſcribit Gal. lib. 2. de diff. feb. cap. 6. febris algida, aut cum tremore frigida dici poteſt, ab antiquis Latinis quercera dicta. fit aũt Epiala febris ab acida & vitrea pituita, cui moderata putredo acceſſit. ἠπίαλον πρὸ τοῦ πυρετοῦ ῥῖγος, rigorẽ febrem pręcedentẽ quibuſdã dici teſtatur Heſychius, quod etiã ſcribit Gal. cap. 6. lib. 2. de diff. feb. Interpretes lenes & blandas febres vocant ἠπιάλους πυρετοὺς, & aliam ſequũtur huius nominis notationẽ. Sic enim vocari exiſtimãt παρὰ τὸ ἠπίως ἀλεαίνειν, quòd blandè & molliter incaleſcant. Alii ἀπὸ τοῦ ἠπίου & ἁλὸς, quòd mare in ſumma etiã trãquillitate perpetuò agitetur. ἠπίαλος πυρετὸς, febris lenta & mitis virgunculis iam maturis, vbi purgationes menſtruę ceſſarunt, ſuccedit, lib. περὶ παρθενίων. (p. 52. 29.) ἠπιάλους etiã febres celebrat Hip. lib. de aëre, loc. & aq. (p. 452. 40.) febres lenes vertit Cornarius. lib. 4. Epid. (p. 330. 9.) ἠπιαλώδεες dicũtur, febres algidæ & frigidæ, vt πυρετοὶ ſubintelligantur, (Sic n. Erotiano ἠπιαλώδεες πυρετοὶ, hunc haud dubiè locũ ſubnotanti, exponũtur, οἱ μετὰ φρίκης & ῥίγους γινόμενοι, febres quæ cum horrore & rigore fiunt) Poteſt & id ad ægros referri & rigorẽ ſolum reſpicere, febreſq; ſubintelligi in quibus ægri perpetuo rigore conflictabantur, quòd ἠπίαλος Atticis rigorem qui febres præcedit denotet Galeno & Heſychio, qui ẽt τὰς ψυχρὰς eo nomine dici ſcribit.

Ἠπιότης πυρετοῦ de febre miti effert Hipp. lib. 5. Epid. (p. 341. 16.) & τὰ τοῦ πυρετοῦ ἠπια, & febris erat mitis & remiſſa. Rurſus lib. 7. Epid. (p. 351. 44.) & ἐσβέσθη τὰ τοῦ πυρετοῦ οὕτως ἤπια. & febris adeo lenis erat. ἠπιάω aut ἠπιόω dicitur Hippocrati pro remiſsè & leniter habeo. lib. 5, Epid. (p. 337. 21.) ἀλλ' ἠπίασε τῷ σώματι, ſed leniter habuit toto corpore & remiſsè, ἠπιώτεραι θερμαὶ, calores leniores, remiſſiores, lib. 7. Epid. (p. 352. 2.

¶ Ἡρακλείης νόσου, τῆς ἐπιληψίας, exponit Erotianus apud Hippocratem, διὰ τὸ ἰσχυρὸν τοῦ νοσήματος & δυσκαταγώνιστον, ob morbi vehementiam & expugnandi difficultatem. Videtur autem his verbis locum libr. 1. περὶ γυναικ. ſubnotare (p. 235. 8.) καὶ ἐοίκασι τοῖσιν ὑπὸ τῆς ἡρακλείης νόσου συνεχομένοισιν. & iis qui Herculeo morbo detinentur, ſimiles ſunt. Hoc autem nomine μανιαν quibuſdam appellatam eſſe teſtatur Erotianus, quòd ex antiquis Heroibus ſolus eo morbo Hercules laboraſſe dicatur. Gal. verò Com. 6. in lib. 6. Epid. (pag. 525. 51.) Epilepſiam ſcribit nonnullis Herculeum morbum dictam eſſe, nõ quòd Hercules eo caperetur, ſed quia videntur iſti, ſicut alii etiam nominibus eius ſæuitiam exprimere voluerunt, ita & nomen hoc, Herculeum ſcilicet, vt magnitudinem indicaret, effinxiſſe. Aretæus quoq; cap. 13. lib. 2. περὶ χρονίων παθῶν ſcribit Elephantiaſim quibuſdam ἡράκλειον πάθος vocatum eſſe, ὅτι τοῦδε μέζον οὐδὲν, οὐδὲ ἀλκιμώτερον, quod eo affectu nullus ſit maior aut valentior.

Ἡρεχθιωνυ vide in Ἀ'ερεχθιωνῦ antea.

Ἡρεθισμένον ἕλκος, vlcus irritatũ, exaſperatũ, h.e. cõpreſſione, aut deligatione, aut ferulis eſſeratum & exagitatum, lib. de fract. (p. 563. 9.

Ἡρεμαῖον πῦρ, calor quietus, ignis lenis, de febre lenta dicitur lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 244. 3.)

Ἤρκεσα, ἐβοήθησα, exponit Erotianus apud Hippocratem opem tulit.

Ἡρμόσθαι adaptatum & compoſitum eſſe ſignificat, ab ἁρμόζομαι, ἠρμᾶσθαι verò, ἐστηρίχθαι καὶ ἑδρᾶσθαι, quod eſt ſtabilitum & firmatum eſſe, ab ἑρμάζομαι. ἡρμόσθω tamen ſemper legitur apud Hipp. vt lib. κατ' ἰητρεῖον (p. 677. 42.) ἀλλ' ἡρμόσθω μὲν, πεπιέσθω δὲ μή. vt firmata qdẽ ſint, non autẽ coacta. Et rurſus (p. 697. 34.) ἡρμόσθαι δὲ, μὴ πεπιέχθαι τῷ πλήθει, firmari quidẽ, nõ faſciarũ copia comprimi. Vbi cùm priore loco Gal. ἡρμόσθαι ἀσφαλῶς ἐρηρεῖσθαι, quod eſt firmiter ſubnixum eſſe, altero verò, τὸ οἷον ἐρηρεῖσθαι & ἐστηρίχθαι, hoc eſt, fulciri & ſtabiliri exponat, & ἑρμάσματα Gręcis veluti ἐρηρεισμένα dici ſcribat, ἡρμᾶσθω legiſſe videri queat. Eoq; referri debere videatur quod in Exeg. ἡρμᾶσθω, ἐρηρεῖσθαι, ἢ ἡρμόσθαι exponitur, quod eſt innixũ eſſe aut aptatũ. Niſi quod per ἡρμόσθω vtranq; mihi lectionẽ approbaſſe videtur. Eadem quoq; ratione & nos antea ἥρμαται apud Erotianũ pro ἥρμοσται legi debere exiſtimauimus quod ἥδρασται & ἐστήρικται exponit. Verùm cùm ἀπὸ τῶν ἑρμασμάτων dictionem tranſlatam eſſe dicat cum Galeno, hunc quoque libri κατ' ἰητρεῖον locum ab Erotiano ſubnotari exiſtimo, & ἡρμᾶσθαι, ἑδρᾶσθαι, ἐστηρίχθαι ab eo ſcriptum eſſe cõtendo, præſertim cum ἥρμοσται aut ἥρμαται nuſquã apud Hipp. ſcribatur. Rurſus ἡρμόσθω vſurpatur Hippocrati de faſciis aut linteis quæ obfirmata ſunt & affulcita, aut appoſitiſſimè inhęrent, lib. de fract. (p. 562. 15.) τῷ ἐπιδεδεμένῳ δοκείτω ἡρμόσθαι μὲν, πεπιέχθαι δὲ μή. deuincto lintea obfirmata qdẽ nõ autẽ appreſſa videantur. Et (ibid. v. 16.) φάτω δὲ κατὰ τὸ ἕλκος μάλιστα ἡρμόσθω. dicat aũt ad vlcꝰ firmiter inhęrẽtia & adaptata eſſe. Ac rurſus (p. 563. 22) & πεπιέχθαι μὲν μηδαμῆ, ἡρμόσθω δὲ μάλιστα κατὰ τὸ ἕλκος. & nuſq̃ qdẽ vinculũ appreſſũ eſſe, ſed maximè ſupra vlcꝰ obfirmatũ. Et lib. de art. (p. 645. 33) χρὴ δὲ ἡρμόσθω μὲν τὴν κνήμην & τὸν πόδα οὕτως ὡς αὐτὸς ἐθέλει. Tibiã aũt & pedẽ eo modo quo ipſe velit affulcire oportet. Vbi ἡρμόσθαι Galen. eſſe dicit τὸ ἀσφαλῶς ἐστηρίχθαι, firmiter ſtabiliri,

ſtabiliri ac firmari, obfirmari, hoc eſt tibiam & pedem luxatum ita accommodari & collocari, vt firmiter fulciantur. Nam & ibidem Gal. (v. 38.) τὸ ἡρμόσθαι eſſe ſcribit, τὸ ἐστηρίχθαι οὕτως κατὰ πᾶν μέλος τὸ κῶλον, ὡς μηδαμόθι δύνασθαι κινεῖσθαι. membrum ita omni ex parte firmiter collocatum eſſe & obfirmatum, vt moueri nequeat. Idem quoq; Gal. Com. 1. in lib. de fract. (p. 534. 51.) τὸ ἡρμόσθαι οἷον ἐστηρίχθαι velut ſtabilitum eſſe exponit. Quibus omnibus in locis vtriuſq; ſcriptionis & ἡρμόσθαι & ἡρμᾶσθαι vim noſtra interpretatione apud Hippocratem expreſſimus, cùm eam etiam amplecti videatur Gal. & eandem explicationē vtriq; tribuat, ab ἑρμάζειν deducendo, quod idem ἑδράζειν & στηρίζειν ſignificare ſcribit, quod eſt ſtabilire, affulcire, Com. 3. in lib. κατ' ἰητρ. (p. 692. 1.)

Ἦρος exponitur Heſychio συνθήκη, ἐκεχειρία, pactum, fœdus, induciæ. Sic ἔγγιστα τοῦ ἦρος dicuntur quæ maximè ad rē pertinent aut faciunt. Hippocr. lib. 3. περὶ διαίτης (p. 100. 8.) ὡς μὲν οὖν δυνατὸν εὑρεθῆναι ἔγγιστα τοῦ ἦρος, ἐμοὶ εὕρηται. quoad igitur fieri potuit, quæ maximè ad rem pertinent, inuenimus. hæc eſt à nobis inuenta victus ratio, quàm maximè fieri potuit, ad rem conueniens & proximè pertinens, cùm omninò exacta, & quæ ciborum copiæ aut laborum ſymmetriæ perfectè reſpondeat, inueniri à nullo poſſit. ἔγγιστα τοῦ ἔργου tamen Aſulanus legit. ἔγγιστα τοῦ ὅρου exemplaria quædam manu ſcripta Regia habent.

Ἠρύγγη exponitur Erotiano τίλων, & annotatur βοτάνην eſſe ὀνόματα.

Ἡρῷον monumentum ſiue fanum heroi conſtructum. ἡρῷον Heſychio μνημεῖον exponitur. ἡρῷον dicitur Hippocrati aph. 27. ſect. 2, lib. 6. Epid. ὄπισθεν τοῦ ἡρῴου, quæ poſt ſtatuam aut heroum habitabat. Etſi τοῦ ἡρῴου multa habent exemplaria.

Ἠθεύμενος, ἠθούμενος, exponit Gal. in Exeg. hoc eſt colās, per colum tranſmittēs, vt ſit participium ab ἠθέω pro ἠθῶ aut ἠθίζω, quod eſt, colo, ſaccello.

Ἡσυχῆ apud Hipp. ponitur pro ἡσύχως aut μεθ' ἡσυχίας, quietè, moderatè, paululum. Lib. 4. Epid. (p. 331. 45.) ἦν τι βηχίον ξηρὸν ἡσυχῆ, tuſſicula quædā paulùm ſicca aderat. Lib. quoq; 1. Epid. (p. 372. 20.) ἡσυχῆ καὶ ἐπὶ τὸ ῥᾴθυμον βεβιωκότες, qui otioſè & ſegniter degunt, quales mulieroſi omnes & molles. ἡσυχία eſt quies & ocium, & ἡσυχάζειν quieſcere, vt vertit M. Tullius Acad. 2.

Ἦτρον pars eſt ventris infrà vmbilicum ad pubem vſq;, ὑπογάστριον dicitur, imus venter & abdomen. Gaza apud Ariſt. lumen & abdomen vertit. ἦτρον, pube tenus interpretatur Aurelianus cap. 18. lib. 3. acut. & cap. 4. lib. 5. Tard. paſſ. Pubem etiam vertiſſe videtur Celſus cap. 3. lib. 2. ex aph. 35. lib. 2. τὰ περὶ τὸν ὀμφαλὸν καὶ τὸ ἦτρον πάχος ἔχειν, partes ad vmbilicum & imum ventrem attinentes craſſiores eſſe, ſi circa vmbilicum & pubem cutis plana eſt, dixit Celſus, ἤτρου ἔντασις ἑκατέρωθεν ἐς ἰθὺ, imi ventris vtrinque in directum contenſio, lib. 4. Epid. (p. 330. 47.) καὶ τῶν ἦτρον, & eorum quæ circa abdomen erant, aph. 28. ſect. 2. lib. 6. Epid. Et ἐπὶ τὸ ἦτρον ἐμαλάσσετο, circa abdomen emolliebatur, ibid. ἦτρον propriè dici Hippocrati ſcribit Gal. Com ad aph. 35. lib. 2. τὸ κάτω χωρίον τῆς γαστρὸς, ὅσον ἐστὶ μεταξὺ τοῦ αἰδοίου καὶ τοῦ ὀμφαλοῦ. ventris imam regionem quæ pudenda & vmbilicum interiacet. πόνοι περὶ ἦτρον ἐμποιέοντα, quę dolorem in imo ventre faciunt, in Coac. Prænot. (p. 438. 14.)

Ἦχος, ſonus & ſonitus. ἦχοι aurium ſonitus & tinnitus ſumuntur Hippocrati, in Prorrh. (p. 176. 41.) ἐν πυρετῷ καυσώδει ἦχοι προσγινόμενοι μετὰ ἀμβλυωσμοῦ. febri ardēti ſi aurium tinnitus cum viſus hebetudine ſuccedant. Quod reperitur in Coac. Prænot. (p. 427. 24.) Et rurſus ibid. (p. 428. 29.) οἱ ἐν κεφαλαλγίαις καὶ ἤχοις ἀπύρετοι. Qui capitis doloribus ac auriū tinnitibus citra febrem tentantur. Rurſus (p. 429. 30. & 31.) βόμβος ἐν ὀξέσι καὶ ἦχος ἐν ὠσὶ, in præcipitibus morbis murmur edētes & tinnientes aures. Et ἦχοι μετὰ ἀμβλυωσμοῦ, aurium ſonitus cum viſus hebetudine. ὤτων πόνους καὶ ἤχους ex Dioſcoride cap. 39. lib. 1. grauitatem auditus, & ſonos incertos ac tinnitus vertit Pl. cap. 4. lib. 23.

# OECONOMIAE HIPPOCRAT.

## TO Θ.

Θᾶκος, ſedes, ſedile, ſella, idem quod θῶκος. Lib. 7. Epid. (p. 360. 10.) οὐδ' ἐπὶ θᾶκον ἀνίστατο, neq; ad ſedile exurgebat, hoc eſt, neq; in ſedili ſedebat, de ægro decumbente effertur.

Θαλάμαι dicuntur cubilia & piſcium latibula. Erotiano apud Hipppocr. exponuntur καταδύσεις, ſpecus, latibula. Vſurpat autem eam dictionem Hippocr. lib. περὶ τέχνης (p. 3. 34.) καὶ τούτων οὐδὲν ὅ, τι οὐχ ὑπόφρον ἐστὶ, καὶ ἔχει περὶ αὐτὸ θαλάμας, quorum ſanè nullum non ſubſpumoſum eſt, & circa ſe forulos habet, hoc eſt loculos & penetralia, aut latibula quædam. Agitur de cauitatibus internis ad articulos, quæ ſpuma quadam aut mucore ſubſpumoſo refertæ ſunt. Etſi ὑπόφορον illic quędam exemplaria legunt, & Erotianus ὕποφρον, vt poſtea ſcribimus.

Θαλερὸν πνεῦμα flatidum ſpiritū ſignificat apud Hippocrat. hoc eſt magnum & concitatum, σφόδρα μέγα exponit Gal. Com. 2. in Prorrh. (p. 183. 10.) Idem quoque (ibid. p. 198. 25.) θαλερὸν πνεῦμα, τὸ οἷον θάλλον καὶ ἀκμάζον, καὶ μέγα,

hoc eſt veluti florentem ac vigentem aut magnam ſpirationẽ interpretibus Hippocr. ſignificare ſcribit. Quanquam ambiguam eſſe dictionem fatetur & ſubobſcuram, neq; in veram Aſclepiadarum familiam receptã aut Germanis Hippocrat. libris aſſignatam. Quod etiam reperit Com. ad ſent. 24. lib. 1. περὶ χυμῶν, & à θάλλειν deduci ſcribit. Quanquam in Exegeſi θαλερὸν παρὰ τὸ θέρεσθαι. quod eſt calefieri aut caleſcere, factum eſſe ſcribit, & θαλερὸν, θερμὸν ὡς ἀπὸ ἡλίου, velut à ſole calidum exponit. Vbi etiam quædam exemplaria θαλερὸν πνεῦμα, μέγα καὶ διεγηγερμένον explicatum habent, vt ſit ſpiritus floridus, magnus & concitatus. Sic θαλερὸν δάκρυ apud Hom. Il. β. (v. 266.) [θαλερὸν δέ οἱ ἔκπεσε δάκρυ, hoc eſt, vberes ei profluxerunt lachrymæ,] θερμὸν ἢ ἀκμαῖον Scholiaſtes exponit, quod eſt calidam ac vigentem lacbrymam, nempe vberem ac pullulãtem, & quæ magna vbertate ex oculis profunderetur, neq; ſicceſceret, ſed velut frondes ex arboribus promanaret. θαλερὸν δάκρυ Heſych. exponit, τὸ πολὺ ἢ μὴ ξηραινόμενον, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ὀφθαλμῶν ἀεὶ θάλλον. Alii δίυγρον, quidam etiam ſalſas lachrymas exponunt. θαλερὸς etiam παχύς, ἰσχυρὸς exponitur Heſychio. Θαλερὸν πρόσωπον floridũ vultum rectè dici τὸ οἷον εὐεκτικὸν ἢ εὔχροον, veluti benè habitum & coloratum, ſcribit Gal. Com. 2. in Prorrh. (p. 183. 8.)

Θάλλειν verò eſt vigere, pullulare, floreſcere, & de viuido cutis colore dicitur, aut de alimenti ſucculentia Hippocrati, qua corpus bene habitum viget & repletur. Lib. de loc. in homine (p. 73. 1.) καὶ ὁκόταν κρατῶνται [τὰ σιτία] θάλλειν ποιέει. & vbi ſuperantur [cibaria] corpus vigere faciunt. Sic enim lego cum melioribus codicibus, vt de cibis locus accipiatur, qui vbi ſuperantur & euincuntur, corpus replent. Etſi ferri poteſt vulgata lectio, καὶ ὁκόταν κρατῶνται, τὸ σῶμα ὑπὸ τῶν προσφερομένων θάλλειν ποιέει. Vt ſit ſenſus, Cùm autem ſuperantur, [cibaria] ab his corpus vigorem accipit. Ita enim accipiendus mihi locus videtur, contra Cornarii & vulgarium exemplarium fidem. Rurſus (ibidem v. 3. & 5.) θάλλειν effertur de viuido aut florido cutis colore ac benigna ſuccorum repletione, qua corpus viget & tumidum redditur per aquæ calidæ balneum & comeſſationem, cui corporis ἰσχνότητα & maciem opponit. Ac iterum (v. 8.) τὰ θάλλειν ποιέοντα, quæ replent & corpus vigere faciunt. Rurſus ibidem (pag. 66. 39.) λίην δὲ πολλῷ ὑγρῷ αἱ σάρκες τρεφόμεναι καὶ νοσηλῷ θάλλουσι, ὕδρωπες ἐμπλεοι εἰσι. Plurimo verò humore carnes nutritæ & morboſo turgidæ, hydropem contrahunt. Et (pag. 69. 43.) ποιεῖ γὰρ αὐτοῖσι ὁ τε σπλὴν θάλλει καὶ τὸ σῶμα φθίνει, ex iiſdem enim & ſplen augeſcit & corpus contabeſcit. Et (ibidem v. 44.) ὅταν δὲ τὸ σῶμα λεπτὸν ᾖ καὶ ὁ σπλὴν θάλλῃ, cùm autem corpus extenuatum fuerit & ſplen creuerit. Et lib. περὶ καρδίης (pag. 54. 47.) de cordis tunica γεγένηται δὲ τοῦτο εἵνεκα ὅκως θάλληται ῥωσκομένως ἐν φυλακῇ. Ea verò de cauſa tunica extitit, vt validum in cuſtodia vigeat. A θάλλω etiam deducitur τεθηλὸς vox media, idem quod τεθαλώς, virens, floridus, veluti ſucco turgens aut ſcatens. Sic τεθηλότα σχήματα, τουτέστι μέζεα ἢ μέλεα, partes corporis ſucculentæ dicuntur Hippocrati, lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 11. 27.) hoc eſt quæ humorem in ſe continent ac recipiunt veluti effloreſcentem, floridæ dici poſſunt, hoc eſt ſucculentæ. Sic μανά τε καὶ τεθηλότα ſimul iunguntur, raræ & floridæ corporis partes, hoc eſt ſucco turgidæ, vt poſtea (ibidem p. 12. 5.) ἁπαλὸν καὶ τεθηλὸς καὶ ἔναιμον de hepate effertur, quod ſanguineum ſit & velut ſanguine effloreſcẽs ac turgidum mammarum inſtar. Τεθηλότα tamen Gorrhæus apud Hippocratem mollia vertit, & à θηλύω deduci putat, velut effœminata, quod mulierum præcipua ſit mollities. Idem etiam τεθηλότα mammarum inſtar exponi poſſe putat, hoc eſt, mammarum inſtar ſucculenta & veluti lactantia, hoc eſt, ſuccum veluti lac præbentia, vt ſint τεθηλότα veluti τεθηλακότα, quem in ſenſum ſugentia vertit Caluus. Sed tunc à θηλαίνω potiùs, quod θηλάζω ſignificat, deduci videatur, vnde & θήλαντο ἐθήλασαν Heſychius exponit. Τεθηλημένα δένδρα velut τεθηλότα à θηλέω, arbores frondoſæ dicuntur Hippocrati lib. περὶ ἐνυπνίων (p. 108. 49.) quæ frondium mollitie luxuriãt, quibus φυλλοροοῦντα opponit, eas quæ folia habent decidua.

Θαλπὴν legitur apud Hippocrat. lib. περὶ γ[...]. φύσ. (pag. 221. 5.) θαλπὴν ποιέειν. Verùm locum eſſe corruptum indicat aſteriſcus codici Aſulanio præfixus, tum quòd exemplaria manu ſcripta Regia illic θλασπὴν legunt, & quia lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 260. 25.) vbi eadem repetuntur, θλάσπιν λείην ποιέειν legitur, quam etiam lectionem lib. περὶ γυναικ. φύσ. ſecutus videtur Cornarius. θλασπὴν autem legi poteſt, vt idem ſit quod θλάσπεως, aut θλάσπιος σπέρμα, aut θλάσπιον, pro θαλπὴν ποιέειν ſcribendum, vt idem ſit quod θλασπίδιον, velut ibidem legitur (pag. 222. 7.) Sic enim θλάσπι θλασπίδιον vocari ſcribit Dioſcorides, & Caluus cardamum agreſte, & pedem gallinaceũ vertit, quæ ſunt θλάσπιος nomina. Θλασπίδιος autem Galenus in Exegeſi pro θλάσπιος, ſic dicta herba, apud Hippocratem poſitum ſcribit. At lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 259. 49.) θλάσπιος ὅσον ὀξύβαφον legitur, & (pag. 260. 30.) θλάσπιος ὅσον πόσιν, pro quibus θλασπίδιος ὀξύβαφον, & θλασπίδιος πόσιν legiſſe videtur Galenus.

Θαμέως idem quod θαμινὰ ſignificat, frequenter, crebrò, & Hippocrati vſurpatur lib. περὶ ἐπικυήσιος (pag. 50. 1.) ἣ τις δὲ κυήσεται θαμέως quæ verò frequenter concipiet. πυκνὰ explicatur lib. περὶ ἀφόρων (p. 293. 17.) vbi eadem repetuntur. θαμέες ἔμετοι, frequentes vomitus. lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 281. 33.) Θαμινὰ autem πυκνὰ exponit Erotianus apud Hippocratem, & ex lib. περὶ αἱμοῤῥοΐδων profert, vbi tamen non legitur, ſed lib. de fiſtulis. (p. 518. 32.) ἐς ἄφοδον θαμινὰ καθίζει, frequenter exone-

exonerandæ alui gratia deſideat. Vt vel inde ſatis conſtet vnum fuiſſe libellum περὶ αἱμοῤῥοΐδων καὶ συρίγγων quemadmodum etiam in τῶν θεραπευτικῶν librorum Hippocrat. recenſione Erotianus vtrumq; ſimul comprehendit. θαμινὰ verò aliàs crebro vſurpatur Hippocrati, vt lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (pag. 37. 27.) οὐρέει θαμινὰ, frequenter meiit. Et lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 276. 24.) καὶ τῷ ἀνδρὶ ξυνευδέτω θαμινὰ, & cum viro frequenter condormiat. Rurſus (ibidem v. 40.) ἐμέειν θαμινὰ, crebrò vomat. Et (v. 42.) τὸ οὖρον στάζει θαμινὰ καὶ κατ᾽ ὀλίγον, vrina crebrò & paulatim ſtillat. Rurſusque ibidem (pagina 78.25.&49.) λύεσθαι θαμινά. Et (pag. 281. 15.) τὰ ἐπιμήνια θαμινὰ, frequentia menſtrua. Et (pagina 283. 31.) καὶ ἐρεύγεται θαμινὰ, & crebrò eructat. Et (pagin. 284. 30.) θαμινὰ δὲ τοῦτο δρᾶν. crebrò autem hoc faciat. Interdum etiam θαμινάκις, vt (pagina 287.44.) χρίειν θαμινάκις, crebrò inungito. Lib. περὶ κρισίμων (pag. 388. 42.) οἱ ὀφθαλμοὶ δακρύουσι θαμινὰ καὶ ἑλκοῦνται, oculi crebrò lachrymantur & vlcerantur. ἕλκονται tamen pro ἑλκοῦνται legit Cornarius ex lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 212. 24.) vbi θαμινὰ non legitur. Lib. de locis in homine (pag. 71. 28.) θαμινὰ μεταλλάσσειν, crebrò permutare. Vt & eandem vocem aliàs eodem lib. vſurpat. In Coac. Prænot. (pag. 429. 14.) θαμινὰ σμικρὰ πτύοντα, quæ frequenter pauca expuunt. In Epiſt. (pag. 529. 18.) τὴν δὲ κεφαλὴν θαμινὰ ἐπίσειεν, caput autem crebrò concutiebat. Lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 190. 30.) ἔπειτα θρόμβους αἵματος ἐκβήσσονται [ἢ φάρυγξ] κατ᾽ ὀλίγον καὶ θαμινά. deinde ſanguinis grumos paulatim & crebrò [fauces] reiiciunt. Lib. de vuln. Cap. (pag. 451. 28.) θαμινὰ δὲ ἐξαιρέοντα τὸ τρύπανον. & exempta ſæpe terebra.

Θάνατος, mors, eſt animi & corporis diſſolutio, quæ fit in animalib. aut violata cerebri conformatione, aut ſpiritu qui in eo continetur, aut ex caloris natiui extinctione. Galenus lib. de vſu reſpir. (pag. 165. 14.) Inde θανατῶδες dicitur quod mortem adfert, ſed interdum quod neceſſariò mortem adferr ſignificat Hippocrati: interdum verò quod magna ex parte, vt ſcribit Galenus Com. ad aph. 18. lib. 6. τὸ θανατῶδες ὄνομα πολλάκις εἴρηται ἐν ἄλλοις τε καὶ κατ᾽ αὐτὸ τοῦτο τὸ βιβλίον, ἐπὶ τῶν ἐξ ἀνάγκης τεθνηξομένων. πολλάκις δὲ τῶν εἰς ἐπὶ τὸ πολύ. διὸ καὶ νῦν ἄδηλόν ἐστιν, εἰ τι πάντως ἀποφαίνεται θάνατον ἐπιδήσει τοῖς τῶν εἰρημένων μορίων διαιρέσεις, εἴ τ᾽ ἐπί τινων ἐγχωρεῖ σωθῆναι σπανίως τὸν ἄνθρωπον. Hoc nomen θανατῶδες quod eſt lethale, tum in aliis ſcriptis, tum in hoc ipſo libro, ſæpe de iis qui ex neceſſitate morituri eſſent, ſæpè etiam de iis qui magna ex parte, dictum eſt. Quare ne nunc quidem manifeſtum eſt, num altiùs diuiſis his partibus omninò ſecuturam mortem velit innuere, num in quibuſdam hominem quidem ſeruari, ſed rarò contingat. Neque verò alia notione θανάσιμον quod eſt lethale, vſurpatur Hippocrati in aphoriſmis, ſed etiam interdum τὸ κινδυνῶδες quod eſt perniciofum, ſignificat & exitioſum, vt ſcribit Galenus Com. ad aph. 2. lib. 5. ὥσπερ ἐν τῷ πρὸ τούτου λόγῳ θανάσιμον ἔφη τὸν σπασμὸν, ἐν ἴσῳ τῷ κινδυνώδη τε καὶ τελευτῶντα πολλάκις εἰς θάνατον, οὕτω καὶ νῦν τὸν ἐπὶ τῷ τραύματι σπασμὸν ὀνόματι θανάσιμον, ὡς οὐκ ἐξ ἀνάγκης τε καὶ διὰ παντὸς ἐπιφέροντα θάνατον, ἀλλ᾽ ὡς πάνυ πολλάκις. ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ πολλῶν τῶν ἐφεξῆς ἀφορισμῶν φαίνεται τῷ θανασίμῳ ὀνόματι χρώμενος. Quemadmodum in eo qui hunc præcedit ſermone, lethalem dixit conuulſionem, pro eo quod eſt pernicioſam & ſæpè morte terminandam. Sic etiam nunc eam quæ fit ex vulnere conuulſionem lethalem eſſe dixit, non tanquam ex neceſſitate ac ſemper mortem inferentem, ſed tanquam crebrò admodum. Sic etiam ſuperioribus multis aphoriſmis θανασίμου nomine vti viſus eſt. Idem θανάσιμον κακὸν exponit Com. in aph. 3. lib. 5.

¶Θεατρικαὶ ἐπιδέσεις καὶ ὠφέλιμοι, concinnæ deligationes & hiſtrionicæ, ad oſtentationem tantùm & ſpectaculum comparatæ, quæ nihil iuuant, lib. περὶ ἰητρεῖου (p. 13. 17.)

Θεῖον numen, diuina natura dicitur, rerum humanarum præcipua cauſa & in rebus humanis principatum obtinens, apud Hippocratem lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pagina 213. 40.) μάλιστα μὲν τὸ θεῖον ἐν τοῖσιν ἀνθρώποισιν αἴτιον εἶναι. maximè quidem diuinam naturam in rebus humanis cauſam obtinere. Rurſus ibidem τὰ θεῖα (v. 45.) δεῖ δὲ τὸν ὀρθῶς ταῦτα χειρίζοντα, πρῶτον μὲν ἐκ τῶν θείων ἄρχεσθαι. Eum autem qui hæc rectè tractare velit, primùm quidem à diuina natura initium ducere conuenit. τὸ θεῖον etiam quod eſt diuinum ſignificat, quod à Deo eſt, aut quod eſt incomprehenſibile, vt Deus, & cuius cauſam neque ſenſu neque cogitatione aſſequi poſſis, quo modo accipitur initio lib. περὶ ἱερῆς νούσου (pag. 122. 9. 11. 13. 24. 136. 45. 46. atque aliàs ſæpè.) Quo etiam ſenſu εἴ τι θεῖον ἔνεστι ἐν τῇσι νούσοισι ſumitur in quibuſdam in Progn. (pag. 118. 32.) Galenus verò poſt varias interpretum opiniones, illic τὸ θεῖον, τὴν τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος κατάστασιν, exponit morborum populariter graſſantium generationẽ, quæ ex aeris conditione petitur intelligens, aut ſyderum cognitionem, quæ multùm facit ad morborum prædictionem & totius anni conſtitutionem prænoſcendam. Cuius peritum eſſe Medicum vult Hippocrates libris Epid. & lib. περὶ ἀέρος &c. Gorrhæus cum Fernelio τὸ θεῖον intelligit aeris conſtitutionem, quæ magis proprietate totius ſubſtantiæ quàm ſuis primis qualitatibus corpora noſtra offendat, quam νοσηρὴν ἀπόκρισιν vocat Hippocrates lib. de nat. hum. (p. 20. 22.) ἀναθυμίασιν, exhalationem ſiue expirationem exponit Galen. Cuius quidem curationem optimo iure in loci mutatione & exiguo inſpirationis vſu ponit Hippocr.

Θέναρ, palma aut vola manus, pars manus in-

terna, quæ eminet & carnoſa eſt, à digitis ad carpum protenſa. Hippocr. lib. de fract. (p. 531. 36.) τὰ θέναρα προσβάλλοντα διορθοῦν. volis admotis dirigere. Vbi Galenus θέναρα dici ſcribit manus partes eminentes ἀπὸ τοῦ θείνειν, quod eſt percutere, quòd ea parte percutiamus. Aliis quoq; viſum, non eas omnes partes θέναρα dici, ſed eas ſolas quæ ſub pollice extant. Rurſus Epheſius ἐν τῷ περὶ ὀνομασίας τῶν ἀνθρώπου μορίων, θέναρ dici ſcribit ſpatium illud carnoſum inter pollicem & indicem, ſub quo manus cauitas ſita eſt. ὑποθέναρ quod quatuor digitis ſubtenditur. Videri etiam ſibi Hippocratem θέναρ appellare latam manus partem. Heſychio θέναρ eſt τὸ κοῖλον τῆς χειρὸς καὶ τοῦ ποδὸς, manus cauitas & pedis. Latinis Ir aut vola dicitur. Etymologicum autem dictum vult παρὰ τὸ θέσθαι εἰς αὐτὸ χρείαν, nimirum εἰς ὃ τίθεται τὰ διδόμενα, quòd quæ excipiuntur ea parte recipiantur. Sed aliam ex Galeno notationem adduximus. Authori Iſagoges θέναρ dicitur ὑπεροχὴ τῆς χειρὸς τὸ μὲν κατὰ τὸν ἀντίχειρα ὑπερέχον, manus ſupinæ pars iuxta pollicem aſſurgens, (pagina 376. 19) Iulius Pollux lib. 2. θέναρ vocari ſcribit carneam manus partem interiorem à pollice ad indicem. Quibuſdam etiam videri ab Hippocrate & Homero θέναρ dici τὸ πρόσθεν τῆς δρακὸς ἅπαν, omnem anteriorem pugni partem. θέναρα pro pedum plantis ſumere videtur Hippocrates lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 266. 46.) καὶ τὰ θέναρα ναρκῶσι, καὶ ἐπιβαίνειν οὐ δύνανται. & plantæ pedum torpeſcunt, neq; incedere valent.

Θεραπεία curatio, dicitur Galeno. Com. 1. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 38. 20.) ἡ τῶν νοσημάτων ἀναίρεσις ἤδη γεγενημένη, οὐ γινομένη ἔτι. ea morbi ſublatio quæ iam facta eſt, non quæ adhuc fit. Θεραπεύειν curare etiam dicitur duobus modis de cancro, vt ſcribit Gal. Com. ad aph. 38. lib. 6. τὸ θεραπεύειν διττόν ἐστιν. ἓν μὲν τὸ, πάντα πράττειν εἰς ὑγιείας ἐπανάγειν τὸ πεπονθὸς μέρος· ἕτερον δὲ τὸ προνοεῖσθαι τὴν ἁρμόττουσαν τῷ πάθει πρόνοιαν, ὅπερ ἐστὶ παρηγορεῖν τι καὶ πραΰνειν αὐτὸ, καὶ μαλθακώτερον ἢ μεθ' ὑπομονῆς. Curare duobus modis capitur. Vno quidem cùm omnia tentãtur vt pars affecta ad ſanitatem reducatur, altero cùm curatur vt congruens paſſioni prouidentia adhibeatur, hoc eſt, vt ipſa demulceatur ac mitior reddatur. Θεραπεύοντες ſunt miniſtri & qui ea quæ ad curationem adhibentur adminiſtrant, aut quæ oportet curant. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 83. 32.) dicuntur ii qui quæ ad balnea ſunt neceſſaria curant aut parant. ἐν ὀλίγῃσι γὰρ οἰκίῃσι παρεσκευάσαται τὰ ἄρμενα καὶ οἱ θεραπεύοντες ὡς δεῖ. In paucis enim domibus parata habentur neceſſaria, ſed nec miniſtri qui ea vt oporteat curent, reperiuntur.

Θέρετρον expoonitur Galeno in Exeg. τόπος ἐνδιατρίβειν θέρους ἐπιτήδειος, locus habitationi æſtiuæ accommodus, additque quibuſdam θέριστρον ſcribi.

Θερινὴ ὥρα, æſtiuum tempus ſignificat, vt lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 87. 41.) καῦσος δὲ γίνεται ὁκόταν ἀναξηρανθέντα τὰ φλεβία ἐν θερινῇ ὥρῃ ἐπισπάσωνται δριμέας καὶ χολώδεας ἰχῶρας ἐς ἑωυτά. febris ardens oritur vbi venulæ reſiccatæ tempore æſtiuo acres & bilioſas ad ſe attraxerint tenues & ſeroſas humiditates, quas ἰχῶρας vocãt. Vbi ſcribit Gal. θερινὴν ὥραν εἴρηκε τὴν θερμὴν καὶ ξηρὰν, ἄν τ' ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ ἔαρος, ἄν τι ἐν ἀρχῇ τοῦ θέρους, ἄν τ' ἐν τοῖς μέσοις, ἢ τοῖς τελευταίοις, ἄν τι κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ φθινοπώρου. Æſtiuũ anni tempus dixit calidum & ſiccũ, ſiue ad finem fuerit veris, ſiue ad initium æſtatis, ſiue in horum temporum mediis, ſiue extremis, ſiue ad autumni principium. Interdum etiam θερινὴ ſimpliciter dicitur, & ὥρα ſubauditur, quemadmodum θερινὴ θέρος exponitur Heſychio. θερινὴ dicitur etiam aph. 29. ſect. 8. lib. 6. Epid. vt & θερμὴ Herodoto.

Θερμαίνεσθαι eſt incaleſcere & ὑποθερμαίνεσθαι aliquantulum incaleſcere, & de calore febrili effertur Hippocr. vt in Critone & Epicratis vxore ægr. 5. & 9. lib. 1. Epid. ἐκ ἐθερμάνθη, non incaluit, de febre intelligitur. θερμανθῆναι etiam ægr. 12. lib. 1. Epid. de leui febris initio dicitur & febris moderationem ſignificat. ἄνθρωπος θερμαινόμενος ἐδείπνησε καὶ ἔπιε πλέω. Incaleſcens quidam cœnauit bibitque largius. Vbi ſcribit Gal. διὰ τοῦ θερμαινόμενος ὀνόματος ἐνδεῖξασθαι ἀρχὴν τοῦ πυρετοῦ μικροῦ δοκοῦντος ὑπάρχειν. per hanc dictionem [θερμαινόμενος] indicari febris initium quæ leuis exiſtere videretur. Quod etiã repetit Com. in ægr. 2. lib. 3. ſcribens, ἐνδεῖξασθαι βουλόμενος διὰ τοῦ θερμαινόμενος ὀνόματος τὴν μετριότητα τοῦ γενομένου τῷ δειπνήσαντι πυρετοῦ. cùm hac dictione [θερμαινόμενος] moderationem febris quæ cœnato contigiſſet, indicaret. Etſi ὑποθερμαινόμενος pro θερμαινόμενος illic exẽplaria quædam manu ſcripta Regia legunt, qua dictione leuis febris initium propius indicatur, vt noſtris eum in locum Annotat. admonuimus. Gal. tamen vbiq; & lib. περὶ κώματος θερμαινόμενος legit. Idem lib 3. de Præſag. ex pulſ. (p. 139. 6.) dicere θερμαίνεσθαι, καὶ τι θερμανθῆναι τὴν καρδίαν, cor incaleſcere & incaluiſſe, plurimùm differre ſcribit, quòd cor ipſum θερμαίνεσθαι dicatur, ſi ea ſubſtantia, quæ in eius finibus continetur, caleſcat, ita tamẽ vt cordis corpus calor minimè attingat. Quòd ſi corpus ipſum cordis ad eũ caloris gradum perueniat quem occupat ſubſtantia eius finib. cõtenta, tum τι θερμανθῆναι h. e. incaluiſſe cor dicitur, & ad eum calorem intemperies & facultatum imbecillitas conſequitur, cùm alterius caloris firmitas facultatis & robur comes eſſe poſſit. Hinc θερμάσματα dicũtur Hippocr. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 52. 50. & p. 53. 22.) fotus qui per calefacientia adhibẽtur in pleuritide ad leniendum dolorem, vt & ægr. 8. lib. 3. Epid poſt ſt. peſt θερμάσματα vocare Hippocr. ſcribit Gal. Com. 2. in lib. de rat. vict. in morb. ac. τὰ θερμαίνοντα τὸ σῶμα καθ' ὁντιναοῦν τρόπον, quę quouis modo corpus calefaciunt. Θέρμη calorem ſignificat & ἀντὶ τῆς θερμότητος ſumitur lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 244. 20.) θέρμη τὸ ἀνὰ πᾶν τὸ σῶμα, & calor toto corpore.

Θερμα-

Θερμημερίαι dicuntur Hippocr. calidorum dierum tepores qui vere cótingunt, lib. de Nat. hum. (p. 14. 11.) τὸ δὴ αἷμα κατὰ ταῦτα αὔξεται, ὑπό τε τῶν ὀμβρῶν καὶ τῶν θερμημεριῶν. Sangnis ſanè eadem ratione augetur, ab imbribus videlicet & calidorum dierum tepore, aut à diebus calidis.

Θερμὸν calidum, aliquãdo de qualitate, aliquando de ſubſtantia dicitur, vt ſcribit Gal. Com. ad aph. 14. lib. 1. Idem duplex eſt apud Hippocratem, vnum ἔμφυτον, natiuum, alterum igneum, mordax & præter naturã. Gal. Com. in aph. 23. lib. 6. Epid. ſect. 4. Θερμὸν ἔμφυτον, calor naturalis & innatus, quem Aſclepiades, Praxagoras, Philotimus & Eraſiſtratus negarunt, eumque acquiſititium non inſitum dixerunt. Eſt autem eſſentia per ſe & ſemper mobilis, & in animali primus, & ab initio genitus & innatus. Natura nanque ipſa & anima nihil aliud quàm calor innatus. Caloris natiui motus internus & externus eſt perpetuus, ideoq; ſemper mobilis, dum moderatè incenditur, & moderatè extinguitur, vt Heraclitus dicebat. Idem calor natiuus ex caliditate & frigiditate miſtus eſt, alioqui non perpetuò eſſet mobilis. Cùm enim ex natura caloris ſemper expandatur & in altum tollatur, ſeipſum breui diſſiparet niſi frigiditate impediretur & intro cogeretur, ne dum ita ſe extendit, pereat. Galen. lib. de Tremore palp. &c. (pagina 369. 7.)

Θερμοκοίλιοι dicuntur Hippocrati qui calido ſunt ventriculo & intemperato, quique calore mordaci & præter naturam ac igneo, non natiuo abundant, aph. 23. lib. 6. Epid. ſect. 4. Eos exponit Gal. τὸ δακνῶδές τε καὶ μοχθηρὸν θερμὸν οὐκ ὀλίγον ἔχοντας ἐν τῇ δυσκράτῳ γαστρί. mordacem vitioſumque calorem haud exiguum in intemperato ventriculo habentes. Rurſus aph. 23. ſect. 8. θερμοκοιλίοισιν ἰσχυρὰ τὰ βρωτὰ ταρακτικά. Valentes cibi aut potus eos qui calido ſunt ventriculo perturbant.

Θερμαὶ calores ſignificant. Lib. 7. Epidem. (p. 360. 31.)

Θερμωλὴ idem quod θερμότης aut θέρμη, calorem ſignificat aut caliditatem Hippocr. θερμωλὴν πυρετὸν ſignificare apud Ionas annotatur ex Corintho. Sed & θερμωλὴ πυρετὸς exponitur Erotiano. Idem tamen hoc nomine omnem caliditatem apud Hippocr. ſubindicare mauult, his verbis. μή ποτε καὶ πᾶσα θερμασία ὑπ' αὐτοῦ θερμωλὴ λέγεται. Vſurpat eam dictionem Hippocrat. Lib. de Loc. in Homine (p. 69. 18.) καὶ θερμωλῇ ποιέουσι ῥεῦμα πολύ. Et caliditate fluxionem multam faciunt. Rurſus (p. 70. 17.) καὶ θερμαίνειν ὡς μάλιστα, ὡς ἡ θερμωλὴ ἀνοιχθέντος τοῦ σώματος ὑπὸ τοῦ ἱδρῶτος ἐξέλθῃ. & quam maximè calefacere, vt calor aperto per ſudorem corpore exeat. Quem locum propius mihi expreſſiſſe videtur Erotianus. Ac rurſus (p. 71. 16.) ἐπὴν ὑπὸ θερμωλῆς ἐχομένῳ ἑλκύδρια ἐκθύωσιν ἀσθενεῖ ἐόντι. vbi caliditate detento vlcuſcula imbecillo exiſtẽti eruperint.

Θέσις poſitio, de membri deligati poſitione dicitur, vt crure, cùm quo habitu collocatur, continetur. Lib. κατ' ἰητρ. (pag. 686. 19.) ἀνάληψιν & θέσιν coniungit Hippocrates, vt & aliàs ſæpè. Vbi ſcribit Galenus quod eſt ἀνάληψις in manu & brachio, id eſſe θέσιν in crure, & θέσιν ſub ἀναλήψει comprehendi, quod etiam repetit Com. 3. in eundem lib. (pagin. 689. 35.) Rurſus ibidem (pagin. 693. 15.) θέσις de membri fracti collocatione aut poſitione dicitur, & in genere τὴν ἀνάληψιν comprehendit. θέσις etiam vbi membri fracti depoſitionem, ſitum, & collocationem ſignificat, τῇ ἕξει opponitur, & ὑπόθεσιν vocat Galenus. Ad θέσιν autem referuntur caput fractum, crus, & vniuerſa dorſi ſpina. Quæ vbi benè collocata ſunt & depoſita, εὔθετα dicuntur Hippocrati, lib. κατ' ἰητρ. (pag. 696. 8.) Θέσις etiam dicitur Galeno partium inter ſe cum proximis connexio & reſpectus, Com. 2. in lib. de fract. (pag. 542. 51.)

Θεωρητὴ ἡμέρα, ſpectabilis dies, vide ἐπίδηλος ἡμέρα.

Θεωρὸς exponit Erotianus apud Hippocratem, τοὺς εἰς θεοὺς πεμπομένους χρησμῶν ἐπὶ σκέψεως ἕνεκα, eos qui oracula ſciſcitatum ad Deos mittebantur.

¶ Θημὼν exponitur Galeno in Exegeſi σωρὸς cumulus, aceruus. Heſychio autem θημὼν dicitur πᾶν τὸ σεσωρευμένον οἷον ἀχύρων ἢ πυρῶν. omnis rerum ſimul congeſtarum aceruus ſeu cumulus, vt acerum aut tritici.

Θῆξις per acum punctio, ἀπὸ τοῦ θήγω τὸ ὀξυτόρω, & acuo aut acu transfigo ſignificat. θῆξαι ἀκονῆσαι, ὀξῦναι, exponitur Heſychio, quod eſt acuere. Eſt & Medicis κατὰ θῆξιν θεραπεία curatio in vulneribus per ſuturæ commiſſionem, cùm vulneris hiantis labra per ſuturam adducuntur, & per acum oræ propius coniunguntur. Cuius meminit Archigenes apud Galenum lib. 2. κατὰ τόπ. (p. 184. 6.) Sunt & alii duo adducendi labra hiantis vulneris modi, quorum etiam illic meminit Galenus, vnus per ἀγκτηρισμόν, hoc eſt, hamulis ſeu fibulis impoſitis, alter κατὰ συσσάρκωσιν, cùm adhibitis aridis medicamẽtis enata carne labra coaleſcunt. θήγω etiam ſignificat inſtigo, incito ex tranſlatione, & acuo. Legitur apud Hippocratem lib. 1. περὶ γυναικ. (pagin. 243. 11.) ὡς ἕλκεος καθαροῦ νευρώδεος οἱ θήγοις. Verùm mendoſam lectionem eſſe exiſtimo & θίγῃς malim, vt ſit, tanquam ſi vlcus purum neruoſum attingas, quod inſigni ſentiendi vi eſt præditum.

Θηρεύων διακενῆς, qui fruſtra aliquid venatur & captat. De phrenitico dicitur, qui manibus porrectis fruſtra ſemper aliquid captabat. Lib. 7. Epidem. (pag. 353. 33.) τῇσι χερσὶν ἐπορεγόμενος καὶ αἰεί τι διακενῆς θηρεύων, & manibus porrectis ſemper aliquid fruſtra captabat.

Θηριακὰ medicamenta dicuntur quæ ferarum morſibus medentur Gal. Com. 6. in lib. 6. Epid. (p. 525. 12.)

Θηρίον vlcus ferum aut ferinum (quod vlcus tetrum dicit Lucretius) & κακόηθες, quodq; in feritatem tranſiit dicitur Hippocrati. Gal. in Exegeſi, θηρίον explicat, τήν τε ἕλμινθα καὶ τὸ ἄγριον ἕλκος, ὡς ἐν τῷ περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον. θηρίον ἐπὶ τὸ σῶμα ἐπέρχεται διὰ τόδε, καὶ, ὁκόταν ἀφίκηται ὁ ἰχὼρ ἀποῤῥέων, σήπει καὶ μετεωρίζει. hoc eſt lumbricum & vlcus ferum, velut Lib. de locis in homine. Vlcus ferinum hac de cauſa corpus inuadit. Et, vbi defluẽs ſanies ad eam [carnem] peruenerit, putrefacit & in tumorem attollit. Qui locus legitur (p. 72. 42. & 46.) Idem Gal. adſcribit θηρίον ab Hippocrat. lib. περὶ χυμῶν & aliis in locis τὰ ἐν τοῖς ἐντέροις συνιστάμενα δηλοῦν, τὰς ἕλμινθας δηλονότι καὶ τὰς ἀσκαρίδας, interaneorum animalia indicare, nimirum lumbricos & aſcaridas. Locus autem libri περὶ χυμῶν habetur (p. 14. 37.) Sic & φθινόπωρον θηριῶδες cùm effert Hippocr. ad vnum aliquod ex his ſignificatis referri ſcribit. Interdum verò & τὸ φθινῶδες ſic vocare, quod tabem, aut malignam humorum corruptionem ac putredinem indicat. Sed aduertendum eſt apud Galenum legi omnibus in exemplaribus φθινοπώρου θηριῶδες, pro φθινοπώρῳ θηριῶδες, & per hanc ſcripturam locum lib. 2. Epid. (p. 311. 23.) ſubindicari, vbi tamen θηριώδης malè legitur, aut locum lib. 6. Epid. aph. 13. ſect. 1. Aut certè per φθινοπώρου vtranque lectionem ſubnotare voluiſſe Gal. exiſtimandum eſt.

Θηρία certè vlcera maligna & ferina ſignificant Hipp. in Coac. Prænot. (p. 438. 26. & 28.) ἐν λειεντεριώδεσι μετὰ θηρίων. Inteſtinorum læuitate laborantibus cum ſæuiſſimis vlceribus. Et, οἱ ἐν λειεντεριώδεσι μακροῖσι ἅμα θηρίοισι. Inteſtinorum læuitate laborantes cum malignis vlceribus. Sic θηρία pro interaneorum animalibus & lumbricis aluum infeſtantibus vſurpantur in Coac. Prænot. (p. 432. 24.) καρδιαλγικὰ καὶ μετὰ στρόφου κοιλίης θηρία καταῤῥήγνυται. Qui ventriculi dolores etiam cum inteſtinorum cruciatu, interaneorum animalia deiiciunt. Et aph. 6. ſect. 7. lib. 6. Epid. καὶ τὰ θηρία εἰ ἔνεστιν. Quinetiam vidẽda ſunt quænam interaneorum animalia inducant. Quem locum etiam Cõmentarii qui Galeni nomine non ita pridem prodierunt, de lumbricis aluum infeſtantibus exponũt, & θηρία morbos ferinos ac ſæuos ſignificare ſcribũt.

Θηριῶδες quicquid eſt ferinum aut malignum indicat, aut ea dictione intelliguntur morbi qui à feris nomen deſumũt, vt elephas, cancer, aut in quibus animalia gignuntur, vt lumbrici & aſcarides, aut phthiſis ipſa, in qua velut feris vngues incuruantur. Et φθινοπώρῳ θηριῶδες dicitur Hipp. quòd autumno omnia huiuſmodi graſſentur, iſq; ſua malignitate & feritate hos morbos inſignemq́ue humorum prauitatem procreet, aut quòd autumno morbi grauiſſimi & exitiales, non ſecus ac feræ in corpus noſtrum ſæuiãt. Gal. Com. 1. in lib. 6. Epid. (p. 451. 50.) εἴτε τὰς ἀσκαρίδας, εἴτε τὰς ἕλμινθας λέγει τὸ θηριῶδες, εἴτε τὸν ἐλέφαντα, καὶ καρκίνον, εἴτε φθίσιν, ὥς τινες ἤκουσαν, εἴτε τι ἄλλο τὸ κακόηθες, εἰκότως ἐν φθινοπώρῳ τὰ τοιαῦτα γίνεται πάντα. hoc eſt, ſiue aſcaridas, ſiue lumbricos τὸ θηριῶδες dicat, ſiue elephantem, ſiue cancrum, ſiue tabem, vt nonnulli voluerunt, ſiue quicquid malignum eſt, iure hæc omnia autumno procreantur. Poteſt etiam θηριῶδες dici de autumno in quo deſipiẽtiæ ferinæ aut vehementes melancholię ab atra & retorrida bile fiunt, in quibus ægri ferarum more obuios quoſque impetunt & feriunt. Etſi Gal. in Exeg. τὸ θηριῶδες Hippocrati de lumbricis aut aſcaridibus & inteſtinorum animalib. ſumi vult, aut etiam τὸ φθινῶδες intelligi poſſe, quod de autumno dicitur qui ſua humorum prauitate exitialiſſimos & grauiſſimos morbos creat qui corpus conſumunt & tabefaciunt. (ἐν φθινοπώρῳ ὀξύταται νόσοι καὶ θανατωδέσταται, vt ſcribitur lib. 2. Epid. ſect. 1. & aph. 9. lib. 3.) aut propter tabem quæ ſolet plurima hoc tempore infeſtare. Sic φθινόπωρον θηριῶδες vocat Aretæus cap. 9. lib. 2. περὶ αἰτίων καὶ σημείων ὀξέων παθῶν, vir Hippocratis dicendi grauitatẽ propemodum conſecutus. Erotianus τὸ θηριῶδες explicans ex aph. 13. lib. 6. Epid. ſect... ſcribit quibuſdam videri Hippocratem hanc dictionem ad vlcera maligna referre, quæ θηριώματα vocantur, quæ nimirum vt plurimùm autumno gliſcũt propter aeris inæqualitatem. Quoſdam etiam ad paruos lumbricos, qui tunc maximè gignuntur, referri exiſtimare, quoſdam quoq; ad tabem. Heſychius etiam θηρίον πάθος τι σώματος exponit ὃ ἐκβρασμὸς καλεῖται. Vbi θηρίον (ſi modò vera eſt lectio ac non θηρίον potiùs ſcribendum) θηρίωμα ſignificare videtur.

Θηριώδης βὴξ tuſſis ferina, maligna dicitur Hipp. aph. 11. ſect. 2. lib. 6. Epid. Vbi ſcribit Gal. quoſdam interpretes huiuſmodi tuſſim intelligere ſiccam, quæ lumbricis ad os ventriculi ſurſum repẽtibus & illud lancinantibus excitatur. Quoſdam etiam ad tabidorum tuſſim accommodare, quoniam his vt feris vngues incuruentur. Alios etiam θηριῶδες ἀντὶ τοῦ κακοήθους, hoc eſt pro maligno ſumere, quæ Galeni eſt opinio, vt θηριώδης βὴξ dicatur quæ maligna eſt & pernicioſa neq; vllum abſceſſum fore indicat, vt quæ nullam concoctionem expectet. Idem Com. ad aph. 16. eiuſdem ſect. lib. 6. Epid. in tuſſi ſicca quæ (vt loquitur Hippocr.) οὐ τῷ θηριώδει ἀλλὰ τῷ πνεύματι excitatur, τὸ θηριῶδες his verbis explicat. γινομένων δὲ βηχῶν ξηρῶν καὶ διά τινα κακοήθειαν τοῦ νοσήματος, ἣν ἐφεξῆς ἁπλῶς τις ἐπὶ ἐρεῖ, ταύτας ἀφορίζων τὰς ἐν τῷ νῦν λόγῳ βῆχας, οὐ τῷ θηριώδει φησὶν αὐτὰς ἀλλὰ τῷ πνεύματι γίγνεσθαι. τινὲς δὲ οὐχ ἁπλῶς τὸ κακόηθες ἄντικρυς ἑρμηνεῦσθαι λέγουσιν, αὐτὸ θηριῶδες, ἀλλ' ἔνιοι μὲν τὴν φθίσιν, ἐπειδὴ γρυπούμενοι τοὺς ὄνυχας, θηρίοις κατά γε τοῦτο ἐοικότες φαίνονται, τινὲς δὲ θηρίωμα καλεῖσθαί φασιν ἰδίως τὸ ἐν τῷ πνεύμονι ἕλκος. ἔνιοι δὲ ὅταν ἐπὶ τὸ στόμα τῆς γαστρὸς ἀνέλθωσιν ἕλμινθες, ἐρεθίζειν αὐτὰς φασὶ βῆχας, μήτε λόγῳ τοῦτο ἀποδεῖξαι δυνάμενοι, μήτε τῇ πείρᾳ. τὸ κακόηθες οὖν ἄμεινον ἀκούειν θηριῶδες, ἐάν τε ἀπὸ κεφαλῆς καταφερομένου ῥεύματος βήττωσιν, ἐάν τε ἐφ' ἕλκει τῶν κατά τι τῶν ἀναπνευστικῶν,

ἢ τῆς

ἢ διὰ τὰ ταύτῃ γενομένων ἀποστήμασιν, ἐάν τε ἐπὶ τοῖς κοιλωμένοις ἐμπυήμασιν. ἕτεραι δὲ τούτων εἰσὶν αἱ χρονίαις, αἱ διὰ δυσκρασίαν τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων, ἢ τραχύνοντα τῆς φάρυγγος, ἢ τῆς τραχείας ἀρτηρίας ἀποτελούμεναι, ποτὲ μὲν ἐξ ἐδεσμάτων, ἢ πομάτων τραχυνόντων, ἐνίοτε δὲ κἀκ τοῦ περιέχοντος ἀέρος. Cùm autem tuſſes ſiccæ orientur ex aliqua etiam morbi malignitate, quæ deinceps nobis qualiſnam ſit dicetur, eas ab his, de quibus nunc loquitur, diſtinguens ait, ὑπὸ τοῦ θηριώδους, ἀλλὰ τοῦ πνεύματος, hoc eſt, non ex malignitate, ſed ab aëre fieri. Quidam verò non ſimpliciter omnem malignitatem τὸ θηριῶδες ipſam vocare exiſtimant. Verùm alii quidem φθίσιν, hoc eſt, tabem, quoniam incurueſcentibus vnguibus in eo cætere feris ſimiles videntur. Alii verò θηρίωμα ꝓpriè vocari pulmonũ vlc⁹ dicunt. Alii etiam lumbricis ad os ventriculi aſcendentibus ipſas irritari tuſſes aiunt, id tamen neque ratione, neque experientia demonſtrare poſſunt. θηριῶδες igitur malignum intelligere præſtat, ſiue decumbente ex capite fluxione tuſſiant, ſiue ex vlcere cuiuſdam reſpirationi dedicatorum inſtrumentorum ſiue ex aliquo in iiſdem exorto abſceſſu, ſiue ex dictis ſuppurationibus. Sunt autem ab his diuerſæ tuſſes, non malignæ, ob intemperiem reſpirationi dicatorum organorum, vel faucium, vel aſperæ arteriæ excitatæ, nonnunquam etiam ex cibis vel potibus exaſperantibus, interdum verò ex ambiente nos aëre. Quæ certe integra Galeni verba eò libentius aſcripſimus, quòd in exemplaribus noſtris admodum ſint corrupta & vitiata. Atque eadem notione θηριώδεα τὰ ἐμέσματα dicuntur in Coac. Prænot. (p.444.17.) vomitiones malignæ, quibus humorum prauitas & feritas indicatur, aut etiam lumbrici redduntur.

Θηριώδεις παραφροσύναι ſunt Hippocrati ferinæ deſipientiæ & mentis emotiones in quibus ferarum more efferuntur ægri, aut calcitrant, aut mordent, aut feriunt & adſtantes impetũt, in Prorrh. (p.177.50.) & Coac. Prænot. (p.426.24. & p.428.17.) Eas his verbis exponit Gal. Com. 1. in Prorrh. (p.177.57.) θηριώδεις ὀνομάζει παραφροσύνας ἐν αἷς καὶ πατοῦσι, καὶ λακτίζουσι, καὶ δάκνουσι, καὶ χαλεπαίνουσι τοὺς ἐπιόντας νομίζοντες πολεμίους. ferinas deſipientias vocat, in quibus ægri calcitrant, pedibus feriunt, mordent, & excandeſcunt, eos qui ingrediuntur tanquam hoſtes reputantes. θηριώδεα παρακρούσματα etiam dicuntur in Prorrh. (p.210.27.) eædem ferinæ deſipientiæ & furioſæ, vehementiores quàm melancholicæ & admodum malignæ. Sic enim eas illic explicat Gal. ἐνεδείξατο δὲ διὰ τῆς φωνῆς ταύτης ἐπίτασιν τοῦ μελαγχολικοῦ. ἑτοίμων γὰρ ὄντων εἰς τὸ κακουργεῖν τοὺς πέλας τῶν μελαγχολικῶς παρακρουόντων, ὅταν μεγάλας ποιῶνται τὰς κακουργίας, θηριώδεις αὐτὰς ὀνομάζει. Hac autem voce melancholici affectus intentionem indicauit. Cùm enim qui melancholicè & vehementer delirant prompti ſint ad inferẽda ꝓpinquis mala, vbi ingentia mala perpetrant, ferinas deſipientias appellat.

Θηριώδης δίαιτα ferinus victus, cum brutis communis, quo priſcis ſæculis homines vtebantur, lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p.5.28. & p.6.27.) ἀγρίη καὶ θηριώδης, agreſtis & belluinus, cuius ἀγριότητα καὶ ἀκρασίην, feritatem & intemperantiam à priſcis Medicis mitiore victu inuento domitam ſcribit Hippocr.

Θηριώδεις ægri dicuntur qui lumbricis vexantur aut febribus quę lumbricos gignunt ſua malignitate & inſigni humorum prauitate, velut quæ autumno graſſantur. Lib.4. Epid. (p.329.40.) θηριώδεις ἐν τῇσι κρίσεσι, lumbricis conflictati circa iudicationes, ægros intelligens qui febribus laborantes ſub earum declinationem ac ſolutionem lumbricos aut aſcaridas reiiciebant, erecta naturæ vi morbum propulſantis.

¶ Θλάσις aut θλάσμα, contuſio aut colliſio, vulnus in carne aut muſculo ex telo graui. Eſt & θλάσμα authori Definit. Med. (p.399.44.) ὑποχώρησις τοῦ κρανίου εἰς τὸ βάθος δίχα καταγματος. γίνεται δὲ ἐπὶ τῆς παιδικῆς μάλιστα ἡλικίας. νόησις δὲ καὶ σαφέστερον τὸ εἰρημένον, ἐπὶ τῶν κασσιτερίνων σκευῶν τοῦτο συμβαῖνον θεασάμενος. caluæ receſſus in profundum abſque fractura, fitque potiſſimùm in puerili ætate. Planiùs verò quod dictum eſt intelliges, ſi quod ſtanneis vaſis contingit contemplatus fueris. θλάσις dicitur etiam Galeno extremo lib.2. de Cauſ. morb. (pag. 211.41.) θλάσιν τὸν ἐμβρυοθλάστην ὅπερ καὶ πιεστὴρ καλεῖται, exponit Gal. in Exeg. inſtrumẽtum contundendo fœtui accommodatum, quod πιεστὴρ vocatur Hippocr. lib.1. περὶ γυναικ. (p.252.23.) Huc enim referri oportere exiſtimo quod addit Galen. τουνόματα ἐν πρώτῳ τῶν γυναικείων. Et certe θλάστην melius quàm θλάσιν apud Gal. legi puto.

Θλίψις στομάχου, ſtomachi compreſſio, quæ fit ex ciborum copia ſola quantitate moleſtorum, neque vlla inſigni qualitate præditorum, aut ab humoribus quibuſdam non mordacibus in ventriculum confluentibus. Gal. in Iſagoge pulſuum (p.7.8.)

Θλαστήριος vide Θαλπτὴ antea.

¶ Θολερὸν πνεῦμα, turbidum ſpiritum, μέγα καὶ διωγμένον, magnum & concitatum exponit Gal. in Exeg. ex lib. περὶ χυμῶν (pag.115.2.) & Prorrh. (p.182.56. & p.197.53.) & Coac. Prænot. (p.425.37. & p.429.16.) Verùm inter obſcuras reponitur iſta dictio, nec eſt ſatis ab interpretibus explicata, neque propriè reſpirationi attributa, vt ſcribit Gal. Com. 2. in Prorrhet. his verbis. τὸ δὲ θολερὸν πνεῦμα, τί ποτε δηλοῖ τῶν ἀσαφῶν ἐστι, καὶ μάλιστα ὅτι μήτ' ἐν τῷ προγνωστικῷ, μήτ' ἐν ἀφορισμοῖς, μήτ' ἐν ἄλλῳ τινὶ τῶν γνησίων. ὁ Ἱπποκράτης συγγραμμάτων εἴρηκε πνεῦμα θολερὸν, ὥσπερ οὖρον. ἀλλὰ τὸ μὲν οὖρον ὁποῖόν ἐστι τὸ θολερὸν, ἡμεῖς τε ἴσμεν ἀκούοντες ἑκάστοτε τῶν ἀνθρώπων λεγόντων θολερὸν ὕδωρ, καὶ ὁ Ἱπποκράτης ἐδίδαξεν αὐτὸ εἰπὼν, ὅσα τὴν ὑπόστασιν ἀναταράξει. εἰκάζει δὲ αὐτὸ καὶ τοῖς τῶν ὑποζυγίων. ὁ μὲν ὅπως δεῖ τὸ θολερὸν πνεῦμα χρὴ νοῆσαι δηλονότι, ἐπεὶ μηδεὶς λέγει ὥσπερ ὕδωρ θολερὸν, οὕτω καὶ αἷμα. πάλιν εἰ τις αὐτοῦ μακρὸν ἀκούσει, ὥσπερ καὶ ἤκουσεν τινες τῶν ἐξηγησαμένων τὴν προκειμένην ῥῆσιν, καὶ λέγουσί γε ὥσπερ ἐν τοῖς

ἀποχεόμενον ἱδρῶτα κατὰ τὰς συγκοπὰς ὁρῶμεν, οὕτως ἔσω τὴν ῥύσιν τῶν ὑγρῶν, ὅτι τῶν ἔσω διαφορουμένων ἀθρόων γίγνεσθαι. καὶ διὰ τοῦτο πάμπολυν ἀτμὸν ἐκπέμπεσθαι διὰ τῆς ἐκπνοῆς, καὶ τοῦτ' εἶναι τὸ θολερὸν πνεῦμα. Quid verò denotet θολερὸν πνεῦμα, hoc eſt, turbida ſpiratio, in obſcuro eſt poſitum, ac præſertim quòd neque in Prognoſtico, neque in Aphoriſmis, neque in quoquam germano libro, θολερὸν πνεῦμα dixerit Hippocrat. velut οὖρον, hoc eſt, vrinam. Verùm quænam vrina ſit turbida, tum intelligimus ex his qui quotidie aquam turbidam dicunt, tum eam quoque Hippocrates docuit, dicens, qualis vbi ſubſidentiam conturbaueris. Eam etiam veternoſorum vrinis ſimilem facit. At neque quid per ſpiritũ turbidum intelligere oporteat manifeſtum eſt, quòd nullus, vt aquam turbidam, ita & aërem dicat, niſi ſi quis vapore refertum obaudiat, veluti nõnulli præſentem dictionem exponentes ſumpſerunt, dicuntque, non ſecus ac foras effundi ſudorem in animi deliquiis conſpicimus, ita in ægris qui intus reſoluuntur, internum humorum effluuium fieri, eamque ob cauſam permultum vaporem per expirationem efferri, idque eſſe turbidum ſpiritum. Idem quoque ſcribit Gal. Com. 1. in ſent. 24. lib. 1. de humoribus, ac non eſſe θολερὸν πνεῦμα ab Hippocrate ſcriptum contendit. Rurſus ad extremum illius Com. 2. in Prorrh. θολερὸν πνεῦμα ænigmaticam eſſe dictionem ſcribit, & pro concitata expiratione, aut turbulento & laborioſo ſpiritu qui in ea effunditur ſumi, varieque ab interpretibus capi. πάλιν γὰρ ἐνταῦθα τὸ θολερὸν πνεῦμα, καθάπερ ἤδη καὶ πρόσθεν εὕρομεν ἀμφισβητουμένην ἔχον τὴν νόησιν. ἀλλ' ἐν ἐκείνῳ μὲν τῇ ῥήσει τὸ κατὰ τὴν ἐκπνοὴν θολερὸν πνεῦμα εἰρῆσθαι ὑπ' αὐτοῦ, ὡς λέλεκται πρόσθεν ἐφαίνετο. νῦν δὲ τὸ κατὰ τὰς ἐρυγὰς ἔνιοι κελεύουσιν ἡμᾶς εἰρῆσθαι λελέχθαι, καθάπερ ἄλλοι τὸ κατὰ τὰς φύσας. εἴρηται δὲ καὶ πρόσθεν, ὅτι τὸ θολερὸν, οἱ μὲν, τὸ δυσῶδες, οἱ δὲ, ἀτμῶδες ἤκουσαν. Ac rurſus hoc loco θολερὸν πνεῦμα, hoc eſt, turbidum ſpiritum, quemadmodum iam antea, ambiguam habere notionem comperimus. Sed in illa dictione θολερὸν πνεῦμα de expiratione ab eo intelligi, vt dictum eſt, veriſimile videbatur. Nunc verò de ructibus dictum eſſe nos quidam exiſtimare iubent, quemadmodum alii de flatibus. Dictum etiam eſt antea, θολερὸν à quibuſdam τὸ δυσῶδες, hoc eſt, graueolens, ab aliis etiam ἀτμῶδες, hoc eſt, vaporoſum intelligi. At verò Galenus lib. de Tremore, palpitat, &c. (pag. 366. 54.) θολερὸν πνεῦμα, hoc eſt, turbidum ſpiritum, vocat craſſum, denſum, caliginoſum, nebuloſum, in muſculis aut cute corporis contentum, ex cauſis frigefacientibus, denſantibus, & corporis meatus conſtringentibus, cui tenuis, purus, & limpidus opponitur.

Θολερὰ οὖρα de vrinis turbidis & returbatis ſolẽne eſſe Hippocrati dici, ſcripſimus noſtris in ægr. 2. lib. 1. Epid. Annotat. quales commemorãtur aph. 70. lib. 4. Sic lib. 1. Epid. (p. 363. 38.) ſcribitur, οὖρα πάχος μὲν ἔχοντα, θολερὰ δὲ, οὐδὲ καθιστάμενα, οὐδὲ ὑφιστάμενα. Vrinæ craſſitudinẽ quidem habentes, ſed returbidæ, nihil conſiſtentes, neque ſubſidentes. Et ægr. 2. lib. 1. Epid. οὖρα θολερὰ, ὑπομέλανα, vrinæ turbidæ, aliquantulum nigræ. Rurſus lib. 2. Epid. (pag. 315. 41.) οὖρον δὲ παχὺ καὶ θολερόν. Vrina verò craſſa erat & turbulenta. Neque verò abſimili notione alui deiectionibus θολερὸν attribuitur, vt alui fœces conturbatæ & craſſæ aut cœnoſæ intelligantur, quibus aquoſæ & liquidæ opponuntur. Lib. 2. Epid. (pag. 315. 48.) γλίσχρα δὲ καὶ ὑποχολώδεα θολερά. alui fœces viſcoſæ & conturbatæ. Rurſus ibidem (v. 42.) καὶ ἐπέστη κοιλίη ἐν θολερότητι. aluus etſi conturbata erat, reſtitit tamen. Θολερὰ ἐπιμήνια, mẽſes turbidi, turbulenti, hoc eſt, cœnoſi, fœculẽti, præſertim cùm πάχεα iungãtur, lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 236. 34.) in menſtruorum vitiis explorandis. Sic θολερὸν πτύαλον, ſputum turbidum, turbatum & turbulentum dicitur (ibidem p. 244. 44.) in menſtruorum purgatione ſurſum per os erumpente. Vbi ſputum intelligitur turbidum, cœnoſum, fœculentũ, ſordidum, aut etiam infuſcatum & inquinatum, cùm ei ὑπομέλαν, hoc eſt, ſubatrum iungatur. Poteſt & δυσῶδες, hoc eſt, graueolens etiam intelligi, & menſibus, & alui fœcibus ac vrinis, eadem notione attribui. Eſt autem θολὸς propriè ſepiæ atramentum, fuſcus & turbidus humor quem ſepiæ emittunt & illis pro ſanguine eſt, quoque effuſo atramento infuſcata aqua abſconduntur, vt loquitur Plinius cap. 29. lib. 9. πολύπου θολὸν dicit Hippocr. lib. 2. de Morbis (pag. 157. 49.) de atra bile agens, quæ in atræ bilis morbo quandoque velut polypi atramentum vomitione refunditur. Sic Athenæus lib. 7. θολὸν polypo piſci tribuit. ἔχει δὲ καὶ τὸν λεγόμενον θολὸν, οὐ μέλανα καθάπερ σηπία, ἀλλ' ὑπέρυθρον, ἐν τῷ λεγομένῳ μύκητι. θολὸν verò ſcribit Heſychius, & τὸ τῆς σηπίας μέλαν exponit, ſepiæ atramentum, & θολερὸν, τὸ ἐσχαρῶδες βορβορῶδες, τεταραγμένον, & θολεροῦν, ταράσσεσθαι.

Θόλικας legitur apud Hippocr. lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p. 113. 40.) ſed corruptũ locum exiſtimo, & pro θόλικας, αἰθόλικας legi debere antea ſcripſimus, etſi illic ἀσθαλώας legit Cornarius.

Θορὸς ſemen genitale & genituram ſignificat, γονὴν, lib. 2. de Morbis (p. 152. 23.) προέρχεταί οἱ θορὸς πολὺς καὶ ὑγρός. prodit ipſi ſemen genitale multum & liquidum. de tabe dorſali laborante agitur. Galen. tamẽ Com. 1. in Progn. (p. 133. 57.) θορὸν & σπέρμα quibuſdam diſtingui innuere videtur, quod θορὸς ſemen ipſum & ſeminis excretionem indicet; σπέρμα verò vim ſemini inſitam, non ipſam ſeminis ſubſtantiam. Dicitur autẽ θορὸς ἔκκρισις τοῦ σπέρματος, παρὰ τὸ θορεῖν, τὸ ὁρμᾶν, ὅτι σπέρμα μεθ' ὁρμῆς πίπτεται. θορεῖν etiam ὁρμῆσαι, ὀχεῦσαι, exponit Heſychius, cui θορὸς etiam ἡ ἔκκρισις τοῦ σπέρματος exponitur.

Θορυβεῖν eſt tumultuari, tumultũ & turbas excitare. Hipp. in Epiſt. (p. 526. 2.) ὥσπερ γὰρ δοῦλοί τε καὶ δμωΐδες ἐν τῇσιν οἰκίῃσι θορυβέοντες καὶ στασιάζοντες. Quemadmodum enim famuli & famulæ in domibus tumultuantes & ſeditionem excitantes. Inde θόρυβος turbationem ac perturbationem

tionem in corpore ſignificat, atque eo nomine commune periculoſorum affectuum accidens denotatur, in quibus non tantùm ægri, verumetiam medici perturbantur. In Progn. (p. 131.4.) & Coac. Prænot. (p. 432. 20.) σφυγμὸς ἐν τῷ ὑποχονδρίῳ, θόρυβον σημαίνει ἢ παραφροσύνην, pulſatio in præcordiis perturbationem aut deſipientiam indicat. Vbi ſcribit Gal. θόρυβον μὲν σημαίνεσθαι, ἐπὶ κοινῷ συμβεβηκότι πάντων τῶν κινδυνωδῶν διαθέσεων, ἐφ' αἷς οὐ τοῖς κάμνουσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἰατροῖς θορυβεῖσθαι συμβαίνει. perturbationem quidem indicari, cõmuni vno periculoſorum omnium affectuum accidēte, in quibus non ſolùm ægros verumetiam medicos perturbari contingit. θορυβώδεις γνῶμαι, mens perturbata, aut quæ promptè perturbatur. Prorrh. 2. (p. 418. 14.) Sic θορυβώδης γέλως, riſus cũ perturbatione in ſepti tranſuerſi vulnere, lib. 5. Epid. (p. 342. 30.) riſus tumultuoſus. Neque tam ad riſum refertur, quàm corporis peturbationem ſpectat. θορυβεῖσθαι etiam quod perturbari ſignificat, videtur de vrina returbida efferri Hippocr. lib. 7. Epid. (p. 358. 46.) ἐν τῷ οὔρῳ πολλὰ τὰ ἐμφερόμενα ἦν, ἐθορυβήθη μετὰ ταῦτα. per vrinam multa efferebantur, quæ poſtea returbida facta eſt. Sed meliùs ad mentis perturbationem referetur, quemadmodum θόρυβος ſæpius Hippocrati vſurpatur.

Θοῶς, velociter, celeriter, gnauiter, lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 271. 19.) οὐ γὰρ βιάσεται θοῶς, neq; enim celeriter cogetur. θοῶς, σφοδρῶς, ταχέως, exponit Heſychius.

¶ Θρᾶνος δίφρος ἀφοδευτικὸς, hoc eſt, ſellam familiarem (vt loquitur Varro) ad exonerandam aluum accõmodatam, exponit Gal. apud Hippocr. in Exeg. Verùm θρᾶνος legiſſe Gal. pro θοῶς aut θέως ex lib. 7. Epid. reor.

Θρασέως παρακρούειν, audacter deſipere, ferociter mente moueri, in Prorrh. (p. 194. 48.) & Coac. Prænot. (p. 433. 20.) Sic θρασέως παρακρούσιες dicuntur feroces mentis emotiones in Prorrh. (p. 210. 26.) quæ θερσεῖαι παρακρούσιες, Coac. Prænot. (p. 426. 24. & p. 428. 17.) θρασεῖαι ἐπεγέρσιες, audaces expergefactiones & feroces, aut confidentes, in Prorrh. (pag. 206. 36.) vbi θρασύνονται quibuſdam exemplaribus dicuntur. θράσος ὀμμάτων ἀπεοδίων, oculorum diſtortorum ferocitas, aut oculi peruerſi cum ferocitate, libr. 1. περὶ γυναικ. (pagin. 245. 3.)

Θράσσω vel θράττω, perturbo, moleſtiam affero. Heſychius θράττειν, ταράττειν, ἐνοχλεῖν exponit, affligere, perturbare, moleſtia afficere. Varinus addit ſignificare νύσσειν, κεντεῖν, δυσωπεῖσθαι, ὑφορᾶσθαι, pangere, ſtimulare, fodicare, vellicare, agitare, auerſum eſſe & ſuſpicioſum. θράσσεται Galen. in Exeg νύσσεται, κεντᾶται exponit, pungitur, fodicatur, quod etiam legitur apud Varinum, & θράττειν νύσσειν exponit Sudas. Vnde ἐνθράσσει apud Hippocrat. libr. de art. (pagin. 620. 28. & 30.) τὰ ὀστέα τὰ κατηγότα ἐνθράσσει ἔτι μᾶλλον τὴν χρόα. oſſa fracta hoc modo magis carnem intus pungunt. Et, καὶ τὰ ὀστέα ἧσσον ἐνθράσσει, & oſſa minus intus pungunt. ἐνθράσσει Galen. in Exegeſi exponit ἐγκείμενον νύσσει, cutem incumbentem pungunt. Quod etiam ſcribitur apud Varinum. Erotianus verò θράσσει ex Bacchio κινεῖ νύσσει exponit, mouet, ſtimulat, & ex Heraclide Tarentino ἐρεθίζει, impellit, additq; etiam ſignificare ὀχλεῖ, affligit, perturbat. Idem quoque θράσσειν μαίνεσθαι (ſi modò vera eſt lectio) hoc eſt, inſanire ſignificare ſcribit. vt mihi videatur θράσσει apud Hippocr. pro ἐνθράσσει legiſſe.

Θριγκὸς, ſeptum, vallum, munimentũ, ſepimentum ſignificat, περίβολον, περίφραγμα exponitur. Vſurpatur in Epiſt. (p. 535. 32.) de lingua, ὀχυροῖς ὀδόντων θριγκοῖσι πεφρούρηται munitis dentium ſeptis cuſtoditur.

Θρὶξ de hepate efferri videtur Galeno in Exeg. apud Hippocr. & τρὶξ etiam ſcribi. Additque, τείχας καλοῦσι οἱ θύται ἐπειδὰν φανῇ κατὰ τὰ σιμὰ τοῦ ἥπατος ἐπὶ τὸ δεξιὸν λοβὸν φλέβιον στενὸν, εὐθὺ μέλαν, hoc eſt, τείχας ſacrifici vocant, vbi iuxta ſimas hepatis partes ad dextram fibram venula anguſta, recta; nigra, apparet. Videtur autem eo nomine ſuperior hepatis pars denotari, iuxta quam fibræ inter ſe diuiduntur, τρὶξ dicitur Galeno vt & θρὶξ. His autem nominibus non videtur vſus Hippocr. niſi apud eum ἡ τοῦ ἥπατος σάρξ pro θρὶξ aut τρὶξ ſcriptum videatur lib. περὶ γυναικ. φύσ. & libr. περὶ γυναικ. vt antea ſcripſimus.

Θρόμβος ſanguinis grumus aut ſanguis concretus, ἀθρόα τοῦ αἵματος πῆξις αἰσθητὴ, conferta ſanguinis concretio ſenſui obiecta, dicitur Galeno lib. de Tumor. præter naturam (pagin. 354. 9.) θρόμβος etiam dicitur ſanguis concretus extra venas effuſus, vt in ſugillatis, vnde & θρόμβωσις ſanguinis affectio, quando is colliſa vena à graui aliquo contundente, in ſpatia vicina effuſus nigreſcit & in grumos coit, Galen. Comment. 2. in lib. de fract. (pagin. 544. 47.) ὅσα γὰρ θλάσεται σώματα, τὴν φυσικὴν ἕνωσιν ἀπόλλυται κατὰ πολλὰ μέρη καὶ μικρὰ διασπώμενα, καθ' ἃ καὶ περιεκχεῖται τὸ αἷμα. τοῦτο οὖν τὸ ἐκχυθὲν αἷμα, δέχονται μὲν αἱ περιεχόμεναι χῶραι τὴν φλέβα, δεξάμεναι δὲ οὐ φυλάττουσιν οἷον ἐδέξαντο. μελαίνεται μὲν γὰρ ἐν τῷ χρόνῳ, καθάπερ εἰ καὶ ἐκτὸς ἐκχυθὲν ἐχρόνισε, καὶ γίνεται πάθος ὃ καλεῖται θρόμβωσις, ἐξ οὗ τοῦ πάθους ἐγχυμωμένου τοῦ αἵματος, θρόμβος μὲν ἤδη τὸ αἷμα καλεῖται καὶ ἔστι. μέλαν δὲ γίνεται τῇ χρόᾳ, καὶ σήπεται ἐντεῦθεν μοχθηρῶς. Quæ nanque contunduntur corpora, vnitatem naturalem amittunt, multis ac paruis eorum partibus diuulſis, ex quibus etiam ſanguis circum effunditur. Hunc igitur effuſum ſanguinem loca quæ circum venam ſunt excipiunt, exceptum verò, non qualem receperunt conſeruant. Spatio enim temporis nigreſcit, non ſecus ac ſi foras effuſus longo tempore permanſiſſet. Contingitque ea affectio, quæ θρόμβωσις, hoc eſt, ſanguinis concretio nuncupatur, ex qua ſanguinis affectione, ſanguis quidem iam ipſe θρόμβος & eſt, & dicitur. Colorem verò nigrum atque etiam inde prauam putredinem acquirit.

Θρόμβοι ſanguinis grumos ſignificant aph. 80. lib. 4. ἢν αἷμα οὐρῇ ἢ θρόμβους, ſi ſanguinem aut grumos meiat. θρομβώδεα αἵματα, ſanguinis grumi aut ſanguis concretus, Coac. Prænot. (pag 427. 16.) & θρόμβοι πεπηγότες, ſanguinis grumi concreti ex vtero effuſi lib. 4. Epid. (p. 336. 3.) θρόμβοι χολῆς πεπηγότες, bilis grumi concreti, lib. 2. de Morb. (pag 158. 25.) οὖρα θρομβώδεα, vrinæ grumoſæ, aph. 69. lib. 4. & Coac. Prænot. (p. 443. 14.) θρομβώδεις ἔμετοι, vomitus grumoſus, qui craſſa, nigra, retorrida, velut ſanguinis grumos reiicit, aut velut ſanguis niger & grumoſus. Coac. Prænot. (p. 444. 36.)

Θρόνος alta & excelſa ſedes eſt Hippocrati & ſublimis, aut in ſublimi poſita. Lib. περὶ εὐσχημοσ. (pag. 16. 34.) vbi ægrorum decubitus obſeruandos præcipit. οἱ μὲν γὰρ αὐτέων ἐς θρόνους, οἱ δὲ ἐς καταγείους ἢ σκοτεινοὺς τόπους. Eorum enim quidam in altis, quidam etiam in ſubterraneis & tenebroſis locis decumbunt. Vbi θρόνοι ſublimes loci, alti ac lucidi, tenebroſis & ſubterraneis opponuntur. Etſi illic τόπους pro θρόνους quidam legunt, quæ videtur eſſe quædam illius dictionis explicatio, vt loca perflata intelligantur. Matthæi cap. 5. οὐρανὸς τοῦ θεοῦ θρόνος dicitur, pro ſede excelſa & in ſublimi poſita.

Θρύμματα ſunt fragmenta & fruſta, ἀπὸ τοῦ θρύπτειν, quod eſt κλᾶν, frangi. Lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 254. 37. & 39.) τὰ τῆς σηπείης θρύμματα. ſcoriæ fruſta aut fragmenta. θρύμμα κλάσμα τοῦ ἄρτου exponit Heſych. panis fruſtum, τρύφος Suidas.

Θρώσκω, ſalio, inſilio, idem quod θορῶ. θρώσκει Heſychius exponit πηδᾷ, σκιρτᾷ, ἅλλεται, ῥίπτει, πίπτει. Hippocr. lib. περὶ καρδίης (pag. 56. 14.) πλὴν ἡ καρδίη θρώσκουσα ὑπὸ ἀσθενείης, niſi quòd non vehementer ſalit præ imbecillitate.

¶ Θύη, θυμιάματα, θυώματα apud Hippocr. exponit Gal. in Exeg ſuffimenta, odoramenta. Eandem ferè explicationem adhibet Heſychius, niſi quòd θύματα pro θυώματα ponit. At eidem θυήματα ſunt τὰ ἐπιφερόμενα ἄλφιτα εἰς θυσίαν, hoc eſt, mola qua in ſacrificiis litabatur. τὰ θύεα dicuntur Homero τὰ θυμιάματα ἢ θυσίαι. ſuffimenta & ſacrificia. Il. ζ. (verſ. 270.) ἔρχεο σὺν θυέεσσι, θυμιάμασι ἢ θυσίαις exponit Scholiaſtes. Θύη etiã ἡ θυεία dicitur Hippocr. pila aut mortarium lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 284. 46.) ἐν θυείῃ λιθίνῃ τρίβειν, in pila lapidea terito. θυία verò eidem dicitur lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 245. 27.)

Θύματα Gal. θυμιάματα exponit apud Hipp. in Exegeſ. ſuffimenta. Verùm θυώματα vſurpat Hipp. pro odoramentis ad ſuffiendum idoneis & aromatis lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 290. 14.) ἑψεῖν τὰ θυώματα ἐς τὸ μύρον ἐμβαλλόμενα, odoramẽta quæ in vnguentum iniiciuntur, coquito. Ea aliàs ſæpe ἀρώματα vocat (vt pag. 288. a. & 220. 40.) Heſychius θύωμα μύρον, ἄρωμα, exponit. At Erot. apud Hipp. θυμάτων agnoſcit & ἀρωμάτων exponit, vt apud Gal. ex Hipp. θυώματα legi oportere ſuſpicer, & Erotianum θυμάτων pro θυμιαμάτων legiſſe. Sic enim habent exemplaria lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 336. 46.) περὶ πρὸς μὲν τῷ πυρὶ τῷ ἐκ τῶν μαράθρων, ἔπειτα τῷ ἐκ τῶν θυμιαμάτων. primùm quidem fotu ex fœniculis, deinde eo quod ex ſuffimentis paratur. Et lib. περὶ ἐπικυήσιος (p. 51. 21.) ἀπό τε θυμιημάτων ἢ φαρμάκων, ἢ μαλθακτηρίων. idque ex ſuffitui aptis medicamẽtis & emollientibus. Et rurſus (v. 33.) τὸ στόμα χαλᾶται μὲν ἀπὸ μὲν θυμιημάτων ξυμμεμυκὸς, ἀναχάσκει. Vteri oſculum vbi conniuet à ſuffimẽtis quidem hians redditur.

Θυμβραίαν annotat Gal. in Exeg. ſic vocaſſe τὴν θύμβραν Hippocratem. apud quem tamen θυμβρείην reperio lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 220. 24.) ἀρώματα δὲ θύμον, θυμβρείην. ex aromatis autem thymum, ſatureiam.

Θυμιᾶν eſt ſuffire, odores incẽdere. aph. 59 lib. 5. περικαλύψας ἱματίοισι θυμία κάτω. veſtimẽtis circuntectã per inferna ſuffito. Vbi ſcribit Gal. τὸ θυμιᾶν ῥῆμα τῆς ὕλης ἐνδεικτικὸν ἐστὶ τῆς θυμιωμένης τουτέστι, λιβανωτοῦ δηλονότι, ἢ σμύρνης, ἢ στύρακος, ὅσα τἄλλα θερμὰ μὲν τὴν κρᾶσιν, εὐώδη δ' ἱκανῶς. θυμιᾶν verbum quod ſuffire ſignificat, materiam quæ ſuapte natura ſuffiri poteſt indicat, nempe thus, myrrham & ſtyracem, cæteraq; id genus tẽperamẽto calida & valde odorata.

Θύμοι etiam dicuntur carnoſa quædã germina aut tubercula quæ in pudẽdis, ano, glande & præputio gignuntur, quorum meminit 14. Meth. med. cap. 13. & lib. de Tumor. præter nat. Thymia & thymi Latinis vocantur τὰ θύμια τὰ ἀπὸ τῆς πόσθης, hoc eſt, thymia cutis quæ glãdem tegit, parthenium μικρόφυλλον dictũ, ſanare ſcribit Hipp. lib. de vlceribus (p. 515. 15.) Thymiõ (inqt Celſus cap. 28. lib. 5.) nominatur, quod ſuper corpus quaſi verrucula eminet, ad cutẽ tenue, ſupra latius, ſubdurũ & in ſummo paſperum, idq; ſummum colorẽ floris thymi repræſentat, vnde ei nomẽ eſt, ibiq; facilè finditur & cruentatur, nonnunquam aliquantũ ſanguinis fundit, fereq; circa magnitudinẽ fabæ Ægyptiæ eſt, raro maius, interdũ perexiguũ, modò vnum, modò autem plura naſcũtur, vel in talis, vel palmis, vel inferioribus pedum partibus. Peſſima tamẽ in obſcœnis ſunt, maximeq; ibi ſanguinẽ fundunt. Quanquam idem paulò ſupra thymiũ vlcus eſſe dicit ex carcinomatũ genere. θύμοι ſunt Paulo Æginetæ cap. 58. lib. 6. σαρκώδεις ὑπεροχαὶ, ποτὲ μὲν ἐπὶ τῆς βαλάνου, ποτὲ δὲ ἐπὶ τῆς πόσθης συνιστάμεναι, carnoſa tubercula, quæ nunc in glande, nunc in præputio concreſcunt. Et cap. 71. lib. eiuſdem. ὁ μὲν θύμος ὑπεροχή ἐστι ἐπὶ, ποτὲ μὲν ἐρυθρὰ, ποτὲ δὲ λευκή, κατὰ τὸ πλεῖστον ἄπονος, ἐμφερὴς τοῖς τοῦ θύμου κορύμβοις. Thymus in cute eminentia quædam eſt, modò rubens, modò alba, plurima ex parte indolens, thymi corymbos referens. θύμοι in ano inter excretiones quæ ſecundum naturam fiunt recenſere videtur Hippocr. lib. περὶ τροφῆς (p. 110. 39.)

Θύμου, τοῦ ἀπὸ θύμων exponit Galen. in Exeg. verùm τοῦ ἀπὸ θύμων, hoc eſt, ex Thymis oriundo, leg. exiſtimo, & ſubiodicari locum libr. 7. Epid. (pagin. 366. 22.) τοῦ τοῦ θύμου σφόδρα ἐν πυρετῷ καυσώδει, Ex Thymis oriundo in vehemente febre ardente. Aut certe ἐκ τοῦ θύμου

potiùs

potiùs legendum eſt, vt noſtris in eum locum Annotat. admonuimus, & apud Gal. ὃ ἀπὸ Θύμων. Θύμνες autem adſcribit Gal. eſſe ἔθνος Θρᾳκικὸν, Thraciæ populos.

Θυμὸς quoq; Hippocrati cupiditatem ad aliquid agendum indicat, vt βῆξαι θυμὸς, tuſſiendi cupiditas dicitur in Progn. (p. 148.24.) βῆξαι τε θυμὸς ἐγγίνεται αὐτέοισι, καὶ ἀποπτύουσιν οὐδὲν ἄξιον λόγου. cupiditas tuſſiendi eſt, & penè nihil in tuſſi excreatur, dixit Celſus. θυμὸν ibidem προθυμίαν exponit Galenus. Sic etiam θυμὸς dicitur Hippocrati in hydrope, irrita & ſtatim deſinens tuſſiendi cupiditas, qua nihil effatu dignum excreatur. Progn. (p. 135.19.) ὁκόσοισι δὲ ἀπὸ τοῦ ἥπατος οἱ ὕδρωπες γίνονται, βῆχός τε καὶ θυμὸς ἐγγίνεται αὐτέοισι, καὶ οὐδὲν ἀποπτύουσιν ἄξιον λόγου. Quibus à iecore aqua inter cutem oritur, tuſſiendi quidem cupiditas ineſt, verùm nihil effatu dignum expuunt. Vbi ſcribit Gal. θυμὸν εἴρηκε τὴν οἷον προθυμίαν ἣν ἔχουσι πρὸς τὸ βήττειν, ἐρεθιζόμενοι μὲν ὡς πρὸς τὸ σύμπτωμα, παραχρῆμα δ' αὐτοῦ παυόμενοι, καὶ μόνον ἀρχὰς τοῦ βήττειν πειρώμενοι. ὁ γὰρ τοῦ ἥπατος ὄγκος ἐγκείμενος ταῖς φρεσὶ, στενοχωρίαν ἐργάζεται τῷ πνεύμονι. παραπλησίας οὖν διαθέσεως γενομένης, τῇ κατ' ἀλήθειαν ὄντως αὐτοῖς στενοχωρίας, δι' ἃς φλεγμαίνει τε καὶ καταρριζόμενος ἐκ τῆς κεφαλῆς πάσχει, προθυμοῦνται μὲν βήττειν, ἐλπίζοντες ἐκ τοῦ κενῶσαι τὸ λυποῦν, ἰάσασθαι τὴν στενοχωρίαν. ἀρξάμενοι δὲ αὐτοῦ παραχρῆμα παύονται, διὰ τῆς πείρας αὐτῆς εἰς γνῶσιν ἀκριβεστέραν ἀφικνούμενοι τῆς διαθέσεως, αἰσθανόμενοί τε σαφῶς αὐτῆς, ὅτι μάτην ἤλπισαν. θυμὸν nunc dicit propenſionem ad tuſſiendum, qua irritantur velut ad ſymptoma, confeſtim autem ab eo deſiſtunt, tantùm initium tuſſis tentantes. Iecoris enim tumor ſepto tranſuerſo incumbens, anguſtiam in pulmone efficit. Cùm ergo ſimilis oriatur affectio, ei quæ re vera illis ineſt anguſtiæ, ob quam inflammatione tentatus, & defluxione ex capite afficitur, cupiditate quidem tuſſiendi tenentur, ſperantes eo quod officit vacuato, ſe anguſtiam curaturos. Verùm vbi tuſſire incipiunt, confeſtim deſinunt, experientia ipſa in certiorem affectionis cognitionem adducti, & intelligentes quàm fruſtra ſperauerint. Eadem etiam dictio repetitur in Coac. Prænot. (pag. 438.8.) ſed vitioſè admodum legitur noſtris in exemplaribus, eamque ex Prognoſtico reſtituimus noſtris eum in locum Annotat.

…7. lib. 2.

Θυίων. ὁρμῶν exponit Erotianus apud Hippocr. impetu quodam ruens, adducto in teſtimonium Homerico verſu ex Il. ε. (87.) θῦνε γὰρ ἂμ πεδίον ποταμῷ πλήθοντι ἐοικώς. Impetu enim quodam furibundo ferebatur fluuio exundanti ſimilis. de Diomede. Sic rurſus ibidem (verſ. 250.) de Venere ad Æneam, μηδέ μοι οὕτω θῦνε διὰ προμάχων. neque ſic mihi impetu feſtino propera in prima acie.

¶ Θῶκος, ſedes, ſedile, ſella. lib. 7. Epid. (pagin. 364.6.) ἐπὶ τὸν θῶκον ἀναστὰς vbi ad ſellam ſurrexiſſet. Rurſus in Epiſt. (pagin. 529.4.) de Democrito, ἐπὶ λιθίνου θώκου ſuper ſella lapidea. Rurſusque ibidem (verſ. 29. & 30.) At mihi videtur θρᾶνον pro θῶκον legiſſe Gal. in Exeg.

Θώρηξις vini potionem ſimpliciter indicat Hippocrati, aut meracioris vini potionem quòd vino pectus incaleſcere ac quaſi armari aut loricari putetur. θώρηξις, οἴνωσις, ἤτοι ἡ μέθη exponitur Galen. in Exeg. vinolentia aut ebrietas, Erotiano autem ἡ οἰνοποσία, vini potio, ex aph. 21. lib. 2. & 48. lib. 7. θώρηξιν οἰνοπόσιν αὐτὸς εἴωθεν ὀνομάζειν (vt ſcribit Gal. com. ad aph. 21. lib. 2.) & τοὺς θωρησσομένους οἰνοποτοῦντας. Et Comment. ad aph. 48. lib. 7. θώρηξις ποτέ μὲν ἡ ἁπλῶς οἰνοποσίη, ἢ ἀκρατοποσίη. Nicandri quoque Scholiaſtes θώρηξιν τὴν οἰνοποσίαν Hippocratem vocare ſcribit in Alexipharm. θωρῆξαι οἰνοποτῆσαι apud Hippocr. exponit Erotianus, quod eſt vinum ſumere aut inebriari. Quam dictionem vſurpat Hippocrat. lib. 2. Epid. (pagin. 317.35.) ἢν δὲ μὴ, θωρῆξαι καὶ σιτίον ἐμβαλεῖν. ſin minus vinum & cibos ingerere conuenit. Lib. 4. Epid. (pagin. 333.23.) ἤν τι ἐθωρήξαντο, ſi inebriabantur. Eandem quoque habet notionem vox paſſiua θωρήσσεσθαι. Prorrh. 2. (pagin. 415.13.) ἢ θωρηχθῇ, aut inebriatus fuerit. Rurſus lib. 2. de Morb. (pagin. 144.3.) ἢ θωρήξεται, aut inebriabitur, aut vinum ſumet. Et lib. 4. (pagin. 178.1.) ἔπειτα ἐπὴν οἶνον μέλανα θωρηχθῶσιν οἱ ἄνθρωποι. Deinde vbi vinum nigrum homines ſumpſerint. θωρησσόμενοι τοῖς ὑδροπότῃσιν, hoc eſt, vinum bibentes aquæ potoribus opponuntur, in his quæ adiecta ſunt ad lib. de Nat. hom. (pagin. 19.58.) θωρήξιες etiam crapulam & ebrietatem ſignificant Hippocrati lib. 2. de Morb. (pagin. 141.20.) ἢν δὲ ἐκ θωρήξιος ταῦτα πάθῃ, ſi ex ebrietate iſta contingant. Rurſusque (pagin. 145.10.) ἢν δὲ ἐκ θωρήξιος ἄφωνος γένηται. ſi ex ebrietate voce deficiat, quod μεθύων, hoc eſt, ebrius, dicitur aph. 5. lib. 5. Et iterum (pagin. 152.19.) θωρήξιος ἀπεχέσθω καὶ ἀφροδισίων, ab ebrietate & venere abſtineat. Ac rurſus (ibidem verſ. 32.) καὶ ἐνιαυτὸν θωρήξιος ἀπεχέσθω, & per annum vino aut ebrietate abſtineat. Et (pagin. 153.3.) ἐνιαυτὸν ἀπεχέσθω θωρήξιος, per annum ebrietate abſtineat. Et (verſ. 33.) ἡ δὲ νοῦσος μάλιστα γίνεται ἐκ τῆς θωρήξιος. hic autem morbus præcipuè ex ebrietate oritur. Et (pagin. 156.17.) καὶ σιτίων ἀπέχεσθαι καὶ θωρήξιος, & cibis & vino abſtineat. Libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pagin. 191.39.) ἀπεχόμενος λαγνείης καὶ θωρήξιος. vbi venere & vino abſtinuerit. θώρηξις ſcribitur Varino apud veteres ſignificare οἰνοποσίαν καὶ ἀκρατοποσίαν, hoc eſt, vini aut etiam meracioris potionem. Et θωρήσσειν τὸ μεθύειν, διὰ τὸ θερμαίνειν τὸ στῆθος, ἢ θώρακα πληροῦσθαι, ἢ διὰ τὸ μάχιμον τῶν μεθυόντων, quod eſt, thorace pectus munire aut armare, inebriari ſignificat, quòd vini videlicet calore pectus muniatur, aut thorax impleatur, aut quòd vino madidi promptiore ſint ad pugnã animo. Hinc ἀκροθώρηκες dicti ſunt antiquis leuiter appoti, quaſi ſummo pectore tenus vino imbuti. ἀκροθώρηκας Erot. ad ſua vſque tempora vocatos ſcribit τοὺς μὴ ἐπιπολὺ οἰνωμένους, nõ multũ vino madidos ac repletos:

Ariſtoteli Probl. ſect. 3. probl. 2. ἀκροθώραξι τοῖς σφόδρα μεθύουσι opponuntur, hoc eſt, valde ebriis, eosq́ue vocare videtur, qui leuiter inebrietati delirant, & de rebus quidem iudicium ferre tentant, ſed in iudicando aberrãt, mediiq́ue ſunt inter ſobrios & temulentos. Cui etiam ſubſcribit Plutarchus Sympoſ. 3. probl. 8. vt recte ſcribit Hieronymus Mercurialis lib. 4. variarum lect. cap. 6. Ἀκροθώρακες exponũtur Heſychio μέθυσοι, ebrii, temuleti, Sudæ autẽ ἀκρομέθυσοι, ἀκραιπαλῶντες, qui incipiũt inebriari, & quib. pectus incaleſcit poto meraciore. Cæterùm ſcribitur etiam θώρηξις Heſychio & Varino, & οἰνοποσία exponitur.

# OECONOMIAE
## HIPPOCRAT.
### TO I.

¶ Ἰαίνεσθαι eſt exhilarari, refici, refocillari. ἰαίνομαι εὐφραίνομαι exponit Heſychius. familiare Homero θυμὸς ἰάνθη, animus lætitia perfuſus eſt, exhilaratus, vt Il. ω. (v. 321.) ἐν πᾶσι ἐνὶ φρεσὶ θυμὸς ἰάνθη. Rurſus ibidem (verſ. 119.) δῶρα δ' Ἀχιλλῆϊ φερέμεν τά κε θυμὸν ἰήνῃ. dona Achilli vt ferat quæ animum exhilarent. Qui verſus ibidẽ ſæpe repetitur. Et Il. τ. (v. 174.) σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶν ᾗσιν ἰανθῇς, & tu animo exhilaratus ſis. Apud quem Heſychius ἰάνθη, ἐχάρη, εὐφράνθη exponit & διεχύθη, vt ſit, exhilaratus eſt, lætitia perfuſus eſt. Sic ἰαίνεσθαι διαχεῖσθαι eidem exponitur, quod eſt perfundi. Quomodo apud Hippocr. ſumi poteſt lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 252. 19.) ἄχρις ἂν ἰαίνηται, donec perfundatur. Iubet enim mulierem in aquam calidam deſidere donec tota perfundatur, & vteri aut pudendorum ſinus emolliantur, laxentur, tepeſcãt aut diſſoluantur. Poteſt & ſumi donec reficiatur aut exhilaretur, vt ſumpſiſſe videntur Interpretes. Tranſlatio verò in eo verbo quædam includi videtur, cùm refici ac exhilarari ſignificat, ac veluti lætitia perfundi, eaque ab herbis ſumi, quæ imbre aut rore perfuſæ exhilarantur & lætiores redduntur.

Ἰάλεμοι ἰατροὶ, Medici frigidi & nullius precii, inepti & qui nullam medendi rationem ſequebantur, ſic dicti ab Ialemo Calliopes filio, qui in carmine fuit ineptiſſimus & frigidus, vnde natum prouerbium, Ialemo frigidior. Gal. lib. περὶ τῶν πεπονθότων (p. 45 3. 58.) πάντως γὰρ οἶδα καθ' ἑαυτὸν ἐπὶ ξυλῶν μετὰ τοῦ λόγου μᾶλλον ἀπάντων τούτων τῶν ἰαλέμων ἰατρῶν. Noſti enim omninò me id facilius ratione comprehenſurũ, quàm frigidi iſti omnes medici. Prouerbii autem meminit Heſychius, cui ἰάλεμοι exponuntur θρῆνοι, ὀρφανοὶ, στερόμενοι, θρηνητικοὶ, ἄνανδροι, δυστυχεῖς. flebiles, orbi, lamentabiles ac miſeri, imbelles, infortunati.

¶ Ἴγδη θυεία exponitur Heſychio, Sudæ τρυβλίον, aliis etiam ἡ θυεία ἐν ᾗ τὰ μίσγομεν τὰ ἀρτύματα, pila nimirum in qua condimenta tunduntur. Iulius Pollux lib. 10. cap. 24. teſtatur Solonem in Iambis ἴγδην ἀντὶ τῆς θυείας vſurpaſſe. Ea verò dictione vtitur Hippocr. ἐν νόθοις adiectis lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 300. 23.) τρίβειν ἐν ἴγδῃ, in pila terito.

Ἴγγη herbæ nomen videtur indicare apud Hippocr. vt annotauit Gorrhæus, ſed ea quænam ſit incertum eſt, forteque ἰξίας ἡ ἀχεία intelligenda eidem videtur, quam ἴγγην quibuſdam vocari Dioſcorides prodidit. Exiſtimo verò locum lib. περὶ γυναικ. φύσ. ab eo ſubindicari (p. 228. 3.) vbi ad deturbandas ſecũdas ſcribitur, ἢ τὴν ἴγγην οἴνῳ διατρίψας δοῦναι πιεῖν. & ignem in vino tritam bibendam dato, vertit Cornarius, qui ἴγγην vt & Gorrhæus legiſſe videtur. Caluus autem ἰχθύην (ſquatinæ cutem ſiccam ramentáue) & ἴγγην & ἴγδην legit, vt has omnes lectiones ex codicibus Vaticanis ſumpſiſſe videatur. Ex quib. nihilo certe verior lectio hauriri poteſt. Ac niſi me fallit opinio, locum eſſe ſuſpectum crediderim, & ſi coniecturę locus eſſe debet, lubenter legerim, ἢ ἐς τὴν ἴγδην οἴνῳ διατρίψας δοῦναι πιεῖν, vt ſit, eandem conyzam in pilam coniectam & cum vino tritam potui exhibeto. Nam & conyzam aut cunilaginem ad huiuſmodi medelam in muliebrium doctrina crebrò adhibet Hippocr. eandemq́ue ad deturbandas ſecundas non ſolùm in peſſo admouet, ſed etiam potui bibendam præcipit, lib. 1 περὶ γυναικ. (pag. 257. 41.) Neque verò aliàs ἴγγης vlla ſit in ſcriptis Hippocr. mentio. Sed & εἰς τὴν ἴγδην ἐμβαλὼν ſubaudiendum videtur, ne cui durior phraſis ſit aut inſolentior, aut ἐν τῇ ἴγδῃ legendum. Ἴγδην & ἴγδιν, ὕδρίαν exponitur Heſychio, ſed vereor ne ſuſpecta ſit lectio.

Ἰγνὺς & ἰγνύη poples dicitur. ἰγνύα exponitur Heſychio τὸ τοῦ γόνατος ὄπισθεν μέρος poſterior genu pars, Latinis poples. ἰγνύην τέμνειν, poplitem cædere, poplitis venam ſecare ſignificat, aph. 5. lib. 6. Epid. ſect. 1.

Ἰδιογνώμονες ſunt Hippocrati lib. de aëre, loc. & aq. (p. 81. 1. & 13.) pertinaces & in opinione concepta permanentes (ἰσχυρογνώμονας vocat Ariſt.) quibus αὐθάδεις iunguntur, ſuperbi, ſibi nimis placentes, & qui præ ſe alios confidenter contemnunt.

¶ Ἰδιῶται non ſimpliciter dicuntur ſed in comparatione & in relatione ad aliquid, vt cùm huius artis aut inſtituti idiotam aliquem dicimus. Interdũ ἰδιῶται dicuntur qui priuatam

vitam

vitam agunt, quos ἰδιοπραγμονοῦντας, h.e. priuatos vocant, vt qui nullum munus publicum obeunt, neq; oppido aut genti præſunt. Sic qui ſibi ſoli viuunt & priuati degunt ἰδιῶται vocantur, quiq; nullis publicis negotiis implicantur. Gal.com.in libr. περὶ διαίτης ὑγιεινῆς (p.29.45.) τοὺς ἰδιώτας ὧδε χρὴ διαιτᾶσθαι. Priuati homines hac victus ratione vti debent, illîc ſcribit Hippocr.

Ἰδνόω, incuruo, inflecto, intorqueo, vnde ἰδνοῦσθαι, quod συστρέφεσθαι explicat Euſtath. intorqueri, dictũq; eſſe vult παρὰ τὸ δονεῖσθαι τὸ ἰνίον, quod curuando ſe aut inflectendo ceruicis poſterior pars agitetur ac moueatur. ἰδνοῦται, λοξοῦται καὶ συνιζάνει exponit Galen. in Exeg. apud Hip. obliquatur & in ſe ſubſidet, ex libr. 1. περὶ γυν. (p 236.13.) τὸ στόμα ἐκ ὀρθόν ἐστι τῆς μήτρης, ἀλλ' ἰδνοῦται, vteri oſculum rectum nõ eſt, ſed diſtortum. Heſychio ἰδνώθη exponitur ἐκάμφθη & ἐταπεινώθη, vt & ἰδνωθεὶς, καμφθεὶς & ταπεινωθεὶς, incuruatus, extenſus. Erot. apud Hip. ἰδνώθη συνεκάμφθη exponit, incuruatus eſt aut inflexus. & ex Hom. adducit Il. β. (v. 266.) πλῆξεν, ὁ δ' ἰδνώθη, h.e. ἐκάμφθη, incuruatus eſt, inclinauit ſe, de Therſyte ab Vlyſſe ſceptro percuſſo. Quo & aliàs vtitur Homer. vt Il. ν. (v. 618.) ἰδνώθη δὲ πεσὼν, quod idem eſt ac ἰδνωθεὶς ἔπεσεν. Vtitur aũt Hip. libr. 1. περὶ γυν. (p. 232. 10.) ἢν τὸ μὲν πρῶτον τὸ στόμα μεμύκῃ, ἢ ἰδνωθῇ, ſi vteri os concluſum fuerit aut intortum, h.e. obliquatum & inflexũ. Quem locum ab Erot. ſubindicatum reor, etſi ἰδνώθη apud eum legatur, niſi ſi ἰδνωθῇ & συνεκαμφθῇ potiùs leg. videatur, in aoriſto ſubiunctiuo. Eſt περιιδνοῦσθαι Hip. obtorqueri libr. 1. περὶ γυν. (p. 242. 38.) περιιδνοῦται δὲ ὁ στόμαχος τῶν αἰδοίων, pudendi oſculũ, h. e. vteri, obtorquetur. Quidã huius verbi ἰδνοῦ aliam afferũt originem παρὰ τὸ ἴζω καὶ ἰδνῶ, vt ſit ἰδνοῦσθαι συστέλλεσθαι καὶ συνιζάνειν, quod qui ſe inclinant, cõtractis humeris ceruicẽ flectunt. Qua notione περιιδνοῦται apud Hip. quidam circũſidit aut collabitur exponunt, & quaſi in ſeſe concidit.

Ἴδος idem quod ἱδρὼς ſudor, eoq; ſenſu ſumunt quidam quod ſcribitur Coac. Prҽn. (p. 426. 44.) οἱ ἰλιγγιώδεις πυρετοὶ καὶ ἄνευ ἰδίων, καὶ μετ' ἰδίων ὀλέθριοι, febres quæ ſubinde vertigines afferunt, & cum ſudoribus, aut ſine his contingunt, perniciem intentant. Verùm pro ἰδίων exemplaria manuſcripta εἰλεῶν legunt. ἰδίειν ẽt apud Hip. ἱδροῦν quod eſt ſudare exponit Erot. locum nimirum lib. 1. περὶ γυν. (p. 244. 7. ſubindicans, κρέσσον δὲ διουρέειν καὶ ἰδίειν, præſtat aũt vrinam & ſudorẽ ciere. ἰδίειν ἱδροῦν, & ἰδίουσι ἱδροῦσι, h.e. ſudare exponit Heſychius, vt & ἰδίς, ἱδρώς, ἀγρυπνία.

Ἱδρύεσθαι & ἱδρύνεσθαι eſt collocari, firmari, firma ſede collocari, ſitũ eſſe aut fixũ. In Coac. Pr. (p. 433. 14.) ἱδρυθεὶς πόνος εἰς στῆθος, dolor in pectore fixus, firmatus. ὀδύνη ἐς στῆθος ἱδρυνθεῖσα dicitur in Pror. (p. 191. 25.) δυσαπαλλάκτως διακείμενος explicatur Gal. h. e. in pect' firmatus dolor aut fixus adeò vt ęgrè tolli poſſit, qui thoracis inflãmationẽ indicat. Et aph. 11. lib. 4. ὁκόσοισιν ἄλγημα εἰς ὕδρωπα ξηρὸν ἱδρύεται. lumborum dolor in hydropẽ ſiccum firmatur. Quod exponit Gal. de dolore fixo & perſeuerante qui nullis remediis tollitur. Sic li. 6. Ep. ſect. 7. aph. 1. τὰ δὲ νυκταλωπικὰ ἱδρύετο, nyctalopicæ affectiones & nocturnæ cœcitudines firmabantur, h.e. perſeuerabãt, firmas ac ſtabiles ſedes babebant, neq; facilè deſinebãt, quòd ꝓprias oculorum affectiones ſequerentur, nempe natiuã bumorũ ac tunicarum craſſitudinẽ, q̃ boreali & hyberna tẽpeſtate plurimùm aucta, cõdenſata eſt introq; repreſſa, vt illîc ſcripſimus. Aut quod oculus ꝓprio ſuoq; affectu laborans, non ex cerebri cõſenſione, nocturnã illam cœcitudinẽ curatu ꝑdifficilẽ redderet, & accedẽs hyemis iniuria moleſtiã augeret, vt ſcribit Gal. in iis Com. qui iam pridẽ eius nomine exierũt. ἱδρυμένον οὖρον, vrina in qua aliquid ſubſidebat aut ſubſiſtebat, l. 4. Epid. (p. 329. 26) cui opponitur τὸ ὑφιστάμενον. Sic ἱδρυμένη ὑπόστασις, depoſitum ſedimentum & firmatũ, aut ſua ſede collocatũ, in vrinæ notis, Coac. Prҽn. (p. 442. 5.) Eadem notione lib. 1. Epid. ægr. 1. de vrinis effertur οὐχ ἵδρυτο, non ſubſidebant. Et ęgr. 3. lib. 3. poſt ſt. peſt. οὖρα ὑπομέλανα, οὐχ ἵδρυτο, vrinæ nigricantes, neq; ſubſidebant. Ruſusq; ęgr. 11. lib. 3. Epid. poſt ſt. peſt. de vrinę ſublimamento. ἐναιώρημα δὲ ἐπὶ πολὺ στρογγύλον, οὐχ ἵδρυτο, ſublimamẽtum aũt admodum rotundum, neq; ſubſidebat. Et rurſus ægr. 12. εἶχεν ἐναιώρημα μετέωρον, οὐχ ἵδρυτο, vrina ſuſpenſum qd in medio innatãs ſublime habebat, neq; ſubſidebat. Et ęgr. 7. & 8. lib. 1. οὖρα οὐχ ἱδρύετο, vrinę nõ ſubſidebant. Erot. apud Hip. ἵδρυτο, ἐνεκάθητο exponit, qd eſt, inſidebat, deſidebat. Quę certè expoſitio his locis Hip. à nobis ſubnotatis, & vrinis non ſubſidentibus, vt meritò attribui põt, ita cur Epiclis expoſitionem idem ſugillet nõ video. Nam & ea huic loco quẽ ex ſect. 7. lib. 6. Epid. expreſſimus, vt aptiſſimè conuenire põt, ita illic ἵδρυτο legiſſe videntur Erot. & Epicles, exemplaria verò noſtra ἱδρύετο τὰ ἱδρυμένα dicũtur q̃ conſiſtũt, & ꝓ morbi materia cõſiſtente, quieſcente & cõſidente ſumuntur, q̃ efferueſcenti & turgenti opponi videtur, libr. 5. Epid. (p. 340. 38) ἐπὴν ἱδρυμένα ἴδῃς vbi materiam conſiſtentẽ cognoueris. Sic οὐχ ἱδρυμέναι φλέβες κροτάφων, venę tẽporum non cõſiſtentes, nõ quieſcentes, nec ſubſidentes, h.e. latius diſtentæ, & ꝑpetuò motæ, aph. 11. ſect. 2. libr. 6. Epid. Gal. ἐπὶ πλέον διατεινομένας exponit, qđ eſt plus iuſtò diſtentas. ἱδρύθη, conſtitit, conſedit, cõquieuit, lib. 4. Ep. (p. 330. 37.) de tuſſi & anhalatione, q̃ quieuit & cõſtitit 8 menſe, ſicq; ſedata eſt ac compoſita.

Ἱδρύνεσθαι quoq; idem quod ἱδρύεσθαι, & vtrunq; ad mentem tranſlatũ, eam conſtantẽ & firmã eſſe ſignificat, ac ἱδρυνθῆναι cõpoſita eſſe mẽte & quieta. Sic ægr. 15. lib. 3. poſt ſt. peſt. καὶ πάλιν ἱδρύνθη σιγῶσα. ac mox cõpoſita fuit, taciturna. Ac rurſus (ib.) καὶ πάλιν ἱδρύνθη ἄφωνος. ac mox compoſita fuit, vox defecit. Cui voci deliriũ opponitur. In Prorr. (p. 177. 4.) αἱ φρενιτικαὶ γλῶσσαι σημεῖον οὐχ ἱδρυμένης γνώμης, linguę

tremulæ inſtabilem mentem & è ſede conſtantiæ deturbarum ſignificant. Vbi ἱδρυμένη ἠρεμοῦσα, quieſcens Galeno exponitur. Quod pene iiſdem verbis repetitur in Coac. Pręn. 403.47.) ἱδρυνθεῖσα ὀδύνη & ἱδρυνθεὶς πόνος ab ἱδρύνεσθαι ex Pror. & Coac. Pr. antea ſunt ſubnotata. Vt & lib. 2. περὶ γυν. (p. 276.40.) μέχρι ἂν ἐς χώρην ἱδρυνθῶσιν, donec in ſuũ locum firmati vteri fuerint, ſuo loco collocati.

Ἱδρῶα ſunt ſudamina, ſudores, puſtularũ genus ex bilioſis & mordacibus humoribus cutẽ lancinantib. & vlcerantibus, qđ ex ſudorib. prouenit æſtate vexans, aph. 21. lib. 3. Sic. n. illic deſcribuntur Gal. τὰ δὲ ἱδρῶα τῶν κατὰ τὸ δέρμα ἐπιφαινομένων ἐξανθημάτων ἐστὶν ἑλκωδῶς τραχύνοντα τὸ δέρμα. καὶ γίνεται καθάπερ καὶ αὐτὸ τοὔνομα ἐνδείκνυται διὰ τοὺς πολλοὺς ἱδρῶτας, ὅταν χολωδέστεροί πως, ἢ ὅλως δακνωδέστεροι τυγχάνωσιν ὄντες. ὀδαξῶσι γὰρ οὗτοι τὸ δέρμα καὶ κνησμώδεις ἐργάζονται, καὶ τραχύνουσιν ἑλκωδῶς. ἱδρῶα aũt, h. e. ſudamina aut ſudationes, è genere ſunt eruptionum in ſummo corpore hærẽtium, q̃ ad inſtar vlcerum cutem exaſperãt. Oriuntur aũt, vt ipſum ẽt nomẽ indicat, ex multis ſudoribus, qui vbi bilioſiores aliquãto, aut omninò mordaciores extiterint, cutem mordent, in eaq́; pruritum efficiunt, & vlcerum in modũ exaſperant. ἱδρῶα Celſus quicquid ſudore hominẽ reſoluit, ex Hipp. aph. vertit cap. 1. lib. 2. Pollux lib. 4. cap. 24. ἱδρῶα ἐξανθήματα θερινὰ eſſe ſcribit, puſtulas æſtiuas. ἱδρῶα ẽt quænam ſint docet Theophraſtus in lib. de Sudoribus.

Ἱδρὼς ſudor, eſt aqueum & humidũ tertiæ coctionis excrementũ per cutim erũpens. De cuius cauſis & differentiis ſcitiſſimè ſcripta ſunt multa apud Gor. ἱδρῶτες κεγχροειδέες, ſudores miliares & milii inſtar, in Progn. (p. 130. 9) in ſudorum notis. ἱδρώδεες πυρετοί, febres in quib. ægri ſudoribus diffluunt, lib. 5. Ep. (p. 341.11.) vbi ἱδρώδης ẽt dicitur qui ſudorib. eſt obnoxius, aut ſudorib. diffluit, iiſq́; eſt aſſuetus. ἦν δὲ καὶ ὑγιαίνων ἱδρώδης. Erat autem ẽt per ſanitatẽ ſudorib. obnoxius. ἱδρῶτες περὶ μετώπιον καὶ μέτωπον καὶ αὐχένα ὄπισθεν τῆς κεφαλῆς, ſudores circa frontẽ, nares & ceruicẽ in poſteriore capitis parte, ſyncopen & mortẽ pnunciãtes, li. de rat. vict. in morb. ac. (p. 103.10.)

¶ Ἰέναι διὰ τῶν αὐτῶν, eſt per eadem pgredi, vbi eadẽ ſymptomata diutius pſeuerant. In Pror. (p. 209. 3.) οἱ τῷ τρόπῳ τούτῳ ποικίλως διανοσέοντες καὶ διὰ τῶν αὐτῶν ἰόντες Qui huiuſmodi cõflictãtur, variè morbum trahunt, atq; eadem diutius perſeuerant. In Coac. Pr. (p. 433.13.) οἱ τῷ τρόπῳ κοιλίας νοσέοντες διὰ τῶν αὐτῶν ἰόντες, aut in huiuſmodi alui malè habeant, atq; eadem diutius perſeuerent. τὰ ἰόντα dicuntur Hip. pdeuntes ac procedẽtes deiectiones aut excretiones, vt aph. 2. li. 4. ῥέοντα καὶ αὐτόματα ἰόντα χρήσιμα, qualia ſponte prodeunt, & aph. 21. lib. 4. ἀπ' αὐτομάτου ἰόντα, ſpõte euntia. Vbi tñ per ἰόντα Gal. temporis ſpatium & morã ſignificari vult, eaſq́; deiectiones indicari, q̃ per vniuerſum morbum, aut ſaltem lõgo ipſius interuallo exeant. Sic. n. ſcribit: μή τι τοιοῦτον ἐνδέχεσθαι αὐτὸν ἑαυτοῦ δεδηλωκέναι τῆς ἰαυτοῦ γνώμης, ἰόντα, φάμενος. ἐνδείκνυται γὰρ τὸ τοιοῦτον χρόνου μῆκος, ὡς ἤτοι δι' ὅλου τοῦ νοσήματος, ἢ κατὰ πολλοῦ χρόνου αὐτοῦ ἰόντων τῶν τοιούτων ὑποχωρημάτων. εἰ γὰρ ἕνα τινὰ καιρὸν ἐβούλετο δηλῶσαι, πάντως ἂν ἢ ἐπιφανέντα, ἢ ἐλθόντα εἶπεν, οὐκ ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου ἰόντα. ταὐτὸ γὰρ τὸ, ἰόντα, τῷ ἐρχόμενα τοιοῦτον, οὐ τῷ ἐλθόντα δηλοῖ. Nũquid igitur abunde animi ſui ſententiam indicare viſus eſt, cùm ἰόντα dixit, h. e. euntia. Hac enim dictione temporis longinquitas oſtenditur, tanq̃ videlicet p totum morbũ, vel per multum ipſius tempus talia excrementa pdeant. Si. n. vnum aliquod tẽpus indicare voluiſſet, omninò aut ἐπιφανέντα (h. e. ſuperuenientia) aut ἐλθόντα (h. e. deiecta) dixiſſet, non ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου ἰόντα (h. e. ſpõte euntia.) Hoc. n. [ἰόντα] idẽ quod ἐρχόμενα, non quod ἐλθόντα ſignificat.

Ἱερὴ νοῦσος, ſacer morbus dicitur epilepſia, eo nomine magnitudinem morbi indicante, vt & μεγάλη νοῦσος & ἡρακλεία vocatur, aut qđ diuina eſſet & à diis immitteretur, nec niſi expiamẽtis aut incantationibus ſolueretur. Quam certè opinionem Hip. libellus περὶ ἱερῆς νούσου refutat, vt ẽt teſtatur Gal. comm. 6. in lib. 6. Epid. (p. 525.53.) Huius quoq; notationis rationẽ adfert Aretęus imprimis grauis author, his verbis cap. 4. lib. 1. de cauſ. & ſig. diut. morb. ἀλλὰ καὶ ἄδοξος ἡ ξυμφορή. δοκέει γὰρ τοῖσι ἐς τὴν σελήνην ἀλιτροῖσι ἀφικνέεσθαι ἡ νοῦσος. τοῦνεκεν ἱερὴν ἐκαλέσαντο τὸ πάθος. ἀτὰρ καὶ δι' ἄλλας προφάσιας, ἢ μεγέθεος τοῦ κακοῦ. ἱερὸν γὰρ τὸ μέγα. ἢ ἰήσιος οὐκ ἀνθρωπίνης, ἀλλὰ θείης, ἢ δαίμονος δόξης ἐς τὸν ἄνθρωπον εἰσόδου, ἢ ξυμπάντων ὁμοῦ. τῇδε ἐκλήθη ἱερή. Sed & pter hominum opinionẽ illius eſt origo. Nam & flagitioſis hominib. à luna immitti quorũdam eſt opinio, cuius rei cauſa ſacrum morbũ nominant. Quin & alias ob cauſas id nomen fuit inditum, aut ob mali magnitudinem (ſacrum. n. dicunt qđ magnũ) aut ob curationẽ non humanã ſed diuinã, aut q̃ dęmone correptus homo videat, aut pter hæc ſimul õia hunc morbũ ſacrũ nominarũt.

¶ Ἵζειν, deſidere, ſubſidere, deprimi, de medio naſo dicitur apud Hip. vbi deprimitur & deſidet, cùm os palati diſceſſit, aph. 3. ſect. 1. libr. 6. Epid. & lib. 4. Epid. (p. 329.45.) μέση ἵζει ἡ ῥίς. medius naſus deſidet.

¶ Ἰητρεῖον officinã medici ſignificat, in qua quæ ad chirurgiã ptinent tractantur, & locum in quo chirurgia exercetur, lib. κατ' ἰητρ. (p. 666. 52.) τὰ ἐς χειρουργίαν κατ' ἰητρεῖον, q̃ ad medici manu curãtis officiũ pertinent, & q̃ in officina medici ad chirurgiã ſpectant. Rurſus li. 1. Ep. (p. 353.31) τὰ δὲ ἄλλα ὑγιὴς κατ' ἰητρεῖον, διῆγεν, de reliquo aũt, q̃ ad ea q̃ ad chirurgiã ſpectãt, in his ſine morbo degebãt. Quæ loca mihi ſubindicare videtur Gal. in Ex. vbi κατ' ἰητρεῖον, τὰ κατὰ τὴν χειρουργίαν exponit, q̃ ad chirurgiã pertinent.

¶ Ἰθαιγενὴς exponit Gal. in Ex. apud Hip. γνήσιον, genuinum, καθάπερ φησὶν ὁ ποιητής, ἀλλά με ἶσον ἰθαιγενέεσσιν ἐτίμα, ſed me æquè ac genuinos fœtus colebat. qđ habetur apud Hõ. Od. ξ. (v. 203.) ideoq; malè ἰθαγενέσιν ſcribitur apud Gal. ἰθαιγενὴς aũt κύημα dicitur Hip. li. 1. περὶ γυν. (p. 252. 40.) & lib. περὶ ἀφόρων (p. 297.5.) cõceptus genuinus, verus, & rectus, à falſo & mola diſcretus. ἰθαιγενὴς Heſychio dicitur αὐτόχθων, γνήσιος. Idemq; apud Hom. ἰθαιγενέεσσι γνησίοις τέκνοις

καὶ

καὶ καθαροῖς, ἐκ ἐκ παλλακίδος exponit, hoc eſt, genuinis fœtibus & puris, neque ex pellicè ortis. Eſt enim ἰθαγενὴς, vt exponit Euſtathius, γνήσιος, ὁ ἐκ τῆς κατ' ἰθὺ, τουτέστι κατ' εὐθύτητα νόμου γεννήσεως, καὶ μὴ πλαγίως πως τῷ γένει ἐπεισαγόμενος, genuinus fœtus, & qui recto ordine, aut legitima generatione non obliquè in familiam accitus eſt. Annotatur ex Corintho ἰθαγενεῖς dici Ionibus τοὺς γνησίους παῖδας, genuinos ac legitimos filios. Ἰθαγενὴς etiam αὐθιγενὴς exponit, Erotianus apud Hip. indigenum, legitimum, bis ſubnotatis locis.

Ἰθὺ pro εὐθὺ rectum, & κατ' ἰθὺ pro κατ' εὐθὺ lib. κατ' ἰητρεῖον (p.670. 26.) κατ' ἰθὺ γουνάσι, è directo ad genua. Vide εὐθὺ antea.

Ἰθυκύφη ῥάχις ſpina ex recto gibboſa, cùm ex recto in gibbum eleuatur aut curuatur, lib. de art. (p.619.19.)

Ἰθυλόρδη ἡ ῥάχις, ſpina in directum repanda, hoc eſt introrſum inclinans & recuruata, lib. de art. (p.619.3.) vbi tamen εὐθυλόρδη legiſſe Erotianum exiſtimo (ſic enim apud eum pro ἀλλωσδὶ, aut εἰλωσδὶ vitiata ſcriptura lego) qđ ab eo εἰς ἰθὺ σκολιά exponitur, h. e. ex recto obliqua. ἰθύλορδος dicitur in Mochlico (pag. 505.36.)

Ἰθυσκόλιος ἡ ῥάχις dicitur Hippocrati ſpina ex recto obliqua & incurua, hoc eſt, quæ in poſteriorem & anteriorem partem inclinat. Hac enim voce διαστροφὴ εἰς τοὐπίσω καὶ πρόσω, hoc eſt peruerſio in poſteriorem & anteriorem partem indicatur, vt ſcribit Gal. com. 3. in lib. de art. (p.618.42. & p.620.50.)

Ἰθύτριχες, qui paſſis ſunt capillis, aut nigros habent capillos, lib. 6. Epid. ſect. 7. aph. 1.

Ἰθυωρίη eſt in rectum proceſſus, rectitudo, recta proceſſio, directio, rectus trames. Libr. de fract. (p.528.2.) τὰ τε ὀστέα ἅπαντα τὰ ἐν τῷ πήχει ἐπὶ ἰθυωρίην κατ' ἄλληλα εἶχε. quod omnia cubiti oſſa rectitudinem inter ſe habebant. Et rurſus (ibid. v.3.) ὅτι αὐτὰ καθ' ἑωυτὰ τὴν ἰθυωρίην ἔχει. quòd illa ipſa eandem directionem præſeferret. Et (v.56.) ἰθυωρίην ποιῆσαι τοῖσιν ὀστέοισιν, oſſa in directum dirigit. Rurſus (ib. p.567.36) τήν τε κατάτασιν δικαίην παρέχει καὶ ὁμαλὴν κατὰ τὴν ἰθυωρίην, & iuſtam diſtētionem & æqualem è directo præbuerit. Quæ omnia mihi ſubindicaſſe videtur Erot. cum εὐθυωρίαν εὐθύτητα exponit apud Hip. ac pro ἰθυωρίην εὐθυωρίαν legiſſe, vt antea εὐθυλόρδη pro ἰθυλόρδη.

¶ Ἱκανῶς ἀνώδυνος, omninò doloris expers, libr. 4. Epid. (p.333.9.) & ἱκανοὶ σπασμοὶ, ſatis multæ conuulſiones, lib. 7. Epid. (p.359.47.)

Ἴκελον ſimile dicitur & ὅμοιον exponit Gal. com. 1. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.49.17.) ἡ πλευρὴ πελιὴ γίνεται ἴκελόν τι πληγῇ. Latus liuidum plagæ ſimile inuenitur. Rurſus libr. 1. περὶ γυναικ. (p.244.25.) ἐπιπόλαιον ἴκελόν τι ἄφθῃ, ſuperficiario ac feruido vlceri quid ſimile contingit. Ac iterum lib. 2. (p.272.44.) χρὴ δὲ καὶ μόλυβδον ἴκελον ἐλάσαντα ποιῆσαι τὸ εἶδος τῷ δακτύλῳ τὸ παχύτατον, plumbom autem craſſiſſimæ tedæ figura ſimile ducere oportet, vbi de peſſis ſubdititiis formãdis agitur. Et rurſus lib. 3. Epid. in ſt. peſt. (p.421.33.) ἦν δὲ καὶ τὸ ῥεῦμα οὐ συνεστάμενον οὐ πύῳ ἴκελον, ἀλλὰ σηπεδών τις ἄλλη, καὶ ῥεῦμα πολὺ καὶ ποικίλον. Neq; verò cõtracta fluxio puri affinis erat, ſed ex alio quodam putredinis & fluxionis multæ & variæ genere. Ἴκελον etiam ὅμοιον exponit Heſychius. Erotiano quoq; ἰκέλη ὁμοία exponitur apud Hip.

Ἰκμαλέα, τὰ δίυγρα καὶ ἱκανὴν ἔχοντα ἰκμάδα, exponit Erot. apud Hip. h. e. humentia, & ſufficientem humorem habentia. Qua expoſitione mihi locum libri περὶ φύσιος παιδίου (p.35.45.) complecti videtur. τὰ μὲν ἰκμαλέα καὶ πεπιεσμένα ὑπὸ σφῶν αὐτῶν ἐκθερμαίνηται, humecta quidem & compreſſa à ſeipſis concaleſcant. Eaq; dictione ſæpius vtitur Hip. vt (ib. v.41.) ὅτι ἡ γῆ ἰκμαλέη ἐστὶν ἐν χειμῶνι, quod terra hyeme humida eſt. Sic lib. περὶ γονῆς (p.28. 22.) αἱ δὲ μῆτραι ἰκμαλέαι γίνονται, & vteri humidi fiunt. Ac rurſus (ib. v.34.) ἅμα μὲν αἱ μῆτραι ἰκμαλέαι γίνονται ἐν τῇ μίξει, ſimul quidem vteri humidi euadunt in commixtione. Ruſus libr. 1. περὶ γυναικ. (p. 232.15.) οὔτε γὰρ ἰκμαλέαι εἰσὶ καθ' σφέας οἷα μὴ λαγνευομένης, neq; enim humidi [vteri] in ſeipſis ſunt, nimirum cum coitu nõ vtatur. Et iterum (ib. v.18.) ἢν γὰρ ἰκμαλέαι ἔωσιν αἱ μῆτραι ἀπὸ λαγνείης. Si enim vteri humidi fuerint à coitu. Rurſus eod. lib. (p.234.47.) τὸ δὲ ἧπαρ ἰκμαλέον ἐστὶν, hepar autem humidum eſt.

Ἰκνεύμενος χρόνος, debitum tempus, congruum, conueniens, & idẽ quod ἱκνούμενος χρόνος. Lib. de fract. (p.577.41.) ἐν τῷ ἱκνευμένῳ χρόνῳ, ſuo tempore, conſtituto tempore, tempeſtiuo, congruo & conueniente tempore, vt ἱκνουμένως προσηκόντως exponitur Heſychio, congruè, cõuenienter. lib. 2. περὶ γυν. (p.275.19) γάλα πίνειν ἱκνουμένως, ἀρκούντως καὶ ἱκανῶς ſignificat, h. e. conuenienter & abundè, gallicè cõpetẽment. Apud Herod. ἐκ ἱκνουμένως, non ritè accipitur, vt & apud eundẽ inuenitur ἐν τῷ ἱκνουμένῳ χρόνῳ, & τοῦ ἱκνουμένου μᾶλλον, plus æquo. Et annotatur ex Corintho τὸ ἐκ ἱκνουμένως Ionibus dici ἀντὶ τοῦ οὐ προσηκόντως, οὐ καθηκόντως. Lib. περὶ ἱρῆς νούσου (127.27.) καὶ φροντίδες οὐχ ἱκνεύμεναι, curæ inanes, intempeſtiuæ. Et libr. de aëre loc. & aq. (p.454.26.) προγηράσκειν τοῦ χρόνου τοῦ ἱκνευμένου, ante tempus ſeneſcere.

Ἴκταρ Gal. in Exeg. ἐγγὺς, quod eſt prope, Atticis ſignificare ſcribit, Hippocrati verò lib. 2. περὶ γυν. pudẽdum muliebre, eo nomine indicari. Erot. quoq; eam dictionẽ apud Hip. agnoſcit in Prooemio & inter obſcuras ab interpretib. prætermiſſas reponit. Idem ẽt ἐγγὺς Atticis ſignificare ſcribit adducto Æſchyli teſtimonio, & quoſdam ἴκμαρ pro ἴκταρ huius vocis ignoratione ſcripſiſſe. Sed certũ eſt noſtra exemplaria hanc dictionẽ defor-maſſe. Neq;. n. vſquam lib. 2. περὶ γυν. legitur, nec video quomodo abſq; melioris exemplaris ope reponi queat, præſertim cùm Erotiani expoſitio à Galeno diſſentiat.

Ἴκτερος eſt biliosi humoris per corpus vniuerſum præcipueq; in ſuperficiẽ refuſio. Morbus regius & arquatus dicitur, aut aurigo. Eſt ἴκτερος ὁ ὀξὺς, icterus acutus & citò interimẽs Hippocrati, lib. 3. de morb. (p.160.43.) qui ẽt repetitur libr. περὶ κρισίμων (p.389.16.)

Duplex ẽt ictèrus deſcribitur li.2.de morb. (p.147.48.) Lib. ẽt περὶ παθῶν (p.181.20.) icter⁹ & eius curatio adſcribitur. Icteri quatuor ponũtur lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθ. (p.204.34) & εἴλεος ἰκτερώδης, (ib.p.209.7.) Eſt & icterus iudicatorius, bile in totũ corporis habitum iudicatione refuſa, cuius meminit Hip. aph. 62. & 64. lib. 4. & Coac. Pr. (p.427.12.) & lib.1.Epid.ſt.3.& lib.1.de morb. (p.130.48) & lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.108.11.) Et Gal. com. ad aph. 62. lib. 4. ἴκτερος ἐνίοτε μὲν γίνεται καὶ κρίσιμος, ἀποτιθεμένης τῆς φύσεως εἰς ὅλον τὸ σῶμα, καὶ μάλιστα πρὸς τὸ δέρμα, τὴν ξανθὴν χολήν. γίνεται δὲ καὶ σύμπτωμα κακοπραγοῦντος τοῦ ἥπατος. αἱ κακοπραγίαι δὲ αὐτοῦ τρεῖς εἰσιν, ἐφ' αἷς ἴκτερος εἴωθεν ἐπιγίνεσθαι, σκίῤῥος, καὶ φλεγμονή, καὶ ἔμφραξις. ἀλλὰ σκίῤῥος μὲν χρόνιον νόσημα, φλεγμονὴ δὲ καὶ ἔμφραξις καὶ ἐξαίφνης δύνανται γενέσθαι. καὶ δὴ καὶ οἱ πρὸ τῆς ἑβδόμης ἡμέρας ἴκτεροι κατά τι τούτων γίνονται. Morbus regius interdum quidẽ fit iudicatorius, natura ad corpus totũ, & p̃cipuè ad cutem flauam bilem deponente, fit etiam huiuſcemodi caſus hepate malè affecto. Eius aũt affectiones malę tres ſunt, ꝓpter quas morbus regius ſuperueniτe aſſolet, ſcirrhus, inflammatio & obſtructio. Verùm ſcirrhus diuturnus eſt morbus, inflammatio verò & obſtructio ẽt repentè fieri poſſunt. Et ſanè regij morbi qui ante ſeptimum cõtingunt, ex iſtorum aliquo ortum habent. Idem rurſus com. ad aph. 64. lib. 4. καθαιρομένου γὰρ ἐν αὐτῷ τοῦ αἵματος καὶ τῆς χολῆς μεταλαμβανομένης ἐκ τῶν φλεβῶν εἰς τοὺς χοληδόχους πόρους, ἐὰν τ' ἔμφραξις τις γένηται κατά τι τῶν μεταλαμβανόντων χωρίων, ἐάν τε φλεγμονή τις ἢ σκίῤῥος, ἀνάγκη πᾶσα, μήτε καθαίρεσθαι τὸ αἷμα καὶ συναναφέρεσθαι τὴν χολὴν αὐτῷ πάντῃ τοῦ σώματος, ὅπου δὴ καὶ τὸν ἴκτερον γίνεσθαι. Nam cùm ſanguis in eo repurgetur, & bilis ex venis in meatus bilẽ excipientes transferatur, ſiue obſtructio aliqua fuerit in locis p quæ traducitur, ſiue inflãmatio aliqua, vel ſcirrhus, prorſus ſanguinem non repurgari neceſſe eſt, ſimulq́; cũ ipſo bilem quoquouerſum per corpus deferri, indeq́; morbum regium fieri. Ac de ictero iudicatorio plura ſcripſimus noſtris in lib.1. & lib.3. Epid. Annot. Eſt aũt ἴκτερος autori defin. med. (p.397. 54.) ἀνάχυσις χολῆς εἰς τὸ δέρμα, ὥστε βάπτεσθαι τὴν ἐπιφάνειαν, καὶ χλωρὰν ἀποτελεῖσθαι, καὶ κακοῦσθαι τὸ δέρμα. καὶ λευκαὶ αὐτοῖς αἱ κατὰ κοιλίαν διαχωρήσεις γίγνονται, bilis p cutim refuſio, ita vt eius ſuperficies colore tingatur, & pallida efficiatur. Atque ita affectis alui deiectiones albæ euadũt. Aretæo quoq; libr. 1. περὶ αἰτιῶν καὶ σημείων χρονίων παθῶν cap. 15. ἢν χολῆς ξανθῆς λεκιθώδεος, ἢ κροκώδεος, ἢ τῆς μελαγχλώρου ἐς τὸ παντελὲς ἀνάχυσις ἀπὸ τοῦ σπλάγχνου γίγνηται, τὸ πάθος ἴκτερος κικλήσκεται. Si bilis flauæ vitellinæ, aut crocee, aut nigrę ex viridi mixtę in oẽ corpus ex viſcere refuſio fiat, hęc affectio icterus vocatur. De morbi Regij cauſis & differẽtiis plura leges apud Gor. & Gal. lib. 5. loc. aff. & lib. 3. de ſympt. cauſ. & Celſum cap. 24. lib. 3. Paul. lib. 3. cap. 50. & Aëtium cap. 17. lib. 2. Tetrab. 3.

Ἰκτερώδης χροιὴ, color auriginoſus arcuatus, qualis eſt aurigine laborantium aut morbo regio, lib. περὶ γυν. φύσ. (p.217.4.) in profluuio albo. καὶ ἡ χροιὴ ἰκτερώδης καὶ λευκὴ γίνεται, color auriginoſus & albus euadit, & libr. 2. περὶ γυν. (p.269.11.) & (p.268.34.) καὶ ἡ χροιὴ ἰκτερώδης γίνεται, & color auriginoſus euadit. Sic ὀφθαλμοὶ ἰκτερώδεες, oculi auriginoſi libr. 2. περὶ γυν. (p. 284.19.) & Coac. Pr. (p.435.19.) ἰκτερώδης ὀφθαλμὸς, oculus morbi regii colore infectus dicitur in pleuritide. Sunt etiam ἰκτερώδεες qui flaua bile abũdant, & quorum cutis bilioſo humore infecta eſt, aph. 72. lib. 5.

¶Ἴλιγγοι dicuntur vertigines Hippocrati aph. 17. 23. & 31. libr. 3. ἰλιγγός ἐστιν ἡ σκοτοδινία, ἡ περὶ γίνεται ὑγροῦ μετὰ παχέος πνεύματος κινουμένου κατὰ τὴν κεφαλὴν, διὸ καὶ προηγεῖται ἐπιληψίας καὶ ἀποπληξίας. Ἴλιγγος eſt tenebricoſa quædam vertigo qua circũagi omnia videntur, quæ fit dũ craſſus ſpiritus humore permixtus in capite mouetur. Ideoq́; & epilepſiam & apoplexiã præcedit. Ἴλιγγοι capitis læſionem conſequũtur, & fiunt cerebro pituita oppleto, vt apoplexiæ, hyemeq́; graſſantur, com. ad aph. 23. li. 3. Ἴλιγγοι etiam ſenib. contingunt duplici ex cauſa, interdum ob ſpiritũ vaporoſum qui inordinato motu in cerebro cietur, interdũ quoq; ob exhalationem plurimam vaporoſam, q̃ aceruatis vitioſis in vẽtriculo ſuperfluitatib. ad cerebrum fertur, com. ad aph. 31. libr. 3. ἰλιγγώδεες πυρετοὶ in Coac. Præn. (p. 426.44.) dicuntur febres vertiginoſæ, in quib. ægri ſubinde vertigine corripiuntur, & pperuò menti offuſas nubes ac caligines ſentiunt, crebrasq́; ſpiritus cõuolutiones, ex magna humidi & craſſi ſucci copia in cerebro agitata & flatibus diſtenta. Iis.n. omnia vidẽtur circumagi & rotari ex ſpirituum in cerebro agitatione, & ad huiuſmodi febres magna ſequuntur deliria. Verùm λυγγώδεες πυρετοὶ quibuſdã codicib. ſcribuntur, h.e. febres ſingultuoſæ, & in quib. magna morbi parte ſingultus intenditur. Ἴλιγγος exponitur Heſych. ὁ τῆς κεφαλῆς σκοτισμὸς, & ἰλιγγιᾶν, τὸ σκοτοῦσθαι, καὶ δοκεῖν περιφέρεσθαι, συστρέφεσθαι, σκοτοῦσθαι.

Ἰλλαίνειν Gal. in Exeg. apud Hipp. διαστρέφειν τοὺς ὀφθαλμοὺς, qđ eſt oculos contorquere, diſtorquere exponit. Verùm apud Hip. ἰλλαίνειν oculis eſſe diſtortis & peruerſis ſignificat, vt ἰλλαίνειν neutrum eſſe videatur. Sic ægr. 3. lib. 3. Epid. δεξιῷ ἴλλαινε ſcribitur, quod eſt dexter oculus peruerſus eſt. Quę phraſis ẽt reperitur ægr. 11. Et lib. 4. Epid. (p.329.14.) ἀριστερῷ δὲ ἴλλαινεν αἰνῶς ὁ ὀφθαλμὸς ὀδυνώμενος, ex ſiniſtra autem parte oculus graui cum dolore diſtortus eſt. Etſi illic variam exemplarium lectionẽ expreſſimus noſtris eum in locum Annor. In Coac. quoq; Præn. (p.430.26.) ἰλλαίνων ὀφθαλμὸς, διαστρεφόμενος oculus pueruſus & diſtortus dicitur. Sic enim ὀφθαλμοῦ διαστρέφεσθαι ſcribit Hipp. in Progn. & Coac. Præn. (p.426.9.) & aph. 49. libr. 4. quod oculum peruerti vertit Celſus. Atq; hãc iſtius dictionis notionem agnoſcit Pollux apud Hippocratẽ, cùm ſcribit lib. 2. ἱπποκράτης δὲ ὀφθαλμὸν ἰλλαίνειν φησὶ τὸν διάστροφον γιγνόμενον. Quibus ſanè verbis indicat ἰλλαίνειν dici Hippocrati

de

de oculo diſtorto & peruerſo. Vt certè nõdum apud Hip. ἰλλαίνῃ ὀφθαλμὸς, ꝓ διαστρέφειν legerim, & διαστρέφεσθαι pro διαστρέφειν lubẽtius apud Gal. ſcribendum exiſtimarim. Eſt & ἰλλαίνεσθαι διαστρέφεσθαι, diſtorqueri aut cõtorqueri, quo vtitur Hip. de oculis libr. 3. de morb. (p.161.51) ἢν οἱ ὀφθαλμοὶ δακρύωσί τι ἢ ἰλλαίνωνται), & oculi peruertuntur & lachrymas emittũt. Ad eamq; notionem accedunt exẽplaria in quib. κατιλλαίνονται aut κατιλλαινόμεναι φωναὶ ſcribuntur lib. 3. Epid. h. e. voces diſtortæ, peruerſæ, ꝓ vitiatis, impeditis & ex diſtillatione in fauces interceptis. Qua de re & dictione plura ẽt noſtris in eum locum Annot. ſcripſimus. Hæc aũt omnia à dictione ἴλλος deducuntur. ἴλλους aũt τοὺς ὀφθαλμοὺς ἰωνικῶς ὀνόμασαν, vt ſcribit Pollux. Eſt & ἰλλὸς, στραβὸς, στρεβλὸς, διεστραμμένος, qui peruerſam aut diſtortã habet oculorum aciẽ, Sudæ & Heſychio. ἴλλωσις ὀφθαλμῶν eſt oculi puerſio & diſtortio, in Pror. (p.191.18.) & Coac. Pr. (p.433.14.) Etſi exemplaria publicata εἴλωσιν legunt ab εἰλέω qđ eſt voluo, agito, verto, implico, περιστρέφω. Verùm nos eam vitiatã eſſe lectionẽ diximus, & ἴλλωσιν ex Gal. com. 2. in lib. 3. Epid. & Coacis legimus. Idẽ quoq; Gal. ὀφθαλμῶν ἴλλωσιν, διαστροφὴν exponit. Sic ἰλλώδη ὄμματα oculi diſtorti aut peruerſi dicũtur lib. 1. περὶ γυν. (p.245.3) θράσος ὀμμάτων ἰλλώδεων, oculorum puerſorum ferocitas. Eadem quoq; ab ἴλλω nonnulli deducunt aut ab ἰλλέω quod idem qđ ἰλλώπτω, aut ἰλλωπῶ, aut ẽt ἰλλαίνω ſignificat, aut ab ἴλλω, qđ εἰλεῖ & συστρέφω, h. e. voluo aut cõuoluo, aut ẽt δεσμεύω, vincio, arcto, indicat. ἴλλω etiam συγκλείω Galeno ſignificat in Exeg. vt & συνέχειν, σφίγγειν, concludere, continere, conſtringere. Ad quas ſignificationes reſpexerũt qui κατιλλομένας φωνὰς aut κατιλλομένας apud Hip. legunt lib. 3. Epid. & διαστρεφομένας aut διαστρεφομένας, aut συμφυρομένας, συστρεφομένας & συνδεδεμένας exponunt, h. e. voces ꝑuerſas, conuolutas, contortas, vinctas aut præpeditas. Sic & τὴν γῆν ἰλλομένην περὶ τὸν πόλον variè accipiunt apud Platonem in Timæo. Ariſt. nanq; lib. 2. de cœlo εἰλουμένην ἢ κινουμένην exponit, & Platonem exiſtimat terram circum polum verti velle ac agitari aut circumuolui. Qua in opinione fuiſſe ẽt Plat. in Timæo quibuſdam videri ſcribit M. Tullius in Lucullo. Eã verò Ariſtot. opinionem Simplicius calumniæ inſimulat, & ἰλλομένην δεδεμένην, h. e. alligatam & adhæreſcentem exponit. Proclus quoq; Ariſt. etiam ſententiam improbans, σφιγγομένην, conſtrictam exponit. At Gal. com. 3. in lib. 3. Epid. (p.423.14.) hæc Plat. verba adſcribens, εἰλουμένην nõ ἰλλομένην legit, & κατειλουμένην ἢ ἀπωθουμένην explicare videtur, hoc eſt, contractam, coactam, propulſam, conuolutam. Quæ tamen Platonis verba fœdiſſimè noſtris in codicibus deprauata leguntur. ἰλλαίνειν porrò idem Gal. (ibid.) διαστρέφειν ſignificare ſcribit, & inter obſcuras & parum vſitatas Hip. dictiones reponit.

Ἰλὺς, ύος, ἡ, fœx vini dicitur ex Ariſt. lib. 3. de gener. animal. Sic lib. 1. περὶ γυναικ. (p.250.40) σμῆγμα ἐκ τῆς ἰλύος, ſmegma ex vini fœce vteri vlceribus colluẽdis adhibetur. Hinc ἰλυώδεις ὑποστάσεις, ſedimentum limoſum in deiectionibus, in Prorr. (p.216.23.) & Coac. Pr. (p.442.17.) & ἰλυώδεα limoſa alui recrementa, ib. (p.440.39.) Sunt & ὑποστάσιες ἰλυώδεες, in vrinis, ſedimenta limoſa, & vini fœcibus ſimilia, in Coac. Præn. (p.442.38.)

¶ Ἱμείρεσθαι deſiderio & cupidine teneri, deſiderare, cupere, concupiſcere, lib. 1. περὶ γυν. (p.233.30) ἢ ἱμείρεται ἐν ἀλφιζομένοις ὡς ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ, & deſiderio tentatur non ſecus ac vterum gerens. Rurſus ibid. (p.234.23.) ἱμειρομένης τι ἢ συνιούσης ἀνδρὶ, hoc eſt, muliere viri congreſſum appetente, aut muliere appetente & viri cõgreſſu fruente. Et rurſus ib. (p.241.39.) ἱμείρεσθαι ἀλλοκότων ἀεὶ βρωμάτων, alienos ſemper cibos appetere, de prægnante dicitur. Erotianus ἱμείρομαι apud Hip. ἐπιθυμῶ exponit, hoc eſt, deſidero, appeto, aut cupidine teneor, & ἵμερον, ἐπιθυμίαν, adducto Homeri verſu, ὡς σέο νῦν ἔραμαι, καί με γλυκὺς ἵμερος αἱρεῖ, vt nunc te amo, & me dulcis cupido tenet, qui legitur Il. γ. (v.446.) & Il. ξ. (v.228.) vbi ἵμερος deſiderium amatorium & cupidinem veneream, congreſſum Helenæ concupiſcentis Paridis, & Iouis Iunonis, denotat, vt & aliàs ἵμερος Il. ξ. (v.198. & 216.) & ἱμείρεσθαι (v.163.) non ſecus ac ἱμείρεσθαι apud Hipp. mulieris congreſſum ſignificat. Dicitur & ἱμερῶσθαι τοῦ ἀνδρὸς Hippocrati, cum viro concumbere, congredi, & ἱμερῶσθαι propriam quãdam ſignificationem mulieris cũ viro cõgreſſus includit, quòd amoris quoddam deſiderium aut cupidinem contineat: lib. 1. περὶ γυν. (p.237.26.) ἱμερῶσθαι χρὴ τοῦ ἀνδρὸς, ἢν ἄριστα ἔχωσιν αἱ ὑστέραι, cum viro congredi oportet, ſi optimè habuerint vteri. Sic ἱμερωθῶσιν αἱ γυναῖκες, cũ viro congreſſæ mulieres, viri congreſſu fruentes & potitæ dicuntur lib. 1. περὶ γυν. (p.239.27) Quem mihi locum diſertis verbis expreſſiſſe videtur Gal. in Ex. vbi ἱμερωθεῖσαι politum ſcribit apud Hip. αἳ τῆς ἐπιθυμίας τυχοῦσαι, ἀνδρὶ μιγεῖσαι, h. e. quæ cum viro congreſſæ ſunt, & viri congreſſu potitæ. ἱμείρεται etiam exponitur Heſychio, ἐρᾷ, ἐπιθυμεῖ, ποθεῖ, amat, cupidine tenetur, deſiderat aut concupiſcit.

¶ Ἰνδικὸν dicitur Hip. quod Perſæ piper vocant, cuius fructus rotundus μυρτίδανον vocatur: Sic enim ſcribitur lib. 2. περὶ γυν. (p.288.28) τὸ ἰνδικὸν ὃ καλέουσιν οἱ Πέρσαι πέπερι, καὶ ἐν τούτῳ ἔνι στρογγύλον, ὃ καλοῦσι μυρτίδανον. Gal. in Exeg. vocum Hippocratis ſcribit eos qui medicamentorum nomenclaturas ſcripſerunt, ἰνδικὸν exiſtimaſſe eſſe τὸ ζιγγίβερι, ex eo deceptos quod ipſum piperis eſſe radicem exiſtimarent, cùm tamen conſtet diuerſas eſſe plantas gingiberis & piperis ex Dioſc. Anazarbæo cap. 189. & 190. lib. 2. Dioſcor. verò iuniorem qui vocũ expoſitiones ſcripſit, ἰνδικὸν exiſtimare plantã eſſe in India naſcentẽ, piperi aſſimilẽ, & eius fructũ μυρτίδανον vocari, ꝙ myrto ſimilis ſit: ἰνδικοῦ ẽt φαρμάκου meminit

Θηρίον vlcus ferum aut ferinum ( quod vlcus tetrum dicit Lucretius) & κακόηθες, quodq́; in feritatem tranſiit dicitur Hippocrati. Gal. in Exegeſi, θηρίον explicat, τὴν τε ἕλμινθα καὶ τὸ ἄχειον ἕλκος, ὡς ἐν τῷ περὶ τόπων τῶν κατ᾽ ἄνθρωπον. θηρίον ἐπὴν τὸ σῶμα ἐπέρχεται διὰ τόδε, καὶ, ὁκόταν ἀφίκηται ὁ ἰχὼρ ἀπορρέων, σήπει καὶ μετεωρίζει. hoc eſt lumbricum & vlcus ferum, velut Lib. de locis in homine. Vlcus ferinum hac de cauſa corpus inuadit. Et, vbi deflues ſanies ad eam [carnem] peruenerit, putrefacit & in tumorem attollit. Qui locus legitur (p. 72. 42. & 46.) Idem Gal. adſcribit θηρίον ab Hippocrat. lib. περὶ χυμῶν & aliis in locis τὰ ἐν τοῖς ὀντέροις συμπτώματα δηλοῦν, τὰς ἕλμινθας δηλονότι καὶ τὰς ἀσκαρίδας, intestaneorum animalia indicare, nimirum lumbricos & aſcaridas. Locus autem libri περὶ χυμῶν habetur (p. 114. 37.) Sic & φθινόπωρον θηριῶδες cùm effert Hippocr. ad vnum aliquod ex his ſignificatis referri ſcribit. Interdum verò & τὸ φθινῶδες ſic vocare, quod tabem, aut malignam humorum corruptionem ac putredinem indicat. Sed aduertendum eſt apud Galenum legi in omnibus in exemplaribus φθινοπώρου θηριῶδες, pro φθινοπώρῳ θηριῶδες, & per hanc ſcripturam locum lib. 2. Epid. (p. 311. 23.) ſubindicari, vbi tamen θηριώδεα malè legitur, aut locum lib. 6. Epid. aph. 13. ſect. 1. Aut certè per φθινόπωρον vtranque lectionem ſubnotare voluiſſe Gal. exiſtimandum eſt.

Θηρία certe vlcera maligna & ferina ſignificant Hipp. in Coac. Prænot. (p. 438. 26. & 28.) ἐν λειεντεριώδεσι μετὰ θηρίων. Inteſtinorum læuitate laborantibus cum ſæuiſſimis vlceribus. Et, οἱ ἐν λειεντεριώδεσι μακροῖσι ἅμα θηρίοισι. Inteſtinorum læuitate laborantes cum malignis vlceribus. Sic θηρία pro interaneorum animalibus & lumbricis aluum infeſtantibus vſurpantur in Coac. Prænot. (p. 432. 24.) καρδιαλγικὰ καὶ μετὰ στρόφου κοιλίης θηρία καταρρήγνυται. Oris ventriculi dolores etiam cum inteſtinorum cruciatu, interaneorum animalia deiiciunt. Et aph. 6. ſect. 7. lib. 6. Epid. καὶ τὰ θηρία οἷα ἐστιν. Quinetiam vidēda ſunt quænam interaneorum animalia inducant. Quem locum etiam Cōmentarii qui Galeni nomine non ita pridem prodierunt, de lumbricis aluum infeſtantibus exponūt, & θηρία morbos ferinos ac ſæuos ſignificare ſcribūt.

Θηριῶδες quicquid eſt ferinum aut malignum indicat, aut ea dictione intelliguntur morbi qui à feris nomen deſumūt, vt elephas, cancer, aut in quibus animalia gignuntur, vt lumbrici & aſcarides, aut phthiſis ipſa, in qua velut feris vngues incuruantur. Et φθινοπώρῳ θηριώδεα dicitur Hipp. quòd autumno omnia huiuſmodi graſſentur, isq́; ſua malignitate & feritate hos morbos inſignemq́ue humorum prauitatem procreet, aut quòd autumno morbi grauiſſimi & exitiales, non ſecus ac feræ in corpus noſtrum ſæuiāt. Gal. Com. 1. in lib. 6. Epid. (p. 451. 50.) εἴ τε τὰς ἀσκαρίδας, εἴ τε τὰς ἕλμινθας λέγει τὸ θηριῶδες, εἴ τε ἐλέφαντα, καὶ καρκίνον, εἴ τε φθίσιν, ὥς τινες ἤκουσαν, εἴ τε πᾶν τὸ κακόηθες, εἰκότως ἐν φθινοπώρῳ τὰ τοιαῦτα γίνεται πάντα. hoc eſt, ſiue aſcaridas, ſiue lumbricos τὸ θηριῶδες dicat, ſiue elephantem, ſiue cancrum, ſiue tabem, vt nonnulli voluerunt, ſiue quicquid malignum eſt, iure hæc omnia autumno procreantur. Poteſt etiam θηριῶδες dici de autumno in quo deſipiētiæ ferinæ aut vehementes melancholię ab atra & retorrida bile fiunt, in quibus ægri ferarum more obuia quoſque impetunt & feriunt. Etſi Gal. in Exeg. τὸ θηριῶδες Hippocrati de lumbricis aut aſcaridibus & inteſtinorum animalib. ſumi vult, aut etiam τὸ φθινῶδες intelligi poſſe, quod de autumno dicitur qui ſua humorum prauitate exitialiſſimos & grauiſſimos morbos creat qui corpus conſumunt & tabefaciunt. (ἐν φθινοπώρῳ ὀξύταται νόσοι καὶ θανατωδέσταται, vt ſcribitur lib. 2. Epid. ſect. 1. & aph. 9. lib. 3.) aut propter tabem quæ ſolet plurima hoc tempore infeſtare. Sic φθινόπωρον θηριῶδες vocat Aretæus cap. 9. lib. 2. περὶ αἰτιῶν καὶ σημείων ὀξ. παθῶν, vir Hippocratis dicendi grauitatē propemodum conſecutus. Erotianus τὸ θηριῶδες explicans ex aph. 13. lib. 6. Epid. ſect. 1. ſcribit quibuſdam videri Hippocratem hanc dictionem ad vlcera maligna referre, quæ θηριώματα vocantur, quæ nimirum vt plurimùm autumno gliſcūt propter aeris inæqualitatem. Quoſdam etiam ad paruos lumbricos, qui tunc maximè gignuntur, referri exiſtimare, quoſdam quoq; ad tabem. Heſychius etiam θηρίον πάθος τοῦ σώματος exponit ὃ ἐκ χρονίως καλεῖται. Vbi θηρίον (ſi modò vera eſt lectio ac non θηρίωμα potiùs ſcribendum) θηρίωμα ſignificatu videtur.

Θηριώδης βὴξ tuſſis ferina, maligna dicitur Hipp. aph. 11. ſect. 2. lib. 6. Epid. Vbi ſcribit Gal. quoſdam interpretes huiuſmodi tuſſim intelligere ſiccam, quæ lumbricis ad os ventriculi ſurſum repētibus & illud lancinantibus excitatur. Quoſdam etiam ad tabidorum tuſſim accommodare, quoniam his vt feris vngues incuruentur. Alios etiam θηριῶδες ἀντὶ τοῦ κακοήθους, hoc eſt pro maligno ſumere, quæ Galeni eſt opinio, vt θηριώδης βὴξ dicatur quæ maligna eſt & perniciosa neq; vllum abſceſſum fore indicat, vt quæ nullam concoctionem expectet. Idem Com. ad aph. 16. eiuſdem ſect. lib. 6. Epid. in tuſſi ſicca quæ (vt loquitur Hippocr.) οὐ τῷ θηριώδει ἀλλὰ τῷ πνεύματι excitatur, τὸ θηριῶδες his verbis explicat. γινομένων δὲ βηχῶν ξηρῶν καὶ διά τινα κακοήθειαν τοῦ νοσήματος, ἣν ἑξῆς ὁποία τίς ἐστιν ἐρῶ, ταύτας ἀφορίζων τὰς ἐν τῷ νῦν λόγῳ βῆχας, οὐ τῷ θηριώδει φησὶν αὐτὰς ἀλλὰ τῷ πνεύματι γίγνεσθαι. τινὲς δὲ οὐχ ἁπλῶς τὸ κακόηθες ἅπαν ἠξιώκασι λέγειν, αὐτὸ θηριῶδες, ἀλλ᾽ ἔνιοι μὲν τὴν φθίσιν, ἐπειδὴ γρυπουμένων τῶν ὀνύχων, θηρίοις κατά γε τοῦτο ἐοικότες φαίνονται, τινὲς δὲ θηρίωμα καλεῖσθαί φασιν ἰδίως τὸ ἐν τῷ πνεύμονι ἕλκος. ἔνιοι δ᾽ ὅταν ἐπὶ τὸ στόμα τῆς γαστρὸς ἀνέλθωσιν ἕλμινθες, ἐρεθίζειν αὐτάς φασι βῆχας, μήτε λόγῳ τοῦτο ἀποδεῖξαι δυνάμενοι, μήτε τῇ πείρᾳ. τὸ κακόηθες οὖν ἄμεινον ἀκούειν θηριῶδες, ἐάν τε ἀπὸ κεφαλῆς καταφερομένου ῥεύματος βήττωσιν, ἐάν τε ἐφ᾽ ἕλκει τῶν κατά τι τῶν ἀναπνευστικῶν,

ἢ τοῖς

ἢ ὅτε καὶ ταῖς γινομέναις ἀναπτύμασιν, καὶ τὸ ἐπὶ ταῖς καταρροϊκοῖς ἐμπτύσμασιν. ἕτεραι δὲ τούτων εἰσὶν αἱ ξηραὶ βῆχες, αἱ διὰ δυσκρασίαν τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων, ἢ τραχύτητα τῆς φάρυγγος, ἢ τῆς τραχείας ἀρτηρίας ἀποτελούμεναι, ποτὲ μὲν ἐξ ἐδεσμάτων, ἢ πομάτων τραχυνόντων, ἐνίοτε δὲ καὶ ἐκ τοῦ περιέχοντος ἀέρος. Cùm autem tuſſes ſiccæ oriantur ex aliqua etiam morbi malignitate, quæ deinceps nobis quaſnam ſit dicetur, eas ab his, de quibus nunc loquitur, diſtinguens ait, οὐ τῷ θηριώδει, ἀλλὰ τῷ πνεύματι, hoc eſt, non ex malignitate, ſed ab aëre fieri. Quidam verò non ſimpliciter omnem malignitatem τὸ θηριῶδες ipſam vocare exiſtimant. Verùm alii quidem φθίσιν, hoc eſt, tabem, quoniam incurueſcentibus vnguibus in eo certe feris ſimiles videntur. Alii verò θηρίωμα ꝓpriè vocari pulmonũ vlc⁹ dicunt. Alii etiam lumbricis ad os ventriculi aſcendentibus ipſas irritari tuſſes aiunt, id tamen neque ratione, neque experientia demonſtrare poſſunt. θηριῶδες igitur malignum intelligere præſtat, ſiue decumbente ex capite fluxione tuſſiant, ſiue ex vlcere cuiuſdam reſpirationi dedicatorum inſtrumentorum ſiue ex aliquo in iiſdem exorto abſceſſu, ſiue ex dictis ſuppurationibus. Sunt autem ab his diuerſæ tuſſes, non malignæ, ob intemperiem reſpirationi dicatorum organorum, vel faucium, vel aſperæ arteriæ excitatæ, nonnunquam etiam ex cibis vel potibus exaſperantibus, interdum verò ex ambiente nos aëre. Quæ certe integra Galeni verba eò libentius aſcripſimus, quòd in exemplaribus noſtris admodum ſint corrupta & vitiata. Atque eadem notione θηριώδεα τὰ ἐμέσματα dicuntur in Coac. Prænot. (p. 444. 17.) vomitiones malignæ, quibus humorum prauitas & feritas indicatur, aut etiam lumbrici redduntur.

Θηριώδεες παρακρούσιες ſunt Hippocrati ferinæ deſipientiæ & mentis emotiones in quibus ferarum more efferuntur ægri, aut calcitrant, aut mordent, aut feriunt & adſtantes impetũt, in Prorrh. (p. 177. 50.) & Coac. Prænot. (p. 426. 24. & p. 428. 17.) Eas his verbis exponit Gal. Com. 1. in Prorrh. (p. 177. 57.) θηριώδεις ὀνομάζει παραφροσύνας ἐν αἷς καὶ πατοῦσι, καὶ λακτίζουσι, καὶ δάκνουσι, καὶ χαλῶσιν ὡς πολεμίους τοὺς εἰσιόντας νομίζοντες. ferinas deſipientias vocat, in quibus ægri calcitrant, pedibus feriunt, mordent, & excandeſcunt, eos qui ingrediuntur tanquam hoſtes reputantes. θηριώδεα παρακρούοντα etiam dicuntur in Prorrh. (p. 210. 27.) eædem ferinæ deſipientiæ & furioſæ, vehementiores quàm melancholicæ & admodum malignæ. Sic enim eas illic explicat Gal. ἐνδείξασθαι δὲ διὰ τῆς φωνῆς ταύτης ἐπιτείνεσθαι τοῦ μελαγχολικοῦ. ἑτοῖμοι γὰρ ὄντες εἰς τὸ κακουργεῖν τοὺς πέλας τῶν μελαγχολικῶν παρακρουόντων, ὅταν μεγάλας ποιῶνται τὰς κακουργίας, θηριώδεις αὐτὰς ὀνομάζει. Hac autem voce melancholici affectus intentionem indicauit. Cùm enim qui melancholicè & vehementer delirant prompti ſint ad inferẽda ꝓpinquis mala, vbi ingentia mala perpetrant, ferinas deſipientias appellat.

Θηριώδης δίαιτα ferinus victus, cum brutis communis, quo priſcis ſæculis homines vtebantur, lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 5. 28. & p. 6. 27.) ἀγρίη καὶ θηριώδης, agreſtis & belluinus, cuius ἀγριότητα καὶ ἀκρασίην, feritatem & intemperantiam à priſcis Medicis mitiore victu inuento domitam ſcribit Hippocr.

Θηριώδεες ægri dicuntur qui lumbricis vexantur aut febribus quę lumbricos gignunt ſua malignitate & inſigni humorum prauitate, velut quæ autumno graſſantur. Lib. 4. Epid. (p. 329. 40.) θηριώδεες ἐν τῇσι κρίσεσι, lumbricis conflictati circa iudicationes, ægros intelligens qui febribus laborantes ſub earum declinationem ac ſolutionem lumbricos aut aſcaridas reiiciebant, erecta naturæ vi morbum propulſantis.

¶ Θλάσις aut θλάσμα, contuſio aut colliſio, vulnus in carne aut muſculo ex telo graui. Eſt & θλάσμα authori Definit. Med. (p. 399. 44.) ὑποχώρησις τοῦ κρανίου εἰς τὸ βάθος δίχα κατάγματος. γίνεται δὲ ἐπὶ τῆς παιδικῆς μάλιστα ἡλικίας. νοήσεις δὲ καὶ σαφέστερον τὸ εἰρημένον, ἐπὶ τῶν κασσιτερίνων σκευῶν τοῦτο συμβαῖνον κατανοήσας. caluæ receſſus in profundum abſque fractura, fitque potiſſimùm in puerili ætate. Planiùs verò quod dictum eſt intelliges, ſi quod ſtanneis vaſis contingit contemplatus fueris. θλάσις dicitur etiam Galeno extremo lib. 2. de Cauſ. morb. (pag. 211. 41.) θλάσιν τὴν ἐμβρυοθλάστην ὅπερ καὶ πίεστρον καλεῖται, exponit Gal. in Exeg. inſtrumẽtum contundendo fœtui accommodatum, quod πίεστρον vocatur Hippocr. lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 252. 23.) Huc enim referri oportere exiſtimo quod addit Galen. τοιοῦτον ἐν τῷ πρώτῳ τῶν γυναικείων. Et certe θλάστην melius quàm θλάσιν apud Gal. legi puto.

Θλῖψις στομάχου, ſtomachi compreſſio, quæ fit ex ciborum copia ſola quantitate moleſtorum, neque vlla inſigni qualitate præditorum, aut ab humoribus quibuſdam non mordacibus in ventriculum confluentibus. Gal. in Iſagoge pulſuum (p. 7. 8.)

Θλαστήριος vide Θυλητή antea.

¶ Θολερὸν πνεῦμα, turbidum ſpiritum, μέγα καὶ ῥοιζούμενον, magnum & concitatum exponit Gal. in Exeg. ex lib. περὶ χυμῶν (pag. 115. 2.) & Prorrh. (p. 182. 56. & p. 197. 53.) & Coac. Prænot. (p. 425. 37. & p. 429. 16.) Verùm inter obſcuras reponitur iſta dictio, nec eſt ſatis ab interpretibus explicata, neque propriè reſpirationi attributa, vt ſcribit Gal. Com. 2. in Prorrhet. his verbis. τὸ δὲ θολερὸν πνεῦμα, τί ποτε δηλοῖ τῶν ἀσαφῶν ἐστι, καὶ μάλιστα ὅτι μήτ' ἐν τῷ προγνωστικῷ, μήτ' ἐν ἀφορισμοῖς, μήτ' ἐν ἄλλῳ τινὶ τῶν γνησίων ὁ Ἱπποκράτης συγγραμμάτων εἴρηκε πνεῦμα θολερὸν, ὥσπερ οὖρον. ἀλλὰ τὸ μὲν οὖρον ὁποῖόν ἐστι τὸ θολερὸν, ἡμεῖς τε νοοῦμεν ἀκούοντες ἑκάστοτε τῶν ἀνθρώπων λεγόντων θολερὸν ὕδωρ, καὶ ὁ Ἱπποκράτης ἐδίδαξεν αὐτὸ σαφῶς, ὅσα ἐν τῇ ὑποστάσει ἀναταράξεις. εἰκάζει δὲ αὐτὸ καὶ οὔροις τῶν ὑποζυγίων. ὁ μὲν ὁποῖόν ἐστι τὸ θολερὸν πνεῦμα χρὴ νοεῖν δῆλον ἐστιν, ἐπεὶ μηδεὶς λέγει ὥσπερ ὕδωρ θολερὸν, οὕτω καὶ ἀέρα. πλὴν εἴ τις ἀτμοῦ μεστὸν ἀκούσειεν, ὥσπερ καὶ ἤκουσάν τινες τῶν ἐξηγησαμένων τὴν προκειμένην ῥῆσιν, καὶ λέγουσί γε ὥσπερ ἐν τῆς

ἀποχεόμενον ἱδρῶτα κατὰ τὰς συγκοπὰς ὁρῶμεν, οὕτως ἔσω τὴν ῥύσιν τῶν ὑγρῶν, ἐπὶ τῶν ἔσω διαφορουμένων ἀρῥώστων γίγνεσθαι. καὶ διὰ τοῦτο παμπόλλην ἀτμὸν ἐκπέμπεσθαι διὰ τῆς ἐκπνοῆς, καὶ τοῦτ᾽ εἶναι τὸ θολερὸν πνεῦμα. Quid verò denotet θολερὸν πνεῦμα, hoc eſt, turbida ſpiratio, in obſcuro eſt poſitum, ac præſertim quòd neque in Prognoſtico, neque in Aphoriſmis, neque in quoquam germano libro, θολερὸν πνεῦμα dixerit Hippocrat. velut οὖρον, hoc eſt, vrinam. Verùm quænam vrina ſit turbida, tum intelligimus ex his qui quotidie aquam turbidam dicunt, tum eam quoque Hippocrates docuit, dicens, qualis vbi ſubſidentiam conturbaueris. Eam etiam veterinorum vrinis ſimilem facit. At neque quid per ſpiritū turbidum intelligere oporteat manifeſtum eſt, quòd nullus, vt aquam turbidam, ita & aërem dicat, niſi ſi quis vapore refertum obaudiat, veluti nōnulli præſentem dictionem exponentes ſumpſerunt, dicuntque, non ſecus ac foras effundi ſudorem in animi deliquiis conſpicimus, ita in ægris qui intus reſoluuntur, internum humorum effluuium fieri, eamque ob cauſam permultum vaporem per expirationem efferri, idque eſſe turbidum ſpiritum. Idem quoque ſcribit Gal. Com. 1. in ſent. 24. lib. 1. de humoribus, ac non eſſe θολερὸν πνεῦμα ab Hippocrate ſcriptum contendit. Rurſus ad extremum illius Com. 2. in Prorrh. θολερὸν πνεῦμα ænigmaticam eſſe dictionem ſcribit, & pro concitata expiratione, aut turbulento & laborioſo ſpiritu qui in ea effunditur ſumi, varieque ab interpretibus capi. πάλιν γὰρ ἐνταῦθα τὸ θολερὸν πνεῦμα, καθάπερ ἤδη καὶ πρόσθεν εὑρομεν ἀμφισβητουμένην ἔχον τὴν γνῶσιν. ἀλλ᾽ ἐν ἐκείνῃ μὲν τῇ ῥήσει τὸ κατὰ τὴν ἐκπνοὴν θολερὸν πνεῦμα εἰρῆσθαι ὑπό τινων, ὡς λέλεκται πρόσθεν φαίνεται. νῦν δὲ τὸ κατὰ τὰς ἐρυγὰς ἔοικε κελεύειν ἡμᾶς ἡγεῖσθαι λελέχθαι, καθάπερ ἄλλοι τὸ κατὰ τὰς φύσας. εἴρηται δὲ καὶ πρόσθεν, τὸ θολερὸν, οἱ μὲν, τὸ δυσῶδες, οἱ δὲ, ἀτμῶδες ἤκουσαν. Ac rurſus hoc loco θολερὸν πνεῦμα, hoc eſt, turbidum ſpiritum, quemadmodum iam antea, ambiguam habere notionem comperimus. Sed in illa dictione θολερὸν πνεῦμα de expiratione ab eo intelligi, vt dictum eſt, veriſimile videbatur. Nunc verò de ructibus dictum eſſe nos quidam exiſtimare iubent, quemadmodum alii de flatibus. Dictum etiam eſt antea, θολερὸν à quibuſdam τὸ δυσῶδες, hoc eſt, graueolens, ab aliis etiam ἀτμῶδες, hoc eſt, vaporoſum intelligi. At verò Galenus lib. de Tremore, palpitat, &c. (pag. 366. 54.) θολερὸν πνεῦμα, hoc eſt, turbidum ſpiritum, vocat craſſum, denſum, caliginoſum, nebuloſum, in muſculis aut cute corporis contentum, ex cauſis frigeſacientibus, denſantibus, & corporis meatus conſtringentibus, cui tenuis, purus, & limpidus opponitur.

Θολερὰ οὖρα de vrinis turbidis & returbatis ſolēne eſſe Hippocrati dici, ſcripſimus noſtris in ægr. a. lib. 1. Epid. Annotat. quales commemoratur aph. 70. lib. 4. Sic lib. 1. Epid. (p. 365. 38.) ſcribitur, οὖρα πάχος μὲν ἔχοντα, θολερὰ δὲ, οὐδὲ καθιστάμενα, οὐδὲ ὑφιστάμενα. Vrinæ craſſitudinē quidem habentes, ſed returbidæ, nihil conſiſtentes, neque ſubſidentes. Et ægr. a. lib. 1. Epid. οὖρα θολερὰ, ὑπομέλανα, vrinæ turbidæ, aliquantulum nigræ. Rurſus lib. 2. Epid. (pag. 315. 41.) οὖρον δὲ παχὺ καὶ θολερόν. Vrina verò craſſa erat & turbulenta. Neque verò abſimili notione alui deiectionibus θολερὸν attribuitur, vt alui fœces conturbatæ & craſſæ aut cœnoſæ intelligantur, quibus aquoſæ & liquidæ opponuntur. Lib. 2. Epid. (pag. 325. 48.) γλίσχρα δὲ καὶ κοπρώδεα θολερά. alui fœces viſcoſæ & conturbatæ. Rurſus ibidem (v. 42.) καὶ ἔστη κοιλίη ἐν θολερότητι. aluus etſi conturbata erat, reſtitit tamen. Θολερὰ ἐπιμήνια, mēſes turbidi, turbulenti, hoc eſt, cœnoſi, fœculēti, præſertim cùm κακώδεα iungātur, lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 236. 34.) in menſtruorum vitiis explorandis. Sic θολερὸν πτύαλον, ſputum turbidum, turbatum & turbulentum dicitur (ibidem p. 244. 44.) in menſtruorum purgatione ſurſum per os erumpente. Vbi ſputum intelligitur turbidum, cœnoſum, fœculentū, ſordidum, aut etiam infuſcatum & inquinatum, cùm ei ὑπομέλαν, hoc eſt, ſubatrum iungatur. Poteſt & δυσῶδες, hoc eſt, graueolens etiam intelligi, & menſibus, & alui fœcibus ac vrinis, eadem notione attribui. Eſt autem θολὸς propriè ſepiæ atramentum, fuſcus & turbidus humor quem ſepiæ emittunt & illis pro ſanguine eſt, quoque effuſo atramento infuſcata aqua abſconduntur, vt loquitur Plinius cap. 29. lib. 9. πολύπου θολὸν dicit Hippocr. lib. 2. de Morbis (pag. 157. 49.) de atra bile agens, quæ in atræ bilis morbo quandoque velut polypi atramentum vomitione refunditur. Sic Athenæus lib. 7. θολὸν polypo piſci tribuit. ἔχει δὲ καὶ τὸν λεγόμενον θολὸν, ὃ μέλανα καθάπερ σηπία, ἀλλ᾽ ὑπέρυθρον, ἐν τῇ λεγομένῃ μήκωνι. θολὸν verò ſcribit Heſychius, & τὸ τῆς σηπίας μέλαν exponit, ſepiæ atramentum. & θολερὸν, ταραχῶδες βορβορῶδες, τεταραγμένον, & θολοῦν, ταράσσειν.

Θόλικας legitur apud Hippocr. lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p. 113. 40.) ſed corruptū locum exiſtimo, & pro θόλικας, αἰθόλικας legi debere antea ſcripſimus, etſi illic φθοΐδας legit Cornarius.

Θορὸς ſemen genitale & genituram ſignificat, γονὴν, lib. 2. de Morbis (p. 152. 23.) προέρχεται οἱ θορὸς πουλὺς καὶ ὑγρὸς. prodit ipſi ſemen genitale multum & liquidum. de tabe dorſali laborante agitur. Galen. tamē Com. 1. in Progn. (p. 133. 57.) θορὸν & σπέρμα quibuſdam diſtingui innuere videtur, quod θορὸς ſemen ipſum & ſeminis excretionem indicet; σπέρμα verò vim ſemini inſitam, non ipſam ſeminis ſubſtantiam. Dicitur autē θορὸς ἔκκρισις τοῦ σπέρματος, παρὰ τὸ θορεῖν, τὸ ὁρμᾶν, διὰ σπέρμα μεθ᾽ ὁρμῆς πέμπεται. θορεῖν etiam ὁρμᾶσθαι, ὀχεῦσαι, exponit Heſychius, cui θόρος etiam ἡ ἔκκρισις τοῦ σπέρματος exponitur.

Θορυβέειν eſt tumultuari, tumultū & turbas excitare. Hipp. in Epiſt. (p. 526. 2.) ὥσπερ γὰρ δμῶες τε καὶ δμωΐδες ἐν τῇσιν οἰκίῃσι θορυβέοντες καὶ στασιάζοντες. Quemadmodum enim famuli & famulæ in domibus tumultuantes & ſeditionem excitantes. Inde θόρυβος turbationem ac perturbationem

tionem in corpore ſignificat, atque eo nomine commune periculoſorum affectuum accidens denotatur, in quibus non tantùm ægri, verumetiam medici perturbantur. In Progn. (p. 131.4.) & Coac. Prænot. (p. 432. 20.) σφυγμὸς ἐν τῷ ὑποχονδρίῳ, θόρυβον σημαίνει ἢ παραφροσύνην, pulſatio in præcordiis perturbationem aut deſipientiam indicat. Vbi ſcribit Gal. θόρυβον μὲν σημαίνεσθαι, ἐπὶ κοινῷ συμβεβηκότι πάντων τῶν κινδυνωδῶν διαθέσεων, ἐφ᾽ αἷς οὐ τοῖς κάμνουσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἰατροῖς θορυβεῖσθαι συμβαίνει. perturbationem quidem indicari, cõmuni vno periculoſorum omnium affectuum accidẽte, in quibus non ſolùm ægros verumetiam medicos perturbari contingit. θορυβώδης γνώμη, mens perturbata, aut quæ promptè perturbatur. Prorrh. x. (p. 418.14.) Sic θορυβώδης γέλως, riſus cũ perturbatione in ſepti tranſuerſi vulnere, lib. 5. Epid. (p. 342.30.) riſus tumultuoſus. Neque tam ad riſum refertur, quàm corporis perturbationem ſpectat. θορυβεῖσθαι etiam quod perturbari ſignificat, videtur de vrina returbida efferri Hippocr. lib. 7. Epid. (p. 358.46.) ἐν τῷ οὔρῳ πολλὰ τὰ ἐμφερόμενα ἦν, ἐθορυβήθη μετὰ ταῦτα. per vrinam multa efferebantur, quæ poſtea returbida facta eſt. Sed meliùs ad mentis perturbationem refertur, quemadmodum θόρυβος ſæpius Hippocrati vſurpatur.

Θοῶς, velociter, celeriter, gnauiter, lib. x. περὶ γυναικ. (p. x71.19.) οὐ γὰρ βαίνεται θοῶς, neq; enim celeriter cogetur. θοῶς, σφοδρῶς, ταχέως, exponit Heſychius.

¶ Θρᾶνον δίφρον ἀφοδευτικὸν, hoc eſt, ſellam familiarem (vt loquitur Varro) ad exonerandam aluum accõmodatam, exponit Gal. apud Hippocr. in Exeg. Verùm θρᾶνον legiſſe Gal. pro θᾶκον aut θῶκον ex lib. 7. Epid. reor.

Θρασέως παραφρονέειν, audacter deſipere, ferociter mente moueri, in Prorrh. (p. 194.48.) & Coac. Prænot. (p. 433. x0.) Sic θρασέως παραφρονέοντα dicuntur feroces mentis emotiones in Prorrh. (p. x10. x6.) quæ θρασεῖαι παραφροσύναι, Coac. Prænot. (p. 426. x4. & p. 428.17.) θρασυνόμεναι ἐπεγέρσιες, audaces expergefactiones & feroces, aut confidentes, in Prorrh. (pag. 206.36.) vbi θρασύνονται quibuſdam exemplaribus dicuntur. θράσος ὀμμάτων ἰλλωδῶν, oculorum diſtortorum ferocitas, aut oculi peruerſi cum ferocitate, libr. 1. περὶ γυναικ. (pagin. x45.3.)

Θράσσω vel θράττω, perturbo, moleſtiam affero. Heſychius θράττειν, ταράττειν, ὀχλεῖν exponit, affligere, perturbare, moleſtia afficere. Varinus addit ſignificare νύσσειν, κεντεῖν, δυσωπεῖσθαι, ὑφορᾶσθαι, pangere, ſtimulare, ſodicare, vellicare, agitare, auerſum eſſe & ſuſpicioſum. θράσσονται Galen. in Exeg. νύσσονται, κεντοῦνται exponit, pungitur, ſodicatur, quod etiam legitur apud Varinum, & θράττειν νύσσειν exponit Sudas. Vnde ἐνθράσσουσι apud Hippocrat. libr. de art. (pagin. 620. x8. & 30.) τὰ ὀστέα τὰ κατεηγότα ἐνθράσσει οὕτω μᾶλλον τὴν σάρκα. oſſa fracta hoc modo magis carnem intus pungunt. Et, καὶ τὰ ὀστέα ἧσσον ἐνθράσσει, & oſſa minus intus pungunt. ἐνθράσσουσι Galen. in Exegeſi exponit ἐγκείμενον νύσσει, cutem incumbentem pungunt. Quod etiam ſcribitur apud Varinum. Erotianus verò θράσσειν ex Bacchio κινεῖ νύσσει exponit, mouet, ſtimulat, & ex Heraclide Tarentino ἐρεθίζει, impellit, additq; etiam ſignificare ὀχλεῖ, affligit, perturbat. Idem quoque θράσσειν μαίνεσθαι (ſi modò vera eſt lectio) hoc eſt, inſanire ſignificare ſcribit, vt mihi videatur θράσσειν apud Hippocr. pro ἐνθράσσουσι legiſſe.

Θριγκὸς, ſeptum, vallum, munimentũ, ſepimentum ſignificat, περίβολος, περίφραγμα exponitur. Vſurpatur in Epiſt. (p. 535.32.) de lingua, ὀχυροῖς ὀδόντων θριγκοῖσι περιφρουρεῖται munitis dentium ſeptis cuſtoditur.

Θρὶξ de hepate efferri videtur Galeno in Exeg. apud Hippocr. & τρὶξ etiam ſcribi. Additque, τρίχας καλοῦσιν οἱ θύται ἐπειδὰν φανῇ κατὰ τὰ σιμὰ τοῦ ἥπατος ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ λοβοῦ φλέβιον στενὸν, εὐθὺ μέλαν, hoc eſt, τρίχας ſacrifici vocant, vbi iuxta ſimas hepatis partes ad dextram fibram venula anguſta, recta, nigra, apparet. Videtur autem eo nomine ſuperior hepatis pars denotari, iuxta quam fibræ inter ſe diuiduntur, τρὶξ dicitur Galeno vt & θρὶξ. His autem nominibus non videtur vſus Hippocr. niſi apud eum ἡ τοῦ ἥπατος σύριγξ pro θρὶξ aut τρὶξ ſcriptum videatur lib. περὶ γυναικ. φύσ. & libr. περὶ γυναικ. vt antea ſcripſimus.

Θρόμβος ſanguinis grumus aut ſanguis concretus, ἀθρόα τοῦ αἵματος πῆξις αἰσθητὴ, conferta ſanguinis concretio ſenſui obiecta, dicitur Galeno lib. de Tumor. præter naturam (pagin. 354.9.) θρόμβος etiam dicitur ſanguis concretus extra venas effuſus, vt in ſugillatis, vnde & θρόμβωσις ſanguinis affectio, quando is colliſa vena à graui aliquo contundente, in ſpatia vicina effuſus nigreſcit & in grumos coit, Galen. Comment. x. in lib. de fract. (pagin. 544.47.) ὅσα γὰρ θλάται σώματα, τὴν φυσικὴν ἕνωσιν ἀπόλλυται κατὰ πολλὰ μέρη καὶ μικρὰ διασπώμενα, καθ᾽ ἃ καὶ περιεκχεῖται τὸ αἷμα. τοῦτο οὖν τὸ ἐκχυθὲν αἷμα, δέχονται μὲν αἱ περιεχόμεναι χώραι τὴν φλέβα, δεξάμεναι δὲ οὐ φυλάττουσιν οἷον ἐδέξαντο. μελαίνεται μὲν γὰρ ἐν τῷ χρόνῳ, καθάπερ εἰ καὶ ἐκτὸς ἐκχυθὲν ἐχρόνισε, καὶ γίνεται πάθος ὃ καλεῖται θρόμβωσις, ἐξ οὗ παθήματος ἐγγινομένου τῷ αἵματι, θρόμβος μὲν ἤδη τὸ αἷμα καλεῖται καὶ ἔστι. μέλαν δὲ γίνεται τὴν χροιὰν, καὶ σήπεται ἐντεῦθεν μοχθηρῶς. Quæ nanque contunduntur corpora, vnitatem naturalem amittunt, multis ac paruis eorum partibus diuulſis, ex quibus etiam ſanguis circum effunditur. Hunc igitur effuſum ſanguinem loca quæ circum venam ſunt excipiunt, exceptum verò, non qualem receperunt conſeruant. Spatio enim temporis nigreſcit, non ſecus ac ſi foras effuſus longo tempore permanſiſſet. Contingitque ea affectio, quæ θρόμβωσις, hoc eſt, ſanguinis concretio nuncupatur, ex qua ſanguinis affectione, ſanguis quidem iam ipſe θρόμβος & eſt, & dicitur. Colorem verò nigrum atque etiam inde prauam putredinem acquirit.

Θρόμβοι ſanguinis grumos ſignificant aph. 80. lib. 4. ἢν αἷμα οὐρῇ καὶ θρόμβους, ſi ſanguinem aut grumos meiat. θρομβώδεα αἵματα, ſanguinis grumi aut ſanguis concretus, Coac. Prænot. (pag 427.16.) & θρόμβοι πηγνύμενοι, ſanguinis grumi concreti ex vtero effuſi lib. 4. Epid. (p. 336. 3.) θρόμβοι χολῆς πεπηγότες, bilis grumi concreti, lib. 2. de Morb. (pag 158. 25.) οὖρα θρομβώδεα, vrinæ grumoſæ, aph. 69. lib. 4. & Coac. Prænot. (p. 443. 14.) θρομβώδεις ἔμετοι, vomitus grumoſus, qui craſſa, nigra, retorrida, velut ſanguinis grumos reijcit, aut velut ſanguis niger & grumoſus. Coac. Prænot. (p. 444. 36.)

Θρόνος alta & excelſa ſedes eſt Hippocrati & ſublimis, aut in ſublimi poſita. Lib. περὶ ἰυχυμοῦ. (pag. 16. 34.) vbi ægrotum decubitus obſeruandos præcipit. οἱ μὲν γὰρ αὐτέων ἐς θρόνους, οἱ δὲ ἐς καταγαίους καὶ σκοτεινοὺς τόπους. Eorum enim quidam in altis, quidam etiam in ſubterraneis & tenebroſis locis decumbunt. Vbi θρόνοι ſublimes loci, alti ac lucidi, tenebroſis & ſubterraneis opponuntur. Etſi illic θώκους pro θρόνους quidam legunt, quæ videtur eſſe quædam illius dictionis explicatio, vt loca perflata intelligantur. Matthæi cap. 5. οὐρανὸς τοῦ θεοῦ θρόνος dicitur, pro ſede excelſa & in ſublimi poſita.

Θρύμματα ſunt fragmenta & fruſta, ἀπὸ τοῦ θρύπτεσθαι quod eſt κλᾶσθαι frangi. Lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 254. 37. & 39.) τὰ τῆς σκαμωνίης θρύμματα. ſcoriæ fruſta aut fragmenta. θρύμμα κλάσμα τοῦ ἄρτου exponit Heſych. panis fruſtum, τρύφος Suidas.

Θρώσκω, ſalio, inſilio, idem quod θορῶ. θρώσκει Heſychius exponit πηδᾷ, σκιρτᾷ, ἅλλεται, ῥίπτει, πίπτει. Hippocr. lib. περὶ καρδίης (pag. 56. 14.) πάλιν ἡ καρδίη θρώσκει ὑπὸ ἀσθενείης, niſi quòd non vehementer ſalit præ imbecillitate.

¶ Θύη, θυμιάματα, θύματα apud Hippocr. exponit Gal. in Exeg ſuffimenta, odoramenta. Eandem ferè explicationem adhibet Heſychius, niſi quòd θύματα pro θυήματα ponit. At eidem θυήματα ſunt τὰ ἐπιφερόμενα ἄλφιτα εἰς θυσίαν, hoc eſt, mola qua in ſacrificiis litabatur. τὰ θύεα dicuntur Homero τὰ θυμιάματα καὶ θυσίαι. ſuffimenta & ſacrificia. Il. ζ. (verſ. 270.) ἔρχεο σὺν θυέεσσι, θυμιάμασι καὶ θυσίαις exponit Scholiaſtes. Θύη etiam ἡ θυεία dicitur Hippocr. pila aut mortarium lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 284. 46.) ἐν θυῃ λιθίνῃ τρίβειν, in pila lapidea terito. θυία verò eidem dicitur lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 245. 27.)

Θύματα Gal. θυμιάματα exponit apud Hipp. in Exegeſ. ſuffimenta. Verùm θυώματα vſurpat Hipp. pro odoramentis ad ſuffiendum idoneis & aromatis lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 290. 14.) ἑψεῖν τὰ θυώματα ἐς τὸ μύρον ἐμβάλλοντα, odoramenta quæ in vnguentum inijciuntur, eoquito. Ea aliàs ſæpe ἀρώματα vocat (vt pag. 288. 2. & 220. 40.) Heſychius θύωμα, μύρον, ἄρωμα, exponit. At Erot. apud Hipp. θυμιάτων agnoſcit & ἀρωμάτων exponit, vt apud Gal. ex Hipp. θυώματα legi oportere ſuſpicer, & Erotianum θυμιάτων pro θυμιαμάτων legiſſe. Sic enim habent exemplaria lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 336. 46.) πυρίησον μὲν τῇ πυρίῃ τῇ ἐκ τῶν μαράθρων, ἔπειτα τῇ ἐκ τῶν θυμιαμάτων. primùm quidem fotu ex fœniculis, deinde eo quod ex ſuffimentis paratur. Et lib. περὶ ἐπικυήσιος (p. 51. 21.) ἀπό τε θυμιημάτων καὶ φαρμάκων, καὶ μαλθακτηρίων. idque ex ſuffitui aptis medicamētis & emollientibus. Et rurſus (v. 33.) στόμαχος μήτρης ἀπὸ μὲν θυμιημάτων ξυμμεμυκὸς, ἀναχάσκει. Vteri oſculum vbi conniuerà ſuffimētis quidem hians redditur.

Θυμβρίαν annotat Gal. in Exeg. ſic vocaſſe τὴν θύμβραν Hippocratem. apud quem tamen θυμβρίην reperio lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 220. 24.) ἀρώματα δὲ θύμον, θυμβρίην. ex aromatis autem thymum, ſatureiam.

Θυμιᾶν eſt ſuffire, odores incēdere. aph. 59 lib. 5. περικαλύψας ἱματίοισι θυμία κάτω. veſtimētis circunrectā per inferna ſuffito. Vbi ſcribit Gal. τὸ θυμιᾶν ῥῆμα τῆς ὕλης ἐνδεικτικὸν ἐστὶ τῆς θυμιᾶσθαι πεφυκυίας, λιβανωτοῦ δηλονότι, καὶ σμύρνης, καὶ στύρακος, καὶ τῶν ἄλλων θερμῶν μὲν τὴν κρᾶσιν, εὐωδῶν δὲ ἱκανῶς. θυμιᾶν verbum quod ſuffire ſignificat, materiam quæ ſuapte natura ſuffiri poteſt indicat, nempe thus, myrrham & ſtyracem, cæteraq; id genus tēperamēto calida & valde odorata.

Θύμοι etiam dicuntur carnoſa quædā germina aut tubercula quæ in pudēdis, ano, glande & præputio gignuntur, quorum meminit 14. Meth. med. cap. 13. & lib. de Tumor. præter nat. Thymia & thymi Latinis vocantur τὰ θύμια τὰ ἀπὸ τῆς πόσθης, hoc eſt, thymia cutis quæ glādem tegit, parthenium μικρόφυλλον dictū, ſanare ſcribit Hipp. lib. de vlceribus (p. 515. 15.) Thymiō (inqt Celſus cap. 28. lib. 5.) nominatur, quod ſuper corp⁹ quaſi verrucula eminet, ad cutē tenue, ſupra latius, ſubdurū & in ſummo aſperum, idq; ſummum colorē floris thymi repræſentat, vnde ei nomē eſt, ibiq; facilè finditur & cruentatur, nonnunquam aliquantū ſanguinis fundit, fereq; circa magnitudinē fabæ Ægyptiæ eſt, rarò maius, interdū perexiguū, modò vnum, modò autem plura naſcūtur, vel in talis, vel palmis, vel inferioribus pedum partibus. Peſſima tamē in obſcœnis ſunt, maximeq; ibi ſanguinē fundunt. Quanquam idem paulò ſupra thymiū vlcus eſſe dicit ex carcinomatū genere. θύμοι ſunt Paulo Æginetæ cap. 58. lib. 6. ἐκφύσεις ὑπεροχαὶ, ποτὲ μὲν ἐπὶ τῆς βαλάνου, ποτὲ δὲ ἐπὶ τῆς πόσθης συνιστάμεναι, carnoſa tubercula, quæ nunc in glande, nunc in præputio concreſcunt. Ex cap. 71. lib. eiuſdem. ὁ μὲν θύμος ὑπεροχή τίς ἐστι, ποτὲ μὲν ἐρυθρὰ, ποτὲ δὲ λευκὴ, κατὰ τὸ πλεῖστον ἀπόνως, ἐμφερὴς τοῖς τοῦ θύμου κορύμβοις. Thymus in cute eminentia quædam eſt, modò rubens, modò alba, plurima ex parte indolens, thymi corymbos referens. θύμοι in ano inter excretiones quæ ſecundum naturam fiunt recenſere videtur Hippocr. lib. περὶ τροφῆς (p. 110. 39.)

Θύμου, τοῦ ἀπὸ θύμων exponit Galen. in Exeg. verùm τοῦ ἀπὸ θύμων, hoc eſt, ex Thymis oriundo, leg. exiſtimo, & ſubindicari locum libr. 7. Epid. (pagin. 366. 22.) τοῦ τοῦ θύμου σφόδρα ἐν πυρετῷ καυσώδει, Ex Thymis oriundo in vehemente febre ardente. Aut certe ἐπὶ θύμου potiùs

potiùs legendum eſt, vt noſtris in eum locum Annotat. admonuimus, & apud Gal. . ὁ ἀπὸ Θύμων. Θύμους autem adſcribit Gal. eſſe ἔθνος Θρᾳκικὸν, Thraciæ populos.

Θυμὸς quoq; Hippocrati cupiditatem ad aliquid agendum indicat, vt βηξὸς θυμὸς, tuſſiendi cupiditas dicitur in Progn. (p. 148.24.) βῆξαι τε θυμὸς ἐγγίνεται αὐτέοισι, καὶ ἀποπτύουσιν οὐδὲν ἄξιον λόγου. cupiditas tuſſiendi eſt, & penè nihil in tuſſi
4.7.lib.2. excreatur, dixit Celſus. θυμὸν ibidem προθυμίαν exponit Galenus. Sic etiam θυμὸς dicitur Hippocrati in hydrope, irrita & ſtatim deſinens tuſſiendi cupiditas, qua nihil effatu dignum excreatur. Progn. (p. 135.19.) ὁκόσοισι δὲ ἀπὸ τοῦ ἥπατος οἱ ὕδρωπες γίνονται, βῆχαί τε καὶ θυμὸς ἐγγίνεται αὐτέοισιν, καὶ οὐδὲν ἀποπτύουσιν ἄξιον λόγου. Quibus à iecore aqua intercutem oritur, tuſſiendi quidem cupiditas ineſt, verùm nihil effatu dignum expuunt. Vbi ſcribit Gal. θυμὸν εἴρηκε τὴν οἷον προθυμίαν ἣν ἴσχουσι πρὸς τὸ βήττειν, ἐρεθιζόμενοι μὲν ὡς πρὸς τὸ σύμπτωμα, παραχρῆμα δ' αὐτοῦ παυόμενοι, καὶ μόνον ἀρχὰς τοῦ βήττειν πειρώμενοι. ὁ γὰρ τοῦ ἥπατος ὄγκος ἐγκείμενος ταῖς φρεσὶ, στενοχωρίαν ἐργάζεται τῷ πνεύμονι. παραπλησίας οὖν διαθέσεως γενομένης, τῇ κατὰ τοὺς ὄντως αὐτοῖς στενοχωρίας, δι' ἃς φλεγμαίνοντί τε καὶ καταρρεῖ ζόμενος ἐκ τῆς κεφαλῆς πάσχει, προθυμοῦνται μὲν βήττειν, ἐλπίζοντες ἐκ τοῦ κενῶσαι τὸ λυποῦν, ἰάσασθαι τὴν στενοχωρίαν. ἀρξάμενοι δὲ αὐτοῦ παραχρῆμα παύονται, διὰ τῆς πείρας αὐτῆς εἰς γνῶσιν ἀκριβεστέραν ἀφικνούμενοι τῆς διαθέσεως, αἰσθανόμενοί τε τοῦ ἀνηνύτου, ὅτι μάτην ἤλπιζον. θυμὸν hîc dicit propenſionem ad tuſſiendum, qua irritantur velut ad ſymptoma, confeſtim autem ab eo deſiſtunt, tantùm initium tuſſis tentantes. Iecoris enim tumor ſepto tranſuerſo incumbens, anguſtiam in pulmone efficit. Cùm ergo ſimilis oriatur affectio, ei quæ re vera illi ineſt anguſtiæ, ob quam inflammatione tentatus, & defluxione ex capite afficitur, cupiditate quidem tuſſiendi tenentur, ſperantes eo quod officit vacuato, ſe anguſtiam curaturos. Verùm vbi tuſſire incipiunt, confeſtim deſinunt, experientia ipſa in certiorem affectionis cognitionem adducti, & intelligentes quàm fruſtra ſperauerint. Eadem etiam dictio repetitur in Coac. Prænot. (pag. 438.8.) ſed vitiosè admodum legitur noſtris in exemplaribus, eamque ex Prognoſtico reſtituimus noſtris eum in locum Annotat.

Θυίων, ὁρμῶν exponit Erotianus apud Hippocr. impetu quodam ruens, adducto in teſtimonium Homerico verſu ex Il. ε. (87.) θῦνε γὰρ ἂμ πεδίον ποταμῷ πλήθοντι ἐοικώς. Impetu enim quodam furibundo ferebatur fluuio exundanti ſimilis. de Diomede. Sic rurſus ibidem (verſ. 250.) de Venere ad Æneam, μηδέ μοι οὕτω θύνε διὰ προμάχων. neque ſic mihi impetu feſtino propera in prima acie.

¶ Θῶκος, ſedes, ſedile, ſella. lib. 7. Epid. (pagin. 364.6.) ἐπὶ θῶκον ἀναστάς vbi ad ſellam ſurrexiſſet. Rurſus in Epiſt. (pagin. 529.4.) de Democrito, ἐπὶ λιθίνῳ θώκῳ ſuper ſella lapidea. Rurſusque ibidem (verſ. 29. & 30.) At mihi videtur θρόνον pro θῶκον legiſſe Gal. in Exeg.

Θώρηξις vini potionem ſimpliciter indicat Hippocrati, aut meracioris vini potionem quòd vino pectus incaleſcere ac quaſi armari aut loricari putetur. θώρηξις, οἴνωσις, ὅτι ἡ μέθη exponitur Galen. in Exeg vinolentia aut ebrietas, Erotiano autem ἡ οἰνοποσία, vini potio, ex aph. 21. lib. 2. & 48. lib. 7. θώρηξιν οἶνου πόσιν αὐτὸς εἴωθεν ὀνομάζειν (vt ſcribit Gal. com. ad aph. 21. lib. 2.) & τοὺς θωρηχθέντας οἰνοπωθέντας. Et Comment. ad aph. 48. lib. 7. θώρηξις ποτέον ὅτι ἡ πλείων οἴνου πόσις, ἢ ἀκρατοποσία. Nicandri quoque Scholiaſtes θώρηξιν τὴν οἰνοποσίαν Hippocratem vocare ſcribit in Alexipharm. θωρῆξαι οἰνοποτῆσαι apud Hippocr. exponit Erotianus, quod eſt vinum ſumere aut inebriari. Quam dictionem vſurpat Hippocrat. lib. 2. Epid. (pagin. 317.35.) ἢν δὲ μὴ, θωρῆξαι καὶ σιτίοισι ἐμπιπλάναι. ſin minus vinum & cibos ingerere conuenit. Lib. 4. Epid. (pagin. 333.23.) ὅτε ἐθωρήχθη, ii inebriabantur. Eandem quoque habet notionem vox paſſiua θωρήσσεσθαι. Prorrh. 2. (pagin. 415. 13.) ἢ θωρηχθῇ, aut inebriatus fuerit. Rurſus lib. 2. de Morb. (pagin. 144.3.) ἢ θωρήξεται, aut inebriabitur, aut vinum ſumet. Et lib. 4. (pagin. 178.1.) ἔπειτα ἐπὴν ἀπὸ οἴνου μέλανος θωρηχθῶσιν οἱ ἄνθρωποι. Deinde vbi vinum nigrum homines ſumpſerint. θωρησσόμενοι τοῖς ὑδροποτέουσι, hoc eſt, vinum bibentes aquæ potoribus opponuntur, in his quæ adiecta ſunt ad lib. de Nat. hum. (pagin. 19.58.) θώρηξις etiam crapulam & ebrietatem ſignificant Hippocrati lib. 2. de Morb. (pagin. 141. 20.) ἢν δὲ ἐκ θωρήξιος ταῦτα πάθῃ, ſi ex ebrietate iſta contingant. Rurſusque (pagin. 145. 10.) ἢν δὲ ἐκ θωρήξιος ἄφωνος γίνηται. ſi ex ebrietate voce deficiat, quod μεθύων, hoc eſt, ebrius, dicitur aph. 5. lib. 5. Et iterum (pagin. 152. 19.) θωρήξιος ἀπεχέσθω καὶ ἀφροδισίων, ab ebrietate & venere abſtineat. Ac rurſus (ibidem verſ. 32.) καὶ ἐνιαυτοῦ θωρήξιος ἀπεχέσθω, & per annum vino aut ebrietate abſtineat. Et (pagin. 153. 3.) ἐνιαυτὸν ἀπεχέσθω θωρήξιος, per annum ebrietate abſtineat. Et (verſ. 33.) ἡ δὲ νοῦσος μα- λιστα γίνεται ἐκ τῆς θωρήξιος. hic autem morbus præcipuè ex ebrietate oritur. Et (pagin. 156. 17.) καὶ σιτίων ἀπεχέσθω καὶ θωρήξιος, & cibis & vino abſtineat. Libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pagin. 191.39.) ἀπεχόμενος λαγνείης καὶ θωρήξιος. vbi venere & vino abſtinuerit: θώρηξις ſcribitur Varino apud veteres ſignificare οἰνοποσίαν καὶ ἀκρατοποσίαν, hoc eſt; vini aut etiam meracioris potionem. Et θωρήσσειν τὸ μεθύειν, διὰ τὸ θερμαίνειν τὸ στῆθος, ἢ θώρακα πληροῦσθαι, ἢ διὰ τὸ μάχιμον τῶν μεθυόντων, quod eſt, thorace pectus munire aut armare, inebriari ſignificat, quòd vini videlicet calore pectus muniatur, aut thorax impleatur, aut quòd vino madidi promptiore ſint ad pugnã animo. Hinc ἀκροθώρακες dicti ſunt antiquis leuiter appoti, quaſi ſummo pectore tenus vino imbuti. ἀκροθώρακας Erot. ad ſua vſque tempora vocatos ſcribit τοὺς μὴ ἐπιπολαίως οἰνωμένους, nõ multũ vino madidos ac repletos:

Ariſtoteli Probl. ſect. 3. probl. 2. ἀκροθώρακες τοῖς σφόδρα μεθύουσι opponuntur, hoc eſt, valde ebriis, eoſque vocare videtur, qui leuiter inebrietati delirant, & de rebus quidem iudicium ferre tentant, ſed in iudicando aberrãt, mediiq́ue ſunt inter ſobrios & temulentos. Cui etiam ſubſcribit Plutarchus Sympoſ. 3. probl. 8. vt recte ſcribit Hieronymus Mercurialis lib. 4. variarum lect. cap. 6. Ἀκροθώρακες exponũtur Heſychio μέθυσοι, ebrii, temulẽti, Sudæ autẽ ἀκρομέθυσοι, ἀκραιπαλῶντες. qui incipiũt inebriati, & quib. pectus incaleſcit potu meraciore. Cæterùm ſcribitur etiam θώρηξις Heſychio & Varino, & οἴνωσις exponitur.

# OECONOMIAE HIPPOCRAT.

## TO I.

¶ Ἰαίνεσθαι eſt exhilarari, refici, refocillari. ἰαίνομαι εὐφραίνομαι exponit Heſychius. familiare Homero θυμὸς ἰάνθη, animus lætitia perfuſus eſt, exhilaratus, vt Il. ω. (v. 321.) ἐν φρεσὶ θυμὸς ἰάνθη. Rurſus ibidem (verſ. 119.) δῶρα δ' Ἀχιλῆϊ φερέμεν τά κε θυμὸν ἰήνῃ. dona Achilli vt ferat quæ animum exhilarent. Qui verſus ibidẽ ſæpe repetitur. Et Il. τ. (v. 174.) σὺ δὲ φρεσὶν ᾗσιν ἰανθῇς, & tu animo exhilaratus ſis. Apud quem Heſychius ἰάνθη, ἐχάρη, εὐφράνθη exponit & διεχύθη, vt ſit, exhilaratus eſt, lætitia perfuſus eſt. Sic ἰαίνεσθαι διαχεῖσθαι eidem exponitur, quod eſt perfundi. Quomodo apud Hippocr. ſumi poteſt lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 252. 19.) ἄχρις ἂν ἰαίνηται, donec perfundatur. Iubet enim mulierem in aquam calidam deſidere donec tota perfundatur, & vteri aut pudendorum ſinus emolliantur, laxentur, tepeſcãt aut diſſoluantur. Poteſt & ſumi donec reficiatur aut exhilaretur, vt ſumpſiſſe videntur Interpretes. Tranſlatio verò in eo verbo quædam includi videtur, cùm refici ac exhilarari ſignificat, ac veluti lætitia perfundi, eaque ab herbis ſumi, quæ imbre aut rore perfuſæ exhilarantur & lætiores redduntur.

Ἰάλεμοι ἰατροὶ, Medici frigidi & nullius pretii, inepti & qui nullam medendi rationem ſequebantur, ſic dicti ab Ialemo Calliopes filio, qui in carmine fuit ineptiſſimus & frigidus, vnde natum prouerbium, Ialemo frigidior. Gal. lib. περὶ τοῦ προγινώσκειν (p. 453. 58.) αὐτὸς γὰρ οἶδα σαφέστερον ἐπίστασθαί με τῷ λόγῳ μᾶλλον ἁπάντων τούτων τῶν ἰαλέμων ἰατρῶν. Noſti enim omninò me id facilius ratione comprehenſurũ, quàm frigidi iſti omnes medici. Prouerbii autem meminit Heſychius, cui ἰάλεμοι exponuntur θρηνώδεις, ὀρφανοὶ, στερόμενοι, θρηνητικοὶ, ἄνανδροι, δυστυχεῖς. flebiles, orbi, lamentabiles ac miſeri, imbelles, infortunati.

¶ Ἴγδη θυεία exponitur Heſychio, Sudæ τρυβλίον, aliis etiam ἡ θυεία ἐν ᾗ μίσγομεν τὰ ἀρτύματα, pila nimirum in qua condimenta tunduntur. Iulius Pollux lib. 10. cap. 24. teſtatur Solonem in Iambis ἴγδην ἀντὶ τῆς θυείας vſurpaſſe. Ea vero dictione vtitur Hippocr. ἐν ἴγδῃ adiectis lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 300. a 3.) τρίβε ἐν ἴγδῃ, in pila terito.

Ἴγγη herbæ nomen videtur indicare apud Hippocr. vt annotauit Gorrhæus, ſed ea quænam ſit incertum eſt, forteque ἰσχὰς ἡ ἀγρία intelligenda eidem videtur, quam ἴγγην quibuſdam vocari Dioſcorides prodidit. Exiſtimo verò locum lib. περὶ γυναικ. φύσ. ab eo ſubindicari (p. 228. 3.) vbi ad deturbandas ſecũdas ſcribitur, ἢ τὴν ἴγγην οἴνῳ διατρίψας δίδου πιεῖν. & ignem in vino tritam bibendam dato, vertit Cornarius, qui ἴγγην vt & Gorrhæus legiſſe videtur. Caluus autem ἰχθύην (ſquatinæ cutem ſiccam ramentáue) & ἴγγην & ἴγδην legit, vt has omnes lectiones ex codicibus Vaticanis ſumpſiſſe videatur. Ex quib. nihilo certe verior lectio hauriri poteſt. Ac niſi me fallit opinio, locum eſſe ſuſpectum crediderim, & ſi coniecturę locus eſſe debet, lubenter legerim, ἢ ἐς τὴν ἴγδην οἴνῳ διατρίψας δίδου πιεῖν, vt ſit, eandem conyzam in pilam coniectam & cum vino tritam potui exhibeto. Nam & conyzam aut cunilaginem ad huiuſmodi medelam in muliebrium doctrina crebrò adhibet Hippocr. eandemq́ue ad deturbandas ſecundas non ſolùm in peſſo admonet, ſed etiam potui bibendam præcipit, lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 257. 41.) Neque verò aliàs ἴγγης vlla fit in ſcriptis Hippocr. mentio. Sed & εἰς τὴν ἴγδην ἐμβαλὼν ſubaudiendum videtur, ne cui durior phraſis ſit aut inſolentior, aut ἐν τῇ ἴγδῃ legendum. Ἴγδην & ἴγγην, ἄρδην exponitur Heſychio, ſed vereor ne ſuſpecta ſit lectio.

Ἰγνὺς & ἰγνύη poples dicitur. ἰγνύα exponitur Heſychio τὸ τοῦ γόνατος ὀπίσθιον μέρος poſterior genu pars, Latinis poples. ἰγνύην τάμνειν, poplitem cædere, poplitis venam ſecare ſignificat, aph. 5. lib. 6. Epid. ſect. 1.

Ἰδιογνώμονες ſunt Hippocrati lib. de aëre, loc. & aq. (p. 81. 1. & 13.) pertinaces & in opinione concepta permanentes (ἰσχυρογνώμονας vocat Ariſt.) quibus αὐθάδεες iunguntur, ſuperbi, ſibi nimis placentes, & qui præ ſe alios confidenter contemnunt.

¶ Ἰδιῶται non ſimpliciter dicuntur ſed in comparatione & in relatione ad aliquid, vt cùm huius artis aut inſtituti idiotam aliquem dicimus. Interdũ ἰδιῶται dicuntur qui priuatam

vitam

vitam agunt, quos ἰδιοπραγμονῶντας, h.e. priuatos vocant, vt qui nullum munus publicum obeunt, neq; oppido aut genti præſunt. Sic qui ſibi ſoli viuunt & priuati degunt ἰδιῶται vocantur, quiq; nullis publicis negotiis implicantur. Gal. com. in libr. περὶ διαίτης ὑγιεινῆς (p.29.45.) τοὺς ἰδιώτας ὧδε χρὴ διαιτᾶσθαι. Priuati homines hac victus ratione vti debent, illîc ſcribit Hippocr.

Ἰδνόω, incuruo, inflecto, intorqueo, vnde ἰδνοῦσθαι, quod συστρέφεσθαι explicat Euſtath. intorqueri, dictũq; eſſe vult παρὰ τὸ δονεῖσθαι τὸ ἰνίον, quod curuando ſe aut inflectendo ceruicis poſterior pars agitetur ac moueatur. ἰδνοῦται, λοξοῦται καὶ συνιζάνει exponit Galen. in Exeg. apud Hip. obliquatur & in ſe ſubſidet, ex libr. 1. περὶ γυν. (p.236.13.) τὸ στόμα ἐπ' ὀρθὸν ἔστι τῆς μήτρης, ἀλλ' ἰδνοῦται, vteri oſculum rectum nõ eſt, ſed distortum. Heſychio ἰδνώθη exponitur ἐκάμφθη & ἐταπύσθη, vt & ἰδνωθεὶς, καμφθεὶς & ταπυωθεὶς, incuruatus, extenſus. Erot. apud Hip. ἰδνώθη συνεκάμφθη exponit, incuruatus eſt aut inflexus. & ex Hom. adducit Il. β. (v.266.) πλῆξεν, ὁ δ' ἰδνώθη, h.e. ἐκάμφθη, incuruatus eſt, inclinauit ſe, de Therſyte ab Vlyſſe ſceptro percuſſo. Quo & aliàs vtitur Homer. vt Il. ν. (v. 618.) ἰδνώθη δὲ πεσὼν, quod idem eſt ac ἰδνωθεὶς ἔπεσεν. Vtitur aũt Hip. libr. 1. περὶ γυν. (p. 232. 10.) ἢν τῇ μήτρῃ τὸ στόμα μεμύκῃ, ἢ ἰδνωθῇ, ſi vteri os concluſum fuerit aut intortum, h.e. obliquatum & inflexũ. Quem locum ab Erot. ſubindicatum reor, etſi ἰδνώθη apud eum legatur, niſi ſi ἰδνωθῇ & συγκαμφθῇ potiùs leg. videatur, in aoriſto ſubiunctiuo. Eſt περιιδνοῦσθαι Hip. obtorqueri libr. 1. περὶ γυν. (p.242.38.) περιιδνοῦται δὲ ὁ στόμαχος τοῦ αἰδοίου, pudendi oſculũ, h. e. vteri, obtorquetur. Quidã huius verbi ἰδνοῦσθαι aliam afferũt originem παρὰ τὸ ἴζω καὶ ἰδῶ, vt ſit ἰδνοῦσθαι συστέλλομαι καὶ συνιζάνω, quod qui ſe inclinant, cõtractis humeris ceruicẽ flectunt. Qua notione περιιδνοῦται apud Hip. quidam circũſidit aut collabitur exponunt, & quaſi in ſeſe concidit.

Ἴδος idem quod ἱδρὼς ſudor, eoq; ſenſu ſumunt quidam quod ſcribitur Coac. Prœn. (p.426. 44.) οἱ ἰλιγγιώδεες πυρετοὶ καὶ ἄνευ ἰδίων, καὶ μετ' ἰδίων ὀλέθριοι, febres quæ ſubinde vertigines afferunt, & cum ſudoribus, aut ſine his contingunt, perniciem intentant. Verùm pro ἰδίων exemplaria manuſcripta σιαλῶν legunt. ἰδίειν ẽt apud Hip. ἱδροῦν quod eſt ſudare exponit Erot. locum nimirum lib. 1. περὶ γυν. (p.244. 7. ſubindicans, κρέσσον δὲ οὐρέειν καὶ ἰδίειν, præſtat aũt vrinam & ſudorẽ ciere. ἰδίειν ἱδροῦν, & ἰδίουσι ἱδροῦσι, h.e. ſudare exponit Heſychius, vt & ἰδίει, ἱδροῖ, ἀγωνιᾷ.

Ἱδρύσθαι & ἱδρύνεσθαι eſt collocari, firmari, firma ſede collocari, ſitũ eſſe aut fixũ. In Coac. Pr. (p.433.14.) ἱδρυθεὶς πόνος εἰς στῆθος, dolor in pectore fixus, firmatus. ὀδύνη ἐς στῆθος ἱδρυνθεῖσα dicitur in Pror. (p.191.25.) στηριχθεῖσα καὶ δυσλύτως explicatur Gal. h. e. in pect° firmatus dolor aut fixus adeò vt ęgrè tolli poſſit, qui thoracis inflãmationẽ indicat. Et aph. 11. lib. 4. ὀσφύος ἄλγημα εἰς ὕδρωπα ξηρὸν ἱδρύεται. lumborum dolor in hydropẽ ſiccum firmatur. Quod exponit Gal. de dolore fixo & perſeuerante qui nullis remediis tollitur. Sic li. 6. Ep. ſect. 7. aph. 1. τὰ δὲ νυκταλωπικὰ ἱδρύετο, nyctalopicæ affectiones & nocturnæ cœcitudines firmabantur, h.e. perſeuerabãt, firmas ac ſtabiles ſedes habebant, neq; facilè deſinebãt, quòd proprias oculorum affectiones ſequerentur, nempe natiuã humorũ ac tunicarum craſſitudinẽ, quæ boreali & hyberna tẽpeſtate plurimùm aucta, cõdenſata eſt introq; repreſſa, vt illîc ſcripſimus. Aut quod oculus proprio ſuoq; affectu laborans, non ex cerebri cõſenſione, nocturnã illam cœcitudinẽ curatu perdifficilẽ redderet, & accedẽs hyemis iniuria moleſtiã augeret, vt ſcribit Gal. in iis Com. qui iam pridẽ eius nomine exierũt. ἱδρυμένον οὖρον, vrina in qua aliquid ſubſidebat aut ſubſiſtebat, l. 4. Epid. (p.329.26) cui opponitur οὐ τὸ ὑφιστάμενον. Sic ἱδρυμένη ὑπόστασις, depoſitum ſedimentum & firmatũ, aut ſua ſede collocatũ, in vrinæ notis, Coac. Prœn. (p.442.5.) Eadem notione lib. 1. Epid. ægr. 1. de vrinis effertur οὐχ ἵδρυτο, non ſubſidebant. Et ęgr. 3. lib. 3. poſt ſt. peſt. οὖρα ὑπομέλανα, οὐχ ἵδρυτο, vrinæ nigricantes, neq; ſubſidebant. Rurſusq; ęgr. 11. lib. 3. Epid. poſt ſt. peſt. de vrinę ſublimamento. ἐναιώρημα δὲ ἐπὶ πολὺ στρογγύλον, οὐχ ἵδρυτο, ſublimamẽtum aũt admodum rotundum, neq; ſubſidebat. Et rurſus ægr. 12. οὖρον ἐναιώρημα μετέωρον, οὐχ ἵδρυτο, vrina ſuſpenſum quod in medio innatãs ſublime habebat, neq; ſubſidebat. Et ęgr. 7. & 8. lib. 1. οὖρα οὐχ ἱδρύετο, vrinę nõ ſubſidebant. Erot. apud Hip. ἱδρύετο, ἐνεκάθητο exponit, quod eſt, inſidebat, deſidebat. Quę certè expoſitio his locis Hip. à nobis ſubnotatis, & vrinis non ſubſidentibus, vt meritò attribui põt, ita cur Epiclis expoſitionem idem ſugillet nõ video. Nam & ea huic loco quẽ ex ſect. 7. lib. 6. Epid. expreſſimus, vt aptiſſimè conuenire põt, ita illic ἵδρυτο legiſſe videntur Erot. & Epicles, exemplaria verò noſtra ἱδρύετο. τὰ ἱδρυμένα dicũtur quæ conſiſtũt, & pro morbi materia cõſiſtente, quieſcente & cõſidente ſumuntur, quæ efferueſcenti & turgenti opponi videtur, libr. 5. Epid. (p.340.38) ἐπὴν ἱδρυμένα ἴδῃς vbi materiam conſiſtentẽ cognoueris. Sic οὐχ ἱδρυμέναι φλέβες κροτάφων, venę tẽporum non cõſiſtentes, nõ quieſcentes, nec ſubſidentes, h.e. latius diſtentæ, & perpetuò motæ, aph. 11. ſect. 2. libr. 6. Epid. Gal. ἐπὶ πλέον διατεινομένας exponit, quod eſt plus iuſtò diſtentas. ἱδρύθη, conſtitit, conſedit, cõquieuit, lib. 4. Ep. (p.330. 37.) de tuſſi & anhalatione, quæ quieuit & cõſtitit 8 menſe, ſicq; ſedata eſt ac compoſita.

Ἱδρύνεσθαι quoq; idem quod ἱδρύσθαι, & vtrunq; ad mentem tranſlatũ, eam conſtantẽ & firmã eſſe ſignificat, ac ἱδρυνθῆναι cõpoſita eſſe mẽte & quieta. Sic ægr. 15. lib. 3. poſt ſt. peſt. καὶ πάλιν ἱδρυνθη σιγῶσα. ac mox cõpoſita fuit, taciturna. Ac rurſus (ib.) καὶ πάλιν ἱδρυνθη ἄφωνος. ac mox compoſita fuit, vox defecit. Cui voci delíriũ opponitur. In Prorr. (p.177.4.) αἱ τρομώδεες ἐκλώσιες σημεῖον οὐχ ἱδρυμένης γνώμης, linguę

tremulæ inſtabilem mentem & è ſede conſtantiæ deturbatam ſignificant. Vbi ἱδρυμένη ἠρεμοῦσα, quieſcens Galeno exponitur. Quod pene iiſdem verbis repetitur in Coac. Præn. 403.47.) ἱδρυνθεῖσα ὀδύνη & ἱδρυνθεὶς πόνος ab ἱδρύνεσθαι ex Pror. & Coac. Pr. antea ſunt ſubnotata. Vt & lib. 2. περὶ γυν. (p. 276.40.) μέχρι ἂν ἐς χώρην ἱδρυνθῶσιν, donec in ſuũ locum firmati vteri fuerint, ſuo loco collocati.

Ἵδρωα ſunt ſudamina, ſudores, puſtularũ genus ex biliosis & mordacibus humoribus cutẽ lancinantib. & vlcerantibus, quod ex ſudorib. prouenit æſtate vexans, aph. 21. lib. 3. Sic. n. illic deſcribuntur Gal. τὰ δὲ ἱδρῶα τὰ κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν ἐξανθήματά ἐστιν ἑλκώδως τραχύνοντα τὸ δέρμα. καὶ γίνεται κατὰ τὸ θέρος καὶ αὐτὸ τοὔνομα ἐνδείκνυται διὰ τοὺς πολλοὺς ἱδρῶτας, ὅταν χολωδέστεροί πως, ἢ ὅλως δακνωδέστεροι τυγχάνωσιν ὄντες. ὀδαξοῦσι γὰρ οὗτοι τὸ δέρμα καὶ κνησμώδεις ἐργάζονται, καὶ τραχύνουσιν ἑλκωδῶς. ἱδρῶα aũt, h. e. ſudamina aut ſudationes, è genere ſunt eruptionum in ſummo corpore hærẽtium, quæ ad inſtar vlcerum cutem exaſperãt. Oriuntur aũt, vt ipſum ẽt nomẽ indicat, ex multis ſudoribus, qui vbi bilioſiores aliquãto, aut omninò mordaciores extiterint, cutem mordent, in eaq; pruritum efficiunt, & vlcerum in modũ exaſperant. ἱδρῶα Celſus quicquid ſudore hominẽ reſoluit, ex Hipp. aph. vertit cap. 1. lib. 2. Pollux lib. 4. cap. 24. ἱδρῶα ἐξανθήματα θερινὰ eſſe ſcribit, puſtulas æſtiuas. ἱδρῶα ẽt quænam ſint docet Theophraſtus in lib. de Sudoribus.

Ἱδρὼς ſudor, eſt aqueum & humidũ tertiæ coctionis excrementũ per cutim erũpens. De cuius cauſis & differentiis ſcitiſſimè ſcripta ſunt multa apud Got. ἱδρῶτες κεγχροειδέες, ſudores miliares & milii inſtar, in Progn. (p. 130. 9) in ſudorum notis. ἱδρώδεες πυρετοί, febres in quib. ægri ſudoribus diffluunt, lib. 5. Ep. (p. 341.11.) vbi ἱδρώδης ẽt dicitur qui ſudorib. eſt obnoxius, aut ſudorib. diffluit, iiſq; eſt aſſuetus. ἦν δὲ καὶ ὑγιαίνων ἱδρώδης. Erat autem ẽt per ſanitatẽ ſudorib. obnoxius. ἱδρῶτες περὶ μέτωπον καὶ μέτωπον καὶ αὐχένα ὄπισθεν τῆς κεφαλῆς, ſudores circa frontẽ, nares & ceruicẽ in poſteriore capitis parte, ſyncopen & mortẽ pronunciãtes, li. de rat. vict. in morb. ac. (p. 103.10.)

¶ Ἰέναι διὰ τῶν αὐτῶν, eſt per eadem progredi, vbi eadẽ ſymptomata diutius perſeuerant. In Pror. (p. 209.3.) οἱ τῷ τοιούτῳ ποικίλως διαγενόμενοι καὶ διὰ τῶν αὐτῶν ἰόντες Qui huiuſmodi cõflictãtur, variè morbum trahunt, atq; eadem diutius perſeuerant. In Coac. Pr. (p. 433.13.) ἢ τὴν τοιαύτην κοιλίαν νοσῶσιν διὰ τῶν αὐτῶν ἰόντων, aut in huiuſmodi alui malè habeant, atq; eadem diutius perſeuerent. τὰ ἰόντα dicuntur Hip. prodeuntes ac procedẽtes deiectiones aut excretiones, vt aph. 2. li. 4. ῥυέντα καὶ αὐτόματα ἰόντα χρήσιμα, qualia ſponte prodeunt, & aph. 21. lib. 4. ἀπ᾽ αὐτομάτου ἰόντα, ſpõte euntia. Vbi tñ per ἰόντα Gal. temporis ſpatium & morã ſignificari vult, eaſq; deiectiones indicari, quæ per vniuerſum morbum, aut ſaltem lõgo ipſius interuallo exeant. Sic. n. ſcribit: μή τι τοιοῦτον ἔδοξεν αὐτόματος διδασκαλίας τῆς ἐπὶ τὸ γνώμην, ἰόντα, φάμενος, ἐνδείκνυσθαι γὰρ ὅτι τοσοῦτον χρόνου μῆκος, ὡς ἤτοι δι᾽ ὅλου τοῦ νοσήματος, ἢ κατὰ πολὺν χρόνον αὐτοῦ ἰόντων τοιούτων ὑποχωρημάτων. οὐ γὰρ ἕνα τινὰ καιρὸν ἐβούλετο δηλῶσαι, πάντως ἂν ἢ ἐπιφανέντα, ἢ ἐλθόντα εἶπεν, οὐκ ἀπὸ ταὐτομάτου ἰόντα. ταὐτὸ γὰρ τό, ἰόντα, τῷ ἐρχόμενα ταὐτόν, οὐ τῷ ἐλθόντα δηλοῖ. Nũquid igitur abunde animi ſui ſententiam indicare viſus eſt, cùm ἰόντα dixit, h. e. euntia. Hac enim dictione temporis longinquitas oſtenditur, tanquam videlicet per totum morbũ, vel per multum ipſius tempus talia excrementa prodeant. Si. n. vnum aliquod tẽpus indicare voluiſſet, omninò aut ἐπιφανέντα (h. e. ſuperuenientia) aut ἐλθόντα (h. e. deiecta) dixiſſet, non ἀπὸ ταὐτομάτου ἰόντα (h. e. ſpõte euntia.) Hoc. n. [ἰόντα] idẽ quod ἐρχόμενα, non quod ἐλθόντα ſignificat.

Ἱερὴ νοῦσος, ſacer morbus dicitur epilepſia, eo nomine magnitudinem morbi indicante, vt & μεγάλη νοῦσος & ἡρακλεία vocatur, aut quod diuina eſſet & à diis immitteretur, nec niſi expiamẽtis aut incantationibus ſolueretur. Quam certè opinionem Hip. libellus περὶ ἱερῆς νούσου refutat, vt ẽt teſtatur Gal. comm. 6. in lib. 6. Epid. (p. 525.53.) Huius quoq; notationis rationẽ adfert Aretæus imprimis grauis author, his verbis cap. 4. lib. 1. de cauſ. & ſig. diut. morb. ἀλλὰ καὶ ἄδοξος ἡ ξυμφορή. δοκέει γὰρ τοῖσι ἐς τὴν σελήνην ἀλιτέουσι ἀφικνέεσθαι ἡ νοῦσος. τοὔνεκεν ἱρὴν κικλήσκουσι τὴν πάθην· καὶ τῶνδε καὶ δι᾽ ἄλλας προφάσιας, ἢ μέγεθος τοῦ κακοῦ. ἱρὸν γὰρ τὸ μέγα. ἢ ἰήσιος οὐκ ἀνθρωπίνης, ἀλλὰ θείης, ἢ δαίμονος δόξης ἐς τὸν ἄνθρωπον εἰσόδου, ἢ ξυμπάντων ὁμοῦ, τῇδε ἐκικλήσκετο ἱρή. Sed & præter hominum opinionẽ illius eſt origo. Nam & flagitioſis hominib. à luna immitti quorundam eſt opinio, cuius rei cauſa ſacrum morbũ nominant. Quin & alias ob cauſas id nomen fuit inditum, aut ob mali magnitudinem (ſacrum. n. dicunt quod magnũ) aut ob curationẽ non humanã ſed diuinã, aut quod dæmone correptus homo videatur, aut propter hæc ſimul omnia hunc morbũ ſacrũ nominarũt.

¶ Ἵζειν, deſidere, ſubſidere, deprimi, de medio naſo dicitur apud Hip. vbi deprimitur & deſidet, cùm os palati diſceſſit, aph. 3. ſect. 1. libr. 6. Epid. & lib. 4. Epid. (p. 329.45.) μέση ἵζει ἡ ῥίς. medius naſus deſidet.

¶ Ἰητρεῖον officinã medici ſignificat, in qua quæ ad chirurgiã pertinent tractantur, & locum in quo chirurgia exercetur, lib. κατ᾽ ἰητρ. (p. 666. 52.) τὰ ἐς χειρουργίαν κατ᾽ ἰητρεῖον, quæ ad medici manu curãtis officiũ pertinent, & quæ in officina medici ad chirurgiã ſpectant. Rurſus li. 1. Ep. (p. 353.31) τὰ δ᾽ ἄλλα ὅσα κατ᾽ ἰητρεῖον, ἀνόσως διῆγον, de reliquo aũt, quod ad ea quæ ad chirurgiã ſpectãt, in his ſine morbo degebãt. Quæ loca mihi ſubindicare videtur Gal. in Ex. vbi κατ᾽ ἰητρεῖον, τὰ κατὰ τὴν χειρουργίαν exponit, quæ ad chirurgiã pertinent.

¶ Ἰθαγενὴς exponit Gal. in Ex. apud Hip. γνήσιον, genuinum, καθάπερ φησὶν ὁ ποιητὴς, ἀλλά με ἶσον ἰθαγενέεσσιν ἐτίμα, ſed me æquè ac genuinos fœtus colebat. quod habetur apud Ho. Od. ξ. (v. 203.) ideoq; malè ἰθαγενέα ſcribitur apud Gal. ἰθαγενὲς aũt κύημα dicitur Hip. li. 1. περὶ γυν. (p. 252. 40.) & lib. περὶ ἀφόρων (p. 297.5.) cõceptus genuinus, verus, & rectus, à falſo & mola diſcretus. ἰθαγενὴς Heſychio dicitur αὐτόχθων, γνήσιος. Idemq; apud Hom. ἰθαγενέεσσι γνησίοις τέκνοις

καὶ

καὶ καθαροῖς, οὐκ ἐκ παλλακίδος exponit, hoc eſt, genuinis fœtibus & puris, neque ex pellicē ortis. Eſt enim ἰθαγενὴς, vt exponit Euſtathius, γνήσιος, ὁ ἐκ τῆς κατ' ἰθὺ, τουτέστι κατ' εὐθύτητα σόμου γεννήσεως, καὶ μὴ πλαγίως πως τῷ γένει ἐπεισαγόμενος, genuinus fœtus, & qui recto ordine, aut legitima generatione non obliquè in familiam accitus eſt. Annotatur ex Corintho ἰθαγενεῖς dici Ionibus τοὺς γνησίους παῖδας, genuinos ac legitimos filios. Ἰθαγενὴς etiam αὐθιγενὴς exponit, Erotianus apud Hip. indigenum, legitimum, bis ſubnotatis locis.

Ἰθὺ pro εὐθὺ rectum, & κατ' ἰθὺ pro κατ' εὐθὺ lib. κατ' ἰητρεῖον (p.670.26.) κατ' ἰθὺ γουνάσι, è directo ad genua. Vide εὐθὺ antea.

Ἰθυκύφη ῥάχις ſpina ex recto gibboſa, cùm ex recto in gibbum eleuatur aut curuatur, lib. de art. (p.619.19.)

Ἰθυλόρδη ἡ ῥάχις, ſpina in directum repanda, hoc eſt introrſum inclinans & recuruata, lib. de art. (p.619.3.) vbi tamen εὐθυλόρδη legiſſe Erotianum exiſtimo (ſic enim apud eum pro εἰλωσδὴ, aut εἰλωσδὴ vitiata ſcriptura lego) qđ ab eo εἰς ἰθὺ σκολιά exponitur, h. e. ex recto obliqua. ἰθύλορδος dicitur in Mochlico (pag. 505.36.)

Ἰθυσκόλιος ἡ ῥάχις dicitur Hippocrati ſpina ex recto obliqua & incurua, hoc eſt, quæ in poſteriorem & anteriorem partem inclinat. Hac enim voce διαστροφὴ εἰς τοὐπίσω καὶ πρόσω, hoc eſt peruerſio in poſteriorem & anteriorem partem indicatur, vt ſcribit Gal. com. 3. in lib. de art. (p.618.42. & p.620.50.)

Ἰθύθριχες, qui paſſis ſunt capillis, aut nigros habent capillos, lib.6. Epid. ſect.7. aph. 1.

Ἰθυωρίη eſt in rectum proceſſus, rectitudo, recta proceſſio, directio, rectus trames. Libr. de fract. (p.528.2.) τά τε ὀστέα ἅπαντα τὰ ἐν τῷ πήχει ἐν ἰθυωρίῃ κατ' ἄλληλα εἶχε. φ omnia cubiti oſſa rectitudinem inter ſe habebant. Et rurſus (ibid. v.3.) ὅτι αὐτὰ καθ' ἑωυτὰ τὴν ἰθυωρίην εἶχε. quòd illa ipſa eandem directionem præferret. Et (v.56.) ἰθυωρίην ποιέει τοῖσιν ὀστέοισιν, oſſa in directum dirigit. Rurſus (ib. p.567.36) τὴν τε κατάτασιν δικαίην παρέχει καὶ ὁμαλὴν κατὰ τὴν ἰθυωρίην, & iuſtam diſtētionem & æqualem è directo præbuerit. Quæ omnia mihi ſubindicaſſe videtur Erot. cum εὐθυωρίαν εὐθύτητα exponit apud Hip. ac p ἰθυωρίην εὐθυωρίαν legiſſe, vt antea εὐθυλόρδη pro ἰθυλόρδη.

¶ Ἱκανῶς ἀνώδυνος, omniò doloris expers, libr. 4. Epid. (p.333.9.) & ἱκανοὶ σπασμοί, ſatis multæ conuulſiones, lib.7. Epid. (p.359.47.)

Ἴκελον ſimile dicitur & ὅμοιον exponit Gal. com. 1. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.49.17.) ἡ πλευρὴ πελιὴ γίνεται ἴκελον τι πληγῇ. Latus liuidum plagæ ſimile inuenitur. Rurſus libr.1. περὶ γυναικ. (p.244.25.) ἐγγίνεται ἴκελόν τι ἀφθῃ, ſuperficiario ac feruido vlceri quid ſimile contingit. Ac iterum lib.2. (p.272.44.) χρὴ δὲ καὶ μόλυβδον ἴκελον ἐξελάσαι τὰ πάχη τὸ εἶδος τῷ βαλάνῳ τῷ παχυτάτῳ, plumbum autem craſſiſſimæ tedæ figura ſimile ducere oportet, vbi de peſſis ſubdititiis formādis agitur. Et rurſus lib. 3. Epid. in ſt. peſt. (p.421.33.) ἦν δὲ καὶ τὸ ῥεῦμα οὐχ ὁμοῖον τὸ πῦον ἴκελον, ἀλλὰ σηπεδών τις ἄλλη, καὶ ῥεῦμα πολὺ καὶ ποικίλον. Neq; verò cōtracta fluxio puri affinis erat, ſed ex alio quodam putredinis & fluxionis multæ & variæ genere. Ἴκελον etiam ὅμοιον exponit Heſychius. Erotiano quoq; ἰκέλη ὁμοία exponitur apud Hip.

Ἰκμαλέα, τὰ δίυγρα καὶ ἱκανὴν ἔχοντα ἰκμάδα, exponit Erot. apud Hip. h. e. humentia, & ſufficientem humorem habentia. Qua expoſitione mihi locum libri περὶ φύσιος παιδίου (p.35.45.) complecti videtur. τὰ μὲν ἰκμαλέα καὶ πιεζούμενα ὑπὸ σφῶν αὐτῶν ἐκθερμαίνεται, humecta quidem & compreſſa à ſeipſis concaleſcant. Eaq; dictione ſæpius vtitur Hip. vt (ib. v.41.) ὅτι ἡ γῆ ἰκμαλέη ἐστὶν ἐν χειμῶνι, φ terra hyeme humida eſt. Sic lib. περὶ γονῆς (p.28.22.) αἱ δὲ μῆτραι ἰκμαλέαι γίνονται, & vteri humidi fiunt. Ac rurſus (ib. v.34.) ἅμα μὲν αἱ μῆτραι ἰκμαλέαι γίνονται ἐν τῇ μίξει, ſimul quidem vteri humidi euadunt in commixtione. Rurſus libr. 1. περὶ γυναικ. (p.232.15.) ὑπὸ γὰρ ἰκμαλέαι εἰσὶ κατὰ σφέας αὐτὰς μὴ λαγνευομένης, neq; enim humidi [vteri] in ſeipſis ſunt, nimirum cum coitu nō vtatur. Et iterum (ib. v.18.) ἢν γὰρ ἰκμαλέαι ἔωσιν αἱ μῆτραι ἀπὸ λαγνείης. Si enim vteri humidi fuerint à coitu. Rurſus eod. lib. (p.234.47.) τὸ δὲ ἧπαρ ἰκμαλέον ἐστὶν, hepar autem humidum eſt.

Ἱκνεύμενος χρόνος, debitum tempus, congruum, conueniens, & idē quod ἱκνούμενος χρόνος. Lib. de fract. (p.577.41.) ἐν τῷ ἱκνευμένῳ χρόνῳ, ſuo tempore, conſtituto tempore, tempeſtiuo, congruo & conueniente tempore, vt ἱκνουμένως προσηκόντως exponitur Heſychio, congruè, cōuenienter. lib.2. περὶ γυν. (p.275.19) γάλα πίνειν ἱκνουμένως, ἀρκούντως καὶ ἱκανῶς ſignificat, h. e. conuenienter & abundè, gallicè cōpetemment. Apud Herod. οὐκ ἱκνουμένως, non ritè accipitur, vt & apud eundē inuenitur ἐν τῷ ἱκνευμένῳ χρόνῳ, & τοῦ ἱκνευμένου μᾶλλον, plus æquo. Et annotatur ex Corintho τὸ οὐχ ἱκνευμένως Ionibus dici ἀντὶ τοῦ οὐ προσηκόντως, οὐ καθηκόντως. Lib. περὶ ἱρῆς νούσου (127.27.) καὶ φροντίδες οὐχ ἱκνεύμεναι, curæ inanes, intempeſtiuæ. Et libr. de aëre loc. & aq. (p.454.26.) προγηράσκειν τοῦ χρόνου τοῦ ἱκνευμένου, ante tempus ſeneſcere.

Ἴκταρ Gal. in Exeg. ἐγγὺς, quod eſt prope, Atticis ſignificare ſcribit, Hippocrati verò lib.2. περὶ γυν. pudēdum muliebre, eo nomine indicari. Erot. quoq; eam dictionē apud Hip. agnoſcit in Proœmio & inter obſcuras ab interpretib. prætermiſſas reponit. Idem ēt ἐγγὺς Atticis ſignificare ſcribit adducto Æſchyli teſtimonio, & quoſdam ἴκμαρ pro ἴκταρ huius vocis ignoratione ſcripſiſſe. Sed certū eſt noſtra exemplaria hanc dictionē deformaſſe. Neq; .n. vſquam lib. 2. περὶ γυν. legitur, nec video quomodo abſq; melioris exemplaris ope reponi queat, præſertim cùm Erotiani expoſitio à Galeno diſſentiat.

Ἴκτερος eſt bilioſi humoris per corpus vniuerſum præcipueq; in ſuperficiē refuſio. Morbus regius & arquatus dicitur, aut aurigo. Eſt ἴκτερος ὁ ὀξὺς, icterus acutus & citò interimēs Hippocrati, lib.3. de morb. (p.160.43.) qui ēt repetitur libr. περὶ κρισίμων (p.389.16.)

Duplex ẽt ictẽrus deſcribitur li. 2. de morb. (p. 147. 48.) Lib. ẽt περὶ παθῶν (p. 181. 20.) icter⁹ & eius curatio adſcribitur. Icteri quatuor ponũtur lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθ. (p. 204. 34) & εἰλεὸς ἰκτερώδης, (ib. p. 209. 7.) Eſt & icterus iudicatorius, bile in totũ corporis habitum iudicatione refuſa, cuius meminit Hip. aph. 62. & 64. lib. 4. & Coac. Pr. (p. 427. 12.) & lib. 1. Epid. ſt. 3. & lib. 1. de morb. (p. 130. 48) & lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 108. 11.) Et Gal. com. ad aph. 62. lib. 4. ἴκτερος ἐνίοτε μὲν γίνεται κρίσιμος, ἀποτιθεμένης τῆς φύσεως εἰς ὅλον τὸ σῶμα, καὶ μάλιστα πρὸς τὸ δέρμα, τὴν ξανθὴν χολήν. γίνεται δὲ καὶ σύμπτωμα κακοπραγοῦντος τοῦ ἥπατος. αἱ κακοπραγίαι δὲ αὐτοῦ τρεῖς εἰσιν, ἐφ' αἷς ἴκτερος εἴωθεν ἐπιγίνεσθαι, σκίῤῥος, καὶ φλεγμονή, καὶ ἔμφραξις. ἀλλὰ σκίῤῥος μὲν χρόνιον νόσημα, φλεγμονὴ δὲ καὶ ἔμφραξις καὶ ἐξαίφνης δύναται γίνεσθαι. καὶ δὴ καὶ οἱ πρὸ τῆς ἑβδόμης ἡμέρας ἴκτεροι κατά τι τούτων γίνονται. Morbus regius interdum quidẽ fit iudicatorius, natura ad corpus totũ, & pcipuè ad cutem flauam bilem deponente, fit etiam huiuſcemodi caſus hepate malè affecto. Eius aũt affectiones malę tres ſunt, pter quas morbus regius ſuperuenire ſolet, ſcirrhus, inflammatio & obſtructio. Verùm ſcirrhus diuturnus eſt morbus, inflammatio verò & obſtructio ẽt repentè fieri poſſunt. Et ſanè regij morbi qui ante ſeptimum cõtingunt, ex iſtorum aliquo ortum habent. Idem rurſus com. ad aph. 64. lib. 4. καθαιρομένου γὰρ ἐν αὐτῷ τοῦ αἵματος καὶ τῆς χολῆς μεταλαμβανομένης ἐκ τῶν φλεβῶν εἰς τοὺς χοληδόχους πόρους, ἐάν τ' ἔμφραξίς τις γένηται κατὰ τὰ τῶν μεταλαμβανόντων χωρία, ἐάν τε φλεγμονή τις ἢ σκίῤῥος, ἀνάγκη πᾶσα, μήτε καθαίρεσθαι τὸ αἷμα καὶ συναναφέρεσθαι τὴν χολὴν αὐτῷ πάντη τοῦ σώματος, ὥσπερ ἐντεῦθεν τὸν ἴκτερον γίνεσθαι. Nam cùm ſanguis in eo repurgetur, & bilis ex venis in meatus bilẽ excipientes transferatur, ſiue obſtructio aliqua fuerit in locis p quæ traducitur, ſiue inflãmatio aliqua, vel ſcirrhus, prorſus ſanguinem non repurgari neceſſe eſt, ſimulq́; cũ ipſo bilem quoquouerſum per corpus deferri, indeq́; morbum regium fieri. Ac de ictero iudicatorio plura ſcripſimus noſtris in lib. 1. & lib. 3. Epid. Annot. Eſt aũt ἴκτερος autori defin. med. (p. 397. 34.) ἀνάχυσις χολῆς εἰς τὸ δέρμα, ὥστε βάπτεσθαι τὴν ἐπιφάνειαν, καὶ χλωρὰν ἀποτελεῖσθαι, καὶ καλεῖσθαι τὸ δέρμα. καὶ λευκαὶ αὐτοῖς αἱ κατὰ κοιλίαν διαχωρήσεις γίγνονται, bilis p cutim refuſio, ita vt eius ſuperficies colore tingatur, & pallida efficiatur. Atque ita affectis alui deiectiones albæ euadũt. Aretæo quoq; libr. 1. περὶ αἰτίων καὶ σημείων χρονίων παθῶν cap. 15. ἢν χολῆς ξανθῆς λεκιθώδεος, ἢ κροκώδεος, ἢ τῆς μελαγχλώρου ἐς τὸ παντελὲς ἀνάχυσις ἀπὸ τοῦ σπλάγχνου γίνηται, τὸ πάθος ἴκτερος κικλήσκεται. Si bilis flauæ vitellinæ, aut croceę, aut nigrę ex viridi mixtę in oẽ corpus ex viſcere refuſio fiat, hęc affectio icterus vocatur. De morbi Regij cauſis & differẽtiis plura leges apud Gor. & Gal. lib. 5. loc. aff. & lib. 3. de ſympt. cauſ. & Celſum cap. 24. lib. 3. Paul. lib. 3. cap. 50. & Aëtium cap. 17. lib. 2. Tetrab. 3.

Ἰκτερώδης χροιὴ, color auriginoſus arcuatus, qualis eſt aurigine laborantium aut morbo regio, lib. περὶ γυν. φύσ. (p. 217. 4.) in profluuio albo. καὶ ἡ χροιὴ ἰκτερώδης καὶ λευκὴ γίνεται, color auriginoſus & albus euadit, & libr. 2. περὶ γυν. (p. 269. 11.) & (p. 268. 34.) καὶ ἡ χροιὴ ἰκτερώδης γίνεται, & color auriginoſus euadit. Sic ὀφθαλμοὶ ἰκτερώδεες, oculi auriginoſi libr. 2. περὶ γυν. (p. 284. 19.) & Coac. Pr. (p. 435. 19.) ἰκτερώδης ὀφθαλμὸς, oculus morbi regii colore infectus dicitur in pleuritide. Sunt etiam ἰκτερώδεες qui flaua bile abũdant, & quorum cutis bilioſo humore infecta eſt, aph. 72. lib. 5.

¶ Ἴλιγγοι dicuntur vertigines Hippocrati aph. 17. 23. & 31. libr. 3. ἴλιγγός ἐστιν ἡ σκοτοδινία, ἥ τις γίνεται ὑγροῦ μετὰ παχέος πνεύματος κινουμένου κατὰ τὴν κεφαλὴν, διὸ καὶ προηγεῖται ἐπιληψίας καὶ ἀποπληξίας. ἴλιγγος eſt tenebricoſa quædam vertigo qua circũagi omnia videntur, quæ fit dũ craſſus ſpiritus humore permixtus in capite mouetur. Ideoq́; & epilepſiam & apoplexiã præcedit. ἴλιγγοι capitis læſionem conſequũtur, & fiunt cerebro pituita oppleto, vt apoplexiæ, hyemeq́; graſſantur, com. ad aph. 23. li. 3. ἴλιγγοι etiam ſenib. contingunt duplici ex cauſa, interdum ob ſpiritũ vaporoſum qui inordinato motu in cerebro cietur, interdũ quoq; ob exhalationem plurimam vaporoſam, q aceruatis vitioſis in vẽtriculo ſuperfluitanb. ad cerebrum fertur, com. ad aph. 31. libr. 3. ἰλιγγώδεες πυρετοὶ in Coac. Præn. (p. 426. 44.) dicuntur febres vertiginoſæ, in quib. ægri ſubinde vertigine corripiuntur, & pperuò menti offuſas nubes ac caligines ſentiunt, crebrasq́; ſpiritus cõuolutiones, ex magna humidi & craſſi ſucci copia in cerebro agitata & flatibus diſtenta. Iis. n. omnia vidẽtur circumagi & rotari ex ſpirituum in cerebro agitatione, & ad huiuſmodi febres magna ſequuntur deliria. Verùm λυγγώδεες πυρετοὶ quibuſdã codicib. ſcribuntur, h. e. febres ſingultuoſæ, & in quib. magna morbi parte ſingultus intenditur. ἴλιγγος exponitur Heſych. ὁ τῆς κεφαλῆς σκοτισμὸς, & ἰλιγγιᾷν, τὸ σκοτοῦσθαι, καὶ δοκεῖν περιφέρεσθαι, συστρέφεσθαι, σκοτοῦσθαι.

Ἰλλαίνειν Gal. in Exeg. apud Hipp. διαστρέφειν τοὺς ὀφθαλμοὺς, qđ eſt oculos contorquere, diſtorquere exponit. Verùm apud Hip. ἰλλαίνειν oculis eſſe diſtortis & peruerſis ſignificat, vt ἰλλαίνειν neutrum eſſe videatur. Sic ægr. 3. lib. 3. Epid. δεξιὸν ἴλλαινε ſcribitur, quod eſt dexter oculus peruerſus eſt. Quę phraſis ẽt reperitur ægr. 11. Et lib. 4. Epid. (p. 329. 14.) ἀριστερὰ δὲ ἴλλαινεν αἰνῶς ὁ ὀφθαλμὸς ὀδυνώμενος, ex ſiniſtra autem parte oculus graui cum dolore diſtortus eſt. Etſi illìc variam exemplarium lectionẽ expreſſimus noſtris eum in locum Annot. In Coac. quoq; Præn. (p. 430. 26.) ἰλλαίνων ὀφθαλμὸς, διαστρεφόμενος oculus puerſus & diſtortus dicitur. Sic enim ὀφθαλμοὺς διαστρέφεσθαι ſcribit Hipp. in Progn. & Coac. Præn. (p. 426. 9.) & aph. 49. libr. 4. quod oculum peruerti vertit Celſus. Atq; hãc iſtius dictionis notionem agnoſcit Pollux apud Hippocratẽ, cùm ſcribit lib. 2. ὁ δὲ Ἱπποκράτης δὲ ὀφθαλμὸν ἰλλαίνειν φησὶ τὸν διεστραμμένον γενόμενον. Quibus ſanè verbis indicat ἰλλαίνειν dici Hippocrati

de

de oculo diſtorto & peruerſo. Vt certè nõdum apud Hip. ἰλλαίνῃ ὀφθαλμὸς, ꝓ διαστρέφῃ legerim, & διαστρέφεσθαι pro διαστρέφειν lubẽtius apud Gal. ſcribendum exiſtimarim. Eſt & ἰλλαίνεσθαι διαστρέφεσθαι, diſtorqueri aut cõtorqueri, quo vtitur Hip. de oculis libr. 3. de morb. (p.161.5.) ὅ τε οἱ ὀφθαλμοὶ δακρύουσί τε καὶ ἰλλαίνονται, & oculi puertuntur & lachrymas emittũt. Ad eamq; notionem accedunt exẽplaria in quib. κατιλλαίνουσαι aut κατιλλαινόμεναι φωναὶ ſcribuntur lib. 3. Epid. h. e. voces diſtortæ, peruerſæ, ꝓ vitiatis, impeditis & ex diſtillatione in fauces interceptis. Qua de re & dictione plura ẽt noſtris in eum locum Annot. ſcripſimus. Hæc aũt omnia à dictione ἴλλος deducuntur. ἴλλους aũt τοὺς ὀφθαλμοὺς ἰωνικῶς ὀνόμαζον, vt ſcribit Pollux. Eſt & ἰλλὸς, στραβὸς, τυφλὸς, διεστραμμένος, qui peruerſam aut diſtortã habet oculorum aciẽ, Sudæ & Heſychio. ἴλλωσις ὀφθαλμῶν eſt oculi puerſio & diſtortio, in Pror. (p.191.18.) & Coac. Pr. (p.433.14.) Etſi exemplaria publicata εἴλωσιν legunt ab εἰλέω qđ eſt voluo, agito, verto, implico, περιστρέφω. Verùm nos eam vitiatã eſſe lectionẽ diximus, & ἴλλωσιν ex Gal. com. 2. in lib. 3. Epid. & Coacis legimus. Idẽ quoq; Gal. ὀφθαλμῶν ἴλλωσιν, διαστροφὴν exponit. Sic ἰλλάδες ὄμματα oculi diſtorti aut peruerſi dicũtur lib. 1. περὶ γυν. (p.245.3) θράσος ὀμμάτων ἰλλάδων, oculorum puerſorum ferocitas. Eadem quoq; ab ἴλλω nonnulli deducunt aut ab ἰλλέω quod idem qđ ἰλλώπτω, aut ἰλλωπῶ, aut ẽt ἰλλαίνω ſignificat, aut ab ἴλλω, qđ εἰλῶ & συστρέφω, h. e. voluo aut cõuoluo, aut ẽt δεσμεύω, vincio, arcto, indicat. ἴλλω etiam συγκλείω Galeno ſignificat in Exeg. vt & συνέχειν, σφίγγειν, concludere, continere, conſtringere. Ad quas ſignificationes reſpexerũt qui κατιλλούσας φωνὰς aut κατιλλομένας apud Hip. legunt lib. 3. Epid. & διαστρεφούσας aut διαστρεφομένας, aut συνειλουμένας, συστρεφομένας & συνδεδεμένας exponunt, h. e. voces ꝑuerſas, conuolutas, contortas, vinctas aut præpeditas. Sic & τὴν γῆν ἰλλομένην περὶ τὸν πόλον variè accipiunt apud Platonem in Timæo. Ariſt. nanq; lib. 2. de cœlo εἰλουμένην καὶ κινουμένην exponit, & Platonem exiſtimat terram circum polum verti velle ac agitari aut circumuolui. Qua in opinione fuiſſe ẽt Plat. in Timæo quibuſdam videri ſcribit M. Tullius in Lucullo. Eã verò Ariſtot. opinionem Simplicius calumniæ inſimulat, & ἰλλομένην δεδεμένην, h. e. alligatam & adhæreſcentem exponit. Proclus quoq; Ariſt. etiam ſententiam improbans, σφιγγομένην, conſtrictam exponit. At Gal. com. 3. in lib. 3. Epid. (p.423.14.) hæc Plat. verba adſcribens, εἱλλομένην nõ ἰλλομένην legit, & καθειλουμένην ἢ ἀπωθουμένην explicare videtur, hoc eſt, contractam, coactam, propulſam, conuolutam. Quæ tamen Platonis verba fœdiſſimè noſtris in codicibus deprauata leguntur. ἰλλαίνειν porrò idem Gal. (ibid.) διαστρέφειν ſignificare ſcribit, & inter obſcuras & parum vſitatas Hip. dictiones reponit.

Ἰλὺς, ύος, ἡ, fœx vini dicitur ex Ariſt. lib. 3. de gener. animal. Sic lib. 1. περὶ γυναικ. (p.250.40) σμῆγμα ἐκ τῆς ἰλύος, ſmegma ex vini fœce vteri vlceribus colluẽdis adhibetur. Hinc ἰλυώδεις ὑποστάσεις, ſedimentum limoſum in deiectionibus, in Prorr. (p.216.23.) & Coac. Pr. (p.442.17.) & ἰλυώδεα limoſa alui recrementa, ib. (p.440.39.) Sunt & ὑποστάσεις ἰλυώδεις, in vrinis, ſedimenta limoſa, & vini fœcibus ſimilia, in Coac. Præn. (p.442.38.)

¶ Ἱμείρεσθαι deſiderio & cupidine teneri, deſiderare, cupere, concupiſcere, lib. 1. περὶ γυν. (p.233.30) καὶ ἱμείρεται ἀδελφιζομένοις ὡς ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ, & deſiderio tentatur non ſecus ac vterum gerens. Rurſus ibid. (p.234.23.) ἱμειρομένης τε καὶ συνιούσης ἀνδρὶ, hoc eſt, muliere viri congreſſum appetente, aut muliere appetente & viri cõgreſſu fruente. Et rurſus ib. (p.241.39.) ἱμείρεσθαι ἀλλοτρίων αἰεὶ βρωμάτων, alienos ſemper cibos appetere, de prægnante dicitur. Erotianus ἱμείρομαι apud Hip. ἐπιθυμῶ exponit, hoc eſt, deſidero, appeto, aut cupidine teneor, & ἵμερον, ἐπιθυμίαν, adducto Homeri verſu, ὡς σέο νῦν ἔραμαι, καί με γλυκὺς ἵμερος αἱρεῖ, vt nunc te amo, & me dulcis cupido tenet, qui legitur Il. γ. (v.446.) & Il. ξ. (v.228.) vbi ἵμερος deſiderium amatorium & cupidinem veneream, congreſſum Helenæ concupiſcentis Paridis, & Iouis Iunonis, denotat, vt & aliàs ἵμερος Il. ξ. (v.198. & 216.) & ἱμείρεσθαι (v.163.) non ſecus ac ἱμείρεσθαι apud Hipp. mulieris congreſſum ſignificat. Dicitur & ἱμερθῆναι τοῦ ἀνδρὸς Hippocrati, cum viro concumbere, congredi, & ἱμερθῆναι propriam quãdam ſignificationem mulieris cũ viro cõgreſſus includit, quòd amoris quoddam deſiderium aut cupidinem contineat. lib. 1. περὶ γυν. (p.237.26.) ἱμερθῆναι χρὴ τοῦ ἀνδρὸς, ἢν ἄριστα ἔχωσιν αἱ ὑστέραι, cum viro congredi oportet, ſi optimè habuerint vteri. Sic ἱμερθεῖσαι αἱ γυναῖκες, cũ viro congreſſæ mulieres, viri congreſſu fruentes & potitæ dicuntur lib. 1. περὶ γυν. (p.239.27) Quem mihi locum diſertis verbis expreſſiſſe videtur Gal. in Ex. vbi ἱμερθεῖσαι poſitum ſcribit apud Hip. αἱ τῆς ἐπιθυμίας τυχοῦσαι, ἀνδρὶ μιγεῖσαι, h. e. quæ cum viro congreſſæ ſunt, & viri congreſſu potitæ. ἱμείρεται etiam exponitur Heſychio, ἐρᾷ, ἐπιθυμεῖ, ποθεῖ, amat, cupidine tenetur, deſiderat aut concupiſcit.

¶ Ἰνδικὸν dicitur Hip. quod Perſæ piper vocant, cuius fructus rotundus μυρτίδανον vocatur. Sic enim ſcribitur lib. 2. περὶ γυν. (p.288.28) τὸ ἰνδικὸν ὃ καλέουσιν οἱ Πέρσαι πέπερι, καὶ ἐν τούτῳ ἔνι στρογγύλον, ὃ καλοῦσι μυρτίδανον. Gal. in Exeg. vocum Hippocratis ſcribit eos qui medicamentorum nomenclaturas ſcripſerunt, ἰνδικὸν exiſtimaſſe eſſe τὸ ζιγγίβερι, ex eo deceptos quod ipſum piperis eſſe radicem exiſtimarent, cùm tamen conſtet diuerſas eſſe plantas gingiberis & piperis ex Dioſc. Anazarbæo cap. 189. & 190. lib. 2. Dioſcor. verò iuniorem qui vocũ expoſitiones ſcripſit, ἰνδικὸν exiſtimare plantã eſſe in India naſcentẽ, piperi aſſimilẽ, & eius fructũ μυρτίδανον vocari, ꝙ myrto ſimilis ſit: ἰνδικῶν ẽt φαρμάκων meminit

Hippocr.lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 221. 15.) ἰνδικοῦ φαρμάκου τὸ τῶν ὀφθαλμῶν ὃ καλεῦται πέπερι. Sed locus valdè mihi ſuſpectus eſt, cùm paſſim μηδικοῦ φαρμάκου legatur pro ἰνδικοῦ, tum quòd pro τρίμματα, τρία legit Cornarius ex lib.1. περὶ γυναικ. vbi iiſdem ferè verbis hoc repetitur, ex quo illum locum vitioſum eſſe ſatis apparet. Sic enim ſcribitur (p.261.10.) κόκκους ἐκλέψας ὅσον τρεῖς ἰνδικοῦ φαρμάκου, τοῦ τῶν ὀφθαλμῶν, ὃ καλέεται πέπερι, καὶ τοῦ στρογγύλου τρία. Ex quo lib. περὶ γυναικ. φύσ. κόκκους ὅσον τρεῖς pro τρίμματα legendum, & ad piperis grana, non ad grana cnidia referendum videtur, etſi cocci cnidii magnus eſt ad ſubdititia med. in mulieribus morbis vſus, & hîc plurimùm facere videtur. Deinde τρίμματα incertum an ad coccum cnidium referantur, an verò ad piper, pro quibus tamen Cornarius τρία legit. Et τὸ τῶν ὀφθαλμῶν legendum, & τοῦ στρογγύλου ἑκάστου τρία, aut τοῦ στρογγύλου τρία, etſi τῶν στρογγύλων ἴπεχε, τρία videlicet, ferri poteſt. At verò neque quid per τὸ τῶν ὀφθαλμῶν intelligatur, planè ſatis conſtat, niſi piper candidū accipiatur, quod eſt ocularibus remediis aptū. Piperis enim racemos κόκκους φέρειν ὀμφακώδεις, hoc eſt, grana acerba ferre ſcribit Dioſc. cap.189. libr.2. quæ candidum piper faciunt, apta ocularibus remediis. Id candidum nondum maturum ſed ὀμφακίζον, h. e. adhuc acerbū, longo & nigro infirmius eſt, ideoq́; potiùs ad ſubdititia medicamenta ab Hip. expertum. Quòd autem ab Hip. ſcribitur, καὶ τοῦ στρογγύλου ἴπεχε, id intelligitur quod μυρτιδανὸν dicitur libr. 2. περὶ γυναικ. & piperis fructus eſt, tempeſtiua maturitate in grana nigra & rugoſa collectus. Etſi quidam per τὸ στρογγύλον, piper nigrum intelligi apud Hipp. contendunt, per μυρτιδανὸν autem & τὸ τῶν ὀφθαλμῶν piper rotūdum Theophraſti, hoc eſt, cubebas vulgares. Indici etiam medicamenti meminit Hippocr. & ἰνδικοῦ ποιὸν ſcribit libr.2. περὶ γυναικ. (p. 279.47.) Sic rurſus (ibidem p. 284. 32.) Indicum medicamentum ad oris grauem odorem deſcribitur. Eſt & ἰνδικὸν φάρμακον coloris ſeu medicamēti genus, quod duplex facit Dioſc. lib.5. cap. 107. & Plinius lib.35. cap.6. Quibus ſanè ex Hippocratis locis ſatis apparet Galeni locū in Exegeſi, vbi ꝓ indicatura ἰνδικὰ ſcribitur, vitioſum eſſe, & ἰνδικὸν ſcribēdum, & locum lib.2. περὶ γυναικ. à nobis ſubnotatum ea nomenclatura exprimi, cùm nuſquam apud Hipp. ἰνδικὰ ſcriptum reperiatur.

Ἶνες ſunt villi & fibræ, fila quædam oblonga, gracilia, alba, ſolida, valida, omnis generis corporis partib. inſerta, vt rectè ſcribit Gorrhæus. Eas verò in ſanguine fibras ex quibus concreſcit cernere eſt facile, quas & agnoſcit Hippocr. lib. περὶ σαρκῶν vulgò inſcripto (p.41.23.) ἐπὴν σφάξῃ τις ἱερεῖον, τέως μὲν ἂν θερμὸν ᾖ, ὑγρόν ἐστι τὸ αἷμα· ἐπειδὰν δὲ ψυχθῇ, ἐπάγη· ἢν δέ τις αὐτὸ ἐλάσσῃ, οὐ πήγνυται. αἱ γὰρ ἶνες εἰσὶ ψυχραὶ καὶ κολλώδεες. Cùm quis victimam iugulat, quandiu calet ſanguis, liquidus eſt, vbi verò refrigeratus fuerit, congelatur. Quòd ſi quis ipſum agitet, non congelatur. fibræ enim frigidæ ſunt & glutinoſæ. Rurſus ibidem de lienis conformatione. ὁ δὲ σπλὴν συνέστη ὧδε. σὺν τῷ θερμῷ καὶ κολλώδει καὶ τοῦ θερμοῦ πλεῖστον. τοῦ δὲ ψυχροῦ, ἐλάχιστον. τοσοῦτον μόνον, ὁκόσον πῆξαι τὸ κολλῶδες αὐτό. τοῦτό εἰσιν αἱ ἶνες αἱ ἐνεοῦσαι ἐν τῷ σπληνί. καὶ διὰ τὰς ἶνας ταύτας μαλακός ἐστιν ὁ σπλὴν καὶ ἰνώδης. Lien autem ita conſtitutus eſt. Cū calido & glutinoſo, calidi quidem plurimum concluſum eſt, frigidi verò minimum, ac tantum ſolùm quantum glutinoſum ipſum cogere poſſet. Id autem ipſum exiſtunt fibræ quæ in ſplene inſunt, quarum beneficio mollis & fibroſus lien euadit. Et lib.2. de morb. (p. 151.7.) ἢν μὲν τὸ πῦον ᾖ λευκὸν καὶ καθαρὸν, καὶ ἶνες αἵματος ἐνέωσιν, ὡς τὰ πολλὰ ὑγιὴς γίνεται. ſiquidem pus album & purum, & fibræ ſanguinis inſint, plærunq; ſanus euadit. Rurſusque lib. περὶ φύσ. παιδίου (p.31.3.) ἐν δὲ τῷ ὑμένι ἐφαίνοντο ἐνεοῦσαι ἶνες λευκαὶ καὶ παχεῖαι. In pellicula verò fibræ albæ & craſſæ ineſſe videbantur. Erotiano ἶνες exponuntur ex quorūdam opinione, τὰ νεῦρα, nerui, quibuſdam etiam αἱ σωματικαὶ ἢ τούτων κτηδόνες, hoc eſt fibræ aut villi ex quibus hi componuntur. Sic enim apud Erotianum pro κατηδόνας κτηδόνας legendum exiſtimo, quod nonnulli perperam κατηλιδόνας reponunt. Sunt autē κτηδόνες tenues villi ac fibræ, quibus veluti ſtamine quodā corporis tunicæ & membranæ intertexuntur, aut quæ eas ſegmenta & ſtriæ interſecant. Sic enim Hipp. libr. περὶ καρδίης (p.55.46.) de ventriculorum cordis pelliculis. ὑμένες γὰρ καὶ ἄλλοι τινὲς ἐν τῇσι κοιλίῃσιν ὁκοῖον ἀράχναι διαπετέες ζώσαντες πάντῃ τὰ στόματα κτηδόνας ἐμβάλλουσιν ἐς τὴν στερεὴν καρδίην. Sunt enim aliæ quędā in ventriculis membranæ, velut aranearum telæ extentæ, quæ vndiq; oſcula cingunt, fibras aut filamenta in ſolidum cor inſerant, ſtrias ac ſegmenta dixit Cornarius. Rufus quoq; Epheſius lib.2. περὶ ἀνθρώπου μορίων de corneę oculi tunicæ appellatione ſic ſcribit: κερατοειδὴς δὲ ἤτοι διὰ τὴν εὐτονίαν, ἢ διὰ τὸ λάμπειν τὸ ὑποκείμενον ὑγρὸν ἔνδοθεν, ὡς διὰ κέρατος, ἢ διὰ τὴν κέρατι παραπλησίως εἰς κτηδόνας ἀναλύεσθαι. Cornea aūt, aut propter firmitatem, aut quoniā interius prope ſitus humor tāquam cornu pellucet, aut quòd ad inſtar cornu in ſegmenta aut veluti filamenta quædam reſoluitur. κτηδόνας in arboribus vocat Theoph. hiſt. plant. lib. 5. cap. 2. tenues in earum pulpa lineas, ſeu filamenta quædam & ſegmenta eas intercurrentia & diſcriminātia, Plinius venarum curſus & pectines, lib.16. cap.38. & 39. vertit. ἶνας καὶ φλέβας, fibras ac venas, quibus veluti ſtamine quodam intertexuntur, idiotæ vocant. τὰς τῶν ξύλων κατ' εὐθεῖαν διαφυάς, h. e. rectas lignorum lineas, interualla ac diſcriua quidam exponunt.

Ἰνάω, vacuo, purgo, exinanio, vnde ἰνᾷ κενοῖ, & ἰνηθμὸς κένωσις, & ἰνεῖται κενοῦται, exponitur Gal. in Exeg. Erotianus quoq; ἰνᾶται καθαίρεται exponit apud Hipp. & ἰνηθμὸν κάθαρσιν κοιλίας, & ἴνησιν τὴν κάθαρσιν, vt & Heſychius, cui etiam ἰνηθεῖσα, καθαρθεῖσα & κενωθεῖσα dicitur. Eſt &

ἰνάω

ἰνέω pro ἰνίω, vnde Heſychio ἰνώμενος ἐκκενούμενος exponitur, τουτέστι καθαιρόμενος, vnde & ὑπίνωσεν λέγεται, & ἰνῶσαι τὸ ἐκκαθᾶραι, ἐκκαθάρθη, & ἰνᾶσθαι ἐκκενοῦσθαι καὶ καθαίρεσθαι. Indeque ἰνήσεται ſcribitur Hippocrati lib. de locis in homine (p.70.20.) καὶ ἰνήσεται, & expurgabitur. Quē certè locū mibi propriè expreſſiſſe videtur Erotianus cùm ἰνήσεται καθαρθήσεται exponit. licet ἰνήσειν pro ἰνήσεται (vitiosè vt exiſtimo) quidā apud Erot. legunt. Rurſus lib. 1. περὶ γυναικ. (p.246.35.) ἰνήσεται pro ἰνίσει ſcribitur. σιτίον δὲ προσφέρεσθαι κοῦφον ὃ, τι μὴ ἰνήσεται, cibus offerendus leuis qui non vacuet aut purget. Vbi tamen εἰνήσεται vitiosè legitur in omnibus codicibus publicatis. Pro quo Caluus σινέσεται aut σινέεται legiſſe videtur. vt non malè coniiciendum ſit ἰνῆται legendum eſſe, eumque fortè locum à Galeno ſubindicari cum ἰνῆται κενῶται exponit. Exemplaria tamen manu ſcripta εἰρύσεται legunt, pro ἑλκύσει, hoc eſt qui non attrahat, vacuando ſcilicet. Dicitur autem εἰρύομαι pro ἐρύομαι epēthesi Ionica. Aut igitur illic legendum videtur ὅ, τι μὴ ἰνήσεται, pro ἰνήσει, ab ἰνᾶσθαι quod ſignificationem etiam babet actiuam, vt ἐκκαθᾶραι exponit Heſychius, aut ὅ, τι μὴ ἰνήσεται aut ἰνῆται. Et certè locus mihi non parum ſuſpectus eſt. Nam quòd εἰρύσεται habent vetuſtæ membranæ, id dictionis gloſſema quoddā eſſe potius videtur, quàm genuina ſcriptura. ἰνηθμὸς autē legitur Hippocrati lib. de loc. in homine (p.69.8.) ἢν δὲ ἰνηθμὸς ἐπίσχηται. Si verò vacuatio oboriatur. Et rurſus (p.71.15.) ὑπὸ ἰνηθμοῦ ἐπεχόμενος, vacuatione detentus. Et (v. 20.) φάρμακον ἰνηθμὸν & ἐμετικόν, medicamentum purgans & vomitum excitans. Rurſuſque (v.23.) ὁ γὰρ ἔμετος τὸν ἰνηθμὸν παύει. Vomitus euacuationē ſedat. Et (p.72.20.) ἰνηθμὸς γίνεται, euacuatio contingit. Rurſus (p.74.34.) ὅπως μὴ ἰνηθμὸς γίνηται ἐκ τῆς ὑπερκαθάρσιος, vt ne euacuatio ex nimia & ſuperflua purgatione contingat.

Ἰνίον occiput, occipitium, eſt poſterior capitis pars ſutura lambdoide terminata, ad colli tendines vſque deſcendens: Alij à vertice totam poſticam capitis partem ad collū vſque occiput & ἰνίον vocant. Sic Iſagoges author. (p.375.39.) ἰνίον vocat, τὸ μετὰ τὴν κορυφὴν ἐκ τῶν ὄπισθεν εἰς ἐπὶ τοὺς τένοντας καταβαῖνον, quod poſt verticem à poſteriore capitis parte ad tendines vſque deſcendit. Rufus quoq; ἐν τῷ περὶ ὀνομασίας τῶν μορίων, τὸ τετριχωμένον ὄπισθεν, hoc eſt poſteriorem capitis partem capillatam, ἰνίον vocari ſcribit. Pollux lib. 2. τὸ κατόπιν τῆς κεφαλῆς, ἰνίον dici vult διότι ἀπ' αὐτοῦ αἱ ἶνες ἐκπεφύκασιν. Alii ἰνίον eſſe volunt τὸ ὄπισθεν τοῦ τραχήλου νεῦρον, poſteriorē ceruicis neruum. Alii quod à capitis ima baſi ad latos neruos & colli tendines extenditur, in quibus robur corporis ſitum eſſe creditur. Homeri Scholiaſtes τὸ πλατὺ καὶ παχὺ νεῦρον τὸ κατιὸν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἐπὶ τὸν αὐχένα, latū & craſſum neruum à capite ad collum deſcendentem. Ἰνίον autem dictum volunt, διὰ τὸ ἰνῶδες καὶ νευρῶδες εἶναι, quòd fibroſum ſit & neruoſum, aut quòd ἶνες τὰ νεῦρα vocentur, hoc eſt nerui & tendines ad collum pertingentes. Hac dictione vtitur Hippocr. aph. 26. lib. 3. vbi σφονδύλου τοῦ κατὰ ἰνίον εἴσω ὤσιας dicit, vertebræ quæ eſt in occipitio ad interiora propenſiones, aut introrſum laxationes.

¶ Ἰξάλην, τελείας αἰγὸς δέρμα, hoc eſt integræ & non ſectæ, aut certè perfectæ capræ pellem exponit Gal. in Exeg. vt & ἰξάλη τελείας αἰγὸς δέρμα ἢν μηλωτὴν καλοῦσι, dicitur Erotiano; niſi ſi ἰξάλην potius apud Erotianū legendū, vt ſubindicetur locus lib. de fract. (p.566. a.) ἰξάλην δ' αἰγὸς χρὴ ὑποστορέσαι. Pellis verò caprina ſubſternenda eſt. Vbi ſcribit Gal. ἰξάλην dici capræ ſiue alterius animalis pellem. Ἴξαλον αἶγα ἄγριον vocat Homerus Il. δ. (v.105.) capream ſaltu degentem aut impetuoſam, ἀπὸ τοῦ ἵξαι καὶ ἅλλεσθαι. vt ſcribit Heſychius. ὀξέως ἁλλόμενον, πηδητικόν, ὁρμητικόν, quidam exponunt. Quibuſdam etiam παρὰ τὸ ἅλς ἵζεσθαι, aut ἁλίζεσθαι dici videtur, quòd ſale delectetur capra. Aliis etiam ἴξαλος dici videtur ὀχευτικός, laſciuus & ſalax, ὁ περὶ τὰς τῶν θηλειῶν ἰξύας ἤτοι ὀσφύας ἁλλόμενος, qui fœminarum lumbis inſilit, velut hœdi petulci dicuntur Virgilio Georg. 4. vt & petulcæ merettrices vocantur. Sic ἴξαλος τράγος, caper ſalax aut ſaltator dicitur. Quidam etiam non ſectum neq; caſtratum ſignificari tradunt, velut ἴξαλον apud Homerū τημίαν Porphyrius exponit, alii etiam τέλειον. Ex Rhetorico autem quodam lexico ſcribitur ἰξάλην dici τὴν ἐσκαμμένην, τὴν αἰγείαν, caprinam pellem vt τὴν παρδαλῆν & τὴν λεοντῆν pardalis aut leonis exuuium. Quod & Euſtathio adſcribitur, & repetitur Varino. Ἰσάλην quoque διφθέραν, δέρμα, corium, pellem, exponit Galenus in Exeg. pro quo ἰξάλην multi reponūt. Sed cum antea ἰξάλην Gal. expoſuerit, mihi videtur variam illius loci de fract. lectionē per ἰσάλην indicare voluiſſe, vt noſtris in eū locum Annot. adſcripſimus.

Ἰξία varix, κιρσὸς dicitur, & ἰξίαι κιρσοὶ exponuntur Galeno in Exeg. varices. Sic lib. 7. Epid. (p.367.43.) ἰξίαν aut ἰξίας repoſuimus, vbi vitiosè ἰξὸν legitur. ὁ περὶ τὰ ἓξ ἔτεα ἔσχεν ἱππουρὶν τε καὶ βουβῶνα, καὶ ἰξίαν καὶ κέδματα. ad ſex annos hippurin babuit, & inguinum tumorem, varicem, & diuturnas defluxiones in coxendicem & articulos, quæ κέδματα dicunt. Ἰξία Polluci cap. 25. libr. 4. etiam κιρσὸς dicitur, ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς πίτυσι τῆς πίτυος ὁμοίων συστροφῶν, ab abietū nodis. Heſychio quoq; ἰξίας κιρσὸς exponitur. Et κιρσὸς πάθος τι περὶ τὸ σῶμα ὅπερ τοὺς ἰξίας καλοῦσιν, ἄλλοι κρόσσον. Quibus in verbis mendū eſſe ſuſpicor. κρισσὸν enim pro κροσσὸν legendum videtur, cùm κροσσὸς aliud quid ſignificet, nempe vrceum, aut bydriam, aut guttum. κρισσὸς autem pro κιρσὸς dicatur, vt κρίκος pro κίρκος, (quod annulum indicat) & κρισσὸς apud Heſychium ſignificet τὴν ἐν ταῖς δρυσὶ γινομένην διάφυσιν ὅθεν ῥεῖ ὁ ἰξός, ἢ τὴν ἐν τοῖς ἄρθροις διάφυσιν σκληρὰν καὶ ὀζώδη. Hoc eſt varicē, cùm videlicet venæ contortæ, nodoſum quendam tumorem arborum nodis ſi-

milem faciunt. Sic Polluci cap. 25. lib. 4. κιρσὸς κρίξος dicitur, οἴδημα φλεβῶν περὶ κνήμην ποδὸς, vena in pedis tibia tumefacta. Pro quo κριξὸς melius ſcribi videatur, vt Ionicū ſit aut Doricū, pro κρισσὸς, ſicut διξὸς pro διττός. Deducūtur autē à κρισσοὺς κρισσοκάβωνες ἵπποι, equi qui varices habent in teſticulis, ideoq; admiſſurę ſunt parū idonei, vt ſcribit Apſyrtus in Hippiatr. Quæ certè faciunt vt κρισσοὺς pro κιρσοὺς Athenienſibus dictū exiſtimem, & inde magnā lucem adferri putem his Galeni verbis obſcuriſſimis lib. de Tumor. præter nat. (p. 357. 13.) ὥσπερ γὰρ τῶν εἰρημένων ὀνομάτων ἕκαστον ἐνδείκνυται τοῦ μόριος τὸ νόσημα καθ' ὃ λέγεται, οὕτω καὶ ἡ κιρσοκήλη νεώτερον ὄνομα, δηλοῖ τὸ πάθος ἐφ' ᾧ λέλεκται. κιρσοὺς γὰρ καὶ τὰς ἄλλας ἁπάσας φλέβας εὐρυνομένας ὀνομάζουσιν οἱ παλαιοί· κιρσοὺς δὲ καὶ ταύτας οἱ νεώτεροι καλοῦσιν ἰατροὶ τὸ ι στοιχεῖον μετὰ τοῦ κ στοιχείου τιθέντες, οὐ καθάπερ οἱ Ἀθηναῖοι, h. e. Nō ſecus ac vnūquodq; ex dictis nominibus affectū partis oſtendit, ex qua nomen ſumit, ita & κιρσοκήλη recētiorum nomen, oſtendit affectū ex quo dictū ſit. κιρσοὺς autē, hoc eſt varices, alias quoq; venas omnes dilatatas antiqui nominăt. κιρσοὺς & has vocant iuniores medici, ι elementū cum κ ponentes, nō velut Athenienſes. Indicare enim videtur his verbis Athenienſes ι cum κ non iunxiſſe, neq; κιρσοὺς dixiſſe, ſed κρισσούς. At verò quemadmodū κιρσὸς interdū ſimpliciter ſcroti eiuſq; tunicarū venam dilatatā & varicē ſignificat, aut eum qui circa teſticulos cōtingit, vt ſcribit Paulus cap. 64 & 82. lib. 6. ita & ἰξία lib. 7. Epid. huiuſmodi pudendorū varicem indicare videtur, ex perpetua in venatu diſcurſatione, aut in equo agitatione exortū, grauiore & craſſiore illuc delapſo ſanguine, & venarū imbecillitate tumoribus excitatis.

Ἴξιον, φύλλον τοῦ λευκοῦ χαμαιλέοντος, foliū chamæleōtis albi exponit Gal. in Exeg. apud Hippocr. Verùm ſuſpectā lectionē facit exēplarium varietas. Quędā. n. ἰξίων & φύλλον legūt. Alia ἴξιον, ſed φύλλα pro φύλλον habent. Sed meliora ea iudico quæ ἴξιν & φύλλα legunt. Dicitur n. ἰξίας χαμαιλέων λευκὸς Dioſc. cap. 10. lib. 3. διὰ τὸ ἔν τισι τόποις ἰξὸν εὑρίσκεσθαι πρὸς ταῖς ῥίζαις αὐτοῦ, quòd quibuſdā in locis viſcum gignat albū ſub alis foliorū (vt ſcribit Plin. ca. 18. lib. 22.) vnde & ixia appellatur. Eſt autē ἰξὸς viſcum, & Hippocrati pro viſcoſa muccagine ſumitur lib. 1. περὶ γυν. (p. 354. 29.) καὶ τοῦ ἰξοῦ ἀφαιρέων, & detracto viſco, h. e. glutinoſa & tenaci muccagine quā reddit tithymali ſuccus cū oleo laurino aut irino agitatus & pmixtus. ſpumā dixit Caluus. Vnde ἰξώδης viſcoſum dicitur, & pro glutinoſo medicamēti lentore ſumitur Hippocrati lib. περὶ ἑλκῶν (p. 514. 39.) ἔπειτα μίξας, τρίβειν ἐφ' ἡλίῳ ὡς θερμοτάτῳ, ἐπεγχέων χυλὸν ὄμφακος, ἕως ἂν ἰξῶδες γένηται, ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας. deinde mixta, ad ſolē feruentiſſimum vuæ acerbæ ſucco affuſo, dum viſcoſa euadant, per tres dies terito.

Ἴξις rectitudinem, rectam viam aut tramitem ſignificat apud Hippocratē lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 47. 53.) de ptiſſana. ὑδαρὴς γὰρ προσίζει), οὐδὲ μένει κατὰ τὴν τοῦ θώρηκος ἴξιν. Nuſquā enim adhereſcit, neq; in thoracis rectitudine manet. Vbi ſcribit Gal. ἴσμεν δὲ ὅτι τὴν ἴξιν ὡς τὸ πολὺ μὲν τὴν εὐθυωρίαν, ἐνίοτε δὲ καὶ αὐτὴν λέγει τὴν φοράν. Nouimus autem Hippocratē vt plurimùm quidē ἴξιν τὴν εὐθυωρίαν, hoc eſt rectitudinē dicere, interdum etiā τὴν φοράν, delationē. θώρηκος autē ἴξιν ſtomachū vocat, per quem epota ptiſſana ad ventriculum defertur. Galenus etiā in Exeg. ἴξιν εὐθυωρίαν ἢ ἄφιξιν, rectitudinē aut acceſſum exponit. Idem ſæpe apud Hippoc. κατ' ἴξιν, κατ' εὐθὺ, aut κατ' εὐθυωρίαν hoc eſt è directo, aut ſecundū directionē explicat. Sic lib. 1. περὶ γυν. (p. 238. 40.) ſcribitur, καὶ ἢν τὰ ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς ἀπιόντα ὁμοῤῥοθῇ κατ' ἴξιν τῷ ἀπὸ τῆς γυναικὸς, ταχύτερον κυήσει. & quæ à viro prodeunt, ſi concurrant è directo cum eo φ à muliere prodit, citius cōcipiet. ἴξιν τοῦ ἕλκεος τὴν εὐθυωρίαν, vlceris rectitudinē aut directionē exponit Gal. quæ aliquando per latitudinē corporis ſpectatur, vt lib. de fract. (p. 562. 10.) interdū verò ſecundū longitudinē (ibid. v. 40.) Rurſus magnā cautionē adhibet Hipp. lib. de fract. (p. 555. 1.) ne ferularum inſeſſiones, κατὰ τῶν σφυρῶν τὴν ἴξιν, hoc eſt è directo malleolorū fiāt. Idē quoq; os calcis, τὸ κατ' αὐτὴν τὴν ἴξιν, h. e. quod è regione reſpondet, in exteriorē partem protrudendū monet, (ibid. p. 642. 43.) vbi Gal. τὴν ἴξιν, τὴν εὐθυωρίαν, hoc eſt directionem exponit, qua os calcis ad tibiā reſpondet ſibi naturali ſitu impoſitam. Rurſus κατὰ τὴν ὄπισθεν ἴξιν, de poſteriore partis proceſſione & regione dicitur (ibidem p. 640. 42. & 641. 5.) Iterum quoq; (ibid. p. 544. 2.) πλὴν ὁκόσα κοινωνεῖ τοῖσι τῆς κνήμης ὀστέοισι, καὶ αὐτέῃ τῇ ἴξει. niſi ſi quæ cum tibiæ oſſibus cōmunionem habent, eiq; è directo reſpondent. Vbi ſcribit Gal. τὸ κατ' ἴξιν ſæpius Hippocrati vſurpatum idē ſignificare quod κατ' εὐθύ. Rurſuſq; (p. 555. 23.) ὁ γὰρ μηροῦ ἡ κεφαλὴ ὑποχέει τὸ ἄνωθεν τοῦ σώματος. αὕτη δὲ εἴσωθεν πέφυκε τοῦ σκέλεος, καὶ οὐκ ἔξωθεν, ἀλλὰ κατὰ τὴν διϊστημένην ἴξιν. ἅμα δὲ τὸ ἄλλο ἥμισυ τοῦ σώματος γεγονεύτεται ταύτῃ μᾶλλον τῇ ἴξει, ἀλλ' οὐχὶ τῇ ἔξωθεν. ἅμα δὲ ὅτι παχύτερον τὸ εἴσω τοῦ ἔξωθεν, ὥσπερ καὶ τὸ ἐν τῷ πήχει τὸ κατὰ τὴν τοῦ μικροῦ δακτύλου ἴξιν λεπτότερον καὶ μακρότερον. Nam femoris caput quod ſuperiorē corporis partē ſubuehit interiore cruris parte, nō exteriore, idq; è directo anterioris tibiæ, ſitū eſt. Tum verò reliqua dimidia corporis pars, huc magis ſuo momēto quàm in exteriorē partem inclinat. Adde φ internū os externo craſſius eſt, non ſecus ac in cubito, φ è directo minimo digito reſpōdet, tenuius eſt & longius. Quem etiā locū in τῆς ἴξιος ſignificatione profert Galenus Com. 2. in lib. de fract. (p. 544. 14.) vitioſè tamen noſtris in codicib. ſcribitur. Ἴξις etiā τῆς εὐθυωρίας denotate apud Ionas adſcribitur ex Corintho. reliqua vide in κατ' ἴξιν poſtea.

Ἰξὺς & ἰξὺν vel ἰξύας, ilia vel lumbi dicūtur. ἰξύας Gal. apud Hipp. in Exeg. τὸ μεταξὺ τῶν ἰσχίων καὶ τῆς ὀσφύος, coxendicis & lumborum intermediam partē exponit, hunc nimirum locū lib. de fract. (p. 557. 12.) (vt mea fert opinio)

ſubindicans. περιστρεβλάμενα δὲ χρὴ ὀθόνια τῶν ἐσθονιων κύκλῳ ἀμφὶ τὸ ἰσχίον, καὶ τὰς ἰξύας. Pauca præterea lintea ad coxam & ilia in orbem circunducenda. Atq; ibi Galenus in τῶν ἰξύων ſignificatione propè ambiguus videtur. Scribit enim ἰξύας quibuſdā eſſe τὰ τῶν λαγόνων ὀστᾶ, iliorum oſſa, aliis, τὰ ὑπεράνω αὐτῶν, ſuperiorē partem, quæ propriè λαπάρη dicitur. Se verò exiſtimare, cum Homerus, ſingulari numero vſurpet ἰξυῒ, eo nomine partē quæ inter oſſa thoracis & iliū media eſt deſignari. (Sic enim ſcribitur ὀδυσσ. ε. (v.231.) περὶ δὲ ζώνην βάλετ' ἰξυῖ, hoc eſt, zonam autem lumbis circumpoſuit. Qui etiam locus (vt obiter moneam) vitioſè legitur apud Gal. Apud Hip. autem eo loco per τὰς ἰξύας, τὰ τῶν λαγόνων ὀστᾶ, ilium oſſa intelligi. Sed & τὰς ἰξύας ſæpe vſurpat Hipp. ἐν τῷ τῶν γυναικείων πραγματείᾳ, apud quem creberrima eſt phraſis. ὀδύνη ἴσχει τὴν νείαιραν γαστέρα καὶ τὰς ἰξύας, dolor imū ventrem & lumbos detinet, vt libr. περὶ γυν. φύσ. (p.214.3.&34.)&(p.215.3.&15.&38.)&(p.216.8.&36.&43.) ἢν αἱ μῆτραι ἐς τὸ μέσον τῶν ἰξύων ὦσιν, ſi vteri ad medios lumbos fuerint. Rurſus (p.217.3.&39.&p.224.28.&pag.225.3.&24.&33.&36.&p.228.4.) Sic lib. 1. περὶ γυναικ. (p.233.24.) καὶ τὰς ἰξύας ἐκπάγλως πονέει, & lumbi ſtupendū in modū dolent. Et (p.243.20.) καὶ ὀδύναι ἀΐσσουσι πρὸς τὰς ἰξύας, & dolores ad lūbos reſiliūt. Sic (p.247.5.&28.&49.) Et (p.249.2.&39.) Rurſus lib. 2. περὶ γυν. (p.265.7.) καὶ ὀδύνη ἴσχει ἐς τὰς ἰξύας, dolor ad lūbos detinet, & (v.24.) ὀδύνη ἐς τὰς ἰξύας, dolor ad lumbos. Et rurſus (p.268.26.) & (p.269.10.) atq; aliàs ſæpe. Erotianus apud Hippoc. ἰξυῖ ὀσφύϊ exponit, quod legitur ἐν τῷ μοχλικῷ (pag.511.17.) παρὰ δὲ ὀξυῖ καὶ περὶ μασχάλας, &c. Iuxta lumbos aūt & circa axillas. Etſi eo loco Mochlici ἰξυῖ pro ἰξυῖ videtur leg. Erotianus, cum ἰξυῖ ὀσφυῖ exponit. Quod tamen mihi admodū ſuſpectam eam lectionem facit. Atq; interdū apud Hippocr. ſcribitur καὶ ὀδύνη ἴσχει τὴν νείαιραν γαστέρα, καὶ τὴν ὀσφῦν, pro τὰς ἰξύας, vt lib. 2. περὶ γυν. (p.281.1.&p.279 21.)& lib. περὶ γυν. φύσ. (p.224.21.) Etſi interdum vtrunq; coniungit Hip. (vt ibid. p.226.22.) ὀδύναι ἴσχουσι τὴν τε ὀσφῦν, καὶ τὴν νείαιραν γαστέρα, καὶ τὰς ἰξύας. dolores lumbos detinent, & imū ventrē, & ilia. Heſychio quoq; ἰξὺς ὀσφὺς exponitur, vt & ἰξύες ὀσφύες, & ἰξυῖ, ὀσφυῖ, λαγόνι. Polluci verò lib. 2. τὸ δὲ ὀπισθογάστριον τὸ ὑπεράνω ὀσφὺς καὶ ἰξὺς dicitur. At author Iſagoges (p.376.44.) ὀσφῦν καὶ ἰξὺν nominari ſcribit eam partem qua cingimur, & quæ ſpinam excipit, Latini lumbos vocant.

¶ Ἴονθος, varus Latinis dicitur, tumor durus & exiguus in cutis facie exortus, ex craſſo quodam humore & tenui ſanie cōſiſtens, Gal. lib. περὶ τῶν ὄγκων παρὰ φύσιν (p.478.1.) Eidē quoq; lib. 5. de Com. med. κατὰ τόπους (p.225.1.) Ἴονθος dicitur ὄγκος μικρὸς καὶ σκληρὸς ἐν τῷ κατὰ τὸ πρόσωπον δέρματι, ὑπὸ παχέος δηλονότι χυμοῦ συνιστάμενος, tumor paruus & durus in faciei cute, ex craſſo videlicet ſucco collectus. vt plurimū autem iuuenibus & iis qui barbam nutriūt enaſcuntur ἴονθοι, aut quibus conſuetum ſanguinis è naribus profluuium citra rationem eſt inhibitum. Vnde ſcribit Pollux libr. 4. cap. 25. ἴονθοι αἱ θήματα ψυδρακίοις παραπλήσια περὶ τὰ πρόσωπα, σημεῖον ἀκμῆς. niſi melius ἐξανθήματα legatur. Sic libr. 1. Epid. ægr. 2. ſcribitur, ἐξανθήματα μετὰ ἱδρῶτος ἐρυθρὰ, στρογγύλα, σμικρὰ, οἷον ἴονθοι παρέμενεν. puſtulæ cum ſudore rubentes, rotundæ, paruæ, varis nō abſimiles, permanebant. Ἴονθους Celſus & Plinius varos vocāt. Cælius Aurelianus cap. 10. lib. 2. ac maculas in rotunditate extantes, in ſimilitudinem ſcatebrarum corporis, (quas Græci ἰόνθους vocant) quibus etiam verbis ἐξανθήματα exprimit.

¶ Ἴπνε καμίνε exponit Erotianus apud Hippoc. additq; quoſdam φῦρνε explicare. Sunt etiā qui ἰπνῦ ſcribāt. Sic etiā Heſychius inter alias τῦ ἰπνῦ ſignificationes, κάμινον, φοῦρνον & κλίβανον denotare ſcribit. Hinc ἰπνῖται ἄρτοι panes furnacei, aut in furno cocti lib. 2. περὶ διαίτης (p.92.37.) de quibus antea. Eſt autem Hippocr. locus ab Erotiano ſubnotatus, qui legitur lib. 2. de Morb. (p.150.30) ἔπειτα ἐμβάλλειν ἰπνῦ ὄστρακα διάπυρα. deinde furni teſtam igni candefactam immittito.

Ἱππάκη eſt caſeus equinus qui apud Scythas ex lacte equino conficiebatur, eoq; veſcebantur Scythę Nomades, vt ſcribit Hipp. lib. de aere, loc. & aq. (p.78.24.) καὶ πίνουσι γάλα ἵππων, καὶ ἱππάκην τρώγουσι. τοῦτο δ' ἐστὶ τυρὸς ἵππων. Bibūtque lac equinū & hippacen edunt. Id autē eſt caſeus equinus. Sic Dioſcorides cap. 80. lib. 2. ἡ καλουμένη ἱππάκη τυρός ἐστιν ἵππειος. Quod hippacen vocant, caſeus eſt equinus. Idem rurſus. ἔνιοι δὲ ἱππάκην ἐκάλεσαν τὴν ἵππειον πυτίαν. Quidam etiā hippacen coagulū equinū appellarunt. ἱππάκη et exponitur Heſychio σκυθικὸν βρῶμα ἐξ ἵππου γάλακτος. Quibuſdā quoq; eſſe ὀξύγαλα ἵππειον ᾧ χρῶνται σκύθαι ſcribit. ἱππάκην autē conficiendi apud Scythas modū edocent Herodotus libr. 4. & Hippocrates libr. 4. de morb. (p.174.4.) vbi ſcribitur, ἐπὴν δὲ παγῇ καὶ ξηρανθῇ, ἱππάκην μιν καλέουσι. Quod vbi concreuerit & reſiccatum fuerit, hippacen vocant. Ἱππάκη etiam ἵππειος τυρὸς exponitur Erotiano apud Hip. verùm ἱππάκην & ἵππειον τυρὸν leg. ſuſpicor, his ſubnotatis Hippoc. locis. De hippace verò plura & ſcitu digniſſima ſcribūtur à Hieronymo Mercuriale cap. 26. libr. 2. variarum lect.

Ἵππος oculorū eſt affectio cùm aſſiduè tremuli iactātur, & ſemper inſtabiles mouētur, nec vllo tēpore cōquieſcunt. Authori Definit. Medicarū (p.400.11.) ἵππος ἐστὶ διάθεσις ἐκ γενετῆς, καθ' ἣν ἀστατοῦσι καὶ ἀεὶ κινοῦνται οἱ ὀφθαλμοὶ, κίνησιν ὑπομένοντες ἐν κλόνῳ καὶ σάλῳ ἀδιαλείπτῳ κατεπειγόμενοι. ταύτην τὴν διάθεσιν ἱπποκράτης ἐκάλεσεν ἵππον. τὸ δὲ πάθος, τῶν στηριζόντων ἐστὶ τὸν ὀφθαλμὸν μυῶν, ὃς περιείληφε τὴν ῥίζαν τοῦ βλεπτικοῦ ὀργάνου. ἵππος eſt affectio à natiuitate cōtracta, in qua oculi inſtabiles ſunt ac ſemper mouentur, motum in concuſſu & tremore continuo poſitū ſuſtinentes. Hanc affectionē Hipp. ἵππον nominauit. Eſt autē affectus muſculi oculū ſtabilientis,

qui baſim inſtrumenti quo cernimus comprehendit. Eius etiam affectionis meminit Gal. Com. 1. in Progn. (p. 127. 55.) his verbis: τὸ μὲν γὰρ φύσει πρίειν τοὺς ὀδόντας ὅμοιόν ἐστι τῷ κατὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς πάθει συμβαινομένῳ τισὶν, ὃ προσαγορεύουσιν ἵππον. οὐ δυναμένων αὐτῶν ἑδραίων μένειν χρόνον οὐδένα, σαλευομένων δὲ ἀεὶ τρομωδῶς. Dentibus enim ſtridere ex natura, ſimile eſt oculorum affectui quibuſdam inſito, quem ἵππον appellant, cùm nullo tempore firmi ac ſtabiles manere poſſint, ſed tremuli aſſiduè iactentur. Idem Com. 2. in Prorrh. (p. 185. 14.) ἀστήρικτοι γάρ εἰσι παραπλησίως ἐκείνοις, τοῖς τὸν καλούμενον ἵππον ἔχουσιν, ὡς μηδέποθ' ἡσυχάζειν. inſtabiles enim ſunt non ſecus ac ii qui affectione quę ἵππος dicitur, detinentur, adeò vt nunquam quieſcant.

Ἵππουρις apud Hippoc. lib. 7. Epid. (p. 367. 42.) videtur indicare diuturnam quãdam in inguina & partes genitales fluxionem, aut imbecillitatem ex perpetua in equo inſeſſione aut diſcurſatione, earumq́ue partium agitatione, vel etiam illarum partium attritum, aut alium quendam id genus affectum, vt illic ſcripſimus, quòd ἵππος Hesychio τὸ μόριον, καὶ τὸ τῆς γυναικὸς καὶ τοῦ ἀνδρός, hoc eſt, tam pudendum virile quàm muliebre ſignificet. Aliôqui ἵππουρις exponitur Hesychio ἱππείαις θριξὶ κεκοσμημένη, & de galea dicitur, quæ pro coma & apice equinam caudã habet, quod Homero frequens eſt. Aut eiuſdem nominis herba eſt, quæ Equiſetum & Equiſelis Plinio dicitur.

Ἱπποφαὲς frutex quo fullones vtuntur ad interpolandas veſtes, vt ſcribit Dioſc. cap. 162. lib. 4. eoq́ue veſtes curant & carminatione poliũt. Dicitur & ἱπποφαὲς, & ἱππόφυες & ἱππόφεων Theophr. Plinio. Hippophyes cap. 15. lib. 21. & Hippophaes cap. 12. libr. 22. Lappaginem vertit Gaza apud Theophraſtum. Galenus in Exegeſi apud Hippocr. κνάφον & στύβην dici tradit, pro quo tamen σίλβον quidam legere malunt. Verùm apud Galenum variant exemplaria. Quædam enim ἱπποφαέος pro indicatura habent, quędam etiam ἱππόφεως. ἱπποφαέος ὀπὸν ſæpe vſurpat Hippoc. eiuſq; ſucco caput purgat, vt cocco cnidio, lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 195. 45.) & pituitam albam detrahit (ibid p. 198. 46.) eundéq; in aqua intercute exhibet (ibidem p. 199. 30. & p. 200. 42. & p. 201. 19.) Rurſuſq; in Typho morbo ἱπποφαέος ὀπὸν cum cocco cnidio ad purgationem exhibet (ibidem p. 208. 2. & 38. & p. 209. 45.) Idem etiam τοῦ ἱπποφέως ſuccum ad pituitam deturbãdam in iſchiade exhibet (ibidem p. 212. 8.) Sic enim legitur. ἢν δὲ ἀπὸ φλέγματος νοσέῃ, πίνειν αὐτὸν τοῦ κνιδίου κόκκου, ἢ τοῦ ἱπποφέως πυελίνους. Si verò à pituita morbus ortus ſit, granum cnidium aut Hippophaes ſuccum, fomento adhibito ei propinato. Quò certè mihi reſpexiſſe videntur exemplaria quæ ἱππόφεως ſcribunt in Exegeſi pro indicatura, ſed ἱπποφέος videtur ſcribendum vt ſit patrius caſus, quemadmodum etiam ſcribitur apud Hippocratem, quo nomine aut Hippophaes ſuccum, aut Hippophaen ipſam intelligit phraſi planè græca. Sic & aliâs apud Gal. in Exeg. στύβης καρπὸν, τὸ ἱπποφέως σπέρμα, pro ἱππόφεως leg. videtur. Quod nõ ſatis aduertunt qui ἱππόφεως dictum volunt Galeno ἱπποφαὲς, recto caſu, cùm patrius caſus potiùs eſſe videatur, & ſoleat ſæpe Galenus in Exegeſi ea quæ ab Hippocrate ſcripta ſunt iiſdem omninò verbis & caſibus exprimere. Etſi ἱππόφεως dici ἱπποφαὲς Theophr. ca. 5. lib. 6. mihi ſum optimè conſcius, vbi φλεὼς καὶ ἱππόφεως ἀνάκανθα τοῖς φύλλοις dicũtur, hoc eſt phleos & Hippopheos aculeato non eſſe folio, quod tamen aliter accepit Plinius libr. 21. cap. 15. cùm phleon in folio & caule ſpinam habere ſcribit. Rurſus lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 211. 2.) καθαίρειν τὴν κοιλίην, κάτω μὲν τῷ ἱπποφέῳ, ἄνω δὲ τῷ ἐλλεβόρῳ præcipit. Vbi τῷ ἱπποφέῳ dandi caſus eſt, ſi modò vera eſt lectio, ac non potius τοῦ ἱπποφαέος, aut ἱπποφύεος, vel ἱπποφέος legendum, vt ὀπὸς ſubaudiatur, quomodo & apud Galenum & apud Hippocratem vbiq; ſcribendum omnes ferè nõ temere exiſtimãt. Eius autem ſuccus ſyncerus, pituitas, bilem aquaſque Dioſcoridi detrahit.

Ἴπωσις, preſſus aut preſſura dicitur, compreſſio, depreſſio, idem quod πίεσις aut πιεσμὸς, lib. de art. (p. 621. 53.) τὰ μὲν γὰρ ἐξίσχοντα, ἐς τὴν χώρην ἀναγκάζει καὶ ἡ ἴπωσις ἰέναι. Quæ enim exceſſerunt, compreſſione in ſuam ſedem redeunt. Tãquam ab ἰπόω deducitur, cùm aliis ἴπω dicatur, quod ſignificat premo more fullonum. Vnde & ἶπος eſt fullonum officina & muſcipula. Eſt & ἶπος πιεσμὸς, onus, preſſus & preſſura. Sed Pollux cap. 11. lib. 7. ἰποῦν & ἰπῶσθαι ἐπὶ τοῦ ἀναθλίβεσθαι, καὶ πιέζεσθαι, καὶ κναφεύειν poni ſcribit, tanquam ab ἰπόω. Vnde & ἰπούμενος preſſus ex Cratino ab eo profertur, quanquam apud eum ἰπτούμενος legitur, vt & apud Hesychium ἰπτούμενοι πιεζόμενοι, & ἰπτούμενος πιεζόμενος exponitur. ἐξίπωσαι tamen tanquam ab ἴπω dicitur, & ἐξίπωσαι idem ἐκπίεσαι exponit. ἶπος Galeno in Exegeſi ἡ πίεσις exponitur, & ex Mochlico adducitur. Sed vereor vt locus ſit integer. Neq; enim ἶπος in Mochlico legitur. Quod illius libelli maximam fœdationem ſatis indicat. Videturq́ue hac dictione Galenus ἵπωσιν (aut melius ἴπωσιν) ex libro de articulis indicare, vt ἶπος ἴπωσις dicatur, hoc eſt preſſus & preſſura, onus ac velut lignum quo mures opprimuntur, quòd etiam ἰπὸς Hesychio dicitur τὸ ἐμπίπτον τοῖς μυσὶ ξύλον. Eſt & ἶπος μυάγρα Polluci. Hac autem voce compreſſio aut depulſio quæ per ſpatham aut aſſerem fit, & qua in ſpinæ gibbero compellendo vtitur Hippocr. indicatur, eaq́ue διὰ τῆς σανίδος ἴπωσιν Galeno dicitur Com. 4. in libr. de art. (pag. 658. 16.) impulſus & compreſſio quæ fit per aſſerem, in repoſitione luxati poſteriorem in partem coxæ articuli. Vbi tamen vitiosè omninò εἴπωσις legitur. Ἰπούμενος, θλιβόμενος, πιεζόμενος, ἀναγκαζόμενος, exponitur Varino.

¶ Ἴσχις

¶ Ἰσάτις, βοτάνης ὄνομα Erotiano apud Hippocratem. Herba eſt quæ glaſtum eſſe putatur, cuius fit mentio Cæſari lib. 5. de bello Gallico. De eadem agit Dioſcorid. cap. 215. & 216. libr. 2. Hippocrat. libr. περὶ ἑλκῶν (pag. 514. 9. & 10.) in eryſipelatis metu, vlceribus iſatidis folia trita, aut eiuſdem ſuccum cataplaſmate admouet. Hinc ἰσατώδης χολὴ bilis glaſtea dicitur, glaſtum colore cæſio referens, acerrima, calidiſſima, & mordaciſſima, atræ bili conſiſtentia, colore, & viribus proxima, extremamq́ue inter omnia bilis genera malignitatem obtinens. ἰσατῶδες διαχώρημα, deiectio glaſtea dicitur, quæ glaſtum colore referret, aut bilem glaſteam deponeret. lib. 4. Epid. (pag. 333. 33.) χλόου ἄνωθεν ἰσατῶδες, in excrementis aquoſis ſub dio expoſitis, quod ſupernè fuit læue & tenue, glaſteo recremento, aut glaſto admodum ſimile erat. Vbi tamen ἰσατῶδες vitioſè omnia ſcribunt exemplaria.

Ἰσάτιδα, vide in ἰξάλη antea.

Ἰσηλικιώσαι exponuntur Galeno in Exegeſi ἰσάζουσαι, μεσήλικες οὖσαι. quæ ætate adæquantur, & mediæ ſunt ætatis. Quibus verbis hunc certè mihi locum exprimere videtur Galenus qui ſcribitur libr. 2. περὶ γυναικ. (pag. 265. 4.) his verbis. αἱ δὲ μέσαι, μεταξὺ τι ἀμφοῖν ἔχουσαι, ἴσαι νῦν ἰοῦσαι. Ac nemini dubium eſt quin pro ἴσαι νῦν ἰοῦσαι ἰσηλικιώσαι cum Galeno legendum ſit, hoc ſenſu. Quæ enim in medio ſunt poſitæ, medium quiddam inter vtraſque habent, vt quæ in ætatis æquilibrio conſtitutæ ſunt, hoc eſt, ætate adæquantur, aut in media ſunt ætate. Illîc enim de mulierum temperie ab ætate agitur, vt quæ inter iuuenculas & ſeniores ſunt mediæ, medium quiddam tum humiditatis, tum ſiccitatis obtineant, cùm ætate ſint media. Varinus tamen apud Galenum ἰσηλικιώσαι pro ἰσηλικιώσαι leg. videtur, quæ certè lectio mihi magis arridet.

Ἰσθμιον Euſtathio partem quandam corporis circa collum ſignificat, μέρος τι τοῦ σώματος περὶ τὸν τράχηλον. Heſychio quoque ἴσθμιον præter alia ſignificata, αὐχήν τι καὶ τράχηλος exponitur, καὶ στενὸν χωρίον μεταξὺ δύο θαλασσῶν, ἔτι λέγονται τὰ τοῦ ἀνθρώπου παρίσθμια. Sic ἴσθμιον ἀντὶ τοῦ ἰσθμοῦ ponitur, & partem eam quæ gulam & os interiacet ſignificat. Libro περὶ ὀδοντοφυΐης (pag. 54. 8.) τὰ παλινδρομέοντα ἐν ἰσθμίοις ἕλκεα, pro recurrentibus eius partis vlceribus. Interpretes tonſillarum vlcera dixerunt.

Ἰσθμὸς, pars quæ os & gulam interiacet, per quam quæ comeduntur & bibuntur tranſire ſolent, propter loci anguſtiam per tranſlationem ſic dicta. Galen. Comm. ad aph. 26. libr. 3. ἀκούειν δὲ νῦν ἰσθμὸν χρὴ τὸ μεταξὺ τοῦ στόματός τε καὶ τοῦ στομάχου μέρος, ἐκ μεταφορᾶς οὕτως ὀνομαζομένον, καὶ τῶν κυρίως λεγομένων ἰσθμῶν, οἳ δή τινές εἰσι στεναὶ γῆς διέξοδοι μεταξὺ δυοῖν θαλαττῶν. Hoc autem loco per iſthmum accipienda eſt pars illa quæ os & gulam interiacet, ex tranſlatione ſic dicta ab iis qui propriè iſthmi dicuntur. Sunt autem anguſti terræ tranſitus duplici intercluſi mari, fauces & anguſtias Plinius vocat.

Ἰσοκρήμνοι δὲ ἱδρῶτες, τοῦτ' ἔστι καὶ ὁμαλοὶ, hoc eſt æqualis, exponit Erotianus apud Hippocratem. Sed mihi locus valde ſuſpectus eſt, nec ſine melioris exemplaris opera reſtitui adhuc poſſe exiſtimo, de eoq́ue ampliari poſtulo.

Ἰσοκρατὴς οἶνος, vinum pari aqua mixtum. Libr. 2. de Morb. (pag. 149. 1.) πίσαι τὸ τρίφυλλον καὶ ὀπὸν σιλφίου ἐν οἴνῳ ἰσοκρατέϊ, trifolium & laſeris ſuccum in vino pari aqua ammixta propinato.

Ἰσομοιρίη dicitur partium omnium æqualitas & æquabilis poteſtas. Libr. de aëre, loc. & aq. (pag. 76. 17.) τὴν δὲ αὔξησιν καὶ ἡμερότητα παρέχει πλεῖστον ἁπάντων ὁκόταν μηδὲν ᾖ ἐπικρατέον βιαίως, ἀλλὰ παντὸς ἰσομοιρίη δυναστεύῃ. Incrementum autem & morum manſuetudinem ſupra omnes exhibet, cùm nihil ſit quod violenter cogat, ſed omnium ſit æquabilis poteſtas.

Ἰσόῤῥοπος, æquilibris, æquis momentis ac ponderibus libratus, æqualiter propenſus, ac in neutram partem vergens, æquabilitatem momentorum habens. De eo dicitur qui vtroque crure fracto, neutram in partem propendet, libro de fract. (pag. 556. 40.) ἰσόῤῥοπος γοῦν ἂν εἴη αὐτὸς ἑωυτῷ. Sic enim ſeipſe æquis in vtranque partem momentis librauerit, aut æquis in vtranque partem momentis libratus ſibi ipſe videbitur. Eadem notione ἰσόῤῥοπον μέρος pars æquilibris, quę ad ęquilibrium vergit, & neutram in partem inclinat. Sic enim de maxilla ſcribit Hippocrates libro de articu. (pag. 605. 22.) ἐγγὺς γάρ τι τοῦ ἰσοῤῥόπου ἥκει, ὡς δὴ μὴ ἰσόῤῥοπον ἐὸν, prope nanque ad æquilibrium accedit, licet æquilibris non ſit. Vbi ſcribit Galenus partem exquiſitè ἰσόῤῥοπον dici, quæ figurâ cylindro ſimilis eſt, aut quæ columnæ imaginem refert, qualis in nullis ferè eſt oſſibus. Maxillam tamen pene ἰσόῤῥοπον eſſe Hippocrati, quòd maxilla parte dextra ſiniſtræ ſit ſimilis, vt quod ex vtriſque oſſibus eſt compoſitum, æquilibre efficiatur, cùm in neutram partem propendeat. ἰσόῤῥοπον de terra dicitur apud Platonem in Timæo, vt quæ æquis ſit librata ponderibus. ἰσοῤῥόπως etiam ſcala demitti dicitur, ita vt neutram in partem propendeat, libro de articul. (pag. 615. verſ. 26.)

Ἱστάμενα οἰδήματα, tumores qui attolluntur & conſiſtunt, quibus opponuntur, τὰ καταπαυόμενα καὶ καθιστάμενα, qui deſinunt & conſidunt. In Prognoſt. (pag. 135. 21.) καὶ περὶ τὴν κοιλίην γίνεται οἰδήματα, τὰ μὲν ἐπὶ δεξιὰ, τὰ δὲ ἐπ' ἀριστερὰ ἱστάμενά τε καὶ καταπαυόμενα. & circa ventrem tumores oriuntur, qui modò in dextra, modò in ſiniſtra parte attolluntur, deinde deſinunt. Ibi enim Gal. τὸ ἵστασθαι ἐπαίρεσθαι exponit.

Ἱστὸς malus in naui, lignum erectum ex quo velum ſuſpenditur. Lib. de art. (p. 615. 31.) ſumitur pro ligno erecto, in cuius ſummo aliud lignum tranſuerſum imponitur, ex quo trochlea depender ad ſcalæ demiſſionem. ἀπὸ μέν τοι πύργου ἀφεὶς, ἢ ἀπὸ ἱστοῦ καρχήσιον ἔχοντος. Ex turri ramen aut malo defixa, in quo inſint carcheſia. vbi ſcribit Gal. ἱστὸν duabus ſyllabis malum nauis ſignificare, ἱστίον autem tribus ſyllabis velum quod ex malo dependet.

Ἰσχαλέαι apud Gal. in Exeg. ἰσχναὶ tenues, καὶ ἰσχαλέον, τὸ ἰσχνὸν, hoc eſt tenue exponitur, ab ἰσχαίνω quod eſt λεπτύνω extenuo. Annotatur & ἰσχαλέον eſſe Homericum. At ἰσχαλέον ſcribitur Heſychio, & λεπτὸν, ξηρὸν, ἰσχνὸν, exponitur. Ἰσχαλέον pro ἰσχναλέον dicitur, & eſt poeticum.

Ἴσχειν apud Hippocr. plærunque idem quod tenere aut habere ſignificat, apud quem crebra eſt phraſis ὀδύνη ἴσχει, hoc eſt dolor tenet, vt lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 216. 43.) ὀδύνη ἴσχει τὴν νειαίρην γαστέρα, dolor imum ventrem detinet. Rurſuſque (ibidem 8.) καὶ λειποψυχίη ἴσχει. & animo deficit. Et (p. 217. 38.) ὀδύνη ἴσχει τὴν νειαίρην γαστέρα. & lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 246. 28.) Similique notione πυρετὸς ἴσχει τὸ σῶμα, febris corpus detinet, dicitur, (p. 246. 10.) &, ἢν ῥώμη ἴσχῃ, ſi robur detinet, hoc eſt ſi vires adſint, (p. 247. 33.) Ἴσχειν etiam συλλαμβάνειν apud Hippocrat. exponit Erotianus, quod eſt concipere. Qua notione ſæpe ſcribitur in tota muliebrium tractatione ἐν γαστρὶ ἴσχειν, vt lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 217. 23.) τὸ λοιπὸν κατὰ λόγον ἐν γαστρὶ ἴσχει. de cætero ſecundum rationem concipit. Et rurſus (ibidem 30.) καὶ ἐν γαστρὶ ἴσχει, & in ventre habet, hoc eſt, concipit. Rurſuſque (ibidem p. 218. 5.) ἢν δὲ παχυνθῇ παρὰ φύσιν, οὐκ ἴσχει ἐν γαστρί. Quòd ſi præter naturam craſſeſcat, non concipit. Et lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 247. 14.) καὶ ἢν ἐν γαστρὶ ἴσχῃ, διαφθείρει, & ſi concepit, fœtum perdit. At lib. 2. Epid. (p. 313. 22.) ἴσχειν ſimpliciter poſitum concipere ſignificat, quem ſanè locum mihi propius expreſſiſſe videtur Erotianus. ἰσχίον δέ τις ἤλγει πρὶν ἴσχειν, ἐπεὶ δὲ ἔσχεν, οὐκ ἔτι ἤλγει. Cuidam ante conceptum coxendicis dolor commotus, à conceptu ceſſauit. Ἴσχειν etiam apud Hippocr. emittere, emergere, ſcatebram facere, aut ſcatere ſignificare videtur, idemque quod ἀνιέναι, lib. de locis in homine (pag. 70. 1.) vbi de ſectione circa vmbilicum in hydrope agitur. καίειν ὡς λεπτότατα καὶ ἐπιπολαιότατα, ὅπως τὸ ὕδωρ ἴσχειν δύνῃ, πέριξ τοῦ ὀμφαλοῦ κύκλον. tenuiſſimas & maximè ſuperficiales cruſtas in vmbilici àmbitu inurito, quò aquam emittere poſſis. Sic ἴσχειν idem quod ἀνιέναι indicare, pro ſcatere facere, aut ſcarebram emittere, annotat Budæus. Ἀνιέναι quoque laxare, relaxare, laxando reſerare ac aperire, & mollius reddere ſignificat, vt apud Dioſcorid. ex lib. 3. ἀνίησι μαστοὺς χονδριοῦντας, quod de mammis lacte diſtentis, & lacte in grumos concreſcente relaxatis dicitur. Cornarius certe apud Hippocr. vſitatam verbi ἴσχειν ſignificationem retinet, quod inhibere, ſiſtere, reprimere indicat, & ὅπως τὸ ὕδωρ ἴσχειν δύνῃ, quò aquam continere poſſis, dixit, vt innuat leues & ſuperficiarias cruſtas, aut paruas inciſuras fieri debere, quæ aquam contineant ne affatim effluat, eoq; nomine periculum ægro creetur, ex aph. 27. lib. 6. Quo in loco apud Hippocr. πέριξ τοῦ ὀμφαλοῦ κύκλον, pro cucurbitula ſumit Zuingetus, non pœnitẽdo ſenſu, & ἐς τὸν ὀμφαλὸν μέγαν, pro μέαν legit, & κύκλον μέγαν magnã cucurbitulam ſumit, ex libello περὶ ἰητροῦ (p. 13. 36.) Neq; enim incidendus videtur vmbilicus, ſed circa vmbilicum inciſuræ faciendæ. Quod innuit Hippocrat. libr. περὶ παθῶν (pag. 183. 39.) de hydropicorum ſectione agens. τάμνεται δὲ ἢ περὶ τὸν ὀμφαλὸν, ἢ ὄπισθεν κατὰ τὴν λάγονα. Secatur autem vel circa vmbilicum, vel retro ad lumbos.

Ἰσχιὰς coxendicum dolor & morbus dicitur, & ſpecies eſt arthritidis coxæ articulum occupantis. Coxæ dolorem vertit Celſus cap. 1. lib. 2. ex aph. 22. libr. 3. & cap. 8. libr. 2. ex Prorrh. 2. Ἰσχιάς ἐστι, authori Definit. Medic. (p. 398. 50.) πολυχρόνιον καὶ δύσλυτον τοῦ ἰσχίου ἄλγημα. Iſchias eſt coxendicis diuturnus dolor & qui ægrè ſoluitur. vel, Ἰσχιάς ἐστι νόσος πόνον ἰσχυρὸν ἐπιφέρουσα ἰσχίῳ κατὰ περίοδον, ὥστε αὐτοῖς τὸν πόνον καὶ μέχρι ἰγνύας καὶ γαστροκνημίας παρεκτείνειν. Iſchias eſt morbus qui per circuitum coxæ validum dolorem infert, adeò vt dolor ad poplites & ſuras conſequatur. Quod etiam ſcriptis teſtatum reliquit Hippocrar. Prorrh. 2. vbi de Iſchiade plura ſcribuntur (p. 423. 39.) & lib. περὶ παθῶν (p. 184. 44.) & lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 211. 24.) quæ repetuntur lib. περὶ κρισίμων (p. 389. 6) & lib. de locis in homine (p. 69. 35.) vt & Galeno lib. x. κατὰ τόπους. Hinc ἰσχιαδικοὶ dicuntur qui coxendicis dolore conflictantur, quos Iſchiaeos vocat Gellius cap. 13. lib. 4. Inde etiam ἰσχιαδικὴ φθίσις dicitur Hippocrati in Coac. Prænot. (p. 428. 1.) tabes coxaria aut coxẽdicum, cùm ex abſceſſu aut fluxione in coxendicem crus aut coxa emaciatur & contabeſcit. Quæ adumbrari etiam videtur libr. περὶ αἰδοίων apud Hippocr. (p. 58. 17.) & celebratur authori Iſagoges (p. 382. 46.)

Ἰσχίον dicitur coxa, coxendix, eſtque propriè os illud in quod inſeritur femoris caput Galeno Com. 2. in lib. de fract. (p. 557. 19.) & os quod continet ſinus in quos femorum capita inſeruntur, eidem libr. de oſſibus. Eſt autem apophyſis oſſis ſacri ad coxendicis acetabulum, & qua parte os femoris excipit ἰσχίον dicitur, vt & concauitas illa κοτύλη, quod probat Gal. Com. 2. in libr. de fract. adnectis Homeri verſibus ex Il. ε. (v. 305.) ἔνθα τε μηρὸς Ἰσχίῳ ἐνστρέφεται, κοτύλην δέ τέ μιν καλέουσι. vbi femur coxendici innectitur, cauitatem autem eam vocant. Scholiaſtes Homeri ſcribit ἰσχίον eſſe τὸ ἀπὸ τῶν ὀσφυϊ ὀστέον, ἐς ὃ ἔγκειται τὸ ἱερὸν ὀστοῦν. Quæ interpretatio eadem eſt Etymologo. Ἰσχίον Heſychio dicitur τὸ ὑπὸ ἄνω τῶν μηρῶν, καὶ τὸ κοῖλον τοῦ γλουτοῦ εἰς

ὃ ἡ κο-

ἡ ἀκονίας ἐρείσματα. Quod etiam ſcribit Suidas. ἰσχία Pollux vocari ſcribit τὰς ἑκατέρωθι μετὰ τὴν ἱερὰν ὀστέον περιβολὰς ἐξωμίδας, carnoſas ex vtroque ſacri oſſis latere poſt lumbos eminentias. Idem quoque etiam ἰσχίον vocari ſcribit τὸ νεῦρον τὸ συνέχον τὴν κοτύλην πρὸς τὸν μηρόν, ligamentum ipſum quo femur coxendicis acetabulo connectitur. Interdumque ἰσχίον eſſe αὐτὸ τὸ ἄρθρον. Sic enim ἰσχίον ἐκπίπτον dicitur lib. de art. (pag. 638. 12.) αὐτὸ τὸ κατ' ἰσχίον ἄρθρον, vt illic ſcribit Galenus. Et aph. 59. & 60. libr. 6. τὸ ἰσχίον ἐξίσταται καὶ πάλιν ἐμπίπτει, coxa cauitate ſua excidit, rurſusque recidit, hoc eſt, τὸ κατ' ἰσχίον ἄρθρον, coxendicis articulus, vt illic ſcribit Galenus. Sic enim de femoris capite & ſummo intelligitur, quod coxæ inſeritur, & excidere rurſusque illabi poteſt, quomodo etiam libr. de art. ὤμου ἄρθρον, elabi dicitur humeri articulus, αὐτὸ τὸ κατ' ὦμον ἄρθρον, pro articulo qui eſt ad humerum. ἄρθρον nanque eo aphoriſmo totam articulationem ſignificat, quæ complectitur & caput femoris rotundum ac læue, & acetabulum & vinculum. Idque totum ἰσχίον ibi dicitur. Ἰσχία coxarum ſummitates vocat Cælius Aurelianus capit. 3. libr. 4. Tard. Paſſ. Hippocrates autem libr. περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρ. (pagina 65. 35.) ἰσχίον vocari ſcribit alterum femoris caput ex bicipitio, minus quidem & ad exteriora vergens, quod foras prominet, & inferius apparet ad nates. Quo nomine appellari innuit apophyſen illam magnam & externam oſſis cruris, quæ ſub huius ceruice, quam γλουτόν, hoc eſt, natem appellari ſcribit Galen. libr. de oſſibus, & τροχαντῆρα magnum Anatomici vocant.

Ἰσχνὸν gracile & extenuatum ſignificat Hippocrati, non tumens, & de partibus gracileſcentibus & extenuatis aut ſubſidentibus dicitur, & quæ inflammatione obſeſſis aut intumeſcentibus opponuntur. Qua notione φάρυγξ ἰσχνὴ dicitur Hippocrati in Prorrhet. (pagina 194. 52. & pagina 204. 21.) & Coac. Prænot. (pagin. 431. 32. & 35.) de faucibus gracilibus & minimè intumeſcentibus in angina, & in quibus nullus apparet conſpicuus tumor. Quod in aphoriſmis, οἰδήματος μὴ ἐόντος ἐν τῇ φάρυγγι, hoc eſt, nullo exiſtente in faucibus tumore, explicatur, aph. 34. libr. 4. Et in Progn. (pagina 158. 29.) μήτ' ἐν τῇ φάρυγγι μηδὲν ἔνδηλον ἐμπεφύκοι, μήτ' ἐν τῷ αὐχένι, hoc eſt, neque in faucibus, neque in collo vllum conſpicuum tumorem ineſſe. Sic enim φάρυγγα ἰσχνὴν de periculoſiſſimo eo anginæ genere in quo nullus conſpicuus tumor in faucibus apparet, exponit Galen. Commentar. 2. in Prorrhet. Eademque locutione τὰ ἐξ φάρυγγα ἰσχνά ſcribuntur in Prorrhet. (pagina 174. 14.) hoc eſt graciles fauces, & libr. de rat. vict. in morb. ac. (pagina 96. 44.) καὶ τὰ ξηρά μετὰ ἰσχνὰ φαίνεται, & quæ conſpicientur minimè tumentia apparent. Rurſusque (ibidem pagina 103. 50.) καὶ πνιγώδεις μηδὲν ἐν φάρυγγι, ἰσχνῶν ἐόντων τῶν περὶ φάρυγγα, & faucibus non intumeſcentibus ſuffocatio ingruat. Ea nanque omnia de angina efferuntur quæ ſtrangulationem adfert faucibus gracileſcentibus, & in quibus nullus conſpicuus tumor extat. ἰσχνὸν enim (vt illic ſcribit Galenus) λέγεται πρὸς αὐτὸ τὸ παρὰ φύσιν ὀγκωμένον, hoc eſt, partibus præter naturam intumeſcentibus opponitur. Eademque notione ἰσχνὰ gracilis dicuntur in Coac. Prænot. qui eo anginæ genere laborant, in quo fauces & interiores oris partes nullo manifeſto tumore intumeſcunt (pagina 425. 45.) πνιγμὸς ἐν ὀξέσιν ἰλλῶσιν ἰσχνοῖσιν, ὀλέθριον. In præcipitibus morbis ſtrangulatio, gracileſcentibus faucibus, perniciem minatur. Sic enim ad fauces gracileſcentes potiùs quàm ad ægros referre maluimus. Rurſusque (ibidem pagina 434. 37.) ἐν τοῖσι κυναγχικοῖσι τὸ ὑπόξηρον φλέγμα ἰσχνῶν κακόν. In angina laborantibus, ſubarida ſputa gracileſcentibus faucibus, malum prænuntiant. Et (verſ. 43.) κυνάγχαι ἀσήμοι ἰσχναὶ, ſunt angina laborantes, in quibus abſque vlla ſignificatione fauces gracileſcunt aut detumeſcunt. Ἰσχνὸν etiam gracile & extenuatum, de tumoribus dicitur, qui gracileſcunt aut ſubſidunt per lintea, libr. de fract. (pagina 558. 18.) οὕτω γὰρ ἂν τάχιστα ἰσχνὸν τὸ οἴδημα γένοιτο. Ita enim celerrimè tumor extenuabitur. Quamuis impropriè illud de tumoribus dicatur (vt illic ſcribit Galenus qui in totum tolli debent, cùm propriè loquendo membrum intumeſcens gracileſcere & extenuari videatur. Sic rurſus (ibidem pagina 557. 50.) de iiſdem ἰσχναίνειν effertur. ἰσχναίνει δ' ἂν εἰ ἐπιδέω ἐς τὰς νάρθηκας ὀθονίοισιν ἰσχνοῖσιν ἀπαλοῖς τὰ οἰδήματα, ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ κατωτάτω ἐπὶ τὸ ἄνω νεμόμενος. Quin & tumores extenuabuntur, ſi ſurſum verſus ad ferulas tenuibus faſciis eos deuinxeris, initio ab imis partibus facto, ſurſum procedendo. Ἰσχνοὶ μαζοὶ, extenuatæ & graciles mammæ, aph. 37. & 38. lib. 5. de mammarum mole ſubſidente, quod ἰσχνὸς τιτθὸς γίνεται dicit aph. 53. lib. 5. Celſus mammas emacreſcere vertit, capit. 8. libr. 2. Lib. 2. Epid. (pagin. 311. 49.) τοὺς τιτθοὺς κατισχναίνεσθαι ſcribit, & libr. 1. περὶ γυναικ. (pagina 240. 35.) τὸ πλῆρωμα τῶν μαζῶν συμπίπτει, καὶ τοὺς μαζοὺς ἐξισχναίνεσθαι, quod eſt, molem mammarum concidere, & mammas extenuari. Eadem notione ἰσχνοὶ graciles & macilentos, tenues, aut extenuatos ſignificant, aph. 6. libr. 4. quique ita ſunt à natura comparati, & vt plurimùm biliosi. Ἰσχνὸν πνεῦμα καὶ πυκνὸν, exilis aut tenuis ſpiratio & denſa, pro parua & crebra; qualis adeſſe ſolet in hypochondriorum tumoribus, libr. 4. Epid. (pagina 531. 40.) ἰσχνὰ ὀθόνια, tenuia lintea & exilia, pro tenuibus faſciis, libr. de fract.

(pagina 557. 51.) Ἰσχνῶς ἐστηρίγμενα τὰ κατὰ πλευρὸν ἀλγήματα, leuiter firmati lateris dolores, aut tenuiter conſiſtentes, hoc eſt, leues neque ſtabiles, quales à flatibus fiunt. In Coac. Prænot. (pagin 439. 16.) Ἰσχναίνειν etiam eſt extenuare, minuere, & leuare. apb. 25. libr. 5. & libr. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (pagina 113. 47.) τὸ ψυχρὸν πολλὸν καταχεόμενον ῥηΐζει τε καὶ ἰσχναίνει τὰ ἐν ἄρθροισιν οἰδήματα καὶ ἀλγήματα. articulorum tumores & dolores aqua frigida largè effuſa leuat & extenuat. frigida nanque humorum affluxum reprimens & probibens, tumores ipſos minuit & vacuat, & doloris cauſam à loco affecto propellit. Eſt & ἰσχνασμὸς τοῦ σώματος, corporis extenuatio, deductio, cùm cibi ſubtrahuntur aut deducuntur, libr. de fract. (pagina 552. 4.) ἰσχνὰ ἀκρωτήρια, extrema gracilia, Prorrhet. 2. (pagina 416. 9.) Celſus, corpus in extremis partibus macrum, dixit. capite 8. libr. 2.

Ἰσχνόφωνοι dicuntur qui lingua hæſitant, & inter loquendum hærent aut titubant, nec verba perpetuare poſſunt aut connectere, ſed iis linguæ titubantia intercidunt, voxque velut impedimento quodam ſupprimitur aut ſiſtitur. Sic enim ἰσχνόφωνοι dici videntur Ariſtoteli Quæſt. Natural. ſect. 11. quæſt. 35. διὰ ἴσχεσθαι τοῦ φωνεῖν ἐμποδίζοντός τινος. quòd offenſaculo quodam vox inhibetur & impeditur. Sic Heſychio ἰσχνόφωνος exponitur ὁ ἐπεχόμενος τὴν φωνὴν, cui vocis curſus ob linguæ vitium ſiſtitur ac retinetur. Quod linguæ balbutientis vitium eſt, ex naturalis conformationis imbecillitate, & muſculorum gutturis impotentia, aut neruorum ad eos pertentantium ſtupore, cùm inter loquendum hærent, nec ſermones connectere, neque verba copulare poſſunt, quod λέγειν συνείρειν dicitur Ariſtoteli. Vnde ἰσχνοφωνία linguæ hæſitantia eſt, & in ſermonis connexione, verborum continuitate, aut orationis perpetuitate offenſio, cùm ſyllabas inter ſe propere coniungere nequeunt, vt ſcribit Ariſt. quæſt. 30. ſect. 11. Quæ omnia frigidioribus ac mollioribus naturis ex imbecillitate quadam contingunt vt idem quoque teſtatur. Quæ ſanè omnia effecerunt vt ἰσχνόφωνον & ἰσχνοφωνίαν lingua hæſitantem, aut linguæ hæſitantiam, apud Hippocratem dixerimus: eaque in balbutientis linguæ vitiis aut balborum genere reponuntur. Nam & Demoſthenem ἰσχνόφωνον natura dicit Plutarchus. In quo (vt ſcribit M. Tullius Oratorio. 1.) tantum ſtudium fuiſſe, tantusque labor dicitur, vt primum impedimenta naturæ diligentia induſtriaque ſuperarit: cumque ita balbus eſſet, vt eius ipſius artis cui ſtuderet, primam literam non poſſet dicere, perfecit meditando, vt nemo planius eo loquutus eſſe putaretur. Ἰσχνόφωνον & ἰσχνοφωνίην vſurpat Hippocrat. libr. 2. Epid. (pagin. 317. 19. 21. & 23.) ἰσχνοφωνίην κιρσὸς λύει ἐς τὸν ἀριστερὸν καὶ τὸν δεξιὸν ὄρχιν. Ex linguæ hæſitantia liberat varix ad dextrum aut ſiniſtrum teſtem enatus. Et, μεγάλοι, φαλακροὶ, τραυλοὶ, ἰσχνόφωνοι, ἐσθλοί. Qui magni ſunt, calui, balbi, & lingua hæſitantes, boni: Rurſus νοσήματα δὲ ἴσχουσι, τραυλὸς, ἢ φαλακρὸς, ἢ ἰσχνόφωνος, ἢ δασὺς, ἰσχυρῶς μελαγχολικά. Balbus verò & caluus, & qui inter loquendum hæſitat, aut corpore eſt hiſpido, morbis conflictantur admodum melancholicis. Rurſus Prorrhet. 2. (pagina 417. 22.) in Epilepſiæ depulſione ἰσχνόφωνοι euadunt, ex frigidioris humoris in gutturis muſculos illapſu, & neruorum illuc pertinentium ſtupore. οἷσι δὲ τῶν παιδίων ἐξαπίνης οἱ ὀφθαλμοὶ διεστράφησαν, ἢ μᾶζόν τι κακὸν ὅπαθον, ἢ φύματα ὑπὸ τὸν αὐχένα ἔφυν, ἢ ἰσχνοφωνότεροι ὀλίγον. Pueri verò quibus oculi de repente peruertuntur, aut peius affecti ſunt, aut tubercula ſub ceruicem enaſcuntur, aut aliquantum lingua hæſitant. At verò libr. 1. Epid. (pagina 372. 20.) ἰσχνόφωνοι ſumi videntur Hippocrati qui gracili, tenui, & exili ſunt voce prædit, quod ὑψιφώνοις opponantur, eosque λεπτοφώνους explicet Galenus, quamuis inter ſe non nihil differre ex illius verbis conſtet. Sic enim ſcribit. λοιπὸν οὖν ἐστὶν ἀποφήνασθαι περὶ τῶν ἰσχνοφώνων, ἢ τραχυφώνων, καὶ τραυλῶν, καὶ ὀργίλων, καὶ προσέτι γεγραμμένων τῶν ἰσχνοφώνων. οἱ μὲν οὖν οὕτως εἶσι γεγραμμένοι, τοὺς ἰσχνοὺς τὴν φωνὴν. ἰσχνόφωνοι γάρ τινες καὶ νῦν λέγονταί τινες, ὥσπερ καὶ λεπτόφωνοι. ταὐτὸ οὖν ἑκατέρου ὀνόματος σημαίνοντος, διαφέρουσιν οὗτοι τῶν ἰσχνοφώνων, ὡς ἐν τοῖς περὶ φωνῆς εἴρηται, καὶ δέδεικται γίνεσθαι διὰ τὴν στενότητα τῆς τραχείας ἀρτηρίας τοῦ λάρυγγος. οἱ δὲ ἰσχνόφωνοι τὴν φωνὴν, διὰ τὴν φυσικὴν μοχθηρίαν τῶν κινούντων τὸν λάρυγγα μυῶν, ἑκάτεροι δὲ δι᾽ ἀῤῥωστίαν τῆς ἐμφύτου θερμασίας ἀποτελοῦνται πάντες, κατὰ τὴν πρώτην διάπλασιν. ὥσπερ δὲ οἱ ἐν τοῖς τὸν λάρυγγα κινοῦσι μυσὶ φαυλότεροι ἐξ ἀρχῆς οἱ ἰσχνόφωνοι διεπλάσθησαν, οὕτως τοῖς τῆς γλώττης οἱ τραυλοί. Reſtat igitur vt de iis qui lingua hæſitant, & voce ſunt aſpera, item de balbis, & iracundis conſideremus. Ac primùm quidem de iis qui lingua hæſitant aut gracilem vocem habent, quòd primo loco ſcripti ſint, & ἰσχνόφωνοι dicuntur. Si igitur ita ſcriptum eſt, qui gracili ſunt voce ſignificantur. Nam & etiamnum ἰσχνόφωνοι quidam dicuntur velut λεπτόφωνοι, hoc eſt, qui exili ſunt voce. Cùm itaque vtrumque nomen idem ſignificet, ii tamen ab his qui ἰσχνόφωνοι appellantur differunt, vt in libris de voce dictum eſt, vbi demonſtrauimus exilem vocem fieri ob anguſtiam aſperæ arteriæ gutturis. Eos verò qui gracili ſunt voce & ἰσχνόφωνοι vocantur, propter muſculorum guttur mouentium innatam prauitatem. Vtrique autem ex prima cõformatione tales euadũt ob caloris innati imbecillitatẽ. Ac quemadmodũ qui ἰσχνόφωνοι dicũtur ab initio prauè conformatos habent guttur mouẽtes muſculos, ita linguæ muſculos balbi. Ex quib. efficit ἰσχνοφώνους à

τις ἀ λεπτοφώνους differre, & duplicem eſſe τῆς ἰσχνοφώνου notionem. Modò enim exili & gracili voce præditos ſignificant, modò etiam eos qui lingua hæſitant, nec explanatam habent vocum impreſſionem, quod de balbis dixit M. Tullius Academic. libr. 1. Ἰσχνόφωνος quoque λεπτόφωνος Heſychio exponitur.

τὰ Ἴσχοντα σώματα, continentia corpora, quibus partes ſolidæ indicantur, vt per τὰ ἐνισχόμενα qui in nobis continentur humores quatuor, & per τὰ ἐνορμῶντα quæ impetu mouentur, quibus ſpirituum ſubſtantia ſignificatur, vt ex his tribus naturis corpus noſtrum conſtituatur, aph. 19. ſect. 8. lib. 6. Epid. Quam autem iſta omnia inter ſe relationem habeant, quaque ratione appellationem iſtam ſortita ſint, ampliſſimè & doctiſſimè ſcriptum eſt à præceptore Syluio Comment. in cap. 2. libr. 1. de differ. feb. & apud Gorræum, & nos quoque nonnulla adſcripſimus noſtris in libr. 6. Epid. Annotat.

Ἰσχυρίζω, contendo, aſſeuero, affirmo, connitor, verbis contendo. Libr. de art. (pagina 580. 29.) ἢ μὴν ἰσχυρίζω γε οὐδὲ περὶ τούτου, εἰ μὴ ἐκπέσοι αὖ οὕτως, ἢ οὔ. Neque tamen de eo ſic excidat, necne, verbis contenderim. Rurſus (ibidem pagin. 579. 5.) οὐ μήν τι διϊσχυρίζω γε ἐκπεσεῖσθαι ἢ οὔ. neque tamen excidat nec ne contenderim, aut contendere cupio. Vbi tamen Galen. ἰσχυρείω legiſſe videtur, & ἰσχυριστικῶς ἔχω, aut ἰσχυρίζεσθαι ἔχω, aut ἰδίως εἰπεῖν exponit, hoc eſt, aſſeuerauerim, confirmauerim, aut contendere & aſſeuerare paratus ſum. Idemque ἰσχυρείω veluti ὀψείω formatum ſcribit, vt ſit ἰσχυρείω, ἰσχυριστικῶς ἔχω, contendere cupio, vt ὀψείω, ὀπτικῶς ἔχω, videre cupio, & βρωσείω, edere cupio, adducto etiam eam in rem Homeri teſtimonio Il. ξ. (verſ. 37.) verùm in codicibus noſtris planè vitiato. Eſt autem διϊσχυρείω idem quod διϊσχυρίζομαι, aſſeuero, affirmo, connitor, aut verbis contendere cupio, quo vtitur Plato in Euthyphr. & Hippocr. libr. περὶ εὐσχημοσύνης. (pagin. 15. 13.) δόξῃ τῇ ἐκ τούτων διϊσχυριζόμενοι, pro gloria ex his parta contendentes, decertantes, hoc eſt, pro ipſo honore decertare parati, horum gloria corroborati, dixit Cornarius. Hinc ἰσχύρισις eſt aſſeueratio, affirmatio, ἐν παραγγελίαις (pagin. 17. 14.) σφαλερὴ καὶ εὐέλεγκτος ἡ μετ' ἀδολεσχίας ἰσχύρισις, fallax & ad errorem procliuis aſſeueratio nugatoria, & quæ fit cum garrulitate. Vbi ἰσχύρισιν μετ' ἀδολεσχίας intelligere videtur ſolam ratiocinationem ſine ſingularium vſu aut experientia, λόγῳ μόνῳ, ibidem vocat, vt & experientiam λόγου ἐνδείξει (ibidem verſ. 32.) οὐ μόνον τὸ περὶ τῆς εὐχῆς ἀφωνῶν, οὐ γὰρ ἰσχυρίσιος δεῖ. Neque enim aſſeuerare oportet quòd vnum aliquod ſolum exhibitum remedium profuturum ſit.

Ἰσχυρὸν vehemens, magnum, vt ἰσχυρὸν νόσημα, vehemens & magnus morbus, qui ex ſymptomatum vehementia dignoſcitur, libr. de rat. vict. in morb. ac. (pagin. 92. 5.) vbi ſcribit Galen. οὐ διαφέρειν ἰσχυρὸν ἢ μέγα νόσημα φάναι, non referre ſiue validum, ſiue magnum morbum dicas. Sic aph. 66. libr. 5. ἰσχυρὰ τραύματα ingentia vulnera & magna dicuntur, & effatu dignam habentia magnitudinem. Ἰσχυρῶς etiam τὸ λίαν καὶ μάλιστα, quod eſt valde & maximè ſignificare ſcribit Galen. Comment. 2. in Progn. (pagina 143. 16.) Eſt & ἰσχὺς ἑλκέων, vlcerum vis, vehementia & magnitudo, Prorrhet. 2. (pagin. 420. 6.) Ἰσχυρὰ βρώματα, ſunt valentes aut validi & fortes cibi, libr. de art. (pagin. 624. 54.) Galenus τὰ δύσπεπτα, concoctu difficiles exponit. Rurſus ἰσχυρὰ βρώματα, graues & robuſti cibi dicuntur libr. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pagin. 5. 33.) quique validiore egent robore vt concoquantur, quales erant in ferino illo victu, quo priſcis ſæculis homines vtebantur. Vbi etiam paulò antea, ἰσχυρὴν καὶ θηριώδη δίαιταν, robuſtum & ferinum victum dixit, & μεγάλας δυνάμεις ἔχοντα, graues cibos & magnas vires habentes. Et rurſus (ibidem verſ. 40.) ἰσχυρότερα vocat, quæ οὐ δύνανται κρατέειν ἡ φύσις, natura coquere non poteſt. Et ἰσχυρὰ καὶ ἄκρητα, hoc eſt, valida & intemperata ſimul iungit, & τοῖς ἀσθενεστέροις, imbecillioribus opponit, ſimulque temperat. Ἰσχυρὰ σιτία καὶ ἀσθενέα, cibi valentes & debiles inter ſe oppoſiti, ibidem (pagin. 6. 11.) Rurſusque (ibidem verſ. 40.) ἰσχυρὸν βρῶμα dicitur cibus, qui ἰσχὺν & αὔξησιν, hoc eſt, robur & nutrimentum confert, & valentes ac robuſtos facit, quod fit vbi nihil intemperati aut nimium vehementis habet, probeque ſubigitur, concoquitur, & vnitur. Vbi tamen Cornarius ἐκ ἰσχυρὸν legiſſe videtur, contra omnium codicum fidem. Ἰσχυρότατον apud Hippocrat. quod eſt valentiſſimum & optimum puriſſimumque aut perfectiſſimum ſignificat, purioremque & maximè perfectam humidi quod in corpore continetur partem. Id ſemen eſſe dicit libr. περὶ γονῆς (pagin. 27. 30.) ἡ δὲ γονὴ τοῦ ἀνδρὸς ἔρχεται ἀπὸ παντὸς τοῦ ὑγροῦ τοῦ ἐν τῷ σώματι ἐόντος, τὸ ἰσχυρότατον ἀποκριθέν. Viri quidem genitura excrementum eſt validiſſimum, quod ab humido vniuerſo, quod in corpore continetur, proficiſcitur. Eſt enim puriſſima & maximè excocta humidi pars, maximéque benignum tertiæ coctionis excrementum, quod ab omnibus corporis partibus ſecernitur. Rurſus (ibidem verſ. 37.) οὕτω δὴ καὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἀποκρίνεται ἀπὸ τοῦ ὑγροῦ ἀφρέοντος τὸ ἰσχυρότατον καὶ τὸ πιότατον. Sic verò in homine valentiſſima & pinguiſſima portio à ſpumante humore excernitur. Sic libr. περὶ φύσ. παιδίου (pagin. 35. 10.) facultas in plantis ex qua fructus fit, δύναμις ἰσχυρὴ καὶ πιείρα ἐξ ἧς τὸ σπέρμα συστραφῆναι, hoc eſt, facultas valens & pinguis ex qua ſemen condenſari queat, dicitur. Ea enim facultas in plantis quæ fructum producit, ſeminii in animante reſpondet.

Ἰσχυρέλαιος idem quod ἰσχυρὸς Hippocrati, valens & robuſtus. Libr. de loc. in homine (pag.

69. 21.) καὶ τοῖσι σιτίοισι ἰσχυροτέροισι χρῆται. & cibis valentioribus vtitor. Ibidem (verſ. 20.) ὁπόταν φαρμάκῳ ἰσχυροτέρῳ χρῆται. deinde medicamento valentiore vtitor. Vbi codices manu ſcripti & Aſulanus ἰσχυρείῳ legunt.

Ἴσως, forte, fortaſſe, de his quæ rarò accidunt effertur Hippocrati, vt ſcribit Galen. Comment. 2. in Prorrhet. (pagin. 204. 17.) ὅταν δ' ἀκούσῃς ἀνθρώπου λεγομένου ἴσως περὶ τῶν κατὰ μέρος ὡς καθόλου τὴν ἀπόφασιν τινα ἡμῶν ποιουμένων, γίνωσκε σαφῶς σπάνιον εἶναι τὸ πρᾶγμα. Cùm ergo ab homine audieris ἴσως efferri, & de particularibus tanquam vniuerſalem enunciationem fieri, rarò rem euenire liquidò cognoſcas.

¶ Ἴτρια ſunt dulciaria liba aut bellaria, dulciarii panes ex ſaccharo, nucibus pineis, amygdalis, aut etiam ſeminibus papaueris & ſeſami confecti, quales hodie Marcipanes dicontur, corrupta forte ex μάζα voce. Dicuntur & ἴτρια, πέμματα καὶ τραγήματα, aut πεμμάτια, placentulæ & bellaria. Galenus in Exegeſi ἴτρια ἰτρίκιον dici ſcribit παρὰ τὸ ἰτρίκειν, quod θραύειν, hoc eſt, frangere, concidere ſimpliciter ſignificat, διότι εὔθραυστα, quòd friabiles ſint huiuſmodi dulciarii panes & facilè frangantur, vnde etiam κλάσματα exponuntur Heſychio. Galenus libr. 1. de aliment. facult. duplicem ἰτρίων ſpeciem facit.

¶ Ἰχθύα eſt ſquatinæ marinæ pellis aut cutis arida, qua defricantur alopeciæ ab Archigene apud Galen. libr. 1. Comp. pharm. κατὰ τόπους (pagin. 157. 7.) τὰς δὲ βαθείας ἀλωπεκίας ἀνάτριβε σὺν ὄξει, νίτρου βώλῳ, ἢ σηπίας ὀστράκῳ, ἢ ἰχθύᾳ, ἢ συκῆς φύλλοις. Altè autem infixas alopecias, nitri gleba, aut ſepiæ teſta, aut ſquatinæ marinæ pelle, aut fici foliis ex aceto defricato. Ἰχθύην, ῥίνης θαλαττίας δέρμα ξηρὸν exponit Galen. in Exegeſ. ſquatinæ marinæ aridam cutem, additque poſſe ſignificare τὸν σιδηροῦν ὄνυχα, ᾧ χρῶνται εἰς τὰς ἐμβρυουλκίας καὶ ἐμβρυοτομίας χρώμεθα, διὰ τὴν πρὸς τὰς λεπίδας τῶν ἰχθύων ὁμοιότητα, hoc eſt, vncum aut vnguem ferreum, quo in fœtus extractione & ſectione vtimur, ex ſquamarum piſcis ſimilitudine. Verùm potiùs ab hami piſcatorii ſimilitudine appellationem iſtam deſumpſiſſe videtur huiuſmodi inſtrumentum, & ὄνυχα vocat Hippocr. libr. περὶ ἐπικυήσιος (pag. 48. 34.) vnguem aut vncum ferreum, quem pollici affigi iubet ad extrahendum fœtum. Quem locum non obſcurè illis verbis mihi ſubindicare videtur Galen. vt & per ἰχθύην, libellum περὶ ἐγκατατομῆς ἐμβρύου (pagin. 53. 8.) περιδεῖραι δὲ καὶ τὸν βραχίονα, καὶ ἀποψιλώσας αὐτοῦ τὸ ὀστέον, ἰχθύην περιδῆσαι περὶ τοὺς δακτύλους τῆς χειρὸς τοὺς δύο, ὅπως μὴ ἀπολισθάνῃ ἡ σάρξ. Et brachio excoriato eiuſque oſſe denudato, ſquatinę marinę pellem aridam circum duos manus digitos obligato, vt ne caro ſua lubricitate elabatur.

Ἰχθύην ῥίνημα ἢ πρίσμα exponit Erotianus apud Hippocratem, hoc eſt, limaturam, ſcobem aut ramentum. Verùm vitium mihi ſubolere videtur hæc lectio, & pro ἰχθύην ἰχθύημα aut ἰχθυήματα legendum exiſtimo, quæ dictio Hippocrati frequens eſt, vt paulò poſt ſcribimus.

Ἰχθυήματα videntur dici propriè piſcium ſquamæ. Sed Galeno in Exegeſi λεπίσματα φλοιῶν, hoc eſt, corticum fragmenta exponuntur. Ἰχθυήματα τοῦ λωτοῦ, corticis loti arboris ramenta, ſcobes aut fragmenta vſurpat Hippocr. libr. περὶ ἑλκῶν (pagin. 515. verſ. 6. 7. 8. 9.) & (pagin. 516. 23. 24. 28. 34.) quo nomine limaturam aut corticum præſegmina, velut ſquamas, intelligit. Et Erotianus λωτοῦ ἰχθυήματα, ἀντὶ τοῦ ῥινίσματα ἢ πρίσματα poſitum apud Hippocr. contendit, iis nimirum ſubindicatis locis. Quod effecit vt antea pro ἰχθύην apud eum ἰχθυήματα ſcribendum exiſtimauerim.

Ἴχνος eſt ima pedis pars quæ veſtigium etiam Latinis dicitur. Galeno Comment. 2. in libr. de fract. (pagina 543. 38.) σκληρὸν καὶ παχὺ τὸ τοῦ κάτω ποδὸς δέρμα τὸ καλούμενον ἴχνος, imi pedis cutis dura & craſſa, ἴχνος dicta. Ἴχνος etiam Hippocrati ſoleam ſignificat, quæ ex corio aut plumbo parabatur & pedi adalligabatur ad deligationis firmitatem, cùm pes ex varo dirigebatur. Libr. de art. (pag. 643. 20.) Ἴχνος δὲ ὑποδεῖσθαι, ἢ δέρματος μὴ ἄγαν σκληροῦ ἢ μολυβδίνου. Solea autem quædam, vel ex pelle non admodum dura, aut plumbo confici debet. Omnia autem fere id genus, quibus plantarum calces infimæ tantùm teguntur, cætera prope nuda, & teretibus habenis vincta ſunt, ſoleas antiqui dixerunt Gellius capit. 20. libr. 13. Pollux libr. 7. capit. 20. in calceamentorum partibus ἴχνος reponit, vbi vitiosè ἴσχνος legitur.

Ἰχὼρ quibuſdam ſanies dicitur, aliis aquoſus ſanguinis humor, aliis verò aquoſa & ſeroſa humiditas, ſiue ſanguinis, ſiue alterius cuiuſuis humoris, idque magis propriè cùm in corpore ſpectatur, extra corp' verò ſanies. Sic ἰχῶρες dicuntur tenues & ſeroſæ humiditates quæ in corpore & vaſis continentur, & in omnibus humoribus viſuntur, aut cum iis effluunt, quæ etiam pro variis humorum naturis à quibus ſecernuntur, differentes habent qualitates & appellationes, vt ſcribit Galen. Comment. 2. in libr. 6. Epid. (pagin. 470. 7.) Idem quoque Comment. 4. in libr. de rat. vict. in morb. ac. ἰχῶρας τὰς λεπτὰς ὑγρότητας tenues & ſeroſas humiditates Hippocrati eſſe ſcribit. Eſt & ſpeciatim ἰχὼρ id quod in ſanguine eſt tenuius quidem & ſeroſum, ac in aqueam naturam degenerauit, quod lactis ſero ſimile eſt. Id Galen. lib. de Elementis τὸ μὲν γὰρ ἰχὼρ αἵματος ἀνάλογον ὀῤῥῷ γάλακτος, ſanguinis velut ſerum, lactis ſero reſpondere dixit. Quanquam idem Galen. Com. 2. in lib. 6. Epid. & lib. 8. de Plac. Hipp. & Plat. ex Platonis opinione, tenues atq; ſeroſas humiditates quæ in omnib ſpectantur humoribus, lactis ſero reſpōdere ſcribit. Sicut enim in lacte ſerum eſt quod aqueum eſt & tenue, neque in caſeum aut butyrum cogitur, ſic etiam in ſanguine & aliis humoribus

humoribus, aut ſeorſim conſideratis, aut ſanguini permixtis, aquea quædam humiditas ſpectatur humori ſupernatans & offuſa, quæ ſero proportione reſpondet, & ἰχὼρ vocatur, humoris facultatem, ex quo emanauit, adepta. Sic à Platone ſcriptum eſt in Timæo, ἰχὼρ ὁ μὲν αἵματος ὀῤῥὸς, πρᾶος, ὁ δὲ μελαίνης χολῆς ὀξείας τε, ἄγριος. Aquoſa ſanguinis humiditas, quæ ſerum dicitur, mitis, atræ verò bilis & acidæ, fera. Quanquam ἰχωροειδὲς αἷμα Hippocrati aph. 29. ſect. 2. lib. 6. Epid. intelligitur non ea quidem ſimpliciter ſanguinis aquoſa humiditas, quæ ſanguinem purum diluit, & mitis eſt, aut mordacitatis expers, ſed quæ prauam habet qualitatem & mordacem, ideoque non malè ſanioſus ſanguis dici poſſit. Quod his verbis expreſſit Galenus. οὐχ ἁπλῶς τὸ λεπτὸν ἢ ὑδατῶδες αἷμα καλεῖν αὐτὸν ἰχωροειδὲς ὑποληπτέον ἐστὶν, ἀλλὰ τὸ μετὰ λεπτότητος ἰώδους ἢ κακοήθους. Seroſum ſanguinem non ſimpliciter tenuem & aquoſum ab eo dici eſt exiſtimandum, ſed eum qui venenoſa quadam & maligna facultate ſit prædirus. Ruſſuſque: Ἰχωροειδὲς τὸ αἷμα καλεῖται τὸ περιέχον ἐν ἑαυτῷ μοχθηρὰν ὑγρότητα λεπτὴν, οὐχ ὑδατώδη ἢ ἄδηκτον, ἀλλὰ δακνώδη ἢ διαβρωτικήν. Seroſus igitur ſanguis vocatur in ſeipſo prauam humiditatem tenuem continens, non aqueam & morſus expertem, ſed mordacem & exedentem. Hic ergo ſeroſus ſanguis dicitur tenuis illa ſanguinis humiditas, quæ ſanguinem omnes humores complexum diluit, & prauam quandam mordacemque habet qualitatem. Quod his etiam verbis ibidem teſtatur Gal. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ διττῶς τὸ αἷμα λέγομεν, ὅτε μὲν αὐτὸ διαφέροντα πρὸς τοὺς ἄλλους λεγομένους χυμοὺς, ὅτε δὲ κατ᾽ ἐπικράτειαν ὅλον τὸν ἐν τοῖς ἀγγείοις χυμὸν, ἰχωροειδὲς αἷμα τοῦ ἀκούειν δεῖ τὸ κατὰ τὸ δεύτερον σημαινόμενον, ὥσπερ ἢ λέγειν δεῖ καὶ σύνηθές ἐστι τοῖς ἰατροῖς ἐν ταῖς φλεβοτομίαις, ὅτε μὲν ὀῤῥῶδες, ὅτε δὲ μελαγχολικὸν, ἢ φλεγματῶδες, ἢ χολῶδες, ἐπεὶ οὐ κατὰ φύσιν ἔχει ἀκραιφνὲς τὸ αἷμα. At quoniam duobus modis ſanguinem dicimus, interdum quidem vt eum à nuper dictis humoribus diſtinguimus, interdum verò ex dominio totum qui in vaſis continetur ſuccum, ſeroſus ſanguis in præſentia in ſecunda ſignificatione inaudiendus eſt, quemadmodum dici aſſolet, & omnibus medicis eſt vſitatum, in venæ ſectione interdum quidem ſeroſum, interdum verò melancholicum, aut pituitoſum, aut bilioſum, nonnunquam etiam naturalem ſanguinem effluxiſſe. At verò ἰχὼρ Ariſtoteli libr. 2. de part. animal. capit. 4. & libr. 3. de hiſt. animal. capit. 19. ad pituitoſum excrementum reuocatur, & crudum ſanguinem non concoctum, ſed aquoſum ſignificat, τὸ ὑδατῶδες τοῦ αἵματος. Ἰχὼρ (vt ſcribit) ἄπεπτον αἷμα, ἢ τῷ μήπω πεπέφθαι, ἢ τῷ διεφθάρθαι. Vbi Gaza ſaniem incoctum eſſe ſanguinem dicit, aut quia concoctus nondum eſt, aut quia in ſerum degenerauerit. Ἰχὼρ apud Homerum Il. ε. (verſ. 339. & 416.) de humore tenui dicitur, qui è cute Veneris à Diomede vulneratæ effluxit. Neque enim deos ſanguinem habere vult, ſed ἀναίμονας eſſe, vt neque cibis humanis veſci neque vinum bibere, ſed ambroſia & nectare victitare. Hippocrates initio libr. 2. Epid. (pagin. 311. 17.) ἰχῶρας tenues & ſeroſos humores ex ſuccorum corruptione in cutem erumpentes & pruritum excitantes vocat. καὶ ἐπεγίνοντο μὲν ἐν τῷ δέρματι ἰχῶρες, ἐγκαταλαμβανόμενοι δὲ ἐθερμαίνοντο, καὶ κνησμὸν ἐποίεον. Seroſi quidem humores cuti ſubnaſcebantur, qui intrò incluſi dum incaleſcebant, pruritum excitabant. Vbi ſaniem vertimus, non ſanioſum ſanguinem, ne quis me ſanguinis ſerum dicere exiſtimaret. Idem libr. de rat. vict. in morb. ac. (pagin. 87. 41.) δριμέας καὶ χολώδεας ἰχῶρας vocat acres & bilioſas humiditates quæ ex ſuccorum acrimonia emanant & febrem ardentem excitant. ἰχωροειδὲς αἷμα idem vocat ſanguinis ſeroſum aut aquoſum humorem, aph. 29. ſect. 2. libr. 6. Epid. vt & ἰχωρώδεες dicuntur eidem in Prorrhet. (pagin. 213. 48.) qui tenuibus & ſeroſis humoribus abundant. Ἰχῶρα παχὺν καὶ ἐρυθρὸν idem vocat libr. περὶ φύσιος παιδίου (pagin. 31. 3.) ſaniem craſſam & rubentem qua venæ & interiora in fœtus delineatione refertæ ſunt. Rurſus (ibidem pagin. 32. 37.) ἰχὼρ παχὺς αἱματώδης, ſanies craſſa & cruenta dicitur, ſanguis craſſior & feculentus. ſanguinis in alimentum fœtus cedentis reliquiæ, quæ poſt fœtum exeunt, ἰχῶρα ſimpliciter vocat ibidem (pagin. 39. 16.) & ὕδρωπα αἱματώδη (ibidem verſ. 14.) Quibus ſanè in locis ἰχῶρα ſaniem non malè quis mihi reddere videatur (quod etiam fecit Gorrhæus) de cruento illo humore & veluti muco ſanguinolento intelligens, quem Ariſt. quoque libr. 7. hiſt. animal. ἰχῶρα ὑδατώδη ὑποχεῖν, & αἱματώδη in partu profluere aſſerit. Ἰχὼρ quoque in vlceribus ſanies dicitur Galen. libr. 3. Meth. med. tenue illud excrementum quod ex illis effluit, vt craſſum ῥύπος, ſordes. Celſo cap. 27. lib. 5. ἰχὼρ ſaniei genus quoddam eſt, & ἰχὼρ tenuis, ſubalbidus ex malo vlcere exit, maximeque vbi neruo læſo inflammatio ſecuta eſt. Ἰχῶρα Plinius ex Dioſcoride libr. 2. capit. 39. ſaniem vertit libr. 11. capit. 28. cruorem aut ſuccum qui ex iocinore hircino dum aſſatur diſtillat, ſaniem appellans. Sanguinem iocinoris hircini dixit Celſus capit. 6. libr. 6. hoc remedium quoque ex veteribus celebrans. Sic etiam ἰχῶρα iocinoris hircini aſſati vocat Archigenes apud Galenum extremo libr. 4. κατὰ τόπους in glaucis oculis & nyctalope. Sic Aëtius capit. 10. ſerm. 4. tetrab. 2. κοχλιῶν μεγάλων χερσαίων τὸν ἰχῶρα, cochlearum magnarum terreſtrium cruorem dicit, crudum illum humorem & mucum qui ex cochleis diſtillat intelligens. Eodem modo Plinius libr. 30. capit. 15. ſaniem punctis emiſſam è cerebro viperæ dixit.

¶ Ἰῶ pro ἰάν ab ἰάομαι legitur apud Hippocr. lib. de fiſtulis (p. 518.27.) quod ſignificat medêre. ἰῶ ὥσπερ τὴν ἔμπροσθεν, medêre vt prius, eadem quæ prius curatio adhibenda.

Ἰώδεα ἐμέσματα, æruginoſi vomitus, virulenti aut viroſi, non ſecus ac vulgus huiuſmodi humorem vomitione refuſum venenum vocat. fiunt autem huiuſmodi vomitus ex bile exaſſata, crebróque celebrantur Hippocrati. In Prorrh. (p. 173. 50.) τὰ ἐν κεφαλαλγίῃσιν ἰώδεα ἐμέσματα. Vomitus virulenti & æruginoſi cum capitis dolore, qui phrenitidem prænunciant, & Coac. Prænot. (pag. 428.42.) Rurſus lib. 1. Epid. ſect. 2. (p. 367.24.) & ægr. 6. lib. 1. Epid. & ægr. 4. & 12. lib. 3. Epid. rurſúsque ægr. 1. & 4. libr. 3. Epid. poſt ſt. peſt. fit etiam ἰώδης ἔμετος in renum dolore, ob continuos dolores & vigilias multas corrupto ſanguine, præcipuè ſi febre detineantur ægrotantes, inediamque ſuſtinuerint, vt ſcribit Galen. Comment. ad aph. 5. libr. 6. Epid. ſect. 1. his verbis: προσγίνεται τοῖς οὕτω πάσχουσι ἰώδης ἔμετος, ὅτι τε τὰς ὀδύνας καὶ τὰς ἀγρυπνίας διαφθειρομένου τοῦ αἵματος, καὶ μάλισθ' ὅταν ἅμα τούτοις πυρέξωσι καὶ ἀσιτήσωσι. His ita affectis vomitus æruginoſus aduenit, corrupto tum ob dolores, tum ob vigilias ſanguine, idque præcipuè vbi ſimul febricitarint & inediam ſuſtinuerint.

# OECONOMIAE
## HIPPOCRAT.
## TO K.

Καβαλικὰ Laconibus dicebatur quæ καταβλητικὴ, ars proſtratoria, quæ in lucta ſternendi aduerſarii poteſtatem faceret. Galen. lib. ad Thraſybulum (p. 300.22.) non ſecus ac κάββαλε pro κατάβαλε Æolica ſyncope dicitur.

Κάγχρυς, ſeu κάχρυς, ſeu κάγχρυ & κάχρυ, eſt Dioſcoridi lib. 3. cap. 87. & 88. λιβανωτίδος τῆς καρποφόρου ὁ καρπός. rotiſmarini ſemen ferentis ſemen. Quod etiam ſcribit Theophr. hiſt. plant. libr. 9. capit. 12. & Pl. lib. 24. cap. 11. tranſtulit, & rotiſmarini ſemen reſinaceum cachryn vocari ſcribit. Gal. in Exeg. κάχρυος ῥίζαν, τῆς λιβανωτίδος, apud Hippocr. exponit. Quibus verbis locum lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 220.21.) ſubindicare mihi videtur, vbi κάχρυος ῥίζαν rotiſmarini radicem ad vterorum fluxum & dolorem in vino exhibet. Licet κάγχρυος quædam exemplaria manu ſcripta legunt. Quod etiam repetitur lib. 2. περὶ γυν. (p. 285.26.) Dioſcorides lib. 7. cap. 88. τὸ κάχρυ θερμαντικὴν δύναμιν καὶ ξηραντικὴν σφόδρα, calefaciendi vim & egregiè deſiccantem habere ſcribit. Gal. lib. 7. ſimpl. medicamentorum ſecandi & extergendi vim exhibet, ob idque in ſmegmata venit, & vſurpatur Galeno inter pilos attenuantia medicamenta, lib. 1. Comp. pharm. κατὰ τόπ. (pag. 165.5.) Κάγχρυς Suidas dici ſcribit τὰς κριθὰς καὶ τὰς ἀληλεσμένας κριθὰς, hordea, & hordea molita. Vt & Euſtathius κάχρυς eſſe ſcribit πεφρυγμένας κριθὰς, hordeum toſtum quò faciliùs in farinam redigatur. Ariſtoph. Scholiaſtes ἐν Ἱππεῦσι (p. 203.) κάχρυς dici ſcribit, τὰς μὴ πτισμένας κριθὰς ἀφ' ὧν ἡ πτισάνη, hordeum decorticatum, ex quo fit ptiſana. Idem quoque ἐν νεφέλαις (pag. 123.) κάχρυς ſimpliciter κριθὰς exponit. Etymologus κάχρυς dici ſcribit propriè τὰς πεφρυγμένας κριθὰς, & καταχρηστικῶς cætera omnia legumina τὰ πεφρυγμένα. Galen. in Exegeſ. τὰς κάχρυς in plurali cùm effert Hippocrates, τὰς πεφρυγμένας κριθὰς intelligendas eſſe ſcribit. Sic autem vſurpat Hippocr. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pagin. 220.17.) πυροὺς καὶ κάχρυας τρίψας, triticum & hordeum torrefactum trita in vino exhibens. Rurſus lib. 2. de Morb. (p. 156.29.) ἐξάγετε τὰς κάχρυς σὺν τοῖσιν ἀχύροισιν, hordeum torrefactum vnà cum paleis, aqua maceratum in mulſa propinat. (Sic enim leg. exiſtimo.) Iterum etiam lib. 3. de Morb. (p. 165.33.) ἡμιχοίνικον καχρύων τοῦ λωτοῦ ὠμοῦ ἐν ὕδατος χοΐ, hordei torrefacti chœnicem dimidiam probè loti in aquæ cõgio potione exhibet. Aliòqui certe & in ſingulari pro hordeo effertur Theophr. lib. 4. de Cauſ. plant. cap. 17. Eſt & κάχρυς arborum quarundam germinantium rudimentum & initium, vt ſcribit Theophraſt. hiſt. plant. lib. 3. cap. 7. Plinius lib. 16. cap. 8. cachryn vocat & pilulam, cùm ſcribit: Ferunt robora & cachryn. Ita vocatur pilula in medicina vrendi vim habens. Gignitur & in abiete, larice, picea, tilia, nuce, platano, poſtquam folia cecidere, hyeme durans. Continet nucleum pineis ſimilem. Is creſcit hyeme. Aperitur vere pilula tota, cadit cùm folia cœperint creſcere. Eſt & καχρυδίας πυρὸς apud Theophr. de Cauſ. plant. lib. 3. capit. 26. & hiſt. plant. lib. 8. cap. 4. Καχρυδίας ἄρτος etiam dicitur panis ex hordeo toſto. Eſt & καχρύδιον granulũ hordei toſti, ſeu hordeolũ toſtũ, quo vtit' Ariſt. in Quæſt. natur. ſect. 20. quæſt. 8. & Theophr. de Cauſ. plant. libr. 5. cap. 6. Heſychius καχρύδιον exponit πεφρυγμένων κριθῶν, καταχρηστικῶς autem πάντα τὰ πεφρυγμένα, & βοτάνην τὴν λιβανωτίδα, & τῆς πεύκης τὴν βλάστησιν, & πυροὺς τινάς. omnia legumina toſta, & herbã quandã roſmarinũ dictã, & piceæ germina & frumẽti gen' quddã. Quæ omnia κάχρυν ſignificare etiam Etymologus ſcribit. Eſt au-

Eſt autem animaduertẽdum apud Hippocr. Lib. περὶ γυναικ. φύσ. loco prius annotato, exemplaria Regia manu exarata habere πυρὸς κεγχρίας, quædam etiam πυρὸς ἢ κεγχρίας, pro κάχρυας.

Καθαίρειν purgare ſignificat & idem quod φαρμακεύειν apud Hippocrat. medicamento purgante vti, & καθαίρεσθαι φαρμακεύεσθαι. Galen. Com. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 115.4.) τὸ καθαίρεσθαι δὲ τῷ φαρμακεύεσθαι συμβαίνει ἐς ταὐτόν. ὥσπερ γε ἢ φαρμακεύειν τῷ καθαίρειν. καθαίρεσθαι, quod eſt purgari, & φαρμακεύεσθαι, quod eſt medicamento purgante vti, idem ſignificant, vt & φαρμακεύειν & καθαίρειν. Quod etiam repetit Com. 2. in Prorrh. (p. 191.36.) Sic & καθαίρεσθαι & ἀνακαθαίρεσθαι, purgari & repurgari, de excrementorum purgatione dicitur. Et Hippocrat. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 92. 41. anginam poſt ſanguinis detractioné ἐκλεικτοῖς ἀνακαθαίρεσθαι, per ecligmata repurgari vult, τουτέστιν αὐτὰ τὰ περιεχόμενα κατὰ τὰ φλεγμαίνοντα μόρια, κενοῦσθαι διὰ τῶν πτυσμάτων (vt ſcribit Gal.) h. eſt, quæ in partib. inflammatione affectis cõtinentur per ſputa vacuari. τὸ γὰρ ἀκάθαρτον σῶμα, ἢ περιττωματικὸν ὀν κενούμενον, εἰκότως ἄν τις καθαίρεσθαι λέγοι. Nẽpe corpus imputũ & excremẽtis redundans, dum vacuatur, meritò quis repurgari dixerit. Eſt & καθαιρέειν & καθαίρεσθαι detrahere, deiicere, deducere, deturbare. Et καθαίρεσις detractio, extenuatio & ſubtractio, corporis euacuatio quæ fit citra purgationem & ſanguinis miſſionem, aph. 2. lib. 6. Epid. ſect. 3. ἡ καθαίρεσις δρόμοισι, πάλῃσιν, ἡσυχίῃσι, πολλοῖσι περιπάτοισι ταχέσιν. Corporis emaciatio curſu fit, quiete, palæſtra, multis obambulationibus velocibus. Vbi καθαίρεσις ſubtractionem ſignificat, quæ interdum humoribus, interdum etiam ſolidis partibus attribuitur, vt illic ſcribit Gal. τὸ μὲν τῆς κενώσεως ὄνομα κατὰ μόνων τῶν ὑγρῶν λέγεται, τὸ δὲ τῆς καθαιρέσεως, μᾶλλον μὲν ἐπὶ τῶν στερεῶν, ἐνίοτε δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ὑγρῶν. Euacuationis nomen de ſolis liquidis dicitur, detractionis verò de ſolidis quidem magis, interdum etiam de liquidis. Sed Gal. illic καθαίρεσιν, λέπτυνσιν τῆς σαρκὸς ἢ μείωσιν, carnis extenuationem & imminutioné intelligit & corporis emaciationem. Hinc καθαιρετικὰ medicamenta vocantur, quæ carné ſupercreſcentem imminuunt, detrahunt, & ad ſtatum naturalem deducunt. Καθαιρεῖν σελήνην eſt Lunam deiicere, deturbare, cœlo deducere, vt loquitur Virg. hoc eſt deorſum elicere. Quam phraſim vſurpat Hipp. lib. de Morbo ſacro (p. 123.6.) de magis & incantatoribus. εἰ γὰρ σελήνην τε καθαιρεῖν, ἢ ἥλιον ἀφανίζειν, χειμῶνά τε ἢ εὐδίαν ποιεῖν, ἢ ὄμβρους ἢ αὐχμοὺς, ἢ θάλασσαν ἄφορον, ἢ γῆν, ἢ τἄλλα τὰ τοιουτότροπα πάντα ἐπιδέχονται ἐπίστασθαι. Si enim Lunã deducere, & Solẽ obſcurare, tempeſtatemq; ac ſerenitatem inducere, imbresq; ac ſiccitates ciere, mareq; ſterile & terram facere, cæteraq; id genus ſe ſcire profitentur. Rurſus ibidem (v. 12.) εἰ γὰρ ἄνθρωπος μαγεύων τε ἢ θύων, σελήνην τε καθαιρήσει, ἢ ἥλιον ἀφανιεῖ. Si quis enim magicis incantationibus & ſacrificiis Lunam deducet & ſolem obſcurabit. Lucianus in Dialogo amoris & Veneris, τὴν σελήνην δὲ καθαιρεῖς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, cœlo Lunam deducis. Eſt autem Lunam cœlo deducere eius lumen abolere, quod magicis incantationib. ſe facturas pollicentur ſagæ. De quibus eandem phraſim vſurpat Plutarchus in connubialibus præceptis. ἂν δέ τις ἐπαγγέλληται καθαιρεῖν τὴν σελήνην. Quòd ſi qua erit quæ de cœlo Lunam ſe detracturam polliceatur. Et rurſus ibidem ὡς αὐτὴ καθαιροῦσα τὴν σελήνην, velut quæ Lunam cœlo detraheret.

Καθαπτόμενοι ψόφου, quod eſt ſtrepitum ſentiẽtes, exponuntur Galeno in Exeg. σφοδρῶς αἰσθανόμενοι, vehementer ſentientes, hoc eſt, ſtrepitum facilè ſentientes & percipientes, ψόφου ῥᾳδίως αἰσθανόμενοι, ἢ μάντοι ἐπιλαβόμενοι, ὥσπερ ἢ ψοφώδεις dicuntur etiam eidem in Exeg. qui vel leui ſtrepitu promptè irritantur ac perturbantur, aut qui ad quemuis ſtrepitum expaueſcunt, conſternantur, percelluntur, aut perturbantur. ὑπὸ τῶν ψόφων θορυβούμενοι ἢ ταρασσόμενοι dicũtur Galeno Com. 1. in Prorrh. (p. 176.31.) qui ad ſtrepitus tumultuantur aut perturbantur, quod de Phreniticis ſcribitur, eumq; locum à Galeno exprimi ſatis conſtat. Vbi ſcribit Galenus non ψόφου καθαπτομένους, ſed meliùs dici, ὧν ὁ ψόφος καθάπτεται, quos ſtrepitus tentat, perſtringit, laceſſit, aut irritat.

Κάθαρμα, purgamentum, recrementum quod in purgatione reiicitur & expurgatur. Lib. 5. Epid. (pagina 339.21.) ἐκαθήρατο αὐτὴν ὀξέως πολὺ κάθαρμα, quæ ſtatim multo recremento repurgata eſt. De veſica agitur, quæ ex medicamento multa recrementa reiecit, indeque repurgata eſt. Καθαρμοὶ etiam idem quod καθάρσεις & purgationes ſignificant, vt Lib. 2. περὶ γυναικ. (pagina 270. 32.) ἢ ἐν τοῖσι καθαρμοῖσι σιτίοισι χρῆσθαι μαλθακοῖσι ἢ ὑποχωρητικοῖσι. In purgationib. cibis vtitor mollibus & per aluum ſecedentibus. Alioqui καθαρμοὶ expiationes aut expiamenta indicant, vt lib. de Morbo ſacro (p. 122.28.) καθαρμοὺς προσφέροντες, expiamentis oblatis. Et rurſus ibidem (v. 44.) οὐδὲ οἱ καθαρμοὶ ὠφελέουσι, neque expiationes iuuant. Et (v. 47.) ὅκου γὰρ ὑπὸ καθαρμῶν τοιούτων μετάστασις γίνεται, ἢ ὑπὸ θεραπείης τοιῆσδε. Vbi enim ab huiuſmodi expiamentis & tali curatione tranſmutantur. Atque ibidem aliàs ſæpè.

Καθαρὸς, purus, liquidus, defecatus, quemadmodum καθαρὰ οὖρα dicuntur lib. 1. Epid. ſect. 1. (p. 356.2.) vrinæ puræ & defecatæ, quas illic τοῖς πάχος ἔχουσι ἢ οὐ καλῶς καθισταμένοις, hoc eſt craſſis, neq; probè ſubſidentibus opponit Hippocr. Sic rurſus lib. 4. Epid. (p. 329. 29.) καθαρὸν οὖρον tenui iungitur. καθαρὸν διαχώρημα, deiectio pura, neque colore præter naturam tincta, ſed inculpata, qualis eſt in ſanis. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 102.2.) ἰδεῖν δὲ διαχώρησιν μή τι μέλαν ἰσχυρῶς διαχώρησιν χρῶμα, ἢ καθαρὸν, ὁκοῖα ὑγιαίνοντος ἂν εἴη διαχωρήματα. Videndum quoq; num deiectio nigra colore admodum fuerit, num pura, qualia

ſanorum alui recrementa eſſe ſolent. Alioqui διαχώρημα καθαρὸν intelligi poteſt ἄκρητον, ſyncerum, velut in Coac. Prænot. (p.445.3.) διαχώρημα καθαρὸν ἐπιγενόμενον λύει πυρετὸν ὀξὺν μεθ' ἱδρῶτος. Deiectio pura ſuccedens, febrem acutam cum ſudore ſoluit. Syncerum namq; aut bilioſum alui profluuium intelligitur, quod cum ſudoribus inter ſigna febres decernentia annumeratur. Alioqui malum eſt alui recrementum quod poſt febres longas ſyncerũ eſt, vt ſcribit Celſus, cap.4. lib.2. ex aph.6. lib.7. Eſt & καθαρότης ὀφθαλμῶν, oculorum claritas, lucidiras, puritas, luminoſus & liquidus oculorum ſplendor, aut claror, (vt Plautino verbo vtar) in Coac. Prænot. (p.430.16.) cui τὸ ἀχλυῶδες opponit, hoc eſt, caliginem, quemadmodum turbidum liquido opponitur, & liquida æthra dicitur, quæ opponitur turbido aeri, & liquidam tempeſtatem ſerenam Plautus Moſtellaria vocat. Sic liquet turbido & fecato idem Plautus opponit. Nunc liquet, nunc defecatum eſt. Qua notione vinum defecatũ & faccis tranſmiſſum liquidum dicitur, turbidoque aut fecato opponitur. Ex qua translatione animus defecatus & liquidus, pro tranquillo & minimè perturbato Plauto ponitur, in Epidico & Pſeudolo. Καθαρώδεα ὄμματα, oculi lucentes, pellucidi, puri, lib.5. Epid. (p.342. 45. Eſt καθαρειότης mũdicia, puritas, in medicina, lib. περὶ εὐσχημοσ. (p.15.33.) ſynceritas Calvo dicitur, quemadmodum lib. περὶ ἰητροῦ. (p. 12.29.) medicum καθαρῶς ἔχειν, in veſtitu & odoratis vnguentis mundiciei ſtudere vult.

Κάθαρσις purgatio, abſolutè dicitur Hippocrati cùm humores praua qualitate affecti & noxii vacuantur, ſiue id natura moliatur, ſiue ſponte fiat, aut medicamento. Gal. Com. in ſent. 11. lib. 1. περὶ χυμῶν. Quod etiam ſcribit Com.2. in Progn. (p.138.11.) his verbis, κάθαρσιν ὀνομάζω τὴν τῶν ἀλλοτρίων κατὰ ποιότητα κένωσιν. Purgationem voco quando praua affecti qualitate humores vacuantur. Idem Com. ad aph. 2. lib. 1. κάθαρσις δέ ἐστιν ἡ τῶν λυπούντων κατὰ ποιότητα κένωσις. Purgatio eſt humorum euacuatio qui ſua qualitate moleſti ſunt. Quod iiſdem etiã verbis repetit, Com. ad ſentent. 11. lib. 1. περὶ χυμῶν. Idem. Com. 4. in lib.6. Epid. (p.498.22.) καθάρσεις γὰρ εἴωθεν ὀνομάζειν, οὐ μόνον τὰς ὑπὸ φαρμάκου γινομένας, ἀλλὰ καὶ τὰς ὑπὸ τῆς φύσεως. Purgationes namq; vocare conſueuit, non eas ſolùm quæ à medicamento purgante, ſed quæ etiam à natura fiunt. Eaque notione τῷ καθαίρεσθαι verbo vtitur Hippocr. aph.2. & 25. lib. 1. & 3. lib. 4. & aph. 10. ſection. 4. lib. 6. Epid. Thucydides quoque lib. 2. hiſt. in peſtilentiæ enarratione, καθάρσεις & ἀποκαθάρσεις vocat vacuationes quæ ſymptomaticè morbi ratione naturæ impetu promouentur. Quod etiam teſtatur Gal. Com. 4. in lib.6. Epid. κάθαρσις pro purgatione quæ fit medicamento, & ἀντὶ τῆς φαρμακείας ſumitur in Coac. Prænot. (p. 441.43.) ἐπὶ πάσῃ καθάρσει πλεοναζούσῃ ψύξις μεθ' ἱδρῶτος, ὀλέθριον. In omni ſuperflua purgatione, frigus cum ſudore exitiale. At verò κάθαρσις omnem humoris vacuationem indicat, ſiue per aluum, ſiue per vomitum, ſeu per vrinas, ſudores, ſputa, aut etiam menſtrua efferatur. Et καθάρσεις pro vacuationibus ſumuntur in Prorrh. (p.206.22.) αἱ ἄκρητοι τελευτῶσαι καθάρσεις, quæ in ſynceras tendunt purgationes, hoc eſt vacuationes. Nam vt illic ſcribit Gal. ἀντὶ τοῦ, καθάρσεις, ἄμεινον ἦν εἰρῆσθαι κενώσεις. ὅταν γὰρ ἐκκρινόμενα τύχοι τὰ διεφθαρμένα, κάθαρσις γίνεται τοῦ σώματος, ὅταν ἐκκρίνηται τὰ τῷ λόγῳ τῆς νόσου γινόμενα. Præſtabat pro καθάρσεις κενώσεις dici. Vbi enim corrupta excerni contigerit, corpus expurgatur, cùm quæ morbi ratione fiunt excernuntur. Ideoq; in Coac. Prænot. (p.443.47.) vbi eadem ſententia repetitur, τὰ ἄκρητα τελευτῶντα διαχωρήματα, deiectiones quæ ad ſynceras tendunt, dicuntur. Καθάρσεις lib. 3. Epid. in ſt. peſt. (p. 427.24.) medicamentorũ purgationes, aut ciborum & eorum quæ aſſumuntur per aluum vacuationes & eductiones ſignificant. καὶ γὰρ αἱ καθάρσεις τοὺς πλείστους προσέβλαπτον. Purgationes nempe plurimos magis offendebant, hoc eſt τῶν προσφερομένων vacuationes. Sunt autem προσφερόμενα, vt illic ſcribit Gal. καὶ κοινῶς ἅπαντα τὰ βοηθήματα, καὶ ἰδίως τὰ ἐσθιόμενα καὶ πινόμενα, & ad vtraque τὰς καθάρσεις referri ſcribit. Sic rurſus ibidem (p.428.2. & 3.) καθάρσεις οὔρων, vrinarum expurgationes pro vacuationibus ponuntur. οὔτε γὰρ πάχος, οὔτε πεπασμὸς, οὔτε καθάρσιας χρηστὰς εἶχεν. Nam neq; craſſitudinem, neque concoctionem habebant, neque probè expurgabantur. Iterumq;, ἐπὶ πολλοῖσι γὰρ αἱ καθάρσεις χρησταὶ γινόμεναι, ἀγαθόν. In multis nanque probæ per veſicam expurgationes bono ſunt. Et lib. 2. Epid. (p.315. 46.) οὔρων δὲ κάθαρσις πολλὴ, καὶ πλῆθος, καὶ ὑπόστασις. multæ vrinæ expurgatio cum copia, tum etiam ſubſidentia. Κάθαρσις quoq; pro thoracis expurgatione, & eorum quæ ſunt in pulmone per ſputa eductione & vacuatione crebrò Hippocrati ſumitur. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.46.52.) καὶ ὁκόσῳ ἂν πλείων ἡ κάθαρσις γίγνηται. & quantò maior expurgatio fuerit. Et rurſus ibidem (p.47.26.) αὗται γὰρ καθάρσιες πολλῷ τελεώτεραί εἰσιν. Nempe & purgationes longè perfectiores euadunt, hoc eſt, ſputorum eductiones. Quo in ſignificatu verbo ἐκκαθαίρεσθαι vtitur ibidem. αἵ τε γὰρ ὀδύναι ἐν τοῖσι πλευριτικοῖσιν αὐτίκα παύονται αὐτόματοι, ὅταν ἄρξωνται πτύειν τι ἄξιον λόγου καὶ ἐκκαθαίρεσθαι. Dolores enim lateris dolore laborantiũ cõfeſtim ſponte deſinũt, vbi quid effatu dignum ſpuere & expurgare cœperint. In Progn. etiam (p. 146.10.) πτυέλων καθάρσιες ſputorum purgationes pro excreationibus & vacuationibus ponuntur. ἐκεῖναι δὲ τῶν ἀλγημάτων οὐ πείθονται χωρεῖν μὴ παύεσθαι, μήτε πρὸς τὰς τῶν πτυέλων καθάρσιας. Dolores qui in his affligunt ſedibus, quos neque ſputorum expurgationes ſedare potuerunt. Rurſus lib. 3. Epid. in ſt. peſt. (p.429.3.) ἀλλ' εἰ καὶ ὑπέπινον, αὖθις σπανίως πᾶσιν ἡ κάθαρσις ἡ ἀπὸ πνεύμονος ἐγίνετο. Quòd ſi quadantenus laborarent, rurſus tamen

valde

valdè placidè omnibus ex pulmone purgatio procedebat: Et ægr. 8. lib. 3. Epid. poſt. ſt. peſt. καὶ τῶν ἀπὸ πλεύμονος οὐχρησταὶ αἱ καθάρσιες, neque probæ pulmonis expurgationes erāt. Gal. quoq; Com. ad aph. 8. lib. 5. κάθαρσιν dici Hip. ſcribit eorū quæ ex thorace educuntur, & pleuritidem cōmittunt, vacuationem. τὴν δὲ τῶν πτυσμάτων κένωσιν τῶν τὴν πλευρῖτιν ἐργαζομένων χυμῶν, ἀνακάθαρσιν καὶ κάθαρσιν εἴωθεν ὀνομάζειν ὁ Ἱπποκράτης, ὥσπερ γε καὶ τὸ πτύειν τούτους καθαίρεσθαι, κατά τε τὸ περὶ διαίτης ὀξέων, καὶ τὸ προγνωστικὸν ὀνόμασεν. Per ſputa vacuationē humorum morbū lateralem efficientium, ἀνακάθαρσιν & κάθαρσιν hoc eſt per ſuperiora repurgationem & purgationem vocare conſueuit Hippocrat. ſicuti & expuere eos purgari dicit, tum in lib. de rat. vict. in morb. ac. tum in Prognoſt. Καθάρσιες quoque pro purgationibus menſtruis ſumuntur Hippocrati aph. 60. & 61. lib. 5. ἢν γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ αἱ καθάρσιες πορεύωνται. Si mulieri vterum gerenti purgationes procedant. Et, ἢν γυναικὶ καθάρσιες μὴ πορεύωνται. Si mulieri purgationes non prodeant. Quinetiam Gal. lib. de atra bile (p. 362. 41.) τὴν καταμηνίων ἔκκρισιν (menſtruæ purgationis excretionem) κάθαρσιν antiquis dici teſtatur, & Com. 3. in lib. 3. Epid. (p. 424. 8.) Κάθαρσις etiam dicitur Hippocr. ἡ τῶν λοχίων κένωσις, partus purgamentorum purgatio, ægr. 2. lib. 3. Epid. poſt. ſt. peſt. καθάρσιος μὴ γενομένης, cùm purgationes non irent. Et Gal. in Com. eam quæ poſt partum fit ſanguinis excretionem, κάθαρσιν dici teſtatur, quod puriorem ſanguinis partem fœtus alimenti gratia ad ſe attrahens, relictum vitioſum in venis, qui cacochymiam multam vterum gerentibus præbet, natura poſt partum expurget. Quod etiam ſcribit lib. de atra bile. Κάθαρσις etiam ad animum refertur Hippocrati lib. περὶ εὐσχημοσύνης. (p. 15. 34.) εἴδησις τῶν ἐς βίον χρησίμων καὶ ἀναγκαίων καθαρσίων, cognitio ad vitam vtilium & neceſſariarum purgationum. Philoſophiæ enim cognitionem inonit & ſtudium, cùm vitæ ſit magiſtra, animorum medela, motuumq; moderatrix. Vbi tamen quidam leg. καὶ ἀναγκαίων καθαρσίων ἀπεμπόλησις, vt nundinatio aut venditio medicamentorum ad purgandum neceſſariorum intelligatur, cuius cognitionem neceſſariam eſſe medico ſignificet. Exemplaria autem manu ſcripta illic καθαρσίης non καθαρσίων habent, & aliter ἀπεμπόλησιν ibi ſumunt Interpretes.

Καθαρτικὸν φάρμακον medicamentum purgans dicitur, quod quouis modo excrementa purgat, aut quod per vomitum aut per alnum omnes humores attrahendi facultate deturbando expurgat. In vlceribus verò καθαρτικὸν medicamentum dicitur, quod præter ſiccandi vim (quæ præcipua eſt in vlcerum curatione) etiam detergendi facultatem habet, qua vlcera pura reddit, qualia quæ ex ærugine aut ex ſquama æris componuntur, vt ſcribit Gal. Com. 3. in lib. de fract. (pag. 560.6.) Eo medicos vti in vlcerum curatione ſic ſcribit Hippocr. lib. de fract. (p. 559. 44.) οἱ μὲν μήτε μέγα ὠφελοῦν, μήτε μέγα κακὸν ποιέοντες, ἰητρεύουσι τὰ μὲν ἕλκεα καθαρτικῷ τινι. At quidem certè nonnulli, qui neque multum proſunt, aut obſunt, vlceribus medentur impoſito aliquo medicamento purgante.

Καθέδρη apud Hippocr. anum & ſedem ſignificat, vt ἕδρα etiam ſedes dicitur. Lib περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 209. 37.) καὶ ἐς τὴν καθέδρην, καὶ ἐς τὴν κύστιν θέρμη τις καὶ ὀδύνη ἐμπίπτει. & in ſedem ac veſicam calor quidam ac dolor irrumpit.

Καθεστηκότες dicuntur Hippocrati qui cōſtantem ætatem agunt & mediam, hoc eſt virilem & maturam, quæ media eſt inter iuuentutem & ſenectutē, aph. 13. lib. 1. Vbi ſcribit Gal. καθεστηκότας δὲ λέγει δηλονότι τοὺς τὴν μέσην ἔχοντας ἡλικίαν, ἀκμῆς τε καὶ γήρως, ὡς παύεσθαι μὲν ἤδη τὰ τῆς ἀκμῆς, μηδέπω δὲ μηδεμίαν αἴσθησιν σαφῆ γήρως ἔχειν, οὕτω δὲ καὶ Θουκυδίδης εἶπε τοὺς ἐν τῇ καθεστηκυίᾳ ἡλικίᾳ. Eos autem qui conſtanti ſunt ætate appellat, qui mediam habēt ætatem inter vigorem & ſenectutē, ita vt iam deſinat ætas illa florida, nec dum tamen vllum ſenectutis manifeſtū ſenſum ſentiant. Sic etiam Thucydides eos qui conſtantem ætatem agerent. καθεστηκυῖα ἡλικία etiam dicitur Platoni in Epiſt. ætas matura, quæ conſtans & grauis vocatur M. Tullio in Dialogo de Senectute. αἱ καθεστηκυῖαι καὶ ἀκριβέες δίαιται aph. 5. lib. 1. ſtata, certa, præſcripta, & accurata victus ratio dicitur, quaſi conſtituta, quæ paulò plenioti opponitur. Eadem ἀκριβὴς σφόδρα καὶ δι' ὄνυχος λεγομένη δίαιτα vocatur Plutarcho ἐν τοῖς ὑγιεινοῖς παραγγέλμασι, valde accurata & ad vnguem (vt dici ſolet) explorata aut obſeruata vitæ ratio. Καθεστῶτες καιροὶ ſunt Hippocrati conſtantia & certa tempora, legitima & moderata, quæ conſtanter præſtitutam à natura temperiem & ordine quodam ſeruāt, nec qualitatibus ſuis modum excedunt, quibus ἀκατάστατοι, illegitima, incerta & inconſtantia tempora opponit Hippocr. aph. 8. lib. 3. & lib. 2. Epid. (p. 311. 31.) καθεστῶτας καλεῖσθαι καιροὺς ſcribit Gal. τὰς ὥρας τὰς ἐν τάξει τὴν οἰκείαν κρᾶσιν ἀποσωζούσας, hoc eſt, certa & conſtantia tempora vocari, anni partes quæ ordinatè aut tempeſtinè ſuam ſeruant temperiem. Ideoq; id rectè exprimitur ab Hippocr. dum ſcribit, ἢν ὡραῖοι τὰ ὡραῖα ἀποδιδῶσιν, hoc eſt, ſi conuenientem & ſuam tempeſtiuitatem ſeruent, aut tempeſtiua tempeſtiuitate. Sic καθεστὼς ἔτος, hoc eſt annus benè ordinatus & conſtans aut ordine conſtitutus, qui dicatur ex mente Hipp. docet Gal. in Com. aph. 8. lib. 3. τὸ ἔτος ὑγιεινότατον, ſaluberrimus annus dicitur lib. de aere, loc. & aq. (p. 452. 1.)

Καθετῆρι exponit Gal. apud Hippocr. in Exeg. τῷ στρεπτῷ μοτείῳ, per intortum linamentum, ἀπὸ τοῦ καθιέναι, quod eſt immittere aut indere, ex lib. 2. περὶ γυναικείων, μοτῷ ὠμολίνῳ καθετῆρι, linamentum ex crudo lino intortum immittito, aut curationem per linamentum ex crudo lino intortum & immiſſum facito. Verùm noſtris in exemplaribus (pag. 279. 25.) μοτῷ καθετηρίῳ legitur, quod eſt

ex crudo lino linamentũ iodito, ant ex crudo lioo linamento immiſſo curationem facitn. Vult enim Hip. ex linn crudo tria lioamenta contorta & coouoluta (ἰμτύας μοτὰς τρεῖς, hoc eſt tres ſuppuratorios penicillos io lnngitudinem implicitos vocat) in vterum immitti ob mollitiem, ne nſculum vteri exaſperent. Quæ quidem intnrta linameota ſuppuratoria oblnnga eſſe, & quinque digitorum longitudioem adæquare poſtulat, digiò verò parui craſſitudinem, quò facilius indoratum vteri oſculum cõtingant aut emolliant. Quo ſanè ex loco Exegeſeos Galeni lectio emendanda videtnr. Alioqui ſanè καθετὴρ inſtrumentum eſt chirurgicum, & fiſtula oblonga, caua & tecurua, qua in veſicæ vitiis vrimur, & ſi quid io eam iniici debet, per eam infuodimus aut immittimus, vt ſcribit Gal. lib. 5. Meth. med. (p. 86. 38. & 87. 47.)

Καθιδρύσαι eſt conſtituere & reſtituere in priſtinam ſedem & locum. Prorrh. 2. (p. 420. 3.) de oculn rupto & vbi pupilla foras prominet, χαλεπὸν καθιδρύσαι dicit, quem oon facilè reſtituas priſtinæ ſedi, aut redintegres. Ruſus ibidem (v. 8.) τὰ δὲ σμικρὰ μετεωρήματα τῶν ὀψίων οἷά τε καθιδρύνεσθαι. Exiguæ verò pupillarum emntiones facilè reſtituuntur.

Καθίζεσθαι cooſidere, deſidere, ſedere, collocari. De oſſibus dicitur, vbi in ſuum locum reſtituta ſunt. Lib. de fract. (p. 552. 14.) ἐὰν μοῦνον ἐς τὴν ἑωυτῶν χώρην τὰ ὀστέα αὖθις καθίζηται. ſi modò in ſuam ſedem nſſa reſederint, hoc eſt in priſtinam ſedem receſſeriot, aut reſtituta ſint.

Καθίννυσθαι apnd Hippocr. deſidere, cooſidere, inſidere, idem quod καθίζεσθαι, ſedere, collocari. Lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 278. 48.) θερμῷ λούσθω & καθιννύσθω θαμινὰ ὅλον τὸ σῶμα, calida lauato, & freqnenter toto corpnte inſideat. Rurſus ibidem (p. 281. 31.) καθιννύσθαι ἐν ὕδατι, in aquis deſideat, aut deſidere facito. Et iterum (p. 283. 35.) καθιννύσθω ἐν ἐλαίῳ θερμῷ, in oleo calido deſideat. Vbi tamen καθίγνυσθω legitur, vitiosè tamen, vt ἐγκαθίγνυσθαι ἐν ῥόδων ἀφεψήματι dicitur ibid. (pag. 290. 21.) in roſarum decoctn deſidere. Sic lib. de fract. (p. 531. 20.) καθιννύσθω δὲ χρὴ τὸν ἄνθρωπον οὕτως, hominem autem ita collocari oportet, aut ſtatui, hoc eſt, deſidere aut iacere. Sic enim illic καθιννύσθω κατακλίνεσθαι ἢ καθίζειν exponit Gal. etſi καθινιύσθω vitiosè ibi legitur.

Καθιστάναι & καθίστασθαι multiplicem & variam habent ſignificatioonem apud Hippocr. Iuterdum enim conſiſtere ac veluti conſidere aut firmari ſignificant, vt lib. 7. Epid. (p. 359. 21.) εἰς νεφροὺς ἡ ὀδύνη κατέστη. io renibus dolor conſtitit, hoc eſt, io tenes decubuit, firmatus eſt & ſtabilitus. Quomodo καθίστασθαι ſæpius Hippocrati dicitur de dolore ant malo quod in parte aliqua conſtitit, cnnſedit, in eamq́; decubuit aut ſiſtitur. Sic lib. 7. Epid. (pag. 365. 17.) ὀδύναι ἐς ὑποχόνδριον & βουβῶνας καθίσταντο. ventris dolores ad imnm ventrem & inguina decnmbebant, in imo ventre & inguinibus conſiſtebant. Sic lib. 4. Epid. (p. 332. 47.) καθιστάμενον ἐς πλεύμονα, malum in pulmooes iocumbens & firmatum ſignificat. Et κατάστημα exponitur Galeoo io Exeg. apud Hippocr. τὸ οἷον κατεστήριγμα & ἀπόστημα, velut ionixus aut decubitus, & καταστῆσαι τὸ ἀποστῆσαι, decumbere. Verùm mihi locus ſuſpectus eſt cùm iodicatura falſa ſit. Neque enim lib. 2. Epid. τὸ κατάστημα legitur. Καταστῆσαι τὰ τοῦ πυρετοῦ ἐν κροτάφοισι, febris in temporibus conſiſtere aut firmari dicitur, de febre quæ alinqui lenis erat, & in temporibus ſedem habebat, & quæ ex dolnre capitis tantùm deptehenderetur. Lib. 7. Epid. (p. 351. 45.) & ἐγίνετο τὰ τοῦ πυρετοῦ οὕτως ἤπια, ὡς ἄδηλα καταστῆναι πλὴν ἐν κροτάφοισι. (Sic enim illic legimus) & febris adeò leuis erat, vt obſcurè præter quàm io temporibus conſiſteret, boc eſt vix illi aliam ſedem quàm in tempnribus coostitueret. Quæ locutio eſt valde popularis & ex vulgi npinione pendet, qui ex dolore capitis qui febrem ſubſequitur, in capite febrem conſiſtere dicit. Καταστῆσαι etiam ſignificat io ſedem proptiam reſtituere, collocare & cooſtitoere, diciturq́ue de oſſibus ſuo loco motis, cùm ſuam in ſedem reponuntur aut reſtituuntur. Sic enim expnnit Gal. Com. 3. in lib. de fract. (p. 569. 11.) καταστῆσαι συνήθως λέγουσιν οἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν Ἕλληνες, ἀντὶ τοῦ πρὸς τὴν οἰκείαν χώραν ἀγαγεῖν. καταστῆσαι, hoc eſt reſtituere, recepto mnre dicunt qui Aſiam incolunt Græci, prn in proptiam ſedem reducere. Iodeq; κατάστασις onmeo deducitur, vt ibid. etiã ſcribit Gal. quæ eſt reſtitntio, in ſuam ſedẽ repoſitio, velut καθίδρυσις expnnitur Gal. collocatio. Recũdere oſſa & recõdi quæ repooũtur, aut cõdi, dicit Celſus.

Καταστῆσαι τὸ σῶμα, eſt corpus ad purgationem componere, præparare, adducere, Hippocr. lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 271. 45.) ἐπὴν δὲ καταστήσῃς τὸ σῶμα οὕτως. Vbi verò corpus eò redegeris, aut ſic compnſueris, boc eſt, ad purgationem præparaueris aut accnmmodaueris. Sic καταστῆναι τὸν ἄνθρωπον εἰς τὴν ἴησιν, bominem ad curatinnẽ adducere, reuncate, dicit Hippocr. Pmrrh. 2. (p. 418. 18.) ὥστε μὴ δύνασθαι καταστῆσαι τὸν ἄνθρωπον εἰς τὴν ἴησιν κατὰ φρονέοντα, vt hominem ad integram curationem addncere nequeant. De vulneribus lethalibus agitur, quæ talia ſunt vt hominem in integritatem ſenſuum oon reſtitnant, aut tam magna, vt inde bomines ad ſenſuum integritatem nunquam redire queant. Qua notione ſæpè dicitur Hippncrati καθίστασθαι εἰς τὸ αὐτὸ, in integrum reſtitui, ad integritatem redire, in priſtioum ſtatum reuerti, ant in eundem ſtatum & habitũ reſtitui. In Coac. Prænot. (p. 428. 36.) φωνῆς λυθείσης εἰς τὸ αὐτὸ καθίστανται, voce libera reddita, aut ſoluta, io iotegrum reſtituuntur. Rurſus Prorrb. 2. (p. 423. 24.) ὅσα ἀδυνατεῖ εἰς ταὐτὸ καθίστασθαι (ſic enim lego cùm exemplaria omnia εἰς τὸ legant) ii reſtitui non poſſunt, quod eſt ad integritatem redire. Io priſtioum habitum reuerti dixit Celſus cap. 8. lib. 2. illum locum exprimẽs. Et lib. 7. Epid. (p. 365. 28.) καθίσταται εἰς ταὐτὸ

eadem

eadem notione ſumi poteſt, integritati reſtituebantur, in priſtinum ſtatum reuertebantur. Etſi de doloribus intelligi poteſt qui ad eundem locũ conſiſtebant, hoc eſt ad inguina & imum ventrem conſidebant aut ſiſtebantur. Eodem quoq; ſenſu καθιστάναι ſumi poteſt in Progn. (p. 122.32.) ἢν δὲ μηδὲν τούτων φαίνηται, μηδὲ ἐν τῷ χρόνῳ τῷ προειρημένῳ καταστῇ. Quòd ſi nihil horum præceſſiſſe dixerit, neque iam dicto tempore reſtituta fuerit, hoc eſt in priſtinum ſtatum reſtituta, aut ad naturalem ſtatum reducta, cadauerofa illa facies. Illic enim τὸ καταστῇ, ἐπανορθώσεως τεύξεται, hoc eſt reformetur aut ad ſtatum naturalem reducatur, exponit Gal. Etſi illic καταστῇ conſtiterit, conquieuerit, deſtiterit, ſedata fuerit, intelligi poteſt, quemadmodum ſumunt interpretes, familiari Hippocrati phraſi, qui καθίστασθαι pro καταπαύεσθαι ſæpè ponit, & de morbo quieſcente aut dolore ſedato & remiſſo, aut compoſito ſæpè effert. Sic etiam καθίστασθαι eadẽ in re vſurpatur in Coac. Prænot. (p. 430.9) de faciei extenuatione, quæ ex cauſis externis orta, veluti vigiliis, inedia, alui reſolutione, vna die ac nocte cõquieſcit, finitur, aut reſtituitur. καθίσταται δὲ ἐν ἡμέρῃ καὶ νυκτὶ τὰ διὰ ταῦτα διαφθαρέν. Nam quæ his de cauſis orta eſt corruptelæ ſpecies, vna die ac nocte conquieſcit, deſinit, reſtituitur, in priſtinam conſtitutionem reuertitur. Καθιστάναι verò & καθίστασθαι de tumoribus conquieſcentibus, conſiſtentibus, detumeſcentibus, aut ſubſidentibus, dum diſcutiuntur & reſident Hippocrati ſæpè effertur. Vt lib. 1. Epid. (p. 373.44.) τὰ παρὰ τὰ ὦτα ἐν πυρέττουσιν ἐπαιρόμενα μετ' ὀδύνης ἐνίοισιν οἷσιν ἐκλείποντος τοῦ πυρετοῦ κρισίμως οὔτε καθίστατο, οὔτε ἐξεπύει. Quibus febre iudicatoriè deſinente, tumores ad aures in febribus cum dolore ſuborti, neque conquieſcunt neque ſuppurantur. Rurſus ibidem (p. 374.49.) οἷσι δὲ τὰ παρὰ τὰ ὦτα γενόμενα, ἔκρινε μὲν εἰκοσταίοισι, κατέστη δὲ πᾶσι καὶ οὐκ ἐξεπύησαν. Quibus tubercula ad aures enaſcebantur, ea die vigeſimo decernebant. Sedata autem ſunt iis omnibus quibus non ſuppurarunt, hoc eſt cõquieuerunt & diſcuſſa ſunt, quod ſignificat eorum vim & feruorem reſediſſe & quodammodo deſæuiſſe. Id verò propius exprimit vulgaris lectio quam noſtris in eũ locum Annotat. amplexi ſumus, quæ κατέσβη pro κατέστη legit. Verùm κατέστη legit Gal. lib. 2. de dieb. decret. Et rurſus ægr. 10. lib. 1. Epid. de tuberculis ad aures. τὰ δὲ παρὰ τὰ ὦτα, οὔτε καθίστατο, οὔτε ἐξεπύει. Quæ autem ad aures enaſcebantur tubercula, neq; conquieſcebant neque ſuppurabant. Et lib. 7. Epid. (p. 359. 6.) de tuberculo ad aures ſuborto, ἀσήμως κατέστη, citra vllam ſignificationem conquieuit. In Progn. etiam καθίστασθαι de tumoribus præter naturam dicitur, cùm remiſſa inflammatione & diſcuſſis humoribus ſubſidunt & detumeſcunt. (p. 131. 53.) & τὸ οἴδημα μὴ καθιστάμενον, ἐς διαπύησιν τρέπεται, & tumor non ſubſidet, ad ſuppurationem vertitur. Vbi καθίστασθαι tumores ſcribit Galenus, cùm per euaporationem diſcuſſis eos committentes humoribus, curantur. Rurſus ibidem (p. 132. 38.) καὶ τὸ οἴδημα μὴ καθίσταται, neque tumor reſedit. Et καθιστάμενα οἰδήματα ſunt quæ καταπαυόμενα dicuntur in Progn. (p. 135.21.) iiſque τὰ ἱστάμενα opponuntur, quæ ſunt τὰ ἐπαιρόμενα vt exponit Galenus. Rurſus quoq; lib. 4. Epid. (p. 328. 42.) καὶ τὰ παρὰ τὰ ὦτα καὶ γνάθων ἐπάρματα μαλθακὰ, καὶ ξὺν πυρετῷ καθίστατο. & ad aures ac malas tumores molles, qui etiã cum febre conquieſcebant, ſedabantur. Neque abſimili locutione dicitur κατέστη φθίσις lib. 5. Epid. (pag. 342.3.) tabes quieuit, conſtitit, hoc eſt, compoſita fuit, aliquantum ſedata eſt. Et καθίστασθαι de rebus ſedatis, compoſitis & minimè perturbatis dicitur, & ad vrinas reſidentes, puras & defæcatas, ac minimè perturbatas refertur Hippocrati ſæpius, quomodo etiam aqua turbida, in qua craſſamentum ſubſedit, καταστῆναι dicitur. Sic lib. 1. Epid. (p. 355.18) οὖρα οὐ καλῶς καθιστάμενα, vrinæ non probè conſiſtentes dicuntur, quæ nullam, aut paucam, eamque crudam & incoctam habent ſubſidentiam, ideoque perturbatæ remanent & craſſis ferè iunguntur, iiſque ibidem τὰ ταραχώδεα opponit. Rurſus ibidem ſect. 2. (p. 363. 40.) οὖρα πάχος μὲν ἔχοντα, θολερὰ δὲ οὐδὲ καθιστάμενα, vrinæ craſſitudinem quidem habentes, verùm turbulentæ, nihil conſiſtentes, ſimul ponuntur. Atque huiuſmodi vrinæ craſſæ & minimè ſubſidentes ἀναταραχθέντων καὶ θολερῶν numero reponuntur, & magnam crudæ flatulentæq; materiæ agitationem, aut perturbationem, aut feruorem indicant, vt ſcribit Gal. Com. 1. in lib. 1. Epid. (p. 355.20.) & Com. 3. in lib. 3. Epid. (p. 400.43.) idque præcipuè ſi diutius depoſitæ non ſubſidant, quod per κείμενον οὐ καθίσταται ſæpius exprimit Hippocr. Has verò vrinas his verbis appoſitiſſimè exprimit ægr. 4. lib. 1. Epid. οὔρει δὲ μετὰ τὸν σπασμὸν ἀθρόον πολὺ, ὀλιγάκις ἀναμιμνησκόντων παχὺ λευκόν· οἷον γίνεται ἐκ τῶν καθισταμένων ὅταν ἀναταραχθῇ κείμενον πολὺν χρόνον, οὐ καθίστατο. Connulla autem vrinam cõfertim multam reddidit, raroque ab iis qui aſſidebant admonita, craſſam, albam, quale quid in ſubſidentibus vrinis viſitur, quæ longo interuallo depoſitæ returbantur, eaque non ſubſidebat. Rurſusque ægr. 11. lib. 1. Epid. οὖρα παχέα λευκὰ, θολερὰ, οἷα γίνεται ἐκ τῶν καθισταμένων, ὅταν ἀναταραχθῇ κείμενα χρόνον πολλὸν, οὐ καθίστατο. vrinæ craſſæ, albæ, turbulentæ, cuiuſmodi eſſe ſolent quæ ſubſederunt, vbi multo tempore depoſitæ returbantur, neque ſubſidebant. Iterumque ægr. 3. lib. 3. Epid. πεντεκαιδεκάτῃ οὖρον θολερὸν, οἷον ἐκ τῶν καθεστηκότων γίνεται, ὅταν ἀναταραχθῇ. Decimo quinto vrinam turbidam reddidit, cuiuſmodi fit ex his quæ vbi ſubſederunt commouentur. Et ægr. 5. lib. 1. Epid. οὖρα δὲ πάχος ἔχοντα, θολερὰ, ὑπέρυθρα, κείμενα οὐ καθίστατο. Vrinæ craſſæ, turbulentæ, ſubrubræ, quæ depoſitæ non ſubſederunt. Et ægr. 2. lib 3. Epid. οὖρα παχέα ὑπέρυθρα, κάτω λιπαρὰ, οὐ καθίστατο. Vrinæ craſſæ ſubrubræ, deorſum

tenues, neque ſubſidebant. Rurſuſque οὖρα παχέα, ἐρυθρὰ, κείμενα οὐ καθίστατο. Vrinas craſſas, rubras, reddidit, quæ depoſitæ non ſubſidebant. Iterumque, οὖρα παχέα καὶ ἐρυθρὰ, οὐ καθιστάμενα, vrinæ craſſæ & rubræ, non ſubſidentes. Rurſus etiam ægr. 6. lib. 3. Epid. poſt ſt. peſt. οὖρα πολλὰ, θολερὰ, λευκά. κείμενα οὐ καθίστατο. Vrinas reddidit multas, turbulentas, albas, quæ nec depoſitæ ſubſidebant. Eaſdem quoque vrinas exprimit Hippocrat. ægr. 2. lib. 1. Epidem. per ὑπόπαχυ κείμενον, quod indicat vrinas depoſitas non reſediſſe, ſed perpetuò craſſas remanſiſſe & turbidas, vt illic ſcripſimus, & multa de eiuſmodi vrinis diximus. In Coac. etiam Prænot. (p. 442. 46.) τὸ καθιστάμενον οὖρον dicitur, vrina in qua aliquid reſidet, & quæ depoſita conſiſtit aut ſubſidet, cui τὸ ἐπιταραχθὲν, craſſa & returbida opponitur. Neq; admodum diſſimili notione καταστὰν πτύαλον, ſputum quod conſtitit, cōſidit aut ſubſidit, hoc eſt, quod progreſſu tēporis maturatum fuit, cōcoctum aut concretum, aph. 4. ſect. 4. lib. 6. Epid. de inueterato in reſpirationis inſtrumētis tuberculo, ægrè matureſcente & rupto. καταστὰν δὲ ἐμέσματα χολώδεα ἴκελα λεπτῷ, quod vbi conſtiterat, vomitionem biliosam & tenuem referebat. Inter initia enim in tuberculorum eruptionibus, ſanguinea & florida ſputa expuuntur, deinde procedēte coctione bilioſa & flaua.

Κάθοδος ἐπιμηνίων, & κάτοδος Ionicè, eſt menſtruorum regreſſus, reditus, & reuerſio, non deſcenſus, cùm menſtruis ſuppreſſis ſanguis ſurſum regreditur, plurimaq; ſymptomata periculi plena virginibus creat. Lib. περὶ παρθενίων (p. 213. 13.) ἅμα τῇ καθόδῳ τῶν ἐπιμηνίων, vnà cùm mēſtruorum reuerſione, regreſſu. etſi illic κάθοδος pro deſcenſu ſumi poteſt.

Καθ' ὁρμὴν κινεῖσθαι dicitur quod impetu voluntario mouetur, quod eſt facultatis animalis munus. καθ' ὁρμὴν, κατὰ προαίρεσιν, ἢ βούλησιν exponit Galenus Com. 2. in Progn. (p. 136. 30.) motu voluntario, ex arbitrio, ex conſilio aut voluntate.

Καθυγραίνεσθαι eſt humectari, humeſcere, & de aluo effertur Hipp. quæ humeſcens effunditur, cùm ſemel multa per eam prorumpunt, aph. 27. lib. 4. τούτοισιν αἱ κοιλίαι καθυγραίνονται, iis alui humectātur, humeſcētes effunduntur. In Coac. verò Prænot. (p. 428. 16.) de his, κοιλίας καθυγραίνονται dicit. Quam locutionem etiam repetit ibid. (p. 425. 3.)

Καθυλομανέειν ſignificat frondibus & foliis luxuriare & ſuperfluè abūdare, ſuperuacuis frondibus luxuriādo ſylueſcere. Propriè de arboribus dicit', quæ inutili fruticatione luxuriāt, fereque inſaniunt, & in materiæ effuſionem exuberant. Idem quod ὑλομανέειν ſignificat, & vſurpatur Hippocrati in Epiſt. ad Dionyſium (p. 526. 39.) de muliebri natura. ἔχει γὰρ φύσει καὶ τὸ ἀκόλαστον ἐν αὐτῇ, ὅπερ εἰ καθ' ἡμέρην μὴ ἐκκόπτοιτο, ὥσπερ τὰ δένδρα καθυλομανέει. Habet enim innatam natura laſciuiam, quæ niſi in dies reſecetur, velut arbores, ſuperuacuis frondibus & inutili fruticatione luxuriat. ὁλομανὴς exponitur Heſychio ὁ ταῖς ὕλαις χαίρων.

Καίριον ſignificat Hippocrati periculo & morti opportunum, hoc eſt lethale, & de vulneribus dicitur quæ certiſſimam ac celerrimam mortem adferunt. Lib. de art. (p. 600. 56.) καίριαι πληγαὶ αἱ κροταφιάδες vulnera temporibus illata periculi plena. Quem etiam locum ex Hippocr. adducit Gal. Com. 3. in Prorrh. (p. 210. 1.) verùm vitioſè ſcribitur noſtris in codicibus. Et lib. 1. de Morb. (130. 15.) καίρια νοσήματα ἢ τρώματα, dicuntur morbi periculoſi & lethalia vulnera. Eſt autem Phraſis Homerica, indeq; veteribus vſurpata, vt Il. θ. (v. 84. & v. 326.) μάλιστα δὲ καίριόν ἐστι, valde autem periculo eſt obnoxium. De ſummo equorū vertice dicitur, qui locus ictus periculo valde eſt opportunus. εὔκαιρον πρὸς θάνατον & ἐπικίνδυνον exponit Scholiaſtes. Quod his verbis expreſſiſſe videtur Virg. lib. 12. qua fata celerrima. Rurſus Il. λ (v. 439.) βέλος κατακαίριον dicitur telum lethale.

Καιρὸς apud Hippocr. occaſionem & rei gerendæ opportunitatem ſignificat, vt cùm καιρὸς ὀξὺς dicitur aph. 1. lib. 1. & οἱ καιροὶ ὀξέες Prorrh. 2. (p. 420. 25.) occaſio & rei gerendæ opportunitas præceps & lubrica. Rurſus lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 52. 12.) καιρὸν δὲ τῆς δόσιος τοῦ ῥοφήματος τόνδε μάλιστα φυλάσσεσθαι. Tempus autem exhibendæ ſorbitionis opportunum hoc maximè obſeruare oportet. Et rurſus ibidem καὶ νομίζειν μέγα δύνασθαι τὸν καιρὸν ἐν πάσῃσι τῇσι νούσοισι. Sanè exiſtimandum omnibus in morbis tempus multum poſſe. Sic lib. 1. de Morb. (p. 130. 9. & 11.) καιροὶ ὀξύτατοι & ὀξέες dicuntur, occaſiones exhibendorum remediorum valde præcipites & lubricæ in morbis repentinis & lethalibus, ibique καιρὸς eſſe dicitur tempus exhibendo remedio opportunum. Lib. quoque de Loc. in hom. ἡ ἰητρικὴ ὀλιγόκαιρος dicitur, quo ſignificatur valde breuem & ancipitem eſſe exhibendi remedii in medicina occaſionem aut opportunitatem. Et ibidem καιρὸς exhibendi cibi aut remedii medici vſum opportunum denotat, ad quem certè valde attentum eſſe vult Medicum: vt & lib. περὶ εὐσχημοσύνης (p. 15. 10.) πρὸς τὸν καιρὸν εὐθέτους καὶ λημματικούς, hoc eſt in occaſione arripienda appoſitos & aptos, hoc eſt prudentes Medicos eſſe vult. Καιροὶ etiam dicuntur Hippocrati tempora & occaſiones quibus rebus ſalubribus vti licet, aut quibus eæ iuuāt, vt lib. de rat. vict. in morb. ac. de oxymelite (p. 79. 10.) καιροὺς μάλιστα πλείστους ἔχει. Has autē habet vtendi opportunitates. Vbi ſcribit Gal. τοὺς καιροὺς ἤτοι τῆς χρήσεως αὐτοῦ λέγει καθ' ὅτι συνήθης, ἢ τοὺς τῆς ὠφελείας, ἐπειδὴ καὶ κατὰ τοῦτο τὸ σημαινόμενον ἐνδέχεται χρώμενος ὤνησε τῇ τοῦ καιροῦ προσηγορίᾳ. καιροὺς dicit aut illius opportunū vſum, ex cōſuetudine, aut auxilii opportunitatem. Nempe & in hac ſignificatione interdum voce (τοῦ καιροῦ) vti Hippocratē oſtenſum eſt. Καιρὸς etiam interdum τὸ πρέπον ſignificat Hippocrati, vt cùm ſcribit lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 75. 57.) ἔστι δ' ἃ καταπορωτέρως μᾶλλον τοῦ καιροῦ καὶ ἀφροδισίοισι.

interdumque plus quàm decet abunde colore ſaturata & ſpumantia. Rurſuſque ibidem (pag. 76.16.) καὶ μᾶλλον τὸ χρῶμα καταπορφύρως χολώδεα, & plus quàm deceat abunde colore ſaturata. vbi ſcribit Galenus: τὸ γὰρ μᾶλλον τοῦ χρώματος σημεῖον αὐτὸ λέγει, ἀντὶ τοῦ μᾶλλον προσήκοντος. Καιροὶ etiam dicuntur morborum tempora tam vniuerſalia quàm particularia, ac ætates. Sicut enim ętatum viciſſitudine immutatur animal, ita temporum mutationibus morbus dignoſcitur. Galenus initio lib. de Temp. morb. De his morbi temporibus & eorum cognitione fuſiſſimè & ampliſſimè Gorrhæus. Sunt etiam καιροὶ anni partes, & viciſſitudinaria ſingularum temporis partium conſtitutio, variæque tempeſtates, ex quibus velut ex elementis anniuerſarii temporis natura conſtat, orbiſque totius ſabrica, vt cùm Ver æſtas, & Æſtatem autumnus ſequitur, pòſt acer hyems fit, (vt ex Ennio adducit Priſcianus.)

Κακαγγελίη exponitur Galeno in Exegeſi apud Hippocratem κακορρημοσύνη, κακολογία, maledicentia, procacitas. Ac certè non dubia fide augurror locum ſubindicari lib. περὶ τέχνης (pag. 1. verſ. 8.) vbi tamen καταγγελίη legitur hoc modo. τὸ δὲ λόγῳ ἐν κακῶν τέχνῃ τὰ τοῖς ἄλλοις εὑρημένα αἰσχύνειν προθυμέεσθαι, ἐπανορθοῦντα μὲν μηδὲν, διαβάλλοντα δὲ τὰ τῶν εἰδότων πρὸς τοὺς μὴ εἰδότας ἐξευρήματα, οὐκέτι δοκέει ξυνέσιος ἐπιθύμημά τι καὶ ἔργον εἶναι, ἀλλὰ καταγγελίη μᾶλλον φύσιος, ἢ ἀτεχνίη. At verò quæ ab aliis ſunt inuenta, ea magno ſtudio inhoneſtorum verborum artificiò infamare, non corrigendo, verùm apud imperitos ea quæ à peritis inuenta ſunt calumniando, id non iam prudentiæ inſtitutum & opus eſſe videtur, ſed naturæ potiùs petulantis indicium, quàm ignorantia. Sed proditio magis naturæ ſuæ, aut ignorantia artis, dixit Cornarius. Sed aut petulantis naturæ, aut ignorantiæ indicium, appoſitiſſimè Zuinggerus. Gorrhæus etiam eleganter, Sed naturam potiùs ſuam prodat, aut ignorantiam; videtur. Vbi καταγγελίη φύσιος non malè naturæ denunciationem aut proditiònem ſignificat, cùm quis ingenii ſui petulàntiam inſectando aut calumniandò prodit. At καταγγελίη φύσιος melius naturæ maledicentia & procacitas ex Galeno dicetur, vt quæ probè à peritis ſunt inuenta; apud imperitos calumnioſè traducendo; id potiùs facere videantur maledicendi ſtudio & procaci ingenio, quam ignorantiæ prætextu.

Κακαὶ κοιλίαι καὶ κάκισται, dicuntur Hippocrati alui malè affectæ multóque peſſimè, in malignis morbis & febribus ad tertianarum naturam accèdentibus, libro primo Epid. (pagina 363. verſiculò 33.) cùm alui excrementa deteriora ſunt & maligniora, à quibus venter prauè afficitur; quod πονηρεύεσθαι κοιλίας ſæpe dicit Hippocrates.

Κακοήθης de morbo maligno dicitur Hippocrati & difficili, quique vt malignam quandam cauſſam habet & ſuſpectam, ita peſſima & deterrima ſymptomata ex quibus maligna morbi ſpecies conſtituitur, & naturæ quædam prauitas, coniuncta habet, vnde & ægrius & difficilius curatur. Huic εὐήθης aut ἁπλοῦς morbus opponitur, qui minimè malignam babet naturam, ſed ſimplicem & facilem cauſſam, ſymptomata etiam leuia, & à ſimplicium morborum moribus non abhorrentia: Sic enim ἦθος in morbis, (quod τρόπον exponit Galenus) tum ex propria morbi forma, tum ex ſuperuenientibus morbo caſibus conſtitui ſcribit Galenus libro primo, περὶ κρίσεων (pag. 390. verſic. 21.) Κακοήθη νοσήματα καλοῦμεν (ſcribit Galen. Comm. 1. in Prorrh.) (pag. 175. verſ. 31.) ὅσα κίνδυνον ἀπειλοῦντα τοῖς κάμνουσιν, οὐκ ἀποκόπτει τὴν τῆς σωτηρίας ἐλπίδα. κακοήθης, hoc eſt, malignos morbos vocamus eos, qui ægris periculum minantur, nec ſpem ſalutis adimunt. Authori verò Definit. Med. (pag. 394. verſic. 51.) κακοήθης νόσημά ἐστι, τὸ δυνάμει μὲν μέγα καὶ χαλεπὸν, φαντασίᾳ δὲ ἀσθενὲς, οὐκ ἔχον κρίσεως χρόνους ὡρισμένους. Κακοήθης hoc eſt malignus morbus eſt qui facultate quidem magnus eſt & difficilis, ſpecie tamē debilis, neque ad indicationem ſtatuta habet tempora. Κακοήθης etiam dicitur in ſignorum genere quod eſt peſſimum & exitio proximum; μοχθηρὸν quod eſt prauum vocat Comm. 3. in Prorrh. (pagina 211. verſ. 47.) & ἐσχάτως ὀλέθριον, quod extremam perniciem intentat, exponit Galenus Comm. 1. in Prorrh. (pagina 174. verſic. 28.) τοῖσιν ἐξισταμένοισι μανικῶς, τρόμοι ἐπιγινόμενοι, κακοήθεις. Tremores in furioſa & vehementi mentis emotione, malignitatem denunciant. In Prorrh. (ibidem) In Coac. verò Prænot. (pag. 426. verſic. 33.) eadem in re κακὸν dixit; quod κακοήθης in Prorrh. Quòd num ad morbi, num verò ad ſignorum malignitatem referatur, valde eſt arbitrarium; Vtroque nanque modo rectè quadrat, & Hippocrati vſurpatur. Sic rurſus in Prorrh. (pag. 211. verſ. 24.) ἐκ ῥινῶν μικροῖς ἱδρῶσι περιψυχόμενα, κακοήθεα. Vbi ſanguis ex naribus effluit cum tenuibus ſudoribus & corporis totius perfrictione; morbi malignitas denunciatur. Sic enim κακὸν τὸ νόσημα exponit Galenus. Quod etiam iiſdem verbis repetitur in Coac. Prænot. (pag. 433. verſic. 47) rurſuſque (pag. 425. verſ. 28.) vbi κακὸν pro κακοήθεα ponitur. Iterum quoque in Prorrh. (pag. 212. verſ. 8.) τὰ αἱμορραγέοντα ἱδρούντα τρώματα, κακοήθεα. Qui ex vulnere cum tenui ſudore ſanguinem fundunt; ii malignè habent. Quæ ſententia penè iiſdem verbis repetitur in Coac. Prænot. (pag. 433. v. 28.) Κακοήθεα Galenus in Exegeſi κακοήθη exponit: Verùm ſuſpecta mihi eſt lectio & mendum eſſe apparet, & pro κακοήθεα κακήθεα legendum exiſtimo. Sic enim κακήθεα καταμήνια dicuntur Hippocrati lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 276. 32.) maligna menſtrua, mali mo-

ris, & parciora quàm antea, in vteris tranſuerſis & obliquatis. Non ſecus etiam Erotiano mendum impingitur, apud quem κακόηθη, τὰ κακοήθη exponuntur. Nam aut κακόηθη, aut κακοήθεα legendum exiſtimo, eũdemque locum vtrobique ſubnotari. Κακοήθης δοθιὴν καὶ ἐπιεικὴς, malignus furunculus & mitis inter ſe opponuntur Galeno libro de Tumor. præternat. (pag. 357. 3.) & Paulo lib. 4. cap. 23. κακοήθεα τὰ ἐρυσιπέλατα πολλοὺς ἔκτεινεν. eryſipelata maligna multos ſuſtulerunt. lib. 3. Epid. in ſt. peſt. (pag. 419. 53.) quæ ex humoribus, malignis, erodentibus & putrefacientibus fiebant.

Κακοσκόπεα, ἐπιβλαβέστατα, hoc eſt nocentiſſima, longè noxia exponit Galen. apud Hippocratem in Exeg. Eadem etiam notione ſcribitur lib. de fract. (pag. 577. 3.) ἔοικε δὲ ἀδικέειν κακοσκοπώτερον εἶναι, πολλῷ. πολλῷ γάρ τοι ὀλιγώτερον τῶν κατ' ἀγκῶνα σινάμωρόν ἐστιν. Idqoe longè magis noxium eſſe videtur, cùm tamen iis quæ circa cubitum contingunt longè ſit leuius. Agitur de brachii capite iuxta productionem fracto.

Κακοτροπίῃ eſt malignè & peruersè agere, peruerſis aut malignis eſſe moribus. libr. 1. περὶ γυναικ. (p. 244. 10.) καὶ κακοτροπίῃ, & malignè agit, aut ad malignos mores vertitur. De muliere quæ ſubſiſtentibus partus purgamẽtis ex vteri vlcere, in dementiam agitur. aut ad mentem refertur, quemadmodum & γνώμη ἀΐσσεται ſcribitur, mens percellitur, deprauatur, aut conturbatur.

Κακοῦσθαι eſt malè affici, malè habere, miſerè vexari. De tabidis lib. 1. Epid. (p. 355. 33.) ταχὺ τηκόμενοι καὶ κακούμενοι. citò cõſumpti maleq́; vexati ſunt. Rurſus ibid. (p. 362. 25.) ἐν κρισίμοισιν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ κακούμενοι, dieb. decretoriis magna ex parte deterius affligebant. De febribus quæ ad tertianarum naturam propius accederent, qood ibidem dicit, καὶ ἀνάγοντες ἐπὶ τὸ χεῖρον, in deterius procedebant. Rurſus lib. 3. Epid. in ſt. peſt. (p. 421. 50.) οἷσι δὲ τὰ πλευρὰ ταῦτ' ἐκακοῦτο, ἢ τῶν ἔμπροσθέν τι, ἢ τῶν ὄπισθεν. Nõnullis verò iſta malè latera vexabãt, aut anteriorũ, aut poſteriorũ aliquod. Iterũq́; ibid. (p. 420. 6. & p. 422. 47.) φωναὶ κακούμεναι dicuntur voces vitiatæ & malè affectæ. Capite nanque bumorum copia repleto, fluxiones in pulmonem & fauces decumbebant, ex quibos voces lædebantur & vitiabantur. κακοῦσθαι enim illîc βεβλάφθαι τὰς φωνὰς exponit Gal. idemqoe ſcribit, ὡς ἄρα τὸ φερόμενον αὐτοῖς ἐκ τῆς κεφαλῆς ῥεῦμα, βλάβοντος τὰ φωνητικὰ μόρια, καὶ τὰς φωνὰς ἐκάκωσεν. quod orta ex capite fluxione læſis vocalibus partibus, etiam voces ipſæ malè affectæ ſunt. Sic lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 65. 13.) ὅτι αὐτέοισι κακοῦνται ὁκόταν ῥοφέειν ἄρξωνται. quòd his malè afficiuntur, cùm ſorbere cœperint, quod ibidem dicitur, ὅτι αὐτέοισι βλάπτονται ῥοφέοντες, quòd ſorbentes læduotur. Eadem notione κακῶς ἔχειν dicuotur qui malè habent aot affecti ſunt, & κακώδεις qui malè affecto ſunt corpore, aut qui malè olẽt, vt ex interpretũ mente exponit Gal. Com. 3. in lib. 6. Epid. (p. 485. 12.) Sic κακώδης ἔμετος vomitio malè olens dicitur in Coac. Præoot. (p. 441. 32.) pro quo in Progn. ſcribitur, εἰ ὄζοι δυσῶδες. ſi grauiter oleat. & lib. περὶ ἐπικυήσιος (p. 50. 30) κακῶδες γὰρ γίνεται) mali enim odotis exiſtit.

Καλεῖσθαι quod eſt vocari aut dici, aut καλούμενον, dicitur Hippocrati de voce Græcis minus vſitata, aut interdum abrogata, aut etiam interdum vocis appellatione condemnata, vt ſcribit Gal. Com. 3. in libr. de rat. vict. in morb. ac. (p. 78. 54.) his verbis. τὸ καλούμενον καὶ τὸ καλεῖσθαι, καὶ τὰ παραπλήσια τούτοις ἔμαθες αὐτὸν προστιθέντα, ποτὲ μὲν ὡς οὐδέπω συνήθους ἅπασι τοῖς Ἕλλησι τῆσδε τῆς προσηγορίας οὔσης, ποτὲ δὲ ἀκύρως λεγομένης, ἐνίοτε δὲ ὡς ἐνδεικνυμένης τι τεχνικὸν, ὡς ἐπὶ τῶν κροταφιτῶν καὶ μασσητήρων μυῶν ἐδιδάξαμεν. τὸ καλούμενον & τὸ καλεῖσθαι, boc eſt quod vocatur, & vocari, atque his ſimilia Hippocratem adiicere didiciſti, interdum quidem cùm appellario nondum eſt Gręcis omnibus cõſueta, aut interdum obſoleta, interdum etiam cùm quid artificioſum indicare vult, vt de muſculis temporalibus & maſticatoriis docuimus.

Καλλίφυλλον adianti genus quod Trichomanes dicitur. Vſurpatur Hip. lib. 7. Epid. (p. 361. 29.) πόμα τὸ ἀπὸ τοῦ καλλιφύλλου ξυνήνεγκε. decoctum adianti quod Calliphyllum nominatur, potui exhibitum contulit. καλλίφυλον dicitur in Exeg. vocũ Hip. Galeno, aut certè καλλίφυλλον ibi ſcribendum. καλλίφυλον, ὅπερ καλλίτριχον καὶ ἀδίαντον ὀνομάζεται. Callitrichon etiam adiãtum dici ſcribit Gal. lib. 2. comp. phar. κατὰ τόπ. c. 2.

Καλλιωνύμου, ἰχθύος τινὸς οὕτως ὀνομαζομένου, exponitur Galeno in Exeg. apud Hippocratem, quod eſt, piſcis cuiuſdam ſic appellati. Eſt enim καλλιώνυμος piſcis cuiuſdam nomẽ, qui inter ſicciſſimos piſces reponitur Hippocrati lib. 2. περὶ διαίτης (p. 39. 43.) τῶν δὲ ἰχθύων ξηρότατοι μὲν οἵδε, σκορπίος, δράκων, καλλιώνυμος. Ex piſcibus ſicciſſimi quidem hi, ſcorpius, draco, callionymus. Eaq́; ratione eundem ægrotis concedit Hipp. vt lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 199. 6.) in Leucopblegmatiæ ſpecie. ἰχθύων δὲ, σκορπίῳ, ἢ δρακοντίῳ, ἢ κόκκυγι, ἢ καλλιωνύμῳ. Ex piſcibus autem, ſcorpio, aut dracone, aut cuculo, aut callionymo. Rurſuſq́; ibid. (p. 203. 29.) in ſplenico morbo. διδόναι δὲ καὶ ἰχθύων σκορπίον, δράκοντα, κόκκυγα, κωβιὸν, καλλιώνυμον. Ex piſcibus exhibeto ſcorpium, draconem, cuculum, gobium, callionymum. Iterumq́; ibid. (p. 211. 8.) in morbo craſſo. ὄψῳ δὲ χρήσθω, ἐκ ἰχθύων μὲν σκορπίον, ἢ καλλιώνυμον. Opſonio vtatur, ex piſcibus quidem ſcorpio aut callionymo. Quibus quidẽ ex locis haod ſcio an reſtitui debeat Exegeſεως lectio. Eſt etiã καλλιώνυμος εἶδος ἰχθύος Heſychio, cuius quoq; meminit Ariſtot. & Plinius lib. 32. cap. 11.

Καλλονὴ βίου, vitæ hooeſtas, ſpecies & pulchritudo. lib. περὶ εὐσχημοσύνης. (p. 45. 54.) ἐφελκύσεται δὲ τὰ πρὸς καλλονὴν βίου τείνοντα ἑαυτῇ, trahunt ad ſe quæ ad vitæ ornamenta ſpectant. Malim tamen ἐφελκύσεται δ' ἐς, quemadmodum legunt exemplaria mano ſcripta Regia, quã lectio-

nem

nem etiam amplectitur Cornarius, cum dixit trahunt ad ſe quid eorum quæ ad vitæ honeſtatem pertinent. καλλονὴ exponitur Heſychio εὐπρέπεια, decor, aut decens quidã habitus.

Καλλωπισμὸς, cultus, ornatus, ſed de cultu aut luxu ſuperfluo dicitur, vt lib. περὶ ἰητροῦ (p.13.3.) vbi inſtrumenta chirurgica tantùm, non autem vaſa ærea aut ſupellectilem requirit. καλλωπισμὸς γάρ τις εἶναί μοι δοκεῖ φορτικὸς, σκεύεσι ἐοικὼς χρῆσθαι. Talis enim ſupellectilis vſus, cultus quidam moleſtus eſſe mihi videtur. ornatus illiberalis, oneroſus, & luxus. Rurſus ibid. (v.18.) ζητεῖται ὁ νοσέων οὐ καλλωπισμὸν, ἀλλὰ τὸ συμφέρον. Æger non ornatũ, ſed quod eſt vtile poſtulat.

Καλυπτὴρ operculum & quod hæmorrhoidem tegit dicitur. lib. περὶ αἱμορροΐδων (p. 520.38.) περιπέφυκεν αὐτῇ καλυπτὴρ ὁ τῆς σαρκός. ei circumcirca operculum carnoſum adhæreſcit.

Καλωνίη σμύρνα, myrrha calonia, qua ad vterorum ſuffitus cum roſaceo vtitur Hipp. libr. περὶ γυναικ. φύσ. (p.215.7.)

Καλῶς αὐλὶ τῷ εὐπρεπῶς, hoc eſt conuenienter, decẽter, poni apud Hip. ſcribit Erot. Quod etſi ſæpius eo ſignificatu occurrit, præcipuè tamen eo modo ſumi mihi videtur libr. περὶ ἐπικυήσιος (p.49.43.) ἢ τὸ στόμα καλῶς ἔχῃ τῆς μήτρας, & vteri oſculũ recte hoc eſt conuenienter ſe habeat. Et rurſus ibid. (v.48.) καλῶς ἔχῃ τῆς καθάρσιος. probè, h. e. conuenienter purgata eſt. Rurſusq; ibi. (p.50.1.) οὐδ' οὕτως καλῶς ὄζει. neq; ſic probè olebit. Et iterum (v.2.) ὅταν δ' δοκέῃ καλῶς ἔχειν πάντα. Vbi autem omnia probè aut conuenienter habere videbũtur. Quæ phraſis etiam legitur lib. περὶ ἀφόρων (p. 293.10.) vbi eadem in re iſta repetuntur. Et rurſus (p.50.20.) ἕως ἂν δοκέῃ καλῶς ἔχειν, donec probè hoc eſt conuenienter, habere videatur. Iterũ (v.40.) τὴν δὲ γονὴν οὐ δέχεται ἡ ὑστέρη κατὰ τὴν βλάβην, ἣν μὴ καλὸν ἀπὸ τοῦ στομάχου μὴ καλῶς ἔχοντος τοῦ δέχεσθαι. Ob id autem geniturã iuxta læſionem non recipit, quæ impedimentum ſi adferat oſculo nõ probè (hoc eſt cõuenienter) ad ſuſceptionem ſe habente. Et rurſus (v.45.) ὅταν δ' δοκέῃ καλῶς ἔχειν καθαρθὲν τὸ σῶμα. Vbi autem probè aut conuenienter corpus purgatum videbitur. Et (v.49.) ἕως ἂν δοκέῃ καλῶς ἔχειν, donec probè habere videatur. Rurſus (p.51.11.) στομάχου καλῶς ἔχοντος, oſculo probè aut cõuenienter ſe habente. Et (v.16.) ἕως ἂν δοκέῃ καλῶς ἔχειν καθαρθεῖσα ἡ μήτρη. donec vterus tibi conuenienter purgatus eſſe videatur. Et (v.18.) ὅταν δ' καλῶς ἔχῃ. Vbi verò probè ac conuenienter habuerit. Et (v.20.) ὅταν δ' δοκέῃ καλῶς ἔχειν μαλθαχθεῖσα καὶ θυμιηθεῖσα. Cùm autem conuenienter ſuffitum & emollitum eſſe videbitur. Et (v.22.) ἕως ἂν δοκέῃ καλῶς ἔχειν. donec probè habere videatur. Quæ locutiones etiam repetuntur eadẽ in re lib. περὶ ἀφόρων (p.292.22.26.31.36.41.46 48. & p.293. v.2.) atque aliàs etiam crebrò occurrunt, præcipueq; vbi de purgatione, aut ſolutione aliqua critica, vt hemorrhagia agitur. Sic lib. 3. Epid. in ſt. peſt. (p.425.35.) οὔτε ἡ αἱμοῤῥαγίη καλῶς. neq; rite aut conuenienter ſanguis è naribus profluebat. Neque enim cõuenienter aut ordine proceſſiſſe hemorrhagiam ſignificat, quæ in febribus ardentibus ſalutaris eſſe ſolet, qualis eſt liberalis & copioſa, & quæ naturæ impetu, aut conueniente iudicationis ordine erumpit. Sic etiam accipitur quod ibid. ſcribitur. (v. 8.) καὶ οὐ καλῶς ἀνεθερμαίνοντο, neque probè aut conuenienter recaleſcebant.

Κάμμορον, aut κάμμαρον, aut κάμμαρος eſt ſquillæ marinæ & cancrorũ ſpecies. Dicitur & κάμμορον Dioſcoridi ca.77. lib.4. aconiti ſpecies. quod θηλυφόνον vocatur, & Nicandro in Alexiph. (v.41.) πολλάκι θηλυφόνον ἢ κάμμορον. Vbi Scholiaſtes κάμμορον dici ſcribit, κακῷ μόρῳ ἀναιροῦν, quòd ſæua morte perimat, vt ſcribit Dioſcorides ca.7. lib.6. & Nicander initio Alexiph. Cammoron verò dici ſcribit Plin. cap.3. lib.27. quòd radicem modicam cammaro marino ſimilẽ habeat. Dioſcorides tamen, non cammarũ, ſed ſcorpij caudã referre dixit. Eſt autẽ κάμμαρος & κάμμορος cancrorum ſpecies, & κάμμαροι dicuntur Athenæo. κάμμορον verò Galeno in Exeg. animal paruæ ſquillæ marinæ ſimile ſignificat, & aconitũ, quòd ad inſtar illius animalis radices habeat. Verùm idẽ addit lib. de loc. in homine apud Hipp. vbi ad ardores cammorum admoueri iubet, neutrã ſignificationẽ conuenire. Indeq; factũ vt Erotion non ſolùm animal κάμμορον vocari ſcribat, verùm etiã adhæreſcentem illi muſcum ſic dici. Zeno autẽ Herophilius cicutam. Zeuxis autẽ medicamentum refrigerans. Locus Hipp. ſcribitur lib. de loc. in hom. (p.70.30.) hunc in modum. τὰς δὲ πυρώσιας πόσεσι καὶ ῥοφήμασιν, ὡς ἀφ' τὸν πυρετὸν ψυκτηρίῳ φαρμάκῳ ἐκλύειν, καμμάρῳ, ἢ ἄλλῳ τινὶ τοιούτῳ. Ardores verò potionibus & ſorbitionibus quemadmodũ febrem refrigerante medicamẽto ſoluito, cammaro aut alio quopiã id genus. Vbi Galenũ & Erotianum καμμόρῳ, non καμμάρῳ legiſſe apparet. Etſi n. indicatura apud Erotianum καμμάρῳ habet, in recenſione tamen loci Hippocratis καμμόρῳ legit, vbi & nonnihil ſcripturam immutat. Idẽ quoq; annotat hanc dictionẽ ſemel ab Hipp. eſſe vſurpatã, & Zeuxin ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐξηγητικῶν pro medicamento aliquo refrigerãdi vim habente, accepiſſe. Dioſcoridẽ verò lib.5. περὶ ὑλικῶν, aconitũ dicere quibuſdã κάμμαρον ὡς θηλυφόνον vocari. Quod certè nõ videtur mendo carere, cùm κάμμορον non κάμμαρον ſcribendum videatur, & ad id referatur, quod Dioſcoridi attribuitur lib. 4. cap.77. aconitum quibuſdã κάμμορον dici, quibuſdã etiam θηλυφόνον. Etſi ea eſt Erotiani opinio aconitum κάμμαρον dici Dioſcoridi, quaſi θηλυφόνον, quòd eius radix fœminini ſexus genitalib. indita, mortẽ eodẽ die afferat, vt ſcribit Theoph. & Plin. quo modo dormiẽtes à Calfurnio Beſtia vxores interẽptas M. Ceciliũ accuſatorẽ obieciſſe ſcriptũ eſt. Idẽ verò Erotian. in Lyci opinione referẽda mihi valde perplexus & corruptus videtur. Plin. lib. 27. cap. 24.

Scribit autem Lycum καμάρῳ apud Hippoc. pet vnicum μ ſcribere, ὅ ἐστιν ἀλειπτηρίῳ, ἐσχηματισμένῳ τοῦ λεχθέντος ἀπὸ τῆς κατὰ τὸ πλεῖστον καμαρωτοῦ σκευασίας. vt κάμαρον indicet locum in balneo in quo inunctio fieret, aut vaporarium quoddã, formata inde dictione, quòd concameratus in fornicem locus eſſet. Quã certè Lyci opinionem in totum tanquam falſam idem poſtea reiicit. Nam & Zenoni & Zeuxidi ſubſcribendum cenſet, cùm verò ſit ſimile κάμμορον refrigerans aliquod medicamentum denotare, vt cicutam. Ea nanque cataplaſmate adhibita maximè refrigerat. Vt Hippocrat. locus Erotiano accipiatur de medicamento aliquo refrigerãte in cataplaſmate per febrem ad refrigerationem inducendam adhibito, non autem (vt Lyci ferebat opinio) de medicamento aliquo calente, quod vnctione ſudorem aut calorem inferret. Quod multis rationibus confirmat Erotianus, quæ exemplarium noſtrorum vitio adeò perplexæ ſunt, vt niſi melioris codicis ope ſatis explicari nequeãt. Eadem quoque videtur eſſe Galeni de hoc Hippocrat. loco opinio. Diodorus autem Grammaticus & Zeno Herophili ſectator, κάμορον, aut κάμμορον, aut κάμμαρον ſcribũt vocati cicutam à Dorienſibus Italiam incolentibus, ὡς κακόμορόν τι ὄν, quòd infortuniũ ac malum lethum afferat. Animaduertendum porro videtur apud Galenum in Exeg. manifeſtum eſſe codicum vitium, cùm ſcribatur Erotianum, non ſolùm animal κάμμορον, ſed & adhæreſcentem illi muſcum ita vocare. Neq; enim illius opinionis vſquam meminit Erotianus, vt ſatis apparet. Verùm pro Erotiano, Erotion, vt quidam volunt, aut Herophilus, vt alii, ſcribendus.

Καμπύλον exponit Erotianus apud Hippocrat. τὸ μὴ ὀρθὸν, ἀλλὰ σκολιῶς συγκεκαμμένον. minimè rectum, ſed tortuosè incuruatum & flexum. Idem dici ſcribit ἀπὸ τῶν κεκαμπυλωμένων ξύλων, ab incuruatis lignis. Eam autem dictionem crebrò vſurpat Hippocrates. In Prognoſt. (pag. 125. verſ. 50.) ἢν δὲ καμπύλον γένηται βλέφαρον. Si verò retorta fuerit aut peruerſa palpebra. Sic enim peruerſam palpebram vertit Celſus cap. 6. lib. 2. Pro quo in Coac. Prænot. (pag. 430. 24.) βλεφαρίδων καμπυλότης ſcribitur, ciliorum curuitas, & aphoriſm. 49. libr. 4. τὸ βλέφαρον διαστρέφεσθαι. quod eſt palpebram peruerti. Rurſus libr. περὶ ἄρθρ. (pag. 580. 5.) τὸ δ' ἄλλο ὀστέον τοῦ βραχίονος ἐς τὸ ἔξω καμπύλον. reliquum verò brachii os in exteriorem partem incuruum eſt. Et rurſus (ibidem pag. 598. 38.) οὕτω γὰρ αὖ τὸ καμπύλον τοῦ ἀγκῶνος οὐ κωλύσει. Sic nanque cubiti flexus nihil prohibuerit. Quod etiam repetitur in Mochlico (p. 507. 12.) Iterumque (ibid. p. 617. 53.) καμπυλώταται δὲ πλευραὶ ἀνθρώπου εἰσί. Maximè autẽ incuruę ſunt hominis coſtæ, hoc eſt introrſum flexæ, retortæ, & curuæ. Sic καμπυλιάζ dicitur Hippocrati, quod eſt incuruari, inflecti, flexari, libr. de art. (p. 640. 36.) τὸ γὰρ ἡμισφαιρῶδες τοῦ ποδὸς, ἰσχυρότατόν ἐστι τοῦ ἐς τὸ ἄλλο σκέλος, οὐχ ὁμοίως δύναται ἐς τὸ πρόσω καμπυλιάζεσθαι. Pedis enim pars anterior, cùm crus reliquum extentum eſt, non æquè ac ſi inflexum fuerit, in priorem partem flecti poteſt. De pede nanque καμπυλιάζεσθαι dicitur, cùm in anteriorem partem demittitur, incuruatur, aut flectitur. flexari quidam dicunt. ἐς τὸ πρόσω καμπυλιάζεσθαι ſcribit Galenus cùm pars pedis quæ eſt ad imam plantam & digitos (anterior dicta) ad terram inflectitur & inclinatur, quod fit poſterioribus tibiæ muſculis calcẽ & tarſum retrahẽtibus, quòd in eo articulo qui ad talum eſt, neq; extenſio, neque inflexio dici ſoleat, velut in poplite aut inguine. Cui oppoſita figura eſt, cùm pes ſimus redditur (σιμοῦσθαι πόδα dicit Hippocr.) anterioribus muſculis tarſum attollentibus. Quem ſanè mihi locum ſubnotaſſe videtur Erotianus (vt noſtris in eũ locum Annotat. adſcripſimus) verùm καμπυλιάζεσθαι legiſſe, quod κάμπτεσθαι exponit, flecti, inflecti. Etſi etiam καμπύλεσθαι eadem notione ſcribitur Hippocrati lib. de art. (p. 620. 24.) ἢν μὲν γὰρ πειρῶνται καμπύλεσθαι. Si quidem incuruari tentent. Quemadmodum quoque καμπύλεσθαι bis ſcribit Gal. Com. 3. in eundem libr. (p. 640. 48. & 52.) καμπύλα· ἐπικαμπῆ, στρεβλά, exponit Heſych. inflexa, diſtorta, peruerſa.

Κάνεον, vel κάνειον, vel κανοῦν, & κανὸν, idem quod κάνης & caniſtrum aut ciſtam ſignificat Heſychio, Homero verò etiam pro lance ſumi videtur, vt ὀδυσσ. θ. (v. 69.) πὰρ δ' ἐτίθει κάνεον καλόν τε τράπεζαν. Quod etiam profert Athenæus lib. 1. (p. 7.) Apud Hippocr. lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 237. 3. & 4.) κάνεον pro ollæ operculo ponitur, per quod appoſito calamo aut arundine ſuffitus in vterum deferebatur. κανέον etiam eidem dicitur lib. 2. περὶ γυν. (p. 171. 47. & p. 172. 1. & 2.)

Κανόνιαι dicuntur Hippocrati libr. de aëre, loc. & aq. (p. 80. 39.) qui ventre ſunt ſubſtricto, non prominente aut prominulo, & quibus ventres ſunt veluti ad regulam directi & exacti. ὀρθοὶ καὶ προσεσταλμένοι τὰς γαστέρας, exponuntur Galeno in Exeg. hoc eſt, recti & ventribus adſtrictis. Etſi κακόνιαι illîc vitiosè quibuſdam ſcribuntur, vt & apud Erotianum, qui Epicli μικροὺς καὶ ὑμαχώδεις dici κακονίας ſcribit. Ipſe verò ὀρθοὺς καὶ λεπτοὺς, rectos & graciles explicari mauult. verùm vitioſam eſſe ſcripturam, & κανονίας legendum ſatis teſtatur ſeries alphabetica apud Galenũ, tum quòd omnia Hippocrat. exemplaria κανονίας habeant, etſi Aſulanus codex aſteriſcum apponit. Sunt autem κανονίαι qui adſtricto ſunt ventre, quibus ventroſi opponuntur, & Hippocrati qui carnoſo ſunt corpore, aut in corporis magnitudinem aut molem augentur. Sic enim apud eum ſcribitur. ὅκου δὲ μεγάλοι μὲν οὐκ ἂν εἶναι, οὐδὲ κανονίαι, ἐς εὖρος δὲ προϊόντες καὶ σαρκώδεες. Hi magni quidẽ eſſe non poſſunt, neque recti & ventre ſubſtricto, in amplam verò corporis molem à natura producuntur, & carnoſi ſunt. Etſi

Gal.

Gal. lib. quod animi mores corporis temp. ſequuntur (p.348.56.) locum iſtum ſubnotans, non κανονίας legit, ſed οὐκ εὐμήκεις, non longi aut proceri, neq; bene cōpoſiti. Quæ videtur eſſe illius dictionis veluti quædam explicatio. Quod etiam mihi animaduertiſſe videtur Cornarius, qui vtrunque in ſua interpretatione appoſuit. Zuinggerus proceros dixit. Caluus verò dictionis vim non ſatis aſſecutus, & exemplarium vitio καπνίας leg. videtur. Κανονίαι autem dici videntur proceri & magni, quorum proceritas reliquis canon eſſe poſſit, & veluti ad regulam directi & exacti.

Κάπετος, fouea, foſſa, ſcrobs dicitur. Sumitur apud Hippocratem metaphoricè pro cauis quæ in medio ſcamno excauantur, quorum vſus eſt ad vectes firmandos. Lib. de art. (p. 656. 10.) ἐπειδὰ ἀρκεῖ μὲν ἐν τῷ ἡμίσει τοῦ ξύλου, οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ διὰ παντὸς, ἐντετμῆσθαι ὡς καπέτους μακρὰς πέντε ἢ ἕξ, διαλειπούσας ἀπ᾽ ἀλλήλων τέσσαρας δακτύλους. Tum ſatis quidem eſt ſi in dimidia ligni parte (nihil tamen prohibet quominus etiam per totum) quinque aut ſex foſſulæ longæ, quatuor digitis inter ſe diſtantes, inciſæ ſint. Vbi ſcribit Gal. καπέτους μὲν ἐν ὀλίγοις τῶν παλαιῶν εὑρήκαμεν τὰς τάφρους. ὁ δ᾽ Ἱπποκράτης νῦν ἐκ μεταφορᾶς κέχρηται τῇ προσηγορίᾳ, τὰς ἐντετμημένας τοῦ βάθρου κοιλότητας ἑρμηνεῦσαι βουλόμενος, ἕνεκα τοῦ στηρίζεσθαι κατ᾽ αὐτὰς τοὺς μοχλούς. κάπετος quidem ex veteribus non pauci foſſas dixerunt. At Hippocrates hoc loco per tranſlationem ea voce vſus, inciſas in ſcamno cauitates ad vectes firmādos exprimere voluit. Eas autem cauitates in dimidia ligni parte, hoc eſt inferiore præcipuè, excauandas eſſe cenſet, quatuor digitis inter ſe diſtantes, & trium digitorum altitudine & latitudine. Rurſus ibidem (v. 30.) διὰ τοῦτο γὰρ καὶ αἱ κάπετοι ἐντέτμηνται. Ea enim de cauſa inciſæ ſunt foſſulæ. Ac rurſus (p.659.50.) ἐρείσας ἐν τῶν καπέτων τῇ ἁρμοζούσῃ ἀντικαταγέτω. & vecte ex aliqua conueniente foſſula firmato, contra obluctetur. κάπετος Erotiano exponitur ὄρυγμα, τάφρος. idemque addit ἐπὶ μέντοι τοῦ ὀργάνου τὸ ὄρυγμα δηλοῖ. in organo, hoc eſt ſcamno Hippocratico, foſſam indicat. καπέτους Paulus ἐπιμήκεις τάφρους vocat, oblongas quaſdam foſſas aut caueas.

Καπνέλαιον dicitur Galeno lib. 2. κατὰ τόπ. (p.178. 14.) reſina ſponte profluens, quæ plurima in Lacedæmone profluit, & in Cilicia καπνέλαιον, hoc eſt oleum fumoſum appellatur. Quod etiā idem longè apertius indicat lib. 3. comp. phar. κατὰ γένη (p.354.34.) his verbis. καὶ τῶν αὐτορρύτων καλουμένων ῥητινῶν ἐγχωρεῖ μιγνύναι. καλοῦσι δὲ αὐτὰς ἐν Λακεδαίμονι καὶ παρ᾽ ἄλλοις χωρίοις περιῤῥύτους, ἐν Κιλικίᾳ δὲ καπνέλαιον ὀνομάζουσι τὴν τοιαύτην ῥητίνην. Licet autem ex iis quæ ſponte fluunt reſinis admiſcere. Has autem Lacedæmone atq; aliis quibuſdam locis περιῤῥύτας vocant. In Cilicia verò καπνέλαιον huiuſmodi reſina vocatur. Eſt igitur certū reſinæ potius quàm olei genus, etſi aliud nomen indicet. Videtur autem καπνέλαιον dici, hoc eſt oleum fumoſum, à fumo quem edit igni admota, vel quia liquidis omnibus reſinis liquidior, calidior, tenuiorq; ſit, proindeq; ad oleum magis accedat.

Κάππαρις, Capparis, cuius folio & cortice vtitur Hippocrat. ad anum procidentem libr. de fiſt. (p. 519. 36.) Huius etiam corticem ad lienem valere ibid. tradit.

Καρδαμύσσειν, vide Σκαρδαμύσσειν, poſtea.

Καρδιαλγία eſt oris ventriculi dolor, & καρδιωγμὸς morſus aut eroſio oris ventriculi. Quæ denominationes à ſymptomate quod inferunt dictæ ſunt, quòd καρδίαν os ventriculi veteres dixerint, aut quòd oris ventriculi dolores, ob illius exquiſitiſſimum ſenſum, illico cordi communicarentur, illudq; ſtatim in conſenſionem vocent. Gal. libr. 5. de loc. aff. (p.302.26.) τὸ στόμα τῆς κοιλίας οἱ παλαιοὶ καρδίαν ὠνόμαζον, ἀφ᾽ ὧν ἐπιφέρει συμπτωμάτων, ὥς φασιν, οὕτω προσαγορεύσαντες. Os ventriculi veteres cor nominabant, appellationem, (vt aiunt) deducentes ab his ſymptomatibus quæ adfert. Quod etiam repetitur Com. in ſent. 30. lib. 3. περὶ χυμῶν. Idem lib. 2. de alim. fac. (p.327.13.) τὸ στόμα τῆς γαστρὸς ὀνομάζουσι καὶ καρδίαν. Os ventriculi cor etiam appellant. Rurſus lib. 2. de Plac. Hipp. & Plat. (p. 262.53.) οὐ μὴν οὐδ᾽ ἡ καρδιαλγία τοὔνομα τὴν ἐν τῷ θώρακι περιεχομένην καρδίαν ὀδυνᾶσθαι δηλοῖ, ἀλλ᾽ ἔστιν ὁμωνυμία τις οὐδένα λανθάνουσα τῶν ὁμιλησάντων ἀρχαίων γράμμασιν. ὥσπερ γὰρ τὸ κατὰ τὸν θώρακα σπλάγχνον, οὕτω καὶ τὸ τῆς γαστρὸς στόμα καρδίαν ὀνομάζουσιν οἱ παλαιοί, καὶ πάμπολύ γε τοὔνομα ἐστὶ παρ᾽ αὐτοῖς. Quinetiam neq; nomen hoc καρδιαλγία cordis illius quod thorace continetur dolores indicat, ſed æquiuocatio quædam ſubeſt, neminem eorū qui in antiquorum ſcriptis ſit verſatus latens. Eodem namq; modo, & thoracis viſcus, & os ventriculi cor appellant veteres, & eiuſmodi appellatio ipſis admodū eſt vſitata. Quod ibidem exemplis ex Nicandro, Thucydide & Hip. ad ... probat Galenus. Idem quoq; καρδίης πόνον ex Prorrh. (p.192.15.) στόματος τῆς γαστρὸς πόνον, oris ventriculi dolorem exponit. Et rurſus Com. 3. in lib. 1. Epid. (p. 387. 1.) καρδιαλγέειν τὸ στόμα τῆς κοιλίας ὀδυνᾶσθαι. oris ventriculi dolore affici, explicat, quod de Philini vxore, ἤλγει δὲ ἀρχομένη καρδίην, circa initia oris ventriculi dolore tentata eſt, dixerit Hipp. Rurſus etiam Com. ad aph. 65. lib. 4. οὐ μὴν οὐ μόνον τὸ σφύζον ἐξ ἑαυτοῦ κατὰ φύσιν σπλάγχνον, ἀλλὰ καὶ τὸ στόμα τῆς γαστρὸς οἱ παλαιοὶ καρδίαν ὠνόμαζον, ἕν τι τῶν ὁμολογουμένων ἐστὶν, ὥσπερ γε καὶ ὅτι καρδιαλγίαν τὰ τούτου τοῦ μέρους ἀλγήματα προσαγορεύουσι. Eſt igitur in cōfeſſo apud omnes, quòd nō ſolū id viſcus quod ſua natura pulſat, ſed etiā os ventriculi cor veteres nominarunt, ſicuti etiā quòd cordis dolorē, huius partis dolores nominant. Idē rurſus Com. 3. in Progn. (p.161.57.) γινομένης δ᾽ ἐνίοτε καὶ τῆς κατὰ τὸν πνεύμονα τόπον ἀναθυμιάσεως τοιαύτης, διακρίνομεν αὐτὴν τῆς ἀπὸ στομάχου τῇ καρδιαλγίᾳ. πνεύμονα μὲν γὰρ οἱ πλεῖστοι χυμοὶ λανθάνουσιν, ἤτοι δυσαίσθητον, ἢ παντελῶς ἀναίσθητον ὄντα. τὸ δὲ τῆς γαστρὸς στόμα. καλεῖται δὲ τοῦτο ὡς ἴσμεν καὶ καρδία, διὰ τὸ

μάγιστος ὢν ἔχει νεῦρα αἰσθητικὰ, ὑφὸν λανθάνῃ τῶν κατ' αὐτό. δακνόμενον οὖν ὑπὸ τοῦ περιεχομένου χυμοῦ, τὸν καλούμενον οὕτω καρδιωγμὸν ἐργάζεται, διὸ καὶ χολώδης ἔμετος αὐτοῖς γίνεται. τοῦτον γὰρ καὶ ὁ Θουκυδίδης ἐδήλωσεν ἔνθα φησὶ, καὶ ὁπότε ἐς τὴν καρδίαν στηρίξει, ἀνέστρεφέ τε αὐτὴν καὶ ἀποκαθάρσεις χολῆς ὁπόσαι παρὰ τῶν ἰατρῶν ὀνομασμέναι εἰσὶν, ἐπῄεσαν. τὸ γὰρ ἀνέστρεφεν, ἐπὶ τῆς πρὸς ἔμετον ὁρμῆς εἶπεν, εὐθέως γε καὶ καρδίαν ὀνομάσας τὸ στόμα τῆς γαστρός. διὸ δὴ καὶ τὰς δήξεις αὐτοῦ καρδιωγμούς τε καὶ καρδιαλγίας ὀνομάζουσιν. Orta verò ex pulmonibus talis exhalatio, ab ea quæ eſt ex ventriculo, καρδιαλγία, h.e. oris ventriculi dolore diſtinguitur. Humores enim huiuſmodi pulmonem aut ægrè, aut nihil omninò ſentientem latent. At ventriculi os, quod (vt nouimus) appellatur etiam καρδία, hoc eſt cor, ob inſignes neruos ſenſu præditos quos habet, facilè ſentit quæ in eo inſunt. Nempe demorſum à bilioſo humore vocatum καρδιωγμὸν efficit, ideoque etiam bilioſa vomitio accedit. Quod etiã indicauit Thucydides cùm ſcribit. Atque vbi ad os ventriculi adhæſit, id ſubuertebat, & quæ à medicis vocantur bilis expurgationes, ingruebant. Illud enim [ἀνέστρεφε] de impetu ad vomitum dixit, confeſtimque os ventriculi καρδίαν nominauit. Ideoq; vbi mordetur καρδιωγμοὺς & καρδιαλγίας nominant. Locus verò Thucyd. à Gal. etiam lib. 2. de plac. Hippoc. & Plat. productus, legitur, lib. 2. in peſtis deſcriptione, vbi quoq; Scholiaſt. os ventriculi veteribus καρδίαν dici his verbis ſignificat: οἱ παλαιοὶ ἰατροὶ τὸν στόμαχον καρδίαν ἐκάλουν, καὶ καρδιωγμὸν τὸν πόνον τοῦ στομάχου. Quæ appellatio vt eſt vulgaris & plebeia, ita eſt ab Aureliano ſcripris conteſtata, cùm ſcribit cap. 35. libr. 2. Acut. καρδιαλγίαν eſſe dolorem oris ventriculi, quẽ plurimi idiotę cordis dolorem vocauerunt. Quas etiam voces vt politicas & hominum conſuetudine approbatas ſępe vſurpat Hippocrat. vt ſcripto teſtatur Gal. Sic eum in ſenſum ſcribitur lib. 2. Epid. (pag. 312. 40.) γυνὴ ἐκαρδιάλγει, mulier oris ventriculi dolore conflictabatur. Sic enim de oris ventriculi dolore locus hic exponitur Galeno lib. 2. de Plat. Hipp. & Plat. & lib. 2. de alim. fac. Eſt autem καρδιωγμὸς oris vẽtriculi morſus aut vellicatio ab humore acri illud erodente. Quam dictionem crebrò vſurpat Hippocr. vt in Progn. (p. 161. 42.) εἰ καὶ καρδιωγμὸς τούτῳ προσγένηται, ſi ventriculi morſus adfuerit. Quem locum etiam profert Galenus Com. 2. in lib. 1. Epid. (p. 367. 50.) vbi etiam ſcribitur ab Hippocr. οἷσι δὲ βάρεα μὲν ὅλης τῆς κεφαλῆς, καρδιωγμοὶ δὲ καὶ ἀσώδεές εἰσιν. Qui verò toto capite grauitatem ſentiunt cum oris ventriculi morſu & ſtomachi faſtidio. Et in Coac. Prænot. (p. 427. 41.) καρδιωγμοὶ καὶ πτυαλισμοὶ, oris ventriculi morſus & ſputationes in vomitu. Rurſus lib. 1. περὶ γυν. (p. 235. 19.) in bilioſis menſibus καρδιωγμὸς vſurpatur, vt & aph. 17. & 65. lib. 4. Eſt verò καρδιωγμὸς, δῆξις καρδίας, τουτέστι τοῦ στόματος τῆς γαστρός. ὠνόμαζον γὰρ οἱ παλαιοὶ καὶ τοῦτο καρδίαν, cordis, hoc eſt oris ventriculi morſus. Id enim veteres καρδίαν (cor) nominauerũt. Com. ad aph. 17. lib. 4. Rurſus lib. 2. de fac. alim. (loco paulò antea à nobis adducto) ἐκ ἄλλο τι καρδιώσσειν ὄνομα σημαίνει τοῦ γινομένου συμπτώματος ἐπὶ τῷ στομάχῳ δακνομένῳ. Verbum καρδιώσσειν aliud nihil ſignificat quàm ſymptoma ſtomachi morſui ſuccedens. Idem rurſus libr. 8. comp. pharm. κατὰ τόπ. (p. 274. 9.) εἴρηται πολλάκις ὡς τὸ τῆς γαστρὸς στόμα καλεῖν ἔθος ἐστὶ τοῖς ἰατροῖς, ὥσπερ καρδίαν, οὕτω καὶ στόμαχον. ἀλλὰ πάλαι μὲν ἦν συνηθέστερον τὸ τῆς καρδίας ὄνομα, νυνὶ δὲ ἀπ' ἐκείνου μὲν ἔτι διαμένει τὸ καρδιώσσειν, καὶ ἡ καρδιαλγία. τὸ δὲ μόριον αὐτὸ στόμαχον ὀνομάζουσιν, ἐμπορῶς μοριοι καταφέροντι τὴν τροφὴν ἐκ τοῦ στόματος εἰς αὐτήν. Sæpenumero iam dictum eſt medicis conſuetum eſſe, os ventriculi, vt καρδίαν, ita etiam στόμαχον appellare. Verùm quondam vſitatior erat τῆς καρδίας appellatio. Indeque etiam nunc perſeuerat τὸ καρδιώσσειν & ἡ καρδιαλγία, qui oris ventriculi morſum aut dolorem ſignificant. Hãc autem particulam ſtomachum vocant, communi cum ea appellatione, quæ cibum ex ore in ipſam demittit. Euſtathius quoque καρδιώττειν τὸ καρδίαν ἀλγεῖν καὶ ναυτιᾶν exponit, quod eſt oris ventriculi dolore & faſtidio tentari, vt & Heſych. καρδιώττειν· τὴν καρδίαν ἀλγεῖν. Idem verò addit quibuſdam ſignificare δάκνεσθαι στόμαχον ὑπὸ λιμοῦ, quod eſt ſtomachum fame morderi, & ſumi pro ναυτιᾶν, hoc eſt nauſeare. At verò iſtius dictionis vim appoſitiſſimis verbis exprimit Erotianus cùm καρδιώσσειν hoc modo explicat. καρδίαν ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ καὶ τὸ τῆς γαστρὸς στόμα, ὃν καὶ τὸν στόμαχον νῦν καλοῦμεν. καρδιώττειν οὖν καὶ καρδιαλγεῖν λέγεται, τὸ μετὰ ναυτίας καὶ ὀδύνης δυσανασχετεῖν τὸν στόμαχον. καὶ καρδιωγμὸς ἐντεῦθεν, ἀντὶ τοῦ, ὁ τοῦ στομάχου δηγμός. ἔστι δὲ καὶ ἕτερος καρδιωγμὸς ὁ τῆς καρδίας κυρίως τοῦ σπλάγχνου δηγμὸς, τουτέστιν ἀθρόος καὶ σφοδρὸς καὶ παλμὸς ἐν αὐτῷ γινόμενος. καρδίαν os ventriculi appellabant, quod etiam ſtomachũ communi voce vocamus. καρδιώττειν igitur & καρδιαλγεῖν dicitur cùm ſtomachus nauſea & dolore angitur. Hinc etiam καρδιωγμὸς ſtomachi morſus. Eſt autem alter καρδιωγμὸς cordis quod propriè viſcus eſt, eroſio, hoc eſt crebra & vehemens in eo orta palpitatio. Quam etiam homonymiam Galenus Comm. ad aph. 65. lib. 4. hoc aperit modo: τὸ γὰρ μὴν καρδιώσσειν οἱ πλεῖστοι μὲν τῶν ἐξηγησαμένων τοὺς ἀφορισμοὺς, ταὐτὸν ἡγοῦνται σημαίνειν τῷ καρδιαλγεῖν. ἔνιοι δὲ τῆς καρδίας αὐτῆς, λέγω δὲ τοῦ σπλάγχνου, καρδιωγμὸν δηλοῦσθαι φασὶν, ἐξηγούμενοί τι κίνημα παλμῶδες τὸν καρδιωγμὸν εἶναι. τὸ μὲν οὖν ἰσχυρὸν κάλυμμα τῆς κοιλίας ὑπὸ τῆς ξανθῆς χολῆς ζεούσης, ἐν τοῖς χρονίοις αὐτοῖς γίνεται. κατὰ λόγον δὲ τοῖς οὕτω διακειμένοις, καὶ τὸ στόμα τῆς γαστρὸς δάκνεται, καὶ διὰ τοῦτο καρδιώττειν τὸ σύμπτωμα. οἱ δὲ καὶ τὴν κινησιν καὶ παχεῖαν κίνησιν τῆς καρδίας, καὶ μάλιστ' ὅταν ᾖ καὶ παλμώδης, ἀκούοντες εἰρῆσθαι καρδιωγμὸν, ἔχοντες ὅσα τοῦτο καρδιώσσειν, σημαίνειν ἐκπεπορεῦσθαι τὴν ζωτικὴν ἀρχήν. Et τὸ καρδιώσσειν verbum multi ex his qui aphotiſmos expoſuerunt, idem quod καρδιαλγεῖν ſignificare exiſtimant. Nonnulli ve-

li verò ipſius cor dis, nempe viſceris καρδιωγμὸν motionem quandam palpitationi ſimilem exponunt. Vehemens itaque ventriculi æſtus à flaua bile in ipſis tunicis ebulliente oriuntur. Atque ita affectis os quoque ventriculi morderi rationi eſt conſentaneum, ideoque malum eſt ſymptoma. Quòd ſi quis καρδιωγμὸν crebram & celerem cordis motionem, præcipueque vbi palpitationi ſimilis fuerit, dici velit, extremum, iam hoc malum eſt, quo vitale principium incenſum eſſe ſignificatur. At verò καρδιώσσειν quod apud Hip. explicat Erotianus, legitur lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 334. 6.) εἰκὸς δὲ ἐστὶ τῷ μεταξὺ χρόνῳ πυρετὸν λαμβάνειν, καὶ φρίσσειν, καὶ καρδιώσσειν. Intermedio verò tempore vt febre, horrore & oris ventriculi dolore conflictetur, eſt cõſentaneum. Quod etiam verbum crebrò vſurpat eodem lib. Hipp. vt (p. 233. 30. & p. 235. 49. & p. 241. 43. & p. 242. 41.)

Καρηβαρίη capitis grauitatem ſignificat Hippocrati ex nimia humorum & excrementorum redundantia. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 70. 42.) nimius ſomnus ἐφθότητα καὶ καρηβαρίαν inducit, h. e. excoctionem & capitis grauitatem. Rurſus ibid. (p. 73. 58) εἰ καρηβαρίη μὲν μὴ ἐνείη. ſi capitis grauitas quidem non adfuerit. Et iterū ib. (p. 82. 43.) ὑποπτεύοντι μέν τι ἐν τῇσι τοιῇσι νόσοισιν, ἢ καρηβαρίην ἰσχυρὴν, ἢ φρενῶν ἅψιν, παντάπασιν οἴνου ἀποσχετέον, cùm verò in huiuſmodi verbis vehementē capitis grauitatem ſuſpectam habueris, aut mētis tentationem, vino penitus abſtinendum. Rurſus aph. 22. libr. 5. calidum τὸ ἐν τῇ κεφαλῇ καρηβαρίην λύει, ſoluit capitis grauitatem. Vbi καρηβαρίας Gal. τὰς κεφαλῆς βαρύτητας exponit, capitis grauitates. quas calidum diſſoluēdo & concoquendo ſanat. Et in Pror. (p. 215. 25.) in ſanguinis per nares profluuii denunciatione, ὑποχονδρίου τάσις μετὰ καρηβαρίης καὶ κωφώσιος, præcordiorū contenſio cū capitis grauitate & ſurditate ponitur. Quod etiam repetitur in Coac. Pr. (p. 429. 32.) Eadē notione νότοι καρηβαρικοὶ dicuntur aph. 5. lib. 3. Auſtri caput grauantes ob nimiam humiditatem qua caput replent.

Καρυκὸν medicamētum eſt catharetICū ſordida vlcera detergēs & carnes exedens Hip. lib. de vlceribus (p. 515. 27.) Recipit veratrū nigrum, ſandaracham, æris ſquamam, plumbum elotum, ſulphur, auripigmentū & cantharidas. Quib. mixtis & cedrino oleo ſubactis medicamētum liquidum parat. Interdum arum coctum contuſum, aut aridum læuigatum melle exceptū additur. Siccum verò medicamētum cedrino oleo & melle ſublatis, inſpergitur. Parat ēt ex ſolo veratro & ſandaracha. Καρυκὸν exponit Galen. in Exeg. καρυκόν τι ἴδεσμα οὕτως ὀνομάζει, ὃ ἐκ τῆς σκευασίας ἐν τῷ περὶ ἑλκῶν γράφει. Quæ certè lectio, vt ſatis apparet vitioſa eſt, & pro ἴδεσμα σκεύασμα aut ἄλειμμα, aut aliud quid tale reponēdum. Non. n. edulium ſed compoſitionem quandam, aut vnguētum ſic vocari ab Hip. conſtat, cuius apparatum lib. de vlcerib. deſcribit. Carycum quidam ſcribunt, & à nucibus dictum exiſtimāt, falsò quidem, cùm nulla ſit hîc nucū mentio. κάρυον ſcribit Var. eſſe σύνθετον σκευασίας, apparatus cuiuſdā, h. e. medicamenti compoſitionē apud Hip. Sed καρυκὸν ſcribendū eſſe, pro κάρυον ſatis apparet. Eſt & καρυκινὸν oleū quoddā Athen. li. 2. (p. 33.)

Καρκῖνος, cancer, tumor eſt inæqualis, oris prætumidis, aſpectu fœdus, ſubliuidus & indolens, ex atra bile ortus, vt ſcribit Paulus. In multis corporis partib. gignitur, ſed præcipuè in mulieribus locis & mammis cernitur, fitque interdum cum vlcere, interdum quoq; ſine vlcere, & à cancri animalis ſimilitudine denominationem accipit. Gal. lib. de tumor. præter naturam cancros à bile atra non feruente fieri ſcribit (p. 355. 42.) χωρὶς δὲ τοῦ ζεῖν ἡ μέλαινα χολὴ τοὺς καρκίνους ἐργάζεται, καὶ ἢν δριμυτέρα τύχῃ, μεθ' ἕλκους· διὸ καὶ μελάντεροι τῇ χροιᾷ τῶν φλεγμαινόντων εἰσὶ, καὶ ἧττον θερμοί. πληροῦνται δὲ αἱ φλέβες ἐπ' αὐτῶν καὶ τείνονται μᾶλλον, ἢ ἐν ταῖς φλεγμοναῖς. ἧττον γὰρ ἐκπίπτει τῶν ἀγγείων εἰς τὴν πέριξ σάρκα διὰ πάχος ὁ γεννῶν τοὺς καρκίνους χυμός. οὐ μὴν οὐδὲ ἐρυθραὶ καθάπερ ἐν ταῖς φλεγμοναῖς αἱ φλέβες εἰσὶν, ἀλλὰ καὶ αὗται κατὰ τὸν λυποῦντα χυμόν. Bilis atra abſque feruore cancros efficit, eosque cum vlcere, ſi acrior fuerit. Eamq; ſanè ob rem nigriores colore ſunt iis quæ inflammatione tentantur, minimeque calidi. In his autem venæ turgēt & intenduntur magis, quàm in inflammationibus. Qui enim cancros humor gignit, ob craſſitudinem in circumiectam carnem minus è vaſis excidit. Neque tamen rubræ, vt in inflammationibus venæ ſunt, ſed & hæ quoq; pro ratione infeſtātis humoris ſe habent. Rurſus ibid. (pag. 356. 40.) ὅταν δὲ εἰς σάρκα μέλαινα κατασκήψῃ χολὴ, δακνώδης μὲν οὖσα, διαβιβρώσκει τὸ περικείμενον δέρμα, καὶ ἕλκος ἐργάζεται. μετριωτέρα δὲ ὑπάρχουσα, τοὺς χωρὶς ἑλκώσεως ἀποτελεῖ καρκίνους. εἴρηται δὲ ἔμπροσθεν ὅτι καὶ τὰς φλέβας ἐπαίρει μειζόνως τῶν φλεγμονῶν, ὁποῖόν τι τὸ εἶδος αὐτῶν τῆς χροιᾶς ἐστίν. Cùm verò bilis atra in carnem decubuerit, mordax quidem exiſtens circumiectam carnem perrodit, & vlcus efficit, mitior verò cācrum ſine vlceratione. Dictum autem eſt antea ab eo venas in maiorem molem quàm in inflammationibus attolli, & cuius generis ſit eorum color. Ac rurſus idem lib. 2. de art. cur. ad Glauc. (p. 219. 19.) περὶ τῶν καρκινωδῶν ἑξῆς ἂν εἴη λέγειν, γινομένων ἐν ἅπασι τοῖς μορίοις, μάλιστα δὲ τοῖς τιτθοῖς τῶν γυναικῶν, ὅσαι μηκέτι καθαίρονται τὴν κατὰ φύσιν κάθαρσιν· ἧς ὅταν ὡς χρὴ γίνηται, τελέως ὑγιὴς ἡ γυνὴ διατελεῖ. πάντες οὖν οἱ τοιοῦτοι παρὰ φύσιν ὄγκοι, τὴν γένεσιν ἐκ μελαγχολικοῦ περιττώματος ἴσχουσιν, ὅπερ ἐλέλεκται καὶ ἐν τοῖς περὶ φυσικῶν δυνάμεων ὑπομνήμασι. θεραπεύεται μὲν ὑμῖν δεξάμενον ἐν ἅπασι κατὰ τὴν ἀκμὴν τινα, ἀνάλογον τῷ κατὰ τὸν οἶνον τρυγί. καθαίρεσθαι δὲ διὰ τοῦ ἁπλῶς. ἐκ γὰρ πάντων χυμῶν γεννᾶσθαι πέφυκε. De cancroſis tumorihus deinceps dicendum, qui cum in omnihus partibus oriri conſueuerunt, tum maximè in mulierum mammis, quæ non amplius naturali purgatione repurgantur. Quæ cùm ritè procedit, integra ſanitate mu-

liet fruitur. Omnes ergo huiuſmodi tumores præter naturam ex melãcholica redundantia ortum habent, de qua diximus in commentariis de facultatibus naturalibus, ibiq́ue oſtendimus in hepate, dum ſanguis conficitur, hunc humorem fœci vinariæ proportione reſpondentem generari, à liene verò repurgari, qui ex huiuſmodi humore conſuetum trahit alimentum. Et paulò pòſt. γίνεται γὰρ μέλαν ἐνίοτε καὶ εἰς ἄλλα μόρια τοῦ σώματος, ἅπερ ἂν ᾖ πάντων ἀσθενέστατα, φορὰ τοῦ τοιούτου χυμοῦ. καὶ φαίνονταί γε σαφῶς αἱ κατὰ τὸ μόριον ἐκεῖνο φλέβες, μεσταὶ αἵματος μέλανός τε καὶ παχέος. καὶ ὅσον δ' ἂν ᾖ παχύτερόν τε καὶ μελάντερον, τοσούτῳ χεῖρον ἐστὶ τὸ πάθος. ἐπὶ δὲ τῶν τιτθῶν εἴδομεν πολλάκις ἀκριβῶς ὄγκον ὅμοιον καρκίνῳ ζώῳ. καθάπερ γὰρ ἐπ' ἐκείνου πόδες ἑκατέρωθέν εἰσι τοῦ σώματος, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦδε τοῦ πάθους αἱ φλέβες ἀποτεταμέναι τοῦ παρὰ φύσιν ὄγκου τὸ σχῆμα καρκίνῳ παραπλήσιον ἐργάζονται. Interdum verò & in alias corporis partes, ſiquidem omnium maximè imbecillæ fuerint, huiuſmodi humor defertur. Atq; eius partis venæ, tum atro, tum craſſo ſanguine turgidæ manifeſtò conſpiciuntur. Quoq; is craſſior aut nigrior fuerit, eò deterior eſſe affectus indicatur. In mãmis aũt ſæpè vidimus tumorẽ cãcro animali omninò ſimilẽ. Nam quẽadmodum illi pedes in vtraq; corporis parte inſunt, ita & in hoc affecto venæ per omnem tumorem præter naturam exporrectę, formam cancro ſimilem repræſentant. De cancro verò plura legas apud Paul. lib. 3. cap. 67. & lib. 4. cap. 26. & libr. 6. cap. 45. Aet. tetrab. 4. lib. 2. cap. 57. & lib. 4. cap. 44. 45. 46. 47. 48. 49. Oribaſ. li. 7. ſynopſ. cap. 13. Actuar. lib. 2. περὶ διαγνωσ. παθ. cap. 35.

Καρκῖνοι κρυπτοὶ, cancri occulti & latẽtes dicuntur Hip. aph. 38. lib. 6. qui non ſunt exulcerati, aut qui in profundo corporis latẽt. Sic enim ibi ſcribit Gal. κρυπτοὺς καρκίνους εἴρηκεν, ἤτοι τοὺς χωρὶς ἑλκώσεως, ἢ τοὺς κεκρυμμένους, ὅπερ ἐστὶ μὴ φαινομένους, ὃ πάλιν ἴσον δύναται τῷ κατὰ βάθους εἶναι τοῦ σώματος. Occultos cancros dixit, vel qui ſunt abſq; vlcere, vel latentes & abſcõditos, h. e. minimè apparentes, qđ ruſus idem ſignificat, ac ſi dicatur, qui in corpore altè demerſi ſunt. Eandem notionẽ habent καρκῖνοι κρυπτοὶ οἱ ὑποβρύχιοι, cancri abditi & demerſi, Prorr. 2. (p. 417. 43.) Sic. n. accipiuntur cancri qui ſine vlceratione ſunt, & profundũ corporis occupant, in eoq; altè demerſi ſunt, quales qui ſedem, inteſtina, vterum, ſinum muliebrem, palatum exercent. Quibus οἱ κρυπτοὶ καὶ ἀκρέμαστοι καρκῖνοι reſpondent (ib. v. 45.) qui in ſummis corporis partibus ſine vlceratione conſiſtunt & conſpicui ſunt. τοὺς ἐπιπολῆς χωρὶς ἑλκώσεως vocat Gal. com. ad aph. 38. lib. 6. velut priores τοὺς ἐν τῷ βάθει τοῦ σώματος. Etſi κρυπτοὶ per ſe idem ſignificant, nempe eos qui ſine vlceratione ſunt, aut eos qui in corporis penetralibus abditi ſunt & latentes, neq; in cõſpicuo apparent, vt ex Gal. diximus. At verò καρκῖνος κρυπτὸς dicitur Gal. li. de atra bile (p. 359. 34.) cãcer occultus & abditus, qui non eſt exulceratus, & fit à ſucco melãcholico in corporis habitum protruſo, non acri aut maligno, nec exedente, vt is qui cancrũ exulceratum facit. Philoxenus tñ apud Aëtium κρυπτοὺς καρκίνους peculiariter dici ſcribit, qui vterum ac inteſtina infeſtant, cap. 43. li. 4. tetrab. 4. Quod ẽt innuere velle videtur Paul. Ægin. cap. 67. lib. 3. dũ vteri cancris ꝓprio quodam modo Hip. aph. accõmodat, etſi is cancris in genere adhiberi poteſt.

Καρκίνωμα, carcinoma idẽ quod καρκῖνος ſignificat, & cãceroſus tumor eſt, qui in mammis ſæpè oritur, facie, naribus, labris, vt ſcribit Celſus. Carcinoma ẽt dicitur Suetonio Auguſto. καρκίνωμα autori defin. med. (p. 400. 59.) ἐστὶν ὄγκος κακοήθης καὶ περίσκληρος, ἀνέλκωτος ἢ ἡλκωμένος. εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ ζώου καρκίνου. Carcinoma eſt tumor malignus & prædurus, ſine vlcere, aut ẽt cum vlcere. A cãcri animalis ſimilitudine nomen habet. Idem rurſus (p. 799. 27.) καρκίνωμα ἐν μήτρᾳ ἐστὶν ἄνευ ἑλκώσεως ὄγκος ἀνώμαλος, ὑψηλός. Carcinoma in vtero, tumor eſt ſine vlceratione, inæqualis & oris prætumidis. καρκίνωμα Paulo li. 3. cap. 22. dicitur affectus tunicæ corneę oculi, cum dolore & tenſione, tunicarum rubore, & cruciatu pulſatili ad tempora vſq; ſi moneãtur ægri. C[illegible] li. 5. cap. 28. Non idem periculum καρκίνωμα adfert, niſi imprudentia curantis agitatum eſt. Id vitium fit maximè in ſuperioribus partibus, circa faciem, nares, aures, labra, mãmas fœminarum. Et in iecore aũt, aut ſplene hoc naſcitur. Circa locũ aliqua quaſi puncta ſentiũtur, iſq; immobilis, inæqualis tumet, interdũ etiam torpet. Circa eum inflatæ venæ quaſi recuruãtur, hęq; pallent aut liuent, nonnunq̃ etiam in quibuſdam deliteſcunt. Tactuſq; is locus, aliis dolorẽ affert, in aliis eum nõ habet. Et nonnunq̃ ſine vlcere durior aut mollior eſt, q̃ eſſe naturaliter debet, nõnunq̃ iidẽ omnibus vlcus accedit. Eam vſurpat dictionem Hip. lib. 5. Epid. (p. 342. 48.) καρκίνωμα περὶ τὸ στῆθος ἐγένετο. carcinoma in pectore extitit. Et lib. 7. Epid. (p. 366. 31.) ὁ τὸ καρκίνωμα τὸ ἐν τῇ φάρυγγι καυθεὶς, ὑγιὴς ἐγένετο ὑφ' ἡμέων. Qui carcinoma in faucibus habebat, vſtione à nobis curatus eſt. Καρκῖνος etiam dicitur Hip. lib. 2. Epid. (p. 318. 31.) ex populari appellatione, qui in oris vlceribus ſuboritur. ἀπὸ γαστρὸς ταραχῆς, ἢ ἀπὸ βηχὸς, καρκίνου γενομένου, τὸ στόμα πικραίνεται. Ex alui perturbatione aut tuſſi cancro oborto, os amarũ redditur. Eſt & καρκῖνος σύμφυτος in Coac. Præn. (p. 440. 18.) cancer innatus, qui cũ ſemine à parentib. in ſucceſſionem tranſit, & inter ξυγγενῆ νοσήματα, h. e. congenitos morbos reponitur. Καρκινοῦσθαι, quod eſt in cancrum verti, Erot. apud Hip. σκληρύνεσθαι exponit, indurari, indureſcere. Legitur aũt li. περὶ γυν. φύσ. (p. 218. 44.) γυναικὶ ὅταν ὑστέραι σκληραὶ γένωνται καὶ ἐς τὰ αἰδοῖα ὀξέχωσι, καὶ οἱ βουβῶνες σκληροὶ γένωνται, καὶ καῦμα ἐν τοῖσιν αἰδοίοισιν ᾖ, καρκινοῦσθαι ἄρχεται. Mulieri vbi vteri indureſcunt, & in pudenda prominent, inguina indurantur, ardorq́; in pudendis inſit, cãcri initia ſuſpecta ſunt. lib. 2. περὶ γυν. (p. 280. 8)

vbi

vbi iſta repetuntur. καὶ καρκινοῦται πάντα, omnia in cancrum vertunt. Sed pro σκληραὶ Corn. ξηραὶ legit lib. περὶ γυν. φύσ. cùm tamen lib. 2. περὶ γυν. σκληραὶ retinuerit. Rurſus libr. 1. περὶ γυν. (p. 244. 34) καρκινωθῆναι τὰ ἕλκεα dicũtur, q̃ canceroſa euadũt & in cancrũ tranſeunt.

Κάρος grauis & altus ſopor dicitur, eſtq́; cerebri affectus repentinam ſenſus & motus priuationem inducens, ſpirandi tamen facultate illæſa. Sic.n. ſcribit Gal. com. ad aph. 5. li. 5. κυρίως λέγεται κάρος ἡ παντὸς τοῦ σώματος αἰφνίδιος ἀναισθησία καὶ ἀκινησία. κάρος propriè vocatur totius corporis repentina ſenſus motusq́; priuatio. Quem ſanè affectum per ἀφωνίαν ſępè exprimit Hip. Illi enim conſuetum eſſe ibid. ſcribit Gal. τοὺς ὁπωσοῦν καρωμένους, ἀφώνους nominare. Idem quoq; Gal. cap. 2. li. 4. de loc. aff. κάρον vocari ſcribit, cùm quis ita affectus eſt, vt neq; ſenſus neque motionis munere fungatur, haudquaq̃ tamen læſa ſpirãdi facultate. fieriq́ue ſola anteriore cerebri affecta, conſentiente tñ medio cerebri ventriculo, vt inde quoq; ἡγεμονικαὶ actiones vitiẽtur. Quòd ſi ſopor huiuſmodi adeò vehementer ſpirationem opprimat, vt quis vel magno conatu vix ſpirare poſſit, eorũ more qui per grauem ſomnũ ſtertere ſolent, tunc apoplexiã nominari. Atqui ſolutæ apoplexiæ creberrimè ſuccedere ſolere vocatã paralyſim. Caro verò & ſopore finito, bonam valetudinẽ magna ex parte ſubſequi. Eoq́; modo ab apoplexia caros diſtinguitur, non ſecus ac eũ ab epilepſia, catalepſi & catocho ibidem diſtinguit, illiusq́; cauſam facit frigidum ac craſſum omninoq́; viſcidũ humorẽ. Idem quoq; lib. de ſympt. diff. cap. 5. κάρον τῆς φανταστικῆς παράλυσιν, h.e. imaginatricis facultatis veluti reſolutionem quandam facit. Et com. 2. in lib. de art. (p. 603. 1.) κάρος τὸ πάθος μετ' αἰσθήσεως μόνης κινήσεως τοῦ ἀνθρώπου, ἢ παρακολουθεῖν ἑαυτῷ ποιοῦσιν, ἀλλὰ τόν γε λογισμὸν καὶ τὴν μνήμην καὶ τὴν αἴσθησιν ἅμα, καὶ τὴν καθ' ὁρμὴν κίνησιν διαφθείρει: κάρος affect⁹ eſt ita vt neq; ſentiat, neq; moueatur homo, neq; intelligat: ſed & rationẽ, & memoriam & ſenſum & motum quoq; qui ex appetitione fit, corrumpit. At verò com. 2. in Prorrh. (p. 190. 17.) κάρον ꝑ graui & profundo ſomno ſumi interdum indicat Gal. (βαθὺν καὶ δυσέγερτον ὕπνον, altum & excitatu difficilem ſomnum vocat) qui humoris benigni copia grauatum cerebrum ſignificat, quiq; ſua qualitate nõ nocet, ſed profundũ & inexpugnabilem ſomnum excitãt, quale quid ebriis ac vino madentib. euenire ſolet, eumq́; κάρον interdum bono eſſe fatetur, ac in quibuſdã ægris magnum auxiliũ attuliſſe huiuſmodi profundum ſomnum, qui tribus ac quatuor diebus vigiles permãſerant. Sæpius quoq; & in infantib. eiuſmodi ſomnũ ſuperuenientem, nõ vno die ſolùm, verùm etiam & duobus deinceps diebus, magno implis cõmodo fuiſſe, idq́; ſe cõſpexiſſe ſcribit. Eſt & alter κάρος νοσώδης, qui ſemper damno eſt, vbi cerebrũ frigidi & humidi qualitate vitioſi copia redundat, aut pituita repletur, ſenſationesq́; delet. Atque is à veterno parũ differt, ſed κῶμα aut καταφορὰν refert, & δυσδιέγερτος κατάστασις dr̃. q̃d his verbis teſtat̃ ibi Gal. ὅταν δὲ ὑπὸ φλέγματος ὁ ἐγκέφαλος ὑγρανθῇ καὶ ψυχθῇ, τὸ κατὰ τὰς ληθαργικὰς διαθέσεις ἔσται κῶμα, καὶ καλοῦσι ὀξέσι τῶν βουλομένων καὶ τὸ κάρον· ἔνιοι δὲ, ὅταν ἀκίνητος καὶ ἀναίσθητος ὁ ἄνθρωπος ἐπὶ χρόνον ἱκανὸν ᾖ κείμενος, κἂν νύττῃς αὐτὸν, κἂν πλήττῃς, κἂν ἐμβοᾷς, ὀνομάζουσι κάρον, ὁποῖος ἐνίοις γίνεται τῶν πληγέντων σφοδρῶς τὴν κεφαλὴν κατὰ τοὺς κροταφίτας μῦς. ὁρᾶται δὲ πολλάκις ἡμῖν καὶ κατὰ τὰς πυρετώδεις νόσους ἐν ἐπισημασίαις, καθ' ἃς οὔτε νυττόντων, οὔτε βαλλόντων οἱ κάμνοντες αἰσθάνονται, καὶ πολλὰ μάλιστα βοώντων. vbi verò cerebrum à pituita tũ humectatũ, tum refrigeratũ extiterit, κῶμα aderit q̃d veternoſas affectiones ſequitur, ipſumq́; ſi lubet κάρον vocare poteris. Nonnulli aũt, vbi æger tum motu, tum ſenſu aliquandiu priuatus fuerit, etiãſi eum pungas, vel ferias, vel inclames, κάρον appellãt, qualis quibuſdam contingit percuſſo vehementer capite ad tẽporales muſculos. Sępius quoq; nobis cernitur in febrilium morborũ ſignificationibus, in quib. ne ſtimulãtes quidem aut ferientes, aut multùm inclamitantes ægri percipiunt. Gal. etiam li. 13. Meth. med. (p. 182. 12.) καταφορὰς βαθείας, h.e. profundas in ſomnum delationes q̃ ab humore frigido nõ putreſcente fiunt, & abſq; febre, diuidit in ἀποπληξίας, κάρους & κατοχάς. Eas.n. quæ putreſcentem habent humorem frigidum & cum febre coniunctæ ſunt, λήθαργον afferre ſcribit. κάρος grauatio vocatur Aurel. cap. 5. lib. 3. acut. vt & grauedo Plin. cap. 13. lib. 25. Quod.n. de Mandragorę malis dixit Dioſc. cap. 76. lib. 4. τὰ δὲ μῆλα ὀσφραινόμενα καὶ ἐσθιόμενα καρωτικά. grauedinem etiã afferunt olfactu, dixit Pl. Et Erot. apud Hip. καρώδες, καρηβαρίαν, ἢ καρωτικὸν exponit, h.e. capitis grauitatem & ſoporem inducẽs. Quib. verbis nimirum locũ Pror. mihi exprimere videtur (p. 190. 14.) τὸ καρῶδες ἀεί γε πανταχοῦ κακόν. animaduertẽdum eſt num ꝓfundus ac altus ſopor vbiq; damnari debeat. Q̃d etiam repetitur in Coac. Pr. (p. 429. 4) αἱ μετὰ κάρου ἀφωνίαι, vocis defectiones cum alto ſopore, conuulſionem minantur, in Prorrh. (p. 210. 29.) & in Coac. Pr. (p. 431. 23.) αἱ ὑποκαρώδεες ἀφωνίαι, vocis defectiones altum quẽdam ſoporem habentes. Rurſus in Pror. (p. 204. 2) & Co. Pr. (p. 441. 4.) τῇσιν ἐπιφόροισι καρηβαρικαί, καρώδεα μετὰ βάρεος γινόμενα, φλαῦρα. In vterum gerentibus capitis dolores cum alto ſopore & grauitate, malo ſunt. Ac rurſus in Prorr. (p. 216. 11.) τὰ ὑποκαρώδεα ἰκτερώδεα οὐ πάνυ αἰσθανόμενα. In his qui quodãmodo alto ſopore aut morbo regio detinẽtur, nec admodum ſentiunt. καρώδεα ὄμματα dicuntur oculi ſopore affecti, aut ſtupore rigentes & defixi, quales catocho & catalepſi laborãtibus, li. 7. Epid. (p. 357. 40.) (pro quo καθαρώδεα legitur li. 5. Epid. (p. 342. 45.) in eodem exemplo.) ἀτενίζοντες καταφερομένῳ ὀφθαλμοὶ etiam dicuntur ibi (v. 9.) oculi ſopore grauato rigẽtes. In capitis vulnerib. exquirẽdum monet Hip. Pror. 2. (p. 418. 36) εἰ κατέπεσεν ὥνθρωπος, ἢ εἰ ἐκαρώθη, num qui lęſus fuit conciderit, num ꝓfundo ſopore correptus fuerit. Et rurſus li. de vul.

cap.(p.448.8) καὶ ἢν ὁ ζωθεὶς καρωθῇ, καὶ σκότος περιχυθῇ καὶ δῖνος, ἢ καὶ πέσῃ. rum ſi æger alto ſopore detẽtus fuerit, aut tenebræ oculis offuſæ, aut vertigo ꝑhenderit, aut conciderit. Qđ dixit Celſ. cap.4. lib.8. num conciderit, num ſine ſenſu quaſi dormiens iacuerit. lib. de art. (p.600.56.) πληγαὶ κρόταφοι καὶ καρῶσαι αἱ κροταφῖτιδες ζῶναι), tẽporum vulnera periculi plena ſunt, & altũ ſoporem inferũt. Rurſus ib. (p.603.3) de muſculis temporalib. & maſticatoriis, καρώδεες γὰρ οἱ μύες οὗτοι, καὶ ἀλλοιούμενοι καὶ ἐντεινόμενοι παρὰ φύσιν. Hi nanq; muſculi ſoporem altum inuehunt, cùm aut ꝑter naturam intenduntur, aut alterantur. Iterumq; ib. (p.602.47) κάρωσις νωθρὴ dr̃ ſegnis & torpida grauatio ac ſopor, aut ſtupor cum inexpugnabili dormiendi neceſſitate, quẽ infert maxilla vtraque parte luxata cũ vitæ ꝑiculo, niſi ꝓmptè reponatᷣ. Nos tardãtem altum ſoporẽ dixim⁹, κάρωσιν aũt Cæl. Aurel. grauationẽ vocat c.3. li.4. tard. paſſ. dr̃ & ὑποκαρωθεὶς ægr.4. li.3. Epid. altiſſimo ſopore aliquantulũ detẽtus.

Καρπὸς pro ſemine ſæpe vſurpatur Hipp. in lib. περὶ γυν. & li. περὶ ἀφόρων (p.299.15.) γλυκυσίδης τὺς μέλανας καρπὺς τρίβων. pœoniæ nigra ſemina trita. Quod dicit li. περὶ τῶν ἐντὸς παθ. (p.207.2.) γλυκυσίδης καρπῶ δέκα κόκκους. ſeminis pæoniæ grana decem. Rurſus ibid. (p.206.48.) καρδάμου καρπός. naſturtii ſemẽ. Et (p.212.28) ὑοσκυάμου καρπός, hyoſcyami ſemen, & li.2. de morb. (p 149.7.) Et rurſus ib. (p.154.42.) δαυκῶ καρπὸς καὶ κενταυρείης, dauci & cẽtaurii ſemen. Et li.2. περὶ γυν. (p.266.5 & 7.) καρπὸν τῶ ὄφιος ſerpentis ſemẽ ad vteri ſuffitus vſurpat.

Κάρτα apud Hip. ſignificat valde, vehementer. Gal. com.3. in lib. de rat. vic. in morb. ac. (p.79.22 ἐπεὶ καὶ κάρτα προσέθηκε, ὅπερ σημαίνει ταὐτὸ τῷ λίαν καὶ σφόδρα. Verùm κάρτα adiecit, quod idem qđ λίαν & σφόδρα, h.e. admodum & vehemẽter ſignificat. Rurſus (p.83.) δηλοῖ καὶ γὰρ τὸ κάρτα πολλά, τὸ λίαν πολλά. κάρτα πολλά, h.e. valdè multa, λίαν πολλά, ſupra modũ multa ſignificar.

Καρυκοειδέα, ὕφαιμα exponit Gal. in Exeg. hoc eſt ſubcruenta, nimirum locum lib.4. Epid. (p.331.4.) ſubindicans, vbi legitur, οἷσι τὰ μέλανα κατ' ἀρχὰς διῄει, ὑπόπεργα, καρυκοειδέα, quib. circa initia nigra demittebantur, aliquãrulum fœculenta, & cõdimentis ex ſanguine apparatis affinia. Qđ cùm de excremẽtis dicatur, ea ſubcruẽta fuiſſe indicat, quæq; ſanguinẽ aſſatum colore referrent, aut q̃ καρύκῃ ac cõdimẽtis ex ſanguine apparatis eſſent affinia. edulia ex ſanguine cõfecta colore referẽtia dixit Corn. Eſt aũt καρύκη & καρυκεία, intriti genus & conditurę ratio ex ſanguine cũ variis deliciis & cõdimentis ſumptuosè apparata. λύδιον ἔδεσμα ποικίλον ἐξ αἵματος σκευαζόμενον explicat Gal. in Ex. h. e. Lydium quoddã edulium ex ſanguine variè apparatum. Nã & καρύκην Lydorum eſſe inuentum teſtatur Athen. li.12. (p.254) ad delicias cõparatum, illiusq; conditurã ad cõdimentorum ſcriptores refert. Etſi vitiosè apud Athen. καρύκκη pro καρύκη ſcribitur. Erot. quoq; ex hoc Hip. loco καρυκοειδέα exponẽs, καρύκην eſſe ſcribit, εἶδος ὑποτρίμματος, ἐκ πλειόνων ἀρτυμάτων συντιθέμενον, h.e. intriti genus ex variis condimentis apparatum, ex Philocratis Samii & aliorum authoritate. Vnde & καρυκεύειν eſſe addit, τὸ περιέπειν καρύκην φασίν, αἱματώδη τὴν χρόαν ἔχουσαν, h.e. καρύκην & eiuſmodi intritum ꝑmiſcere aut condire, qđ ſanguinem colore refert. Quam ob cauſam ẽt nonnulli colore decepti, καρύκην eſſe αἱματίαν Græcis dictã cenſuerunt. Etſi καρυκεύειν τὸ περιέπειν καὶ ἀναδεύειν ſimpliciter ſignificat, & de omni exquiſito apparatu & cõditura effertur. Et Heſychio καρύκη exponitur περίεργος ζωμός. βρῶμα λύδιον ἐξ αἵματος καὶ ἄλλων ἡδυσμάτων συγκείμενον, ἀφ' οὗ τὸ συμπεριέπειν καὶ ἀναδεύειν, καρυκεύειν φασί. Verùm illi per duplex κ ſcribitur, vt & καρυκκεύειν, ἀρτύειν, ἡδύνειν. Sic Varinus ex Suda καρύκην eſſe ſcribit βρῶμα λύδιον ἐκ πολλῶν ἡδυσμάτων συνεστηκός, καὶ αἵματος. Et εἶδος ὑποτρίμματος ἐκ πλειόνων ἀρτυμάτων συντιθέμενον, vnde καρυκεύειν τὸ περιέπειν. Idẽ καρύκην eſſe vult ἕψημά τι ἐκ πολυτελοῦς σκευασίας συγκείμενον, decoctum aliquod exquiſitè apparatum, verùm addit, δι' αἵματος καὶ ἀρτυμάτων ποικίλων, h.e. ex ſanguine & variis cõdimentis. Vnde etiam pro exquiſita & ſumptuoſa conditura, aut concinnè apparata καρύκη ſumitur, ꝙ λύδιον βρῶμα ἐκ πολυτελῶν, ſumptuoſum aut exquiſitũ eduliũ Lydium Didymo eſſe dicatur & delicatum, à Lydiis omni lux⁹ genere diffluẽtibus. Sic Plutarch. li.4. ſympoſ. probl. queſt.1. ἐν κανδύλαις καὶ καρύκαις, h.e. in exquiſitis ac delicatis condimentis aut eduliis, nõ tam varietatem q̃ ſuperfluitatem & curioſitatem reponẽdam cenſet. Eſt aũt (vt obiter etiam moneã) κάνδυλος, delicatus Lydorũ cibus, qui & κάνδαυλος dicitur Athẽ. lib.12. & κανδύλη li.1. καρύκην aũt quidam ἀπὸ τῶ καρύου dictam eſſe volunt, & ꝙ nigrum colorem referat, qualis eſt nucũ decoctarum color, aut ſanguinis exaſſati & per ſedem reiecti, vt in hepaticis videre eſt. Eaq; notione καρυκώδη excrementa vocat Actuar. li.5. Methodi, in iis qui taurinum ſanguinẽ recẽtem ebiberunt, ꝙ iis recrementa deponantur, q̃ ſanguinem aſſatũ & cõcretum referunt, coloreq; nigricantia, aut ꝙ cõdimentis ex ſanguine apparatis ſint affinia. Ea nãq; coctura colorem nigrum accipiunt. Qui quidem Actuarii locus ex Dioſc. depromptus mihi vr̃, ideoq; nõ ingratiis illi eſſe reſtituendus. Qđ enim ſcribit Dioſc. de taurino ſanguine lib.6. c.25. ἀκούετ' ἢ τοῖς βεβρωμένοις ἀποδίδοται διὰ τῆς ἕδρας καὶ ῥοώδη, ꝙ iis excrementa ꝑ aluum fluida efferri ſoleãt, nullum genuinũ ſenſum habet. Et Actuar. pro καὶ ῥοώδη καρυκώδη legiſſe videtur, vt ſenſus ſit, iis qui ſeruãrur ſolere ꝑ ſedem demitti recrementa καρυκώδη, h.e. cõdimẽtis ex ſanguine apparatis affinia, aut ſanguinea & nigra, qualia ſunt q̃ ſanguinẽ concretũ, exaſſatũ, aut ẽt cõcoctum referũt. Eſt ẽt καρυκεία & καρύκευμα, vt καρύκη, varia q̃dam ciborum cõditura, ex deliciis & tragematis apparata. Quõ ꝓ varia, ſumptuoſa, ac ſuperflua cõditura ſumitur Gal. li.4. de ſan. tu. (p.260.4) in medicamẽti diatriõ pip. apparatu

cùm

tùm ſcribit. ἐπὶ τοῖς δ' οὕτω διῃρημένοις ὕδωρ, καὶ τὸ δι' ἐγχέλεων πεπέρεως, ὅπου μὴ πάνυ φαρμακῶδές τι καὶ ποικίλως σκευασθῇ. καθάπερ οἱ πολλοὶ τῶν ἰατρῶν σκευάζουσι τὸ αὐτὸ, δίκην καρυκείας τινὸς, ἢ συὸς ἀγρίου πρὸς δὴ οὕτως τῶν θαυμασίων ὀψοποιῶν ἐσκευασμένου. Accommodatum verò ſic affectis eſt diatrion pipereon, vbi non admodum medicamentoſum fuerit, aut variè apparatũ, ſicuti plæriq; medici ipſum componunt ad inſtar variæ cuiuſdam & exquiſitæ mixturæ (καρυκεί-αν vocãt) aut apri à mirificis iſtis coquis conditi. Rurſusq; ib. (p.264.45.) προσαγορεύω δὲ λευκὸν ζωμὸν, ὅπου ἄνευ ὀδμῆς τι καὶ πολὺ δὴ μᾶλλον τῆς ἄλλης καρυκείας σκευασθῇ, ἀνήθου τε καὶ ἁλῶν ἐμβληθέντων εἰς ὕδωρ σὺν ἐλαίῳ καὶ πράσῳ βραχεῖ. Ius album voco cùm abſq; carne, ac multò magis ſine ſuperflua aut exquiſita quadam conditura (καρυκείαν vocãt) apparatum fuerit, tum anetho, tum ſale in aquã cum oleo & porri exiguo cõiectis. Vbi tamen Linacer ἄνευ τυροῦ legit. Eadem etiam notione ſumitur καρυκεία apud Plutarch. orat. 2. περὶ σαρκοφαγίας, cùm ſcribit, ἀλλοκότοις μίγμασι καὶ καρυκείαις λοιπὸν αὐτῶν τὴν σάρκα ὀψοποιοῦντες. alienis temperamentis & quibuſdã delicatis condimentis earum carnem ad opſonium apparantes. Intrita quidã intelligunt & miſcellas, aut offas farreas, quibus fartores alites ſaginant. Alii delicatam quandam condituram cum ficubus, carycis, & offis farreis aut turundis ſumi volunt, quibus farciendas gallinas pręcipiunt, vt melius earum pulpa gliſcat. Gal. quoque initio lib. 2. de diff. pulſ. Sophiſtarum διάλεκτον qua vterentur, cõfuſam & ex variis linguis mixtam & corruptam, καρύκην, h. e. variam & ſuperfluam quãdam mixturam vocat. Monendum porrò videtur Exegeſeως Gal. lectioné mihi videri corruptam, & ex duobus capitib. vnicum confici debere, hoc modo. καρυκοειδέα, ὑφαιμα. καλοῦσι δὲ αὐτὰ ἰδίως οἱ ἰατροὶ, καὶ καρύκην λύδιον ἔδεσμα ποικίλον, ἐξ αἵματος σκευαζόμενον. Sic enim καρυκοειδέα excrementa Medicis vocari antea abundè docuimus.

Καρφαλέον, aridum, ſiccum ſignificat, & καρφαλέον δέρμα ſæpè dicitur Hipp. cutis arida, ſicca, vt aph. 12. lib. 6. Epid. ſect. 6. καρφαλέον καὶ περιτεταμένον τὸ δέρμα, cutis arida & circumtenſa. Et rurſus ibid. aph. 15. οἷσι δέρματα περιτέταται καρφαλέα καὶ σκληρά. Quib. cutis arida & dura obtẽditur, qđ repetitur aph. 71. li. 5. Gal. quoq; li. 2. de diff. ſpir. (p.184.73.) δέρμα καρφαλέον, τὸ ἀπεξηρασμένον, h. e. reſiccatam cutim exponit, ex li. 3. Epid. poſt ſt. peſt. ægr. 15. Sic τὸ δέρμα πᾶν καρφαλέον cutem totam ſqualentem in tetano ponit Aret. li. 1. cur. acut. cap. 5. Et lib. 1. de diff. feb. (p.327.35.) in febre hectica cũ marasmo τὸ δέρμα ἐσχάτως καρφαλέον extremè reſiccatam cutim ponit Gal. τῷ καρφαλέῳ, ἀραιὸν καὶ χαλαρὸν, laxum & rarũ opponit Hipp. humidum verò Gal.

Καρφολογεῖν eſt feſtucas aut paleas legere, quod eſt phreniticorũ ſymptoma, vt ſcribit Gal. com. 1. in Progn. imaginatione læſa. ἀποκαρφολογεῖν dicit Hip. in Prog. (p.28.31.) τὰς χεῖρας ἀποκαρφολογούσας, manus feſtucas colligentes Gal. quoq; li. 4. de loc. aff. (p.288.33.) in delirio qđ ſibi adhuc puero febre ardẽte laborãti obtigit, ſe κροκυδίζειν καὶ καρφολογεῖν ſcripſit, h. e. floccos euellere & feſtucas colligere.

Καρχήσιον carcheſium vertunt quidam, ſed malim carcheſia. Latini. n. ſic vocant extrema mali nautici foramina quę rudentes excipiunt. Lucilius mali carcheſia ſumma dicit apud Nonium. Quod ferè iiſdem verbis imitatus eſt Catull. καρχήσιον exponit Gal. in Ex. τὸ ἐπ' ἄκρου τοῦ ἱστοῦ τὸ ἔχον τροχιλίαν. (ſic enim mihi leg. videtur) h. e. partem ſummi mali in quo eſt trochlea. Athen. li. 11. δειπνοσ. (p.234) καρχήσιον dici ſcribit τὸ πρὸς τῇ πτέρνῃ τοῦ ἱστοῦ. Polluci verò cap. 9. lib. 1. τὸ πλησιαῖτερον τοῦ ἱστοῦ τὸ πρὸς τῇ κεραίᾳ dicitur ἠλακάτη, θωράκιον καὶ καρχήσιον. Heſychio quoq; καρχήσια exponuntur τὰ κέρατα τὰ ἐπάνω τῶν κατωτέρων τοῦ πλοίου, καὶ τὰ ἄκρα τῶν ἱστῶν, in quo ſummę malorum nauticorũ partes intelliguntur. At καρχήσιοι dicuntur Gal. in Exeg. οἱ ἐπὶ τῶν καρχησίων τεταμένοι κάλοι, expanſi in extremitate mali rudẽtes nautici, ex quibus vela dependẽt. Idem com. 3. in li. de art. (p.615.44.) τοὺς κατὰ τὸ ἄνω πλευτὸν τοῦ ἱστοῦ κάλους, h. e. rudentes qui è ſummo malo demittũtur, καρχησίους dici ſcribit. vbi eam dictioné Hip. exponit. ἀπὸ μέν τινος πύργου ἀφιείς, ἢ ἀπὸ τοῦ ἱστοῦ καταπεπηγότος καρχήσιά τε ἔχοντος. Ex turri tñ aut malo defixo, in quo inſint carcheſia. Eſt & καρχήσιος βρόχος, carcheſius laqueus Oribaſio li. de laqueis, vel ſimplex, vel duplex, cuius ẽt meminit Gal. cõ. 1. in li. de art. (p.536.24.) deligaturæ genus duab. habenis conſtans, vim habens æqualiter extẽdendi, nomen à fune nautico, qui in ſummo nauis malo habetur, accipiens. Eſt ẽt καρχήσιον poculum quod deſcribit Athen. lib. 11. & carcheſia Bacchi pocula dixit Virg. lib. 5. Æn. & lib. 4. Georg.

Κασίης καρπὸς vſurpatur Hip. ad potiones hyſtericas lib. περὶ γυν. φύσ. (p.220.22.) Κασία duplex numeratur Gal. lib. 3. κατὰ τόπ. (p.188.36) cuius vſus eſſe poſſit cinnamomi inopia. Vna ζιγὶρ nominata, altera μοσυλῖτις. Idem lib. 1. de antid. (p.434.40) probatiſſimam eã dicit τὴν γιζὶ, deinde ẽt τὴν μοσυλῖτιν vocatam. Vbi γιζὶ eam vocat, q̃ ζιγὶρ dicitur lib. 3. κατὰ τόπ. & ζιγεὶρ Dioſcor. Sũt aũt hæc barbara (vt ſatis apparet) vocabula. Κασσιώτης Erot. apud Hip. τὴν συκαμίνον exponit, κινούμενον ἀπὸ κασσίου ὄρους, ſi modo vera eſt lectio. κάσιον ὄρος in Ægypto ſcribitur & vrbs eiuſdẽ nominis Steph. li. περὶ πόλεων.

Κάσσυμα idem qđ κάττυμα & calceamentum aut calceum ſignificat. lib. 5. Epid. (p.339.25.) ὁ σκυτεὺς κάσσυμα κεντῶν. Sutor calceum aſſuẽs, ſoleas veteramẽtarias, dixit Corn. Sunt aũt καττύματα, vt explicat Ariſtoph. Schol. coria quæ calceis muniendis ſubiiciuntur, ſoleas dicunt. Vnde ſudores καττύοντες & καττυόμενοι ꝓpriè dicuntur Polluci cap. 20. li. 7. & καττύματα calceamentorũ partes ſunt. Idẽ rurſus c. 22. καττύματα calceamẽti genus leue eſſe dicit, vt pes ferè puluerẽ attingat. ſoleã dicũt.

Καταβιβάζειν eſt deducere, ꝓmouere, demittere, vt γυναικεῖα καταβιβάζειν muliebria deturbare, promouere, in Prorrh. (p.214.26.) κοιλίην ex-

ponit Gal. καταβιβάζειν eſt καθαιρεῖν, vt καταβιβάζοντες καθαιροῦντες exponuntur Heſychio.

Καταβλακεύειν, negligenter & ſegniter curare, ignauum eſſe & tardum ad aliquid, li. de art. (p.629.39.) καταβλακεύουσι τῆς διορθώσιος τοῦ σώματος, in dirigendo corpore negligenter ſe gerunt. Rurſus ibid. (v.41.) καταβλακεύουσι τῆς ἐς τὸ ἰθὺ ὁδοιπορίης, rectam ambulationem ſegniter curant. Vbi Gal. καταβλακεύουσι, ἀμελοῦσι καὶ καταῤῥᾳθυμοῦσι exponit, h.e. negligũt & ſegniter habent. Quem locũ mihi ẽt ſubindicare videtur in Exeg. cùm καταβλακεύουσιν, καταλιγωροῦσιν explicat, quod eſt parui pẽdunt, parum curant. Heſych. quoq; καταβλακεύειν καταβλακεῖν, ῥᾳθυμεῖν, ἢ ἀκμαίως ῥᾳθύμως exponit. At pro καταβλακεύουσι καθεύδουσι dicitur in Mochlico (p. 508.11.) vt ſit καταβλακεύειν καθεύδειν, pigrari & ſegniorem eſſe in aliquid agendo.

Κατάβλημα quod iniicitur aut applicatur ſignificat, eoq; nomine dicitur ligamentum Hip. quod exterius parti iniicitur ad deligationẽ conſtringẽdam. Lib. de art. (p.604.40.) κάπειτα περὶ τὸ μέτωπον ὀθονίῳ καταδῆσαι· καὶ κατάβλημα χρὴ εἶναι, ὥσπερ νομίζεται, ὡς ἀτρεμέῃ τὰ δεσμά. poſteaq; frõti faſcia circunducẽda eſt, q̃ omnibus aliis iniici dbt, vt fieri aſſolet, quò vincula im̃ota maneãt. Vbi κατάβλημα vocare Hip. ſcribit Gal. τὸ μετὰ πάντων ἔξωθεν ἐπιβαλλόμενον, εἴτε τῶν καλουμένων περιζωμάτων, εἴ τι τῶν ὁμοίων εἴη τι. quod ſupra omnia extrinſecus iniicitur, ſiue ſit ex fimbriis vocatis, ſiue quid eiuſdem generis. Quem Hipp. locum mihi ẽt ſubindicare videtur Gal. in Exeg. cùm κατάβλημα exponit περίβλημα ἐξ ἐπιμελείας ἕνεκα τοῦ σφίγγειν τὰ ὑποκείμενα, circumiectum data opera vinculũ aut amiculum, ad ea quæ ſubiecta ſunt cõſtringẽda. Sic enim leg. eſſe apud Gal. monemus noſtris in li. de art. Annot cùm συνέχειν paſſim pro σφίγγειν nullo ſenſu legatur. Dicitur ἐπίβλημα Paulo, quod eſt ſuperiectamẽtum, & exponitur δεσμὸς ἕτερος περιβληθεὶς τῷ μετώπῳ, h.e. aliud vinculum frõti circumiectum. Eſt autem καταβάλλειν demittere, deiicere, applicare. Sic τὰς χεῖρας πρὸς αὐτὸ τὸ σῶμα προσκαταβάλλειν, dixit Hip. lib. de art. (p.615.4.) manus iuxta ipſum corpus demittere, aut demiſſas applicare, & iuxta corpus demiſſas teligare. Καταβάλλειν σφᾶς αὐτοὺς dicit ẽt Hip. lib. de nat. hum. (p.5. 20.) qđ eſt ſeipſos ſubuertere & oppugnare ἀλλά μοι δοκέουσιν οἱ τοιοῦτοι ἄνθρωποι αὐτοὶ σφᾶς αὐτοὺς καταβάλλειν ἐν τοῖσιν ὀνόμασι τῶν λόγων αὐτέων ὑπὸ ἀσυνεσίης. Verùm hi mihi vidẽtur præ inſcitia in ſuarum rationum nominibus ſeipſos ſubuertere, obruere, euertere ac proſternere, h.e. ſuis ipſorum, quib. in diſſerendo vtuntur, ſermonibus, prę imperitia in errorem detrudere. Sic quoq; καταβάλλειν δόξαν, opinionem ſubuertere dixit Gal. com. 1. in lib. de nat. hum. (p.12.10.)

Καταβρογχίζειν & καταβροχθίζειν, quod eſt deglutire, deuorare, vide in βροχθίζειν & βρόγχος antea.

Καταγνύειν vide κατεαγνύειν antea.

Καταγλισχραίνειν, viſcoſum efficere ac reddere ſignificat, & dicitur de iis q̃ ſputum viſcidum, ideoq; ad eductionẽ difficilius reddunt. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.75.6.) de mulſa· ἔχει γὰρ σμηγματῶδές τι, ὃ μᾶλλον τοῦ μετρίου καταγλισχραίνει τὸ πτύελον. habet. n. detergens quiddam, quod plus q̃ par eſt viſcidum ſputũ reddit. Qđ quidem de mulſa impropriè ab Hip. dici ſcribit Gal. Neq; enim mulſa ſputũ viſcidum efficit, ſed ob leuem quã habet detergendi vim, viſcidum fieri ſinit, neque ab ea quicq̃ ad eductionem confertur. Sic enim τὸ μᾶλλον τοῦ μετρίου καταγλισχραίνει τὸ πτύελον, μᾶλλον τοῦ μετρίου πολλάκις ἐπιτρέπει τὸ πτύελον καταγλισχραίνεσθαι. h.e. ſæpe plus æquo viſcidum fieri ſputum permittit. Sic quoq; ἐπιγλισχραίνειν dicitur, qđ eſt inſuper viſcoſum reddere, quo ibidem etiam ſcribit Hip. (p.49.38.) de denſa ſpiratione, ὅτι δὲ πυκνὸν ἐὸν ἐπιγλισχραίνει τὸ πτύελον. is verò [ſpiritus] vbi creber extiterit, ſputũ inſup viſcidum reddit. Eadem notione dicitur πτύελον καταγλισχραινόμενον, Hip. ibid. (p.48.42.) ſputum abũdè glutinoſum redditũ. καταγλισχραίνεσθαι enim τὸ ἐσχάτως καὶ ἄκρως γλισχραίνεσθαι, h.e. extremè aut ſummè viſcidum reddi, ibidem exponit Gal. præpoſitione glutinoſitatis ac dictionis vim augente.

Καταγλυφὴ cauum exſculptũ ſignificat, aut ſculpturam & inciſurã, vt lib. de art. (p.656.20. 21.& 22) ἔχειν δὲ κατὰ μέσον τὸ ξύλον καὶ καταγλυφὴν χρὴ βαθυτέρην καὶ τετράγωνον ὡς τριῶν δακτύλων, καὶ ἐς μὲν τὴν καταγλυφὴν ταύτην, ὅπου δοκέει προσδεῖν ξύλον, ἐμπεγνύναι ἐναρμόζον τῇ καταγλυφῇ, τὸ δὲ ἄνω στρογγύλον. In medio verò altè exſculptum cauum in quadratã figurã ad tres ferè digitos, lignum habere oportet, in quod, vbi opus eſſe videbitur, lignum cauo accõmodatum, ſuperiore autẽ parte teres, defigatur. In Mochlico quoq; (p.511.27) ἐν μέσῳ δὲ τετράγωνον καταγλυφήν. In medio verò cauum in quadratã figuram exſculptũ eſſe debet. Rurſus ib. (v.25.) καταγλύφους vocat (etſi melius καταγλυφὰς legi videatur vt noſtris in eum li. Annot. monemus) foſſulas & cauitates per medium ſcamnum excauatas aut inciſas, quas καπέτους dici libr. de art. antea diximus.

Κάταγμα, fractura aut fractio, eſt in oſſe continui ſolutio, vt in carne ἕλκος, vt ſcribit Gal. libr. de conſt. art. med. (p.36.28.) & initio lib. 4. Meth. med. Idem quoq; cap. 5. lib. 6. Meth. med. vnitatis in oſſe ſolutionis, propriũ nomẽ κάταγμα Medicis eſſe ſcribit. Quod ẽt teſtatur his verbis cõ. 2. in li. de art. (p.609. 5) ἡ δὲ συνεχείας ἡ λύσις ἕλκος μὲν ἐν σαρκώδει μορίῳ, κάταγμα δὲ ἐν ὀστῷ καλεῖται. τὸ δὲ ἐν χόνδρῳ γενόμενον οὐκ ἔχει ἰδίαν προσηγορίαν, καταχρησάμενος ὁ Ἱπποκράτης τῷ τοῦ κατάγματος ὀνόματι προσηγόρευσεν. Cõtinui ſolutio in carne quidẽ vlcus, in oſſe verò κάταγμα, h.e. fractura vocatur. Vbi autẽ in cartilagine cõtingit, cùm proprium non habeat nomen, eã κατάγματος nomine abuſus Hipp. appellauit. Sic. n. ab eo de aure ſcribitur. ἢν δὲ οὖς καταγῇ, ἐπιδέσιες πᾶσαι πολέμιαι. At verò auri fractæ vinculum õe inimicum eſt. Quod ẽt mihi ſignificare videtur Iſagoges autor, hoc quoque ſubindicato Hip. loco, (p.389.50.) cùm ſcribit. καὶ οὖς δὲ καταγνυσθαι φησὶν Ἱπποκράτης, ὅτι καὶ ὁ χόνδρος ὀστοῦν μιμεῖται, καὶ διεστηκεν πως

τῷ

ὅ) δοκεῖ ἐς τὸ ἀρχαῖον σχῆμα. Aurem frangi dicit Hipp. quoniã & cartilago oſſis ſpeciẽ imitatur, neq; facilè in priſtinã figurã reſtitui videtur. Idẽ quoq; (p. 387. 35.) in auriũ morbis κάτηγμα recẽſet. Eſt etiam ꝓpriè κάτηγμα in capite caluariæ diuiſio, vt his verbis teſtatur Paulus lib. 6. cap. 90. ἴδιον δὲ τὸ ἐν τῇ κεφαλῇ κάταγμα, διαίρεσις ἐστι τοῦ κρανίου, ποτὲ μὲν ἁπλῆ, ποτὲ δὲ πολυσχιδὴς, ὑπό τινος ἔξωθεν βίας γινομένη. κάταγμα in capite peculiariter eſt caluariæ diuiſio, interdum ſimplex, interdũ etiã multifida, quæ ex vi quadã exteriore cõtingit. Cuius etiã ſpecies quinq; ponit, ex Iſagoges authore. Κάταγμα etiã Hippocrati ſumitur ꝓ vulneris per cãdens ferramẽtũ facti foramine, lib. de art. (p. 590. 55.) ſi modò vera eſt lectio. Sic enim ſcribitur, ὑπαλείφειν ποιχοῦ λεπτοῦ δεῖ πυρὶ διὰ τῶν καταγμάτων. tenue ſpecillũ, quo ad illinendũ vtimur, p ambuſta foramina traiicere oportet. Verùm lectionẽ iſtã ſuſpectã eſſe ibi ſcribimus, & καυμάτων cum interpretibus, aut τρημάτων legendũ ſuſpicamur. καταγμάτων verò differẽtias vide apud Gal. cap. 5. lib. 6. Meth. & apud Gorrhæum, qui etiam καταγματικὰ medicamenta quænam ſint explicat.

Καταγυιοῖ apud Hip. exponit Gal. in Exeg. εἰς ἐσχάτην ἀσθενείας ἄγει, hoc eſt, extremè debilitat, & ad ſumã imbecillitatẽ dicit. Nimirũ locũ lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 77. 10.) ſubindicãs, vbi de mulſa ſcribit: κατηγόρηται δὲ μελικρήτου ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ὡς καταγυιοῖ τοὺς πίνοντας. Dãnata eſt autẽ ab hominib. mulſa, quòd ſuo potu ad extremã imbecillitatẽ deducat. καταγυιοῦν nanq; dicũtur, hoc eſt, extremè debilitare aut eneruare, quæ vires euertũt, vt ſanguinis eruptio, deiectio multa, ſudor immodicus, & p accidẽs cibi abſtinẽtia, vt ibidẽ ſcribit Gal. Eandẽ quoq; dictionẽ vſurpat Hipp. lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 282. 24.) ἢν δὲ αἱ ὀδύναι καταγυιῶσιν. Quòd ſi dolores ſummè debilitẽt, ad extremã imbecillitatẽ deducãt. Sic enim leg. apparet, cùm paſſim vitiosè καταγυιῶσι legitur. Poteſt etiã καταιγίζωσιν legi, hoc eſt, ingruãt, aut cũ impetu irrũpãt, vt etiã legit̃ poſtea (p. 289. 12.) Rurſus lib. περὶ ἀδένων (p. 57. 46) ἄμφω δὲ ἐν ὀδύνῃσι καταγυιοῦ τὴν φύσιν. amboq; magna moleſtia naturã frãgũt & eneruant. Vbi tamẽ καταγυιοῖ habẽt exẽplaria publicata.

Καταγωγὴ, duct⁹, deductio, ſedes & manſio. Lib 7. Epid. (p. 352. 49.) κατὰ ταύτην τὴν καταγωγὴν, ſecundum hunc ductum, hoc eſt, circa totam vẽtris regionẽ & ſedẽ, velut ſi quis vmbilicũ attrectãs, manum in totum ventrẽ deducat.

Καταδαρθεῖν eſt indormire, ſomnũ capere, verbũ Ariſtop. familiare præcipuè, vt Nub. & Pluto. Significat autẽ maximè ἐν δέρμασι κοιμηθῆναι, h. e. in pellib. dormire, vt ſcribit Ariſtoph. Schol. q & annotat Atticos καταδάρθειν dicere. Vtit̃ Hip. lib. 5. Epid. (p. 359. 3.) νυκτὸς κατα-δαρθεῖν, noctedormiens. Et lib. 3. περὶ διαίτης (p. 103. 3.) ἔπειτα καταδαρθεῖν, deinde dormiat. καταδαρθεῖν, κοιμηθῆναι exponit Heſychius.

Καταδέξασθαι, recipere, ſuſcipe, ſuſtinere, de cibo ſumpto dicit̃ Hipp. lib. 7. Epid. (p. 359. 1.) πόμα καταδέξασθαι καὶ χυλόν, potionẽ recepit & ſucci ptiſanæ nonnihil.

Κατὰ δίκην, iuſto modo ſignificat, iurè, ꝓ merito, vt par eſt. Lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 244. 41.) οὐ χωρέει [τὰ λοχεῖα] κατὰ τὴν δίκην. neque iuſto modo ꝓcedant. Rurſus ibidẽ. (p. 248. 23.) μήτε ἡ κύστις μήτε ἡ κοιλίη διεξιέναι οὖρον τε καὶ κόπρον κατά τι δίκην. neq; veſica, neq; aluus vrinam & ſtercus, vt par eſt, ꝓcolarint. Et lib. περὶ καρδίης (p. 55. 14.) παλινδρομέει δὲ κατὰ δίκην. meritò autem recurrit. Lib. de cap. vuln. (p. 446. 9.) κατὰ δίκην ꝓ æquè, eodẽ modo, eadem ratione, aut æquo iure accipi videtur. ἐκ τουτέων θάνατος γίνεται κατὰ τὴν δίκην, οὐ δὴ ἐν χρόνῳ. ex his mors etſi conſequitur, nõ æquo tamen modo, aut eodem iure contingit. hoc eſt, non æquè aut ſimiliter pereũt qui poſteriore capitis parte vulnus acceperũt, & qui anteriore, quòd hi celerius, illi tardius pereant.

Καταδουλοῦν eſt in ſeruitutem redigere, ſubiugare. Lib. de fract. (p. 552. 56.) ἀνάγκη καταδουλοῦται τὴν γνώμην, neceſſitate hominũ ſpirit⁹ frãguntur, aut animus ſubigitur, ac ſuccumbit.

Καταιγίζειν eſt cum impetu ferri, ingruere & vehemẽter irruere, ꝓprieq; de vento aut procella vehemẽter irruente aut cum impetu irrumpente dicitur, & ex tranſlatione ad alia transfertur. Quã dictionẽ vſurpat Hippocr. lib. 3. de Morb. (p. 160. 8.) καὶ πρὸς μὲν τὰς ὀδύνας αὐτὰς, ὁκόταν καταιγίζωσι. & ad dolores ipſos vbi cũ impetu ingruerint aut irruerint. Rurſus ibidem. (p. 163. 43.) ὁκόταν δὲ καταιγίζωσιν αἱ νοῦσοι, vbi morbi cum impetu irruũt. Et lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 289 12.) ἢν ὀδύναι καταιγίζωσιν ἐξαπιναίως. ſi dolores repẽte ingruerint, aut repẽtini irruerint. Quæ certe mihi quodammodo exprimere videtur Erotianus cùm καταιγίζωσι, τρίψωσι explicauit, & adſcripſit καταιγίζειν τὸ τρίβειν dici, melius tamẽ καταιγίζωσι, ὁρμήσωσι, hoc eſt, impetũ fecerint, ſignificare, παρὰ τὸν αἰγίοχον, ab Ægiocho Ioue. αἰγίοχος nanque Iuppiter dicitur Homero ſæpe, ꝙ Ægida habeat aut cõcutiat. Vbi αἰγίδα Erot. nõ à pelle caprina, aut ab Amalthæa capra dici innuere velle videtur, verùm ab ἀΐσσω ꝙ ſignificat vibro, aut cõcutio, vt ægis dicat̃ ὅπλον quoddam Iouis à Vulcano ei fabricatũ, quo vẽtorũ turbines & ꝓcellas ciet. Quo ſanè reſpexiſſe mihi videt̃ Homer⁹ Ιλ. ρ (v. 266.) Ζεὺς δὲ αὐτὸς Κρονίδης ὑψίζυγος, αἰθέρι ναίων, Αὐτὸς ἐπισσείῃσιν ἐρεμνὴν αἰγίδα πᾶσι. Iuppiter autẽ Saturnius in alto æthere habitãs. In ipſos omnes nigrantẽ ægida vibrabit. Et Virgili⁹ eũ imitat⁹ id ꝓpius expſſit lib. 8. Æn. cùm ſcribit, Arcades ipſũ Credũt ſe vidiſſe Iouẽ, cũ ſæpe nigrãtẽ Ægida cõcuteret dextra, nimboſq; cieret. Αἰγὶς igit̃ idẽ ꝙ καταιγὶς aut καταιγὴς ſignificat, ꝓcellã, & ὀξεῖαν πνοὴν exponit Heſych. & ab ἀΐσσω deductũ videtur, aut ab ἤιγμαι præterito medio τοῦ ἀΐσσω, vt vult Euſtath. Dicit̃ quoq; πόνος καταιγίζων Hippocrati lib. 7. Epid. (p. 357. 49.) dolor cũ impetu irruẽs, aut vehemẽter incidẽs. καὶ ὀδύνη ἐς καταιγίζων ἐς ἥβην καὶ κοιλίην, dolor in pubẽ & vẽtrẽ cum impetu irruẽs. Quẽ locũ Erot. ſubindicari ſcripſimus, cùm πόνος καταιγίζων, ἀπὸ τῆς προσβολῆς ἐμπίπτων, h. e. vehemẽter incidens, eſſe explicat. Qui etiã addit καταιγίζειν dici ἀπὸ τῆς

καταιγίδας, ἤγουν ἐπὶ βιαίας καὶ αἰφνιδίους ἀνέμων ἐμπτώσεις, violentus ac repentinus ventorum impetus. Dicitur etiam καταιγὶς Heſychio, ἐπιφορὰ ἀνέμου σφοδροῦ καὶ ἡ τῶν ὑδάτων ζάλη, vehementer irruens ventus cum aquarum turbine, hoc eſt, procella.

Κατ' ἶξιν è directo ſignificat, aut ſecundum rectitudinem & directionem, aut rectum tramitem. Gal. Com. ad aph. 20. lib. 1. κατ' ἶξιν κατ' εὐθυωρίαν exponit, hoc eſt, recto tramite aut ductu, & Com. ad aph. 21. κατ' εὐθὺ τοῦ πεπονθότος μορίου, hoc eſt, è directo partis malè affectæ. Idem Com. 1. in lib. 6. Epid. (p. 443. 18. & 21.) κατ' ἶξιν Hippocrati κατ' εὐθυωρίαν ſignificare ſcribit, & Com. 1. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 47. 55.) Quod etiam repetit Gal. Com. in ſent. 17. lib. 2. de Humoribus. Idem lib. de Cur. per ſang. miſſionem (p. 24. 23.) τὸ δὲ κατ' ἶξιν ὅτι κατ' εὐθὺ λέγεται πᾶσιν ὡμολόγηται, ἐφ' ᾧ καὶ αὐτοὶ κεχρήμεθα πολλάκις ἐπὶ τοῦδε σημαινομένου τῇ κατ' ἶξιν φωνῇ. Quòd κατ' ἶξιν dicat quod è directo eſt, omnibus in confeſſo eſt, cùm ſæpius hac voce in ea ſignificatione vtatur. Et lib. 2. de Cur. ad Glauc. (p. 211. 35.) τὸ γὰρ κατ' ἶξιν ὑπ' αὐτοῦ λεγόμενον, αὐτὸ τοῦτ' ἐστὶ τὸ κατ' ἰσότητα. Quod ab ipſo κατ' ἶξιν dicitur, hoc ipſũ eſt ſecundum æqualitatem. Ea autem dictione crebrò vtitur Hippocr. vt aph. 10. ſect. 2. lib. 6. Epid. & lib. 2. Epid. (p. 315. 28.) vbi in morbis & naturæ motibus ſemper directionem ſpectandã eſſe præcipit Hippocr. Rurſus aph. 5. ſect. 1. lib. 6. Epid. ναρκὴ μηροῦ τοῦ κατ' ἶξιν. femoris quod è directo reſpondet, ſtupor ſentitur. Et ægr. 3. lib. 1. Epid ἔπαρμα τὸ πρῶτον σπληνὸς κατ' ἶξιν, primùm tumor è directo lienis ea ortus eſt. Et ægr. 3. lib. 3. σπλὴν ἐπήρθη. μηροῦ ὀδύνη κατ' ἶξιν. Lien ſublatus intumuit. femur è directo reſpondens dolor prehendit. Rurſus lib. 4. Epid. (p. 332. 34) τὸ οὖς κατ' ἶξιν τοῦ σπληνὸς καὶ τοῦ πλευροῦ, ἤλγει, auris è directo lieni & lateri reſpondens, doluit. Et rurſus ibidem (v. 40.) ἔπειτα δὲ καὶ αἷμα ἐκ τοῦ κατ' ἶξιν σμικρὸν ἐῤῥύη. deinde etiam paulum ſanguinis è directo profluxit. At Erot. vbi σπληνὸς κατ' ἶξιν ex his Hippocr. locis exponit, Bacchiũ & Glauciam Hippocr. interpretes reprehendit, & κατ' ἶξιν non vna notione apud Hipp. ſumi contendit, ſed κατ' ἶξιν σπληνὸς, κατὰ συνέχειαν ſignificare ſcribit, hoc eſt, ea continuatione. Lib. verò κατ' ἰητρεῖον (p. 680. 8.) & lib. de fract. ἶξιν τοῦ ἕλκεος (p. 562. 10. & 40.) aut fracturæ extremum, aut ἕλκεος ἄφιξιν, hoc eſt, ipſam vlceris rectam proceſſionem, à qua vinculorum mouendorum aut iniiciendorum, tum etiam adhibendarum ferularum ratio iniri debet, & ſecundum eam motionis initiũ aut finis procedere. Quod certe mihi innuere videntur hæc intricatiſſima Erotiani verba, quæ hoc modo legenda videntur. ἐν δὲ τῷ κατ' ἰητρεῖον, καὶ τῷ περὶ καταγμάτων φησὶν, ἶξιν τοῦ ἕλκεος, τὸ κατάγματος τὸ πέρας, τουτέστι τὴν ἄφιξιν κινήσεως, ἤτοι ἀρχὴν πέρας κινήσεως. Et hæc explicatio Hipp. locis optimè mihi quadrare videtur, vt noſtris in lib. de fract. Annotat. monemus, vbi etiã quinam mihi de hoc Erot. loco ſenſus ſit nõ obſcurè profiteor. Nã & obſcuriſſimus & planè deſperatus mihi videtur, ſi codicũ noſtrorũ ſenſum ſequamur, & alia lectio Hippocrati eſt affingẽda, quàm quæ publicè eatar, & tũ edititiis, tũ manu exaratis codic. eſt cõteſtata. Cæterùm admonet etiã Erot. τὴν ἶξιν lib. 2. & 4. Epid. ἀντὶ τῆς εὐθυωρίας ſumi. Reliqua plurima quæ ad hãc dictionẽ pertinẽt, vide in Ἶξις antea.

Καταναύματα, ambuſta, incẽdioſę quędã puſtulæ ac ambuſtiones in cute ex vſtulatione enatę, aut humorũ acrimonia cutẽ cõcalfactu lãcinãre erũpentes. Quales ſolent ſæpe fieri in ſumma corporis putredine & febrib. ardentibus ac malignis, φλυκταινίδας ὥσπερ πυρικαύστους, puſtulas iis ſimiles quę in ambuſtis fiunt, vocat Hip. initio lib. 2. Epid. In Coac. Præn. (p. 428. 23.) in febrib. ardentib τὰ ἐξέρυθρα ἐν ποσὶ καταναύματα, pręrubra in pedibus ambuſta annotantur.

Κατακεκλιμένοι dicũtur qui morbo fracti ſunt, & virib. exolutis decũbũt. In Prorrh. (p. 192. 9.) τοὺς κωματώδεας ἐν πυρετῷ κατακεκλιμένους, hoc eſt, eos qui ex febre exoluti aut fracti decũbunt, ſi ſopore rẽtentur, purgare vetat. Vbi tamen exemplaria omnia κατακεκλασμένους legũt. Sed nos cũ Gal. κατακεκλιμένους legimus, quos ἐκλύτους idẽ explicat. Κατακλινὴς etiã dicitur Hip. qui ea morbo decũbit, & idẽ quod κατακλιθεὶς, aut κλινήρης, aut κλινοπετὴς ſignificat, quib. τὸ ὀρθοστάδην ἀποχλεῖσθαι opponitur lib. 1. Epid. Lib. 3. Epid. ægr. 2. poſt ſt. peſt. ἐκ χρόνου δὲ πολλοῦ πρὸ τοῦ τόκου πυρετώδης ἦν κατακλινής. Ea longo tamẽ ante partum interuallo, ex febre decumbebat.

Κατακεκρεμαμένον κάτηγμα, ſuſpenſa fractura & quæ dependet, lib. de fract. (p. 558. 28.) ἢν μὴ ἄγαν τις πιέζῃ τὸ κάτηγμα, ἢ κατακεκρεμασμένον ἔχῃ. niſi quis fracturam valde comprimat, aut ſuſpenſam teneat, niſi fractura dependeat.

Κατακερματίζεσθαι eſt in minutas partes diſſolui, diſſipari & dirimi. Hip. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 98. 14.) de febrili calore qui initio rõtractus, poſtea in totum corpus diſſoluitur, diſſipatur & in minutas partes dirimitur. καὶ πάλιν ἀνάλογον λυομένου τοῦ πυρετοῦ καὶ κατακερματιζομένου, ἐς τοὺς πόδας καταβαίνει. Rurſusque cùm febris ſoluitur & in minutas partes diſſipatur, ea proportione ad pedes deſcendit.

Κατάκλασις ὄμματος, oculi pfractio, puerſio, diſtorſio, aph. 19. ſect. 1. lib. 6. Epid. Sic enim exponit Gal. ὅταν διαστρέφηται τὰ βλέφαρα, cùm palpebrę puertuntur, illudq; alterius muſculorũ oculos claudẽtiũ conuulſionẽ aut reſolutionẽ indicat. κατακεκλασμένα βλεφάρων, dicitur in Progn. Κατακλάσιες τῶν ἄρθρων etiã articulorũ pfractiones dicũtur aph. 18. ſect. 1. lib. 6. Epid. & cõfractiones in ęgris cùm articuli puertũtur, diſtorquẽtur, neq; ꝓbè cõſiſtũt, ſed vehemẽter reducũtur & implicãtur, aut latiſſimè diſiiciũtur, multum diſpergũtur ac ꝓiiciuntur. Quod expſſit in Progn. Hip. p τὰ σκέλεα ἰσχυρῶς συγκεκαμμένα καὶ διεῤῥιμμένα, hoc eſt, crura admodum reducta & diſperſa, vt explicat Gal. in Comment. Eſt & κατάκλασις ὄμματος, oculi perfractio, aut etiam κατάκλεισις, obſeratio

obſeratio aut cõcluſio, in Prorrh. (p.194.43.) vtrunq; enim agnoſcit Gal. quorũ alterum muſculorũ palpebras claudentium robur, alterum aperientium imbecillitatẽ indicat. αἱ. καταπεκλασμέναι ἐν τῇσι κινήσεσι μετὰ ἀδυναμίης dicuntur in Coac. Prænot. (p.440.35.) ad motus impotentes & perfractę, quæ exolutis & languentibus ſunt viribus, animali facultate humorũ copia grauata, quales ſunt delaſſatę, & ad motiones pię languore ineptę. Sunt & καταπεκλασμένοι καυματώδεες ἐν πυρετῷ, in febre æſtuoſi ac perfracti, lib. περὶ ἑπταμήνου (pag. 534.44.) qui ex Prorrh. antea καταπεκλασμένοι dicti ſunt. Καταπεκλασμέναι αἱ φωναὶ, voces diſtortæ, peruerſæ, perfractæ, dici vidẽtur Coac. Prænot. (p.431.13.) quemadmodum κατέκλασεν διαστροφήν exponit Gal. etſi eam oculis attribuit Hippocr. in Epidemiis, nec ſatis propriè ad vocẽ referri videatur. Sed quẽadmodum καταπεκλασμέναι φωναὶ dicũtur lib. 3. Epid. (in ſt. peſt.) αἱ διεστραμμέναι, ſic hoc loco puerſę aut diſtortæ voces, etſi minus aptè, nõ tamen omninò abſurdè dicentur, quæ à planis, ſuauibus, & communi vocum ratione deflectũt, aut quæ ex muſculorũ laryngis conuulſione aut reſolutione, interceptæ ſunt, velut eliſæ ac cõfractæ. Poſſunt & raucæ aut aſperæ intelligi, ex diſtillatione in vocis inſtrumenta, quæ cõtinenti humiditate rigua minimè ſonoras & claras voces edunt, ſed quas vulgus Gallicum nõ ineptè quaſſas vocat, vt noſtris in eum locum Annotat. ſcribimus.

Κατακλύσματα ſunt infuſa, & alui per infuſa elotiones, quæ pituitæ & bili ex inteſtinis eluẽdæ ſunt accõmodatę. Lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (p.33.15.) τοῖσι δὲ ἐμέτοισι χρῆ καὶ τοῖσι κατακλύσμασι τῆς κοιλίης ὧδε χρῆσθαι. Vomitibus autẽ & infuſis aluũ eluentibus hoc modo vtendũ. Κατακλυσμοὺς etiam vocãt Medici aquarum eluuiones quas partibus corporis imbecillis adhibent, aquatũ illiſiones appellat Aurelianus cap. 1. lib. 1. Tard. Paſſ. & aquatũ riuos cap. 1. lib. 2.

Κατακορὴς aut κατακόρως abũdè, in plenum apud Hippocr. ſignificat. & de excrementis dictũ, ſyncerè admodũ bilioſum, aut exquiſitè bilioſum indicat, vt lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.76.57.) κατακορέστερα μᾶλλον τοῦ καιροῦ, plus æquo bilioſa excrementa dicũtur, aut abunde bile ſyncera colorata aut tincta, quæ ibidem Gal. exponit ἱκανῶς ἄκρατα χολώδη, τὰ πυῤῥὰν ἢ ξανθὴν ἔχοντα καὶ παχεῖαν χολήν. ſyncerè admodũ bilioſa, bilẽ ſcilicet ruffam vel flauã craſſãq; habentia. Eadem ibidem paulò pòſt Hippocrati dicũtur, μᾶλλον τοῦ καιροῦ κατακορέως χολώδεα, plus iuſto bile ſaturata. Vbi Gal. κατακορέως χολώδη, ἱκανῶς τοιαῦτα, hoc eſt, abundè bilioſa explicat, aut ἀκράτως χολώδη, hoc eſt, ſyncerè bilioſa. In Coacis quoque Prænot. τὰ κατακορέα per ſe, hoc eſt, ſine humoris aut coloris expſſione, bile admodũ colorata recrementa ſignificant, aut merè bilioſa, (p.443.46.) καὶ τὰ κατακορέα πονηρὰ, mala quæ bile abunde tincta ſunt, aut bile ſyncera ſaturata. Et κατακορὲς ποικίλον διαχώρημα (ibidem verſ. 34.) vocat abunde varium alui recrementum, aut abunde & variè bile coloratum. Sic Galenus in Exeg. (his nimirum expreſſis locis) ſcribit Hippocratem κατακορέα vocare τὰ ἀκρατόχολα διαχωρήματα meræ & syncerę bilis per aluũ recremẽta. Eadem quoque adiuncta bilis appellatione ſæpe κατακορέα χολώδεα vocat, vt bilioſi humoris intenſionẽ denotet, & abunde bilioſa ac in plenũ bile exaturata excremẽta ſignificet. (κατακορὲς enim rei cui addit' intẽſionẽ & affectionẽ valde promouet, vt ſcripſim' noſtris in lib. 1. & 2. Epid. Annotat.) Lib. 1. Epid. ægr. 2. ἀπὸ δὲ κοιλίης τῇ πρώτῃ. χολώδεα, ἄκρητα, ὑπόφρω κατακορέα, πολλὰ διῆλθεν. Primo die ex aluo bilioſa, ſyncera, ſpumãtia, affatim colorata aut abunde ſaturata multa pdiere. Et ruſus ægr. 4. διαχωρήματα χολώδεα, κατακορέα. deiectiones bilioſæ, in plenũ & affatim coloratæ. Et lib. 5. Epid. (p.340.29.) χολώδεα ἤμεσε κατακορέα, bilioſa abũde colorata vomitione reiecit. Quod etiam repetitur ibidem (p.342.41.) & lib. 7. Epid. (p.357.36.) Sic κατακορὴς χολὴ bilis affatim ſyncera & abunde colorata, hoc eſt, meraciſſima & impensè flaua dicitur lib. 5. Epid. (p.341.35.) κατακορέα χολὴν πολλὴν ἤμεσε, bilẽ multam ſyncerã aut abũdè coloratã vomitione reiecit. Quod etiam repetitur lib. 7. Epid. (p.362.14.) Et Gal. χολὴν κατακορῆ τῇ χροιῇ, in plenũ colore ſaturatã bilẽ aut meraciſſimã intelligit, vt & κατακορῆ μέλαιναν χολὴν, bilẽ atrã impermixtã & ſyncerã vocat Com. 3. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.81.33.) κατακορέα etiã χολὴν, ſyncerã bilem in hepatis morbis dicit Aretæ' inprimis vetuſtus author, cap. 13. lib. 1. περὶ χρον. παθ. Hinc κατακορὲς φάρμακον, medicamentũ huiuſmodi meracã admodũ bilem deiiciens intelligitur Hip. lib. 5. Epid. (p.336.34. & 35.) Sic enim Gal. in Exeg. φάρμακον μάλιστα κατακορὲς, ἢ διὰ τὸ κινούμενον ὑπ' αὐτοῦ χυμὸν, ἢ διὰ τὴν ἰδίαν χρόαν, exponit, medicamentũ κατακορὲς dici exiſtimãs, aut ꝓpter vacuatũ ab eo humorẽ, aut ob propriũ colorem. Idẽ etiã στήθεα κατακορέα, τὰ ὑπὸ τοῦ χυμοῦ γεννώμενα, exponit, pectus admodũ bilioſum intelligẽs, ꝙ huiuſmodi ſyncerã bilẽ gignit, etſi quidã τὰ λάσια, hoc eſt, hiſpidũ accipiant. Quibus verbis locũ lib. 2. Epid. (p.318.2.) mihi ſubindicare videtur. ὧν κατακορέα τὰ στήθεα, ψελλοί. Qui pectus admodũ bilioſum habẽt ii balbutiũt. Eadẽq; notione τὰ ἄνω κατακορέα ibidẽ dicũtur (p.318.14.) partes corporis ſuperiores admodũ bilioſæ, aut ſuperius ventris oſculũ exqſitè bilioſum. Et κατακορέες ἄνθρωποι ſimiliter dici Hip. annotat Gal. hoc eſt, abũde bilioſos, aut ſyncera bile abũde coloratos. Sic enim κατακορὴς cũ ad hominẽ refert, exquiſitè bilioſum indicat, vt lib. 4. Epid. (p.330.10.) ὁ ἐν τῷ σκυτείῳ ἡμοῤῥάγησε κατακορής. Qui in ſutrina erat & bile plurimũm abũdabat, ſanguinẽ è naribus ꝓfudit. Et lib. 2. Epid. (p.318.3.) οἱ τραυλοὶ, ταχύγλωσσοι, μελαγχολικοὶ, κατακορέες. Balbutientes & volubilitate linguæ præditi, ii melancholici & admodum bilioſi ſunt. Sic ἰκτερώδεις κατακορέες nominantur Hippocrati, qui aurigine admodum fœdati ſunt & largius colorati, Lib. 4. Epid. (p.

328.38.) & Coac. Prænor. (p. 425.24. & 49.) quales qui ex morbo regio multa & ſyncera bile ſuffuſi ſunt. κατακορέως ἰκτεριώδεις dicuntur lib. 4. Epid. (p. 428.30.) & Aretæo cap. à nobis prius adducto, vt & κατακορέα οὖρα in ictero idem adſcribit, hoc multa & ſyncera flaua bile abunde colorata vrinas, ea dictione coloris intenſionem denotans. Quomodo κατακορὴς δίψα dicitur lib. 7. Epid. (p. 355.2.) ſitis vehemens & ſummè intenſa. Sic enim explicat Gal. in Exeg. ἰσχυρῶς δὲ ἢ δίψαν τὴν κατακορῆ, τὴν ὑπὸ ξηρᾶς ἢ τοῦ τοιούτου χυμοῦ γεγονυῖαν σφοδρὰν, ἢ εἰς ἄκρον ἐπιτεταμένην. Vocat autem alicubi ſitim κατακορῆ vehementem videlicet quæ ex bile ſyncera orta ſit, aut ſummè intenſam. Neque abſimili notione βὴξ κατακορὴς lib. 7. Epid. (p. 357.21.) tuſſim vehementem, admodum intenſam & grauiter vexantem ſignificat. ἡ δὲ βὴξ, ὅτε μὲν ἐξέλιπεν, ὅτε δὲ κατακορὴς ἦν μετὰ πνιγμοῦ πολλοῦ. Tuſſis verò interdum quidē relinquebat, interdū etiam intendebatur vehementer cum multa ſuffocatione. Ruſuſq; ibidem (p. 358.31.) ἡ βὴξ ἔχουσα μὲν ἐκ καταρρόου ἢ πρότερον, τότε δὲ ἦν κατακορής. Et tuſſis detinuit, quæ quidem etiam antea ex deſtillatione aderat, tunc verò valde intenſa erat. Sic etiam κατακορὴς ὕπνος ibidem ſomnum profundum aut abundè ſuppetentem ſignificat, vt qui peruigilio opponatur, (p. 352.57.) τὸν δὲ λοιπὸν ἅπαντα χρόνον, κατακορὴς ὕπνος, ἐγείρειν ὀργῇ: Toto verò deinceps tempore tam abūde ſomnus ſuppetebat, vt ægrè excitaretur. Et κατακορὴς ῥύσις nimiam & exundantem ac immoderatam ſanguinis profuſionem indicat, lib. περὶ ἰητρ. (p. 13.28.) οὐ γὰρ οἷόν τε τὴν ῥύσιν γενέσθαι κατακορῆ. Sic enim nunquā fiet immoderata profuſio. Agitur de varicibus & venis quibuſdam, in quibus anguſtas ſectiones fieri præcipit, metu nimiæ ſanguinis profuſionis. Sunt tamen qui κατακορῆ ῥύσιν illic ſumunt moderatum fluxum, vbi tātum ſanguinis fluit quantum ſatis eſt, & vertunt; Non enim fieri poteſt moderata ſanguinis ꝓfuſio, nempe cùm nimia fiat, & plus quàm par ſit profundatur. Sic Cornarius dixit. Neque enim poſſibile eſt, vt in his fluxio ſiſtatur. Malim tamen κατακορῆ de nimia & largiore dici profuſione, quemadmodum aliàs ſæpius apud Hippocr. κατακορὴς plenam ſatietatem & abundantiam indicat. Sic κατακορὲς αἰθηρὸν ἐρύθημα, in plenum aut abunde florulentus rubor dicitur de malarū rubore. lib. 7. Epid. (p. 354.10.) ἐπὶ γνάθοισι ἐρύθημα οὐ κατακορὲς, ἀλλ' ἐπανθοῦν αἰθηρόν. malarum rubor non in plenū, ſed leuiter floruleorus, hoc eſt, non intenſus ſed moderatus. Et lib. περὶ καρδίης (p. 54.45.) καρδίη χροιῇ δὲ κατακορὴς φοινικέη, cor colore eſt impensè rubro aut purpureo, & abunde exaturato. Quemadmodum πορφύρα κατακορὴς vocatur Gal. lib. 2. de Elem. (p. 57.50.) purpura colore abūde ſaturata & plena, & colore rubro in tantum referta vt ferè nigricet. Sic Aretæo πτύσιες κατακορέος αἵματος, in plenū & abūde cruentum ſputum dicitur in Pleuritide cap. 10. lib. 1. περὶ ὀξ. παθ. Et ξανθὸν κατακορέος αἷμα, ſanguis exactè flauus cap. 2. lib. 2. περὶ ὀξ. παθ. & κατακορέως λεῖον, exactè læuorem habens (ibidem) & ὑπόχολον κατακορές, exactè aut exquiſitè bilioſum ſputum cap. 5. lib. eiuſdem. Non ēdum porrò mihi videntur hæc verba quæ in quibuſdam Galeni Exegeſeos exemplaribus leguntur, valde & omninò ſuſpecta eſſe [ἀκατάπαυστον ἢ ἀκαλύπτην, κατακορεῖς]. In melioribus namq; & vetuſtioribus codicibus nullo modo adſcribuntur.

Κατὰ κουρὰν expoo it Galen. in Exeg. τὴν ξυροῦ τὴν τομὴν, hoc eſt, per nouaculę ſectionē, aut cultri raſorii inciſuram. Idemq; adſcribit Dioſcoridem exiſtimare ita melius ſcribi debere, non κατὰ κορυφὴν κυρώδεῖαν τομὴν. quod eſt iuxta verticē detonſa coma. (Etſi illud κυρώδεῖαν τομὴν, mihi valde ſuſpectū eſt, ac velut explicatio quædā κατὰ κορυφὴν eſſe videtur, pręſertim cùm in quibuſdā exemplaribus δυνατοῖς addatur) Hincq; τὸ κείρειν dici, quod eſt tōdere aut ſecare, quemadmodū etiam Theophraſto ἡ κυρεαζομένη ἐλάτη, αἱ ἐκ τῆς τομομένης dicitur, hoc eſt, tonſa abies pro præſecta. Quo mihi loco videtur Gal κουρὰν, nō tam comę per nouaculā raſurā, quàm cultri tōſorii ſectionē, ex Dioſcoride ſignificare velle, vt κείρειν etiam τέμνειν Theophraſti exemplo denotare innuit. Nā & κυρεαζομένη abies ei dicitur quę eſt tōſilis, ſeu quæ attonderi ſolet & deputari, vt & κυρεαζομένη κυπάρισσος cap. 2. lib. 2. de Hiſt. plant. cupreſſus tonſilis aut cædua, quæ ſucciſa regerminat, vt ſcribit Pl. lib. 16. cap. 33. Quòd ſi quonam referatur locus iſte non ſatis explicari poteſt, neque cōiectura noſtra vana eſt (quādo nil pręter eam ad iſtos ſcopulos adferre poſſum) exiſtimo apud Hippocr. locū lib. περὶ ἰητρ. (p. 13.43.) Galeno ſubindicari, qui tamē noſtris in codicibus ſic legitur, ὅταν δὲ κατακρίνειν, κάτωθεν δέχεσθαι. cùm verò pertundere voles, altiùs ſcalpellū adigere oportet. Quo ſenſu etſi genuina eſt receptę lectionis notio, exiſtimo tamen Dioſcoridē κατὰ κουρὰν ꝓ κατακρίνειν legiſſe, hoc ſenſu. Cùm verò ꝑ cultrū raſorium ſectionē adhibere voles, altius adigere oportet. Agitur namq; de cucurbitulis per ſcarificationē admouēdis, in quibus certè plagas altiores & hiantiores requirit Hippocr. Id enim κάτωθεν δέχεσθαι ſignificat ꝙ eſt ex inferiorib. partib. recipere, vt altiores & ꝓfundiores ſectiones fiāt. Quā ad rē gladiolos incuruos, in ſumo nō admodū anguſtos aut acutos, ſed latos adhibet, quales ſunt ſcalpri raſorii. Nā & ſanguinē ex pertuſis locis manifeſtò & expeditè ꝓfluere iubet. Neque tamen eo in loco cōmunē & receptā lectionem non retinendam exiſtimo, quando ea quoq; ſibi optimè cōſtat, quod etiā feciſſe Gal. auguror, q κατακρίνειν quoq; illico ex hoc etiā loco exponit, variæ iſtius lectionis ſcriptionē velut in animi notione reponens.

Καλαρήμενα δὲ dependēte, aut pręcipitem dependēte ſignificat Lib. 2. de Morb. (p. 141.43.) de gurgulione inflammato & intumeſcente. ἢ καλαρήμενα τῇ ἢ γίνεται ἐρυθρὸς, & dependet, & ruber euadit.

Κατακρίνει,

Κατακρούειν, κατασχίζειν, quod eſt diffindere, diſcindere, exponunt Gal. & Erotianus apud Hippocr. Eſt autem ſcalpellum adigere aut defigere, cutem pertundere, ac ſcalpello diſcindere. Lib. de vlceribus (p. 516.46. & 47.) κατακρούειν τὰ οἰδήματα βαθύτερα καὶ πυκνότερα. tumores altioribus & crebrioribus vulnuſculis pertundendi. Et, ἄλλο τι ὅ, τι ἂν κατακρούῃς, οὕτω χρὴ ποιέειν. Id quod in eo quodcunque ſcalpello pertundis eodem modo fieri debet. Lib. περὶ ἰητρεῦ (p. 13.43. & 45.) ὅταν δὲ κατακρούειν, κάτωθεν ἄρχεσθαι. cùm verò pertundere voles, altius ſcalpellum adigere oportet. Et, ἄλλως δὲ οὐδὲ τὸν κύκλον τὸν ἑλκυσθέντα χρὴ κατακρούειν. Aliôqui ne circulum quidem attractum pertundere oportebit. Vbi interpretes ſcarificare dixerunt, vt mihi κατασχάζειν pro κατασχίζειν apud Gal. legiſſe videantur.

Καταλαμβάνειν eſt occupare, detinere, corripere, & καταλαμβάνεσθαι occupari, detineri, morbo corripi aut tentari. Vt καταληπτὸς quod conuulſione tentatur ſignificat lib. de art. (pag. 649.29.) ὅ, τι γὰρ ἂν εἴσω δέκα ἡμερέων ἐμβάλλῃς, τοῦ καταληπτός. Quicquid enim intra decem dies repoſitum fuerit, cõtineri ſolet, aut conuulſione tentari ſolet. Sic enim ſumi poſſe noſtris enim in locum Annotat. ſcribimus. Quo ſenſu etiam σπᾶς καταληπτὸς legitur in membranis manuſcriptis. Et κατέλαβε ἄπαιδα ἀποθανεῖν ex Herodoto annotat Budæus, vt eum ſine liberis decedere contigerit, vt & καταλαμβάνῃ πάντας στρατεύεσθαι, coacti ſunt omnes militare. Vbi καταλαμβάνειν imperſonaliter ſumi videtur. Κατάληψιν Aurelianus apprehenſionem vel oppreſſionem ſenſuum vocat cap. 10. lib. 2. Acut. & cap. 5. lib. 2. Tard. Paſſ. quam per ἀφωνίαν & φλεβῶν ἀπολήψιας intelligit Hippocr. lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 95.54.) De qua vide Gal. cap. 2. lib. 4. de loc. aff. & Gorrhęum. Sunt etiam καταλήψιες Hippocrati venarum comprehenſiones quando vinculis adſtringuntur ad ſectionem, ne lubrico ductu ſcalpellum eludant. Lib. περὶ ἰητρεῦ (p. 13.48.) τὰς δὲ ὅπη τῶν βραχιόνων φλέβας τῇσι καταλήψεσι χρὴ φυλάσσειν. Brachiorũ autem venas vinculo apprehenſas conſtringere oportet, funiculorum apprehenſiones vertit Cornarius, comprehenſionibus captari dixit Caluus. ἀπόληψις φλεβῶν dicitur aph. 3. ſect. 7. lib. 6. Epid. Sic & κατάληψις idem quod ἀπόληψις & interceptio ſignificat, eſtque καταλήψιες τῶν χυμῶν διὰ τῶν ἀγγείων κενουμένων ἀπόληψις, humorum qui ex vaſis vacuãtur interceptio, & κατάληψις οὔρων vt ἀπόληψις. Et lib. 2. Epid. (p. 315.31.) veſica dicitur κατάληψις ἀμφοῖν, vtrorumque viſcerũ, hoc eſt, hepatis & lienis interceptio, cùm viſcera ipſa eluat, velut ſentina quędam corporis publica. Lib. 6. Epid. ſect. 2. aph. 12. ἐγκατάληψις ἀμφοτέρων vtrorumque interceptio. Eſt & κατάληψις in vinculis & deligandi ratione quæ comprehenſio vocatur, vbi vinculum aliquod articulis oblæſis ſuperinijcitur, ad ea quę oblęſa ſunt cõtinenda & comprehendenda. Ea autem obligatio extra dearticulationẽ circuniecta eſt, vt vinculorũ quę ad articulos adhibentur extremitas firmiter cõtineatur. Sic enim accipiẽdum quod ſcribitur ab Hippocr. lib. κατ' ἰητρεῖον (p. 680.57.) περιβάλλειν δὲ καταλήψιος μὲν τὰ περὶ ταῦτα εἵνεκα. Inſuper quoque circundare vinculum quoddã oportet, ad ea quidem comprehendenda quæ circum articulos ſunt. Et quod rurſus ibidem ponitur (p. 681.38.) οἷσι δὲ μὴ ἔστι ἡ κεφαλὴ, τούτοισι ἐν τῷ ὁμαλωτάτῳ τὰς καταλήψιας ποιέεσθαι. In quibus verò hoc non datur, vt in capite, in his quàm maximè æquabili loco comprehenſiones facere oportet. Vbi κατάληψις dicitur de extremitate vinculi, quod vltimò ſuperiectum firmiter reliquas obliquas inuolutiones continet & comprehendit. Sic etiam ibidem (v. 57.) τοῖς ὀθονίοις μὴ εὐκαταλήπτως ἔχειν de his ſcribitur, quæ linteis commodè comprehendi nequeunt. Καταλήψιες etiam ſunt cutis ſub ala comprehenſiones, dum ita digitis apprehẽditur, vt candens ferramentum rectè & ſine noxa immittatur, lib. de art. (p. 592.1.) Ἱκαναὶ αὗται αἱ καταλήψιες, hęque comprehenſiones ſatis ſunt. Vbi Galen. καταλήψεις κατὰ τὸ δέρμα dici ſcribit.

Κατάληψιν etiam ſcribit Gal. lib. περὶ αἱρέσεων τοῖς εἰσαγομένοις (p. 12.18.) eſſe, τὴν ἀληθῆ καὶ βεβαίαν γνῶσιν, veram, firmam & indubitatam rei cuiuſpiam perceptionem & cognitionem. & τὸ καταληπτὸν τὸ γνωστὸν indicare lib. περὶ ἀρίστης διδασκαλίας (p 6.58.) & τὸ καταλαμβάνεσθαι τὸ βεβαίως γιγνώσκειν. Sunt autem ex media Stoicorum palęſtra ducta vocabula, & κατάληψιν cognitionem, perceptionem vertit M. Tullius, & ſi verbum è verbo volumus, comprehenſionem, in Lucullo, vt & τὸ καταληπτὸν cõprehẽſibile, aut quod cõprehendi poteſt, Acad. quæſt. lib. 1. Eſt & in obeunda exercitatione κατάληψις τοῦ πνεύματος, ſpiritus retentio, ad promouenda foras excrementa, muſculorum abdominis & qui circa thoracẽ ſunt robore, lib. 2. ſalub. (p. 242.49.) & lib. 3. (p. 245.27.)

Καταλείφειν Gal. in Exeg. apud Hippocr. καταχρίειν exponit, quod eſt illinere.

Καταλυόμενοι dicuntur qui vitam finiunt, quibus vita deficit, & iam iam morituri ſunt, velut etiam καταλύειν ſimpliciter vitam finire ſignificat. aph. 45. lib. 2. Et κατάλυσις χειρῶν καὶ σκελέων manuum & crurum diſſolutio, aut reſolutio, lib. 4. Epid. (p. 334.18.)

Καταμαραίνεσθαι emarceſcere, de tumoribus qui ſubſidunt, detumeſcunt, remittuntur ac deſinunt, effertur Prorrh. 2. (p. 416.21.) quod καθίστασθαι in Progn. dicitur, οἷσι δὲ οἰδήματα μεγάλα γινόμενα καταμαραίνεται, quibus autem tumores magni ſuborti, deſinunt.

Καταμασᾶσθαι commanducare, dentibus conterere. τὴν γλῶσσαν κατεμασᾶτο, linguam commanducabat, de ægra conuulſione mortua, lib. 5. Epid. (pagin. 340.8.) & lib. 7. Epid. (pag. 362.36.)

Καταματθύσαντες & καταματθίμενος vide in Ματτύεσθαι poſtea.

Καταμήνια, menſtrua, menſtrua purgatio in mulieribus, quæ & fluxus menſtruus dicitur. Lib. de locis in homine (pag. 74.12.) ἡ γυνὴ

γίνεται ῥόος τὰ καταμήνια, fluxus nō contingit menſium nomine dictus. Et rurſus ibidem (verſ. 26.) ὁ γίνεται ῥόος τὰ καταμήνια καλεύμενα, fluxus non fit menſtruus appellatus. τὰ καταμήνια ἄχροα menſes decolores, aph. 36. lib. 5. καταμήνια idem quod ἐπιμήνια ſonant, eaque voce creberrimè vtitur Hippocr. vt aph. 32. 33. 50. & 57. libr. 5. & in tota γυναικείων tractatione, & libr. περὶ φύσ. παιδίου. Horum verò naturam, conditionem & notationem ampliſſimè exponit Gorrhæus. Καταμηνίων λύσιν, ἀντὶ τῆς ἐπίδοσιν, menſtruorum ſolutionem pro aduentantibus aut accedentibus menſtruis dici Hippocr. annotat Erotianus.

Κατὰ μικρὸν, paulatim, ex breuibus interuallis & quaſi aſſiduè. In Coac. Prænot. (pag. 432. 33.) κοιλίη κατὰ μικρὸν ὑπόγλισχρα διαδιδοῦσα, aluus ex breuibus interuallis aliquantum viſcida tranſmittens. Pro quo πυκνὰ καὶ κατὰ μικρὰ ἐπαναστάσιες poſuit in Prorrh. (pag. 215. 19.) cùm videlicet frequenter & ex breuibus interuallis deſurgit æger. κατὰ μικρὰ ταχέως ἔμετοι, pauci & frequentes vomitus, & qui ex breuibus contingunt interuallis, in Coac. Prænot. (pag. 441. 35.)

Καταμύειν, nictare, oculis conniuere, oculos claudere, comprimere. Lib. 7. Epid. (pag. 363. 37.) καὶ πάλιν κατέμυεν, rurſuſque claudebat. Poteſt & καταμύειν de oculis in terram defixis accipi, vt apud Heſych. κατάμυσον κατάκυψον exponitur, quod eſt, oculos in terram defige, inclinata facie deſpice. Vbi κατάμυσον vitioſè legunt exemplaria omnia.

Καταμωλυνόμενα τὰ παρ' οὖς, ſeorſim conquieſcentia ad aures tubercula, quæ ſeorſim diſſipantur, ſedantur & remittunt. κατὰ βραχὺ λυόμενα exponit Gal. quæ paulatim ſoluuntur, in Prorrhet. (pag. 219. 31.)

Καταμώσας exponitur Galeno in Exeg. καθεὶς ἕνεκα τοῦ ζητῆσαι, qui demiſit aliquid inquirendi aut inueſtigandi gratia. Idemque adſcribit factam vocem παρὰ τὸ ματεύειν, quod eſt inquirere aut inueſtigare, vt & τὸ καταματήμενος. Sunt verò qui καταμύσας apud Galen. legant: Sed & καταμάσας legi poteſt à μάσσω, quod eſt, tango, palpo & attrecto, vnde & μάσαι eſt Heſychio ζητῆσαι, & μαστεῦσαι ψηλαφῆσαι, attrectare, aut explorando inueſtigare, & attrectando explorare. Quæ omnia à μάω deduci videntur, vnde etiam καταμώσας erui poteſt. Καταματήμενος autem expreſſum videtur ex libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 192. 30.) vbi tamen καταματευόμενος legitur, aut (p. 194. 48.) vbi etiam καταματεόμενος legitur, (vt dicetur poſtea) Pro quo forte quædam exemplaria καταμώσας adſcripſerunt.

Καταναγκάζεται, ἐκβιάζεται exponit Erotianus apud Hippocrat. hoc eſt, per vim cogitur aut compellitur. Sic enim καταναγκάζειν in luxatis ſæpe vſurpat Hippocr. pro eo quod eſt vi adhibita cogere, compellere, aut ſuo loco reſtituere, vt lib. de fract. (p. 543. 30.) ἀναγκάζειν μὲν χρὴ ἐς τὴν ἑωυτῆς χώρην ἕκαστον, vnumquodque in ſuam ſedem compellendum. Vbi etiam καταναγκάζειν in quibuſdam exemplaribus legi teſtatur Gal. Idemque ἀναγκάζειν & καταναγκάζειν exponit ἐνθεῖναι ἐν τῇ οἰκείᾳ χώρᾳ τὸ κινηθὲν ὀστοῦν, os motum in ſuum locum reponere. Rurſus lib. de art. (p. 594. 33.) καταναγκάζειν μὲν δεῖ τὸ ὑπερέχον χρή. Os tamē quod ſupereminet deorſum cogendum aut compellendum. Et iterum (p. 596. 7.) ὡς καταναγκάζοιτο τὸ ὑπερέχον, quò deorſum cogatur quod eminet, aut deorſum compellatur, deprimatur. Rurſus ibidem (v. 10.) οὐ γὰρ δυνατὸν τὸ ὑπερέχον καταναγκασθῆναι εἴσω, ὅ,τι καὶ ἄξιον λόγου. Neque enim fieri poteſt, vt quod eminet deorſum compellatur, quod effatu dignū ſit. Iterumq; ibidem (v. 22.) καὶ οὐ κατὰ φύσιν καταναγκάζουσι τὰ ὑπερέχοντα. neque in naturalem locum quæ eminent compellunt. Et ibidem (p. 597. 18.) ὅπου οὖν ταῦτα τοιαῦτά ἐστιν, ἀξυνετώτεροί εἰσι τὸ ὑπερέχον τοῦ ὀστέου ἐς τὸ κάτω καταναγκάσειν οἴονται δεῖν. Cùm igitur hæc ita ſe habeant, imprudenter ſe gerunt qui extantē oſſis partem deorſum compelli debere exiſtimant. Rurſuſque ibidem (p. 583. 50.) τὸ δὲ ἐπὶ θάτερα τοῦ σώματος καταναγκαζέτω τις ὑποβάλλων κατὰ τὸν αὐχένα παρὰ τὴν κληῗδα τὰς χεῖρας. ex altera corporis parte, manibus ad ceruicem iuxta iugulum iniectis, deorſum quis compellat. Et (p. 584. 52.) κἄπειτα ἐπὶ μὲν θάτερα τὰς χεῖρας καταναγκάζειν ξὺν τῷ ξύλῳ περὶ τὸν στρωτῆρα. Demum in alteram quidem partem manus vnà cum ligno circa trabeculam deorſum vrgenda, aut compellenda. Et (p. 585. 12.) τὸ δὲ αὐτὸ ποιεῖ καὶ περὶ κλιμακτῆρα καταναγκάζειν τοῦτον τὸν τρόπον σκευάσαντα. Idem verò efficies ſi compulſionem eodem modo per ſcalam adhibueris. Et rurſus ibidem (p. 621. 22. & 23.) τὸν δὲ ἰητρὸν χρὴ, ἢ ἄλλον ὅστις ἰσχυρὸς, καὶ μὴ ἀμαθὴς, ἐπιθέντα τὸ θέναρ τῆς χειρὸς ἐπὶ τὸ ὕβωμα, καὶ τὴν ἑτέρην χεῖρα προσεπιθέντα ἐπὶ τὴν ἑτέρην, καταναγκάζειν προσξυνιέντα, ἤν τε ἐς ἰθὺ ἐς τὸ κάτω πεφύκῃ καταναγκάζεσθαι, ἤν τε πρὸς τὴν κεφαλὴν, ἤν τε πρὸς τὰ ἰσχία. At medicus, aut alius quiuis robuſtus, ac minimè imperitus, ſublimiore manus parte ad gibbū impoſita, alteraq; manu ſuper alteram iniecta, compellere debet, animaduerſione adhibita, num in directum deorſum, num verò ad caput vel ad coxas cōpulſio facienda ſit. In Mochlico quoq; (p. 507. 31.) ἀγκῶνι δὲ ἄκρῳ ὑποθεὶς τι παρὰ τὸ ἄρθρον βάρος ἐκκρεμάσαι, ἢ χερσὶ καταναγκάσαι: ad cubitum verò ſummum ſuppoſitū pondus aliquod iuxta articulum appendēdum, vel manibus adurgēdum. Quod etiam ferè iiſdem verbis repetitur lib. de art. (p. 599. 5.) Rurſus etiam in Mochlico (p. 508. 17.) τὸ δὲ σκαρὸν τὴν χεῖρα ὑπὸ τοῦ γόνατος καταναγκάζουσι, ὡς ὀχέειν ἐν τῇ μεταβάσει τὸ σῶμα. Crus verò læſum manu ſuper genu poſita adurgent, quò inter ambulandum corpus vehat. Et rurſus ibidem (pag. 509. 12.) καταναγκάσιες δὲ μετὰ διατάσιος, μάλιστα τῶν ἔμπροσθεν ἢ ὄπισθεν, ἢ ποδὶ ἢ χειρὶ ἐρείδοντα, ἢ σανίδι. Deorſum verò compulſiones cum diſtentione præcipuè anteriorum aut poſteriorum partium, aut pede, aut manu inſidere, aut aſſere conueniet. Rurſuſque ibidem (p. 511. 5.) ἐν οἷσι δὲ διαπτώσιες ποδὸς, χειρὸς, καρποῦ, ὑβώματος, τὸ ἔξω διαναγκάσαι δεῖ καὶ καταναγκάσαι.

In quibuſdam verò pedis aut manus digitos in manus iunctura, aut ſpinæ ex gibbo inclinatione, quod exceſſit intro cogere & adurgendo compellere conuenit. Et ibid. (v. 6.) κατατεταγκάσαι δὲ τὰ ὑπερέχοντα ἐς ἕδρην, πτέρνῃ ἢ θέναρι ἐπί τινος. Eminentia verò ſupra aliquid collocata, calce aut ſublimiore palmæ parte in ſuam ſedem compellere oportet. Quibus ſanè exemplis ſatis patet κατατεταγκάζειν & κατατεταγκάζεσθαι dici Hippocr. de his quæ ſede ſuâ exceſſerunt, in eamque vi quadam adhibita & adurgẽdo reſtituuntur & compelluntur. Quod efficit vt apud Erotianum pro ἐκβιάζεται εἰσβιάζεται aut ἐμβιάζεται, quod eſt intro vi adhibita compellitur, leg. exiſtimem. Ac niſi me coniectura fallit, κατατεταγκάζεσθαι & εἰσβιάζεσθαι apud Erotianum legendum ſpondeo, vt locus lib. de art. (p. 596. 10. & p. 621. 23.) ab eo expreſſus videatur, vbi etiam alias eiuſdem libri dictiones explicat.

Καταναισιμοῦται Gal. in Exeg. καταναλίσκεται exponit, quod eſt, inſumitur, expenditur, conſumitur. Quibus certè verbis locum lib. περὶ ἀδένων (p. 56. 37.) exprimi exiſtimo, vbi legitur, καταναισιμοῦται γὰρ καὶ τὸ πολὺ [πλῆθος] καὶ τὸ ὀλίγον ἐς τὰς ἀδένας. Etenim tum multa [humiditas] tum pauca in glandulas expenditur, abſumitur. καταναισιμοῦται enim legendum apparet, ab ἀναισιμόω aut αἰσιμόω ſimplici, quod eſt inſumo, expendo. Et Heſychius ἀναισιμοῦν δαπανᾶν, ἀναλίσκειν, exponit, & ἀναισιμώματα ἀναλώματα, impenſas, expenſas, ſumptus. & αἰσιμοῖ τὸ καταναλίσκει Sudas. Erotiano etiam κατανεισιμοῦται καταναλίσκεται exponitur, eodem Hippocratis ſubnotato loco. Verùm καταναισιμοῦται legendum eſt manifeſto vitio. Legitur etiam eodem lib. (p. 57. 27.) ἀπαναισιμοῦται, ſed ἀπαναισιμοῦται eadẽ notione legendum eſt. αὕτη πᾶσα [ὑγρασίη] ἀπαναισιμοῦται ἐκ τῆς κεφαλῆς. Ipſa tota [humiditas] abſumitur ſimiliter vt ſuperior. Cornarius καταναισιμοῦται & ἀπαναισιμοῦται, reflectitur dixit. (Eſt enim ἀνασιμοῦσθαι reſimum fieri.) Etſi etiam [conſumitur] appoſuit, nimirum vtranq; lectionem ſecutus, aut καταναισιμοῦσθαι pro καταναλίσκεσθαι ſumens, quemadmodum Heſychio ἀναισιμοῦν ἀναλίσκειν etiam indicare ſcribitur.

Κατανίζω pro καταντλέω, perfundo, perluo. Lib. de vlceribus (p. 516. 49.) ὄξει κατανίζειν, aceto perfundito. Rurſusque ibidem (p. 517. 21.) ὄξει δὲ χρὴ πάντα τὰ τοιαῦτα κατανίζειν. eiuſmodi autẽ omnia aceto perluere oportet. Prorrh. 2. (p. 421. 7.) κατανιφθεῖσαι αἱ διάῤῥοιαι dicuntur, alui profluuia elota. ἢ γὰρ κατανιφθεῖσαι παύονται, ἢ ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου. aut enim elota aut ſua ſponte deſinent. Sic autem vocat alui profluuium ablutum, lacte decocto exterſum ac perpurgatum. Quam in rem veteres lac bubulum aut caprinum recẽs mulctum, candentibus ſilicibus excoctũ propinabant. Et lib. περὶ παθῶν (p. 181. 11.) in alui fluentis curatione, διανίψαι τὴν κοιλίην γάλακτι ἑφθῷ præcipit. Aut certè ablutum alui profluuium dicitur, cùm eo corpus perpurgatur, & quod intus læſurum erat, vtiliter effunditur, vt ſcribit Celſus cap. 19. lib. 4.

Κατανοεῖν ex intelligentia valere, ſenſuum integritate conſtare & frui, idem quod καταφρονεῖν. Lib. 5. Epid. (p. 339. 8.) οὐ κατενόει, neque intelligentia aut ſenſuum integritate valebat. Illud enim οὐ κατανοεῖν παραφρονῆσαι explicat Gal. lib. 3. περὶ δυσπν. (p. 198. 21.) vt & κατανοεῖν καταφρονεῖν Com. 1. in lib. 3. Epid. (p. 401. 12.) Quam etiam dictionem aliàs crebrò vſurpat Hippocr. vt ægr. 2. & 3. lib. 3. Epid.

Κατάντια eſt decliuitas, procliuitas, deorſum inclinatio. Lib. κατ' ἰητρεῖον. (pag. 672. 13.) φυλάσσοντα ὑπόῤῥυσιν, ὑπόστασιν, ἐκτροπήν, κατάντιαν. obſeruans defluxionem, ſubſiſtentiam, in latus conuerſionem, decliuitatem. Vbi Galenus κατάντιαν exponit mẽbrorum, hoc eſt, manuum & crurum decliuitatem, cùm deorſum inclinant, & καταῤῥέπειν κάτω. Rurſus ibidem (pag. 679. 55.) τὰ κάταντα decliuia dicuntur, quibus τὰ ὀξέα opponuntur, quæ in acutum tendantur.

Κατανύσσειν Erotianus apud Hippocr. κατατείνας, cõtendis exponit, alioqui κατανύσσειν eſt pungendo fodicare, aut compungere.

Κατάξαι quod eſt frangere interdum pro κατασχάζειν & ſcarificare ponitur apud Hippocrat. Lib. περὶ ὄψιος (p. 522. 19.) κατάξας τὸν αὐχένα, ceruicẽ vbi ſcarificaueris, ſcalpro aperueris.

Καταψησμὸς dicitur Aureliano poſt humeros atque colla deuexo ductu mitis & lenis defricatio, aut leuis deductio, capite 5. libro 1. Tard. paſſ.

Καταπαύεσθαι exponit Gal. ἀλόγως ἐξαίφνης ἀφανίζεσθαι, abſque ratione de repente euaneſcere, Com. 2. in Prorrh. (p. 181. 31.)

Καταπέλτης, catapulta, lib. 5. Epid. (p. 342. 29.) ἐπλήγη ὑπὸ καταπέλτου ἐς τὸ στῆθος. catapulta in pectus vulnus accepit.

Καταπεφρυγμέναι γλῶσσαι, vide γλῶσσαι καταπεφρυγμέναι, antea.

Κατάπηροι, καταβεβλαμμένοι exponuntur Erotiano, hoc eſt oblæſi parte aliqua corporis, aut mutilati. Vide Πηρῶσαι poſtea.

Καταπλὴξ, ſtupefactus, ſtupidus, attonitus & perculſus. Lib. 5. Epid. (p. 340. 2.) ὀφθαλμὸς καταπλὴξ, oculus ſtupefactus & ſtupidus, videndi actione læſus & priuatus, veluti qui ſunt attoniti, ſeuiendi impotentiam habẽt. Rurſus lib. 7. Epid. κατάπληξις ὀμμάτων dicitur, oculorum ſtupor, obſtupefactio (pag. 361. 10.) Eadem notione καταπλήσσετο, ἀποπληκτώδης ἐγίνετο exponit Galenus in Exeg. obſtupefactus erat, ſtupidus & attonitus euadebat.

Καταπότιον aut καταπότον, medicamentum quod deuoratur aut deglutitur, neq; diluitur. Lib. 5. Epid. (p. 336. 34.) οὐδὲν δὲ ἀπὸ τοῦ καταποτίου ὠφελήθη, nihil autẽ ex deuorato medicamento alleuatus eſt. Rurſus ibidem (v. 44.) καθαρθέντας διὰ καταποτίου, poſt medicamenti deuorati purgationem. Καταπότιον ἐλατήριον, medicamentum deorſum purgans deuoratum. Lib. 5. Epid. (p. 337. 4.) τούτῳ ἐδόθη ἐλατήριον καταπότιον ἰσχυρότερον τῆς δυνάμιος, huic exhibitum eſt

medicamẽtum deorſum purgans deuorandum, plus quàm oportuit vehemens. Rurſus ibidem (p. 338. 49.) ἀπὸ καταπότου ἄνω μὲν ἐχώρησε ὀλίγα. ex deglutito medicamento per ſuperiora pauca quædam prodierunt. Et (p. 339. 14.) κυήσιος ἕνεκεν ἀπὸ καταπότου. ex medicamento conceptus gratia deglutito. Rurſus ibidem (v. 20.) ἀπὸ καταπότου, ex medicamento deglutito. Καταπίνειν eſt deglutire, deuorare aph. 35. lib. 4. καὶ μόγις καταπίνειν δύνηται, ac vix deglutire queat. Sic κατάποσις Aetio dicitur cap. 33. lib. 2. tetrab. 2. ἡ εὐθετικὴ τῶν σιτίων προθυμία, prompta ciborum ingeſtio, hoc eſt, cibi & potionis ab ore in ventriculũ prompta delatio. Κατάποσις Aretæo pro gula & deglutitionis inſtrumento ſumi videtur, cap. 4. lib. 1. θεραπ. ὀξ. παθ. cùm ſcribit, παραλύθη ποτὲ καὶ κατάποσις, ἥπερ μούνη καὶ ἀποπληκτικοῖσι ἄλκαρ ἐστὶ σωτηρίης, ἐς τε τὴν τῆς τροφῆς κατάποσιν καὶ ἐς τὴν τῶν φαρμάκων πάροδον. Interdum quoque gula reſoluta eſt, in qua ſola attonitis ſalutis præſidium collocatum eſt, ad alimenta deglutienda, & medicamenta tranſmittenda. Etſi illic κατάποσις pro deglutitione ſumi poteſt, vt etiam paulò poſt. πάλι γὰρ ἔτι ἐς κατάποσιν ὑπουργίη. Nempe id etiam ad deglutitionem inſeruit. Καταπίνειν quoque de medicamentis deglutiendis, ſiue ſolidis, ſiue liquidis abſorbendis dicitur, vt lib. 5. Epid. (pag. 336. 34.) τὸ καταπορὶς φάρμακον ἱκανῶς καὶ προσκατέπιεν. medicamentum affatim ſynceram bilem deturbans ebibit, ac inſuper aliud deuorauit. Rurſusque ibidem (p. 340. 12.) μελίκρητον χαλεπῶς κατέπινεν, mulſam non ſine negotio abſorbebat, deuorabat.

Κατὰ προαίρεσιν, ſponte, voluntariè, ſtudio, de induſtria, conſilio, ex propoſito & inſtituto, aph. 52. lib. 4. κατὰ προαίρεσιν ὀφθαλμοὶ δακρύουσιν, oculi ſponte illachrymant. & μὴ κατὰ προαίρεσιν, non ſponte, hoc eſt, inuitis. quod dicitur in Progn. (p. 124. 24.) ἢν δακρύωσιν ἀπροαιρέτως, Et lib. 4. Epid. (p. 333. 46.) ἀκουσίως. Lib. verò 6. Epid. ſect. 1. aph. 16. δάκρυα ἀκόντι. & ſect. 8. aph. 23. ἀκόντων δάκρυα, cùm inuitis lachrymæ effluunt.

Καταῤῥήγνυσθαι eſt effundi, perrumpere, cũ impetu decidere aut deturbari, & de aluo dicitur Hippocrati quæ affatim effluit & deiicitur. In Prorrh. (p. 179. 35.) οἶμαι δὲ καὶ κοιλίαι καταῤῥήγνυνται τουτέοισι. Quin & aluus iis effunditur, affatim perrumpit. Pro quo in Coac. Prænot. (p. 429. 37.) effertur. καὶ κοιλίη πονηρεύεται τούτοισι. his aluus malè afficitur. Rurſus etiam in Prorrh. (p. 196. 40) καὶ ἢν κοιλίη καταῤῥαγῇ. Vbi aluus affatim perruperit, quod ibidem exponit Gal. ἀθρόως ἐκκρίθῃ πολλά, aceruatim multa excreuerit. Et rurſus (p. 213. 49.) καὶ κοιλίη δὲ καταῤῥήγνυται, & aluus affatim prorumpit, quod etiam repetitur Coac. Prænot. (p. 433. 7.) καὶ κοιλίαι καταῤῥήγνυνται τούτοισι, & alui his affatim prorumpunt. Iterumque (p. 216. 11.) κοιλίη καταῤῥήγνυται, aluus effunditur, quod etiã plurali numero effertur in Coac. Prænot. (p. 439. 15.) κοιλίαι καταῤῥήγνυνται. Et rurſus ibidem in Prorrh. (p. 216. 26.) κοιλίη καταῤῥαγεῖσα, aluus affatim prorumpẽs, quod etiam repetitur Coac. Prænot. (p. 442. 19.) & iterum ibidem (pag. 427. 23.) ἐν καύσῳ κοιλίη καταῤῥαγεῖσα, in febre ardente aluus effuſa. Et rurſus (p. 428. 10.) κοιλίης ἐξαπίνης καταῤῥαγείσης, aluo de repente effuſa. Lib. 5. Epid. (pag. 342. 44.) κατεῤῥάγη κοιλίη, aluus affatim prorupit. Et lib περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 7. 24.) καὶ ἡ κοιλίη καταῤῥήγνυται, & aluus diſrumpitur, effringitur, hoc eſt, effluit, & affatim laxatur. Sic τὰ καταῤῥηγνύμενα lib. περὶ χυμῶν (p. 114. 43.) ſunt alui excrementa affatim erumpentia & effuſa. Et κοιλίης κατάῤῥηξις, alui eruptio, effuſio, cùm aluus cõfertim & cum impetu profunditur, aut abunde deſcenderit, in Coac. Prænot. (p. 431. 5.) Lib. 4. Epid. (p. 331. 38.) κατάῤῥηξις ſimpliciter dicitur. Καταῤῥήγνυσθαι etiam Hippocrati efferunt de tumoribus qui rumpuntur & effunduntur, & ex quibus aliquid effluit, aph. 36. ſect. 8. lib. 6. Epid. τὰ καταῤῥηγνύμενα οἰδήματα, tumores prorumpentes, qui rumpuntur & effluunt. Et Coac. Prænot. (p. 444. 17.) ταχέως καταῤῥήγνυται [οἰδήματα] citò rumpuntur [tumores.] Eademq; propè notione καταῤῥήγνυσθαι, quod eſt rumpi, findi, cùm de corporibus humidioribus dicitur quæ fluidiora ſunt, & venis ac mammis attribuitur, concidere ac ſubſidere ſignificat, vt lib. περὶ φύσ. παιδίου (p. 39. 17.) καὶ οἵ τε μαζοὶ καὶ τ' ἄλλα μέλεα ὁκόσα ὑγρότερα καταῤῥήγνυται τῶν γυναικῶν. Atq; tum mammæ, tum aliæ humidiores partes in muliere concidunt, hoc eſt, à puerperii purgationibus fluidiores fiunt, dilatatis venis, & prodeuntibus copioſis purgamẽtis flacceſcunt. Rurſus ibidem (v. 18.) ἔπειτα δὲ, αἳ ἂν πλείονας τετοκυῖαι τύχωσιν ἔτι μᾶλλον καταῤῥήγνυνται διακενουμένων τῶν φλεβῶν ὑπὸ τῆς καθάρσιος τῶν λοχίων. Ac in aliis deinceps, quò ſæpius plures partus expertæ ſunt, eò magis concidunt, venis à purgamentorum puerperii vacuatione exinanitis. Eadem etiam phraſi, eadem in re, vtitur lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 231. 24.) εὔροοι δὲ σφίσιν ἐοῦσιν ἡ λοχίη κάθαρσις ποιέει. καὶ ἢν καταῤῥαγῇ τὸ σώματος τὰ πλησιάζοντα μάλιστα τῆς τε κοιλίης καὶ τῶν μαζῶν καταῤῥήγνυται, καταῤῥήγνυται δὲ καὶ τὸ ἄλλο σῶμα. Fluidas autem ipſas [venulas] facit quæ fit purgamentorũ puerperii vacuatio. Atq; vbi erupit, vicinæ corporis partes, præcipuè quæ ad mammas & ventrem attinent, concidunt. Item & reliquum corpus concidit. Rurſusque ibidem (v. 27.) καταῤῥαγέντος δὲ τοῦ σώματος, ἀνάγκη τὰς φλέβας μᾶλλον στομοῦσθαι καὶ εὐροωτέρας γίνεσθαι ἐς τὰ καταμήνια. Vbi autem corpus conciderit, venas magis aperiri neceſſe eſt, & ad purgationem menſtruam fluidiores euadere. Καταῤῥηκτικὸς οἶνος dicitur Hippocrati, vinum quod penetrat, perrumpit, purgat, & tenuium eſt partium, quale vinoſum album, quod optimè vrinas educit & vrinarios meatus purgat. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 73. 43.) ἐς δὲ κύστιν μᾶλλον πέρασιμος ἐὼν τοῦ ἑτέρου, καὶ διουρητικὸς, καὶ καταῤῥηκτικὸς αἰεί. Ad veſicam verò alio citiùs peruadit, vrinamq; prouocat, & perpetuò perrumpit. Rurſus ibidem

ibidem (p.80.12.) oxymel φυσέων καταῤῥηκτικὸν dicitur, quod flatus perrumpere facit. Et rurſus ibidem (p.56.9.) πέπλιον μέλανος μᾶλλον καταῤῥηκτικώτερόν ἐστιν. Peplium veratro nigro melius flatus educit, diſcutit, perrũpere facit.

Καταῤῥοπίη deorſum inclinationem ſignificat, vt ἀναῤῥοπίη ſurſum inclinationem. Quas voces vſurpat Hip. lib. περὶ χυμῶν (p.114.31.) eum qui ſurſum aut deorſum fit humorum impetum & lationem medico obſeruandam præcipiens, aut humorum qui ſuopte impetu feruntur, in hanc vel illam partem propenſionem & momentũ, ſiue id in alimenti diſtributione ac repletione, ſiue in vniuerſali humorum eductione ſpectari velit, quẽadmodum etiã τὴν ῥοπὴν ſæpe humorum μεταστάσει attribuimus, vt aph.30. ſect.5. lib.6. Epid. Καταῤῥοπα φύματα, deorſum tẽdentia tubercula, decliuia, aph.12. ſect.1. lib.6. Epid. Quæ Gal. in Com exponit, ὅσα κατὰ τὴν κάτω χώραν τὴν κορυφὴν ἑαυτῶν ἴσχει τῆς ἐκπυήσεως. quæ ſuæ ſuppurationis apicẽ infra obtinent. Καταῤῥοπος πάθη, hoc deorſum vergẽs, decliuis, & qui inferiore ſui parte tumet, aut deorſum propendet, vel qui ad inferiora humores protrudit. Sic enim exponitur Gal. Com. in aph. 30. & 32. lib.6. Epid. ſect.2. & Com. ad ſent. 27. lib.2. de Humorib. Καταῤῥοπος ἡ νοῦσος, deorſum declinans morbus, h. e. morbi remiſſio & declinatio. Lib. περὶ χυμῶν (p.115.25.) & τῇσι παροξυνομένῃσι opponitur. Rurſus ibid. (v.43.) καταῤῥοπος ἡ νοῦσος ἢ ἀργὸς deorſum inclinãs morbus & lentus dicitur.

Κατάῤῥοος aut κατάῤῥους & κάταῤῥος deſtillatio dicitur, & defluxionem aut omnem humoris ex capite ad os & aſperã arteriam, atq; per eam ad pulmonem delationem ac deſcenſum ſignificat, ex aph. 38. lib.7. Sic κατάῤῥοον humoris tenuis & crudi defluxionẽ eſſe è cerebro in palatum & os ſcribit Gal. Com. 2. in Progn. (p.145.2.) & ab Hip. ſub grauedine comprehendi. Et Com. ad aph. 12. lib.3. καταῤῥοῦς cõmuni omnium medicis appellari vult deſtillationes quæ ex capite fluunt ad pulmones per aſperam arteriã. Interdum quoque καταῤῥοῦς quancunque defluxionẽ indicat, quæ à capite per venas in inferiores partes defertur, vt aph. 12. lib. 3. Et ex qua homines repente ſyderati aut paraplectici fiũt; ſi caput inſolatum aut perfrigeratum fuerit; in his qui quinquageſimum ſuperãt annum, lib. de aer. loc. & aq. (p.452.46.) Ideoq; κατάῤῥοι συντόμως ἀπολλύντες, deſtillationes citò interimentes dicuntur aph. 12. lib. 3. & lib. de aer. loc. & aq. (p.452.21. & 22.) vbi etiam in quibuſdam dextræ partis reſolutionẽ afferre ſcribit. Quæ certè appellatio vulgaris eſt & plebeia. Sic enim vulgus καταῤῥοῦς vocat deſtillationes ex capite in vniuerſum corpus repentinam mortem aut partis alicuius ſyderationem inferentes. Sunt & κατάῤῥοι βηχώδεις, deſtillationes cum tuſſi in ſenibus ex cerebri intemperie frigida pituitoſas multas ſuperfluitates aceruante; aph.31. lib.3. Et κατάῤῥοι ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἐπὶ τὸν πνεύμονα, lib. de aere, loc. & aq. (p.452.17.) Καταῤῥοῦς deſtillationes vertit Celſus cap.1. lib.2. ex aph. 12. lib. 3. Influxionem vocat Aurelianus cap.7. lib. 2. Tard. Paſſ. Eſt κατάῤῥους νωτιαῖος, defluxio in ſpinalem medullam, Coac. Prænot. (p.440.19.) defluxum ſpinalis medullæ vocat Cornarius. Κατάῤῥοοι φλέγματος ὀφθαλμοὶ, pituitæ defluxionibus tentati oculi, libro 2. Epid. (p.317.32.)

Κατ' ἀρχὰς, per initia, vox eſt ambigua Hip. & morbi initiũ interdum ſignificat, interdũ etiam primùm & rei præſentis principium, vt lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.46.3.) πλῆθος δὲ ἀρκέει κατ' ἀρχὰς διδόναι μὴ πολύ. Per initia autem neque multum dare oportet. Vbi Galenus κατ' ἀρχὰς ſic exponit. οὐ νῦν γάρ φησιν ὅ τι κατ' ἀρχὴν τοῦ νοσήματος, ἀλλ' ἔτι γενικώτερον ἀκούειν σημαινόμενον ἐκ τοῦ κατ' ἀρχάς. ὁπόταν γὰρ ἂν σοι δόξῃ πρῶτον ὁ κάμνων δεῖσθαι τῆς πτισάνης, τηνικαῦτα μὴ πολὺ, μηδὲ ἐπίπαχυ δίδου τὸ ῥόφημα. Neq; enim id dicit quod eſt circa morbi initium, verùm aliud quid generalius ſignificatum per τὸ κατ' ἀρχὰς inaudiendum. Nempè cùm primùm is qui laborat ptiſſana indigere viſus fuerit, tunc portionis neque multam, neque admodum craſſam exhibeto. At verò ægr. 12. lib. 1. Epid. κατ' ἀρχὰς morbi principium ſignificat. οὖρα δὲ κατ' ἀρχὰς ἐρυθρά. vrinæ per morbi initia rubræ.

Κατασβέννυσθαι eſt extingui, ſedari, aut conquieſcere, & de tuberculis ad aures dicitur, quæ neque ſuppurarunt, neque dolorem attulerunt, ſed ſine noxa diſcuſſa ſunt & ſedata. Lib. 1. Epid. (pagina 352.13.) κατέσβη πᾶσιν ἀσινέως, omnibus ſine noxa extincti ſunt [aurium tumores] Vbi Galenus κατασβέννυσθαι καθίστασθαι exponit (niſi pro κατέσβη κατέστη legiſſe videtur) cui ἐκπυΐσκεσθαι opponitur.

Κατάσεισις concuſſionem ſignificat, ſed pro diſtenſione aut extenſione ſumi videtur. lib. de art. (pagina 622.39. & 40.) ἡ κατάσεισις ὑπὲρ ὀλίγου πρόσθεν εἴρηται. aut qualis antè commemorata eſt diſtentio. Et κατασεῖσαι δὲ οὐδὲ τῇ κατασείσει ὑδρίην ἔχω. Nullum autem compellendi modum cum diſtentione habeo. Sic ἀνασείειν, ἐκτινάσσειν Sudæ ſignificat, vt apud Heſiodum αἰγίδ' ἀνασείουσα, ægida quatiens aut extendens. Inde quoque meretrices ἀνασυρόμεναι obſcœno admodum epitheto appellatæ.

Κατασιλλαίνειν eſt ludibrio & deriſui habere, à verbo σιλλαίνειν, quod ſignificat dicteriis contendere, irridere, illudere dicaciter, conuitüs proſcindere, & ſcommate excipere. σιλλαίνειν dicitur Polluci τὸ ἐπὶ χλευασμῷ σείειν τοὺς ὀφθαλμοὺς, irridendo & per ludibrium oculos agitare aut contorquere, vnde & σίλλος τὸ χλευαστικὸν ποίημα. Heſychius σιλλαίνειν & σιλλοῦν exponit; ἐξυβρίζειν & μωκᾶσθαι, quod eſt conuitiis inceſſere, impetere, proſcindere, & dici ait ἀπὸ τοῦ τοῖς ἰλλοῖς, τουτέστι τοῖς ὀφθαλμοῖς, σείεσθαι. Sed vitioſè apud eum σίεσθαι legitur. Idem quoque σιλλαίνει, σκώπτει, ὑβρίζει exponit; & σιλλοῦν, ψέγειν, κακολογεῖν, quæ omnia

dicteriis aut conuitiis illudere ac proſcindere indicant, & ἀπὸ τοῦ ἰλλαίνειν, quod eſt oculos contorquere, deriuari videntur. Κατειλλαίνειν autem vſurpat Hippocrat. ἐν παραγγελίαις (pag. 18. a 3.) παρακυρέοντας ἑωυτοῖσι κατειλλαίνειν, ſeipſos ludibrio exponentes & deridendos exhibentes, hoc eſt, nactos vt ſibi ipſis illudatur. Contentioſam nanque altercationem Medicis fugiendam præcipit Hippocrat. ne ſeipſos deridendos aut ludibrio habendos propinent. Cornarius pro mutuis inter ſe conuitiis decertare ſumpſit, Caluus, periurgare.

Καταπονικὴ eſt Galeno lib. 3. ſalub. (p. 245. 18.) τὸ τέλειον ἢ τελειότατον γυμνάσιον, abſolutiſſima aut perfectiſſima exercitatio, quam per immodicos in certaminibus labores, etiam totum diem aliquando continuatos præparato iam ad eam corpore, obeunt athletæ.

Κατασπᾶν detrahere, deducere, deorſum ducere καταπᾶν καταμήνια aut γυναικεῖα, menſes ducere aut pronocare ſæpe dicit Hippocr. vt aph. 55. ſect. 8. lib. 6. Epid. καὶ πάντα πραγματευσαμένων ἡμῶν ὅσα ἦν πρὸς τὸ τὰ γυναικεῖα κατασπᾶσαι. Sed cùm omnia quæ ad menſes deducendos facerent tentaſſemus. Rurſus lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 236. 30. & 31.) πλὴν τοῦ κατασπᾶσαι τὰ ἐμμήνια, excepta menſium detractione aut deturbatione. Et ὅσῃσι γὰρ γίνεται οὐδὲν, δεῖ ταύτῃσι κατασπᾶν. Quibus enim nihil prodit, his ducere oportet. Rurſusq; ibidem (pag. 257. 6.) πρόσθετα δυνάμενον χορίον ἐξαγαγεῖν, καὶ ἐπιμήνια κατασπᾶσαι. adhibitum potione medicamentum quod ſecundam educere poteſt, & menſes detrahere. Quod etiam eadem in re καταμήνια κατασπᾶν dicitur (p. 262. 9.) Iterumque ibidem (pag. 253. a 8.) ἐπιμήνια κατασπᾶται. vbi medicamenta ad menſes mouendos aut deducendos præſcribuntur. Eſt & κατασπᾶσθαι detrahi, deorſum duci, deprimi, laxari, & de mammis dicitur quæ extenuatis deprimuntur, demittuntur & flaceſcunt, aph. 21. ſect. 3. lib. 6. Epid. Cui ἀνασπᾶσθαι opponitur, quod reuelli, retrahi, ſurſum trahi, attolli ac erigi ſignificat. Galenus in Com. κατασπᾶσθαι, χαλᾶσθαι exponit, vt & Heſychius κατασπᾶν χαλᾶν, laxare, remittere.

Κατάστασις conſtitutio dicitur & omnis cuiuſque rei forma, cùm per ſe & ſine addito profertur. Poteſt etiam & cuiuſque regionis proprium ſtatum & formam ſignificare, vt ſcribit Gal. Com. in ſent. 11. lib. 1. de humoribus. Et cùm aeri attribuitur, eius temperiem præter naturam indicat, vt ſcribit Gal. initio Com. 3. in lib. 3. Epid. his verbis: πρῶτον μὲν ὅτι κατάστασιν, οὐ μόνον τὴν παρὰ φύσιν ἐν τῷ περιέχοντι κράσιν, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν ἰδέαν ἁπάντων πραγμάτων εἰώθειν ὀνομάζειν, ἀναμνησθῶμεν. Primùm quidem in memoriam reuocemus κατάστασιν ab eo ſolere appellari, non ſolùm aeris nos ambientis temperiem præter naturam, verùm quoque & omnem cuiuſque rei formam. Qua notione κατάστασις λοιμώδης dicitur lib. 3. Epid. & in quibuſdam exemplaribus adſcribitur, vt teſtatur Gal. & καταστάσεις tres deſcribuntur lib. 1. Epid. hoc eſt, anni aut temporis cõditiones, circunſcriptiones, ſtatus & tempeſtates. Eoq; ſignificato in aphoriſmis ſcribitur, τῶν δὲ καταστασίων τοῦ ἐνιαυτοῦ ex anni tempeſtatibus, & αἱ δὲ καθ' ἡμέρην καταστάσιες, αἱ μὲν βόρειαι, Quotidianæ tempeſtates, Aquilonares quidem. &, ἢν μὲν ἐπὶ πλέον ᾖ τὸ ἔτος τοιοῦτον ἐόν, οἵην τὴν κατάστασιν ἐποίησεν, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, καὶ τὰ νοσήματα τοιαῦτα δεῖ προσδέχεσθαι. Quòd ſi amplius talis perſeuerauerit annus, qualem tẽporis ſtatum effecerit, tales ferè morbos expectare oportet. Sic etiam lib. 4. Epid. (pag. 333. 39.) ſcribitur: αἱ καταστάσιες, καὶ οἷαι ἐν οἷσι μᾶλλον καὶ ὁποῖαι γίνονται ὧραι, χῶραι. Aeris conditiones quænam ſint, & quibus temporibus, ac regionibus magis aut minus contingant, conſyderandæ ſunt. His enim verbis aeris tempeſtates ac ſtatus, cœlique conditiones, ad prænunciãdam criſim, obſeruandas monet Hippocr. Et lib. 1. Epid. (pag. 351. 39.) πρὸ μὲν τοῦ ἦρος, ἐκ τῆς προσθεν καταστάσιος ὑπεναντίης, καὶ βορείου γενομένης. Ante ver quidem, quòd ſuperior ſtatus ſubcontrarius & Aquilonius extiterit. Rurſusqne ibidem (p. 357. 4.) ἐκ πάντων δὲ τῶν ὑπογεγραμμένων ἐν τῇ καταστάσει ταύτῃ. Ex his autem omnibus qui in hac ſtatus conditione deſcripti ſunt. Et rurſus ibid (p. 368. 33.) ἐν δὲ τῇ καταστάσει ταύτῃ κατὰ χειμῶνα μὲν ἤρξαντο παραπληγίαι. In hac autem temporis conditione ad hyemem partium reſolutiones cœperunt. Et ibidem (p. 369. 31.) καὶ οὐδένα οἶδα εἰ καλῶς αἱμορραγήσειεν ἐν τῇ καταστάσει ταύτῃ ἀποθανόντα. neq; vllum ſi modo ſanguis benè profluxiſſet, hoc tẽporis ſtatu mortuum videre licuit. Ac rurſus ibid. (p. 373. 19.) ἐν δὲ τῇ καταστάσει ταύτῃ, ἐπὶ σημείων μάλιστα τεσσάρων διεσώζοντο. At verò hoc in tẽporis ſtatu ex quatuor maximè ſignis ſeruabãtur. Et rurſus ibidem (p. 374. 13.) οἱ μὲν οὖν πλεῖστοι τῶν νοσησάντων ἐν τῇ καταστάσει ταύτῃ τούτῳ τῷ τρόπῳ διενόσουν. Plurimi igitur eorum qui hac tempeſtate ægrotarũt, hunc habuerunt morbi tenorem. Præterea ibid. (p. 375. 45.) morborum præcognitionem duci vult, ἐκ τῆς καταστάσιος ὅλης, καὶ κατὰ μέρεα τῶν οὐρανίων, καὶ χώρης ἑκάστης. ex vniuerſali & ſingulari aeris ſtatu, cœli conditione, & regionis cuiuſque. Vbi Gal. τὴν κατάστασιν exponit, τὴν ἰδίαν τοῦ περιέχοντος κρᾶσιν, propriã aeris nos ambientis temperiem. Ideoq; τῶν οὐρανίων ab Hippocrate additum fuiſſe ſcribit, ἐπειδὴ ψιλῶς λεχθὲν ἄνευ τῆς προσθήκης τὸ τῆς καταστάσεως ὄνομα, καὶ τὴν τῆς χώρας ἰδίαν δηλοῦν δύναται, καὶ παντὸς ἄλλου πράγματος. quòd ſcilicet nude & ſine addito prolatum καταστάσεως nomen, regionis aut cuiuſuis alterius rei formam indicare poteſt. Sic quæ ſcribuntur de temporũ mutationib. eandem habent notionem. Lib. περὶ χυμῶν (p. 417. 17.) ταῦτα ἔχει τῇσι καταστάσεσιν ὁμοιότητας. Iſta cum temporũ conditionibus habent ſimilitudines. Et rurſus ibid. (v. 18.) ἢν μὲν ἐπὶ πλέον τὸ ἔτος τοιοῦτον ᾖ, οἵην κατάστασιν ἐποίησεν, ἐπὶ πλεῖον καὶ τὰ νοσήματα τοιαῦτα. Quòd ſi annus diutiùs talis perſeuerauerit, qualem ſtatum effecerit, tales quoq; ferè morbi erũt. Quod repetitur

repetitur aph. 7. lib. 3. Eſt verò in morbis κατάστασις, totius morbi circunſcriptio & forma, ſiue ex totius morbi temporibus, qualitate & quantitate circunſcriptis, conſtitutio aut compoſitio. Sic enim κατάστασιν νόσου dici Hippocrati ſcribit Gal. lib. 1. περὶ κρίσεων (p. 391. 24) ἐκ τῆς ἐκ τῶν ὅλων τοῦ νοσήματος καιρῶν ... σύνθεσιν, velut quandam ex totius morbi temporibus compoſitionem. Et rurſus ibidem (v. 18.) καταστάσεις νοσημάτων, τὰς οἷον ἰδέας αὐτῶν, καθ᾽ ἃς ἐκ ποιῶνδε καὶ πηλικῶνδε σύγκειται τῶν καθ᾽ ὅλα καιρῶν. morborum conſtitutiones, velut quaſdam eorum formas, ſecundum quas ex talibus & tantis conſtituuntur vniuerſalibus temporibus. Quo certè ſignificatu ſcribitur lib. 1. Epid. (p. 381. 39.) εἰσὶ δὲ τρόποι καὶ καταστάσιες, καὶ παροξυσμοὶ τουτέων ἑκάστου τῶν πυρετῶν ὁμοίως ξυνεχέων καὶ διαλειπόντων. Inſunt autem in ſingulis hiſce febribus, tum continuis, tum intermittentibus, formæ, conſtitutiones & acceſſiones huiuſcemodi. Et lib. 3. Epid. ſt. peſt. (p. 424. 9.) ἦν δὲ ἡ κατάστασις τῶν φρενιτικῶν καύσων ἥδε. Erat autem febrium ardentium quæ obuenerant, conſtitutio huiuſmodi. Et aph. 12. lib. 1. καταστάσιας morborũ vocat, totum morbi ſtatum, formam ac hiſtoriam, per quam totum morbi decurſum inquirimus, & qualia quantáque futura ſint tẽpora morbi vniuerſalia cognoſcimus. τὸ γὰρ (vt illic ſcribit Gal.) εἴτε κάτοξυ, εἴτε ὀξὺ εἴτε χρόνιον ἔσεται τὸ νόσημα, καὶ ἐν τίνι μάλιστα τὴν ἀκμὴν ἀπολήψεται, τὴν κατάστασιν ἔστι τοῦ νοσήματος σκοπεῖν. Id enim eſt morbi cõſtitutionẽ ſpectare, cùm morbum an peracutus, an acutus, an verò diuturnus futurus ſit, aut quo maximè tempore vigorem adepturus, cõſyderamus. Quod etiam penè iiſdem verbis reperit Gal. Com. in ſent. 11. lib. 1. περὶ χυμῶν. Quo ſenſu illic (p. 114. 33.) κατάστασις νόσου ſumitur. Et rurſus ibid. (p. 116. 25. & 30.) iterumq́; (p. 117. 7. 9.) Sic in Progn. (p. 155. 32.) τεταρταίου κατάστασις quartanę conditio aut conſtitutio dicitur. γίνεται δὲ καὶ ἡ τῶν τεταρταίων κατάστασις, ἐκ τοῦ τοιούτου κόσμου. Ac quartanæ quidẽ cõditio hunc ſeruat ordinem. Et κατάστασις δυσεντεριώδης inteſtinorum difficultatem, eiusq́; morbi ſpeciem & formam indicat, lib. 1. Epid. (p. 370. 3.) οἷον τῷ Ἐρατύλλου παιδὶ καὶ Μύλλῳ πολλῆς αἱμοῤῥαγίης γενομένης, ἐς δυσεντεριώδεα κατάστασιν περιέστησαν. Quale quid Eratonis puero & Mylo contigit, qui poſt multã ſanguinis è naribus profuſionẽ, in difficultatem inteſtinorũ delapſi ſunt & ex periculo exempti. Niſi ſi quis exiſtimet per κατάστασιν hic humorum quendam ſeceſſum aut abſceſſus ſpeciem adumbrari, qui depoſitis per aluum acribus humoribus, per effluuium aut emiſſionem fiebat, quòd febres illæ ardentes, quæ alioqui larga ſanguinis è naribus eruptione ſolui non potuerant, ad inteſtinorum difficultatem deuenerint, & in dyſenteriam firmatæ ſint, qua tandem emiſſa per aluum humorũ eluuie veluti quadam iudicatione abſoluti ſunt ægri. Quod quidem propemodũ noſtra interpretatione aſſecuti videmur, cùm in difficultatem inteſtinorũ delapſos periculo exemptos fuiſſe diximus. Sic enim καθίστασθαι de eo quod in aliquam partem decumbit, in eaque firmatur aut cõſiſtit, Hippocrati dictum antea ſcripſimus. & κατάστασις collocationẽ aut repoſitionem in ſuam ſedem indicat, lib. de fract. (p. 569. 10.) ἥδε ἡ κατάστασις, hæc repoſitio aut collocatio conuenit. Vbi κατάστασιν καθίδρυσιν exponit Gal. velut eorum quæ mota ſunt in ſuum locum collocationẽ aut conſtitutionem ac repoſitionem. Rurſusq́; ibidem (p. 576. 4.) ῥηϊδίη ἡ κατάστασις τοῖσι θέναρσι τῶν χειρῶν, per manuum palmas facilis eſt reſtitutio, aut conſtitutio, hoc eſt, facilè reconduntur. Aretæus quoq; inprimis grauis author, κατάστασιν pro morbi forma & idea quæ ipſum per ſe cõſtituit & definit, ſumere mihi videtur cap. 1. lib. 2. cur. acut. cùm ſcribit. ἢν δὲ καῦσον ἔχῃ τὸ στόμαχον οὐκ ἀπὸ τῆς καταστάσιος τῆς νόσου, ἀλλ᾽ αὐτὸ μοῦνον ἀπὸ χυμῶν δριμέων καὶ ἁλμυρῶν, ἢ ὑπὸ χολῆς δακνόμενον. At ſi os ventriculi ardor malè habet, non morbi ratione, ſed quòd ipſum ſolùm ab acribus ſalſisque humoribus aut à bile mordeatur, hoc eſt, non phrenitidis, ſed ſui ipſius ratione & eorum quæ in ſe ipſo continentur. Eſt & κατάστασις τοῦ χρώματος καὶ σώματος, coloris & corporis ſtatus, forma, cõditio, conſtitutio, Prorrh. 2. (p. 415. 4.) ὅτι ἀνάγκη τὸν διαίτῃ ἀκριβεῖ διαιτώμενον, μάλιστα ταύτην τὴν ὥρην, ὁμαλῶς ἔχειν τὴν κατάστασιν τοῦ χρώματός τε, καὶ τοῦ ξύμπαντος σώματος. Quare neceſſe eſt eum qui abſoluta victus ratione vtitur, ea hora præcipuè, æquabilem cum coloris, tum etiam totius corporis ſtatum nactum eſſe. Sic etiam κατάστασις ex ſimilium cauſarum cõcurſione ſtatum enatum ſignificat, & formam quæ eaſdem cauſas ſequitur, aph. 12. ſect. 7. lib. 6. Epid. καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα ἀπὸ τῆς αὐτῆς καταστάσιος. & quæcunque alia eius eſt generis ex eadem conſtitutione proueniens. Indicat enim omnem obſcurã & exiguam ſpirationem, quæ ex ſimili cauſarum concurſu prouenit, hoc eſt, ex calidi natiui refrigeratione & facultatis motricis imbecillitate.

Κατάστημα, τὸ οἷον κατεπέρεισμα καὶ ἀπόστημα, velut innixus & decubitus exponitur Galeno in Exeg. ex lib. 2. Epid. verùm falſa eſt indicatura quæ totam lectionem ſuſpectam facit. Neque enim lib. 2. Epid. legitur. & pro ἀπόστημα, ἀπόσκημμα quidam legunt, longè alio ſenſu. Idem etiam καταστῆναι τὸ ἀποσκῆψαι exponit, quod eſt decumbere, delabi. Eſt & καταστῆναι ſiſtere, reprimere, moderari, vt κατασταθῆναι ſiſti, retundi, moderari, reprimi, quod de bile dicitur lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 241. 14.) quæ medicamento refrigerante & adſtringente reprimitur.

Καταστολὴ eſt modeſtia in veſtitu, ſeu modeſtus habitus. Lib. περὶ εὐσχημοσ. (pagina 15. 33.) habitus ſubmiſſus dicitur Cornario, Caluo contemptio veſtium & demiſſio humana, vbi καταστολὴ cum ἐρυθρίασις coniungitur, verecundia ac erubeſcentia. Rurſus ibidem (p. 16. 3.) μελετᾶν δὲ χρὴ ἐν ἐπιτρισῃ ταῦτα, μετὰ πάντων

καταστολῆς. horum autem omnium diligens cura habenda eſt in re Medica, cum omni demiſſione, demiſſo habitu, non arrogante aut elato, hoc eſt, vt ne pudeat ſe ad frictiones, illitiones, perfuſiones, aliaſque in chirurgia actiones demittere. Ac rurſus ibidem (v.20.) in ingreſſu ad ægrum, meminiſſe vult Medicum καταστολῆς, ſubmiſſionis, demiſſi habitus, vt ne pudeat illum abiecta, aut etiã ſordida & ſeruilia opera ſubire, dum ſint medica. καταστολὴν Heſychius περιβολὴν exponit, veſtitum, amictum, vt & καταστεῖλαι, περικαλύψαι. Sed vitioſè καταστροφὴν noſtris in exemplaribus legitur. Sudas καταστολὴν τὴν στολὴν explicat.

Καταστορέσαι eſt humi ſternere, proſternere, deprimere deiicere, & metaphoricè pro componere, ſedare, demulcere ſumitur. Sic καταστορεσθῆναι humi ſtratum eſſe, proſtratum, depreſſum & deiectum indicat. dicitur tamen tropicè de humoribus qui euicti ſunt & concocti, aut cæterorum mixtione diluti & temperati, neque amplius ſynceri, aut ſuis qualitatibus exuperantes, ſed ſedati & compoſiti. Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 10.30.) ἢ παύεται τουτέων πρότερον, πρὶν ἀποκαθαρθῇ τι, καὶ καταστορεσθῇ, καὶ μιχθῇ τοῖσιν ἄλλοισι. Nec prius iſta quieſcunt, quàm euacuati fuerint & deiecti, atque aliis immixti. Agitur de humoribus acribus & æruginoſis, qui furores, & viſcerum ac thoracis morſus excitant, vbi ſynceri fuerint, neque cæterorum temperatione diluti. Sic paulò antè τῷ καταστορεσθῆναι μετέωρα opponuntur, cùm humores pendent, eleuantur, aut ferociunt ac feruent, nec dum repreſſi ſunt, compoſiti aut ſedati, ſed adhuc exagitati.

Κατατείνειν & κατατεῖναι non ſolùm ἐπὶ τῆς τάσεως poni apud Hippocr. ſed ἐπὶ τῆς καταθέσεως pro collocatione, ſcribit Erotianus, vt non tam extendere ſignificet, quàm componere, collocare, ſtatuere, & de membro, quod figura aut habitu quodam componitur, dicatur. Qua certè notione ſcribitur lib. de fract. (p. 530.7.) ἄλλος δὲ αὖθις τῶν ἰητρῶν ὑπτίην τὴν χεῖρα δοὺς, οὕτω κατατείνειν ἐκέλευεν. Rurſus verò alius quidam medicus ſupinam manum exhibens, ſic componere iubebat, hoc eſt, eo habitu collocare. Rurſus ibidem (v. 12.) ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐὰν ὑπτίη ἡ χεὶρ κατατείνηται, ἰσχυρῶς πονοίη ἄν. Verùm hic habitus ſi ſupina manus collocetur, vehementem dolorem excitabit. Et rurſus ibidem (v.13.) γνοίη δ' ἄν τις τὴν ἑωυτοῦ χεῖρα κατατείνας, ὡς ἐπώδυνον τὸ σχῆμα. Eum verò habitum dolori plurimùm opportunum quiuis comperiet, ſi quis manum ſuam ita componat, hoc eſt, ſupinam collocet, ſtatuat ac figuret. Sic enim hnc expreſſo loco κατατείνας ἀντὶ τοῦ σχηματίσας τέθεικε, καὶ τοῦ κλίνας ὑπτίην αὐτήν (vt ſcribit Erotianus) hoc eſt, κατατείνας (quod eſt extẽdens) pro habitu quodam figurans, aut ſupinam manum collocans poſuit Hippocr. Quam interpretationem ex Erotiani mente noſtris eum in locũ Annotationibus probauimus, cùm cæteri omnes interpretes manus extenſionem ſumant, quam neque tamen aptè fieri poſſe ipſemet teſtatur Erotianus. Rurſus ibidem (v.48.) εἰ δ' ὡς ἐγὼ κελεύω χεῖρα καταστῆσαι κατατείνοι τις. Quòd ſi, velut ego iubeo, quis manum ſtatuat, aut collocet. Eam verò in rem ſæpè vſurpat κατατείνειν Hippocr. in tota fractorum & luxatorũ tractatione, non rarò verò ad extenſionem accommodat, vt aliquot exemplis conteſtatum omnibus volumus. Vt lib. de fract. (pag. 533.49.) μετὰ δὲ ταῦτα σπλῆνας κατατείνειν χρὴ κεχρισμένους κηρωτῇ ὀλίγῃ. Poſthæc ſplenia modico cerato illita ſuperextendenda, ſupra collocanda. Et lib. de art. (p.582.39.) ἔπειτα λαβόμενον τῇσι χερσὶ τῇσιν ἑωυτοῦ, τῆς χειρὸς τῆς σιναρῆς, κατατείνειν αὐτήν. Deinde manu affecta ſuis manibus apprehenſa, eam extendere. Et ibidem (v.44.) κατατεινομένης γὰρ τῆς χειρός. manu quippe extenſa. Et (v.45.) χρὴ δέ τινα ἐπὶ θάτερα τοῦ κατατεινομένου καθήμενον, κατέχειν κατὰ τὸν ὑγιέα ὦμον. Alius verò ab altera eius qui extenditur parte conſidens, hominem ad integrum humerum contineat. Et (v.53.) ὑπὲρ κεφαλῆς τοῦ κατατεινομένου καθήμενον. ſupra caput eius qui extenditur ſedentem. Rurſus ibidem (p.584.37.) τὴν δὲ ὅλην χεῖρα πρὸς τὸ ξύλον κατατείνοντα προσκαταδῆσαι, κατά τι τὸν βραχίονα. manus tota ad lignum porrecta, iuxta brachium alligari debet. Et rurſus ibidem (p.591.26.) οὐ δυνήσῃ τοῦ δέρματος ἀπολαβεῖν οὐδὲν τοῦ ὑπὸ τὴν μασχάλην, ὅ, τι καὶ ἄξιον λόγου κατατεῖναι. nihil ex cute ſub ala, quod extenſione dignum ſit, apprehendere poteris. Et (v.36.) οὗτοι γὰρ πρόχειροι γίνονται καὶ κατατεταμένοι ἐν τούτῳ τῷ σχήματι. Hi enim [nerui] eo habitu contenſi ſunt & expoſiti. Iterum ibidem. (pag.621.1.) κἄπειτα πρηνέα κατακλῖναι κατατεταμένον. homo pronus extentus reclinandus, pronus collocandus. Quem locum paulò aliter legit Erotianus, & καταπεπταμένον κατακεκλιμένον, reclinatum exponit. Ac rurſus ibidem (v.7.) ἔπειτα αἱ ἀρχαὶ πρὸς ξύλον ὑπεροειδές τι προσδεδέσθωσαν, ἁρμόζοντι κατὰ μῆκος τῷ ξύλῳ τῷ ὑποτεταμένῳ, πρὸς ὅ, τι προσβάλλον τὸ ὑπεροειδὲς ἀντιστηρίζοντα κατατείνειν. Demum capita ad lignum aliquod, quod piſtilli formam habeat, deliganda ea longitudine quæ ſubtenſo ligno cõueniat, ad quod appoſitum lignum illud quod piſtilli formã habet, velut obice quodam, extenſionem facit. Quem etiam locum paulò aliter legit Erotianus, & ὑποτεταμένῳ, ὑποκειμένῳ, ſubiecto, ſuppoſito, exponit. Rurſus ibidem (v.18.) κἄπειτα κατατείνειν ἐν τούτῳ τῷ σχήματι. ac demum eo habitu extenſio adhibenda. Et (v.26.) ἀσινὲς δὲ καὶ ἐπικαθίζεσθαί τινα πρὸς τὸ κύφωμα, ἅμα κατατεινομένου, ἐνσεῖσαι μετεωρισθέντα. Innoxium quoque eſt gibbo aliquem inſidere, ſimulque dum fit extenſio, ſublimem ſe attollendo concutere. Et (v.40.) τοὺς δὲ κατατείνειν τὸ σῶμα κατὰ μῆκος alii corpus per longitudinẽ extendere debent. Et (v.48.) καὶ γὰρ ἂν κατατείνων κατὰ μῆκος μοῦνον ἔνθα καὶ ἔνθα, οὕτω καὶ ἄλλην ἀνάγκην οὐδεμίην προστιθεὶς, ὅμως κατατείνειεν ἄν τις. Nam & extenſione ſola per longitudinem in diuerſa

in diuerſa ſacta, nulla etiam alia vi adhibita, probè tamen extendere poteris. Sic quoq; κατάτασιν neq; tantùm extenſionem, verùm etiam κατάθεσιν, hoc eſt collocationem indicare apud Hippocr. teſtatur Erotianus, qui κατατάσιας καταθέσεις apud eum exponit, expreſſo nimirum initio libri de fract. ἐχρῆν δ' ἰητρὸν τῶν ἐκπτωσίων τε καὶ καταγμάτων, ὡς ἰθυτάτας τὰς κατατάσιας ποιέεσθαι. Eorũ quę ſuis ſedibus exciderũt & fracta ſunt, medicum quàm rectiſſimas extenſiones facere conuenit. Sic n. ex Galeni mẽte ad extenſiones accõmodam', etſi ex Erotiani ſenteotia ad luxatorum & fractorum iuſtiſſimas collocationes referri poteſt. Et rurſus ibid. (p.531.11.) ὡς μὴ λάθῃ τὰ χείλεα ἐν τῇ κατατάσει οὐχ ἱκανῶς ἐξῆχθαι) vt ne eũ qui compoſitiooem aggreditur lateat, num abunde ſint in directum cõſtituta. Etenim tam ad membri collocationẽ ac rectam cõpoſitionem, quàm ad extenſionem referri poteſt. Et lib. de art. (p.621.55.) τὰ δὲ ξυνελθόντα παρὰ φύσιν, καταταθέντα αἱ κατὰ φύσιν κατατάσιες. Quæ verò præter naturam coierunt, eæ quę ſecundum naturam adhibentur extenſiones, componunt, boc eſt reſtituunt, aut diſtendunt. Quibus certè ex omnibus locis κατατείνειν & κατάθεσιν apud Hipp. partim de membri extenſiooe, partim etiam de collocatione dici, cuiuis manifeſtum eſt.

Καταπλᾶν eſt conſpurcare, inquinare, ſtercore perfundere. lib. περὶ γυν. φύσ. (p.221.30.) ῥάκεσι καταπλάσας, conſpurcato aut inquinato linteo, quod dicitur de linteo medicamento delibuto, aut medicamento linteo excepto. lib. 2. περὶ γυν. (p.288.24.) ῥάκεα ἐγκαταπλάσσων λεπτὰ, tenuibus linteis conſpurcatis, boc eſt, tenuibus linteis excipito. Verùm ἐγκαταπλᾶν malim aut ἐγκαταλεῖν.

Κατάτριψις ὀργάνων, inſtrumentorũ attritus aut attritio, cùm nimia ſiccitate functionum inſtrumenta languida, exoluta, & infirma euadunt, tranſlatione à veſtibus aut vaſis ſumpta, quę longo vſu attrita, ſeipſis ſicciora effecta ſunt. aph. 1. ſect. 2. lib. 6. Epid. vbi tamen τρίψις legitur apud Hipp.

Καταβόησις vociferationem ſignificat apud Hip. ἐν προρρητικοῖς (p.19.14.) καταβοήσιες λυπεῖ, vociferatio affligit, moleſta eſt. Eadem φωνασκία dicitur Aretæo cap. 6. lib. 2. de Cur. diuturn. affect.

Καταφορὰ grauis eſt in ſomnum delatio, aut degrauatio, parumque aut nihil à comate differt, vt & καταφορικοῦ κώματος nomine explicet Gal. apud Hip. Com. 3. in li. 3. Epid. etſi lib. περὶ κώματος καταφορικοῦ κώματος genus faciat, eiuſq; duplicem differentiam ſtatuat, vt noſtris in lib. 3. Epid. Annotat. ſcripſimus. Καταφορὴ νωθρὴ, ſegnis & torpida in ſomnũ delatio dicitur Hippocrati lib. 3. Epid. in ſt. peſt. (p.425.49.) quam paulò poſt βαρὺ κῶμα vocat, eaq; periiſſe phreniticos vult. Etſi Gal. lib. 13. Meth. med. (p.182.12.) καταφορὰς βαθείας ex humore craſſo, frigido, nõ putreſcẽte, & abſq; ſebre fieri ſcribat, eaſq; velut genus ad ἀποπληξίας, καρὸς καὶ κατοχὰς ſtatuat. Eſt & καταφορὰ Hippocrati grauis ſomnolentia, in ſomnum propenſio, delatio & collapſio, ſebri etiam coniuncta, libro ſeptimo, Epid. pagina 367.11. & 13. & Coac. Prænot. (p.440.31.) vt & καταφερόμενοι ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν, ſomno altiore correpti & degrauati, lib. 4. Epid. (p.333.39.) vbi ſimul κῶμα iungit Hippocr. vt & ægr. 11. lib. 3. Epid. poſt. ſt. peſt. καταφορὴ aliter etiam ſumitur ἐν προρρητικοῖς (p.17.14.) & ex apparentibus deductionem ſignificat, boc eſt, eorum quæ ſenſibus cognoſcuntur delationem, cum ea quæ ſenſu comprehenduntur in cogitationem deducuntur, vnde ratiocinatio colligitur & methodicè confirmatur. Cornarius illic καταφορὴν delationem in morbum dixit, Caluus deprehenſionem. Καταφερόμενα ἐκ τῶν φυμάτων καὶ ἐμπυημάτων, quæ ex tuberculis & ſuppuratis deferuntur, boc eſt; vacuantur & effluunt, aph. 37. ſect. 8. lib. 6. Epid.

Καταφρονέοντα Galenus apud Hipp. in Exeg. exponit, τὸν ἀνετίως αἰσθανόμενον, liberè aut integrè ſentientem, hoc eſt eum cui ſenſuum integritas in totum eſt reſtituta, ita vt nulla ſit ſenſationis oblęſio, aut ſenſus nullum reſtitet impedimẽtum, ex maiore Prorrhetico. Quibus certè verbis locum Prorrh. 2. mihi ſubindicare videtur Gal. (p.418.19.) vbi de vulneribus lethalibus agitur. ὅσα μὴ δυνάσαι καταστῆσαι τὸν ἄνθρωπον εἰς τὴν ἴσην καταφρονίησιν. vt ſenſuum integritas reſtitui nõ poſſit, aut quæ tantam magnitudinem habent, vt curatione ipſa bomo ad ſenſuum integritatẽ reuocari nequeat. Etſi certè illud ἀνετίως apud Galen. mihi non parum ſuſpectum eſt. Nam & ἀνέτως quidam, alii ἀφέτως, Varinus etiam ἐν ἴτῃ leg. Καταφρονέειν autem de mentis & ſenſuũ integritate reſtituta dicitur Hippocrati, & reſipiſcere ad ſeq; redire ſignificat, in his qui ſenſibus capti, ſibi reſtituuntur. lib. περὶ γυν. φύσ. (p.214.19.) ἐπὴν δὲ καταφρονήσῃ, vbi ad ſe redierit, hoc eſt vbi ſenſatiooum & motionum functiones reſtitutę fuerint. Agitur enim de muliere ἀφωνίᾳ laborante & ſenſu & motu priuata ex vteri affectu. Etſi vitioſè noſtris in codicibus κατεφρονέειν legitur. Sic etiam Erotianus καταφρονέει κατανοεῖ exponit apud Hippocr. quod eſt ad mentem aut intelligentiã rediit. Additq; antiquos φρονεῖν dixiſſe τὸ νοεῖν. Eaq; notione καταφρονεῖν τῷ παραφρονεῖν opponitur aut τῷ παραφρονέειν, velut τὸ κατανοεῖν ſępe ex aduerſo ponit Hippoc. lib. Epid. in tota ægrorum œconomia, & κατανοεῖν καταφρονεῖν exponit Gal. vt antea ſcripſimus.

Κατὰ φύσιν dupliciter accipitur. Quædam enim ſecundum naturam ineſſe dicuntur, quòd ſint naturæ munia & opera, vt augeri, nutriri. Quædam etiam quòd neceſſitate omnibus à natura inſint & ad naturæ opera ſequantur, vt ſenectus. Galen. lib. περὶ μαρασμοῦ (p.573.59.)

Καταχλιδᾶν idem quod κατατρυφᾶν, deliciari, luxu diffluere, καταχλιδέειν videtur dici Hippocrati ἐν προρρητικοῖς (p.18.6.) καταχλιδῶσι, deli-

ciantur, delicias agunt, luxu diffluunt. De malis medicis dicitur, qui ob famam ab hominibus diuitibus ſibi & exiſtimationem conciliatam deliciantur, gloriantur, ſuperbiunt, & luxu diffluunt.

Καθέχλοα exponit apud Hipp. Galenus in Exeg. ἄγαν χλοώδη, valde virentia. Ac neſcio num locus lib. 7. Epid. (p. 356. 1.) ſubindicetur, vbi tamen καθέχλοα fortè pro κατέχλοα ὑποχωρήματα legitur, vt & γλισχρόχλοα pro γλισχρόχολα apud Hippoc. legit Erotianus, & ὑδατόχολα pro ὑδατόχλοα ſæpe legitur, aut ὑδατόχροα.

Κατάψυξις, perfrictio, perfrigeratio, dicitur Galeno lib. de rig. trem. palp. (p. 368. 46.) cùm refrigerationis ſenſus cum dolore ſentitur, abſq; cutis & ſuperficiei inæquali motu. Sic enim à rigore diſtinguitur. Hippocrati verò κατάψυξις perfrictionē, modò totius corporis, modò extremarum partium, indicat. In Prorrh. (p. 216. 3.) ἐν τῷ καταψύχεσθαι οὐδὲ πονηρόν. Quin & perſrigerari itidē malū eſt, vbi extremarum corporis partiū perfrictionē exponit Galenus. Quod etiā repetitur Coac. Præn. (p. 443. 4.) Rurſuſq; ibid. (p. 218. 31.) τὸ καταψύχεσθαι de extremorū perfrictione ſic exponit Galenus. τὸ δὲ καταψύχεσθαι δύναται σημαίνειν, οὐ τὸ λελύσθαι τὸν πυρετὸν, ἀλλὰ τὰ κάτω μέρεα τοῦ σώματος ἧττον εἶναι θερμὰ παραβαλλόμενα τοῖς ἄλλοις, ἵνα τὴν ἀναστροφὴν τῆς θερμασίας ἐκ τούτου τεκμαιρώμεθα. τὸ καταψύχεσθαι quod eſt perfrigerari, ſignificare poteſt, nō quidem ſolutam eſſe febrē, verùm corporis extrema cęteris collata minus eſſe calida, vt ex eo de caloris cōuerſione coniecturam ſumamus. Rurſus ibid. (p. 178. 1.) αἱ μετὰ καταψύξιος ῥιπτασμοὶ, corporis iactationes & incontinentiæ cum perfrictione. Et rurſus (p. 179. 16.) τὰ μετὰ καταψύξιος πτυαλίζοντα, crebræ ſputationes cum perfrictione. Vbi κατάψυξις, an totius corporis, an verò extremorum perfrictionē indicet, incertum eſt, velut etiā in Coac. Prænot. (p. 433. 48.) αἵματος ἀφαίρεσις ἐν καταψύξει τεναρκωμένη κακόν. In corporis perfrictione, cum ſtuporis ſenſu, ſanguinis detractio mala eſt. Et rurſus ibid. (p. 445. 2.) κατάψυξις μεθ' ἱδρῶτος ἐπὶ κοιλίησιν ὑγρῇσιν. pfrictio cum ſudore aluo humeſcente. Et lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 94. 45.) in ſpirituū interceptionibus καταψύξιες, corporis perfrictiones, humoribus concretis & fixis cōtingunt. Et lib. 7. Epid. (p. 366. 21. & 24.) κατεψύχθη, perfrigeratus eſt, toto corpore perfrixit.

Κατειλημένος εἴσω ἐρυγμὸς, intrò conuoluta eructatio, in Coac. Prænot. (p. 444. 30.)

Κατειλῦσαι φωναὶ vide φωναὶ κατειλῦσαι poſtea.

Καταπλάκεισαι legitur apud Hippoc. lib. περὶ ἱστίων φύσ. (pag. 63. v. 6.) καὶ αἱ μὲν ἀπὸ τοῦ ἥβης ἐς τοὺς μαζὸς, καὶ ὑπὲρ αὐτῶν ... καὶ τοὺς ἀκρωμίας ἐπιτεταμέναι καταπλάκεισαι. Et aliæ quidem à pube in mammas, & ſupra mentum ac ſummos humeros protentæ connexæ ſunt, complicatæ ſunt, aut exporrectæ, contextæ ſunt, à verbo καταπλέκομαι, vt ſit aor. 2. paſſ. Cornarius καταπλάκεισαι diuagātur dixit, à verbo καταπλανάω, quod eſt deerro, diuagor, vt ἀμπλακέω. Heſychius ἀμπλακεῖν ἁμαρτεῖν exponit, & ἀμπλακὼν ἁμαρτόντος & ἀποτυχών, qui aberrauit. Idem καταπλακὼν, καταπλήξας καὶ ἐξαμαρτὼν, qui aberrauit, deerrauit. Quę omnia παρὰ τὸ πλάκαω & καταπλάκαω deſcendunt, vt ex πλάκω πλακῶ. Caluus καταπλατυνθεῖσαι leg. videtur, cum dilatantur dixit.

Καταπλήσσει vide καταπλὴξ antea.

Καταπράξεσθαι, conficere, interdum etiam opprimere, profligare, exercere. In Coac. Præn. (p. 439. 3.) de aqua inter cutem cui Leucophlegmatias nomen eſt. αἱ μετὰ σιγῆς ἀθυμίαι καὶ ἀπανθρωπίαι ἐπιεικῶς αὐτῶν καταπρήσσουσι, animi deſponſiones cum ſilentio ac hominum auerſiones, eos ferè conficiunt. Incertum tamque eſt num cauſam reſpiciat, ac velit ex animi abiectione & ſolitudine (quæ melancholiæ efficaciſſima ſigna ſunt) hoc hydropis genus ſubnaſci, num verò ægritudinis periculum indicet, & his caſibus ægrotantem opprimi velit, an verò exerceri & profligari. vt καταπεπραγμένος exercitatum, profligatum & confectum ſignificat.

Καταρυθμίαν apud Erotianum exponitur κατὰ φύσιν, κατὰ μέγεθος, ſecundum naturam, ſecundum magnitudinem. Verùm ſuſpectam lectionem habeo, & in multis codicibus defecta eſt dictio cum aſteriſco, quod vitium ſubolet, cui niſi melioris codicis ope manus adhibere non eſt facile.

Κατ' εὐθὺ, vide Εὐθὺ antea.

Κατεχόμενοι & κάτοχοι dicuntur veteribus, qui recentioribus Catoche aut Catalepſi laborant, aut prehenduntur, vt ſcribit Galenus libr. 4. de Cauſ. pulſuum (pag. 114. v. 56.) quaſi detentos aut præpeditos dicas. Κατεχόμενα Galenus Comm. 2. in Prorrh. (pag. 189. 25.) ἢ διὰ μόγις ἐκκρινόμενα, ἢ καὶ παντελῶς ἰσχόμενα, de vrinis quæ ægrè excernuntur, aut in totum ſupprimuntur. Κατείχετο γλῶσσα, lingua detinebatur, impediebatur, hærebat, neque expediri poterat, lib. 5. Epid. (p. 340. 2.) Significat inſtrumentorum voci deſtinatorum impedimentum ex nimio humorum affluxu.

Κατηβολαὶ Galenus exponit in Exeg. περιοδικαῖς ἀρχαῖς παροξυσμῶν, per circulum repetentibus acceſſionum initiis, aut circularibus exacerbationum principiis. Verùm καταβολῇσι, (vt alii cum Varino leg.) malim. Budæus nanque καταβολὴν pro acceſſionis principio dici Galeno annotat.

Κατενόει Galenus in Exeg. exponit ἐσωφρόνει, ᾐσθάνετο, intelligebat, ſentiebat. κατανοέειν ſępe ponit Hippocrates de mentis conſtantia, & ratiocinandi intelligendiue integritate, in ſingulari ægrorum recenſione lib. 1. & 3. Epid. deliriόque ac deſipientiæ opponit. Et certè hæc Galeni expoſitio optimè mihi quadrare videtur libr. 5. Epid. (pagina 339. verſ. 8.) vbi tamen κατενόει legitur, vt mihi ex hoc vel ſimili alio loco vt ægr. 8. libr. 1. Epid. κατανοέειν pro κατενόει legiſſe videatur.

Κατηπιαδεῖν Erotianus exponit apud Hippocr. κατηπιαδικὸς, inualidum, infirmum, debilitatum,

tum, adducto verſu Homerico, quem in Ἠπεδανὸς ſubnotauimus antea. Etſi quidam κατηπεδανὸς apud Erot. legunt.

Καταπορηθῇ, ἠδυνατήθη exponit Erotianus apud Hippocr. Verùm cùm lib. de art. (p.641.31) legatur, ἢν δὲ καταπορηθῇ ἢ ἀμεληθῇ ἐμπεσεῖν, quod eſt, cumque fruſtra tentata aut neglecta repoſitio fuerit, aut fruſtrati ſuerint & neglecti in repoſitione articuli, hunc ab eo locum exprimi non eſt vero abſimile, cùm etiam explicatio apprimè conueniat, vt ſit, ſi verò recondi non potuerint articuli. Niſi ſi quis aliter apud Erotianum legendum exiſtimet.

Κατήρτεε Galenus exponit in Exeg. καθεστήκει, ἐσωφρόνει, compoſitus erat & ſedatus, ad mentē redierat, ſibiq; erat reſtitutus. Quod legitur libro primo Epid. ægr. 8. τῇ πέμπτῃ πρωῒ κατήρτεε. Quinto die mane compoſitus erat, hoc eſt, ex mentis perturbatione ad ſe redierat, ſibique reſtitutus erat. Eſt autem elegans metaphora à luxatis artubus quæ ſibi reſtituuntur & in locum ſuum reconduntur, quod καταρτίζεσθαι dicitur. Vnde καταρτισμὸς de membrorum luxatorum reſtauratione ponitur. Quod ad mentem emotam & velut è ſede conſtantiæ deturbatam accommodatum, eam ex perturbata & commota compoſitam & quietam ſignificat, quomodo hominem commotum aut perturbatum, ſuæ menti reſtituere aut reponere Gallicè dicimus. Eſt & καταρτίζειν, concinnare, coaptare, componere, reſtaurare, vt & καταρτύειν. Vnde κατηρτισμένοι omnibus numeris compoſiti, abſoluti, aut aptè concinnati dicuntur. Quod effecit vt quidam apud Galenum κατήρτυε aut κατήρτεε legere malint. Verùm κατήρτεε leg. omnia exemplaria tum manu ſcripta tum publicata. vt etiā lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.98.44.) de phreniticis & deſipientibus dicitur, οὐδὲν λέγουσι κατηρτημένον, nihil compoſitum aut concinnum dicunt. Quomodo etiam κατηρτημένον apud Herod. pro κατηρτισμένον annotatur.

Κατηφὴς, qui vultu eſt demiſſo & ſubtriſti. In Coac. Prænot. (p.435.19.) κατηφὴς προσώπου, vultus demiſſus, ſubtriſtis, ſuperciliosus. Sic lib.7. Epid. (p.357.9.) κατηφέες ὀφθαλμοί. oculi demiſſi, mœſti, triſtes. Et rurſus ibid. (p.359.2.) τὰ ὄμματα κατηφέα, lumina demiſſa. Quò fortè reſpexiſſe Heſychium eſt exiſtimandum, cùm κατηφέα, κατηφῆ & στυγνὰ exponit, lumina mœſta, triſtia.

Κατήχησις eſt viuæ vocis inſtructio ἐν παραγγελίαις (p.18.48.) κατήχησις ἰδιωτέων, idiotarum & popularium inſtructio, quę fit viua voce Medici, dum plebeios ob ſymptomata morbi perterritos ſolatur & erigit.

Κατειλλόμεναι exponitur Galeno in Exeg. συνδεδεμέναι, vinctæ, colligatæ. Quod vt mihi referri videtur ad eum locum libr.3. Epid. ſt. peſt. (p.422.48.) vbi de vocibus agitur, ita ſcripturam iſtam ſuſpectam reor, etſi eodē modo à Varino adfertur. Nam aut κατειλλόμεναι, aut κατειλημμέναι leg. exiſtimo, ab ἴλλω aut ἰλλέω quod eſt δεσμεύω, vincio, vt voces κατειλλόμεναι, hoc eſt, συνδεδεμέναι, vinctæ, colligatæ, præpeditæ, & ex diſtillatione interceptæ intelligantur. Quam lectionem etiā vt agnoſcunt illic quædam exemplaria, ſic etiam veteribus Hippoc. interpretibus conteſtatam ex Galen. Com. apparet, vt noſtris eum in locum Annotat. ſcripſimus, iſtiuſq; lectionis meminimus, vt & antea in ἰλλαίνειν, vbi & ἰλλομένην γλῶτταν à Platone δεδεμένην à Simplicio explicari, diximus.

Κατιὰς, ἀδος, dicitur Paulo ſcalper exciſorius, quo vtitur in excindendo fœtu mortuo, c. 74. lib.6. aciculam vertit Cornarius. Videtur eſſe ſcalpellus acutus, ἀπὸ τοῦ κατιέναι dictus, ab immittēdo, quo etiam vtitur in diuidendo vteri abſceſſu, lib.6. cap.73. Paulus κατιέναι autem, quod eſt demittere & deſcendere, Ionicè pro καθιέναι dicitur, vt κατίημι itidem pro καθίημι.

Κατ' ἰητρεῖον, vide ἰητρεῖον anteà.

Κατέχοντες continentes dicuntur, quibus aluus detinetur aut ſiſtitur, aphor. 33. lib.6. Epid. ſect.8. quibus opponit τοὺς βραχὺ καθαιρομένους, eos qui parum repurgantur.

Κατοικίδιοι κατατάσιες, familiares & domeſticæ extēſiones, hoc eſt domi natæ & paratu faciles, quęq; promptè expediuntur, & per ea quæ domi habemus adminiſtrantur, abſq; curioſo inſtrumentorum apparatu. libr. de art. (p.659.21.) ποῖαι δέ τ' αὖ τινες κατοικίδιοι κατατάσιες εἶεν τοῦ σώματος. tales domeſtici ſunt extendendi corporis modi.

Κάτοξυ νόσημα peracutus morbus dicitur Hippocrati aph.7. lib.1. in quo ſtatim ſymptomatum ſumma ſunt omnia, quiq; continēter, celeriter & vehementer mouetur, & in quo ſummus vigor in primos morbi dies, hoc eſt primū quaternarium incidit, aut non vltra ſeptimum differtur. vbi Gal. in Com. ἔστι δὲ καὶ κάτοξυ νόσημα τοῦτο ἂν εἴη, τὸ αὐτίκα ἀκμάζον. αὐτίκα δὲ ἀκινδύνως περὶ τὴν πρώτην τετράδα, ἢ μικρὸν ταύτης ἐξώτερον. Et certè peracutus morb. is fuerit, q ſtatim in ſummo vigore viget. Per ſtatim autem, circa primum quaternariū, vel paulò poſt intelligendum. Morbi peracuti iidem valde acuti dicuntur Hippocr. aph. 10. libr. 4. vbi etiam ſcribit Galenus, ὅτι δὲ λίαν ὀξέα κέκληκε νῦν ἃ πρόσθεν ὀνόμασε κάτοξεα, δῆλον παντί. καὶ μέν τοι καὶ ὅτι τῆς τούτων κρίσεως, ὅρος ἐστὶν ἡ ἑβδομὰς ἡ πρώτη, λέλεκταί μοι καὶ τοῦτο πρόσθεν. Quòd autē valde acutos morbos nunc vocauerit; quos prius peracutos appellauit, cuiuis eſt manifeſtum. Quinetiam horum iudicationis terminum eſſe primam ſeptimanam, id quoq; mihi antea dictum eſt. Rurſus idem Com.3. in Progn. (p.157.49.) κάτοξυ νόσημα ėſſe ſcribit, τὸ τῆς ζ ἡμέρας οὐκ ἐξωτέρω προϊὸν, ἀλλ' ἤτοι κατ' αὐτὴν, ἢ καὶ προσθιαίτερον κρινόμενον, hoc eſt, peracutum morbum, qui ſeptimū non tranſgrediatur diem, ſed aut in eo, aut etiam maturius iudicetur. Authori Definit. Med. (p.394.50.) κάτοξυ νόσημα πάθος ἐστὶ τῇ δυνάμει καὶ φαντασίᾳ μεῖζον καὶ χαλεπώτερον τοῦ ὀξέος, τοῦ-

πάντων κρινόμενον ἐν ἡμέραις ἑπτά. τοῦτο καὶ ὀξύτατον περικαγχρινόν γ᾽ ἱπποκράτης οἶδεν. Morbus peracutus eſt affectus acuto vi & ſpecie maior & difficilior, qui ferè ſeptem diebus iudicatur. Quem etiam acutiſſimum appellare ſolitus eſt Hippocrates.

Κατόπιν, pòſt, poſtea, retro. libr. 1. περὶ γυναικ. (pag. 237. 23.) ἄριστον φάρμακον μαλθακτήριον μὲν κατόπιν τε καὶ ἐς τοὔμπροσθεν. optimum eſt emolliens medicamentum ipſi retro & anteriore parte adhibitum. Rurſus libro ſecundo, περὶ γυναικ. (pag. 276. verſ. 5.) καὶ ὑποθυμιῆν τὸ κατόπιν κακώδεσι, & poſtea ex graueolentibus ſuffitus adhibeto. Κατόπιν Heſychius exponit ὕστερον, ὄπισθεν, pòſt, pone.

Κατοπτὴρ inſtrumentum eſt chirurgicum ad diducendam ſedem idoneum, quo quæ recondita ſunt & intus latent, in conſpectum veniunt, ſpeculum inde à noſtris chirurgis vocatum. Quo vtitur Hippocrates lib. de fiſt. (pagina 517. verſic. 44.) κατοπτῆρι καταδὼν τὸ διεξεβρωμένον τοῦ ἀρχοῦ. Vbi adhibito inſtrumento ad ſedem diducendam idoneo (quod κατοπτὴρ dicitur) in ano quid peroſum fuerit conſpexeris. Rurſus libro de hæmorrh. (pagina 520. verſiculo 46.) ἢν δὲ ἀνώτερος ᾖ ὁ κονδύλωσις, τῷ κατοπτῆρι σκέπτεσθαι, καὶ μὴ ἐξαπατᾶσθαι ὑπὸ τοῦ κατοπτῆρος. At ſi altius inſederit tuberoſa eminentia, per inſtrumentum dilatandæ ſedi accommodatum, catopterem dictũ, inſpicere oportet, neq; ab eo decipi. Quò ſanè reſpiciens Galenus in Exegeſi, κατοπτῆρι, τῷ καλουμένῳ ἑδροδιαστολεῖ exponit, ὥσπερ καὶ δίοπτρα ὁ γυναικῶν διαστολεύς. vt κατοπτὴρ dicatur inſtrumentum ſedi dilatandæ idoneum, velut δίοπτρα ad ſinum muliebrem. Speculum ani & matricis chirurgi noſtri vocant. δίοπτρον Paulo dicitur ex Leonide cap. 78. libr. 6. inſtrumentum quo ſedes dilatatur, quódque ἑδροδιαστολεὺς vocatur, quo etiam ad ſinum muliebrem diducendum vtebantur. κάτοπτρον Erotiano ἡ μηλωτὴ exponitur, ſi modò vera eſt lectio, & non μηλωτὶς potiùs legendum, vt μήλην διαστομωτρίδα (διαστολέα exponit Galenus) intelligat, inſtrumentum & ſpecillum quo aliquid dilatatur. Ex quo κατόπτρῳ pro κατοπτῆρι, apud Hippoc. mihi legiſſe videtur Erotianus.

Κάτοχος aut κατοχὴ, affectus eſt cerebri cum graui ſopore & totius corporis ſtupore & rigiditate quadam, in quo ægri immoti & omninò fixi manent, diductis palpebris, apertis oculis & obrigeſcentibus membris, velut qui catalepſi laborant, vt ſcribit Gal. Com. 2. in Prorrh. (pag. 196. 10.) vbi hiſtoriam memorat cuiuſdam ex condiſcipulis hoc affectu Catocho detenti. κάτοχον καὶ κατοχὴν recentiores medici & κατάληψιν vocauerunt vt κατόχους, κατεχομένους, eo affectu laborantes, vt ſcribit Gal. in Iſag. pulſuum (p. 6. 24.) & lib. 4. de cauſ. pulſ. (p. 114. 57.) Aurelianus quoque cap. 10. lib. 2. acut. ſcribit Catalepſin Philippo Catochen dictam fuiſſe. Sunt qui κάτοχον ex Galeno & Paulo κῶμα ἄγρυπνον, hoc eſt, peruigilem ſoporem eſſe dicant. Halyabbas ſtupefactionem peruigilem vocat, vt ſcribit Manardus epiſt. 3. libr. 7. Galenus etiam lib. 13. Meth. med. (p. 182. 22.) κατόχους inter καταφορικὰς βαθείας recenſet. κάτοχοι ſunt Hippocrati qui Catocho aut alto ſtupore detenti dicuntur in Prorrh. (p. 194. 10.) ἆρά γε καὶ ἢν κάτοχοι γένωνται. tum verò præcipuè ſi alto ſtupore (quem Catòchum dicunt) deprehenſi, detineantur. Sunt etiã κάτοχα in Prorrh. (p. 197. 52.) quæ altum ſtuporem (quem catochon dicunt) inferunt. Sic enim ibi Galenus κάτοχα τὰ παθήματα, τὰ τὴν κατοχὴν ἐπιφέροντα exponit, affectiones catochen inferentes. Quibuſdam verò κάτοχα vocari ſcribit, τὰ βεβαίως ἱδρυμένα, καὶ τὰ κατεχόμενα νοσήματα, morbos ſtabiles, firmos, ac firmiter inhærentes. Quomodo κατόχους παρακρούοντας capi poſſunt pro his qui alto ſtupore (quem catochon dicunt) detenti, delirant, aut pro his qui vehementi & pertinaci delirio laborãt, ex Prorrh. (p. 195. 56.) & Coac. Prænot. (p. 428. 31.) Quæ certè phraſis eſt horum præſagiorum authori valde familiaris. Sic κατόχους ὀδυνώδεις ſunt qui alto ſtupore (catochon vocant) cum dolore detinentur, aut qui graui, continenti, & pertinaciter inhæreſcente capitis dolore conflictantur, Coac. Prænot. (p. 428. 38.) κάτοχοι παροξυνόμενα σπασμώδεα τρόπον, in Prorrh. (p. 217. 38. & 53.) & Coac. Prænot. (pag. 434. 11.) quæ conuulſionis in morem cum catocho aut alto ſtupore affligunt, aut quæ grauiter aut pertinaciter cõuulſionis in morem detinent, etſi aliter repetitur Coac. Prænot. (p. 426. 42.) κατόχους καυσώδεις, qui febre ardente cum catocho aut alto ſtupore detinentur, aut quos febris ardens grauiter affligit, iiſque pertinaciter inhæret, in Coac. Præn. (p. 442. 32.) αἱ μετ᾽ ἐκλύσιος κατόχου ἀφωνίαι. Vocis defectiones cum virium exolutione in catocho aut alto ſtupore detentis, in Prorrh. (p. 200. 51.) & Coac. Prænot. (p. 431. 13.) Catochon autem altum ſtuporẽ dicimus, quòd in eo totius corporis, & quidam mentis ſtupor inſit. Eſt nanq; κάτοχος authori Definit. Medic. (p. 397. 32.) ἀναισθησία ψυχῆς μετὰ πήξεως τοῦ παντὸς σώματος. mentis ſtupor cum corporis totius rigiditate. Cuius etiam tria facit genera.

Κάτω inferiorem aluum denotat, vt ἄνω ſuperiorem. lib. 4. Epid. (p. 332. 27.) κάτω σημεῖα, ſigna per inferiorem aluum & deiectiones edita dicuntur.

Κατωμίζειν eſt humerũ ſupponere, aut in humerum ſuſtollere, quod fit, cùm in alam ægri humero ſubiecto, eum ſuſtollimus, aut ſuper ſummum alterius ſtantis humerum, ægri ala collocatur, ad humeri articulum elapſum reponendum. Qui repoſitionis modus διὰ τοῦ κατωμισμοῦ fieri dicitur, hoc eſt per humerum ſuppoſitum. libr. de artic. (pag. 583. 14.) ἔτι δὲ καὶ ἄλλη ἐμβολὴ, ὡς κατωμίζοντα ἐς ὀρθόν. Eſt & alius reſtituendi modus, cùm in erecti & ſtantis humerum æger ſuſtollitur.

tur. Et μείζω μὲν τοι δεῖ χρὴ τὸν κατωμίζοντα. Eum autem qui in humerum tollit maiorem eſſe oportet. Eſt igitur κατωμισμὸς in humeros ſublatio, vt & κατωμίζειν in humeros tollere aut ſuſtollere dicitur, quod ibidem exponit Hippocrat. ὑποθεῖναι τὸν ὦμον τὸν ἑαυτοῦ ἐπὶ τὴν μασχάλην ὀξύν. ſublatum humerum in alam ſubijcere. Et Galenus, ἀποξυνάντα τὸν ἴδιον ὦμον εἰς τὴν κάμνοντος ὑποθεῖναι μασχάλην, quod eſt, ſublatum ſuum humerum in ægri alam ſubmittere. Paulus verò cap. 114. lib. 6. ὑποβάλλειν τῇ μασχάλῃ τὸν ἑαυτοῦ ὦμον, ſuum humerum in alam ſubiicere. Supponitur autem alterius ſtantis in acutum porrectus aut ſublatus humerus, in alam ſtantis ægri, ſicq; æger ſuſpenditur ac velut alteri inſidens paulùm conuertitur & concutitur. κατωμίζειν autem is dicitur qui excitatũ humerum ægroti alæ ſupponit, & ægrum in ſuum humerum ſuſtollit aut erigit, vt noſtris eum in locũ lib. de art. Annot. ſcribimus. Quod ſubhumerare quidam verbum verbo reddentes, exponunt, quod eſt humerum alæ ſupponere.

Κατωτερικὸν φάρμακον, medicamentum deorſum purgans, lib. 5. Epid. (p. 337. 22.) φάρμακον κατωτερικὸν πιών. epoto medicamento deorſum purgante.

Κατωτεροσάδιον Galenus in Exeg. ὑποακουστέον κώμης ſcribit, hoc eſt ſubaudiendum eſſe vici, vt κατωτεροσάδιον. Subnotari autem mihi videtur his verbis locus li. 4. Epid. (p. 333. 24. & 38.) vbi tamẽ legitur, ὁ δὲ κατὰ μηδοσάδην, qui ad Medoſadę vicũ habitabat. Et, τῷ κατὰ μηδοσάδην, ei qui iuxta Medoſadæ vicum habitabat. Vbi & μηδοσάδην quædã exemplaria manu ſcripta legunt, vt & κατὰ μηδοσάδην quædam Exeg. exemplaria. Quin & μηδοσάδας legiſſe Erotianum noſtris in eum locũ Annot. adſcripſimus, cùm ὄνομα τόπου, hoc eſt loci nomen eſſe expreſſit. Κατωτεσιλεύ locum libri eiuſdem ſubindicat (pag. 332. 3.) vbi tamen κατὰ Σιλεύ legitur.

Καυληδὸν, hoc eſt caulis in morem fractura facta dicitur, cùm os per tranſuerſum fractũ eſt, eiuſq; partes à ſeinuicem recedunt, neq; cohæreſcunt, vt ſcribit Gal. c. 5. lib. 6. Meth. med. Idem Comm. 2. in lib. de art. (p. 603. 37.) ὅταν τὸ κατάγματος οὐδὲν μηδὲν ἀπαθὲς ὑπολείπηται, διεστώτων ἀπ' ἀλλήλων τῶν μερῶν, ὡς κατὰ μηδὲν τοῦτο συνέχεσθαι, τὸ εἶδος τοῦ κατάγματος, οἱ νεώτεροι τῶν ἰατρῶν ὀνομάζουσι καυληδὸν, ἐπειδὴ καὶ ὁ Ἱπποκράτης εἶπε, ἐὰν μὴ ἀποκαυλισθῇ παντάπασι. Cùm fracti oſſis nihil illæſum relinquitur, ſed vtræque partes inter ſe recedunt, vt nullo pacto cohæreant, hanc fracturæ ſpeciem recentiores Medici caulis in morem factam nominant, quandoquidẽ de inferiore maxilla dixit Hippocr. ſi ea prorſus tranſuerſa fracta non eſt, Quæ quidem denominatio ab ipſo Hippocrate fluxit, vt ſatis teſtatur Gal. & rectè ſcribit Gorrhæus.

Καυλὸς caulis aut ſcapus in plantis dicitur, κατ' ἐξοχὴν verò de laſerpitii caule exponitur à Gal. apud Hipp. vt & ὀπὸς de eius ſucco, ex lib de rat. vict. in morb. ac. (p. 82. 26.) ἢ σίλφιον, ἢ ὀπὸς, ἢ καυλὸς, aut laſerpitium, aut eius ſuccus, aut caulis. vbi etiam Gal. de laſerpitii ſucco & caule, quæ vehementem habent facultatẽ, diſertis verbis ſumẽdum monet.

Καῦμα æſtum & æſtuationem vehementem ſignificat apud Hippocratem vt aphoriſm. 13. lib. 7. ἐπὶ καύμασιν ἰσχυροῖσι σπασμός. Ex ardoribus vehementibus conuulſio. Vbi ſcribit Gal. interpretes nonnullos per καύματα febres vehementes intellexiſſe, quoſdam etiam ambientis nos aëris feruorem, quoſdam caureria & eſcharas, quorum omnium ſententiam etiam probat. At Celſus cap. 7. libr. 2. καύματα ex eo aph. magnos corporis feruores vertit. Καυματώδεα σώματα καὶ αὐχμηρὰ, corpora æſtuoſa & ſquallida fieri æſtate dicuntur lib. περὶ τῆς ὑγιεινῆς διαίτης (p. 30. 44) Καῦμα etiam ardorem & inflammationem denotat in Prorrh. (pag. 190. 50.) ἐν πλευροῖς καῦμα ὀδυνῶδες. Lateris æſtus cum dolore, partis illius inflammationem indicans, vt ſcribit illic Galen. καυματώδεα ῥίγεα, rigores cum æſtu, aut æſtuoſi, ibidem (pag. 191. 1.) maligni. Sic καυματώδεα διαχωρήματα æſtuoſas deiectiones, quæ cum æſtu & feruore prodeunt, aut aduſtę ſunt, dicũtur in Coac. Pręnot. (p. 444. 46.) vbi tamen κωματώδεα, vt aliàs ſæpe his in Pręſagiis, pro καυματώδεα legitur. (Quam etiam lectionem in Prorrh. teſtatur Gal.) vt etiam contra vitioſè καύματα pro κώματα leg. in Coac. Prænot. (p. 444. 20.) καύματα ἐπιφανέντα ἐπὶ κοιλίην χολώδη, in aluo bilioſa apparentes æſtus. Vbi tamen κώματα ex Prorrh. leg. monuimus.

Καῦσος febris ardens ex continuarum genere cum calore perurente & intenſiſſima ſiti. Cuius ortum, cauſſam & ſigna ampliſſimè deſcribit Hippocr. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 87. 41.) καῦσος δὲ γίνεται ὁκόταν ἀναξηρανθέντα τὰ φλέβια ἐν θερινῇ ὥρῃ ἐπισπάσηται δριμέας καὶ χολώδεας ἰχῶρας ἐς ἑωυτά. γίνεται δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ καὶ ἐκ τρείης μακρῆς, καὶ δίψεος μακρῆ, ὁκόταν ἀναξηρανθέντα τὰ φλέβια, δριμέα καὶ θερμὰ ῥεύματα ἐπισπάσηται πρὸς ἑωυτά. γίνεται δὲ ἡ γλῶσσα τρηχείη καὶ ξηρὴ, καὶ μέλαινα κάρτα. καὶ τὰ περὶ τὴν νηδὺν δακνόμενος ἀλγέει, καὶ ὑποχωρήματα ὑγρὰ καὶ ὠχρὰ γίνεται, καὶ δίψαι σφοδραὶ ἔπεισι καὶ ἀγρυπνίαι, ὁκότε δὲ καὶ παραπλάξιες φρενῶν. febris ardens oritur cum æſtiuo tempore venulę reſiccatæ, acres & bilioſos ἰχῶρας, hoc eſt tenues humiditates, ad ſe attraxerint. Magna autem ex parte oritur ex longa via longaque ſiti, cùm venulę reſiccatæ acres calidaſque fluxiones ad ſe attraxerint. Lingua fit aſpera, ſicca, & admodum nigra, partium ad ventrem morſus cum dolore, deiectioneſque liquidæ ſunt & pallidæ, ſitis vehemens vrget, & vigiliæ, interdumq; mentis alienatio. Ruſus lib. περὶ παθῶν (pag. 181. 3.) καῦσος δὲ ὅταν ἔχῃ, πυρετὸς ἴσχει, καὶ δίψα ἰσχυρὴ, καὶ ἡ γλῶσσα τρηχείη καὶ μέλαινα γίνεται, τοῦ πνεύματος ὑπό γε θερμότητος, καὶ τὸ χρῶμα ὑπόχολον γίνεται, καὶ τὰ πτύαλα χολώδεα, καὶ τὰ μὲν ἔξω ψυχρὰ γίνεται, τὰ δὲ ἔσω λίην θερμά. febris ardens cùm vexarit, febris

detinet & ſitis vehemens, linguaque aſpera & nigra euadit à ſpiritus caliditate, color eſt aliquantulũ bilioſus, & ſputa bilioſa. Æger partibus exterioribus perfrigeſcit, interioribus verò admodum calet. Et paulò pòſt: ἡ δὲ νοῦσος αὕτη γίνεται ὑπὸ χολῆς, ὅταν κινηθεῖσα ἀνὰ τὸ σῶμα ἐγκαταστηρίξῃ. φιλεῖ δὲ καὶ ἐς περιπλευμονίην μεθίστασθαι. Hic autem morbus oritur ex bile commota & intus in corpore firmata. Solet autem in peripneumoniam aut pulmonis inflammationem verti. Atque de febre ardente pene eadẽ & plura ſcribuntur lib. 2. de Morb. (p. 148. 35. & p. 155. 30.) & libr. 3. (p. 159. 30.) & lib. περὶ κρισίμων (p. 389. 2.) Ex quibus ſanè perſpicuum eſt igneum & perurentem calorem cum ſiti inexplebili ac inexhauſta, propria eſſe iſtius febris attributa, quod ſcribit multis in locis Gal. præcipuè verò Com. 3. in lib. 3. Epid. (p. 424. 14 & 40.) & Com. 2. (p. 415. 34.) & Com. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. Sic etiam febrẽ ardentem circũſcribit Definit. Med. author (p. 395. 54.) καῦσος ἐστὶν ὁ μετὰ πυρώσεως πολλῆς γινόμενος [πυρετὸς] ἀνάπαυλαν μηδεμίαν τῷ σώματι παρέχων, γλῶσσαν ἐπιξηραίνων, μελαίνων, ἐπιθυμίαν ψυχροῦ παρέχων. febris ardens quę cùm multa inflammatione fit, nullam requietem corpori prębens, linguam reſiccans, denigrans, & frigidæ deſiderium afferens. καύσων duo ſtatuuntur genera apud Hipp. vnum legitimũ & exquiſitum, alterum nothum & illegitimum. Quod etiam indicat his verbis Gal. Com. 4. in lib. de rat. vict. in mor. ac. (p. 90. 44.) τὸν καῦσον πυρετὸν εὑρίσκω τοὺς ἰατροὺς λέγοντας, ὅταν ἡ θερμασία διακαὴς ᾖ καὶ ἀφόρητος, ἀλλὰ καυσώδη τι τὸ δίψος ἔχῃ. καὶ εἴπερ οὕτως ἔχει ταῦτα, τὸν μὲν ἄνευ τοῦ διακαίειν τὸ σῶμα δίψαν πεπραϋσμένην ἔχοντα, καῦσον μὲν ἁπλῶς, ἀκριβῆ δὲ καὶ γνήσιον οὐκ ἐροῦμεν. ἐξ ἡμίσεος δέ ὄντα τοιοῦτον, οὐ χεῖρον ὀνομάζειν συντόμου διδασκαλίας ἕνεκα, νόθον καῦσον. ὥσπερ δὲ ἐπὶ τῶν τριταίων πυρετῶν εἰώθαμεν χρῆσθαι ταῖς προσηγορίαις, οὕτως ἀκουσόμεθα τοῦ δύο εἶναι γένη καύσων πυρετῶν, ὥσπερ καὶ τριταίων τις εἴποι δύο, τὸν μὲν ἀκριβῆ τε καὶ γνήσιον, ἕτερον δὲ νόθον, ᾧ τινα μὲν πάρεστι τῶν τότε συμπτωμάτων, ἔνια δὲ οὔ, febrem ardentem Medicos appellare inuenio, cum igneus calor hominem deurit, & implacabilis ſitis vexat. Quod ſi res ita ſe habet eam quæ eſt abſque calore perurente, & ſitim mitem habet, febrem quidem ardentem ſimpliciter, exquiſitam tamen & legitimam non dicimus. Dimidia autem parte talem, breuioris doctrinæ gratia, febrem ardentem notham non malè nominaueris. Ac quemadmodum in febribus tertianis his appellationibus vti conſueuimus, ita febrium ardentium duo eſſe genera inaudiendum, velut ſi tertianarum duo genera quis ſtatuat, vnum exquiſitum legitimumq́; alterum nothum & ſpurium, cui quidem nonnulla illius ſymptomata inſunt, quædam verò minimè. Sic etiã Com. 2. in li. 1. Epid. (p. 360. 52.) καύσους vocat Gal, οὐ κατὰ τὴν ἰδέαν λέγων τῆς κατασκευῆς, ἀλλὰ κατά τι συμβεβηκός. febrem autem ardentem continuis apertiſſimè adiungit Hipp. lib. 1. Epid. vt & eam tertianis ὁμογενῆ facit Gal. lib. 2. de Criſ. cap. 6. καυσώδης febrem ardentem Græci vocant, vt vertit Celſus ex aph. 58. lib. 4. cap. 8. lib. 2. Sic etiam nominatur Hippocrati lib. 2. & 3. de Morb. vt & καυσώδεις dicuntur qui febre ardente laborant lib. 1. Epid. (p. 360. 52.) & in Prorrh. (p. 191. 25.) ἐπιπυρετήναντες καυστικοὶ, qui ſuborta febre exæſtuant aut ardent. καυστικοὶ enim illîc idem quòd καυσώδεις valent, vt ſcribit Gal. καυσώδης ὑποχόνδρια, ad præcordia exæſtuãs, lib. 4. Epid. (p. 331. 32.) Sic καπνῶδες dicitur aph. 2. ſect. 6. li. 6. Epid. æſtuoſum quiddam & fuliginoſum, aut exuſtum, quodq́; ex calore ortum eſt. Quod ibi explicat Gal. τὸ γινόμενον ἐκ τῆς θερμασίας, ὅπερ δὴ λιγνὺς ὡς ἔστι τοῦ θερμαινομένου χυμοῦ σφοδρότερον, quod ex calore ortum eſt velut fuligo quædam ſucci vehementer calefacti. καπνῶδες vocatur Galeno libro περὶ αἰσθητοῦ (p. 162. 42.) τῆς τοῦ αἵματος συγκαύσεως, καὶ δὴ λιγνὺς τοῦ αἵματος, fumus ac veluti fuligo exuſti ſanguinis. Quibus verbis fuliginoſum excremẽtum intelligitur, quod λιγνυῶδες περίττωμα vocat Gal. lib. 6. Epid. Καύσωμα τὸ πυρῶδες igneum ardorem exponit in Exeg. Gal. apud Hippocr. ex libr. 1. de Morb. minore. Verùm, vt ingenuè fatear, quiſnam ſit liber primus de Morbis minor Hippocrati, nondum mihi ſatis compertum eſt.

Καυτὴρ cauterium (vt Plinius vocat) vel cauterem (vt loquitur Palladius) ſignificat, & ferrum ignitum aut candens, quo fit vſtio. Hippoc. lib. de Hæmorrhoidibus (p. 521. 7.) καυτήρια vocat fiſtulam ærea, per quam ferrum candens ad vſtionem in anum immittitur, quam ſimilem eſſe vult arundini vallatoriæ. Quem locum ſubindicans Gal. in Exeg. καυτήρια exponit χάλκεον καλαμίσκον τετρημένον κατὰ τὸν πυθμένα, δι' οὗ καίειν ἐστὶ καυτηρίδιον διαφανὲς καθιέν, æreum quendam pa[...] calamum in fundo perforatum, per [...] immiſſo ferramento candente vſtio [...] [...]τῆρα tamen paſſim pro καυτήρια apu[d H]ipp. legitur.

¶ Κεάζω, findo, diuido, vnde κεάσαι quod apud Hippoc. Erotianus exponit σχίσαι, findere, diuidere. Quod legitur lib. 2. περὶ γυν. (p. 276. 11.) In cauſis quæ vterum facilè emouent. καὶ ἀπὸ τοῦ ὀρχεῖσθαι, καὶ πτῆναι, καὶ κεάσαι, & à ſaltu, & conſternatione, aut lignorum ſectione aut fiſſione. Rurſus ibid. (p. 278. 33.) ἢ πτήσσῃ, ἢ κεάσῃ ξύλα. ſi conſternata fuerit, aut ligna ſecuerit, diuiſerit. Vbi tamen κεάσαι legitur, vt ſuprà κεάσαι. Quem locum exiſtimo ab Erotiano expreſſum cùm κεάζειν δῆσαι, apud Hippocr. exponit, quod eſt ligare. Ita & apud eundem κεάσει quædam exemplaria & σχίσει habent. Verùm κεάσαι, & σχίσαι ex poſteriore loco libr. 2. περὶ γυναικ. legendum exiſtimo. Eſt autẽ κέασμα fractura & fragmentum, κεάσματα, κλάσματα, ῥήγματα, διαῤῥήγματα exponit Heſychius. Legitur & apud Hom. Il. υ. (verſ. 387. μέσσην κὰκ κεφαλήν. ἡ δ' ἄνδιχα πᾶσα κεάσθη. medium in caput. hoc in duas partes diuiſum eſt.

Κιγχα-

Κεγχραμὶς, ίδος, ficus granum dicitur, quod milii granum & figura, & colore & magnitudine referat. Theophr. hiſtor. plant. lib. 4. cap. 2. Ægyptiæ ficus fructum κεγχραμίδας ὅλως οὐκ ἔχοντα ſcribit. Plinius libr. 13. cap. 7. ficum ſine granis interioribus eſſe dixit. Idem libr. 15. cap. 19. ficus grana illa frumenta vocat. ficis mollis omnib. tactus, maturis frumenta intus. Hanc dictionem vſurpat Hippocr. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 230. 20.) ad purgatoria ſubdititia medicamēta. ἰσχάδα λαβὼν ἕψε ἕως ἂν τὰς κεγχραμίδας ἀποβάλῃ. Caricam coquito dū granula interiora abijciat. Rurſus ibidem (v. 47.) ἄνευ τῶν κεγχραμίδων, ſine granulis interioribus. Sic libr. 1. de compoſ. med. κατὰ τόπ. (p. 196. 6.) ex Apollonio Gal. σύκου σαρκὶ χωρὶς τῶν κεγχραμίδων ἀναλάμβανε. ficus carne exemptis granulis excipito. Κεγχραμίδας ficus grana minuta, quæ ſunt vice ſeminis, dici ſcribit Galen. libr. 8. ſimpl. med. in Meſpilo.

Κεγχρίδας pro milio ſcribuntur apud Hipp. libr. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 220. 23.) vbi tamen κεγχρίδας vitioſé leg. & Caluus κέγχρους legit, cùm roſmarini flores exponat. Eſt autem κέγχρος milium, vnde κεγχροειδέες ἱδρῶτες, ſudores milii ad inſtar, & milium referentes, ex Progn. antea. Sic κεγχρώδεα ἐξανθήματα ἐν τῷ χρωτί, οἷον ὑπὸ κωνώπων γεγονότων ἀνοιδήματα ἴκελα. aſpredines quædam miliaceæ, culicum morſibus ferè ſimiles, in ſumma cute enatæ, lib. 2. Epid. (p. 314. 36.) Quibus verbis papularum affectio quædam indicatur, quæ à ſanguine tantùm concalefacto aut feruido, non maligna putredine affecto, ortū ſumebat, cùm aſpredinem ſolam, non etiam pruritum in cute excitarent. Quarum ortus ex eo ſalutaris fuiſſe iudicatur, quòd diebus criticis erumperent, & mulieres omnes ab exæſtuante febrium ardentium incendio liberarent. Sic lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p. 113. 44.) ὁκόσα τρηχύνεται κεγχρώδεα, quæcunque exaſperantur ad inſtar milii. Quibus verbis miliaceæ in cute aſpredines comprehenduntur. Licet quædam exemplaria manu ſcripta κεγχρώδεα illic legunt cum Aſulano.

Κέδματα dicuntur diuturnæ in articulos, præcipueq; in coxendicem defluxiones. κέδματα Gal. in Exeg. exponit, τὰς ἐκ ῥεύματος χρονίους διαθέσεις, ἤτοι περὶ τὰ ἄρθρα σύμπαντα, ἢ ἐξαιρέτως περὶ τὰ κατ' ἰσχίον. diuturnos ex defluxione affectus, qui ſcilicet circa articulos omnes, aut præcipuè circa coxam fiunt. Idem Com. 5. in lib. 6. Epid. (p. 515. 15.) κέδματα λέγει τὰ εἰς τὰ σκέλη κατασκήπτοντα ῥεύματα, καὶ μάλιστά γ' αὐτῶν, τὰ εἰς τὴν πρώτην διάρθρωσιν, ἥτις ἐστὶ κατ' ἰσχίον. κέδματα vocat decumbentes in crura fluxiones, eaſque potiſſimùm quæ primam articulationem, quæ eſt iuxta coxendicem, occupāt. Eſt & in Scholio quodam manu ſcripto Hippocratis. κέδματα ἡ χρονία περὶ τὰ ἄρθρα νοσώδης διάθεσις. τινὲς δὲ καὶ τὴν περὶ τὰ γεννητικὰ μόρια. κέδμα diuturnā circa articulos affectionem ſignificat, quibuſdam verò & eam quæ partes genitales occupat, Quod certè ex Heſychio deſumptum videtur, apud quem legitur: κέδματα αἱ χρονιώτεραι διαθέσεις, νόσοι περὶ τὰ ἄρθρα, αἱ δὲ περὶ τὰ γεννητικὰ μόρια. Ἱπποκράτης. κέδματα dicuntur diuturni affectus, & articulorum morbi, & genitalium partium quibuſdam, apud Hippocr. Varinus quoque. κέδματα τὰ χρόνια ἀλγήματα λέγει ὁ Ἱπποκράτης. γράφει δὲ καὶ ὁ Ψελλός. χρόνια δὲ ἀλγήματα τὰ κέδματα τυγχάνει. Diuturnos affectus κέδματα vocat Hippocr. Scriptum quoque eſt apud Pſellum. κέδματα diuturni affectus exiſtunt. Hāc autem dictionem vſurpat Hippocr. aph. 21. ſect. 5. lib. 6. Epid. & lib. 1. de morb. (p. 129. 40.) Lib. de aere, loc. & aqu. (p. 79. 30. & p. 80. 5.) Lib. de loc. in homine (p. 66. 40. 42. 45.) & lib. 7. Epid. (p. 367. 43.) Erotianus apud Hippocr. κεδματώδεα explicat, & κέδματα eſſe ſcribit τὰς χρονίας περὶ τὰ ἄρθρα διαθέσεις, diuturnos circa articulos affectus. Ex quibus κεδματώδεα pro κέδματα quodam loco legiſſe apud Hippocr. apparet, niſi ſi potius κέδματα pro κεδματώδεα apud Erot. reponendum videatur.

Κέδρινον cedrinum oleum ſignificare videtur apud Hippocr. aut cedriam dictam. Lib. περὶ γυν. φύσ. (p. 220. 31.) καὶ κέδρινον ὀλίγον, & paucum cedrinum oleum. Pro quo κέδρου ſcribitur lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 287. 33.) Verùm illîc κέδριον aut κέδρινον legendum exiſtimo. Rurſus κέδρινον ἔλαιον ponitur libr. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 221. 47.) Quod etiam repetitur lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 259. 17.) κέδρινον autem pro cedria vſurpat Gal. lib. 2. comp. pharm. κατὰ τόπ. (p. 178. 19.) cùm ſcribit mulieres ruſticas caput reliquumq; corpus cedrino illinere, quod etiam cedria facere ſcribitur libr. 1. (p. 162. 26.) κεδρίνῳ ἐλαίῳ apud Hippocr. Erotianus τῇ κεδρίᾳ exponit. Commēdatur etiam κέδρος κρητικὴ Cedrus Cretica Hippocrati ad vteri collutiones lib. περὶ γυν. φύσ. (p. 222. 1.)

Κείμενον Hippocrati effertur de vrina in matula repoſita & reſeruata, ad vrinarum ſubſidētium iudicium, vt lib. 1. Epid. ægr. 2. οὔρησεν ἀθρόον ὑπόπαχυ κείμενον. minxit affatim ſubcraſſum in matella depoſitum. Quibus verbis copioſas vrinas, craſſas, nec reſidentes redditas fuiſſe, ſed perpetuò returbidas & ſpiſſas indicatur, vt ſatis noſtris eum in locum annotationibus aperuimus. Vbi certè τὸ κείμενον depoſitam in matella vrinam ac reſeruatam, ad iudicium de returbidis ac craſſis vrinis ferendum, aut etiam de reſidentibus ſignificat, cùm ferè οὐ καθίσταται iungat Hipp. quod non conquieuiſſe aut reſediſſe indicat. Sic ægr. 5. libr. 1. Epid. οὖρα δὲ πάχος ἔχοντα, θολερὰ ὑπέρυθρα, κείμενα οὐ καθίσταται. vrinæ craſſæ, turbulētæ, ſubrubræ, quæ depoſitæ non ſubſidebant. Et ægr. 2. lib. 3. Epid. οὖρα παχέα ἐρυθρὰ, κείμενα οὐ καθίσταται. Vrinas craſſas, rubras reddidit, quæ in matella depoſitæ non ſubſidebant. Rurſus ægr. 4. lib. 1. Epid. οἷα γίνεται ἐκ τῶν καθισταμένων ὅταν ἀναταραχθῇ κείμενα πουλὺν χρόνον. quale quid in ſubſidentibus vrinis videtur, quæ longo interuallo in matula depoſitæ returbantur. Quibus ſpiſſas

vrinas & denſas ſignificat, quales effeceris, ſi eas quæ diu depoſitæ fuerunt & ſubſederunt, commoueris aut conturbaueris. Κειμένη φάρυγξ dicitur Hippocrati pro faucibus non tumentibus aut inflammatis, ſed ſubſidentibus, libr. 2. Epid. (p.313.48.) φάρυγξ οὐ φλεγμαίνουσα, κειμένη δέ. fauces nulla inflammatione tentabantur, ſed ſubſidebant.

Κειμήλιον eſt pretioſa ſupellex recondita, aut opes reconditæ. ἐν νόμῳ Hippoc. (p.19.38.) ἡ δὲ ἀπειρίη κακὸς θησαυρὸς, καὶ κακὸν κειμήλιον. Imperitia malus eſt theſaurus, & malę opes recōditæ.

Κεκλασμένη φωνὴ, vox confracta, fracta, peruerſa, quæque ex reſiccatione aut conuulſione voci deſtinatorum organorum vitiata eſt, in phren. lib.7. Epid. (p.363.3.&7.) φωνὴ κεκλασμένη, σαφὴς δέ. vox fracta, clara tñ. &, φωνὴ κεκλασμένη, ἔργῳ ἀκοῦσαι, σαφὴς δέ. vox fracta, adeo vt non niſi ægrè exaudiretur, clara tñ. Vbi ex nimio ardore & reſiccatione voci deſtinatorum organorum, vox vitiata erat, & ſi facilè exprimeretur, qualis quę populari voce quaſſa dicitur. Rurſus ibidem (p.364.8.) ἡ φωνὴ κεκλασμένη.

Κεκράκται φωνητικοὶ exponuntur Erotiano apud Hippocr. hoc eſt clamoſi, vociferatores, ἀπὸ τοῦ κράζειν dicti, quod eſt clamare, & propriè coruis aut cornicibus tribuitur.

Κεκρύφαλος reticulum dicitur, quo mulierū crines continentur & religantur, κεφαλοδέσμιον & κροκύφαντον exponunt. Sic etiam Erotianus apud Hip. κεκρύφαλον κροκύφαντον exponit, additque id eſſe κεφαλοδέσμιον, capitis vinculum, adducto Homeri teſtimonio ex Il. χ. (v.469.) ἄμπυκα κεκρύφαλόν τε, ἰδὲ πλεκτὴν ἀναδέσμην. faſciam reticulumque & implexum redimiculum. Heſychius quoque κεκρυφάλους, κροκυφάντας exponit. Vſurpatur autem hæc dictio Hippocrati li. περὶ ἀφόρων (p.293.11.) κεκρυφάλῳ πεπλυμένῳ μηδενὸς ὄζοντι καταδήσαι. reticulo loto nihil olente deliget. Et rurſus ibidem (v.14.) ἔπειτα πρωῒ ἀπολύσασα τὸν κεκρύφαλον, poſtea mane exoluto reticulo. Vbi tamen τὸ κεκρύφαλον in omnibus codicibus legitur. Verùm li. περὶ ἐπικυήσιος (p.49.44 & 46) vbi eadem repetuntur, τὸν κεκρύφαλον, legitur.

Κεκωμῶσθαι Galenus apud Hip. in Exeg. ἐν κώματι εἶναι exponit, quod eſt, profundo ſomno (quod κῶμα dicitur) teneri. Quòd ſi coniecturæ locus eſt, exiſtimo locum libr.2. de Morb. (p.141.35.) à Gal. ſubindicari, vbi κεκεφαλῶσθαι pro κεκωμῶσθαι facili lapſu legitur. Sic enim verè germanus erit ſenſus. μὴ κινευμένου δὲ τοῦ αἵματος, οὐχ οἷόν τε μὴ οὐχὶ καὶ τὸ σῶμα ἀτρεμίζειν καὶ κεκωμῶσθαι. Vbi verò ſanguis non mouetur, fieri nequit quin corpus quieſcat & profundo ſomno velut comate teneatur. Quod ibidem κεκωμένον dicit, & attonitis attribuit: Etſi poteſt vulgaris lectio retineri, qua ſignificatur corpus hebeſcere, & ſine ſenſu eſſe aut inualidum.

Κενεαγγεῖν quamlibet vaſorum inanitionem ſignificat apud Hippocr. quæ fit ob euacuationem, ſiue ea ſit ſenſui manifeſta, ſiue occulta. Ideoque plærumque pro inedia & ciborum abſtinentia ſumitur. Gal. com.2. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.67.46.) διὰ τὴν κενεαγγείην, διὰ τὴν τῶν ἀγγείων κένωσιν, propter vaſorum inanitionem exponit, additq́; ὅτι γὰρ ἡ κενεαγγεία σημαίνει κυρίως τι καὶ πρώτως, καὶ διότι ἡ ἀσιτία κενεαγγεία πολλάκις εἴρηται, ὡς τοῖς τοῦ γένους ὀνόμασι καὶ ἐπὶ τοῦ εἴδους συνήθεσι χρωμένων ἁπάντων τῶν ἀνθρώπων. Id enim propriè & primùm κενεαγγεία ſignificat, eamq; ob rem ciborum abſtinentia frequēter κενεαγγεία dicitur, cùm generis nomine in ſpecie homines vti conſueuerint. Rurſus ib. (p.68.35) διὰ κενεαγγείην, διὰ κένωσιν ἀγγείων ὁποσοῦν γενομένην exponit, εἴτ' οὖν δι' ἔκκρισιν πρόδηλον αἰσθήσει, εἴτε διὰ φόρησιν, εἴτε καὶ διὰ λιμαγχονίαν, hoc eſt, ob vaſorum vacuationem quālibet, ſiue propter excretionem ſenſui manifeſtam, ſiue ob cutis tranſpirationem, ſiue ob inediam contingat. Idem quoq; Gal. com. ad aphor. 2. lib.1. κενεαγγείαν Hippocrati vocari ſcribit ἅπασαν κένωσιν ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος, ἐπειδὴ κατὰ τὰ ἀγγεῖα συμβαίνει γίνεσθαι καθ' ἁπάσας τὰς κενώσεις. omnem vaſorum vacuationem ab euētu, quoniam in omnibus vacuationibus, vaſa exinaniri cōtingat. Quod etiam ab eodem repetitur com. in ſent.12. lib.1. περὶ χυμῶν. Κενεαγγεῖν pro vaſorum inanitione quæ per inediam fit ſumitur lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.45.19.) οὐδὲ μιῇ ἡμέρῃ κενεαγγητέον, nulla die vaſa per inediam exinaniēda. Et rurſus ibidem (p.46.4.) καὶ κενεαγγείην μὴ γίνεσθαι πολλήν. & ne multa per inediam vaſorum inanitio cōtingat. Lib.3. de morb. (p.159.9.) ἀπὸ κενεαγγειῶν εὔλυτος ἔστω ἡ κοιλίη. aluus ex vaſorum inanitione ſolutu ſit facilis. Et lib.1. περὶ γυναικ. (p.234.22.) καὶ ἐπὶ ἐνδείσι μὴ ἐπιτείνειν κενεαγγεῖν. ac præterea nulla inedia, aut vaſorum inanitio incidat. lib. de art. (p.624.1.2.) καὶ κενεαγγέειν κάκιον τοῖς τοιούτοισιν, ἢ μὴ κενεαγγέειν. eos inedia vti peius eſt quàm nō vti. Vbi Gal. κενεαγγέειν ἀποσιτεῖν exponit, quod eſt cibo abſtinere. Et rurſus ib. (p.652.29.) ὅτι ἄλλως ξυμφέρει κενεαγγέειν. neque aliôqui inedia vti eis confert. κενεαγγείη παράλογος, vaſorum inanitio inopinata & quę pręter rationem accidit. Coac. Pręn. (p.443.25.) αἱ παρὰ λόγον κενεαγγικὸν ἀδυναμίαι, ἐν ἴσῃσι κενεαγγείης. Impotentiæ quæ præter vacuationis rationem, & abſque vacuatione contingunt. In Prorrh. (p.183.17.)

Κενέβρεια, τὰ νεκριμαῖα κρέα, h.e. morticinas carnes ſic vocari apud Hipp. ſcribit Erotianus, adducto ex Ariſtophane teſtimonio, qui etiam addit, forum in quo talia venduntur, κενέβρεια vocari, aut potiùs κενεβρεῖον, vt ſcribunt quædam exemplaria. Vſurpat etiam eam dictionem Ariſtoph. in auibus, vbi κενέβρεια Scholiaſtes τὰ θνησιμαῖα κρέα, hoc eſt mortuas carnes aut ex cadauere mortuo, exponit, & tranſpoſitis literis pro νεκριμαῖα dici ſcribit. Idemq́; loci Ariſtophanis ab Erotiano in teſtimonium adducti meminiſſe videtur, ἐκ τοῦ κενεβρείου ὠνησάμενοι. Quod ex eodem etiam apponit Varinus. Κενέβρεια τὰ θνησίδια καὶ νεκριμαῖα κρέα exponit Heſychius. Plutarchus in quæſt. natural. quæſt.26. τὰ κενέβρεια

τὸ γύπα κινεῖ, cadauera vulturem mouent. κινέβρια tamen Erotianus legit, cæteri κινίβεια, neq; adhuc apud Hip. me legere memini.

Κενὸν vacuũ dicitur Hippocrati, vacuus locus qui cerebrum cõtinet & interiorem caluariæ ſuperficiem pertingit, aph. 24. lib. 7. Κενὸν χυτρίδιον, olla inanis, vacua, hoc eſt, pura & noua. Lib. de Vlceribus (p. 515. 41.) χυτρίδιον χάλκεον, ἢ κεραμεοῦν καινὸν, olla ærea aut fictilis noua, in quam nihil coniectum fuit. Vt πινακίδιον καινὸν dicitur Ariſtoteli tabella noua & raſa, in qua nihil dum ſcriptum fuit. Καινὸν etiam idem quod κενὸν, vacuum, inane, aut μάταιον ἢ ἀνωφελὲς, ἢ ἄχρηστον, inutile exponit apud Hipp. Gal. comm. 2. in libr. κατ' ἰητρεῖον (pag. 679. 33.) Additque quibuſdam interpretibus καινὸν dictum fuiſſe apud Hip. τὸ κενὸν χωρίον, h. e. inanem aut vacuum locũ, quemadmodum alam, aut poplitem, aut inguen, quę humero, genu, coxę, opponũtur.

Κενεῶνες laterum mollitudines aut inanitates dicuntur Hippocrati, partes laterum inanes & molliculæ quæ pręcordiis ſubtenduntur; in quibus ieiunum, meſenterium, & tenuia inteſtina continentur. λαπάραι Græcis vocantur. κενεῶνας etiam totam illam alui inanitatem, quæ à coſtis ad ilii oſſa ſubtenditur Hippocrati ſignificare ſcribit Gal. com. 2. in Progn. (p. 134. 43.) προσαγορεύειν γὰρ εἰκός ἐστιν αὐτὸν ἐκεῖνα τὰ μόρια κενεῶνας, ὅσα μεταξύ τε τῆς δωδεκάτης ἐσχάτης πλευρᾶς ἐστι, καὶ τῶν λαγόνος ὀστῶν. ἔοικε δέ πως καὶ κενὸν ἄτοπον φαίνεσθαι τὸ χωρίον, εἰ παραβάλλοις αὐτὸ τοῖς ἄνωθεν αὐτοῦ μορίοις καὶ κάτωθεν, ὀστώδεσιν ὑπάρχουσιν ἀμφοτέροις. ἔστι δὲ καὶ λαπαρὸν ἅπαν τοῦτο τὸ μόριον, ὅταν γε μὴ πρὸ ὀλίγου τις ἐμπεπλησμένος ᾖ σιτίων τε καὶ ποτῶν. καί μοι δοκεῖ καὶ ὁ ποιητὴς αὐτὰ ταῦτα τὰ μόρια τοῦ σώματος ὀνομάζειν λαπάρας. Has enim ipſas partes, quæ thoracis extremam coſtam & os iliũm interiacent, κενεῶνας eum vocare eſt vero ſimile. Inanis quippe apparet omnis eiuſmodi locus, ſi eũ cum ſupernis infernisq́ue partibus vtriſque oſſeis cõferas. Eſt verò omnis illa pars mollis & flaccida, ſiquidem paulò ante quis cibis & potibus minimè ſe impleuerit. Ac mihi videtur Homerus eas ipſas corporis partes, eò quòd flaccidæ ſint, λαπάρας appellare. Idem rurſus comm. 2. εἰς τὸ κατ' ἰητρ. (p. 681. 31.) ὀνομάζεται δὲ, ὡς ἔφην ἄρτι, κενεὼν ὁ μεταξὺ τοῦ θώρακός τε καὶ τοῦ ἰσχίου ὀστοῦ τόπος, ἀπὸ τοῦ κενὸς εἶναι, τουτέστι προσεσταλμένος, ὥσπερ κοῖλος. κενεὼν autem, vt modò dixi, vocatur locus medius inter os thoracis & coxæ, quòd κενὸς ſit, hoc eſt, inanis & vacuus, id eſt, depreſſus. Rurſus quoq; cõ. 3. in li. de art. (p. 626. 44.) κενεῶνα vocari ſcribit, τὸ μεταξὺ τοῦ τῆς λαγόνος ὀστοῦ, καὶ τῆς νόθου πλευρᾶς χωρίον, ὅτι περ δὴ καὶ κενὸν ὀστῶν ἐστι, locum intermediũ inter iliûm oſſa & coſtas ſpurias, quòd oſſibus ſit vacuus. Κενεῶνας ilia vertit Celſus cap. 7. li. 2. dum hydropem ab ilibus oriri ſcribit, quod ἀπὸ τῶν κενεώνων dixit Hipp. in Progn. (p. 134. 29.) & Coac. Præn. (p. 438. 5.) Cælius Aurelianus inania & celata loca vocat. cap. 35. li. 2. Acut. vt & Celſus inania loca vertit ex Hippoc. cap. 26. lib. 5. cùm ſcribit. Præter hæc, malũ vulnus eſt quodcunq; in alis, vel feminibus, vel inanibus locis, vel in articulis, vel inter digitos eſt. Hunc enim locum ex Prorrh. 2. (p. 417. 46.) mihi adumbrare videtur. τῶν δὲ χωρίων, μασχάλαι δυσαλθέστεραι, καὶ κενεῶνες καὶ μηροί. Ex locis difficilius ſanantur alæ, laterum inanitates & femora. Κενεὼν exponitur Erotiano apud Hippocr. τὸ ἀπὸ τῶν πλευρῶν μέρος, ἕως τῶν λαγόνων, à coſtis pars ad ilia vſque. λαγόνες namque ilia dicuntur, quæ ſunt partes ſub vmbilico laterales ad oſſa iliûm collocatæ. Hanc verò dictionem ſæpè vſurpat Hippocr. vt in Coac. Prænot. (pag. 438. 5. 6. 8.) & lib. 2. Epid. (p. 312. 44.) libr. de art. (p. 626. 36.) lib. κατ' ἰητρεῖον (p. 681. 20.) Libr. 2. de Morb. (p. 153. 28.) vbi τοὺς κενεῶνας καὶ τὰς λαπάρας ſimul iungit, vt & libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 196. 47.) frequens quoq; huius dictionis vſus eſt in tota γυναικείων πραγματείᾳ, vt lib. περὶ γυν. φύσ. (p. 214. 3.) & (p. 215. 2. & 24.) Lib. 1. περὶ γυν. (pag. 233. 24.) & (pag. 245. 37.) & (pag. 246. 28.) & (p. 249. 3.) & (p. 253. 4.) Lib. etiam 2. (p. 265. 7. & 24.) & (p. 275. 43.) & (pag. 281. 45.) ἔστι δ' ὅτε κενεὸν φαίνεται τὸ πλήρωμα τῆς γαστρός. ventris moles quandoque vacua & inanis apparet. Quem locum haud ſcio an Erotianus apud Hippocr. exprimat. Mihi certè κενὸν pro καινὸν leg. videtur.

Κενὸν ἐν τῇ κεφαλῇ ſpatium capitis inane dicitur Hip. aph. 51. libr. 7. ſpatium inane in ventriculis cerebri, aut aër cerebrum ambiẽs, quo commoto ſternutamentum cietur.

Κενταυρεὶς pro κενταύριον, vt κενταυρεῖς καρπὸς, centaurii ſemen, lib. 2. de Morb. (p. 154. 42.)

Κένωσις vacuatio dicitur, & eſt humoris detractio, quando æqualiter omnes humores vacuantur, quod quidẽ exquiſitiſſimè præſtatur per venæ ſectionem, & ſecundũ eam per malleolorum ſcarificationẽ, deinde per exercitationes, frictiones, balnea, & pręterea ex accidenti per inediam. Gal. comm. ad aph. 17. lib. 2. ὅτι δὲ κένωσιν μὲν ἁπλῶς εἴωθε λέγειν ὁ Ἱπποκράτης ὅταν ὁμοτίμως ἅπαντες οἱ χυμοὶ κενῶνται, κάθαρσιν δὲ ὅταν οἱ μοχθηροὶ κατὰ ποιότητα, μεμαθηκέναι χρή. Eſt autem memoriæ mandandum Hippocratem ſolitum eſſe κένωσιν dicere abſolutè, cùm ęquabiliter humores omnes euacuantur, κάθαρσιν verò, cùm qualitate moleſti educuntur. Quod et iiſdẽ verbis repetit Gal. com. in ſen. 11. lib. 1. περὶ χυμ. Idẽ rurſus com. 2. in Prog. (p. 138. 11.) ὀνομάζω δὲ κένωσιν μὲν τῆς οἰκείας, ὅταν ὑπερβάλλῃ τῷ πλήθει· κάθαρσιν δὲ τῆς ἀλλοτρίας κατὰ ποιότητα. κένωσιν voco propriæ materiæ, vbi copia exuperat, eductionem, κάθαρσιν verò, vbi qualitate aliena eſt. Atq; ea vt eſt plenitudinis remedium, ita τῇ πλησμονῇ opponitur aph. 22. lib. 2. & aph. 13. ſect. 8. lib. 6. Epid. & de ſolis humoribus dicitur, vt ſcribit Gal. com. 3. in libr. 6. Epid. (p. 475. 5.) τὸ μὲν τῆς κενώσεως ὄνομα κατὰ μόνων τῶν ὑγρῶν λέγεται. Euacuationis nomen de ſolis humidis dicitur. Quanquam Gal. extremo lib. 1. ſalub. (p. 232. 2.) κένωσιν inanitionem vocat, quæ nutritioni & alimento opponitur, eamq; duplicem con-

ſtituit vnam excrementorum, alteram naturalis noſtræ ſubſtantiæ aſſiduè defluentis, quæ nutritioni ex aduerſo reſpondet, eamq; etiam triplicem facit. Reliqua de variis τ͂ κενώσεως generibus, appoſitiſſimè ſcripta ſunt apud Gorrhæum.

Κεραμίτης ἢ κεραμικὴ, vide γῆ κεραμικὴ.

Κερκὶς radius dicitur, quo medicamentum teritur & mouetur, velut rudicula aut piſtillũ, vt apud Gal. lib. 3. comp. pharm. κτ̀ γέν. (p. 200. 46.) medicamentum Lamponis κερκίδι ἐρυθροῦ χαλκοῦ commouetur & agitatur, h. e. cũ radio æris rubri, & in vas ęris rubri transfertur, quò æris facultatem medicamẽtum imbibat, & efficax reddatur ad carnem reſiccandam & conſumendam. κερκὶς verò alias περκίδιον atque ὕπερος à Medicis appellatur, interdumque ſæpè δοίδυξ, quod etiam cochleare ſignificat. Κερκὶς etiam os alterum cubiti ſuperius & minus aut breuius ſignificat, de quo vide Gorrhæum.

Κέρκωπες dicuntur verſuti & notæ fraudulentię homines, vt ſatis indicat prouerbium. κερκώπων ἀγορὰ, Cercopum cœtus. Gal. in libello περὶ τοῦ προγινώσκειν (p. 458. 49.) pro impoſtoribus & veteratoribus ſumit, aut vili hominum genere, qui publicè rerum emẽdarum aut diuendendarum quęſtum ac mangonium facerent, & in Suburra circum meretricum cellas aut fornices federent. Sic enim Συβύρας κερκώπων dixit, pro impoſtoribus qui in Subnrra erant: vbi tamen Βυβύρας vitioſè legitur noſtris in omnibus exemplaribus, illudque etiam ab Interprete omittitur.

Κέρχνω, κέρχω, aut κερχνέω, exaſpero ſignificat, aut raucum ac creperum gutturis ſonum edo, & ſtridulam vocem habeo. Indeque κερχναλέον Hippocrati ſignificat, quod faucium aſperitatem ac veluti ſtridulum gutturis ſonum facit. Gal. in Exeg. κερχναλέον apud Hippocratem exponit κέρχνον ποιοῦν, quod κέρχνον facit, οὕτως δὲ ἥ τε τραχύτης ὀνομάζεται τ͂ φάρυγγος, καὶ ὁ ἐν τῷ πνεύμονι ψόφος. Sic autem vocatur faucium aſperitas & ſonus qui in pulmonibus editur. Idemque addit, τὸ κέρχνειν, & τὸ κέρχνεται, & οἱ κερχνασμοὶ ex eadem analogia deducuntur, & cognatam habent ſignificationem. Quibus ſanè verbis mihi videtur Gal. locum lib. 7. Epid. exprimere (p. 354. 9.) ἔσω περὶ ἀρτηρίην καὶ φάρυγγα, ὑποτονιέαζε κερχναλέον. Intus ad arteriam & fauces ſtridula quædam aſperitas inerat, hoc eſt, quiddam aſperitatem excitabat, quæ ſibilum quendam aut ſtridorem edebat. Dicitur etiam κερχναλέον, vt & ὑποκερχναλέον libr. 7. Epid. (pag. 355. 44.) quod raucum quiddam & ſtreperum ſonabat in pectore. Quanquam κερχναλαῖον ſcribitur in Exeg. pro κερχναλέον. Rurſus κερχναλέα βὴξ περὶ φάρυγγα καὶ ῥεγχώδης dicitur libr. 7. Epid. (p. 356. 7.) tuſſis ſtridulam aſperitatem aut ſonum circa fauees & ſtertorem excitans. Et τὰ κερχναλέα, eiuſmodi aſperitas aut ſonus, ibidem (p. 357. 23.) καὶ ἐν τῇ φάρυγγι τὰ πολλὰ κερχναλέα ὑποσυρρίζων. & in faucibus ſtridula aſperitas plærunque ſibilum quendam edebat. Eſt autem κέρχνος aut τὸ κέρχνον, faucium aſperitas & raucus ſonus qui fit ex anguſtia partium ſpiritalium humore quodam oppletarum, vnde tuſſis quædam irritatur. Sic τὸ κέρχνον dicitur Galeno δῆξίς τις ὑπότραχυς ἐρεθίζουσα κτ̀ τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν. morſus quidam ſubaſper arteriam irritans, in Exeg. in dict. αἱμοκέρχνα. Idem quoq; libr. 5. de ſympt. cauſ. (pag. 232. 55.) τὸν κέρχνον & τὸ κέρχνειν, pro ſtrepero & ſtridulo ſono ſumit, qui tuſſim ſæpè præcedit, leuemque ad eam propenſionem facit, fierique ſcribit ex patua quadam faucium aſpredine, interdum verò ex tenui aliquo exiguoque prorſus hnmore in aſperis arteriis collecto. Eſt etiam κέρχνος τράχυσμα ſeu τραχύτης, aut ἐπαναστάσεις καὶ ἀνωμαλίαι τραχεῖαι, aſperitas & inæqualitas aſpera, aut extuberantia quædam. Et Atticis κερχνώδη ἀγγεῖα dici ſcribit Erotianus, τὰ τραχείας ἀνωμαλίας ἔχοντα, vaſa aſperas inæqualitates habentia, adducto Sophoclis teſtimonio. Idem quoque apud Hippocratem κερχνώδη, τὰ τραχείας ἐπαναστάσεις ἔχοντα, aſperas eminentias habentia exponit, additque quoſdam καρκινώδη & κερκώδη ſcribere. Verùm κερχνώδη malim, cùm κέρχνω vt κέρχνω, vt κερχνῶδες ita κερχνῶδες dicatur. Ac mihi videtur his verbis Erotianus locum libr. 6. Epid. aphoriſ. 17. ſect. 6. exprimere, vbi ſcribitur, τὰ ἐρεθιζόμενα, ὁκ͂ οἷον τὰ κερχνώδεα ὅτεων. Conſiderandæ veniunt irritãtes fluxiones, ex quibus in vocem ſtridulam ex faucium aſperitate deſinũt. Illîc enim κερχνώδεα, faucium aſperitates aut exaſperationes ſignificant, aut vocem ſtridulam ex faucium exaſperatione factam. Et Gal. in com. qui non ita pridem eius nomine in lucem prodierunt, τὰ κερχνώδεα illîc faucium aſperitatem intelligit, quæ tuſſim antecedit, vt nauſea vomitum, fitque tum propter meatuum, tum propter bronchiorum pulmonis obſtructiones. Spiritus nanque cum obſtruente pituita pugnãs & obluctatus, ſonitum quendam aut ſtridulum ſtrepitum creat, qui κέρχνος dicitur. Κέρχνειν quoque cum Atticis τὸ ξηρὸν ſignificet, (vt ſcribit Erot. in dict. αἱμοκέρχνα) quæ ſua inæqualitate fauces exaſperant & reſiccant, κερχνώδεα optimo iure vocantur. Quanquam etiam hac voce locus libelli περὶ ὑγρῶν χρήσιος (pag. 113. 44.) ex manu ſcriptis codicibus & Aldino, ab Erotiano ſubnotari poteſt. Verùm nos illîc ex melioribus exemplaribus antea κεγχρώδεα non κερχνώδεα legimus. Sic quoque κερχνώδη βρώματα edulia fauces exaſperantia, faucium aſperitatem inducentia, qualia ſunt pinguia & acida, dicuntur Hippocrati lib. de art. (p. 624. 54.) vbi ſcribit Galenus τὰ κερχνώδη eſſe τὴν φάρυγγα τραχύνοντα ἢ βραχεῖαν βῆχα κινοῦντα, quę fauces exaſperant, & paruam tuſſim mouent, creperumque in faucibus ſonum faciunt. Addit idem quoque dici κερχνώδη ἀπὸ τῆς κέρχνου, quo nomine Ionibus κέγχρος, hoc eſt milium indicatur, quando videlicet in faucibus & gutture paruæ quædam aſpredines

ſpredines milii granis ſimiles ſentiuntur. Ex eadem etiam ſignificatione κερχνώδεις deducuntur, qui ſonum ſtridulum aut raucam vocem & ſtridulam habent, aut faucium ſtridulam aſperitatem. Libr. de art. (p.612.14. δύσπνοοι καὶ κερχνώδεις dicuntur, qui difficulter & cum ſtridulo ſono ſpiritum trahunt, in ſpinæ gibbo, ex anguſtia partium quæ ſunt iuxta fauces & aſperam arteriam, vnde ſpiratio parua & crebra contrahitur. Q[illegible]nquam hic etiam κερχνώδεις ſtertoroſi d[illegible] poſſunt, quòd τὸ κερχνῶδες ex hoc loco G[illegible]n. τὸ ῥέγχος, aut τὸ ῥέγχειν exponat libr. 3. περὶ διαίτης (pag.193.18.) ex lib. de rat. vict. in morb. ac. quoniam qui difficultate ſpirandi laborant ex anguſtia thoracis, aut crudis tuberculis in pulmonibus ſubortis, τὸ κερχνῶδες εἶδος τῆς ἀναπνοῆς, ſtertoroſam huiuſmodi reſpirationem habeant, quæ paruum & denſum ſpiritum complectitur. Quinetiam Gal. comm. 3. in lib. de art. (pag. 612. 44.) τοὺς ἐξεχεβρόγχους, hoc eſt, eos qui prominulo ſunt gutture, aut repando capite dormiunt, κερχνώδη τὴν ἀναπνοὴν habere & facilè ſtertere ſcribit. Quanquã idem poſtea (pag. 625. 2.) ex eodem loco κερχνώδεις dici ſine ν ſcribit eos qui pulmonum duris & diuturnis tuberculis affecti difficulter ſpirãt, & ſtridulam faucium aſperitatem habent, ἀπὸ τοῦ κέρχνου, quod ipſum etiam τὸ κέρχνον includit, hoc eſt, ſonum & ſibilum quendam qui fit cùm vel aliqua anguſtia, vel humiditas amplior, vel (quod plurimùm contingit) vtrunq;, ſpirandi meatus occuparit. Et certè κερχνώδεις apud Hip. agnoſcit Erot. in proœmio. κέρχνος etiam pro τὸ κέρχνον ſcribitur apud Hip. & ſtridulam fauciũ aut gutturis aſperitatem in tuſſi indicat. lib. 7. Ep. (p.360.18) καὶ τὸ κέρχνον, ſtridulaq; faucium aſperitas. Pro quo antea τὸ κερχνῶδες ἐν τῇ φάρυγγι, ſtertorem in faucibus dixerat. Κερχνοί quoq; eidẽ idem quod κέρχνοι ſonant, ſuntque ſtridulæ faucium exaſperationes, & rauci aut creperi gutturis ſoni, in his qui pulmonum vitio & tuſſi laborant, à verbo κέρχνομαι, quod exaſperor ſignificat, niſi κέρχνοι pro κερχνοί legendum videatur, aut κερχνασμοί, quam vocem ex Hippocr. agnoſcit Galenus in Exeg. Lib. 7. Epid. (pag. 357. 28.) καὶ βῆχες, καὶ οἱ κερχνοί. tuſſes & faucium exaſperationes ſtridulæ, hoc eſt, rauci & creperi gutturis ſonitus aut crepitus, qui in tuſſi fieri ſolent coarctatis ac nimio humore oppletis reſpirationis inſtrumentis. Dicitur autem κερχνεῖν & κερχνιάσθαι Hippocrati quod eſt exaſperari, vt libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. centeſima nonageſima nona, ver. quadrageſimo quinto.) καὶ ἡ φάρυγξ δοκεῖ κέρχνειν, & fauces exaſperati videntur, aut aſperum raucumque ſonum edere. Vbi τὸ κέρχνειν neutraliter ſumi videtur, vt & actiuè ibidem (p. 206. 39.) καὶ κέρχνει αὐτόν, de ſaliua quæ faucibus hæret & ægrum exaſperat, eique ſtridulam vocem facit. lib. 2. de Morb. (pag. centeſima quinquageſima ſecunda, verſ. quadrageſimo quinto) κέρχνεται ἡ φάρυγξ, ὡς ὑπὸ λιπαροῦ. ſtrident fauces & exaſperantur, aut creperum ſtridulumque ſonum edunt, velut ex pingui aliquo. Dicitur & κερχνᾶν vt κερχνεῖν, vnde κερχνώδης aut κερχώδης deducitur. Lib. 4. Epid. (pag. trecenteſima trigeſima ſecunda, verſ. trigeſimo nono.) σκίρχα κατὰ σπλῆνα, de lienis duritie, tumore aut inæqualitate dici videtur; aut de murmure & ſtrepitu qui illic obaudiebatur, etſi κατὰ πνεύμονα pro κατὰ σπλῆνα legit Cornarius, vt nos ibi monuimus. τὰ ἐγκέρχνοντα πτύελα, ſputa dicuntur Hippocrati quæ ſtridulam aſperitatem in faucibus faciunt, adeoque ſunt glutinoſa & craſſa, vt ſibilum quendam aut ſtertorem edant, neque facilè educi queant. Libr. de rat. vict. in morb. ac. (pag. ſeptuageſima nona, verſ. decimo quarto.) οὐ γὰρ ἀνάγει μετὰ τὰ ἐγκέρχνοντα. Nam ſi ea educeret quæ ſtridulam in faucibus aſperitatem faciunt. Ἄκερχνος æger dicitur Aretæo in Pleuritide cap. 10. lib. 1. de cur. ac. cui ſputum glutinoſum non eſt, nec ſonitum aut ſibilum edit in gutture, verùm facilè procedit & expectoratur. Ceterùm κερχαλέον, σκληρόν, ξηρόν, διψαλέον, hoc eſt, durum, ſiccum, ſiticuloſum exponit Heſych.

Κεφαλαία & κεφαλαλγία capitis affectus ſunt ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, hoc eſt, à capite denominationem accipientes, & minoris ac maioris ratione inter ſe diſtantes. Eſt enim κεφαλαία inueterata & ægrè cedens κεφαλαλγία. Aretæus cap. 2. lib. 1. περὶ αἰτίων καὶ σημ. χρον. παθ. ἢν ἀλγέῃ κεφαλὴ ἐξαπίνης ἐπὶ προσκαίρῳ αἰτίῃ, ἢν ἐπὶ πλεῦνας, κεφαλαλγίη καλέεται. ἢν δὲ διαΐσσῃ χρόνῳ μακρῷ τὸ ἄλγημα καὶ περιόδοισι μακρῇσι καὶ πολλῇσι, καὶ προσεπιγίγνεται μέζω τε καὶ πλεῦνα δυσαλθῆ, κεφαλαίην κικλήσκομεν. Si caput doleat repente obuia quaque de cauſa, aut etiam per plures dies, Cephalalgia hic affectus nominatur: Si verò longo tempore dolor affligere conſueuit, & per longos frequentesque circuitus, & maior ac grauior accedat ægrè curationem admittens, Cephalæam appellamus. Cuius etiam varias eſſe ſpecies ibidem ſcribit. Galen. lib. 2. comp. pharm. κατὰ τόπ. (pag. centeſima octuageſima prima, verſ. trigeſimo tertio.) ἡ λεγομένη κεφαλαία χρόνιός τε καὶ δυσλυτός ἐστι κεφαλαλγία, ἐπὶ μικραῖς προφάσεσι μεγίστους ἔχουσα παροξυσμούς. ὥστε μήτε ψόφον ἀνέχεσθαι, μήτε φωνῆς σφοδροτέρας, μήτε λαμπροῦ φωτός, μήτε οἰνοποσίας, μήτε τῶν τὴν κεφαλὴν πληρούντων ὀσφραντῶν, μήτε κινήσεως, ἀλλ' ἐν ἡσυχίᾳ καὶ σκότῳ κατακεῖσθαι βούλεσθαι, διὰ τὸ μέγεθος τοῦ ἀλγήματος. ὡς ὑπὸ σφύρας γὰρ παίεσθαι δοκοῦσιν. ἔνιοι γὰρ ὡς θλωμένων ἢ διατεινομένων αἰσθάνονται τῶν κατὰ τὴν κεφαλήν. ἐν ὀλίγοις δὲ εἰς τὰς ῥίζας τῶν ὀφθαλμῶν διήκει τὸ ἄλγημα. φέρει δὲ τὸ πάθος ποτὲ μὲν διηνεκῆ ἀλγήματα, ποτὲ δὲ παροξυσμοὺς καὶ διαλείμματα, ἤτοι τεταγμένα, ἢ ἄτακτα. διαλείπουσι γὰρ ἐνίοτε οἱ τοιοῦτοι παροξυσμοὶ καθάπερ τοῖς ἐπιληπτικοῖς, καί τις χρόνος ἐπιγίνεται μεταξὺ τελέως ἀνάμαρτος. εὔδηλον οὖν ὅτι τὸ πάθος τοῦτο τὴν αἴσθησιν μὴ ἔχει τῆς κεφαλῆς ὁμογενῆ τοῖς κεφαλαλγικοῖς, ἐπὶ δὲ μᾶλλον ἐκείνων αἰσθητικὰ ἔχει τὰ κατὰ τὴν κεφαλὴν πάσχοντα μόρια. καί τινες αὐτῶν τὰς περὶ τὸν ἐγκέφαλον ὀδυνῶνται μήνιγγας, ἔνιοι δὲ καὶ τὴν

περικρατέων ὑμένα μᾶλλον. Cephalæa dicta inueterata & ægrè cedẽs eſt cephalalgia, ex paruis occaſionibus maximas habẽs exacerbationes, adeò vt neq; ſtrepitus, neq; vehementiorem vocem, neq; ſplendidũ lumen, neq; vini potum, oeq; odoramẽta caput replentia ęgri ferre poſſint, neque motum, verùm in quiete & tenebris, ob dolorũ vehementiam decũbere velint. Velot enim à malleo pertundi ſibi videntur. Quidam nanq; velut cootundantur aut diſtẽodantur quæ circa caput ſunt ſenſum habent, non paucis verò vſque ad oculorum radices dolor peruenit. Affert autem hic affectus quandoq; quidem dolores continoos, ioterdium verò exacerbatiooes & interualla, ſiue ordinata, ſioe ioordinata. Intermittũt enim aliquando eiuſmodi exacerbatiooes, velot in comitiali morbo affectis, intermediũq; eſt tempus aliquod, qđ omninò incuſari non põt. Manifeſtum eſt igitur in hoc affectu eã eſſe capitis naturam vt facilè patiatur, velut in κεφαλαλγικοῖς, hoc eſt capitis dolore laborantibus, verùm in his affectæ capitis partes ad maiorem debilitatem deueoiũt. Et quidam ex ipſis ad membranas cerebrum inuoluentes dolorem ſenoũnt, quidam ẽt ad membranam tantùm caluariã ambientem. Quæ etiam iiſdem omninò verbis repetuntur li. 3. de loc. aff. (p. 281. 9.) Authori verò Definit. Medic. (p. 397. 59.) κεφαλαία δέ ἐστι πάθος τῆς κεφαλῆς ἐπίφορον ἀνυπόμονον κατὰ περιόδους ἰσχόν, ὥστε καὶ ἦχον εἶναι ἐν τοῖς ὠσί, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐρυθροὺς καὶ περιτείνεις ὑπάρχειν. συνδιατείνονται δὲ αὐτοῖς καὶ αἱ ἐν τῷ μετώπῳ φλέβες, καὶ ἔρευθος ἀμφὶ τὸ πρόσωπον ἴσχουσι. Cephalæa eſt affectus qui circuitibus quibuſdam iotolerabilem capitis adfert dolorem, adeò vt aures ſoneot, & oculi rubore perfundantur. His quoque prominentes frontis venæ ſimul diſtenduntur, & rubor faciem occupat. Κεφαλαὶ εὔφοροι dicuntur aph. 19. ſect. 6. lib. 6. Epid. capita quæ non facilè læduntur, ſed beoè feruot & tolerant. Κεφάλαια etiam capita, ſummæ, aot ſcopi vocaotur aut propoſita libr. κατ' ἰητρ. (p. 697. 54.) κεφάλαια σχημάτων, figurarum capita & ſcopi. Vbi ſcribit Gal. ὅπερ μὲν οὖν τὰ κεφάλαια τῶν σχημάτων ἐν ἴσῳ τῶν σκοπῶν εἴρηκεν, εἰς οὓς ἀποβλέποντες εὑρήσομεν ἐφ' ἑκάστῳ μέρει αὐτὸ οἰκεῖον σχῆμα, πρόδηλόν ἐστι. Quòd igitur figurarum capita pro ſcopis dixit, in qoos intuentes, vnicuique parti accommodatam figuram reperiemus, manifeſtum eſt. Κεφαλοειδέος, κεφαλὴν ἔχοντος. caput habentis exponit apud Hippoc. Gal. in Exeg.

¶ Κῆλαι dicuntur omnes ſcroti tumores, quos ramices aut hernias Latini nominant, vnde σαρκοκήλη, ὑδροκήλη, ἐπιπλοκήλη, ἐντεροκήλη, & ex ambobus plus æquo compoſitum nomẽ ἐντεροεπιπλοκήλη, recentioribus Medicis inuentum, & βουβωνοκήλη nominatur. Gal. libr. de tumor. præter nat. (p. 357. 12.) qui etiam ſcribit Athenienſes κάλας per α, pro κήλας dicere. Horum ſpecies ſunt βουβωνοκήλη, ἐντεροκήλη, ἐπιπλοκήλη, ὑδροκήλη, πνευματοκήλη, σαρκοκήλη, κιρσοκήλη. Qoibus addit Iſagoges autor πωροκήλην & στεατοκήλην, & Defin. Med. author ψωροκήλην. Præter hæc quidam etiam duob. generibus conſtant, vt ὑδρεντεροκήλη, σαρκοεπιπλοκήλη, & ἐντεροεπιπλοκήλη, & ἐντεροπωροκήλη. κήλη etiam dicitur authori definit. Med. (p. 401. 37.) πᾶς ὄγκος ἐν ὀσχέῳ omnis in ſcroto tumor.

Κηρίον fauum ſignificat, cuius decoctum in aqua macerati ſæpè propinat Hipp. in febre, vt lib. 2. de morb. (p. 149. 36.) πίνειν δὲ διδόναι, κηρίον ἐν ὕδατι ἀποβρέχων ἄρτι ἐκπεπλυμένον νεαρόν. fauum recenter aqua maceratum propinato. Rurſus ibid. (p. 153. 24) καὶ πίνειν διδόναι κηρίον ἐν ὕδατι ἀποβρέχων ὡς ψυχρότατον, & fauum aqua gelidiſſima maceratum propinato. Qood etiam repetitur ib. (p. 154. 33.) Ac rurſus lib. 3. de Morb. p. 165. 14.) κηρίον ξηρόν, ὅσον δύο κοτύλας, βρέχων ὕδατι, καὶ διατρίβων γευόμενος, ἕως ἂν ὑπόγλυκυ γένηται, εἶτα διηθήσας σέλινα ἐμβαλὼν, δίδου πίνειν. fauos ſiccos, ad duarum heminarũ menſuram, aqua macerato, & contritos guſtato donec aqua aliquãtulum dulcis euadat, deinde excolatam, apii ſeminib. iniectis, propina. Libr. 2. περὶ γυν. (p. 268. 28.) καὶ ἡ χροιὴ οἱ τρέπεται καὶ γίνεται οἷον ἀπὸ κηρίου. de fluore muliebri diu perſeuerante, cùm color mutatur & fauo ſimilis euadit, aut quodãmodo cereus, ἰκτεροειδὴς ibidẽ dicitur. A fauorum autem ſimilitudine vlceris genus corporis cutem multis foraminibus perrodens, ex quibus humor melli ſimilis effunditur, nomen ſumpſit & κηρίον dicitur, Latinis fauus. Cerium vocat Pl. cap. 2. & 3. lib. 20. & cap. 7. li. 23. Modò ẽt capitis cutim afficit, & inter capitis vlcera reponitur Galeoo li. 1. κατὰ τόπ. & Paulo lib. 3. cap. 3. & Aëtio cap. 68. lib. 2. tetrab. 2. vbi & μελικηρίδα dici vult. Autor quoque Medici inter capitis affectus κηρίον & μελικηρίδα annumerat. (p. 387. 32.) Et Gal. lib. de tumor. præter nat. (p. 356. 59.) κηρία poſt ἀχῶρας anoumerat, & paruos capitis tumores eſſe vult cũ multis foraminibus, ex quibus mellitus humor effluit, adeò vt ab achoribus foraminum magnitudine, & humoris erumpentis craſſitie differant, vt ſcripſimus antea in achoribus. Authori defin. Med. (p. 400. 57.) κηρίον δέ ἐστιν ἕλκος συνεχῆ ἔχον κατατρήσεις, ἐξ ὧν μελιτῶδες ὑγρὸν ἐκκρίνεται. fauus vlcus eſt multis foraminibus peruium, ex qoib. mellitus humor excernitur. fit etiã in muſculoſis totius corporis partibus, maximè tamen piloſis. faui duplex genus deſcribit Celſus cap. 26. lib. 5. & ſub μελικηρία comprehendit, ſi modò locus eſt integer, ac non potius μελικηρὶς legi debeat facili lapſu. Etſi μελικηρὶς tumoris genus eſt, in abſceſſuum genere numeratum Gal. li. de tum. præter nat. & Aëtio cap. 7. libr. 4. tetrab. 4. & Paulo cap. 34. li. 4. Gal. lib. περὶ τῶν εὐπορίστων (p. 473. 41.) κηρίον genus vlceris capitis facit achoribus ſimile, præter quàm quòd maiora habet foramina & mellitum humorem continet. κηρίων vlcerum meminit Hippoc. Prorrh. 2. (p. 417. 42.) vbi viris adnaſci ſcribit κηρία δηρά, fauos formi-

formidabiles, graues, periculoſos & ſuſpectos. Κνεῖα etiam placentas ſignificant, vt in his ſenariis παρὸν τε δίφριον κνεῖον εἶτ᾽ ἀλφίτων, Οὐδὲν διοίσει ταῦτα γαστρὸς ἐν μυχοῖς. Cutem farina farciatis vel fauis, Nil different hæc ventris in ſeceſſibus. Et Heſych. κνεῖον τὸ τῶν μελισσῶν, ἢ εἶδος πλακοῦντος expoʃnit.

Κνεῖαι exponuntur Erotiano apud Hippocr. & propriè dici ſcribuntur αἱ πλατεῖαι ἕλμινθες, lati lumbrici. Etſi pro κνεῖαι quædam exemplaria κνεῖον apud Erot. legunt. An verò κνεῖαι pro κνεῖα legerit apud Hippocr. Erotianus valde eſt arbitrarium.

Κήρωμα Ceroma, & ſignificat vnguentum ex cera oleo ſubacta quo inungebantur palæſtritæ, vnde Ceromaticus qui ceromate eſt inunctus apud Iuuenalē. Et ceromatico fert niceteria collo. κηρώματα apud Hippocr. pro vnguentis aut ceratis ſumuntur, lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 107.41.) ὕδωρ δὲ χλιηρὸν ἐν ἀσκῷ. τὰ ἄλλα ἀλγήματα τῶν πλευρέων χλιάσματα πρὸς πόνον ἢ κηρώματα. Quod ſic vertit Cælius Aurel. cap. 19. lib. 2. Acut. Nihil etiam prohibet doloribus lateris adhibere tepores atque cerotaria.

Κηρόπισσος medicamentum ex cera & pice conſtans, aut nomen emplaſtri aut cerati ex cera & pice confecti, quo ſplenium illini iubet Hippocr. aperta frontis cute, lib. 2. de Morb. (pagin. 144. 22.) ἔπειτα περιχρίσας τῷ κηροπίσσῳ σπλήνιον. deinde ſplenium cera & pice illitum.

Κηρωτὴ Ceratum dicitur & eſt medicamentum conſiſtentia medium inter emplaſtrum & vnguentum. Paratur autem molle vt vnguentum Hippocrati, vt κηρωτὴ ὑγρὰ ἢ πισσηρή, Ceratum molle aut picatum & Catagmaticum quo vtitur lib. de fract. (p. 531.41.) Sic etiam pro vnguento molli ſumitur lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 230.35.) vbi vnguētum mollead os vteri illinēdum parat ex anſeris medulla, reſina lentiſſima aut terebinthina, iiſque in vnguento roſaceo ad mollem ignem liquefactis ceratum conficit. Quod etiam reperitur lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 253.46.) Verùm illic cera optimè apponitur quæ malè omittitur lib. de Natura muliebri.

¶ Κιγκλισμὸς & κίγκλισις paruam motionem & agitationem ſignificat, vt exponit Gal. Com. 1. in lib. de art. (p. 596.57.) vbi enim ſcribitur, μικρὸς γὰρ ὁ κιγκλισμὸς τοῦ ἄρθρου τοῦ ἐν τῷ στήθει. Articuli enim in pectore parua eſt motio. τὸν κιγκλισμὸν τὴν βραχεῖαν κίνησιν explicat Gal. leuem motionem. Sicut κιγκλισμὸς in Exeg. ex hoc loco exponitur βραχεῖα συνεχὴς κίνησις ἀπὸ τοῦ κίγκλου τοῦ ζώου, breuis continuata motio ἀπὸ τοῦ κίγκλου animali. Erotiano quoque κιγκλισμὸς ἀκρωμίης, ἡ κίνησις τοῦ ἀκρωμίου, hoc eſt, ſummi humeri motio exponitur. Vbi ſatis apparet Erotianum illud [τοῦ ἄρθρου] libri de art. ἀκρωμίης legiſſe aut ita expoſuiſſe, cùm de iuguli articulo cum pectore ſumi debeat, vt ſatis patet ex ipſo Hippocr. & Gal. & Mochlico (p. 505.48.) (vt noſtris in eum locum libri de art. Annotat. admonemus) aut quod apud Hippocr. ſcribitur, περὶ τὴν τῆς ἀκρωμίης σύζευξιν, τῆς ἀκρωμίης κιγκλισμὸν Erotianum legiſſe. At certe neceſſe erit κιγκλισμὸν aliter ſumi Erotiano quàm Galeno, cùm κίνησιν ſimpliciter exponat. Vterque tamen in notatione conſentit. Erotianus namque κίγκλον eſſe ſcribit ὀρνέου εἶδος πολυκινήτου ἢ πολυτρέχου. Gal. etiam Com. 1. in lib. de art. κίγκλον autem ſcribit κινεῖν συνεχῶς τὰ πυγαῖα πτερά, vnde Motacilla dicitur, quòd continuò pennas quas in cauda habet, moueat aut agitet, ideoque σεισοπυγίδα dici. Vocatur etiam ea ratione κιναιδίας, vt lib. 4. Comp. pharm. κατὰ τόπ. (pag. 210.28.) Heſychius quoque κίγκλον ὄρνεον τὸ κινοῦν τὴν οὐρὰν πυκνῶς exponit. Et Sudas ὄρνεον πολλὰ τὸν οὐραῖον κινοῦν. Inde verò fit κιγκλίζειν teſte Heſychio, quod idem exponit διασείεσθαι, σαλεύειν, μοχλεύειν, κινεῖν, agitare, concutere, motare, motu quaſſari & agitari. Dicitur & κιγκλίζεσθαι motu ſuccuti, crebro moto agitari, de pathico cinædo, Theocrito Idyl. 5. Vbi Scholiaſtes κιγκλίζειν σαλεύεσθαι καὶ κινεῖσθαι, καὶ τὸν οὐραῖον κινεῖν explicat, quod de impudico motu dicitur, & criſſare aut ceuere ſignificat. Idem quoque παρὰ τὸ κινῶ, κίκλον & κίγκλον fieri ſcribit. Κίγκλισιν etiam dicit Hippocr. lib. de art. (pagin. 654.43.) crebram & leuem agitationem aut ſuccuſſum, eadem omninò notatione qua antea κιγκλισμόν, vbi Galen. τὴν ἐπὶ βραχὺ γιγνομένην διακίνησιν, hoc eſt, paruam & leuem agitationem exponit, quòd τὸ διακινεῖσθαι verbum, κατὰ τῆς βραχείας κινήσεως, de leui quadam motione vſurparit Hippocr. lib. de art. (p. 601.18.) vt antea etiam ſcripſimus. Διακιγκλίσαι verò quid ſit antea expoſuimus ſuo loco.

Κίθαρος exponitur thorax apud Hippocrat. Sic Gal. in Exegeſi κίθαρον θώρακα explicat. Et apud Erotianum ſcribitur, κίθαρος παρὰ Δωριεῦσιν οὕτως ὁ θώραξ καλεῖται. Heſychio verò κιθαρὸς exponitur στῆθος, πλευρά, καὶ ἰχθύς. pectus, latus, & piſcis Apollini ſacer, quem fidiculam vertit Gaza apud Ariſt. Plinius verò nomen Græcum retinet. Vſurpat hanc dictionem ſæpe Hippocr. lib. de loc. in homine, vt (pagin. 64.37.) καὶ τὴν ἀποτελεύτησιν ἴσχει ἐς τὸν κίθαρον, & in thoracem deſinit. Vbi ventrem ſumpſit Caluus. Rurſus (pagin. 66. 23.) ἐπὴν δὲ ὁ ἐς τὸν κίθαρον ῥυῇ, vbi autem in thoracē fluxerit. Et, μᾶλλον δὲ ῥεῖ ἐς τὸν κίθαρον, magis autem in thoracem fluit. Et (verſ. 27.) ὅταν ἐς τὸν κίθαρον ῥέῃ. Et (pagin. 67.46.) ὁπόταν δὲ ἐς τὸν κίθαρον ῥέῃ. Et (pagin. 68.15.17.36.) τὸ δὲ πύον συνεστηκὸς ἐν τῷ πνεύμονι καὶ ἐν τῷ κιθάρῳ. pus autem in pulmone & thorace conſiſtēs. Et, ἅμα δὲ ἐκ τοῦ ἡλκωμένου ἐν τῷ κιθάρῳ ἢ τῷ πνεύμονι μᾶλλον ῥεῖ. ſimul autē ex vlcerata parte in thorace & pulmone magis fluit. Et, ἢ ὁ κίθαρος συγκεκαμμένος ἐστί. & thorax ea parte qua pus latet incuruatus eſt. Κιθαρὸς autem oxytonum ſcribitur Heſychio, vt & in quibuſdam Exeg. exemplarib. Dicitur verò κίθαρος thorax, quemadmodum κιθάρα etiam pectus & τὸ στῆθος, & χέλυς quoque eo ſignificatu vocatur pars thoracis ſuperior ad iugulū vſq; vt poſtea etiam ſcribimus.

Κικίδη τὰ κακοήθη, quæ mali ſunt moris, exponit Erotianus apud Hippocr. Sed mendum ſubeſſe exiſtimo, & κακοήθη aut κακοήθεα leg. ſpondeo, vt antea in κακοήθης ſcripſimus.

Κηκὶς pro κηκὶς ponitur, hoc eſt, pro galla, apud Hippocr. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 222. 17.) κηκῖδα θυμιῶν. Et lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 243. 28.) πεσσὸν ἴσον κηκῖδι σμικρῇ, de peſſo ad paruæ gallæ figuram efformato, hoc eſt, in puſillam glandem facto, aut gallæ paruæ magnitudine. Rurſus etiam lib. 2. (p. 265. 34. & 37.) Sic & κηκὶς apud Theophr. pro κηκὶς ſcriptum eſt, lib. 1. hiſt. plant. & lib. 3. cap. 6.

Κινεῖν Hippocrati mouere ſignificat, generaleque eſt vocabulum quo omnis medicorum præſidiorum materia continetur, cauſæque ſalubres comprehenduntur, quæ ſumendis, admouendis, educendis & faciendis continentur. Neque verò hac dictione ſolùm venę ſectio aut purgatio indicatur, ſed etiam cætera præſidia concluduntur, vt aph. 20. lib. 1. & 29. lib. 2. cui quoque ἡσυχίην ἔχειν, quod eſt quieſcere, opponitur. Et aph. 22. libr. 1. κινεῖν omnem motum & quemuis conatum ad materiæ expulſionem & euacuationem ſignificat, ſiue ſponte, ſiue arte fiat. πέπονα φαρμακεύειν & κινεῖν, quæ concocta ſunt medicamento purgante educere & mouere. Rurſus aph. 51. lib. 2. κινεῖν omnem cauſam corpus alterantem, ſiue internam, ſiue externam, comprehendit. Nec verò κινεῖν Hippocrati tantùm de purgatione effertur, ſed & Ariſtoteli eodem ſignificatu vſurpatur Polit. lib. 3. cap. 11. vbi de Ægyptiis ſcribit eos primis ſtatim diebus purgationes vitaſſe, quod eſt Hippocratis decretis admodum conſentiens. Eius verba ſunt, καὶ ἐν Αἰγύπτῳ μετὰ τὴν τετρήμερον κινεῖν ἔξεστι τοῖς ἰατροῖς, ἐὰν δὲ πρότερον ἐπὶ τῷ αὐτῶν κινδύνῳ. Κινεῖσθαι quoque moueri, emoueri, dimoueri ſignificat, & de oſſibus effertur, quæ non ex toto, ſed paulatim ſuis ſedibus excidunt aut prolabuntur, vt ὀλισθάνειν de his quæ ex toto luxantur. Lib. de fract. (pagin. 549. 38.) ὅτι ἡ ἐπίφυσις ἐκινήθη, quandoque adnatum os dimouetur, vbi τῷ ὀλισθάνειν opponitur. Sic διακινήματα dicuntur Galeno Comment. 3. in libr. de fract. quæ paulùm emota ſunt, quibus τὰ ὀλισθήματα opponuntur. Κίνησις omnem motum ſignificat, & pro abſurda in ægris motione ſumitur, cùm aut mente turbati, aut incontinentia corporis vexati, inordinatos & temerarios motus exercent, ῥιπτασμὸςque iungitur, In Coac. Prænot. (p. 426. 20.)

Κιρνάω, miſceo, dicitur & κίρναμαι & κίρνημι idem quod μίσγω, vt apud Homerum κέρασε δ' αἴθοπα οἶνον. Et apud Hippocr. lib. 2. de Morb. (pag. 148. 5.) τοῦτο κερασὰς κάτω τῶν αὐτῶν διδόναι πίνειν, hoc miſcens propinato. Libr. 2. περὶ γυναικ. (pag. 265. 38.) κιρνάναι δὲ χρὴ καὶ ἐς χρῆσιν, miſcere verò etiam ad vſum oportet. Vnde etiam διακιρνᾶν dicitur, vt lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 209. 13.) ἐν τῷ οἴνῳ διακιρνᾷν, cum vino permiſcere. Et lib. 2. περὶ διαίτης (p. 96. 14.) γλυκέων διακιρνάμενα, dulcium mixtura.

Κιρσὸς varix dicitur, & ſignificat omnem venam tumefactam aut dilatatam ſanguine craſſo & melancholico. Gal. Com. ad aph. 21. lib. 6. κιρσός ἐστιν εὔρυνσις τῶν φλεβῶν τῶν ἐν τοῖς μηροῖς καὶ σκέλεσιν, ἀπὸ παχέος καὶ μελαγχολικοῦ γινόμενος αἵματος. Varix eſt venarum quæ ſunt in cruribus & femoribus dilatatio, quæ ex craſſo & melancholico ſanguine contingit. fit verò interdum ex ſanguine flatulento, aut melancholico, vel puro, ſua grauitate deorſum delapſo, aut venis ſua imbecillitate & mollitie diſtentis. Quod ſcribit Gal. lib. de tumor. præter nat. (p. 357. 14.) κιρσοὺς δὲ καὶ τὰς ἄλλας ἁπάσας φλέβας ὀνομάζουσιν οἱ παλαιοί. κιρσοὺς δὲ καὶ ταύτας οἱ νεώτεροι καλοῦσιν ἰατροί, τῷ ι στοιχείῳ μετὰ τοῦ κ στοιχείου διδόντες, οὐ καθάπερ οἱ Ἀθηναῖοι. γίνονται δὲ καὶ κατὰ τὰ σκέλη κιρσοὶ διὰ ἀρρωστίαν τῶν τῇδε φλεβῶν, καὶ μάλισθ᾽ ὅταν αἷμα παχὺ πλεονάζῃ κατὰ τὸ σῶμα. κιρσοὺς, hoc eſt, varices etiam omnes alias dilatatas venas antiqui nominant. κιρσοὺς quoque has vocant recentiores medici, addito ι elemento cum κ, non quemadmodum Athenienſes. fiunt autem & in cruribus varices, ob earum venarum quæ illìc ſunt imbecillitatem, magiſque vbi craſſo ſanguine corpus abundat. Rurſus lib. de atra bile (pag. 359. 47.) καὶ μάλιστα καὶ ὡς ἡ φύσις ἀποτίθεται τὸ τοιοῦτον αἷμα πολλάκις εἰς τὰς κατὰ τὰ σκέλη φλέβας, ὑφ᾽ οὗ διατεινόμεναί τε καὶ διευρυνόμεναι κιρσώδεις ἀποτελοῦνται, καὶ μελαίνεται γε τῷ χρόνῳ τὸ δέρμα τὸ κατὰ τὰς τοιαύτας φλέβας. ἐφ᾽ ὧν δὲ αἵματος πλῆθος μόνον εἰσρέει οὐδὲν τὸ μελαγχολικὸν ὑπάρχον, ἀσθενεστέρας οὔσας φύσει τὰς τῇδε φλέβας εὐρυνθείσας κατεσκεύασεν, οὐδὲν τοιοῦτο συμβαίνει, ὡς ἐφ᾽ ὧν γε αὖ τὸ μελαγχολικὸν αἷμα τοὺς κιρσοὺς εἰργάσατο. Quinetiam quòd natura talem ſæpe ſanguinem in crurum venas deponit, quo tum diſtentæ, tum dilatatæ varicoſæ redduntur, & huiuſmodi venarum cutis temporis tractu nigreſcit. In quibus verò ſanguinis non melancholici illabentis ſola copia, imbecilliores quæ illìc ſunt venas dilatat, nullo eiuſmodi contingente caſu, velut in his quibus melancholicus ſanguis varices effecerit. fiunt autem varices in cruribus, teſticulis, ſcroto, ima parte ventris ſub vmbilico, atque etiam in temporibus, in palpebris quoque Aëtio authore, atque adeò in omni parte quæ venas habet, præſertim longè à fonte caloris diſſita & deorſum prona. Pollux cap. 21. lib. 4. κιρσὸν eſſe ſcribit οἴδημα φλεβῶν περὶ κνήμην ποδὸς, παιδίων ἐπιγάστριον, μηρὸς, ὄσχεον, venarum tumorem circa pedis tibiam, aut puerorum epigaſtrium, ſemur & ſcrotum. Quinetiam κιρσὸς ſimpliciter venarum in ſcroto eiuſque tunicis tumorem & dilatationē ſignificat, interdum etiam earum venarum tumorem quæ circa teſticulos ſunt. Quod teſtatur Paulus lib. 6. cap. 64. his verbis: τὰ μὲν κατὰ τὸν ὄσχεον ἢ τοὺς δαρτοὺς ἀγγεῖα κιρσούμενα, κιρσοὺς ἁπλῶς ὀνομάζουσι· τὰ δὲ ἄλλα τὰ τρέφοντα τὸν δίδυμον, ἐὰν ἀποκιρσωθῇ, κιρσοκήλην τὸ πάθος προσαγορεύουσι. Vaſa in ſcroto aut dartis membranis dilatata κιρσοὺς, hoc eſt, varices ſimpliciter nominant. Alia verò quæ teſticulum nutriunt, ſi varicum in-

cum inſtar dilatentur, huiuſmodi affectum κιρσοκήλην, hoc eſt, varicoſum ramicem nuncupant. Rurſus cap. 82. ὁ κιρσὸς ἀνεύρυνσίς ἐστι φλεβὸς, ποτὲ μὲν ἐν τοῖς κροτάφοις, ποτὲ δὲ κατὰ τὸ ὑπὸ τὸν ὀμφαλὸν τοῦ ὑπογαστρίου μέρος, ἐνίοτε δὲ περὶ τοὺς διδύμους, ὡς μάλιστα δὲ κατὰ τὰ σκέλη. Κιρσὸς venæ dilatatio eſt, interdum in temporibus, interdum in ima ventris parte ſub vmbilico, nonnunquam etiam circa teſticulos, præcipuè verò in cruribus. Etſi aliter ſentit Celſus lib. 7. cap. 18. In Coac. Prænot. (pagin. 440. 18.) κιρσὸς περὶ κνήμην, varix in tibia, reponitur inter morbos qui poſt pubertatem affligunt. Κιρσὸς etiam κριξὸς dicitur Polluci lib. 4. cap. 24. fortè verò κριξὸς ſcribendum, quòd etiam κρισσὸς dicatur, pro κιρσός, vt κρισσὸς pro κίρσος. κιρσὸς Heſychio ſignificat πάθος τι περὶ τὸ σῶμα, ὅπερ τινὲς ἰξίας καλοῦσιν, ἄλλοι κρισσόν. Vbi fortè κριξὸν pro κρισσὸν legendum videtur, vt in Ἰξία ſcripſimus.

Κίστη, ης, aut ἡ κίστις, ιος, & ἰδος, ciſta dicitur & capſula in qua opſonia & cibaria reponebantur. Pollux lib. 10. cap. 46. κίσται δὲ οὐ μόνον ὀψοφόροι, οὐδ᾽ ἄλλως ἀγγεῖα, οἷς ἐσθῆτας ἀπέθεντο, ἀλλὰ καὶ τὰς φαρμακοπωλῶν αὖ καλεῖτε, ὡς ἐν Ἀμφιαράῳ Ἀριστοφάνης. Ea quibus indicat ciſtas dici non ſolùm capſas in quibus cibaria & veſtes recondebantur, ſed etiam medicamenta. Heſychius verò κίστην eſſe dicit ἀγγεῖον πλεκτὸν εἰς ὃ βρῶμα ἐντίθετο καὶ ἱμάτια, κιβώτιον. vas è vitili textum, in quo edulia & veſtimenta condebantur. Ariſtoph. Schol. in Εἰρήνῃ κίστην τὴν κιβωτὸν ea ponit, eamque addit differentiam, quòd κίστη εἰς ὑποδοχήν ἐστιν ἐδεσμάτων, κιβωτὸς verò, ἱματίων καὶ χρυσοῦ. Idem quoque in Acharn. & κίστην & κιστίδα dici teſtatur, vt ſatis ex loco Ariſtophanis patet, cùm ſcribit, τὸ δεῖπνον ὦ παῖ δῆσον ἐκ τῆς κιστίδος. Atque idem Schol. in eadem fabula ſcribit τοὺς καλουμένους ἐπὶ δεῖπνον φέρειν ὀψάματα καὶ κίστην ὀψοφόρον. Sudas quoque κίστην & κίστιν dici ſcribit τὸ ἀγγεῖον ἐν ᾧ τὰ βρώματα κεῖται ἢ ἱμάτια, additque κιστὶν oxytonum etiam dici Ariſtophani. Eſt igitur κίστη ἡ κίστις ciſtula aut ciſta, in qua cibaria reponebantur, vnde & κιστοφόρος qui ciſtam ferebat dicebatur. Sumitur verò κίστις apud Hippocr. pro ciſta ærea, aut vaſe æreo in quo medicamentum aſſeruabatur, quemadmodum apud Pollucem teſtatam ſignificationem ſcripſimus. Locus eſt in τοῖς quæ adiecta ſunt lib. 1. περὶ γυναικ. (pagin. 300. 33.) εἶτα ξηρήνας ἐς χαλκῆν κιστίδα, ἐντίθει χρῶ, deinde reſiccatis & in ciſta ærea repoſitis vtitor. Agitur enim de medicamento oculario, quod reſiccatum in ciſta aut capſula ærea recondi voluit. Sed illic ſcripta exemplaria omnia κιστίδα habent, cùm publicata omnia κισσίδα vitioſè legant.

Κίσσα pica dicitur aut vitioſa grauidarum appetentia, quæ fit læſo ore ventriculi à prauis humoribus & iiſdem excrementis imbuto ventriculo. Gal. Com. ad aph. 61. lib. 5. Reliqua vide apud Gorrhæum.

Κίων columella dicitur aut curgulio oblongior & præter modum auctus, quòd tunc columnæ ſimilis euadat. Dicitur & κιονὶς idem affectus, cùm ex aliqua inflammatione leuiter affectus curgulio æquali craſſitudine propendet. Aretæus cap. 8. libr. 1. περὶ σημ. ὀξ. παθ. τὸ ἀπὸ τῆς ὑπερῴης ἐκκρεμὲς σῶμα στερρὸν, μεσηγὺ τῶν παρισθμίων, κίων καὶ γαργαρεὼν καλέεται. σταφυλὴ γὰρ τοῦ πάθεός ἐστιν οὔνομα. νεῦρον δὲ ἐστὶν ἡ κιονὶς τὴν φύσιν, ἀλλ᾽ ὑγρόν. ἐν γὰρ ὑγρῷ κέεται χωρίῳ. ὁ δὲ ὦν ὁ γαργαρεὼν πολλὰ πάσχει πάθεα. καὶ γὰρ ἐπὶ φλεγμονῇ παχύνεται ἴσως ἀπὸ τῆς βάσιος ἄχρι τοῦ πείρατος ἄκρου, ἐπιμήκης γενόμενος, καὶ ἐρύθημα ἴσχει. κίων δὲ τοῦδε τοῦ πάθεος ἐπίκλησις. ἢν δὲ κατὰ πέρας μοῦνον στρογγύληται, καὶ μεγέθει πλατὺς γίγνηται, καὶ ὑπομελαίνηται, σταφυλὴ ἐπώνυμον τοῦδε τὸ πάθος. πάντα γὰρ ἴκελα αὐτῇ, καὶ σχῆμα, καὶ χροιὴ, καὶ μέγεθος. Corpus ſolidum in medio tonſillarum collocatum, ex palato propendens, κίων, hoc eſt, columna & curgulio vocatur, σταφυλὴ enim, hoc eſt, vua, affectus nomen eſt. Columella autem ſua natura neruus eſt, ſed humidus. In humido enim loco ſitus eſt. Curgulio igitur pluribus eſt obnoxius affectibus. Etenim inflammatione tentatus craſſeſcit æqualiter à baſi ad extremum finem vſque, in longitudinem protenſus, & rubore ſuffuſus. κίων autem, hoc eſt, columna huiuſce affectus nomen eſt. Si in fine tantùm rotundus euadit, & cum magnitudine liueſcit & ſubnigricat, σταφυλὴ, hoc eſt, vua, huiuſcemodi affectus cognominatur. Ei nanque & figura, & colore, & magnitudine in omnibus eſt ſimilis. Idem quoque author eundem affectum κιονίδα vocat Cap. 8. libr. 1. cur. ὀξ. παθῶν, vt & Actuarius libr. 2. περὶ διαγνωσ. παθ. cap. 18. Inde etiam κιονικοὶ dicuntur Galeno libr. 3. περὶ τῶν εὐπορίστων (pag. 451. 14.) columellæ vitiis laborantes & obnoxii. Ad huius autem columellæ ſimilitudinem κίων dicitur innata quædam mulierum pudendis caruncula, vt lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pagina 227, 5.) ἢν ἐν τοῖς αἰδοίοις δυσοσμίη καὶ κίων ἐγγένηται, Si in pudendis grauis odor & columella innaſcatur. Quod etiam repetitur extremo libr. 2. περὶ γυναικ. (pagina 290. 26.) ἢν κιὼν ἐν τοῖσιν αἰδοίοισιν ἐγγένηται. Vbi tamen κιὼν oxytonos ſcribitur, vt in Exegeſi, ſed κίων malim, vt columella pudendis innata intelligatur, quam ſecundam præcipit libr. περὶ γυναικ. φύσ. Etſi Galen. in Exeg. eum locum ſubindicans ſcribit, κιὼν τὸ ἐκ τῶν θηρίων ἄθροισμα τῶν τὸν σῖτον διαβιβρωσκόντων, ὧν ἕκαστον κιὼν ὀνομάζεται: vt ſit κιὼν multitudo κιῶν & multi κῖες, hoc eſt, vermes tritici grana erodentes. Et certè ſuſpecta videtur lectio, vbi κιὼν ſcribitur dici eorum animalium vnumquodq;, ac potiùs κὶς ſcribendū. Ac ſatis apparet eam ſignificationem minimè Hippocratis loco conuenire qui ex libr. 2. περὶ γυναικ. à Galeno ſubnotatur, eumque locum variè eſſe mutilatum, & ea libr. περὶ γυναικ. φύσ. integrum reponendum. Quod etiam vidit Cornarius.

¶ Κλαγγὴ, clangor, propriè gruum & anſerum. Vnde κλαγγώδης φωνὴ, vox clangoroſa & ſtridula, quæ fit ob reſiccationem voci deſtinatorum inſtrumentorum, In Prorrhet,

(pagin. 176. 51.) αἱ παρακρούσιες σὺν φωνῇ κλαγγώδει. deſipientiæ cum voce ſtridula. Vbi ſcribit Galen. κλαγγώδη φωνὴν fieri ob reſiccationem vocalium organorum, vt βραγχώδη, ob humiditatem. Quod etiam repetit Gal. Comment. 2. in Prorrhet. (pagin. 185. 20.) Locus autem Prorrhetici repetitur in Coac. Prænot. paulò aliter (pagina 426. 38.) Sic libr. 7. Epid. (pagin. 358. 9.) κλαγγώδεις dicuntur qui vocem clangoroſam & ſtridulam edunt. Rurſus ibidem (verſ. 12.) ἐπιπολὺ κλαγγώδης, multùm voce ſtridula erat. Rurſusque ibidem (verſ. 16.) καὶ ἐγγένετο κλαγγώδης & vox ſtridula facta eſt. In Coac. Prænot. (pagina 441. 37.) τὰ ἐξ ἐμέτων ἀσώδεα, κλαγγώδεα, ex vomitu anxietates cum voce clangoroſa, quod in Prorrhet. (pagin. 176. 27.) ſcribitur, τὰ ἐξ ἐμέτου ἀσώδεα, κλαγγώδει φωνῇ. Ex vomitu anxietates, cum voce ſtridula. Sic enim ibi leg. eſſe admonuimus noſtris in Coac. Prænot. annotat. Vbi tamen κλαγγώδεα ὄμματα omnia exemplaria, tum ſcripta, tum editiva habent. Vt mihi eum locum diſertis verbis expreſſiſſe videatur Erotianus, cùm ſcribit Demetrium Epicureum valde hallucinatum, κλαγγώδεα ὄμματα exiſtimaſſe dici Hippocrati, τὰ εὐκίνητα, hoc eſt, facilè mobiles oculos. Neque enim κλαγγὴ ad oculos, ſed ad vocem referri debet, cùm ſit (vt idem ſcribit) ποιά τις ἐκφώνησις, ὁποίαν μάλιστα ἐργάζονται ἔμετοι ἀσώδεις. ἔστι δὲ ἡ ἀρχομένη ἀπὸ βαρέος καὶ λήγουσα εἰς ὀξὺ, ὥσπερ ἀπαυδῶντος τινός. hoc eſt, vocis quadam eruptio, qualem maximè vomitus anxioſus concitat. Eſt enim vox quæ à graui tono inchoata, in acutum deſinit, velut cùm quis loquendi facultate deficit. Addit verò idem Bacchium exiſtimaſſe κλαγγώδη φωνὴν dici, τὴν συνεχῆ καὶ ἀδιάλειπτον, hoc eſt, continuatam & minimè deficientem. Apollonium autem Citrieum, τὴν μετ' ἐγκοπῆς καὶ ἀνωμαλίας, ἔτι δὲ ἀσαφείας, ὁποίαν μάλιστα τυγχάνει τοῖς μεθύουσι. hoc eſt, interciſam & inæqualem, prætereaetiam obſcuratam, & qualem maximè temulenti edunt.

Κλάδος ramum ab arbore auulſum, aut taleam quæ implantatur ſignificat, vt libr. περὶ φυτευμάτων (pagina 35. 20.) τρῶμα ἔχει ὁ κλάδος ἐν τῷ κατωτάτῳ πρὸς τὴν γῆν. Ramus vulnus babet in infima ad terram parte. Vtitur etiam ibidem (verſ. 32. & 33.)

Κλάω & κλάζω frango, vnde κλάσις & ἀνάκλασις, quæ ad oculorum & palpebrarum diſtortionem aut peruerſionem refertur, vt antea ſcripſimus. Sunt & ἀνακλάσιες τῶν ἄρθρων lib. 6. Epid. vt videbis in ἀνάκλασις. κλᾶσθαι enim de membro quod reflectitur aut recuruatur dicitur, vt libr. de fract. (pagin. 529. 30.) ἡ ἄρθρου ἀνάκλασις κέκλασται, recuruata fit articuli reflexio. κλᾶσθαι etiam ſæpe vſurpatur Galeno libr. 2. de motu muſculorum, in muſculorum diſtortione aut reflexione, vbi ferè irrita & inanis eſt muſculorum actio. Atque eo ſenſu libr. de fract. ſumi poteſt, vt articuli reflexio in ea manus contentione fuerit fracta, hoc eſt, irrita & inanis, vt quæ præ ſe ferret ſummam & validiſſimam contentionem. Qua intelligentia ſumi etiam poteſt quod ibid. paulò poſt ſcribitur. κλᾶται ὁ ἀγκὼν ὕπτιος, cubiti flexura frangitur aut retorquetur, hoc eſt, in manu ſupina cubiti diſtortio inanis eſt & nullius roboris.

Κλαυθμυρίζειν eſt eiulare, flere, & de pueris dicitur qui plorabundi eiulant, in Progn. (pag. 163. 8.) quod ibi exponit Galen. τὸ κλαίειν μετ' ἐντάσεως προσφυγῆς, flere cum magna ſpiritus contentione. Hinc κλαυθμώδεις ἀναπνοαὶ dicuntur aph. 54. lib. 6. luctuoſæ ſpirationes & eiulabundæ, quæ fiunt interrupto ſpiritu, aut cum ſonitu gemebundo & fletu, quaſi ſuſpirioſæ, veluti flentibus pueris accidit. Etſi Erotiano αἱ κλαυθμώδεις ἀναπνοαὶ, αἱ ἐπὶ τὸ συνεχὲς, hoc eſt, continuæ, tranſlatione ſumpta à flentibus pueris, dici ſcribuntur, eodem ſubnotato loco. κλαυθμώδης ὀξεῖα φωνὴ, vox acuta eiulabunda, planctum referens, luctuoſa, plorabunda & ſuſpirioſa, ex inſtrumentorum voci deſtinatorum reſiccatione in febribus contingens. In Coac. Prænot. (pagina 411. 22.) Quod aliter ſcribitur in Prorrhet. (pag. 185. 19.) vbi ὀξυφωνίη κλαγγώδης dicitur. Etſi teſtatur Galenus quædam exemplaria κλαυθμώδης habere, eamque ex inteñſiore ſiccitate & grauiore affectu quàm vocem κλαγγώδη fieri, illaque eſſe longè deteriorem. κλαυθμώδεις autem ἀναπνοαὶ quæ ſunt luctuoſa ſuſpiria & ſpirationes querulæ, interruptam ac interciſam ſpirationem deſignant, quæ aph. 68. libr. 4. deſignatur, eſtque qualis deſcribitur Virgilio libr. 3. Georg. — atque attractus ab alto Spiritus, interdum gemitu grauis.

Κλεῖθρον. clauſtrum dicitur, aut locus anguſtus ſub tonſillis ad gutturis aditum, idemque quod κλῆθρον, aut κλεῖστρον Ionicè dictum. Sic enim Galenus apud Hippocr. legit, cùm id exponit κλεῖστρον, τὸν κάτωθεν τόπον ὑπὸ τῆς παρισθμίων, locus ad gulam ſub tonſillis. Libr. verò 2. de Morb. (pagina 146. 33.) κλεῖστρον legitur. φλεγμαίνει ὄπισθεν τῆς γλώσσης καὶ τὸ κλεῖστρον τὸ ὑπὸ τὸν βρόγχον. Linguæ poſterior pars inflammatione tenatur, locusque ſub tonſillis ad guttur, qui κλεῖστρον dicitur. Gutturis aditum Caluus non malè vocat, velut gutturis clauſtrum. Rurſus ibidem (verſ. 40.) ἐκπυΐσκεται γὰρ ὡς τὰ πολλὰ ἐν τῷ κλείθρῳ. vt plurimùm enim locus ſub tonſillis ad guttur ſuppurat.

Κλέπτειν eſt fallere, decipere, aut clam ſubtrahere, vt κλέπτειν τὴν γνώμην, animum aut mentem fallere, iudicium ſubtrahere. Libr. 5. Epid. (pagina 338. 21.) ἔκλεψαν δέ μευ τὴν γνώμην αἱ ῥαφαὶ, iudicium ſubtraxerunt ſuturæ, animum feſellerunt. Quem locum bis etiam adfert Erotianus. Sic συγκλέπτειν τὴν γνώμην dixit etiam Hippocr. libr. de cap. vulner. eadem locutione (pagina 448. 22.) συγκλέπτουσι γὰρ τὴν γνώμην καὶ τὴν ὄψιν τοῦ ἰητροῦ αἱ ῥαφαὶ ῥωγμοειδέες φαινόμεναι. Ipſæ enim ſuturæ rimæ ſpeciem referentes medici iudicium atque oculos fallunt. Rurſusque ibidem (verſ.

dem (verſ. 12.) συγκλέπτει γὰρ αὐτὸ ἡ ῥαφὴ τρηχυτέρη ἐοῦσα τοῦ ἄλλου ὀστέου. (Sic enim ferè legunt meliores Interpretes cùm συμβλέπει vitiosè legatur.) Quod eſt, fallit enim ſutura cùm ſit reliquo oſſe aſperior, hoc eſt, viſum & ſpecillum eludit aut fugit, teli veſtigium latenter ſurripit & occultat, efficitque vt lateat. Quam etiam lectionem ſecuti ſumus, etſi illic συγκλέπτεται ἡ ῥαφὴ cum Erotiano lubenter legimus, vt noſtris eum in locum Annotat. admonemus, vt ſit, furtim ſubtrahitur ac ſurripitur ſutura, adeoque latet vt clam ſe ſubducat minimeque dolum animaduertas, & eo nomine fallit aut decipit cùm quo loco ſubeſt minimè eſſe exiſtimetur. Sic etiam κλέπτεται παραλογίζεται, hoc eſt, falſis rationibus decipit, exponit Erotianus, & κλέπτεται ἡ ῥαφὴ, vt & συγκλέπτεται ἡ ῥαφὴ eidem apud Hippocrat. explicatur. κλέπτεσθαι etiam ἡ αὐγὴ dicitur Hippocrati, ſplendor clam ſubduci aut ſubtrahi ab oculis, vt libr. 2. de Morb. (pagina 142. 10.) καὶ ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν ἐνορῶντι κλέπτεταί οἱ ἡ αὐγὴ, & intuēti ſplendor ex oculis ipſi ſubtrahitur & clam ſubducitur, hoc eſt, videndi acies ei paulatim imminuitur. Quæ phraſis etiam repetitur libr. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (pagina 37. 32.) ἐνορέοντι δὲ κλέπτεταί οἱ ἡ αὐγή. oculos autem intendenti, ſplendor eum fugit aut occultatur.

Κλεΐζω aut κλῄζω, celebro, commemoro, alicuius rei famam ſpargo, commemoratione celebro aut in vulgus ſpargo. Hippocrat. libr. de art. (pagina 614. 22.) καὶ ταῦτα κλῄζουσιν αἰεὶ, ſemperque iſta in vulgus ſpargunt, commemoratione celebrant. Heſychio κλειζόμενος φημιζόμενος exponitur, in famam ſparſus, celebratus.

Κλιμακνὶν Galen. in Exegeſ. apud Hippocrat. τὸ πλάγιον ἐν ταῖς κλίμαξι ξύλον exponit, tranſuerſi in ſcalis ligni. Atque idem adſcribit quoſdam κλιμακὸν abſque ι ſic ſcribere, καὶ ἡ διὰ τοῦ κλιμακνὶν ἑτέρη τις τοιαύτη, & per tranſuerſum ſcalæ lignum alia quædam huiuſmodi. Qui locus legitur libr. de art. (pagina 584. 8.) eſtque quintus reponendi luxati humeri modus. Vbi etiam κλιμακτὴρ dici videtur idem quod κλιμάκιον (ibidem verſ. 13.) χρὴ μέν τι καὶ ἐπὶ τῷ κλιμακτῆρι ἐπιδεδέσθαι ἄνωθεν στρογγύλον. Ad ſcalæ tamen gradum aliquid rotundum alligari debet. Et rurſus ibidem (pagin. 585. 12.) & in fine libr. de art. (pag. 656. 56.) vbi κλιμακτῆρος ξύλον πλάγιον vocat Hippocrat.

Κλινοπετὴς, lecto decumbens æger, aut qui in lectum procumbit, & ſtare neſcit, idemque qui κλινήρης dicitur Galeno Comment. 1. in libr. 1. Epid. (pagin. 352. 37. & 353. 26.) & cui ὀρθοστάδην ἀνοχλούμενος opponitur. Libr. 7. Epid. (pagin. 360. 9.) τέλος δὲ οὐχ οἷός τε ἦν ἱστάναι, οὐδ' ἐπὶ τὰς πτέρνας ἐπιβαίνειν, ἀλλὰ κλινοπετὴς ἦν. Tandem autem ſtare non poterat, nec calcibus incedere, ſed lecto decumbebat. Quod dicitur de ægro qui tumoribus ad genua & pedes affectus erat. Rurſus libr. 1. de Morb. (pagina 132. 30.) πρὶν ἢ κατισχνανθῆναι καὶ κλινοπετέα γενέσθαι, ante quàm attenuetur & lecto decumbat. Et iterum ibidem. (pagina 314. 35.) ἢν δὲ ἤδη λελεπτυσμένῳ καὶ κλινοπετεῖ ἐόντι ῥαγῇ τὸ πύον. Si verò iam extenuato & lecto decumbenti pus eruperit. Libr. etiam de vict. rat. in morb. ac. (pagina 116. 12.) ἢν δὲ κλινοπετὴς ᾖ, quòd ſi lecto decumbat.

Κλιντῆρα, τὴν κλίνην, lectum exponit Erotianus apud Hippocrat. παρὰ τὸ ἐν αὐτῷ κατακλίνεσθαι, quòd in ipſo recumbamus. Expreſſo nimirum loco (vt reor) qui legitur libr. 2. περὶ γυναικ. (pagina 276. 46.) καὶ τὴν κλίνην αὐτοῖς χρὴ ποιέειν τὰ ἀπὸ ποδῶν. (etſi καὶ τὰ ἀπὸ ποδῶν lubentius lego) & lectum à pedibus erigere oportet. Quod dicitur libr. περὶ γυναικ. φύσ. (pagina 214. 30.) καὶ τὴν κλίνην πρὸς ποδῶν ὑψηλοτέρην κεῖσθαι. & lectus à pedibus altior iaceat. Quæ phraſis iiſdem verbis repetitur libr. περὶ ἀφόρων (pagina 299. 23.)

Κλισμὸς lectum diſcubitorium aut in quo diſcumbitur ſignificat, & κλισμὸν κλίνην exponit Galen. in Exegeſ. apud Hippocrat. ex libr. 2. περὶ γυναικ. nimirum locum ſubindicans qui legitur (pagina 278. 11.) καὶ τὸν κλισμὸν κεῖσθαι πρὸς ποδῶν ὑψηλοτέρην, & lectum à pedibus altiorem eſſe. Hac etiam dictione vtitur Homerus Il. θ. (verſ. 438.) & ι. (verſ. 200.) vbi κλισμοὺς Schol. exponit καθέδρας ἀνακλίσεις ἐχούσας. ſellas recubitorias vocant. κλισμοὶ, θρόνοι ἢ ἀνάκλιντρα exponuntur Heſychio.

¶ Κνάφος dicitur carduus fullonius quo pannos pectunt fullones & deſtringunt. Sumitur etiam pro officina fullonia & κναφεῖον, vt apud Hippocrat. libr. 2. περὶ γυναικ. (pagina 266. 4.) καὶ ἀπὸ τοῦ κνάφου τῶν κναφέων ξύμμισγε καθάρματα, & admixtis fullonijs ſordibus, aut ſordibus ex officina fullonum, aut ſordibus ex carduo fullonum.

Κνήματα ξύσματα, hoc eſt, ramenta aut raſuræ exponuntur Galeno in Exegeſ. apud Hippocrat. Sed quædam exemplaria κνήσματα legunt, quomodo ſcribitur libr. περὶ φύσ. παιδίου (pagina 32. 15.) μολύβδου κνήσματα λεπτὰ, plumbi tenuia ramenta. Sic etiam κνῆσαι τὸ ξῦσαι quod eſt radere exponit apud Hippocr. Galenus. Legitur autem libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pagina 209. 9.) καὶ ἀριστολοχίης κνῆσαι ὅσον ἀστράγαλον ἐλάφου. & ariſtolochiæ tali ceruini magnitudine fruſtulum deraſum. Eſt & κνᾶσθαι aut κνῆσθαι ſcalpere, ſcabere, vt libr. de fract. (pagina 558. 27.) ἢ κνῆται τῇ χειρὶ, aut manu ſcalpat. Hinc κνησμὸς pruritus & ſcalptus dicitur Hippocrati aph. 4. ſect. 5. libr. 6. Epid. Vbi κνησμὸν exponit Galen. τὴν διὰ τῶν ὀνύχων ἐπιβολήν τε καὶ κίνησιν, ἣν ἐπὶ τῶν ὀδαξωμένων μορίων ποιεῖται τὰ ζῶα φύσει, καὶ τοῦτο πᾶσιν ὑπάρχοντος αὐτοῖς. impetum & motionem per vngues effectam, quam in prurientes partes animantia faciunt, idque à natura omnibus illis ineſt. Sic κνησμώδεα σώματα, pruritum ſentientia corpora, In Coac. Prænot. (pagina 437. 42.) & κνησμώδεας

pruritus, aut affectiones pruriginoſæ, ibidem (pagina 444. 35.) Et κνήσιες αἱ ἐν τῷ κνησμῷ, pro pruritu aut punctione, punctura, vellicatio, morſus, ibidem (pagina 438. 30.) τῷ πλευρῷ κνήσιες, pectoris punctura, pruritus. Vbi tamen vitioſè κνίσιες in exemplaribus legitur.

Κνημαῖν, τὸ τῆς κνήμης, hoc eſt, tibialis, aut eius quod ad tibiam pertinet exponit Galen. apud Hippocrat. in Exegeſi, forte pro κνημαῖον. Sic enim exemplaria meliora legunt.

Κνησέρα Erotiano apud Hippocrat. exponitur ῥάκος χονδρὸν καὶ ἀραιὸν, δι᾽ οὗ διηθεῖσι ἵνα ὡς δι᾽ ἠθμοῦ, pannus rarus, per quem quędā velut per colum tranſcolantur. Vide Κρησέρα poſtea.

Κνῆστρον τὸ κνέωρον exponitur Galeno in Exegeſi apud Hippocrat. Cneorum quod idem eſt ac Thymelæa, vt patet ex Dioſcoride cap. 173. lib. 4. & Plinio libr. 13. cap. 21. apud quem ſcribitur: Fruticem verò thymelæam, alii chamelæam, alii pyros achnen, alii cneſtron, alii cneoron vocant. Ex quibus vitium ſubolere Dioſcoridis lectionem ſatis apparet, cùm paſſim legatur, οἱ δὲ χαμελαίαν, οἱ δὲ πυρὸς ἄχνην, ἢ κέστρον, ἢ κνέωρον καλοῦσι. Nam pro κέστρον κνῆστρον legendum eſt, cùm κέστρον betonica dicatur Dioſcoridi cap. 1. lib. 4. & Plinio cap. 8. lib. 25. Cneoron quoque in coronamenta refert Plin. capit. 9. libr. 21. Κνῆστρον autem vſurpat Hippocrat. libr. 1. περὶ γυναικ. (pagina 260. 37.) ἢ κνῆστρον ἑψήσας ἐν ὕδατι ποτῷ, aut cneſtrum in aqua potabili decoquito. Eoque vtitur ad pituitam & bilem repurgandam. Rurſus lib. 2. (pag. 282. 1.) δύο πόσιας κνήστρου ἑψήσας ἐν κοτύλῃ ὕδατος, cneſtri potiones duas in aquæ hemina coquito, ad eluendum vterum inflammatione laborantem. Κνῆστρον κνηστῆρος exponit Erotianus apud Hippocratem adducto Nicandri teſtimonio, quod legitur in Theriacis (verſ. 85.) Σιλφίου, ἣν κνηστῆρι καταξείσαιο ὀδόντι. Vbi Scholiaſtes poſitum ſcribit pro κνηστῆρος ὀδόντος, qui δίδυμος καὶ τελεῖος dicuntur. Eandem etiam dictionem vſurpat in Alexipharm. (verſ. 308.)

Ἢ ὀβολὸν κνηστῆρι καταξείσαιο χαράκτηρι.

Σιλφίου. Vbi etiam Schol. τῷ χαρακτηρισμένῳ κνηστῆρι, ἤγουν μαχαίρᾳ, καταξέσας, ἤγουν ξύσας, quod eſt radula in qua ſignum expreſſum ſit, velut cultro, contere, vel rade aut ſeca laſeris radicem oboli pondere. Eſt enim κνηστὴρ aut κνηστήριον (pro quo κνῆστρον per ſyncopen ſcribitur) idem quod κνῆστις, radula, aut inſtrumentum ferreum quo aliquid raditur, aut culter quo quid ſecamus, peculiariter verò quo coci caſeum ſecant aut deradunt, ἡ τυρόκνηστις μάχαιρα, & compoſita voce τυροκνῆστις dicitur. Heſychio κνῆστις exponitur κνηστὴρ σιδηροῦς, ξυστὴρ ἐν ᾧ ξύουσι τὸν τυρόν. Et Galenus in Exegeſ. κνῆστρον τῇ τυροκνήστει exponit. Vbi tamen vitioſè τῷ τυρανίῳ legitur. Additque idem ἔστι δὲ μαχαιρίδιον ἐν ᾧ ξύεται ὁ τυρός, hoc eſt, cultellus quo raditur caſeus. Quo certe ſignificatu, vt ſumitur apud Erotianum, minimè huic loco quem ex Hippocrat. adduximus libr. 2. περὶ γυναικ. conuenire cuius eſt manifeſtum. Ac ne κνήστρῳ quidem apud Hippocr. me adhuc legere memini. Et ſi quid hac in re coniectura valet, exiſtimo Galenum κνήστρῳ pro κνέστρῳ ex quibuſdam codicibus legiſſe libr. 1. περὶ γυναικ. (pagina 252. 23.) etſi idem κνέωρῳ in Exegeſi exponit. Cæterum κνῆστρον Heſychio τὸ κνέωρον exponitur, verum κνῆστρον apud eum legendum exiſtimo, etſi κνηστὸν retinet Varinus.

Κνιδώσεις pungens pruritus & punctura pruriginoſa, aut vredo qualis ab vrtica excitatur, eſt κνησμὸς τῷ τῆς κνίδης ἢ ἀκαλήφης δήγματι ὅμοιος, pruritus vrticæ puncturæ affinis, qui vredo Plinio dicitur cap. 45. libr. 9. κνιδώσιες exponuntur Galeno apud Hippocrat. in Exegeſi νύξεις τινὲς κνησμώδεις οἷαι καὶ ἀπὸ κνίδης γίνονται. punctuæ quædam pruriginoſæ quales ab vrtica excitantur. Eam autem vocem vſurpat Prorrhet. 2. Hippocr. (pagina 422. 29. 32. & 39.) νάρκαι δὲ καὶ κνιδώσιες οἷαι διὰ τῆς κεφαλῆς διαΐσσουσι. Quibus autem torpores & prurigines pungentes per caput percurrunt. Et rurſus, τούτους ἐπερέσθαι, εἰ καὶ ἐς τὴν γλῶσσαν ἄκρην ἀφικνέεται ἡ κνίδωσις. ab iis ſciſcitari oportet num etiam ad ſummam linguam pungens ille pruritus pertingat. Rurſus etiam, αἱ κνιδώσιες δὲ καὶ τὰ μελαγχολικὰ ἧσσον ἅπτεται ἢ τοῖσιν ἀνδράσι. Pungentes tamen prurigines & atræ bilis vitia minus hæ quàm viri ſentiunt. Ac rurſus ibidem (pagina 424. 12.) καὶ αἱ κνιδώσιες ὅτι τι τῷ στήθει καὶ τῷ μεταφρένῳ εἰ ἔνεισι. & num pungentes prurigines ipſis in pectore aut dorſo inſint. Vbi tamen κνιδώσιες legitur, vt apud Heſychium κνιδᾶται, δάκνεται, quod eſt mordetur, ab vrtica dictum, ſcribitur & exponitur, & κνιδώσιες, vt & κνίδη quibuſdam. Sed certe κνίδη & κνιδᾶται & κνιδώσιες malim, quòd κνίζειν vrticę ſit proprium, hoc eſt, cum dolore pungere aut vrere. κνιδώσιας pruriginem ex Hippocrate vertit Celſus cap. 8. lib. 2. vt noſtris in Prorrhet. 2. Annotat. oſtendimus.

Κνησμὸς pruritus aut prurigo dicitur. κνισμὸν Galenus κνησμὸν exponit in Exegeſi, κνισμὸν etiam quidam legunt. Additque idem, ἔνιοι δὲ τὴν ξηροφθαλμίαν ἤκουσαν, hoc eſt, nonnulli lippitudinem ſiccam accipiunt. Sic enim Erotianus κνισμὸν ξηροφθαλμίαν expònit apud Hippocrat. Locus autem ſubindicatur libr. de loc. in homine (pagina 67. 17.) ὅταν δ᾽ ἐς τοὺς ὀφθαλμοὺς κατὰ σμικρὸν ῥέῃ, καὶ κνισμὸν παρέχῃ. Cùm autem in oculos paulatim fluxerit pruritumque exhibuerit.

Κνῦμα apud Hippocrat. ἀπὸ τοῦ κνύω quod ξύω ſignificat, & idem eſt quod κνίζω, κνήθω & κνάω, raſura, punctio, vellicatio dicitur, & idem quod κνησμὸς aut κνίσμα, affrictus quidam cum dolore, & moleſta quædā vellicatio ac punctio leuis. κνῦμα etiam exponitur Sudæ ὁ ἠρεμαῖος κνησμὸς, leuis pruritus aut ſcalptura. Κνῦμα Gal. in Exeg. ὀνοματοπεποιῆσθαι ſcribit μιμήσει τοῦ ψόφου, hoc eſt factitiam eſſe vocem ad leuem quendam ſtrepitum & ſonum imitandum,

tandum, ex eademque ſignificatione κνυζώμενον participium deduci, quod exponit ἠρέμα ςενάζοντα, eum qui leuiter ſuſpirat, & τὸν ἐπὶ τῷ κυνῶν κνυζηθμὸν, queribundum canum vlulatum aut gannitũ. Sic enim malo, quàm κνυζηθμὸν ſcribere, quod faciunt exemplaria omnia. Eſt enim κνυζηθμός ποιά τις ἐπὶ κυνῶν φωνὴ, καὶ ποιὸς ἦχος, & propriè de canum vlulatu queribundo dicitur. Et Heſychio κνυζηθμὸς exponitur, ἰδίωμα ἤχου φωνῆς καὶ κλαυθμός. Et κνυζᾶσθαι de canum vlulatu & puerorum vagitu dicitur. κνυζώμενον quoque exponit Heſychius ςένοντα τῇ φωνῇ κυνῶν, ἢ κνυζώμενον γοερὸν φθεγγόμενον. Sic enim apud eum legendum exiſtimo. κνύζημα vocantur Ionibus τὰ γοερὰ ἀποφθέγματα, queruli garritus, vt ſcribit Sudas. κνυζᾶσθαι μοχθεῖν κλαίειν, exponit Heſychius. Et Galen. in Exeg. ἔκνυζε factitiam vocem eſſe ἀπὸ τοῦ ψόφου, ex ſono quodam ſcribit. Κνῦμα autem vſurpatur Hippocrati de peſſulo plumbeo, qui in pudenda immiſſus moleſtã quandam punctionem aut affrictionem adfert, lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 272. 49.) ἢν δὲ τὸ μολύβδιον κνῦμα παρέχῃ περὶ τὴν. Quod ſi peſſul' plumbeus punctionem quandam appoſitus afferat. Vbi pro κνῦμα, κλύμα paſſim legitur. Interpres autem καῦμα legit ardorem exprimens. Poteſtque etiam de leui prurigine aut punctura accipi.

¶ Κόγχη menſuram ſignificat apud Hipp. quæ conchæ capacitatem æquet & myſtra duo cõtineat ſiue drachmas ſex ponderales. Lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 219. 1. & 2.) ὅσον κόγχην, quantum concha capit, aut quãtum conchæ teſta capit. Et lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 257. 8. 45.) ὅσον κόγχην, conchæ menſura. Et lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 287. 35.) ἢ ἐρυσίμου κόγχην. Galenus etiam in Exeg. κόγχον apud Hippocr. poſitum pro κόγχην teſtatur & τὴν χήμην exponit. hoc eſt chemam, quæ eſt mẽſuræ genus quo etiam vtitur Hipp. vt ſcribemus poſtea. κόγχην κεραμίδα apud Gal. in Exeg. ex Hippocr. vas figlinum accipiũt primæ notæ viri, vt ollam, ſeu teſtam conchæ ſimilem indicet, aut concham teſtaceam ſeu figlinam. Verùm κόγχην χηραμίδα illic legẽdum exiſtimo, cùm ſcribat Gal. εἶδος πλείον δυναμ. τῆς χηραμίδος (Sic enim leg. cenſeo) vt velit Gal. iuuuere κόγχην χηραμίδα apud Hippocr. nihilo plus ſignificare, quàm ſi χηραμίδα vocẽ ſolam poſuiſſet, quæ menſuræ genus eſt, & quãtum conchæ teſta maior capere poteſt, indicat. Atque iis ſanè verbis locum lib. 3. de Morb. (p. 162. 36.) exprimere videtur Gal. vbi ſcribitur, δίδου ἄρτου τῷ μεγάλην κόγχην χηραμίδα, ari magni concham, hoc eſt teſtam conchæ maioris, dato. Quod ibidem (v. 39.) ἄρτου χηραμίδα dicit, & (p. 164. 10.) vbi etiam κόγχην ἢ χηραμίδα ſimul iungit (v. 19.) Sic etiam χήμην χηραμίδα, τὴν κοιλοτέρην κόγχην καὶ μείζονα, cauam teſtæ maiorem concham exponit Galenus in Exegeſi apud Hippocr.

Κοῖλα dicuntur partes oculorum concauæ quæ genis inferioribus ſubiacent, & vt plurimùm in prauo corporis habitu, & inſignem cruditatem ex crapula ac ingurgitatione coacervantibus, aut longum morbum trahentibus, ſanguine defectis, hydrope ac lienis tumore laborãtibus intumeſcunt. Iſagoges autor etſi eas cauitates quæ ex vtraque naſi parte inſunt κοῖλα vocari ſcribit (p. 376. 2.) (quæ tamen veriùs κανθοὶ dicũtur, vt ex Ruſo patet) ſed & has quoque quæ oculis ſubiiciuntur cauitates propriè magis κοῖλα dici reſtatur his verbis, ἑκατέρωθεν δὲ τῆς ῥινὸς, τὰ μὲν κοῖλα, ἰδίως δὲ τὰ ὑπὸ τοῖς ὀφθαλμοῖς, κοῖλα καλεῖται, ἐξ ὧν λέγονταί τινες κοῖλοι. διὰ νόσους δὲ ταῦτα ἐπαίρεσθαι ἐξ ἀπεψίας ἢ διαφθορᾶς. Ex vtraque naſi parte cauitates ſitæ ſunt. Quę verò ſunt ſub oculis, propriè κοῖλα vocantur, indeq; quidam etiam κοῖλοι dicuntur. Hæc autẽ per morbos ex cruditate & implaciditate ac nauſea attolli ſolẽt. Sic enim locus iſte mihi legendus videtur, quòd κοῖλα propriè, interdum etiam ſimpliciter ab Hippocrate cauitates iſtas appellari conſtet. Rufus verò ἐν τῷ περὶ ἀνθρώπου μορίων, genæ ſuperioris ſuperficiem κοῖλον, & partem inferiorem quæ ei reſpondet ὑπόκοιλον dici ſcribit. τὸ δὲ ἄνω βλεφάρου τὸ ἐπιπολῆς, κοῖλον. τὸ δὲ ἀναλογοῦν τούτῳ τὸ κάτω, ὑπόκοιλον. ὃ δὴ καὶ αἰρεσθαι ἐν τοῖς ὑδέρους, καὶ ἄλλως πονηρῶς ἐχομένοις τῆς ἕξεως, ἐπί τε χρονίαις αἱμορροΐσι, καὶ ἐπὶ γυναικὸς χρονίῳ ῥόῳ, ποτὲ δὲ καὶ ὀφθαλμίαις ἀρχομέναις καὶ δοκοῦσιν αἱ τοιαῦται ὀφθαλμίαι εὐήθεις εἶναι. διὸ τοῦτο καὶ κοιλοιδιᾶν τὸ πάθημα ὀνομάζεται, ὅτι τῶν κοίλων οἴδημά ἐστι. Quod ſupra in ſuperioris palpebræ ſuperficie eſt, κοῖλον, hoc eſt cauum, & quod illi infernis proportione reſpondet, ὑπόκοιλον, hoc eſt, ſubcauum vocant. Id ſanè & in aqua inter cutem, & alioqui in prauo corporis habitu, & in diuturnis hæmorrhoidibus, & antiquo muliebri profluuio, nonnunquam etiã incipiẽtibus lippitudinib. intumeſcere conſueuit. Huiuſmodi autẽ lippitudines mitiores eſſe videntur. Propterea & id genus affectus, quoniã cauarũ partiũ tumor eſt, Græcè κοιλοιδιᾶν dicit. Eædẽ etiã cauitates κύλα Gręcis vocãtur. Et Heſych. κύλα exponit, τὰ ὑπὸ κάτω τῶν βλεφάρων κοιλώματα, τὰ ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς, μῆλα, τὰ ὑπώπια. cauitates oculorũ quæ palpebris ſubſunt. Vnde quoq; κυλοιδιᾶν de earum partium tumore effertur, quod eſt, οἰδεῖν τὰ κύλα. Et κυλοιδιόωντες ὀφθαλμοὶ Theocrito Idyll. 1. qui exponũtur Scholiaſtæ οἰδοῦντες τὰ κοῖλα τὰ ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμούς. Etſi vitioſè quidam κυλοιδιόωντες legunt. Neq; tamẽ ignoto viris doctiſſimis pro defixis oculis ſumi ac prominentibus, velut è capite erumpentibus, quales tumentes oculos in Tyberio Tranquillum dixiſſe volunt. Κοῖλα autem pro cauitatibus quæ oculis ſubſunt ſæpè vſurpantur Hippocrati, vt lib. 2. de Morb. (pagina 150. 40.) καὶ οἱ πόδες οἰδίσκει καὶ τὰ κοῖλα τῶν ὀμμάτων, & pedes cum cauitatibus oculorum intumeſcunt. Ruſuſque ibidem (p. 151. 11.) καὶ τὰ κοῖλα ἐρυθρά. Vbi fortè κύλα τὰ μῆλα, vt exponit Heſychius, ſumi poſſunt, & κύλαι τοῦ προσώπου ibid. (pag. 152. a.) dicuntur. Interpretes tamen oculorum cauitates, vt ſemper, intellexerunt. Ruſus lib. περὶ γυναικ. φύσ. τὰ κοῖλα αἴρεται

oculorum cauitates attolluntur, in fluore muliebri. Et lib. 2. περὶ γυναικ. (p.265.27.) ἢ τὰ κοῖλα ἐπανίσταται, & oculorum cauitates aſſurgunt. Rurſus ibidem (p.267.44.) τὰ κοῖλα τῶν ὀφθαλμῶν ἐπανοιδέει. oculorum cauitates intumeſcunt. Et lib. 1. περὶ γυναικ. (243.22.) τὰ κοῖλα τοῦ προσώπου ἐρυθρὰ γίνεται. canæ faciei partes rubræ exiſtunt. Quod lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p.215.40.) τὰ κοῖλα τοῦ προσώπου ἐξερυθρᾶ, dicit, τὰ ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς dicuntur Prorrh. 2. (pag.423.19.) partes quæ oculis ſubſunt, & lienes magnos prænunciare, ac ἐπαίρεσθαι ἰσχυρῶς, vehementer attolli, quéadmodum quoque ſuperioris palpebræ tumor (κοιλοῖδιον Græci vocant) ὑποσφαγὰς ſuſpectat, aph. 36. lib. 6. Epid. ſect. 8. τὰ ὑποφθάλμια etiam τὰ κοῖλα vocat Hippocr. lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 266.37.) ἢ τὰ ὑποφθάλμια οἰδέει ἀμφω, partes ſub oculis ex vtraque parte intumeſcunt. Et Coac. Prænot. (p.427.33.) τὰ μετέωρα ὑποφθάλμια, ſubtumidas oculorum inferiores genas ſignificant. Erotianus quoque ὑποφθάλμιον τὸ κοῖλον τοῦ ὀφθαλμοῦ, hoc eſt, oculi cauitatem apud Hippocr. exponit. Κοῖλον etiam vocatur cauitas in ima pedis planta, quæ ſuſpenſis tarſi oſſibus efficitur, poſt calcem, quã πτέρναν & planum pedis ſequitur, quod στῆθος ποδὸς dicitur. Gal. Com. 3. in lib. de art. (pag. 632.13.) ἐπὶ γὰρ τῶν κατὰ φύσιν ἐσχηματισμένων ποδῶν, τὸ μέσον κοῖλον ἐστὶν, ὀπίσω μὲν ὁριζόμενον τῷ τῆς πτέρνης πέρατι, κατὰ δὲ τὰ πρόσω, τῇ ἀρχῇ τοῦ ποδίου. Pedibus enim ſecundum naturam figuratis, in medio cauitas eſt, quæ à poſteriore parte, calcis extremitate, à priore verò, ſoli initio, terminatur. Sic Rufus Epheſius ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ὀνομασιῶν τῶν κατ' ἄνθρωπον. τὸ δὲ ἐφεξῆς κοῖλον. quod poſt calcem eſt, cauum dicitur. Author etiam Iſagoges (p.376.55.) τὸ δὲ ὑπὸ τούτῳ εὐθὺς ἐν μέσῳ κατωτάτῳ τοῦ ποδὸς κοῖλον. Quod ſub planitie ſtatim eſt in medio imi pedis, cauum dicitur. Qua notione ſumendum eſt quod ſcribitur libro 5. Epidem. (pag. 339.40.) ἢ τὸ κοῖλον τὸ κατὰ τὸ στῆθος τοῦ ποδός. & eam cauitatem quæ eſt ad planum pedis, quod στῆθος vocatur.

Κοιλία ἡ κοιλίη, venter dicitur, & vulgati ſignificato pro aluo ſumitur crebrò Hipppocrati, & ventre inferiore in quem excrementa ciborum recipiuntur, vt aph. 2. lib. 1. & aph. 14. lib. 6. Sic κοιλίη ὑγρὴ, aluus humeſcens & liquida in Prorrh. (p.182.15.) ἐφ' ἧς ὑγρὲ διαχωρεῖται, (vt ſcribit Gal.) bilem flauam ſynceram erumpentem, aut colliquationis excrementa indicat. Quod etiam reperitur Coac. Prænot. (p.444.44.) κοιλίη etiam ταραχώδης aluus perturbata aut cõmota ibid. (v.43.) & κοιλίη ἐμπεφυσημένη, aluus flatibus diſtenta, ibidem (p.425.31. & p.428.21.) & κοιλίη ἀπειλημμένη, aluus ſuppreſſa, intercepta, ibidem (v.23.) κοιλίη δυσώδης, aluus fœtida, ibidem (p.432.32.) κοιλίαι ἀγαθαὶ ὑπακούουσαι πρὸς τὰ ἐπιτηδεύματα, aluus inſtitutis vitæ moribus probè obediens ac reſpondens, in Prorrh. 2. (pag.417.7. κοιλίη ξυνίσταται, aluus cogitur lib. περὶ ἰδίων τροφῆς (p.53.43.) Eaque notione κοιλίη καταῤῥήγνυσθαι, aluus effundi ac perrumpere, crebrò apud Hippocratem ſcribitur in Prorrh. & Coac. Sic ἡ κοιλίη στερεὴ, aluꝰ duta & adſtricta, dicitur lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 115.57. & aph. 25. lib. 3. & κοιλίη κατάτονος, aluus denſa ſeu adſtricta, lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 116.6) Atque eo ſignificato vt ſæpius ἡ κοιλίη ſine addito effertur, ita & crebrò, ἡ κάτω κοιλίη, hoc eſt inferior venter, ponitur. ὁκόσοι κοιλίας τὰς κάτω θερμὰς ἔχουσι, qui aluum inferiorem calidam habent, lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.113.51.) Et lib. de aere, loc. & aq. (p.453.5.) τὰς κοιλίας ἀπεψίμους ἔχειν ἢ σκληρὰς τὰς κάτω. ventrem inferiorem crudum & durum habere, hoc eſt, minimè lubricum. Cui etiam ſæpe ἡ ἄνω κοιλίη diſtinctionis gratia opponitur, vt ibidem (v.6.) αἱ ἄνω κοιλίαι εὐροώτεραι, ventres ſuperiores fluidiores dicuntur. Quo nomine veteres interdum thoracem ipſum, nonnunquam etiam ventriculum in quem cibi recipiuntur, intellexerunt. Quod ſcribit Galenus Com. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.114.7.) his verbis, τούτων οὕτως εὐλόγως εἰρημένων, ἐπισκεπτέον τίνα λέγει τὴν ἄνω κοιλίαν. ἔνιοι μὲν γὰρ οἱ παλαιοὶ τὸν θώρακα τὴν ἄνω κοιλίαν ὀνομάζοντες, τὸ μετὰ τὸ διάφραγμα πᾶν τῆς τροφῆς ἀγγεῖον, κάτω κοιλίαν προσαγορεύουσιν, ἔνιοι δὲ ἄνω κοιλίαν ὀνομάζοντες, εἰς ἣν καταπίνομεν τὰ σιτία, ταῦτα μὲν τὰ μετ' αὐτὴν ἅπαντα. κοιλίαν μὲν οὖν καλοῦσι κάτω. ἔνιοι δὲ μόνα τὰ παχέα τῶν ἐντέρων. εἰσὶ δὲ οἱ τὸ κῶλον μόνον ὀνομάζουσι τὴν κάτω κοιλίαν. His ita & non ſine ratione enuntiatis, videndum eſt quidnam inferioris ventris nomine donet. Interdum enim veteres thoracem ventris ſuperioris nomine appellantes, quod poſt ſeptum tranſuerſum eſt alimenti vas vniuerſum, ventrem inferiorem nominãt. Interdum autem ventrem ſuperiorem appellantes in quem cibos deglutimus, nonnunquam quidem quæ ab eo ſunt omnia, ventrem tamen inferiorem vocant. Interdum quoq; ſola craſſa inteſtina. Sunt etiam nonnulli qui colon ſolum inferiorem ventrem nominant. Quod certè iiſdem verbis repetitur Com. 2. in lib. de humor. ſent. 37. Vbi quoque ſcribit Gal. Hippocratem τῆς κοιλίης nomine ventrem inferiorem, & vaſculum ſolum quod alimenta excipit, hoc eſt, ventriculum ipſum, in quo concoctiones fiunt, intellexiſſe. Cuius etiam facultates accommodata cum terra collatione aptiſſimè declarat. Sic etiam aph. 18. libro 6. ventriculus κοιλίη dicitur, & libro 5. Epidem. (pagina 342.40.) κοιλίη ἄνω. ἀρίστιππος ἐς τὴν κοιλίην ἐπλήγη ἄνω βίῃ χαλεπῶς. Ariſtippo in ventriculum ſagitta magna vi & grauiter impacta. Vt ipſius etiam oſculum ἡ κοιλίη ἄνω, & pars inferior, κοιλίη κάτω, vocatur aphoriſ. 29. libro 6. Epidem. ſect. 5. Κοιλίη ἄνω autem ſæpe, pro thorace ſumitur apud Hippocratem, vt aph. 38. lib. 7. Vbi ſcribit Galenus, ἄνω κοιλίαν νῦν ὀνομάζει τὴν ὑπὸ τοῦ θώρακος περιεχομένην, ἣν ὁ πνεύμων κατείληφε, καὶ διὰ τοῦτο εἰς ταύτην ἐκ τῆς κεφαλῆς ὁ κατάῤῥους φέρεται διὰ τῆς τραχείας ἀρτηρίας. Superiorem vẽtrem nunc

vocat thoracem circumſcriptum, quem pulmo occupat, ideoque in hunc à capite deſtillatio per aſperam arteriam fertur. Rurſus lib. περὶ παθῶν (pagina 184.4.) ὅταν ἐκ τῆς κεφαλῆς καὶ τῆς ἄνω κοιλίης κατάῤῥοος γένηται τοῦ φλέγματος. quando ex capite & ſuperiore ventre pituitæ deſtillatio facta fuerit. Et rurſus ibidem (v.15.) τὸν μὲν κατάῤῥοον ἀπολαμβάνειν τὸν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καὶ τῆς ἄνω κοιλίης. deſtillationem ex capite & ſuperiore ventre intercipito. Sic lib. 1. de Morb. (pagina 130.7.) καὶ ἢν αἷμα ἐκ τρώματος ἢ φλεβὸς ῥυῇ ἐς τὴν ἄνω κοιλίην, ἀνάγκη τοῦτο πύος γενέσθαι. Si ſanguis ex vulnere aut vena in ſuperiorem ventrem fluxerit, eum in pus verti neceſſe eſt. Rurſus ibidem (pag. 131.47.) ὁκόσοι ἔμπυοι γίνονται τὸν πλεύμονα, ἢ τὴν ἄνω, ἢ τὴν κάτω κοιλίην. Quicunque pulmonem ſuppuratum habent, aut ſuperiorem, aut inferiorem ventrem. Et ibidem (v.48.) ἢ φύματα ἴσχουσιν, εἴ τι ἐν τῇ ἄνω κοιλίῃ, εἴ τι ἐν τῇ κάτω, aut tubercula, ſiue in ſuperiore, ſiue in inferiore ventre habent. Rurſusque ibidem (pagina 132.45.) τὴν δὲ ἄνω κοιλίην ἔμπυοι γίνονται πολλαχῶς. pus autem in ſuperiore ventre multis modis colligunt. Et rurſus ibidem (v. 49.) γίνονται δὲ κατὰ τὴν ἄνω κοιλίην ἔμπυοι, καὶ ἐκ πλευρίτιδος ἰσχυρῆς γενομένης. Superiore autem ventre pus colligitur, etiam ex pleuritide vehementi. Atque ea notione κοιλίη ſimpliciter quandoque ſumitur apud Hippocratem pro thoracis capacitate, vt lib. 2. de Morb. (pagina 150.36.) vbi de purulentis agitur. πολλάκις γὰρ ἐκρήγνυται ἐς τὴν κοιλίην, καὶ αὐτίκα δοκέει ῥάων εἶναι, ὅταν ἐκ στενοῦ ἐς εὐρυχωρίην ἔλθῃ. Sæpe enim pus in ventrem prorumpit, ſtatimque melius habere videtur, vbi ex anguſto loco ad ampliorem venerit. (Quòd enim illic τὴν κοιλίην, lib. 3. de Morb. (pag. 154.28.) τὸν θώρηκα ponit, idem explanans.) Rurſuſque ibid. (p. 151.5.) ἐπὴν δὲ παντάπασι ξηρανθῇ ἡ κοιλίη. Vbi venter omnino reſiccatus fuerit, hoc eſt, thorax interior pure vacuus & eo exhauſto reſiccatus. Et lib. περὶ παθῶν (pag. 180.13.) περὶ δὲ τῶν κατὰ κοιλίην νοσημάτων ἐνθυμέεσθαι χρὴ τάδε. De morbis qui circa ventrem contingunt, hæc conſiderare oportet. Vbi κοιλίης appellatione tum venter ſuperior, tum inferior, continetur. In his nanque morbis pleuritidem & peripneumoniam recenſet, quæ thoracis cauo locum habent. Sic lib. περὶ ἑλκῶν (pag. 512.37.) καὶ τοῖσιν ἐν κοιλίῃ τρώμασι, & in ventris vulneribus. Vbi etiam κοιλίη vtrunque ventrem complectitur, ex Galeni mente lib. 4. Meth. med. Ac vt crebrò κοιλίη inferiorem aluum in qua excrementa continentur, ſignificat Hippocrati, ſic interdum hæc dictio prætermiſſa facilè ſubauditur. Vt lib. 4. Epid. (p. 330.47.) καὶ ἢν ὑγρὴ ᾖ ἢ σκληρή. etiam ſi aluus lubrica ſit aut dura. Et κοιλίη interdum pro alui recremento ſumitur. Lib. 4. Epid. (p. 330.48.) οὖρον καὶ κοιλίη μετρίως ἄχροα. lotium & alui recrementum modicè decoloratum fuit. Κοιλίης quoque vox de omni corporis cauitate in profundo ſita dicitur apud Hipp. aph. 20. lib. 6. Vbi ſcribit Galenus κοιλίην ſine articulo quoſdam ſcribere, omnem corporis cauitatē intelligere volentes. Quibus ex verbis coniiciunt nonnulli apud Hippocratem κοιλίην cum de ventre, tum ſuperiore, tum inferiore ſcribitur, non ſine articulo præpoſitiuo efferri. Quod tamen non vſquequaq; perpetuum eſſe, exempla nobis ſupra propoſita ſatis cõfirmant. Rurſus lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 244.9.) καὶ νευρώδεα τὴν κοιλίην. Vbi vterum ipſum ἁπαλὸν ἐόντα, καὶ εὐαίσθητον, καὶ νευρώδη κοιλίην vocat Hippocr. hoc eſt, mollem, ſubtili ſenſu præditum, & neruoſam cauitatem. Ac rurſus aph. 15. lib. 1. κοιλίας omnes inſignes viſcerũ cauitates aut capacitates, nimirum ventriculi, iecoris, thoracis, cerebri, potiſſimùm verò alui ſeu ventris inferioris, qui abdomine continetur, eſtque cõcoctionis penus, intelligimus. Quod etiam Philotheus teſtatur his verbis, κοιλίας λέγει τὴν σιτοδόχον καὶ πᾶσαν κοιλότητα ἐν βάθει κειμένην, οἷον ἐγκεφάλου, καρδίας, ἥπατος καὶ τῶν ἄλλων. Ventres dicit, cibi receptaculum, omnemque cauitatem in profundo ſitam, vtpote cerebri, cordis, iecoris, & aliorum viſcerum. Et lib. de aere, loc. & aq. (p. 75.29.) κοιλίαι cauitates ſingularum partium internæ dicuntur, ἅμα γὰρ τῇσιν ὥρῃσι καὶ αἱ κοιλίαι μεταβάλλουσι τοῖσιν ἀνθρώποισι. Vna enim cum temporibus etiam hominũ ventres mutantur. Huiuſmodi verò cauitates plures & variæ in corpore ponuntur, aut in quauis parte quæ carnem in orbem circumſitam habet, lib. περὶ τέχνης (p. 3.24.) Apud Erotianum κοιλίη exponitur πᾶσα ἡ ὑπὸ τὸ διάφραγμα εὐρυχωρία, καὶ ἡ τοῦ θώρακος δὲ ἐνίοτε. καὶ ἡ γαστὴρ αὐτή, καὶ ἡ τῶν ἑλκῶν κοιλότης. hoc eſt, omnis poſt ſeptũ tranſuerſum capacitas, interdum vero etiã thoracis cauitas, & venter ipſe, ac vlcerum cauitas. Quæ certe poſtrema verba valde mihi ſuſpecta ſunt. Neque enim κοιλίην pro vlcerum cauitate apud Hip. adhuc me legere memini. Ac pro τῶν ἑλκῶν, τῶν ἐντέρων, lubentius reponẽ, vt internæ viſcerum capacitates indicẽtur. Eidem etiã κοιλίη πυρετώδης, ἡ θερμοτάτη exponitur, h.e. vẽter calidiſſimus, nimirum (vt opinor) locũ lib. de aere, loc. & aq. (p. 456.6.) ſubindicando. Et rurſus κοιλίης ταραχὴ ἠλεκτρώδης, ἀντὶ τοῦ λαμπρᾶς καὶ στιλβούσης. h. e. alui perturbatio ſuccino ſimilis, pro ſplendicante & relucẽte, ex lib. 4. Epid. (p. 332.45.) vt ſupra ſcripſimus, τὰ περὶ τὴν κοιλίην intelliguntur Hip. aph. 22. lib. 7. omnia quæ ventre inferiore continentur, non ventriculus tantùm, aut vna vẽtris pars, verùm quæ eius cauitate cõprehenduntur omnia vt etiã ſcribit Philotheus his verbis, καὶ ἐνταῦθα ὁ λόγος οὐ μόνον ἐστὶ τῆς σιτοδόχου κοιλίας ἁρμόδιος, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ παντὸς μορίου. Hic ſermo non ſolùm ventriculo, qui cibi eſt receptaculũ, ſed & toti parti, h.e. omnib quæ ventre inferiore cõtinentur, competit. Qua notione etiã τὰ περὶ τὴν κοιλίην dicunt aph. 26. lib. eiuſd. Hinc κοιλιακοὶ vocãtur qui vẽtriculi aut inteſtinorũ imbecillitate laborent, quos vẽtriculoſos Aurel. appellat cap. 3. lib. Tard. Paſſ. vt & ventriculoſam paſſionem τὴν τῆς

κοιλιακῶν ἐξ ἰδίου, ventriculationem verò cap. 17. lib. 3. Acut.

Κονσολογίη eſt medicorum concilium, collocutio ac communis conſideratio, quæ fit pluribus medicis cõuocatis, ad cognitionem de morbo inquirendam, ἐν παραγγελίαις (p. 18. 20.) vbi iubet ἑτέρους εἰσάγειν ἕνεκα τοῦ ἐκ κονσολογίης ἱστορῆσαι τὰ περὶ τὸν νοσέοντα, καὶ συνέργους γενέσθαι εἰς ἐπικουρίην βοηθήσιος, cæteros conuocare, vt communi conſilio de morbo cognitio exerceatur, illiq; ad præſidii facultatem ſuam opem conferant. Hanc κονσολογίην συλλογισμὸν appellare videtur Hippocrates lib. περὶ εὐσχημοσ. (pagina 16. 18.)

Κοίτη cubile ſignificat, lectum ac fulcrum, vt aph. 19. ſect. 4. lib. 6. Epid. κοίτη ἐν ψύχει, cubile in aere frigido, vbi non ſolùm lectum in aere frigido ſitum aut cubile indicat, verumetiam omnia quæ corpus refrigerare poſſunt, vt lintea, velamina, ſtragula, quæ ex linteis craſſioribus & attritis fiunt. Item olea & vnguenta quæ refrigerandi & adſtringendi vi ſunt prædita, vt ſcribit Gal. in Com. Sic κοίτη etiam ſumitur aph. 27. ſect. 8. lib. 6. Epid. neque tantùm cubile aut lectum, ſed & manſionem aut habitationem ſignificat. Hinc κοιτωνίτης cubicularius dicitur & qui cubiculo præeſt, apud Gal. lib. περὶ τοῦ προγινώσκειν (p 455. 8.) quem, qui Atticiſmũ ſequuntur, σωματοφύλακα vocant.

Κόκκαλος nucem pineam antiquis ſignificat, quæ & κῶνος & στρόβιλος dicitur, vt ſcribit Galenus Com. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 106. 10.) ὁ μὲν γὰρ κόκκαλος ὑπ' αὐτοῦ λελεγμένος, οὐχ οὕτως, ἀλλὰ κῶνος μᾶλλον ὑπὸ τῶν παλαιῶν ἰατρῶν ὀνομάζεται, καθάπερ ὑπὸ τῶν νεωτέρων ἰατρῶν σχεδὸν ἁπάντων στρόβιλος. Coccalos enim ab eo dictus, non ſic, ſed potiùs conos ab antiquis nominatur, quemadmodum à recentioribus medicis propemodum omnibus στρόβιλος. Eo autem vtitur Hippocr. cum melle ad ecleigma parandum in pleuritide (ibidem v. 7.) κόκκαλος καὶ σμύρνα ἐκλεικτόν, hoc eſt, nucis pineæ nucleus & myrrha in ecligmate exhibentur. Quem locum exprimere mihi videtur Erotianus, cùm apud eum κόκκαλος ὁ στρόβιλος exponitur. Et eum quoque mihi adumbrare videtur Cælius Aurelianus, cùm cap. 18. lib. 2. Acut. in Pleuritide, vitellum oui aſſati nucleis recentibus contritum atque decocto melli admixtum, ad ſputum prouocandum exhibet. Rurſus quoque Hippocrat. lib. 4. de rat. vict. in morb. ac. (p. 107. 54.) περιπνευμονίης ἐκλεικτὸν (ſcribit) κόκκαλον, χαλβάνην ἐν μέλιτι ἀττικῷ. Peripneumoniæ ecligma, galbanum & nucleum pineum ex melle Attico. Quò procul omni dubio reſpexiſſe mihi videtur Galenus in Exeg. ſcribens, κόκκαλον, οἱ μὲν πλεῖστοι τὸν πυρῆνα τοῦ στροβίλου. Διοσκουρίδης δὲ τὸν κνίδιον κόκκον, ὑποκοριστικῶς. hoc eſt, κόκκαλον plerique nucleum nucis pineæ accipiũt. Dioſcorides verò apud Hippocrat. diminutiuè granum cnidium intelligi contendit. Quomodo etiam mihi accepiſſe videtur Aurelianus in Peripneumonia cap. 29. lib. 2. Acut, cùm ſcribit hunc locum Hippocrat. ſubindicans. Hippocrates verò libro regulari, quem diæteticum vocauit, Peripneumoniæ inquit remedium aptandum ex cocco, atque galbano, atque Attico melle, vel abrotano, ex aceto mulſo atque pipere admixto, & helleboro nigro, niſi ſi pro cocco, coccalo, illic legendum videatur. Κόκκαλος etiam exponitur Heſychio ῥέμβος, στρόβιλος, πίτυα. Sed vitioſè κόγχαλος in noſtris exemplaribus legitur. Hi autem nucis pineæ nuclei dicuntur Dioſcoridi πιτυΐδες cap. 88. lib. 1. & à Mneſitheo apud Athenæum lib. 2. ὀστρακίδες, ſic etiam πιτύινοι κῶνοι & πιτύϊνα κάρυα ex Alexandro Myndio & Diocle Caryſtio.

Κόκκος granum quoduis in genere ſignificat, ſed ſæpe Hippocrati granum cnidium, idque per ſe & ſine addito poſitum, vt ſcribit Galenus in Exeg. velut lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 262. 23. & 40.) κόκκον δοῦναι καταπιεῖν. granum cnidium deuorandum exhibeto. Qua etiam notione κόκκοι crebrò dicuntur Hippocrati, vt lib. 1. περὶ γυναικ. (pagina 243. 30.) κόκκους ἐκλέψας, grana cnidia decorticata. Quod etiam repetit ibidem (pagina 261. 47.) & lib. 2. (pag. 279. 47.)

Κόκκωνες dicuntur grana & acini mali punici. Heſychio κόκκωνες exponuntur οἱ κόκκοι τῆς ῥοιᾶς, καὶ ὅθεν ἰξός, grana mali punici & vnde viſcum fit. Dicuntur etiam κόκκοι τῆς ῥοιᾶς grana mali punici Dioſcoridi libro 4. Ex eoque κοκκίζειν deducitur & κοκκίσαι. Vnde κοκκίσαι ῥόαν apud Ariſtophanem dicitur malum punicum ſuis granis ſpoliare & exuere, aut grana è malo punico eximere. Κόκκωνα Galenus in Exegeſi exponit, κόκκον τὸν κοινῶς ὀνομαζόμενον, οὐ τὸν κνίδιον, ὃν καὶ αὐτὸν ἔστιν ὅτε κόκκον ἄνευ προσθήκης ὀνομάζει, h. e. granum aut acinũ communiter dictum, non granum cnidium, quod etiam ipſum interdum ſine adiunctione κόκκον vocat Hippocrates. κόκκωνα autem vſurpat Hippocrates libro 1. περὶ γυναικ. (pagina 243. 45.) συμμίσγειν σκόροδα καὶ κράμβην κόκκωνά τε, allium & braſſicam, granaque mali punici ammiſcere. Sic enim Cornarius vertit, cùm tamen granum cnidium, aut Thymelææ grana accipiat Cordæus, quòd de ſuppreſſa lochiorum purgatione agatur. Vbi tamen κόκκονα per ο, habent omnia exemplaria mendosè, vt ſatis patet ex Galeno qui haud dubiè hunc locum ſubindicat.

Κολάσαι eſt caſtigare, auferre, temperare. καθελεῖν ἢ ταπεινῶσαι, quod eſt inuertere & ſupprimere exponit Galenus Com. 3. in libro de rat. vict. in morb. ac. (pagina 80. 4.) cùm ſcribit τὸ ὄξος τὸ ἐν μέλιτι χολῶδες κολάσαι, hoc eſt acetum quod in melle bilioſum eſt caſtigare, hoc eſt, auferre, & temperare, vbi ab Hippocrate ſcribitur, τὸ γὰρ ἐν μέλιτι χολῶδες κολάζεται, hoc eſt, acetum mulſum quod parum acre eſt, quod in melle bilioſum eſt, caſtigat aut temperat, frenat, reprimit, coercet, & moderatur.

Κόνιξ

**Κόλλιξ ἢ κόλιξ**, vt ſcribit Ariſtoph. Schol. eſt εἶδος ἄρτου περιφεροῦς, panis cuiuſdam rotundi ſpecies, κόλλαβον alii vocant, vt ſcribit Athenæus lib. 3. ex Archeſtrato. Annotatur ex Corintho κόλλιξ εἶδος ἄρτου περιφεροῦς, ἐξ οὗ ἐστι τὰ παρ' ἡμῖν κολλίκια. κόλλικας Galenus in Exegeſi apud Hippocratem τοὺς τροχίσκους exponit, & ſcribit ἐπὶ τῶν σμικρῶν ἀρτίσκων dici Ariſtophani in Acharnenſ. ex eaq; comœdia κολλικοφάγε Βοιώτιε adducit, cùm tamen paſſim legatur apud Ariſtoph. κολλικοφάγε Βοιωτίδιον. Κόλλικας quoque Paulus Aegineta cap. 27. lib. 1. pro paſtillis aut trochiſcis ſumit. Erotiano verò κόλλικας ἀρτίσκων εἶδος ὡς πλακουντῶν ſignificant. Ideoque Ariſtophanis locum adducit, ſed in codicibus noſtris vitioſè adſcriptum. κολλιφάγε enim pro κολλικοφάγε paſſim legitur. Idẽ quoque ſcribit nonnullis κόλλικας τὰ ἰτεία ſignificare. Sed ἰτεία malim vt liba indicẽtur, κόλλικας etiam ἢ ἄρτους, ἢ ἰτρια apud Ariſtoph. in Ranis exponit Scholiaſtes. κόλλικας ſcribit Varinus eſſe παρὰ τοῖς Γ πατεχείτοις τοὺς τροχίσκους, ἢ τὰ μικρὰ ἀρτίδια. Hanc autem dictionem vſurpat Hip. lib. 2. Epid. ſect. 6. (p. 318. 40.) ad conceptum, κόλλικας ποιοῦντα, vbi paſtillos vertimus. Idem quoque lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 200. 10.) εἶτα πλάσαι κόλλικας ἑξήκοντα, deinde paſtillos ſexaginta effingito. Quibus in locis paſſim κόλληκας per η ſcribitur, verùm vitioſè, vt opinor. Vt ferè auguret apud Erotianum, κόλλικας pro κόλληκας ſcribendum eſſe, quemadmodum ſcribitur in Exegeſi apud Galenum.

**Κολλύριον ἢ κολλύριον**, Collyrium, medicamentum longum, rotundum, & in oblongam formam compactum cohærensque, ex ſuccis, liquoribus, ſeminibus, fructibus & metallicis compoſitum, quod in vſum aſſeruabatur. Eo vtebantur intrò penitiùs immiſſo. vt in vulneribus aut fiſtulis, aut in ſedis & vteri morbis, ad inſtar glandis aut peſſi. Latinis Collyrium dicitur, vt Celſo ſæpe, qui fiſtularum collyria celebrat. Galenus quoque, lib. 3. κατὰ τόπους (pagina 201. 49.) ad narium affectus ex medicamentis contuſis & læuigatis collyriorum formas effingi præcipit, quæ in narium meatus immittantur. Atque ibidem (v. 57.) τὸ ἐκ τῶν ῥοιῶν, Collyrium ex malis punicis ad narium polypos commemorat. Rurſus ibidem (p. 188. 55.) collyria διὰ γλαυκείου & διὰ κρόκου auribus inſtillata celebrantur. Et collyria διὰ ἀμυγδάλων καὶ διὰ ῥόδων, & τὰ τοῦ Νείλου, Damocratis quoque ex myrrha, (pag. 189. 2. 3.) Rurſus ibidem (pagina 196. 2.) ex Apollonio κολλύρια βαλανοειδῆ in aures immittuntur ad ſurditatem curandam, vt & collyrium ex nitro, ficu & ſynapi, per Archigenem, ibidem (v. 33.) Sunt & oculis dicata collyria Libiana, Cygni, lib. 4. κατὰ τόπους (pagina 204. 55.) Hippocrates lib. 1. περὶ γυναικ. (pagina 246. 23.) τῶν μητρέων κολλύρια, ad vteros collyria effingenda præcipit, vbi dolor eſt à partu, ex amygdalis amaris tritis, oleæ teneris foliis, aniſo, irione, origano & nitro. Hæc ſimul mixta & trita in vterorum collyria efformantur. De collyriis autẽ multa appoſitiſsimè Gorrhæus.

**Κολοκυνθίδα ἀγρίαν**, τὴν κολοκυνθίδα exponit Galenus in Exegeſi apud Hippocrat. cucurbitam agreſtem quæ colocynthis dicitur etiam Plinio. Eam autem vſurpat Hippocr. lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 254. 27.) & (p. 258. 26.) Verùm κολοκυνθίδα ἀγρίαν paſsim legitur, velut Athenæus Atticos tantùm κολοκύντην dicere ſcribit.

**Κόλπος** ſinus dicitur, vbi in medio carnoſarum partium humor cum ſanguinis affluxu conſiſtit & putreſcit, eaq; pars os ad exitum habet, Gal. Com. 2. in lib. κατ' ἰητρεῖον (p. 686. 6.) Rurſus lib. de tumor. præter nat. (p. 255. 11.) ὅταν ἀποδείρῃ τὰ σώματα τὸ πύον, ἀποστήσῃ τε καὶ διαστήσῃ τῶν ὑποκειμένων τὰ περιέχοντα, κἄπειτα κενωθέντος αὐτοῦ καθ' ὁντινοῦν τρόπον ἀδυνατήσῃ τὰ διαστάντα τὴν ἀρχαίαν ἀπολαβεῖν κατάστασιν, ὀνομάζεται τὸ πάθος κόλπος. Cùm pus corpora excoriat, abducitque & diducit ipſa continentia à ſubiectis partibus, deinde euacuato quoquo modo pure, quæ diſtant priſtinam conſtitutionem recipere nequeunt, hic affectus ſinus nominatur. Ac rurſus lib. 2. ad Glauc. (p. 216, 59.) ὅταν ἐπὶ πλεῖον ἀκόλλητον ᾖ τὸ δέρμα τοῖς ὑποκειμένοις σώμασι, κόλπον ὀνομάζουσι τὸ τοιοῦτον πάθος. Cùm longo tempore cum ſubiectis partibus cutis agglutinari nequiuerit, huiuſmodi affectum ſinum nominant.

**Κόμμι** gummi ſignificat, & ſimpliciter poſitum gummi Arabicum denotat, eoque vtitur Hippocrates libro de art. (pagina 607. 10.) ἢ κόμμι πάνυ ὀλίγον ὡσαύτως μισγειν. aut gummi parum ad hunc modum immiſcendum.

**Κομψεύεσθαι** eſt ſeſe venditare, oſtentui eſſe, oſtentationem affectare, aut oſtentationi ſeruire, eaque delectari. Id exponit Galenus χαριέντως τι πανουργεῖν, ad venuſtatem aut ſcitè aliquid facere, & Atticos ſcribit κομψεύεσθαι dicere, quod eſt venuſtè aut eleganter & induſtriè aliquid facere. Qua notione κομψευόμενος dicitur Hippocrati qui venuſtè aliquid & cum oſtentatione facit. Ibidem (v. 45.) ὅστις γε τοῖσι τοιούτοισιν ἥδεται κομψευόμενος, ſi quis huiuſmodi oſtentationem affectet, aut ſi quis iſta venuſtè & eleganter factitet, aut huiuſmodi induſtriam affectet, eaque ſe iactabundè venditet. Quem etiam locum non abſurdè mihi ſubindicare videtur Erotianus, cui κομψευόμενος πανουργευόμενος exponitur, hoc eſt, induſtriè & vafrè agens, ἐπεὶ καὶ οἱ Ἀττικοὶ τὴν πανουργίαν κομψείαν καλοῦσι, καὶ τὸ στρεβλὸν κομψὸν ὡς καὶ Εὐριπίδης. quandoquidem & Attici vafram induſtriam κομψείαν vocant, & verſutum κομψὸν, vt Euripides. Quin & Ariſtophan. Scholiaſtes ἐν ἱππεῦσι κομψῶς δεινῶς καὶ πανούργως exponit, quoniam antiquis κομψοὶ οἱ πανοῦργοι dicebantur. Et κομψὸς Heſychio inter alia ſignificata πανοῦργος exponitur, vafer, ſolers, induſtrius. Et κομψεύεται, κολακεύει, σεμνύνεται, πιθανεύεται.

Κονδῖτον, conditum, vinum eſt cum aromatibus ſacco percolatum, quod faciebant veteres ad vinorum commendationem. Alii œnomeli & mulſum, aut vinum mixtum eſſe credunt. Eo vtitur Gal. lib. περὶ εὐπορίστων (pag. 482.50.51.& 52.) ibidem etiam Gal. συγκεραστικὸν vſurpat, conditum ſeu mulſum intelligens. (p.484.5.) Eo etiam vtitur Moſchion cap.125.lib. περὶ γυναικείων. Aurelianus quoque cap.1.lib.5.Tard.Paſſ. cōditum ex Diocle vſurpat & Latinis pleriſque mulſum vocari ſcribit.

Κόνδυλος, tuberculum, nodus, articuli in digitis formam præſeferens. De dentis tuberculo ponitur lib.4.Epid.(p.330.3.) ἐν μέσῳ μὲν κόνδυλον εἶχεν. in medio quidem tuberculum habebat. Rurſus ibidem (p.331.29.) ὁ ἔσχατος εἶχεν ἄνωθεν τοῦ οὔλου δύο κονδύλους, extremus ſupra ad gingiuam duo tubercula habebat. Hinc κονδύλωμα eſt tuberculoſa & calloſa carnis excreſcentia in ano, vteri oſculo, interdum etiam in manuum ac pedum digitis coaleſcēs. κονδυλώματα ſimilia hæmorrhoidis tubercula vocat Aurelianus cap. 11. lib. 2. Tard. Paſſ. Celſus cap. 18. lib. 6. κονδύλωμα tuberculum vocat quod ex quadam inflammatione naſci ſolet. Authori verò Definit. Med. (p.401.23.) κονδύλωμά ἐστι δακτυλίου σκληρὸς ἐπανάστασις μετὰ φλεγμονῆς. eſt extuberatio quæ in ani parte rugoſa cum inflammatione excitatur. κονδυλώδης αἱματίτης dicitur vena ſanguine fluens tuberoſa, aut tuberculoſam quandam habens eminentiam, lib. de Hæmorrhoid. (p.520.37.) & hæmorrhois intelligitur quæ calloſam habet eminentiam & tuberculoſam, carneo quodam tegumento vallatam. Interdumque κονδυλώσεις ſimplū dicitur (ibid. p.520.46.) vt hæmorrhois indicetur quæ tuberoſam habet eminentiam, & ab ea quæ mori fructum refert diſtinguatur.

Κονία lixiuium interdum aut cinerem ſignificat, interdum etiam calcem. κονία στακτὴ lixiuium dicitur, quod ex loto & excolato cinere fit, aqua videlicet infuſa perſtillante, vnde etiā στακτὴ vocatur. Gal. lib. 1. κατὰ γένη. (p.164.11.) κονίαν στακτὴν & lixiuium liquidum quòd vſtoriam habeat caliditatem, & ſubſtantiam tenuium partium exiſtētem, depilandis corporis partibus adhibet. Hinc κονιώδεα οὖρα ſunt vrinæ lixiuio ſimiles, hoc eſt colore rufo ſaturatæ, quæ viſcerum imputritatem teſtantur, Coac. Prænot. (p.442.40.) Intelligi etiam poſſunt vrinæ cineritiæ aut puluerulentæ, ac veluti calce perfuſæ & exalbeſcentes, quales quæ inſignes obſtructiones ex pituitæ craſſæ copia teſtantur. Eſt & κονίαμα parietis incruſtatio ac tectorium, aut opus albarium, quo parietes calce aut gypſo dealbari inducuntur, & pro pariete albario opere illito ac dealbato ſumi poteſt lib. 7. Epid. (p.355.4.) ἐς τὸ τοῦ χειρὶ ἐστιν ὅτι ἐπωρέγετο πρὸς τὸ κονίαμα. Interdum etiā manum ad parietis tectorium extendebat, porrigebat.

Κοπιάσαι ceſſaſſe, quieuiſſe, & de calore febrili dicitur (qui aliquantulum remiſerat, lib. 7. Epid. (p.352.13.) ἐδόκει δὲ κοπιάσαι ὀλίγον χρόνον, ὡς δόξαι ἐπιθερμαίνεσθαι. Videbatur autē modico tempore quieuiſſe, ita vt ſibi incaleſcere videretur.

Κόπος laſſitudo, diſpoſitionis nomen eſt quæ relinquitur in corporib. ex immoderato motu. Eſt & αὐτόματος κόπος, laſſitudo ſpontanea, huiuſmodi diſpoſitio quæ ſine motu contingit, vt aph. 5. lib. 2. Vbi ſcribit Galenus, οὐ τῆς ἐκ τῶν κινήσεων ἀμετρίας ὄνομά ἐστιν ὁ κόπος, ἀλλὰ τῆς ἐγγινομένης διαθέσεως ἐν τοῖς τῶν ζώων σώμασιν. οὐ γενομένων γὰρ μνημονεύει κόπων, ἀλλὰ τῶν αὐτομάτων. ὅταν οὖν ἄνευ κινήσεως τοιαύτη γίνηται διάθεσις, οὐ κόπος ἁπλῶς, ἀλλὰ κόπος αὐτόματος ὀνομάζεται. κόπος non eſt nomen immoderatæ motionis, verùm ingeneratæ in animalium corporibus affectionis. Neque enim laſſitudinum ex motu contractarum meminit, ſed earum quæ ſponte contingunt. Cùm igitur abſque motu talis contingit affectio, non abſolutè laſſitudo, ſed ſpontanea laſſitudo nominatur. Rurſus Com. ad aph. 31. lib. 4. εἴρηται ἤδη καὶ πρόσθεν ὡς τῶν κόπων ἔνιοι μὲν ἐπὶ κινήσεσι γίγνονται πολλαῖς, οἵπερ ἁπλῶς τε καὶ κυρίως ὀνομάζονται κόποι. τινὲς δὲ ὑπὸ πολλαῖς, ὑπὸ σφοδραῖς κινήσεσι κινηθέντες, οἱ αὐτοῖς γίγνονται κοπώδεις. τοὺς τοιούτους οὖν κόπους. οὐχ ἁπλῶς κόπους, ἀλλὰ μετὰ προσθήκης ὀνομάζουσι κόπους αὐτομάτους. Laſſitudines quaſdam ob multos quidem motus fieri ſupra iam dictum eſt, quæ abſolutè & propriè laſſitudines nominantur. Quidam etiam neq; multis, neque vehementibus vſi motionibus, laſſitudines ſentire conſueuerunt. Huiuſmodi igitur laſſitudines, non abſolutè laſſitudines, ſed cum adiectione laſſitudines ſpontaneas nominant. Κόποι verò non ſolùm laſſitudines, verumetiam interdum labores & vehementiores motus indicant, vt aph. 31. lib. 6. Epid. ſect. 1. διὰ ἴσως τι ἐκ κόπων εἰς ἄρθρα ἀπέστη. atque ideo fortaſſis quòd ex laſſitudinibus aut laboribus aliquid in articulos abſceſſit. Hinc κοπώδεις πυρετοὶ dicuntur Hippocrati Prorrh. 2. (p.204.18.) & aph. 31. lib. 4. & 73. eiuſdē lib. febres laborioſæ, & quæ ex vehemētibus motionibus excitatæ laſſitudinis ſenſum inuehunt, interdum verò quæ ſponte laſſitudinis ſenſum inferentes, exoriuntur, vt exponit Gal. Com. 2. in lib. 6. Epid. (p.464.54.) Quanquam eas ibidem dici mauult, quæ ex motibus & laboribus externis oriuntur (p.465.18.) κοπώδεις etiam ſæpe dicuntur, vt aph. 16. ſect. 2. lib. 6. Epid. & aph. 11. ſect. 7. κοπώδεες βῆχες & πυρετοὶ, febres & tuſſes laſſitudinis ſenſum inducentes. Sic quoq; κοπώδεις dicuntur ægri, qui laſſitudinis ſenſum habent in Prorrh. (p.182.15.) & κοπώδεις laſſitudinis ſenſum habentes vertit Celſus cap. 7. lib. 2. ex aph. 31. lib. 4. Qui ſæpè quoque κοπιώδεες ſcribuntur, vt Coac. Prænot. (p.428.3. & p.444.44.) Ex κοπιώδεα τρόπον τινὰ, labores perinde ac ex laſſitudine, dixit Hippocr. ægr. 6. lib. 1. Epidem.

Κόπρος, ἡ κόπριον, ἡ κόπρανον, ſtercus ſignificat, & eſt primæ cōcoctionis excrementum ſiccū.

κόπρανα

κόπρανα παλαιά, ſtercorà vetuſta, indurata & reſiccata, velut conglobata & teretia, qualia σκυβαλώδεα dicuntur. In Coac. Præn. (p. 430.14.) vbi publicata exemplaria κόπρανα, ſcripta verò κόπρια legũt. Hinc κοπριώδες διαχώρημα, ſtercoroſum alui recrementum, ib. (p. 443.24) & κοπριώδεα διαχωρήματα, ſtercoracea alui excremẽta (ib. v. 49) κοπριήμεται qui ſtercus vomitione reddunt libr. 2. Epid. (p. 312.26.) Κοπρίων μελικηρῶν, τῶν ἀποπιεσμάτων τῶν κηρῶν, h. e. recrementorũ ab expreſſis fauis reliquorum, exponit Gal. in Exeg. apud Hip. additq́; quoſdam κηρίων pro κοπρίων ſcribere.

Κοπτὸν aut κοπτὴ dicitur pharmacum in placentulæ formam contundendo redactum, ita dictum quòd non coquatur ſed contundatur, non longè abhorrens à paſta regia, quã martium panem vocant. Vtitur Dioſc. libr. 2. cap. 125. de lino, ἐν τῇ κοπτῇ πολὺ λαμβανόμενον, ſi pro placenta largius aſſumatur. Aëtius libr. 1. tetrab. 4. cap. 12. κοπτὴν δίδου ἐξ ἀμυγδάλων μετρίως πεφρυγμένων. Et κοπταὶ σησαμίδες, placẽtæ ex ſeſamo apud Artemidorum lib. 1. cap. 74. Apud Athenæum lib. 14. κοπταὶ inter ſecundas menſas & tragemata reponuntur. κοπτάριον autem placentula ex materia contuſa diminutiuè dicitur, qualia ſunt κοπτάρια βηχικὰ apud Medicos, & quale κοπτάριον ad tuſſiẽtes deſcribit ex Aſclepiade Gal. lib. 7. κατὰ τόπ. (p. 264.33.) vbi tamen vitiosè κυπτάριον ſcribitur. Sunt & κοπτάρια κοιλίας μαλακτικὰ ex cnico Dioſcoridi libr. 4. cap. 140. offulæ quas placentulas vocant, ad emolliendam aluum. Martialis quoque in Apophor. coptæ Rhodiæ meminit his verbis: Peccantis famuli pugio percute dentes; Clara Rhodus coptum, quã tibi miſit, edat.

Κορδίνημα, vide σκορδίνημα poſtea.

Κόρη, puella, virgo, quæ nondum nupſit, aph. 4. ſect. 4. lib. 6. Epid. ἡ ἀγησίου κόρη μὴ ἐκδοθεῖσα. Ageſii filia adhuc puella. Cui etiã poſtea opponitur, γυνὴ δὲ γενομένη, mulier verò effecta. Sic Coac. Prænor. (pag. 441.22.) ταῖς κόραις eas quæ vterum gerunt opponit Hippocr. ᾗσι κόρῃσιν ὀρθοπνοίη ξυμβαίνει, ἐν τῇσιν ἐπιφόροισι τιτθοὶ ἐκπυοῦνται. Quæ puellæ erecta ceruice ſpirandi difficultate vexantur, iis vterum ferentibus mammæ pus colligunt. Eſt & ἡ κόρος, puella, filia, domeſtica famula, aphoriſ. 28. ſect. 8. lib. 6. Epid. ἡ Γυποθόου ἡ κόρος, Hypothoi filia. κόρη etiam pupilla dicitur, & media iridis in oculo pars; per quam viſus peragitur. Sic enim Authori Iſagoges definitur (pagina 375. verſiculo quinquageſimo nono.) Et Rufo Epheſio ἐν τῇ ὀνομασίᾳ τῶν περὶ ἀνθρώπου μορ. τὸ μὲν ἐν μέσῳ βλεπόμενον, ὄψις καὶ κόρη, hoc eſt, quod quidem in oculi medio cernitur, pupilla aut viſio, nuncupatur Prorrhet. 2. (pag. 419.43.) εἰ γὰρ δάκρυον χωρέῃ θερμὸν καὶ ἁλμυρὸν, κίνδυνος τῇ τε κόρῃ ἑλκωθῆναι, καὶ τοῖσι βλεφάροισιν. Nam ſi lachryma calida & ſalſa profluit, in pupilla & palpebris exulcerationis periculum eſt. Rurſus quoque (ibidem p. 420.13.) αἱ δὲ κόραι γλαυκούμεναι, ἢ ἀργυροειδέες γενόμεναι, ἢ κυάνεαι, οὐδὲν χρηστόν. Pupillæ quoque cæſium aut argenteum aut ceruleum colorem nactæ, improbandæ ſunt. Κόρην etiam apud Hippocratem exponit Gal. in Exeg. τὴν πόαν ἥτις καὶ ὑπερικὸν ὀνομάζεται, herbam quę hypericum nominatur. Additque ἔχειν τὸν καρπὸν κορίῳ ὅμοιον, habere fructum coriandro ſimilem. Sic autem potiùs quidam ſcribũt, quàm κορίην, vt & κόρους potiùs quàm κορὺς, τὰς ἀπὸ κλάδων παραφύσεις, τὰ νέα βλαστήματα, exponit Gal. apud Hippocratem, è ramis adnata & noua germina. κόρος, νέα βλαστήματα, exponitur Heſychio, nouellum germen, & κλάδος Sudæ. Eſt & κόρος ὑποχονδρίου, hypochondrii ſatietas, cibi repletio, libr. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 101.54.) ἢν ἔχῃ τινὰ σκολιότητα ἢ κόρον, ſi obliquitatem aut ſatietatem habeant. Quod de cibi repletione explicat Galenus his verbis: ἢ εἰ κόρον ἔχει φησὶ, ὅπερ δή μοι δοκεῖ, τὴν πλήρωσιν τῶν σιτίων εἶπε. Poteſt etiam accipi de renitentia in tumore præter naturam.

Κόρυζα grauedo Latinis dicitur, cùm in nares è cerebro tenuis & crudus humor defluit. Gal. comm. 2. in Progn. (p. 145.1.) τὸ διὰ τῶν ῥινῶν ἐκκρινόμενον ὑγρὸν λεπτὸν καὶ ἄπεπτον, ὀνομάζειν εἰώθασι κόρυζαν πάντες οἱ παλαιοὶ ἰατροὶ, καθάπερ τὸ δι' ὑπερῴας κατάῤῥουν. Humorem tenuem & incoctum, qui per nares excernitur, veteres medici κόρυζαν hoc eſt grauedinem nominare ſolent; quemadmodum eum qui per palatum ſecernitur, κατάῤῥουν, hoc eſt, defluxionem. Idem lib. 6. de ſympt. cauſ. (p. 247.7.) κόρυζαν dici ſcribit ἐπειδὰν τὸ περίττωμα εἰς τὰς ῥῖνας καταῤῥέῃ, vbi quod in cerebro ſuperuanaceum eſt, in nares defluit. Celſus cap. 2. libr. 4. Aliud autem (quamuis non multum diſtans) malum; grauedo eſt. Hæc nares claudit, vocem obtundit, tuſſim ſiccam mouet, ſub eadem ſalſa eſt ſaliua, ſonant aures, venæ mouentur in capite, turbida vrina eſt. Hæc omnia κορύζας Hippocrates nominat. Nunc video apud Græcos in grauedine hoc nomen ſeruari. κορύζας ex aphoriſm. 20. lib. 3. grauedines vertit Celſus cap. 1. libr. 2. Cęlius Aurelianus cap. 17. lib. 2. acut. catarrhum ad nares κόρυζαν vocat, & catarrhum qui ad nares fertur. Κορυζώδεες ἀπὸ κεφαλῆς, qui grauedine capitis laborant, lib. 6. Epid. ſect. 2. aphoriſm. 32. Et rurſus κορυζώδεες ἀπὸ κεφαλῆς καὶ βραγχώδεες, aphoriſm. 6. ſect. 3. lib. 6. Epid. qui ex capitis grauedine & raucedine laborant. Sic autem dicuntur Hippocrati, qui ex propria capitis imbecillitate, grauedine aut deſtillatione in guttur & arteriam laborant, non autem ex aliis cauſis externis, vt frigore, ſole, æſtu.

Κώρυκος aut κωρυκομαχία quid ſit fuſiſſimè docet Hieronymus Mercurialis li. 2. artis gymnaſticæ cap. 4. κωρυκομαχία autem eſt pilæ cuiuſdam luſus, follem quidam malè vertunt. de ea agitur apud Hippocr. lib. 2. περὶ διαίτης (p. 98.34.) & libr. 3. (p. 104.33.) & (p. 105.30.) vbi tamen κωρυκομαχίη ſemper legitur, vt & κώρυκος Athenæo & Sudę. Et κωρυκίδιον exponitur Heſychio δερμάτινον κοίλωμα ὅπερ οἱ τοξεύοντες εὐωνύμῳ τῇ χειρὶ περιτίθενται. κώρυκος etiam ei-

dem exponitur θυλάκιον ἢ πήρα, ſacculus aut marſupium, Sudæ ὁ θύλακος, ſaccus. Cælius Aurel. cap. 9. lib. 5. tard. paſſ. κορυκομαχίαν volutationem in palæſtra varia vocat.

Κορυφὴ capitis vertex dicitur, pars capitis ſumma, media inter occipitii & brechmatis oſſa, vbi capillus in dextram aut ſiniſtram vertitur. κορυφὴ eſt Rufo Ephesio τὸ ἐν μέσῳ καθ' ὃ δὴ μάλιστα εἰλοῦνται αἱ τρίχες. Polluci etiam μεσόκρανον dicitur, & τὸ τοῦ κρανίου ἔλικον, nimirum medium cranium, & ea capitis pars quæ in gibbum curuari incipit, ſuturaq; Lambdoide, & eius additamentis diſtinguitur. Sic Hippocr. libr. de cap. vulner. (p. 445. 45.) τὸ ὀστέον τῆς κορυφῆς vocat os quod ad verticem eſt, & os occipitis intelligitur, vbi ſutura Lambdoides in poſteriorem capitis partem defertur. Quod valentiſſimum & robuſtiſſimum in vniuerſa caluaria eſſe dicit. Hinc κορυφώδεα φύματα vocãtur tubercula faſtigiata, turbinata, in turbinem gracileſcẽtia, & quæ in faſtigium vergunt, aph. 12. ſect. 1. lib. 6. Epid. εἰς ὀξὺ ἀποκωνούμενα ἢ ἀποκορυφούμενα, h. e. in acutum faſtigiata & turbinata, in acutum tendentia & elata, dicuntur in Progn. Κορυφάδων Gal. apud Hip. in Exeg. exponit τῶν κορυφῶν τῆς πρὸς τὴν ὀμφαλὸν συναγωγῆς, apicum eius quæ eſt ad vmbilicum collectionis. Etſi nõ parum mihi ſuſpecta eſt illa lectio.

Κορώνη cornix, ſic vocatur acuta oſſis eminẽtia aut proceſſus, ad ſimilitudinem roſtri cornicis. Lib. de art. (p. 598. 49.) acutum cubiti proceſſum aut eminentiam, κορώνην vocat Hippocr. κόρωνον verò ibidem (p. 199. 40.) apophyſin aut acutã maxillæ inferioris productionem, quæ tendonem à temporali muſculo recipit, & ſupra os iugale eminet. Ideò autem κόρωνον dicitur, quòd cornicis roſtrum referat. κορώνη & κόρωνον dicitur lib. de oſſibus, κορώνη etiam lib. 11. de vſu partium.

Κόσμος Hippocrati eſt decretoriorum dierum ſeries & ordo. In Progn. (pag. 155. 32.) γίνεται δὲ καὶ ἡ τῶν τεταρταίων κατάστασις ἐκ τοῦ τοιούτου κόσμου. Quartanæ conditio ex eodem ordine eſt, hoc eſt (vt exponit Galenus) quartanæ febris iudicationes ex numero circuitionum fiunt, non dierum. Vbi etiam idem ſcribit κόσμον dici Hippocrati τὴν τάξιν τῶν κρισίμων ἡμερῶν, iudicatoriorum dierum ordinem. Vt enim ἀκοσμίας proprium eſt ἡ ἀταξία, ita τοῦ κόσμου τάξις. Quem etiam locum mihi haud dubiè exprimere videtur Erotianus, cùm κόσμου τάξεως apud Hippocratem exponit, additque vocem eſſe Atticam, & κοσμίους dici τοὺς εὐτάκτους, moderatos & qui benè compoſitis ſunt moribus, & κοσμητὰς τοὺς τῆς ἐφήβων εὐταξίας προνοοῦντας, eos qui adoleſcentium moribus moderantur. Κόσμος etiam locum ſignificat, vt libr. 2. περὶ γυναικ. (p. 278. 28.) de vtero dicitur, ἢν ἐν κόσμῳ ᾖ, cùm ſuo loco motus eſt. Rurſus ibidem (p. 280. 47.) καὶ πάντα οἱ κατὰ κόσμον ἴῃ, omnia ritè & ordine procedent, benè ſuccedent.

Κότινος oleaſter, oliua ſylueſtris, ἀγριέλαιος. Gal. in Exeg. apud Hippocrat. κότινον ἀγρίαν ἐλαίαν exponit. κοτινὰς ἐλαῖα, olea in oleaſtrũ inſerta dicitur. At verò libr. 3. de Morb. (p. 164. 7.) κοτινὰς oleaſtri baccã ſignificare videtur. νῆστι διδόναι ἄνθος χαλκοῦ ὅσον κοτινάδα, ieiuno æris florem baccæ oleaſtri magnitudine exhibeto.

Κο[illegible] Hippocrati occiput & poſteriorem capitis partem ſignificat. Gal. in Exeg. κοτίδι, τῷ ἰνίῳ, τῇ παρεγκεφαλίδι expooit, occipite, poſteriore capitis parte. Locus eſt lib. 2. de morb. (p. 140. 34.) ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἐν τῇ κοτίδι. hinc atq; hinc in occipite. Quidam locum ad ceruicis neruum & τένοντα accipiunt, ac ceruicis cauitatem illam. Rurſus eodem lib. (p. 144. 39.) ὀδύνη λάζεται ἐκ τῆς κοτίδος ἐς τὴν ῥάχιν, dolor ex occipitio ad ſpinam tẽdit. Et rurſus ib. (v 45.) ἀλγεῖ δὲ τὴν κοτίδα, & dolor eſt in occipite. Et (v. 48.) καὶ τὴν κοτίδα: & occiput. Vbi exemplaria quædam Regia manuſcripta malè ex Scholio quodam adſcribunt, κοτὶς ἐστὶ τῆς κεφαλῆς ἡ κορυφή. At κότις Heſychio κότος eſt & ὀργή.

Κοτύλη acetabulum & dearticulationis cauitas dicitur. Sic coxẽdicis cauitas os femoris excipiens, κοτύλη dicitur Galeno com. 2. in lib. de fract. (p. 557. 18) ex Hom. Il. ε. Idem etiam κοτύλας vocare medicos, ꝓfundos ſinus magnis oris & ſuperciliis circundatos ſcribit com. 1. in li. de art. (p. 585. 18.) Sic κοτύλη propriè dicitur oſſis cauitas ꝓfundior in quam alterum os inſeritur, lib. de loc. in hom. (p. 65. 29.) ἐν δὲ τοῖσιν ἰσχίοισιν ἄρθρα δύο εἰσὶν αἱ κοτύλαι καλεύμεναι, καὶ οἱ μηροὶ ἐς ταῦτα ἐνήρθρωνται. In coxẽdicibus verò duo inſunt articuli acetabula dicti, in quos femora inarticulantur. Ex eo genere κοτύλη menſura eſt liquidorum quæ hemina Aureliano dicitur, cap. 3. li. 4. tard. paſſ. Libr. 7. Epid. (p. 453. 1.) πινέτω ἑφθὸν ἐς ἐννέα ἀττικὰς κοτύλας ὄνειον γάλα. epoto lacte aſinino cocto ad heminas Atticas nouem. Eſt & κοτύλη αἰγιναία hemina Æginetica aut Æginea, lib. περὶ γυν. φύσ. (p. 222. 11.) vt & κοτύλη ἀττικὴ ib. (v. 13.) Κοτύλη apud Hom. etiam ſignificat cyathum & poculi genus cõcauum, aut vaſculũ, μικρὸν κυπελλίδα exponit Euſtath. paruulum cyathum. Apud Athen. lib. 11. Apollodorus κοτύλην Homero eſſe dicit ποτήριον τὸ βάθος ὑψηλὸν καὶ ἔσκαφος. Vtitur Homer. Il. χ. (v. 494.) τῶν δ' ἐλεησάντων κοτύλην τις τυτθὸν ἐπέσχε. χείλεα μέν τ' ἐδίην', ὑπερῴην δ' οὐκ ἐδίηνε. Atq; aliquis ex his qui miſericordia mouentur, corylam præbuit libandam Labiis extremis, palatum autem non madefecit.

Κοτυληδόνες ſunt ora & fines vaſorũ ad vterum pertingentium, ex quibus ſecundæ dependent, quæ Latinè acetabula dicuntur, quòd ſcilicet eminentias ad cõcauarum in cirrhis polyporum partiũ ſimilitudinem innaſcentes cõceptionis tempore habeant. Per quæ ſanguinis ſuperuacaneum ſingulis menſib. ex toto corpore in vterum repurgatur. De quibus agit Galenus com. ad aph. 28. lib. 5. & lib. 2. de ſemine, lib. etiam de vteri diſſectione, & lib. 14. & 15. de vſu partium. com. verò ad aph. 45. lib. 5. diſertè his verbis quid κοτυληδόνες ſignificent explicat. εἰσὶ γὰρ τινες τοιαύτης μυξώδης τὰ στόματα τῶν εἰς τὴν μήτραν καθηκόντων ἀγγείων

ἀγγείων ὑπάρχει, οἷς ὧν ἤρτηται τὸ χόριον, ἃ δὴ καὶ κοτυληδόνας ὠνόμασεν, οὐχ ὡς ἔνιοι νομίζουσι τὰς ἐπιπεφυκυίας ἀδενώδεις σάρκας αὐταῖς. ἐν τῷ γὰρ τῷ πρώτῳ τῶν γυναικείων αὐτός φησιν· ἢν δ' αἱ κοτυληδόνες φλέγματος πλήρεις ἔωσι, τὰ καταμήνια γίνεται ἐλάσσονα. καὶ ὁ Πραξαγόρας ἐν τῷ πρώτῳ τῶν φυσικῶν, κοτυληδόνες δέ εἰσι τὰ στόματα τῶν φλεβῶν καὶ τῶν ἀρτηριῶν τῶν εἰς τὴν μήτραν φερουσῶν. Vero nanq; eſt ſimile ora vaſorum ad vterũ pertingentium in his mucoſæ pituitæ plena eſſe, ex quibus ſecundæ pendent. Quæ ſanè ora acetabula nominauit (non vt quidam exiſtimant) ipſis adnatas carnes glãdulosas. Nam & ipſe lib. primo de muliebribus ait: Si acetabula pituita referta fuerint, pauciora menſtrua fiunt. Et Praxagoras libr. primo de rebus naturalibus; Acetabula inquit, ſunt ora venarum & arteriarum quæ ferũtur ad vterum. At locus à Galeno adductus ſcribitur lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 247. 13.) & repetitur libr. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 217. 29.) vbi & κοτυληδόνας vſurpat Hippocr. vt & aphoriſm. 45. libr. 5. Multi verò κοτυληδόνας eſſe negant, quæ etiam opinio Galeni tempore inualuit, & ab eo multis locis eſt exagitata. Et ipſe in Exegeſi κοτυληδόνας eſſe dicit, τὰ στόματα τῶν εἰς τὰς μήτρας καθηκόντων ἀγγείων, ὡς καὶ τοῖς περὶ τῆς ἀνατομῆς ἀποδέδειται). oſcula vaſorum ad vterum peruenientum, velut in libris de diſſectione Hippocr. oſtenſum eſt. Erotianus verò ipſe (vt nec multi recentiores) hãc de vteri acetabulis opinionem non probat, cùm ſcribit κοτυληδόνας explicans: ταύτας οὐ μόνον Ἱπποκράτης, ἀλλὰ καὶ Διοκλῆς ἱστορεῖ παρ' ἑκάτερον μέρος τῆς μήτρας τὰς κοιλότητας ὥσπερ αἱμορροΐδας, ἐν αἷς φησι τὴν διατροφὴν τοῦ ἐμβρύου γίνεσθαι. ὅτι δὲ ψευδῶς παραδεδώκασιν, ἀλλαχόσε δείξομεν. Has non ſolùm Hippocrates verumetiam Diocles ſcriptis prodit eſſe in vtraq; vteri parte cauitates quaſdam hæmorrhoidibus ſimiles, in quibus fœtus nutritionem fieri ait. At verò eos falſum tradidiſſe aliàs oſtendemus. Eſt & κοτυληδὼν idem quod κοτύλη, cauitas illa in qua femoris caput vertitur, & acetabulum quoque dicitur. Ariſtot. libr. 1. hiſtor. animal. cap. 13. τὸ δ' ἐν ᾧ στρέφεται ὁ μηρὸς κοτυληδών. Et libr. 3. cap. 7. κάτω δ' ἡ σφαίρωσις τοῦ ἰσχίου, ἡ κοτυληδὼν ἐστι. Libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν apud Hippocratem (p. 197. 32.) ἐκ τῆς κοτυληδόνος τοῦ ἰσχίου, ex coxæ acetabulo. Vt & paulò pòſt (v. 40.) τὴν κοτυληδόνα τοῦ ἰσχίου τοῦ δεξιοῦ. Vbi tamen κοτυλίδα legiſſe Galenum in Exegeſi vocum Hippocrat. ſatis apparet, qui τὴν κοτύλην τοῦ ἰσχίου exponit ex libr. 2. de Morb. maiore. Sic enim liber περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν in Exegeſi ſemper adducitur. Idem quoque κοτυλίδα ἐν τοῖς περὶ τῶν μοχλικῶν adfert, quod ſcribitur lib. περὶ ἄρθρων φύσ. (pag. quinquageſima nona, verſ. vndecimo) & (pag. ſexageſima ſecunda, verſ. vigeſimo ſexto) vbi κοτυληδόνα & τῇ κοτυληδόνι τοῦ μηροῦ, pro τῇ κοτυλίδι legitur, Galenum tamen τὴν κοτυλίδα legiſſe apparet.

Κουφίζειν alleuare, remittere, & de febrium remiſſione aut alleuatione dicitur Hippocrati, vt lib. 1. Epid. (pag. 362. 21.) μίαν μὲν ὑποκουφίζοντες, καὶ μίαν ἐπιπαροξυνόμενοι, vno quidem die nonnihil remittentes, altero ingraueſcentes. Rurſus ibidem (v. 24.) σμικρὰ διακουφίζοντες, parum remittentes. Vbi ſcribit Galenus τὸ μὲν γὰρ κουφίζεσθαι δύναιτ' ἄν τις ἀκοῦσαι τὴν ἀξιόλογον ἔνδοσιν σημαίνειν τοῦ πυρετοῦ, τὸ δὲ ὑποκουφίζεσθαι μετριωτέραν. Nam κουφίζεσθαι poteſt quis intelligere effatu dignam ſignificare febris remiſſionem, at ὑποκουφίζεσθαι, moderatiorem. τὰ κουφίζοντα μὴ κατὰ λόγον, quæ non ſecundum rationem leuant, aphoriſm. 27. libr. 2. Sic κουφισμὸς febrium remiſſio & alleuatio dicitur Eraſiſtrato lib. 2. περὶ πυρετῶν. Et Aretæus cap. 1. lib. 1. de cur. morb. acut. κουφισμὸς pro leuibus febrium continuarum remiſſionibus ſumit. ξυνεχέες γὰρ ἔασι φρενιτικοῖσι οἱ πυρετοὶ, καὶ οὐδὲ ἐπανέσιας μακρὰς, ἀλλὰ βραχείας καὶ ἀσήμους κουφισμοὺς ποιεύμενοι. febres enim ſunt phreniticis continuæ, neque longas remiſſiones habent, ſed breues & latentes alleuationes faciunt.

Κούφως διάγειν, leuiter aut mediocriter ſe habere, vt ægr. 4. lib. 1. Epid. καὶ τ' ἄλλα κούφως διήγουσιν, cùm cætera leuiter haberet. κουφότερα ἀλγήματα, leuiores dolores, quibus ἰσχυρότερα, hoc eſt vehementiores & qui ſunt periculoſiores opponuntur, aphoriſm. 7. lib. 6. κουφότατον ὕδωρ, aqua leuiſſima, aphoriſ. 26. libr. 5. τὸ μὴ βαρῦνον τὴν γαστέρα καὶ διερχόμενον ταχέως, quæ ventrem minimè grauat, & citò permeat, exponit Galenus, ὥσπερ καὶ βαρὺ λέγομεν τὸ ἐναντίον αὐτοῦ, τὸ μὴ διερχόμενον ταχέως, velut contrà grauem vocamus, quæ citò nõ permeat. Κουφοῖ Erotianus λύει apud Hippocratem exponit, παύει τὰς ὀδύνας, dolores ſoluit, ſedat. Quibus certè verbis locum lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (pag. 112. 17.) ὀδύνας κουφοῖ, dolores ſoluit, exprimere mihi videtur, & ex aphor. 25. libr. 5. exponere. vbi tamen exemplaria omnia & Galen. etiam κουφοῖ legunt, vt poſteà ſcribimus.

Κοχλίη cochlea, quæ κοχλίας dicitur Dioſcoridi cap. 11. lib. 2. & Galeno libr. 9. Simpl. Eius carne aut etiam muco vtitur Hippocrates ad procidentem anum illinendum. Lib. de fiſtulis (pag. 519. 5.) Eſt enim medicamentum valde deſiccans & glutinans, idque citra morſum & aſpritudinem. Sed illic κογχλίη fortè pro κοχλίη legitur. Eſt & κοχλίας ἀφρικανὸς cochlea Aphricana & Limacia, lib. 3. κατὰ τόπ. (pag. centeſima nonageſima prima, verſ. vigeſimo tertio.) Et rurſus ibidem (pag. 193. 10.) λιβυκὸς κοχλίας ἀποζεννύμενος ἐν τῷ οἰκείῳ ὀστράκῳ, Aphricana cochlea aut Limacia in propria teſta cum nardino aut roſaceo ferueſacta, ad aurium dolores recentes adhibetur Aſclepiadi apud Galenum. Vbi tamen vitiosè ἀποσβεννύμενος pro ἀποζεννύμενος legitur. Cochleas Africanas combuſtas ad dyſentericos commendat Plinius cap. 7. li. 30. & ad teſtium vlcera earum cinerem cap. 8.

Κοχώνην Galenus in Exegeſi exponit τὴν σύζευξιν τὴν ἐν τοῖς ἰσχίοις, τὴν περὶ ἕδραν, commiſſuram

coxendicis quæ eſt ad ſedem. Idemq; addit, δι' ἣν ἔστι πᾶς ὁ περὶ τὴν ἕδραν τόπος οὕτως ὀνομάζεται, propter quã tota circa ſedem regio eo nomine vocatur. Quibus certè verbis Galenus mihi ſubindicare videtur locum libr. 1. περὶ γυναικ. (p. ducenteſima trigeſima quinta, v. vigeſimo tertio) καὶ ὀδύνη λάψεται ποτὲ δὲ τὴν ὀσφὺν τε καὶ κοχώνην. Et dolor inuadet nunc lumbos & coxendicis iuncturam quę eſt ad ſedem. Vbi certè non infœliciter meo iudicio Cordæus, per hanc dictionem, non ſolùm vtriuſque coxendicis, ſed omnium quę ſunt circa ſedem partium connexionem, ſumpſit. Poteſt & ſubindicari locus libr. 5. Epid. (pag. treceteſima trigeſima quinta, v. vigeſimo ſeptimo) αἱ δὲ ὀδύναι οὐκ ἐξέλιπον, ἀλλ' ἔμπυον ἴσχε τό, τε ἰσχίον, καὶ τὴν κοχώνην, καὶ τὸ ἀμφὶ τὸν βουβῶνα. Dolores verò nõ ceſſabant, ſed tum coxendicem, tum illius iuncturam ad ſedem (quæ κοχώνη dicitur) tum etiam inguinis loca, ſuppuratio occupabat. lib. etiam 2. περὶ γυναικ. (pagina ducenteſima ſeptuageſima prima, verſ. ſexto) τὰς κοχώνας ἀλγεῖ, coxendices aut iuncturæ coxarum ad ſedem dolẽt. κοχῶναι dicuntur Heſychio τὸ ἱερὸν ὀστοῦν τὸ τῆς ῥάχεως πρὸς τῷ δακτυλίῳ, ſpinę pars quæ eſt iuxta os ſacrum & ſedem: additq; quibuſdam dici τὸ ἱεροῦ ὀστοῦ τὰ ἑκατέρωθεν μέρη, eas partes quę ſunt vtrinq; ad os ſacrum. Idem etiam ſcribit λέγεσθαι καὶ ἐπὶ τοῦ ἰσχίου, poni pro coxendice, & κόχωνα quoque τὰ ἰσχία exponit. Ariſtophanes & τὰς κοχώνας & τὰ κόχωνα dixit ἐν Γηπέδοις, vbi & annotat Scholiaſtes κοχώνην dici τόπον ὑπὸ τὸ αἰδοῖον καὶ τῶν μηρῶν καὶ τῶν ἰσχίων, nimirum partes ad coxendicem & vtrunque femur pudendis ſubiectas.

¶ Κράδη ramum ficulneum aut ſurculum ficulnum ſignificat apud Hippocratem, vt libr. de vlceribus (p. quingenteſima vndecima, verſ. trigeſimo ſeptimo) κράδης ὀπὸν τὸν φλοιὸν χλωρὸν, rami ficulnei cum ſucco corticem viridem. κράδαι exponuntur Galeno in Exegeſi, συκῆς οἱ ἀκρέμονες, fici rami aut virgulta: κράδας, οἱ μὲν τὰ τῆς συκῆς φύλλα, οἱ δὲ, τοὺς κλάδους, hoc eſt nonnulli fici folia, nonnulli ramos capiunt apud Hippocratem, vt ſcribit Erotianus. Libr. περὶ ἐπικαιρίων (pagina quinquageſima ſecunda, verſ. vndecimo) κράδης περιγεγλυμμένας φλοιὸν ξύειν, rami ficulnei detaſum corticem ad appoſititia medicamenta adhibeto.

Κραίνω, perficio, effectum reddo, item deſino & pertingo. Sic apud Hippocratem libr. de art. (pagina ſexcenteſima decima ſeptima, verſ. tertio) κραίνουσι de ſpinalis medullæ inuolucris & ligamentis deſinentibus aut ad exitum perductis, hoc eſt ad ſpinæ finem tendentibus dicitur. Vbi Galenus κραίνουσι, τελευτῶσι, hoc eſt, deſinentibus exponit. In eamque rem Homerum citat. Sic enim apud Galenum legendum videtur, cùm exemplaria omnia vitioſa ſint. ὀνόματι δὲ αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης τὸ τελευτῶσι ὁμοίως τῷ ποιητῇ κραίνουσι. εἴπερ δὴ κραίνειν γε καὶ τὸ πεπληρωμένον ἐστι. Dixit autem Hippocrates ipſe deſinentibus κραίνουσι, velut poëta. Hæc modo perficiam, finis quoque & exitus his ſit. Idem Galenus in Exegeſi κραίνουσι λήγουσι exponit, hoc nimirum ſubindicato loco, quod etiam ex eodem loco annotauit Varinus. Erotianus verò κραίνουσι exponit κυριεύουσι, βασιλεύουσι, quòd ſit κραίνω impero & regno, vt apud Homerum Odyſ. θ. (verſ. trecenteſimo nonageſimo primo) βασιλῆες ἀρχοὶ κραίνουσι. Legitur etiam apud Hippocratem in libello περὶ παρθενίων (pagina ducenteſima decima tertia, v. vigeſimo ſeptimo) ἀγχόνας κραίνουσιν, ſtrangulationes parant, perficiunt, expediunt, implent, hoc eſt ſeſe ſtrangulãt. Et Heſychius κραίνουσι, πληροῦσι, παρέχουσι, τιμῶσι, βασιλεύουσι exponit. κραίνω exponitur Varino τιμῶ, ἀποπληρῶ, idemque ſcribit dici propriè ἐπὶ τοῦ τιμῶντος, καὶ τὴν κεφαλὴν κάτω νεύειν τῷ ὑποσχέσθαι. Vt & ἐπικραῖναι dicitur Heſychio τῇ κεφαλῇ ἐπινεῦσαι, πλέσαι, hoc eſt capite annuere & perficere. Quo etiam reſpicit πληροῦν & παρέχειν, quod eſt promiſſa adimplere, exhibere & perficere. Vt κραίνω quaſi καραίνω à κάρα deductũ videatur, quod eſt capite annuere, eorum more qui promiſſum aliquod perficiunt. κραίνω quoque & κραιαίνω efficio, perfectum reddo, ad exitum perduco aut tendo ſignificare videtur, quomodo quæ aliquid perficiunt aut perfectum reddunt, ad exitum ducere & ad finem tendere, ac veluti ad exitum vſque regnare videntur. Eoque modo apud Hippocratem ſumi poſſe videtur. Homeri Scholiaſtes κραίνουσι διατελοῦσι, ὑπάρχουσι, permanent, perſeuerant, exiſtunt, exponit. Κραιέω autem pro κραίνω Ionicè dicitur, pro τελέω, & ἐπικραιαίνεις ἐπιτελέσεις, ἐπιδηλώσεις exponit Heſychius, & ἐπικραίνεις ἐπιδηλώσεις.

Κραιπάλη crapula, omnis capitis ex vino offenſio dicitur Galeno com. ad aph. 5. lib. 5. κραιπάλας δ' ὅτι πάντες οἱ Ἕλληνες ὀνομάζουσι τὰς ἐξ οἴνου βλάβας τῆς κεφαλῆς, εὔδηλον. οὕτως γοῦν ἔοικε καὶ τὴν ἐτυμολογίαν ἐποιήσαντο τῆς προσηγορίας, ἀπὸ τοῦ κάρηνον πάλλεσθαι φάσκοντες. Manifeſtum eſt autem omnes ex vino capitis noxias Græcis κραιπάλας vocari. Sic nanque nonnulli nominis notationem fecerunt, ἀπὸ τοῦ κάρηνον πάλλεσθαι, quaſi caput concuti aut percelli dicas. Plinius quoque lib. 23. cap. 1. ex capitis dolore & vertigine crapulam deductam eſſe teſtatur. Aëtius lib. 4. κραιπάλην ἐξ οἴνου γενομένην ἀπεψίαν, hoc eſt cruditatem ex vino obortam eſſe dicit. Plato verò in Sympoſio cum cæteris, heſternam ingurgitationem crapulam vocat. Helucum Tertullianus, imprimis grauis ſcriptor, grauitatem capitis vino creatam nominat, cùm ſcribit: Liberum eundem apud Ægyptios Oſirim, Harpocration induſtria hederatum argumentatur, quòd hederæ natura ſit caput ab heluco defenſare. Quod fortè ab eluo deducitur aſpiratione addita, vt heluo ab eluendo dicitur, qui intemperanter bona ſua eluendo in balneis, aut comeſſationibus, aut popinis conſumit.

Κραμβίον braſſicę decoctum ſignificat li. 2. περὶ γυναικ. (p.268.38.) κλύσαι δὲ τὰς ὑστέρας τῷ ζωμῷ τοῦ κραμβίου. Locellos autẽ medicamento quod cum braſſicæ decocto paratur, eluito. Quẽ locum ſubnotans Galen. in Exegeſi, κραμβίῳ ἢ κράμβης ἀφεψήματι, hoc eſt, braſſicæ decocto, exponit. Erotianus verò κραμβεῖον Siculis cicutam dici teſtatur, & Heſychius κραμβίον τὸ κώνειον exponit.

Κρανέϊναι ῥάβδοι virgæ corneæ, bacula cornea, ex corno arbore ob ſoliditatem, lib. de frac. (p.566.46.) κἄπειτα κρανεΐνας ῥάβδους λαβὼν ἴσας μέγεθος ἀλλήλῃσιν ἐχούσας. Poſtea corneis virgis ſumptis magnitudine inter ſe æqualibus.

Κρατεῖν, vincere, ſuperare, moderari, continere, vt κρατεῖν τῆς κεφαλῆς, caput cõtinere & moderari, de phrenitico dicitur qui vociferans caput ſemper agitabat neque continere poterat, libr. 7. Epid. (pag.353.32.) οὐ δυνάμενος δὲ κρατεῖν τῆς κεφαλῆς, neque caput continere poterat. Κρατεῖσθαι autem vinci, ſuperari, & de cibis dictum eos immutari, concoqui, apponi & aſſimilari ſignificat. Quod ſcribit Gal. comm. 5. in lib. 6. Epid. (p.509.15.) ἀκουστέον δὲ κρατεῖσθαι τὸ μεταβάλλεσθαι, καὶ πέττεσθαι, καὶ προστίθεσθαι, καὶ ὁμοιοῦσθαι τῷ σώματι. κρατεῖσθαι autem obaudiendum eſt immutari, & concoqui, & apponi, & corpori ſimile reddi. κρατεῖσθαι etiam ſignificat à morbo expugnari aut ſuperari, & ægri dicuntur ὑπὸ τῶν νουσημάτων κατακεκρατημένοι, deplorati, & qui morbis inexpugnabilibus ac deſperatis laborant, quaſi à morbis victi aut ſuperati. Libr. περὶ τέχνης (p.1.27.) τὸ μὴ ἐγχειρέειν τοῖσι κεκρατημένοισιν ὑπὸ τῶν νουσημάτων, deploratos non attingere (quod citat Gal. com. ad aph. 29. lib. 2.) Et rurſus ibid. (p.2.37.) Et (p.3.37) de morbis obſcuris & qui oculis conſpicui non ſunt. οὐ μὴν ὅτι ἄδηλα κεκράτηκεν, ἀλλ᾽ εἰ δυνατὸν κεκράτηται. non ideò quòd occulti ſint inexpugnabiles eſſe, hoc eſt artem aut cognitionem noſtram ſuperẽt, ſed quoad fieri poſſit ſuperentur, id eſt, cognoſcantur & præſidiis ſubigantur, videlicet quantum ægrotorum naturæ ad inueſtigandum conferunt, & explorantium morbos ingenia, naturæ ſolertia ad perſcrutandum valent.

Κρατεραύχενες qui valida ſunt ceruice, aph. 2. lib. 6. Epid. ſect. 1.

Κρατήριον paruus crater, lib. περὶ γυν. φύσ. (p.222.48.) ἐγχέας ἐς κρατήριον, in craterem fundito. Vtitur autem ad vteri fotus faciẽdos, cuius vice aliàs ollam adhibet & χύτρον vocat, vt lib. 2. περὶ γυν. (p.289.9. & 28.)

Κρατύνεσθαι, firmari, ſtabiliri, corroborari, ſolideſcere, ferruminari, de oſſibus quæ coaleſcunt dicitur, Celſus conferuere oſſa dicit cap. 10. lib. 8. lib. de fract. (p.537.1) ἐν τριήκοντα δὲ μάλιστα τοῖσι ξυμπάσῃσι κρατύνεται ὀστέα τὰ ἐν τῷ πήχει τὸ ἐπίπαν. Nam triginta ferè ad ſummum diebus cubiti oſſa omninò coaleſcũt. vbi κρατύνεσθαι πωροῦσθαι exponit Gal. & Paulus cap. 100. lib. 6. Rurſus quoque lib. de fract. (p.541.57.) κρατύνεται δὲ μάλιστα βραχίονος ὀστέον ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσιν. firmatur autem brachii os diebus ferè quadraginta. Vbi etiam κρατύνεσθαι exponit Galenus τὸ πώρῳ συνδεῖσθαι τὰ κατεαγμένα μέρη τοῦ συντριβέντος ὀστοῦ, ſeparatas comminuti oſſis partes callo colligari & ferruminari. Conſeri oſſa dixit Celſus cap. 7. lib. 8.

Κρατυσμὸς robur, ætatis florentis & conſiſtentis firmitudinem & vires indicat aphor. 29. ſect. 8. lib. 6. Epid.

Κρέκειν Galen. in Exeg. ex Hippocrate lib. 2. de Morbis maiore adducit, ſcribitq́; fictitiam eſſe vocem & τὸ μισητὸν ἠχεῖν ſignificare, h.e. moleſtum & odioſum ſonum. Verùm cùm Lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν, ſecundus de morbis maior paſſim citetur à Galeno in Exeg. vt multis exemplis iam conteſtatũ habuimus: mihi verò fit ſimile Galenum aliter legiſſe quàm exemplaria noſtra ſcribant. Neq;. n. in toto libro περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν vocem [κρέκειν] ſcriptam reperias. Ac ſi coniectura vti, hac in re licet, exiſtimo Galenum κρέκειν pro κέρχειν legiſſe, vt mihi videatur locus ſubnotari qui legitur (p.199.43.) καὶ ὁ φάρυγξ δοκέει κέρχειν, & fauces ſtreperum quendam aut ſtridulum ſonum edere videntur, in ſuppuratis ex tuberculis pulmonis. Quòd ſi κρέκειν legas, & fauces moleſtum quẽdam aut odioſum ſonum edere videntur. In ſuppuratis enim ex tuberculis pulmonis fauces exaſperantur, & raucum quiddam ac odioſum inſonãt. Sic apud Gal. in Exeg. κρέκειν, & ὀνοματοποιεῖται τὸ μισητὸν ἠχεῖν leg. exiſtimo, vt κρέκειν vox ſit fictitia, quæ moleſtum aut odioſum quiddam inſonare indicet. Eſt. n. κρέκειν κρούειν, pulſare, & propriè τὴν κιθάραν κρούειν ſignificat, quod eſt citharã pulſare. Et Heſychius κρέκει κιθαρίζει exponit. Sic Ariſtoph. in auibus κρέκειν αὐλὸν dixit, ἀντὶ τοῦ αὐλεῖν, vt exponit Scholiaſtes. Κρέκειν etiam impropriè τὸ ἠχεῖν ſignificat, & κρέκοντες ἠχοῦντες exponuntur. Et Ariſtophani in eadẽ fabula cygni πτέροισι κρέκοντες dicuntur, alatum quaſſu & motu ſonum cientes aut clangorem edentes. Hinc quoq; κρέκαλοι exponitur Heſychio θρῆνοι, fletus, ploratus aut eiulatus, qui & moleſtus ac odioſus quidam eſt ſonus.

Κρέμα κρέμασον, quod eſt ſuſpendito, apud Hippocratem exponit Erotianus. At verò apud Hippocratem κρεμάσαι legitur lib. de art. (p.583.26.) ὅτῳ ἐσχασμένον ἔχοντι ἀμφὶ τὸν ὦμον τὸ ἰσον τοῦ κρεμάσαι τὸν ἄνθρωπον κατὰ τὴν μασχάλην. id in animum inducentem, vt ex humero ſuo hominem ala ſuſpendat. Et rurſus ibidem (p.653.45.) κρεμάσαι χρὴ τὸν ἄνθρωπον τῶν ποδῶν πρὸς μεσόδμην δεσμῷ δυνατῷ. Homo pedibus ex tranſuerſa mediæ domus trabe, vinculo valido ſuſpendatur. Vbi tamen mihi videtur Erotianus κρέμα pro κρεμάσαι χρὴ legiſſe, iſtũque locum ſubnotaſſe, vt ex aliis eius loci dictionibus explicatis ſatis apparet. Eſt & ἐκκρεμάσαι ẽt li. de art. (p.659.53.) ἐκ δὲ τοῦ σπαρτοῦ εἰς κεράμιον ὕδωρ ἐγχέαντας ἐκκρεμάσαι, ex affecto aũt vas fictile aqua plenum appendendum. Et rurſus (p.660.3.) ἐκ δὲ τοῦ σπαρτοῦ ἐκκρεμάσαι

βάρος ὅσον ἁρμόζει. Ipſo verò pondus quantum conuenire videbitur, appendatur. Rurſus ibidem (p.654.9.) ὡς ὅτι ἐλάχιστον χρόνον κρεμάσηται, vt quàm pauciſſimo tempore ſuſpenſus ſit. Et (ibid.) ὅπως δὲ κρεμασθῇ. vbi verò ſuſpenſus fuerit. Et rurſus ibidem (v.23.) πρὸς δὲ τὸ σῶμα τοῦ ἐκκρεμαμένου ἐξαπίνης ἐκκρεμασθέντα, repente ad ſuſpenſi hominis corpus appendere. Rurſusq; ibidem (v.25.) αὐτό τε γὰρ τὸ σῶμα κρεμάμενον τῷ ἑωυτοῦ βάρει κατάτασιν ποιέεται, ὅ, τε ἐκκρεμασθείς. Nam & corpus ipſum ſuſpēſum ſuopte pondere extenſionem facit, & qui appenſus eſt. Et (p.657.52) ὁ γὰρ πῆχυς τοῦ ἐκκρεμαμένου. Eius enim qui appenditur cubitus. Et (p.658.25.) δεῖ μέντοι τὸν ἐκκρεμάμενον ἔμπειρον εἶναι. Eum tamen qui appēditur gnarum eſſe oportet. Eſt & κρέμασις ſuſpenſio. lib. de art. (p.657.52.) ἡ δὲ κρέμασις οὐχ ἁρμόζει οὕτως τῷ τρόπῳ τῆς ἐκπτώσιος τοῦ ἄρθρου. Huic autem luxationis modo ſuſpenſio minimè conuenit. Et (pag. 658.40.) ἀλλὰ περὶ μέσον τὸ περίναιον καὶ κατὰ τὸ ἱερὸν ὀστέον τὴν ἐκκρέμασιν ποιέεται. ſed circa medium inter fœmineum & iuxta os ſacrum appenſionem faciat. Sic κρεμασμὸς etiam idem quod κρέμασις ſignificat, nempe ſuſpenſionem, vt lib. de art. (pag.624.3.) κρεμασμὸς ἐν τῇσι πλευρῇσι, coſtarum ſuſpenſio, vbi inedia vaſa vacuantur, & tunc coſtæ ſuſpenduntur, quæ ventris repletione moderata diriguntur & fulciuntur. Lib. de fract. (p. quingenteſima quinquageſima octaua, verſ. vigeſimo ſexto.) κατεκκρεμαμένον κάτηγμα ἔχειν, ſuſpenſam fracturam tenere, aut fracturam dependēte.

Κρήγυον, bonum, vtile, cordi iucundum & gratum. Gal. in Exegeſi, κρήγυον τὸ ἀγαθὸν exponit. Erotianus ἀληθὲς, additque nonnullis τὸ ἀγαθὸν ſignificare, adducto Homeri teſtimonio Il. α. (v.106.) μάντι κακῶν οὐ πώ ποτέ μοι τὸ κρήγυον εἶπας. Vtitur hac dictione Hippoc. in Coac. Præn. (p.425.16.) ἀλλ' οὐδὲ γουνάτων πόνος κρήγυον. Sed neque genuum dolor probari poteſt. κρήγυον Heſychius ἀγαθὸν, ὠφέλιμον, ὑγιές, explicat, quomodo etiā ſcribitur quibuſdam exemplaribus apud Hippoc. At ferè omnes κρήγυον ſcribunt, quod etiam Homeri Scholiaſtes τὸ ἀγαθὸν exponit.

Κρῆθμον fruticoſa eſt & folioſa herbula in maritimis & petroſis naſcens, guſtu ſalſa & amara, vnde abſtergit & ſiccat, vrinas & menſes ciēs, κρήθμου φλοιὸν, crethmi corticem ex vino ieiunæ propinat Hipp. in vteris aqua inter cutem laborantibus, cum pœoniæ granis & ſambuci ſemine, lib. περὶ γυν. φύσ. (p.214.10) Vt & aliàs vſurpat ad vteri dolores (ibid. p. 220.35.) & κρήθμου ῥίζας, crethmi radices, (ib. v.24.) vbi tamen κρίθμου paſſim legitur, quēadmodum apud Dioſc. cap.157. lib.2.

Κρημνοὶ apud Hip. exponuntur Gal. in Exeg. τὰ χείλη τῶν ἑλκῶν, ὡς ἐν τῷ περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον, καὶ τὰ περιφύσματα τοῦ γυναικείου αἰδοίου, vlceris labra, velut lib. de locis in homine, & pudēdi muliebris alæ. Sed apud Erot. χειμοὶ pro κρημνοὶ ſcribitur, vbi τὰ χείλη τοῦ γυναικείου αἰδοίου explicat, hoc eſt labra aut margines pudēdi muliebris. Pollux quoq; libr. 2. vtrinq; carnoſa muliebris pudendi corpora, μυρτοχειλίδας, ἢ κρημνοὺς, ἢ περιφύσματα dici ſcribit. Rufus verò Epheſius in primo τῶν περὶ ἀνθρώπου μορίων μυρτοχείλας vocat vtrinque poſita carnoſa corpora (libr. verò ſecundo μυρτόχειλα) quæ noſtræ ætatis medici περιφύσματα, hoc eſt, alas nominant. Ea Euryphon κρημνοὺς, quaſi dicas præcipitia, nominat. Varinus quoq; annotat κρημνοὺς dici τὰ χείλη τῶν ἑλκῶν, καὶ τὰ περιφύσματα τοῦ γυναικείου αἰδοίου apud Hippocr. καὶ τοὺς ἐξέχοντας τόπους, eminentia ac prærupta loca. κρημνὸς verò præcipitium ſignificat, aut locum pendentem, & foſſæ aut fluminis marginem ac ripam. Et Heſychio exponitur ὄχθος, ἐξοχὴ πέτρας καὶ ὄρους, βάθος, χάος. margo, rupiū ac montium prærupta altitudo, præcipitium & vorago. At locus qui à Galeno adducitur, ſcribitur lib. de loc. in homine (pag.70.42.) καὶ οἱ κρημνοὶ μεγάλοι ἔωσι τοῦ ἕλκεος. & vlceris labra magna extiterint, à ſimilitudine quam habent cum riparum aut foſſarum marginibus. Pro muliebris verò pudendi eminentiis etiam ſumitur ibidem (pag.74.8.) καὶ ὅταν μὲν μὴ βάλλωσιν τὸ στόμα αἱ μῆτραι, καὶ μὴ ψαύωσι τῶν κρημνῶν μετακεκινημέναι ἔωσιν ἔξω, σμικρότατη νοῦσος ἐστίν. Et quandoquidem vteri demiſſo ſuo oſculo, muliebris pudendi labra minimè attingentes, foras tranſmoti fuerint, leuiſſimus eſt morbus. Rurſus ibidem (v.10.) ἐπεὶ δὲ προκινηθῶσιν ἐς τὸ ἔμπροσθεν, καὶ ἐμβάλλωσι τὸ στόμα ἐς τὸν κρημνόν. Vbi autem demiſſo in pudendi labra oſculo, in anteriorem partem promoti fuerint. Ac rurſus ibidem (v.12.) εἶτα ἀποφραχθεῖσα ἡ μήτρη καὶ ἐπιπωμασθεῖσα ὑπὸ τῆς ἐμβολῆς τῆς ἐς τὸν κρημνόν. deinde ex eo, quòd in pudendi labra incumbit, vtero obturato & velut operculo tecto.

Κρηπῖδες χῖαι, Chiæ crepidæ aut crepidulæ, calceamenti genus quo vtitur Hippocr. lib. 4. de art. (p.643.48.) ἐν κυλλώσει, & in his qui ab ortu vari ſunt, aut quib. crus in exteriorem partem diſtorquetur, pes verò intrò cōuertitur. Sunt autem crepidæ aut crepidulæ Gellio libr. 13. cap. 20. calceamenti genus quod Græci κρηπῖδας vocant. Idem ſoleas à Caſtritio Rhetore dictas innuit. Vnde ſoleatos dictos ſenatores qui crepidas haberēt. Omnia enim fermè id genus, quibus plantarū calces tantùm infimę teguntur, cætera prope nuda & teretib. habenis iuncta ſunt, ſoleas dixerunt, non nunquam voce Græca crepidulas. Idem quoq; Gallicas vocatas innuit, & nouum verbum eſſe vult, quo tā vſus eſt M. Tul. Antoniana ſecūda. Etſi quidā apud Tul. Gallicas lacernę genus eſſe exiſtimant, quo Galli pluuioſo tēpore vtuntur.

Κρησέρα cribrum pollinarium ſignificat, per qđ farina expurgatur. Κρησέρα Gal. in Exeg. eſt ἡ τοῦ ἀλεύρου πτίσις ὀνομαζομένη. μάρσιππος δέ τίς ἐστιν αὐτὴ λινοῦς. Vbi certè pro ἡ τοῦ ἀλεύρου πτίσις, ἡ ἀλευρόπτισις, aut ἡ ἀλεύρου σῆσις leg. vt ſit vas illud & excuſſoriū lineū per qđ farina cribratur & excutitur, aut ſacculus quidā lineus per quem

farina trāſcolatur. Eſt.n. ἀλευρότησις Heſych. πηλία εἰς ἣν τὰ ἄλευρα διηθοῦσιν, cribrum & vas per quod farina excutitur & excolatur. Pollux lib. 6. cap. 11. ἀλευρότησιν eſſe dicit, cribrū aut excuſſorium pollinarium è lino, εἰ τῷ κοσκίνου κύκλῳ ἀντὶ τῶν σχοίνων λινοῦν τι ὑφάσμα εἴη ἐξηρτημένον, ὡς ἀκριβέστερον τὸ ἄλευρον καθαίροιτο. ſi cribri circumferentiæ iuncorum loco linteum aliquod aptatum fuerit, quo purius farina expurgetur. Erotianus κνησῖρις pro κρησέρης apud Hippocrat. legiſſe videtur, & κνησίεραν eſſe dicit ῥάκος χονδρὸν καὶ ἀραιὸν δι᾽ οὗ διηθοῦσί τινα ὡς δι᾽ ἠθμοῦ. pannum rarum, per quem quædam veluti per colum tranſcolantur. Videtur autem locus lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 267. 33.) ab Erotiano ſubnotari, in quo agitur de adiāto ſiccato, tuſo & per cribrum excuſſo, in vino nigro odorato exhibito. Vbi tame ̄ vitioſè omnibus in exemplaribus ita legitur. ἀδίαντον ξηρήνας κόψας τε καὶ διασήσας δι᾽ ἄκρης αἴρης τοῦτο διδόναι ἐν οἴνῳ μέλανι εὐώδει κεκρημένῳ. Nam pro δι᾽ ἄκρης αἴρης διὰ κρησέρης, aut vt legit Erot. διὰ κνησῖρις legendum exiſtimo, vt ſit per cribrum excuſſum & transfuſum. Aut certè locus libr περὶ ἀφόρων (pag. 294. v. 12.) ab Erotiano ſubindicatur, vbi legitur: ἵππου γάλα ἑψήσας διεὶς διὰ κρίτρης ὡς λεπτοτάτης καὶ καθαρωτάτης. Sed pro διὰ κρίτρης διὰ κρησέρης aut κνησῖρις legendū cenſeo, vt ſit, Lac equinum coctum per tenuiſſimum & puriſſimū cribrum excolato. Codex Aldinus δι᾽ ἄκρης ἄρης ibi legit, vt libr. 2. περὶ γυναικείων, & aſteriſcum apponit, qui locum magis ſuſpectū reddit. Exemplaria quædam manu ſcripta Regia διὰ κρησέρης legunt.

Κριθὴ hordeum dicitur, vnde κρίθινον ὕδωρ, aqua hordei, quam in vehementi ſiti propinat Hippocrat. libr. de rat. vict. in morb. ac. (p. 106. 28.) κριθίδιον etiam quod eſt hordeolum aut hordei granum pro hordei decocto ſumitur lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 226. 18.) οἶος κρέας κριθιδίῳ ἐξηθριασμένον. caro ouilla cum hordei decocto ſub dio per noctem expoſito. Ibidem quoque κρίδιον dicitur, ſed mihi ſuſpecta eſt lectio. Eſt etiam κριθὴ tuberculum oblongum palpebræ cilio externa parte qua pili ſunt obueniens, nobis à ſimilitudine hordeolum dictum. Huiuſmodi autem palpebrarum abſceſſus ποσθίαι quoque vocantur, hoc eſt præputiola, vt ſcribit Gal. lib. 4. comp. pharm. κτ̄ τόπ. (pag. 210. 36. & 221. 50.) In Iſagoge etiam ſcribitur (pag. 386. 23.) κριθὴ δέ ἐστι καὶ ποσθία λέγεται ὅπερ τὸ ἐκτὸς τοῦ βλεφάρου πρὸς ταῖς στεφαναίαις ὑπόπυον παραγίνεται ὅμοιον κριθῇ κατὰ τὸ σχῆμα γίνεται. γίνεται δὲ καὶ ἄλλα μείζονα κατὰ μέσα βλέφαρα κριθαὶ λεγόμενα. Hordeolum verò, quod & præputiolum, dicitur cum parte interna palpebrarum iuxta corollas ſuppuratio oblonga figura hordeo ſimilis oboritur. fiunt & alia quoque maiora in mediis palpebris eodem dicta nomine. κριθὴ authori Definit. Med. (pag. 400. 19.) ἐστὶν ὑγροῦ συλλογὴ περὶ τὸ βλέφαρον ἐπιμήκης κριθῇ ὁμοία. Hordeolum eſt humoris circa palpebrā cōcretio oblongior, hordeū referens. Paulo libr. 3. cap. 22. κριθὴ ἐστιν ἀπόστημα ἐπίμηκες κατὰ τὸν τοῦ βλεφάρου ταρσὸν ἐπιγινόμενον. Hordeolum paruulum eſt abſceſſus tuberculum, oblongum, palpebræ cilio obueniens. Celſus lib. 7. cap. 7. In eadem palpebra ſuper pilorum locum tuberculum paruum naſcitur, quod à ſimilitudine hordei à Græcis κριθὴ nominatur. Eoq; ſignificato hanc dictionem vſurpat Hippocr. lib. 2. Epid. (p. 312. 46.) ἐπὶ τοῦ βλεφάρου τοῦ ἄνω κριθὴ ἐγένετο. in ſuperiore palpebra hordeolū innatum eſt.

Κρίκος annulum & circulum ſignificat. Κρίκους vocat Hippocr. cartilagines συγχονδρώδεις, quibus arteria aſpera velut circulis conſtat, à quibus aſpera & inæqualis euadit (βρόγχια dicuntur Galeno libr. 7. de vſu partium) In libello περὶ ἀνατομῆς (pag. 54. v. 25.) de ea loquēs, κρίκοις ξυγκειμένη ὁμοφυέσι, τῶν περιφερείων ἁπτομένη κατ᾽ ἐπίπεδον ἀλλήλων, annulis inter ſe ſimilibus conſtans, & in ſuperficie mutuò rotundis aptata. Sic Celſus initio lib. 4. huiuſmodi cartilagines circulos vocat cùm de aſpera arteria ita ſcribit. Conſtat ex circulis quibuſdam compoſitis ad imaginem earum vertebrarum quę in ſpina ſunt, ita tamen vt ex parte exteriore aſpera, ex interiore ſtomachi modo læuis ſit. Inde autem fit κρικόω & ἐγκρικόω, quod eſt annulis traiicio, infibulo, aut fibulę modo illigo & pernecto. Hippocrat. lib. περὶ ὀστέων φύσ. (pag. 63. 3.) καὶ τὰς τε πλευρὰς καὶ τοὺς σπονδύλους ἐνεκρίκωσε πρὸς τὴν ἄκανθαν, coſtaſque & vertebras ad ſpinam infibulauit, aut annulis traiecit, hoc eſt ad ſpinam annulorum modo connexuit aut illigauit. ἐνεκρίκωσεν Erotianus ἐνέδυσεν exponit, immerſit. Verum in exemplaribus vitioſè ἐνεκρίνωσεν pro ἐνεκρίκωσεν ſcribitur, vt rectè annotauit Henricus Steph. & ἐνέδυσεν pro ἐνέδησεν, quod eſt illigauit, pernexuit. Sic & annotatur, ex Corintho Ionas ἐνεκρίκωσε τὸ ἐνέδησεν dicere. Verùm ἐνεκρίνωσεν vitioſè legitur. κρίκους etiam vocat annulos & circulos Hippocrates orbibus coriaceis inſutos ad diſtentionē cruris per virgas corneas moliendam, in Mochlico (pag. 512. 18. & 20.) quos ſinus & anſas appellat libro de fract. (pag. 560. 43.) ἀγκύλας, in quas retinacula ex duplici aut ſimplici loro inſeruntur.

Κρῖμνον farina craſſior dicitur, & craſſiorem in modum aut negligentius molita, & quę per cribrum laxiora habens foramina tranſmiſſa eſt. Dioſcorides cap. 112. lib. 2. κρῖμνον eſſe ſcribit, ἁδρότερον τῇ κατεργασίᾳ τοῦ ἀλεύρου γινόμενον ἔκ τε ζειᾶς καὶ πυροῦ ἐξ οὗ ὁ πολτὸς γίνεται, craſſiorem ex zea triticoque farinam ex qua fiunt pultes. Galenus quoque libr. 7. ſimplicium (pag. 94. 27.) κρῖμνον vocari ſcribit τὸ παχυμερὲς τοῦ τε πυρίνου καὶ τοῦ ἐκ τῶν ζειῶν ἀλεύρου, craſſiorem ex tritico aut zea farinā. Idem in Exeg. κρῖμνα exponit τὰ ἁδρομερέστερα τῶν ἀλφίτων, polentā craſſiorem, hoc eſt craſſiores hordei toſti partes, quę grandiuſculæ remanēt, neque ad vnguem ſunt in farinam molitæ. Rurſus Com. 2. in Prog. (p. 140. 43.) κρῖμνα καλοῦνται τὰ τοῖς ἀλφίτοις ἐμφερόμενα τῆς τε βρωμάτος

κρίθης μόρια μεγάλα, διαπεφευγότα δηλονότι τὴν ἐν τῷ μύλῳ κατεργασίας ἀκριβῆ. κρίμνα vocantur magnæ hordei toſti partes, quæ videlicet exactam molæ contuſionem effugerunt. Et rurſus ibidem, ὃ μὴ γὰρ τοῖς ἀλφίτοις τὸ μὴ καταθραυσθὲν εἰς ἄκρως λεπτὰ μόρια, γίνεται κρίμνον. In polenta nanque quod in ſummè tenues partes comminutum non eſt, κρίμνον fit. Apud Hippocrat. autem ſæpe vſurpatur in potu τὸ ἀπὸ τῶ κριμνω ὕδωρ, aqua in qua farina craſſior macerata fuerit. vt lib. 2. de Morb. (p.143.16.) τὸ ἀπὸ τῶν κρίμνων ὕδωρ πινέτω. Et rurſus (pag. 144. 24.) πίνειν μὲν τὸ ἀπὸ τῶ κρίμνω Et (p.146.38.) πίνειν δὲ διδόναι τὸ ἀπὸ τῶν κρίμνων ὕδωρ. Et (pag. 149. 44.) διδόναι πίνειν τὸ ἀπὸ τῶ κρίμνω. Et (pag.155.verſ.36.) ποτὸν χρὴ πίνειν τὸ ἀπὸ τῶ κρίμνω. Et (pagina 156. verſic. 7.) ποτὸν πιπίσκειν τὸ ἀπὸ τῶ κρίμνω. Et libr. 7. Epid. (pagina 354. verſic. 40.) προσφερόντων δὲ τινων χυλοὺς καὶ τὸ ἀπὸ κρίμνων ὕδωρ. Quibuſdam autem ſuccos & aquam in qua farina craſſior macerata eſſet, offerentibus. Et rurſus ibidem (pag. 363. 11.) ὁ πότος τὸ ἀπὸ κρίμνω, potus erat aqua in qua farinã craſſior macerata fuerat. Sic enim legendum diximus noſtris eum in locum Annotat. cum ἄποτος paſſim legant omnia exemplaria. Quibus in locis farinam hordei craſſiorem aqua maceratam eamque potui exhibitam intelligit. Cuius potionis formam deſcribit lib. 3. de Morb. (pagina 165. verſic. 29.) his verbis inter potiones refrigerantes. ποτὸν δὲ κρίμνων κριθίνων ἀλφίτων ἡμιχοίνικα, ὕδατος χοέα ἐπιχέας, ὁκόταν διοιδήσῃ τὰ κρίμνα, τρίβειν τῇσι χερσὶν ἕως ἂν λευκὸν τὸ ὕδωρ γένηται, καὶ ἀδιάντου δραχμίδα ἐμβαλὼν, αἰθριάσας διδου. farinæ hordei craſſioris dimidiæ chœnici. affuſo aquæ congio, vbi iam intumeſcunt craſſiores farinæ partes, manibus terito dum aqua albeſcat, & iniecto adianti pugillo, ſub dio expoſitum exhibeto. Sic lib. 1. περὶ γυναικ. (pagina 246. verſicul. 30.) τὸ ἀπὸ κρίμνω, hoc eſt aquam in qua farina craſſior ſit macerata, ad refrigerandum propinat. Interdum quoque farinam cum aqua potui exhibet Hippocrat. vt libr. 2 de Morb. (pagina 149. verſic. 2.) ἢν διψῇ, δοῦναι πιεῖν ἄλφιτον καὶ ὕδωρ. Et rurſus (pagina 153. verſic. 44.) καὶ τὴν ἡμέρην ταύτην πιὼν ἄλφιτον καὶ ὕδωρ. Κριμνώδεις ὑποστάσιες dicuntur Hippocrati ſedimenta in vrinis quæ hordei toſti non exactè moliti craſſiores partes referunt, indeq; perpetuò damnantur, quòd magnum internum incendium & ſanguinis exaſſationem, vehementemque partium internarum colliquationem, ſummam perniciẽ, aut longam morbi protractionem denunciant, vt oſtendimus noſtris in lib. 1. & 3. Epid. Annotat. In Progn. (pag. 140. 41.) κριμνώδεες ἐν τοῖσιν οὔροισιν ὑποστάσιες πονηραί. Sedimenta in vrinis craſſioribus hordei toſti non exactè moliti partibus ſimilia, mala ſunt. Vbi eiuſmodi ſedimenta damnat Gal. quòd ex aſſato craſſo ſanguine & colliquatis inæqualiter carnibus contingant. ἐκ πυρεταινόντων δὲ ἐν τοῖς οὔροισι κριμνώδεις αἱ ὑποστάσιες γίνονται, μακρὴν τὴν ἀῤῥωστίην σημαίνουσιν. febricitantibus ſi ſedimenta hordei toſti non exactè moliti craſſioribus fruſtulis ſimilia in vrinis contingant, longam fore ægritudinem denunciant. Vbi ſcribit Galen. experientia conteſtatum eſſe huiuſmodi ſubſidentias in vrinis ſummũ portendere exitium, eoſq; qui in morbis eiuſmodi vrinas habuerunt aut omnes morte fuiſſe præreptos, aut non niſi ægrè ac tardè longa morbi protractione liberatos. Idem libr. 1. περὶ κρίσεων (pagina 397. verſic. 57.) κριμνώδεις ὑποστάσεις damnat quòd & cruditatem & aliôqui perniciem portendant, quodque δυοῖν εἰσι διαθέσεων γνωρίσματα, συντήξεως ἀδρομερῶς, καὶ θερμασίας καυσώδους ἐκφρυγούσης τὸ αἷμα, hoc eſt, duas indicent affectiones, craſſiorum partium colliquationem, & æſtuoſam caliditatem ſanguinem torrefacientem. Ac rurſus Comm. 5. in libr. 6. Epid. (p. 514. 16.) κριμνώδεις ὑποστάσεις in vrina videri ſcribit, in partium corporis, ac præcipuè hepatis colliqustione. Quæ ſi ſint craſſiores, & duriores, nõ tamen albidæ, colliqueſcentis carnis in corpore notas præbent, ſicut & nigræ lienis magis. ὑποστάσεις κριμνώδης vſurpatur etiam Hippocrati ægro 3. a. libr. 1. Epid. & ægrot. 3. libro tertio, Epid. οὖρα λεπτὰ ποικίλα, ἐναιωρήματα ἔχοντα, κατὰ σμικρά, οἷον κρίμνα γεγονότα. Vrinæ tenues, in quibus varia inerant ſuſpenſa quædam in medio innatantia, hordei toſti non exactè moliti craſſioribus fiſtulis ferè ſimilia, genitaleque ſemen referentia. Sic κριμνώδεις οὐρήσιες dicuntur in Coac. Prænot. (p. 431. 34.) in conuulſionum ſuſpicione, vrinæ quæ hordei toſti non exactè moliti craſſioribus fruſtulis ſimilia contineant, vt & κριμνῶδες οὖρον ibidem (pag. 442. 14.) κρίμνα ἐσχαρίτης farinam craſſiorem prunis coctam ſignificant lib. 4. Epid. (pag. 333. 7.) At κρίμνα ἀλφίτου ἀδρὰ cùm dicit Hippocrates (vt ſcribit Gal. in Exegſi) τὰ μέγιστα τῶν ἀλφίτων δηλοῖ, craſſiores farinæ aut polentæ partes, & quæ craſſiorem in modum molitæ ſunt indicat. Sic libro ſecundo περὶ γυναικ. (pagina 265. verſic. 35.) ſcribitur, κρίμνα ἐκ ἀλφίτων ἀδρὰ φῶξαι. craſſiores polentæ partes torrefacere. Et libr. 3. de Morb. (pagina 165. verſ. 28) κρίμνων κριθίνων ἀδρῶν ἡμιχοίνικα. farinæ hordei craſſiorum & pleniorum partium chœnicem dimidiam. Κρίμνον etiam ſcribitur apud Hippocratem, & polentam ex craſſiore farinæ parte minus exactè molitam ſignificat, libr. περὶ γυν. φύσ. (pagina 220. 2.) κρίμνον ἐξερίσας, polentam craſſius freſam exponit Cornarius. Sed locus mihi valde ſuſpectus eſt, tum quòd κρίθην legit Caluus, tum quòd lib. 1. περὶ γυναικ. (pagina 256. 22) vbi remedium illud repetitur, pro κρίμνον ἐξερίσας, πυρὸς τεταρτημόριον ἐρείκων ſcribitur, & pro ἐξερίσας ἐξερείξας aut ἐξερύξας legendum exiſtimo, ab ἐρείκω aut ἐρύκω. Ἐρίκην certè legi poſſe aliquando exiſtimaui, vt ſit ἐρείκην idem quod ἐρεικτὴν aut ἐρεικτά. ἐρεικτὰ autem

tem οὕτως πεφρυγμένος καὶ κεκομμένος, & ἐρικτὸν κομιστὸν Heſychio exponitur, triticum frictum, contuſum, piſtum, confractum aut freſum & bene ſubactum. ἐρίκην pro ἔρειγμα, aut ἔρεγμα, quod eſt vſitatiſſimum, ab Ariſtoph. vſurpatum aſſertur. Verùm ſi ἔρεγμα legatur ἐξερείξας vacare videbitur. Locum quoq; ſuſpectum faciunt exemplaria manu ſcripta Regia, quæ κάμωλον & λάμωλον hoc loco legunt, nullo omninò ſenſu.

Κρίσις iudicium aut iudicationem ſignificat, & generali ſua notione ſubitam omnem in morbo mutationem indicat, ſiue ad ſalutem, ſiue ad mortem fiat, ſiue in peius, ſiue in melius. Gal. Comm. ad aphoriſm. 13. lib. 2. ἡ μὲν κρίσις ὀξύῤῥοπός ἐστιν ἐν νόσῳ μεταβολὴ πρὸς ὑγείαν ἢ θάνατον. Iudicatio eſt ſubita in morbo ad ſanitatem vel mortem commutatio. Rursus Comm. ad aphoriſm. 23. libr. 2. εἰκότως οὖν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ καὶ τὰς μεταβολὰς ποιεῖται μεγάλας, ὅπερ ἐστὶν ἐπὶ τῷ κρίνεσθαι. τὰς γοῦν τοιαύτας μεταβολὰς ὅταν ἀθρόως ἐν νόσῳ συμβῶσιν, αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης ὀνομάζει κρίσεις, ἐνίοτε μὲν ἀθρόως ὑγιαζομένων τῶν νοσούντων, ἢ ἀποθνησκόντων, ἐνίοτε δὲ μεταβολὴν τινα μεγάλην ποιουμένων ἐπὶ σωτηρίαν, ἢ ὄλεθρον, οὐ μὴν παραχρῆμά γε σωζόντων, ἢ ἀποθνησκόντων. ὥστ' εἶναι τὰς ὀξυῤῥόπους ἐν αὐτοῖς μεταβολάς, ὡς αὐτὸς ἐδίδαξεν ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν εἰπών, ἐπὶ σωτηρίαν, ἢ ὄλεθρον, ἢ ῥοπὴν ἐπὶ τὸ ἄμεινον, ἢ τὸ χεῖρον. Non abs re igitur breui tempore magnas faciunt mutationes, quod perinde eſt ac ſi iudicari dixeris. Siquidem mutationes huiuſmodi cùm in morbo repente contingunt Hippocrates ipſe iudicationes appellat, ægrotantibus ipſis interdum ſubitò ſanitati reſtitutis, aut mortuis, interdum quoque magnam quandam ad ſalutem vel perniciem mutationem facientibus, qui tamen non ſubitò ſeruantur aut moriuntur. Adeo vt quatuor in ipſis repentinæ mutationes fiãt, quas ipſe lib. 1. Epid. his verbis edocuit. Ad ſalutem aut perniciem mutatio fit, aut in melius aut deterius propenſio. Rurſus quoq; Com. 3. in Progn. (p. 153: 17.) ἡ γὰρ κατὰ τὸ νόσημα κρίσις ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς δικαστηρίοις μετενήνεκται, σημαίνουσα τὴν ὀξύῤῥοπον ἐν νόσῳ μεταβολήν, γινομένην κατὰ τέτταρας τρόπους. ἢ γὰρ ἀπαλλάττονται τοῦ νοσήματος εὐθέως, ἢ μεγάλην μεταβολὴν ἐπὶ τὸ βέλτιον ἴσχουσιν, ἢ ἀποθνήσκουσιν εὐθέως, ἢ χείρους γίνονται πολλῷ. τὰς μὲν οὖν πρώτας δύο κρίσεις, ἁπλῶς ὀνομάζουσι κρίσεις, τὰς δὲ δευτέρας δύο, τὰ πολλὰ μὲν ἅμα προσθήκης, κακὴν κρίσιν ἢ μοχθηρὰν κρίσιν, ἤ τι τοιοῦτον τῷ τῆς κρίσεως ὀνόματι προστιθέντες. ἔστιν ὅτε δὲ καὶ χωρὶς προσθήκης ἁπλῶς. Nomen criſis in morbis vſurpatum, à foro tranſlatum, repentinam in morbo mutationem indicat, quæ quatuor modis fit. Aut enim confeſtim à morbis liberantur, aut magnam in melius mutationem habent, aut ſtatim moriuntur, aut longè peius habent. Primas igitur duas criſes ſimpliciter criſes nominant, proximas duas vt plurimũ cum additione, malam criſim, aut prauam criſim, aut aliquid id genus criſeos nomine adiicientes, atq; interdum ſine additione ſimpliciter. Idem rurſus ibidem (pagina 154. verſic. 2.) κρίσιν eſſe ſcribit celerem quamuis mutationem, nec eam tantùm quæ fit ad ſalutem. τὸ δὲ ἐκ τούτων, ἢ ἐκ περιγίνεσθαι τὸν ἄνθρωπον, ἢ ἀπόλλυσθαι δηλωτικόν ἐστι τοῦ τὴν κρίσιν ὀνομάζειν αὐτὸν ἐπὶ πάσης τῆς ὀξυῤῥόπου μεταβολῆς, οὐ μόνης τῆς ἐπὶ σωτηρίαν. Quod autem dicitur ex his ſupereſſe hominem aut mori, id indicat eum criſim appellare celerem quamuis mutationem, non ſolùm eam quæ fit ad ſalutem. Sic κρίνεσθαι ibidem Hippocrati dicitur tum de mutatione quæ ad ſalutem, tum de ea quæ ad mortem fit, cum ſcribit: οἱ δὲ πυρετοὶ κρίνονται ἐν τῇσιν αὐτῇσιν ἡμέρῃσι τὸν ἀριθμόν. febres iiſdem numero diebus iudicantur. Et rurſus (pagina 155. verſic. 6.) τοῦτον δ' ἐν ἀρχῇσιν ἐστὶ χαλεπώτατον διαγινώσκειν τὰ μέλλοντα ἐν πλείστῳ χρόνῳ κρίνεσθαι. Sed huiuſmodi morbos, qui longiore tempore iudicari debent, ab initio perquam difficile eſt diſcernere. Vbi ſcribit Galenus καὶ ταῦθα πάλιν ἐπὶ ἀμφοτέρων ἔταξε τὸ κρίνεσθαι, τῶν τε ἀγαθὴν καὶ τῶν ἐπὶ κακὴν τὴν μεταβολὴν ποιουμένων. Rurſus hîc quoque τὸ κρίνεσθαι vſurpauit, tam de iis quæ ad bonum quàm de iis quæ ad malum mutationem faciunt. Et Comm. ad aphoriſm. 6. libr. 5. de tetano ſcribit Galenus, ταχὺ τὸ πάθος ὁ τέτανός ἐστιν, ὡς ἂν ἐξ ὀπισθοτόνου τε καὶ ἐμπροσθοτόνου συγκείμενος, ὥστ' εἰκότως αὐτὸν συντομωτέραν ποιεῖσθαι κρίσιν. Tetanus morbus eſt peracutus nempe ex emproſthotono & opiſthotono, hoc eſt in anteriorem aut poſteriorem partem ceruicis tenſione compoſitus. Ex quo ipſius breuior eſt iudicatio. Galenus etiam cap. 7. libr. 2. περὶ κρίσεων κρίσιν ſimpliciter vocat, τὴν ὀξύῤῥοπον τῆς νόσου λύσιν, ſubitam morbi ſolutionem. Atque eius commutationis morborũ ex qua liberatur æger, tres modos facit, & tres etiam ex aduerſo reſpondentes eius commutationis quæ ad perniciem tendit, & ex qua moriturus eſt æger. At initio lib. 1. περὶ κρίσεων criſis ambiguam notionem his verbis apertiſſimè declarat. εἴτε τὴν ἀθρόαν ἐν νόσῳ μεταβολήν, εἴτε τὴν ἐπὶ τὸ βέλτιον ῥοπὴν μόνην, εἴτε τὴν προηγουμένην αὐτῆς ταραχήν, εἴτε καὶ τὴν λύσιν ἅπασαν τοῦ νοσήματος, εἴτε καὶ ταύτης μόνην τὴν ἀγαθὴν ἐθέλοι τις ὀνομάζειν κρίσιν, οὐ πρόκειταί μοι διαιρεῖσθαι τὰ νῦν, ὅτι μὴ πάρεργον. Siue ſubitam in morbo mutationem, ſiue ſolam ad melius inclinationem, ſiue perturbationem quæ antecedit, ſiue omnem morbi ſolutionem, ſiuè eam tantùm quæ bono eſt, criſim velit quis nominare, hoc loco non eſt mei inſtituti, niſi obiter, diſtinguere. Quas vòcis κρίσεως notiones libr. 1. de dieb. decret. etiam attingit Galenus cùm ſcribit (pagina 424. verſic. 29.) ἡμεῖς μὲν δὴ τὴν ὀξεῖαν οὕτως ἐν νοσήματι ταραχὴν ὀνομάζομεν κρίσιν, καὶ τελευτᾶν γε αὐτὴν τὰ πολλὰ μὲν εἰς σωτηρίαν, ἔστι δ' ὅτε καὶ εἰς ὄλεθρον τοῦ κάμνοντος φαμέν. Nos quidem adeò repentinam in morbo mutationem criſim nominamus, eamque ipſam vt plurimùm ad ſalutem, interdum verò ad ægrotantis interitum tendere affirmamus. Rurſus ibidem (p. 427. 6.) οἱ μὲν γὰρ τὴν ἀθρόαν ἐν νόσῳ

μεταβολὴν ἡγοῦνται κρίσιν, οἱ δὲ εἰ μὴ προσείη τὸ ἐπ' ἀγαθῷ, κρίσιν οὔπω τὸ τοιοῦτον ὀνομάζουσιν, ἔνιοι δὲ τούτων μὲν ἑκάτερον ἀποτέλεσμα κρίσεως εἶναι φασίν. τὴν κρίσιν δὲ αὐτὴν τὴν μεταβλητικὴν ἐπιφανῶς ἐν ὀξεῖ καιρῷ σάλον ὑπάρχειν οἴονται, ἐξ αὐτῆς δηλονότι τῆς νοσήματος τῆς φύσεως γινόμενον οὐκ ἔξωθεν. Nonnulli quidem repentinam in morbo muratio-nem criſim eſſe exiſtimant, quidam etiam niſi ad ſalutem tendat, tale quid nondum criſim nominant: alii verò horum quidem vtrunque criſeos opus eſſe dicunt. Criſim autem ipſam euidenter permutatam repẽtinam agitationem eſſe exiſtimant, ex ipſa morbi natura non extrinſecus ortam. Et rurſus (pag. 431. v. 3.) εἰ μὲν γὰρ ἡ προηγουμένη τῆς λύσεως τοῦ νοσήματος ὀξεῖα ταραχὴ κατὰ τὸ τοῦ κάμνοντος σῶμα κρίσις ὀνομάζεται. Nam ſi ſubita in ægrotantis corpore perturbatio, morbi ſolutionem antecedens, criſis nominatur. Idem Com. 3. in libr. 1. Epid. has criſeos notiones aptiſſimè declarat (p. 382. 49.) ἐν ταύτῃ τῇ ῥήσει τὸ σημαινόμενον ἐκ τοῦ τῆς κρίσεως ὀνόματος ἐδίδαξεν, ὃ δὴ καὶ συντόμως ἄν τις εἴποι ὀξύῤῥοπον εἶναι μεταβολὴν νοσήματος. ὅτι δὲ τετραχῶς ἡ μεταβολὴ γίνεται, σαφῶς αὐτὸς εἶπεν. ἐπὶ γὰρ σωτηρίαν, ἢ ὄλεθρον, ἢ ῥοπὴν ἐπὶ τὸ ἄμεινον ἢ χεῖρον, ἀξιόλογον δηλονότι. παρέλειπε δὲ αὐτὸς εἰπεῖν τὸ ἀξιόλογον, ὡς ἐν τῷ κοινῷ σημαινομένῳ τοῦ τῆς κρίσεως ὀνόματος περιεχόμενον. Quid κρίσεως nomine ſignificetur hac dictione edocuit, quam quis breuiter repentinã morbi mutationem eſſe dixerit. Quòd autem quatuor modis mutatio fiat, manifeſtò dixit, nempe ad ſalutem, aut perniciem, aut ad melius vel deterius inclinationem, inſignem videlicet. Prætermiſit autem in oratione [inſignem] quòd communi criſeos ſignificato contineatur. Rurſus Comm. 2. in lib. 6. Epid. (pag. 464. 18.) κρίσιν δὲ ἤκουσεν ὑφ' ἧς ὀξύῤῥοπος γίνεται μεταβολή τις ἀξιόλογος. Iudicationem autem intellexerunt in qua repentina quædam & inſignis mutatio accidit. Et Com. 3. in lib. 3. Epid. (pag. 435. 1. καὶ γὰρ ὁ θάνατος ὑποπίπτει τῷ γενικῷ σημαινομένῳ τῆς κρίσεως ὡς ἐδείχθη. Etenim generale κρίσεως ſignificatum mortem complectitur, vt oſtenſum eſt. Et in Coac. Prænot. (pag. 430. 38.) κρίσις tam de ea quæ ad mortem tendit, quàm quę ad ſalutem morborum immutationem facit, dicitur, vbi de lingua valde nigreſcente ſcribitur, σφόδρα δὲ μελαινομένη ἐν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ κρίσιν σημαίνεσθαι δηλοῖ, valde autem nigreſcens iudicationem decimo quarto die futuram indicat. Quæ certè præcipuæ criſeos notiones ex ipſo Hippocrate hauſtæ ſunt cùm ſcribit libr. 1. Epid. in fine ſect. 3. δεῖ δὲ προσέχειν τὸν νοῦν καὶ εἰδέναι ἐν τοῖσι χρόνοισι τούτοις τὰς κρισίας ἐσομένας ἐπὶ σωτηρίῃ, ἢ ὀλέθριον, ἢ ῥοπὰς ἐπὶ τὸ ἄμεινον, ἢ τὸ χεῖρον. Animumque aduertere & noſſe oportet his in temporibus futuras iudicationes ad ſalutem aut perniciem tendere, vel momenta in melius aut deterius facere. Et libr. περὶ παθῶν (pag. 180. 28.) κρίνεσθαι in morbis dicitur, quod eſt iudicari, ὅταν αὔξωνται αἱ νοῦσοι, ἢ μαραίνωνται, ἢ μεταπίπτωσιν ἐς ἕτερον νόσημα, ἢ τελευτῶσι, cum morbi augentur, aut marceſcunt, aut in alium morbum tranſeunt, aut ceſſant. Sic κρίσις impropriè ſumitur de humorum tranſpoſitione, vbi priori morbo alter morbus ſuccedit, (vt & λύσις aph. 26. lib. 6.) In Coac. Prænot. (pag. 425. 13.) καὶ τοὺς ἐπιῤῥιγέοντας τρομώδεα γινόμενα κρίνει. atque eos qui ſubinde nouo rigore corripiuntur, ſuccedentes tremores indicant. Eſt vbi quoque κρίσις apud Hippocrat. perfectam morbi ſolutionem indicat, & eam quæ extra omnem periculi eſt aleam, vt lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 46. 52.) vbi ſcribit Galenus κρίσιν, dici ἤτοι τὴν τελείαν λύσιν τοῦ νοσήματος, ἤτοι τὴν εἰς τοσοῦτον ἀξιόλογον μεταβολήν, ὡς ἤδη κινδύνου παντὸς ἐκτὸς καθεστηκέναι. aut perfectam morbi ſolutionem, aut adeò inſignem mutationem, vt æger extra omne periculum conſtitutus videatur. Rurſus Com. 2. in eundem libr. (pág. 57. 37.) τῆς κρίσεως ὡς ἔφην ἀκουομένης, οὐ μόνον τῆς τελείας ἀπαλλαγῆς, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀξιολόγου μεταβολῆς. κρίσεως nomine accepta non ſolùm perfecta liberatione morbi, ſed & effatu digna mutatione. Sic κρίνεσθαι λύεσθαι ſignificat Hippocrati quod eſt ſolui, terminari, finiri, iudicari, in Progn. (pag. 122. 30) cùm ſcribit: κρίνεται δὲ τὰ τοιαῦτα ἐν ἡμέρῃ τε καὶ νυκτί. Huiuſmodi autem vno die & nocte iudicantur. finiri dixit Celſus c. 6. lib. 2. δοκιμάζεσθαι καὶ διαγνωρίζεσθαι exponit Gal. lib. 3. de dieb. decr. (pag. 447. 14.) quod eſt dignoſci, diſcerni, diiudicari. Si enim ex cauſa aliqua externa facies cadaueroſa extiterit, idipſum diſcernitur die vno ac nocte, quòd intra tempus affectio illa deſinat & ad ſtatum naturalem reducatur. ἐπανορθούμενος ἐν ἡμέρᾳ καὶ νυκτὶ τεύξεται dixit Galenus. Illîc nanque ἐπανόρθωσις ad ſtatum naturalem reductionem indicat. Rurſus cum ſcribitur in Progn. (pag. 139. v. 51.) οὖρον δὲ ἄριστόν ἐστιν ὅταν ᾖ λευκή τε ἡ ὑπόστασις, καὶ λείη καὶ ὁμαλὴ παρὰ πάντα τὸν χρόνον, ἔστ' ἂν κριθῇ ἡ νοῦσος. Vrina illa optima eſt, in qua per omne morbi tempus ad iudicationem vſq;, ſedimentum album fuerit læueque & æquale. μέχρι λύσεως τοῦ νοσήματος, ad morbi ſolutionem vſque exponit illîc Gal. Sic quoque lib. 1. de dieb. decr. (pag. 431. 10.) κρίνειν λύειν exponit Galen. vbi & febres diarias vno aut altero die iudicari, hoc eſt ſolui & finiri ſcribit. Atque idem libr. 3. de dieb. decr. (pag. 440. 3.) pro παύονται κρίνονται ex Progn. legit, vbi ſcribitur (pag. 154. 5.) οὗτοι γὰρ εὐηθέστατοι τῶν πυρετῶν, καὶ ἐπὶ σημείων ἀσφαλεστάτων βεβῶτες τεταρταῖοι παύονται ἢ πρόσθεν. febres enim ſaluberrimæ & quæ ſignis fulciuntur ſecuriſſimis, die quarto aut antea deſinere ſolent. Quod etiam iiſdem pene verbis repetitur lib. περὶ κρισίων (pagina 385. 17.) Κρίσις eſt ἡ ἀπόλυσις νόσου morbi ſolutio, ἐν προῤῥητικοῖς (pag. 19. 12.) cui etiam ἀκρισίαν τόνου opponit. Quibus verbis morbi qui iudicatione minimè ſoluuntur, ſed ſenſim deſinunt & longi ſunt, denotantur. τὸ κρῖνον, quod eſt iudicans, conferens aut bene faciens & moleſtiam leuans ſignificat Hippocrati

pocrati aphor. 22. lib. 5. τὸ θερμὸν φίλον καὶ κρῖνον, calidum amicum & iudicans, hoc eſt ad ſalutem conferens & eam conſeruans. Ei nanque τὸ κτεῖνον opponitur, τὸ ψυχρὸν πολέμιον καὶ κτεῖνον. frigidum inimicum & perimens. Et lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 56. 19.) τὰ κρισιμώτερα ὠφελιμώτερα, hoc eſt vtiliora, commodiora exponit Gal. Prorrh. 2. (pag. 415. 23.) αἱ ὑγρότεραι τῶν διαχωρήσεων ἑβδομαῖαι καὶ θᾶσσον κρινόμεναι. At liquidiores alui egeſtiones quæ die ſeptimo aut citius iudicio terminātur aut deſinūt. Corn. Celſus adeò iudicii nomē aut criſeos reformidat, vt eius loco finē morbi, aut procedens tempus ponat, & pro κρίνειν decernere, aut pro κρίνεσθαι ſolui aut finiri morbum. fortè quòd Latinis auribus inſolens ſit dictio, aut potiùs quòd iudicii ſeriem contemnat. Sic libr. 2. cap. 3. procedente tempore aluū contrahi, & lumbricos ſub fine morbi deſcēdere dicit, quod Hipp. in Progn. & Coac. Prænot. πρὸς κρίσιν ἰόντος τῆς νόσου. Aurelianus cap. 8. libr. 4. Tard. paſſ. properate iudicium dixit. Et cap. 6. lib. 3. vbi febris fuit atque decreuit. Et rurſus ibidem. vbi febris decreuit. Idem cap. 3. libr. 2. cuius febricula eo ſudore finitur. Rurſuſque ibidem. Neque terrere debet ea febris quæ eodem die finita eſt. Et rurſus cap. 4. habere ſudores nō per totum corpus æquales, quiq; febrem non finiant. Et cap. 6. Ex quibus cauſis interdum hæc ſpecies oritur, ſed vno die finitur, quod κρίνεται dicitur in Progn.

Κρίσις etiam pro ipſa morbi acceſſione ſumitur Hippocrati aph. 19. lib. 1. vt illîc ſcribit Gal. Et ſi pro morbi vigore quoq; ſumi poſſe aut pro criſi propriè dicta, quę eſt ſubita morbi immutatio, ibi fatetur Galenus. Rurſus idem Com. 2. in lib. 6. Epid. (p. 464. 18.) κρίσεις quibuſdam ἁπλῶς τὸν παροξυσμὸν ſignificare ſcribit. Sunt qui pro acceſſionis vigore criſim etiam ſumant aph. 19. lib. 1. Verùm Aretæus vetuſtus imprimis ſcriptor, pro ipſo morbi vigore κρίσιν ſumit, cùm ſcribit cap. 1. lib. 1. Cur. ac. πολλὸν πρὸ τῶν κρισίων ἐν τοῖσι ὀξέσι κενοῦν χρή, ἢ φαρμακεύειν, ἢ τοῖσι ἄλλοισι ἐρεθισμοῖσι χρῆσθαι. Multò enim ante iudicationes in acutis morbis euacuare, aut purgantia medicamenta ſumere, aut aliis irritamentis vti oportet. Et rurſus ibidem. ἀποσιτίζεσθαι δὲ ἐν τῇσι κρίσεσι, καὶ μικρόν τι πρὸ τῶν κρισίων. Verùm in ipſis iudicationibus & paulò ante iudicationes cibus ſubtrahendus. Et verò magna ex parte morbo in ſuo vigore conſiſtente iudicationes fiunt, vt ſcribit Galenus Com. ad aph. 19. lib. 1. Qua ratione etiam κρίσιν pro acceſſione ipſa morborum meritò illîc ſumit Gal. Magna nanque ex parte in acceſſionibus iudicationes contingunt, vt ſcribit Gal. libr. 1. & 3. de dieb. decret. & teſtatur aphoriſm. 13. lib. 2. Κρίσις quoque ἔκκρισιν & τὸ κρίνεσθαι ἐκκρίνεσθαι, quod eſt vacuari, excernere ſignificat. Libr. de loc. in homine (pag. 70. 19.) μὴ δὲ ὡς ἂν τὸ σῶμα θάλλῃ πιπίσκειν φάρμακον. οὐ γὰρ κρίνονται εἰ μὴ σμικρόν. Medicamentum quoad corpus floridū eſt non propinandum. Neq; enim vacuantur niſi modicum. Quod paulò ante ἐκκρίσεως dixit. Sic Aretæus cap. 1. libr. 1. Cur. acut. κρίσιν τῶν ἐν τῇ κοιλίῃ, alui excretionem, aut recrementorū vacuationem vocat. Neq; abſimili notione κρίνεσθαι οὖρον dicitur, cùm vrina per iudicationem profluit & excernitur. libr. 4. Epid. (p. 331. 18.) καὶ τὸ οὖρον ἐκρίθη, & vrina iudicatione eſt reddita. Κρίσις etiam Hippocrati iudiciū ſignificat aphoriſm. 1. lib. 1. Galenus rationem exponit qua probantur ea quæ in arte tractantur, & λόγον vocat, & τὴν τῶν ἀποβαινόντων ἐκ πείρας ἐπίκρισιν, hoc eſt rationem & de rei euentu per experientiam diiudicationem. Rurſus ibidem Gal. κρίσιν λόγον eſſe ſcribit, ὁ λόγος δ' ἂν ἡ κρίσις εἴη, τῷ κρίνεσθαι παρ' αὐτοῦ τὰ ποιητέα. iudicario ratio eſt qua tanquam arbitra de iis quæ facienda ſunt decernitur ac iudicium fit. Idem Empiricis τὴν κρίσιν ſignificare ſcribit τὴν τῶν διὰ τῆς πείρας εὑρισκομένων βοηθημάτων ἐπίκρισιν, hoc eſt, auxiliorum quę per experientiam inuenta ſunt delectum & diiudicationem.

Κρίσιμον quod decernit & iudicat dicitur, quodque ad iudicationem confert & eſt accommodatum. Sic libr. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 56. v. 19.) τὰ κρισιμώτερα τὰ μᾶλλον κρίσιν ποιοῦντα τοῦ νοσήματος, ὅπερ ἐστὶ δυνάμει ταὐτὸ τῷ ὠφελιμώτερα, exponit Galenus quæ magis ad criſim faciunt eamque promouent, quod perinde valet ac ſi vtilia dicas. Et Coac. Prænot. (pag. 430. verſ. 17.) τὸ κρίσιμον ad iudicationem faciens & conferens dicitur, vbi tamen publicata exemplaria χρήσιμον malè legunt. Κρισίμως διαλείπειν quod eſt iudicatoriè deſinere exponit Gal. Com. 2. in lib. 1. Epid. (pag. 373. 49.) ἐν ἡμέρᾳ κρισίμῳ παύεσθαι, καὶ μεθ' ἱδρῶτος, ἢ τινος ἄλλου τῶν ἔτι κρινόντων. die iudicatorio ceſſare & cum ſudore, aut aliquo alio iudicatorio ſigno. Quæ autem ſigna ſint κρίσιμα, & quæ ſignorum tantùm aut etiam cauſæ rationem habeant, habes fuſiſſimè apud Gal. Com. ad aph. 12. libr. 1. & cap. 3. 7. 8. & 14. lib. 1. περὶ κρίσεων & cap. 4. lib. 3. deinde apud Gorrhæum, qui & quid ſit κρίσιμος ἡμέρα abunde etiam explicat ex Galeno.

Κροκυδίζειν ſeu κροκυδίζειν eſt floccos ſeu pilos in veſte aut ſubtegmine extantes legere ac vellere, quod eſt phreniticorum ſymptoma, vt καρφολογεῖν, Galenus Comm. 1. in Prognoſt. (pag. 128. verſ. 57.) vbi Hippoc. τὰς χεῖρας κροκύδας ἀπὸ τῶν ἱματίων ἀποτίλλοντας, manus è veſte floccos euellentes damnat. Celſus floccos in veſte legere fimbriaſue diducere dixit, cap. 6. libr. 2. τὰς κροκύδας ἀφαιρέειν, quod eſt floccos aut pilos tollere ac auferre dicitur lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 98. 43.) Aretæus etiam in curat. phrenitidis cap. 1. lib. 1. cur. ac. ſtragulas veſtes glabras aut leues, hoc eſt ſine pilis eſſe vult, ὡς μὴ κροκυδίζειν ὑπομνήσιες ἔοι, vt ne floccos ex veſtibus legere in mentem ſubeat.

Κρόκη tramam ſeu ſubtegmen ſignificat, ſed ſumitur apud Hippocr. pro filo, lino aut to-

mento libr. 2. de Morb. (pag. 144. 21.) συνθεὶς τὴν τομὴν, κρόκῃ διπλῇ κατειλίξας πᾶσαν αὐτὴν (de cutis in fronte ſectione agens) totam ſectionem duplici filo implicatam aut inuolutam (hoc eſt in arctum collectam) cõponito. Ac videtur κρόκη idẽ eſſe quod κροκίς. κροκίδα autem πορφύρην, hoc eſt tomentum lanæ purpura infectæ in aures inflammatas & purulentas indit Andromachus apud Gal. lib. 3. κτ' τόπ. (pag. 192. 45.) etſi πορφυρέων vitioſè pro πορφύρην noſtris in exemplaribus legitur.

Κρόκος ſeu κρόκον ᾠοῦ oui luteum ſignificat Galeno libr. 3. περὶ εὐπορίστων (pag. 451. 35. & pag. 453. 53. & p. 457. 8.) ὁ λέκιθος dicitur, pro quo τὰ χρυσᾶ τῶν ᾠῶν & τὰ πυῤῥὰ dicit Athenæus.

Κρότων ricinus dicitur Latinis, κίκι aut κίκιον Ægypriis vocabatur, vt ſcribit Gal. in Exeg. vocum Hippocr. in κρότωνος ῥίζα, qui locus legitur lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 287. 15.) τοῦ κρότωνος ῥίζα πινομένη, ricini radix epota. Pro quo lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 220. 38.) τοῦ κροτωνοειδέος τὴν ῥίζαν δίδου πίνειν vitioſè ſcribitur. τοῦ κρότωνος ῥίζαν enim reponendum videtur. Sed pro κίκι κίκιν αἰγύπτιον ſcribit Heſychius. Κρότωνας autem apud Hippocr. exponit Galenus τὰ ἐν τῷ πνεύμονι χονδρώδη βρόγχια, cartilaginea pulmonis bronchia, & ex libro primo de Morb. maiore adducit. Legitur verò lib. 2. de Morb. paſſim inſcripto (pag. 152. 46.) μετὰ δὲ πύον πτύει, καὶ οἷα ἕλκεος κρότωνας, καὶ αὖθις βήξ. Agitur enim de aſperæ arteriæ vulnere, in quo primis diebus ſanguis expuitur, deinde pus, poſtea cartilagineę pulmonis partes, bronchia dicta, reiiciuntur. Vlceris ricinos interpretes dicunt. Vitioſè autem omnibus in exemplarib. κρότωνες legitur pro κρότωνας, vt Galenum legiſſe ſatis apparet. Sic quoque vitioſè apud Varinum κρότωνες pro κρότωνας legitur, vbi Galeni locum adducit.

Κρούματα in muſica dicuntur toni qui pulſatis organis muſicis eduntur, aut ſonus quem pulſata inſtrumenta muſica edũt. lib. 1. περὶ διαίτης (pag. 85. 28.) κρούεται τὰ κρούματα ἐν μουσικῇ, pulſatis inſtrumentis muſicis ſonus editur, pulſantur toni in muſica dixit Cornarius.

Κρυβδὴν clam, latenter, occultè. κρυβδὴν λάθρα exponit Heſychius lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 246. 42.) (κρυβδὴν τείνονται, clam extenduntur.

Κρυσταλλοῦνται χεῖρες, manus gelatæ, conglaciatæ, velut gelu frigidæ, lib. 7. Epid. (p. 357. 13.) χεῖρες ὡς ὑπὸ κρυστάλλου manus velut gelu frigidæ.

τὰ Κρύφια ſunt animi ſenſa occulta, & occultæ ratiocinationes mentis libr. 7. Epid. (pag. 367. 47.) vbi tamen κρύφιμα vitioſè legitur; & κρύφια aut κρυφαῖα legendum videtur.

Κρῶξα exponit Erotianus apud Hippocrat. λάχανον ὅμοιον σελίνῳ, φυόμενον ἐγγὺς θαλάσσης, olus apio ſimile quod iuxta mare naſcitur. Verum Erotiani locus mihi ſuſpectus eſt.

¶ Κτεὶς pecten dicitur & ſignificat locum ſub imo ventre iuxta pudenda, vbi pili inhoreſcunt, aph. 80. libr. 4 καὶ ὀδύνη ἐμπίπτῃ ἐς τὸ ὑποχόνδριον, καὶ ἐς τὸν κτένα, & dolor in imum ventrem & pectinem incidat. Varinus κτένα ἐφήβαιον explicat. Pollux τριχωσιν ἥβην τι vocat, pubem Latini dicunt. Iuuenalis, Inguina traduntur medicis iam pectine nigro.

Κτίζω condo, conſtituo, fabricor, creo, ſignificat, & κτίζομαι condor, cõſtituor, creor, Hippocrati lib. de art. (pag. 618. 49.) κύστις τε γὰρ ἡ γοναὶ, καὶ ἀρχοῦ τὸ χαλαρὸν ἐν τούτῳ ἔκτισαι. Veſica nanque, & partes naturales, rectique inteſtini laxitas eo in ſpatio conſtituta ſunt, hoc eſt condita & facta. κτίσαι enim ἱδρύσαι, ſtatuere, conſtituere exponit Heſychius, & κτίσμα ποίημα, opus conditum aut creatum. Eſt & κτίσις ἡ πρᾶξις τῶν κτιζόντων Varino. Pro ἔκτισαι autem Galenus eo in loco ἵδρυνται legit libro de vuluæ diſſectione. At verò ἔκτισαι pro κέκτισαι videtur poſitum abiecta conſonante incrementi, idque Atticè & Ionicè, vt in ἐβέβλητο. Sic ἔκτημαι pro κέκτημαι poſitum annotat Euſtath. Il. ι. εὐφρονας gratia, & ἐκτῆσθαι pro κεκτῆσθαι (v. 462.) Ἴλιον ἐκτῆσθαι εὖ ναιόμενον πτολίεθρον. apud Herodotum etiam annotatur ἔκτισται ἱρὸν, & ἔκτισται ὄνομα pro κέκτισται, & ἐκτῆσθαι & ἐκτημένοι, pro κεκτῆσθαι & κεκτημένοι.

¶ Κυάμου καρπὸν Galenus in Exegeſi Dioſcoridẽ apud Hippocr. hyoſcyami ſemen intelligere ſcribit, velut lib. 1. περὶ γυναικ. vbi tamen paſſim in omnibus exemplaribus ὑοσκυάμου καρπὸν conſtantiſſimè retinetur (pag. 260. 11.) Sic ὑοσκυάμου καρπὸν potui exhibet libr. 2. de Morb. (pag. 149. 7.) & libr. 2. περὶ γυναικ. (pag. 283. 40.) Idem Galenus ſcribit κυάμου καρπὸν quoſdam de faba Ægyptia intelligere, hoc eſt pro menſura ſumere, vt ſæpe occurrit apud medicos, ſicque κύαμον αἰγύπτιον vſurpat Hipp. lib. 2. περὶ γυν. (p. 284. 10.)

Κύαρ Galenus in Exeg. exponit τὸ τῆς βελόνης τρῆμα, acus foramẽ. Itidẽ Heſychius, τὸ τῆς ῥαφίδος τρῆμα, & τὸ τῆς κώπης τοῦ μύλου, manubrii foramẽ in mola truſatili. Pollux κύαρ vocari ſcribit in aure τὸ εἴσω κατὰ τὸ τρύπημα τὸ ὠτὸς μέχρι ἐ, interius auris foramẽ, lib. 2. Vſurpat hãc dictionẽ Hip. extremo lib. de rat. vict. in mor. ac. (pag. 116. v. 47.) ad Trichiaſin, ὑποβαλὼν τὸ ῥάμμα τῆς βελόνης τῆς τὸ κύαρ ἐχούσης, immiſſum in acus foramen filum. Et libr. 2. de Morb. (p. 147. 23.) ἔπειτα ποιήσας αὐτῶν μίαν ἀρχὴν, ῥάβδον λαβὼν κασσιτερίνην λεπτὴν, ἐκ τοῦ ἑτέρου κύαρ ἔχουσαν. Deinde vbi ipſorum principium vnum feceris, ſtanneam virgam tenuẽ altera parte foramen habentem, ſumito. Rurſus ibidem (v. 24.) καὶ ἐπὴν λάβῃς διείρας διὰ τοῦ κύαρος τὸν λίνον ἕλκειν. ac vbi per foramen tranſmiſeris, filum attrahito donec principium apprehendas.

Κύβιτον Galenus in Exegeſi apud Hippocratem explicat τὸ ἐξέχον ὀστοῦν καὶ ἀγκών, hoc eſt, os illud cubiti in brachii commiſſura extra eminẽs, & acutum illud cui innitimur, quod & ἀγκὼν dicitur. Dioſcorides verò brachii condylum ita vocari ab Hippocrate exiſtimat. Sic & Pollux lib. 2. κύβιτον Hippocrati dici

dici ſcribit κατὰ τὴν ἔξωθεν συμβολὴν τοῦ πήχεως ὑπὸ τῷ βραχίονι, quam & ἀγκῶνα & κύβιτον nominari tradit. Idem etiam ὠλέκρανον exponit extra extantem in brachii commiſſura gibbum; etſi quibuſdam ὠλέκρανον vocari ſcribit τοῦ πήχεως τὴν ὑπὸ τῷ βραχίονι συμβολὴν, κατὰ μὲν τὴν ἔνδοθεν κοιλότητα. Rufus quoque Epheſius libr. 1. περὶ ἀνθρωπ. μορ. ὠλέκρανον eſſe quibuſdam vult τὸ σύμπαν ἄρθρον τὸν ἀγκῶνα, καὶ τὸ ὀξὺ ἐφ' ὃ κλινόμενοι στηριζόμεθα, hoc eſt totum articulum, qui & ἀγκὼν dicitur, & acutum illud cui reclinati innitimur. Additq; Dores Siciliã incolentes κύβιτον appellare. Quod etiam Pollux δωρικὸν εἶναι ποίημα τῶν ἐν Σικελίᾳ Δωριέων fatetur. Eidem rurſus ἡ γωνία τοῦ ἄρθρου ἐφ' ἣν κλινόμενοι στηριζόμεθα, ἀγκὼν, ἢ ὠλέκρανον eſſe ſcribitur. Et authori Iſagoges (p. 376. 13.) ἀγκὼν dicitur καθ' ὃ συγκάμπτεται ἡ χεὶρ ὅλη, ἧς τὸ ἔξω μέρος κορωνὸν ἢ ὠλέκρανον ὀνομάζεται, qua manus tota flectitur, cuius exteriorem partem κορωνὸν & ὠλέκρανον nominant. Sic Hippocrati ἀγκὼν vocatur ἐν τῷ στηριζόμεθα lib. de fract. (pag. 530. verſ. 39.) Quem locum explicans Gal. Com. 2. in lib. de fract. (pagina 555. verſic. 56.) ἀγκῶνα apertiſſimè nominare Hippocratem ſcribit τὸ τοῦ πήχεως ὀξύτατον, καλοῦσι δὲ αὐτὸ καὶ ὠλέκρανον καὶ κύβιτον. Eſt ergo κύβιτον apud Hippocratem extremum illud vlnæ os acutum duos habẽs proceſſus, quos κορώνας aut κορωνὰ vocant, quibus cauitas σιγμοειδὴς comprehenditur, in quam τοῦ βραχίονος τὸ γιγγλυμοειδὲς, hoc eſt brachii cauitas trochleæ ſimilis, medio paruo condylo leuata inſeritur, eamque diarthroſin efficit qua manus tota extenditur & flectitur. Idque totum interdum ἀγκὼν dicitur, interdum verò ſolam cubiti extremitatem acutam indicat Hippocrati, quam τὸ τοῦ ἀγκῶνος ὀξὺ vocat lib. de fract. (pag. 576. 25.) & libr. de art. (pag. 598. 45.) & τὸ τοῦ πήχεως ὀστέον ὑπερέχον, aut τὸ ὀστέον τοῦ πήχεως τὸ ἐξέχον ἐς τὸ κοῖλον τοῦ βραχίονος, (ibidem pag. 575. verſ. 39. 53. & 56) hoc eſt os cubiti prominens, aut os cubiti quod in brachii cauum prominet. Erotianus quoque τῷ κυβιτῷ, τῷ ἀγκῶνι apud Hippocratem exponit, idque ex plurimorum authoritate. Bacchium autem τῷ κυβοειδεῖ ὀσταρίῳ καὶ τῇ πτέρνῃ, hoc eſt pro oſſiculo cubi formam babente aut calce accipere ſcribit. Verùm vt Exegeſeωs locum explanemus, & ad Hippocratis fontes deducamus, mibi certè videtur Galenus locum lib. περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον (pag. 65. 21.) illis verbis expreſſiſſe, vbi ſcribitur. αὗται σὺν τῷ ὀστέῳ περιφυεῖσαι, παρὰ τὸ τοῦ ὀστέου ἄρθρον ἤρθρωνται ἐς τὸ κύβιτον. Hæ [appendices] cum oſſe cohærentes, iuxta oſſis articulum in cubiti gibbum coarticulantur. Eoque in loco per τὸ κύβιτον Dioſcoridem brachii condylum medium & minimum, vbi cauitas eſt trochleæ ſimilis circa quam cubitus mouetur, intellexiſſe ſatis apparet. Id τὸ πτερυγὸς κοιλαινόμενον ibidem Hippocrati dicitur in manu ſcriptis exemplaribus, cùm publicata noſtra admodum vitioſa ſint, & τὸ κοῖλον τοῦ βραχίονος lib. de fract. (p. 575. 38. & 53.) & libr. de art. (p. 598. 46.) & Mochlico (p. 507. 10.) Quod certe brachii commiſſuram & flexum facit, quæ & ἀγκὼν & κύβιτον Polluci nominatur. Erotiani verò locus ibidem etiam bis exprimitur, nempe (p. 65. 18. & 24.) vbi ſcribitur. τό τε ὀστέον καὶ ἡ περόνη ἐς τὸ αὐτὸ συμβάλλοντα, ἄρθρον ἐν τῷ κυβιτῷ ποιέουσι, & tunc tum os, tum radius in idem commiſſa, articulum in cubiti gibbo faciũt. Rurſus, καὶ περόνην καλεομένην ποιέουσιν, αὗται ἑωυτῇσι ξυμβάλλουσαι ἐν τῷ κυβιτῷ ἐντὸς, & radium appellatũ efficiunt hę ſibiipſis intus in cubito cõmiſſę. Verùm κυβιτῷ legit Erotianus, vt & κυβιτὸν apud Heſychiũ ſcribitur, & ἀγκὼν exponitur. Sudas verò etiam κύβιτον babet. Eſt tamen mihi non leuiter ſuſpecta Erotiani lectio. Neq; enim Bacchium tam malè in Hipp. ſcriptis verſatum exiſtimo, vt quod de cubiti gibbo aut de brachii condylo dicitur, ad os calcanei κυβοειδὲς referat. Aut certè illa Bacchii expoſitio alium Hippocr. locum adumbrare videtur, quem tamen nondum me legere memini.

Κυγχίδα Galenus in Exeg. apud Hipp. explicat τὴν τε σμικρὴν κύλικα, καὶ τὴν ἰατρικὴν πιθάκνην, hoc eſt, paruum calicem & doliolum medicum aut vaſculum dolii figura. Sed pro κυγχίδα quidam κυλιχνίδα, quidam etiam κυχνίδα & κυκχίδα legunt. Verùm κυλιχνίδα genuinam ſcripturam reor. Eſt enim κυλιχνὶς idem quod κυλίχνη aut κύλιχνος, & κυλικὶς, hoc eſt paruus calix & pixis medicamentaria. Heſychio [κυλίχνη] exponitur ἰατρικὴ πυξὶς καὶ φιάλη. Idem κυλιχνίδας quibuſdam eſſe ſcribit κύλικας, aliis κεράμεα ἀγγεῖα, aliis pyxidas ἰατρικὰς, aliis λιβανωτίδας. Athenæus lib. 11. Alcæum κυλιχνίδας ἀντὶ τοῦ κύλικας dicere ſcribit.

Κυκᾷν eſt miſcere, confundere, perturbare, miſcellam facere, & propriè de liquoribus effertur, vnde κυκεὼν ducitur. Et Euſtathius apud Homerum κύκησε idem quod κυκεῶνα ἐποίησε exponit. Erotianus quoque apud Hip. κυκᾷν ταράττειν exponit, in dictione κυκεών. Vnde ἀνακυκᾷν & ξυγκυκᾷν, commiſcere, permiſcere. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 195. 21.) ταῦτα ξυγκυκήσας ἐκπιέτω, bæc permixta ebibat, de florulenti cyceonis commixtione. Rurſus lib. 3. de Morb. (p. 165. 32.) ὠῶν τὸ λευκὸν κατακυκῶν ἐν ὕδατος χοῒ πινέτω. ouorum candidum in aquę congio agitatum bibat. Et rurſus ibid. (v. 33.) ἢ δὲ κοιλίην ὑπάγειν τὸν νοσέοντα παρακυκᾷν. ægrum præterea ad ſubducendam aluum conturbat, concitat. Ac rurſus in Epiſtolis (p. 532. 24.) τοὺς δὲ φάρμακα κυκῶντας. bos verò pharmaca miſcentes.

Κυκεὼν Cyceonis poculum, miſcellanea eſt potio & mixtura ex variis compoſita, quæ alimenti & potus rationem habebat. Interdũ enim ex vino & melle, interdũ etiã ex vino & caſeo admixta polenta, pultis quædã ſpecies media inter liquidiorẽ & ſolidiorẽ cibũ, ac veluti quædã puls ſorbilis conficiebatur. Antiqui enim mel, polentam, caſeum, & oleũ vino admiſcebant, variamq; mixturam concinnabant, ac potionem pentaploa ex

quinque rebus dictam, cuius meminit Athenæus lib. 11. Dipnoſoph. Huiuſmodi variam potionem ſociis Vlyſſis miſcuiſſe Circen ſcribit Hom. ὀδυσ. κ. Idem quoque Il. λ. Cyceonis confectionem ab Hecameda apparatã commemorat. Et licet quid ſit mediũ inter eſculenta & potulenta, ibi tamen potui exhibetur ab Homero & vim ſedandę ſitis habet. κυκεὼν δὲ λέγεται (vt ſcribit Homeri Schol.) τὸ ἐξ οἴνου καὶ μέλιτος, καὶ ἀλφίτων καὶ ὕδατος καὶ τυροῦ ἀναμεμιγμένον πόμα. Cyceon mixtura eſt ex vino, melle, polenta, aqua, & caſeo. Heſychius quoque κυκεῶνα ἐξ οἴνου καὶ μέλιτος καὶ ὕδατος καὶ ἀλφίτων ἀναμεμιγμένον πόμα eſſe ſcribit. Apud quem etiam cyceon ex variis herbarum ſuccis aut medicamentis concinnata ſorbitio eſſe dicitur, velut vſurpatur Hippocrati lib. 2. περὶ γυν. (p. 285. 24.) Erotiano apud Hipp. κυκεὼν exponitur πόμα μετ᾽ ἀλφίτων τεταραγμένον, potio polenta permixta. Idemq; ἀπὸ τοῦ κυκᾶν, τὸ ταράττειν, quod eſt permiſcere nomen traxiſſe innuit. Nimirum libr. 6. Epid. ſect. 6. aph. 7. ſubindicans, vbi κυκεὼν ab Hippocrat. vſurpatur in dolorum alleuandorum remediis. Ibi κυκεὼν Galeno eſſe ſcribitur mixtura ex alimento & vino concinnata, in qua varia quidem temperabantur, vt mel, polenta, aliaque permulta, omnia tamen in cyceone cum vino concinnabantur. Videturque huius Cyceonis duplex fuiſſe apud antiquos ſpecies. Viliſſimus quidam ex aqua ſola & farina confectus, alter delicatior ex farina cũ quouis alio liquore, vt vino, melle, agitata & cocta, addito etiam interdum caſeo. Vtriuſque meminiſſe videtur Hippocrates & variam eius mixturam indicaſſe libr. 2. περὶ διαίτης (pag. 92. 24.) his verbis, κυκεὼν δὲ μόνον, ἐφ᾽ ὕδατι μὲν ψύχει καὶ τρέφει, ἐπ᾽ οἴνῳ δὲ θερμαίνει, καὶ τρέφει, καὶ ἵστησιν, ἐπὶ μέλιτι δὲ, θερμαίνει μὲν ἧσσον καὶ τρέφει, διαχωρέει δὲ μᾶλλον, ἢν μὴ ἄκρητον ᾖ τὸ μέλι· ἢν δὲ μὴ, οὐ διαχωρέει, ἀλλ᾽ ἵστησι. Cyceon ſolus aqua temperatus refrigerat ac nutrit, cum vino autem calefacit, nutrit & ſiſtit. Cum melle, calefacit quidem minus & nutrit, magis verò aluum ſubducit, ſi mel ſyncerum non fuerit, aliòqui aluum non ciet ſed ſiſtit. Vbi etiam cyceonas cum lacte parari & bene alere ſcribitur. Galenus etiam lib. 1. de alimentis (cap. de hordeo) in ptiſſanæ præparatione, variam cyceonis mixturam ſubindicare videtur, cum ſcribit: ἔνιοι δὲ καὶ μέλι καὶ κύμινον ἅμα τούτοις ἐπεμβάλλουσι, κυκεῶνά τινα μᾶλλον, ἢ πτισάνην σκευάζοντες. Quidam etiam mel & cuminum cum his iniiciunt, cinnum quendam potius quàm ptiſſanam apparantes. Sic enim Latini κυκεῶνα cinnum vocant, variam & confuſam Cyceonis mixturam. Vnde etiã concinnare dicitur, vt ſcribitur apud Nonium Marcellum, qui cinnum ex libro de oratore apud M. Tullium adfert. Vbi enim publicè legitur, vicinus amborum, Nonius vt cinnus legit, & mixtionem ex vtroque temperatam indicat. Plutarcho oratione 2. περὶ σαρκοφαγίας ὁ τῆς συνηθείας κυκεὼν, ὥσπερ ὁ τῆς Κίρκης dicitur, hoc eſt, conſuetudinis velut Circes poculum, vbi ad Homericum Circes poculum alluditur. Et Lucianus ἐν βίων πράσει κυκεῶνα pro rerum omnium confuſione ex opinione Heracliti ſumit. ταῦτ᾽ ὀδύρομαι, καὶ ὅτι ἔμπεδον οὐδὲν, ἀλλά κως ἐς κυκεῶνα πάντα συνειλέονται. Hęc ſunt quę deploro, & quòd nihil eſt ſolidum, ſed quodammodo omnia in cinnum conuoluuntur, rerum omnium vaſtam confuſionem & ſupinam ignorantiam denotans. Κυκεὼν autem ſimpliciter vſurpatur Hippocrati lib. de rat. vict. in mot. ac. (p. 64. 43.) οἱ δὲ καὶ κυκεῶνα ἐρρόφεον, alii cyceonem ſorpſerunt. Et lib. 2. de Morb. (p. 149. 12.) in febre quartana κυκεῶνα ex aqua propinat. Rurſus ibidem (p. 152. 15.) μήτε κυκεῶνα πινέτω, neque cyceonem bibat. Et lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 265. 39.) κυκεῶνα διδόναι præcipit, ibiq; mixturam ex polenta, caſeo caprino itraſo, & melle admixto fuiſſe indicat. Κυκεὼν etiam παχὺς, cyceon craſſus, vſurpatur Hippocrati, qui potiùs cibi quàm ſorbitionis vſum habeat, vt lib. περὶ γυν. φύσ. (p. 224. 13.) & lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 246. 39. & p. 250. 5.) Cui certè κυκεὼν λεπτὸς opponitur, quòd tenuis ſit bibique aut ſorberi poſſit, lib. 2. de Morb. (pag. 143. 38.) πρῶτον μὲν κυκεῶνα πινέτω λεπτόν. primùm cyceonem quidem tenuem aut liquidum bibat. Eſt & κυκεὼν ἄναλος παχὺς, cyceon inſulſus craſſus, lib. περὶ γυν. φύσ. (pag. 217. 28.) vt & κυκεὼν ἄναλος ſimpliciter lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 237. 9.) & lib. 2. περὶ γυν. (p. 280. 41.) Κυκεὼν ἀνθηρὸς eſt cyceon florulentus aut floridus, & floribus conditus, velut ἀνθηρὸς οἶνος aut ἀνθοσμίας, ἀνθηρὸν κυκεῶνα citat in Exeg. Gal. ex lib. 2. de Morb. maiore, verùm legitur lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 195. 15.) & varia mixtura illic deſcribitur ex pluribus herbis, & inter cætera admixto anetho & floribus, vino nigro dulci & auſtero, polenta, & farina orobi, caſeoque caprino veteri. Vbi etiam nominis notationem mihi exprimere videtur, cùm ſcribit ταῦτα ξυγκυκήσας ἐκπιέτω, hæc permixta ebibat. Nam & κυκεὼν à forma nomen traxiſſe videtur, ἀπὸ τοῦ κυκᾶν (vt vult Erotianus) quod eſt commiſcere, quòd in eo varia quædam edulia permiſceantur. Verùm ἀνθίνην κυκεῶνα pro ἀνθηρὸν habent publicata omnia exemplaria, quemadmodum ἀνθίνην οἶνον citat Galenus, etſi ἀνθινὴν vitiosè ſcribatur.

Κύκλοι προσώπου faciei circuli dicuntur, hoc eſt malarum tumores rotundi τὰ μῆλα, malas ipſas exponit Galenus in Exeg. apud Hipp. ex libro primo de Morbis maiore. Legitur autem lib. 2. de Morb. (pag. 152. 2.) καὶ οἱ κύκλοι τοῦ προσώπου ἐρυθριῶσι, malæ ipſæ, aut malarum tumores rubent, in vlcere fetuido arteriæ aſperæ. Sunt & τὰ κύκλα τῶν ὀφθαλμῶν oculorum orbes & cauitates quæ oculos ambiunt Hippocrati lib. 7. Epid. (pag. 353. 48.) τὰ κύκλα τῶν ὀφθαλμῶν ἐπώδεε, oculi in orbem intumeſcebant. κύκλα pro κύκλους Ionicè dicitur, vt & Homero & aliis poëtis, Il. ε. βάλε καμπύλα κύκλα, ἀλλ᾽ ἐπὶ κύκλους. τὰ κυκλώδεα, in

circuitu

circuitu, circunquaque. Libro ſeptimo Epid. (pagina 364. verſic. 11.) οὖρα ἐρυθρὰ τὰ κυκλόθεν, vrinæ circunquaque rubræ, hoc eſt, in circuitu. κυκλέοντα περιειλοῦντα & περιερχόμενον, hoc eſt circunuoluentem & circnmeuntem exponit Erotianus apud Hippocratem.

Κυλλὸν Hippocrati ſignificat luxationis ſpeciem quæ extra vergit & intro incuruatur aut ſinuatur, vt in tibia κύλλωσις dicitur cùm exteriorem in partem inclinatur, intus antem incuruatur & ſinuatur. Varum Latini dicunt, cui βλαισὸν, quod valgum ſignificat, opponitur. Libro de articulis (p. 630. 20.) αἰσαύτως δὲ καὶ εἰ πόδες τὸ σφυρὸν ἐξαρθρήσῃ, ἢν μὲν ἐς τὸ ἔξω μέρος, κυλλοὶ μὲν γίνονται, ἑστάναι δὲ δύνανται· ἢν δὲ ἐς τὸ εἴσω μέρος ἐξαρθρήσῃ, βλαισοὶ μὲν γίνονται, ἧσσον δὲ ἑστάναι δύνανται. Simili quoque modo, ſi ad malleolum luxatio fiat, & in exteriorem partem inclinet, vari quidem fiunt, ſed ſtare poſſunt. Quòd ſi interiorem in partem luxatio fiat, valgi quidem efficiuntur, minus autem ſtare queunt. Vbi ſcribit Galenus, κυλλὸν de omni membrorum diſtortione intelligi, & præterea quibuſdam τὴν τοιαύτην μόνην διαστροφὴν δηλοῦσθαι, ἐν ᾗ πρὸς τὴν ἔξω χώραν ἡ ῥοπὴ γίνεται τοῦ κώλου, eam diſtortionem ſignificare, in qua exteriorem in partem membri inclinatio fit. Sic enim pro εἴσω ἔξω manifeſto mendo legendũ cenſeo. Quam tamen lectionem viri aliòqui doctiſſimi ſecuti ſunt. Similiter quoque Comm. 3. in libr. κατ' ἰητρ. (pagina 700 verſic. 1.) vitioſè legitur, καὶ καλεῖται τὰ μὲν ἔξω ῥέποντα βλαισὰ, τὰ δὲ εἴσω ῥαιβὰ καὶ κυλλὰ, cum pro ἔξω εἴσω, & contra, legi debeat, quod tamen eſt ab Interpretibus præteritum. Dicuntur enim κυλλὰ quæ in exteriorem partem vergunt, quæ & ῥαιβὰ aut ῥαιβὰ, & ῥοικὰ, hoc eſt incurua, introrſum flexa. Et qui naturâ ſunt cruribus incuruis ῥοικοὶ, qualem ducem Archilochus experit apud Galenum Comm. 3. in libr. de articul. (pagina 630: verſic. 30.) quòd ea figura firmam & optimam ſtationem faciat. Galenus qnoque Comm. 4. in lib. de artic. (pagina 642. verſ. 11.) ſcribit, τὴν ἐπὶ τὰ ἔξω διαστροφὴν τοῦ σκέλους αὐτὸς ἔμπροσθεν ὀνόματι κύλλωσιν, ἐφ' ἧς ἔφην συμβαίνειν ῥέπειν εἴσω τὸν πόδα. Diſtortionem cruris in exteriorem partem ipſe antea κύλλωσιν nominauit, in qua dixi contingere vt pes intro conuertatur & inclinet. Id etiam ſatis indicat curatio κυλλώσεως illic ab Hippocrate propoſita, vt os tibiæ ad malleolum, quod extra vergit, interiorem in partem detrudatur, os verò calcis exteriorem in partem reponatur, vt in medio & pedis latere oſſa quæ eminent, ſibi mutuò occurrant. Sic κυλλοὶ incurui, & flexi dicũtur libr. de art. (pagina 627. verſic. 37.) καὶ ἀναγκάζονται κατὰ τὸν κενεῶνα ἢ κατὰ τὸ ἄρθρον τὸ ἐκπεπτωκὸς κυλλοὶ & σκολιοὶ εἶναι. coguntur q; ad lateris inanitatem aut prolapſum articulum incuruari & obliquari, hoc eſt incurui & obliqui eſſe. Etenim quibus caput fęmoris intro coxa excidit, ii corpus ad lateris inanitatem contrahunt & incuruant, cùm manu ad externam femoris regionem appoſita corpus ſinuant & obliquant. Ii etiam lib. de art. (pag. 628. verſic. 5.) κυλλαινόμενοι κατὰ τὸν κενεῶνα dicuntur, ad lateris inanitatem incuruari, ſinuati. In Mochlico verò (pagina 508. verſic. 14.) καμπύλοι ἐν τῷ κενεῶνι. Qua notione κυλλὸν καμπύλον, hoc eſt flexum, inflexum exponit Heſychius. Κυλλοὶ etiam vari vocantur quibus femoris articulus exteriorem in partem excidit, cùm iis pes interiorem in partem feratur, lib. de artic. (pag. 630. verſ. 21.) & ibidem (v. 50.) κυλλὸν πόδα vocat Hippocrat. pedem varum, cùm ſuo extremo interiorem in partem vergit. Rurſus ibidem (pag. 631. verſ. 43.) ὁ μηρὸς κυλλότερος γίνεται, femur magis incuruatur, inflectitur, aut varum magis redditur & contrahitur. Eſt & κύλλωσις cruris diſtortio exteriorem in partem, cùm pes intrò conuertitur, Gal. Comm. 4. in lib. de artic. (pag. 642. verſic. 11.) Et ibidem (v. 29) & in Mochlico (pag. 509. 45.) Indeque κυλλοῦν incuruum & flexuoſum reddere ſignificat, & de his dicitur, quæ adũca & flexa extendi nequeunt. Quem in vſum accommodauit Gal. Com. 3. in lib. de art. (p. 636. 24) ὅμοιον δὲ τούτῳ συμβαίνειν εἴωθεν ἐπὶ ταῖς μεγάλαις τε & σκληραῖς οὐλαῖς. & γὰρ & αὗται κατὰ μὲν τὴν ἔνδον χώραν συμφυόμεναι, κυλλοῦσι τὸ μέρος, κατὰ δὲ τὴν ἔξω, τὸ καλούμενον, ὡς ἔφην, ὀρθόκυλλον ἐργάζονται. Huic verò affine ex magnis & duris cicatricibus cõtingere ſolet. Eæ enim cùm interiore in regione concreſcunt, partẽ incuruant & inflectunt. Ab exteriore verò, vitium (vt dixi) ὀρθόκυλλον vocatum efficiunt. Atq; hinc κυλλομένη κοιλίη nouè dicitur Hippocrati in Coac. Prænot. (p. 444. 7.) quæ ὀγκωμένη in Prorrh. aluus intumeſcens, protuberans, gibboſa, quòd τὰ κυλλὰ ſint interiore parte flexuoſa & incurua, exteriore verò protuberent & gibbum faciant, qualia ferè ſunt quæ intumeſcunt & intrò cauantur. Verùm ὀγκυλομένη illic legendum eſſe ex Erotiano noſtris in eum locum Annotat. ſcribimus. Κυλλὸν etiam curtum, mancum, mutilum, contractum, debile & imperfectum apud Hipp. ſæpe ſignificat libr. de art. quomodo κυλλὸν τὸ οὖς dicitur auris curta & mutila libr. de art. (pag. 609. verſic. 43.

Κυνάγχη aut συνάγχη angina dicitur, gutturis affectus cum ſuffocationis ſenſu & ſpirandi difficultate. Hippocr. in Progn. (p. 158. 29.) κυνάγχας in tres ſpecies diſtinguit, primamqne facit, vbi internorum gutturis muſculorum inflammatio ægrum occupat, neque in faucibus aut ceruice tumor apparet, quæ omnium periculoſiſſima eſt & citiſſimè necat, proprieque κυνάγχη nominatur. Secundam verò vbi tumor & rubor fauces occupat cum magno dolore, affectis internis faucium muſculis, quam συνάγχην peculiari nomine recentiores appellant. Tertiã quoque vbi non ſolùm fauces ſed & ceruicem rubor occupat, affectis externis τῆς φάρυγγος

muſculis, quam παρασυνάγχην recentiores, Galenus etiam συνάγχην vocari ſcribit. At Galenus lib. 4. de loc. aff. cap. 5. κυνάγχας ab Hipp. vocari vult omnes gutturis affectus, qui deteriorẽ ſpirationem reddunt, eaſq; in quatuor ſpecies diſtinguit. Primã quidẽ vbi interni fauciũ muſculi inflãmatione tentantur, quam propriè συνάγχην nominant. Alterã cùm neq; fauces, neq; reliquę oris partes, neq; externarũ partium vlla, verùm interni laryngis muſculi inflãmationem concipiunt, κυνάγχην peculiariter vocant (Paulus cap. 27. lib. 3. tertiam ſpeciem facit) Tertiam cùm exteriores faucium muſculi inflammatione laborant, παρασυνάγχη dicitur, & Paulo ſecundũ genus conſtituitur. Quartum genus eſt vbi gutturis tum externæ tum internę partes ſimiliter affectę ſunt, & παρασυνάγχη nominatur. Sunt autem iſta recentiorum nomina, cùm antiqui κυνάγχην aut συνάγχην tantùm appellarent, vt vult Galenus, qui hæc diſtincta anginæ genera etiam agnoſcit Comm. ad aph. 34. lib. 4. his verbis: λεπτὸς ὁ λάρυγξ ἐστὶν ὁ τὴν αἰφνίδιον πνῖγα δυνάμενος ποιῆσαι, ὁ παιδὶ συνίσταταί τι κατὰ τοῦτον ὁ τοῦ πνεύμονος πόρος, ὅτ' ἔνδον αὐτοῦ μύες ἅμα τῷ περιέχοντι χιτῶνι φλεγμαίνοντες, ἀποκλείσαι δύναιντο τὴν ὁδὸν τοῦ πνεύματος. ὀνομάζουσι δὲ ἔνιοι τῶν ἰατρῶν τὴν τοιαύτην διάθεσιν οὐ διὰ τοῦ σ συνάγχην ἀλλὰ διὰ τοῦ κ κυνάγχην, οἷς ἀρέσκει τὴν τῆς φάρυγγος φλεγμονὴν, διὰ τοῦ σ συνάγχην, ἔνιοι δὲ καὶ παρασυνάγχην καὶ παρακυνάγχην ὀνομάζουσι· παρασυνάγχην μὲν ὅταν τῶν ἐπικειμένων τῇ φάρυγγι μυῶν γένηται φλεγμονὴ, παρακυνάγχην δὲ, ὅταν ἔξωθεν τοῦ λάρυγγος. Reſtat guttur quod ſubitam poteſt ſuffocationem efficere, quandoquidem tum iuxta ipſum coarctatur pulmonis meatus, tum muſculi ipſius interiores vnà cum ambiente tunica inflammationem patientes, ſpiritus viam poſſunt intercludere. Huiuſmodi autẽ affectionem nonnulli medici non per σ συνάγχην, ſed per κ κυνάγχην nominant, quibus placet faucium inflãmationem per σ συνάγχην appellare. Quidam etiam & παρασυνάγχην & παρακυνάγχην vocant. παρασυνάγχην quidem cùm faucibus adiacẽtium muſculorũ inflammatio fuerit, παρακυνάγχην autem, quando extra guttur inflammatio extiterit. Eſt & quintum anginæ genus vbi luxatæ ceruicis vertebræ ad anteriora prominent, cauumque efficiunt, pueris ex caſu obueniens (vt ſcribit Paulus) fereq́ne incurabile. In eo muſculi interdum ſoli qui eum vertebris communicant, tumore pręter naturam afficiuntur, interdũ etiam ibi tuberculum obnaſcitur, vel gula pariter vitiatur. Nonnunquã quoq; muſculi qui gulam gutturi coniungunt, quinetiã ꝓptũ aliquãdo gutturis muſculi qui ipſum aperiunt, oblæduntur. Quod anginæ genus, etſi rarum eſt deſcribitur tamen Hippocrati ampliſſimè lib. 2. Epid. (p. 313. 44.) & aph. 26. lib. 3. & 35. li. 4. & Prorr. (p. 195. 19.) & Coac. Pręn. (p. 131. 36.) Gal. etiam cõmemoratur lib. 4. de loc. aff. & Com. 1. in Prorrh. (p. 174. 56)

Eam anginã propriè veterib. κυνάγχην fuiſſe appellatam ſcribit Aetius, quòd propter luxatam ceruicis vertebram lingua ſua radice emota & ſuis ſedibus excedente, cogantur ęgri aperto ore perpetuò hiare, & canũ more linguam exerere. κυναγχικὼς vocat Hipp. lib. 2. Epid. & Gal. Com. 1. in Prorrh. Anginam (quam συνάγχην vocat) duplicẽ ſtatuit Hipp. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 95. 42) pituitoſam vnam, & alteram bilioſam. Lib. etiam de Morb. 2. (p. 141. 38.) κυνάγχη deſcribitur, rurſuſq; (p. 145. 39.) triplex ſtatuitur, & lib. 3. (p. 160. 26.) κυνάγχη & παρακυνάγχη nominatur. Vt vel inde facilè colligas κυνάγχην veteres appellaſſe, omnem oris, faucium, & adiacentium partium affectum cũ ſpirandi difficultate coniunctum, quod etiã ſcriptis tradidit Galenus, κυνάγχην etiam vocat lib. de loc. in homine (pag. 71. 1.) quam κυνάγχην aliâs, cuius etiam quatuor genera videntur obiter ab Hipp. attingi aph. 2. lib. 6. Epid. ſect. 7. & lib. 2. Epid. ſect. 2. De angina quoque multa ſcribuntur Coac. Prænot. (p. 431. 32. & (pag. 434. 25. & poſtea) Eſt & propriè dictæ κυνάγχης verè expreſſus typus ægr. 7. libr. 3. Epid. ἡ συνάγχη dicitur Galeno ἡ κατὰ τὴν φάρυγγα μερῶν φλεγμονὴ, inflammatio partium quæ ſunt circa fauces, Com. 4. in libr. de rat. vict. in morb. ac. (p. 92. 44.) Et authori Definit. Medicarum (p. 397. 23.) συνάγχη ἐστὶ πάθος περὶ τὸν τράχηλον ὀξὺ, χαλεπὸν, πνιγμοῦ τὸν κάμνοντα ἐξάγον. Angina eſt colli affectus acutus, grauis, ægrum præfocatione angens. aut, συνάγχη ἐστὶ φλεγμονὴ, τοῖς μὲν ἔξωθεν τοῦ τραχήλου, ὥστε ἐξογκοῦσθαι τὰ μέρη, τοῖς δὲ ἔνδοθεν τῶν παρισθμίων, ὥστε συμπάσχειν τὰ ἀναπνευστικὰ ὄργανα καὶ δυσπνοεῖν. Angina eſt inflammatio, his quidem extra collum, adeo vt partes intumeſcant, aliis verò intra tonſillas, ita vt ſimul quoq; afficiantur reſpirationis inſtrumenta, & difficilis reſpiratio conſequatur. Aretæus autẽ author vetuſtus & grauis de angina ſic ſcribit, cap. 7. lib. 1. Cur. ac. ἡ συνάγχη κάκιστον μὲν τὸ πάθος· ἀναπνοῆς γὰρ ἡ πνίξις. δύο δὲ τὰ εἴδεα. ἢ γὰρ τῶν ὀργάνων τῶν τῆς ἀναπνοῆς ἐστι φλεγμονὴ, ἢ μούνου τοῦ πνεύματος πάθος, ἐφ' ἑωυτοῦ τὴν αἰτίην ἔχοντος. ὀργάνων δὲ, παρισθμίων, ἐπιγλωττίδος, φαρυγέθρου, κίονος, ἄκρης ἀρτηρίης. ἢν δὲ ἐπινέμηται ἡ φλεγμονὴ, καὶ γλώσσης καὶ γνάθων τῶν εἴσω, ὑπερβάλλουσι τῶν ὀδόντων τὴν γλῶτταν ὑπερβολῇ μεγέθεος. πίμπλησι γὰρ τὴν χώρην τοῦ στόματος, καὶ τὸ προσέχον ἑωυτῆς ὑπὲρ τοὺς ὀδόντας ὀχέεται. συνάγχη δὲ καὶ κυνάγχη τόδε καλέεται, ἢ ἐν τῷ συνεχεῖ πάθει τοῦδε τοῦ ζώου, ἢ τῷ ξυνήθει τῇ προβολῇ τῆς γλώσσης, καὶ ἐν ὑγείῃ. τῷ ἑτέρῳ δὲ εἴδεϊ τὰ ἐναντία ξύνεσι, ξύμπτωσις τῶν ὀργάνων, καὶ ἰσχνότης ἐπὶ μᾶλλον τῆς ἑκάστου φύσιος, καὶ πνῖξ καρτερὴ, ὡς δοκέειν σφίσι αὐτέοισι ἐς θώρηκα ἐς τὰ ἀφανέας ἐκκηρύσσεσθαι τὴν φλεγμονὴν ἀμφὶ καρδίην καὶ πνεύμονα. συνάγχην τήνδε καλέομεν, οἷον συμπνίγουσαν ἔον καὶ ἄγχουσαν. Angina peracutus affectus eſt, ſpiritus enim cõpreſſio eſt. Cuius duo ſunt genera. aut n. ſpirandi inſtrumentorũ inflammatio eſt, aut ſolius ſpiritus affectus, qui ex ſeipſo cauſam habeat. Inſtrumẽtorũ quidẽ, tonſillarũ, ligulæ, fauciũ, columellæ,

ſummæ

ſummæ arteriæ. Si verò inflammatio depaſcitur, etiam linguæ & interiorum malarum, quo tempore propter inflammationis excedentem magnitudinem, linguam exerunt. Oris enim capacitatẽ implet, & quod in ea ſuperfluum eſt, extra dentes exeritur. Hic affectus συνάγχη, quod eſt angina, & κυνάγχη, hoc eſt canina angina vocatur, vel quòd huiuſmodi animalia aſſiduè hoc malo tententur, vel quòd etiam ſanitatis tempore ea linguam exerere conſueuerint. In altero autem genere cõtraria ineſſe ſolent, inſtrumentorum collapſio, & ſupra cuiuſq; naturam extenuatio, & violenta ſtrangulatio, adeò vt ipſi in thoracis penetralib. ſibi circa cor & pulmonem latêre inflãmationẽ exiſtiment. συνάγχην eam vocamus, tanquã intrò vergentem atque augentẽ. Has duas ſpecies ſic alibi deſcribit, cap. 7. lib. 1. cur. ac. δισσαὶ συνάγχας εἰσὶν ἰδέαι· ἡ μὲν ξὺν θέρμασίῃ καὶ μεγάλῃ φρήσει τῶν παρισθμίων, καὶ ἐξογκοῦσι ἔξω, ἀτὰρ καὶ ἡ γλῶσσα καὶ ὁ γαργαρεών, καὶ πάντα τὰ τῇδε μόρια, ἐς ὄγκον αἰρέεται· ἡ δὲ ἑτέρη, ξύμπτωσις ἐστὶ τουτέων ἤδη ἐς τὸ ἔσω πίεσις, ξὺν ἀγχόνῃ μέζονι, ὡς δοκέειν τὴν φλεγμασίην ἔσω μέχρι τῆς καρδίης ἐρηρεῖσθαι. Anginæ duę ſunt ſpecies. Vna quidem cum calore & magna tonſillarum inflatione & externo tumore. Quinetiam lingua, curgulio, & omnes circumcirca partes in tumorem attollũtur. In altera earum partium eſt collapſio, verùm interior compreſſio cum maiore ſtrangulatione, adeò vt inflammatio intrò ad cor vſque pertingere videatur. De quatuor anginæ ſpeciebus agit etiã Trallianus lib. 4. cap. 1. & Actuarius lib. 2. περὶ διαγνώσ. cap. 19. & Aëtius. ca. 47. lib. 4. tetrab. 2. vbi certè ex Galeno huiuſmodi ſpecies, ſed parum exactè, mihi deſcribi vidẽtur. Neq; verò admodum ſunt accurata, aut his quæ ſcripſimus conſentanea, quæ de angina hũc in modũ dicuntur Celſo cap. 4. lib. 4. vt hoc autẽ morbi genus circa totam ceruicem, ſic alterum æquè peſtiferum acutumq; in faucibus eſſe cõſueuit. Noſtri Anginã vocant, apud Græcos nomen prout ſpecies eſt. Interdum enim neq; rubor, neq; tumor vllus apparet, ſed corpus aridum eſt, vix ſpiritus trahitur, membra ſoluũtur, id συνάγχην vocant. Interdum lingua fauceſq; cum rubore intumeſcunt, vox nihil ſignificat, oculi vertuntur, facies pallet, ſingultuſque eſt, id ὡς συνάγχη vocatur. Illa communia ſunt, æger non cibum deuorare, nõ potionem poteſt, ſpiritus eius includitur. Leuius eſt, vbi tumor tantummodo, & rubor eſt, cætera non ſequuntur, id παρασυνάγχην appellant.

Κυνόδοντες canini dẽtes quatuor, inter inciſorios & molares ſiti, in vtraq; gena duo, & ſinguli, radices ſingulares ſortiti. Hi à baſi rotunda acuti, non lati, ſed faſtigiati deſinunt, canum dentibus ſimillimi, cibum potiùs frangentes quàm incidentes. Inciſores ſequuntur eruptionis & generationis ordine, & in pueris nono, decimo, aut duodecimo menſe erumpunt, plærunque etiam decimo quinto & decimo ſeptimo. Quo tempore cum acutiores ſint, plus doloris inferunt, gingiuarum prurigines, febres, conuulſiones, & alui profluuia inuehunt, aphor. 25. libro 3.

Κυρβασία, pilei acuti genus, & tiara erecta, qua Perſarum reges vtebantur. Vnde ὀρθὴ τιάρα dicebatur, ad diſcrimen τῆς ἐπικεκλιμένης τιάρας, tiaræ inclinatæ, quam ἐπτυγμένην καὶ προβάλλουσαν εἰς τὸ μέτωπον, complicatam & in frõtem inclinatam aut prominentem dicit Ariſtoph. Schol. in Auibus, eaq; omnibus Perſis vti licuiſſe ſcribit, erecta ſolis regibus relicta. κυρβασία Sudæ eſt περικεφαλαίας εἶδος καὶ πῖλος, pilei genus in conum educti, aut caſſidis criſtatæ, à ſimilitudine criſtæ gallinaceæ. κυρβασία etiam eſt Heſychio κορυφὴ ἀλέκτορος, criſta gallinacea, & ὀρθὴ τιάρα, qua ſoli Perſarum reges vtebantur. Pollux cap. 13. lib. 7. κυρβασίας κίδαρις καὶ πῖλοι vocari ſcribit. lib. verò. 5. cap. 16. τιάραν, κυρβασίαν, Perſici pilei genus eſſe ſcribit. Verùm illîc κυβαρσία legitur. Galenus in Exegeſi vocum Hipp. κυρβασίην πῖλον ὀξὺν ὃν καὶ τιάραν exponit. Erotianus κυρβασίαν, τὴν λεγομένην τιάραν, additq; ex Hecatæi authoritate apud Comicos ſic dici pileum barbaricum. Hanc autẽ dictionem vſurpat Hipp. lib. 2. περὶ γυν. (p. 284. 34.) vbi ad integendam mammam betæ folia ex linteo in pileum acutum conſuto, imponit, ea magnitudine vt mammam contineat, ῥάψαι ἐς ῥάκος ὡς κυρβασίην, linteũ in ſacculi formam conſutum dixit Caluus.

Κυρέω, κυρῶ, τυγχάνω ſignificat, euenio, cõtingo, nanciſcor, conſequor, incido. Eo verbo vſus eſt Hipp. lib. de art. (p. 650. 30.) καὶ μήπω κυρέοι τὸ σῶμα τεθνεός. neq; dum corpus emortuum fuerit. Hinc συγκυρέω, quo vtitur lib. 1. de morb. (p. 137. 38.) συγκυρήσει ὥστε ῥῖγος μεθύοντα. cõtinget vt rigor ebrium corripiat. Et rurſus ἐν παραγγελίαις (p. 18. 23.) προσεγκυρέοντας ἑωυτοῖσι καταγελασμὸν, ſeipſos ludibrio & deridendos exhibentes. Vnde ἐγκυρεῖν ἀντιχεῖν apud Herodotum Polymnia.

Κυρήβια Galenus in Exeg. ἄχυρα exponit, hoc eſt, glumas, paleas, & acera hordei, quæ decidunt dum torretur aut aqua maceratur. Idem etiã τὰ πίτυρα ſignificare ſcribit, & τὰ τῶν κριθῶν ἀποβρέγματα, furfures & hordei purgamenta. Sudas verò κυρήβια exponit, τὰ ἄχυρα καὶ τὰ πίτυρα τῶν πυρῶν, vt nõ ſolùm hordei ſed etiam tritici purgamenta intelligantur, quæ tum decidunt, dum vel aqua maceratur, vel torretur ad ſolem vel in furno. Erotiano etiam κυρήβιον, τῶν ἀχύρων καὶ πιτύρων, exponitur apud Hipp. apud quem κυρύβιον pro κυρήβιον mendosè ſcriptum exiſtimo. Idemq; adſcribit Atticam eſſe dictionem. Ariſtoph. Schol. in veſpis, κυρήβια, πίτυρα, καὶ τὰ τῶν κριθῶν ἀποβρέγματα καὶ ἄχυρα exponit. Idem in Equitibus. κυρήβια eſſe ſcribit, ἔνθα αἱ κάχρυς φρύγονται. Sunt autem κάχρυς αἱ πεφωσμέναι κριθαὶ, hordeum decorticatum, vt antea adſcripſimus. Quam etiam ſignificationem adducit Varinus, & κυρή-

βια, πίτυρα, τῶν κριθῶν ἀποβρέγματα, τὰ ἄχυρα, ἢ τῶν πυρῶν, indicare adſcribit. Heſychius autem κυρήβια ſcribit, & τῶν κριθῶν τὰ ἀποβρέγματα exponit, καὶ κυάμων λέπυρα, fabarum cortices, & τὰ τῆς κέγχρου ἄλφιτα, farinam è milio. Quẽadmodum & Pollux lib.1. κυρήβια, τῶν πυρῶν τὰ φαυλότατα, repurgamenta & excrementa tritici exponit. Sunt etiam qui κυρήβια apud Hippocr. legunt, vt Varinus & Gorrhæus, atque eam lectionem ex Galeno afferunt. Verùm apud Hippoc. κυρήβια legitur, vt lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p.226.34.) κυρήβιον τῶν ἀπὸ τῶν κριθῶν. Et lib.2. περὶ γυναικ. (pag.278.v.22.) κυρήβιον τῶν ἀπὸ τῶν κριθέων. vbi hordei furfures & repurgamenta, quæ decidunt cùm aqua maceratur, intelliguntur. Legitur & apud Hipp. κυβήεια libr. a. περὶ διαίτης (pag.93.8.) κέγχρων χόνδροι, κυβήεια, ξηρὰ καὶ σιτία. Sed ibi mendum eſſe ſuſpicor, & κυρήβια legendum, vt ſint πίτυρα, aut κυρήβια, quę τῶν κέγχρων ἄλφιτα exponit Heſychius. κυρήβια autem ἄχυρα ſignificare ſatis indicat locus lib. 2. περὶ γυν. (pagina a87. verſic. 28.) vbi κριθὰς ξὺν τοῖς κυρηβίοισι ſcribit. & lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p.227. verſic.31.) vbi idem repetitur, κριθὰς ξὺν τοῖς ἀχύροις dicit.

Κυρίαι ἡμέραι dicuntur dies iudicatorii, in quibus rata ſunt & firma de morbo iudicia, & certa ſalutis aut mortis auguria. Galenus in Exegeſi κυρίῃσιν ἡμέρῃσιν ἡμέραις ταῖς τὰ τοιαῦτα κρίνειν πεπιστευμέναις exponit, diebus quæ talia decernere certò creduntur. Quam locutionem vſurpat Hippocr. lib.1. de Morb. (pagina 132. verſic. 4.) ἢν περιπνευμονίῃ ληφθεὶς μὴ καθαρθῇ ἐν τῇσι κυρίῃσιν ἡμέρῃσιν. Si inflammatione pulmonis correptus, diebus iudicatoriis, aut qui talia decernere creduntur, non purgatus fuerit. Rurſus ibidem (pagina 133. verſic. t.) καὶ ἐν τῇσι κυρίῃσιν ἡμέρῃσι μήτε σαπῇ μήτε πτυσθῇ. neque diebus iudicatoriis computruit, neque ſputo repurgata eſt. Loquitur enim de pleuritide vehementi, ex qua ſuppurati euadunt. Et rurſus (pagina 137. verſic. a 3.) ὁκόσαι νοῦσοι κρίνονται ἐν τῇσι κυρίῃσι τῶν ἡμερέων. morbi qui diebus iudicatoriis decernunt. Et (pagina 138. verſic. t8.) καὶ ἢν μὴ ἐν τῇσι κυρίῃσι τῶν ἡμερέων σαπέντα πτυσθῇ. ſiquę diebus iudicatoriis quæ computruerint expuantur. Alia verò notione dicuntur κυριώταται ἡμέραι libr.1. περὶ γυναικ. (pagina 238. verſic. 38.) hoc eſt, dies valde accommodati & opportuni ad conceptionem, nempe vbi fluere menſes deſierint, vt rum tempus ad cõgreſſum ſit valde opportunum & ad periculum de conceptu faciũdum.

Κυρκανᾶν, miſcere, turbare, confundere. κυρκανᾶν, κυκᾶν, ταράσσειν, exponit Heſychius. Sudas autẽ κυρκανᾶν, ταράσσειν, κυκᾶν. Sunt qui abſq; ρ ſcriptum aliquando inueniri contendant, vnde κυκάν pro κυρκάν, & ταραχὴ dicatur. κυρκανᾶσθαι ſcribitur Hippocrati libr. t. περὶ γυναικ. (pagina 247. verſiculo 3.) καὶ ἔστιν ᾗσιν κυρκανᾶται. quibuſdam etiam interdum conturbatur, aut commouetur. Quem locum exprimens Erotianus, κυρκανᾶται ταράττεται exponit.

Κύρσον Gal. in Exegeſi apud Hippocr. πρωκτὸν, hoc eſt, podicem exponit. Verum κύσαρον pro κύρσον apud Gal. legendum exiſtimo, aut certè in Hippocrate κυσὸν pro κύσαρον, Galenum legiſſe eſt cenſendum, itaq; ſcripſiſſe. Eſt enim κυσὸς Heſychio ἡ πυγὴ podex, vt poſtea ſcribemus.

Κυρτώματα ſignificant Hippocrati tumores prę ter naturam, extuberantias & gibboſitates, velut connexitates quaſdam. In Progn. (p. 139. 39.) τοῖς δ' ἐν τῷ ὑποχονδρίῳ πόνοι τε καὶ τὰ κυρτώματα. Præcordiorum dolores & tumores, vbi ſcribit Gal. κυρτώματα τῶν ὑποχονδρίων ὠνόμασεν, ἃ διὰ τῶν ἔμπροσθεν οἰδήματα προσηγόρευσεν. ἔστι δὲ ταῦτα πάντες οἱ παρὰ φύσιν ὄγκοι, χωρὶς μὲν φλεγμονῆς ἤδη γενόμενοι πνευματώδεις, καὶ μάλισθ' ὅταν ὦσι πρόσφατοι. κυρτώματα præcordiorũ nominauit, quæ antea οἰδήματα appellauit. Tales ſunt omnes præter naturã tumores flatulenti, ſine inflammatione, idq; potiſſimũ ſi recentes fuerint. Sic κύρτωμα τῆς γαστρὸς vẽtris tumor ac gibbus in prægnante dicitur Prorrh.a. (pag.422.1.) Et κυρτὴ κοιλίη, aluus gibboſa, protuberãs, intumeſcens, aut à flatibus diſtenta, lib.4. Epid. (pag.329.31.) Et κυρτὸς σπλὴν, lien intumeſcens & incuruus; de lienis tumore lib.2. Epid. (p.313.43.) vt lienis περιφερὲς κύρτωμα rotundus tumor, ægr. t. lib.1. Epid. Sic κυρτοὶ vocantur, hoc eſt conuexi, qui ὑβοὶ καὶ κυφοὶ gibboſi. & τῷ κυρτῷ κοῖλον opponitur conuexo cauum, vt τῷ ὑβῷ καὶ κυφῷ λορδόν. Gal. Com. ad aph.46. lib.6.

Κύσαρος apud Hippocrat. podicem ſignificat lib. περὶ φύσ. παιδίου (p.32.12.) καὶ ἐς τὸν κύσαρον ὁδὸς γίνεται ἀπὸ τῆς κοιλίης καὶ τῶν ἐντέρων ἔξω. à ventre & inteſtinis via in podicem foras patet. Gal. libello εἰ ζῶον τὸ κατὰ γαστρὸς, hæc Hippocr. verba exponens (p. 409.28.) κύσαρον τὸν ἀρχὸν εἴρηκε, ſcribit, & podicem ac rectum inteſtinum explicat. Erotianus verò κίσσαρον legit & κισσὸν exponit. Sed manifeſtum vitium deprehenditur. κύσαρον enim & κυσὸν legendum apparet. Eſt enim κυσὸς Heſychio ἡ πυγὴ, podex & nates, ἢ τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον. Vnde & κυσολάκων, & κυσοδόχος, & κυσολέσχης, & κυσίαι, παρθένιαι, impudica nomina deducũtur. Heſychio quoq; κυσοχήνη ἡ εὐρυπρωκτία exponitur. Inde etiã deduci videtur κυσονίζειν, quod eſt ὁμιλεῖν, cõgredi, coire, & κύσαι φιλῆσαι, & κῦσεν ἐφίλησεν, & κύσαι τὸ στόμα φιλῆσαι, vt exponit Heſychius. Et apud Galenum in Exegeſi, vbi κύρσον πρωκτὸν exponit, fortè κυσὸν legendum, niſi κύσαρον malis, vt antea diximus. Sunt verò qui κύσον ſcribunt, vt idem ſit quod κύσθος. Et certè malè mereri de Hippocrate mihi videntur, qui κίσσαρον pro κύσαρον apud Erotianum hederam exponunt.

Κύστιγξ Galenus κύστιν σμικράν, hoc eſt, paruam veſicam exponit apud Hippocratem in Exeg. κύστις autem veſicam ſignificat, quæ vrinam à renibus excipit, & foras excernit, cuius meminit aph.75.77.79.80. & 81. lib.4.

&

& in Progn.(p.152.20 & 39)&(p.142.27.) Interdum quoq; veſicæ nomine, partes vrinariæ, h.e. renes, vrinarii meatus, & penis ipſe, Hippocrati ſubaudiuntur, vt in Progn. (p.142.27.) Sic enim Gal. cap.7. lib. περὶ κρίσεων locum illum de vrinæ inſtrumẽtis accipiendum monet. Sic aph.80. lib. 4. τὰ περὶ τὴν κύστιν πονεῖν, h.e. partes ad veſicam attinentes laborare dicuntur, cùm partes quæ veſicæ vicinæ ſunt & communicant, affectæ ſunt, aut etiam quæ vrinæ reddendæ inſeruiunt, vt renes, meatus vrinarii, & fiſtula vrinaria, ac veſica ipſa. κύστιν ẽt antiqui totũ inferiorẽ ventrem acceperunt, vnde ὑπογάστριον dictũ. Et Suidas κύστιν τὸ ἐφήβαιον, τὸ ὑπογάστριον, ἢ κοιλίαν, imum ventrem exponit, ꝙ ibi ſita ſit veſica.

Κύφωσις, gibbus aut gibboſitas, eſt vertebrarũ ſpinæ vitium cùm in poſteriorem partem conuertuntur, quæ & κύρτωσις, h.e. incuruatio etiam dicitur, vt ſcribit Gal. com. 3. in li. de art. (p.610.54) κύφωμα quoq; vocat Hip. (ibidem p.611.32.) & τὸ κῦφος (p.612.12.) & κῦφον (pag.610.42.) & κυφοῦσθαι τὴν ῥάχιν, cùm gibbus poſteriore parte fit, ſpinaq; poſteriorem in partem conuertitur (ibidem v.1.) Quem locum exprimens Erotianus, κυφοῦται ῥάχις, κυρτοῦται, exponit, h.e. incuruatur. κύφωσις etiam ὀπισθοκύφωσις dicitur, vt ſcribit Gal. com.3. in lib. de art. vbi & eius cauſas annumerat, vt & com. ad aph. 46. li.6. & aph.35. lib.4. κυφὸς vocari Hipp. ſcribit Gal. com. ad aph.46. lib.6.) quos omnes κυρτοὺς appellãt, hoc eſt incuruos aut gibboſos. Sic κυφὸς γήραϊ dicitur Homero qui ſenio gibboſus euadit, Od.β.(v.16.) de Ægyptio, ὃς δὴ γήραϊ κυφὸς ἔην. Vbi ſcribit Euſtathius γήραϊ additum ad diſcrimen eius qui naturâ gibboſus ſit, & γυρὸς vocatur, vt Od.τ.(v.246.) de Eurybate Vlyſſis præcone, γυρὸς ἐν ὤμοισιν, μελανόχροος, οὐλοκάρηνος. gibboſos habebat humeros, nigro erat corpore, & criſpo capite. Dicitur enim γυρὸς qui humeris eſt teretibus, valdè extantibus & incuruis, ὁ περιφερεῖς καὶ στρογγύλους ἔχων τοὺς ὤμους, ἢ κυρτός, vt exponit Scholiaſtes. fit autem κυφότης aut κύφωσις, Hip. h.e. gibbus etiam ſanitatis tempore, aut natura, aut ſenio, aut doloribus & caſu, vt ſcribitur lib. de art. (p.620.35.

¶ Κώδεις, κώδεια exponitur Galeno in Exeg. apud Hippoc. hoc eſt capita & calices papaueris. Sed pro κώδεις exemplaria quædam κώδων habent, & pro κώδεια κωδία, vt Varinus. Eſt autem κωδία ἡ τῆς μήκωνος κεφαλὴ Heſychio. Exemplaria etiam nonnulla pro κώδεια κώδυα habent. Verùm tunc κώδυα legẽdum eſſet. Eſt enim κώδυα caput fabæ Ægyptiæ.

Κώθων poculi fictilis genus eſt ampli & capacis, quo qui ſe compotando inuitabant, κωθωνίζεσθαι & κωθωνισμὸς dicebantur. Huius crebra eſt mẽtio apud Athenæum. Celebratur etiam Mneſithei Atbenienſis epiſtola περὶ κωθωνισμοῦ. Heſychio κώθων exponitur εἶδος ποτηρίου κεραμεοῦ. Apud Hippoc. in Epiſt. (p.528.14.) vas fictile in quo flores, folia aut radices cõduntur ſignificat, cùm ſcribit ad Crateuam, ὁκόσα δὲ αὖ φύλλα, ἢ ἄνθεα, ἢ ῥίζαι ἐν κώθωσι κεραμέοισι περιεσφηνωμένοις, vt folia, flores & radices fictilibus nouis probè obturatis deferantur. κώθωνα κεράμεον pro vaſculo fictili ad cadmiam vrendam ſumit Gal. libr. 4. κατὰ τόπ. (p. 208.48.) ἀσυμβόλου κώθωνος ex Comico quodam meminit Athenæus lib. 1. (p.4.)

Κωλεὸς exponitur Galeno in Exeg. apud Hipp. τὸ κῶλον ἐν τῷ τρώματι καὶ βέλτιον ἐξαιρέσιμον, membrum in vulnere quod rectè extrahi poteſt. Verùm non parum mihi ſuſpecta videtur hæc Galeni lectio. Ac videtur idem eſſe κωλεὸς quod κωλεά aut κωλῆ per contractionem. Heſychio κωλεὰ exponitur, μέρος κρέατος, ἀλεκτορίδος χοίρου, σκέλος ὑὸς ὀπίσθιον, περισκελὶς τὸ ἰσχίον. Quidam pernam ſeu petaſonem interpretantur, vt idem ſit κωλεὸς aut κωλεά quod κωλῆ. Et κωλῆν κωλέον exponitur Heſychio, & κωλῆνες ἀκροκώλια, hoc eſt perioli aut extremi pedes. κωλῆνας ὑὸς vſurpat Hippoc. lib. 7. Epid. (pag.361. 47.) quos ſuillos petiolos vertimus, extremos pedes intelligentes, vt Celſus cap.18. lib.2. Κῶλα autem exponuntur Heſychio πόδες, σκέλη, ὀστᾶ, μερίδες, χειρίδες. κῶλα verò craſſiora inteſtina vocantur Hip. lib.6. Epid. aph.6. ſect.4. & lib. περὶ φύσιος (p.59. 2.)

Κωλωτοειδέα excrementa ſtellionum aut lacertorum tunicis ſimilia dicuntur, hoc eſt, variegata, & variis quaſi guttulis reſperſa, li.4. Epid. (p.334.26) vbi κωλοτοειδέα tamẽ legitur.

Κῶμα, καταφορὰ exponitur Galeno apud Hipp. in Exeg. hoc eſt, in ſomnum delatio, ac de eo à ſe ſcriptum eſſe libellũ teſtatur, in quo κώματος ſignificationem apertiſſimè explicat, & κῶμα omnem καταφορὰν, tum ſomnolentam, tum vigilem, comprehendere indicat, eiuſdem lib. cap.3. Eandem quoque expoſitionem adſcribit com. 1. in Prorrh. (p. 167.51.) ὡς ἔστι τὸ κῶμα τὴν εἰς ὕπνον καταφορὰν, οὐ δυναμένων τῶν ἐχομένων τῷ συμπτώματι, τὰ τῶν ἐγρηγορότων πράττειν, ἀλλὰ κλείειν τε τὰ βλέφαρα δεομένων, ἐλπιζόντων τε κοιμηθῆναι. συμβαίνει δὲ ἐνίοτε τούτων ἐνίοις μὴ δύνασθαι κοιμηθῆναι κλεισάντων τὰ βλέφαρα, ἀλλ' ἀγρυπνεῖν ἐπὶ πλεῖστον ὅπερ ὀνόμασεν ὁ Ἱπποκράτης οὐχ ὑπνῶδες κῶμα. περὶ μὲν οὖν τοῦ κατὰ κῶμα σημαινομένου βιβλίον ὅλον ἔχεις ἡμέτερον, ἐν ᾧ διὰ πλειόνων μαρτυριῶν ἐπιδέδεικται, πᾶσαν ὀνομάζειν καταφορὰν τὸν Ἱπποκράτην κῶμα. Ita vt κῶμα ſit in ſomnum delatio, vbi, qui hoc detinentur ſymptomate, vigilantium munia obire nequeunt, ſed tum palpebras claudere cupiunt, tum dormire ſperant. Horum autem quibuſdam interdũ vſuuenit, vt clauſis palpebris dormire nequeãt, ſed plurimùm vigilent, quod κῶμα non ſomnolentum vocauit Hippoc. De comatis autem ſignificatione integrum habes noſtrum libellum, in quo pluribus teſtimoniis demonſtratum eſt Hipp. κῶμα omnem καταφορὰν vocare. Rurſus com.3. in Pror. (p. 199.21.) τὴν μὲν οὖν φωνὴν ἀπὸ τοῦ ῥήσεως ἐξηγησαμένῳ τῷ προκειμένῳ βιβλίῳ, γέγραπταί μοι βιβλίον ἐπιγεγραμμένον περὶ τοῦ παρ' Ἱπποκράτει κώματος, ἐν ᾧ ἐπιδέδεικται τὸ σημαινόμενον ὑπὸ τῆς φωνῆς ταύτης ἔστι τὴν εἰς ὕπνον καταφορὰν, ἐγρηγορέναι μὲν ἀναπεπταμένοις τοῖς

ὀφθαλμοῖς οὐ δυναμένων τῶν κωματωδῶν, οὔτε ἐξ ἅπαντος δὲ κοιμωμένων ἐπειδὰν μύσωσιν αὐτούς, ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ ἀγρυπνούντων. Ad primam omnium huius libri dictionem exponendam, ſcriptus eſt à me libellus, cui titulũ dedimus de Comate ſecundum Hipp. mentem. In quo oſtenſum eſt hac voce in ſomnum propẽſionem ac delationem ſignificari, nequeuntibus quidem comate laborantibus apertis oculis vigilare, neq; verò ex toto dormientibus, vbi eos clauſerint, ſed interdum vigilantibus. com. etiam 2. in Prorr. (p.180.32) δέδεικται γὰρ ἐν τῷ περὶ τοῦ κώματος ὁ Ἱπποκράτης ἐπὶ ταὐτὸν φέρων ἀμφοτέρας τὰς προσηγορίας, τήν τε τῆς καταφορᾶς, καὶ τὴν τοῦ κώματος. Etenim lib. de Comate demonſtratum eſt Hippocratẽ vtraſque tum καταφορᾶς, tũ κώματος appellationes eôdem referre. Et rurſus com. 1. in lib. 3. Epid. (p.401.23) ἐν ὅλον γέγονε βιβλίον ἐξηγουμένοις τὸ σημαινόμενον ἐκ τῆς κῶμα φωνῆς, ἐν ᾧ δείκνυται τὴν εἰς ὕπνον καταφορὰν οὕτως ὀνομάζων ὁ Ἱπποκράτης. εἰς ὕπνον δὲ λέγω καταφορὰν, ὅταν ἐγρηγορέναι μὲν ἀδυνατῶσιν οἱ κάμνοντες, ἀναπεπταμένους ἔχοντες τοὺς ὀφθαλμοὺς, μύσαντες δὲ αὐτοὺς, ἢ τισι βαθέσιν ὕπνοις, ἢ λεπτοῖς, ἢ ἀγρυπνίαις συνέχονται. διὸ καὶ διορισμοῦ δεῖται, καὶ πολλῆς συνέσεώς τε καὶ τριβῆς ἵνα γνῶναι ἐπὶ τίνι διαθέσει κωματώδης ὁ νοσῶν ἐστίν. Integrum vnum libellum ſcripſimus, exponentes quid per vocem κῶμα ſignificetur, in quo oſtenditur in ſomnum delationẽ ita vocare Hippocratem. In ſomnum autem delationem voco, cùm ægri vigilare nequeant, nõ apertos habentes oculos, ſed conniuentes, aut altis ſomnis, aut tenuibus, aut vigiliis detineantur. Ideoq; diſtinctione opus eſt, multa etiam prudentia & exercitatione, vt aſſequaris quonã ex affectu æger comate prehẽdatur. Eſt autem, vt καταφορὰ, ita κῶμα duplex, Hippocrati. κῶμα nanque dicitur βαρὺ, ὑπνῶδες, aut δυσδιέγερτον, grauis ſopor & inexpugnabilis, cui λεπτοὶ καὶ μακροὶ ὕπνοι opponũtur lib. 3. Epid. in ſt. peſt. (p.428.14.) quodque lethargicis eſt familiare. Vnde κωματώδεις ὕπνοι dicuntur Hippocrati Coac. Pr. (p.429. 9.) & ægr. 2. libr. 1. Epid. ſomni cum ſopore aut profundi, à quibus non facilè excitatur æger. Tunc enim κῶμα dicitur vt ſcribit Gal. com. ad aphor. 3. lib. 2. vbi difficilem habet expergefactionem, cùm aliôqui ſomnus longus nominetur, quando ſolùm tempore exceſſerit modũ naturæ conuenientem. Atque huiuſmodi κῶμα lethargicas affectiones complectitur, præſertim ſi capitis affectiones, corporis totius perfrictiones, aut torpores & lentas ſenſationes ac grauitates cõiunctas habeat, velut κωματώδεις νωθροὶ dicuntur Coac. Pr. (p.429. 9.) & aliôqui ſolenne ſit Prorrhetici authori κώματος nomine lethargum intelligere, vt ſcribit Gal. cõ. 3. in Prorrh. (p.219.21.) ἀρκεῖ δὲ ὁ συγγραφεὺς τῷ τοῦ κώματος ὀνόματι, μηδαμόθεν γράψας ἐν ὅλῳ τῷ βιβλίῳ τὴν τοῦ ληθάργου προσηγορίαν. Satis eſt autem huic ſcriptori κώματος nomen, cùm neutiquã in toto libro lethargi appellationem adſcripſerit. Sic Erotiano κωματώδεις οἱ μετὰ κώματος καταφερόμενοι, cum ſopore in ſomnum delati, aut altiore ſopore & ſomno grauati exponuntur apud Hip. cui vox iſta admodum familiaris eſt. κῶμα γὰρ ὁ ὕπνος, καὶ οἷον κοίμημα. οἱ οὖν μετά τινος νωθρείας ἐν καταφορᾷ ὄντες, κωματώδεις λέγονται. κῶμα nanq; ſomnus, & velut dormitio. Qui igitur cũ quodam torpore ſomno grauantur, κωματώδεις dicũtur. Eſt & aliud κῶμα οὐχ ὑπνῶδες dictum Hippocrati, aut ἄγρυπνον, coma vigil & minimè ſomnolentum, quod phreniticis eſt familiare, videturque ex ſomno & vigilia mixtus eſſe affectus quidam, quem his verbis exprimit Hip. lib. 3. Epid. in ſt. peſt. (p.420.46) κωματώδεις ἐπὶ πολὺ, καὶ πάλιν ἄγρυπνοι. Sopore vt plurimùm detinebantur, rurſusq; peruigiles. Et rurſus (ib. p.425. 30.) κατεῖχε δὲ ἢ τὸ κῶμα συνεχῶς οὐχ ὑπνῶδες, ἢ μετὰ πόνων ἄγρυπνοι. Eos autẽ aut perpetuus ſopor non ſomnolẽtus detinebat, aut vigiliæ cum laboribus. Hãc etiam affectionem exponit Gal. libr. de comate cap. 3. & 4. & com. 3. in lib. 3. Epid. his verbis (p.425.12.) ὅταν γὰρ ἐγρηγορέναι μὲν ἀδυνατῶσι τοῖς ὀφθαλμοῖς οἱ κάμνοντες μὴ δυνάμενοι, μύσαντες δὲ αὐτοὺς ἐλπίδι τοῦ κοιμηθῆναι διαμένωσιν ἐγρηγορότες, τὸ τοιοῦτο καλοῦμεν οὐχ ὑπνῶδες κῶμα. εἰ δὲ καὶ πόνος τις αὐτοῖς παρείη, προδήλως ἀγρυπνήσουσι μᾶλλον οἱ οὕτως ἔχοντες, ὡς μηδὲ εἰς φαντασίαν ὕπνου τινὸς ἀφικέσθαι λεπτοῦ. γίνεται δέ τι καὶ τοιοῦτο τοῖς οὕτω κωματώδεσιν, ὡς ἐν μεθορίῳ καθίστασθαι, τῶν τ' ἀκριβῶς ἐγρηγορότων, καὶ τῶν κοιμωμένων. Vbi enim ægri apertis oculis vigilare nequeũnt, ſed ſpe dormiendi conniuent, vigiles tamen permanent, id κῶμα non ſomniculoſum nuncupamus. Quòd ſi quis etiã labor adfuerit, manifeſtè vigilabunt magis hoc modo affecti, adeò vt ne in tenuis quidem ſomni ſuſpicionem veniant. Si quidem iſtis qui hoc comate detinentur eiuſmodi quippiam vſu venit, vt in medio tum exquiſitè vigilantium, tum dormientium cõſiſtant. Hunc quoq; affectum exprimit Gal. com. 3. in Prorrh. (p.199.37.) & com. 1. in eundem lib. (p.168.20.) vbi hãc affectionem ex phrenitide & Lethargo mixtam eſſe ſcribit, & quibuſdam Typhomaniam vocari, idq; præter Hip. mentem, vt & cap. 4. libr. de comate. Etſi idem Gal. in Iſagoge pulſuum (p.6.20.) & li. 4. de cauſ. pulſuum (p.114.51) hunc affectum proprio nomine carere vult, ideoq; ex adiunctis ſibi ſignis eius notitiam petendam eſſe. At verò κώματος cauſas aptiſſimè his verbis recenſet Gal. com. 1. in li. 3. Epid. (p.401.28.) πολλάκις μὲν γὰρ ὑγρότητι πολλῇ τοῦ πρώτου αἰσθητικοῦ μορίου, καθ' ὃ καὶ ὁ ὕπνος ὀρθῶς Ἀσκληπιάδῃ ἔδοξε γινόμενον, ὅπερ ἐστὶ κῶμα, καθάπερ ἐνίοις τῶν μεθυσθέντων γίνεται. πολλάκις δὲ διὰ μόνην ψύξιν. ἔστι δὲ ὅτι καὶ δι' ἄμφω ταῦτα συμπίπτει βαθὺς καὶ κωματώδης ὕπνος. ἀλλὰ καὶ δι' ἀρρωστίαν δυνάμεως ἡ τοιαύτη γίνεται διάθεσις, ὥστε ἤδη νεκρουμένους αὐτοὺς, ὡς ἐπαρμένα τὰ βλέφαρα φυλάττειν μὴ δύνασθαι, καὶ συμβαίνει τοὺς οὕτως ἔχοντας ἐπειδὰν μύσωσι τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἢ μηδ' ὅλως, ἢ βραχύ τι, κοιμηθέντας ἀγρυπνεῖν, οὐδὲ τότε διαίρειν τὰ βλέφαρα δυναμένους, ἣν τινα διάθεσιν ἀπὸ τῆς γενομένης δι' ὑγρότητα καὶ ψύξιν σημεῖα μάλιστα διορίζουσιν ἀμυδρότης τε καὶ βραδύτης, καὶ ἀραιοὶ καὶ σμικροὶ γινόμενοι. Sæpius nanque

propter

propter humiditatẽ multam primùm ſentientis partis (in qua ſomnum fieri rectè demonſtrauit Ariſtoteles) κῶμα conſequitur, vt nonnullis ebrioſis vſu venit. Sæpiùs verò ob ſolum frigus. Interdum quoq; ambabus his ex cauſis profundus & cum ſopore ſomnus incidit. Quinetiã propter virium imbecillitatem huiuſmodi ſuboritur affectio, vbi adeò iam ſunt emortuæ, vt apertas palpebras ſeruare nequeãt. Ac ita affectis contingit, vt conniuentib. oculis, aut nihil prorſus, aut parum dormiant, ſed vigilent, neq; tunc palpebras attollere queãt. Quem quidem affectũ, ab eo qui ex humiditate & frigiditate ortus eſt, potiſſimùm pulſus diſtinguunt, tum languidiſſimi & tardi, tum rari & parui. Ac rurſus com. 3. in eundem lib. (p. 420.47.) τὸ μὲν ἄμικτον ἀγρυπνίᾳ κῶμα, δι᾽ ὑγρότητα καὶ ψύξιν ἐγκεφάλου γίνεσθαι, τὴν δὲ ἄμικτον ἀγρυπνίαν κώματι διὰ ξηρότητα καὶ θερμότητα. νῦν οὖν αὐξηθέντων τῶν χυμῶν, ὑγρότητα μὲν ἐπικρατοῦσαν ἐχόντων, οὐ μὴν δὴ γε δριμύτητα ἄπασαν, ἡ μὲν ὑγρότης τὴν κωματώδη διάθεσιν, ἡ δὲ ἐκ τῆς σηπεδόνος δριμύτης, τὴν ἀγρυπνίαν εἰργάσατο. τῶν ἐναντίων συμπτωμάτων ἐπ᾽ ἐναντίοις αἰτίαις εὐλόγως γινομένων. κῶμα vigiliæ non permixtum, ex cerebri humiditate & frigiditate fieri didiciſti, vigiliã verò comati non permixtam, ex ſiccitate & caliditate. Nunc igitur auctis humoribus, exuperantem humiditatẽ habentibus, neq; eam tamẽ prorſus acrem, humiditas quidem κωματώδη affectũ, acrimonia verò ex putredine vigiliam effecit, contrariis euentis meritò ex contrariis cauſis ſubortis. Rurſusq; ib. (p. 425.56.) θαυμαστὸν οὖν οὐδὲν ἠθροισμένων ἐν τῷ σώματι χυμῶν ὠμῶν, ὡς τά γε διαχωρήματα τὴν ἔνδειξιν ἐποιεῖτο, κωματώδεις τε ἅμα καὶ παραφρονοῦντας γενέσθαι. κωματώδεις μὲν, διά τε τὸ πλῆθος καὶ τὴν ψυχρότητα τῶν ὠμῶν χυμῶν, παραφρονοῦντας δὲ, διότι σηπόμενοι δριμύτητά τε καὶ θερμασίαν ἔσχον. Nil igitur mirum eſt, collectis in corpore crudis humoribus, vt indicarunt excremẽta, comate ſimul & deſipientia prehenſos fuiſſe. Comate quidẽ, propter crudorum humorũ tum copiam, tum frigiditatem. Deſipientia verò, propterea ꝙ putreſcẽtes acrimoniam & calorem gignebant. Iterumq; ibid. (p. 428.17.) βαρὺ κῶμα, τὸ δυσδιέγερτον ἀκουστέον ἐστὶ, τῷ τε μικροὺς καὶ λεπτοὺς ὕπνους ἔχειν, ἐναντίον ἐστίν. ἐγίνετο δὲ τὸ μὲν πρῶτον οἷς ἐπεκράτει τό τε πάχος καὶ τὸ πλῆθος τῆς ψυχρᾶς ὕλης· τὸ δὲ δεύτερον, οἷς ἡ λεπτότης διασηπομένη. κῶμα graue, à quo quis non facilè excitetur obaudiendum eſt, cui contrarium eſt quod paruos & leues ſomnos habet. Quorum primum quidem, his quibus frigidæ materiæ copia & craſſitudo exuperaret, accidebat, alterum autem, quibus tenuitas putreſcens. Idem quoque initio Com. 3. in Prorrh. (p. 199.32.) γίνεσθαι δὲ καταφορὰν δεῖ, ὡς ἐν ἄλλοις τέ ποτε ὑπομνήμασι, κἀν τοῖς περὶ τῶν πεπονθότων τόπων ἀπέδειξα, τὸ μὲν ὑπὸ πλήθους χυμοῦ βαρυνομένου τοῦ ἐγκεφάλου, καθάπερ ἐπὶ τῶν μεθυσθέντων. ἔστι δ᾽ ὅτε διὰ φλεγματικὸν χυμὸν, ἢ καὶ χωρὶς τοῦ χυμοῦ δυσλύτου ψύξεως. ὅταν δὲ ἀγρυπνίᾳ ζευχθῇ τὸ κῶμα, δακνώδους μίξει χυμοῦ τὴν τοιαύτην διάθεσιν ἐδείκνυον γίνεσθαι. Oriri aũt in ſomnum delationẽ, vt in aliis quibuſdam cõmentariis, atq; ẽt in his qui ſunt de locis affectis oſtendi, partim quidem grauato ob vtilis ſucci copiã cerebro, non ſecus ac in ebrioſis, interdum verò ob pituitoſum humorẽ, vel etiam ob ægrè ſolubilẽ abſq; humore frigiditatem. vbi aũt vigiliis κῶμα coniunctũ fuerit, ex ſucci mordacis permixtione hanc affectionẽ fieri demõſtraui. Quibus ẽt ſimilia ſcribuntur Gal. & amplioribus quidem verbis com. in ſent. primam Prorrh. κῶμα aũt ἀπὸ τοῦ κωμάζειν deducere videtur Gal. cap. 1. lib de comate, qđ eſt crapulæ & comeſſationibus indulgere, ſiue bacchari vinolentum, & proteruè temulẽtum eſſe, laſciuire & ſaltare, ꝙ & οἱ κωμάζοντες, & qui comate prehenduntur vigilent, ſiue (vt vult Gorrh.) ꝙ οἱ κωμάζοντες omnium facillimè eum in morbũ incurrant, cum ex comeſſationib. & nimio vini potu ꝑcipuè cõtrahatur. Hinc quoq; κωμαίνειν deduci videtur, qđ eſt ſopore detineri, ſoporari, dormire aut dormiturire, νυστάζειν Heſych. exponit. Quam vocẽ vſurpat Hip. lib. 2. de Morb. (p. 141.26.) καὶ κωμαίνει, & ſoporatur. (Quẽ locum mihi ſubindicare quodãmodo videtur Heſychius, cũ κωμαίνει νυστάζει exponit) Ac rurſus ib. (p. 145.14.) τὴν μὲν ἡμέρην ταύτην κεῖται κωμαίνων, hoc die ſopore detentus iacet.

Κώνειον cicuta, παρὰ τὸ κωνᾶν, quod eſt circumagi aut circumuertere, ꝙ epota vertiginem inducat. Gal. libr. ꝙ animi mores temp. corp. ſequantur (p. 345.28.) καὶ μήν τοι καὶ διά τι μανίας αὐτῆς ἐργάζεται κώνειον ποθὲν, ᾧ καὶ τοὔνομα ἴσθι παρώνυμον ἀπὸ τοῦ πάθους ὃ πάσχον ὁρᾷ ὑπ᾽ αὐτοῦ τὸ σῶμα. Quinetiã cur cicuta κώνειον dicta epota ſtultitiam pariat, inde etiam ab eo affectu deducto nomine, quod ab ea corpus affici video. Vſurpat autem eam dictionem Hipp. lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 286.12.) (etſi μηκώνειον illic leg. cenſeo) & (v. 26.) Rurſusque lib. περὶ ἀφόρων (p. 294.40) κωνείου φύλλα fotu adhibet. Et libr. περὶ συρίγγων (p. 519.26.) κωνείου καρπὸς, circutæ ſemen in cataplaſmate ad ſedem prociduam admouetur.

Κωνίας Galenus apud Hip. οἶνος ὁ πισσίτης, vinum picatum exponit in Exegeſi, eiuſq; conficiendi modum hunc edocet. Iniicitur cũ cortice in vas figlinum piceæ hemioa dimidia, & vbi efferbuit quidam excolant, quidam etiam relinquunt. Sed fortè κωνίας οἶνος apud Gal. legendum, vt etiam ſcribit Varin. Etſi κωνίας vt ἀνθοσμίας dici poteſt. Dicitur autem κωνίας quòd κῶνος ſit τῆς πίτυος καὶ τῆς πεύκης καρπὸς, vel potiùs fructus inuolucrum, στρόβιλος etiam nominatur.

Κωνώπων ἐνδήγματα, culicum morſus dicuntur Hippocrati, de papulis & exanthematũ genere, quæ in populariter graſſantib. morbis & febribus ardentibus frequentiſſimè in cutem erumpũt, interdum verò maximum putredinis & venenatę qualitatis ſpecimen exhibent, eſt vbi etiam efferueſcẽtem materiam ſine vlla malignæ qualitatis ſignificatione in cutem iudicatione deponunt. Qualia li. 2. Epid. (p. 314.37) in mulierib. co-

lebrantur, eaſq́; ab exæſtuante febrium intemperie iudicatione liberaſſe commemorantur. ἐξήνθει δὲ ἐν τοῖσι θερινοῖσι πυρετοῖσι, περὶ ζ' καὶ η' καὶ θ' τρηχύσματα ἐν τῇ χροιῇ κεγχρώδεα, τοῖσιν ὑπὸ κωνώπων γινομένοις μάλιστα ἴκελα ἀνακνήσμασιν, οὐ πάνυ κνησμώδεα. In febribus autem æſtiuis circa ſeptimum, octauum & nonum diem, aſpredines quædam miliaceæ, culicum morſibus ferè ſimiles, quæ tamen non admodũ pruriebant, in ſumma cute ſubnaſcebantur. Rurſus lib. 7. Epid. (pag. 363. 2.) fulloni cuidam in Syro adſcribitur, σκέλεα τὸ χρῶμα, ὡς ὑπὸ κωνώπων ἐξαναδεδηγμένα, crurum corpus velut à culicibus cõpunctum. Et paulò pòſt in Pherecyde (ibidem v. 41) lethalia octauo die, ὡς ἀπὸ κωνώπων ἀναδήγματα commemorãtur. In Coac. quoq; Præn. (p. 441. 39.) anxietate labotãtibus cum alui ſuppreſſione διὰ ταχέων ἐξανθεῖ οἷα κωνώπων κεντήματα, celeriter velut culicum puncturę in cutem erũpunt.

Κώφωσις ſurditas, eſt auditus offenſio, quæ duplex eſt vna, ἡ ἐν ἕξει, quæ ſtabilis eſt & obfirmata, ex babituque contrahitur, altera ἐν ὀξέσι, quæ fugax eſt & leuis, ac repentè fit in febribus ex momentanea auditus obſtructione, com. ad aph. 28. lib. 4. Idem Gal. com. 1. in Prorrb. (p. 180. 11.) γίνεται μὲν καὶ διά τινα χυμὸν κατὰ τοὺς ἀκουστικοὺς πόρους σφηνωθέντα κώφωσις, οὐδὲν ἔχουσα κακόηθες. γίνεται δὲ ἐνίοτε καὶ τῆς ἀκουστικῆς δυνάμεως νεκρουμένης, ἣν ἐν τοῖς ὀξέσιν ἅμα καὶ ταραχώδεσι νοσήμασιν ὁρῶμεν συμπίπτουσαν. Surditas quidem oboritur ob humorem quendam in aurium meatibus impactum, eaque nihil maligni habet. fit quoque interdum etiam extincta audiendi facultate, quam in acutis ſimulq́; turbulentis morbis contingere cernimus, eaque perniciem minatur. κωφὸς ſurdum ſignificat, & τὸ τὴν ἀκοὴν βεβλαμμένον, hebetem etiam, torpidum, torpeſcentem, mutum, inualidum, inefficacem. Et κωφοὶ exponuntur Galeno in Exegeſi, οἱ ἀμαυροὶ καὶ ἀσθενεῖς, hebetes, languidi & debiles. Quam dictionem vſurpat Hippocr. lib. περὶ φυσῶν (p. 121. 30.) κωφοὶ τῶν λεγομένων, neque quæ dicuntur audiunt. Et lib. περὶ σαρκῶν vulgò inſcripto (pag. 43. 19.) οἱ κωφοὶ ἐκ γενεῆς, ab ortu ſurdi, quem locum videtur Ariſtot. in ſuum vſum tranſtuliſſe, libr. 4. hiſt. animal. Verùm his locis (vt ſatis conſtat) Galeni expoſitio parum conuenit. κωφὸς Heſychio dicitur ὑπὸ λαλεῖν, ὑπὸ ἀκούειν, ἐνεὸς, ἀσθενής. Idemq́; κωφὸν ἀναίσθητον exponit. Eſt & κωφόω, & κωφάω, ac κωφέω & κωφιόω, obſurdeſco ac torpeſco. κωφοῖ verbum tertiæ perſonæ & tertiæ coniugationis, Galenus in Exegeſi ſignificate ſcribit apud Hippoc. ἀμαυροῖ καὶ ἀμβλύνει, quod eſt hebetat, obtundit. Quibus verbis locum libr. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p. 112. 17.) mihi ſubindicare videtur Gal. ὀδύνας κωφοῖ, dolores obtundit, vbi de aqua frigida agitur, vt ſit quod ſcribitur ibidem (p. 113. 47.) ὀδύνην ναρκοῖ. Sic nanq; Cornarius dolores ſtupefacit dixit. aph. verò 25. li. 5. ὀδύνην λύει dicitur. Erotianus tamen lib. περὶ ὑγρῶν χρήσ. κουφοῖ pro κωφοῖ legiſſe videtur, quod λύει, παύει τὰς ὀδύνας exponit. κεκωφῶσθαι vſurpat Hippocrates, quod eſt torpeſcere, bebeſcere, ſine ſenſu eſſe, lib. 2. de Morb. (p. 141. 35.) μὴ κινεομένου δὲ τοῦ αἵματος οὐχ οἷόν τε μὴ οὐχὶ καὶ τὸ σῶμα ἀτρεμίζειν καὶ κεκωφῶσθαι. Dum verò ſanguis non mouetur, fieri nequit quin corpus quieſcat & torpeat, aut bebeſcat, inualidum ſit & inefficax. Agitur enim de attonitis, qui ſumma corporis impotentia ad mouendum laborant. Vbi tamen κεκωμῶσθαι ex Gal. legendum eſſe cenſemus, vt antea in ea dictione adſcripſimus. κωφῶσαι Erotianus apud Hippocr. βλάψαι, παρεμποδίσαι exponit. Verùm κωφῶσι legitur lib. de loc. in bomine (p. 64. 9.) οὗτοι ἢν μὲν ἐπίσω καὶ παχύτατοι νοσέωσι, κωφῶσι. Ex bis quidem ſuperior & craſſiſſima, ſi lędatur, morbum facit. Rurſus apb. 60. lib. 4. ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τὰ ὦτα κωφωθῇ. Quibus per febres aures obſurduerunt, aut læſæ ſunt, aut ſurditate ſunt impeditæ & obſtructæ. Quod etiam repetitur libello περὶ κρισίων (p. 387. 25) Sic κωφᾶσθαι & κωφεῖσθαι βλάπτεσθαι ſignificat, vt κωφεῖ βλάπτει, & κωφητίος βλαπτικός Heſychio exponitur. Idem κωφοῦσθαι ἀναισθητοῦσθαι exponit, vt & κωφὸν ἀναίσθητον, & κωφὴ ἀναίσθητος eidem dicitur. κώφωσις ὀφθαλμῶν ſcribitur Erotiano apud Hippocratem poni ἐπὶ παρεμποδισμοῦ, pro impedimento, etſi propriè auditui ſit accõmodatum. κώφωσις verò pro ſurditate ſępè vſurpat Hippocr. in Prorrh. & Coac. Pręn. (p. 429.) vbi etiam ὑπόκωφοι dicuntur qui ſurditate leui tentantur, vt & δύσκωφοι qui graui ſurditate laborant.

# OECONOMIAE HIPPOCRAT.

## ΤΟ Λ.

Λαβὴ exponitur. Galeno in Exeg. apud Hippocr. ἐπισημασία, prima febriũ acceſſionis ſignificatio aut inuaſio, μάλιστα δὲ ἡ ἐκ περιόδου, ac pręcipuè quę per circuitũ repetit. Sic λῆψις acceſſionem Hippocrati ſignificat, aut primum acceſſionis inſultum, vt lib. 1. Epid. (p. 361. 29.) ὡς πάντως δὲ γίνεσθαι πάντα ἀπὸ τῆς πρώτης λήψιος. atque in his omnibus ritè & ordine à primo inſultu ad quaternos circuitus proceſſere. Et lib. 5. Epid. (p. 342. 18.) & lib. 7. Epid. (p. 365. 19. & 22.) περὶ τὴν λῆψιν, in ipſa acceſſione, velut ὑπὸ τὴν λῆψιν, ſub acceſſionis tempus dicitur M. Tullio ad Atticum. Rurſus lib. 1. de Morb. (p. 134. 13.) καὶ ὁ πυρετὸς ἐπὶ συνεχὴς λήψεται. & febris aſſidua prehenderit. Sic ληφθεῖσα dicitur lib. 4. Epid. (p. 329. 20.) quę acceſſione correpta eſt. τῇ Νικοστράτου ληφθείσῃ, Nicoſtrati vxori acceſſione correptæ. Et in Coac. Præn. (p. 426. 16.) οἱ λαβόντες, acceſſione correpti. Et libr. περὶ κρισίων (387. 7.) de febre ardente ſcribitur, καὶ ἐὰν ἡμέρας λάβῃ ὑποστρέψας ὅσας τὸ πρῶτον, & ſi poſt reuerſionem tot diebus quot prius tenuerit. Rurſus aph. 26. ſect. 6. lib. 6. Epid. λαμβανόμενοι, qui febribus corripiuntur. Eſt & λαμβάνειν apud Hippocratem comedere aut ſumere, vt libr. 1. περὶ γυναικ. (p. 341. 45.) καὶ μετέπειτα ἑψῶν καὶ λαμβάνειν, deinde coquito & ſumito, hoc eſt comedito. Quæ eſt vulgaris & plebeia locutio, quomodo etiam ſumere capitur. λαμβάνεσθαι etiam pro ἀπολαμβάνεσθαι ſumitur, & de veſicæ interceptione ac vrinæ ſuppreſſione dicitur Coac. Pręnot. (p. 428. 44.) αἱ δὲ κύστιες ἐν τούτῳ λαμβάνονται, verùm interim veſicæ intercipiuntur. Verùm ἀπολαμβάνονται habent publicata exemplaria, & ſuſpectam illam lectionem ibi habuimus. Sic libr. 7. Epid. (p. 360. 42.) ὀστέα ἐλήφθη, oſſa intercepta ſunt, hoc eſt, extenuationem ſenſerunt, eaque ſunt denudata, manifeſta ac veluti deprehenſa. Vbi tamen melius ἐλείφθη legatur, vt legit Cornarius, vt oſſa reliqua eſſe, ſupereſſe aut reſtare intelligantur, quæ popularis eſt, in extenuatis, loquendi formula.

Λαβὶς eſt forceps aut volſella qua callum in ore vreri extrahit Hip. lib. περὶ ἀφόρων (p. 299. 12.) λαβίδι ὡς λεπτοτάτῃ, προμηθευόμενος ἐξελκύσαι ἠσυχῇ. Volſella tenuiſſima apprehenſum extrahito, conſiderans vt leuiter id fiat.

Λάβρως, rapidè, cum impetu, confertim ſignificat. λάβρως dicitur Aretæo de liberali & copioſa ſanguinis ex naribus ꝓfuſione, quod λαύρως Hippocrati, vt poſteà ſcribemus. Lib. 1. περὶ ὀξέων cap. 10. αἱμοῤῥαγίη δὲ ἐκ ῥινῶν λάβρως, ſanguinis è naribus larga profuſio cum impetu ſuccedit.

Λαγαρίζει apud Hippocr. exponunt interpretes lentum eſſe ac leniter flare. De auſtro enim ſcribitur libr. de Morbo ſacro (p. 127. 5.) καθότι καὶ ἐν εὐθὺς πνεῖ μέγας, ἀλλὰ λαγαρίζει πρῶτον. Quapropter etiam non ſtatim vehementer ſpirat, ſed primò lentus ac lenis eſt, hoc eſt, leniter ſpirat. Verùm mihi profectò nõ leuiter ſuſpecta eſt lectio illa. Etſi enim λαγαρίζειν metaphoricè ſumi poteſt pro leuiter ſpirare aut leui quodam & tectorio opere incruſtare ac veluti colorare, quod à placẽtis leuiter incruſtatis tranſlatum videri poſſit: exiſtimo tamen, aut λαγαρείζει, aut λαγάζει legi poſſe. λαγαρείζει enim de auſtro dici poteſt, qui primùm leniter ſpirando omnia laxat, & mollia reddit. Et λαγαρὸς laxum, vacuum, mollem, nõ diſtentum, nec plenum indicat. Vt de corde ſcribit Hippocr. lib. περὶ καρδίης (p. 55. 19.) ἀνάγκη ὅδε καὶ τέμνοντι εὐρυκοίλιος, καὶ λαγαρωτέρη πολλῷ τῆς ἑτέρης. Sed & hic [ventriculus] prorſus capacior & longè altero laxior eſt. λαγάζει autem Heſychius ὀκνεῖ exponit, quod eſt, piger eſt & lẽtus, quod & λαγάζει quibuſdam etiam ſignificare ſcribit. Auſter verò λαγάζειν dici poteſt, quod primùm lentus ſit ac leniter ſpiret, neque ſtatim aërem compactum ac denſum diſſoluere aut laxare poteſt, ſed tẽporis progreſſu. In quibuſdam manu ſcriptis Hippocr. exemplaribus adſcribitur, λαγανίζει, χρωματίζει, λάγανον γὰρ εἶδος πλακοῦντος, ex ſcholio quodam, id tamen ſine authore. Vulgaria lexica λαγαρίζειν ἀφρίζειν exponunt Spumo. Sed Heſychius λαγαρεῖ ἀφρίζει explicat, ſi modò ſuſpecta non eſt lectio.

Λαγνείη rem veneream ſignificat & veneris vſum, coitum, concubitum, ita & λάγνευμα apud Hippocr. vt aph. 22. ſect. 5. lib. 6. Epid. λαγνείη τῶν ἀπὸ φλέγματος νούσων ὠφέλιμον. Veneris vſus morbis à pituita confert. Sic lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 204. 13.) ἀπέχεσθαι λαγνείης dicitur, quod eſt rebus venereis abſtinere. lib. quoque περὶ φύσ. παιδίου (p. 34. 6.) ἐν τῇ λαγνείῃ, in ipſo coitu & vſu venereo ſignificat. Lib. 2. περὶ διαίτης (p. 97. 8.) λαγνείη ἰσχναίνει, καὶ ὑγραίνει καὶ θερμαίνει. Venus extenuat, humectat & calfacit. Sic quoque λάγνευμα coitum indicat, vt lib. de natura pueri (p. 39. 20.) δίδυμα δὲ γίνονται ἀφ᾽ ἑνὸς λαγνεύματος, gemelli ex vno coitu gignuntur. Inde quoq; λαγνεύειν & λαγνεύεσθαι rebus venereis vti ſignificat Hippocrati, vt lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 202. 32.) ἢν γὰρ μεθυσθῇ παρὰ καιρὸν, ἢ λαγνεύσῃ, ἢ ἄλλο τι ποιήσῃ μὴ ἐπιτήδειον. Si enim intempeſtiuè inebriatus fuerit, aut rem veneream exercuerit, aut aliud quid minimè commodum fecerit.

Idem lib. περὶ γονῆς (p.27.31.) ὅτι ἐπὴν λαγνεύσωμεν, σμικρὸν ὕτω μεθιέντες, ἀσθενέες γινόμεθα, quòd vbi venerem exercuimus, tam pauca re emiſſa, imbecilles euadimus. Rurſus ibidem (p.28.4.) ὁκόσοι δὲ παρ' οὖς τετμημένοι εἰσίν, οὗτοι λαγνεύουσι μὲν καὶ ἀφιᾶσι, ὀλίγον δὲ, καὶ ἀσθενὲς, καὶ ἄγονον. Quibus verò ad aures venæ ſectæ ſunt, ij rẽ quidem veneream exercẽt, & ſemen emittunt, ſed paucum, imbecillum & infœcundum. λαγνεύειν autem dicitur lib. 5. Epid. (p. 338.3.) ὁκότε λαγνεύσειε, cùm venere vteretur. At Gal. in Exeg. λαγνείην interdum ipſum ſemen ſignificare apud Hip. contendit, vt lib. περὶ φύσ. παιδίου, ita etiam & τὸ λάγνευμα. Quib. certè verbis locũ libri de Natura pueri mihi ſubindicare videtur, qui legitur (p.34.43.) καὶ γὰρ καὶ ὁ ἀνὴρ ἢν λαγνεύῃ πολλὰ, εὐρούστερα γινόμενα τὰ φλέβια μᾶλλον ἐπάγεται τὴν λαγνείην. Vir nanque vbi venere frequẽtius vtitur, ampliores effectæ venæ, ſemen magis attrahũt. Sic enim ἡ λαγνείη τὸ σπέρμα ſignificare videtur, & Gurrh. pro λαγνείην γονὴν accipere mauult. Eadem quoque notione λαγνείη ſumitur lib. περὶ γονῆς) qui illius pars eſſe videtur) (p.27.46.) καὶ ἀποκρινομένη ἀπ' αὐτοῦ ἐοικὸς παρέχεται) οἷα λαγνείη. & dum ab ipſo excernitur, velut ſeminis quãdam imaginem habet, etſi rem veneream interpretes intelligũt. Sic rurſus paulò poſt λαγνεύειν non tantùm rem veneream exercere, verumetiam ſemen emittere ſignificat. ἔχει γὰρ τὸ ὑγρὸν τὸ αὐτὸ λαγνεύοντι. habet enim eũdem humorem atque is qui ſemen emittit. Et ibidem πρὸ λαγνείης, ante ſeminis emiſſionem indicare videtur. Sic quoq; ib. (v. 48.) οἱ δὲ εὐνοῦχοι διὰ ταῦτα οὐ λαγνεύουσι. Eunuchi autẽ eã ob cauſam ſemen non emittunt. λάγνευμα autem τὸ σπέρμα ſignificat apud Hippoc. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.209.43.) τὸ δὲ λάγνευμα ὕπεστιν ὕφαιμον, προέρχεται), ſemen ipſius ſubcruentũ prodit, videturq; de ſemine genitali, quod per veneris ludibria in ſomno emiſſum eſt, intelligi. id ὀνειρώσσειν dicit Hippocrates.

Λαγὼν ὁ κενεὼν, τὸ ἰσχίον Heſychio exponitur, lateris inanitas & cauitas laxior inter coxas & coxendicem poſita, ilia & partes laterales ſub vmbilico ad oſſa iliũm poſita. Lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.200.38.) μετὰ πίπτουσι δὲ καὶ ἐς τὸν ὦμον, καὶ ἐς τὴν κληῖδα, καὶ ἐς τὸν λαγόνα. Incidunt autem dolores & in humerum, & in iugulum, & ilia.

Λαγώπυρος herba eſt Hippocrati libr. de vlceribus (p.515.17.) quæ cùm inaruit furfuribus eſt ſimillima, paruo folio, inſtar oleæ, longiore tamen, qua vlcus alit & cauum explet. Quidam Lagopum eſſe volunt, quæ ſiſtit aluum è vino pota Plinio cap.8. libr. 26. & Dioſcoridi cap. 17. lib. 4. Eadem facultatis eſt deſiccantis Galeno, adeò vt aluum probè exiccet. λαγώπυρος dicitur Galeno in Exeg. ἡ λαγωπόδη καλουμένη βοτάνη, ſi modò vera eſt ſcriptura, quam tamen non leuiter ſuſpectam facit Varinus, vt ſcripſimus noſtris in lib. de vlcerib. Annot. Sed pro λαγώπυρος quædam Exeg. exẽplaria λάμπυρος legũt, vitiosè tñ, vt oſtẽdit ſeries alphabetica.

Λαγώφθαλμοι dicuntur medicis quibus per ſomnum oculus apertus manet, non ſecus ac leporibus, adeò ſurſum reducta palpebra, vt oculum totum contegere nequeat. Paulus lib. 6. cap. 10. λαγωφθάλμους καλοῦσι τοὺς τὸ ἄνω βλέφαρον ἀνεσπασμένον ἔχοντας. Lagophthalmos vocant quibus ſurſum reuulſa eſt palpebra. Authori Definit. Medicarum λαγώφθαλμον πάθος ἐστὶν ἀνάσπασις τοῦ ἄνω βλεφάρου, ὥστε μὴ καλύπτειν ἐν τῷ καμμύειν ὅλον τὸν ὀφθαλμόν. λαγώφθαλμον eſt ſuperioris palpebræ retractio, adeò vt oculus dum clauditur, non totus contegatur (pag. 400.30.) Cornelius Celſus cap. 7. libr. 7. Nonnunquam autem, nimium ſub hac curatione exciſa cute, euenit vt oculus non contegatur, idque interdum etiam alia de cauſa fit. λαγώφθαλμον Græci appellant.

Λάζομαι verbum eſt poëticum quod arripio ſignificat, prehendo, corripio, accipio, & quo frequenter vtitur Hippocr. vt lib. 1. περὶ γυν. (pag. ducenteſima quadrageſima prima, v. quadrageſimo octauo) ἢν δέ ἆσθμα λάζηται. Quòd ſi creber anhelitus prehenderit. Et rurſus (p. 243.10.) καὶ πῦρ μιν λάζεται, & ipſam ignis prehendit. Et (p. 246.12.) καὶ λάζεται τὸ πῦρ σφοδρόν. & vehemens ignis corripit. Rurſusque lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 265.28.) ἡ δὲ νοῦσος λάζεται, morbus hic corripit. Et (p. 268.33.) καὶ φρίκη ὁμοῦ λάζεται, ſimulq; horror corripit. Et (pag. 277.1.) καὶ ὀδύνη λάζεται ἐς τὴν νειαίρην γαστέρα, & dolor in inferiore ventre corripit. Pro quo ſcribitur lib. περὶ γυν. φύσ. (pag. 214. 33.) καὶ ὀδύνη λαμβάνει τὴν νειαίρην γαστέρα. Lib. quoque de Morb. 2. (p. 144.39.) ὀδύνη λάζεται ἐκ τῆς κεφαλῆς, dolor ex occipitio prehendit. Rurſusque (p. 156.48) ὀδύνη λάζεται ὀξείη, dolor acutus corripit. Et rurſus ibidem (p. 157.12.) λάζεται μὲν καὶ ἄνδρα. virum etiam corripit. Et ibid. (v. 39. & 40.) φόβος καὶ ἄση λάζεται. Lib. etiam de loc. in homine (p. 63.26.) τὸ μὲν ξηρότερον πεφυκὸς, νόσοις λάζεσθαι, quod ſiccius eſt morbis obnoxium eſſe ſolet. Rurſus ibidem (p. 68.7. & 9.) καὶ πνεῦμα ἑκταῖον ἢ ἑβδομαῖον λάζεται. & difficilis ſpiratio ſexto aut ſeptimo die prehendit. Et ἢν δὲ ἐναταῖον δύο ἡμέρας διαλιπὼν λάζηται, quòd ſi nono die, duobus intermiſſis, prehenderit. Et rurſus ibidem (p. 71. 48 & 49.) πυρετὸς οὐ λάζεται. febris minimè corripit. Et, ἢν δὲ λάζηται, &, ἀπ' ἄλλης τινὸς λάζοιτο ἄν. Inuenitur etiã λάζυμαι & λάζημαι pro λάζομαι apud Hippocr. vt libr. 1. περὶ γυναικ. (p. 236. 14.) τὸ στόμα τῆς μήτρης οὐ λάζυται τὴν γονήν. vteri oſculum ſemen non capit, nõ ſuſcipit. Rurſus ibid. (pag. 242.32.) πόνος λάζηται ἰσχυρὸς, vehemens dolor corripit. Et lib. 2. (p. 281.17.) ἡ δὲ νοῦσος λάζηται, morbus autem corripit, à λάζημαι. Heſychius λάζεσθαι λαμβάνειν, & λαζύμενοι λαμβάνοντες, exponit.

Λαθραίως idem quod λάθρα ſignificat, clam, occultè, latenter, clandeſtinè, nõ percepta rei alicuius cauſa de repente, ex improuiſo. In Prorrh. (p. 212.8.) λαθραίως τελευτῶσι, repentè intereunt. Vbi Galen. λαθραίως ἐξαίφνης exponit, neque tñ ſatis id probare videtur. Sic

λαθραίως

λαθραίως κτείνειν latenter & ex improuiſo necare dicitur in Coac. Prænot. (p.434.43.) & οὖρον λαθραίως ἱέμενον, vrina quæ clandeſtinè redditur & ægrum fugit, delirium indicat, ibid. (p.442.28.) λαθραίως etiam ἀπροαιρέτως denotat, inuitè, inuoluntariè, & de Lethargicis effertur, quibus inuitis & non ſentientibus egeſtiones prodeunt, ibid (p.427.34.) οὖρα καὶ διαχωρήματα φερόμενα λαθραίως. vrinæ atque alui recrementa clam & inuoluntariè prodeunt.

Λαῖλαψ eſt turbo & ventus procelloſus. Ariſt. in libello de Mundo λαίλαπα ſcribit eſſe πνεῦμα βίαιον καὶ εἰλούμενον κάτωθεν ἄνω, ventum violentum, qui infernè ſurſum verſus cõuoluitur, turbinem & verticem appellat Budæus. Heſychio λαῖλαψ exponitur καταιγίς, ἀνέμου συστροφὴ μετ' ὑετοῦ, venti vortex cum imbre. Hinc λαιλαπώδης οὐρανὸς καὶ ἐπινέφελος, cœlum cum ventorum turbine nimboſum aut procelloſum dicitur Hippocrati lib. 1. Epid. (p.357.42.) Vbi λαίλαπες exponuntur Galeno οἱ ἐξαιφνίδιοι καὶ σφοδροὶ ἄνεμοι, καὶ μάλισθ' ὅταν ὑετὸς ἅμα ἐν αὐτοῖς γένηται λάβρος. repentini & vehementes venti, præcipueque ſi multam & largam pluuiã coniunctam habeant. Quẽ ſanè Hippocratis locum mihi ſubindicare videtur Erotianus, cùm λαιλαπώδη exponit. Verùm λαιλαπώδης pro λαιλαπώδη ſcribendum exiſtimo, quod faciunt exemplaria quædam. Eidem verò λαῖλαψ dicitur ὄμβρος μετὰ σφοδροῦ ἀνέμου γινόμενος. imber cum vehemente vento exortus. Eſt & λαιλαπῶδες ὕδωρ, aqua procelloſa, nimboſa, quæ damnatur Hippocrati aph. 17. ſect. 4. lib. 6. Epid.

Λαιμὸς gulam ſignificat, & eam œſophagi partẽ interiorem, quæ in deuorãdis cibis voluptatis ſenſum percipit, vt indicat Gal. Com. 3. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.75.45.) καὶ μὴν δὴ κατὰ τὸν καλούμενον λαιμὸν ἐκ τῶν καταπινομένων γλυκέων ἡδονὴ μεγίστη γίνεται, τοῦ κατ' αὐτὸ τὸ χωρίον σώματος οἰκείως ἔχοντος τῷ τοιούτῳ χυμῷ. τὸ δ' αὐτὸ τοῦτ' ἐστὶ σῶμα, καὶ τῆς γαστρὸς ὁ ἔνδον χιτών, ὥσπερ γε καὶ ὁ τὴν γλῶτταν ἀμφιεννύς. ἀλλ' ἐν ταύτῃ μὲν ἐναργεστάτην ἔχει τὴν τῆς γλυκύτητος αἴσθησιν, ἐν δὲ τῷ λαιμῷ τὴν τῆς ἡδονῆς. Ac ſanè in ea parte quæ gula vocatur, maxima ex dulcibus deuoratis exoritur voluptas, illius regionis corpore familiaritatem cum huiuſmodi ſucco habente. Idem autem corpus eſt & ventriculi interior tunica, & linguam circumueſtiens. Verùm in lingua quidem euidentiſſimum habet dulcedinis ſenſum, in gula verò voluptatis. Hinc Homero ſtomachũ ſignificat, vt ſcribit Pollux. quomodo etiam ſumi ſcripſimus lib. 2. Epid. (p.318.12.) vbi ſcribitur τοῦ λαιμοῦ ὕδωρ θερμὸν κατὰ τῆς κεφαλῆς καταχεῖν. Gula affecta calida caput perfundendum eſt. Qua etiam notione ſumi videtur lib. περὶ καρδίης (p.55.6.)

Λαμβάνεσθαι vide λαβή.

Λαμπηρὰ τὰ ἀφρώδη exponit Gal. apud Hippocr. in Exeg. h. e. ſpumoſa, λάμπη γὰρ ὁ ἀφρός. λάμπη enim ſpumam ſignificat. Sic enim potius lego cum Varino & Henrico Stephano, quàm λάμπει, quod habent omnia ferè exemplaria. Erotiano nanq; λάμπη ſignificat τὸ ἐφιστάμενον τῷ διεφθορμένῳ οἴνῳ ἐν τῷ ὄξει, ἔτι δὲ κολυμβάσιν ἐλαίαις οἷόν τι λίπος κολλῶδες, quod in aceto ſupernatat vino adulterato, adhæc pingue quiddam glutinoſum quod oliuis muria conditis ſupernatat. Vnde λαμπώδη dicuntur τὰ ἔχοντά τινα ἐφιστάμενα ὅμοια λάμπῃ, in quorum ſummo ſpuma quædam innatat, aut quædam λάμπῃ ſimilia. Sunt & λάμπαι Actuario cap. 18. lib. 1. περὶ οὔρων, bullæ quædam in vrinæ ſuperficie innatantes veluti craſſæ ſpumulæ quæ vino inſident. λαμπῶδες autem οὖρον dicitur Hipp. in Coac. Prænot. (p.429.17.) & Prorrh. (p.197.55.) vrina ſpumea aut ſpumam innatantem habens, aut ſplendens, limpida & coruſcans. Collucet enim ſpuma & clara eſt. Et Gal. in Prorrh. λαμπῶδες ἀφρῶδες, hoc eſt, ſpumoſum exponit, εἴγε λάμπειν ἴσμεν τὸ τοῖς οὔροις ἐπικεχυμένον λευκὸν, ſiquidem album in vrinis innatans ſplendere nouimus, vt λαμπῶδες à nitore & candore ἀφρῶδες indicet. Idẽ quoque ibidem ſcribit τὸ λαμπῶδες ἀφρῶδες omnibus dici. At Erotianus Bacchium reprehẽdit, qui λαμπῶδες λαμπρὸν & καθαρὸν, hoc eſt ſplendidum & purum, apud Hippocr. exponeret, & λαπῶδες non λαμπῶδες ex Hippocr. legiſſe videtur, quẽadmodum λαπῶδες etiam Gal. & λαμπῶδες apud eũ agnoſcit, & ἀπὸ τῆς λάμπης, & ἀπὸ τοῦ λάπτειν deduci ſcribit. Sunt verò qui λαμπυρὰ & λαμπτηρὰ apud Hipp. pro λαμπηρὰ legant. Dicitur etiã λάμπη & λαμπὴ Erotiano.

Λαμπρῶς, luculenter, ſplendidè, magnificè, clarè, manifeſtè, amplè, λαμπρῶς καταμήνια ἐπιφαίνεσθαι, mẽſes luculenter apparere, Prorrh. 2. (p.416.39.) Λαμπροὶ etiam dicuntur Hip. lib. de aere, loc. & aq. (p.80.43.) qui colore ſunt vegeto & bene habito, quibus tacitè lienoſos & ictero nigro laborantes videtur opponere. ὅσοι ἂν ὑγιηροί τε ἔωσι καὶ λαμπροί. Si incolumes ſunt & benè habiti.

Λαμπτὴρ exponitur Gal. in Exeg. ὃν οἱ πολλοὶ φανὸν ὀνομάζουσι, quem φανὸν vulgò appellant, h. e. lucerna aut lampas, aut pharus qui in turribus ſuſpenditur, vt nauigantibus præluceat. Additque Gal. apud Atticos præcipuè eo nomine id appellari, in quo ligna vrebantur lumen præbentia. Quin & δᾷδας & λύχνον λαμπτῆρας dici. Ex quibus apparet λαμπτῆρα eſſe laternam aut facem qua nauigia vtuntur, vt ſibi & ſequentibus præluceant. Eoq; etiam nomine laternam dici conuiuis à cœna redeuntibus prælucentem. Verùm quod Gal. adducit ex Hippocr. lib. 2. de Morbis maiore, id habetur lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.201.17.) ὁ δὲ γαστὴρ ἔνυδρος καὶ μεγάλη ὥσπερ λαμπτήρ. venter verò nimio humore tumidus ac pellucens velut laterna. Quamuis omnibus in codicibus λαπτὴρ vitiosè legitur.

Λαπάρα ἡ λαπάρη & λαπάραι dicuntur laterum inanitates, & ea corporis pars, quæ eſt inter nothas coſtas & oſſa quæ ad ilia pertinent, quòd inanis ſit & deſideat. Gal Com. 2. in lib. de fract. (p.557.21.) ſcribit λαπάραν dici propriè eam corporis partem quæ eſt ſupra ilium oſſa. Idemq; profitetur ſe Hippocratis &

Homeri vſu edoctum & morbi experientia aſſerere poſſe, λαπάρην dici eam partem quæ inter thoracis & iliûm oſſa ſubſidit. Ibidem quoq; (v. 30.) λαπάρην vocari ſcribit eam corporis regionem oſſibus vacuam, quæ eſt ſupra iliûm oſſa. Idem etiã Com. 2. in Progn. (p. 134. 47.) ſcribit eas partes quæ ſunt ad laterum inanitates & κενεῶνες vocãtur, ab Homero λαπάρας appellari. Rurſus Com. 2. in lib. κατ' ἰητρ. (p. 681. 12.) τὰ λαπαρώτερα τοῦ σώματος, hoc eſt demiſſiores corporis partes Hippocr. vocari ſcribit eas quæ eminentibus & extantibus opponuntur. κέκληκε γὰρ οὕτως [λαπαρώτερα] τὰ τοῖς ἐξέχουσι μορίοις ἐναντίως διακείμενα, τουτέστι τὰ κατεσταλμένα καὶ ταπεινά. καὶ γὰρ τὸ λαπαρὸν ἅπαν προσέσταλται. κυρίως μὲν οὖν ἡ λαπαρὸν φωνὴ σημαίνει τὸ κενὸν ὥσπερ καὶ ἡ λαπάξαι, τὸ κενῶσαι. καὶ γὰρ καὶ τὸ Ἴλιον ἐξαλαπάξαι ἐϋναιόμενον πτολίεθρον, ἐκκενῶσαι τὴν πόλιν δηλοῖ. καὶ λαπάρας τοῦ σώματος ἐκεῖνα τὰ μόρια καλοῦσιν, ὅσα μεταξὺ τῶν τε κάτω τοῖς λαγόσιν ὀστῶν ἐστι, καὶ τῶν νόθων πλευρῶν. ἤδη μέν τι καὶ τὸ προσεσταλμένον ἅπαν ὀνομάζουσι λαπαρὸν, ἐπειδὴ τὸ κενὸν ἐξ ἀνάγκης προσέσταλται, τὴν μεταφορὰν ἀπὸ κοινοῦ συμβεβηκότος ποιούμενοι. Sic enim vocat quæ eminentibus contrario modo ſe habẽt, hoc eſt depreſſa & demiſſa. Omne enim λαπαρὸν depreſſum eſt. λαπαρὸν igitur propriè vacuum ſignificat, vt & λαπάξαι exinanire. Nam quod Homero ſcribitur, Ἴλιον ἐξαλαπάξαι ἐϋναιόμενον πτολίεθρον, quod eſt, Deuaſtare altæ bene condita mœnia Troiæ, vrbem diripere & euacuare ſignificat. Et λαπάρας vocant eas corporis partes quæ inter iliûm oſſa & nothas coſtas mediæ ſunt. Quin etiã id omne quod depreſſum eſt aut ſubſidit λαπαρὸν vocãt, quia quod vacuum eſt neceſſariò depreſſum eſt, ſumpta ex eo tranſlatione quod cõmuniter accidit. Sic λαπάσσειν quod eſt emollire, ſoluere, κενοῦν καὶ προσστέλλειν, vacuare & cõtrahere exponit Gal. Com. 2. in Progn. (p. 135. 13.) & de vẽtris tumore ſubſidente effertur, vt cùm ſcribit Hippocr. (ibid.) καὶ διάρροιαι ὥστε τὴν γαστέρα λαπάσσουσι. alui fluor minimè vẽtrem emolliens aut vacuans. Quem certè locum mihi procul omni dubio exprimere videtur Erot. λαπάσσουσι, μαλάττουσι, κενοῦσι exponens, & dictionem ἀπὸ τοῦ λαπάζειν deducens. quòd ventrẽ emollit, cùm potiùs λάπαξιν ἀπὸ τοῦ λαπάσσειν alii deducant. Et eadem omninò notione ſcribitur lib. 4. Epid. (p. 332. 13.) μέρος τι ἐλάπαξεν, aliqua ex parte emollierũt, de tenuibus deiectionibus, quæ progreſſæ tumorẽ hydropicum quadam ex parte emolliuerunt, euacuarunt & contraxerunt. Ac rurſus ibid. (v. 19.) καὶ τὰ ἄνω οὐκ ἐλάπαξεν οὐδέν, & ſuperiores partes nihil emolliuit, h. e. ſuperiores partes nulla ex parte ſunt exinanitæ aut vacuatæ. Quã expoſitionem mihi adumbrare etiã videtur Erot. cùm ἐλάπαξεν ἐμάλαξεν apud Hip. explicat, bis nimirum ſubindicatis locis. Eo quoq; ſignificato ſcribitur in Coac. Præn. (p. 429. 47.) τὰ παρ' οὖς λαπάσσει βηχία μετὰ πτυαλισμοῦ ἰόντα. tubercula ad aures emolliunt tuſſiculæ, quæ cum crebris oris ſaliuationibus procedunt. Quod etiam repetitur in Prorrh. (p. 219. 21.) ſed pro λαπάσσει ἀναλδαίνει ſcribitur (vt & aliàs ſæpe ponitur ἀναλδαίνειν pro λαπάσσειν, & idem quandoq; ſignificare antea ſcripſimus) quòd cùm huiuſmodi tubercula emolliuntur, vacuantur, aut cõtrahuntur & ſubſidunt, ab his ægri liberantur & vindicantur. Sic etiam λαπάσσεσθαι, euacuari, emolliri, diſcuti, deprimi, ſubſidere, detumeſcere, exinaniri, euacuari & euaneſcere ſignificat, & de abdominis tumore dicitur, aph. 28. ſect. 2. lib. 6. Epid. ἐπὶ τὸ ἦτρον ἐλαπάσσετο, circa abdomẽ emolliebatur. Et de tuberculis ad aures cùm intrò retrahũtur & diſpatẽt, aph. 1. ſect. 4. lib. 6. Epid. τούτων λαπασσομένων ὑποστροφὴ γίνεται. iis euaneſcentib. fit morbi reuerſio. Vbi λαπάσσεσθαι προσίζεσθαι καὶ ἀφανίζεσθαι, q. eſt retrahi, reprimi, & euaneſcere explicat Gal. (Sed pro λαπάσσεσθαι ἀναλδάνεσθαι ponitur lib. περὶ χυμῶν, & lib. περὶ κρισίων, vbi eadẽ ſententia repetitur.) πολλάκις δ' ἤδη μεμαθήκατε τὸ ἔθος αὐτοῦ, τὴν κατὰ τὸ λαπάσσεσθαι φωνὴν ἐπὶ πάντα τὰ ὁπωσοῦν προσστελλόμενα φέροντος, ἐπειδὴ κενώτερα γίνεται. Iam verò ſæpius didiciſtis illum cõſueuiſſe verbum λαπάσσεσθαι, ad omnia quæ vtcunq; retrahuntur, referre, quandoquidẽ vacua magis redduntur. Idem quoq; in Exeg. vocum Hippocr. λαπαχθῆναι ſcribit ſignificare κυρίως μὲν τὸ κενωθῆναι, ἤδη δὲ τοῦτο καὶ τὸ μαλαχθῆναι. propriè quidem vacuari, & inde quoq; emolliri. Eaq; notione ſcribit lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 109. 42. & 43.) περὶ γαστρὸς καὶ ἢν μὲν λαπαχθῇ δειπνήσαι. & ſi vẽter emollitus fuerit, h. e. exoneratus aut euacuatus, cœnare. Et rurſum, ἢν δὲ μὴ λαπαχθῇ, ſed ſi nõ emollitus fuerit. Rurſusq; lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 7. 35.) de ventre, καὶ λαπαχθῇ τε καὶ ἡσυχάσῃ, & emollitus fuerit, h. e. euacuatus, & cõquieuerit. Sic λαπαρὴ κοιλίη dicitur in Progn. (pag. 138. 43.) mollis venter, mediocriter inanis & vacuus, aut minimè tenſus & repletus. δεῖ δὲ ἐν παντὶ νουσήματι λαπαρὴν τὴν κοιλίην εἶναι καὶ εὔογκον. At verò in omni morbo ventrem mollem corporatumq; eſſe neceſſe eſt. Vbi Gal. τὴν λαπαρὴν, συμμέτρως κενὴν, moderatè vacuam exponit, & τῇ τεταμένῃ ἢ πεπληρωμένῃ, extenſo & repleto opponit. Et lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 199. 22.) λαπαρὸν de vẽtris aut tumoris inanitate & vacuitate effertur in aqua intercute. πινέτω δὲ φάρμακον δὶς τῆς ἡμέρης, ἕως ἂν λαπαρὸς γένηται. Bibat autem medicamẽtum bis die, donec vacuus aut mollis euadat, h. e. vacuetur & inaniatur, aut tumor ſubſidat. Rurſusque ibid. (p. 201. 21.) ἕως ὑποκαθαρθῇ καὶ λαπαρὸς γένηται, donec expurgetur & mollis euadat, h. e. vacuus. Et lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 247. 33.) λαπαρὴ γαστὴρ in vteri hydrope dicitur vẽter mollis, qui ſubſidit & intumeſcenti opponitur. Neq; multum diſſimili phraſi λαπαρὸς dicitur, lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 97. 47.) cui venter mollis eſt, liquidus & minimè durus. ἢν δὲ λαπαρῇ ἐόντι καύσος ἐπιγένηται. At ſi liquidam aluum habenti febris ardens oboriatur. Rurſusq; Prorrh. 2. (p. 422. 2.) λαπαραί dicuntur mulieres quibus ventris tumor ſubſidit, aut depreſſus eſt, λαπαρὸν τὸ κενὸν, vacuum & molle quod tenſo opponitur, exponit Gal. lib. 2. περὶ δυσπν. (p. 183. 52.) &

52.) & lib. 3. (pag. 198. 1.) vt & ὑπολάπαρον, ὑπόκενον, aliquátulum vacuum & molle. Eoque ſenſu λαπαρὰ ὑποχόνδρια crebrò dicuntur Hippocrati præcordia mollia, non tenſa, vt in Coac. Prænot. (p. 432. 40.) & lib. 2. Epid. (p. 318. 11.) & lib. περὶ κρισίων (pag. 386. 40.) quæ μαλακὰ ibidem exponũtur (p. 387. 46.) Quò ſanè mihi reſpexiſſe videtur Erotianus λαπαρὰ, ἁπαλὰ, hoc eſt, tenera & mollia apud Hip. exponens. Quomodo etiam προσκεφάλαιον λίνεον, ἢ εἰρεοῦν, μὴ σκληρὸν, λαπαρὸν, ſumitur lib. de fract. (p. 553. 34.) hoc eſt puluinus lineus aut laneus, non durus ſed mollis & laxus. Et lib. 2. de Morb. (p. 145. 42.) γαργαρεὼν οὐ μέγας, ἀλλὰ λαπαρὸς, curgulio non magnus, ſed mollis in angina ſcribitur, h. e. non durus aut tẽſus, ſed ſine inflammatione, vt lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 204. 19.) λαπαρὸς σπλὴν τῷ ἐξηρμένῳ, hoc eſt mollis lien tumido & duro opponitur. Et in Progn. (p. 150. 32.) ὑποχόνδριον λαπαρὸν τε καὶ ἀνώδυνον inflammato & tẽſo opponitur. Sic aph. 23. ſect. 3. lib. 6. Epid. πλευρέων λαπαραὶ ὀδύναι, laterũ dolores molles & laxi, h. e. ſine inflammatione & tenſione dicuntur. Ita nanq; ibid. explicat Gal. ἀκούουσί τε πάντες, λαπαρὰς, τὰς ἄνευ φλεγμονῆς καὶ τάσεως ὀδύνας. molles dolores omnes intelligunt, ſine inflãmatione & tenſione obortos. Neque abſimili notione εἰλεὸς λαπαρὸς ſumitur lib. 2. Epid. (p. 318. 35.) tenuioris inteſtini morbus leuis, mollis, non intenſus & ſine inflammatione, quem ἐπιεικῆ vocat Aretæus. λαπαρὸς, ἰσχνὸς, ὑπεσταλμένος exponitur Heſychio, & λαπάξαι κενῶσαι, & λαπάξειν ἐκκενώσειν, & λαπάσσειν, λαπάγειν, κενοῦν, & λαπάθον, μαλάθον, καθαρὸν ποιοῦν. At verò λαπάρας & λαπάρην aut λαπάρας pro lateris inanitate & mollitudine ſæpe vſurpat Hipp. vt lib. 2. de Morb. (p. 157. 2.) καὶ ὀδύνα λαμβάνει ἀπὸ τῶν σπλάγχνων ἐς τὴν νειαίρην γαστέρα καὶ τὴν λαπάρην. & dolor corripit, à viſceribus ad imum ventrem & lateris mollitudinem. Et lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 203. 11.) καὶ ὀδύνη ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε ἐμπίπτει ὀξεῖη, καὶ ἐς τὴν λαπάρην, καὶ ἐς τὴν κοιλίην. & dolor interdũ contingit acutus, & ad lateris mollitudinem, & ad ventrem. Rurſus lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 233. 7.) κατὰ τὴν λαπάρην ῥαγῶσι, vt erumpant ad lateris mollitudinem. Et (v. 11.) καὶ προσπίπτῃ πρὸς τὴν λαπάρην, & allabantur ad lateris mollitudinem. Et (v. 15.) ἐπὴν προσκέηται τὸ στόμα τῶν μητρέων τῇ λαπάρῃ. cùm vterorum oſculum lateris mollitudini adhæreſcat. Et (v. 18.) καθίσταται τὸ ἐξέστηκος κατὰ τὴν λαπάρην. conquieſcit quod eminens fuit ad lateris mollitudinem. Et (v. 19.) διαπύει κατὰ τὴν λαπάρην. ſuppuratio fit ad lateris mollitudinem. Ac rurſus lib. de loc. in homine (p. 64. 36.) φέρεται δ' ὑποκάτω τοῦ σπληνὸς ἐς τὴν λαπάρην τὴν ἀριστερήν. fertur autem ſub ſplenem ad ſiniſtram lateris mollitudinem. Rurſusq; ibid. (p. 67. 46.) ὀδύνη ἔχει ἐς τὴν λαπάρην, καὶ ἐς ἐς τὴν κλαΐδα πρὸς τὴν ἐς τὴν λαπάρην. dolor occupat ad lateris mollitudinem, & ad clauiculam, quæ ſpectat ad eam lateris mollitudinẽ. Et iterum ibid. (p. 68. 32.) τὴν λαπάρην ἀρχομένου πόνος ἔχει. lateris mollitudinem ad initia dolor occupat. Et (v. 34.) ἐν τῇ λαπάρῃ σείεται, in lateris mollitudine concutitur. Et (v. 36.) μᾶλλον δὲ κατὰ τὴν λαπάρην ἐν ᾗ τὸ πῦον ἐστί. magis autem iuxta eam lateris mollitudinem in qua pus exiſtit. λαπάρας autem vſurpat ibid. (v. 6.) καὶ ὀδύναι πολὺ ἰσχυρότεραί εἰσιν αἱ ἐς τὰς λαπάρας καὶ ἐς τὰς κλαΐδας. doloresq; longè vehementiores ſunt qui ad laterum mollitudinẽ & ad clauiculas tendunt. Et lib. de flatibus (p. 120. 8.) ποτὲ δὲ πρὸς τὰς λαπάρας. interdum etiam ad laterum mollitudinem. Eſt vbi quoq; τὴν λαπάρην καὶ τὸν κενεῶνα iungit Hip. cùm tamen vtrunque de lateris inanitate dicatur, vt lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 196. 48.) ὀδύναι πιέζουσιν αὐτὸν ἐς τὴν λαπάρην, καὶ ἐς τὸν κενεῶνα. Dolores eum premunt ad latus & lateris inanitatem. Et lib. 2. de Morb. (p. 153. 28.) καὶ ὀδύνη ἴσχει τὸ μετάφρενον, καὶ τοὺς κενεῶνας, καὶ τὰς λαπάρας. & dolor dorſum occupat, & lateris inanitates, & latera. Atq; eò mihi ſpectare Erot. videtur cum λαπάρην τὴν πλευρὰν apud Hip. exponit, aut certè locum lib. de loc. in homine (p. 68.) reſpicere, in quo λαπάρην τὴν πλευρὰν intelligere non eſt abſurdum. Neq; enim ea vt idem ſignificantia coniungit, ſed veluti diſparata & diuerſa. Λαπαρὸν etiam τῆς πλευρῆς Hip. ſignificat id quod inter ſingula coſtarum oſſa interiectum eſt, & eam lateris inanitatem ac mollitudinem quæ inter vtranq; coſtam interiacet, vbi ſunt muſculi intercoſtales, lib. de art. (p. 624. 34.) οἱ γὰρ ὀχετοὶ οἱ κατὰ τὸ λαπαρὸν τῆς πλευρῆς ἑκάστης παρατεταμένοι. Ductus enim qui per obtentam vnicuiq; coſtæ inanitatem feruntur. Vbi ſcribit Gal. λαπαρὸν δὲ [εἶπεν] τῆς πλευρῆς ἑκάστης τὸ μεταξὺ τῶν ὀστῶν, καθ' ἃ καὶ οἱ μεσοπλεύριοι μῦς εἰσί. Inanitatem autẽ (vocat) cuiuſq; coſtæ, quod inter oſſa intercedit, vbi ſunt muſculi intercoſtales.

Λάπη pituitam tenuem ſignificat Hippocr. quæ ore reiicitur & ſaliuationis propemodum comes eſt, ideoque σιάλῳ fere iungitur. Lib. 2. de Morb. (p. 143. 33.) καὶ ἐμέει σίαλα καὶ λάπην, & vomit ſaliuam & pituitam. Rurſusq; ibid. (p. 153. 28.) καὶ ἐμέει λάπην & pituitam vomit. Et iterũ (p. 156. 12.) καὶ ἐμέει ἄλλοτε ἀλλοῖα, καὶ χολὴν, καὶ σίαλα, καὶ λάπην. interdumq; diuerſa vomitione reiicit, & bilem & ſaliuam, & pituitam. Rurſusq; (p. 158. 1.) [ἐμέει] ὅτε δὲ σίαλον καὶ λάπην. eſt vbi ſaliuam & pituitam vomit. Et lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 192. 22.) καὶ ἐμέει λάπην ὀξείην & vomit pituitam acidam. Rurſusque ibid. (p. 194. 38.) ἀθρόον ἤμεσε χολὴν, ποτὲ δὲ λάπην. bilem copioſam vomit, interdumque pituitam. Et iterum (p. 209. 31.) ὁτὲ δὲ ἐμέει λάπην ὀξείην, ὁτὲ δὲ ἁλμυρήν. vomit interdum pituitam acidam, quandoq; etiam ſalſam. Et (p. 210. 45.) λάπην ἐμέει ὀξείην ὑπόσαπρον. pituitam acidam ſubputridam vomens. Rurſus lib. 2. Epid. (p. 315. 47.) μικρῷ λάπῃ ὅμοιον. tenui ferè pituitæ ſimilis. Hanc verò dictionem Caluus apud Hip. interdum bilẽ, interdum quoque ſpumam vitioſè vertit, vt mihi pro λάπην λάπθην legiſſe videatur.

Λάπτειν eſt lambẽdo bibere & ſorbere, more canum. Vtitur Hippocr. lib. περὶ καρδίης (p. 51.

1.) λάπτουσα [ἡ καρδίη] τὸ πνεύμονος τὸ ποτόν. pulmonis potum lambens, hoc eſt ſorbens & ebibens. Athenæus lib. 11. λάψαι ἀθρόως πιεῖν exponit, plenis ſe proluere poculis & affatim bibere. Idem lib. 8. λάπτειν ὀχετευσαι explicat, & κενούμενον λαγαρὸν γίνεσθαι, hoc eſt, exinanire & enacuare. λάπτει Erotianus apud Hippocr. λαμβάνει ſignificare ſcribit, & pro λάπτει λαί(ζει) Bacchium legiſſe. λάπτει quoque exponit Heſychius ἀναλαμβάνει, πίνει.

Λάπυρον ὑγρὸν humidum Erotianus apud Hipp. exponit, pro quo λάππυρον legunt exemplaria quædam, & λαμπηρον.

Λάρυγξ guttur, eſt ſuprema arteriæ pars, aut principium faucibus continuum, ceu arteriæ aſperæ caput. Sic enim Gal. Com. ad aph. 34. lib. 4 λάρυγγα τὴν οἷον κεφαλὴν τῆς τραχείας, ἀρτηρίας, velut oſtium aut caput aſperæ arteriæ vocat. Et Pollux βρόγχου ἀρχὴν λάρυγγα eſſe ſcribit. Eſt autem præcipuum vocis inſtrumentum.

Λάσανον chytropum ſignificat & ollarum ſuſtentaculum. Eſt etiam olla culinaria & matella, aut vas exonerãdæ aluo idoneum apud Horatium, vnde λασανοφόρος dicitur qui λάσανον hero defert. Heſychius λάσανα exponit τοὺς χυτρόποδας καὶ τὰ ὀπίσθια τῶν μηρῶν, ἀπὸ τῆς δασύτητος, ἔτι δὲ καὶ τοὺς βάθρους καὶ ἀφοδευτικοὺς δίφρους. hoc eſt ſellas familiares & cloacas ad deponendum ventris onus. Quod etiam innuit Pollux lib. 10. cap. 9. qui etiam lib. eiuſdem cap. 14. τὸν χυτρόποδα λάσανον vocatũ ſignificat. Ariſtoph. Schol. in Pace (p. 468.) λάσανα explicat τοὺς χυτρόποδας καὶ τὰ μαγειρεῖα ὅπου τὸ βῶλον σκευάζεται μετὰ τὰς θυσίας κρέα. Idem etiam τοὺς δασεῖς μηροὺς indicare ſcribit. Λάσανον Hippocrati lib. περὶ ἐπικυήσιος (pag. 48. 38.) pro ſella familiari ad ventris onera exoneranda ſumi videtur, aut tripode ollario, aut ſimili quadam in altum extructa ſella, in quam puerpera deſideat, vt fœtus ſua grauitate dependens, ſenſim ſecundas extrahat. τὸ δὲ χορίον ἢν μὴ ῥηϊδίως ἐκπίπτῃ μάλιστα μὲν ἐᾶν πρὸς τὸ ἔμβρυον προσηρτημένον, καὶ τὴν λεχὼ περιτιθέναι, ὥσπερ ἐπὶ λασάνου. ἔστω δὲ κατεσκευασμένον ὑψηλόν τι ἵνα τὸ ἔμβρυον ἀπηρτημένον συμπιέζῃ τῷ βάρει ἔξω. At ſi ſecunda non facilè excidat, ea quoad fieri poteſt ad fœtum propendeat, puerperaque veluti ſuper laſano collocetur. Sit autem in altum quid extructum & comparatum, vt fœtus propendens, ſuo pondere vnà ſecundam ſecum extrahat. Ibidem ἢν δὲ μὴ δύνηται καθῆσθαι ἐπὶ τοῦ λασάνου, ἐν ἀνακλιτῷ δίφρῳ τετρυπημένῳ καθήσθω. Quòd ſi ſupra laſanum ſedere nequeat, in ſella recubitoria perforata locetur. Vbi ἀνάκλιτος δίφρος idem quod ἀνακλισμὸς Hippocrati lib. de art. ſignificat, aut ἀνακλιντήριον & ἀνάκλιντρον. Verùm vitioſè ἀνάκλιτος δίφρος legitur noſtris in exemplaribus. δίφρος ſimpliciter dici lib. περὶ γυναικ. φύσ. (230. 23.)

Λάσιον, σινδόνιον, linteum exponit Gal. in Exegeſi apud Hippocratẽ. Erotianus verò ὀθόνιον, qui & authoritate Theopompi & Artemidori Grammatici λινοῦν ὕφος δασὺ εἶναι, hoc eſt textum lineum villoſum eſſe ſcribit. Sic Heſychius λάσιον ὕφος, τὸ δασὺ exponit, textum hirtum & villoſum, vt ſit λάσιον ὕφασμα, & λασιουργίαν ἐνεργίαν eiuſmodi texti hiſpidi confectionem. Ac forte λάσιον ab hiſpiditate dicitur, & idem quod λάσιον ſonat, ac pro eo ſcribitur. Sunt autem λάσια Polluci lib. 7. cap. 16. τὰ μαλλοὺς ἔχοντα χειρόμακτρα, mantilia villoſa & hirſuta, ὡς ἀπὸ τῆς δασύτητος, velut à piloſitate aut hiſpiditate dicta, eademque eſſe σινδόνια ἐπτερωμένα, lintea contorta tradit, adducta etiam Theopompi Comici ἐν ἡδυχάρει authoritate. λάσιον autem ſcribitur Prorrh. 2. (p. 416. 30.) τὸ δὲ στῆθος ἐπαινεῖν χρὴ τετράγωνόν τε ἐὸν καὶ λάσιον. Pectus verò laudandum quadratum & hirſutum. Corpus quod maximè lati pectoris atque ſetoſi eſt dixit Celſus, vt illic annotauimus. Ita vt λάσιον propriè σινδόνιον & ὀθόνιον ſignificet, indeque hiſpidum & hirſutum.

¶ Λεβηρὶς ſerpentis exuuium, aut ſenium quod exuit ſignificat. Plinio dicitur membrana ſiue ſenectus anguium vernatione exuta, cap. 5. lib. 29. & anguium vernatio quam exuunt, eiuſdem lib cap. 6. aut vernatio anguium cap. 4. lib. 32. & anguinæ vernationis membrana, cap. 3. lib. 30. λεβηρὶς exponitur Heſychio τὸ τοῦ ὄφεως γῆρας, ὃ ἀποδύεται, ſerpentis ſenium quod exuit. λεβηρίδα exponit Galenus in Exeg. τὸ τοῦ ὄφεως γῆρας, ſerpentis ſectam, apud Hip. & quibuſdam κόγχην κενὴν, hoc eſt inanem concham & vacuam ſignificare adſcribit. Erotiano λεβηρίδες dicuntur ὑμενώδη ἀποσύρματα. & τὰ τῶν ὄφεων λεγόμενα γήρας, veluti deſquamatæ membranæ & deraſæ, h. eſt pelles depoſitæ & excuſſæ, & quod dicitur ſerpentum ſenectus (ſic etiam γῆρας dicitur Nicandro in Theriacis) Idem λεβηρίδα adſcribit Polemacho Grammatico parui animalis lepori ſimilis nomen eſſe, quod Romanis Cuniculus dicitur. Verùm apud Erotianum λεβηρίδος, ὑμενώδες ἐπισύρματος, ὅπερ ἐστὶ τὸ τῶν ὄφεων λεγόμενον γῆρας, ſcribendum eſſe res ipſa clamat, cùm ſcribat Hippocrates lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 257. 38.) λεβηρίδος ὅσον ὀβολὸν τρίβειν, ἐν οἴνῳ, καὶ πίνειν. exuuii ſerpentis oboli pondus tritum in vino bibito. Vbi tamen λεβηρίδα legiſſe Galenum exiſtimo. Rurſus lib. 2. (pag. 285. 6.) ad impetigines ἐχίδνης λεβηρίδος viperæ ſpolii & exuuii meminit. Galenus quoque libro 3. κατὰ τόπους (pagina 196. 3.) ex Apollonio, in audiendi difficultate, γῆρας ὄφεως, anguium ſenectam ex aceto tritam, in aurem inſtillat, λεβηρίδα ſignificans.

τὰ Λίγνα dicuntur Hippocrati apud Galenum in Exegeſi τὰ ἄκρα τοῦ στομίου τῆς ὑστέρας, vteri oſculi ſummæ & extremæ partes, per tranſlationem. λίγνα enim vocantur τὰ περὶ τὰς ὤας τῶν ἱματίων, veſtimentorum extremitates & oræ. Has autẽ vteri oſculi extremitates aliàs κρημνίδας vocat Hippocrates, vt adſcribit Galenus & nos antea docuimus. Idem etiam Galenus in dictione ὀσχίῳ, flexuoſam vteri oſculi eminentiam Hippocrati λίγνα vocari ſcribit. λίγνον autem fimbriam quæ extremæ

veſtis oræ aſſuitur, aut ipſum extremum veſtimentorum limbum & oram ſignificat. λέγνα τὰ ἔσχατα exponit Heſychius. Eidemque λέγνη dicitur τὸ παρυφαινόμενον τῇ περιστροφῇ (τῇ περιστροφῇ tamen malim) quod extremæ veſtis oræ attexitur vt fimbria aut inſtita, διόπερ ἐστὶ παχὺ περὶ τὴν ὤαν ἐκ ῥάμματος, quod ex ſutura circa extremum limbum craſſeſcat. Sic etiam λέγναι exponuntur Scholiaſtæ Callimachi hymno 3. αἱ ὦαι, τὰ λώματα, οἱ κροσσοί. ἄκρα ὅμηρος θυσάνους καλεῖ. extremæ veſtimentorum oræ, & quæ eidem ſunt aſſuta & attexta, velut villi quidam aut fimbriæ θυσάνους vocat Homerus. Erotianus autem τὰ λέγνα τῆς ὑστέρας apud Hippocr. exponens, ἀντὶ τοῦ τὰ περισσά, hoc eſt ſuperflua ſumi vult, quod λέγνα vocẽt antiqui τὰς τῶν ἱματίων ὤας, extremas veſtimentorum oras & limbos, Callimachi authoritate etiam in medium adducta. Vbi non dubium eſt quin is locus indicetur quẽ paulò ſuprà expreſſimus, nimirum hymno 3. in Dianam (v. 12.) καὶ ἐς γόνυ μέχρι χιτῶνα ζώννυσθαι λεγνωτόν, ἵν' ἄγρια θηρία καίνω. hoc eſt, & genuum tenus tunicam ſuccingi fimbriatã, vt agreſtes feras interficiam. Sic enim λεγνωτὸν χιτῶνα τὸν ὤαν ἐπιπλεὶξ ἔχοντα ex Erotiani mente accipimus, hoc eſt tunicam limbo & inſtita prætextam, aut limbum in circuitu habentem & oram. Qua notione λεγνωτὸν ibi exponit Scholiaſtes, τὸ ἔχον ὤας, τουτέστι τὸ ἀπολήγον τοῦ ἱματίου. Ex quibus liquidò apparet Erotiani codicem fœdiſſimè eſſe vitiatum, nec niſi melioris codicis ope facilè reſtitui poſſe. Quanquam (ſi coniectura valet) hunc totum Erotiani locum ſic legi debere exiſtimem: ὡς καὶ Καλλίμαχός φησι, λέγων, τὸν τὴν ὤαν ἔχοντα ἐπιπλεὶξ, λεγνωτὸν χιτῶνα. ἐντεῦθεν δηλοῖ ὡς τὸ λέγνον τὴν ὤαν σημαίνει καὶ αὐτὸ τὸ πέρας. Exiſtimaui etiam aliquando pro his verbis omninò certè deprauatis, τῶν κανόνων ἐπιπλεὶξ, τὸ κροσσωτὸν ἐπιπλεὶξ ſcribi poſſe. κροσσωτὸς enim ſimpliciter, χιτῶνα κροσσωτὸν ἢ λεγνωτὸν hoc eſt tunicam fimbriatam ſeu villis prætextam ſignificat. Quòd autem attinet ad locum Hippocratis legitur lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 277. 10.) ἄκρα περιξέσας τὰ λέγνα τῆς ὑστέρης, ſummas oris vteri oras & extremitates deradẽs. Pro quo ſcribitur lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 214. 40.) ἄκρας περιξέσας τὰς μήτρας, vt & lib. περὶ ἀφόρων (p. 299. 53.) ex quo locus lib. περὶ γυναικ. φύσ. mihi reponendus videtur, cùm ibi paſſim μακρὰς vitioſè legatur.

Λέγων, exponit Erotianus apud Hippocratem διακρίνων, καταριθμούμενος, colligens, diſcernens, diiudicans, enumerans, recenſens. Idque confirmat authoritate Homeri ὀδυσ. σ. (v. 358.) Αἱμασιάς τε λέγων, καὶ δένδρεα μακρὰ φυτεύων. Sepesque colligens & arbores longas plantans. Rurſus ibidem (v. 452.) Ἐν δ' ἡμέας πρώτους λέγε κήτεσιν. Nos autem primos recenſuit inter cetas. Vbi etiam Scholiaſtes κατηρίθμει exponit, vt & præcedente verſu. λέκτο δ' ἀριθμὸν ἠρίθμησεν, hoc eſt, recenſuit numerum. Sic Il. β. (v. 125.) Τρῶας μὲν λέξασθαι καταριθμήσασθαι exponitur, quod eſt Troianos quidem numerare. Etſi Euſtathius ἐπιλέξασθαι explicat. Et rurſus Il. ν. (v. 276.) εἰ γὰρ νῦν παρὰ νηυσὶ λεγοίμεθα πάντες ἄριστοι, ſi enim nunc apud naues numeremur omnes fortiſſimi, καταριθμοίμεθα ſignificat, etſi ἐκλεγοίμεθα aut ἐπιλεγοίμεθα, καὶ συλλεγοίμεθα exponit Heſych. At verò mihi videt' Erot. locũ Progn. initio expreſſiſſe, προγινώσκων γὰρ καὶ προλέγων παρὰ τοῖσι νοσέουσι. Præſcientiẽs enim ac prædicẽs apud ægros (Sic enim paſſim legitur apud Galenum quæ longè optima eſt lectio) Verùm λέγων legit Erotianus, vt ſit enarrans, enumerans aut recenſens coram ægris. (Neque enim dubium eſt quin dictiones Prognoſtici ibi ab eo excutiantur) Sic λέγειν eadem in re ſcribitur lib. 1. Epid. (p. 366. 39.) λέγειν τὰ προγινόμενα, γινώσκειν τὰ παρεόντα, προλέγειν τὰ ἐσόμενα, μελετᾶν ταῦτα. Summa cura animiti oportet, vt præterita enumeres, præſentia cognoſcas, & futura prædicas.

Λείβονται σπένδονται exponit Erotianus apud Hippocratem, hoc eſt libant, aut immolantur & deuouentur.

Λειεντερία læuitas inteſtinorum vertitur Celſo cap. 7. libro 2. ex aph. 78. libro 7. & cap. 8. libri eiuſdem ex aph. 43. lib. 6. & Prorrh. 2. Eſt autem quædam lubricitas inteſtinorum & continendi cibi impotentia, cùm cibi quales ſumpti ſunt citò reiiciuntur, quod ex facultatis retentricis imbecillitate pronenit, quæ ad omnes ventriculi aut inteſtinorum intemperaturas conſequitur. Cuius cauſas & eſſentiam ſic deſcribit Galen. Com. ad aphoriſ. 12. libri 4. ὅταν ἐν τάχει τῶν ἐσθιομένων ἡ διαχώρησις γίγνηται τοιούτων οἷα κατεπόθη, λειεντερίαν ὀνομάζουσι τὸ νόσημα. γίγνεται μὲν οὖν ἐπὶ τῇ τῆς καθεκτικῆς δυνάμεως ἀῤῥωστίᾳ. ταῖς δυσκρασίαις δ' ἕπεται πάντων τῶν κατὰ τὴν κοιλίαν ὀργάνων, τουτέστιν αὐτῆς τε τῆς γαστρὸς εἰς ἣν καταπίνομεν τὰ σιτία, καὶ τῶν ἐκ ταύτης αὐτὰ διαδεχομένων τε καὶ παραπεμπόντων ἐντέρων. γίγνεται δ' ἔστιν ὅτε λειεντερία καὶ κατά τινα ἐπιπολῆς ἕλκωσιν, ὁμοίαν ταῖς ἄφθαις. Quando celeriter quæ comeduntur talia deiiciuntur qualia deuorata ſunt, eum affectum leuitatem inteſtinorum nominant. Fit autem ex facultatis retentricis imbecillitate, & ad omnium quæ ad ventrem pertinent inſtrumentorum intemperaturas conſequitur, hoc eſt, ipſius ventriculi, in quem cibos deuorando ingerimus, & inteſtinorum quæ ab hoc acceptos cibos transmittunt. Fit etiam interdum læuitas inteſtinorum ex aliqua ſuperficiem occupante exulceratione illis ſimili quæ in ore fiunt, quas aphthas nominant Græci. Idem quoque Com. ad aph. 1. lib. 6. huius nominis notationem aptiſſimè his verbis oſtendit, ἡ λειεντερία ταχεῖα διέξοδός ἐστι τῶν ἐσθιομένων τε καὶ πινομένων, τοιούτων ὑποχωρούντων οἷα κατεπόθη. σαφέστερον δ' ἄν τις αὐτὴν ἀφορίζόμενος εἴποι ῥᾳδίως, ἢ κατὰ χροιάν, ἢ κατὰ σύστασιν, ἢ ὀσμήν, ἢ ὅλως ἡντινοῦν ποιότητα, γινομένης ἐν τῇ γαστρὶ μεταβολῆς τῶν σιτίων. ὠνομάσθη δὲ τὸ πάθος οὕτως, ὑπονοησάντων τῶν πρώτως θεμένων τὴν προσηγορίαν αὐτῷ, διὰ λειότητα γίγ-

νόμενα τῆς ἔνδον ἐπιφανείας τῶν ἐντέρων, δι᾽ ἣν οὐκέτι ἀντιλαμβάνονται τῶν ἐμπεριεχομένων ἐν αὐτοῖς, ὡς ὅτε κατὰ φύσιν εἶχε, τῇ τραχύτητι κατεχόντων αὐτά. Læuitas inteſtinorum celer eſt eorum quæ comeduntur aut bibuntur tranſitus, cùm talia deiiciuntur qualia fuerunt deuorata. Quod ſi breuius definire voles, dices priuationem eſſe coctionis, cùm nulla neque ſecundum conſiſtentiam neque ſecundum colorem, aut odorem, vllamúe aliam omninò qualitatem, in ventriculo facta fuerit ciborum mutatio. Sic autem appellatus eſt hic morbus, quòd exiſtimarent qui primùm talem ei impoſuerunt appellationem, propter internæ inteſtinorum ſuperficiei lænitatem ipſum fieri, ob quam in eis contentos cibos non amplius comprehendant, velut, cùm ſecundum naturam habebant, eos ſua aſperitate continebant. Rurſus Com. ad aph. 12. lib. 3 αἱ λειεντερίαι δὲ ταχεῖαι τέ εἰσι, καὶ κατὰ πάντα ἀμετάβλητοι τῶν σιτίων διαχωρήσεις, ἤτοι δι᾽ ἕλκωσιν ἐπιπολῆς κατά γε τὴν γαστέρα, ἢ κατὰ τὰ ἔντερα συνισταμένην τοιαύτην, οἵαπερ καὶ ἐπὶ τῶν παιδίων αἱ ἄφθαι καλούμεναι, ἢ δι᾽ ἀρρωστίαν τῆς καθεκτικῆς δυνάμεως. ὧν τὸ μὲν πρότερον ἐπὶ δακνώδεσι χυμοῖς, ἢ λεπτοῖς τῇ συστάσει, τὸ δὲ δεύτερον ἐπὶ δυσκρασίᾳ μεγάλῃ τῆς κοιλίας τε καὶ τῶν ἐντέρων γίνεται. At læuitates inteſtinorum ſubitæ ſunt & ſine vlla omninò mutatione ciborum deiectiones, idque vel propter exulcerationem in ſuperficie ventriculi aut inteſtinorum eodem modo factam, quo aphthæ in pueris, vel propter retentricis facultatis imbecillitatem. Quorum prius ex mordacibus & ſubſtantia tenuibus humoribus, ſecundum verò ex ventriculi tum inteſtinorum magna intemperie oriri ſolet. Rurſus idem Com. ad aph. 30. lib. 3. læuitates quaſdam inteſtinorum à frigida pituita fieri ſcribit, aliàs à ſola intemperie quæ vim alui retentricem imbecillam facit, aliàs etiam ab vlceroſa quapiam affectione. λειεντερίην autem deſcribit Hippocrates libro περὶ παθῶν (p. 184. 2.) & Prorrh. 2. (p. 420. 42.) λειεντεριώδεις κοιλίαι, alui inteſtinorum læuitate laborantes, & propter læuitatem cibi incontinentes, aph. 12. lib. 4. vt & κοιλίη λειεντεριώδης in Prorrh. (p. 213. 33.)

Λειμακώδης vide Λημακώδης.

Λεῖον læue dicitur & quod ſibi continuum eſt & cohærens, æquabilemque habet ſuperficiem, & nulla ex parte diuulſam, velut ὑπόστασις λείη, ſedimentum læue ac minimè diuulſum in bonis vrinæ notis annumeratur in Progn. Sic τὸ γλίσχρασμα τῆς πτισάνης λεῖον, hoc eſt, viſcoſitas ptiſſanæ læuis probatur libro de rat. vict. in morb. ac. (pagina 43. 11.) vbi τὸ λεῖον ἀντὶ τοῦ ὁμαλοῦς τοῦ τραχυνομένου ſcribit Galenus. Vt verò τὸ λεῖον bono eſt, ſic interdum etiam in excrementis vituperabiles notas habet, velut & λεῖον διαχώρημα πονηρὸν, in colliquationis excrementis ponitur in Progn. (pagina 138. 56.) Vbi ſcribit Galenus, λεῖον δὲ γίνεται τῶν ἐντὸς τοῦ σώματος ἐκκρινομένων, ἢ διὰ τὸ ὁμαλὴν τὴν πέψιν ἔχειν, ὥστε μηδὲν αὐτοῦ διαπεφευγέναι μέρος τὴν ἐκ τῆς φύσεως ἀλλοίωσιν, ἢ διὰ ἰσχυρὰν σύντηξιν, ὡς μηδὲν ἐνταῦθα μόριον τῆς ὕλης ἀπαθὲς ὑπολελεῖφθαι. ὥσπερ οὖν ὅσα χρηστὰ, βελτίω ταῦτ᾽ ἐστὶν ὁμαλῶς φαινόμενα· κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅσα μοχθηρὰ, χείρω καὶ ταῦτα πάντ᾽ ἐστὶν, ὁμαλῶς ὄντα τοιαῦτα. δι᾽ ὅλων γὰρ ἑαυτῶν ἑκάτερα φαίνεται, τὰ μὲν τὸν τῆς φύσεως κόσμον ἐνδεικνύμενα, τὰ δὲ τὸ τῆς μοχθηρίας αἶσχος. At verò quicquid è corpore excernitur læue redditur, aut quia æquabilem habet concoctionem, adeò vt nulla eius pars naturæ alterationem effugerit, aut propter vehementem colliquationem, vt nulla illic materiæ pars impatibilis relicta ſit. Vt igitur quæ bona ſunt, ea meliora redduntur ſi æquabilia fuerint, ad eundem modum quæ mala, ea deteriora omnia euadunt, ſi talia æquabiliter fuerint. Per ea enim tota vtraque conſpiciuntur, ſiquidem partim naturæ ornamentum, partim vitii turpitudinem demonſtrant. λεῖον etiam depile, glabrum & læue ſignificat, libro 3. Epidem. (pagina 429. 34.) ἄτριχον exponit Galen. & hiſpido aut piloſo opponitur. Rurſus aph. 21. ſect. 3. lib. 6. Epid. λεῖον in toto corpore ſpectatur & cutis corporis planitiem atq; æquabilitatem ſignificat, cui τὸ φριμῶδες, hoc eſt, horridum opponitur, quod cutis aſperitatẽ & inæqualitatem indicat.

Λειποθυμίη animi defectio, vt & λειποψυχία, verùm λειποθυμία vitalis facultatis exolutionem, vt λειποψυχία animalis, denotat. Quomodo autem inter ſe, tum verò à ſyncope differant, appoſitiſſimè apud Gorræum ſcriptum eſt, μέχρι λειποθυμίας ἄγειν, ad animĩ vſque defectum educere aph. 23. lib. 1. λειποψυχώδεα πονηρὰ, animi deliquia praua, lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 65. 43.)

Λειπυρίας πυρετὸς febris lipyria ex continuarum & valde malignarum genere, viſcerumque phlegmone interna conſiſtens, in qua interna vruntur extrema verò frigent, vt ſcribit Gal. Com. 2. in Progn. (pagina 136. 10.) & Com. ad aph. 48. lib. 4. Aetius lib. 2. tetrab. 2. cap. 89. ex eryſipelate circa ventrem conſiſtente lipyriam febrem accendi ſcribit, cùm tamen Galen. cap. 7. lib. 2. de Criſ. febrem ardentem pernicioſiſſimam ex pulmonis, iecoris, ventriculi, & partium quæ intra thoracem & ventrem continentur eryſipelate fieri velit. Meminit huius febris Hip. lib. 2. de Morb. (p. 152. 26.) ἀπόλλυται ὑπὸ λιπυρίης, perit ex lipyria febre, vbi tamen ἐκ λύσιος leg. Caluus. In Epiſt. etiam περὶ ἐλλεβορισμοῦ (p. 534. 47.) λιπυριώδης πυρετὸς dicitur, vt & λιπυρίη ſimpliciter lib. περὶ κρισίων (p. 385. 38. 39. 40.) & lib. 2. de Morb. (p. 144. 2.) αὕτη ἡ νοῦσος γίνεται μάλιστα ἐκ λιπυρίης, hic morbus præcipuè ex lipyria febre ortum habet. Et ſi locus obſcurus eſt & vadoſus, & ἐκ λύσιος legit Caluus, vt etiam lib περὶ κρισίων. Vbi ſemper λιπυρίη nõ λειπυρίη ſcribitur. In Coac. Prænot. (p. 427. 11.) τὰ λειπυρικὰ, pro febre lipyria ſumens, bile per choleram effuſa ſolui ſcribit.

Λείεσιν vide Λιεσιν.

**Λείφαιμος** exanguis, qui ſanguine deficitur, ſanguinis inopia laborans, quo nomine etiam decolores donantur. Verùm τοὺς ἀχρόυς & λειφαίμους ſimul ponit Hippocr. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 114. 50.) Vbi Gal. τοὺς λειφαίμους exponit, τοὺς ἐνδεὲς ἔχοντας αἷμα, κἂν μηδέπω σαφῶς ὦσιν ἄχροοι. defectum habentes ſanguinem, etiamſi planè decolores non ſint. Lib. 2 περὶ γυναικ. (p. 268. 5.) ἢν δὲ ἡ φύσις σπληνώδης, ἢ πνευματώδης λείφαιμος. Si verò natura lienoſa fuerit, aut flatuoſa & exanguis. Rurſus ibidem (p. 269. 34.) ἢ λείφαιμος, aut exanguis. Vbi etiam ἄχροος iungitur, etſi λιφαιμος manifeſto mendo paſſim legitur.

**Λειχῆνες** impetigines Latinis dicuntur, ſumma cutis vitia cum aſperitate quadã & leui prurıtu, via quædam ad pſoram & fœdæ ſcabiei ſpecies. Ex ſeroſis, tenuibus & acribus ſuccis cum craſſis permixtis ortum habent Galeno, fereq́ue in mento conſiſtunt, lib. 4. Compoſ. pharm. κτ τόπ (p. 225. 14.) τῶν ἐν τῷ γενείῳ λειχηνωδῶν ὄγκων πάθος ἐκ μικτοῦ τινος γίνεται χυμοῦ, μεμιγμένων τῶν ἰχωροειδῶν τε καὶ λεπτῶν καὶ δριμέων τοῖς παχέσι. καὶ διὰ τοῦτο ῥᾳδίως εἰς ψώρας τε καὶ λέπρας μεταπίπτει, δεόμενον καὶ αὐτὸ τῶν ἰσχυρῶς ξηραινόντων φαρμάκων. Impetiginoſorum in mento tumorum affectio ex mixto quopiam generatur humore, ſeroſis nimirum ac tenuibus & acribus ſuccis cum craſſis permixtis. Eamq́ue ob rem facilè in pſoram ac lepram tranſit, indigetq́ue etiam ipſa medicamentis vehementer reſiccantibus. Rurſusq́ue paulò poſt (pagina 226. 15) λειχῆνές τε τῶν γενείων πάθος ἀηδέστατον. ἐπί τε γὰρ κνησμοὺς ἐπιφέρει, καὶ περίτασιν τῶν πεπονθότων, καὶ κίνδυνον οὐκ ὀλίγον· ἕρπει γὰρ ἔστιν ὅτε καθ᾽ ὅλου τοῦ προσώπου καὶ ὀφθαλμῶν ἅπτεται, καὶ σχεδὸν τῆς αἰσχίστης δυσμορφίας ἐστὶν αἴτιον. Impetigines affectio in mente iniucundiſſima. Nam & pruritum, & affectarum partium circuntentionem, & periculum non modicum inducit. Proſerpit enim interdum per totam faciem, oculosq́ue contingit, fereq́ue extremæ fœditatis cauſa exiſtit. Celſus lib. 5. cap. 28. Lichenem papulam vocat, & in minorem & maiorẽ diſtinguit. λειχῆνες inter exanthemata recenſentur Hippocrati Prorrh. 2. (pag. 424. 25.) vt & cutis fœditates & vitia cenſentur potius quàm morbi lib. περὶ παθῶν (p. 185. 36.) Neque abſimili modo λειχῆνες corporis profundum vitioſis humoribus in cutem erumpentibus expurgant, aph. 20. lib. 3. Sic etiam τὰ λειχηνώδεα ἐξαρμάτα, impetigines tuberoſæ, turgentes & in tumorem ſublatæ, hoc eſt, cum puſtulis & papulis dicuntur lib. 4 Epid. (p. 330. 19.) λειχῆνες etiam dicuntur in equis ſquamulæ anteriorũ crurum ſub armorum partibus in ipſis animalibus natæ, quas etiam χελιδόνας Græci vocant, Cęlius Aurelianus impetigines vel hirundines cap. 4. lib. 1. Tard. Paſſ. Eæ ad Epilepſiam à tota ſubſtantia ab antiquis probabantur. Lichenen equi vocat Plinius cap. 11. lib. 28. & in equorũ genibus ac ſuper vngulas eſſe ſcribit. Sic Dioſcoridi cap. 45. lib. 2 λειχῆνες ἵππων εἰσὶ τύλοι κατ᾽ ἐπιχαρίων ἀποτυλωμένοι περὶ τὰ γόνατα & περὶ τὰς ὁπλὰς γινόμενοι τῆς λεῖοι μετ᾽ ὄξους, ὑποπινόμενοι ἐπιληπτικοὺς θεραπεύειν. Lichenes ſunt in equorum genibus, & ſuper vngulas in flexo hatum partium indurati calli, qui triti & in aceto poti, comitialibus mederi traduntur.

**Λέκιθος** maſc. gen. leguminis genus eſt & piſum ſignificat, & τὸ ὄσπριον ἐρεβινθώδης, aut ad piſum & aracum tanquam genus quibuſdam refertur. Quidam etiam eſſe Hippocrati ὀροβίδιον exiſtimant. λέκιθος ex lentis farina pulmentarium, aut lentium lomentum ſimpliciter poſitum indicare videtur apud Hippocr. lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 285. 10.) Vbi λέκιθον Galenus in Exegeſi vocum Hippocr. explicat φακοῦ τὸ ἔνδον τοῦ λέπους, lentem cui cortex detractus eſt & putamen, quòd tunc ſit coloris lutei. Niſi ſi quis malit hanc Galeni explicationem ad lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 246. 31.) referre, vbi ſcribitur, ἐπίπασσε δὲ λεκίθῳ φακοῦ, quod eſt, lentium farinæ aut lentium lomẽto [mali punici ſuccum] aſpergito. Sic enim λεκίθῳ φακοῦ legendum cenſeo contra exemplarium omnium fidem. Vt mihi locus hic à Galeno expreſſus videatur, & apud eum λεκίθῳ φακοῦ, τῷ ἔνδον τοῦ λέπους libentius ſcribam, cùm Varinus λέκιθον φακοῦ aut φακῶν apud Gal. legiſſe videatur, & Cornarius ſua interpretatione hanc lectionem ſecutus optimè fuerit, vt λέκιθος φακοῦ dicatur velut κυαμίτη λέκιθος, & πιστάνης λέκιθος. Qua locutione vtitur Hippocr. ἐν νόθοις lib. 1. περὶ γυναικ. adſcriptis (p. 301. 32.) & ptiſanæ lomentum aut farinam intelligit. Vbi tamen λέκυθον per υ ſcribunt codices omnes, quemadmodum apud Hippocr. ſcribendum multi exiſtimant, cùm tamen paſſim per ι ſcribatur. Sic Gal. lib. de boni & mali ſucci cibis (p. 356. 11.) λέκιθον eſſe ſcribit, τὸ ἐκ τῶν ἀλεσθέντων ἀλεύρων ἑψόμενον ἐν ὕδατι προσεμβαλλομένου τι λίπους, leguminũ molitorũ farinam aqua coctam & pinguedine aliqua conditã. Λεκιθώδης ὑπόστασις dicitur lib. 4. Epid. (p. 329. 24.) quod ſubſidet in vrina oui luteum colore aut lentium farinam referens, hoc eſt, ſedimentum ſubrubrum, quod ſanguinem in hepate exaſſatũ & torrefactũ denotat. Sic λεκιθώδες πύον, pus oui lutei ſpeciem referens ſignificat, lib. 2 de Morb. (p. 151. 8.) Eſt enim ὠῶν λέκιθος ouorum luteum lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 288. 20.)

**Λεκίσκιον** acetabulum paruũ vertunt apud Hipp. interpretes lib. de rat. vict. in morb ac. (p. 117. 9.) μήκωνος τῆς λευκῆς ὑποτρίψας ὅσον λεκισκίον. Meconium album tritum acetabuli parui menſura Rurſusq́ue ibidem (v. 28.) μηκώνιον, λεκίσκιον ἀττικὸν στρογγύλον. Meconii acetabulum paruũ Atticum rotundũ. Pollux verò lib. 10. cap. 23. apud Hippocr. λεκίσκον legiſſe videtur.

**Λελυγισμένα** Erotianus apud Hippocr. exponit συνεστραμμένα, hoc eſt, contorta. Epicles autem ἐπιπεπλεγμένα, implexa, complicata, Bacchius συγκεκαμμένα, inflexa, quod magis Erotiano probatur, qui etiã ἀπὸ τῆς λύγου, hoc eſt, à viminib. deductã dictionẽ vult, ἀφ᾽ ὧν εὐκαμπῆ τὰ φυτὰ, quę ſunt flexibiles plãtę. Sic λελυγισμένα vitilium aut viminũ modo flexibilia ſonant,

quòd ſit λύγος Heſychio ἱμαντώδης φυτὸν, planta quæ viminis aut vitilis vſum præbet, vt ἄγνος. Hac verò dictione exiſtimo locum Hippocr. ſubindicari qui ſcribitur in Mochlico (p.506.22.) ἐκπίπτει δὲ μᾶλλον, ὅτι τὰ νεῦρα ἐν πλαγίῳ, καὶ λελυγισμένα συνδιδοῖ. Excidit autem magis [maxilla] quòd nerui in obliquum etiam inflexi aut contorti concedunt. Sic enim λελυγισμένα ſignificat neruos viticis in morem flexibiles ac lentos, maximè eſſe idoneos vt ad quaſuis extenſiones cedant, non ſecus ac coria probè ſubacta & emollita, quæ plurimam extenſionem admittunt, vt ſcribitur lib. de art. (pag.601.19.) quemadmodum noſtra interpretatione in eum Mochlici locum aſſeruimus, ſimulque iſtum locum noſtris Annotat. ſubiodicauimus.

Λέμμα Erotiano apud Hippocr. eſt ἡ ἀπολεπισθεῖσα καλυμμάτη. Significat & λέμμα idem quod λέπος, corticem, tunicam & id quod decorticando aufertur. Lib. 2. περὶ γυναικ. (p.267.9.) σικύης λέμματα, cucurbitæ cortices dicuntur.

Λεπάδες exponuntur Galeno in Exeg. apud Hippocr. αἱ ταῖς πέτραις προσεχόμεναι κόγχαι, petris adhæreſcentes conchæ. quemadmodum etiam Heſychio λεπάδες ſunt τὰ πρὸς ταῖς πέτραις κεκολλημένα κογχύλια ὀστρίων ἐλάττω, petris adhærentia cōchylia oſtreis minora. Et Ariſtoph. Scholiaſtæ in Pluto λεπὰς eſt ὀστρίου εἶδος, & κογχύλιον ἐφιζάνον ταῖς πέτραις· ὅτ' αὐταῖς προσπήγνυται, δυσαποσπάστως ἔχει, ἐπειδὰν τις αὐτὸ βουληθείη λαβεῖν. conchylium petris inſidens, quod vbi adhæreſcit non facilè euellitur, neque capitur. Dicitur etiam eidem in Veſpis λεπὰς κογχύλιόν τι ταῖς πέτραις προσπηγνύμενον. Lopades explicaont Nonio genus conchæ marinæ, ex Plauto in Paraſito. Et Lopades etiam vſurpantur eidem Rudente act. 2. ſc. 1. λέπας quoque ſcribitur Heſychio τὸ τῇ πέτρᾳ προσεχόμενον κογχύλιον.

Λεπὶς idem quod λέπος aut λέπισμα ſignificat, corticem aut putamen & tunicam. Verùm pro ſquama plærunque ſumitur, vt aph. 81. lib. 4. vbi λεπίδες ſquamulas indicant, quæ per vrinam redditæ veſicæ exulcerationem minantur. In Coac. Prænot. (p.438.27.) λέπεα ἐξέρυθρα φλυκταινώματα, tenues ſquamæ cum puſtulis rubentes dicuntur. λεπὶς etiam ſimpliciter pro æris ſquama ponitur Hippocrati lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 249.25.) Hæc λεπὶς χαλκοῦ Dioſcoridi vocatur, quam etiam λεπίδα velut κατ' ἐξοχὴν Medicis vocari teſtatur Plinius cap. 11. libr. 34. λεπὶς etiam Celſo de oſſium teſta aut ſquama dicitur cap. 3. lib. 8.

Λέπη λεπίσματα exponit Erotianus apud Hippocrat. hoc eſt, cortices & tenues detractas tunicas, παρὰ τὸ λέπω ᾧ εἰρημένα, hoc eſt, à verbo λέπω quod eſt decorticari. Verùm non parum ſuſpecta eſt hæc Erotiani lectio, & quidam λέπη à λέπος, quod λέπισμα aut λέμμα ſignificat legendum exiſtimant. Ego verò etiam λέπεα apud Erotianum non temere legi poſſe cenſeo, & ſubindicari locum Coac. Prænot. ſuperiore capite nobis expreſſum, niſi quis ſibi quoque λέπη pro λέπεα ſcriptum velit, & ab Erotiano notari. Sunt qui etiam λέπαι legant pro λέπαι. Quæ certe dictio vſurpatur Hippocrati lib. 2. Epid. (p.312.7.) pro ſquamis aut cutis deſquamatione quæ in porrigine aut impetigine affrictu velut decorticatur & decidit. Quid ſit autem λεπὰς poſtea ſcribetur, & apparet λέπαι pro λεπὶς Erotianum ſcribere.

Λέπρα, lepra, fœdæ ſcabiei ſpecies eſt cum cutis aſperitate profundiore, pruritu & ſquamis, cuius materia eſt humor melācholicus, multus, viſcidus, craſſus, acris, terreſtris & ſiccus. Hæc ad Elephantem via eſt, & in quatuor differentias diſtinguitur ſola qualitatis intenſione & remiſſione differentes, ſubque Impetiginis nomine Celſo comprehenditur cap. 28. lib. 5. Huiuſmodi ſanè pruritum cum ſumma cutis aſperitate, καὶ οἷον ἐς λέπρην τὴν πρόψιν, & viſu lepræ ſimilem, in quodam Athenis viſum memorat Hippocr. lib. 5. Epid. (pag. 335.36.) cum tanta totius corporis prurigine & cutis craſſitudine, vt nulla ex parte apprehendi poſſet, tandem tamen balnearum calidarum in Melo vſu ſanatum. λέπραι inter cutis vitia aut fœdatæ cutis affectiones numerantur Hippocrati aph. 20. lib. 3. aph. 28. ſect. 3. lib. 6. Epid. Prorrh. 2. (p.424.25.) & lib. περὶ παθῶν (p.185.36.) Sic lepra quæ à Domino curatur in Euangelio, vitiliginoſæ cutis deformitas quibuſdam eſſe cenſetur, & vitiliginem eam vocat Arnobi' de Domini miraculis hęc verba faciens. Vnus fuit è nobis, cuius fœdæ vitiligines iuſſioni obtemperabant. Et iterum, vitiligines, querqueras, atq; intercutes morbos. Ruſuſq;, Ille notas albicantium vitiliginū manu admota deterſit. λεπρῶν τὴν κύστιν eſt veſicā fœda ſcabie laborare, ita vt ſit ſcabra & aſpera, lib. 5. Epid. (p.336.46.) Θευφόρβου παιδὶ ἐλέπρα τὴν κύστιν. Theuphorbi filio veſica fœda ſcabie (lepram dicunt) laborauit.

Λεπτὸν apud Hippocr. quidam tenue inteſtinum accipiunt, quidam etiam os latum quod ſacrum appellatur, vt ſcribit Gal. Com. 3. in Prorrh. (p.202.45.) eumq; in ſenſum exponunt τὰ κατὰ λεπτὸν ἀλγήματα apud Hippocr. Sed Galen. τὰ κατὰ σμικρὸν ἀλγήματα γινόμενα, τουτέστι τὰ ἀδηλῶς, exponit, h.e. dolores q ſenſim fiunt & inuadunt, h.e. leues, tenues, vt κατὰ λεπτὸν idem quod σμικρῶς ἢ ἀδήλως indicet, leuiter & tenuiter. Neq; abſimili notione λεπτοὶ dicuntur οἱ κατὰ λεπτὸν τουτέστι σμικρῶς ἢ ἀδήλως πυρέσσοντες qui leuiter & tenuiter febricitant, qualē febrem βληχρὸν in Prorrh. vocat Gal. in Coac. Prænot. (p.426.18.) οἱ ἐν ἀρχῇ λεπτοί, q circa initia leuiter febricitant. Etſi λεπτοὺς alii τοὺς λελεπτυσμένους καὶ συντετηκμένους, emaciatos & conſumptos intelligūt. Rurſus λεπτὸν tenue inteſtinū ſignificat in Coac. Prænot. (p.438.17.) στρόφοι περὶ τὸ λεπτὸν ἐμπίπτοντες, ad tenue inteſtinum incumbentia tormina. Et iterum (pag. 440.26.) ἐκ κενεώνων μεθιστάμενα ἀλγήματα ἐς τὸ λεπτόν. ex laterū inanitate ad tenue inteſtinū migrantes dolores. Et (v.30.) ἤσιν ἐκ γυναικείων περὶ τὸ αἰδοῖον καὶ τὸ λεπτὸν πόνοι συνόντες κοιλίας καταξηραίνουσι. Quibus ex

bus ex muliebribus purgamentis dolores intenſi ad ſuperiorem ventris partem & tenuius inteſtinum excitari, eluus humectant. Rurſusque (p. 433. 13.) τὰ κατ' ὀσφὺν καὶ τὸ λεπτὸν χρόνια ἀλγήματα, lumborum & tenuioris inteſtini diuturni dolores.

Λεπτοὶ quoque dicuntur tenues, extenuati, graciles, toto corpore conſumpti & colliquati ex hepatis inflammatione in Coac. Prænot. (p. 437. 49) quales ξυντηκτικοὺς Græcis vocari ſcribit Aretæus cap. 13. lib. 1. περὶ αἰτιῶν καὶ σημείων χρονίων παθῶν. Sic λεπτυνόμενοι & καταλεπτυνόμενοι vehementer extenuatos ſignificant, aut eos qui ad extremam deuenerunt imbecillitatem, quòd ſumma debilitas rarò citra corporis extenuationem accidat, aph. 23. lib. 4. & aph. 7. lib. 2 τὰ λεπτυνόμενα σώματα, extenuata corpora. Et λεπτυσμὸς apud Hippocrat. aph. 21. ſect. 3. lib 6. Epid. eſt extenuatio, cui ἀνάθρεψις, hoc eſt, refectio aut recreatio opponitur, quæ Galeno παχυσμὸς dicitur. Eſt autem λεπτυσμὸς (vt ſcribit Gal. Com. 3. in lib. 6. Epid. p. 486. 19.) ὅλου τοῦ ὄγκου καθαίρεσίς τις καὶ σύμπτωσις, ἢ συνίζησις, ἢ ὅπως ἄν τις ἐθέλῃ αὐτὸν καλεῖν· ὁ δὲ παχυσμὸς ἔμπαλιν, εἰς ὄγκον ἐπίδοσις. totius molis corporis detractio quædam, ſeu collapſio ac contractio, aut ſubſidentia, aut vtcunque appellare libet. παχυσμὸς verò aut craſſitudo contrà, in tumorem inflatio. Quin eò quoque pertinet quòd λεπτὸν τὸ δέρμα apud Hippocrat. ſignificare ſcribit Gal. in Exeg. cùm ad cutis laxitatem extenuatio ac conſumptio conſequatur. λεπτὸν etiam quod in tenues partes eſt comminutum aut tritum, vt λεπτὴ γλήχων tenue pulegium, ὀρίγανος λεπτὴ, origanum tenue, hoc eſt, diligenter tritum, lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 255. 20. & 30.) λεπτὸν in ſuccis aut humoribus, liquidum ac conſiſtentiæ tenuitatem ſignificat, velut in vrinis λεπτὸν αἰεὶ τὸ ὑδατῶδες ponitur, vt ſcribit Galen. Comment. ad aph. 32. lib. 7. & vrinam tenuem, aquoſam & dilutam indicat, Huicque τὸ παχὺ & quod craſſum eſt opponitur, vt in deiectionibus & vrinarum contentis. Sic lib. 2. de Morb. (pag. 143. 38.) κυκεὼν λεπτὸς, cyceon tenuis & liquidus dicitur aut ſorbilis, quique τῷ παχεῖ, hoc eſt, craſſo ex aduerſo reſpondet, eique qui neque ſorberi neque bibi poteſt. Rurſus ibidem (pag. 144. 32.) κέγχρον λεπτὸν milium tenue vocat, liquidum aut adeo dilutum vt ſorberi queat. & rurſus ibidem (pag. 145. 20. & p. 148. 29. & 149. 3.) Velut χυλὸν πτισάνης λεπτὸν, ptiſanæ ſuccum tenuem & liquidum ibidem (pag. 136. 32.) & lib. 3. (p. 160. 40.) λεπτὸν ῥάκος eſt linteum tenue & rarum, vel pannus, lib. περὶ ἐπικυήσιος (pag. 51. 49.) & (p. 52. 24.) ἐν ῥάκει δήσας ὡς λεπτοτάτῳ λίνῳ καθαρῷ, linteo tenuiſſimo filo puro illigatam. Rurſus ibidem (v. 42.) ὀθόνια λεπτὰ tenuia lintea & rara non denſa ſignificant. Velut λεπτὰ ſcribit Galenus in Exegeſi Hippocratem interdum vocare τὰ ἀραιὰ quæ rara ſunt, ὡς ἐν τῷ περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον. Quæ certe indicatura mihi locus exprimi videtur qui ſcribitur (pagin. 66. 36.) hunc in modum. ὁ δὲ ῥόος, ὅτι ἀφ' ὑψηλοτέρων, καὶ λεπτὰ τὰ κωλύματα ἔχων, ῥεῖ καὶ πίμπλησιν ὑγρότητος τὰς σάρκας. fluxio verò, vtpote ab altioribus procedens, & tenuia impedimenta obiecta habens, influit & carnes humiditate replet. Impedimenta tenuia, rara vocans, quæ paulò ante dixerat foramina ampliora habere, καὶ λεπτότερα τὰ μεταξὺ, intermedia tenuiora & rariora. Λεπτοὶ etiam dicuntur tenues, acres, ſubtiles & ingenioſi, vt craſſis, ignauis & inertibus opponuntur, lib. de aëre, loc. & aq. (pag. 81. 9.) ἐς τὰς τέχνας παχέες, οὐ λεπτοὶ, οὐδ' ὀξέες, ad artes craſſi, non ſubtiles, non acres, de nimium corpulentis & humidis agens, quibus poſtea συνετωτέρους καὶ ὀξυτέρους opponit, ingenioſiores & acutiores. Λεπτὸν quoque in vrinis craſſis κατὰ παχυντικῶν pro mediocri ſumitur collatione ad craſſum, vt aph. 69. lib. 4. οὖρα λεπτὰ dicuntur, non tenues quidem vrinæ, ſed tenuiores, collatæ ad craſſas, & quæ ſunt conſiſtentia mediocri inter craſſas & tenues. Sic aph. 46. lib. 5. præter modũ craſſæ mulieres ad conceptum λεπτυνθεῖσαι, hoc eſt, extenuari dicuntur, non quæ prorſus tenues euadunt, ſed quæ mediocritatem habitus ſunt conſecutæ ad craſſas collatæ.

Λεπύχαν Hippocrati nunc putamen & externam teſtam ſignificet, idemque quod λέπυρον, lib. περὶ φύσιος παιδίου (p. 31 1.) ἢν εἴ τις ὠοῦ ὠμοῦ τὸ ἔξω λεπύχαν περιέλοι. Velut ſi quis ouo crudo externam tunicam aut putamen circumcirca adimat. Rurſusque ibidem (p. 38. 45.) ἐπὶ τοῖσι λεπυχάνοισι τῶν ὠῶν ὑγρὸν ἔνεστιν οὐδέν. nullus humor in ouis teſtis ineſt. Aliàs qui λεπύχαν in plantis corticem ſignificet, vt ibidem (p. 35. 7.) ἢ αὐαίνεται ἐς τὸ φυτὸν πᾶν πλὴν τῆς λεπύχης, ὅ, τι περιέχει· αὖθις δὲ τὸ λεπύχαν σήπεται ἐν τῇ γῇ. & in plantã conſumitur præter corticẽ, qui ſolidiſſimus exiſtit. Rurſus verò cortex in terra putrefactus.

Λεσχηνεύειν & λεσχηνεύεσθαι eſt otioſè & diutius cõfabulari, conferre cum aliquo, & à dictione λέσχη deducitur, quæ longam otioſorum confabulationem ſignificet, vt apud Callimachũ in Epigrammate ex Diogene Laërtio in vita Heracliti, ἐμνήσθην δ' ὁσσάκις ἀμφότεροι ἥλιον ἐν λέσχῃ κατεδύσαμεν. (Sic enim appoſitiſſimè ab Henrico Steph. reponit) Quẽ etiã mihi optimè æmulat' videtur Virgilius, Sæpe ego longos Cãtando puerum memini me cõdere Soles. λέσχη etiã exponit Heſychius ὁμιλία ἢ φλυαρία, vt & λεσχηνευομένους ὁμιλοῦντας Erot. apud Hipp. hoc eſt, cõfabulãtes & loquẽtes. Quib. verbis ſubindicare mihi videtur locũ lib. 1. de Morb. (p. 134. 28.) vbi ſcribit, λεσχηνευομένῳ τε αὐτῷ ἢ φρονέοντι πάντα χρήματα ὁμαλῶς ὡς ἐν τῷ περιέχοντι ἀποξηραίνηταί τε καὶ ἀποψύχηται. ipſo cõfabulãte & intelligẽte, omnia nõ ſec' ac antea æquabiliter reſiccãtur & refrigerãt. Agit autẽ de pulmonis vomica, ex qua laborãtes elui profluuio, vt cæteros ſuppuratos, interire ſcribit, ac confabulantes prudentesque, hoc eſt, inter loquendum toto corpore reſiccari & refrigerari. Eandẽ etiam dictionẽ vſurpat Hipp. lib. περὶ εὐσχημοσύνης (p. 25. 49.) μηδὲ πολλὰ λεσχηνευόμενον ἐπὶ ἰδιώτῃσιν, neq; cum plebeiis multum

confabulatur, de Medico agens. Vbi tamen exemplaria quædã manu ſcripta vitioſè λεσχηνευόμενον vt & Aldinum, legunt. Rurſus Prorrh. 2. (p. 415. 49.) τοῖσι δὲ παισί τε καὶ μαθητῇσιν ἐλεσχηνευσάμην. partim cum eorum filiis & diſcipulis diu diſſerui, collocutus ſum, contuli. Quem locum mihi non procul dubio ſubindicare videtur Gal. in Exegeſi, cùm ἐλεσχηνευσάμην ἐπὶ πλεῖστον διελέχθην, hoc eſt, plurimùm & diu diſſerui, exponit. Verùm vitioſè apud Gal. ἐλεσχηνευσάμην, partim etiam ἐλεσχενευσάμην & ἐλευχηνευσάμην, pro ἐλεσχηνευσάμην legitur. Heſychius etiam λεσχηνεῖ, ὁμιλεῖ, μυθολογεῖ exponit, hoc eſt, colloquitur, cõfabulatur, vt λεσχηνευθῆναι paſſiuè, μυθολογηθῆναι, φλυαρηθῆναι. Sunt etiam λεσχήματα, nugæ, confabulationes, & idem quod λέσχαι, quæ ſunt Heſychio φλυαρίαι, & κοιναὶ ὁμιλίαι. In Epiſt. Hippocr. (p. 532. 46.) οὐκ ἄπειρος ὢν τῶν τοιούτων λεσχημάτων. non ignarus harum nugarum.

Λεύκη, quæ Leuce Celſo dicitur lib. 5. vitiliginis & fœdę ſcabiei ſoboles eſt, & cutis carniſque ſubiectæ præter naturam albedo, ideoque albicans vitiligo nominatur & albugo Gazę. Ex malo corporis habitu excitatur, & facultatis nutritoriæ lapſus eſt, pituitoſum ſanguinem, lentum & viſcoſum gignentis. Sic λεύκη μεταβολή τίς ἐστι τῆς χροιᾶς ἐπὶ τὸ λευκότερον, ἀπὸ γλίσχρου τε καὶ κολλώδους γεννωμένη φλέγματος. Leuce cutis quædam mutatio eſt ad albidius, quæ ex viſcoſa glutinoſaque pituita cõtrahitur. Paulus Ægineta lib. 4. cap. 5. λεῦκαι inter periculoſiſſimos & difficillimos morbos accenſentur Hippocrati in Prorrh. (p. 424. 25. & 28.) Eſt & λεύκη μὴ συγγενής. Leuce minimè innata in Coac. Præn. (p. 440. 19.) quæ nõ ante pubertatis tempus occupat. Λευκὰ etiam ſimpliciter apud Hippocr. menſtruorum alborum profluuium indicant, vt ἐρυθρὰ rubrũ. Lib. 4. Epid. (p. 330. 29.) ἐπὶ ῥοῦ λευκοῖς θυγατέρα ἔτικτεν, ἐπὶ ῥοῦ ἐρυθροῖς. Quædam cum albo fluxu filiam peperit, quædam cum rubro.

Λευκὴν ῥίζαν, τὴν τοῦ δρακοντίου, dracunculi radicem apud Hippocr. exponit Gal. in Exegeſi. Eam autem vſurpat Hippocr. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 219. 43. & p. 221. 9.) Rurſus lib. 2. de Morb. (p. 151. 26.) τὴν ῥίζαν τὴν λευκὴν καὶ τοῦ ἐλλεβόρου λείχειν, dracunculi radicem & veratri lingat. Λευκὸν quoque pro pituita ſumitur lib. περὶ φύσ. ἀνθρώπου (p. 6. 10.) ὁ γίνεται γλυκὺ, ὁ πικρὸν, ὁ λευκὸν, ὁ μέλαν. fieri que dulce & amarum, & album & nigrum. Vbi Galenus λευκὸν τὸ φλέγμα, pituitam exponit, vt & μέλαν, τὴν μέλαιναν χολὴν, bilem atram.

Λευκοΐου καρπὸν, τὸ τοῦ ἴου λευκοῦ σπέρμα, hoc eſt, violæ albæ ſemen ſic dici apud Hippocr. ex Dioſcoridis mente ſcribit Gal. in Exegeſi. Vſurpatur autem Hippocrati lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 219. 7.) λευκοΐου καρπὸν ὅσον ἐν τοῖς τρισὶ δακτύλοις λαβών, Violæ albæ ſeminis quantum tres digiti capere poſſunt. Et rurſus ibidem (v. 27.) λευκοΐου καρπὸν ὅσον τοῖς τρισὶ δακτύλοις. Et (v. 24.) λευκοΐου ὁ καρπὸς ὅσον τρισὶ δακτύλοις ἐπιλαμβανόμενος. Rurſusq; ibid. (p. 222. 33.) & (p. 229. 38.) & (p. 231. 3.) Lib. etiam 2. περὶ γυναικ. (p. 285. 43.)

Λευκοφλεγματία ἢ λευκοφλεγματίας aquæ inter cutem ſpecies quæ ἀνασάρκα vocatur. λευκοφλεγματίαν καὶ ὑποσάρκα dicit Celſus cap. 21. lib. 3. Λευκοφλεγματίας autem dicitur ab alba pituita in toto corporis habitu & vaſis redundante, vt ſcribit Gal. Com. ad aph. 76. lib. 7. & com. ad aph. 29. lib. 7. his verbis: συνήθεις εἰσὶ καὶ τοῖς ἄλλοις ἰατροῖς ὀνομάζειν τινὰ λευκοφλεγματίαν ὕδερον, ἤτοι χροιᾷ ὡς καὶ πλεῖστον τοῦ λευκοῦ φλέγματος, ἢ ὡς κατὰ μὲν τὸν ἑαυτοῦ λόγον ὑπάρχοντος ἀεὶ λευκοῦ, δι' ἐπιμιξίαν δέ τινα τῶν ἄλλων χυμῶν μεταβάλλοντος τὸ ἀκριβὲς τῆς χρόας. Conſueuere alii etiam medici quandam aquæ intercutis ſpeciem λευκοφλεγματίαν appellare, tanquam quæ vel liuida pituita, vel ſecundum ſuam certe ipſius rationem alba ſemper manente, ſed propter alios quoſdam admixtos humores verum exactumque colorem mutante conſtet. Quam certe nominis notationem Aurelianus etiam amplectitur cap. 8. lib. 3. Tard. Paſſ. eamque λευκοφλεγματίαν Græcè, Latinè verò intercutem nominat, etſi λευκοφλεγμαντίαν paſſim habent vitioſè ſcriptum exemplaria. Λευκὸν φλέγμα dicitur Hippocrati aph. 29. lib. 7. & lib. περὶ κρισίων (p. 387. 31.) & lib. 1. de Morb. (p. 129. 45. & 49. & p. 131. 4.) Lib. etiam 2. de Morb. (pag. 157. 24.) Quemadmodum etiam Aretæus cap. 1. lib. 2. περὶ χρον. παθ. ἀνασάρκα λευκὸν φλέγμα vocat, in eamque hydropis ſpeciem pueros propenſiores facit. Alioqui ſanè λευκὸν φλέγμα cachexiam quãdam pituitoſam aut malum corporis habitũ Hippocr. ſignificat, in quo plurima huiuſcemodi pituita alba vel liuida ex aliorũ quorũdam humorum commixtione, tum in vaſis, tum in toto corporis habitu coaceruata eſt, quę hydropis quoddam eſt rudimentum, ad eumq; viã facit, vt aph. 76. lib. 7. & lib. περὶ παθῶν (p. 182. 30. & p. 183. 24.) & lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 198. 40.) & lib. de aëre, loc. & aq. (p. 454. 22.) Sic etiam Aurelianus λευκοφλεγματίαν hydropis initium eſſe ſcribit. λευκοφλεγματώδεις in Coac. Prænot. (p. 439. 2.) qui huiuſmodi hydropis vitio laborare dicũtur, & λευκοφλεγματώδης lib. 4. Epid. (p. 329. 3.) quæ pituita alba referta eſt, & λευκοφλέγματος ibidem (p. 332. 3.) ἡ γραῖα λευκοφλέγματος, anus pituita alba redundans. Et λευκοφλεγματίαι lib. 3. Epid. ſt. peſt. (p. 429. 36.) quibus ex frigida intemperie hepatis & partium ſolidarũ pituitoſus ſanguis per totum carnoſum genus ſuffunditur, & in toto corporis habitu coaceruatur, ita vt cutis omnis intumeſcat & infletur. Vbi ſcribit Gal. οἱ δὲ λευκοφλεγματίαι προδήλως δή τινος ψυχρᾶς κράσεώς εἰσιν, οἵ γε μεμνήμεθα τῶν ἐν τοῖς περὶ κράσεως εἰρημένων. ἔστι γὰρ αὐτοῖς μαλακὴ καὶ ὑπόοιδός πως ἡ σὰρξ ἐγγὺς τῷ τῶν ἐχόντων ὕδερον τὸν λευκοφλεγματίαν καλούμενον. Leucophlegmatiæ, hoc eſt, qui alba pituita redundant, (ſi quid meminimus earum quæ in libris de Temperamentis dicta ſunt) citra controuerſiam frigido ſunt temperamento. His carnoſa corporis moles mollis eſt & quodammodo ſubtumida, propemodum vt aqua intercute affectis quam Leucophlegmatiã vocãt.

Λευκ.

Λίαν, παντελῶς, ἄγαν, penitus, In totum, exponit Gal. apud Hippocr. in Exeg. Erotianus verò λίαν τελείως, perfectè.

¶ Λήθαργος Lethargus cerebri morbus eſt ex pituita humidiore & frigidiore cerebrum madefaciente illicq́; putreſcente. Vnde febrem lentam, marcorem, fereq́; inexpugnabilem dormiendi neceſſitatem comitem habet. Authori Definit. Med. (p. 397. 20.) λήθαργός ἐστι καταφορὰ δυσδιέγερτος μετὰ ἀχροίας καὶ οἰδήματος φυσώδους, οὐκ ἀπὸ τῆς τῶν στερεῶν αὐτῶν καὶ τοῦ σφυγμικοῦ πνεύματος, γινομένη, πυρετῷ ἐπὶ βληχρῷ καὶ κακοήθει πυρετῷ. Lethargus eſt in ſomnum delatio inexpugnabilis, cum coloris vitio & œdemate flatuoſo, non ſiue ipſarum ſolidarum partium & pulſifici ſpiritus imbecillitate proueniens, in debili ac maligna febre. Phrenitidi prope contrarius eſt Lethargus, eandem ſedem occupans & materia contraria afficiens. Sic enim ſcribit Gal. Com. 1. in ſent. 1. Prorrh. φρενῖτις ἡ ἀκριβὴς καὶ ἄμικτος ἑτέρῳ νοσήματι γίνεται χολῆς ξανθῆς καταλαβούσης τὸν τόπον ἐν ᾧ τὸ τῆς ψυχῆς ἡγεμονικόν ἐστι. λήθαργος δὲ, τὸν αὐτὸν τόπον ὑγράναντός τε καὶ διαβρέξαντος φλέγματος. Phrenitis exquiſita & nulli alteri morbo permixta oritur cùm bilis flaua locum in quo princeps animæ pars reſidet prehenderit. Lethargus verò cùm locum eundem pituita humectarit & diluerit. Celſus etiam cap. 20. lib. 3. Lethargum phreniridi contrarium facit, quòd in illa difficilis ſomnus, prompta ad omnem audaciam mens eſt: at in hoc marcor & inexpugnabilis pene dormiendi neceſſitas. λήθαργον Græci nominant. Atque id quoque genus acutum eſt, & niſi ſuccurritur, celeriter iugulat. Idem etiam cap. 1. lib. 2. Lethargum vertit ex aph. 30. lib. 3. Vbi ſcribit Gal. febres quidem Lethargicas in conſtante ætate fieri ex humore pituitoſo in cerebro coaceruato & accenſo. Lethargũ autem deſcribit Hippocr. lib. 2. de Morb. (p. 156. 5.) & lib. 3. (p. 159. 25.) Præcipuè verò totam Lethargicorum hiſtoriam accuratè depictã habes in Coac. Prænot. (p. 427. 32.)

Λήμη, ſordes oculorum, pituita concreta, lippientium oculorum ſordes, cùm lachryma & pituita concreſcit. lemę & gramię Latinis dicuntur, eaque dictione vtitur Pl. cap. 13. lib. 25. Et gramię Nonio ſunt oculorum pituitę, vnde gramioſi oculi, qui λημῶντες ὀφθαλμοί, Prorrh. 2. (p. 419. 26.) lippientes oculi, vbi etiam λήμη ſæpius vſurpatur, quam pituitam vertit Celſus cap. 6. lib. 6. eamq́; modò craſſam, quandoque etiam pituitam ſine addito, nos gramiam diximus. Eſt autem pituita ſemicocta in oculis concreſcens ex imbecillitate facultatis naturalis oculum regentis, quæ redundans alimentum & ſuperfluum conficere non poteſt. Prouenit etiam ex tunicarũ oculi imbecillitate & denſitate, vt ſcribit Gal. Com. 2. in lib. 1. Epid. (p. 358. 45.) vbi λημίαι dicuntur Hippocrati ſordes minutulæ lippientium oculorum, quæ λῆμαι in Prognoſtico, & λημία μικρὰ in Coac. Præn. (p. 430. 21.) Gal. Com. 1. in Progn. (p. 124. 54.) αἱ γὰρ λῆμαι γίνονται μὲν ὡς ἴσμεν, καὶ διὰ τὰ τῶν ὀργάνων πάθη, ὡς ἐν ὀφθαλμίαις τε καὶ ἄλλως οὐδένα κίνδυνον δηλοῦσαι. γίνονται δὲ καὶ διὰ ἀρρωστίαν τῆς διοικούσης τὰ κατὰ τὸν ὀφθαλμὸν δυνάμεως φυσικῆς, ἀδυνατούσης ἐκπέττειν τὴν τροφὴν τοῦ ὀφθαλμοῦ. ἐδείχθη γὰρ ἡμιπέπτου τροφῆς ἡ λήμη περίττωμα. κατὰ μὲν οὖν τὰς ὀφθαλμίας, διά τε τὸ πλῆθος τῆς παρὰ φύσιν ὑγρότητος, καὶ διὰ τὸ πάθος τῶν ὀργάνων, εἰκός ἐστι μὴ πέττεσθαι καλῶς τὴν τροφὴν αὐτῶν. ὅταν δ᾽ ἔνδεια τροφῆς ἐστι δηλουμένη διὰ τῆς κοιλότητος, ἡ μὲν ἀπὸ τοῦ πλήθους αἰτία παντάπασιν οἴχεται. καταλείπεται δὲ ἡ τῆς δυνάμεως ἀσθένεια μόνη, καὶ αὕτη οὐχ ἡ τυχοῦσά τις αὕτη γε, ἀλλ᾽ ἰσχυρὰ πάνυ, μηδὲ τὴν ὀλίγην τροφὴν τοῦ ὀφθαλμοῦ ἱκανῶς πέττειν ἰσχύουσα. Cæterùm lemæ quidem fiunt, vt conſtat, etiam ob inſtrumentorum affectionem, velut per lippitudines, & aliôqui nullum periculum oſtentant. fiunt verò etiam ob imbecillitatem naturalis facultatis oculum regentis, quæ oculorũ alimentũ concoquere nequit. Eſt enim Lema (vt oſtenſum eſt) ſemicocti alimẽti excrementũ. In lippitudinibus igitur tum propter copiam humoris præter naturam, tum ob inſtrumentorũ affectionem, vero eſt ſimile, nequaquã recte concoqui eorum alimentũ. At vbi inopia manifeſta eſt, quæ per cauitatẽ indicatur, cauſa quæ à plenitudine eſt omninò perit, ſola autẽ facultatis imbecillitas relinquitur, neque ea quælibet, ſed vehemens valde, & quæ paucum admodum oculorum alimentũ ſufficienter cõcoquere nequeat. Heſychio autem λῆμαι exponuntur αἱ περὶ τοὺς κανθοὺς τοῦ ὀφθαλμοῦ πηγνύμεναι συστάσεις, ἢ ἐκκρίνουσαι τοῦ ὀφθαλμοῦ ἀκαθαρσίαι, hoc eſt, cõcreta in oculorũ angulis ſubſtantia, aut effluens ex oculis ſordes. Dicitur & λήμη Varino λευκὸν ὑγρὸν τὸ ἐν ὀφθαλμοῖς συναγόμενον, ἀμβλυωπίαν παρασκευάζον. album quoddam humidum in oculis concretũ, quod eorum hebetudinẽ facit.

Λημματικοὶ dicũtur Hippocrati qui occaſionem prudenter & accõmodatè arripiunt aut captant, lib. περὶ εὐσχημοσ. (p. 15. 11.) πρὸς τὸν καιρὸν εὔθετοι καὶ λημματικοί, in occaſione prudenter captanda appoſiti & accommodati.

Λῆνοι ſunt Hippocrati aluei aut loculi quidam, hoc eſt, cauitates excauatæ, aut conceptacula quædam, in Mochlico (p. 511. 25.) Sic autem vocat cauitates per totum ſcamnũ Hippocraticum excauatas & inciſas, trium digitorum latitudine & altitudine. καπέτους dicit lib. de art. ληνοὶ exponuntur Heſychio σοροὶ, πύελοι, καὶ τῶν ἁρματείων δίφρων αἱ κοιλότητες, loculi, aluei, aut labra quædam & conceptacula, & cauitates in ſellis curulibus, quibus fuſtes recondebantur. Sic apud Euſtathium χηλὴ & ληνὸς dicitur τὸ κοῖλον τοῦ ἁρματείου δίφρου, εἰς ὃ τὰς μάστιγας οἱ ἡνίοχοι ἀποτίθενται, cauum in ſella curuli, in quod aurigæ fuſtes reponunt. Quin & mali nautici conceptaculum ληνὸν Athenæus lib. 11. vocari ſcribit. Pollux libr. 7. capit. 5. & libr. 10. cap. 24. in panificis & coqui vaſis ληνὸν reponit, & τὴν κάρδοπον ſeu τὴν μαγίδα, τὴν μάκτραν ſeu σκάφην dici ſcribit, hoc eſt, alueum in quo panis ſubigitur. Idem lib. 10. cap. 31. in ταριχηρῶν vaſis, σορὸν, πύελον, κιβωτὸν, ληνὸν reponit.

Quibus indicat ληνὸς dici alueum & loculum, aut cauum quoddam ὄρυγμα & excauatum, ſiue ligneum, ſiue lapideum, aut recondirorium & conceptaculũ quoddam. Ideoq; Pollucis Interpres ob ſimilitudinẽ lintrem vertit. Dicitur & ληνὸς Varino παρὰ τὸ λάϊνον, τὸ λίθινον. ληνὸς quoque eſt Heſychio & Polluci ὅπου αἱ σταφυλαὶ ἐμπατοῦνται, id in quo vuæ calcãtur, lacus preli torcularii. Ad cuius inſtar ληνὸς ab Anatomicis in capite vſurpatur, de quo vide Gorrhæum.

Λῆρος delirium & leuem deſipientiam aut mentis vacillationem ſignificat Hippocrati in Pythione lib. 3. Epid. vbi ληρεῖν quod eſt nugari, leuiter deſipere aut delirare, ματαίως παραφρονεῖν exponit Gal. qui etiam ſcribit. οὕτω γὰρ αὐτὸς ἄλλοτε ἄλλοις ὀνόμασιν ἐνδείκνυται τὸ ποιὸν τῆς παραφροσύνης, ληρεῖν καὶ παραληρεῖν, καὶ παραφρονεῖν, καὶ παρενεχθῆναι λέγων, ἢ πάλιν παρακόψαι καὶ ἐκστῆναι, μανῆναί τε καὶ ἐκμανῆναι. Eſt enim illi conſuetum vt aliis atque aliis nominibus deſipientiæ modum oſtendat, ληρεῖν καὶ παραληρεῖν, καὶ παραφρονεῖν, καὶ παρενεχθῆναι, hoc eſt, nugari, delirari, deſipere & mente emoueri dicens, vel aliàs παρακόψαι καὶ ἐκστῆναι, μανῆναί τε καὶ ἐκμανῆναι, quod eſt, veſanum vel amentem eſſe, vel inſanire & vehementi furore eſſe percitum.

Λῆψις vide Λαβή.

¶ Λίβανος interdum ipſa arbor thurifera dicitur, interdum etiam pro thure ponitur & ἀντὶ τοῦ λιβανωτοῦ. Sic apud Dioſcor. cap. 82. lib. 1. λίβανος σταγονίας dicitur, thuriferæ arboris ſuccus, qui pregnanti cortice inciſo, guttæ rotunditate proſilit, & thus maſculum vocatur. Plinio thuris guttæ nominantur lib. 12. cap. 14. παρὰ τὸ λείβω quod ſtillo ſignificat. Apud Hippocr. quoque lib. περὶ ἐπικυήσιος (p. 51. 47.) λίβανος ἀντὶ τοῦ λιβανωτοῦ ſumitur, & lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 255. 4.)

Λιβανωτοῦ καρπὸν, hoc eſt, thuriferæ arboris fructum, ſcribit Gal. in Exeg. αὐτὸ ἴσως τὸ ὀνομαζόμενον οὕτως λιβανωτὸν, ipſum ſic vocatum thus intelligi, quandoquidem eius plantæ ſemen in vſum venire non conſtat. Vbi λιβανωτὸς ἀντὶ τοῦ λιβάνου & pro thurifera arbore aut planta non temere ſumitur. Sic λιβανωτὶς aut λιβανωτὸς, ὁ καρπὸς τοῦ λιβάνου Sudæ exponitur & Heſychio. λιβανωτοῦ autem καρπὸν in locellos muliebres per clyſterem immittit Hippocr. lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 286. 35.)

Λιβερῷ Gal. in Exeg. apud Hippocr. ὑγρῷ exponit, hoc eſt, humido. Qua certe indicatura mihi Gal. exprimere videtur locum libri κατ' ἰητρεῖον (p. 692. 7.) vbi paſſim legitur, καρπὸς τῷ μαλθακῷ καὶ λείῳ καὶ καθαρῷ. Sed pro λείῳ Galenus adſcribit quædam exemplaria λιβερῷ habere, idque ſicco ex aduerſo reſpondere. Quanquam eo in loco vitioſa admodum ſunt Galeni exemplaria, & aliam lectionem affingunt Interpretes. Erotianus verò λιβερῷ, σκοτεινῷ καὶ μέλανι exponit apud Hippocr. hoc eſt, tenebroſo & nigro. Cumque ea dictio inter cæteras reponatur quæ ex lib. de aëre, loc. & aq. repetuntur, & ab eodem exponuntur: Mihi videtur hac expoſitione locum lib. de aëre, loc. & aq. adumbrare (p. 77. 21.) vbi ſcribitur, τῷ ὑπερεχομένῳ λαμπρῷ, ἀλλὰ χνοώδει τε καὶ διερῷ. Agitur de iis qui Phaſim accolunt, quos præ aliis omnibus grauiſſimam vocem habere ſcribit, quòd aëre vtantur non puro aut ſereno, ſed obſcuro & caliginoſo admodumque humido. Ac pro διερῷ λιβερῷ Erotianum legiſſe exiſtimo, facili admodum mutatione, vt aërem tenebricoſum & ſua denſitate nigrum intelligat. Sic Heſychius λιβρὸν, σκοτεινὸν, μέλαν, δίυγρον exponit.

Λίβος Gal. exponit apud Hippocr. in Exeg. ἐπίτεγμά τι τῶν ὀμμάτων ἐγχυματιζόμενον, oculorum quoddam inſtillamentum, quod oculis infunditur. fieri autem ſcribit ἀπὸ τοῦ λείβειν, ὅπερ εἶναι δοκεῖ τὸ στάζειν δηλοῦν, quod propriè ſtillare indicare videtur. Vt ſit λίβος idem quod λιβὰς, gutta aut ſtilla.

Λιβύῃ, Δήλῳ, Σκυθίῃ; Erotianus his nominibus vult Hippocratem tres orbis habitabilis plagas & regiones indicaſſe. Λιβύην μὲν αὐτόθεν φησίν, τὴν δὲ Ἀσίαν διὰ τῆς Δήλου, τὴν Εὐρώπην δὲ διὰ τῆς Σκυθίας. Africa certè apertè expreſſa, Aſia verò per Delum, & Europa per Scythiam. Quibus ſanè verbis haud dubiè locus Prognoſtici explicatur (p. 166. 20.) ὅτι καὶ ἐν Λιβύῃ, καὶ ἐν Δήλῳ, καὶ ἐν Σκυθίῃ φαίνεται τὰ προγεγραμμένα ἀληθεύοντα σημεῖα. Etenim tum in Africa, tum Delo, tum etiam Scythia propoſita ſigna vera eſſe conſtat. Quod etiam exponens Gal. de omni regione ſcribit. οὐδὲν γὰρ ἄλλο δι' αὐτῆς ἐδιδάχθη, ἢ τὰ σημεῖα, τά τε ἀγαθὰ καὶ τὰ κακὰ, ταὐτὸν ἑαυτοῖς σημαίνειν ἑκάστῃ ἐν ἑκάστῃ χώρῃ, κἂν θερμὴ, κἂν ψυχρὰ, κἂν εὔκρατος ᾖ. Λιβύης μὲν γὰρ ὡς θερμῆς, Σκυθίας δὲ ὡς ψυχρᾶς, Δήλου δ' ὡς εὐκράτου, καὶ μέσης ἀμφοῖν, ἕνεκα παραδειγμάτων ἐμνημόνευσεν. Nil enim aliud per illam docetur, quàm quòd ſigna tum bona tum mala idem per ſeipſa vtraque in omni regione denunciant, ſiue calida ſit, ſiue frigida, ſiue temperata. Libyam enim tanquam calidam, Scythiam tanquam frigidam, Delum verò tanquam temperatam & inter vtranq; mediam exempli gratia commemorauit. Sic enim hunc Galeni locum legimus, quamuis exemplaria publicata aliter ſcribant.

Λιγνυώδης γλῶσσα, lingua fuliginoſa, nigra, atra fuligine tincta, ex vehemente incendio, ægr. 12. lib. 3. Epid. poſt ſt. peſt. in Lariſſæa virgine febre ardente laborante. Vbi Gal. τὴν λιγνυώδη γλῶσσαν vocari ſcribit, τὴν ἐπικεχρωσμένην ὥσπερ λιγνύϊ τινὶ, ξηρὰν οὖσαν ἐξ ἀναθυμιάσεως, veluti fuligine quadam tinctam, ſiccam exiſtentem propter exhalationem. Quem etiam locum mihi haud dubiè ſubindicare videtur Gal. in Exegeſi, vbi λιγνυώδης ἡ μελαινομένη exponitur, vt ſit lingua fuliginoſa nigricans. καὶ γὰρ ἡ λιγνὺς μέλαινα, eſt enim fuligo nigra. Ex eodem quoque loco γλῶσσα λιγνυώδης exponitur Erotiano μέλαινα καὶ τεφρώδης, nigra & cinerea, παρὰ τὴν λιγνὺν, ἥτις ἐστὶ καπνώδης αἰθάλη, à fuligine quæ eſt fumoſa fauilla. fit autem huiuſmodi fuliginoſa lingua (vt idem ſcribit) διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν φλόγωσιν, ob exuperantem inflamma-

inflammationem, velut in febre ardente, indeque admodum reſiccata eſt. Sic aph: 13. ſect. 5. lib. 6. Epid. αὗαι γλῶσσαι ἀπὸ ἐγκαύσιος λιγνυώδεος, valde reſiccatæ linguæ ex ſuccenſa fuligine fiunt. Et in Lariſſæa Virgine λιγνυώδης γλῶσσα, ξηρὴ dicitur. Λιγνυῶδες σίαλον eſt ſaliua fuliginoſa & atra, in pulmonis morbo, lib. 2. de Morb. (p. 152. 34.) velut λιγνυώδεα πτύσματα, fuliginoſa ſputa dicuntur in Coac. Prænot. (p. 435. 28.)

Λιθιᾷν calculo laborare de veſica dicitur aph. 79. lib. 4. & λιθιάσιος de calculi in veſica generatione in pueris aph. 26. lib. 3. Hæc enim pueris familiaris eſt ob edacitatem & voracitatem, quia non paucos humores crudos coaceruant, quarum pars craſſior veſicæ fundum petens calculum gignit, tum etiam caloris vehementia vaporem ex materia craſſa reſoluens. in his calculi cauſa eſt. De calculi in pueris generatione in veſica fuſiſſimè & aptiſſimè ſcribitur Hippocr. lib. 4. de Morb. (p. 176. 32.) vbi λιθίασις λίθος vocatur, (quæ calculatio dicitur Cælio Anteliano cap. 4. lib. 5. χρονιῶν) & λίθος ſæpius de veſicæ calculo vſurpatur. Lib. quoque de vulner. cap. (p. 456.) calculi in veſica cauſæ explicantur, & λιθιῶντα παιδία & λιθιῶντες vocantur qui calculo in veſica conflictantur, qui etiam λιθιᾷν dicuntur (p. 451. 37.) & (p. 455. 42.) Sic λιθιῶντες calculoſi ſunt & qui calculo in veſica laborant, quos eo corporis habitu componi vult, vt calculus in fiſtulam vrinariam non illabatur, in Coac. Præn. (p. 438. 36.) Rurſus ibidem (p. 443. 7. & 8.) λιθιδίων ἔρησις de calculi in veſica per vrinam exitu effertur, & λιθίδια διουρέειν. Λιθίασις autem definitur authori Definit. Med. (p. 399. 39) γένεσις ἐν κύστει λίθου, δι' ἣν κωλύεται ἡ τοῦ οὔρου ἔκκρισις. calculi in veſica ortus, quo prohibetur vrinæ excretio. aut, λιθίασις ἐστὶ πάθος, διατάσεις τῆς κύστεως ἐπιφέρον. συνδιατείνεται δὲ αὐτῇ καὶ ἦτρον, καὶ τῆς ποσθῆς ἄχρι διατείνει... ἐπιγίνονται δὲ αὐτοῖς καὶ ἰσχουρίαι, ὅταν προωθεὶς ὁ λίθος ἀποφράξῃ τὰς ὁδοὺς τοῦ περιττώματος. Lithiaſis eſt affectus veſicæ diſtentiones inducens. Vnà verò eis imus venter diſtenditur, nec rarò ad præputium ea diſtentio pertingit. Succedunt iis quoque vrinæ ſuppreſſiones, vtique cùm prouectus lapis excrementi vias intercluſerit. Eſt & λιθίασις in exteriore palpebra, cùm alba quædam & craſſa callis & lapillis ſimilia exiſtunt & oculum pungunt. Sic autem definitur Iſagoges authori (p. 386. 25.) λιθίασίς ἐστιν ὅταν ἐκστραφέντων τῶν βλεφάρων ὅμοια πώροις περὶ τὰ βλέφαρα ὑπάρχῃ λευκὰ καὶ τραχέα, καὶ ὡς λίθοις ἐμφερῆ νύσσοντα τὸν ὀφθαλμόν. Lithiaſis eſt cùm euerſis palpebris, circa ipſas tofis ſimilia alba & aſpera exiſtũt, calculiſque ſimilia oculum premunt. Cuius curationem adfert Aëtius tetrab. 2. lib. 3. cap. 82. eámq; paulò aliter definit, his verbis: λιθίασιν ἐν βλεφάροις λέγουσι, ὅταν ἐκστραφέντων τῶν βλεφάρων, πώροις ὅμοια περὶ αὐτὰ ὑπάρχῃ λευκὰ καὶ τραχέα ἰσχυρῶς περιμφυῆ. Calculum in palpebris dicunt, cùm euerſis palpebris, tofis ſimilia circa ipſas extiterint alba & aſpera, vatorum ſpeciem præ ſe ferentia. Verùm prò ἰόνθοις fortaſſe λίθοις legendum.

Λιθοκόλλα, lithocolla, eſt glutinum quo lapides inter ſe coagmentantur. Conflatur autem ex marmore, Lapide Pario, & taurino glutine. Valet ad defluuios ex palpebris pilos glutinandos, vt ſcribit Dioſcor. cap. 164. lib. 5. Quam ad rem etiam adhibetur Galeno lib. 4. κατὰ τόπ. (p. 210. 32.) ex Heraclide Tarentino.

Λίθοι μέλανες, οἳ καὶ μυλίτην ὀνομάζουσι κόχλακα, quem molarem ſilicem vocant, exponit Galen. in Exeg. apud Hippocr. Quibus verbis locum lib. περὶ ἀφόρων (p. 294. 27.) mihi innuere videtur, vbi ſilicem ignitum vino extinguit ad fomentum per cucurbitulam excipiendum: ἔπειτα λίθον μέλανα διάπυρον ἐμβάλλειν εἰς τὸν οἶνον. deinde lapidem nigrum candentem in vinum mittito.

Λιμαγχία eſt ſumma inedia & omnimoda abſtinentia cum quis fame cruciatur aut ſtrangulatur, idem quod λιμοκτονία. λιμαγχίαν Aurelianus immodicam abſtinentiam vertit cap. 5. lib. 1. Tard. Paſſ. Hinc λιμαγχέομενος eſt Hippocrati qui fame & inedia cruciatur, qui imperatam à Medicis inediam ſubit; & cui à Medico ſumma eſt imperata inedia, in Prorrhet. 2. (p. 415. 7.) πρῶτον μὲν ὁ λιμαγχεόμενος εἰ πλείονα φάγῃ τι καὶ πίῃ. Imprimis quidem qui inedia cruciatur, ſi abundantiorem cibum & potum ſumpſerit. Sic λιμαγχικοὶ & λελιμαγχημένοι dicuntur inedia confecti, fame macerati & enecti, quiq; ſummam inediam ferunt. Lib. 2. Epid. (p. 312. 21.) καὶ ἐν τοῖσι λιμαγχικοῖσιν αἱ μεταστάσιες ἀπὸ τοιούτων σιτίων. Ex his quoque videndi ſunt quinam ad ſummam inediam ferendam moderatè ſe habeant. Et lib. de art. (p. 588. 10.) καὶ γὰρ αὐταὶ αἱ σάρκες τῶν μὲν ἀπὸ τέχνης ὀρθῶς λελιμαγχημένων, αἱ τῶν λεπτῶν μυξωδέστεραί εἰσιν, ἢ αἱ τῶν παχέων. Gracilium namque carnes, qui non rectè ex arte inedia macerati ſunt, quàm obeſorũ mucoſiores ſunt. Rurſus ibidem (p. 660. 45.) λιμαγχονέειν eſt inediam ferre. περὶ πάσας δὲ τὰς τῶν ἄρθρων ἐμβολὰς δεῖ ἰσχναίνειν καὶ λιμαγχονέειν, ἄχρι ἑβδόμης. In omni verò articulorum repoſitione victu tenui & inedia etiam ad ſeptimũ diem vtendum. λιμαγχίαι vſurpantur Rufo Epheſio prò extrema inedia lib. περὶ τῶν ἐν νεφροῖς παθῶν in curatione inflammationis: οὐ μὴν εἰς ἅπαν αἱ λιμαγχίαι τούτοις συμφέρουσι, ὥσπερ ταῖς ἄλλαις φλεγμοναῖς, ἀλλά τι καὶ προσαρτέον, φυλάσσοντα τοὺς πυρετοὺς ὅπῃ τε χαλῶσι, καὶ ὅπῃ ἐπιτείνουσι. Neque verò ſicut in aliis inflammationibus extremæ omninò inediæ his conferunt, ſed aliquid aſſumendum obſeruata febrium remiſſione & intenſione.

Λιμακώτεροι exponũtur Erotiano apud Hippocr. λιμακώδεις, hoc eſt, herbidiores & viridiores, prati naturã magis referentes. λέγονται οἱ λιμακώδεις ἢ κατάφυτοι ἢ ὁμαλοὶ τόποι. Sic dicuntur pratenſia aut arboribus conſita & plana loca. Sudæ quoque λειμακώτεροι dicuntur οἱ σύμφυτοι ἢ σύνδενδροι τόποι, arboribus conſiti loci. Verùm per ει diphthongum meliùs ſcribitur, vt à λειμαξ deducatur; quod idẽ quod λειμῶν

Sunt autem λειμάδες Heſychio, τοποὶ καὶ πεδώδεις τόποι. & λείμαξ χωρίον ἐν ᾧ λειμών, ἢ χωρίον ἐπίπεδον. Sudæ verò σύμφυτος τόπος, κῆπος. Eam autem dictionẽ vſurpat Hippocr. lib. de aëre, loc. & aq. (p.76.40.) καὶ δὲ λειμακωδεστέροισί τε καὶ ἑλώδεσι [φύσιος ἐοικέναι] aliæ pratorum & paludum naturam referunt.

Λειμακώδεες οἱ ὑγροὶ καὶ βοτανώδεις, hoc eſt, humidi & herbidi exponũtur Galeno in Exeg. apud Hippocr. Verùm λειμακώδης legitur per ει melius lib. de aëre, loc. & aq. (p.78.33.) ἡ δὲ Σκυθέων ἐρημίη καλευμένη, πεδιάς ἐστι, καὶ λειμακώδης. At ſolitudo Scythica nominata, in planitie ſita eſt, & pratis abundat. Rurſus ibidem (p.80. 37.) ἐκεῖνοι δὲ κοῖλα χωρία καὶ λειμακώδεα, καὶ πνιγηρά. Qui verò loca concaua, pratenſia & æſtuoſa habitant. Ac forte apud Galenum λειμακώδεις, ὑγροὺς καὶ βοτανώδεις legi poteſt, vt locus ſuperior ſubindicetur.

Λιμοκτονεῖν eſt fame enecare & cõficere, ſed pro inediam imperare & præcipere, victuque tenui vti ſumitur apud Hippocr. Sic lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 115.58.) ἢν δὲ αἷμα ἐνὶ ξυμφέρει ἀφαιρέειν στερεὴν ποιέειν τὴν κοιλίην, καὶ οὕτως ἀφαιρέειν, καὶ λιμοκτονέειν. Quòd ſi alicui ſanguinem detrahere confert, aluum ſolidam efficito, ſicque detrahito, & inediam imperato. Rurſus lib. περὶ συρίγγων (p.518.24.) ἐν τῇ θεραπείῃ δὲ προσαιονᾶν ὕδατι πολλῷ θερμῷ, καὶ λιμοκτονέειν. In hac verò curatione calida copioſa perfundere iuuat, & inediam imperare. Sic λιμοκτονῆσαι eſt inedia macerari & confici ac attenuari, lib. 1. περὶ γυναικ. (p.237.37.) καὶ αὖθις λιμοκτονῆσαι, rurſusque inedia macerari. Rurſus lib. 7. Epid. (p.366.23.) ὁ τοῦ Θυνοῦ παῖς ἐν πυρετῷ καυσώδει ἐλιμοκτονήθη. Thyni filius per febrem ardentem vehementer inedia confectus erat.

Λιμοκτονίη eſt omnimoda abſtinentia, & maceratio quæ fame fit, aut inedia, perfectaque omninò abſtinentia, vel quæ ſolo potu & ptiſſanæ cremore inſtituitur victus ratio. Sic enim eam vocat Hippocr. habita ratione ad pleniorem cibum, lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 102.49.) ἀλλ' ὅμως τὴν ποιότητα προσφυλάσσειν τῇ λιμοκτονίῃ. eum tamen in inedia conſeruare oportet. Vbi ſcribit Gal. ἡ λιμοκτονίη, μάλιστα μὲν ἀσιτίαν παντελῆ σημαίνει. εἰ δ' οὖ, ἀλλὰ τήν γε ἐπὶ τοῖς πόμασι μόνοις δίαιταν. οὕτως δὲ καὶ μελίκρατον καὶ χυλὸν πτισάνης συγχωρεῖν δέδειχε. δοκεῖ μέν μοι διὰ τοῦτο λιμοκτονεῖν λέγειν αὐτοὺς, διὰ χρονίζειν τὰς ὑπενδόσεις τῶν πυρετῶν ἴσχοντας εὐφορωτάτας, ὡς ἐξαπατηθέντας τινὰς τροφὴν ἰσχυροτέραν δοῦναι, καὶ μάλιστα διὰ τὴν λειποθυμίαν. ὡς πρὸς ποιότητα οὖν δίαιταν ἡ διὰ τοῦ μελικράτου καὶ τοῦ χυλοῦ γενομένη ἐν πολλαῖς ἡμέραις, εἴρηται ὀρθῶς λιμοκτονία. Λιμοκτονίη enim præcipuè quidem perfectam abſtinẽtiam ſignificat, ſin minus, eam ſaltem victus rationem quę potibus ſolis inſtituitur. Sic ſanè & mulſam & ptiſanæ cremorem eis permiſit. Mihi autem videtur eos λιμοκτονεῖν, hoc eſt, inedia macerandos eſſe ob id dicere, quòd qui placidiſſimas habẽt febrium remiſſiones, in his longo tempore morentur, adeò vt decepti nonnulli cibum validiorem exhibuerint, idque potiſſimùm ob animi defectionẽ. Quò fit, vt habita huius victus ratione, quæ per mulſam & ptiſanæ cremorem multis diebus inſtituitur, rectè λιμοκτονία dicta ſit. Quinetiam lib. 7. Epid. in Thyni filio febre ardente vehementer affecto, cum copioſa alui deiectione, animi deliquio, multis ſudoribus, infuſo ptiſanæ cremore enutrito, ἐλιμοκτονήθη adſcripſit Hippocr. Lib. 3. περὶ διαίτης (p.102. 43.) in plenitudinis curatione ſcribitur, πλείονος δὲ χρόνου καὶ λιμοκτονίης δεῖται. Longiore autem tempore etiam inedia opus habet.

Λιμὸς & λιμώττειν, fames & fameſcere dicitur apud Hippocr. de extrema ciborum inopia, aliquando etiam de omni ciborum defectu, vt ſcribit Gal. Com. ad aph. 16. lib. 2. bis verbis: Λιμώττειν ὀνομάζουσι φασὶ, ὅσοι διὰ ἀπορίαν σιτίων εἰς ἄκρον ἥκουσι πείνης. οὕτως οὖν καὶ Ἱπποκράτης αὐτὸς ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν εἶπεν· ἐν Αἴνῳ ὀσπριοφαγέοντες ἐν λιμῷ, σκελέων ἀκρατεῖς ἐγένοντο· καὶ μέντοι καὶ τὴν σφοδρὰν ἔνδειαν τῶν σιτίων, εἰ καὶ χωρὶς ἀπορίας κατὰ προαίρεσιν ἢ πρόσταγμα γένοιτο, λιμὸν ὀνομάζειν εἰώθει. ὅταν οὖν εἴπῃ, τοῖσιν ὑγρὰς ἔχουσι τὰς σάρκας λιμὸν ἐμποιέειν. λιμὸς γὰρ σώματα ξηραίνει. καὶ ὁπόταν ἐν τῷ προγνωστικῷ φησι· ἐπανερέσθαι χρὴ, μὴ ἠγρύπνηκεν ὁ ἄνθρωπος, ἢ τὰ τῆς κοιλίης ὑποχωρήματα ὑγρὰ ἰσχυρῶς, ἢ λιμῶδές τι ἔχοι αὐτόν, ἐπὶ τῆς τῶν σιτίων ἐνδείας φέρει τοὔνομα. καὶ νῦν δὲ οὕτως εἴρηκεν. ὅκου λιμὸς, οὐ δεῖ πονεῖν. ὡς εἰ καὶ οὕτως εἰρήκει. τοῖς μὴ μέλλουσιν ἐσθίειν, μηδὲ πόνον τινὰ προσφέρειν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ. Λιμώττειν, h. e. famelicos eſſe eos dicimus qui propter ciborum inopiam ad extremam famem deueniunt. Sic enim Hippocr. ipſe lib. 2. Epid. dixit. In Æno cùm propter famem leguminibus veſci cogerentũr, crurum imbecillitate laborarũt. Quinetiam vehementem omnem cibariorum defectum, quamuis citra inopiam, vel ex conſilio, vel ex præcepto fiat, λιμὸν nominare conſueuit. Cùm igitur ſcribit, Molles carnes habentibus famem adhibeto. fames enim corpora exiccat. Aph.59.lib. Et cùm in Prognoſtico ait, Interrogare oportet num is vigilauerit, an aluus admodũ liquida fuerit, an inedia aliqua eum oppreſſerit, de ciborum defectu λιμοῦ vocabulum offertur. Et nunc quoque ſic dixit. Cùm fames vrget, labore abſtinendum, quaſi ita diceret. Qui nullum cibum ſumpturi ſunt, iis eo die nullum laborem imperare oportet. Λιμὸς quoque Hippocrati aph. 21. lib. 2. non quæuis inedia aut fames, neque ex ciborum defectu appetentia dicitur, ſed vehemens & inſatiabilis ciborum auiditas, quam κυνώδη ὄρεξιν, hoc eſt, caninam appetentiam quidam nominant. Λιμὸς etiam pro ciborũ inopia ac defectu ſumitur lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p.6. 46.) τὸ γὰρ τοῦ λιμοῦ μέρος δύναται ἰσχυρῶς ἐν τῇ φύσει τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ὑγιῶσαι, καὶ ἀσθενέα ποιῆσαι, καὶ ἀποκτεῖναι. famis enim portio plurimùm poteſt in hominis natura, tum ad ſanitatem, tum ad imbecillitatem, tum ad mortem inferendam. Docetur enim quàm difficilis ſit in ægris victus inſtituendi ratio, quæ non tantùm copia, verumetiam defectu non pœnitendos errores inducat, vt patet ex aph. 5. lib.

lib. 1. Et lib. de loc. in homine (p.71.36.) τῶν δὲ νουσημάτων ὅσα μὲ ἑλκεά ἐστι, ἢ ὑπερέχοντα τῷ ἄλλου σώματός εἰσι, ἅμα τοῖσι φαρμάκοισι ἢ λιμῷ χρὴ ἰᾶσθαι. Morbi quicunque vlcera exiſtunt, & in reliquo corpore eminent, vnà cum medicamentis inedia quoque curandi ſunt. Quin & Erotianus λιμὸν apud Hippocr. magnam cibariorum & alimenti inopiam ſignificare teſtatur cùm illud Prognoſtici (p.122.28.) λιμώδης ἢ ἔχῃ αὐτὸν, αὐτὶ τῆς μεγάλης τροφῆς ἀπορία, exponit. Etſi vitioſa ſunt omnia Erotiani exemplaria & λιμώδης legunt.

Λινόζωστις mercurialis dicitur cuius iuſculo ad aluum eluendam ſæpe vtitur Hippocrates lib. 7. Epid. vt (p.353.25.) mercurialis ſorbitiuncula ex aluo pituitoſa, mucoſa & graueolentia deturbat. λινοζώστιος ὕδωρ eiuſdem decoctum aut iuſculum vocat, eaque ad aluum ſubducendam vtitur, ibidem (p.361.31 & p.365.1.) & lib. 2. περὶ γυναικ. (p.275.37.) vt herba tota ibidem (v.32. & 36.) & aliàs ſæpe in tota muliebrium tractatione.

Λίπα τὸ ἔλαιον, oleum Gal. in Exegeſi exponit ex lib. 2. περὶ γυναικ. Ea autem dictione interdum ſola vtitur Hippocr. pro pingui aut oleo, vt lib. 1. περὶ γυναικ. (p.242.23.) χρίεσθαι ἢ λίπα, etiam oleo inungi. Et lib. 2. περὶ γυναικ. (p.272.33.) χρῖσμα δὲ λίπα ἔστω, illitus ſit oleum. Rurſus ibidem (p.277.39.) ἔλαιον δὲ μὴ προσφέρειν, μηδ' ἄλλό τι πῖον, μηδὲ λίπα ἔχον. oleum verò ne adhibeto, neque aliud pingue, neque pinguedinem habens. Interdum etiam ἐλαίῳ additur, & ἔλαιον λίπα αὐτὸ τὸ λιπαρὸν ἐλαίου pro oleo pingui ponitur, vt ibidem (p.278.4.) ἐλαίῳ χρίειν λίπα τὰς χεῖρας, oleo pingui manibus illitis. (Quam tamen dictionem videtur neglexiſſe Cornarius.) vt & apud Homerum Il. κ. (v.577.) τὼ δὲ λοεσσαμένω καὶ ἀλειψαμένω λίπ' ἐλαίῳ, hi autem loti & vncti pingui oleo. Quem etiam imitatus eſt Heſiodus ἐν ἔργοις (v.520.) εὖ τε λοεσσαμένη τέρενα χρόα, καὶ λίπ' ἐλαίῳ χρισαμένη, probeq; lota tenerũ corpus, pinguique oleo vncta. Sic quoque λίπ' ἀλείψασθαι dicitur tum Homero, tum etiã aliis authoribus, quod Heſychius exponit ἐλαίῳ ἀλείψασθαι, & λίπα τὸ ἔλαιον λιπαρόν. λίπα ῥόδινον etiam interdum ponit Hippocr. pro oleo roſaceo vt lib. 2. περὶ γυναικ. (p.278.26.) καὶ τοὺς μηροὺς τῷ ῥοδίνῳ ἀλειφέσθω λίπα. & femora oleo roſaceo inungat.

Λιπαρὰ διαχωρήματα, pingues alui eiectiones, quales eſſe ſolent in febribus dententibus & colliquationem denunciantibus, vt lib. 3. Epid. ſt. peſt. (p.429.38.) & ægr. 1. lib. eiuſdem poſt ſt. peſt. In Prognoſtico etiam (p.142.9.) in vrinis λιπαρότητες αἱ ἄνω ἐφιστάμεναι ἀραχνοειδέες, pinguedines araneorum telis ſimiles innatantes damnantur, quòd tabem minentur.

Λιπαρῶς leuiter & molliter ſignificat, vt lib. de art. (p.588.46.) χρὴ δὲ καὶ ἀνατρίβειν τὸν ὦμον ἠσυχίως καὶ λιπαρῶς. Humerus quoque blandè & molliter perfricandus. Hic enim λιπαρῶς μαλακῶς indicat, cùm ad emolliẽdos muſculos frictio adhiberi videat, ne quid ex inflammatione ſit reliqui, vt ſcribit Galen. Sic poſtea μαλακαῖσι χερσὶ dicitur, quod hoc loco λιπαρῶς. Et lib. 1. περὶ γυναικ. (p.251.6.) ἑψεῖν λιπαρῶς de his quæ molliter & blandè coquũtur dicitur, vt & ibidem (v.5.) λάχανα λιπαρά, olera mollia, leniter cocta. λιπαρῶς Heſychio exponitur τρυφερῶς, εὐανδρῶς, lautè, ſplendidè, opimè, opulenter, & λιπαρὸς ἐλαφρός. Aliòqui λιπαρῶς ἐπιμελῶς indicat, aſſiduè, accuratè. Sunt & λιπαραὶ ἔμπλαστροι, quæ lenia emplaſtra dicuntur Celſo cap. 19. lib. 5. qui eius generis multa deſcribit. Sic autem dicuntur quòd medicamentis pinguibus cõſtent, vt adipe & oleis, ad eorum differentiam quæ ἀλίπαρα vocantur. Plinius Græcam appellationem retinuit & Liparas vocat cap. 9. lib. 23. & cap. 6. lib. 33. Gal. lib. 1. τῶν κατὰ τόπους (p.166.48.) πεπειραμένας λιπαράς, vſu cognita & experta emplaſtra lenia vocat, ex Archigene, quibus vtebatur ad achoras, hoc eſt, capitis vlcera manantia.

Λείριον Gal. in Exeg. apud Hippocr. τὸ κρίνον, hoc eſt, lilium exponit. Idemque ſcribit oleum ex eo quibuſdam λείριον, aliis etiam λειρινὸν dici, quod & κρίνινον & σούσινον & αἰγύπτιον vocatur. Quæ ſanè lectio mendoſa eſt, pro qua αἰγύπτιον quidam, alii etiam αἰγύπτιον reponunt, quod λείρια τὰ ἄνθη generali ſignificatione exponãtur Heſychio & Sudæ. Verùm λείριον melius ſcribatur, velut Erotiano, qui λείριον apud Hippocrat. βοτάνης εἶδος ὃ κρίνον ὀνομάζουσι, herbæ ſpeciem quæ lilium vocatur, exponit. Additque Nigrum ἐν τῷ περὶ ὕλης ſcribere Narciſſum quibuſdam λείριον vocari. Quod etiam memoratur Theophraſto lib. 6. hiſt. plant. cap. 6. Et Sudas λείριον ab Atticis dici ſcribit τὸ ἄνθος τοῦ ναρκίσσου, narciſſi florem. At Dioſcorides cap. 116. lib. 3. λείριον à quibuſdam ſcribit κρίνον βασιλικὸν, hoc eſt, lilium regium vocari, quæ eſt lilii ſpecies. Ex qua vnguentum comparatur, quod quidam λείρινον, alii σούσινον nominant. Plinius Lirinũ vnguentum vel oleũ vocat, cap. 5. lib. 25. & cap 4. lib. 23.

Λιτὸς ἁπλοῦς, εὐτελὴς exponitur Heſychio, ſimplex, tenuis, vilis, minimè exquiſitus aut elaboratus, veluti ἡ λιτὴ τῆς διαίτης, victus tenuis, vilis & frugalis dicitur. Sic λιτὴ ἡ διὰ μόρων ſimplex & minimè curioſa ex moris compoſitio, non elaborata aut exculta, ſed quæ ex ſimplici mororum ſucco & melle conſtabat, nullis aliis aut adſtringentibus aut diſcutientibus adiectis, Gal. lib. 6. κατὰ τόπ. (p.249.49.) ex Archigene. Et ἡ διὰ κωδυῶν λιτὴ Critonis, confectio ex capitibus papaueris ſimplex, lib. 7. (p.261.20.)

Λιχανὸς index digitus dicitur à λείχω quod eſt lingo, quoniam ad condimenta exploranda in obſonia immiſſus lingitur. Alii ἀπὸ τοῦ λιαν χαίνειν dictum volũt, quòd inter hunc & pollicem magnus ſit hiatus. Vnde λιχὰς vocatur menſura interſtitii inter pollicem & indicem Polluci. λιχανὸς δάκτυλος dicitur Hippocrati lib. 5. Epid. (p.341.21.) & lib. 7. (p.358.19.) & lib. 1. περὶ γυναικ. (p.252.38.) & ἐν τῷ κατ' ἰητρ. (p.673.26.)

λῶος, τελείως, perfectè exponit Erotianus apud Hippocrat.

¶ Λοβοὶ dicuntur Heſychio & Sudæ τὰ ἄκρα πάντων, omnium rerum ſummitates, propriè verò τῶν ὤτων τὰ κάτω, imæ auris partes carnoſæ, pulpæ Latinis dictæ, Gaza fibram apud Ariſt. vocat. λοβοὶ etiam ſignificant apud Gal. lib. 4. κτ᾽ τόπ. (p. 215. 50. & 215. 24.) roſarum candidas in foliis partes, quas vngues & ὄνυχας vocant. Quibus detractis ἀπωνυχισμένα & ἐξωνυχισμένα roſæ dicuntur (ibidem p. 215. 37.) hoc eſt, exungues & reſectis vnguibus, quod χωρὶς τῶν λοβῶν dixit Gal. λοβοὶ etiam hepatis ſumma & fibras ſignificant, quas aruſpices inſpiciebant.

Λογισμοὶ in ægris ſunt ratiocinationes & mentis agitationes, aut imaginationes, & variarum rerum explicationes, quæ animo obuerſantur & in eius notione diuerſis modis reponuntur, ita vt earum explicationes non niſi turbulentè agitentur, & in varia rerum momenta propendeãt, læſo iam præcipuo functionum animalium organo, & affecta mentis præſtantia, in qua mirabilis quædam vis rationis, cognitionis & prudẽtiæ ineſt. Qualiter in delirus & ſomniis per febres vehementiſſimas ægris contingit, veluti ægr. 8. lib. 1. Epid. adſcribuntur ἐνύπνια καὶ λογισμοὶ, ſomnia & ratiocinationes. τὰ κτ᾽ λογισμὸν cauſæ abditæ dicuntur Hippocrati, & quæ ſola ratiocinatione deprehenduntur, & cauſis externis & apparentibus opponuntur, quas προφάσεις vocant, lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 101. 40.) δὲ, προσκοπεῖν τῷ ἰωμένῳ ἵνα μὴ διαλήσεταί τις τῶν προφασίων, μητε τῶν κτ᾽ λογισμόν. Quare animum intendere debet medicus, ne quã eum lateat earum cauſarum quæ manifeſtæ ſunt, neque earum quæ ratiocinatione comprehenduntur. Has cauſas ab his ſolis percipi ſcribit Gal. qui artificioſa ratiocinatione vtuntur. Eſt & λογισμὸς πιθανὸς ratiocinatio probabilis, præceptorũ in arte complexio & cognitio, cui τριβὴ μετὰ λόγου, exercitatio aut vſus cum ratione opponitur, ἐν παραγγελίαις (p. 17. 9.) Ibidem quoque λογισμὸς dicitur μνήμη τις ξυνθετικὴ τῶν μετ᾽ αἰσθήσιος ληφθέντων, memoria quædam ea quæ ſenſu percepta ſunt componens.

Λοιμὴ νεαρὴ, iuuenilis peſtilentia, aut iuuenilis temeritatis peſtilentia, recens pernicies. Sic vocat artis inexperiẽtiam aut methodi ignorationem quæ in tyrones cadit Hippocrat. ἐν παραγγελίαις (p. 18. 46.) λοιμὴ Heſychio idem quod λοιμικὴ νόσος ſignificat.

Λοπὸς cortex dicitur Hippocrati, corii exterior pars durior ac denſior, ac veluti tergus, vt exponit Gal. Com. 2. in lib. de art. (p. 604. 5.) ἀρκέει τοῦ λοποῦ χειλαδζ. [alutæ Carthaginenſis] cortex exterior ſatis fuerit. Vbi Gal. ἔοικεν δ᾽ ὅλα τοῦ δέρματος τούτου τὸ ἐξωτάτω σκληρότερόν τε καὶ πυκνότερον ὀνομάζειν λοπόν. Perſpicuum eſt autem quòd corii huius extimam partem, ideoque duriorem & dẽſiorem, λοπὸν nominat. Rurſusque ibidem (p. 608. 34.) ἔπειτα χρὴ καρχηδονίου λοποῦ, πλάτος ὡς τοῦ μεγάλου δακτύλου τετμημένου, ἢ ὅκως ἂν ξυμφέρῃ, προσκολλῆσαι ἐς τὸ ἔξωθεν πρὸς τὸν μυκτῆρα τὸν ἐγκεκλιμένον. Deinde ex Carthaginenſis corii cortice exteriore, pollicis latitudine aut quanta conuenit, inciſa habena, exteriore parte naribus, quâ parte inclinant, agglutinanda. Idem in Mochlico (p. 506. 10.) ἢν δὲ μὴ οὕτως ὁ χόνδρος ὑφίζηται, ἄχνην ὀθονίου ἀποξύσαντα καρχηδονίου λοποῦ ἢ ἐν ἄλλῳ ᾧ μὴ ἐρεθιεῖ. τῷ λοπῷ δὲ τὰ παραλλάξιας προσκολλᾶν καὶ ἀνακομβοῦν. Si quidem igitur cartilago deſidit, deraſam lintei lanuginem Carthaginenſis corii cortice, aut aliqua alia re quæ non irritet, conuolutam, in nares immittere oportet. Cortici verò oſſa inter ſe cedentia agglutinare ac ſuſpendere. Vbi tamen λέπῳ mihi videtur legiſſe Erotianus & φλοιῷ. λεπίσματι, exponere, hoc eſt, cortici ſeu ſquamæ, à verbo λέπω. Sic Heſychio & Sudæ λόπος eſt, πᾶν λέπος, φλοιὸς, δέρμα λεπτὸν, ξηρόν. omne putamen, cortex aut cutis exterior tenuis & ſicca. λοποὶ etiam ſquamas aut deſquamationes indicãt, quæ in impetigine aut porrigine affrictu decidunt, lib. 2. Epid. (pag. 312. 7.) vt antea ſcripſimus.

Λορδὸν quod interiorem in partem inclinat aut recuruatur, & repandum dicitur, & ὀβῷ καὶ κυφῷ oppoſitum eſt, vt ſcribit Gal. Com. ad aph. 46. lib. 6. Hinc λόρδωσις ſpinæ affectio vocatur cùm ea anteriorem in partem inclinat aut recuruatur, cuius meminit Gal. ibidem & Com. ad aph. 35. lib. 4. & Com. 3. in lib. de art. (pag. 610. 53.) vbi λόρδωσιν εἰς τὸ πρόσω τῆς ῥάχεως διαστροφὴν vocat, ſpinę anteriorem in partem peruerſionem, eamq́ue fieri εἰς τὸ πρόσω ἰόντων τῶν σπονδύλων, vertebris in anteriora inclinantibus. λόρδωσις & λόρδωμα dicitur Hippocrati, velut ὕβωσις & ὕβωμα, lib. de art. (p. 623. 11.) ἡ δὲ λόρδωσις ταῦτα ἀμφότερα ποιέει, vtrunque verò facit ſpinæ ad anteriora curuatio aut inclinatio. Et ibidem (p. 622. 34.) ἢν δὲ καὶ ἐν τῷ ἄνω μέρει μᾶλλον τὸ λόρδωμα γένηται, Quòd ſi ſuperiore magis parte ſpinæ in anteriora curuatio fiat. Et in Mochlico (pag 511. 11.) καὶ τὰ λορδώματα διὰ τὴν ὀδύνην δοκέει ἔσω ὠλισθηκέναι. & ſpinæ introrſum inclinationes præ dolore intro luxationem feciſſe videantur At λορδὸν quod repandum eſt & intro inclinat ſignificat, vt lib. de art. (pag. 612. 27.) καὶ μάντοι καὶ ἀναγκάζονται κτ᾽ τὸν μέγαν σπόνδυλον λορδὸν τὸν αὐχένα ἔχειν. Quinetiam ceruicem ad magnam vertebram anteriorem in partem recuruatam habere cogũtur. Et rurſus ibidem (p. 619. 27.) αὐτὸ δὲ τὸ ἄρθρον τοῦ αὐχένος λορδὸν ἴσχει. Ipſe verò ceruicis articulus anteriorem in partem inclinat. Quod repetitur in Mochlico (pag. 505. 39.) Rurſus quoque lib. de art. (pag. 622. 54.) ὅσα τὰ μὲν εἰς τὸ λορδὸν ῥέπουσι, ὀλέθριά εἰσι καὶ σινάμωρα. Quæ quidem anteriorem in partem curuantur, periculo & noxiæ eſſe obnoxia. Et lib. de fract. (pag. 553. 27.) λορδὸν quod in anteriora ſinuatur ac inflectitur, τῷ κυφῷ quod in poſteriora protuberat opponit Hippocr. μήτε λορδὸν, μήτε κυφὸν ᾖ, neque in anteriorem, neque in poſteriorem partem ſumetur. Hinc

λορδαίνειν

λορδαίνειν & λορδοῦν, & λορδαίνεσθαι & λορδοῦσθαι dicitur Hippocrati, vt lib. de art. (pag. 620. 29.) ἢν δὲ λορδαίνωσι, ῥᾴους εἰσί. ſi verò in anteriora recuruentur, hoc eſt, repandantur, melius habent. Rurſus ibidem (v. 30.) ἐπὶ τὸ ἔμπροσθεν λορδοῦνται, in anteriora recuruati cedunt. Ac rurſus ibidem (pag. 622. 19.) ὁ δὲ ἄνθρωπος πολὺ μᾶλλον ἐλορδαίνετο ἢ συνέφερεν. ſed homo penitus magis quàm expediret in anteriorem partem recuruabatur. Et (v. 49.) ὅσῳ γὰρ ἂν ἡ μείζων προσβάλληται, τοσούτῳ μᾶλλον λορδοῦνται οἱ προσβαλλόμενοι. Quò enim maiores cucurbitulæ adhibeantur, eò magis anteriorem in partem recuruantur quibus eæ admouentur. Erotianus apud Hippocrat. λορδωτὸν legit & τὸ ἀπεσιμωμένον καὶ ἐναντίον τοῦ κυρτοῦ λορδὸν καλεῖσθαι ſcribit, ὃ δὴ καὶ φυτὸν καλεῖ. Quæ ſanè Erotiani verba non minimùm mihi ſuſpecta ſunt. Nam & λορδὸν τὸν pro λορδωτὸν leg. exiſtimo, quòd Varinus ex Suida ſcribat, λορδὸν τὸ ὑπτίον, καὶ λορδὸν τὸν τὸ ἀπεσιμωμένον ἐναντίον τοῦ κυρτοῦ, ὃ καὶ κυφὸς καλεῖται. Quæ certe explicatio maximè cum Erotiano conuenit, eique lucem adfert maximam. Exiſtimoque his verbis Erotianum expreſſiſſe locum libri de art. (p. 612. 27.) ſupra annotatum, & pro λορδὸν τὸν αὐχένα, λορδωτὸν, aut melius λορδὸν τὸν αὐχένα legiſſe. Quibus enim ſupra ſeptum tranſuerſum gibbus fit, ii ceruicem ad magnam vertebram in anteriorem partem recuruatam & admodum repandam habere coguntur, adeò vt ἐξωχέβρογχοι, hoc eſt, gutturoſi aut gutture prominente Hippocrati dicantur. Reliqua orationis pars in qua φυτὸν τὸ λορδὸν Hippocrati vocari ſcribit planè vitioſa eſt, & pro φυτὸν ὑβὸν reponi poſſe exiſtimo, præſertim cùm λόρδωσις ὕβωσις ἡ ἔσω, & ὑβώματα τὰ ἔσω dicatur Hippocrati in Mochlico (pag. 510. 27. & pag. 511. 9.) Qui etiam huic notioni non parum ſuffragatur aphoriſmus 46. lib. 6. ſi ſic legatur, ὁκόσοι ὑβοὶ περὶ τὴν ἥβην γίνονται, ἐξ ἄσθματος ἢ βηχὸς λορδοὶ ἀποθνήσκουσι, quomodo etiam legiſſe videtur Gal. in Comment. Vbi ὑβοὶ & ὑβωθέντες dicuntur quib. ſpina introrſum flexa pone extuberat.

Λούω non ſolùm τὸ λούειν quod eſt lauare & balneo vti, ſed etiam καταιονᾶν, hoc eſt, perfundere ac irrigare apud Hippocrat. ſignificare ſcribit Galen. in Exegeſi. Sic & λοῦσθαι duo ſignificare apud eundem, & alia his ſimilia & ab his deducta. λούειν autem de balneo dici frequens eſt apud Hippocrat. in tota muliebrium πραγματείᾳ, vt & libr. de rat. vict. in morb. ac. (pagin. 85.) ſic & λουτρὸν & λοῦσθαι ibidem. At de partis alicuius vt capitis perfuſione λούειν & λοῦσθαι dicitur ſæpe, vt lib. 2. de Morb. (pagin. 142. 25. 43. 49. & pagin. 143. 18. & pag. 144. 31. 36. 42. & pag. 145. 5. 11. 16. 19. 34.) Quæ ſignificatio etiam frequens eſt in tota περὶ γυναικείων tractatione & lib. περὶ ἀφόρων. Sic & λουτρὸν & λίβας, & λούματος, & λοῦσθαι & λούτιον, quæ ex eadem coniugatione pendent, & quorum vſus frequẽs eſt apud Hippocrat. Sic lib. de loc. in homine (pag. 70. 38.) ἀπὸ τούτου λοῦν, inde perfundito. Rurſusque ibidem (pag. 71. 12.) λούειν in capitis oſſis fracturis de fomentis dicitur ad dolorem mitigandum & ſedandum, aut de vulnus detergentibus.

Λοχίη κάθαρσις exponitur Erotiano apud Hippocrat. ἡ μετὰ τὸν τόκον γινομένη, hoc eſt, puerperii purgatio, quæ poſt partum fit. Sic enim lego apud Erot. contra omnium exemplarium fidem, quòd crebrò ἡ λοχίη κάθαρσις de puerperii purgatione & de partus repurgamentis dicatur. Vt lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 240. 49.) καὶ ἢν αἱ φλεγματώδης ἡ λοχίη κάθαρσις χωρέῃ, ac ſi ipſi pituitoſa partus purgamenta procedant. Ac rurſus ibidem (pag. 231. 24.) εὔροα δὲ ὅταν ποιέει ἡ λοχίη, κάθαρσις ἐστὶ τοῦτο. Hos autem meatus patentes efficiunt puerperiorum effluxus, qui purgationis cuiuſdam ſpeciem habet. Rurſus ibidem (pag. 242. 30.) ἢν δὲ ἀπὸ κεφαλῆς ἐλθὸν τὸ ῥεῦμα ἐς τὴν λοχείην κάθαρσιν τράπηται. Si verò è capite fluxus procedens ad puerperii purgationem vertatur. Et rurſus (ibidem pag. 243. 15.) ἢν δὲ ἡ κάθαρσις ἡ λοχείη τὰς μὲν πρώτας ἡμέρας τρεῖς ἢ τέσσαρας χωρέῃ. Quòd ſi puerperii purgatio primis tribus aut quatuor diebus procedat. Et iterum (ibidem pag. 244. 11.) καὶ μὴ ἀποχαλάσωσι τὴν λοχείην κάθαρσιν, & [vteri] puerperii purgationem non emiſerint. Et (verſ. 34.) εἰ δὲ ὁρμηθείη γυναικὶ λοχείη κάθαρσις ὡς ἐς κεφαλήν. Si verò puerperii purgatio ad caput impetum fecerit. Rurſusque (ibidem verſ. 39.) ἢν δὲ μὴ χωρέῃ ἡ λοχίη κάθαρσις κατὰ τὸ στόμα. Si verò puerperii purgatio per os non exeat. Sic lib. περὶ φύσ. παιδίου (p. 32. 43.) ἐν τῇ λοχίῃ καθάρσει ἀπόλλυται. in puerperii purgatione perit. Hæc verò ſanguinis poſt partum ſecundum naturam vacuatio, quæ λοχείων κένωσις antiquis vocatur, vt ſcribit Galen. Comment. 3. in lib. 3. Epid. (p. 434. 7.) crebrò ἡ λοχίη aut λοχείη κάθαρσις dicitur, interdum ἡ κάθαρσις τῶν λοχείων, vt lib. περὶ φύσ. παιδίου (p. 33. 1. 11. 18. & p. 39. 15. 19.) Eſt vbi etiam κάθαρσιν creberrimè vocat & καθαίρεσθαι verbo donat, vt & menſtruam fœminarum purgationem, vt videre licet in tota γυναικείων tractatione, præcipuè verò lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 242. 32. 36. 39. 46.) & (pag. 243. 3. 9. 19.) & pag. 244. ſæpe. & lib. περὶ φύσ. παιδίου (pag. 32. 33.) & (pag. 39. 16.) Et ægr. 2. lib. 3. Epid. poſt ſt. peſt. καθάρσιος μὴ γινομένης de ſuppreſſis puerperii purgamentis dicitur. Quæ interdum λόχια & λοχεῖα crebrò vocantur Hippocrati in muliebrium morborum tractatione, vt lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 240. 24. 27. 32. 47.) & (pag. 242. 17. 45.) & (pag. 243. 7. 13.) & (pag. 244. 8. 14.) & (pag. 251. 22. 27.) & (pag. 253. 6. 8. 17.) atque aliàs ſæpe. Quomodo etiam ἡ λοχίων ἔμπειρος dicitur quę partum & puerperii purgamenta experta eſt, & ἀτόκῳ opponitur, lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 234. 17.) Atque hæc λοχίη κάθαρσις veteribus celebrata, quòd puerperiorum proluuium purgationis quandam formam retineat. ex Eraſiſtrati mente commemoratur Galeno lib. de atra bile (p. 362. 40.) his verbis: καθάπερ γε καὶ τοῦ δυσπεψίᾳ περὶ

πορεῖα μαρτυροῦσι τοῖς παλαιοῖς οὐ κένωσιν ἁπλῶς ὀνομάζειν τὴν διὰ τῶν καταμηνίων ἔκκρισιν, ἀλλὰ κάθαρσιν, ὥσπερ γε καὶ τὴν διὰ τῶν καθαιρόντων γινομένην φαρμάκων. οὕτω δ' οὖν καὶ τὴν λοχείαν κάθαρσιν ὠνόμαζον οἱ παλαιοὶ τῶν ἰατρῶν, οὐχ ἁπλῶς κένωσιν. Non ſecus ac lib. 2. de feb. veterum conſenſionem ſecutus eſt cùm menſtruam excretionem, non ſimpliciter vacuationem nominauit, ſed purgationem, perinde ac eam quam medicamenta purgantia moliuntur. Sic enim veteres Medici λοχείων κάθαρσιν, hoc eſt, puerperii purgationem, non ſimpliciter euacuationem nominarunt.

¶ Λύγξ ἢ λυγμός ſingultus dicitur Hippocrati, commune facultatis tum retentricis tum expultricis ſymptoma, aut motus ventriculi deprauatus, quo facultatis corpus regentis vi, quicquid tunicis quantitate aut qualitate moleſtum impactum eſt, conatur expellere, eiuſdem ac vomitus generis. Galeno verò ſingultus motus eſt ſtomachi conuulſiuus, quo vitium altius eius tunicis aut ori inhæreſcens tentat expellere. Sic enim ſcribit Comment. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (pagin. 105. 54.) τὰς λύγγας οἱ Ἀθηναῖοι καὶ λυγμοὺς ὀνομάζουσι. εἰσὶ δὲ κινήσεις αὗται τοῦ στομάχου σπασμώδεις. γίγνεσθαι δέ φασι δι' ἀμφοτέραν κένωσιν ἢ πλήρωσιν. λύγγας ſingultus λυγμοὺς etiam nominare conſueuerunt. Sunt autem motiones quædam ſtomachi conuulſoriæ, quas quidem fieri aiunt ob immoderatam vel inanitionem vel repletionem. Rurſus Comment. ad aph. 39. lib. 6. λυγμὸς δὲ συγχωρείσθω μὲν ὀνομάζεσθαι στομάχου σπασμός, ὅταν ἕτερόν τι προκείμενον ᾖ κατὰ λόγον. ὅταν δὲ αὐτὸ μόνον τοῦτο ζητῶμεν ἀκριβῶς, τὸ γνῶναι τὴν οὐσίαν τοῦ παθήματος, ἄμεινον ἴσως ἐστὶν οὐ σπασμὸν ὀνομάζειν αὐτό, ἀλλὰ κίνησιν τινα. ἐν μὲν γὰρ τῷ αὐτῷ γένει τῷ κατὰ τοὺς ἐμέτους, ἐπιτεταμένην δὲ καὶ σφοδροτέραν ἐκείνου. Singultus verò tantiſper concedatur ſtomachi cõuulſio nominari, dum aliud erit orationis propoſitum. Cùm verò in hoc ſolum incumbemus, vt affectionis eſſentiam cognoſcamus, præſtiterit fortaſſe non conuulſionem ipſum nominare, ſed quendam motum qui ſit in eodem cum vomitu genere, verùm eo intentior & vehementior. Ex quibus certe patet varium fuiſſe Galeni de ſingultu ſenſum & alium ab Hippocratis mente, qui ſingultum & conuulſionem in eodem genere & cauſarum numero repoſuit aph. 39. lib. 6. Atqui eidem Galeno ſingultus ſtomachi conuulſio nominatur. Sic enim ſcribit Comment. ad aph. 3. lib. 7. οἷόν τι πάθος τοῖς μυσὶν ὁ σπασμός ἐστι, τοιοῦτον ἐν τῷ στομάχῳ γίνεται ἡ λύγξ, ὑγρῶν ἀνιώντων ἐπιγινομένη ποτὲ μὲν ὅλην τὴν κοιλίαν, ὡς τὰ πολλὰ δὲ τό, τε στόμα αὐτῆς καὶ τὸν στόμαχον, ἃ καὶ ἐν τοῖς ἐμέτοις ἀπορρίψασα, παραχρῆμα παύεται τῆς λυγγός. Qualis affectio muſculis eſt conuulſio, talis eſt ſtomacho ſingultus, qui humoribus ſuperuenit infeſtantibus totum interdum ventriculum, ſæpius verò ipſius os & ſtomachum, quos vbi vomitione reiecerit, ſtatim ſingultu liberatur. Rurſus Comment. ad aph. 4. lib. 5. ὅτι δὲ καὶ ὁ λυγμὸς σπασμός ἐστι στομάχου κατὰ τὸν Ἱπποκράτην γινώσκομεν δῆτα. Quòd autem etiam ſingultus ſit ſtomachi conuulſio ex Hippocratis mente, nos vtique nouimus. λύγξ verò dicitur ſæpe Hippocrati, vt aph. 59. lib. 5. aph. 3. 10. & 17. lib. 7. λυγμός quoque aph. 3. & 4. lib. 5. 13. & 39. lib. 6. Quin & apud Erotianum λύγγος dicitur Hippocrati vt pro λυγμός, λύγγος interdum legiſſe videatur, quemadmodum apud Gal. Comment. 4. in lib. de rat vict. in morb. ac. λύγγους pro λυγμοὺς exemplaria legunt. Hinc quoque λυγγώδεις ſingultuoſi dicuntur qui continenter & aſſiduè ſingultiunt, in Coac. Prænot. (pag. 425. 31.) velut πυρετὸς λυγγώδης febris ſingultuoſa, quę & λυγγνώδης quibuſdã ſcribitur, in qua diu ſingultiunt ægri, aut per totum morbi decurſum ſingultus exacerbatur, lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 105. 50.) Sic enim λυγγώδη πυρετὸν his verbis illic exponit Galenus. καὶ μέν τοι καὶ τῶν πυρεσσόντων ἔνιοι λύγξαντες ἤμεσαν δὲ ξανθὸν καὶ δριμύτατον χυμόν, ἐφ' ᾧ τελέως ἐπαύσατο τὸ σύμπτωμα. ἀλλ' οὐχ ὁ τοιοῦτος πυρετὸς ὑπ' καλεῖται λυγγώδης. ἐπὶ πλέον γὰρ δεῖ παραμένειν τὸν λύγγον, ἢ καὶ δι' ὅλου τοῦ νοσήματος εἶναι συμπαροξυνόμενον τοῖς πυρετοῖς, ἵνα λυγγώδης ὀνομασθῇ. Et ſanè ex febricitantibus nonnulli cum ſingultu erodentem & acerrimum humorem vomitione reiecerunt, ex quo prorſus ſymptomate ſunt liberati. At febris huiuſmodi nequaquam ſingultuoſa vocatur. Longo enim tempore permanere ſingultum oportet, aut etiam per totum morbum vnà cum febre intendi, vt ſingultuoſa nominetur. Sunt & λυγγώδεες πυρετοὶ in calcis ſyderatione lib. de fract. (pagin. 546. 35.) & quæ cum inſignis cuiuſdam membri, vt femoris & brachii cangrænæ coniunctæ ſunt (ibidem pagin. 571. 40.) vbi vitiosè λυγγνώδεες πυρετοὶ ſcribuntur, velut λυγμώδεες lib. de art. (pag. 661. 19.) pro λυγμώδεες aut λυγγώδεες, vt legitur in Mochlico (pagin. 509. 31.) Etſi nonnulli λυώδεες ſcribunt, eas febres ſic dictas exiſtimantes, quòd vnà animum cum corpore diſſoluant. λύγξ κενὴ inanis ſingultus vocatur Thucydidi lib. 2. in peſtilentiæ deſcriptione, qui nihil vomitione refunderet, nullumque humorem reiiceret. λύγξ δὲ τοῖς πλείοσιν ἐνέπεσε κενή. & plurimis inanis ſingultus inciderat. Vbi Scholiaſtes, ἔστι γὰρ καὶ λύγξ πλήρης, ὡς καὶ Ἱπποκράτης διδάσκει, aphoriſmum 39. lib. 6. nimirum ſubindicans. Aut certe inanis ſingultus intelligitur, qui ex inanitione fieret aut multa bilis per vomitionem reiectione, quæ & orn ventriculi demorſo vehementem conuulſionem excitaret, præſertim cùm adſcribatur, σπασμὸν ἐνδιδοῦσα ἰσχυρόν.

Λύζει verò eſt ſingultire, aut ſe volutare & ſeſe iactare. Qua notione ſcribitur Hippocrati lib. 3. de Morb. (p. 160. 29.) καὶ λύζει καὶ ἀναΐσσει θαμινά, & crebrò ſe volutat ac exilit. Agitur enim de angina ſuffocatis, qui nullum decubitum ferre poſſunt. Et rurſus (p. 161. 28.) καὶ πρήθεται καὶ λύζει, & inflatur ac ſeſe iactat. Quib. in locis αἰύει legiſſe videtur Cornarius aut αἰύει. Heſychio .n. λύει ἀδημονεῖ ſignificat.

Et

Et Ariſtoph. Scholiaſtes Acharneoſ. (pagioa 289.) ſcribit λύζειν cū ζ ὀλολύζειν, quod eſt vlulare, deñotare: abſque ζ. ἀλύειν & ἀδημονεῖν, aoxium eſſe, animi angore aut anxietate affici & diſcruciati, quomodo ſumpſiſſe videtur Cornarius. Caluus verò μύζει etiam legiſſe videtur, & ad veotrem retuliſſe. λύζει etiam Heſychius λυζάζει, κωλύει exponit, hæc Hippocratis loca nimirum ſubindicans.

Λύειν, ſoluere, liberare & abſoluere propriè dicuntur Hippocrati quæ omninò ægrum à morbo per iudicationem liberant. Sic λύσις eſt integra & perfecta morbi abſolutio, quæ ſimpliciter κρίσις nominatur. etſi quæuis morbi ſolutio κρίσις interdum vocetur, vt ſcribit Galenus lib. 1. & 2. de diebus decr. At impropriè etiam ſoluere morbus alteri ſuccedens dicitur, cùm translatis aliam in partem humoribus, priori morbo alius ſuccedit, qui priorem tollat. Quæ ootio Hippocrati eſt familiaris admodum. Sic varices vel hæmorrhoides ſi ſuboriantur μανίας λύσις, aph. 21. lib. 6. & ἴκτερος μανίην tollit, aph. 5. lib. 7. Denique febris ipſa, (quod maximè mirum videri poteſt) ſæpè præſidio eſt, vt loquitur Celſus. Nam & præcordiorum dolores, ſi ſioe ioflammatiooe ſuot, finit, aph. 40. lib. 6. aut vehemeotem iocinoris dolorem ſoluit, aph. 52. lib. 7. & oeruorum diſteotionem rigoremque (ſi poſtea cœpit) ex toto tollit, aph. 26. libro 2. & ex difficultate vrinæ morbum tenuioris inteſtioi ortum, ſi vrinam per calorem mouet, leuat, aph. 44. lib. 6. Et lib. 2. Epid. (p. 317. 24.) ἡ μανίη τοῦ μεγάλου νοσήματος ἐν ἤθει γενομένη λύσις. Inſania morbum comitialem inuadendi conſuetudine penè familiarem factum, ſoluit, quemadmodum eam lectionem illic reſtituimus. τὰ μανικὰ πυρετοὺς ὀξέας παραχώδεας λύουσι. Inſania febres acutas cum mentis perturbatione ſoluit. In Coac. Prænot. (p. 441. 24.) τοὺς ἐν καύσωσι τρόμους παρακοπὴ λύει. Febrium ardentium tremores delitiū ſoluit. Io Coac. Prænot. (pag. 427. 25.) & lib. περὶ κρισίων (p. 387. 24.) & aph. 26. lib. 6. Vbi ſcribit Galeous: ἐκ ἀκριβῶς οὖν εἴρηκε τὸν καῦσον ὑπὸ τῆς παραφροσύνης λύεσθαι. τοῦτο γὰρ ὀνομάζειν εἴωθεν ὁ Ἱπποκράτης ἐπιγινόμενά τισι, λύειν αὐτῶν τὴν κατάστασιν, ὅσα τελέως ἐκθεραπεύει τὸν ἄνθρωπον, οὐχ ὅσα ἕτερον πάθος ἴσχει, οὐδὲν ἧττον τοῦ προτέρου ἐπικίνδυνον. Impropriè igitur dixit febrem ardeotem à delirio ſolui. Hæc enim quæ nonnullis ſuccedunt, coosueuit dicere Hippocrates ſoluere eorūdem cooſtitutionem, quæ perfectè hominem ſanant, & mioimè quæ alterum malū priore nō minus periculoſum gignunt.

Λελυμένοι ἐξερύθρου χρώματος, præ rubro colore liberati dicuntur, quibus color totius corporis flammeus & ioceodioſus cooceſſit & ſubſedit. In Coac. Prænot. (p. 444. 44.) Et λελυμένος ſolutus, expeditus, agilis, Prorrh. 2. (p. 415. 22.) ὀξύτερός τ' ἂν εἴη καὶ λελυμένος μᾶλλον, acrior fuerit & magis expeditus, hoc eſt, agilior, & grauitate corporis ſolutus, quam adfert Veneris abſtinentia, quæ pigros reddit, ſtupidos & immobiles, ναρκώδεις & δυσκινήτους, vt ſcribit Gal. lib. 6. de loc. aff. (p. 315. 5.) Sic λελυμένον στόμα, os ſolutū, expeditum, nec præpeditum, lib. 7. Epid. (p. 353. 36.) vt λελυμένη γλῶττα & καταδεδεμένη dicitur Ariſt. cap. 11. lib. 1. Hiſt. animalium, lingua abſoluta & cooſtricta, qualis eſt balbutientium. λελυμένως πυρεταίνοντες qui mediocriter febricitāt, & qui moderata aut mediocri febre tenentur, quam βληχρὸν vocat Galenus & θερμῷ opponit, in Prorrh. (p. 194. 18.) vbi λελυμένως μετρίως exponit Galeous, & Coac. Præoot. (p. 438. 45.)

Λύειν etiam eſt ſoluere aut reſoluere, quod de frictiooe dicitur Hippocrati ἐν τῷ κατ' ἰητρ. (p. 697. 20.) ἀραιῶσαι & μαλάξαι exponit Galenus, rarefacere, laxare & emollire. ἀνιέναι τὴν σάρκα & ὑγρὰν ποιεῖν, quod eſt carnem laxare & mollem reddere, lib. 2. ſalub. (pag. 234. 43.) & μαλάσσειν, λύειν, χαλᾶν, mollire, ſoluere, remittere, ibidem (p. 235. 24.) In fracturarū curatione λύειν de vinculorum ſolutione dicitur, lib. de fract. (p. 537. 51.) λύσαι ἐν τῷ ἡμίσει τοῦ χρόνου, dimidio tempore ſoluito. Sic λύσις νεύρων & ὀστέων, neruorum & oſſium ſolutio, hoc eſt, diſſolutio, remiſſio & laxitas aut mollities, quæ cauſa eſt voa luxationum. In Mochlico (p. 512. 8.) vbi νόσος vitioſè legitur. Solutiooem autem pro diſſolutione dico quemadmodum M. Tullius Tuſc. 3. ſcribit Chryſippum ipſam ægritudioem λύπην quaſi λύσιν, id eſt ſolutionem totius hominis appellaſſe, & quomodo dixit Verg. ſoluuotur frigore membra. Eo etiam pertinet quòd in Exegeſi Galenus ex Hippocrat. λύσιας explicat διαστάσεις καθ' ἃς ἀπολέλυνται ἀλλήλων τὰ ἄρθρα, hoc eſt interualla quibus articuli inuicem diſiuncti ſuot & ſoluti. Indeque λυσιγυῖα eſt membrorum fractio & diſſolutio lib. de Loc. in homine (p. 68. 27.) in ſupputatis. & λυσιγυῖα γίνεται, & membrorum diſſolutio oritur. Et λυσισωματεῖν, quod eſt exoluto eſſe corpore, diſſolutum eſſe & languidum, lib. 5. Epid. (p. 341. 48.) & lib. 7. (p. 364. 27.) Eſt etiā λύσις διάλυσις, diſſolutio, quæ dicitur propriè cùm ſubſtātia quædā ex corporibus ooſtris effluit, & fit quidā effluxus, quo materia collecta diſſoluitur, eſtque is ſolutionis modus commuois noo animaotibus ſolùm, verùm quoque & anima carentibus. Qualiter io tumoribus præter naturam cootingit, diſcuſſa per multum tempus ipſorum ſubſtātia, aph. 6. ſect. 5. lib. 6. Epid. λύσις quoque καταμηνίων ſignificat Hippocr. menſtruam purgatiooem liberam & ſolutam, ooo præpeditam aut ſuppreſſam, lib. περὶ ἐπικυήσιος (p. 47. 37.) τὰς γὰρ πλείστας τῶν γυναικῶν ἀναγκαῖον ἐστὶν ἐν γαστρὶ λαμβάνειν μετὰ τὰ καταμήνια ἢν ἐπὶ ἡ λύσις. Pleraſque mulieres neceſſe eſt io ventre cōcipere poſt liberā menſtruæ purgationis ſolutiooem, h.e. vbi à mēſtruis exolutæ fuerint. Vbi quidā ἢν ἐπὶ ἡ λύσις legūt, aut ἢν ᾖ ἡ λύσις. Ruſuſq; ibid. (v. 43.) & οὐχ οἷόν τε ἐν τοῖς ἐλάσσοσι τι μορίοις μᾶλλον γίνεσθαι, ὅτι τὴν λύσιν τῶν καταμηνίων, ὅτι τὴν σύλληψιν τῶν ἐμβρύων. Ac

neque minori ferè ſpatio menſtruæ purgationis ſolutio contingere, neque fœtus conceptio fieri poteſt. Quem ſanè locum mihi ſubindicare videtur Erot. cùm apud Hippocratem καταμηνίων λύσιν ἀντὶ τῆς ἐπιλεύσεως, hoc eſt, acceſſum poni ſcribit. Quin & λύσιν τὴν πορείαν καὶ ἔφοδον Ionibus dici annotatur ex Coriotho.

Λύθρον puluerem ſudore & ſanguine permixtũ ſignificat, aut puluerulentum ſanguinem. Heſychio λύθρον exponitur ἰχὼρ αἵματος, & τὸ ἀπὸ φόνου, καὶ τὸ ἐξ αἵματος καὶ κόνεως μόλυσμα. Varinus λύθρον exponit μιασμὸν τὸν ἐξ αἵματος. Cui λύθρος etiam φόνος dicitur, ἢ ὁ ἐκ τοῦ αἵματος μολυσμὸς, συμπεπλεγμένος δὲ ἱδρῶτος καὶ κόνεως. Et Homeri Scholiaſtæ λύθρος eſt τὸ μετὰ κονιορτοῦ καὶ ἱδρῶτος αἷμα. λύθρα μητρῷα dicuntur Hippocrati in Epiſt. (p. 532.18.) vteri inquinamenta & repurgamenta aut locelli materni. ἐκ μητρῴων γὰρ λύθρων ἐξέθορε τοιοῦτος, ex maternis enim vteri inquinamentis talis prodiit.

Λύματα dicuntur purgamenta & ſordes quæ abluendo deponuntur, tanquam λύματα, ἅπερ ἐν τῷ λούεσθαι ἀποβάλλονται, vt ſcribit Euſtath. λύματα dicuntur Heſychio τὰ ῥυπάσματα τοῦ σώματος, ſordes quæ detergentur è corpore, vt λυμαίνειν & λυμαίνεσθαι, καθαίρειν. λύματα ſunt etiam veneris purgamenta Sudæ, & λύματα καθάρματα exponit apud Hippocr. Erotianus, nimirum lib. περὶ ἀδένων ſubindicans (p.57.40.) vbi fluxiones cerebri purgamenta eſſe ſcribuntur. ὅται τοῦ ἐγκεφάλου λύματά εἰσιν ἀπιόντος, hæ fluxiones cerebri ſordes & purgamenta, cùm diſcedunt exiſtunt. Inde λύμη, noxa, exitium, qua dictione crebrò vtitur Hippocr. vt lib. de fract. (p.530.21.) χωρὶς τῆς ἄλλης λύμης, præter aliud nocumentum. Et rurſus ibidem (pag.546.29.) πρὸς τῇ ἄλλῃ λύμῃ, præter aliam noxiam. Hinc etiam λυμαίνεσθαι offendere, noxiam afferre & exitio eſſe, vt lib. de art. (pag.594.29.) οἱ πολλὰ ἤδη ἐλυμαίνοντο, qui multum noxiæ attulerunt. Et rurſus ibidem (p.637.54.) ὡς μὴ μάλιστα λυμαίνηται, vt ne plurimùm offendant. Et lib. de Morbo Sacro (pag.126.31.) ὅτι ὑπὸ θεοῦ τὸ σῶμα λυμαίνεται quòd non Deus corpora affligit, aut noxia afficit. Quæ dictio etiam crebrò vſurpatur Hippocrati lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρ.

Λυπρὰ ψιλὰ καὶ ξηρὰ χωρία exponit Gal. in Exeg. apud Hippocr. hoc eſt, gracilia & arida loca, vt gracile & aridum ſolum dicit Plinius lib. 17. cap. 12. cui opponit agrum lætum. Sic λυπρὰ γῆ tellus minimè læta dicitur, & quæ ſegetes minimè lætas profert, λεπτὴν Heſychius exponit. Plutarchus in Sympoſio ſeptem Sapientum. τί λέγεις ὦ Ναυκρατῖτα; βασιλεύων τοσούτων ἀνθρώπων Ἄμασις, κεκτημένος δὲ χώραν ἀρίστην τοσαύτην, ἐθελήσει διὰ κώμας ἀδόξους καὶ λυπρὰς ἐκπιεῖν θάλασσαν. Quid narras Naucratita? tot hominibus imperans Amaſis, tantumq; ditionis optimæ cùm poſſideat, an velit obſcurorum & ſterilium pagorum gratia mare ebibere? Vbi etiam tenuium & vilium pagorum gratia, reddi poteſt, quemadmodũ λυπρὰ εὐτελῆ exponitur Heſychio, σκοτεινὰ, ἀχρεῖα, vilis, obſcura, & inutilis, aut minimè fertilis terra. Quòd verò attinet ad Hippocr. locum, ſi quis coniecturæ locus eſt, non malè exiſtimem Galenum λυπρὰ pro λεπτὰ legiſſe, lib. de aere, loc. & aq. (pag. 80.48.) vbi legitur, ὁκόσοι λεπτά τε καὶ ἄνυδρα καὶ ψιλά. Qui verò gracilia aquis carentia & nuda loca tenent. Alioqui necdum mihi planè conſtat quonam melius loco poni videatur.

Λυσσώδης παρακινητικὸν exponit Galenus apud Hippocratem quod mentem emouet, verùm λυσσώδης multi apud Gal. legunt, quod eſt furibundum & ad inſaniam adigẽs. λύσσα enim ἡ μανία dicitur παρὰ τὸ λύειν τὸν νοῦν, quòd mentem diſſoluat. λυώδεις πυρετοὶ ſcribuntur Hip. in quibuſdam exemplaribus extremo libro de art. (vt antea ſcripſimus) quòd vnà mentem cum corpore diſſoluant huiuſmodi febres. Quò ſi quis hanc Galeni expoſitionem referat, haud dubiè λυώδεις & παρακινητικοὶ legendum erit apud Gal. quòd lib. de art. adſcribatur, γνώμας ἀπτόμενοι, hoc eſt, mentem tentantes.

¶ Λωβίομαι apud Hippocr. pro λωβάομαι aut λωβῶμαι Ionicè ſcribitur & ſignificat probro aut dedecore afficior, turpiter illudor, ludificor, decipior, aut aberro, aut damno afficior & lædor. Lib. de art. (p.605.51.) ἅπερ πολλὰ μὲν δὴ καὶ ἄλλα λωβῶνται, cùm in multis aliis turpiter illuduntur & ludificantur, aut probro & dedecore afficiuntur, λωβεύειν ψεύδεσθαι, καταγελᾶν exponit Heſychius.

Λωτοῦ ἰχθυήματα, vide ἰχθύημα antea.

Λωφᾶν eſt laxamentum aut alleuationem ac ceſſationem & requiem facere, interſpirare, interquieſcere, ſedare facere, tranſlatione facta à iumentis, quæ depoſitis è collo oneribus ab opere quieſcunt, laborum leuamentum & requiem capiunt, ἀπὸ τῶν βοῶν τῶν ἀναπαυομένων ἐν τῷ λόφῳ ἡνίκα ἀπεθῶσι τοῦ ζυγοῦ. Apud Hippocrat. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.210.49.) καὶ μάλιστα ὅταν ἡ ὀδύνη ἔχῃ, καὶ ποιεῖ λωφᾶν τῆς νόσου. ac præcipuè cùm dolor tenuerit, & morbi remiſſionem ac laxamentum facit, hoc eſt, morbum alleuat, morbique requiem facit, dixit Caluus. Significat etiam quieſcere & ceſſare Hippocr. vt lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.98.23.) πάντα λωφᾷ, omnia ceſſant, ſedantur aut quieſcunt. Et lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 268.21.) ἢν δὲ μὴ λωφήσῃ ὁ ῥόος. quòd ſi non quieſcat fluxus. Et lib. περὶ παθῶν (p.184.47.) ὅταν δὲ λωφήσῃ ἡ ὀδύνη, vbi autem dolor quieuerit. Dicitur etiam λωφέω, vnde Heſychius λωφεῖν, ἠρεμεῖν, παύεσθαι exponit. Idem quoque λωφῆσαι, ἀπὸ τοῦ τραχήλου τὸ ἄχθος ἀποθέσθαι, eſſe ſcribit, & λῆξαι, ἡσυχάσαι exponit. Idem λωφᾷ παύεται, & λωφήσει, παύσει, & λωφῆσαι, παῦσαι, ἀναπαῦσαι exponit.

# OECONOMIAE HIPPOCRAT.

## TO M.

Μαγὶς dicitur Hippocrati maſſa quędam & offa ex alliorum nucleis, caſeo acri & polenta ſimul tritis & cõmixtis confecta, velut puls & maſſa quædã. μαγίδα exponit apud Hippocrat. Gal. in Exeg. τὸ, τι οἷον μάγμα ἢ φύραμα, ἢ τὴν χειροπληθῆ μαγδαλιάν. velut maſſam quandam vel farinam aqua ſubactam, & offam, aut molem quandam manum complentem. Hanc autem dictionem vſurpat Hippocr. lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 274. 21.) ἢ ποιέειν μαγίδα. ac maſſam aut pultem efformato. Ruſus lib. περὶ ἀφόρων (p. 297. 43.) ἢ ἴκμαγμα ὅσον μαγίδα, & croci recrementum maſſæ manualis magnitudine. Dioſcorides etiã ea vtitur dictione cap. 129. lib. 1. ἀποτίθενται ἀναπλάσαντες μαγίδας. in manuales maſſas aut offas reponunt. μαγὶς aliàs Polluci mactram ſignificat ad panificium conficiendum lib. 6. & 7. cap. 10. & lib. 10. cap. 24.

Μαγνησίη λίθος, Magneſius lapis quo vtitur Hippocrates ad purgandam pituitam lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 198. 46.) ἢ τῆς μαγνησίης λίθου, aut Magneſium lapidem. Eſt autem Magneſius lapis Magnetis ſpecies teſte Plinio libro 36. capite 16.

Μαδαρὸν depile, glabrum, vnde μαδαρότης glabrities. μαδαρὸς autem à verbo μαδᾶν, quod eſt nimio humore diffluere, madere, aut madidum eſſe, quod etiam μαδίζειν dicitur, vnde μάδησις, capillorum defluuium & glabrities. μαδᾶν vero ὑγρεῖν exponit Heſychius. Vnde μαδαρὰ ἕλκεα dicuntur lib. περὶ χυμῶν (pagina 116. 45.) glabra vlcera, nimio humore diffluentia, putrida & fluida, & περιμάδαρα ἕλκεα, vlcera circumglabra, circumquaque fluida, aph. 4. lib. 6. & lib. 6. Epidem. de quibus poſtea. μαδαρὰ ὑφιστάμενα in vrina dicuntur lib. 7. Epidem. (pag. 363. 27.) læuia aut glabra quæ ſubſident & rara, hoc eſt, ſedimenta quæ non cohærent inter ſe, ſed ſunt veluti diſſipata & diſiuncta. Impropria tamen eſt & inſolens ſedimentorum attributio.

Μάδησις etiam eſt capillorum defluuium, glabratio & depilatio, cùm pili è partibus deciduot. Lib. 3. Epid. in ſt. peſt. (pag. 421. 40.) μάδησις τῆς ὅλης τῆς κεφαλῆς ἐγίνετο ἢ τοῦ γενείου. totius capitis & menti glabrationes contingebant. Rurſus lib. 2. Epidem. (pagina 312. 7.) μάδησις τριχῶν dicitur, capillorum defluuium. At aph. 22. ſect. 6. lib. 6. Epid. μάδησις ſimpliciter. Quibus in locis μάδησις à μαδᾶν ferè legitur, vt μαδῶντα glabrum & depilem dicit Ariſtoph. In Pluto. Verùm μάδησις meliora habent exemplaria, velut ſcribitur libro 2. περὶ γυναικ. (pagina 284. 49.) ἢ ἢν μαδίῃ, ſi capilli defluant, decidant. Eſt autem μάδησις in plantis cùm propter nimiam humoris copiam cortex radicis defluit, vt in corpore humano, cùm pili decidunt à nimio & prauo humorum in partem defluxu.

Μᾶζα maza dicitur, neque latinum nomen habet, niſi quis offam ex Plinio exponat. Fiebat autem ex farina hordei toſti humore aliquo conſperſa, plebeiusque ac vulgaris cibus erat, & cruda cum defruto aut melle mandebatur, vt ſcribit Aetius. Athenæus lib. 14. δημοτικήν τινα ἢ κοινὴν τροφὴν ἐκ τῶν ἀλφίτων, μᾶζαν vocat, popularem quendam & cõmunem cibum ex polenta hordeacea. Plutarchus ἐκ τῶν κριθῶν ſimpliciter mazam dixit, quæ ex hordeo fieret. Conſtat autem viliorem fuiſſe pane cibum, quòd hic ex tritico, maza ex hordeo pararetur. Sic enim lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pagina 5. 37.) panem ex tritico, mazam ex hordeo fieri ſcribit Hippocrates. Atque idem ferè ſemper τὸν ἄρτον & μᾶζαν inter ſe opponit, vt in his quæ adiecta ſunt lib. de nat. humana (pag. 19. 55.) panem & mazam comedentes, & lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (pag. 30. 26.) Vere panem tollit, mazam, vt molliorem cibum concedit, & lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 6. 20. & 41.) panem & mazam in victus ratione, vt ſicciorem & humidiorem cibum inter ſe coniungit. Erotianus apud Hippocratem μᾶζαν eſſe ſcribit φύραμα ἐξ ἀλφίτων γενόμενον, ποτὲ μὲν μετ᾽ ὀξυμέλιτος, ποτὲ δὲ μετ᾽ ὀξυκράτου, ἢ ὑδρομέλιτος, ἢ μεθ᾽ ὕδατος. farinam hordei toſti humore aliquo ſubactam, ſiue oxymelite, ſiue poſca, ſiue mulſa, aut aqua. Sic. lib. de Cap. vulner. (pagina 449. 11.) farinam hordei toſti aceto ſubactam & incoctam adeò vt maximè glutinoſa & tenax reddatur, μᾶζαν ἐκ λεπτῶν ἀλφίτων vocat Hippocrates mazam ex tenuiſſima polenta diximus. Rurſus (ibid. v. 30.) εἶτα καταπλάσας τῇ μάζῃ ἐπιδῆσαι, deinde cataplaſmate ex maza impoſito deligandum.

Μᾶζα ἄτριπτος dicitur Hippocrati farina hordei toſti quæ nullo humore ſubacta eſt, aut minùs quàm oportet ſubacta, maza non multum ſubacta, aut nihil ſubacta. Cornarius apud Hippocratem mazam vino dulci non emollitam aut ſubactam vertit. Sic Ariſtoteles Quæſt. natur. ſect. 21. quæſt. 16. ἀτρίπτους ἄρτους vocat panes ex maſſa farinæ non ſubacta, aut minùs quàm deceat ſubacta. Huic verò μᾶζα τριπτὴ & φυρατὴ opponitur, hoc eſt, intrita & conſperſa, vt patet ex libro 2. περὶ διαίτης, quæ τριπτὴ ideò dicitur, quòd in-

confabuletur, de Medico agens. Vbi tamen exemplaria quædā manu ſcripta vitioſè λεσχηνευόμενον vt & Aldinum, legunt. Rurſus Prorrh. 2. (p. 415. 49.) τῶν δὲ παρὰ τι καὶ μαθητέων ἐλεσχηνευσάμην. partim cum eorum filiis & diſcipulis diu diſſerui, collocutus ſum, contuli. Quem locum mihi omni procul dubio ſubindicare videtur Gal. in Exegeſi, cùm ἐλεσχηνευσάμην ἐπὶ πλεῖστον διελέχθην, hoc eſt, plurimùm & diu diſſerui, exponit. Verùm vitioſè apud Gal. ἐλεσχηνευσάμην, partim etiam ἐλεσχεισάμην & ἐλευχηνευσάμην, pro ἐλεσχηνευσάμην legitur. Heſychius etiam λεσχηνεῖ, ὁμιλεῖ, μυθολογεῖ exponit, hoc eſt, colloquitur, cōfabulatur, vt λεσχηνευθῆναι paſſiuè, μυθολογηθῆναι, φλυαρηθῆναι. Sunt etiam λεσχήματα, nugæ, confabulationes, & idem quod λέσχαι, quæ ſunt Heſychio φλυαρίαι, & κοιναὶ ὁμιλίαι. In Epiſt. Hippocr. (p. 532. 46.) οὐκ ἄπειρος ὢν τῶν τοιούτων λεσχημάτων. non ignarus harum nugarum.

Λεύκη, quæ Leuce Celſo dicitur lib. 5. vitiliginis & fœdę ſcabiei ſoboles eſt, & cutis carniſque ſubiectæ præter naturam albedo, ideoque albicans vitiligo nominatur & albugo Gazę. Ea malo corporis habitu excitatur, & facultatis nutritoriæ lapſus eſt, pituitoſum ſanguinem, lentum & viſcoſum gignentis. Sic λεύκη μεταβολή τίς ἐστι τῆς χροιᾶς ἐπὶ τὸ λευκότερον, ἐπὶ γλίσχρου τε καὶ κολλώδους γενομένη φλέγματος. Leuce cutis quædam mutatio eſt ad albidius, quæ ex viſcoſa glutinoſaque pituita cōtrahitur. Paulus Ægineta lib. 4. cap. 5. λεῦκαι inter periculoſiſſimos & difficillimos morbos accenſentur Hippocrati in Prorrh. (p. 424. 25. & 28.) Eſt & λεύκη μὴ συγγενής. Leuce minimè innata in Coac. Præn. (p. 440. 19.) quæ nō ante pubertatis tempus occupat. Λευκὰ etiam ſimpliciter apud Hippocr. menſtruorum alborum profluuium indicant, vt ἐρυθρὰ rubrū. Lib. 4. Epid. (p. 330. 29.) ἐπὶ τῇσι λευκοῖς θυγατέρα ἔτεκεν, ἐπὶ τοῖσιν ἐρυθροῖσιν. Quædam cum albo fluxu filiam peperit, quædam cum rubro.

Λευκὴν ῥίζαν, τὴν τοῦ δρακοντίου, dracunculi radicem apud Hippocr. exponit Gal. in Exegeſi. Eam autem vſurpat Hippocr. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 219. 43. & p. 221. 9.) Rurſus lib. 2. de Morb. (p. 151. 26.) τὴν ῥίζαν τὴν λευκὴν καὶ τοῦ ἐλλεβόρου λείχειν, dracunculi radicem & veratri lingat. Λευκὸν quoque pro pituita ſumitur lib. περὶ φύσ. ἀνθρώπου (p. 6. 10.) ὁ γίνεται γλυκὺ, ὁ πικρὸν, ὁ λευκὸν, ὁ μέλαν. fierique dulce & amarum, & album & nigrum. Vbi Galenus λευκὸν τὸ φλέγμα, pituitam exponit, vt & μέλαν, τὴν μέλαιναν χολὴν, bilem atram.

Λευκοΐου καρπὸν, τὸ τοῦ ἴου λευκοῦ σπέρμα, hoc eſt, violæ albæ ſemen ſic dict apud Hippocr. ex Dioſcoridis mente ſcribit Gal. in Exegeſi. Vſurpatur autem Hippocrati lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 219. 7.) λευκοΐου καρπὸν ὅσον ἐν τοῖς τρισὶ δακτύλοις λαβών, Violæ albæ ſeminis quantum tres digiti capere poſſunt. Et rurſus ibidem (v. 27.) λευκοΐου τὸν καρπὸν ὅσον τοῖς τρισὶ δακτύλοις. Et (v. 24.) λευκοΐου ὁ καρπὸς ὅσον τρισὶ δακτύλοις ἐπιλαμβανόμενος. Rurſusq; ibid. (p. 222. 33.) & (p. 229. 38.) & (p. 231. 3.) Lib. etiam 2. περὶ γυναικ. (p. 285. 43.)

Λευκοφλεγματίη ἢ λευκοφλεγματίας aquæ inter cutem ſpecies quæ ἀνασάρκα vocatur. λευκοφλεγματίαν καὶ ὑπὸ σάρκα dicit Celſus cap. 21. lib. 3. Λευκοφλεγματίας autem dicitur ab alba pituita in toto corporis habitu & vaſis redundante, vt ſcribit Gal. Com. ad aph. 76. lib. 7. & com. ad aph. 29. lib. 7. his verbis: εἰώθασι δὲ καὶ τῆς ἀνασάρκα τινὲς ὀνομάζειν εἶδος λευκοφλεγματίαν ὕδερον, ἢ χροιᾶς ὡς καὶ παντὸς τοῦ λευκοῦ φλέγματος, ἢ ὡς κατὰ μὲν τὸν ἑαυτοῦ λόγον ὑπάρχοντος ἀεὶ λευκοῦ, δι' ἐπιμιξίαν δὲ ἑτέρων ἄλλοτ' ἄλλην χροιὰν μεταβάλλοντος τὸ ἀκριβὲς τῆς χροιᾶς. Conſueuere alii etiam medici quandam aquæ intercutis ſpeciem λευκοφλεγματίαν appellare, tanquam quæ vel liuida pituita, vel ſecundum ſuam certe ipſius rationem alba ſemper manente, ſed propter alios quoſdam admixtos humores verum exactumque colorem mutante conſtet. Quam certe nominis notationem Aurelianus etiam amplectitur cap. 8. lib. 3. Tard. Paſſ. eamque λευκοφλεγματίαν Græcè, Latinè verò intercutem nominat, etſi λευκοφλεγματίαν paſſim habent vitioſè ſcriptum exemplaria. Λευκὸν φλέγμα dicitur Hippocrati aph. 29. lib. 7. & lib. περὶ κρισίων (p. 387. 31.) & lib. 1. de Morb. (p. 129. 45. & 49. & p. 131. 4.) Lib. etiam 2. de Morb. (pag. 157. 24.) Quemadmodum etiam Aretæus cap. 1. lib. 2. περὶ χρον. παθ. ἀνασάρκα λευκὸν φλέγμα vocat, in eamque hydropis ſpeciem pueros propenſiores facit. Alioqui ſanè λευκὸν φλέγμα cachexiam quādam pituitoſam aut malum corporis habitū Hippocr. ſignificat, in quo plurima huiuſcemodi pituita alba vel liuida ea aliorū quorūdam humorum commixtione, tum in vaſis, tum in toto corporis habitu coaceruata eſt, quę hydropis quoddam eſt rudimentum, ad eumq; viā facit, vt aph. 76. lib. 7. & lib. περὶ παθῶν (p. 182. 30. & p. 183. 24.) & lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 198. 40.) & lib. de aëre, loc. & aq. (p. 454. 22.) Sic etiam Aurelianus λευκοφλεγματίαν hydropis initium eſſe ſcribit. λευκοφλεγματώδεις in Coac. Prænot. (p. 439. 2.) qui huiuſmodi hydropis vitio laborare dicūtur, & λευκοφλεγματώδης lib. 4. Epid. (p. 329. 3.) quæ pituita alba referta eſt, & λευκοφλέγματος ibidem (p. 332. 3.) ἡ ἕδρη λευκοφλέγματος, anus pituita alba redundans. Et λευκοφλεγματίαι lib. 3. Epid. ſt. peſt. (p. 429. 36.) quibus ex frigida intemperie hepatis & partium ſolidarū pituitoſus ſanguis per totum carnoſum genus ſuffunditur, & in toto corporis habitu coaceruatur, ita vt cutis omnis intumeſcat & infletur. Vbi ſcribit Gal. οἱ δὲ λευκοφλεγματίαι πρόδηλοι δή που ψυχρᾶς κράσεως ὄντες, εἴ τι μεμνήμεθα τῶν ἐν τοῖς περὶ κράσεως εἰρημένων. ἔστι δ' αὐτοῖς μαλακὸς καὶ ὑπόοιδός πως ὁ ὄγκος ἐγγὺς τῷ τῶν ἑαλωκότων ὕδερῳ τῷ λευκοφλεγματίᾳ καλουμένῳ. Leucophlegmatiæ, hoc eſt, qui alba pituita redundant, (ſi quid meminimus earum quæ in libris de Temperamentis dicta ſunt) citra controuerſiam frigido ſunt temperamento. His carnoſa corporis moles mollis eſt & quodammodo ſubtumida, propemodum vt aqua intercute affectis quam Leucophlegmatiā vocāt.

Λευκ.

Λίαν, παντελῶς, ἄγαν, penitus, in totum, exponit Gal. apud Hippocr. in Exeg. Erotianus verò λίαν τελείως, perfectè.

¶ Λήθαργος Lethargus cerebri morbus eſt ex pituita humidiore & frigidiore cerebrum madefaciente illicq́; putreſcente. Vnde febrem lentam, marcorem, fereq́; inexpugnabilem dormieodi neceſſitatem comitem habet. Authori Definit. Med. (p. 397.20.) λήθαργός ἐστι καταφορὰ δυσδιέγερτος μετὰ ἀχροίας καὶ οἰδήματος φυσώδους, οὐκ ἀπὸ τῆς στερεῶν αὐτῶν καὶ τοῦ σφυγμικοῦ πνεύματος, γινομένη, τοῦ πυρετοῦ ὄντι βληχροῦ καὶ κακοήθους πυρετῷ. Letbatgus eſt in ſomnom delatio inexpugnabilis, cum coloris vitio & œdemate flatuoſo, non ſiue ipſarum ſolidarum partium & pulſifici ſpiritus imbecillitate ptoueniens, in debili ac maligna febre. Phrenitidi prope coottarius eſt Letbatgus, eaodem ſedem occupans & materia conttaria afficiens. Sic enim ſcribit Gal. Com. 1. in ſent. 1. Prorrh. φρενῖτις ἡ ἀκριβὴς καὶ ἄμικτος ἑτέρῳ νοσήματι γίνεται χολῆς ξανθῆς καταλαβούσης τὸν τόπον ἐν ᾧ τὸ τῆς ψυχῆς ἡγεμονοῦν ἐστι. λήθαργος δὲ, τὸν αὐτὸν τόπον ὑγράναντός τε καὶ διαβρέξαντος φλέγματος. Phrenitis exquiſita & nulli alteri morbo permixta oritur cùm bilis flaoa locum in quo princeps animæ pars reſidet prebenderit. Lethatgus verò cùm locum euodem pituita humectarit & diluerit. Celſus etiam cap. 20. lib. 3. Lethargum phrenitidi conrrarium facit, quòd io illa difficilis ſomnus, prompta ad omnem audaciam mens eſt: at in hoc matcor & inexpugnabilis pene dormiendi oeceſſitas. λήθαργον Græci oominant. Atque id quoque genus acutum eſt, & oiſi ſuccorritur, celeriter iugulat. Idem etiam cap. 1. lib. 2. Letbargum vertit ex aph. 30. lib. 3. Vbi ſcribit Gal. febres quidem Letbargicas in cooſtaute ætate fieri ex humore pituitoſo in cerebro coacetuato & accenſo. Letbargũ autem deſcribit Hippocr. lib. 2. de Morb. (p. 156.5.) & lib. 3. (p. 159.25.) Præcipuè verò totam Lethargicorum hiſtoriaio accuratè depictã habes in Coac. Prænot. (p. 427.32.)

Λήμη, ſordes oculotom, pituita coocreta, lippientium oculotum ſordes, cùm lacbryma & pituita concreſcit. lemę & gramię Latinis dicuntur, eaque dictione vtitur Pl. cap. 13. lib. 25. Et gramię Nooio ſuot oculorum pituitę, vnde gramioſi oculi, qui λημῶντες ὀφθαλμοί, Prorrh. 2. (p. 419.26.) lippientes oculi, vbi etiam λήμη ſæpius vſurpatur, quam pituitam vertit Celſus cap. 6. lib. 6. eamq́; modò craſſam, quandoque etiam pituitam ſine addito, nos gramiam diximus. Eſt autem pituita ſemicocta in oculis concreſceos ex imbecillitate facultatis naturalis oculum regeotis, quæ tedundans alimentum & ſuperfluum conficere noo poteſt. Prouenit etiam ex tunicarũ oculi imbecillitate & dẽſitate, vt ſcribit Gal. Com. 2. in lib. 1. Epid. (p. 358.45.) vbi λημίαι dicuntur Hippoctati ſordes miouculæ lippieonium oculorum, quæ λῆμαι in Prognoſtico, & λημία μικρά in Coac. Præn. (p. 430.21.) Gal. Com. 1. in Progn. (p. 124.54.) αἱ γλῆμαι λῆμαι γίνονται μὲν ὡς ἔοικε, καὶ διὰ τὸ τῶν ὀργάνων πάθος, ὡς ἐν ὀφθαλμίαις τε καὶ ἄλλως οὐδένα κίνδυνον δηλοῦσαι. γίνονται δὲ καὶ διὰ ἀρρωστίαν τῆς διοικούσης τὰ κατὰ τὸν ὀφθαλμὸν δυνάμεως φυσικῆς, ἀδυνατούσης ἐκπέττειν τὴν τροφὴν τὴν τῶν ὀφθαλμῶν. ἐνδείκνυται γὰρ ἡμιπέπτου τροφῆς ἡ λήμη περίττωμα. κατὰ μὲν οὖν τὰς ὀφθαλμίας, διά τε τὸ πλῆθος τῆς παρὰ φύσιν ὑγρότητος, καὶ διὰ τὸ πάθος τῶν ὀργάνων, οὐκ ἔστι μὴ πέττεσθαι καλῶς τὴν τροφὴν αὐτῶν. ὅταν δ' ἔνδεια τροφῆς ἔστι δηλουμένη διὰ τῆς κοιλότητος, ἡ μὲν ἀπὸ τοῦ πλήθους αἰτία παντάπασιν οἴχεται. καταλείπεται δὲ ἡ τῆς δυνάμεως ἀσθένεια μόνη, καὶ οὐδ' ἡ τυχοῦσα τίς αὕτη γε, ἀλλ' ἰσχυρὰ πάνυ, μηδὲ τὴν ὀλιγίστην τροφὴν τῶν ὀφθαλμῶν ἱκανῶς πέττειν ἰσχύουσα. Cæterùm lemæ quidem fiunt, vt cooſtat, etiam ob inſtrumeutotnm affectionem, velut per lippitudines, & aliôqui oullum periculum oſtentant. fiuut verò etiam ob imbecillitatem naturalis facultatis oculum tegeotis. quæ oculorũ alimentũ concoquere nequit. Eſt eoim Lema (vt oſteoſum eſt) ſemicocti alimẽti excrementũ. In lippitudinibus igitur tum propter copiam hnmoris præter naturam, tum ob inſtrumeototũ affectiooem, vero eſt ſimile, oequaquã recte concoqui eotum alimeotũ. At vbi inopia manifeſta eſt, quæ per cauitatẽ indicatur, cauſa quæ à pleoitudioe eſt omninò perit, ſola autẽ facultatis imbecillitas telinquitur, oeque ea quælibet, ſed vehemens valde, & quæ paucum admodum oculotum alimentũ ſufficieotet cõcoquere nequeat. Heſychio autem λῆμαι exponuotur αἱ περὶ τοὺς κανθοὺς τῶν ὀφθαλμῶν πεπηγυῖαι συστάσεις, ἢ ἐκκρίνουσαι τῶν ὀφθαλμῶν ἀκαθαρσίαι, hoc eſt, cõcreta in oculorũ angulis ſubſtantia, aut effluens ex oculis ſotdes. Dicitur & λήμη Varino λευκὸν ὑγρὸν τοῖς ὀφθαλμοῖς συναγόμενον, ἀμβλυωπίαν παρασκευάζον. album quoddam humidum in oculis concretũ, quod eorum bebetudinẽ facit.

Λημματικοὶ dicũtur Hippocrati qui occaſionem prudenter & accõmodatè arripiuot aut captant, lib. περὶ εὐσχημοσύνης. (p. 15.12.) πρὸς τὸν καιρὸν εὔθετοι καὶ λημματικοί, in occaſiooe prudentet captanda appoſiti & accommodati.

Αλωοὶ ſunt Hippoctati aluei aut loculi quidam, hoc eſt, cauitates excauatæ, aut concepracola quædam, io Mochlico (p. 511.25.) Sic autem vocat cauitates per totum ſcamoũ Hippocraticum excauatas & inciſas, trium digitorum latitudioe & altitudine. κατίνους dicit lib. de art. ἀλωοὶ expoouotur Heſychio σοροὶ, πύελοι, καὶ τῶν ἁρμάτων δίφροι αἱ κοιλότητες, loculi, aluei, aut labra quædam & conceptacula, & cauitates in ſellis curulibus, quibus fuſtes tecondebantur. Sic apud Euſtathium χοάνη & ἀλωὸς dicitur τὸ κοῖλον τοῦ ἁρμάτων δίφρου, εἰς ὃ τὰς μάστιγας οἱ ἡνίοχοι ἀπετίθεντο, cauum io ſella curuli, io quod aurigæ fuſtes repoouot. Quin & mali naurici conceptaculum ἀλωὸν Atheoæus lib. 11. vocari ſcribit. Pollux libr. 7. capit. 5. & libr. 10. cap. 24. in paoificis & coqui vaſis ἀλωὸν teponit, & τὴν κάρδοπον ſeu τὴν μαγίδα, τὴν μάκτραν ſeu σκάφην dici ſcribit, hoc eſt, alueum in quo panis ſubigitur. Idem lib. 10. cap. 31. in σω-μενῶν vaſis, σορὸν, πύελον, κιβωτὸν, ἀλωὸν teponit.

Quibus indicat ληνὸς dici aluenm & loculum, ant cauum quoddam ὄρυγμα & excauatum, ſiue ligneum, ſiue lapideum, aut tecouditorium & conceptaculũ quoddam. Ideoq; Pollucis Interpres ob ſimilitudinẽ linttem vettit. Dicitur & ληνὸς Varino παρὰ τὸ λιαίνεσθαι, τὸ λεπτύνειν. ληνὸς quoque eſt Heſychio & Polluci ὅπου αἱ σταφυλαὶ ἐμπατοῦνται, id in quo vuæ calcãtut, lacus pteli totcularii. Ad cuius inſtat ληνὸς ab Anatomicis in capite vſurpatur, de quo vide Gotthæum.

Λῆρος delirium & leuem deſipientiam aut mentis vacillationem ſignificat Hippoctati in Pythione lib. 3. Epid. vbi ληρῆσαι quod eſt nugari, leuiter deſipere aut delitare, ματαίως παραφρονῆσαι exponit Gal. qui etiam ſcribit. εἴωθε γὰρ αὐτὸς ἄλλοτε ἄλλοις ὀνόμασιν ἐνδείκνυσθαι τὸ ποσὸν τῆς παραφροσύνης, ληρῆσαι καὶ παραληρῆσαι, καὶ παραφρονῆσαι, καὶ παρακρουσθῆναι λέγων, ἢ πάλιν παρακόψαι καὶ ἐκστῆναι, μανῆναί τε καὶ ἐκμανῆναι. Eſt enim illi conſuetum vt aliis atque aliis nominibus deſipientiæ modum oſtendat, ληρῆσαι καὶ παραληρῆσαι, καὶ παραφρονῆσαι, καὶ παρακρουσθῆναι, hoc eſt, nugari, delirari, deſipete & mente emoueri dicens, vel aliàs παρακόψαι καὶ ἐκστῆναι, μανῆναί τε καὶ ἐκμανῆναι, quod eſt, vetanum vel amentem eſſe, vel inſanite & vehementi furore eſſe percitum.

Λῆψις vide Λαβὴ.

¶ Λίβανος interdum ipſa arbor thutifera dicitur, interdum etiam pro thure ponitur & ἀντὶ τοῦ λιβανωτοῦ. Sic apud Dioſcor. cap. 82. lib. 1. λιβάνου σταγὼν dicitur, thuriferæ arboris ſuccus, qui ptegnanti cortice inciſo, guttæ rotunditate proſilit, & thus maſculum vocatur. Pliniu thuris guttæ nominantur lib. 12. cap. 14. παρὰ τὸ λείβω quod ſtillo ſignificat. Apud Hippocr. quoque lib. περὶ διαιτήσιος (p. 51.47.) λίβανος ἀντὶ τοῦ λιβανωτοῦ ſumitut, & lib. 1. περὶ γυναικ. (p 255.4)

Λιβανωτοῦ καρπὸν, hoc eſt, thuriferæ arboris fructum, ſcribit Gal. in Exeg. αὐτὸ τὸ οὕτως ὀνομαζόμενον οὕτως λιβανωτὸν, ipſum ſic vocatum thus intelligi, quandoquidem eius plantæ ſemen in vſum venire non conſtat. Vbi λιβανωτὸς ἀντὶ τοῦ λιβάνου & pto thurifeta arbote aut planta non temere ſumitur. Sic λιβανωτὸν aut λιβανωτὸς, ὁ καρπὸς τοῦ λιβάνου Sudæ exponitur & Heſychio. λιβανωτοῦ autem καρπὸν in locellos muliebres pet clyſtetem immittit Hippocr. lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 286.35.)

Λιβηρῷ Gal. in Exeg. apud Hippocr. ὑγρῷ exponit, hoc eſt, humido. Qua certe indicatura mihi Gal. exprimere videtut locum libri κατ' ἰητρεῖον (p. 692.7.) vbi paſſim legitur, καρωτῷ μαλθακῷ καὶ λείῳ καὶ καθαρῷ. Sed pro λείῳ Galenus adſcribit quædam exemplaria λιβηρῷ habere, idque ſicco ex aduerſo reſpondete. Quanquam eo in loco vitioſa admodum ſunt Galeni exemplaria, & aliam lectionem affingunt Interpretes. Erotianus verò λιβηρῷ, σκοτεινῷ καὶ μέλανι, exponit apud Hippocr. hoc eſt, tenebroſo & nigro. Cumque ea dictio inter cæteras reponatur quæ ex lib. de aëre, loc. & aq. repetuntur, & ab eodem exponuntur: Mihi videtur hac expoſitione locum lib. de aëre, loc. & aq. adumbrare (p. 77.21.) vbi ſcribitur, τὴν φωνὴν βαρυτάτην ἔχουσι, τῷ ἠέρι χρεώμενοι οὐ λαμπρῷ, ἀλλὰ χνοώδει τε καὶ διερῷ. Agitur de iis qui Phaſim accolunt, quos præ aliis omnibus grauiſſimam vocem habere ſcribit, quòd aëre vtantur non puro aut ſeteno, ſed obſcuro & caliginoſo admodumque humido. Ac pro διερῷ λιβηρῷ Erotianum legiſſe exiſtimo, facili admodum mutatione, vt aërem tenebricoſum & ſua denſitate nigrum intelligat. Sic Heſychius λιβρὸν, σκοτεινὸν, μέλαν, δίυγρον exponit.

Λίβος Gal. exponit apud Hippocr. in Exeg. ἐπίσταγμά τι τῶν ὀμμάτων ἐγχυματιζόμενον, oculorum quoddam inſtillamentum, quod oculis infunditur. fieri autem ſcribit ἀπὸ τοῦ λείβειν, ὅπερ εἰώθασιν τὸ στάζειν δηλοῦν, quod proprie ſtillare indicare videtur. Vt ſit λίβος idem quod λιβάς, gutta aut ſtilla.

Λιβύη, Δήλῳ, Σκυθίῃ; Erotianus his nominibus vult Hippocratem tres orbis habitabilis plagas & regiones indicaſſe. Λιβύην μὲν αὐτόθεν εἰπὼν, τὴν δὲ Ἀσίαν διὰ τῆς Δήλου, τὴν Εὐρώπην δὲ διὰ τῆς Σκυθίας. Africa certè apertè expreſſa, Aſia verò per Delum, & Europa per Scythiam. Quibus ſanè verbis haud dubiè locus Prognoſtici explicatur (p. 166.20.) ἐπεὶ καὶ ἐν Λιβύῃ, καὶ ἐν Δήλῳ, καὶ ἐν Σκυθίῃ φαίνεται τὰ προγεγραμμένα ἀληθεύοντα σημεῖα. Etenim tum in Africa, tum Delo, tum etiam Scythia propoſita ſigna vera eſſe conſtat. Quod etiam exponens Gal. de omni tegione ſcribit. οὐδὲ γὰρ ἄλλο δι' αὐτῆς ἐνδείκνυται, ἢ τὰ σημεῖα, τά τε ἀγαθὰ καὶ τὰ κακὰ, ταὐτὰ ἑαυτοῖς σημαίνειν ἑκάτερα ἐν ἁπάσῃ χώρᾳ, κἂν θερμὴ, κἂν ψυχρὰ, κἂν εὔκρατος ᾖ. Λιβύης μὲν γὰρ ὡς θερμῆς, Σκυθίας δὲ ὡς ψυχρᾶς, Δήλου δ' ὡς εὐκράτου, καὶ μέσης ἀμφοῖν, ἕνεκα παραδείγματος ἐμνημόνευσεν. Nil enim aliud per illam docetur, quàm quòd ſigna tum bona tum mala idem per ſeipſa vtraque in omni regione denunciant, ſiue calida ſit, ſiue frigida, ſiue temperata. Libyam enim tanquam calidam, Scythiam tanquam frigidam, Delum verò tanquam temperatam & inter vtranq; mediam exempli gratia commemorauit. Sic enim hunc Galeni locum legimus, quamuis exemplaria publicata aliter ſcribant.

Λιγνυώδης γλῶσσα, lingua fuliginoſa, nigra, atra fuligine tincta, ex vehemente incendio, ægr. 12. lib. 3. Epid. poſt ſt. peſt. in Lariſſæa virgine febre ardente laborante. Vbi Gal. τὴν λιγνυώδη γλῶσσαν vocari ſcribit, τὴν ἐπικεχρωσμένην ὑπὸ λιγνύος, ξηρὰν οὖσαν ἐξ ἀναθυμιάσεως, veluti fuligine quadam tinctam, ſiccam exiſtentem propter exhalationem. Quem etiam locum mihi haud dubiè ſubindicare videtur Gal. in Exegeſi, vbi λιγνυώδης ἡ μελαινομένη exponitur, vt ſit lingua fuliginoſa nigricans. καὶ γὰρ ἡ λιγνὺς μέλαινα, eſt enim fuligo nigra. Ex eodem quoque loco γλῶσσα λιγνυώδης exponitur Erotiano μέλαινα καὶ τεφρώδης, nigra & cinerea, παρὰ τὴν λιγνὺν, ἥτις ἐστὶ καπνώδης αἰθάλη, à fuligine quæ eſt fumoſa fauilla. fit autem huiuſmodi fuliginoſa lingua (vt idem ſcribit) διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν φλόγωσιν, ob exuperantem inflamma

inflammationem, velut in febre ardente, indeque admodum reſiccata eſt. Sic aph. 13. ſect. 5. lib. 6. Epid. αὗαι γλῶσσαι ἀπὸ ἐγκαύσιος λιγνυώδεες, valde reſiccatæ linguæ ex ſuccenſa fuligine fiunt. Et in Lariſſæa Virgine λιγνυώδης γλῶσσα, ξηρὰ dicitur. Λιγνυῶδες σίαλον eſt ſaliua fuliginoſa & atra, in pulmonis morbo, lib. 2. de Morb. (p. 152. 34.) velut λιγνυώδεα πτύσματα, fuliginoſa ſputa dicuntur in Coac. Prænot. (p. 435. 28.)

Λιθιᾷν calculo laborare de veſica dicitur aph. 79. lib. 4. & λιθιάσιος de calculi in veſica generatione in pueris aph. 26. lib. 3. Hæc enim pueris familiaris eſt ob edacitatem & voracitatem, quia non paucos humores crudos coaceruant, quarum pars craſſior veſicæ fundum petens calculum gignit, tum etiam caloris vehementia vaporem ex materia craſſa reſoluens, in his calculi cauſa eſt. De calculi in pueris generatione in veſica fuſiſſimè & aptiſſimè ſcribitur Hippocr. lib. 4. de Morb. (p. 176. 32.) vbi λιθίασις λίθος vocatur, (quæ calculatio dicitur Cælio Aureliano cap. 4. lib. 5. χρονίων) & λίθος ſæpius de veſicæ calculo vſurpatur. Lib. quoque de vulner. cap. (p. 456.) calculi in veſica cauſæ explicantur, & λιθιῶντα παιδία & λιθιῶντες vocantur qui calculo in veſica conflictantur, qui etiam λιθιᾷν dicuntur (p. 451. 37.) & (p. 455. 42.) Sic λιθιῶντες calculoſi ſunt & qui calculo in veſica laborant, quos eo corporis habitu componi vult, vt calculus in fiſtulam vrinariam non illabatur, in Coac. Præn. (p. 438. 36.) Rurſus ibidem (p. 443. 7. & 8.) λιθιδίων οὔρησις de calculi in veſica per vrinam exitu effertur, & λιθίδια διαφέρει. Λιθίασις autem definitur authori Definit. Med. (p. 399. 39) γένεσις ἐν κύστει λίθου, δι' ὃ κωλύεται ἡ τοῦ οὔρου ἔκκρισις. calculi in veſica ortus, quo prohibetur vrinæ excretio. aut, λιθίασίς ἐστι πάθος, διατάσεις τῆς κύστεως ἐπιφέρον. συνδιατείνεται δὲ αὐτοῖς καὶ ἦτρον, καὶ τῆς ποσθῆς ἅπτονται ταχινά. ἐπιγίνονται δὲ αὐτοῖς καὶ ἰσχουρίαι, ὅταν προσωθεὶς ὁ λίθος ἀποφράξῃ τὰς ὁδοὺς τοῦ περιττώματος. Lithiaſis eſt affectus veſicæ diſtentiones inducens. Vna verò eis imus venter diſtenditur, nec tardò ad præputium ea diſtentio pertingit. Succedunt iis quoque vrinæ ſuppreſſiones, vtique cùm prouectus lapis excrementi vias incluſerit. Eſt & λιθίασις in exteriore palpebra, cùm alba quædam & craſſa callis & lapillis ſimilia exiſtunt & oculum pungunt. Sic autem definitur Iſagoges authori (p. 386. 25.) λιθίασίς ἐστιν ὅταν ἐκστραφέντος τοῦ βλεφάρου ὅμοια πώροις περὶ τὰ βλέφαρα ὑπάρχει λευκὰ καὶ τραχέα, καὶ ὡς λίθοις ὁμοίως νύσσοντα τοὺς ὀφθαλμούς. Lithiaſis eſt cùm euerſis palpebris, circa ipſas toſis ſimilia alba & aſpera exiſtũt, calculiſque ſimilia oculum premunt. Cuius curationem adſert Aëtius tetrab. 2. lib. 3. cap. 82. eamq; paulò aliter definit, his verbis: λιθίασιν ἐν βλεφάροις λέγουσιν, ὅταν ἐκστραφέντων τῶν βλεφάρων, πώροις ὅμοια περὶ αὐτὰ ὑπάρχῃ λευκὰ καὶ τραχέα ἰόνθοις παρεμφερῆ. Calculum in palpebris dicunt, cùm euerſis palpebris, toſis ſimilia circa ipſas extiterint alba & aſpera, varorum ſpeciem præ ſe ferentia. Verùm pro ἰόνθοις fortaſſe λίθοις legendum.

Λιθοκόλλα, lithocolla, eſt glutinum quo lapides inter ſe coagmentantur. Conflatur autem ex marmore, Lapide Pario, & taurino glutine. Valet ad defluuios ex palpebris pilos glutinandos, vt ſcribit Dioſcor. cap. 164. lib. 5. Quam ad rem etiam adhibetur Galeno lib. 4. κατὰ τόπ. (p. 210. 32.) ex Heraclide Tarentino.

Λίθον μέλανα, ὃν καὶ μυλίτην ὀνομάζουσι κόχλακα, quem molarem ſilicem vocant, exponit Galen. in Exeg. apud Hippocr. Quibus verbis locum lib. περὶ ἀφόρων (p. 294. 27.) mihi innuere videtur, vbi ſilicem ignitum vino extinguit ad fomentum per cucurbitulam excipiendum: ἔπειτα λίθον μέλανα διαφανῆ ἐμβάλλειν εἰς τὸν οἶνον. deinde lapidem nigrum candentem in vinum mittito.

Λιμαγχία eſt ſumma inedia & omnimoda abſtinentia cum quis fame cruciatur aut ſtrangulatur, idem quod λιμοκτονία. λιμαγχίαν Aurelianus immodicam abſtinentiam vertit cap. 5. lib. 1. Tard. Paſſ. Hinc λιμαγχεόμενος eſt Hippocrati qui fame & inedia cruciatur, qui imperatam à Medicis inediam ſubit; & cui à Medico ſumma eſt imperata inedia, in Prorrhet. 2. (p. 415. 7.) σφόδρα τι μὲν ὁ λιμαγχεόμενος εἰ πλείονα φάγῃ τι καὶ πίῃ. Imprimis quidem qui inedia cruciatur, ſi abundantiorem cibum & potum ſumpſerit. Sic λιμαγχικοὶ & λελιμαγχημένοι dicuntur inedia confecti, fame macerati & enecti, quiq; ſummam inediam ferunt. Lib. 2. Epid. (p. 312. 21.) καὶ ἐν τοῖσι λιμαγχικοῖσιν αἱ μακροβιότητες. ἀπὸ τοιούτων σιτίων. Ex his quoque videndi ſunt quinam ad ſummam inediam ferendam moderatè ſe habeant. Et lib. de art. (p. 588. 10.) καὶ γὰρ αὗται αἱ σάρκες τῶν μὴ ἀπὸ τέχνης ὀρθῶς λελιμαγχημένων, αἱ τῶν λεπτῶν μυξωδέστεραί εἰσιν, ἢ αἱ τῶν παχέων. Gracilium nanque carnes, qui non rectè ex arte inedia macerati ſunt, quàm obeſorũ muccoſiores ſunt. Rurſus ibidem (p. 660. 45.) λιμαγχονέειν eſt inediam ferre. περὶ μὲν δὲ τὰς τῶν ἄρθρων ἐμβολὰς δεῖ ἰσχναίνειν καὶ λιμαγχονέειν, ἄχρι ἑβδόμης. In omni verò articulorum repoſitione victu tenui & inedia etiam ad ſeptimũ diem vtendum. λιμαγχίαι vſurpantur Rufo Epheſio pro extrema inedia lib. περὶ τῶν ἐν νεφροῖς παθῶν in curatione inflammationis: οὐ μὴν οἷς ἅπαντα αἱ λιμαγχίαι τούτοις συμφέρουσιν, ὥσπερ ταῖς ἄλλαις φλεγμοναῖς, ἀλλά τι καὶ προσάρτιον, φυλάσσοντα τοὺς πυρετοὺς ὅτε τι χαλῶσι, καὶ ὅτε ἐπιτείνουσιν. Neque verò ſicut in aliis inflammationibus extremæ omnino inediæ his conferunt, ſed aliquid aſſumendum obſeruata febrium remiſſione & intenſione.

Λιμακώτεροι exponuntur Erotiano apud Hippocr. λιμακώδεις, hoc eſt, herbidiores & viridiores, prati naturâ magis referentes. λέγονται οἱ λιμακώδεις καὶ κατάφυτοι καὶ ὁμαλοὶ τόποι. Sic dicuntur pratenſia aut arboribus conſita & plana loca. Sudæ quoque λειμακώτεροι dicuntur οἱ σύμφυτοι καὶ συνδενδροι τόποι, arboribus conſiti loci. Verùm per ει diphthongum meliùs ſcribitur, vt à λειμὼν deducatur; quod idē quod λειμῶνες

Sunt autem λειμάκες Heſychio, τόποι καὶ πεδινοὶ τόποι. & λεῖμαξ χωρίον ἐν ᾧ λειμών, ἢ χωρίον ἐπίχλοον. Sudæ verò σύμφυτος τόπος, κῆπος. Eam autem dictionē vſurpat Hippocr. lib. de aëre, loc. & aq. (p. 76. 40.) καὶ δὲ λειμακωδέσι τε καὶ ἑλώδεσι [φύσιες ἐοικυῖαι] aliæ pratorum & paludum naturam referunt.

Λειμακώδεες οἱ ὑγροὶ καὶ βοτανώδεες, hoc eſt, humidi & herbidi exponūtur Galeno in Exeg. apud Hippocr. Verùm λειμακώδης legitur per α melius lib. de aëre, loc. & aq. (p. 78. 13.) ἡ δὲ Σκυθέων ἐρημίη καλευμένη, πεδιάς ἐστι, καὶ λειμακώδης. At ſolitudo Scythica nominata, in planitie ſita eſt, & pratis abundat. Rurſus ibidem (p. 80. 37.) ὁκόσοι δὲ κοῖλα χωρία καὶ λειμακώδεα, καὶ πνιγηρά. Qui verò loca concaua, pratenſia & æſtuoſa habitant. Ac forte apud Galenum λιμακώδης, ὑγρὸς καὶ βοτανώδης legi poteſt, vt locus ſuperior ſubindicetur.

Λιμοκτονεῖν eſt fame enecare & cōficere, ſed pro inediam imperare & præcipere, victuque tenui vti ſumitur apud Hippocr. Sic lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 115. 58.) ἢν δὲ αἷμα ἀφαιρέειν ξυμφέρῃ, στερεὴν ποιέειν τὴν κοιλίην, καὶ οὕτως ἀφαιρέειν, καὶ λιμοκτονέειν. Quòd ſi alicui ſanguinem detrahere confert, aluum ſolidam efficito, ſicque detrahito, & inediam imperato. Rurſus lib. περὶ παθῶν (p. 518. 24.) ἐν τῇ θεραπείῃ δὲ προσχεῖν ὕδωρ πολλὸν θερμὸν, καὶ λιμοκτονέειν. In hac verò curatione calida copioſa perfundere iuuat, & inediam imperare. Sic λιμοκτονεῖσθαι eſt inedia macerari & confici ac attenuari, lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 237. 37.) καὶ αὖθις λιμοκτονεῖσθαι, rurſusque inedia macerari. Rurſus lib. 7. Epid. (p. 366. 23.) ὁ τοῦ Θυνὸς υἱὸς σφόδρα ἐν πυρετῷ καυσώδει ἐλιμοκτονήθη. Thyni filius per febrem ardentem vehementer inedia confectus erat.

Λιμοκτονίη eſt omnimoda abſtinentia, & maceratio quæ fame fit, aut inedia, perfectaque omninò abſtinentia, vel quæ ſolo potu & ptiſſanæ cremore inſtituitur victus ratio. Sic enim eam vocat Hippocr. habita ratione ad pleniorem cibum, lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 102. 49.) ἀλλ' ὅμως τὸν τοιόνδε προσφυλάσσειν τῇ λιμοκτονίῃ. eum tamen in inedia conſeruare oportet. Vbi ſcribit Gal. ἡ λιμοκτονίη, μάλιστα μὲν ἀσιτίαν παντελῆ σημαίνει. εἰ δ' οὖ, ἀλλὰ τήν γε ἐπὶ τοῖς πόμασι μόνοις δίαιταν. οὕτως δὲ καὶ μελικράτου καὶ χυλοῦ πτισάνης συγχώρησιν ἐδίδαξε. δοκεῖ μέν μοι διὰ τοῦτο λιμοκτονεῖν λέγειν αὐτούς, ὅτι χρονίζουσι τὰς ἐνδόσεις τῶν πυρετῶν ἔχοντες εὐφορωτάτας, εἰς ἐξαπατηθέντας τινάς. τροφὴν ἰσχυροτέραν δοῦναι, καὶ μάλιστα διὰ τὴν λειποθυμίαν. ὡς πρὸς τοιαύτην οὖν δίαιταν ἡ διὰ τοῦ μελικράτου καὶ τοῦ χυλοῦ γενομένη ἐν πολλαῖς ἡμέραις, εἴρηται ὀρθῶς λιμοκτονία. Λιμοκτονίη enim præcipuè quidem perfectam abſtinētiam ſignificat, ſin minus, eam ſaltem victus rationem quę potibus ſolis inſtituitur. Sic ſanè & mulſam & ptiſanæ cremorem eis permiſit. Mihi autem videtur eos λιμοκτονεῖν, hoc eſt, inedia macerandos eſſe ob id dicere, quòd qui placidiſſimas habēt febrium remiſſiones, in his longo tempore morentur, adeò vt decepti nonnulli cibum validiorem exhibuerint, idque potiſſimùm ob animi defectionē. Quòd fit, vt habita huius victus ratione, quæ per mulſam & ptiſanæ cremorem multis diebus inſtituitur rectè λιμοκτονία dicta ſit. Quinetiam lib. 7. Epid. in Thyni filio febre ardente vehementer affecto, cum copioſa alui deiectione, animi deliquio, multis ſudoribus, infuſo ptiſanæ cremore enutrito, ἐλιμοκτονήθη adſcripſit Hippocr. Lib. 3. περὶ διαίτης (p. 102. 43.) in plenitudinis curatione ſcribitur, πλείονος δὲ χρόνου καὶ λιμοκτονίης δέεται. Longiore autem tempore etiam inedia opus habet.

Λιμὸς & λιμώττειν, fames & fameſcere dicitur apud Hippocr. de extrema ciborum inopia, aliquando etiam de omni ciborum defectu, vt ſcribit Gal. Com. ad aph. 16. lib. 2. his verbis: Λιμώττειν ἐκείνους φαμὲν, ὅσοι δι' ἀπορίαν σιτίων εἰς ἄκρον ἥκουσι πείνης. οὕτως οὖν καὶ Ἱπποκράτης αὐτὸς ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν εἶπεν· ἐν Αἴνῳ ὀσπριοφαγέοντες ἐν λιμῷ, σκελέων ἀκρατέες ἐγένοντο· καὶ μέντοι καὶ πᾶσαν τὴν σφοδρὰν ἔνδειαν τῶν σιτίων, εἰ καὶ χωρὶς ἀπορίας κατὰ προαίρεσιν ἢ πρόσταγμα γένοιτο, λιμὸν ὀνομάζειν εἴωθεν. ὅταν οὖν εἴπῃ, τοῖσιν ὑγρὰς ἔχουσι τὰς σάρκας λιμὸν ἐμποιέειν. λιμὸς γὰρ σῶμα ξηραίνει. καὶ ἐπειδὰν ἐν τῷ προγνωστικῷ φησί· ἐπανερέσθαι χρὴ, μὴ ἠγρύπνηκεν ὁ ἄνθρωπος, ἢ τὰ τῆς κοιλίης ὑποχωρήματα ἐόντα ἰσχυρῶς, ἢ λιμὸς τὶ ἔχει αὐτὸν, ἐπὶ τῆς τῶν σιτίων ἐνδείας φέρει τοὔνομα. καὶ νῦν δὲ οὕτως εἴρηται. ὅταν λιμὸς, οὐ δεῖ πονεῖν. ὡς εἰ καὶ οὕτως εἴρηκε. τοῖς μὴ μέλλουσιν ἐδίειν, μηδὲ πόνον ἐπὰν προσφέρειν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ. Λιμώττειν, h. e. famelicos eſſe eos dicimus qui propter ciborum inopiam ad extremam famem deueniunt. Sic enim Hippocr. ipſe lib. 2. Epid. dixit. In Æno cùm propter famem leguminibus veſci cogerentur, crurum imbecillitate laborarūt. Quinetiam vehementem omnem cibariorum defectum, quamuis citra inopiam, vel ex conſilio, vel ex præcepto fiat, λιμὸν nominare conſueuit. Cùm igitur ſcribit, Molles carnes habentibus famem adhibeto. fames enim corpora exiccat. Aph. 59. lib. 7. Et cùm in Prognoſtico ait, Interrogare oportet num is vigilauerit, an aluus admodū liquida fuerit, an inedia aliqua eum oppreſſerit, de ciborum defectu λιμοῦ vocabulum offertur. Et nunc quoque ſic dixit. Cùm fames vrget, labore abſtinendum, quaſi ita diceret. Qui nullum cibum ſumpturi ſunt, iis eo die nullum laborem imperare oportet. Λιμὸς quoque Hippocrati aph. 21. lib. 2. non quæuis inedia aut fames, neque ex ciborum defectu appetentia dicitur, ſed vehemens & inſatiabilis ciborum auiditas, quam κυνώδη ὄρεξιν, hoc eſt, caninam appetentiam quidam nominant. Λιμὸς etiam pro ciborū inopia ac defectu ſumitur lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 6. 46.) τὸ γὰρ τοῦ λιμοῦ μέρος δύναται ἰσχυρῶς ἐν τῇ φύσει τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ὑγιᾶναι, καὶ ἀσθενέα ποιῆσαι, καὶ ἀποκτεῖναι. famis enim portio plurimùm poteſt in hominis natura, tum ad ſanitatem, tum ad imbecillitatem, tum ad mortem inferendam. Docetur enim quàm difficilis ſit in ægris victus inſtituendi ratio, quæ non tantùm copia, verumetiam defectu non pœnitendos errores inducat, vt patet ex aph. 5. lib.

lib. 1. Et lib. de loc. in homine (p.71.36.) ὅσα δὲ νοσήματα τοιαῦτά ἐστι, μὲ ἕλκεα ἐόντα ὑπερίσχοντα τοῦ ἄλλου σώματός εἰσι, ἅμα τοῖσι φαρμάκοισι καὶ λιμῷ χρὴ ἰῆσθαι. Morbi quicunque vlcera exiſtunt, & in reliquo corpore eminent, vnà cum medicamentis inedia quoque curandi ſunt. Quin & Erotianus λιμὸν apud Hippocr. magnam cibariorum & alimenti inopiam ſignificare teſtatur cùm illud Prognoſtici (p.122.28.) λιμώδης τε ἔχει αὐτὸν, αὐτὴ δὲ μεγάλη τῶν σιτίων ἔνδεια, exponit. Etſi vitioſa ſunt omnia Erotiani exemplaria & λιμώδεις legunt.

Λινόζωστις mercurialis dicitur cuius iuſculo ad aluum eluendam ſæpe vtitur Hippocrates lib. 7. Epid. vt (p.353.25.) mercurialis ſorbitiuncula ex aluo pituitoſa, mucoſa & graueolentia deturbat. λινοζώστιος ὕδωρ eiuſdem decoctum aut iuſculum vocat, eaque ad aluum ſubducendam vtitur, ibidem (p.361.31 & p.365.1.) & lib. 2. περὶ γυναικ. (p.275.37.) vt herba tota ibidem (v.32. & 36.) & aliàs ſæpe in tota muliebrium tractatione.

Λῖπα τὸ ἔλαιον, oleum Gal. in Exegeſi exponit ex lib. 2. περὶ γυναικ. Ea autem dictione interdum ſola vtitur Hippocr. pro pingui aut oleo, vt lib. 1. περὶ γυναικ. (p.242.23.) χρίεσθαι καὶ λίπα, etiam oleo inungi. Et lib. 2. περὶ γυναικ. (p.272.33.) χρίσμα δὲ λίπα ἔστω, illitus ſit oleum. Rurſus ibidem (p.277.39.) ἔλαιον δὲ μὴ προσφέρειν, μηδὲ ἄλλο ὅ τι πῖον, μηδὲ λίπα ἔχει. oleum verò ne adhibeto, neque aliud pingue, neque pinguedinem habens. Interdum etiam ἔλαιον additur, & ἔλαιον λίπα ἀντὶ τοῦ λιπαροῦ ἐλαίου pro oleo pingui ponitur, vt ibidem (p.278.4.) ἐλαίῳ χρίειν λίπα τὰς χεῖρας, oleo pingui manibus illitis. (Quam tamen dictionem videtur neglexiſſe Cornarius.) vt & apud Homerum Il. κ. (v.577.) τὼ δὲ λοεσσαμένω καὶ ἀλειψαμένω λίπ' ἐλαίῳ, hi autem loti & vncti pingui oleo. Quem etiam imitatus eſt Heſiodus ἐν ἔργοις (v.520.) εὖ τε λοεσσαμένη τέρενα χρόα, καὶ λίπ' ἐλαίῳ χρισαμένη, probeq; lota tenerũ corpus, pinguique oleo vncta. Sic quoque λίπ' ἀλείψασθαι dicitur tum Homero, tum etiã aliis authoribus, quod Heſychius exponit ἐλαίῳ ἀλείψασθαι, & λίπα τὸ ἔλαιον λιπαρόν. λίπα ῥόδινον etiam interdum ponit Hippocr. pro oleo roſaceo vt lib. 2. περὶ γυναικ. (p.278.26.) καὶ τοὺς μηροὺς τῷ ῥοδίνῳ ἀλειφέσθω λίπα. & femora oleo roſaceo inungat.

Λιπαρὰ διαχωρήματα, pingues alui eiectiones, quales eſſe ſolent in febribus deurentibus & colliquationem denunciantibus, vt lib. 3. Epid. ſt. peſt. (p. 429. 38.) & ægr. 1. lib. eiuſdem poſt ſt. peſt. In Prognoſtico etiam (p. 142.9.) in vrinis λιπαρότητες αἱ ἄνω ἐφιστάμεναι ἀραχνοειδέες, pinguedines araneorum telis ſimiles innatantes damnantur, quòd tabem minentur.

Λιπαρῶς leuiter & molliter ſignificat, vt lib. de art. (p. 588. 46.) χρὴ δὲ καὶ ἀνατρίβειν τὸν ὦμον ἡσυχαίως καὶ λιπαρῶς. Humerus quòque blandè & molliter perfricandus. Hic enim λιπαρῶς μαλακῶς indicat, cùm ad emolliẽdos muſculos frictio adhiberi videat', ne quid ex inflammatione ſit reliqui, vt ſcribit Galen. Sic poſtea μαλακοῖσι χερσὶν dicitur, quod hoc loco λιπαρῶς. Et lib. 1. περὶ γυναικ. (p.251.6.) ἑψεῖν λιπαρῶς de his quæ molliter & blandè coquũtur dicitur, vt & ibidem (v.5.) λάχανα λιπαρά, olera mollia, leuiter cocta. λιπαρῶς Heſychio exponitur τρυφερῶς, ἀνειμένως, lautè, ſplendidè, opimè, opulenter, & λιπαρὸς ἐλαφρός. Aliôqui λιπαρῶς ἐπιμελῶς indicat, aſſiduè, accuratè. Sunt & λιπαραὶ ἔμπλαστροι, quæ lenia emplaſtra dicuntur Celſo cap. 19. lib. 5. qui eius generis multa deſcribit. Sic autem dicuntur quòd medicamentis pinguibus cõſtent, vt adipe & oleis, ad eorum differentiam quæ ἀλίπαρα vocantur. Plinius Græcam appellationem retinuit & Liparas vocat cap. 9. lib. 23. & cap. 6. lib. 33. Gal. lib. 1. τῶν κατὰ τόπους (p.166. 48.) πεπειραμένας λιπαράς, vſu cognita & experta emplaſtra lenia vocat, ex Archigene, quibus vtebatur ad achoras, hoc eſt, capitis vlcera manantia.

Λείριον Gal. in Exeg. apud Hippocr. τὸ κρίνον, hoc eſt, lilium exponit. Idemque ſcribit oleum ex eo quibuſdam λείριον, aliis etiam λείρινον dici, quod & κρίνινον & σούσινον & ἀνίδινον vocatur. Quæ ſanè lectio mendoſa eſt, pro qua ἀνθινον quidam, alii etiam αἴθινον reponunt, quod λείρια τὰ ἄνθη generali ſignificatione exponãtur Heſychio & Sudæ. Verùm λείριον melius ſcribatur, velut Erotiano, qui λείριον apud Hippocrat. βοτάνης εἶδος ἣν κρίνον ὀνομάζουσι, herbæ ſpeciem quæ lilium vocatur, exponit. Additque Nigrum ἐν τῷ περὶ ὕλης ſcribere Narciſſum quibuſdam λείριον vocari. Quod etiam memoratur Theophraſto lib. 6. hiſt. plant. cap. 6. Et Sudas λείριον ab Atticis dici ſcribit τὸ ἄνθος τοῦ ναρκίσσου, narciſſi florem. At Dioſcorides cap. 116. lib. 3. λείριον à quibuſdam ſcribit κρίνον βασιλικὸν, hoc eſt, lilium regium vocari, quæ eſt lilii ſpecies. Ex qua vnguentum comparatur, quod quidam λείρινον, alii σούσινον nominant. Plinius Lirinũ vnguentum vel oleũ vocat, cap. 5. lib. 25. & cap. 4. lib. 23.

Λιτὸς ἁπλοῦς, εὐτελής exponitur Heſychio, ſimplex, tenuis, vilis, minimè exquiſitus aut elaboratus, veluti ἡ λιτότης διαίτης, victus tenuis, vilis & frugalis dicitur. Sic λιτὴ ἡ διὰ μόρων ſimplex & minimè curioſa ex moris compoſitio, non elaborata aut exculta, ſed quæ ex ſimplici mororum ſucco & melle conſtabat, nullis aliis aut adſtringentibus aut diſcutientibus adiectis, Gal. lib. 6. κατὰ τόπ. (p.249.49.) ex Archigene. Et ἡ διὰ κωδυῶν λιτὴ Critonis, confectio ex capitibus papaueris ſimplex, lib. 7. (p.261.20.)

Λιχανὸς index digitus dicitur à λείχω quod eſt lingo, quoniam ad condimenta exploranda in obſonia immiſſus lingitur. Alii ἀπὸ τοῦ λιαν χαίνειν dictum volũt, quòd inter hunc & pollicem magnus ſit hiatus. Vnde λιχὰς vocatur menſura interſtitii inter pollicem & indicem Polluci λιχανὸς δάκτυλος dicitur Hippocrati lib. 5. Epid. (p.341.21.) & lib. 7. (p.358. 19.) & lib. 1. περὶ γυναικ. (p.252.38.) & ἐν τῷ κατ' ἰητρ. (p.673.26.)

λεῖος, πλεῖος, perfectè exponit Erotianus apud Hippocrat.

¶ Λοβοὶ dicuntur Heſychio & Suidæ τὰ ἄκρα τῶν ὤτων, extimorum rerum ſummitates, propriè verò τῶν ὤτων τὰ κάτω, imæ auris partes carnoſæ, pulpæ Latinis dictæ, Gaza fibram apud Ariſt. vocat. λοβοὶ etiam ſignificant apud Gal. lib. 4. κατὰ τόπ. (p. 211. 50. & 215. 24.) roſarum candidas in foliis partes, quas vngues & ὄνυχας vocant. Quibus detractis ἀπωνυχισμένα & ἐξωνυχισμένα roſæ dicuntur (ibidem p. 215. 37.) hoc eſt, exungues & reſectis vnguibus, quod χωρὶς τῶν λοβῶν dixit Gal. λοβοὶ etiam hepatis ſumma & fibras ſignificant, quas aruſpices inſpiciebant.

Λογισμοὶ in ægris ſunt ratiocinationes & mentis agitationes, aut imaginationes, & variarum rerum explicationes, quæ animo obuerſantur & in eius notione diuerſis modis reponuntur, ita vt earum explicationes non niſi turbulentè agitent, & in varia rerum momenta propendeãt, læſo iam præcipuo functionum animalium organo, & affecta mentis præſtantia, in qua mirabilis quædam vis rationis, cognitionis & prudẽtiæ ineſt. Qualiter in deliriis & ſomniis per febres vehementiſſimas ægris contingit, veluti ægr. 8. lib. 1. Epid. adſcribuntur ἐνύπνια καὶ λογισμοί, ſomnia & ratiocinationes. τὰ κατὰ λογισμὸν cauſæ abditæ dicuntur Hippocrati, & quæ ſola ratiocinatione deprehenduntur, & cauſis externis & apparentibus opponuntur, quas προφάσεις vocant, lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 101. 40.) διὸ, προσεκτέον τῷ ἰητρῷ ἴσως μὴ διαλήθῃ τι τῶν προφασίων, μήτε τῶν κατὰ λογισμόν. Quare animum intendere debet medicus, ne quã eum lateat earum cauſarum quæ manifeſtæ ſunt, neque earum quæ ratiocinatione comprehenduntur. Has cauſas ab his ſolis percipi ſcribit Gal. qui artificioſa ratiocinatione vtuntur. Eſt & λογισμὸς πιθανὸς ratiocinatio probabilis, præceptorũ in arte complexio & cognitio, cui τριβὴ μετὰ λόγου, exercitatio aut vſus cum ratione opponitur, ἐν παραγγελίαις (p. 17. 9.) Ibidem quoque λογισμὸς dicitur μνήμη τις ξυνθετικὴ τῶν μετ᾽ αἰσθήσιος ληφθέντων, memoria quædam ea quæ ſenſu percepta ſunt componens.

Λοιμώδης νεαρὴ, iuuenilis peſtilentia, aut iuuenilis temeritatis peſtilentia, recens pernicies. Sic vocat artis inexperiẽtiam aut methodi ignorationem quæ in tyrones cadit Hippocrat. ἐν παραγγελίαις (p. 18. 46.) λοίμη Heſychio idem quod λοιμικὴ νόσος ſignificat.

Λοπὸς cortex dicitur Hippocrati, corii exterior pars durior ac denſior, ac veluti tergus, vt exponit Gal. Com. 2. in lib. de art. (p. 604. 5.) ἀρκέει τοῦ λοποῦ χωρίς. [alutæ Carthaginenſis] cortex exterior ſatis fuerit. Vbi Gal. ἔοικεν δ᾽ ὅλως τοῦ δέρματος τούτου τὸ ἐξωτάτω σκληρότερόν τε καὶ πυκνότερον ὀνομάζειν λοπόν. Perſpicuum eſt autem quòd corii huius extimam partem, ideóque duriorem & dẽſiorem, λοπὸν nominat. Rurſuſque ibidem (p. 608. 34.) ἔπειτα χρὴ καρχηδονίου λοποῦ, πλάτος ὡς τοῦ μεγάλου δακτύλου τετμημένον, ἢ ὅκως ἂν ξυμφέρῃ, προσκολλῆσαι ἐς τὸ ἔκπαλιν προσέσω τὴν μὲν τῆς ὀσφύος τοῦ ἐγκεκλιμένου. Deinde ex Carthaginenſis corii cortice exteriore, pollicis latitudine aut quanta conuenit, inciſa habena, exteriore parte natibus, quâ parte inclinant, agglutinanda. Idem in Mochlico (p. 506. 10.) κἢν μὲν οὖν ὁ χόνδρος ὀλίσθῃ, ἄχρειον ἐσθεῖν ὀνακόλλησιν ἀπὸ λοποῦ καρχηδονίου, ἢ ἐν ἄλλοις οἷα μὴ ἐρεθιῶ. τῷ λοπῷ δὲ τὰς παραλλάξιας προσκολλᾶν καὶ ἀναλαμβάνειν. Si quidem igitur cartilago deſidit, deraſam lintei lanuginem Carthaginenſis corii cortice, aut aliqua alia re quæ non irritet, conuolutam, in nares immittere oportet. Cortici verò oſſa inter ſe cedentia agglutinare ac ſuſpendere. Vbi tamen λέπῳ mihi videtur legiſſe Erotianus & φλοιῷ, λεπίσματι, exponere, hoc eſt, cortici ſeu ſquamæ, à verbo λέπω. Sic Heſychio & Suidæ λόπος eſt, πᾶν λέπος, φλοιὸς, δέρμα λεπτὸν, ξηρόν. omne putamen, cortex aut cutis exterior tenuis & ſicca. λοποὶ etiam ſquamas aut deſquamationes indicãt, quæ in impetigine aut porrigine affrictu decidunt, lib. 2. Epid. (pag. 312. 7.) vt antea ſcripſimus.

Λορδὸν quod interiorem in partem inclinat aut recuruatur, & repandum dicitur, & ὑβῷ καὶ κυφῷ oppoſitum eſt, vt ſcribit Gal. Com. ad aph. 46. lib. 6. Hinc λόρδωσις ſpinæ affectio vocatur cùm ea anteriorem in partem inclinat aut recuruatur, cuius meminit Gal. ibidem & Com. ad aph. 35. lib. 4. & Com. 3. in lib. de art. (pag. 610. 53.) vbi λόρδωσιν εἰς τὸ πρόσω τῆς ῥάχεως διαστροφὴν vocat, ſpinę anteriorem in partem peruerſionem, eamque fieri εἰς τὸ πρόσω ἰόντων τῶν σπονδύλων, vertebris in anteriora inclinantibus. λόρδωσις & λόρδωμα dicitur Hippocrati, velut ὕβωσις & ὕβωμα, lib. de art. (p. 623. 11.) ἡ δὲ λόρδωσις ταῦτα ἀμφότερα ποιέει, vtrunque verò facit ſpinæ ad anteriora curuatio aut inclinatio. Et ibidem (p. 622. 34.) ἢν δὲ καὶ ἐν τῷ ἄνω μέρει μᾶλλον τὸ λόρδωμα γένηται, Quòd ſi ſuperiore magis parte ſpinæ in anteriora curuatio fiat. Et in Mochlico (pag. 511. 11.) καὶ τὰ λορδώματα διὰ τὴν ὀδύνην δοκέειν ἔσω ὠλισθηκέναι. & ſpinæ introrſum inclinationes præ dolore intro luxationem feciſſe videantur. At λορδὸν quod repandum eſt & intro inclinat ſignificat, vt lib. de art. (pag. 612. 27.) καὶ μέντοι καὶ ἀναγκάζονται κατὰ τὸν μέγαν σπόνδυλον λορδὸν τὸν αὐχένα ἔχειν. Quinetiam ceruicem ad magnam vertebram anteriorem in partem recuruatam habere cogũtur. Et rurſus ibidem (p. 619. 27.) αὐτὸ δὲ τὸ ἄρθρον τοῦ αὐχένος λορδὸν ἔσται. Ipſe verò ceruicis articulus anteriorem in partem inclinat. Quod repetitur in Mochlico (pag. 505. 39.) Rurſus quoque lib. de art. (pag. 622. 54.) ὅσα μὲν εἰς τὸ λορδὸν ῥέπει, ὀλέθριά εἰσι καὶ σινάμωρα. Quæ quidem anteriorem in partem curuantur, periculo & noxiæ eſſe obnoxia. Et lib. de fract. (pag. 553. 27.) λορδὸν quod in anteriora ſinuatur ac inflectitur, τῷ κυφῷ quod in poſteriora protuberat opponit Hippocr. μήτε λορδὸν, μήτε κυφὸν ᾖ, neque in anteriorem, neque in poſteriorem partem ſumetur. Hinc

λορδαίνειν

λορδώσιος & λορδοῦν, & λορδαίνεσθαι & λορδοῦσθαι dicitur Hippocrati, vt lib. de art. (pag. 620. 29.) ἢν δὲ λορδαίνωσι, ῥέους εἰσί. ſi verò in anteriora recuruentur, hoc eſt, repandantur, melius habent. Rurſus ibidem (v. 30.) ὑποείκουσι λορδούμενοι, in anteriora recuruati cedunt. Ac rurſus ibidem (pag. 622. 19.) ὁ δὲ ἄνθρωπος πάντη μᾶλλον ἐλορδαίνετο ἢ συνέφερε. ſed homo prorſus magis quàm expediret in anteriorem partem recuruabatur. Et (v. 49.) ὅσῳ γὰρ αὖ τις μείζω προσβάλλῃ, τοσούτῳ μᾶλλον λορδοῦνται οἱ προσβαλλόμενοι. Quò enim maiores cucurbitulæ adhibentur, eò magis anteriorem in partem recuruantur quibus eæ admouentur. Erotianus apud Hippocrat. λορδωτὸν legit & τὸ ἀποσεσιμωμένον καὶ ὕπτιον τοῦ κυρτοῦ λορδὸν καλεῖσθαι ſcribit, ὃ δὴ καὶ φωνὴν καλεῖ. Quæ ſanè Erotiani verba non minimùm mihi ſuſpecta ſunt. Nam & λορδότατον pro λορδωτὸν leg. exiſtimo, quòd Varinus ex Suda ſcribat, λορδὸν τὸ ὑπόκυρτον, καὶ λορδότατον τὸ ἀποσεσιμωμένον ὑπεναντίον τοῦ κυρτοῦ, ὃ καὶ κυφὸν καλεῖται. Quæ certe explicatio maximè cum Erotiano conuenit, eique lucem adfert maximam. Exiſtimoque his verbis Erotianum expreſſiſſe locum libri de art. (p. 612. 27.) ſupra annotatum, & pro λορδὸν τὸν αὐχένα, λορδωτὸν, aut melius λορδότατον αὐχένα legiſſe. Quibus enim ſupra ſeptum tranſuerſum gibbus fit, ii ceruicem ad magnam vertebram in anteriorem partem recuruatam & admodum repandam habere coguntur, adeò vt ἐξοχέβρογχοι, hoc eſt, gutturoſi aut gutture prominente Hippocrati dicantur. Reliqua orationis pars in qua φωνὴν τὸ λορδὸν Hippocrati vocari ſcribit planè vitioſa eſt, & pro φωνὴν ὑβὸν reponi poſſe exiſtimo, præſertim cùm λόρδωσις ὕβωσις ἡ εἴσω, & ὕβωμα τὸ εἴσω dicatur Hippocrati in Mochlico (pag. 510.27. & pag. 511.9.) Quinetiam huic notioni non parum ſuffragatur aphoriſmus 46. lib. 6. ſi ſic legatur, ὁκόσοισιν ὑβοὶ πρὸ τῆς ἥβης γίνονται, ἐξ ἄσθματος ἢ βηχὸς ταχέως ἀπόλλυνται, quomodo etiam legiſſe videtur Gal. in Comment. Vbi ὑβοὶ & ὑβωθέντες dicuntur quib. ſpina introrſum flexa pone extuberat.

Λούω non ſolùm τὸ λούειν quod eſt lauare & balneo vti, ſed etiam τὸ καταιονᾶν, hoc eſt, perfundere ac irrigare apud Hippocrat. ſignificare ſcribit Galen. in Exegeſi. Sic & λοῦσθαι dun ſignificare apud eundem, & alia his ſimilia & ab his deducta. λούειν autem de balneo dici frequens eſt apud Hippocrat. in tota mulierium πραγματείᾳ, vt & libr. de rat. vict. in morb. ac. (pagin. 85.) ſic & λουτρὸν & λούεσθαι ibidem. At de partis alicuius vt capitis perfuſione λούειν & λοῦσθαι dicitur ſæpe, vt lib. 2. de Morb. (pagin. 142.25.43.49. & pagin. 143.18. & pag. 144.31.36.42. & pag. 145. 5.11.16.19.34.) Quæ ſignificatio etiam frequens eſt in tota περὶ γυναικείων tractatione & lib. περὶ ἀφόρων. Sic & λουτρὸν & λίβας, & λουόμενος, & λοῦσαι & λουτὸν, quæ ex eadem coniugatione pendent, & quorum vſus frequēs eſt apud Hippocrat. Sic lib. de loc. in homine (pag. 70. 38.) ἀπὸ τούτου λοῦε, inde perfundito. Rurſusque ibidem (pag. 71. 12.) λούειν in capitis oſſis fracturis de fomentis dicitur ad dolorem mitigandum & ſedandum, aut de vulnus detergentibus.

Λοχίη κάθαρσις exponitur Erotiano apud Hippocrat. ἡ μετὰ τὸν τόκον γινομένη, hoc eſt, puerperii purgatio, quæ poſt partum fit. Sic enim lego apud Erot. contra omnium exemplarium fidem, quòd crebrò ἡ λοχίη κάθαρσις de puerperii purgatione & de partus repurgamentis dicatur. Vt lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 240. 49.) καὶ ἢν αἱ φλεγματώδεις ἡ λοχίη κάθαρσις χωρέῃ, ac ſi ipſi pituitoſa partus purgamenta procedant. Ac rurſus ibidem (pag. 231. 24.) εὔρεα δὲ σφι ποιέει ἡ λοχίη, κάθαρσις ἐοῦσα. Hos autem meatus patentes efficiunt puerperiorum effluxus, qui purgationis cuiuſdam ſpeciem habet. Rurſus ibidem (pag. 242. 30.) ἢν δὲ ἀπὸ κεφαλῆς ἐλθὸν τὸ ῥεῦμα ἐς τὴν λοχείην κάθαρσιν τράπηται. Si verò è capite fluxus procedens ad puerperii purgationem vertatur. Et rurſus (ibidem pag. 243. 15.) ἢν δὲ ἡ κάθαρσις ἡ λοχείη τὰς μὲν πρώτας ἡμέρας τρεῖς ἢ τέσσαρας χωρέῃ. Quòd ſi puerperii purgatio primis tribus aut quatuor diebus procedat. Et iterum (ibidem pag. 244. 11.) καὶ μὴ προσχαλάσωσι τὴν λοχείην κάθαρσιν, & [vteri] puerperii purgationem non emiſerint. Et (verſ. 34.) ἢν δ' ὁρμηθῇ ἡ γυναικὶ λοχείη κάθαρσις ἐς κεφαλήν. Si verò puerperii purgatio ad caput impetum fecerit. Rurſusque (ibidem verſ. 39.) ἢν δὲ μὴ χωρέῃ ἡ λοχίη κάθαρσις κατὰ τὸ στόμα. Si verò puerperii purgatio per os non exeat. Sic lib. περὶ φύσ. παιδίου (p. 32. 43.) ἐν τῇ λοχείῃ καθάρσει ἀπόλλυται. in puerperii purgatione perit. Hæc verò ſanguinis poſt partum ſecundum naturam vacuatio, quæ λοχείων κένωσις antiquis vocatur, vt ſcribit Galen. Comment. 3. in lib. 3. Epid. (p. 434. 7.) crebrò ἡ λοχίη aut λοχείη κάθαρσις dicitur, interdum ἡ κάθαρσις τῶν λοχείων, vt lib. περὶ φύσ. παιδίου (p. 33. 5. 11. 18. & p. 39. 15. 19.) Eſt vbi etiam κάθαρσιν creberrimè vocat & καθαίρεσθαι verbo donat, vt & menſtruam fœminarum purgationem, vt videre licet in tota γυναικείων tractatione, præcipuè verò lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 242. 32. 36. 39. 46.) & (pag. 243. 3. 9. 19.) & pag. 244. ſæpe. & lib. περὶ φύσ. παιδίου (pag. 32. 33.) & (pag. 39. 16.) Et ægr 2. lib. 3. Epid. poſt ſt. peſt. καθάρσιος μὴ γινομένης de ſuppreſſis puerperii purgamentis dicitur. Quæ interdum λόχια & λοχεῖα crebrò vocantur Hippocrati in muliebrium morborum tractatione, vt lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 240. 24. 27. 32. 47.) & (pag. 242. 17. 45.) & (pag. 243. 7. 13.) & (pag. 244. 8. 14.) & (pag. 251. 22. 27.) & (pag. 253. 6. 8. 17.) atque aliàs ſæpe. Quomodo etiam ἡ λοχείων ἔμπειρος dicitur quę partum & puerperii purgamenta experta eſt, & ἀπείρῳ opponitur, lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 234. 17.) Atque hæc λοχίη κάθαρσις veteribus celebrata, quòd puerperiorum proluuium purgationis quandam formam retineat. ex Eraſiſtrati mente commemoratur Galeno lib. de atra bile (p. 362. 40.) his verbis: καθάπερ γε καὶ τῆς δευτέρας περὶ

περὶ τῶν μὴ συμβαινουσῶν ταῖς παλαιαῖς ἡ κένωσις ἁπλῶς ὀνομάζεται τὴν διὰ τῶν καταμηνίων ἴασιν, ἀλλὰ κάθαρσιν, ὥσπερ γε καὶ τὴν διὰ τῶν καθαιρόντων γινομένην φαρμάκων. οὕτω γάρ τοι καὶ τὴν λοχείαν κάθαρσιν ὠνόμασαν οἱ παλαιοὶ τῶν ἰατρῶν, οὐχ ἁπλῶς κένωσιν. Non ſecus ac lib. 2. de feb. veterum conſenſionem ſecutus eſt cùm menſtruam excretionem, non ſimpliciter vacuationem nominauit, ſed purgationem, perinde ac eam quam medicamenta purgantia moliuntur. Sic enim veteres Medici λοχείων κάθαρσιν, hoc eſt, puerperii purgationem, non ſimpliciter euacuationem nominarunt.

¶ Λύγξ ἢ λυγμὸς ſingultus dicitur Hippocrati, commune facultatis tum retentricis tum expultricis ſymptoma, aut motus ventriculi deprauatus, quo facultatis corpus regentis vi, quicquid tunicis quantitate aut qualitate moleſtum impactum eſt, conatur expellere, eiuſdem ac vomitus generis. Galeno verò ſingultus motus eſt ſtomachi conuulſiuus, quo virium altius eius tunicis aut ori inhæreſcens tentat expellere. Sic enim ſcribit Comment. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (pagin. 105. 54.) τὰς λύγγας εἰώθασι καὶ λυγμοὺς ὀνομάζειν. εἰσὶ δὲ κινήσεις τινὲς τοῦ στομάχου σπασμώδεις. γίγνεσθαι δέ φασι δι' ἄμετρον κένωσιν ἢ πλήρωσιν. λύγγας ſingultus λυγμοὺς etiam nominare conſueuerunt. Sunt autem motiones quædam ſtomachi conuulſoriæ, quas quidem fieri aiunt ob immoderatam vel inanitionem vel repletionem. Rurſus Comment. ad aph. 39. lib. 6. ὁ λυγμὸς δὲ συγχωρείσθω μὲν ὀνομάζεσθαι στομάχου σπασμὸς, ὅταν ἕτερόν τι προκείμενον ᾖ κατὰ λόγον. ὅταν δὲ αὐτὸ μόνον τοῦτο προὔργου σπουδάσωμεν, τὸ γνῶναι τὴν οὐσίαν τοῦ παθήματος, ἄμεινον ἴσως ἐστὶ μὴ σπασμὸν ὀνομάζειν αὐτὸ, ἀλλὰ κίνησίν τινα. ἐν μὲν γὰρ τῷ αὐτῷ γένει τῷ κατὰ τοὺς ἐμέτους, ἐπιτεταμένην δὲ καὶ σφοδροτέραν ἐκείνης. Singultus verò tantiſper concedatur ſtomachi cõuulſio nominari, dum aliud erit orationis propoſitum. Cùm verò in hoc ſolum incumbemus, vt affectionis eſſentiam cognoſcamus, præſtiterit fortaſſe non conuulſionem ipſum nominare, ſed quendam motum qui ſit in eodem cum vomitu genere, verùm eo intentior & vehementior. Ex quibus certe patet varium fuiſſe Galeni de ſingultu ſenſum & alium ab Hippocratis mente, qui ſingultum & conuulſionem in eodem genere & cauſarum numero reponit aph. 39. lib. 6. Atqui eidem Galeno ſingultus ſtomachi conuulſio nominatur. Sic enim ſcribit Comment. ad aph. 3. lib. 7. οἷόν τι πάθος τοῖς μυσὶν ὁ σπασμός ἐστι, τοιοῦτον τῷ στομάχῳ γίνεται ἡ λύγξ, ὑγρῶν αὐτὸν ἐνοχλούντων ἐπιγινομένη ποτὲ μὲν ὅλην τὴν κοιλίαν, ὡς τὰ πολλὰ δὲ τό τε στόμα αὐτῆς καὶ τὸν στόμαχον, ἃ καὶ ἐν τοῖς ἐμέτοις ἀπορρίψασα, παραχρῆμα παύεται τῆς λυγγός. Qualis affectio muſculis eſt conuulſio, talis eſt ſtomacho ſingultus, qui humoribus ſuperuenit infeſtantibus totum interdum ventriculum, ſæpius verò ipſius os & ſtomachum, quos vbi vomitione reiecerit, ſtatim ſingultu liberatur. Rurſus Comment. ad aph. 4. lib. 5. ἔστι δὲ καὶ ὁ λυγμὸς σπασμὸς ἐστὶ στομάχου κατὰ τὴν Ἱπποκράτους ἣν γινώσκομεν δόξαν. Quòd autem etiam ſingultus ſit ſtomachi conuulſio ex Hippocratis mente, nos vtique nouimus. λύγξ verò dicitur ſæpe Hippocrati, vt aph. 59. lib. 5. aph. 3. 10. & 17. lib. 7. λυγμὸς quoque aph. 3. & 4. lib. 5. 13. & 39. lib. 6. Quin & apud Erotianum λύγγες dicitur Hippocrati vt pro λυγμὸς, λύγγες interdum legiſſe videatur, quemadmodum apud Gal. Comment. 4. in lib. de rat vict. in morb. ac. λύγγους pro λυγμοὺς exemplaria legunt. Hinc quoque λυγγώδεις ſingultuoſi dicuntur qui continenter & aſſiduè ſingultiunt, in Coac. Prænot. (pag. 425. 31.) velut πυρετὸς λυγγώδης febris ſingultuoſa, quę & λυγγυώδης quibuſdã ſcribitur, in qua diu ſingultiunt ægri, aut per totum morbi decurſum ſingultus exacerbatur, lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 105. 50.) Sic enim λυγγώδη πυρετὸν his verbis illic exponit Galenus. καὶ μέντοι καὶ τῶν πυρεσσόντων ἔνιοι λύγξαντες ἤμεσαν δακνῶδές τε καὶ δριμύτατον χυμὸν, ἐφ' ᾧ παύονται ἐπαύσαντο τοῦ συμπτώματος. ἀλλ' οὐχ ὁ τοιοῦτος πυρετὸς ὀνομάζεται λυγγώδης. ἐπὶ πλεῖον γὰρ δεῖ παραμένειν τὴν λύγγα, ἢ καὶ δι' ὅλου τοῦ νοσήματος ἔσται συμπαροξυνόμενον τοῖς πυρετοῖς, ἵνα λυγγώδης ὀνομασθῇ. Et ſanè ex febricitantibus nonnulli cum ſingultu erodentem & acerrimum humorem vomitione reiecerunt, ex quo prorſus ſymptomate ſunt liberati. At febris huiuſmodi nequaquam ſingultuoſa vocatur. Longo enim tempore permanere ſingultum oportet, aut etiam per totum morbum vnà cum febre intendi, vt ſingultuoſa nominetur. Sunt & λυγγώδεες πυρετοὶ in calcis ſyderatione lib. de fract. (pagin. 546. 35.) & quæ cum inſignis cuiuſdam membri, vt femoris & brachii cangræna coniunctæ ſunt (ibidem pagin. 571. 40.) vbi vitiosè λυγυώδεες πυρετοὶ ſcribuntur, velut λυγώδεες lib. de art. (pag. 661. 19.) pro λυγμώδεες aut λυγγώδεες, vt legitur in Mochlico (pagin. 509. 31.) Etſi nonnulli λυώδεες ſcribunt, eas febres ſic dictas exiſtimantes, quòd vnà animum cum corpore diſſoluant. λύγξ κενὴ inanis ſingultus vocatur Thucydidi lib. 2. in peſtilentiæ deſcriptione, qui nihil vomitione refunderet, nullumque humorem reiiceret. λύγξ δὲ τοῖς πλείοσιν ἐνέπιπτε κενή. & plurimis inanis ſingultus inciderat. Vbi Scholiaſtes, ἔστι γὰρ καὶ λύγξ πλήρης, ὡς καὶ Ἱπποκράτης διδάσκει, aphoriſmum 39. lib. 6. nimirum ſubindicans. Aut certe inanis ſingultus intelligitur, qui ex inanitione fieret aut multa bilis per vomitionem reiectione, quæ & ore ventriculi demorſo vehementem conuulſionem excitaret, præſertim cùm adſcribatur, σπασμὸν ἐνδιδοῦσα ἰσχυρόν.

Λύζειν verò eſt ſingultire, aut ſe volutare & ſeſe iactare. Qua notione ſcribitur Hippocrati lib. 3. de Morb. (p. 160. 29.) ἢ λύζει ἢ ἀναΐσσει θαμινά, & crebrò ſe volutat ac exilit. Agitur enim de angina ſuffocatis, qui nullum decubitum ferre poſſunt. Et rurſus (p. 161. 28.) καὶ φυσᾶται καὶ λύζει, & inflatur ac ſeſe iactat. Quib. in locis αἰάζει legiſſe videtur Cornarius aut αἰάει. Heſychio .n. λύζει ἀδημονεῖ ſignificat.

Et

Et Ariſtoph. Scholiaſtes Acharnenſ. (pagina 289.) ſcribit λύζειν cū ζ ἀλαλύζειν, quod eſt vlulare, deñotare: abſque ζ, ἀλύειν & ἀδημονεῖν, anxium eſſe, animi angore aut anxietate affici & diſcruciari, quomodo ſumpſiſſe videtur Cornarius. Caluus verò μύζει etiam legiſſe videtur, & ad ventrem retuliſſe. λύζει etiam Heſychius λυγμώζει, κωκύει exponit, hæc Hippocratis loca nimirum ſubindicans.

Λύειν, ſoluere, liberare & abſoluere propriè dicuntur Hippocrati quæ omninò ægrum à morbo per iudicationem liberant. Sic λύσις eſt integra & perfecta morbi abſolutio, quæ ſimpliciter κρίσις nominatur. etſi quæuis morbi ſolutio κρίσις interdum vocetur, vt ſcribit Galenus lib. 1. & 2. de diebus decr. At impropriè etiam ſoluere morbus alteri ſuccedens dicitur, cùm translatis aliam in partem humoribus, priori morbo alius ſuccedit, qui priorem tollat. Quæ notio Hippocrati eſt familiaris admodum. Sic varices vel hæmorrhoides ſi ſuboriantur μανίης λύσις, aph. 21. lib. 6. & ἐκστασις μανίην tollit, aph. 5. lib. 7. Denique febris ipſa, (quod maximè mirum videri poteſt) ſæpè præſidio eſt, vt loquitur Celſus. Nam & præcordiorum dolores, ſi ſine inflammatione ſunt, finit, aph. 40. lib. 6. aut vehementem iocinoris dolorem ſoluit, aph. 52. lib. 7. & neruorum diſtentionem rigoremque (ſi poſtea cœpit) ex toto tollit, aph. 26. libro 2. & ex difficultate vrinæ morbum tenuioris inteſtini ortum, ſi vrinam per calorem mouet, leuat, aph. 44. lib. 6. Et lib. 2. Epid. (p. 317. 24.) ἡ μανίη τοῦ μεγάλου νοσήματος ἐν ἔθει γενομένου λύσις. Inſania morbum comitialem inuadendi conſuetudine penè familiarem factum, ſoluit, quemadmodum eam lectionem illic reſtituimus. ἡ μανίη πυρετοὺς ὀξέας παρακρούσιας λύουσα. Inſania febres acutas cum mentis perturbatione ſoluit. In Coac. Prænot. (p. 441. 24.) τοὺς ἐν καύσῳ τρόμους παρακοπὴ λύει. Febrium ardentium tremores deliriū ſoluit. In Coac. Prænot. (pag. 427. 25.) & lib. περὶ κρισίων (p. 387. 24.) & aph. 26. lib. 6. Vbi ſcribit Galenus: οὐκ ἀκριβῶς οὖν εἴρηκε τὸν καῦσον ὑπὸ τῆς παραφροσύνης λύεσθαι. τοῦτο γὰρ ὀνομάζειν εἴωθεν ὁ Ἱπποκράτης ἐπιγινόμενά τινι, λύειν αὐτοῦ τὴν κατασκευήν, ὥστε τελέως ἐκθεραπεύειν τὸν ἄνθρωπον, οὐχ ὥστε ἕτερον πάθος ἐργάσασθαι, οὐδὲν ἧττον τοῦ πρόσθεν ἐπικίνδυνον. Impropriè igitur dixit febrem ardentem à delirio ſolui. Hæc enim quæ nonnullis ſuccedunt, conſueuit dicere Hippocrates ſoluere eorundem conſtitutionem, quæ perfectè hominem ſanant, & minimè quæ alterum malū priore nō minus periculoſum gignunt.

Λυθέωσι ἐξερύθρῳ χρώματι, præ rubro colore liberati dicuntur, quibus color totius corporis flammeus & incendioſus conceſſit & ſubſedit. In Coac. Prænot. (p. 444. 44.) Et λελυμένος ſolutus, expeditus, agilis, Prorrh. 2. (p. 415. 22.) ὀξύτερός τ' ἂν εἴη καὶ λελυμένος μᾶλλον, acrior fuerit & magis expeditus, hoc eſt, agilior, & grauitate corporis ſolutus, quam adfert Veneris abſtinentia, quæ pigros reddit, ſtupidos & immobiles, νωθροὺς & δυσκινήτους, vt ſcribit Gal. lib. 6. de loc. aff. (p. 315. 3.) Sic λελυμένον στόμα, os ſolutū, expeditum, nec præpeditum, lib. 7. Epid. (p. 353. 36.) vt λελυμένη γλῶττα & καταδεδεμένη dicitur Ariſt. cap. 11. lib. 1. Hiſt. animalium, lingua abſoluta & conſtricta, qualis eſt balbutientium. λελυμένως πυρεταίνοντες qui mediocriter febricitāt, & qui moderata aut mediocri febre tenentur, quam βληχρὸν vocat Galenus & θερμῷ opponit, in Prorrh. (p. 194. 18.) vbi λελυμένως μετρίως exponit Galenus, & Coac. Prænot. (p. 438. 45.)

Λύσαι etiam eſt ſoluere aut reſoluere, quod de frictione dicitur Hippocrati ἐν τῷ κατ' ἰητρ. (p. 697. 20.) ἀραιῶσαι & μαλακύναι exponit Galenus, rarefacere, laxare & emollire. ἀνιέναι τὴν σάρκα & ὑγρὰν ποιεῖν, quod eſt carnem laxare & mollem reddere, lib. 2. ſalub. (pag. 234. 43.) & μαλάσσειν, λύειν, χαλᾶν, mollire, ſoluere, remittere, ibidem (p. 235. 24.) In fracturarū curatione λύσαι de vinculorum ſolutione dicitur, lib. de fract. (p. 537. 51.) λύσαι ἐν τῷ ἡμίσει τοῦ χρόνου, dimidio tempore ſoluito. Sic λύσις νεύρων & ὀστέων, neruorum & oſſium ſolutio, hoc eſt, diſſolutio, remiſſio & laxitas aut mollities, quæ cauſa eſt vna luxationum. In Mochlico (p. 512. 8.) vbi νόσις vitioſè legitur. Solutionem autem pro diſſolutione dico quemadmodum M. Tullius Tuſc. 3. ſcribit Chryſippum ipſam ægritudinem λύπην quaſi λύσιν, id eſt ſolutionem totius hominis appellaſſe, & quomodo dixit Verg. ſoluuntur frigore membra. Eo etiam pertinet quòd in Exegeſi Galenus ex Hippocrat. λύσιας explicat διαστάσεις καθ' ἃς ἀπ' ἀλλήλων ἀπολύονται τὰ ἄρθρα, hoc eſt interualla quibus articuli inuicem diſiuncti ſunt & ſoluti. Indeque λυσιγυῖα eſt membrorum fractio & diſſolutio lib. de Loc. in homine (p. 68. 27.) in ſuppuratis. & λυσιγυῖα γίνεται, & membrorum diſſolutio oritur. Et λυσισωματεῖν, quod eſt exoluto eſſe corpore, diſſolutum eſſe & languidum, lib. 5. Epid. (p. 341. 48.) & lib. 7. (p. 364. 27.) Eſt etiā λύσις διάλυσις, diſſolutio, quæ dicitur propriè cùm ſubſtātia quædā ex corporibus noſtris effluit, & fit quidā effluxus, quo materia collecta diſſoluitur, eſtque is ſolutionis modus communis non animantibus ſolùm, verùm quoque & anima carentibus. Qualiter in tumoribus præter naturam contingit, diſcuſſa per multum tempus ipſorum ſubſtātia, aph. 6. ſect. 5. lib. 6. Epid. λύσις quoque καταμηνίων ſignificat Hippocr. menſtruam purgationem liberam & ſolutam, non præpeditam aut ſuppreſſam, lib. περὶ ἀφόρων (p. 47. 37.) τὰς γὰρ πλείστας τῶν γυναικῶν ἀναγκαῖον ἐστὶν ἐν γαστρὶ λαμβάνειν μετὰ τὰ καταμήνια ἢν ἡ λύσις. Pleraſque mulieres neceſſe eſt in ventre cōcipere poſt liberā menſtruæ purgationis ſolutionem, h.e. vbi à mēſtruis exolutæ fuerint. Vbi quidā ἢν ἀπῇ ἡ λύσις legūt, aut ἢν ᾖ ἡ λύσις. Rurſusq; ibid. (v. 43.) & οὐχ ἥκιστα ἐν τοῖς ἐλάσσοσι τι μορίοις μᾶλλον γίνεται, ὑπὸ τὴν λύσιν τῶν καταμηνίων, ὑπὸ τὴν σύλληψιν τῶν ἐμβρύων. Ac

neqoe minori ferè ſpatio menſtruæ purgationis ſolutio contingere, oeque fœtus conceptio fieri poteſt. Quem ſanè locum mihi ſubiodicare videtur Erot. cùm apud Hippocratem καταμηνίων λύσιν ἀντὶ τῆς ἐπίλευσιν, hoc eſt, acceſſum poni ſcribit. Quin & λύσιν τῆς πορείας καὶ ἔφοδον Ionibus dici annotatur ex Corintho.

Λύθρον puluerem ſudore & ſanguine permixtū ſignificat, aut puluerulentum ſanguinem. Heſychio λύθρον exponitur ἰχὼρ αἵματος, & τὸ ἀπὸ φόνου, καὶ τὸ ἐξ αἵματος καὶ κόνιος μόλυσμα. Varinus λύθρον expooit μιασμὸν τὸν ἐξ αἵματος. Cui λύθρος etiam φόνος dicitur, ἢ ὁ ἐκ τοῦ αἵματος μολυσμὸς, συμπεφυρμένος δι' ἱδρῶτος καὶ κόνιος. Et Homeri Scholiaſtæ λύθρος eſt τὸ μετὰ κονιορτοῦ καὶ ἱδρῶτος αἷμα. λύθρα μητρῷα dicuntur Hippocrati in Epiſt. (p. 532.18.) vteri inquinamenta & repurgamenta aut locelli materni. ἐκ μητρῴων γὰρ λύθρων ἐξέθορε τοιῶνδε, ex maternis enim vteri inquinamentis talis prodiit.

Λύματα dicuntur purgameota & ſordes quæ abluendo deponuntur, tanquam λύματα, ἅπερ ἐν τῷ λύεσθαι ἀποβάλλονται, vt ſcribit Euſtath. λύματα dicuntur Heſychio τὰ ῥυπάσματα τοῦ σώματος, ſordes quæ detergentur è corpore, vt λυμαίνειν & λυμαίνεσθαι. καθαίρειν. λύματα ſunt etiam veotris purgamenta Sudæ, & λύματα καθάρματα exponit apud Hippocr. Erotianus, nimirum lib. περὶ ἀδένων ſubindicans (p. 57. 40.) vbi fluxiones cerebri purgamenta eſſe ſcribuotur. ἔστι οὖν τὰ ἐγκεφάλου λύματα εἰσιν ἀπιόντος, hæ fluxiones cerebri ſordes & purgameota, cùm diſcedunt exiſtuot. Inde λύμη, noxa, exitium, qua dictione crebrò vtitor Hippocr. vt lib. de fract. (p. 530.21.) χωρὶς τῆς ἄλλης λύμης, præter aliud nocumentom. Et rurſus ibidem (pag. 546.29.) πρὸς τῇ ἄλλῃ λύμῃ, præter aliam noxiam. Hinc etiam λυμαίνεσθαι offeodere, noxiam afferre & exitio eſſe, vt lib. de art. (pag. 594.29.) οἱ πολλὰ ἤδη λυμαινόμενοι, qui multum noxiæ attuleruot. Et rurſus ibidem (p. 637.54.) ὡς μὴ μάλιστα λυμαίνηται, vt oe plurimùm offendant. Et lib. de Morbo Sacro (pag. 126.31.) ὅτι οὐχ ὁ θεὸς τὸ σῶμα λυμαίνεται quòd noo Deus corpora affligit, aut noxia afficit. Quæ dictio etiam crebrò vſurpatur Hippocrati lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρ.

Λυπρὰ ψιλὰ καὶ ξηρὰ χωρία expooit Gal. in Exeg. apud Hippocr. hoc eſt, gracilia & arida loca, vt gracile & aridum ſolum dicit Plinius lib. 17. cap. 12. cui opponit agrum lætum. Sic λυπρὰ γῆ tellus minimè læta dicitur, & quæ ſegetes minimè lætas profert, λεπτὴν Heſychius exponit. Plutarchus io Sympoſio ſeptem Sapientom. τί λέγεις ὦ Ναυκρατῖτα; βασιλεύων τοσούτων ἀνθρώπων Ἄμασις, κεκτημένος δὲ χώραν ἀρίστην τοσαύτην, ἐθελήσει ἐπὶ κώμαις ἀδόξοις καὶ λυπραῖς ἐκπιεῖν θάλασσαν. Quid narras Naucratita? tot hominibus imperans Amaſis, tautumq; ditionis optimæ cùm poſſideat, an velit obſcurorum & ſterilium pagorum gratia mare ebibere? Vbi etiam tenuium & vilium pagorum gratia, reddi poteſt, quemadmodū λυπρὰ ἀτιμά exponitur Heſychio, σκοτεινὰ, ἀχρεῖα, vilis, obſcura, & inutilis, aut minimè fertilis terra. Quòd verò attinet ad Hippocr. locum, ſi quis coniecturæ locus eſt, ooo malè exiſtimem Galenum λυπρὰ pro λεπτὰ legiſſe, lib. de aere, loc. & aq. (pag. 80.48.) vbi legitur, ἐκεῖνα λεπτά τε καὶ ἄνυδρα καὶ ψιλά. Qui verò gracilia aqois carentia & nuda loca teneot. Alioqui necdum mihi planè conſtat quonam melius loco poni videatur.

Λυσσώδης παρακρουστικὸν exponit Galeous apod Hippocratem quod mentem emouet, verùm λυσσώδης multi apud Gal. legunt, quod eſt furibundum & ad inſaoiam adigēs. λύσσα enim ἡ μανία dicitur παρὰ τὸ λύειν τὸν νοῦν, quòd mentem diſſoloat. λυώδεις πυρετοὶ ſcribuntur Hip. io quibuſdam exemplaribus extremo libro de art. (vt antea ſcripſimus) quòd vnà mentem cum corpore diſſoluant huiuſmodi febres. Qnò ſi quis haoc Galeni expoſitionem referat, haud dubiè λυώδεις & παρακρουστικοὶ legendum erit apud Gal. quòd lib. de art. adſcribatur, γνώμης ἀπτόμενοι, hoc eſt, mentem tentantes.

¶ Λωβέομαι apud Hippocr. pro λωβάομαι aut λωβῶμαι Ionicè ſcribitur & ſignificat probro aut dedecore afficior, turpiter illudor, ludificor, decipior, aut aberro, aot damno afficior & lædor. Lib. de art. (p. 605.51.) ἀπὸ πολλὰ μὲν δὴ καὶ ἄλλα λωβέονται, cùm in multis aliis turpiter illuduotur & ludificantur, aut probro & dedecore afficiuntur, λωβεύειν ψεύδεσθαι, καταιχύνειν exponit Heſychius.

Λωτοῦ ἰχθύημα, vide ἰχθύημα antea.

Λωφᾷν eſt laxamentum aut alleuationem ac ceſſationem & requiem facere, interſpirare, interquieſcere, ſedare facere, translatione facta à iumentis, quæ depoſitis è collo oneribus ab opere quieſcunt, laborum leuamentum & requiem capiuot, ἀπὸ τῶν βοῶν τῶν ἀναπαυομένων ἐν τῷ λόφῳ τοῦ ἀποθῶσι τὸ ζυγῦ. Apud Hippocrat. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 210.49.) καὶ μάλιστα ὅταν ἡ ὀδύνη ἔχῃ, καὶ ποιεῖ λωφᾷν τῆς νόσου. ac præcipuè cùm dolor teouerit, & morbi remiſſionem ac laxamentum facit, hoc eſt, morbum alleuat, morbique requiem facit, dixit Caluus. Significat etiam quieſcere & ceſſare Hippocr. vt lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 98.23.) πάντα λωφᾷ, omnia ceſſant, ſedantur aut quieſcunt. Et lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 268.21.) ἢν δὲ μὴ λωφήσῃ ὁ ῥόος. quòd ſi non quieſcat fluxus. Et lib. περὶ παθῶν (p. 184.47.) ὅταν δὲ λωφήσῃ ἡ ὀδύνη, vbi autem dolor quieoerit. Dicitur etiam λωφέω, vnde Heſychius λωφεῖν, ἠρεμεῖν, παύεσθαι exponit. Idem qooqne λωφῆσαι, ἀπὸ τοῦ τραχήλου τὸ ἄχθος ἀποθέσθαι, eſſe ſcribit, & λῆξαι, ἡσυχάσαι exponit. Idem λωφῶσι παύονται, & λωφήσει, παύσει, & λωφᾶσαι, παῦσαι, ἀναπαῦσαι exponit.

OECONO-

# OECONOMIAE HIPPOCRAT.

## TO M.

¶ Μαγὶς dicitur Hippocrati maſſa quędam & offa ex alliorum nucleis, caſeo acri & polenta ſimul tritis & cōmixtis confecta, velut puls & maſſa quędā. μαγίδα exponit apud Hippocrat. Gal. in Exeg. τὸ, τι οἷον μάγμα καὶ φύραμα, καὶ τὴν χειροπληθῆ μαγδαλιάν. velut maſſam quandam vel farinam aqua ſubactam, & offam, aut molem quandam manum complentem. Hanc autem dictionem vſurpat Hippocr. lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 274. 21.) καὶ πλάσσειν μαγίδα. ac maſſam aut pultem efformato. Rurſus lib. περὶ ἀφόρων (p. 297. 43.) καὶ ἔκμαγμα ὅσον μαγίδα, & croci recrementum maſſæ manualis magnitudine. Dioſcorides etiā ea vtitur dictione cap. 129. lib. 1. ἀποτίθενται ἀναπλάσσοντες μαγίδας. in manuales maſſas aut offas reponunt. μαγὶς aliàs Polluci mactram ſignificat ad panificium conficiendum lib. 6. & 7. cap. 10. & lib. 10. cap. 24.

Μαγνησίη λίθος, Magneſius lapis quo vtitur Hippocrates ad purgandam pituitam lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 198. 46.) ἢ τῆς μαγνησίης λίθου, aut Magneſium lapidem. Eſt autem Magneſius lapis Magnetis ſpecies teſte Plinio libro 36. capite 16.

Μαδαρὸν depile, glabrum, vnde μαδαρότης glabrities. μαδαρὸς autem à verbo μαδᾶν, quod eſt nimio humore diffluere, madere, aut madidum eſſe, quod etiam μαδίζειν dicitur, vnde μάδησις, capillorum defluuium & glabrities. μαδᾶν verò ὑγρεῖν exponit Heſychius. Vnde μαδαρὰ ἕλκεα dicuntur lib. περὶ χυμῶν (pagina 116. 45.) glabra vlcera, nimio humore diffluentia, putrida & fluida, & περιμάδαρα ἕλκεα, vlcera circumglabra, circumquaque fluida, aph. 4. lib. 6. & lib. 6. Epidem. de quibus poſtea. μαδαρὰ ὑφιστάμενα in vrina dicuntur lib. 7. Epidem. (pag. 363. 27.) læuia aut glabra quæ ſubſident & rara, hoc eſt, ſedimenta quæ non cohærent inter ſe, ſed ſunt veluti diſſipata & diſiuncta. Impropria tamen eſt & inſolens ſedimentorum attributio.

Μάδησις etiam eſt capillorum defluuium, glabratio & depilatio, cùm pili è partibus decidunt. Lib. 3. Epid. in ſt. peſt. (pag. 421. 40.) μαδήσιές τε ὅλης τῆς κεφαλῆς ἐγίνοντο καὶ τοῦ γενείου. totius capitis & menti glabrationes contingebant. Rurſus lib. 2. Epidem. (pagina 312. 7.) μάδησις τριχῶν dicitur, capillorum defluuium. At aph. 22. ſect. 6. lib. 6. Epid. μάδησις ſimpliciter. Quibus in locis μάδησις à μαδᾶν ferè legitur, vt μαδῶντα glabrum & depilem dicit Ariſtoph. in Pluto. Verùm μάδισις meliora habent exemplaria, velut ſcribitur libro 2. περὶ γυναικ. (pagina 284. 49.) καὶ ἢν μαδίσῃ, ſi capilli defluant, decidant. Eſt autem μάδισις in plantis cùm propter nimiam humoris copiam cortex radicis defluit, vt in corpore humano, cùm pili decidunt à nimio & prauo humorum in partem defluxu.

Μᾶζα maza dicitur, neque latinum nomen habet, niſi quis offam ex Plinio exponat. Fiebat autem ex farina hordei roſti humore aliquo conſperſa, plebeiusq́ue ac vulgaris cibus erat, & cruda cum defruto aut melle mandebatur, vt ſcribit Aetius. Athenæus lib. 14. δημοτικήν τινα καὶ κοινὴν τροφὴν ἐκ τῶν ἀλφίτων, μᾶζαν vocat, popularem quendam & cōmunem cibum ex polenta hordeacea. Plutarchus ἐκ τῶν κριθῶν ſimpliciter mazam dixit, quæ ex hordeo fieret. Conſtat autem viliorem fuiſſe pane cibum, quòd hic ex tritico, maza ex hordeo pararetur. Sic enim lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pagina 5. 37.) panem ex tritico, mazam ex hordeo fieri ſcribit Hippocrates. Atque idem ferè ſemper τὸν ἄρτον & μᾶζαν inter ſe opponit, vt in his quæ adiecta ſunt lib. de nat. humana (pag. 19. 55.) panem & mazam comedentes, & lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (pag. 30. 26.) Vere panem tollit, mazam, vt molliorem cibum concedit, & lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 6. 20. & 41.) panem & mazam in victus ratione, vt ſicciorem & humidiorem cibum inter ſe coniungit. Erotianus apud Hippocratem μᾶζαν eſſe ſcribit φύραμα ἐξ ἀλφίτων γινόμενον, ποτὲ μὲν μετ' ὀξυμέλιτος, ποτὲ δὲ μετ' ὀξυκράτου, ἢ ὑδρομέλιτος, ἢ μεθ' ὕδατος. farinam hordei roſti humore aliquo ſubactam, ſiue oxymelite, ſiue poſca, ſiue mulſa, aut aqua. Sic. lib. de Cap. vulner. (pagina 449. 11.) farinam hordei roſti aceto ſubactam & incoctam adeò vt maximè glutinoſa & tenax reddatur, μᾶζαν ἐκ λεπτῶν ἀλφίτων vocat Hippocrates mazam ex tenuiſſima polenta diximus. Rurſus (ibid. v. 30.) ἔπειτα καταπλάσαντας τῇ μάζῃ ἐπιδεῖν, deinde cataplaſmate ex maza impoſito deligandum.

Μᾶζα ἄτριπτος dicitur Hippocrati farina hordei roſti quæ nullo humore ſubacta eſt, aut minùs quàm oportet ſubacta, maza non multum ſubacta, aut nihil ſubacta. Cornarius apud Hippocratem mazam vino dulci non emollitam aut ſubactam vertit. Sic Ariſtoteles Quæſt. natur. ſect. 21. quæſt. 16. ἀτρίπτους ἄρτους vocat panes ex maſſa farinæ non ſubacta, aut minùs quàm deceat ſubacta. Huic verò μᾶζα τριπτὴ & φυρατὴ opponitur, hoc eſt, intrita & conſperſa, vt patet ex libro 2. περὶ διαίτης, quæ τριπτὴ ideò dicitur, quòd in-

tetatur, eique humida quædam ſubſtantia admiſceatur, eaque actu humida, vt mel, lac, vinum, oleum, vel ſicca, vt ſemina aliqua, vel aromata. Cuius cõmixtionis ratione ξηρὴ dicitur, vt altera ῥαστὴ καὶ ὑγρή. Quidã verò θρυπτὴν delicatam & ſuauiter conditam vocant, vt ἄθρυπτον vilem & plebeiam. At μᾶζα ἄτριπτος dicitur Hippocrati, quæ non eſt ſubacta, lib. 1. περὶ διαίτης (pag 90.9. & pag. 91.10.) & lib. περὶ τῶν ὀξέων παθῶν (pag. 202. 18. & pagina 211.36.) μᾶζα verò τριπτὴ ξηρὴ, lib. 2. περὶ διαίτης (p. 92. 21.) ſicca & trita, aut ſubacta, quæ exiccat quidem & alimentum plurimum corpori exhibet. Eſt & μᾶζα προφυρητὴ aut προφυρηθεῖσα (ibidem v. 10) quæ aliquantò prius ſubacta eſt, cui τὴν εὐθέως φυρηθεῖσαν, quæ ſtatim vt ſubacta eſt exhibetur, opponit, quam ſiccandi etiam vim habere ſcribit Hippocrates. Rurſus ibidem (v. 23.) ἡ προφυρηθεῖσα τριπτὴ dicitur, quæ priùs ſubacta trita eſt & emollita. Hæc nutrit minùs, magis autem per aluum ſecedit, & flatus inducit. Et lib. 3. περὶ διαίτης (pag. 101. 20.) μᾶζα προφυρητὴ ἀτριπτοτέρη, maza longo prius tempore ſubacta, vino dulci non emollita neque vllo alio humore dicitur, cuius vſum æſtate imperat. Rurſusque ibidem (pag. 105. 25.) χρήσθω δὲ μάζῃ προφυρητῇ τριπτῇ, vtatur autem maza antea ſubacta & trita, hoc eſt, vino dulci, aut aqua emollita. Et ibidem (v. 46.) μάζῃ προφυρητῇ ῥαστῇ, maza prius ſubacta & conſperſa, in his qui caliditate & ſiccitate laborant, vti conſulit. Eſt & μᾶζα μαλθακὴ, maza mollis Hippocrati, in victu humido & molli, lib. περὶ τῶν ὀξέων παθῶν (p. 205. 1.) φαγέτω μᾶζαν μαλθακὴν, mazam mollem edit. Et rurſus ibidem (p. 211. 36) σίτῳ δὲ καὶ μάζῃ χρήσθω μαλθακῇ ἀτρίπτῳ. In cibo autem maza vtatur molli non multum ſubacta. Et lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (p. 30. 41.) τῷ δὲ θέρει τῇ τε μάζῃ μαλακῇ τρέφεσθαι, æſtate autem tum maza molli nutriendum.

Μάζιον etiam parua maza dicitur Hippocrati lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 257. 13.) σικύος ἀγρίου τὸν ὀπὸν ὡς μάζιον ἐμπλάσσειν. Cucumeris agreſtis ſuccum ad inſtar paruæ mazæ efformatum. Pro quo lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 228 35.) ἐς μάζαν ἐμπάσσειν legitur, ſed ἐμπλάσσειν forte leg. Μάζαν autem ſæpe vſurpat Hippocrates lib. περὶ διαίτης, & lib. 2. Epid. (p. 317. 46.) & lib. 5. (pag. 337. 45.) & lib. 6. aph. 2. ſect. 3. & lib. 7. (pagina 361. 47.) μάζαν exponit Heſychius ἄλφιτα πεφυρμένα ὕδατι καὶ ἐλαίῳ quomodo maſſam hordeaceã vertit Gaza apud Ariſtot.

Μακρόπνους exponitur Galeno apud Hipppocratem in Exegeſi ἤτοι μακρὸν ἀναπνέων, ἢ διὰ μακροῦ, qui prolixè ſpirat, aut per longa interualla. Quam vocem vſurpat Hippocrates lib. 2. Epid. (p. 315. 27.) & aph. 9. ſect. 2. lib. 6 Epid. & huic βραχύπνους opponitur. At idem Galen. lib. 3. περὶ δυσπν. (pag. 195. 40.) ex iiſdem locis μακρόπνους μακρόπνοιαν, hoc eſt, prolixam & longam ſpirationem, & quæ fit per magna interualla, videlicet raram & magnam exponit, his verbis: ὀνομάζει ὅτι τὸν ἄνθρωπον μακρόπνουν, ὅτι τὴν δύσπνοιαν αὐτὴν οὕτως ὠνόμασεν, ὅτι τὸ διὰ μακροῦ χρόνου γινόμενον, τουτέστι τὸ ἀραιὸν πνεῦμα, καὶ προσέτι τὸ μέγα δηλοῦται διὰ τῆς προσηγορίας ταύτης, ἐν τῷ δευτέρῳ δέδεικται λόγῳ. Hoc loco aut hominem ipſum longa ſpiratione vtentem, aut ipſam difficilem ſpirationem ſic appellauit. Quòd verò hac appellatione ſpiritus per longa interualla factus, hoc eſt, rarus ac præterea magnus indicetur, ſecundo libro demonſtratum eſt.

Μακροτέρως νοσέοντες, diutiùs morbum trahentes ægri, & qui longo tempore ægrotant. In Coac. Prænot. (p. 425. 5.)

Μάλα, πάνυ ſignificat, ferè, admodum, vt οὐ μάλα, οὐ πάνυ, non admodum, hoc eſt, rarò, σπανίως exponit Galenus Com. ad aphoriſ. 65. libro 5. & Com. in ſent. 10. ſect. 1. lib. 6. Epidem.

Μαλακὸν molle ἀντὶ τοῦ ὑγροῦ pro humido ſumitur, vt lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (pag. 30 41. & 43.) μάζῃ μαλακῇ, & σῶμα μαλακὸν καὶ ψυχρὸν, maza mollis, & corpus molle & frigidum, cui æſtatis temperamentum ξηρὸν καὶ θερμὸν opponit.

Μαλακευνεῖν apud Hippocratem eſt molliter recumbere & dormire, vt lib. περὶ ἰητρείου (p. 109. 19.) μαλακευνείτω, molliter recumbat. Pro quo etiam ibidem (p. 108. 4.) ſcribitur, ὕπνοισι μαλακοῖσι εὑδέτω, quædam etiam exemplaria μαλακευνείτω, & μαλακευνέτω legunt. Vt lib. 3. περὶ διαίτης (p. 105. 17.) καὶ μαλακευνέτω pro μαλακευνείτω legitur, hoc eſt molliter cubet, quod μαλακῶς εὐνάζεσθαι dicitur ibidem (p. 106. 31.) μαλακευνείτω etiam aut μαλακευνάσθω legi poteſt, vt ſit μαλακευνεῖν idem quod μαλακευνεῖν aut μαλακίζειν, & μαλακευνάσθαι idem quod μαλακευνάζεσθαι.

Μαλάσσεσθαι etiam Hippocrati emolliri & remitti ſignificat, & dicitur de febre aut doloribus qui remittunt & ſedantur. Sic ægr. 6. lib. 3. Epid. poſt. ſt. peſt. πυρετὸς ἐμαλάχθη pro febre remiſſa ponitur, cui πυρετὸς ἐπέτεινεν, hoc eſt, febris intendebatur, ibidem opponitur, & ægr. 5. antea. Et Coac. Prænot. (pagina 435. 12.) τὰ ἀλγήματα μαλάσσεσθαι, dolores emolliri pro remitti, dicuntur, vt & μαλθακοὶ πόνοι (ibidem v. 15.) dolores molles ac remiſſi, & μαλθακαὶ ὀδύναι καὶ ὀξεῖαι inter ſe opponuntur libro 3. περὶ νούσων (p. 163. 4. & 7.) Μαλάκια verò apud Hippocratẽ Galenus in Exegeſi vocari ſcribit, ὅσα τῶν ἐνύδρων ἄκανθαν οὐκ ἔχει, καθάπερ ὁ πολύπους καὶ τευθὶς καὶ σηπία καὶ ἀκαλήφη. Ταῦτα δὲ καὶ ἄναιμα καὶ ἀσπλαγχνά ἐστι. hoc eſt, in aquatilium genere quæ ſpinam non habent, velut polypus, lolligo, ſepia & vrtica. Hæc autem neque ſanguinem neque viſcera habent. Idem quoque lib. 3. de aliment. fac. (pag. 348. 52.) μαλάκια καλεῖται τὰ μήτε λεπίδας ἔχοντα, μήτε τραχὺ καὶ ὀστρακῶδες τὸ δέρμα, μαλακὸν δ᾽ οὕτως ὡς ἀνθρώποις. ἔστι δὲ ταῦτα πολύποδες καὶ σηπίαι καὶ τευθίδες, ὅσα τ᾽ ἄλλα τοιαῦτ᾽ ἐστιν. Mollia vocantur quæ,

quæ neque ſquammas, neque aſperam aut teſtaceam cutim habẽt, verùm mollem, velut homines. Huius autem ſunt generis polypi, ſepiæ, lolligines, & alia quæ ſunt ſimilia. Eſt & apud Ariſt. lib. 1. hiſt. animal. cap. 6. τῶν μαλακίων γένος οἷον τευθίδες, καὶ τεῦθοι, καὶ σηπίαι. Mollia Plinius vocat lib. 9. cap. 28. eaq; ſanguine carere ſcribit, qualia ſunt lolligo, ſepia, polypus & cætera id genus. Apud Sudam μαλάχια eſſe dicuntur, ὅσα τῶν ἐρυθρῶν ὀστᾶ οὐκ ἔχει, οἷον σηπία, πολύπους. ταῦτα δὲ καὶ ἄναιμά ἐστι, καὶ ἀσπλαγχνα. Vt μαλάχια apud Galenum legiſſe videatur Suidas, qui & μαλάχια dici etiam teſtatur. Quin & Heſychio μαλάχιος ἰχθύς τις exponitur. Quòd verò ſpectat ad Hippocratis locum ex quo μαλακίοισι profert in Exegeſi Galenus: is certe (cùm coniectura hac in re nitendum ſit) procul omni dubio mihi eſſe videtur qui ſcribitur lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pagina 214. 12.) καὶ σιτίοισι μαλθακοῖσι, καὶ τοῖσι πουλύποσι, καὶ τοῖσι ἄλλοισι μαλθακοῖσι. (Sic enim publicè legitur.) Verùm pro ἄλλοισι μαλθακοῖσι, μαλακίοισι mihi legiſſe videtur Gal. vt cibos molles, polypos, aliosq; piſces ex mollium genere, in vteri hydrope conſulat Hippocrates. Sic rurſus lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 247. 38.) eadem in re vitiosè legitur, καὶ πολύποσιν, καὶ τοῖσι ἄλλοισι μαλθακοῖσι. Vbi tamen, καὶ πουλύποσι, καὶ τοῖσι ἄλλοισι μαλακίοισι, ex ſuperiore loco legendum cenſeo.

Μαλθακὸν idem quod μαλακὸν & molle & lene ſignificat, vt lib. 3. Epidem. ſt. peſt. (p. 419. 15.) χειμὼν μαλθακός, hyems lenis, non aſpera dicitur. Vbi Galenus καταστάσεως μαλθακὴν ἄπνοιαν καὶ θερμὴν vocat, & μαλθακὸν νότον, ὡς ἀναίσθητον ἔχει τὴν κίνησιν ἐν τῷ περιέχοντι καὶ κατὰ τὰ νέφη. hoc eſt, mollem Auſtrum, qui inſenſilem in aere & nubibus habet motum. Sic μάλθαξις τοῦ πλεύμονος pulmonis lenitio & emollitio dicitur, cùm pulmo humectatur & ſputum educitur, lib. de rat. vict. in morb. ac. (pagina 76. 15.) πτύελον μὲν οὖν ἀναγωγὴν καὶ πνεύμονος μάλθαξιν τὸ ὑδαρέστερον μελίκρητον ποιέει μᾶλλον. Aquoſa igitur mulſa ſputum magis educit & pulmonem emollit. Rurſuſque de eadem (pagina 75. 4.) πνεύμονός τε γὰρ μαλθακτικόν ἐστι καὶ πτυέλου ἀναγωγὸν μετρίως. Pulmonem enim emollit, & ſputum mediocriter educit. Reſiccato nanque pulmone ſputum retinetur, & humectatione leni ad eductionem indiget. Ideoque in ptiſſanæ laudatione, τὸ γλίσχρασμα μαλθακτικὸν μετρίως reponit Hippocr. Idem quoque ὀξύμελι πνεύμονος μαλθακτικὸν eſſe ſcribit ibidem (p. 79. 15.)

Μαλθακὸς ἐλλέβορος, veratrum molle aut lene dicitur, lib. de fract. (pag. 572. 1.) ad potionis qualitatem aut quantitatem relatione facta, vt aut exigua ſit potio, aut lenis & imbecilla: Quod tamen in ambiguo eſſe ibidem ſcribit Galen. Sic τὰ πόματα μαλακὰ potiones molles & lenes dicũtur lib. 3. περὶ διαίτης (p. 101. 20. & 42.) & rurſus (p. 106. 25.) πόματα μαλακώτερα καὶ ὑδαρέστερα ſimul iunguntur. Neque admodum diſsimili notione μαλθακὸς οἶνος dicitur Hippocrati vinum molle ac lene, quod eſt debile, ac generoſo & potenti aut vinoſo opponitur, viniq; ſolam ſpeciem habet, quale ἀσθενῆ vocat Erotianus, & τῷ οἰνώδει opponit. Ideoque vinum album molle dicit Hip. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (195. 47.) οἶνον δὲ λευκὸν πινέτω μαλθακόν, vinum autem album molle bibat. Et rurſus ibidem (pag. 196. 2.) vinum Mendeſium album μαλθακὸν ſcribitur. Et lib. 7. Epid. (p. 363. 24.) σὺν οἴνῳ μαλθακῷ, cum vino molli. Rurſusque lib. 1. περὶ διαίτης (p. 90. 10.) vinũ album molle, aquæ proximum vocat, quod eſt debile & minimè generoſum. Rurſusque lib. 2. (p. 99. 29. & 30.) potui aquoſo οἶνον μαλακὸν coniungit. Et lib. 3. (p. 106. 1.) οἶνον μαλακὸν ὑδαρῆ vocat. Et lib. 2. de Morb. (p. 149. 28.) οἶνος μαλθακώτατος, vinum molliſsimum quod in pleuritide conceditur. Alioqui vinum molle dicitur quod auſtero, aſpero, inſuaui & duro opponitur, qualia molliſſima vina dicuntur Maroni, Georg. libro 1. mitia & lenia & potui tempeſtiua ac delicatiſſima. Contra verò de vino dixit Terentius, hoc durum eſt pater. Eodemque modo σκληρὸν & μαλθακὸν οἶνον inter ſe opponunt Græci vt Theophraſtus & Athenæus.

Μαλθακὸν πῦρ lentus ignis, lenis & mollis, quo vtimur ne medicamentum torrefiat aut vratur, lib. περὶ ἑλκῶν (p. 514. 43.) ἔπειτα ἑψεῖν μαλθακῷ πυρί, deinde igne molli coquito. Rurſus lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 253. 46.) ταῦτα τήξας σὺν μύρῳ ῥοδίνῳ ἐπὶ πυρὸς μαλθακοῦ. hæc cum vnguento roſaceo ad lentum ignem liquefacito. Rurſusque lib. περὶ ἀφόρων (pag. 298. 31.) ταῦτα ἀναμίξας καὶ ἐπιβαλὼν ἐπὶ μαλθακὸν πῦρ his permixtis & in lentum ignem coniectis. Galenus etiam lib. 7. κατὰ τόπους (p. 259. 22.) in decima arteriaca Andromachi primas accenſas quibus medicamentum decoqui imperat, πῦρ μαλακὸν ἄκαπνον, mollem ignem minimè fumantem vocat.

Μαλθώδεα, μαλακτικὰ ἢ κηρώδη, quæ emolliũt, aut cerea ſunt exponit apud Hipp. Gal. in Exeg. μάλθη γὰρ ὁ κηρός, καὶ μάλιστα ὁ μεμαλαγμένος. μάλθη enim cera dicitur præſertim emollita. Heſychio verò μάλθη exponitur μεμαλαγμένος κηρός, cera emollita, & μαλακία καὶ ζυφερή. Vnde Malthinus Horatianus, mollis & effœminatus, qui & μάλθων Græcis dicitur. Malthas veteres molles appellari voluerũt à Græco, quaſi μαλθακοὺς aut μαλακούς, vt ſcribit Nonius ex Lucilio proferens, Iulianum vocat quem malthiam ac fœminam dici videt. At μάλθη Polluci inter iudiciaria vaſa reponitur, & ceram ſignificat qua tabellæ iudicum illinebantur. Eidem etiam lib. 10. μάλθη ἢ μάλθα pro cera ſumitur, qua tabellæ ſcriptoriæ inducuntur. Maltha apud feſtum Græcis eſt pix cum cera mixta. Apud Latinos autem maltha dicitur permixtio picis liquida, cum vnguine aut axungia, ſiue calce, ad ſtrigmenti craſſitiem, qua ciſternarum, piſcinarum, vel puteorum rimas aut lacunas cementant. Vnde malthare pro maltha inducere, & malthari quod maltha inducitur dixit

Plinius lib. 36. cap. 24. qui etiam malthæ geous qooddam deſcribit. Malthæ autem compoſitiooem habes apud Palladium rei ruſt. lib. 1. cap. 17. Quòd verò attioet ad Exegeſeωs lectiooem, exiſtimo Galenum μαλθώδεα legiſſe apud Hippocratem. Vbi μαλθακώδεα habeot publicata exemplaria, vt lib. de vlceribus (p. 516. 11. & 12.) Illic eoim emollientia & μαλακτικὰ quędam deſcribuntur ex cera, reſina, pinguedine, oleo & cæteris id genus.

Μάλιστα, maximè, ferè, propè, circiter, propemodum ſignificat Hippocrati, vt quantitatem rei proximam quæ numero explicatur indicet, idemque quod ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ſignificet, aut cõiecturam rei de qua fit ſermo proximè oſteodat, vt ſcribit Gal. Com. 2. io lib. de art. (p. 603. 21.) ὑπὸ τοῦ ἐνιαυτοῦ δεκαταῖοι μάλιστα. Moriuntur igitur etiam hi qooque ferè decimo die, hoc eſt, ferè decimo die, aut circiter decimum diem, ita vt etiamſi nooo aut vndecimo die mors contingat, nihilominus tameo vera ſit oratio. Hanc autem huius vocis μάλιστα ſignificationem veteribus vſitatam adductis ex Thucydide exemplis illic probat Galeous.

Μανδραγόρου ῥίζαν ſcribit Erotianus Hippocrati dici περισσεύματος τὴν μανδραγόραν. μανδραγόρου autem ῥίζαν vſurpat Hippocr. lib. de Loc. in homine (p. 71. 44. & 46.) & lib. περὶ σύριγγων (p. 519. 30.) Lib. quoque 1. περὶ γυναικ. (p. 254. 28.) mandragoræ radice & ſucco in peſſo ſubdititio vtitur.

Μανία, ioſania, furor dicitur, & eſt vehemens deſipieotia ac mentis alienatio abſqoe febre, quæ fit ab humore bilioſo exuſto & acri, etſi aph. 40. lib. 5. ex ſanguinis copia io mammis collecta fieri ſcribitur, qui toto corpore feruidus & acris fertur. Gal. Com. 2. in lib. 1. Epid. (p. 368. 23.) ſcribit Hippocratem μανίας vocare τὰς ἄνευ πυρετοῦ παραφροσύνας, deliria citra febrem, quæ ſenibus cootingebãt ex imbecillitate & extioctione caloris natiui collectam in capite copiam per vomitus aut hæmorrhagiam excernere oequeootis. Idem Com. 3. io lib. 3. Epid. (p. 425. 55.) ἐν τούτῳ γὰρ μόνῳ διαγινώσκομεν ὑπάρχοντα μετὰ πυρετοῦ τὴν φρενῖτιν νόσημα, ὡς οὐδενὶ διαφέρουσαν ἄλλῳ τῆς μανίας πλὴν τῷ πυρετῷ. φρενῶν μὲν γὰρ ἄμφω βλάβαι, τὸ δὲ χωρὶς πυρετοῦ τῶν μαινομένων ἴδιον, ὥσπερ τὸ σὺν πυρετῷ, τῶν φρενιτικῶν. Hoc enim ſolo quòd cootineoter cum febre inſit phrenitidem cognoſcimus, quòd nulla re alia à mania diſtet quàm febre. Meotis ſiquidem vtraque noxa eſt. Verùm mania laboraotium proprium eſt febre liberum eſſe, velut phreniticorum cum febre eſſe. Rurſus Com. 1. io Prorrh. (pag. 167. 40.) μαίνεσθαι μὲν γὰρ ὀνομάζουσι πάντες ἄνθρωποι τοὺς ἄνευ πυρετοῦ παραφρονοῦντας, φρενιτίζειν δὲ τοὺς ἐν πυρετῷ. μαίνεσθαι ſiquidem, hoc eſt, ioſanire omnes homioes eos dicunt, qui citra febrem deſipiont, φρενιτίζειν verò qoi cum febre id patiuntur. Sic μανικὸν in Progn. (pag. 127. 41.) de ſtridore deotium non conſueto, pro vehementi mentis alienatione ſumitur. Vbi ſcribit Galenus, μανικὸν μὲν ὡς εἰ καὶ παρακοπτικὸν ἰσχυρῶς εἰρήκει. μανικὸν quidem, quaſi vehementem quandam mentis alieoationem dixerit. Ac rurſus ibidem (pagina 131. 6.) vbi ſcribitur; μανῆναι τούτους ἐλπὶς, quod eſt, inſania expectanda eſt, id de vehementi mentis alieoatione accipiendum monet Galeous his verbis: ἐνταῦθα οὐχ ἁπλῶς ἔφη παραφρονήσεσθαι τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ μανήσεσθαι, σφοδράν τινα παραφροσύνην, ἐπὶ τῶν εἰρημένων σημείων γενήσεσθαι δηλῶν. Hoc loco oon ſimpliciter dicit hominem deliraturum; ſed inſaniturum, vehementem qoandam mentis abalienationem ex prædictis iodiciis expectandam eſſe indicans. Idem quoqoe Com. 1. io Prorrh. (p. 176. 39.) τὸ μανικῶς ἢ μανιωδῶς παραπαίειν ταυτὸν βούλεται σημαίνειν τῷ σφοδρῶς, quod eſt, cum inſaoia delirare, idem eſſe vult quod vehemeoter. τὰ μανικὰ verò Hippocrati plerunque μανίαν iodicaot, vt aphoriſ. 20. & 22. lib. 3. & Prorrhet. (pagina 176. 28.) & lib. 1. Epidem. (pagina 368. 14.) ioſaniam vertit Celſus ex aphoriſ. 20. lib. 3. cap. 1. lib. 1. τὰ μανικὰ πάθη exponit Galeous Com. ad aph. 22. lib. 3. vt τὰ μελαγχολικὰ melaocholias eadem locutione. Μανίη etiam interdom Hippocrati eam quæ propriè melancholia dicitur, ſignificat, ooo eam inſaniam qoæ ex bile fit & furor vocatur. Qua notione accipitur aph. 21. lib. 6. vt exponit Gal. in Com. & aph. 56. lib. eiuſdem.

Μάννα, manna dicitur. puluis eſt qui concuſſo thure colligitur, aut qoi thuris coocuſſu eliditur. Micas thuris coocuſſu eliſas diximus apud Hippocratem libro 2. Epidem. (pagina 313. 24.) & lib. de art. (pagina 607. 9.) ex Plinio lib. 12. cap. 14. ὑπόστεμμα τοῦ λιβανωτοῦ dicitur Gal. io Methodo medeodi. & Com. 2. in libro de art. cuios loopia thure ipſo vtitur. Eidem qooqoe libro 4. κατὰ τόπ. (pag. 207. 10.) eſſe ſcribitur τὸ ὑπόστεμμα τοῦ ὑποπεσόντος κατὰ τὰ μεγάλα φορτία λιβάνου, id quod excuſſum eſt à thure coofracto circa magoa onera. Cùm enim thus vehitur aut agitur, multa ex eo fragmenta decidant neceſſe eſt. Ideoqoe ab ipſo thure differt, quòd partiam quandam adſtringendi vim habeat, & quòd cum eo corticis thuris quædam etiam fragmeota appareaot. Mannam ex Hippocrate thuris fuligioem vertiſſe videtur Celſus capite 5. libro 8. Μαννῶδες eſt medicamentum ex thuris polline aut thuris graois & micis concuſſu eliſis apud Hippocratem libro 7. Epidem. (pagioa 360. 11.) ad oris tubercula. πρὸς τὸ στόμα μαννῶδες ξὺν τοῖσι ἄλλοισι μισγομένοισι ξυνήνεγκεν. ad os medicamentum ex thuris pollioe cæteris quibuſdam ammixtis cootulit. Medicamentum eſt adſtringens, ſiccans, coocoqoens & digerens.

Μάννα etiam eſt quædam Arabica grani ſpecie, quæ mellitus quidam ſuccus ab aere concretus dicitur, & δροσόμελι aut ἀερόμελι oomine cenſetur Galeoo libro 3. de fac. alim. Mel aerium aut roſcidum quidam vocant, & ab

& ab Hippocrate κέδρινον μέλι, mel cedrinum dici exiſtimant, quòd plurimum cedris inſideat. Nam & magna copia colligi in Libano monte concuſſis arboribus ſcribit Galenus, vbi & crebras eſſe cedros ſatis notum eſt. Celſus mel Syriacum appellat, quòd in Syria maximè proueniat, cuius regionis mons eſt Libanus.

Μάντις vates, ariolus. ſed μάντιες dicuntur Hipp. peculiariter augures & auſpices quiq; ex auium volatu auguria captant, & vaticinantur, libr. de rat. vict. in morb. ac. (p. 40. 27.) & μαντικὴ vaticinatio quæ per auguria fiebat. Σχεδὸν κατά γε τοῦτο, τὴν τέχνην φαίην ὁμοιοῦσθαι τῇ μαντικῇ. ὅτι καὶ οἱ μάντιες τὸν αὐτὸν ὄρνιθα, εἰ μὲν ἀριστερὸς εἴη, ἀγαθὸν εἶναι νομίζουσιν, εἰ δὲ δεξιὸς κακόν. atque in eo ferè ars ipſa vaticinationi quæ per auguria fiebat ſimilis eſſe videatur. Nam & augures alitem eundem, ſi quidem ſiniſter fuerit, bonum eſſe cenſent, ſi verò dexter, malum. Rurſus ibidem, ἀλλ' ἴσως τῶν μάντεων τὰ ὑπεναντία τούτων. verùm augurum nonnulli his contraria ſentiunt. Vbi ſcribit Gal. τοὺς δὲ διὰ τῆς τῶν ὀρνίθων πτήσεως μαντευομένους, τοὺς οἰωνιστάς τε καὶ οἰωνοσκόπους ὀνομάζουσι, τούτους νῦν μάντιες ἐκάλεσεν ὁ Ἱπποκράτης. καί τοι τό τε μάντεως ὄνομα καὶ ἡ μαντικὴ κατὰ πασῶν τῶν οὕτω προλεγουσῶν τεχνῶν ἐπιφέρεται. μάντιες μὲν γὰρ καλοῦνται οἵ τε ἱεροσκόποι, καὶ οἱ οἰωνισταὶ, καὶ οἱ γενεθλιακοὶ προσαγορευόμενοι, καὶ οἱ διὰ συμβόλων, καὶ οἱ διὰ ἱερείων προλέγοντες τὰ ἐσόμενα. πρὸς τούτοις γε χρησμολόγοι καὶ θεομάντιες. ἴσως δὲ καὶ τοὺς ὀνειροπόλους ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ κληθέντας, ἐν τοῖς μάντεσι καταλέγουσιν. ἀλλ' ὅ γε Ἱπποκράτης δῆλος, ὅτι τοὺς οἰωνιστὰς μόνους ὀνομάζει μάντιες ὡσαύτως τῷ ποιητῇ. ὁ γὰρ ἐκεῖνος ἐν πολλοῖς μέρεσι τῆς ποιήσεως ἐνδεικνύμενος τὴν οἰωνιστικὴν τέχνην προέγνωσιν εἶναι τῶν γενησομένων, ὁμοίως ἐν ἀρχῇ τῆς ἄλφα φησί. ἀλλ' ἄγε δή τινα μάντιν ἐρείομεν, ἢ ἱερῆα, ἢ καὶ ὀνειροπόλον, καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν. ἱερῆα μὲν λέγων τὸν ἱεροσκόπον, ὀνειροπόλον δὲ τὸν περὶ τοὺς ὀνείρους ἔχοντα. μάντιν δὲ δηλονότι τὸν οἰωνιστήν. οὐ γὰρ δὴ παρέλιπεν αὐτὸν εἰς τὰ μέγιστα πολλαχόθι τῆς ποιήσεως, καὶ τῇ περὶ τοὺς οἰωνοὺς τέχνῃ χρώμενος. Eos verò qui ex auium volatu vaticinia captant, οἰωνιστὰς & οἰωνοσκόπους vocāt, hos nunc μάντιες vocauit Hippocrates: quamuis ipſum μάντεως nomen & μαντικὴ de omnibus ſic prædicentibus artibus proferatur. μάντεις nanque vocantur & ἱεροσκόποι & οἰωνισταὶ, & qui appellantur γενεθλιακοὶ, & qui per ſigna, & qui per victimas futura præſentiunt. Adhæc χρησμολόγοι & θεομάντιες, hoc eſt, fatidici & diuini. Nonnulli verò etiam ὀνειροπόλους, hoc eſt, ſomniorum coniectores à poëta appellatos, inter μάντιες recenſent. Verùm conſtat Hippocratem ſolos οἰωνιστὰς, hoc eſt augures, μάντιες appellaſſe, non ſecus ac poëta, qui in plæriſque ſui poëmatis partibus οἰωνιστικὴν τέχνην, hoc eſt auguralem diſciplinam futurorum prænotionem eſſe oſtendit, velut initio libri primi Il. inquit. Sed vatem aliquem conſulamus, vel ſacerdotem, vel etiam ſomniorum interpretem (etenim ſomnium quoque à Deo eſt) ἱερῆα quidem dicens τὸν ἱεροσκόπον, hoc eſt aruſpicem, ὀνειροπόλον verò eum qui circa ſomnia verſatur, μάντιν augurem, τὸν οἰωνιστὴν ſcilicet, hoc eſt augurem. Neque enim ipſum prętermiſit, multis in locis ſui poëmatis ad res maximas diuinandi etiam per alites arte vſus.

Μαρασμὸς, marcor aut tabes, eſt corruptio viuentis corporis quæ fit ob ſiccitatem. Sic enim definitur Galeno initio libri de Marcore. Huius plures ſunt ſpecies in his quæ ſecundum naturam ſunt, & in ætatibus ſenectus. In affectibus verò pręter naturam, febris marcida aut μαρασμώδης, affectio ſenectuti ſimilis, quam ſenium ex morbo vocat Philippus. Eſt etiam μαρασμὸς περιφρυγὴς amburens, & συγκοπώδης, qui animi deliquium infert. Cumque corporis conſumptio aut corruptio vna ſit planè abſoluta & conſummata, altera verò adhuc fieri intelligatur: hinc duplex marcoris differentia exiſtit, vnius quidem planè perfecti & conſummati atq; immedicabilis, qui ἀπὸ τοῦ μεμαράνθαι dictus eſt, alterius verò nondum abſoluti, ſed ad maiorem cõſumptionem tendentis, qui παρὰ τὸ μαραίνεσθαι dicitur. Eſt & μαρασμὸς calidus & ſiccus, qui hecticam μαρασμώδη ſignificat, quomodo μαρασμὸς latiùs ſumitur, vt libro de Marcore & cap. 11. libr. 1. de diff. feb. apud Galenum. Alióqui μαρασμὸς pro eo affectu ſumitur qui ex ſiccitatis exceſſu prouenit, & ab hectica maraſmode differt, eique affectui affinis eſt quem Philippus ſenium ex morbo vocabat, & mœrore vacua mors eſt, vt ſcribit Galen. cap. 10. lib. de diff. feb.

Μαρμαίρει, ψοφεῖ, hoc eſt perſtrepit, ſonitum edit, apud Hip. exponit Erotianus.

Μαρίλη eſt puluis carbonum Polluci, ὁ χνοῦς τῶν ἀνθράκων, lib. 7. cap. 24. Ariſtoph. verò Scholiaſtę ἡ ἀνθράκων τέφρα καὶ σποδιά. Sudæ ὁ χνοῦς καὶ τὸ λεπτότατον τῶν ἀνθράκων, puluis carbonum & prunarum accenſarum, minutæ reliquiæ quæ in cinere reperiuntur, aut velut abditi ſub cineribus igniculi & fomites, aut fauillæ. Sudas nanque ἀμαυρὸν πῦρ exponit, Heſychius τὸ ἀπόψημα τῶν ἀνθράκων, carbonum ramentum. Galeno in Exegeſi μαρίλη exponitur apud Hippocr. ἣν οἱ πολλοὶ θερμοσποδιὰν ὀνομάζουσι, quæ multis θερμοσποδιὰ vocatur, hoc eſt calidis cineribus ſuppoſita fauilla. Erotiano etiam μαρίλη θερμοσποδιὰ dicitur, addito Ariſtophanis in Acharn. & Hipponactis teſtimonio. Cui quoque μαριλῶνες οἱ φρυγανώδεις καὶ μικροὶ ἄνθρακες quibuſdam vocari ſcribuntur, hoc eſt, ex arida & ſurculoſa materia ſuccenſi carbones, & minutæ prunæ. Quod etiam ex Corintho annotatur, qui quoque τὴν σποδιὰν μαρίλην Ionas dicere adſcribit. Eam autem dictionem vſurpat Hippocr. libr. 2. περὶ γυν. (p. 272. 6.) τὴν δὲ σποδιὴν καὶ τὴν μαρίλην ἐν τῷ βόθρῳ καταλιπεῖν. cinerem ac fauillam in foſſa aut ſcrobe relinquito. Vbi apertiſſimũ diſcrimen inter craſſiores prunas, τοὺς ἁδροτέρους ἄνθρακας, τὴν σποδιὴν, & μαρίλην, ponere videtur, vt μαρίλη medium quiddam obtineat, & fauillas cineri ſuppoſitas ſignificet. verùm apud Hippocratem μαρίλην pro μαρίλην

vitioſè legitur, quemadmodum & apud Erot. vitium ſubeſſe ſuſpicor, & μαρίλην pro μαριλῶσι legendum, vt & apud Galenum, vt Hippocratis loco reſpondeat.

Μαρμαρυγαὶ ſunt ſplẽdores oculis obuerſantes, incerti & diſcurrentes lucis ſplendores aut ſcintillæ, ſplendores vibrantes aut fulgores ante oculos coruſcãtes. μαρμαρυγαὶ exponuntur Erotiano apud Hip. λαμπηδόνες πυκναὶ, καὶ ἀστραπαὶ πυκναὶ, αἰφνίδιοι, πυρώδεις. crebri ſplẽdores, velut fulgores crebri, repentini, igniti & coruſcantes. Dicuntur ἀπὸ τοῦ μαρμαρύσσειν, quod vibrante ſplendore relucere indicat. μαρμαρυγὰς vertit Cælius Aurelianus quædam pre oculis quaſi proſplendentia macularum marmoris ſimilia, quæ Græci amarygmata ſiue marmarygas vocant, cap. 4. lib. 1. Tard. paſſ. Et cap. 2. lib. eiuſdem, ante oculos obuerſantes quoſdam marmorum maculis ſimiles iactus. Ita vt marmarinas aut marmarigas pro marmarygas multi apud Aurelianum legant, à μάρμαρος aut μαρμάρεος. Verùm eum ἀπὸ τοῦ μαρμαίρειν aut μαρμαρύσσειν, & ἀμαρύσσειν (quod eſt mirante & vibrante fulgore ſplendeſcere) deducere manifeſtum eſt. Hanc autem dictionem vſurpat Hipp. in Progn. (p.162. 46.) ἢ μαρμαρυγαὶ προφαίνωνται, aut ſplẽdores ante oculos obuerſantur. Rurſus lib. 7. Epid. (p.359. 36.) μαρμαρυγαὶ ὁρῶνται περὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς, ſplendores ante oculos obuerſabantur. Et iterum ib. (v.42.) καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς μαρμαρυγὰς παρακολουθεῖν. & oculis obuerſantes ſplendores comitari. Rurſus in Epiſt. (p.527.30.) διέλαμπον δὲ αὐτέης οἱ τῶν ὀμμάτων κύκλοι καθαρόν τι φῶς, ὡς ἀστέρων μαρμαρυγὰς δοκέειν. Huius autem oculi puro lumine relucebãt, vt ſtellarũ micantes fulgores putares. Hinc μαρμαρυγώδεα ὄμματα dicuntur oculi fulgidos è ſe radios ſplendoris vibrantes, aut vibrãti ſplendore coruſcantes & micantes, libr. de rat. vict. in morb. ac. (p.65.39.) ἢ μαρμαρυγώδεα σφίσι τὰ ὄμματα, aut ipſis ſplendores ante oculos obuerſantur, aut oculi ipſis vibranti ſplendore coruſcant. Quæ ſunt ſurſum repentis humoris certiſſima indicia. Sic enim illîc ſcribit Gal. τὰ δὲ ὄμματα μαρμαρυγώδη γίγνεται, διά τι τῶν ἀπὸ τῆς γαστρὸς ἀναθυμίασιν, ἢ διὰ πλῆθος αἵματος ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἀναφερομένου. τούτων δὲ τὸ μὲν πρότερον ἐπ' ἀκαίροις ἐνίοτε γίγνεται προσφοραῖς τῆς τροφῆς· τὸ δὲ δεύτερον, ἢ δι' αἱμορραγίαν κρίσιμον, ἢ παραφροσύνην ἐφεδρεύουσαν, μαρμαρυγώδη ὄμματα, h. e. vibranti ſplendore coruſcantes oculi fiunt, propter eam quæ à ventriculo fertur exhalationem, aut propter ſanguinis ad caput ſublati copiam. Quorum prius quidem interdum ob importunè oblatos cibos contingit: poſtremum verò propter eam quæ iudicatoriè impendeat ſanguinis è naribus eruptionem, vel imminentem deſipiẽtiam. Sic rurſus lib. de loc. in homine (p.67.56.) μαρμαρυγώδης ὀφθαλμὸς dicitur qui ex fluxione illabente ſplendores obuerſantes habet, & qui vibrante quodammodo fulgore micat. Et Prorrh. 2. (p.423.13.) in hæmorrhagiæ futuræ ſignis, μαρμαρυγώδεις τι περὶ τὸ ὀφθαλμῶν φαινόμενον annumeratur, obiectum quiddam oculis ſplendicans, quædam ante oculos tanquam imagines obuerſari, ex eo loco vertit Celſus cap. 7. lib. 2. Aretæus etiam in Comitialis morbi impendentis acceſſione cap. 5. lib. de cauſ. & ſign. morb. ac. adſcribit κύκλον μαρμαρυγαὶ περὶ τὴν ὄψιν πορφυρέων ἢ μελαινέων, ἢ πάντων ὁμοῦ συμμεμιγμένων, ὡς δοκέειν τὴν ἐν οὐρανῷ τετανύσθαι ἶριν. oculis obuerſantes in orbem ſplendores purpureos, aut nigros, aut omnes ſimul permixtos, vt in cœlo iris extenſa eſſe videatur. Homerus verò Od. θ. (v.265.) μαρμαρυγὰς ποδῶν metaphoricè dixit, τὴν κατάλληλον καὶ ταχεῖαν ποδῶν κίνησιν, tam celerem in curſu pedum alternationem & motum, vt iis μαρμαρύσσειν hoc eſt micare, aut vibrare veluti radii ſolares videantur, ſumpta tranſlatione à ſtellarum micatione aut vibratione quæ celerrimo motu fieri ſolet. Quem locum etiam ex Homero adſcribit Erotianus. Idem quoque Homerus ὄμματα μαρμαίροντα dicit, oculos flagrantes, ſplendentes, de Venere Il. γ. (v.397.) quæ μαρμαρυγώδη vocat Hippocr. λάμποντα exponit Heſychius.

Μαρσίππιον, marſupium aut ſacculus dicitur Hippocrati lib. de fiſtulis (p.519.36.) quo anus fouetur. Scribitur etiam μαρσύπιον & μαρσύππιον, & Alexandro Tralliano μάρσυππος, ſacculus quo partes dolentes fouentur.

Μάσθλης, ητος, ἡ μάσθλη ſignificat Heſychio τὸ δέρμα, διφθέραν, ἡνία, pellem, corium, habenas aut lorum, & ὑπόδημα φοινικοῦν, puniceum calceamentum. μάσθλης Ariſtoph. Scholiaſtę in Nubibus dicitur ὁ μεμαλαγμένος λῶρος, lorum emollitũ & maceratum. Vnde apud Ariſtoph. μάσθλης tropicè exponitur ὁ ὀλισθηρὸς καὶ διαβατικὸς, ἢ μεμαλαγμένος καὶ κατειργασμένος ἐν πονηρίᾳ, ἢ ἁπαλὸς καὶ θρυφερός. Item ὁ πολυτρόπως καὶ μηδὲν βέβαιον μηδὲ στερεὸν γινώσκων, ἀλλ' ἄλλο μὲν νοῶν, ἄλλο δὲ ποιῶν, οἷονεὶ τοὺς τρόπους ἔχων. verſipellis, verſutis moribus, lubricus, futilis, ardelio, verbero & audax. Quo nomine notatur ab Ariſtoph. Cleon in Equitibus. At μάσθλης apud Hippocratem exponitur δέρμης à Galeno in Exegeſi, ſi modò vera eſt lectio, ac non potius δέρμα legendum ex Heſychio, quod etiam animaduertiſſe videtur Cornarius. Locus eſt apud Hippocr. lib. 2. de Morb. (pag.154. 38.) in pulmone ad latus adhæreſcente. καὶ τρίζει τὸ αἷμα ὡς μάσθλης. & ſanguis velut corium ſtridet. Sed ſanè locus mihi corruptus videtur, & τὰ στήθεα pro αἷμα legendum exiſtimo, vt pectoris ſtridorem quendam aut veluti ſonum intelligas. Velut lib. 3. de Morb. (p. centeſima quinquageſima nona, v. quadrageſimo ſexto) in pulmonis inflãmatione, καὶ τὰ στήθεα αὐτοῦ ἀείδειν δοκέει. & lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.193.1.) in pulmonis eryſipelate, τὰ στήθεα φθέγγεται βεβρυχός. Sibilum enim & ſonum quendam ſtridulum intelligit qui in thorace editur. Sic igitur lib. 2. de Morb. intelligetur pectus ſtridere, aut ſonitum quendam edere, velut corium aut pellis. Neque enim δέρμης (quæ

eſt

eſt Gal. expoſitio) huic loco ſatis aptè quadrare poteſt, & locum Gal. corruptum eſſe ſatis apparet. Etſi Varin. exemplaria publicata ſecutus, θίρμης apud Gal. legit.

Μάσσειν ſcribit Gal. in Exeg. non ſolùm ſignificare τὸ ἀναδεύειν ἢ φυρᾶν apud Hippocr. quod eſt ſubigere aut pinſere, verumetiam τὸ ἐκθλίβειν exprimere, ex primo lib. de Morb. maiore. Verùm toto li. 2. de Morb. qui paſſim à Gal. primus de Morb. maior nominatur, μάσσειν non reperias, ſed ἐκμάσσειν (p.143.26) καὶ σπόγγοις ἐν ὕδατι θερμῷ βρέχων ἐκμάσσειν, & ſpógias aqua calida maceratas & expreſſas, vt ἐκμάσσειν ἐκθλίβειν à Gal. exponi videatur. Sic enim haud dubiè hic locus exprimitur, quem etiã antea in ἐκμάξαι indicauit, & nos in ἐκμάσσειν vel ἐκμάττειν adſcripſimus. μάσσω ſeu μάττω, aut μάσσομαι & μάττομαι, ſubigo, pinſo, effingo ſignificat, & μάσσειν, φυράσαι, καθαίρειν exponit Heſychius. Quinetiam tergere aut abſtergere indicat, vt ἐκμάσσειν antea ex Hippoc. adſcripſimus. Eſt & μάσσω & μάσσομαι, tango, palpo, attrecto, vnde μάσσεσθαι, contrectando & palpando inueſtigare aut explorare. Et Heſychius μάσαι, ζητῆσαι, quod eſt quęrere exponit, vt μάσσεσθαι ἐφάπτεσθαι, attrectare, & μασεύειν. Euſtath. etiam μάσσεσθαι ἅπτεσθαι & μάσσεσθαι ἅπτεσθαι explicat. Quæ certè à μάω quod eſt ζητῶ deducta videntur, vt & καθμόσας antea. Galenus quoq; in Ex. in dictione ἐσμασάλας, ματεύεσθαι ζητεῖν ſignificare ſcribit. Hinc εἰσμάσσειν & ἐσμάσσεσθαι deducuntur, quod eſt intus tangere & explorare, & Homero admodum eſt familiare. Sic Il. ρ. (v.564.) ἐσμάσσατο θυμόν, τῆς ψυχῆς καθήψατο exponitur, de morte Patrocli, quæ Menelai animo penitus inſederat, aut eius animo intimum mœrorem affixerat. Et Il. υ. (v.425.) ὃς ἐμόν γε μάλιστ' ἐσεμάσσατο θυμόν, λίαν μου καθίκετο τῆς ψυχῆς. καὶ καθήψατο exponitur. Apud Hippocratem verò ἐσμασσάμενος libr. de art. (p.620.7.) ea notione ſumitur, & manu in ventrem immiſſa & iniecta contrectans aut inueſtigãs dicitur, vt antea in eius dictionis expoſitione adſcripſimus. Eaq́ue ſignificatione ἐσμασσάμενος ἐμβαλών exponitur Erotiano, & Heſychio ἐσμασσάμενος ἐμβαλλόμενος, quod eſt veluti ſpecillo immiſſo, aut re aliqua iniecta, velut manu aut digitis, inueſtigare & explorare. Sic etiam ἐσμάττεσθαι pro altè explorare & inueſtigare ponitur apud Hip. vt poſtea adſcribemus in Μάττεσθαι.

Μασητῆρες μύες, muſculi manſorii à mandendo appellati, lib. de art. (pag.600.11.) Eſt enim propria eorum actio μάσησις, h.e. manducatio, quæ efficitur cùm dentibus molaribus ſubiectum cibum confringere ac cõterere volumus. Quod præſtant muſculi, qui latis maxillæ partibus ſuperiecti, in latus hac illac maxillam traducũt, vt ſcribit Gal. com. 2. in lib. de art. (p.600.26.)

Μᾶσσον, πλέον, hoc eſt plus, amplius, ſignificare apud Hipp. in Prorrh. maiore ſcribit Gal. in Exeg. Verùm neq; eo toto libro μᾶσσον legitur, ſed μᾶλλον, pro quo μᾶσσον legiſſe Gal. apparet, eoq; pręcipuè loco qui legitur (p.415.17.) καὶ ἱδρώσει δὲ μᾶλλον ἢ πρόσθεν ἐν τῇ ταλαιπωρίῃ, & in fatigatione magis quàm antea ſudabit. Aut rurſus ibid. (v. 20.) εἰ δὲ μεθυσθείη, ἱδρώσει δὲ μᾶλλον ἢ πρόσθεν. Quod ſi inebriatus fuerit amplius quàm antea ſudabit. Quibus præcipuè locis hæc Galeni explicatio maximè quadrare videtur. Quin & Erot. hãc vocem ex Hippocrate agnoſcit, ſcribitq́; Bacchium τὸ ἔλασσον expoſuiſſe, Heraclium verò Tarentinum τὸ πλεῖον. Quæ certè explicatio locis adſcriptis cum Galeno optimè cõuenit, etſi Bacchii ſenſus refragari videtur.

Μαστοὶ mammæ dicũtur, quæ cùm pectoris pars ſint, pro toto pectore ſumuntur Hipp. lib. 2. Epid. (p.316.19.) τῶν βρωμάτων καὶ πομάτων οἱ ὦμοι καὶ οἱ μαστοὶ ἐμφυσῶνται). Ex eduliis & potibus humeri & mammæ intumeſcunt. Et rurſus ib. (p.317.32.) φλέγματος κατάῤῥοοι ἐκ τῶν μαζῶν ἑλκόμενοι οἱ ὀφθαλμοί. Pituitæ defluxionibus dum tentantur oculi ex mammis trahunt.

Μάττεσθαι ζητεῖν ſignificat apud Hipp. vt exponit Gal. com. 2. in lib. de art. (p.604.1) & ἐσμάττεσθαι τὸ ἐν βάθει τι ζητεῖν, altè quid inquirere & inueſtigare, aut immiſſo digito & quaſi attrectando aut palpando inueſtigare & explorare. Qua dictione vtitur ibidem Hipp. ποικὰ δὲ περὶ τὴν γλῶσσαν ἐσμάττεσθαι χρή. Subinde autem circa linguam digitis immiſſis explorare cõuenit. Iubet enim medicum diligenter explorare digitis in os immiſſis in maxillæ fractura, num oſſis pars altera ſuper alteram excedat. Sic μάττεσθαι aut μάσσεσθαι pro μάσσειν aut ματεῖν ponitur, aut ματεύεσθαι quod eſt ζητεῖν & ζητεῖσθαι. Et μάτης Galeno ζήτησις exponitur apud Hip. & ματεῦσαι τὸ ζητεῖν, vt & Erotiano, qui ματεύεσθαι ζητεῖσθαι apud eundẽ ſignificare ſcribit. Heſychius quoque ματεῖ ζητεῖ explicat. Ματεύειν etiam & ματεῦσαι, aut ματεύεσθαι & ματθεύεσθαι pro ματεῖν aut ματεῖσθαι ponuntur, & Heſychio ματεῦσαι, ματεῦσαι, ζητῆσαι exponitur. Quæ omnia inquirere, inueſtigare, explorare denotant. Vnde ἐσματθεύεσθαι dicitur Hippocrati eadẽ notione qua ἐσμάττεσθαι antea, pro digitis immiſſis contrectare & ſenſim explorare. lib. de art. (p.608.9.) καὶ ἐσματθευόμενον εἰς τοὺς μυκτῆρας, & digitis in nares immiſſis contrectando, aut altè inquirendo. Pro quo ἐσματευμένος dicitur lib. 1. περὶ γυν. (p.252.38.) τῷ λιχανῷ δακτύλῳ ἐσματευμένον. digito indice explorãdo, leniter inueſtigando, inquirẽdo. Et certè cùm Heſychius ἐσματθευόμενον, ζητοῦντα, ἐρευνῶντα exponit, hanc dictionem ex Hip. agnoſcere mihi videtur, etſi pro ἐσματθευόμενον apud eum vitioſè ἐσματευόμενον legitur. Eadem etiã notione καταματθευόμενος dicitur Hip. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.192.30.) καταματθευόμενος πτερῷ ἐμέτω, h. e. penna leuiter immiſſa attrectãdo, vomat, aut attrectatione leui per pennã facta. Quę phraſis repetitur ibid. (p.202.14.) Pro quo καταματθόμενος πτερῷ eadem in re ſcribitur ib. (p.194.48.) niſi καταματτόμενος ex Gal. in dictione καθμόσας legere malis. Quæ certè omnia eodem teſte περὶ τὸ ματεύειν dicuntur,

quaſi μαστεύω, quod eſt puerorum more qui palpando & mammam contrectando eam quærunt.

Μαχαίριον gladiolus aut cultellus dicitur quo in excidendo vtuntur medici, eoq́; in fœtu extrahendo & incidendo vtitur Hippocr. lib. 1. περὶ γυν. (p.252.22.) Caput n. τῷ μαχαιρίῳ diuidit. Lib. verò περὶ ἐγκατατομῆς ἐμβρύου (p. 53.11.) fœtum τῷ μαχαιρίῳ gladiolo execat & incîdit. Paulus li.6.cap.74. ſpatha ad polypos excidendos idonea, aut ſcalpro & gladiolo acuto, aut aculeato cultello (σκολοπομαχαίριον vocat) in extrahendo fœtu ad eãrem vtitur. μαχαίριον autem illud in extrahendo fœtu incuruum potiùs quàm rectũ expetit Hip. lib. 1. περὶ γυν. (p.252.37) μαχαίρια τὸ ἀφύριον dicũtur Archigeni apud Gal. li.5. κατὰ τόπ. (p.231.23) perſicorũ oſſa aut nuclei, q̃ paulò ante per περσικοῦ ὀστέον τὸ ἔσω ſubindicarat.

Μαχαιρὶς etiam eadẽ ſignificatione ſcalper exciſorius aut ſcalpellus dicitur. Duplex aũt eſt Hip. lib. 2. de Morb. (p.150.47.) στηθοειδὴς & ὀξυβελής. μαχαιρίδι enim στηθοειδεῖ vtitur Hipp. in purulentorum cutis ſectione inter coſtas, & σμιλίῳ ἰατρικῷ γαστροειδεῖ, exponit Gal. in Exeg. hunc locum ſubindicans, quaſi latum ſcalpellum exciſorium, aut pectoroſum & ventroſum dicas. Sunt qui ſpecillum latum vocant, quemadmodũ ſpecillum exaſperatum pro ſcalpello ſumpſiſſe Celſus exiſtimatur. Eſt aũt ſcalpellus latus, quo medici in excidendo vtuntur, nouacula appellatur. Sunt tamen qui ξιφοειδεῖ pro στηθοειδεῖ apud Hippoc. leg. contendant. μαχαιρίδι etiam ὀξυβελεῖ vtitur aut ὀξυβελής ibidem, dum ſcalpellum acutum intro adigit, vt via puri fiat, τῷ φλεβοτόμῳ exponit Gal. & ſcalpellum quo venæ inciduntur ſignificat. Eum autẽ panniculo obligatum, ita vt ſumma ipſius pars ad vnguis magni digiti menſurã expedita reſtet, intrò adigit & in thoracem intromittit, vt viam puri expediat. Duo etiam gladiolorum genera celebrantur, lib. περὶ ἰητρ. & quando μαχαιρίοις ὀξέσι καὶ πλατέσι, h. e. gladiolis acutis & latis vtendum ſit docetur (p.13.25.) Rurſus μαχαιρίοισιν in ſummo incuruis, neq; nimium acutis aut exilibus ad ſcarificationem vti iubet, ibidem (v.45.)

¶ Μεγάλη νόσος, h. e. magnus morbus Epilepſia vocatur Hipp. aph. 9. ſect. 6. lib. 6. Epid. Sic enim ibi Gal. τὴν ἐπιληψίαν veteribus μεγάλην νόσον dictã fuiſſe teſtatur, eaq́; ratione Herculeum morbum Comitialem dictum, quò eius magnitudo indicaretur. Etſi illic exemplaria plurima tum publicata tum manu ſcripta ὑπό τινος μεγάλης νόσου legunt, non ὑπὸ τῆς μεγάλης νόσου, vt Galenus, quemadmodum ibidem indicauimus. Quo nomine non ſolùm Comitialis morbus, ſed alii etiam nonnulli eo ſenſu inſigniuntur.

Μεγαλόσπλαγχνοι ſunt Hippocrati qui magna & in tumorem ſublata habẽt viſcera, eiuſmodiq́; affectibus obnoxia vt tumore aliquo præter naturã, aut ſcirtho, aut œdemate, aut inflammatione tententur. Præcipue verò quibus viſcus aliquod inflammatione laborat. Quemadmodũ ex longo & diutius perſeuerante iecoris dolore, tandemq́; in phlegmonẽ erumpente μεγαλόσπλαγχνος ὁ Πλατάνιος dicitur Hip. ægr. 13. lib. 3. Epid. poſt ſt. peſt. Sic quoq; lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.75.58) τὸ μελίκρητον πῖνε χολώδεσι τε καὶ μεγαλοσπλάγχνοισι, h. e. mulſa bilioſis & viſceris alicuius inflãmatione laborantib. noxia eſſe ſcribitur, μεγαλοσπλάγχνους n. ibi exponit Gal. τοὺς ἐν τῇ νόσῳ φλεγμονὴν ἔχοντας κατά τι τῶν σπλάγχνων, quib. in morbis viſcus aliquod inflãmatione affectum eſt. τὸ γάρ τοι κοινὸν ὄνομα (vt ſcribit) νῦν ἴδιον ἐποίησε τῶν φλεγμαινόντων. οὐ γὰρ δὴ διὰ σκίῤῥον γε, ἢ οἴδημα πυρετὸς ἀνάπτεται. πρόδηλον οὖν ὅτι κατὰ τὰς ὀξείας νόσους ὑφ' ὧν ὁ λόγος αὐτῷ ἐστιν, ὅταν ὄγκος ἐν σπλάγχνοις γένηται, φλεγμονῆς ἐστιν, οὐκ οἰδήματος ἢ σκίῤῥου τὸ σύμπτωμα. καὶ τούτους νῦν ὀνόμασε μεγαλοσπλάγχνους. Cõmune ſiquidem nomen boc in loco, eorum qui inflammatione laborant proprium factum eſt. Neq; n. propter ſcirrbum aut œdema febris incenditur. Conſtar igitur in morbis acutis, quorum nunc ei ſermo inſtituitur, cùm tumor in viſcerib. exortus fuerit, id non ſcirthi aut œdematis, ſed inflãmationis ſymptôma eſſe. Hos aũt in præſentia μεγαλοσπλάγχνους, b. e. viſceroſos appellauit. Erot. quoq; apud Hip. μεγαλόσπλαγχνοι exponit, τοὺς διὰ φλεγμονὴν ἐν ἐπάρσει τὰ σπλάγχνα ἔχοντας, eum qui ob inflammationem in tumorẽ ſublata habet viſcera. Neq; abſimili notione μέγας σπλὴν dicitur Hip. lib. 2. Epid. (p.313.5.) ἦν δὲ σπλῆνα μέγαν ἔχων. huic ſplen magnus erat. Et rurſus ibid. (v.36.) σπλὴν μέγας. Rurſusq́ue in Pror. (p.210.58.) cùm ſcribitur, ὡς ἐπὶ σπληνὸς μεγάλου ἐκ δεξιοῦ ῥέῃ, velut ſi in lienis tumore aut inflãmatione ex nare dextra ſanguis effluat. Sic n. illic μεγάλου ἐξηρμένου, ὠγκωμένου, ἢ φλεγμαίνοντι, quod eſt ſublato, tumefacto, aut inflãmatione vexato, ſumit Gal. Et μέγα ὑποχόνδριον inflammatione vexata præcordia dicuntur aph. 28. ſect. 2. libr. 6. Epid. Aliôqui certè μεγαλόσπλαγχνος generoſitatis aut virtutis ſpecimen eſt, & antiquis magnis aut latis viſcerib. præditũ indicat, cuiq; eximiæ ſunt oẽs corporis functiones, quo μεγαλόσπλαγχνος μεγαλόφρων Euripidi dicitur. Quod ẽt ſubindicare videtur Gal. com. 3. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.74.57.) illud Hip. exponens: μελίκρητον τὸ ἐπίπαν μὲν τοῖσι πικροχόλοισι καὶ μεγαλοσπλάγχνοισιν ἧσσον ἐπιτήδειον, ἢ τοῖσι μὴ τοιούτοισι. Mulſa magna quidem ex parte bilioſis & his qui in tumorem ſublata habent viſcera minùs q̃ non huiuſmodi eſt idonea. Sic n. ibi ſcribit; μεγαλοσπλάγχνους δὲ νῦν εἶπεν, οὐχ οἷς φύσει μεγάλα σπλάγχνα εἰσὶν, ἀλλ' οἷς κατά τι πάθος εἰς ὄγκον ἤρθη σκιῤῥούμενα καὶ φλεγμαίνοντα καὶ οἰδισκόμενα. μεγαλοσπλάγχνους aũt boc eſt viſceroſos nunc dixit, nõ eos qui natura magna babent viſcera, ſed quib. ex affectu aliquo in tumorem ſunt ſublata, ſiue ſcirtho, ſiue phlegmone, ſiue œdemate vexẽtur. Sic Paul. μεγαλοσπλάγχνους τοὺς εὐπαθῆ τὰ σπλάγχνα ἔχοντας vocat, eos quib. viſcera affectib. ſunt opportuna, c.96. li.1. Alia verò notione οἶνος γλυκὺς μεγαλόσπλαγχνος σπληνὸς καὶ ἥπατος

dicitur

dicitur Hippocr. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.71.40.) Sic enim vocatur vinum dulce quòd viſcera hoc eſt lienem & hepar tumefaciat, eorumq; tumorē augeat. μεγαλόσπλαγχον illic exponit Gal. αὐξάνοντα τὰ σπλάγχνων τοὺς ὄγκους, h.e. viſcerum tumores augentē. quod ei ratione craſſitudinis quam habet accidit, propter quam tardè permeat, obſtructiones gignit viſceraq; in molem attollit.

Μεγαλοφωνότατοι qui magnam edunt vocē & qui multū inclamare poſſunt, quòd ſint amplo & lato thorace, ideoq; calore natiuo plurimo ſunt præditi, aph. 22. li. 6. Epid. ſect. 4.

Μέγεθος magnitudo, quæ propriè quidē in longitudine, latitudine & profunditate ſpectatur: verùm de longitudine ſola dicitur Hippocrati aph. 54. libr. 2. quam proceritatem corporis vocant, Celſus longam ſtaturam dixit cap. 1. lib. 2. μέγεθος δὲ σώματος ἐνηβῆσαι μὲν ἐλευθέριον καὶ οὐκ ἀηδές. In traducenda iuuentute liberalis eſt & decora corporis magnitudo. Sic enim σῶμα μέγα, h.e. corpus magnum dici ſcribit Galenus, τὸ κατὰ μῆκος μόνον ἐπὶ πλεῖον ηὐξημένον, quod in immoderatā longitudinem ſolam excreuit, cuius proprium nomen eſt τὸ μακρὸν, longum. μέγεθος etiam τὴν σφοδρότητα indicat, vt cùm de morbi aut febris magnitudine, aut acceſſionis vehementia dicitur. ἄμφω γὰρ συνήθη τοῖς ἰατροῖς ἐστὶ τὰ ὀνόματα, (vt ſcribit Gal. com. ad aphor. 12. lib. 1.) καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ πράγματος ἐπιφέρουσιν αὐτὰ πολλάκις. ὁτὲ μὲν μείζονα φάσκοντες τὸν πυρετὸν γεγονέναι τοῦ πρόσθεν, ὁτὲ δὲ σφοδρότερον. Ambo enim hæc medicis ſunt vſitata nomina, & pro eadem re ab ipſis ſæpè vſurpata, vt cùm maiorē interdum febrē q̃ antea, interdum vehementiorē fuiſſe dicūt.

Μεθίησι apud Hip. ἀφίησι, h.e. demittit, exponit Erotianus, idq; ſignificare potiùs contēdit, quàm ἐμπίπτει, qđ eſt irruit, vt exponit Bacchius. Hanc autem dictionem ſæpius vſurpat Hip. libr. περὶ φύσ. παιδίου vt (p.30.20.) μεθίησι γὰρ [ξύλα] κατὰ τὴν ῥωγμὴν πνεῦμα. Siquidem per ſciſſuram ſpiritū emittunt. [ligna] Rurſusq; ibid. (p.35.4.) καὶ βιαζόμενον ὑπὸ τῶν φύλλων, μεθίησι τὴν δύναμιν ἐς τὸ κάτω, ἣ ἐν αὐτῷ ὑπολείπεται διὰ τὴν βαρύτητα, & à foliis coactum vim ad inferiora demittit, quę illic propter grauitatem reſidet. Et (p.37.18.) οὕτως μεθίησι ἐς τὸ δένδρον ῥίζας ἐπ᾽ αὐτῷ λεπτάς. Sic in arborem radices tenues demittit. Rurſusq; ibid. (v.33.) κἀκείνη πρῶτον τὸ πολὺ ἕλκει ἐς ἑωυτὴν, καὶ μεθίησι ἔξω. Et illa [genitura] primùm ad ſe ſpiritum trahit, & foras emittit. At parum his locis Bacchii expoſitio conuenit.

Μεθίστασθαι eſt tranſire, diſcedere, immutari, recidere, demigrare, transferri. Diciturq; ferè de morbi depoſitione ac trāſitu, ac velut in alterum ſucceſſione. In Coac. Pr. (p. 427. 47.) οἱ δὲ διαλείποντες καὶ λαμβάνοντες πεπλανημένως, φθινοπώρου μάλιστα, εἰς τεταρταίους ἐπιεικέως μεθίστανται. Quæ autem febres intermittunt, incertoq; ac vago ordine prehēdunt, eæ præcipuè autumno, in quartanā ferè tranſeunt, aut mutantur. Quod in Progn. dicitur (p.161.41) ἐς τεταρταῖον καθίστασθαι, in quartanam diſceſſuram tranſiturā. Et li. 1. Epid. (p.361.45.) ἀποστάσιας ἐς τεταρταίους γίνεσθαι, ſeceſſus in quartanas fieri. Rurſus in Co. Pt. (p.440.26) μεθιστάμενα ἀλγήματα ἐκ κενεώνων ἐς τὸ λεπτὸν, ex laterū inanitate ad tenue inteſtinū migrantes dolores. Et aph. 8. lib. 5. πυΐσκουσιν ἐς ἐμπύημα μεθίστανται. ii ad ſuppurationem vertuntur. Hinc μετάστασις humorum aut morbi trāſpoſitum ac depoſitionē indicat. Quæ quomodo ἀπὸ τῆς ἀποστάσεως differat, antea ex Galeno ipſo expreſſimus, in dictione ἀπόστασις. Etſi interdū μετάστασις pro ea morbi mutatione quam ſolutio conſequitur ſumitur, vt aph. 7. lib. 5. τὰ ἐπιληπτικὰ μετάστασιν ἴσχει. Comitiales affectus mutationem accipiunt. Sic enim illic ſcribit Gal. κυρίως μὲν ὀνομάζονται μεταστάσεις πάθους, ὅταν ἐξ ἑτέρου μέρους εἰς ἕτερον μετέρχηται. καταχρώμενοι δὲ καὶ αἱ λύσεις οὕτω προσαγορεύονται. καί μοι δοκεῖ νῦν ὁ Ἱπποκράτης, κατὰ τὸ δεύτερον σημαινόμενον κεχρῆσθαι τῇ προσηγορίᾳ. οὐ μόνον γὰρ εἰς ἕτερα μόρια μεθισταμένων τῶν τὴν ἐπιληψίαν ἐργαζομένων χυμῶν λύεται τὸ πάθος, ἀλλὰ καὶ τελέως ἐκθεραπευομένων. Μετάστασις morbi propriè quidem nominātur, cùm ex vna in alteram partem malum demigrat. Per abuſionem verò etiam ſolutiones ſic vocantur. Ac mihi quidem certè Hipp. hoc loco in ſecūdo ſignificato appellatione vſus videtur. Neque enim ſolùm tranſlatis in alias partes humorib. morbum comitialem efficientib. ſoluitur affectio, verūetiā omninò pcuratis.

Μέθοδος via & ratio dicitur qua quid in arte inueſtigamus. Eſt verò Hippocrati ὁδὸς, καὶ τῶν ὀρθῶς ἐχόντων δοκιμασίη, καὶ τῶν μὴ ἐχόντων ἔλεγχος. via & ratio qua quæ rectè ſe habent exploramus, quæ verò ſecus deprehēdimus, aph. 16. ſect. 3. libr. 6. Epid. Sic enim Methodus nūcupatur via ac ratio qua quæ in arte probè ſunt inuenta & conſtituta exploramus, quæ verò minùs rectè redarguimus. Hāc in arte medendi diſſerendi viam ac diuidendi rationem, qua vniuerſalium ac cōmunium differentias inueſtigamus, deinde etiam ad infimas & particulares cuiuſq; rei differentias progredimur, ὁδὸν vocat Hip. reliqui μέθοδον Hippocrate poſteriores appellauerūt, vt illic ſcribit Gal. Eſt etiam μέθοδος ex opinione Methodicorum, cognitio apparentium communitatum, quæ ad Medicinæ finem (hoc eſt ſanitatem) ſpectanr aut conſpirant. Gal. li. de ſectis ad eos qui introducūtur (p.12.46.) vnde & methodici medici dicti ſunt, qui (vt ſcribit Celſus in Procem.) Medicinam ita finiunt, vt quaſi viam quandam, quam μέθοδον Græci nominant, eorūq; quę in morbis cōmunia ſunt, contemplatricem eſſe contendant. Μέθοδος ēt apud Hipp. interdum ſeceſſum, tranſmigrationem ac digreſſionem ſignificat, vt lib. περὶ ὀκταμήνου (p.45.28.) ὅσα δὲ αὖ τῶν ὀκταμήνων ἐμβρύων μὴ σφόδρα νοσεῖ, ἀλλὰ κατὰ ἕν τι ἐκ τῆς μεθόδου κακοπαθεῖ. At octimeſtres fœtus non grauiter ęgrotantes, quique vna quapiam parte propter ſeceſſum aut digreſſionem malè afficiūtur. Sic enim μέθοδον illic ſumit Corn. μετχώρησιν, h. e. ſeceſſionem ac demigrationem quam

fœtus laxatis membranis facit, cùm in inferiorem vteri partem ſuo pondere procũbit, ibiq; alimentum ſumit, ac aliquandiu (h.e. diebus quadraginta) perdurat, velut ibidem ſcribitur (p.44.38.) μετὰ βολὴν & μετὰ χαίρησιν ſæpè vocat Hip. Caluus certè per μέθοδον naturalem octaui menſis malignitatem & afflictionem accepit.

Μεθυποστρωσις eſt ſtrati permutatio dum lectus ſubſternitur, lib. de fract. (p.553.45) εὐχερέστερον δὲ ἐστὶν ἐν τῇσι μεθυποστρώσεσιν. Maximè tamen eſt vſui cùm ſtratum ſubſternitur, aut cùm ſtragula permutantur.

Μεῖον, ἔλαττον, h. e. minus, exponit Erot. Quam certè dictionẽ paſſim & ſæpè vſurpat Hipp. vt lib. 1. περὶ διαίτης (p.83.11.) & ἐπὶ τὸ μεῖζον, καὶ ἐπὶ τὸ μεῖον. & ad maius, & ad minus. Et rurſus, φθορὴ δὲ πᾶσιν ἀπ᾽ ἀλλήλων, τῷ μείζονι ἀπὸ τοῦ μείονος, & τῷ μείονι ἀπὸ τοῦ μείζονος. αὔξεται δὲ τὸ μεῖζον, ἀπὸ τοῦ ἐλάσσονος. Corruptio autem mutuò inter ſe omnibus eſt, maiori à miuore, & minori à maiore. Et augetur maius à minore. Vbi τὸ μεῖον ἔλασσον exponitur. Ac rurſus ib. (v. 16.) καὶ τὰ μὲν λαμβάνοντα πλεῖον ποιεῖ, τὰ δὲ διδόντα, μεῖον. Et quę quidem accipiunt, plus faciunt, quæ vero dãt, minus. Rurſus (v.17) μεῖον δὲ ποιέοντες, πλεῖον ποιέουσι. & min⁹ facietes, plus faciũt. Et (v.19) & τῷ μὲν διδοῦσι τοσούτῳ πλεῖον, ὁ δὲ λαμβάνει τοσούτῳ μεῖον. Et alii tãto plus dat, ab alio tanto minus accipit. Rurſus (v.20.) & τὰ μὲν ἐπὶ τὸ μεῖον ἰόντα. Et quæ quidem ad minus tendũt. Et iterum (v.48.) ἀλλ᾽ ἀμοιβὴ ἐκ τοῦ μείζονος εἰς τὸ μεῖον. ſed tranſitio fit ex maiore ad minus. Ruſuſque ibidem (p.85.14.) μεῖον ποιέοντες, πλεῖω ποιέουσι. & minus ſacientes, plus faciunt. Et lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρ. (p.6.39) ἀλλὰ πολλῷ μεῖον ἢ δυνάμενοι, verùm multò minus quàm poſſit. Et aliàs ſæpè, vnde μείωσις corporis imminutio, dicitur, cui αὔξησις opponitur. li. 1. περὶ διαίτης (p.84.30. & 86.18.) & lib. 2. Epid. (p. 312.23) αἱ προσαυξήσιες & μειώσιες inter ſe opponuntur. Eſt & μείωσις tẽpus illud in morborum circuitu, ἐν ᾧ τοῦ μεγέθους ἀφαιρέεταί τι τοῦ πυρετοῦ, in quo ex ſebris magnitudine quidpiam demitur. Μειοῦσιν etiam ἐλαττοῦσιν, h. e. imminuunt expooit apud Hip. Erot. quod legitur lib. 2. Epid. (p.312.22.) αἱ προσαυξήσιες ἑκάστῳ ἃ μειοῦσι. & adauctiones quidnam cuiq; detrahant.

Μελαγχολίαι dicuntur Hippocrati, aph. 14. lib. 3. & lib. de aere, loc. & aq. (p. 75. 44.) morbi qui ex atra bile naſcuntur, vt vertit Celſus cap. 1. lib. 2. Sunt autem delitia cum triſtitia & metu ſine cauſa coniuncta, ex bile atra orta. Si enim timor atque mœſtitia longo tempore perſeuereot, μελαγχολικὸν τὸ τοιοῦτον, vt ſcribitur aph. 23. li. 6. hoc eſt (vt vertit Celſus cap. 7. libr. 2. (atræ bilis morbus ſubeſt. Idem nanque μελαγχολίαν bilem atram vertit cap. 1. lib. 2. ex aphor. 20. lib. 3. quam per τὰ μελαγχολικὰ ibidem ſignificauit Hippocr. Authori Definit. Med. (p.397.57.) μελαγχολία ἐστὶ πάθος βλάπτον τὴν γνώμην μετὰ δυσθυμίας ἰσχυρᾶς, καὶ ἀποστροφῆς τῶν φιλτάτων, γινόμενον ἄνευ τοῦ πυρετοῦ. ἔστι δὲ αὐτῶν καὶ χολὴ προσεχεομένη πολλὴ μέλαινα βλάπτει στόμαχον, ὥστε καὶ ἐξεμεῖσθαι, καὶ οὕτως τὴν γνώμην συγχεῖσθαι. Melancholia affectus eſt mentem lædens cum vebementi triſtitia, & amicorum auerſatiooe, ſine ſebre. Nõnullis verò, ſi multa bilis atra acceſſerit, ſtomachum lædit, ita vt vomitione reiiciatur, ſimulque boc modo mens virietur. Melancholiæ genera tria deſcribit Gal. cap. 6. libr. 3. de loc. affect. & Paulus cap. 14. libr. 3. Μελαγχολικοὶ etiam quinam dicantur veteribus docet Arerœus cap. 5. lib. 1. περὶ σημείων χρονίων παθῶν. Μελαγχολικὰ ἀλγήματα dolores melancholici dicuntur Hippocrati, qui à craſſis & crudis bumoribus fiunt, velut diu permanentes ac pertinaces, quomodo apoplexiæ & conuulſiones μελαγχολικὰ νοσήματα vocantur aph. 56. lib. 6. & aph. 40. libr. 7. Aut qui ex liuidis & denigratis tumoribus oriũtur, quales fiunt ex craſſiore & ſœculento ſanguine in partes illapſo, Prorrh. 2. (pag. 416. 43.) in iis qui ex ſanguinis eruptione ſuperfuturi ſunt, ἀλγήματα μελαγχολικά, ἔν τε τῷ νώτῳ & ἐν τῷ στήθει, dolores melancholici in dorſo & pectore fieri ſcribuntur. Sunt etiam μελαγχολικῶς ἐξιστάμενοι Hippocrati, qui furioſa & vebementi mentis emotione percelluntur, in Prorrh. (p.175.24. (vbi ſcribit Galen. μελαγχολικὴν ἔκστασιν dici τὴν σφοδρὰν καὶ θηριώδη. γίνεσθαι δὲ διαβρεχούσης τὸν ἐγκέφαλον ξανθῆς χολῆς καταπληθείσης, hoc eſt melancbolicam mentis emotionem, vehementem & ferinam. fieri verò flaua bile cerebrum irrigante. Quæ etiam μελαγχολικὴ παραφροσύνη dicitur Galeno com. 3. in Prorrh. & per μελαγχολικὰ παραφρονέοντα exprimitur Hippocrati ibidem (p. 210. 26.) hoc eſt atrabilarias deſipieotias.

Μελάγχρους aut μελαγχροὸς qui nigro eſt colore aut cute nigra, atroque colore ſuffuſus, ictero nigro laborat, aphor. 27. ſect. 2. lib. 6. Epid. Pro quo μελάγχλωρος in quibuſdam codicibus legitur vt ſcribit Gal. qui color eſt ex nigricante viridis ſubluteus & luridus. Quam etiam dictionem vſurpat Aretæus in Melancholia morbo laborantibus cap. 5. lib. 1. περὶ χρονίων παθ. ἢν τρέπηται δὲ καὶ τοῦ σώματος ἐς πονηρὸν ἡ ἕξις. χροιὴ μελάγχλωρος, ἢν μὴ διεξίῃ κάτω ἡ χολὴ, ἀλλὰ ἀναχέηται ξὺν τῷ αἵματι ἐς τὸ πᾶν. Corporis verò habitus io peius vertitur, color eſt ex nigricante viridis, niſi bilis infra deſcendat, ſed per totum corpus vnà cum ſanguine refundatur.

Μέλανα ſimpliciter interdum Hippocrati τὴν μέλαιναν χολὴν ſæpè dictam libr. περὶ φύσ. ἀνθρ. hoc eſt bilem atram ſignificat, vt libr. 2. de Morb. (p. 157. 48.) μέλαιναν ἐμέει οἷον τρύγα. bilem atram vomit tanquam ſœcem. Vbi tamen μέλαν legunt Interpretes. Quod etiam mihi ſubindicare videtur Gal. in Exeg. cùm ſcribit, μέλανα, λέγεταί τι & ἡ νόσος οὕτως ἀπὸ μελαίνης χολῆς συνισταμένη. Quibus quoq; verbis hũc etiam locuoı haud dubiè exprimit, qui morbum ex atra bile conflatũ deſcribit, duplicem quidẽ, ſed qui μέλαινα νοῦσος inſcribitur. τὰ μέλανα verò dicuntur nigra excrementa, ſanguis niger & veluti lim⁹, ab atra bile differens, vt ſcribit Galen. lib. de atra bile (pag. 358.

358.43.& Com.ad aph:21.lib. 4.) Sic *τὰ μέλανα ὑποχωρέοντα* aphoriſm. 25. libr. 4. cùm nigra deiiciuntur, & *μελάνων διαχωρήσεις*, in Prorrh.(pag.212. 26. & p.213.54.) nigrorum deiectio & ſeceſſus, & *μελάνων ἔξοδος*, ibidem (pag.211.32.) ac aliàs ſæpè.

*Μέλαιναν ῥίζαν, τὴν τοῦ ἀσπαλάθου τοῦ ἀρωματικοῦ καλουμένου*, exponit Galenus in Exeg. apud Hipp. hoc eſt aſpalathi aromatici vocati radicem. Quibus verbis locum lib.2. *περὶ γυναικ.* (pag. 285.21.) mihi ſubindicare videtur. *Μελαίνης ἀφεψημένης* legi apud Hippocratem ex Dioſcoridis opinione debere ſcribit Galenus in Exeg. vt ſit *μελαινῖτις αἴξ, καὶ βοῦς μελαινῖτις*, capra aut vacca ex Melænis. Sunt autẽ *μέλαιναι πόλις κατὰ τὸ κρισαῖον πεδίον κειμένη τῆς κρίσης, νομὰς ἀγαθὰς ἔχουσα καὶ εὐγαλάκτους, ὥς φησιν ὁ Διοσκουρίδης*: vrbs circa campum Criſæum, ante Criphium ſita, paſcuis optimis & lacte abundans, vt ſcribit Dioſcorides. Sunt etiam *μέλαιναι* Stephano Arcadiæ vrbs & Lyciæ, ex qua *μελαινεὺς* & *μελαινίτης* popularis dicitur. Criſæus autem campus in Phocyde ſitus eſt. Quòd verò attinet ad locum Hippocr. non dubium eſt quin ad id referatur quod ſcriptum eſt lib.1. *περὶ γυναικ.* (pag.245.13.) *μετὰ δὲ ταῦτα πιπίσκειν βοὸς μελαίνης γάλα, ἀσιτεύουσαν εἰ οἵη τε εἴη ἡμέρας μ'*. poſtea verò lac vaccæ nigræ potui exhibere, ita vt cibo abſtineat, ſi fieri poſſit ad dies quadraginta. Quod etiam eadem in re repetitur lib. *περὶ γυναικ. φύσ.* (pag. 226. 8.) Vult enim in periculoſo ſanguinis vomitu à partu ſolo lacte aſinino & bubulo & ſeſamo trito in potu exhibito puerperam nutriri, quò vires celerius reficiantur. Vnde nemini mirum videri debet ſi lactis præſtantiam & vaccæ ex Melænis potiùs quàm *μελαίνης*, hoc eſt nigræ, requirat Hippocr. Verùm tunc *βοὸς μελαινίδος γάλα* ex Dioſcoridis lectione ſcribendum erit, vt huic loco reſpondeat, aut *μελαινῖς* à recto *μελαινὶς*, quod eſt *ἐκ μελαίνων*. Quod certè non parum ſuſpectam mihi Exegeſeos lectionem reddit, vt ne addam apud Varinum admodum corruptè legi.

*Μελανίον* ſcribit Galenus in Exegeſi quoſdam coniunctim ſcribere in Progn. vt ſit *τὸ μελανεῦν*, hoc eſt nigricans, quoſdam etiam diuidere, *χλωρὸν ἢ μέλαν ἐὸν, ἀντὶ τοῦ ὄν*. Locus eſt initio Progn. (pag.121.38.) *καὶ τὸ χρῶμα τοῦ ξύμπαντος προσώπου χλωρόν τε ἢ καὶ μέλαν ἐὸν καὶ πελιὸν, ἢ μολιβδῶδες*. Et totius faciei color, aut niger, aut pallidus, aut liuens, aut plumbeus.

*Μέλαν φάρμακον* quod eſt nigrum medicamentum, videtur eſſe atramentum ſcriptorium, aut pro eo ſumi apud Hippocratem quod etiam *μέλαν γραφικὸν* dicitur. Sic enim ex Hippocrate Celſus & Paulus ſumere videntur. Locus eſt lib. de Cap. Vuln. (pag. 449.30.) vbi in exploranda oſſis rima, atramentum aut nigrum aliquod pharmacum ſuperinducendum præcipit. *δεῖ δὲ ἐπὶ τὸ ὀστέον τέγγειν τὸ μελάντατον, διέντα τι τῷ μέλανι φαρμάκῳ τῷ τηκομένῳ*. ſuper os medicamentum aliquod nigerrimum liquatum & humore aliquo ſubactum inducendum. Quem locum Celſus cap.4.lib.8. ſic mihi expreſſiſſe videtur: At ſi ne tum quidẽ rima manifeſta eſt, inducẽdum ſuper os atramentum ſcriptorium eſt, deinde ſcalpro id radendum. Paulus verò cap.90.lib.6. *φάρμακόν τι μέλαν ὑγρὸν, ἢ καὶ αὐτὸ γραφικὸν ἐγχέαντες μέλαν*, dixit, hoc eſt, medicamento aliquo nigro liquido, aut ẽt atramẽto ſcriptorio infuſo. Siue igitur atramentũ ſcriptorium per hæc Hippocr. verba, ſiue aliquod medicamentum nigrum oſſi ſuper inducendum præcipitur: Certum eſt locum illum à Galeno in Exegeſi ſubnotari, cùm *μέλανι φαρμάκῳ* exponit, his verbis: *τοῦτο πῶς σκευάζεται, ἐν τῷ περὶ ἑλκῶν αὐτὸς ἐδίδαξεν*, quod eſt, hoc quonam modo paretur, ipſe in libro de vlceribus docuit. Vt certè colligendum ſit hac notione medicamentum aliquod exprimi, cuius incerta ſit compoſitio, cùm non ſatis explicatè illîc aperiatur: Indeque apertiſſimè coniiciendum ſit, aut librum de vlceribus defectum eſſe, aut aliquod aliud medicamentum ex illis quæ ibi deſcribuntur accipiendũ, non autem atramentum ſcriptoriũ, cuius nulla illîc omninò fit mentio. Etſi verò locus libri de Cap. Vuln. omninò vitioſus eſt, & aſteriſco ſubnotatus, ſatis tamen ex eo colligitur *μέλαν φάρμακον* ab Hippoc. requiri, vt medicamento aliquo nigro liquido ad os affuſo, exploremus quàm altè rima ſubeat. Quod ſiue Caricon ſit, lib. de vlcerib. deſcriptum ſiue aliud aliquod ex his quæ illîc deſcribuntur, ſiue atramentum ſcriptorium, parum referre videtur. Deſcribitur tamen etiam aliud *φάρμακον μέλαν* apud Hippocr. in Nothis quæ adiecta ſunt lib.1. *περὶ γυναικ.* (pag.300. verſ.10.)

*Μέλαν τὸ κύπριον* exponit Galenus in Exeg. apud Hippocr. *τὴν κυπρίαν σποδὸν, ᾗ πρὸς τοὺς ὀφθαλμοὺς χρώμεθα*. ſpodiũ aut cinerem Cyprium, quo ad oculos vtimur. Quibus verbis ſubnotari mihi haud dubiè videtur locus lib. 1. *περὶ γυναικ.* (pag.243.40.) vbi tamen vitioſè *μελάνθιον τὸ κύπριον* pro *μέλαν* in publicatis codicibus legitur. Quod etiam animaduertit Cornarius, qui atramentum & ſpodium Cyprium vertit. Eius autem illîc ad peſſum vſus eſt, vt medicamenti deſiccantis, & ſine acrimonia aut morſu adſtringentis.

*Μέλας* Hippocrati ſimpliciter veratrum nigrum ſignificat lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag.56. verſic. 6.) *μέλανι μὲν δαῦκον, ἢ σέσελι, ἢ κύμινον, ἢ ἄνισον, ἢ ἄλλο τι τῶν εὐωδέων μίσγειν*. Veratro quidem nigro daucum, aut ſeſeli, aut cuminum, aut aniſum, aut aliud quid boni odoris admiſcebis. Rurſus ibidem (verſ.8.) *ἄγει δὲ μέλας μὲν κάλλιον καὶ κρισιμώτερον πεπλίου, πέπλιον δὲ μέλανος μᾶλλον φυσέων καταρρηκτικώτερόν ἐστιν*. Veratrum autem nigrum tum meliùs, tum ad iudicationem accõmodatiùs quàm peplium ventrem ſoluit. Pepliũ verò veratro nigro meliùs flatus educit, perrumpere facit. Ibidem autem *ἐλλέβορος μέλας* dicitur, vt lib. *περὶ ἑλκῶν* (p.515.28.& 39.)

Μελασμοὶ ſunt Hippocrati denigrationes & liuores à frigido contracti, aphoriſ. 17. & 20. lib. 5. & lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (pag. 112. 32.) nigritiem in vlceribus vertit Celſus cap. 1. lib. 2. Sunt & μελάσματα nigrores, & quæ nigricant aut partes corporis ex ſanguine effuſo nigrefactæ lib. de fract. (pag. 547. 38.) Sic μελάσματα ſanguine extra venas refuſo, per contoſionem aut reſeratos vaſorum fines, fieri ſcribit Galenus lib. de Tumor. præter nat. (pag. 356. 23.) Eſt & μέλασμα αἰδοίων, nigredo in pudendis, lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p. 113. 26.) quibus verbis pudendorum vlcera maligna & denigrata denotantur, ad quæ aceti vſum conferre ſcribit Hippoc. Eadem τὰ μελαινόμενα dici videntur libr. eodem extremo. Μελαινόμενοι δάκτυλοι καὶ οἱ πόδες, digiti & pedes nigreſcentes, in Progn. (pag. 136. 55.) De quibus τὰ μελαινόμενα dicũtur Coac. Prænot. (pag. 439. 23.) vt τὰ μελανθέντα τοῦ σώματος (ibidem v. 25. & in Progn. pag. 137. 2.) partes corporis nigreſcentes. Et Prorrh. 2. (pag. 413. 33.) μελανθέντες δάκτυλοι τῶν ποδῶν, digiti pedum denigrati & putrilagine corrupti, ita vt decidant. Quod expreſſit Celſus cap. 7. lib. 2. his verbis. Solent etiam in graui morbo pedes cum digitis vnguibuſque nigreſcere. Quòd ſi non eſt mors conſecuta, & reliquum corpus inualuit, pedes tamen decidunt.

Μελάνθιον τὸ ἐκ τῶν πυρῶν, melanthium ex tritico, aut triticeum, quodq́; in aruis & tritico naſcitur, non verum ſed pſeudomelanthium dictum intelligi videtur apud Hippocratẽ, quo ad ſuppoſititios peſſos vtitur lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 253. 29. & p. 254. 23.) & lib. περὶ ἀφόρων (pag. 296. 26.) vbi & febres articulorumque tumorem inducere, valde etiam mordax eſſe ſcribitur.

Μελεδαίνειν θεραπεύειν ſignificat & ἐπιμελεῖσθαι, curare, curam habere aut agere. Verbum eſt Ionicum & Hippocrati vſurpatum, vt lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 238. 30.) τὰς δὲ ὑστέρας ὧδε μελεδαίνειν. vteros ſic curato. Sic μελεδαίνοντι, ἐπιμελουμένῳ, θεραπεύοντι, ei qui curam habet, aut curationem adhibet, exponit Gal. apud Hippocrat. in Exeg. Quibus verbis locum Prorrh. 2. (pag. 413. 29.) mihi ſubindicare videtur. τῷ ἰητρῷ τῷ μελεδαίνοντι, medico curanti. Ruſuſque ibidem (pag. 414. 24.) τὸν μελεδαίνοντα, eum qui curat, aut medicum vocat. Erotianus μελεδαίνειν θεραπεύειν exponit & μεριμνᾶν. Quod etiam Ionibus dici annotatur ex Corintho. Μελεδαίνει quoq; Heſychius φροντίζει exponit. Eſt & μελεδαίνεσθαι paſſiua voce ſæpe vſurpatum Hippocrati, vt lib. περὶ φύσ. παιδίου (p. 32. 47.) καὶ κινδυνεύσει ἀποθανεῖν, ἢν μὴ μελεδαίνηται ἐν τάχει. & de vita periclitabitur, niſi breui curetur. Et lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 235. v. 48.) ἢν δὲ ὁ χρόνος πλείων γένηται, καὶ μὴ μελεδαίνηται. Tẽpore verò magis progreſſo ſi non curetur. Iterumque (v. 29.) καὶ ἢν μελεδαίνηται ἐν τουτέῳ, ὑγιὴς ἔσται. & ſi hæc curentur, ſana euadet. Rurſuſque (pag. 251. 23.) τὰ δὲ ἕλκεα μὴ μελεδαίνηται. vlcera verò minimè curentur. Iterumq́ue (pag. 243. 18.) ἢν ἀρχῇ μελεδαίνηται, ſi citò curetur. Libro quoq; περὶ ἀφόρων (p. 291. 9.) ἢν μὲν ἐν ἀρχῇ μελεδαίνηται. & ſi quidem per initia curetur. Et rurſus lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 236. 1.) καὶ ἢν μὴ μελεδαίνηται, neque curetur. Sic μελεδαινομένη quæ curatur, ibidem (p. 232. 29.) & (p. 235. 21.) & (251. 28.) & (p. 244. 7.) Et μελεδαινόμεναι, quæ curantur mulieres, libr. περὶ γυν. φύσ. (pag. 224. 17.) & lib. 2. περὶ γυν. (pag. 271. 1.) Libr. quoque περὶ ἀφόρων μελεδανθεῖσα, hoc eſt curata, ſæpe vſurpatur, vt (pag. 290. 43. & p. 291. 6. 20. 26. 31. 37.) & lib. 1. περὶ γυν. (pag. 243. 6.) Rurſuſque libr. 2. περὶ γυν. (pag. 278. v. 3.) ἄφοροι δὲ πολλαὶ καὶ ἐκ ταύτης τῆς νόσου γίνονται, ἢν μὴ μελεδανθῶσι. Multæ autem, niſi curentur, ſteriles ex hoc morbo euadunt. μελεδανθῶσι tamen leg. malim. Idque iure ſuſpectum videtur, cùm libr. περὶ γυν. φύσ. (p. 215. 13.) vbi eadem in re iſta repetuntur, hæc verba deſiderentur.

Μελεδώνη cura, ſolicitudo, vel curatio dicitur Hippocrati, vt lib. 1. περὶ γυν. (pag. 243. 7.) πλείονος μελεδώνης δέονται, ὅκως μὴ οἱ τὰ ἕλκεα μεγάλα καὶ σηπεδονώδεα ἔσται. maior cura adhibenda erit, ne vlcera magna & putrida euadant. Rurſuſque ibidem (v. 14.) καὶ δέονται πολλῆς μελεδώνης. & multa cura indigent. Et lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 192. 43.) ἀλλὰ χρεία πολλῆς δὲ μάλιστα μελεδώνης. Verùm q maxima curatione opus eſt. Μελεδὼν exponitur Galeno apud Hippocratem in Exeg. ἡ ἐπιμέλεια, cura & ſolicitudo, οὐχ ὡς παρ' Ὁμήρῳ ἡ λύπη, non mœror aut triſtitia quemadmodum apud Homerum. Idem quoque Com. 1. in lib. de art. (pag. 588. 35.) μελεδῶνας τὰς λύπας poëtas vocare ſcribit, ὡσεὶ τὰ μέλη ἐδούσας καὶ κατεσθιούσας, quaſi membra edant vel conſumant. Qua in re nominis notationem ſecutus videtur, eaque ratione curæ edaces Latinis dicuntur, quòd cor vrant & edant. Verùm apud Galenum in Exeg. μελεδώνη pro μελεδὼν leg. videtur, aut certè par eſt Galenum apud Hippocratem μελεδῶνος pro μελεδώνης legiſſe. Erotianus quoq; μελεδῶνας θεραπείας, hoc eſt curationes exponit apud Hippocr. Verùm μελεδώνης aut μελεδῶνος pro μελεδῶνας leg. exiſtimo. Sic μελεδῶνες φροντίδες exponũtur Heſychio. Μελεδὴ etiam dicitur Hippocrati pro μελεδώνη libr. 1. περὶ γυν. (pag. 251. 28.) χρὴ δὲ τὴν μελεδὴν ποιεῖσθαι ἐν τάχει. Curationem autem citò adhibere conuenit.

Μελεδημάτων Erotianus μεριμνῶν, θεραπειῶν, hoc eſt, ſolicitudinum, curationum exponit. μελεδήματα γὰρ λέγεται τὸ μεριμνᾶν καὶ θεραπεύειν. Quæ certè eadem omnino annotantur ex Corintho apud Ionas dici, & à Varino adſcribuntur. Ideoque non parum ſuſpectum Erotiani codicem mihi reddunt, vt exiſtimem ex Lexicographis aut Gloſſariis quibuſdam decerpta eſſe, & ſuperiori capiti [μελεδῶνας] adſcribenda aut veluti interpretamentum quoddam aſſuenda. Neq; enim hanc dictionem apud Hippocr. me legere memini. Apud Herodotum Euterpe μελεδωνὸς

δωνὸς eum cui rei alicuius cura demandata eſt ſignificat, aut præfectum alicui negotio, qui & μελεδωνὸν Vrania vſurpat.

Μελέτη curam, diligentiam, τὴν ἐπιμέλειαν ſignificat Hippocrati, interdum etiam curationem. Lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 244. 8.) χρὴ δὲ τὴν μελέτην ἀτρεκέως ποιέεσθαι ἑλκέων τῶν ἐν τῇσι μήτρῃσιν. Vlcerum verò vteri exactam curationem facere oportet, aut vlceribus vteri exactam curam adhibere. De quibus etiam ibidem dicitur (p. 233. 34.) καὶ δεήσεται προσέχειν τῇ μελέτῃ adhibita cura opus erit. Rurſus lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 210. 40.) & (p. 211. 23.) δέεται μελέτης πολλῆς, multa cura aut curatione indiget. Libr. quoq; de fract. (p. 537. 39.) καὶ οἱ πᾶσαν μελέτην, καὶ πᾶσαν ἐπίδεσιν οἷά τε διαφθείρειν ἐστὶ μὴ ὀρθῶς ποιεύμενα. quamuis, niſi rectè procedant, curam omnem totamq; vinciendi rationem corrũpere valeant. Vbi Galenus μελέτην ἐπιμέλειαν exponit, additq; huius loci aliam eſſe lectionem, καί τι πᾶσαν μελέτην καὶ πᾶσαν ἐπίδεσιν οἷά τε διαφθείρεσθαί ἐστι, μὴ ὀρθῶς ποιευμένην. Quam fortè lectionem ſecutus videtur Erotianus, cùm apud eum μελέτη ἐνέργεια exponitur. Videtur enim omnis actio aut meditatio chirurgica damnari, quæ ſi negligentius adhibeatur, cætera quoq; omnia quæ circa affectam partem rectè fuerant adminiſtrata, labefactare poſſit. Iterũque ibidem (p. 546. 51.) καὶ οὐδεμίη πολλὴ σπουδὴ τῆς μελέτης. Ac neq; multum ſtudium aut diligentiam requirunt. Vbi ſcribit Gal. μελέτης δὲ προσέθηκεν ὅτι τῆς ἐπιμελείας λέγει, κατὰ συνήθειαν τοῖς Ἴωσι. καὶ πολλάκις ἐπὶ τούτου σημαινομένου, καὶ αὐτὸς εἰρηκέναι ὁ τοῦ προσηγορία. Conſtat autem ipſum μελέτην τὴν ἐπιμέλειαν ex Ionum conſuerudine dicere, ipſumq; ſæpius in eo ſignificato hac appellatione vti. Rurſus etiã ibidem (p. 571. 44.) μελέται γὰρ μελετέων μέγα διαφέρουσι, καὶ φύσιες φυσίων τῶν σωμάτων εἰς εὐφορίην. Curationes enim & corporũ naturæ, quod ad ferendi leuitatem attinet, longè aliis aliæ præſtant. Lib. quoq; de art. (p. 625. 35.) καὶ ἢν μὲν αἷμα ἀποπτύσῃ κατ' ἀρχὰς, τεσσαρακονθήμερον ἡ μελέτην, καὶ τὴν ἐπίδεσιν ποιέεσθαι χρή. ἢν δὲ μὴ πτύσῃ τὸ αἷμα, ἀρκέει εἴκοσιν ἡμέρῃσιν ἡ μελέτη. Quòd ſi ab initio quidẽ ſanguinẽ expuat, quadraginta diebus circa curationem & deligationem diligẽtia adhibenda, aliôqui ferè viginti dierum curatio abundè eſt. Hinc μελετᾶν apud Hippocratem ἀσκεῖν & ἐπιμελεῖσθαι interdum ſignificat, curare, diligentiam adhibere, exercitationẽ, meditationem & animi cogitationem adhibere. Velut libro primo Epid. (pagiua 366. verſic. 43.) μελετᾶν ταῦτα. In his collocanda eſt opera, hoc eſt, in hæc artis præcepta tota animi cogitatione incumbendum. Vbi Galenus μελετᾶν ἀντὶ τοῦ ἀσκεῖν poſitum ſcribit, aliàs verò ſæpe μελέτην τὴν ἐπιμέλειαν Hippocrati dici. Iubet enim Hippocrates Medicum circa præcipua artis præcepta meditationem adhibere, adidque tota exercitatione anniti, vt commodet, & ne quid offendat. Sic μελετᾶ ἀσκεῖ, ἐπιμελεῖται, exponitur Heſychio, & μελέτη ἄσκησις. At libro περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν, μελετᾶν curam aut curationem adhibere ſæpe ſignificat (vt pagina 202. verſic. 17.) μετὰ δὲ τῆς νόσου τὴν κρίσιν μελετᾶν. poſt autem morbi iudicationem cura ſuſcipienda. Et (pagina 203. verſic. 43.) τοῦτον ὁκόταν οὕτως ἔχῃ μελετᾶν τοῖσιν αὐτοῖσι φαρμάκοισι καὶ ἐδέσμασι. hunc ita habentem iiſdem medicamentis & cibariis curato. Et (pagina 206. verſic. 8.) καὶ τἄλλα μελετᾶν οἷσι καὶ τοὺς πρόσθεν ἰκτερικούς. De reliquo iiſdem quibus priores arquatos curato. Et (pagina 207. verſic. 13.) τοῦτον ὁκόταν ὧδε ἔχῃ, μελετᾶν οὕτως. hunc ita habentem ſic curato. Et (pag. 209. 6.) τοῦτον μάλιστα μὲν κατ' ἀρχὰς βούλεσθαι μελετᾶν. hunc maximè quidem circa initia curare velis. Sic μελετᾶσθαι ſæpe, curari, vt (pag. 201. verſic. 31.) καὶ μὴ παραχρῆμα μελετηθῇ, ac non confeſtim curatus fuerit, & pag. 203. 37. & p. 204. 34. & p. 205. 37. & p. 208. 26. & p. 210. 3.) Et μελετώμενος qui curatur (pag. 208. 23. 27. & 49.) atque aliàs ſæpe. Libri verò 1. περὶ γυναικ. (p. 238. v. 39.) μελέτη pro exercitatione Veneris ſumitur. προθυμίην γὰρ σφίσι ποιέει ἡ μελέτη. Alacritatem enim iis inducit Veneris vſus & exercitatio.

Μέλι κέδρινον, mel Cedrinum dicitur Hippocrati, libr. de Vlceribus (pagina 514. verſic. 35.) mel quod ex Cedris roris modo defluit & colligitur, cuius magna eſt copia in Libano monte, vbi cedrus eſt frequentiſſima. Idque coriis ſuper terram extenſis, & excuſſis arboribus in ollas & fictilia excipi, melque roſcidum & aërium vocari teſtatur Gal. libr. 3. de alim. fac. cap. de Melle. Sunt qui mel ſimpliciter intelligant, & κέδρινον cedriam, cedri lachrymam aut liquorem capiant. Quidam etiam eo nomine mannam apud Hippocratem deſignari contendunt, vt antea ſcripſimus.

Μελιηδὴς οἶνος vinum dulce & mellei dulcoris aut coloris, vt fuluum & flauum dicitur Hippocrati, aut melli ammixtum. Sic enim μελιηδέα οἶνον Gal. in Exeg. apud Hippocr. exponit, οὐ μόνον τὸν ἡδὺν, ἀλλὰ καὶ τὸν μέλιτι μεμιγμένον non tantùm vinum dulce, verumetiam melle mixtum, ex libr. 1. de Morb. maiore. Legitur tamen apud Hipp. lib. 2. de Morb. paſſim inſcripto (p. 145. 21.) & οἶνον μελιηδέα πίνειν ſcribitur in omnibus exemplaribus. Apparet autem Galen. μελιηδέα legiſſe, quemadmodũ apud Homerum ſæpe ſcribitur, vt Il. ζ. (v. 258.) & Il. μ. (v. 320.) & Il. σ. (v. 545.) Eſt & μελιηδὴς οἶνος apud Hip. lib. περὶ παθῶν (p. 188. 49.) idẽ quod μελιηδὴς qui & μελίχρως Hippocrati dicitur, vt poſtea ſcribemus.

Μελικηρὶς abſceſſus nomen eſt, & in tumoribus præter naturam annumeratur, humoremq; melli ſimilem continet, vnde etiam nomẽ ſibi vendicat, Gal. lib. de tumor. præter nat. (p. 355. 31.) & lib. 14. Meth. med. cap. 12. & Paulo cap. 34. lib. 4. & Aëtio c. 7. lib. 16. Sic μελικηρίδας in abſceſſuũ genere ex omnia humorũ redondãtia recenſet Hip. Prorr. 2. (p. 424. 9.) Aliôqui μελικηρὶς vlceris ſpecies eſt

cutim capitis perrodens, quod propriè κηρίον nominatur, μελικηρίδα vocat Aëtius lib. 2. tetrab. 2. cap. 68. Autbor etiam Medici inter capitis affectus μελικηρίδα reponit (p. 387.32) Meliceriã nominat Celſus (ſi modò vera eſt ſcriptura) eamq; duplicem deſcribit cap. 28. lib. 5. Eſt etiam Meliceria eidem ſaniei vlcerum ſpecies quædam capite 26. lib. 5.

Μελίκρητον aqua mulſa eſt Hippocrati cuius facultas & vſus in morbis acutis definitur lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 74.47.) Sed & μελίκρητα ὑδαρέα αὐτὶ τῦ μελικρήτου ὑδαρὲς, ſæpe vſurpat Hippocrates, vt lib. 2. de Morb. (pag. 142.19. (μελίκρητα διδόναι ἐπιπίνειν ὑδαρέα, aquam mulſam aquoſam inſuper bibendam exhibere. Rurſus ibidem (v. 26.) πινέτω τὰ διουρητικὰ καὶ μελίκρητα ὑδαρέα. vrinam cientia ebibat & aquam mulſam dilutam. Iterumque ibidem (pag. 143. v. 15.) πινέτω δὲ μελίκρητα ὑδαρέα, bibat autem aquam mulſam dilutam.

Μελίχροος aut μελίχρως & μελιχρὸς οἶνος dicitur Hippocrati, vinum mellitum, dulce, cuique mel ammixtum eſt. Sic enim μελιηδέα οἶνον μελίχροον dici apud Hippocratem ex libr. 1. de Morb. maiore teſtatur Galenus in Exegeſi. Qui locus legitur lib. 2. de Morb. paſſim inſcripto (pag. 142. 23.) καὶ ἐπιπίνειν οἶνον μελιχρὸν, & vinum mellitum, aut dulce ſuperbibat. (Sic enim illîc legitur cùm μελίχροον legiſſe Galenum conſtet) Rurſus lib. περὶ παθῶν (pag. 186.38.) καὶ τὸν οἶνον μελιχρὸν, παλαιὸν, λευκὸν, ὑδαρέα. & vinum mellitum, vetus, album, aquoſum. Iterumque ibidem (p. 187. 41.) καὶ οἱ μελιχροὶ παλαιοὶ τὴν κοιλίην ὑπάγουσι, & vina mellita antiqua ventrem ſubducũt. Et lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 266.29.) in fluore muliebri fuluo, vtitur οἴνῳ λευκῷ μελιχρῷ vino albo mellito & aquoſo. Μελίχροον aliàs vocat, libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 196.42.) οἶνον πινέτω λευκὸν μένδαιον μελίχροον. vinum Mendæum bibat album, mellitum. Et libr. 1. περὶ γυναικ. (pag. 251.8.) οἴνῳ μελιχρόῳ, vino mellito. Vbi certè vinum mellei coloris ſumit Cornarius, non melleæ dulcedinis, quale eſt fuluum. κιῤῥὸν ibidem vocat Hippocr. & libr. 2. περὶ γυναικ. (pag. 266.32.) Sic μελιχρὰ ὀρειμηλίδες, χροιὰν ἔχουσαι μέλιτος καὶ κιτρειοειδῆς, hoc eſt, mellei coloris aut citrei poma montana exponũtur Scholiaſtę apud Theocrit. Idyl. 5. & ἡδεῖαι, dulçia aut mellita. Et μελίχλωρον etiam Idyl. 10. τὴν ἑρμηνείαν κατὰ τὸ χρῶμα μέλιτα, τουτέστι ὠχρὸν, flauam & mellei coloris exponunt. Etſi μελίχλωρον paſſim legitur apud Theocritũ, & μελανόχρωτα ἠρέμα, ἢ οὐ λίαν μέλαινα, h.e. fuſcam, non valde nigram illîc explicat Scholiaſtes. Verũm Lucretiũ lib. 4. μελίχρωον vt & Scholiaſten legiſſe apparet, cùm de amatoribus amaſiarum vitia extenuantibus ſcribit.

*Nec ſua reſpiciunt miſeri mala maxima ſæpe.*
Nigra μελίχροος immunda & fœtida, ἄκοσμος.

Qui certè locus non dubia fide illud Theocriti Idyllion reſpexiſſe videtur, vt doctiſſimè animaduertit Henric. Stephanus in ſuis Annot. Melle autem vino commixto mulſum fiebat, vt docet Dioſcorides, & ex Maſſico vino & melle Attico optimum mulſum commendabatur, de quo Martialis.

*Tam bene rara ſuo miſcentur cinnama nardo,*
*Maſſica Theſeis tam bene vina fauis.*

Quin & apud Horatium Satyr. 4. libr. 2. ſerm. Aufidius forti miſcebat mella falerno, Mendosè. Et mel vino commiſceri docet Plutarchus lib. 4. Sympoſ. probl. 5. Sunt & μελιχροὶ κύαμοι Hippocrati fabæ cum melle admixto, fabæ mellitæ, aut melle conditæ, lib. 7. Epid. (pag. 354. 4.) κυάμοισι δὲ χρωμένη μελιχροῖσι, fabis verò mellitis vſa. Et rurſus ibidem (v. 30.) κυάμοισι μελιχροῖσιν ἐχρῆτο, fabis cum melle vtebatur, in anheloſa difficultate ſpirandi laborante.

Μεμαθήκασι, εἰώθασι exponit Erotianus apud Hippocratem, quod eſt conſueuerunt. ἡ γὰρ μάθησις (vt ſcribit) ἔθους ἐστὶν ἄσκησις. Conſuetudinis enim exercitatio eſt diſciplina. Sic enim leg. exiſtimo, cùm aliôqui vitioſa ſit Erotiani ſcriptio. Eam autem dictionem ſæpiùs vſurpat Hippocr. vt lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 100.24.) μεμαθήκασι δὲ μακροὶ οἱ πυρετοὶ οὐδὲ γίγνεσθαι. Conſueuerunt autem febres hæ protrahi. Et rurſus ibidem (pag. 110.2.) τούτους δὲ χρὴ πίνειν ἔλασσον ἢ μεμαθήκασιν, hos autem ſolito minus bibere oportet. Rurſuſque lib. περὶ ἱερῆς νόσ. (pag. 60. 24.) ἔνθα αὖ αἱ ὀδύναι μεμαθήκασι γίνεσθαι, vbi dolores fieri conſueuerunt. Qui locus iiſdem verbis repetitur libr. περὶ φύσ. ἀνθρώπ. (pag. 24.8.) Eadem quoque notione hæc locutio ſæpe ponitur apud Hippocratem, vt libr. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 109. 29.) πολλάκις γὰρ μεμαθήκασι ἐκ κραιπάλης καὶ βρωμάτων φυσωδέων ἀλγήματα, καὶ εἰς ὀσφῦν καὶ ἐς ἰσχίον. Sæpius enim dolores ex crapula & eduliis flatulentis, & ad lumbos, & ad coxam venire conſueuerunt. Iterum ibidem (v. 39.) καὶ γὰρ ἐκεῖνοι αὖ μὴ μεμαθηκότες ἀριστᾶν. Nam qui prandere non ſueti. Rurſuſque ibidem (pag. 110. 15.) ἢ εἴ τι ἄλλο ἄλγημα εἴη, μεμαθηκὸς πρόσθεν. & ſi quis alius dolor antea infeſtare ſit ſolitus. lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 7. 25.) ἢν τὰ σιτία ἃ μεμαθήκει ἅπαξ ἀναλίσκειν. ſi quantum cibi ſemel abſumi conſueuit. Et rurſus (v. 26.) ἀριστᾶν μεμαθηκώς τις, qui prandere eſt ſolitus. Et iterum (v. 33.) τῷ μεμαθηκότι μονοσιτέειν, ſemel tantùm cibum capere aſſueto. Et (verſ. 37.) ὁ δὲ μεμαθηκὼς ἀριστίζεσθαι. prandêre conſuetus. Sic etiam lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 190.26.) ἔλαττον ἢ ὡς μεμαθήκει φαγέτω, & minùs quàm conſueuerit edat. Et rurſus ibidem (p. 197.15.) ἃ μεμαθήκει ἐσθίειν, quæ comedere ſit ſolitus. Et libr. 1. περὶ γυναικ. (pag. 235.17.) καὶ ἀρχομένης μὲν τῆς νόσου, καθαίρεται τὰς ἡμέρας ἃς μεμαθήκει οὐ πλέονας. initio quidem morbi, dies quibus conſueuit, nec plures, purgatur. Et (pag. 237.36. ἐμέτοισι χρῆσθαι πρὸ τῶν ἡμερέων, ὧν μεμαθήκει τὰ ἐπιμήνια γίνεσθαι. Vomitionibus vtatur ante eos dies quibus menſtrua fieri conſueuerunt. Et (pag. 248. 20.)

20.) ἐπὴν μάθῃ ὁ σπλὴν ἕλκειν εἰς ἑωυτόν. vbi lien ad ſeſe trahere conſueuerit. Ruſuſq; lib. 2. (pag. 270. 25.) πρότερον ἢ ὕστερον τῆς μαθήσιος, prius aut poſterius ſolito. Eadem etiam notione μάθησις τὸ σύνηθες quod eſt conſuetum aut ſolitum ſignificat Hippocrati, plebeia & vulgari locutione. Vulgus enim ſe nõ didiciſſe dicit, pro nõ conſueſſe. lib. 1. περὶ γυν. (pag. 234. 43.) ἐπὴν κενεαγγήσῃ ἢ ταλαιπωρήσῃ πλείονα τῆς μαθήσιος. vbi euacuata fuerit, aut plus ſolito laborarit. Quod ibidem (v. 35) de menſtruis dicitur, ἢν πλείονας ἡμέρας τῆς συνήθεος φανῇ, ſi pluribus quàm conſueuerint diebus decurrant. vbi Regia exemplaria manuſcripta pro συνήθεος μάθιος legunt, quemadmodum etiam ſcribitur (pag. 248. 28.) ἢ ἐπὴν πλείονα τῆς μάθιος φάγῃ, vbi plus ſolito cõederit.

Μεμιασμένον μεμολυσμένον, hoc eſt fœdatum, inquinatum exponit Galenus in Exeg. apud Hippocratem, ὡς καὶ παρὰ τῷ ποιητῇ, velut etiam apud Homerum. Quibus ſanè verbis mihi videtur locus lib. de ſacro morbo ſubindicari. (p. 123. 33.) ἀλλὰ κἢν τυγχάνῃ ὑπὸ ἑτέρου μεμιασμένον, ἤ τι πεπονθός. Verùm etiamſi cõtingat ab alio inquinari, aut aliquid pati. vbi etiã μιαίνεσθαι & μιάσματα, de corporis inquinamentis, quib. expiantur homines & purgantur, ſæpe ponuntur, vt ibidem (v. 26.) καθαίρουσι γὰρ τοὺς ἐχομένους τῇ νόσῳ αἵμασι, καὶ τοῖσιν ἄλλοισι τοῖσι μιάσμασιν ἔχοντας. Expiant enim morbo correptos ſanguine, & aliis inquinamentis detentos, aut ſceleribus contaminatos. Et (v. 32.) ἡ μέν τοι ἔγωγε ἀξιῶ ὑπὸ θεοῦ ἀνθρώπου σῶμα μιαίνεσθαι. Non tamen exiſtimo hominis corpus à Deo coinquinari, fœdari. Et (v. 33.) ἐθέλοι ἂν ὑπὸ τοῦ θεοῦ καθαίρεσθαι, καὶ ἁγνίζεσθαι μᾶλλον ἢ μιαίνεσθαι. Velit potiùs à deo expiari & purificari, quàm inquinari. Sic ibidem (v. 37.) μιαινόμενοι, conſpurcati, cõtaminari & coinquinari. Certum autem eſt μιαίνεσθαι ea notione crebro Homero vſurpari. At μεμιασμένον ab Erotiano expoſitum apud Hippocr. λοιμῶδες γεγονὸς, peſtilentia infectũ, aut peſtilens effectum, huic certè loco parum conuenire mihi videtur: exiſtimoque locum libri περὶ φυσῶν ab Erotiano ſubindicari (p. 118. 46) ὅταν τὸ ὁ [πνεῦμα] ἢ πλέον, ἢ ἔλασσον ἢ καὶ ἀθροώτερον, καὶ μεμιασμένον νοσηροῖσι μιάσμασιν ἐς τὸ σῶμα εἰσέλθῃ. vbi is [ſpiritus] aut copioſior, aut parcior, aut cumulatior, aut inquinamentis morbidis infectus, corpus ſubierit, hoc eſt peſtilentia corruptus, aut peſtilens effectus. Sic enim νοσηρὰ μιάσματα, νοσηρήν τινα ἀπόκρισιν vocat Hipp. in his quæ adiecta ſunt lib. de natura hum. (p. 20. 23.) ἀναθυμίασιν ἰδιότητα μᾶλλον ὅλης τῆς οὐσίας, οὐχ ἁπλῆν ποιότητα λυμαινομένην τῷ σώματι, exponit Gal. h. e. expirationem totius ſubſtantiæ proprietate potius, quàm ſimplici qualitate corpori infeſtam. Et poſtea (pagina 119. verſic. 10.) quoque huiuſmodi μιάσματα, ἃ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει πολέμιά ἐστι hominum naturæ inimica, vocantur. Apud Heſychiũ quoq; μεμιασμένα μεμολυσμένα & μεμιγμένα exponuntur, hoc eſt, fœdata, inquinata & permixta.

Μεμολυσμένους quidam τοὺς κατεψυγμένους, hoc eſt, perfrigeratos, nonnulli etiam τοὺς ἐσκιρρωμένους καὶ λιθώδεις, hoc eſt induratos & lapideos eſſe exiſtimarunt apud Hippocr. vt ſcribit Gal. in Exeg.

Μεμόρηκεν etiam Gal. συνείληκεν, hoc eſt cõuoluit, exponit in Exeg. apud Hipp. ἀπὸ τῶν μηρυομένων ἐρίων, à lanis quæ dum deducuntur aut nentur, in glomum cõuoluuntur. Eſt autem μηρύειν ſtamen deducere & nere, ὑφαίνειν & κλώθειν exponitur & συνάγειν, quod & μηρύσασθαι ex Heſiodo dici annotatur. Sic & μήρυμα νῆμα dicitur filum ſeu ſtamen nendo deductum & in glomum aut licium glomeratum, pro quo μήρυγμα τὸ ἐκτρεφόμενον exponitur Heſychio, & μηρυομένη ἐκτρεφομένη. Quare nõ dubiũ eſt viciatam eſſe Exeg. lectionẽ & μεμήρυκεν legendum & μηρυομένων ἐρίων, ac poſt μεληδία in ſerie alphabetica collocandum, vt fecit Cornarius. Etſi μεμόρηκεν legitur lib. περὶ ὀστέων φύσ. (p. 62. 32.) δυσκρίτους φλέβας μεμόρηκεν pro μεμήρυκεν. ægrè diſcretas venas conuoluit, deduxit.

Μεμορωμένα vide in μόρωσις poſtea.

Μενδήσιον μύρον vnguentum Mendeſiũ, quo vtitur Archigenes apud Gal. lib. 2. Com. phar. κατὰ τόπ. (p. 183. 7. in capitis dolore ex ebrietate. vbi etiam μενδήσιος οἶνος, vinum Mendeſiũ commemoratur, vt Hippocrati quoq; libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 196. 2.)

Μένος, vim, vehementiam aut robur ſignificat, vt τὸ οἴνου μένος, vini vis ac potentia, lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 82. 46.) ἧττον γὰρ ἂν ἅπτοιτο τὸ ἀπὸ τοῦ οἴνου μένος ἅπτοιτο τῆς κεφαλῆς ἢ γνώμης. Hac enim ratione vini vis minus caput & mentem tentauerit. Eſt autem dictio poetica Homeroq; admodum familiaris.

Μεντάγρα ex Lichenum genere Latinè vſurpatũ vocabulum (vt ſcribit Plinius) & ex dictione Græca & Latina compoſitum. Cùm enim Lichenes Tiberii Claudii Cæſaris principatu nouus & grauiſſimus morb. cenſerẽtur, quoniã à mento ferè oriebãtur, ioculari primùm laſciuia (vt eſt procax natura multorũ in alienis miſeriis) mox & vſurpato vocabulo, mentagrã appellauere, occupãtẽ in multis totos vtiq; vultus, oculis tantùm immunibus, deſcendentem verò in colla, pectuſq; ac manus, fœdo cutis furfure. Plin. lib. 26. cap. 1. Mentagram autẽ eſſe ex Lichenum genere ſatis oſtendit quod ſcribit Gal. lib. 5. κατὰ τόπ. (p. 227. 44.) in Ecdorio Lichenum Pamphili. Etſi apud Gal. μαντάγρας ſæpius pro μεντάγρας vitioſè ſcribitur, vt patet ex Aëtio, qui Tetrab. 2. lib. 4. cap. 16. Phamphili Ecdorium etiam illud repetens, eo ſe vſum & plurimùm profeciſſe ſcribit, ἐπικρατούσης ἐν πόλει τῆς μεντάγρας λεγομένης, ὅ ἐστιν ἄγριος λειχήν. Qua etiam dictione iterum ibidem vtitur Aetius in alio Ecdorio.

Μεσηγὺ ἐν μέσῳ, quod eſt in medio, exponit Erotianus apud Hippocrat. Verùm μεσηγὺ legitur paſſim & μεσσηγὺ, vt apud Homerum. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 85. 48.) μεσηγὺ μέν τοι ὀξυμέλιτος καὶ μελικρήτου. Et lib. de

att.(pag.654.20.) εἶτα διαθεὶς τὸν πῆχυν μεσηγὺ τοῦ περιναίου καὶ τῆς κεφαλῆς τοῦ μηροῦ ἐξεστηκυίης. deinde cubitum inter capur femoris elapſum & interfœmineum medium collocare debet. Et ibidem (v. 19.) ἀναίρεσθαι τὸν πῆχυν μεσηγὺ τῶν μηρῶν. cubitum inter femora inſertum. Rurſus ibidem (pag.655.21.) ἀλλὰ μεσηγὺ τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ περιναίου. ſed inter caput femoris & interfœmineum. Et rurſus ibidem (pag. 598.13.) κατὰ δὲ τὸ μεσηγὺ τῶν ὠμοπλατέων, iuxta medias autem ſcapulas. Atque aliàs ſæpe μεσηγὺ non μεσηγὺ apud Hippocratem legitur.

Μεσόβλημα dictum Hippocrati ſcribit Galenus in Exeg. ὡς εἰ καὶ μεσίντη ἔλεγεν, quaſi medium quiddam diceret. Verùm illud μεσόβλημα & μεσίντη non parum ſuſpecta ſunt, tum quòd nuſquam apud Hippoc. reperias, tum quod exemplaria quædam Galeni, μεσόκωλον, ὡς εἰ καὶ μεσεντέριον ἔλεγεν, ſcribunt. Quæ neque tamen germana videtur lectio, ſed ex qua certè veram coniectura elicere queas. Nam & ſcribendum & legendum exiſtimo, μεσοκώλον, ὡς εἰ καὶ μεσεντέριον ἔλεγεν, vt ſit μεσοκώλον, ac ſi μεσεντέριον diceret. Quibus ſanè verbis hanc dictionem μεσοκώλον ex aph. 6. ſect. 4. lib. 6. Epid. non aliter quàm in Commentario illius ſententiæ explicat. Illîc enim ἐκ τῶν μεσοκώλων ὡς εἰ καὶ μεσεντερίων εἰρήκει, ſcribit. Quòd velit Hippocratem cenſuiſſe hominis inteſtina craſſiora (quæ illîc κῶλα dicuntur) ex meſocolis depēdēre, quaſi meſenteriis dixerit, hoc eſt medianis quibuſdam membranis ac velut interſtitiis, quæ μεσόκωλα dicuntur. Nam μεσεντέριον nomen generalius eſſe ſcribit Gal. & tam ad tenuia inteſtina quàm craſſa pertinere, & corpus illud membranoſum craſſum inteſtina connectens indicare. μεσοκώλον verò nomen εἰδικώτερον eſſe, & ad craſſiora tantùm inteſtina ſpectare; velut ſi quis eam meſenterii partem, quæ tenuia inteſtina connectit, μεσονήστιον vocaret, ſi vſus ferret, quod tamen μεσαραῖον. quaſi in medio tenuium inteſtinorum, aut ventre poſitum, dici poteſt, cùm ſit ἀραιὴ Heſychio γαστὴρ καὶ λεπτὰ ἔντερα. Et re vera Galenus meſenterium illîc bipartitum facit, ex duplici inteſtinorum differentia, etſi continuum ſit, & omnia inteſtina vna perpetuitate cōnectens, cuius pars craſſiora inteſtina complectens μεσόκωλα dicuntur. Μεσοκώλον autem legitur etiam apud Hippocratem lib. περὶ ὀστέων φύσ. (pag. 59.3.) vbi quoque eadem ſententia repetitur, vitioſè tamen ſcripta, vt cuiuis patet.

Μεσόδμη dicitur trabs grandior tranſuerſa, quæ ab vna domus parte ad alteram pertinet, aliaſque trabes minores ſuſtinet. Dictio eſt lib. de art. vſurpata (pag.653. 48. & 51.) κρεμάσαι χρὴ τὸν ἄνθρωπον τῶν ποδῶν πρὸς μεσόδμην δεσμῷ δυνατῷ, μαλθακῷ δὲ καὶ πλάτος ἔχοντι. Homo pedibus ex tranſuerſa mediæ domus trabe, vinculo valido, molli tamen & lato, ſuſpendatur. Et rurſus, χρὴ δὲ καὶ ἐπάνωθεν τῶν γουνάτων προσπεριβεβλῆσθαι, πλάτει ἱμάντι καὶ μαλθακῷ ἀνατείνοντι εἰς τὴν μεσόδμην. Supra genua quoque inſuper lorum latum ac molle, quod ad eandem trabem pertingat, circumdandum. Vbi Gal. μεσόδμην dici ſcribit τὸ μέγα ξύλον ἀπὸ τοῦ ἑτέρου τοίχου πρὸς τὸν ἕτερον διῆκον, ἔν τε τοῖς τῶν πανδοχείων οἴκοις τοῖς μεγάλοις ἐν οἷς ἵστανται τὰ κτήνη, καὶ κατ' ἀγρὸν ὁμοίως ἐν τοῖς γεωργικοῖς οἴκοις. hoc eſt, tignum magnum tranſuerſum, ab vno domus pariete ad alterum pertingens, quod in magnis diuerſoriorum ſtabulis, nec non in agris, vbi iumenta manent, habetur. At in Exeg. vocum Hippocratis μεσόδμην exponit, ἢ καθ' ἕνα οἶκον εἰς δύο μεμερισμένον διορίζουσα τοῦ δοκοῦ εἶρξις, οἷον μεσοδέμη τις οὖσα. τινὲς δὲ καὶ τὸ ὑπερκείμενον στέγος μεσόδμην καλοῦσι. trabis moles & obſtaculum domum duas in partes ſeparantis, velut ſtructura quædam media. Quidam etiam ſuperimpoſitum tectū ita vocari volunt. Quibus in verbis οἷον μεσοδόμη τις lego cum Cornario, aut μεσοδόμησις οὖσα, vt medium quendam murum aut ædificium, vel mediam potiùs ſtructuram intelligas, cùm paſſim vitioſa ſint Exegeſeωs exemplaria. Μεσόδμαι καὶ μεσόδματα dicuntur Heſychio τὰ μεσόστυλα, vel τὰ τῶν δοκῶν διαστήματα, trabium aut poſtium quędam ſeparationes, ac velut intercolumnia. Eſt & μεσόδμη in nauibus ἡ ὀπὴ δι' ἧς ὁ ἱστὸς ἐνείρεται. foramen in media naui cui malus inſeritur. ἢ τὰ μέσα ξύλα τῆς σχεδίας ἢ τοῦ πλοίου, trabs tranſuerſa pertuſa per quam malus demittitur & à qua retinetur, aut ἡ ἱστοδόκη, ὅπου τίθεται ὁ ἱστὸς ἢ κλίνεται. Quam dictionem vſurpat Homerus ὀδυσ. β. & τ. In domibus & ædificiis μεσόδμαι dicuntur τὰ μεσόστυλα κατ' Ἀρίσταρχον, vt ſcribit Varinus, καθ' ἑτέρους δὲ τὰ μεταξὺ τῶν δοκῶν. ἄλλοι δὲ διαφράγματα μεταξὺ τῶν κιόνων.

Μετὰ præpoſitio plærumque Hippocrati ponitur pro μετὰ ταῦτα, deinde, poſthæc, idque Ionum more, vt ſcribit Gal. Com. 3. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 84.15.) καὶ γὰρ ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ καὶ ἐν ἄλλοις Ἱπποκράτης φαίνεται χρώμενος τῷ μετὰ προθέσει, κατὰ τὸ τῶν Ἰώνων ἔθος ἐλλειπτικῶς. Nam & in hoc libro & in aliis, Hippocrates præpoſitione μετὰ pro Ionum conſuetudine per defectum vti videtur.

Μεταβάλλειν, mutare, immutare, quod μεταλλάσσειν dicitur Hippocrati, ac pręcipuè de victus ratione & temporum cōmutatione effertur, vt lib. περὶ φύσ. ἀνθρώπ. (pag.20.15. & 24) διαιτήματα μεταβάλλειν, victus rationem immutare, & διαιτημάτων μεταβολὴ ibidem (verſ. 12.) quod μεταβάλλειν interdum ſimpliciter dixit Hippocrat. lib. 7. Epid. (pag.367.17.) οὐ μετέβαλλε, de eo qui in victus ratione nihil immutauerat. Sunt & αἱ μεταβολαὶ τῶν ὡρέων αἱ διαδοχαὶ (vt exponit Galenus) hoc eſt temporum inuicem commutationes & ſucceſſiones, aphor. 1. lib. 3. quæ etiam μεταλλαγαὶ dicuntur. Μεταβάλλειν etiam ἀντὶ τοῦ μεταβάλλεσθαι apud Hippocrat. ſumi videtur, quemadmodum Budæus ex Ariſt. annot. libr. de Morb. ſacro (pag. 126. 7.) ἐπειδὰν ἐξαπίνης μετὰ βόρεια πνεύματα νότος μεταβάλλῃ. vbi de repente poſt Aquilonares ventos Auſter mutatus

tatus fuerit, hoc eſt flare cœperit, aut tempeſtatem immutarit. Rurſus ibidem (p. 127. 33.) καὶ τὸ σῶμα ποιέει αἰσθάνεσθαι καὶ μεταβάλλειν ἐν τῇσι ἀλλαγῇσι τούτων ἐν τῇσι μεταλλαγῇσιν. & corpus ſentire faciat, & immutetur ex horum ventorum alterationibus.

Μετακέρασμα ſignificat apud Hippocr. mediam quandam mixturam aut temperamentum, lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 84. 12.) καὶ μετακεράσματα πολὺ ἑτοιμάσθαι. multa quoq; mediæ mixtionis temperatura paranda. Sic enim vocat variam aquæ tepidæ mixturam, ac multas temperationes, cùm vna exactè ſit tepida, altera minus, & tertia adhuc minus, ſic paulatim ad frigidã declinãdo. Neq; enim vult ægrum è ſolio ſtatim ac repente ad frigidam tranſire, verùm paulatim eam mutationem fieri. Vbi Gal. μετακέρασμα κέρασμα mixtionem ac mixturam ſimpliciter exponit, additq; μετακέρασμα aut μετὰ κέρασμα legi poſſe eadẽ notione. Quem ſanè locum mihi ſubindicare videtur Gal. in Exeg. cùm μετακιρᾶσαι ex lib. de rat. vict. in morb. ac. τὸ γαλακτῶδες σύγκραμα, hoc eſt, lacteum temperamentum aut mixturam exponit. Vitioſam enim eſſe ſcriptionẽ illam ſatis apparet, & pro μετακιρᾶσαι μετάκερας aut μετακέρασμα legendum, vt habent omnia exemplaria libr. de rat. vict. in morb. ac. Eſt autem μετάκερας Heſychio τὸ εὔκρατον ὕδωρ, ἢ χλιαρόν, aqua temperata aut tepida, qualis ſumitur apud Hip. etſi vitioſè μετακέρας apud Heſychium ſcribitur. Nam μετάκερας, ατος, ex Athenæo legẽdum apparet, qui ſcribit lib. 2. (pag. 20.) Ἀθηναῖοι δὲ μετάκερας καλοῦσι, τὸ χλιαρόν, ὡς Ἐρασιστράτης φησὶν, ὑδαρὲς (φησὶ) καὶ μετάκερας. Et lib. 3. idem ferè repetens, & ex Alexide in Locris, τὸ δὲ πνῖγος περιέχειν, ἡ μὲν τὸ θερμὸν, ἡ δὲ ἑτέρα μετάκερας. Et ibidem ex quodam poeta. αὐτὰρ ἐπεὶ ὕδωρ ἐσεγχεῖν θερμόν, ἄλλος μετάκερας. Vbi ὕδωρ μετάκερας, aquam temperatam & medii temperamenti ſignificat, hoc eſt, ex frigida & calida mixtam & tepidam, aut lactei teporis ac temperamenti, vt ſumit Gal. Sic etiam μετακέρασμα medium quoddam calidi & frigidi temperamẽtum dicitur Plutarcho lib. περὶ πρώτου ψυχροῦ, ὅτι θερμὸς ὢν αὐτός, ὅτι ψυχρός, ἀλλὰ ψυχροῦ καὶ θερμοῦ μετακέρασμα καὶ κοινώνημα. neque calidus ipſe, neq; frigidus, ſed frigoris & caloris medium quoddam temperamentum & communio.

Μετακινήματα τῶν ὀψίων, pupillarum dimotiones, emotiones, tranſmotiones, Prorrh. 2. (p. 420. 8.)

Μεταπίπτειν plærumq; de morbo dicitur qui in aliam tranſmutatur ſpeciem, quando priore ceſſante morbo alter ſuperuenit, aut prior morbus in alium degenerat, velut pleuritis in peripneumoniam tranſmutatur, aphoriſm. 11. libr. 7. Interdum etiam de humorum transfluxu & tranſpoſitu effertur, vbi locum ſubinde commutant; vt Prorrh. (pag. 193. verſ. 4.) ἐκ νώτου φρίκαι πυκναὶ ὀξέως μεταπίπτουσαι, ex dorſo crebri horrores ſubinde locum commutantes. Sic de ſymptomatum in contraria permutatione, in Prorrh. (p. 184. 1.) ἄκρεα ἐπ' ἀμφότερα ταχὺ μεταπίπτοντα, celeres ſummitatum corporis in vtraq; extrema permutationes. Et rurſus ibid. (p. 174. 39.) ἐν τοῖσι φρενιτικοῖσιν ἐν ἀρχῇ τὸ ἐπιεικὲς, πυκνὰ δὲ μεταπίπτειν, κακόν. In phreniticis initio moderatum eſſe, crebrò verò permutari, malum eſt. Rurſuſque ibidem (pag. 178. 11.) τὰ ἐν φρενίτισι πυκνὰ μεταπίπτοντα. crebræ in phreniticis tranſmutationes. Quod certè ex humorum transfluxu ac tranſmutatione contingit, qui ſua qualitate varia adferunt ſymptomata, variaſque gignunt permutationes, μεταρρύσεις vocat Galenus.

Μετέωρον ὑψηλόν, ſublime exponit apud Hippocratem Erotianus, nimirum locum libr. 2. περὶ γυναικ. (pag. 271. v. 2.) ſubindicans. καὶ τὸ πνεῦμα μετέωρον. & reſpiratio ſublimis inſit. Eſt & μετέωρον πρόσωπον, facies eleuata, tumida, in tumorem ſublata & inflata, lib. 2. περὶ γυναικ. (pagina 264. verſ. 39.) in nimio ſanguinis fluxu χρῶμα ἀφρῶδες καὶ τὸ πρόσωπον μετέωρον, color apuæ modo exalbidus, & facies in tumorem ſublata. Quod explicans Erotianus ſcribit: μετέωρον δὲ κυρίως μὲν τὸ ὑψηλὸν λέγεται, καταχρηστικῶς δὲ καὶ τὸ ἐπηρμένον εἰς ὄγκον ὠνόμασεν. μετέωρον propriè quidem ſublime aut elatum dicitur, per abuſionem verò, quod in tumorem ſublatum eſt nominauit. Sic lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 251. v. 46.) μετέωρος ἡ κλίνη lectus ſublimis aut elatus dicitur, ὀρθὴ, hoc eſt, rectum vocat libr. περὶ ἐπιπολαίων (p. 48. 49.)

Μετόπισθεν vide antea in μεταδίδοσθαι.

Μετασυγκριτικὰ medicamenta dicuntur quæ ex alto attrahere ac meatuum ſtatum tranſmutare poſſunt. Sic enim μετασυγκριτικὴν δύναμιν in Thapſia exponit Dioſcorid. cap. 157. lib. 4. vim ex alto extractoriam vocant. ὅταν τι δέῃ ἐκ βάθους ἐλκύσαι, ἢ μεταποροποιῆσαι, hoc eſt, vbi ex imo aliquid euocandum eſt, aut meatuum laxitas alio transferenda eſt. Galenus cap. 25. libr. de ſimplic. med. hoc nomen Methodicorum ſectæ attribuit, neq; huic ſatis conuenire ſcribit, iiſque μετασυγκριτικὰ medicamẽta dici quæ meatuum corporum ſtatum tranſmutant, quibus ad diutina fluxione vexatos vtebantur, idque eſt μεταποροποιῆσαι, & effectum μεταποροποιΐα. Μετασυγκριτικὴν autem facultatem habent præter medicamenta, plurima alia, vt varia geſtationum genera, deambulationes, vocis exercitia, vnctiones, cucurbitæ, dropaces, inſolatus, frictiones, pſilothra, ſmegmata, ſinapiſmi, vomitus ex rhaphanis, vires reficiens victus, balnea, vinum, varius cibus, vt ſcribit Paulus libr. 3. cap. 72. Eſt & μετασυγκριτικὴ θεραπεία metaſyncritica curatio à Methodicis appellata, quæ in inueteratis affectionib. adhibebatur, cùm nihil profeciſſent reliqua auxilia, vt ſcribit Galenus libr. 2. Compoſ. pharm. κατὰ τόπ. (pagina 183. verſic. 8. Eaque ſe vti fatetur in intemperie partium frigida & humida, quæ per ſe ineſt, aut propter humorum frigiditatem. Sic

Metaſyncritica medicamenta veteres appellarunt, quæ videlicet exuccas, aridas & prope extinctas partes priſtinæ naturæ reddunt, & (vt loquitur Aurelianus) recorporant. Idem quoq; μετασυγκριτικὴν recorporandi virtutem vocat cap.4.lib.3.Acut. & μετασύγκρισιν corporis nouationem, cap.9.lib.2. μετασύγκρισιν Celſus ἀναφορητικῶς dicere videtur, vbi ſummam cutem relaxari, euocarique corruptum humorem & habitum corporis mutari expedit, cap.17.lib.2.

Μετεξέτεροι apud Hippocratem ἕτεροι, alii, exponit Bacchius, vt ſcribit Erotianus. Verùm idem ἔνιοι melius eſſe ſcribit, quod eſt, nonnulli aut quidam, quemadmodum ex Herodoto libr.2. adducit, τὰς ζειὰς μετεξέτεροι καλέουσι, zeam nonnulli vocant. Eſt autem Ionibus frequens dictio & ex Herodoto annotata. Ex Corintho quoque adſcribitur μετεξέτεροι pro ἔνιοι Ionibus dici. Et ex Lexico Herodoti μετεξέτεροι, τινές. Heſychio quoque μετεξέτεροι exponitur, οὓς ἡμεῖς φαμὲν ἐνίους, quod quidam aut nonnulli dicimus. Vſurpatur autem crebrò hæc dictio Hippocrati, vt lib.de fract. (p.545.14.) ἢν δὲ παχὺ ᾖ σκληρὸν οἷα μετεξέτεροι ἔχουσιν. Si verò craſſa & dura, velut, quidam habent. Et libr.de art. (p.624.42) μᾶλλον μὲν οὖν μετεξέτεροι καταμελέουσι τῶν τοιούτων ἐνίων. magis igitur tales noxias nonnulli contemnunt. Rurſus ibidem (pag.632. v.48.) τὸ μὲν τι ὑπόδημα μετεξέτεροι τούτων ὑποδέεσθαι οὐ δύνανται. Ac eorum quidem nonnulli calceum ſibi inducere nequeunt. Et rurſus ibidem (p.629.26.) χρῆσις γὰρ μετεξετέρην ῥύεται τῆς ἄγαν ἐκθηλύνσιος. Vſus enim quidam ab effœminatione nimia liberat. Vbi ſcribit Galenus. ἔνεστι μὲν παρ' Ἡροδότου μάλιστα μαθεῖν, οὐδὲν πλέον σημαῖνον παρὰ τοῖς Ἴωσι τὸ μετεξετέρην, ἢ παρ' ἡμῖν ἐνίην. πολλάκις γὰρ αὐτοὶ λέγονται, καθάπερ καὶ τὸ μετεξέτεροι. δῆλον οὖν καὶ διὰ τοῦ πάλιν ὑφ' ἡμῶν διὰ τοῦ τινες σημαίνεσθαι, εἰ μὲν καὶ νῦν οὖν διὰ τῆς μετεξετέρης τοιοῦτόν τι δηλοῖ. Ex Herodoto quidem diſcere licet nihil amplius apud Ionas μετεξετέρην quàm apud nos ἐνίην ſignificare, vt & μετεξέτεροι, qua dictione ſæpe vtitur, eaq; rurſus nihil amplius denotari manifeſtum eſt, quàm quòd nobis per τινὰς ſignificatur, ſi quidem etiam nunc per hanc dictionem μετεξετέρην tale quiddam indicat. Quæ ſanè Galeni verba eò lubentius à me adſcripta ſunt quòd ſint noſtris in exemplaribus vitioſiſſimè tranſcripta. Rurſus ibidem (pag.647.22.) ἐπιτήδεια δὲ πρὸς τὰ τοιαῦτα καὶ τῶν ἐναίμων μετεξέτερα. Ad talia autem accommodata ſunt ex his emplaſtris aliqua quæ cruentis vulnerib. imponuntur.

Μετέωρον, ſublime, ſublatum & ſuſpenſum dicitur, vt μετέωρα ἀλγήματα, dolores ſublimes & qui in ſuperficie corporis fiunt, eos qui ſupra peritonæum ſunt & in externis partibus exponit Galenus, iiſq; opponuntur qui in profundo corporis fiunt, & τὰ μὴ μετέωρα dicuntur, hoc eſt non ſublimes ſed alti, quique intra peritonæum fiunt, exponit Gal. Com. ad aphoriſm.7.lib.6. Sic τὰ ὑποχόνδρια μετέωρα ſublata præcordia vocat Hippocr. aphoriſ.64.lib.4. τὰ ἐμπεφυσημένα, φυσώδη καὶ πλέμενα, hoc eſt flatibus diſtenta & à flatibus in altum ſubuecta exponit Galenus. Interdum verò τὰ ἐπηρμένα, in tumorem eleuata, tumida & inflãmata, vt ægr.8.lib.1.Epid. Hinc μετεωρισμὸς tumorem in altum ſublatum ſignificat, & μετεωρίζεσθαι in tumorem efferri, lib.5.Epid. (pag.339.27. & 28.) & Coac. Prænot. (pag.444.16.) μετεωρίζεται κοιλίης οἰδήματα, ventris tumores in altum ſub uehuntur. Sic μετεωριζόμενος, à flatibus elatus aut ſubuectus, hoc eſt diſtentus & inflatus, lib.4.Epid. (pag.333.verſic.4.) μετεωρισμοὶ etiam dicuntur ægrorum exurrectiones, dum exurgendo ſeſe attollunt & reſident, In Progn. (p.136.17.) & Coac. Prænot. (p.439.21.) τὸ ἐν τοῖσι μετεωρισμοῖσιν ἐλαφρὸν εἶναι, & cùm ſeſe attollit, leuem eſſe. vbi Gal. ἀνιστάμενον exurgentem ægrum exponit.

Μετέωρα πνεύματα καὶ ῥεύματα ſunt Hippocrati lib.de rat. vict. in morb. ac. (pag.95.21.) in altum ſublati & pendentes humores & ſpiritus, hoc eſt ſuſpenſi nec dum fixi aut congelati, ſed adhuc ad fluxum aut vacuationem habiles ac comparati. ἀλλὰ χρὴ τοὺς τοιούτους προπυριάσαντας φλεβοτομέειν ἐν ἀρχῇσιν εὐθέως, μετεώρων ἐόντων πάντων τῶν λυπεόντων πνευμάτων καὶ ῥευμάτων. Verùm his prius adhibitis fomentis inter initia vena ſecanda eſt, cùm adhuc ſublati ſunt, qui affligunt humores & ſpiritus, hoc eſt non dum fixi, ſtabiles aut congelati, velut in apoplexia & καταψύξει fieri ſcribit. Huiuſmodi humores & ſpiritus κενοῦσθαι μὴ δυσκόλως, euacuationi minimè contumaces exponit ibi Galenus, quibus etiam paulò poſt τὸ πεπηγὸς αἷμα καὶ ἀκίνητον καὶ στάσιμον, h.e. ſanguinem fixũ, immobilem & ſtabilem, opponit Hipp. Alioqui μετέωρον πνεῦμα ſublimem & elatam reſpirationem eamque quæ ſublato toto corpore & erecto thorace trahitur indicat, vt poſtea ſcribemus. Neque abſimili notione τὰ μετεωριζόμενα vocantur humores ſurſum eleuati, exæſtuantes & ebullientes, libr. περὶ διαίτης ὑγιεινῆς (pag.33.23.) cùm æſtate τὰ μετεωριζόμενα κάτω ὑπάγειν ſuadet, humores eleuatos & in altum ſublatos per purgationem infra educere. Libro etiam περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag.10.v.27.) non longè ab hac tranſlatione τὰ μετέωρα dicuntur humores corporis quaſi penduli aut ſuſpenſi, cùm ſynceri ſunt in corpore, nec dum cæteris mixti aut temperati ſedati ſunt aut compoſiti, ſed ſuis qualitatibus præpollent, nec dum aliorum temperatione ſunt diluti, neqne conſiſtunt, verùm adhuc feruent & exæſtuant. ἔστι δ' ἂν χρόνον ταῦτα μετέωρα ᾖ, ὠμά τε καὶ ἄκρητα. quandiu autem hæc eleuata, cruda & intemperata fuerint. Hanc humorum eleuationem exaltationem Chymici appellare videntur. Huicq; τὸ καθεστάναι paulò poſt ibidem opponi videtur, quod eſt deiectum & proſtratum eſſe, hoc eſt, compoſitum, ſedatum, quod humorum

con-

concoctione fit & temperatione. Tropicè etiam antiquis *μετέωρος* nuncupatur animi pendulus, qui eſt animo ſuſpenſo & incerto, aut in expectatione, necdum aliquid certi ſtatuit. Quem in ſenſum ſcripſit Gal. Com.4.in libr.de rat. vict. in morb. ac.(p. 116.10.) *ἢ οὖν ἀπόλωλέ τις ῥῆσις ἐν ᾗ τὸ πάθος ἐδηλοῦτο, ἢ ἐπιλήσμων ἦν ὁ ταῦτα γράψας, καὶ τινὸς οἷος ὁ νῦν ὀνομαζόμενος ὑπὸ τῶν παλαιῶν μετέωρος.* Aut igitur oratio in qua affectus oſtendebatur exempta eſt, aut qui iſta ſcripſit obliuione tenebatur, videturq́; ei ſimilis quem antiq. *μετέωρον*, hoc eſt animi pendulum appellant. Significat autem incerto adhuc animo eſſe ſcriptorē, qui affectū nondum expreſſerit, in quo medicamento ſit opus aut elleboro vtendum animiq́; dubiū an hunc poſtea adſcripturus ſit, aut velut oblitū an antea ſcripſerit. Sic *μετέωρα πράγματα* ſunt quorum euētus expectatur, & in expectatione eſſe dicuntur, tranſlatione ducta ab his qui in aëre penduli hærent, aut his qui in alto nauigant & altum capeſſunt, Hi enim *μετέωροι* dicuntur, cùm valde in incerto nauigent.

*Μετώπιον* eſt vnguenti genus quoddam in Ægypto (vt ſcribit Dioſcorid.cap.72.libr. 1.) quod Hippocrati *αἰγύπτιον μύρον* vocatur, vt ſcribit Gal.in Exeg. Erotianus verò *αἰγύπτιον μύρον* apud Hippoc.dici contendit *τὸ ἀπὸ σκάφης* dictum, quod calefacit, quibuſdam etiã Malabathrinum, aliis Mendeſium, quod & oleum Ægyptium dici lib.2.*περὶ γυναικ.* aſſerit. Galen. verò in Exegeſi *αἰγύπτιον μύρον λευκὸν* Mendeſium dici ſcribit. *Αἰγύπτιον μύρον ἐκ πλειόνων ἔκ τε τοῦ κινναμώμου, καὶ ἐκ τῆς σμύρνης, καὶ ἐξ ἄλλων* confici ſcribit Theopr.libr.*περὶ ὀσμῶν.* Ita vt *μετώπιον* idem quod *νέτωπον* apud Hipp. ſignificare videatur, cuius crebra fit mentio in tota *γυναικείων πραγματείᾳ* & lib. *περὶ ἐπικυήσιος*, vt *νέτωπον* aut *νετώπιον* pro *μετωπίῳ* poni exiſtimetur. Scribit enim Heſychius, *νέτωπον ἢ νετώπιον μύρον συντιθέμενον ἐκ πολλῶν μιγμάτων. οἱ δὲ μετώπιον*, fortè pro *μετώπιον*. Sic *νέτωπον* apud Hippocratem libro de loc. in homine pro *μετωπίῳ* aut *νετώπῳ* poni certum eſt, cùm ſcribit (pagina 67.verſic. 1.) *τῷ ὑπὸ τῆς ὀδύνης ἐχομένῳ φάρμακον θερμὸν φύσει χλιαρὸν ποιήσαντα, διὰ τοῦ μετώπῳ ἐγχεῖν.* Ei verò quem dolor affligit medicamentum natura calidum repefactum & Metopio ſubactum infundendum. Illîc enim *νετώπῳ* aut *μετωπίῳ* legendum, cùm medicamentum aut vnguentum calidum ad auris fluxionem cum dolore adbibeatur, vt & libr.5.Epid. *νέτωπον* ad ſurditatem (pagina 340. verſic. 46.) *Μετώπιον* autem dicitur vnguentū Ægyptium propter galbani mixtionem (vt ſcribit Dioſcorides) ꝙ lignum in quo galbanum naſcitur Metopium vocant. Sumitur & *μετώπιον* pro oleo amygdalino quibuſdam, quẽadmodùm ſumit Caluus libr. de loc. in homine, etſi illîc *νετώπῳ* vt & Cornarius legiſſe videtur. Quod autem *μετώπιον* pro *μέτωπον* ex Hippocr. lib. *περὶ ἐπικυήσιος* aſcriptum annotant nonnulli, ibi certè *νέτωπον* legitur & pro vnguento ſumitur, vt p.52.2. & 41. & p.51.48.

*Μέτωπον* frons dicitur, pars capitis ſupra oculos ſita & ad tempora vſque protenſa. Inde *μετώπου συναγωγὴ* frons contracta, corrugata, caperata, phrenitidis prænuncia, in Coac. Prænot. (p.430. 13.) Hinc quoque *μετωποειδὴς ἱδρὼς* frontis ſudor vocatur libr. 2. *περὶ γυν.* (pag. 282.20.) qua forma *προμετωπίδιον* appellatur frontale, & id quo equorũ frontes ornantur.

¶ *Μηκάν μασᾶσθαι, ἐσθίειν*, quod eſt mandere aut manducare, edere exponit Gal.in Exeg.vocum Hipp. Verùm hæc lectio nõ parum dè mẽdo mihi ſuſpecta eſt, tum quòd extra ſeriem alphabeticam minimè ſuo loco ſit poſita, tum etiã quòd in multis exemplaribus variè ſcribitur. *μηλεῖν* enim quædã ſcribunt, nonnulla etiam *μαύειν*, plurima verò *μασεῖν*, & Heſychius *μάειν ἐσθίειν* exponit. Quod necdum tamen apud Hipp.me legere memini.

*Μήκων* papauer, tum herbam, tum ſemen ſignificat. Verùm Hipp.interpretes *μήκωνα* interdum papauer, interdum etiam peplum ſumunt, quòd *πέπλος μήκων ἀφρώδης* dicatur Galeno & Dioſcoridi cap.168.lib.4. Sic in fine lib.de rat.vict.in morb.ac.(p.117.8) *ῥοφήματα δὲ μήκωνος τῆς λευκῆς ὑποτρίψας ὀξύβαφον λαμβανέτω.* Sorbitiones ſumat peplum albū tritum acetabuli parui menſura. Et lib. *περὶ γυν. φύσ.* (p. 223.49.) *μήκωνος λευκῆς ὅσον πεμπτημόριον ἡμιχοινικίου*, pepli albi quintã dimidiæ chœnicis partem. Rurſus ibid.(p.226.32.) *μήκωνα ὀπτὴν* ponit, peplum toſtum, pro quo libr. 2. *περὶ γυν.* eadem in re *μήκωνα λευκὴν* ſcribit (p. 278.21.) ſed Corn. *μήκωνα λευκὴν*, peplum album legit, quemadmodum lib.1.(p.250.2) *μήκωνα λευκὴν*, peplum album exhibet Hipp. Rurſus lib.2. *περὶ γυν.* in fluore albo muliebri *μήκωνα λευκὴν πιπίσκειν* ſuadet, peplum album bibere (p.267.6.) & ibid. (p.265.33.) *μήκωνος καρπὸν* in fluore muliebri rubro pepli ſemen cum polenta cribratum exhibet. Et rurſus ibid. (pagina 289.24.) *μήκωνα τρίψας δισὶς ὕδατος κυάθοις τρισὶ δίδου πίνειν.* peplum tritum tribus aquæ cyathis maceratum propinato. Et ibid.(p.268.17.) *μήκωνος τὸ κέλυφος*, pepli corticem propinat. Et rurſus ibid. (pag.285.21. *μήκωνα ἁδρὴν*, peplum plenum. Lib. etiam *περὶ γυν. φύσ.* (p.223.22.) *τὸν μηκώνιον πίνειν* dicitur pro pepli aut meconii ſucco potu exhibito, quod eadem in re etiam repetitur lib.1. *περὶ γυν.* (p.247.43.) Et lib. *περὶ γυν. φύσ.* (p. 224.10.) *τὸν μηκώνιον τὸν λευκόν*, pepli albi ſuccum, pro quo *μηκὼν λευκὸς* eadem in re ſcribitur libr. 2. *περὶ γυν.* (p. 270. 42.) Quibus in locis quidam papaueris ſuccum aut ſemen ſumunt, peplum tamen intelligere certè præſtat. At *μήκωνος ὀπὸς* papaueris ſuccus dicitur interpretibus lib.2. *περὶ γυν.* (p.287. 17.) vt & ibid.(v.19.) *ὑπνωτικὸν μηκώνιον* ſomnifer papaueris ſuccus, & *ἡ μέλαινα μήκων καὶ ἡ λευκὴ*, li.2. *περὶ διαίτης* (p.93.18)

*Μηκώνιον* verò exponit Gal.in Exeg.apud Hipp. *τὸν πέπλον καλούμενον ὃν καὶ μηκωνίτην ὀνομάζει* peplũ

vocatum, quem & meconitem vocat. Μηκώνιον hydropicis ad educendas aquas exhibet Hippocr. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 117. 25. & 32.) & lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 222. 15.) in deturbanda bile & pituita. Et libr. de fiſtulis (p. 518. 49.) ad vacuandam pituitam μηκώνιον λευκὸν potu exhibet. Quo nomine peplos intelligitur, eamque in rem antiquis vſurpabatur. Etſi ea dictione quidā papauer ſpumeum & ἀφρώδης intelligi velint, quòd peplos Plinio lib. 27. cap. 12. meconium aphtodes dicatur ex Dioſcoride. Quo nomine & μήκωνα ἀφρώδη, & μηκαφρόδιον ab Aëtio dici, in potuq; contra viperas commendari ſcribunt. Quod autem μηκώνιον μηκωνίτην ab Hipp. vocari aſſerit Gal. exiſtimo locum lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 193. 9.) ab eo ſubindicari, cum in pulmonis eryſipelate ventrem purgat τῷ τοῦ πεπλίου, ἢ τῆς μηκωνίδος, ἢ τοῦ κόκκου τοῦ κνιδίου, potione ex peplio, peplo, & grano cnidio. Sic enim lego, cùm paſſim μηκώνιδος legatur, exiſtimoq; apud Galenum μηκωνίδα pro μηκωνίτην legendum. Quanquam μηκωνὶς aut μηκωνίτης lactucæ atræ, amaræ & lactentis genus quoddam eſt, ſic dictæ à copia lactis ſoporiferi, quo ſomnum inducit non ſecus quàm μηκώνιον, & papauerea vi quadam eſt prędita. Cuius meminit Plinius lib. 19. cap. 8. & lib. 20. cap. 7.

Μηκώνιον etiam dicitur primum illud excremētum quod à pueris recens natis ſtatim emittitur, colore ſanguineum, valde nigrum & piceum, vt ſcribit Ariſtot. cap. 10. lib. 7. hiſt. animal. & μηκώνιον mulieribus vocari vult, quod Gaza papauerculum vertit, etſi meconium malim vt Pl. lib. 28. cap. 4. Author quoque libelli quòd animal ſit quod vtero continetur μηκώνιον vocat (pag. 409. 25.) τό τε γὰρ μηκώνιον καλεόμενον περίττωμα ὄν, ἐξ ὅλης τῆς τοῦ ἐμβρύου τροφῆς ἐστι. Meconium enim dictū cùm excrementum ſit, ex toto fœtus nutrimento eſt. Aëtio etiam cap. 4. ſerm. 4. Tetrab. 1 τὸ μηκώνιον λεγόμενον ſcribitur. Moſchion cap. 67. excrementum illud puerorum τὸ ῥύπος vocat, quod Interpres Latinus meconium vertit, cum egonium vitiosè legatur. Quò ſanè reſpexiſſe Hippocratem in fine libr. de rat. vict. in morb. ac. vero eſt ſimile. cùm ſcribit: τὸ δὲ ἀπὸ τῶν κοπρίων μηκώνιον ξυλλέγειν, πεμπτὸν καὶ θερμόν τινι. At Meconium ex ſtercoribus collectum recondito ac curato. Quod etiam Plinius ad ſterilitatem ſubdi vult.

Μῆλα τὰ προβάτεια, hoc eſt ouiculæ exponuntur Galeno in Exeg. apud Hippocratem. Verùm non parum mihi ſuſpecta eſt lectio, tum quòd extra ſeriem alphabeticam ponatur hoc caput, tum quòd variant exemplaria & μήλεια legunt & τὰ προβάτεια. Quam lectionem vt germanam agnoſcit Varinus & ex Galeno adſcripſit. Significantur autem ea dictione ouillæ carnes, & ſubindicari mihi videtur locus libri περὶ παθῶν (pagina 188. verſic. 23.) ὑγιαίνουσι καὶ ἀσθενοῦσι τὰ μήλεια. Sanis & debilibus carnes ouillæ ſunt accommodatæ. Quæ phraſis aliôqui etiam Hippocrati non eſt inſolens. Sic libr. 2. de Morb. (pagina 151. verſic. 31.) σιτίοισι δὲ χρῆσθαι, ἢν μὲν οἱ πυρετοὶ ὀξέες ἔχωσι, κρέασι μηλείοισιν ἑφθοῖσι. Cibariis autem vtatur, ſi quidem febres acutę tenuerint, carnibus ouillis elixis. Rurſus ibidem (pagina 152. verſic. 12.) σιτίοισι δὲ χρῆσθαι, κρέασι μηλείοισι ἢ ὀρνιθίοισι. Cibariis autem vtendum, carnibus ouillis & auicularum. Rurſusque ibidem (pagina 157. verſic. 10.) κρέασι δὲ ὀρνιθείοισι καὶ μηλείοισιν ἑφθοῖσι. Carnibus autem auicularum & ouium elixis. Eadem notione μήλειον στέαρ adeps ouillus vocatur, libro περὶ γυναικ. φύσ. (pagina 221. verſiculo 29.) & libr. 2. περὶ γυναικ. (pagina 288. 23.)

Μηλιὰς στυπτηρία alumen Melinum, hoc eſt ex Melo inſula vna Cycladum aduectum, quod eſt Ægyptio proximum & optimum, vt ſcribit Plin. cap. 15. lib. 35. & Dioſcor. lib. de vlceribus (pagina 514. 16. & 46. & pag. 516. 5.) Verùm μηλιὰς στυπτηρία aut μηλιὰς legendum potius, vt legitur libr. περὶ ἀφόρων (pag. 295. 4.) & μηλιὰς γῆ dicitur Theophraſto & Dioſcoridi, quæ & μηλιάς. Quemadmodum etiam legiſſe Galenum exiſtimo, eoque referendum quod ſcribitur in Exeg. μηλιὰς ἡ ἀπὸ μήλης τῆς νήσου. Etſi exemplaria quædam μηλία legunt, μηλίας etiam quædam perperam pro μηλιάς. Alumē autē Melinum probat vt glutinans Celſus c. 2. lib. 5. eoq; ad vlcera vtitur Galenus ex Charixeno & Archigene libr. 3. κατὰ τόπ. (pagina 193. verſic. 46.) vbi tamen στυπτηρίας μηλουσίας pro μηλιὰς vitioſè legitur.

Μήλη ſpecillum ſignificat & inſtrumentum chirurgicum cuius varius eſt in opere chirurgico vſus. Eo nanque vulnera pertentantur & explorantur, aut aliquid in corpore latens deprehenditur, interdum aliquid iungitur & extenditur, interdum extrahitur, finditur, infunditur, immittitur & reſpergitur, & pro vario numero diuerſa ſortitur nomina, vt officia. Μήλης communi nomine creberrimè vtitur Hippocrates in tota γυναικείων πραγματείᾳ in pertentando aut dilatando vteri oſculo, μήλην διαστομωτρίδα ab eodem vocari annotat Gal. & τὴν διαστολέα, hoc eſt ſpecillum diducens aut dilatans exponit. Lib. 2. περὶ γυναικ. (pagina 279. verſ. 17.) τῇ μήλῃ καθεὶς, hoc eſt, immiſſo ſpecillo, in vteri oſculo indurato & occluſo, ſcribitur. Quòd eadem in re iiſdem verbis repetitur lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 224. verſ. 1) Rurſusq; ibidem (v. 23.) in oſculo vteri occluſo, ἢ τὴν μήλην καθεῖναι, & ſpecillo immiſſo. ὑπαλειπτῆρα καθεῖναι eadem in re ibidem dicitur (p. 281. 3.) Lib. περὶ ἀφόρων (p. 292. 48) caſtorio cum vino ſpecillum oblitum & lana inuolutum in vterum immittit. μήλῃ ἀμφιπλάστῳ, etſi ibi μήλῃ aut μήλην legiſſe videtur Cornarius. Rurſus ibidem (p. 295. 28.) τῇ μήλῃ διευρῦναι τὸ στόμα τῶν μητρέων, ſpecillo vteri oſculum aperire. Quam ad rem etiam glandibus plumbeis vtitur. Et rurſus (pag. 298. verſic. 8.) medicamento ſpecillum oblinit

oblinit ea craſſitudine vt in vteri oſculum immitti poſſit, τοῦτο περιπλάσσειν περὶ μήλην, & hoc circum ſpecillum obducito. Ibidē quoque (v. 28.) μήλας διαπύρους ſpecilla ignita in acetum & aquam marinam ad fouendum vterum immittit, non ſecus ac libr. 2. περὶ γυναικ. μυδροὺς διαπύρους, maſſas candentes in vrinam intingit ad vteri fotum. Ac rurſus (p. 299. 9.) in vterorum callo extirpando iubet ὑποθεῖναι τὴν μήλην, ſpecillum immittere, deinde διαστρέφειν ἄνω καὶ κάτω τὴν μήλην ἕως ἂν ἀποψήσῃ, ſpecillum ſurſum ac deorſum conuertere donec callus promineat. Lib. 7. Epid. (p. 354. 19.) in quadam muliere maxillæ & dentes inter ſe conſerti ſunt. ὥστε μὴ μήλην παρεῖναι, ſpecillum vt immitti non poſſit. Lib. περὶ ἑλκῶν (p. 516. 48.) καὶ ὅταν ἀφαιρῇς τὸ αἷμα, τῇ μήλῃ μὴ κάρτα πιέζειν. Vbi ſanguinē detrahis, ſpecillum non admodum apprimito. Lib. de Cap. Vuln. (p. 447. 18.) εἰ δὲ μή, τῇ μήλῃ σκέπτεσθαι. Quod ſi oculis non pateat, ſpecillo conſiderandum eſt. Et rurſus ibid. (p. 451. 29.) σημαίνει δὲ ἐξαιρεθεῖσα τῶν πριόνων σκοπεῖσθαι, ἄλλως, καὶ τῇ μήλῃ περὶ κύκλον τὴν ὁδὸν τοῦ πρίονος. terebraq; ſępius exempta, tum alia ratione, tum per ſpecillum in ambitu terebrę via conſideranda. Vt autem varia ſpecillorum genera, h.e. tenuiora, craſſiora & pleniora reperiuntur apud Hipp. ita & ſæpe ſpecilla ſtānea aut plumbea eidē celebrantur pręcipueq; in vteri malis. Sic lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 248. 6.) in vteri hydrope ſcribitur, καὶ μήλην ποιησάμενος κασσιτερίνην ἐγκαθιέναι. ſpecillū ſtāneum paratum immittito. Quod eadem in re dicitur lib. περὶ γυν. φύσ. (p. 223. 34) καὶ μήλην ποιησάμενος κασσιτερίνην καθιέναι. Et lib. περὶ ἀφόρων (p. 292. 29.) in duro & occluſo vteri oſculo. διευρύνειν τὸ στόμα τῆς μήτρης μήλῃ κασσιτερίνῃ ἢ μολυβδίνῃ. oſculū aperite ſpecillo ſtanneo aut plumbeo. Vbi ad vterum plura ſpecilla, aut plumbea, aut ſtannea apparata eſſe vult, vt primū tenuiori, deinde paulatim craſſioribus vtendum ſit. Ibidem quoq; μήλην emolliente aliquo medicamento diluto & liquido intinctam eſſe vult, & τὰς μήλας τὰς ὄπισθεν πλατείας, vt ſpecilla auerſa aut poſteriore parte lata ſint præcipit, (vt κοίλας, h.e. caua, lib. περὶ ἐπικυήσιος) & longis lignis adaptata, ibiq; τὴν μήλην ſæpius vſurpat. Quæ iiſdem verbis repetuntur lib. περὶ ἐπικυήσιος (p. 51. 48.) Sic quoq; lib. περὶ ἀφόρων (p. 292. 31.) vterū diducit μολυβδίοις ἐληλασμένοις, penicillis plumbeis in longitudinē octo digitorum ductis & fabricatis. Quinq; autē parari vult, vt primum ſit tenuius, alterū craſſius, & reliqua deinceps craſſiora. lib. περὶ αἱμοῤῥοΐδων (p. 520. 12) ferramēta ſeptē octóue parari iubet extrema parte recurua, σπιθαμιαῖα τὸ μέγεθος, πάχος δὲ ὅσον μήλης παχείης, h.e. quę magnitudine palmū, & craſſitudine ſpecillum craſſum exæquent. Lib. de fiſtulis (p. 518. 3.) μήλην κασσιτερίνην ἐπ᾽ ἄκρου τετρημένην ſpecillum ſtanneum extrema parte perforatum in fiſtulam immittit, vt in id lini cōplicati caput inſeratur, ibiq; ſępius τὴν μήλην ἀντὶ τῆς μηλωτίδος vſurpat. Quam enim illic μήλην adhibet Hippocr. Paulus σπαθομήλην & μηλωτίδα cap. 78. libr. 6. & author Iſagoges (389.) vocat. Et rurſus ibidem (v. 15.) in fiſtulam ἄνθος χαλκοῦ ὀπτοῦ συχνὸν τῇ μήλῃ, hoc eſt, copioſum æris vſti florem per ſpecillum immitti iubet, pro τῆς μήλης κυαθίσκῳ aut τῇ μήλῃ πλατείῃ, vt mihi leg. videtur Gal. per ſpecillū auerſum & ſpecilli concauum. Lib. etiam 2. de Morbis in polypi curatione μήλην ἀντὶ τῆς μηλωτίδος vſurpat, vt (p. 147. 26.) περιελίξας περὶ τὴν μήλην ξηρὸν ὀθόνιον, μοτώσαι. ſiccum linamentum ſpecillo inuolutum indito. Ac rurſus ibid. (v. 39.) ad eandem curationem μήλην ἐντετμημένην, ſpecillum inſectum, fiſſum, & extrema ſui parte in duo capita diuiſum adhibet, χήλην ibidem vocat, μήλην δίκρουν κατὰ τὸ ἄκρον ἐντετμημένην ἐμφερῶς χηλῇ, exponit Gal. ſpecillum biſulcum aut bifidum in ſummo diuiſum ad vngulæ ſimilitudinem. Qua in re Paulus cap. 25. lib. 6. διπυρήνῳ, ſpecillo bicipiti vtitur. Ad id verò reſpexiſſe mihi videtur Erotianus cùm ſcribit μήλην ὅπου χηλὴν τὴν μηλωτίδα. Nā hæc Hippocratis loca, præcipuè verò lib. de fiſt. (p. 518. 3. 4. & 8.) diſertis verbis innuit. Cùm autem rurſus ab eo ſcribitur, ἣν γὰρ ἡμεῖς μήλην καλοῦμεν, αὐτὸς ὑπαλειπτήριον καλεῖ. locus libr. 2. περὶ γυν. (p. 281. 3.) ſubindicatur, vbi ὑπαλειπτήριον vocat, quod eadem in re μήλην lib. περὶ γυν. φύσ. (p. 224. 23.) Eſt autē ὑπαλειπτήριον ſpecillum illitoriū, aut omne id inſtrumentum quod ad illinendum eſt idoneum, velut μήλη, σπαθομήλη, & quæ διπύρηνα vocantur, hoc eſt ſpecillum latum, velut ſpatha, aut gladiolus, aut rudicula, & quæ nucleata dicuntur, aut in ſummo duo habent capitula, vt exponit Galenus Comm. 2. in libr. de artic. (pagina 608. verſic. 25.) Illic enim Hippocrates ad naſum fractum ὑπαλειπτήριον παχὺ adhibet, Paulus libr. 6. cap. 91. τῆς μήλης πυρῆνα, ſpecilli caput nucleatum, Celſus verò ſpecillum ſubiectum. Rurſuſque ibidem (pagina 590. verſic. 55.) in alæ vſtione, ὑπαλειπτήριον λεπτὸν, ſpecillum illitorium tenue vſurpatur. Quibus ex locis cuiuis eſt manifeſtum ὑπαλειπτήριον apud Erotianum legendum eſſe, non ὑπαλειπτήριον aut ὑπαλειπτήρ vt paſſim legitur. ὑπαλειπτήριον autem μήλην ὑπαλειπτρίδα vocat libr. περὶ ἐπικυήσιος (pagina 50. verſic. 25.) ſpecillum vnctorium, in vtero purulento. Eſt igitur μήλη communi notione Hippocrati, tum ſpecillum latum, tum tenue, tum etiam ſpecillum auerſum, quæ tamen adiunctis inter ſe diſtingui vult Galenus. Sic enim in Exegeſi vocum Hippocratis, μήλην διαστομωτρίδα, τὸν διαστολέα, ſpecillum dilatans exponit, & μήλην ἰγυρλὴν, τὴν τραυματικὴν μήλην, ſpecillum vulnerarium, & μήλην ἐξωτίδα, τὴν μηλωτίδα, ſpecillum auricularium. Sic μήλῃ πλατείῃ τῇ σπαθομήλῃ, h.e. rudicula aut ſpecillo lato, apud eundem exponitur, & μήλης τοῦ πλάτει, τῷ κυαθίσκῳ τῆς ὀφθαλμικῆς μήλης, ſpecilli ocularis cōcauo & cyatho. Quæ certè omnia cōmunē τῆς μήλης notio-

nem aptè mihi diſtinguere & exponere videtur, non leuem tamen mendi ſuſpicionē iniicere, quòd veros fontes vnde iſta educātur, nōdum eruere licuerit. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 117. 39.) ſcribitur remedium ad aquas hydropicorum educendas, μηλαὶ τρεῖς τῇ πλάτει. ſquamæ æris ſpecilla lata tria, aut ſpecilla auerſa tria. His enim verbis menſuræ genus cyathiſcum in ſpecilli extremitate cauatum continens deſignatur, quo vtimur ad ocularia medicamenta. Eūque locum in Exegeſi à Gal. adumbrari exiſtimo. Eſt autem μηλωτὶς ſpecillum auriculare quo vtimur in aurium doloribus. Iſtud enim lana obuolutum, medicamento aliquo intinctum, doloribus aurium leniendis & confouendis admouetur initio lib. 3. κτ' τόπ. (p. 188. 9. & 12.) Ibidem etiam μηλωτεὶς dicitur (p. 196. 42. 49. & 51.) Celſus cap. 7. lib. 6. ſpecillū auricularium vocat, Scribonius Largus auriſcalpium: At τῆς μήλης κυαθίσκος quod eſt ſpecilli concauum, Celſo cap. 28. li. 5. in Theriomatis curatione, auerſum ſpecillum dicitur, vt auriſcalpium auerſum Scribonio Largo cap. 227. Sic τῆς μήλης πυρὴν, ſpecilli nucleus aut caput ſummū, Celſo cap. 21. & 27. libr. 7. etiam auerſum ſpecillum dicitur, etſi eidem parum inter ſe iſta diſtinguuntur. μήλην etiam ad hæmorrhagiā adhibet Gal. lib. 4. κτ' τόπ. vt & lib. 2. in ſternutatoriis per μήλην in nares aliquid infundit, quæ ῥινεγχύτης vocatur. Hinc autem μήλωσις quæ eſt ſpecilli demiſſio aut pertentatio deducitur, & μηλῶσαι, quòd eſt ſpecillo pertentare, aut ſpecillum ad explorandum demittere. Hipp. lib. de fiſtulis (p. 519. 24.) pro μηλώσας τῇ μήλῃ, ſpecillo antea explorādi cauſa immiſſo, aut demiſſo ante ſpecillo. Et lib. 1. de Morb. (p. 130. 36.) καὶ μηλῶντα κεφαλὴν μὴ γινώσκειν εἰ τὸ ὀστέον κατέηγε. & ſpecillo in caput demiſſo non agnoſcere num os fractum ſit. Sic lib. de fract. (p. 568. 12.) μηλώσιας δὲ πάσης φυλάσσεσθαι χρὴ, omni autem ſpecilli demiſſione eſt abſtinendum. Rursus lib. de Cap. Vuln. (p. 447. 26. & 27.) ἔπειτα δὲ λόγῳ καὶ ἔργῳ ἐξελέγχοντα πλὴν μηλώσιος. μήλωσις γὰρ οὐκ ἐξελέγχει εἰ πέπονθε τοῦτο τὸ πάθος τὸ ὀστέον. Deinde verò ratione & opere citra ſpecillum res eſt exploranda. Neq; enim admoto ſpecillo vitium hoc oſſis deprehenditur. Et rurſus ibidem ἀλλ' ἕδρην τι τοῦ βέλεος ἐξελέγχει μήλωσις. Sed vbi teli veſtigium remanet ſpecillo deprehenditur.

Μιλήσιον εἴριον, Lana Mileſia celebratur Hippócrati vt molliſſima. lib. περὶ ἀφόρων (pag. 293. 30.) προστιθέναι ἐν εἰρίῳ μιλησίῳ μαλθακῷ. in lana Mileſia molli apponito. Rurſus lib. περὶ ὄψιος (p. 522. 5.) lana Mileſia in eradenda palpebra ad detergendam ſaniem vtitur. ὅταν δὲ ξύσῃς βλέφαρα ὀφθαλμῶν, ξύειν εἰρίῳ μιλησίῳ, οὔλῳ, καθαρῷ, περὶ ἄτρακτον περιειλῶν. Cùm verò oculi palpebras raſeris, lana Mileſia, criſpa, pura, circum fuſum inuoluta radito. Verùm fortè μιλησίῳ legendum ἀπὸ μιλήτου celeberrima Aſiæ aut Cariæ vrbe.

Μηλιάδος ὠμῆς, τῆς ἀπὸ μήλου χαλκίτεως, ἢ στυπτηρίας, exponit Gal. in Exeg. Chalcitidis aut aluminis ex Melo inſula, nimirum locum libr. de vlceribus (p. 515. 16.) exprimens, vbi alumē Melinum & quod ex Melo inſula vna Cycladum adfertur, quodq; Chalcitis dicitur, quia ex lapide fiat, ſumi vult Hermola' Barbarus. Sed nos illîc Melini crudi portionem diximus, & Meliam terram, Melinum Latinis dictum, accipi poſſe noſtris in eum locum Annot. abundè probauimus.

Μηλιάδα etiam Galenus in Exeg. ex libr. 1. de Morb. minore exponit, ex Melo Inſula, quòd illîc τῇ μηλιάδι dicat, τῇ ἀπὸ μήλου τῆς νήσου. Verùm nō parum mihi locus de mendo ſuſpectus eſt, neq; (vt ingenuè fatear) quinam dicatur liber primus de Morb. minor apud Hippocr. ſatis adhuc mihi conſtat.

Μῆνιγξ membrana, propriè eam quæ cerebrū integit ſignificat, & μῆνιγξ ὑμὴν τοῦ ἐγκεφάλου exponitur Heſychio: Lib. tñ περὶ σαρκῶν Hip. μήνιγγα generaliore quodammodo notione ſumit, & venis, ſtomacho, faucibus, ventri, inteſtinis, & partibus cauis attribuit, & τοῦ χιτῶνος differre videtur, quòd μῆνιγξ ex tenuiore, ſicciore & ſolidiore materia fieri, χιτὼν verò craſſiore exiſtimetur. Sic cauarum partium exteriorem tunicam & ambientem χιτῶνα, μήνιγγα fieri ſcribit, cùm quod in circuitu eſt frigidum glutinoſitatem acceperit & à calido exuſtum fuerit, (p. 40. 12 & 15.) Simili quoq; notione poſtea (v. 30.) μήνιγγα παχεῖαν, hoc eſt craſſam cerebri mēbranam, temporis ſucceſſu χιτῶνα euadere & in tunicam tranſire ſcribit.

Μνεσοχάνη exponitur Erotiano apud Hippocratem, ὄνομα γυναικὸς, mulieris nomen, quod ſcribitur lib. 2. Epid. (p. 312. 38.) Verùm illîc μνεσοχαιάνη paſſim legitur, quam etiam lectionem agnoſcit Galenus, vt ſcribemus poſtea.

Μήστωρ peritus artifex dicitur, eamq; dictionem vſurpat in Mochlico Hippoc. (p. 511. 7.) Qui locus etſi procul omni dubio corruptus eſt, eumq; quoad eius fieri potuit noſtris eū in libr. Annot. redintegrauimus: μήστωρα tamē ab Hippocrate ſignificari ſatis indicat, quem εὐπαίδευτον καὶ οὐκ ἀμαθῆ, hoc eſt, bene inſtitutum neque imperitum vocat lib. de art. μήστωρ autem exponitur Heſychio βουλευτὴς, ἔμπειρος, φρόνιμος, eſtque dictio Homero frequens, vt eum Hectora vocat μήστωρα φόβοιο, cuius virtute & conſilio in fugam hoſtes vertuntur, ἔμπειρον πολέμου exponit Heſychius. Et Il. ν. (v. 93. & 479.) μήστωρας ἀϋτῆς heroas Græcos vocat, hoc eſt pugnæ peritos, ἐργάτας μάχης exponit Heſychius. Deducta autem videtur dictio à μῆσαι quod βουλεύσασθαι exponitur Heſychio, aut μήσασθαι, quod eidem ſignificat ἐπιχειρῆσαι, ἐπιχειρῆσαι.

Μήτρη, vterus aut matrix, dicitur Hippocrati χωρίον ἐν ᾧ ἡ σύλληψις ἐστὶν, locus in quo conceptus fit, Prorrh. 2. (pag. 421. 19.) Sic autem dicta Aëtio c. 1. lib. 4. tetrab. 4. quod ex ea velut à matre omnia animantia oriantur, &

(vt

(vt ſcribit Soranus) ὅτι μήτηρ ἐστὶ τῶν ἐξ αὐτῆς γενομένων ἐμβρύων, ἢ ὅτι τὰς ἐχούσας αὐτὴν μητέρας ποιεῖ. κατὰ δέ τινας, ὅτι μέτρον ἐστὶ χρόνου πρὸς κάθαρσιν καὶ ἀπότεξιν. hoc eſt, quòd mater eſt fœtuum qui ex ipſa naſcuntur, vel quia matres efficit quæ ipſam habent, aut ex quorundam opinione, quòd conſtitutum habeat tempus ad purgationes & partus. Eadem etiam μητρῷον μορίον vocatur aph.13.ſect.5. li.6.Epid. pars vterina. Quemadmodum lib. περὶ φύσ. παιδίου (p.38.28.) μητρῷον ſignificat quod vterinum eſt & maternum. ὅτι δ᾽ ἂν αἰεὶ γίνηται ἐν φύσει καὶ ἐν γένει, μητρῷόν ἐστιν αὐτοῖς. Quod ipſum ſi ſemper fiat & in natura & in genere, ipſis eſt vterinum, boc eſt natiuum, innatum, à natura allatum & hæreditarium, aut ex vteri vitioſa conformatione procedens. Significat autem mulieribus paucitatem aut copiam purgationis mẽſtruæ innatam eſſe & congenitam. Μῆτραι interdum τὰ ὕστερα Hippocrati dicuntur, quæ Latinis ſecundæ, vt lib. περὶ γυν. φύσ. (p.228.34.) ἐκβόλιον ἐμβρύου καὶ μητρέων medicamẽtum fœtum & ſecundas eiiciens, quod ἐκβόλιον ὑστέρων dicitur lib.1. περὶ γυν. (p.257.13) & eadem in re repetitur. μήτρη etiam exponitur Gal. apud Hip. in Ex. κάλυμμα καὶ οἷον ἔλυτρόν τι ἡ ἐπιδιδυμὶς ὀνομαζομένη. ἔστι δὲ κιρσώδης τις ὄγκος κατὰ τὴν κορυφὴν ἐπικείμενος τοῦ διδύμου, operculum ac velut inuolucrum quoddam, quæ ἐπιδιδυμὶς nuncupatur. Eſt autem varicoſus quidam tumor, teſticulo circa verticem incumbens. Verùm μήτρη ſcribere malim, vt faciunt nonnulli.

Μητρόπολις arx & ſedes dicitur, vt lib. περὶ σαρκῶν vulgò inſcripto (p.40.27.) ὁ ἐγκέφαλος μητρόπολις τοῦ ψυχροῦ καὶ τοῦ κολλώδεος, cerebrum frigidi & glutinoſi arx vocatur, & τὸ θερμὸν τοῦ λιπαροῦ μητρόπολις, calidum pinguis arx.

¶ Μιλφαὶ ſeu μίλφωσις, palpebrarum defluuium & glabretum, quod alio nomine μαδάρωσις dicitur Paulo cap.22.lib.3. & Actuario lib. 2. περὶ διαγν. παθῶν cap.7. Μιλφαὶ etiam vocantur Galeno lib.4. κατὰ τόπ. (p.207.45.) & lib. περὶ εὐπορίστων (pag.477.29.) vbi tamen ἀλφοὺς pro μίλφας vitioſè legunt publicata exemplaria.

Μίλτος minium vocatur & rubrica Plinio cap. 7.libr.33. Lib. de vlceribus (p.516.35.) μίλτον, rubricam ad πρίσματα adhibet Hippoc. quæ quòd exiccet, detergeat, adſtringat, leniat & emplaſtica vi ſit præ'dita, valentiſſimum eſt ad igne ambuſta remedium, eademque optimè vulnerariis emplaſtris admiſcetur. Eſt verò μίλτος σινωπικὴ celeberrima, quam rubricam ſinopicã appellat Vitruuius cap. 7.lib.7. & minium ſinopicũ Marcellus Empiricus, de qua agit Dioſcorides cap.111. lib. 5. μίλτον σινώπιδα vocat Crito apud Gal. lib.5. κατὰ τόπ. (p.226.5 & 7.) in ficoſis menti papularũ eruptionibus. Μίλτον verò Λημνίαν, quæ & σφραγὶς Λημνία & λημνία γῆ dicitur, Celſum intelligere per minii glebam in torminum curatione (cap.15.li.4.) quidam exiſtimant, & pro rubrica Lemnia aut Armenia ſumi. Quam etiam μίλτον Λημνίδα vocat Nicander in Ther. Vitruuius rubricam Lemniam aut minium Lemnium.

Μὶν dictio eſt enclitica & poëtica & ipſum aut ipſam ſignificat, & πρὸς τρία γένη δηλοῖ, αὐτόν, αὐτήν, αὐτό, vt ſcribit Heſychius. Eam autem creberrimè vſurpat Hipp. vt lib.3. de Morb. (p. 159.12. & 27.) καὶ κῶμα μιν ἔχει, & ſopor ipſos detinet, vbi μὶν αὐτοὺς multitudinis numero denotat. Et rurſus βὴξ καὶ κῶμα μιν ἔχει, tuſſis & ſopor ipſum detinet.

Μινύθειν & μινυθῆσαι, minuere aut imminuere, & μινυθεῖσθαι, imminui ſignificare apud Hippocratem, contrariumque eſſe τῷ αὐξάνειν, ſcribit Gal. lib.2. περὶ δυσπ. (p.179.27.) indeque μινύθησιν imminutionem indicare, & paſſim vſurpari apud Hipp. hanc vocem eo ſignificato vt repugnet τῇ αὐξήσει. Sic μινυθῆσαι τῷ σαρκῶσαι καὶ παχῦναι opponitur lib. κατ᾽ ἰητρ. (pag. 697.20.) vt imminuere ei quod eſt incraſſare aut carne implere. Vbi μινυθῆσαι ἰσχνᾶναι exponit Gal. gracilem & extenuatum reddere. Et lib.2. περὶ ὑγιειν. (p.236.41.) μινυθῆσαι τῷ σαρκῶσαι opponit Galenus. μινυθήσιες σαρκῶν etiam carnium imminutiones ſignificant lib. de art. (p.637.41.) & in Mochlico (pag. 507.49. & p.508. 41. & 509.6.) Sic μινύθησις ſeneſcentis ætatis inclinationem & vitium diminutionem indicat, aph.29. ſect. 8. libr. 6. Ep. cui παχυσμὸς aut κρατυσμὸς opponitur, h. e. florentis aut conſiſtentis ætatis robur aut firmitudo. Et lib.2. Epid. (p.314.11.) κίονές τε τηκόμενοι, μινύθησίν τινα παρεῖχον πονηρήν. eliquatæ columellæ, imminutionis prauam quandam ſignificationem præſeferebant. Eſt & μινύθησις πνεύματος ſpiritus imminutio lib. περὶ χυμῶν (p.115.14.) quæ ægris imbecillitatem & ferè virium caſum portendit. Et λεπτὸν καὶ μινυθῶδες πνεῦμα exilis & imminuta reſpiratio, quæ omninò breuis eſt, vt explicat Gal. lib.2. περὶ δυσπ. ægr.3. li.3. Epid. poſt ſt. peſt. & lib.2. περὶ γυν. (p.271.40) etſi πνεῦμα μινυωθῶδες legit Erotianus, & τὸ ἀσθενὲς καὶ ὀλίγον exponit, debilem & paucam reſpirationem. Velut μινυνθάδιος dicitur Homero Il. α. (v.352.) βραχυχρόνιος καὶ ὀλιγοχρόνιος qui breuis & exigui eſt temporis. Μινύθειν quoque neutraliter ſumitur & imminui, conſumi, aut decreſcere ſignificat, & μινύθειν ἐλαττοῦσθαι exponit Heſychius, quemadmodum μινύθει, ἐλαττοῦται, μειοῦται. Eſt autem verbum poëticũ, eaque notione creberrimè vſurpatur Hippocrati. Vt libr.1. de Morb. (p.139.40.) μαραίνονται καὶ μινύθουσιν ὑπό τε τοῦ πυρετοῦ, καὶ ὑπὸ τοῦ μηδὲν τρέφεσθαι. marceſcunt & imminuuntur, tum à febre, tum eò quòd nibil alantur. Ac rurſus ibid. (v.42) καὶ πρῶτα μὲν, τὰ ἐν τοῖσιν ἀκρωτηρίοισι μινύθει τε καὶ ψύχεται. primumque extrema quidem minuuntur & perfrigerantur. Et lib.2. (pag.156.15.) καὶ μινύθει & minuitur, conſumitur. Rurſusque ibidem (p.151.13.) καταλεπτύνεται τὰ ἄνω καὶ μινύθει. ſuprema extenuantur & minuuntur. Iterumq; ibid. (p.158. 8.) καὶ μινύθει. & conſumitur. Sic etiam ibidem (p.145.33.) ſcribitur, καὶ τοῦ σώματος παντὸς ἀκρασίη καὶ μινύθη, & totius corporis impotentia & di-

minutio. Vbi μινύθη (ſi modo vera eſt lectio) μινύθησιν denotat. verùm μινύθει legi malim, vt ſit imminuitur corpus aut decreſcit, cùm emacreſcit. Lib. quoq; de art. crebrò hæc dictio vſurpatur, vt (p.630.43.) αἱ μέν τοι σάρκες μινύθουσιν. ſed carnes tamen imminuuntur. Et (v.46.) τοῦ μέν τοι ποδὸς τὰ ὀστέα μινύθει μὲν, pedis autem oſſa minuuntur quidem. Et (v.50) ἔτι δ᾽ ἧσσον ἐμινύθη τὰ τοῦ ποδὸς ὀστέα τούτοισιν. minus adhuc iis pedis oſſa imminuerentur. Et (v.56) σάρκες μέν τοι μινύθουσι παντὸς τοῦ σκέλεος τούτοισιν. carnes tamen totius cruris imminuuntur. Et rurſus (p.631.23.) μινύθουσιν αἱ σάρκες. carnes imminuuntur. Rurſus quoque ibidem (p. 637.43.) τούτοισι καὶ μάλιστα μινύθει. iis vel maximè minuitur. Et, εἰ δ᾽ αὖ πλεῖστα χρέωνται τῷ ἐπιβαίνειν, τούτοισιν ἥκιστα μινύθουσι. Quod ſi inceſſu frequenter vtantur, iis minimum imminuuntur. Et, (p.641.4.) μινύθουσι μέν τοι αἱ σάρκες πάντῃ. carnes tamen vbique minuuntur. Rurſusque extremo lib. de art. (p.661.1) πάνυ μινύθει δὲ μηροῦ καὶ κνήμης τὰ ἔμπροσθεν. femoris verò & tibiæ pars anterior prorſus minuitur. Et v.2 & 3.) μινύθει δὲ τὰ ἔξω. exterior pars minuitur. Et, μινύθει δὲ τὰ ἔσω. ab interiore parte imminutio fit. Quod repetitur in Mochlico (p.509.20 & 21.) Vbi etiam phraſis eadem ſæpè repetitur, vt (p.508.5.) καὶ σάρκες μινύθουσι τἀναντία μάλιστα, ἢ ὡς τὸ ἔκπτωμα. & carnes ex aduerſa parte in quã prolapſio facta eſt, potiſſimum imminuuntur. Et (v.10) μινύθουσι δὲ σάρκες, μάλιστα δὲ τὰ ἔξω. carnes autẽ minuuntur, maximè tamen parte exteriore. Et (v.13) αἱ δὲ σάρκες μινύθουσιν ὡς προείρηται. carnes tamen quo ante dictum eſt modo imminuuntur. Et (v. 18.) καὶ τὰ κάτωθεν ἧσσον μινύθει καὶ ὀστέα. infra etiam oſſa minus imminuuntur. Et (v.27.) ἧσσον δέ τι μινύθουσι, minusq; quodãmodo imminuũtur. Et (v.35.) σάρκες παντὸς τοῦ σκέλεος ἐν πᾶσι μινύθουσι. totius cruris carnes in omnibus imminuuntur. Et (p.509.2) μινύθει δὲ ἥκιστα. minimùm aũt imminuitur. Rurſus ἐν τῷ κατ᾽ ἰητρ. (p.700.16) ἢ αὐτόματα ἐμινύθη quam ſuapte natura imminuta fuerunt. Vbi etiam τὰ μινυθήματα dicuntur, quæ ſunt diminuta aut imminuta, extenuatæ partes aut quiete & diuturno vinculo emaciatæ ac graciliores effectæ, alimentoq; deſtitutæ, ἰσχνὰ καὶ ἄτροφα γεγενημένα ib. explicat Gal. Eadẽ quoq; notione Erot. apud Hip. μεμινυθήκασι κατισχνάνθησαν exponit, quod eſt extenuati ſunt & graciliores effecti, aut de carnibus dictum eas imminutas & extenuatas fuiſſe ſignificat, velut ſcribitur in Mochlico (p.506.32.) ἢν αἱ σάρκες αἱ περὶ τὸ ἄρθρον μεμινυθήκασι διὰ τὴν φθίσιν. (Sic enim lego) quibus carnes quæ circa articulum ſunt, extenuatæ fuerint. Et li.1. περὶ γυν. (p.241.40.) μινύθει τὸ αἷμα, ſanguis minuitur. Sunt & μινυθικὰ malagmata Cælio Aureliano cap.1. lib. 1. Tard. paſſ. quę valent inductione propria ex alto cauſas detergere, nempe velut delendo extirpare aut imminuere.

Μιξαίθριον aut μιξαίθρια exponitur apud Hippoc. temporis ſerenitas hyemalibus pluuiis intermixta: aut temporis conditio ex hyemis ſerenitatisq; natura permixta, & in qua interdum pluuiæ, vt plurimùm verò ſerenitas apparet. Lib. 1. Epid. (p.357.39.) μιξαίθρια τὰ πλεῖστα. pluuiis & niuibus intermixta vt plurimùm ſerenitas. Sic n. eam dictionẽ exponit Gal. his verbis, ὁ τοίνυν χειμὼν ὃν διηγεῖται, ποτὲ μὲν λάβρους ἔσχεν ὑετούς, ποτὲ δὲ μεγάλους ἐκ διαλειμμάτων, καθαρῶς δηλονότι γενομένου πολλάκις ἐν τῷ μεταξὺ τοῦ περιέχοντος. τοῦτ᾽ οὖν ὁμολογεῖ καὶ τὸ γεγραμμένον ὑπ᾽ αὐτοῦ, μιξαίθρια τὰ πλεῖστα. Hyems igitur quã narrat, interdum largas habuit pluuias, interdũ verò magnas ex interuallis, atq; interea plærunq; purus & ſerenus erat aër. Quippe hoc ſignificat quod ab eo ſcriptum eſt, μιξαίθρια τὰ πλεῖστα, miſtæ vt plurimùm ſerenitates. Eſt aũt αἰθρία Ariſtot. li. de Mundo οὐδὲν ἄλλο πλὴν ἀὴρ αἴθριος καὶ ἀνόμιχλος, ἀνέφελος οὖσα τῆς ὁμίχλης, aër ſerenus & apertus, innubilus & nubecula carens, nebulæ aduerſarius.

Μιξόπυα οὖρα, vrinæ pure permixtæ, partim purulentæ, lib.1. Epid. (p.365.20.) μιξόπυα μετ᾽ ὀδύνης, partimq; cum dolore purulentę. Qd fiebat humorum acrimonia tentatis vrinæ viis, neq; id ſine dolore.

Μίσυ cum chalcitide genere eſt cognatum, & cum chalcitide naſcitur, eaſdemq; habet facultates, præterq̃ tenuiorũ eſt partium. Ad ocularia emplaſtra adhibet Hipp. in Nothis quæ adiecta ſunt li.1. περὶ γυν. (p.300.22) μίσυ ξενικὸν, miſy peregrinum crebrò celebrat Crito apud Gal. lib.5. κατὰ τόπ. (p.226.41. & p.227.7.) in paſtillis ad Lichenas.

¶ Μνᾶται Erot. apud Hipp. κινεῖται ἢ κτείνεται exponit, qđ eſt mouetur aut interficitur. Idemq; ita ſcriptã eſſe lectionẽ apud Hip. ꝓfitetur.

¶ Μόδος apud Hip. herbę cuiuſdam nomen eſt, cuius radicem ex vino tritã in Tetano propinat, li. de rat. vict. in morb. ac. (p.108.40.) Cælius Aurel. cap.8. li.3. Acut. bryoniæ radicem vertit. Cornarius Mei radicem dixit. Caluus etiam τόμον & μᾶδον legiſſe videtur.

Μοδιζέας ὄνομα τόπου, loci nomen eſſe apud Hip. ſcribit Erotianus. Verùm Μυδοναδέα legitur lib.4. Epid. (p.333.24 & 38.)

Μοιρῆσαι eſt in partes diuidere & dirimere, lib. 2. de Morb. (p.155.29.) in pectoris & dorſi ruptione. τοῦτο καίειν καὶ ἔμπροσθεν καὶ ὄπισθεν μοιρήσας ἑκατέρῃ. hũc ante & retro vrito, ita vt vtrinq; diuidas, h. e. vt æquè vtrinq; effluat, ex partibus vtroq; loco, dixit Corn. ſatis obſcurè. Et μοιρῆσαι idem quod διαμοιρῆσαι ſignificare videtur. Etſi locus non parum mihi ſuſpectus eſt, exiſtimoque ἐν μέρει, ἢ ἑκάτερον leg. vt aliàs loquitur li.3. de Morb. (p.159.23) vt alterũ, aut etiam vtrunq; latus vrendum pręcipiat. μοιρῆσαι Heſychius μερίσαι, διελεῖν, quod eſt in partes dirimere aut diuidere exponit.

Μολεῖν procedere apud Hipp. exponit Corn. Coac. Præn. (p.440.15.) vbi de fiſtulis ſcribitur, μολοῦνται καὶ ἰχωρροοῦσιν αἰεὶ, procedũt, hoc eſt ad interiora perueniunt, ſanieq; aſſidue manant. Vbi μολοῦνται pro μολεῖν ſumitur, vt etiam ex Æſchyli Prometheo annotatur. μολεῖν autẽ ἔρχεσθαι, ἐλθεῖν, & βῆναι, δραμεῖν exponit Heſychius, venire, procedere, currere & longius

longius excurrere. Quo ſenſu fiſtulæ intelligentur quæ altiùs procedunt, ad interiora perueniunt, longius excurrunt, cuniculos agunt, & in flexus ſinuoſos veniunt. Etſi noſtris in eum locum Annot. locum iſtum ſuſpectum habuimus, & μολουῦται pro μοτοῦται ſumi poſſe admonuimus, vt fiſtulæ denotentur quæ laborem aut moleſtiam exhibent, & dolore ac tædio graues ſunt, aliasq; huius loci lectiones & explicationes adſcripſimus.

Μολύβδιον plumbeũ aliquid ſignificat apud Hip. lib. de fiſt. (p.518.29.) καὶ ἐς τὸ ςόμα τῆς σύριγγος μολύβδιον ἐντιθέναι, ὅπως μὴ ξυμφύῃ. & in fiſtulæ oſculum plumbeum aliquid immittito, vt ne coaleſcat. Plumbeum autem aliquid in fiſtulam immittitur, quod latera diſtendat, ne coëant, internaq; deſiccet ſua vi vt plumbum. Quidam plumbeam glãdem aut collyrium eſſe volunt. Neq; ſecus μολύβδιον & μολύβδιξ aut μόλυβδοι dicũtur in muliebrium morborum tractatione, fiſtulæ plũbeæ aut penicilli plumbei & peſſi ad vteri oſculum dirigendum & reſerandum. Sic li.1. περὶ γυν. (p.237.5 & 6.) μολυβδίῳ vtitur, hoc eſt fiſtula plumbea, quæ in ſinum muliebrẽ immittitur, vt vteri oſculũ aperiatur ad ſuffitum recipiendum. Ac rurſus ib. (v.40.) vteri oſculum admodum cõniuens ἐσίοις μολυβδίοισι, fiſtulis plumbeis aperiri præcipit. Iterumq; lib.2. περὶ γυν. (p.271.19) obuerſum vteri oſculum τῷ μολυβδίῳ dirigit, & occluſum deducit ibid. (p.279.40.) Rurſus ibidem (p.272.44.) peſſis plumbeis pluribus, & digitorum ſex longitudine ad vteri ſuffitum vtitur, indicis digiti craſſitudine. μολυβδίνους μοτοὺς vocat, & μόλυβδοι & μολύβδιον ſæpius. μόλυβδοι etiam dicuntur ibid. (p.271.1. & 23.) & libr.1. περὶ γυν. (p.243.27.) Lib. quoque περὶ ἀφόρων (p.293.31.) vterum diducit μολυβδίοις ἐληλασμένοις ὀκτωδακτύλοισι, plumbeis penicillis ad octo digitorum longitudinem deductis. Iterumq; ibid. (p.295.29.) ad vteri oſculum conniuens τῷ μολύβδῳ vtitur & in glandem exacuit. Lib.2. de Morb. (p.147.28 & 34.) μόλυβδον & μολύβδους vocat, plumbeas lamellas aut maſſas, vel plumbea penicilla, quæ melle illita poſt extractum polypum in naſum immittuntur ad vlcus ſiccandum.

Μονόξυλα dicũtur nauigia ex ligno vno aut trabe cauata & fabricata. Hippoc. lib. de aëre, loc. & aq. (p.77.13.) de his qui Phaſin accolunt. ἀλλὰ μονοξύλοις διαπλέουσιν ἄνω καὶ κάτω. verùm nauigiis ex ligno vno cauatis ſurſum ac deorſum traiiciunt & enauigãt, niſi monoxylis lintribus dicere velis, vt Plin. lib.6. cap.23. Vnius ligni lembulis huc & illuc nauigant, dixit Caluus. Vbi certè διαπλέουσιν aut διαπλώουσιν legere malim quàm διαπλέουσιν. Sunt & μονόξυλα πλοῖα Arriano nauigia eadem, ex vno ligno aut arbore cauata. Quæ ſubindicare videtur Liuius cùm ſcribit, Nouasq; alias primùm Galli inchoantes cauabant ex ſingulis arboribus.

Μονοσιτίη eſt ſemel tantùm cibum capere, & de cœna intelligi videtur, cùm ei ἀκρατισμῷ opponat Hippocr. lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p.7.17 & 20.) quòd cœna antiquis pro vna cibatione eſſet. Eam autem dictionem ibi frequenter vſurpat, & lib. de rat. vict. in morb. ac. (vt p.45.48. & 58.42.

Μοτὸς ſeu μοτὸν linamentum vulnerarium dicitur, vel linteum carptum quod vulnerum cauis ad ea implenda inditur. Heſychius tamen μότα ſcribit, & τὰ πληροῦντα τὴν κοίλην τῆς τραυματικῆς ῥάκη exponit, hoc eſt lintea quibus vulnerum cauum impletur. Quemadmodum apud Homeri Schol. μότα dicuntur, τὰ ἐπιτιθέμενα τοῖς κοίλοις τραύμασιν ὀθόνια πρὸς ἀναπλήρωσιν τῆς σαρκός. lintea quæ vulneribus cauis imponuntur, vt carne expleantur. Hinc μοτῶσαι πληρῶσαι Heſychio ſignificat. μοτῶν autem quinque ſunt genera apud Medicos, vt recenſet Iſag. author. ςρεπτὸς, ξυςὸς, τιλτὸς, ἐλλυχνιωτὸς, πριαπισκωτός. Quibus indita ſunt nomina partim à formis & figuris quibus effinguntur partim à materia ex qua cõſtant. ξυςὸς enim raſilis à materia linteorum deraſa dicitur. τιλτὸς, ab eadem concerpta. Quare aliquando ſimpliciter ξύσμα ἢ τίλμα τὸ ὀθόνιον, raſura aut vulſura, hoc eſt quod linteis deraſum ac diuulſum eſt, pro iiſdem linamentis ponitur. ςρεπτὸς à figura nomen habet, & tortilis dicitur. ἐλλυχνιωτὸς verò quòd ex ellychniis conficeretur, non quòd ad ellychnii ſeu funiculi lucernarum ſimilitudinem cõtorqueretur. Nam priuatim materię quandam fuiſſe, quæ ἐλλύχνιον vulgò Galeni tempore fuerit appellata, quòd ad lucernarum funiculos aptiſſima eſſet, patet ex Gal. libr. 13. Meth. med. & 14. vbi ellychnia Tarſenſia valdè commendat, quæ ex Tarſo Ciliciæ conueherentur. πριαπισκωτὸς antè dictus eſt, quòd ad priapi ſeu mẽtulæ figuram formatus ſit. Ac præter hæc linamentorum genera λημνίσκον vocari Celſus ſcribit li.7. cap.18. in longitudinem implicitum linamentum, & aliquãdo linamentum inuolutum & oblongum. λημνίσκον etiam vocat Paulus lib.6. cap.34. & Aëtius Tetrab.4. ſerm.2. capit.7. σφηνίσκος Paulo dicitur libro ſexto, capit. 4.7. & 91. linamentum ad cunei parui ſimilitudinẽ intortum, vel quòd cunei modo ea quæ cõiunguntur & adhæreſcunt ſeparet. Gal. li.3. κατὰ τόπ. (p.202.19.) linamẽti longi lycio imbuẽdi ad hæmorrhagiam, ex Heraclida meminit, qđ μοτὸν μακρὸν vocat. Ibidẽ quoq; linamenti ex ellychnio contorti mentio fit, vt & πριαπισκωτοῦ. Verùm illic συςρέψασι ἐλλύχνιον, pro ἐλλυχνιωτὸν malè legitur, vt & πριαπίσκῳ pro πριαπισκωτῷ. Ibidem etiam ξυςὸς μοτὸς ponitur, ſed χυτὸς pro ξυςὸς vitioſè ſcribitur. Illic quoque ex Aſclepiade ςρεπτοῦ μοτοῦ, hoc eſt torti linamenti fit mentio. Μοτὸς vulgò vocari τὰς ὀθόνας τιλτὰς, hoc eſt, concerpta linteorum fila, aut concerpta linamenta, quibus ad hæmorrhagiam vtuntur Chirurgi, ſcribit Galen. comm. 2. in lib. κατ' ἰητρ. (p.688.4.) Μοτὸς κασσιτέρινος κοῖλος, penicillus ſtanneus cauus, aut cãnula

ſtannea vſurpatur Hippocrati li.2.de morb. (p.151.5.) ad educẽdum pus aquoſum & viſcoſum è thorace. Qui eadem in re etiam ibidem (p.155.8.) μοτὸς κασσιτέρινος ſimpliciter dicitur, vt & μοτὸς κασσιτέρινος στερεὸς ſolidus penicillus ſtanneus, ad caui differentiam, ibid. (p.154.47) Eſt & μοτώματος ξυστροφὴ linamentum contortum, aut linamenti in orbem conuolutio, in hæmorrhagiæ ſiſtendę conſilio apud Hipp. aphor.3.ſect.7.lib.6.Epid. ex eorum genere quos μοτοὺς στρεπτοὺς vocant. Hinc quoq; μότωσις linamentorum vſus aut per linamenta curatio dicitur lib.de art. (p.610.19.) πάσης τε μοτώσιος ἀπέχεσθαι χρή. omnique per linamenta curatione abſtinẽdum. Ἔμμοτα verò quinam dicantur, & quæ ſint ἔμμοτα, antea expoſuimus, & quoſnam ἐμπύους μοτοὺς vocet Hippocrates.

Μοχλεία authori definit.Med.(p.402.14) ἐστὶ μεταγωγὴ ὀστοῦ ἢ ὀστῶν ἐκ τοῦ παρὰ φύσιν τόπου, εἰς τὸ κατὰ φύσιν. oſſis aut oſſium à loco qui præter naturam ſit, ad naturalem reductio. Dicitur & μοχλεία vt μοχλεύειν, quæ μόχλευσις Hippocrati ſæpè, per vectes molitio, impulſio & molitio ſimpliciter, & vectis vſus in fractis aut luxatis reſtituendis. Lib. de fract. (pag. 551.13.) ἐκ κατατάσιος καὶ μοχλεύσιος. ex contentione & molitione. Rurſus ibidem (p.569. 34 & 37.) ὄνου τε περιαγωγῇ, καὶ μοχλεύσει, καὶ σφηνώσει. aſelli circumactio, per vectem molitio, & cunei adactio. Et, οὕτως ἀτιμασίη αὕτη ἡ μόχλευσις. quare negligenda non eſt hæc per vectes molitio. Vbi etiã μοχλεύειν & μοχλεύεσθαι & μοχλὸς vſurpatur. Et rurſus (ibidem p. 571.53.) ἡ μόχλευσις καὶ ἐνταῦθα μετὰ τῆς κατατάσιος εὖ ἂν ξυλλαμβάνοιτο. his quoque per vectes molitio cum extentione benè opem ferre poterit. Rurſus lib.de art.(p.585.9.) τί γὰρ ἂν δικαίη μόχλευσις οὐχὶ κινήσειε; Quid enim iuſta per vectes molitio non moueret? Et rurſus ibidem (p.657.27.) ἅμα δὲ ἡ μόχλευσις ἀπωθέει τὴν κεφαλὴν τοῦ μηροῦ εἰς τὴν ἀρχαίην φύσιν. ſimulq; per vectes molitio femoris caput in priſtinam naturam retrudet. Iterumq; ibid.(v.44.& 55.) vbi etiam μοχλεύειν & μοχλὸς στρογγύλος ſępè vſurpatur, vt & ἀπομοχλεύειν & ἐκμοχλεύσασθαι.

¶ Μυδᾶν eſt ſuperfluo humore redũdare, marceſcere aut vitiari, ac putreſcere, & de his dicitur quæ nimia aut putrifica vligine corrumpuntur & liqueſcunt. Vnde μύδησις βλεφάρων eſt palpebrarum vitium cũ nimio humore redundantes corrũpuntur & glabreſcunt. Μύδησις authori Iſagoges (p.386.21.) ſcribitur commune eſſe nomẽ iis omnibus quæ ex nimio humore aut putredine pereunt & defluũt: propriè tamen palpebris attribui, vbi humore ſuperfluo redundantes & adipe tumentes, humorem aſſiduè emittunt. μυδᾶν pro μαδᾶν ſumunt nonnulli, vt cùm nimio humore capilli defluunt, & glabrum quiddam euadit. μυδῆσαι, βρεχθῆναι, παρεῤῥυῆναι, σαπῆναι, humore diffluere, madêre ac putreſcere exponit Heſych. & μυδῶντας διυγραινόντας σηπομένους, humore putreſcentes, vt & μυδαλέον, διάβροχον καὶ κάθυγρον. Μυδῶσα σὰρξ dicitur Hip. caro in vlceribus nimia vligine marceſcens, & nimio humore liqueſcens, fluxa & hebes, quę ex redundante humore contracta eſt, li.de vlcer. (p.513.48.) & li.de cap.vuln. (p.449.47.) Et rurſus ib. (p.450. 6.) de membrana cerebrum ambiẽte. ὡς μὴ ἐπὶ πουλὺν χρόνον ὑγρὰ ἐοῦσα μυδήσῃ τε καὶ ἐξαίρηται, ne ſi diutius madeſcat, nimis vuida marceſcat, tum intumeſcat. vbi etiam διαμυδᾶν vſurpatur (p.451.17.) Lib.quoq; 1. περὶ γυν. (p.233. 4) ὅκως τὰ ἕλκεα μὴ μυδήσῃ. ne vlcera nimio humore vitientur & putreſcant. Et ἀπὸ τοῦ μυδᾶν μυδῶν videtur dici Polluci, caro fungoſa in vlcere fiſtuloſo, in quo ſinus ſunt mucoſi, oræ verò calloſæ.

A verbo μυδᾶν τουτέστιν ὑγραίνεσθαι, μυδρίασιν deduci vult Gorrhęus. Eſt aũt μυδρίασις authori Iſagog. (p.387.11.) ὅταν ἡ κόρη τῷ μὲν χρώματι μηδὲν παραλλάττῃ, πλατυτέρα δὲ ἢ πολλῷ τῆς κατὰ φύσιν, ὥστε ἐγγίζειν τῷ κύκλῳ τῆς ἴρεως καὶ ἐμποδίζειν τὸ βλέπειν. cùm pupilla colore quidẽ nihil euariat, naturali tamen ſtatu longè eſt latior, adeò vt ad iridis circulum pertingat, & viſum impediat. Quem iridis affectum ſic deſcribit Paulus lib.3.cap.22. ὅταν ἡ κόρη τῷ μὲν χρώματι μηδὲν ἀλλοιοτέρα φαίνηται, πλατυτέρα δὲ πολλῷ τῆς κατὰ φύσιν, καὶ ποτὲ μὲν ὁλοσχερῶς ἐμποδίζῃ τῷ ὁρᾶν, ποτὲ δὲ ἐπὶ πολύ, καὶ τὰ ὁρώμενα αὐτοῖς πάντα δοκεῖ μικρότερα εἶναι, μυδρίασις μὲν τὸ πάθος ἐστίν, αἰτία δὲ αὐτοῦ περιττωματική τις ὑγρότης ἐστίν. Cùm pupilla quidẽ colore nihil variat, longè verò quàm pro naturali modo latior eſt, & quãdoq; quidem in totum viſum impedit, quandoq; ẽt permultum, & quæ ipſis videntur minora eſſe apparent, Mydriaſis quidem affectio eſt, cauſa verò ipſius excrementitius quidam humor. Celſus li.6.cap. 6. id quod μυδρίασιν Græci dicunt, non multum ab oculorũ reſolutione diſtare ſcribit. Pupilla effunditur & dilatatur, acieſq; eius hebeſcit, ac penè difficillimè genus id imbecillitatis eliditur. Reliqua de cauſis vide apud Gorrhæum.

Μύδροι διάπυροι ſunt Hip. globuli aut lapides cãdẽtes, ſeu fruſta ferri igniti, aut veluti maſſa candefacta & ignita. Lib.2. περὶ γυν. (p.274. 46.) fomentum ex vrina per maſſas ignitas aut globulos cãdentes calfieri iubet. ἐπειδὰν δὲ ἀποψυχθῇ τὸ οὖρον, ἐμβάλλειν μύδρους διαπύρους ἐς τὸ οὖρον. Vbi verò lotiũ refrixerit, maſſas ignitas, aut globulos cãdentes immittes. Lib. quoq; περὶ φυσῶν (119.41.) de aëre, διάπυρος δὲ καὶ μύδρος γινόμενος ἐν ὅλῳ τῷ σώματι τὴν θερμασίην ἀπεργάζεται. accenſuſq; & ignitus in totum corpus calorem ſpargit. μύδρος exponitur Heſychio ὁ ἀργὸς σίδηρος καὶ κραταιὸς λίθος, & σίδηρος πεπυρωμένος. Æſchyli etiam Scholiaſtæ σίδηρος πεπυρακτωμένος. μύδρον πύρινον λίθον, lapidem ignitum exponit Sudas. Ariſt. lib. de mundo, de Ætna, Lipara & Æoli inſulis, quę ferri maſſas ignitas aut lapides eiaculantur, μύδρους διαῤῥιπτοῦσι διαπύρους. ignitas glebas euomunt. Sic Anaxagoras Clazomenius Solẽ μύδρον eſſe dixit.

Μύζειν de ſono dicitur qui clauſis labris ex naribus editur, qualis eſt gemẽtiũ, muſſare aut muſſitare quidã dicunt, aut mutire. Significat

tat etiam ſtridere & ſtrepitum quendam ac rugitum edere. Et apud Hipp. ſæpè de murmure aut ſtridore interno quem viſcera eduor dicitur, & de vētris ſtrepitu ac rugitu, vt lib. 5. Epid. (p. 335. 17. & 21.) ὁκότε ἄσιτος εἴη, ἔμυζεν αὐτοῦ ἐν τῇ γαστρὶ ἰσχυρῶς, cū ſine cibo perſeueraret, ſtrepitum vehementem in ventre percipiebat. Et, ὁκότε νεωστὶ βεβρωκὼς εἴη αὐτοῦ ὀλίγον χρόνον ἥκιστα ἔμυζε. cùm cibum recens deuoraſſet, tum minimè ſtrepitū ſentiebat. Rurſus lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 192. 24.) μύζει περὶ τὰ σπλάγχνα, ſtrepitū aut ſtridorem edit circa viſcera, vbi de eo quod pingue eſt comeſto agitur, quod circa viſcera murmurat & rugitum edit. Exugi tamen à viſceribus dixit Cornarius, vt & ſuperiorem locum de ventris ſuctu accepit, & crebrò μύζειν apud Hip. de ſuctu interpretatur, quòd μύζω idem quod μυζέω aut μυζάω, hoc eſt ſugo, exugo ſignificet. Sic μύζει, θηλάζει, λείχει, πιέζει exponit Heſychius, & μύζουσι θηλάζουσιν. Ego verò de vētris rugitu & ſono quodā lubētiùs intellexerim, quòd etiam ibidem βορβορύζειν, τρίζειν & βορβορύζειν, περὶ τὰ κοιλίας dicatur. Sic rurſus ibid. (p. 204. 39.) de ſtrepitu & rugitu qui circum viſcera editur in morbo regio, πρὸς τὴν καρδίην καὶ τὰ σπλάγχνα μύζει, ad os ventriculi & viſcera ſtrepitus & rugitus editur. Vbi rurſus ēt exugitur dixit Corn. & exemplaria manuſcripta μυζεῖ pro μύζει legunt. Ac rurſus ib. (p. 210. 45) καὶ ὁκόταν ἐπὶ τούτοισι στῇ, μύζει καὶ ἐμεῖν ἄγει. & vbi in his conſtiterit, ſtrepitum edit & vomitionem ciet. Sic etiam lib. 2. de Morb. (p. 153. 28.) καὶ τὰ σπλάγχνα μύζει, & viſcera rugitum edunt. Et rurſus ibid. (v. 31.) καὶ ἅτε ἂν τι φάγῃ, ἐπιθέει σπλάγχνοισι μύζει. vbi quid ederit, in viſceribus rugitum edit. Rorſus ibidem (p. 156. 11.) τὰ σπλάγχνα μύζει, viſcera ſtrepitum edunt. Quæ phraſis eadem repetitur ibidem (pag. 158. 5. Lib. quoque περὶ κρισίμων, (p. 389. 20.) in Ictero, ἔπειτα μύζει τὰ σπλάγχνα ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. deinde vt plurimùm viſcera ſtrepitum edunt. Pro quo li. 3. de Morb. (p. 160. 47.) τὰ σπλάγχνα ἀμύσσεται ſcribitur, viſcera lancinātur.

Μύειν, conniuere, claudere, obſtruere ſignificat. De oculis συνεχέως μύειν dicitur in Coac. Prænot. (p. 430. 25.) continenter conniuere, quod eſt nictare, & extremā virium imbecillitatem denotat, & neruorum qui genas oculorum mouent debilitatem. Eſtque nictatio in oculis idem quod tremor in reliquis membris. Μύειν, ξυμμύειν & χάσκειν inter ſe ſunt oppoſita, vt cōniuere, occludi, & dehiſcere. Et ξυμμύειν de conniuente aut occluſo vteri oſculo ſæpè effertur Hip. li. περὶ γυν. vt lib. 1. (p. 171. 24. & 25. & p. 179: 11. 20. 40. & p. 280. 18.) & aph. 51. & 54. li. 5. Sic etiam ἐμμύσῃ τὸ συνιέμενον ex Dioſcoride apud Hip. exponit Gal. qood de vlcerib. dictum, conniuent, occluſa ſunt aut coaleſcūt ſignificat, vt antea ſcripſimus. Hinc ēt μύσιν μύσεις Galeno exponitur apud Hip. h. e. præcluſio, conniuentia. Etſi μύκη vitioſè legunt Exegeſeωs exemplaria. Ex eaq; cognatione μεμυωμένοι σπλῆνες deducuntur, lienes clauſi & obſtructi, h. e. denſi & conſtricti, duri & tumidi. li. de aere, loc. & aq. (p. 454. 12.) his qui aquas glaciatas & frigidas bibunt, σπλῆνας μὲν αἰεὶ μεγάλους εἶναι καὶ μεμυωμένους ſcribit, lienes magnos & denſos, cōſtrictos, obſtructos, h. e. tumidos & elatos, aut duros. Plenos dixit Corn. moleſtos Caluus, neſcio quo iure. elatos in tumorem rotundum ad muſculi ſimilitudinem Zuinggerus. Verùm μεμυωμένους μεμυκότας dici poſſe exiſtimo, vt clauſos, obſtructos & dēſos lienes intelligamus, quemadmodū μεμυωμένων μεμυκότων exponit Heſychius, & μεμυκότων πεπυκνωμένων & συνεστραμμένων. Etſi nōnihil ſuſpecta eſt mihi iſta lectio, & pro μεμυωμένους μεμολυσμένους legiſſe Gal. exiſtimo, eoq; referri debere quod in Exeg. μεμολυσμένους quibuſdam τοὺς κατεψυγμένους, h. e. perfrigeratos, ſignificare ſcribit, nōnullis ēt τοὺς ἐσκιρρωμένους καὶ λιθώδεις dici, h. e. induratos & lapideos. Quæ expoſitio cùm probè huiuſmodi lienibus cōueniat, Exegeſeωs lectionem profectò non parum ſuſpectam facit, vt pro μεμολυσμένους μεμυωμένους legi debere, quis exiſtimet.

Μύκη quoq; aut μύκης fungū ſignificat. μύκητες verò vocantur in partibus vlceratis excreſcentię quędam ex humorum craſſitie enatæ, velut tuberoſæ quædam eminētiæ, quas in palpebris, pudendis & reliquis exulceratis partib. oriri & μύκητας vulgò dici ſcribit Gal. com. 3. in li. 3. Epid. (p. 426. 31.) Idem li. 1. de loc. aff. (p. 249. 26.) in fracturis capitis meninge affecta, τοὺς μύκητας enaſci ſcribit, & ſedis affectæ notam indicare. Sic ἐμυκήθη Gal. apud Hip. ex plurimorum opinione, τὸ ἐπιφύσεις ἔσχε πλαδαράς, ὥσπερ καὶ οἱ μύκητες exponit, h. e. eminentias adnatas habens flaccidas & humoris plenas, ad inſtar fungorum. Vt à μύκη aut μύκης μυκοῦμαι deductum videatur. Hinc quoque τὸ μυκῶδες ἕλκος apud Erot. pro μυξῶδες leg. antea diximus, quod μυξῶδες exponit, mucoſo humore madens & flacceſcens ad inſtar fungorum. Eoque pertinere videtur quod ſcribitur li. 2. de Morb. (p. 152. 1.) in pulmonis vlcere feruido, ἐμφαίνονται σκληραί, οἷον μύκης ἀφ' ἕλκεος, apparent dura quædam ab vlcere, velut fungus.

Μυκτὴρ, naris aot nares & naſus, vt cùm ſcribitur Pror. (p. 183. 28.) μυκτὴρ ἐπὶ τούτοισι ῥηγνύμενος, in his naſus erūpens, de hęmorrhagia, quod repetitur Coac. Pr. (p. 443. 26.) vnde μυκτηρίζειν, deductum eſt quod χλευάζειν, καταγελᾶν exponit Heſychius, irridere, ſubſannare, naſo ſuſpēdere. Naſum n. (vt inquit Pl.) noui mores ſubdolę irriſioni dicauere. Var. verò ἐξουθενεῖν, nihili facere. At verò μυκτηρίζειν apud Hip. de hæmorrhagia ſumi videtur & pro ſanguinem narib. effundere, li. 7. Epid. (p. 367. 45.) ἀποστραφεῖσα ἐμυκτήριζεν. μυκτηρίσασα διηλλάγη. auerſa ſanguinem ex narib. effudit, quo ex naribus effuſo, permutata eſt.

Μύλη, mola, os latum eſt & rotūdum genu ſuperimpoſitū, à molæ aſinariæ ſimilitudine ſic dictum, quod rotundum ſit. Dicitur etiā patella & rotula, & ἐπιγονατίς aut ἐπιμυλίς Gal,

com.1.in lib. κατ' ἰητρ. (p.680.53.) vbi τὴν μύλην etiam vſurpat Hippocr. vt & lib. de loc. in homine (p.65.37.) vbi τὴν μύλην genu ſuperimponi ſcribit. Eſt etiam μύλη, mola, caro informis & moles carnea in vteris cōcreta, de qua agit Hippocr. libr.1. περὶ γυν. (pag. 252.39.) & lib. 2. (p.283.39.) & lib. περὶ ἀφόρων (p.297.4.) Plutarchus in Præceptis Cōnubialibus. τὰ δ' ἄμορφα κυήματα καὶ σαρκώδη, ἃ σύνιστα ἐν ἑαυταῖς ἐκ διαφθορᾶς λαμβάνουσαι, μύλας καλοῦσι. Informes autem fœtus & carnis moles, quæ in vteris ex corruptione humorum concreſcunt, molas vocāt. Μύλην etiam ſcribit Erotianus (in dict. ἰμυλαίνη) Medicos vocare, τὸν ἐν τῇ ὑστέρᾳ γινόμενον σκίρρον, ortum in vtero ſcirrhum. Μυλλαίνειν autem & μυλλαίνειν eſt, protenſis labris os comprimere & contrahere, aut contorquere, vnde ἀπομυλλαίνειν dicitur. Vide ἀπομυλλαίνειν antea & προσμυλλαίνειν poſtea.

Μύξα dicitur authori definit. Med. (p.392.44) ἀποκάθαρμα τοῦ ἐγκεφάλου, ὥστε κουφίζεσθαι τὸ ἡγούμενον τῆς ψυχῆς μέρος. Mucus expurgamentum cerebri, quo leuetur princeps animæ pars. Pollux μύξαν Hippocrati eſſe ſcribit τὸ ῥεῦμα τῆς ῥινός, mucū qui è naribus effluit, vt ſit eiuſdem quod βλέννα generis, & è cerebro per nares & palatum deſcēdit. Quod etiam tradit Gal. lib.8. de vſu partium, licet μύξαν recentiorum vocabulum eſſe velit, vt κόρυζαν & βλένναν antiquorum. Cùm tamen Hipp. lib. de Morb. (p.144.36.) μύξαν παχεῖαν & σαπρὰν, mucum craſſum & putridum dixerit, quem antea βλένναν, aut vt ibi ſcribitur βλέννην. Etſi igitur μύξα τῆς κεφαλῆς ἀποκάθαρμα dicitur, & mucū ſignificat ac lentum illum humorem & frigidū quo per nares cerebrū expurgatur, quiq; pueris maximè & iis qui humidiore ſunt cerebro aſſiduè ꝓmanat: impropriè tamen quemuis pituitoſum humorem ſignificat, & interdū etiam de aliis ſuccis dicitur. Sic cochlearum ſuccus μύξα vocatur, & humor ille pituitoſus & lentus qui naturaliter in articulorum acetabulis continetur, propriè μύξα nominatur Hippocrati lib. de loc. in homine (p.65.45) mucus aut mucor, qui cùm purus ſit & ſecundum naturā habeat, benè valētes & facilè mobiles articulos reddit: at ſi cōtra naturam ſuccreuerit & redūdarit, nimio humore articulorū ligamenta imbibens & lubricans, eorum prolapſiones facit. Sic aph.59. li.6. μύξαι & mucores ſuperuenientes femoris caput læue & lubricum reddētes, in cauſa ſunt vt facilè ſua cauitate excidat. Et aph.45. lib.5. vbi cotyledones & vteri acetabula μύξης h. e. lentoris aut mucoris plena ſunt, abortionis primis menſibus periculū eſt: μυξώδης ὑγρὸν h. e. mucoſum humorem dici cōſueuiſſe ſcribit Gal. com.3. in li. de art. (p.625.50.) eum qui albus eſt & lentus, & in partibus exanguib. oſſibus & cartilaginibus articulorū coaceruatur, natura ſemicoctū quiddā relinquēte, vbi ad eam imbecillitatem peruenerint, vt alimentū concoquere nequeant, non ſecus ac in oculis lippitudine laborantibus ſordes colligitur. Inde μυξώδης σὰρξ mucoſa caro ſępè dicitur lib. de art. & μυξώδεα πτύσματα, ſputa mucoſa, in Coac. Pr. (p.439.28.) & μυξώδης κοιλίη, ib. (p.428.9) aluus mucoſa & pituitoſa reddēs & μυξώδεα mucoſa alui recrementa, ib. (p.438.14.) Sic μύξα κοπρώδης, ſtercoraceus mucꝰ dicitur Pror.2. (p.423.41.) alui recrementū mucoſum, id quod excernitur mucoſum vertit Celſus cap.8. li.2. μύξα etiam dicitur Galeno com. ad aph.59. lib.6. ὁ χυμὸς φλεγματώδης, pituitoſus humor.

Μυξωτὴρ Hippocrati naſus dicitur, quē alii μυξωτῆρας vocant, vt Pollux, & Galen. μυξωτῆρας ſæpè. Lib.2. de Morb. (p.144.35.) κατὰ τὸ μυξωτῆρα, ad naſum.

Μυοχάνη exponitur Gal. in Exeg. epithetum eſſe τῆς χασκούσης, h. e. biantis mulieris. Quòd ſi μυριοχάνη ſcribatur, indicari τὴν ἐπὶ μυρίοις χαυνωμένην, eā quæ inter ſexcentas hiat. Quemadmodum certè ſcribitur li.2. Epid. (p.312.38.) Quibus ex verbis ſatis apparet antiquā lectionē μυοχάνη fuiſſe, vt etiam in dictione προμάργου apud Gal. ſcribitur, vt ſubnotauimus noſtris in eum Hip. locum Annot. μυριοχάνη autem ſcriptum eſſe apud Erot. antea ſcripſimus.

Μυρμηκίαι ſunt verrucæ formicariæ, ſic dictę ꝙ ſi eradantur, cōſtringantur, aut aliter attrectentur, ſenſum veluti reptātium aut mordentium formicarū inducere vidētur, vnde formicationes Plinio vocantur cap.8. li.30. Quibuſdam verrucæ ſeſſiles nominantur, quòd tota ſua baſi lata inſideant, ad verrucarum penſilium differētiam, quas ἀκροχορδόνας vocant. Lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p.113.29) acetum cum ſale μυρμηκίας ἀπολύει, verrucas formicarias attenuat. Hinc μυρμηκιᾶν & μυρμηκίασις cùm quis nimirum verrucis huiuſmodi infeſtatur, q̄ & μυρμηκιασμοὶ dicuntur Gal. li.3. περὶ εὐπορίστων (p.450.36.) De his agitur apud Gal. li.14. Meth. med. & Paul. li.4. cap.15. & Aëtium Tetrab.3. ſerm.4. cap.41. Celſus li.5. cap.28. μυρμήκια neutro genere vocat, de his hunc in modum ſcribēs. Myrmecia autem vocantur, humiliora thymio, duriorаq;, q̄ radices altiùs exigūt, maioréq; dolorē mouent, infrà lata, ſuprà aūt tenuia, minus ſanguinis mittunt, magnitudine vix vnquā lupini modum excedunt. Naſcuntur ea quoque, aut in palmis, aut in inferiorib. partibus pedum. Rurſusq; Myrmecia latiſſimis radicibus inhærent, ideoq; ne excidi quidem ſine exulceratione magna poſſunt.

Μύρον vnguentum ſignificat, crebrò tn̄ prō oleo ſumitur apud Hip. vt lib. περὶ γυν. φύσ. (p.215.30.) μύρον ῥόδινον, quod eadem in re lib.2. περὶ γυν. (p.275.25.) ῥόδινον ἔλαιον dicitur. Rurſusque ibid. (p.221.30.) μύρον ῥόδινον, ἔλαιον ῥόδινον vocatur lib.2. περὶ γυν. (p.280.6. & p.288.24.) & μύρον ῥόδινον (p.289.6.) Ac rurſus ib. (p.222.20) quod μύρον ſimpliciter effertur, vnguentum roſaceum vertit Caluus, ideò fortè quòd paulò pòſt ad ſuffitus μύρον ῥόδινον adhibetur, idem poſtea libr.2. περὶ γυναικ.

eadem

eadem in re (p.286.13.& 14.) ἄλειφα ῥόδινον & ἔλαιον ῥόδινον dicitur. Et alioqui μύρον ſimpliciter poſitum pro vnguento roſaceo, aliàs ſumitur, vt lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p.226.40.) μύρσα ἑψήσας ἐν οἴνῳ. quod lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 290 20.) μύρον θερμὸν ἐν οἴνῳ dicitur. Vbi tamen μύρτα & μύρτον pro myrti baccis legere malim. Sic etiam ſæpe apud Hippocr. μύρον αἰγύπτιον de oleo efferunt, vt antea docuimus. Et Erotianus μύρον αἰγύπτιον, quod & Mendeſium vocatur, ἔλαιον αἰγύπτιον dici lib. 2. περὶ γυναικ. (contra tamen Galeni mentem, vt antea ſubnotauimus) ſcripto tradidit.

Μύρον ὀποβαλσάμινον apud Hippocr. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p.222.39.) oleum balſaminum vertit Caluus, & videtur eſſe balſami ſuccus, qui olei ſpecie effluit. Etſi locus non leuiter ſuſpectus eſt, cùm hoc loco varient exemplaria, & κηρῷ τε ὀποβαλσαμίνῳ, & μύρῳ τῷ ἀπὸ βαλσάμου legant, vt Aſulanus. Cornarius verò vnguentum molle vertit, & μύρῳ τε μαλθακῷ ex lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 288.2.) legiſſe videtur.

Μύῤῥαν ſcribit Galenus in Exeg. apud Hippocr. αἰολεῖς σμύρναν dici. διτταὶ δὲ αἱ γραφαί. duplicem autem eſſe ſcripturam, quod alia exemplaria, διὰ τοῦ ρ γεγράφαται ſcribunt. Apud Hippocratem tamen σμύρναν ferè ſemper ſcriptum reperias.

Μυρτίδανον τὸ λεγόμενον, quod dicitur myrtidanum ſcribitur eſſe Dioſcoridi cap. 157. lib. 1. ἐπίφυσις ἀνώμαλος καὶ ὀχθώδης, καὶ ὁμόχρους, οἱονεὶ χεῖρες περὶ τὸ τῆς μυρσίνης πρέμνον. quiddam myrto adnaſcens, inæquabile & verrucoſum. & eiuſdem coloris, quod perinde quaſi manus myrti caudicem amplectitur. μυρτίδα dici nonnullis ſcribit Gal. lib. 7. de ſimpl. med. fac. ἡ μέν τοι τῷ στελέχει τε καὶ τοῖς κλάδοις αὐτῆς ἐπίφυσις ὀχθώδης, ἣν ἔνιοι μυρτίδα ὀνομάζουσι. Quod verò trunco & ramis adnaſcitur tuberoſum, quam myrtada nonnulli nominant. Hæc ἐπίφυσις μυρτίς Paulo vocatur, μυρτίδανον verò recte Oribaſio Collect. Med. lib. 11. & ad Eunap. lib. 2. Quod etiam indicat Galenus in Exegeſi, qui Dioſcoridis ſententiam ſecutus ſcribit: μυρτίδανον οἱ πλεῖστοι μὲν τὸ πέπερι. Διοσκορίδης δὲ ὁ Ἀναζαρβεὺς ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ὕλης ἐπίφυσιν ἀνώμαλον καὶ ὀχθώδη περὶ τὸ τῆς μυρσίνης πρέμνον. ὅ γε μὴν Ἱπποκράτης τὸν καρπὸν οὕτως ὀνομάζει οὐ τοῦ φυτοῦ, ὅπερ αὐτός φησιν ὑπὸ Περσῶν ὀνομάζεσθαι πέπερι. Myrtidanum plærique piper eſſe exiſtimãt. Dioſcorides verò Anazarbæus in primo de Materia Medicâ, agnatam quãdam eminentiam inæquabilem & tuberoſam circa myrti caudicem eſſe ſcribit. Hippocrates tamen plantæ fructum ſic nominat, quam Perſis piper vocari dicit. Quibus verbis Galenus mihi locum lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 288.29.) ſubnotare videtur, vbi ſcribitur, τὸ ἰνδικὸν ὃ καλέουσιν οἱ Πέρσαι πέπερι, καὶ ἐν τουτέῳ ἔνι στρογγύλον, ὃ καλέουσι μυρτίδανον. Etſi ὀκλόψας κόκκους τεσσάρους τοῦ ἰνδικοῦ malim ex lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p.221. 15.) & lib. 1. περὶ γυναικ. (p.261.10.) Ex quibus ſatis patet Hippocratem myrtidanum ſumpſiſſe pro fructu rotundo plantæ quæ Indicum dicitur, & à Perſis piper nominatur. Sic enim Exegeſeos lectio mihi emendanda videtur, vt pro ὑπὸ ἑτέρων ὑπὸ Περσῶν legatur, quò propius Hippocratis lectionem referat. Vbi etiam ὅπερ pro ὅπερ omnes Interpretes mihi legiſſe videntur, cùm ad καρπὸν referant, quod ad τὸ φυτὸν retuliſſe Hippocr. & Galenum ſatis conſtat. Nam etſi fructũ piper dici ſatis apparet, quod per τὸ στρογγύλον etiam indicat Hippocrates: Indicum tamen denotari quod Perſæ piper vocant, & plantam eſſe quæ piper ferat & myrtidanũ Hippocrati, fructum rotũdum myrto ſimilem, ex illa planta prouenientem, ipſa Hippocratis lectio ſatis clamat. Etſi enim τὸ τῶν ὀφθαλμῶν τοῦ ἰνδικοῦ & τὸ στρογγύλον aliàs πέπερι vocari ſcribit Hippocrates: nuſquã tamen de myrtidano alibi id ſcribitur, cùm eandem ſanè cauſam reſpiciant, nempe emollientium ad vterum ſubditritiorũ peſſorum materiã. Quod effecit, vt myrtidanum plærique piper eſſe dicerent; & Dioſcorides iunior ὁ γλωσσογράφος myrtidanum fructum plantæ in India piperi aſſimilis, quod myrtum referret, eſſe exiſtimaret, vt ſcribit Galenus & nos antea in Indico adſcripſimus. Inde quoque factum eſſe exiſtimo vt ſcripſerit Plinius cap. 29. lib. 15. alium fuiſſe baccæ myrti vſum apud antiquos, ante quàm piper reperiretur, illius obtinentem vicem. Nam quòd myrtidanum piper diceretur, & fructum myrto ſimilem (non myrti, quemadmodum vir quidam magni in re medica nominis exiſtimauit) ferret, iſtud facilem errandi occaſionem Plinio præbuit, vt myrti baccas piperis vſum apud antiquos obtinuiſſe putauerit. Quod fortaſſe Cubebis noſtris vulgaribus attribui poteſt, quas myrtidanum eſſe, & ab Hippocrate per τὸ ἰνδικὸν, aut τὸ ἰνδικοῦ φαρμάκου τὸ τῶν ὀφθαλμῶν, aut piperis nomine intelligi quidam contendunt, & à Theophraſto piper rotundum appellari. Myrtidanum verò etiam pro planta ſumi ſatis teſtatur quod ſcribitur lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 242.12.) ἢ μυρτιδάνου κλωνία δύο ἢ τρία, aut myrtidani ramuli duo aut tres, quos in partus difficultate cum vino exhibet, etſi illic μυρτιδάνου legitur. At Plinio myrtidanum vinum eſt ex ſylueſtris myrti baccis confectum, cuius parandi modum docet cap. 16. lib. 14. & Myrtiten Catoni vocari ſcribit.

Μυσάττεσθαι, eſt abominari, auerſari, deteſtari, vt deteſtãdum & fœdum grauatè ferre, vt lib. 2. de Morb. (p.151.13.) καὶ μυσάττεται τὸ σίαλον, ἐπὴν ἀποχρεμψάμενος ἔχῃ ἐν τῷ στόματι, & ſaliuam abominatur, vbi eam exſcreaturus ore continet. De purulentis agitur, in quibus ſputũ purulẽtũ grauiter olet, & fœtore eſt abominandum. μυσάττεται δυσχεραίνει exponit Heſych. hunc fortaſſè locum ſubindicans, vt indicetur apud Hippocr. ſputum ore contentum ad exſcreandum eſſe moleſtum & ſuo odore graue. Sic μυσαττόμενος eidem dicitur βδελυττόμενος, ἀποστρεφόμενος. A μύσος forte deductum, quod ſcelus aut facinus deteſtandum

ſignificat, μίασμα, βδελυγμὸν, ἀποτροφὴν expo-nit Heſych. Qua dictione vtitur Hip. lib. de Morbo Sacro (p. 123. 38.) ἀλλ' εἴ τι ἔτι πρότερον ἔχομεν μύσος, τοῦ ἀπογενόμενοι, ſed ſi quod antea ſcelus habemus, illud expiantes, purificantes. μίασμα ibidem vocat.

Μύτις, ſcribitur Galeno in Exegeſi ſic vocari τὸ ἐν τῷ σηπίας σώματι μέλαν, atramentum quod in ore ſepiæ cõtinetur. ἀλλὰ ἔτι ἰχθύς τις ὑπὸ τοῦ Ἱπποκράτους δηλοῦται. Sed & piſcis quidam ab Hippocrate eo nomine indicatur. Eſt autem μύτις apud Ariſt. cap. 1. & 2. lib. 4. hiſt. anim. in mollibus piſcibus viſcerum loco, ſub ore, & per eam gula tendit. Mutin retinet Gaza, quæ & Ariſtoteli μήκων & papauer vocatur. μυτίλις Heſychio ſcribitur, & exponitur τὸ μέλαν τῆς σηπίας ὅπερ ἐν τῷ σώματι ἔχουσα ἐκκρίνει, ſepiæ atramentum quod ore continens excernit. Annotatur & μύτις dici piſcis quidã fœminei generis non ſine mare paſtum quærens.

Μυττωτὸν apud Hippocr. Gal. in Exeg. exponit ex Dioſcoridis mente ὑπότριμμα σκορόδου ἢ κρομμύου, intritum ex allio & cepa. pulmentum ex intrito allio & cepa diximus, noſtris in lib. 2. Epid. Cõment. Eum enim locum à Galeno in Exeg. ſubindicari exiſtimamus, vt & Erotiano, qui μυττωτὸν apud Hip. Atticis dici ſcribit, ὑποτριμμά τι μετὰ σκορόδου γινόμενον, alliatum quoddã, aut intritũ ex allio. Idem addit apud Eupolim amylum dici, & quibuſdam placẽtam ex olere cõfectam, aliis etiam ζῦθον ſignificare. Se tamen iis aſſentiri qui μυττωτὸν eſſe velint, τὸ διὰ σκορόδου τρίμμα. Ductum autem eſſe nomen παρὰ τὸ μυσάττεσθαι τὴν δυσωδίαν, ὡς τὸ μυσαρὸν, ab abominando & graui odore, velut μυσαρόν. Pollux quoq; μυττωτὸν ὑπότριμμα ἐκ σκορόδων δριμὺ exponit, acre pulmentarium ex alliis. vt & Heſychius ὑπότριμμά τι διὰ σκορόδων, qui & propriè ſignificare ſcribit, τὸ διὰ σκορόδων τρίμμα τὸ ἐξ ἀρτυμάτων πολλῶν συντιθέμενον, intritum quoddam ex alliis, multis additis condimentis. Conficiebatur enim ex allio, porro, caſeo, ouo, oleo, aceto, vt ſcribit Ariſtoph. Schol. in Equitibus. Idem quoq; in veſpis μυττωτὸν propriè eſſe ſcribit, τὸ ἐκ σκορόδου καὶ τυροῦ καὶ ὄξους τρίμμα, ſicq; dictum ἀντὶ τοῦ μυσαρόν τι, παρὰ τὸ μυσάττεσθαι αὐτοῦ τὴν ὀσμὴν, ab abominãdo & deteſtando eius odore. Dioſcorides lib. 2. cap. 182. τὸ ἐκ σκορόδου καὶ τῆς μελαίνης ἐλαίας γινόμενον τρίμμα, καλούμενον μυττωτὸν, vrinæ ciende & ad aquam intercutem commodum ſcribit. μυττωτὸν igitur & μυττωτὸς dicitur, vt apud Hippocr. lib. 2. Epid. (p. 318. 38.) ἢν ἐμέῃ, καὶ μὴ πίνῃ, μυττωτὸν δριμύν. Quòd ſi vomat neque bibat, pulmentarium ruris acre, quod ex intrito allio & cepa fit (myttotõ vocant) apponito. Et libello περὶ ὄψιος (p. 522. 18.) ἕως ἂν πάχος γένηται ὡς μυττωτὸς, dum craſſitudine intritum ex allio referat, de medicamento ad palpebrarum ſcabiem. Sic τοὺς μυττωτοὺς Theophr. ex lib. 9. hiſt. pl. cap. 4. Plinius lib. 19. cap. 6. per ruris pulmentaria expreſſiſſe videtur. μυττωτὸς etiam Athenæo lib. 7. bis vſurpatur. μυσσωτὸν quoq; & μυσωτὸν dicitur. Ex quo apud Hip. lib. de loc. in homine (p. 74. 20.) pro μυσωτῷ, μυσσωτῷ aut μυττωτῷ legendum indubitata eſt cõfeſſio. Vbi enim agitur de vteri morbis & illorum curatione, ſic ſcribitur, ἢν μὲν περιέλθῃ μοῦνον καὶ μὴ διέχῃ, χρῶ ᾧ τινι βούλει τῶν κακόδμων, ἢ μυσωτῷ, ἢ ἄλλῳ τινὶ τῶν βαρυτέρων καὶ κακὸν ὀζομένων. Si quidem ſolùm proceſſerit, & illini poſſit, quoduis ex graueolentium genere adhibẽdum, aut cedrus, aut pulmẽtum ex alliũ aut cepæ intrito, quod Myſorum dicitur, aut aliquod aliud ex grauiter & malè olentibus. Vbi Caluus μυσωτικῷ pro μυσωτῷ vitioſè legiſſe videtur.

τὰ Μυχθώδεα ἐξαναφέροντα πνεύματα dicuntur ſuſpirioſæ ſpirationes quæ foras educuntur, & μετὰ μυχθισμοῦ ἔξω ἀναφερόμενα πνεύματα in Coac. Prænot. (p. 440. 33.) & (p. 441. 14.) eædem quæ ſuſpirioſæ expirationes. Quæ inæqualis dyſpnœæ genus indicant, quod in ea quæ extra fertur latione interciſum eſt, interruptum, ac velut offenſans, quodq; eliſum ſpiritum habet, ac in medio expirationis curſu deficientem, ingeminantiq; & reuocato ſimilem. Eiuſmodi autem difficilis ſpiratio facilè videtur in gemebundis puerorum ſuſpiriis, cum in medio expirationis curſu ſubſiſtunt, interruptumq; ſpiritum reuocant ac perficiunt, αἱ κλαυθμώδεες ἀναπνοαὶ dicuntur aph. 54. lib. 6. & per προσαυξανόμενον πνεῦμα ἐν τῇ ἀναφορῇ exprimitur Hippocrati lib. de rat. vict. in morb. ac. aut p πνεῦμα προσπταίον & ἀναπαυόμενον. Iſta verò difficilis ſpirationis ſuſpirioſæ ac interruptæ ſpecies in ea quæ extra fertur ſpiratione ſpectanda, velut ea quæ lib. 2. & 6. Epid. celebratur διπλῆ ἔσω ἐπανάκλησις οἷον ἐπεισπνέοντι, duplex intro reuocatio velut inſuper ſpirantibus, ad interciſam inſpirationem refertur. Huiuſmodi autẽ interruptæ aut eliſæ ſpirationes conuulſiones ferè denotant, & ſpiritalium inſtrumentorum duritiem ac reſiccationem, facultatis animalis imbecillitatem, & magnum in intimis præcordiis conceptum incendium, vt patet ex Philiſco & Dromeadæ vxore lib. 1. Epid. & Gal. Com. ad aph. 68. lib. 4. & 54. lib. 6 & lib. 3. περὶ δυσπν. vt fuſioribus verbis adſcripſimus noſtris in Coac. Prænot. Annotat.

Μωλύεσθαι & μωλυνέεσθαι apud Hip. ἀφανίζεσθαι, κατὰ βραχὺ μαραίνεσθαι, ſignificat, ſeorſim diſparere, euaneſcere, hebeſcere, ſedari & conquieſcere, & ſæpè tumoribus ad aures attribuitur, qui ſeorſim & ſine vlla recta ſignificatione emolliũtur aut ſubſiſtunt. Sic lib. 7. Epid. de tuberculis ad aures euaneſcentibus & ſenſim diſparentibus (p. 352. 57.) πάντα ἐμωλύνθη, omnia ſenſim diſparuerũt. Ac rurſus lib. 2. Epid. (p. 313. 4.) de parotidibus, ταῦτα ἐμωλύνθη legit Gal. Com. 2. in lib. 6. Epid. (p 473. 46.) cùm exemplaria omnia κατημωλύνθη habeant, quod eſt, ſenſim diſparuerunt & cõtabuerunt. lib. quoq; 7. Epid. (p. 366. 6.) de iiſdem tumoribus ad aures, τῷ Ἐρατύλλῳ ἀπημωλύνθη παρὰ ἀμφότερα. Eratylli puero ad vtranq; aurem exorti tumores diſparuerunt, euanuerunt. Et lib. 1. Epid. (p. 364. 37.) παρὰ τὰ ὦτα οἰδήματα μωλυνόμενα, aurium tumores ſenſim euaneſ-

centes

ſcentes diximus, ibiq; manu ſcripta exemplaria ſecuti ſumus, cùm paſſim μαλούμενα, publicata legant, quædã etiam μαλακυνόμενα, abſq; vlla ratione. Quò certè referri debere exiſtimamus quod ſcribit Gal. in Exeg. cùm μωλυόμενα, κατ' βραχὺ ἀπομαραινόμενα quod eſt paulatim emarceſcentia aut extabeſcẽtia exponit: vt de aurium tumoribus efferatur, qui paulatim & ſine vlla recta ſignificatione leniuntur aut diſparẽt, nec ad ſuppurationem perueniunt, de quibus ταχὺ πάλιν ἀφανιζόμενα ibidem dicitur, & αἰφνιδίως ἠφανίσθη ſect. 1. Lib. quoq; 4. Epid. (p. 333. 18.) de ſuberculo ad aures, ἐ τῷ ἐμωλύνθη & illud ſenſim diſparuit. Ruſuſq; ibidem (p. 334. 17.) vbi μαλακυνόμενα κακά paſſim legitur, μωλυόμενα κακά, cũ Cornario legimus, & quæ ſenſim diſparuerunt malum protendere diximus. Rurſus lib. 7. Epid. (p. 359. 18.) de febrili calore conquieſcente & euaneſcente, ἡ θέρμη περὶ τὰς ιζ ἐμωλύνθη, ad decimum ſeptimum calor conquieuit. Et (p. 361. 31.) ἡ θέρμη αὐτοῖς τῶν κ' ἐμωλύνθη. Calor intra vigeſimum diſparuit, cõquieuit. Et. (363. 11.) ἡ θέρμη ἐμωλύνθη αὐτοῖς τῶν εἴκοσι. Μωλύνεται etiam de hebeſcente ac quodammodo euaneſcente ac veluti contabeſcente maris motu dicit, aph. 35. ſect. 2. lib. 6. Epid. κινηθὲν ἐμωλύνθη, vbi motus maris eſt cõquieſcit, vt impeditam ac veluti hebeſcẽtem, aut ceſſantem maris motionem indicet. Cui certe conuenire explicatio poteſt quam ἐμωλύνθη antea ex Gal. in Exeg. adſcripſimus, nempe κατεμαράνθη. Hanc enim translationem ibid. etiam Gal. agnoſcere videtur. Qui quamuis hanc dictionem ex lib. 2. Epid. de diſparentibus & paulatim euaneſcentibus ad aures tumoribus exponat, celeris tamen mutationis veluti transmutationem ac ceſſationem, aut refrigerationem quãdam indicare ſic ſcribit: τὸ γὰρ τῆς ὀξείας κινήσεως ἢ μεταβολῆς παυσάμενον ἢ ἀποψυχθὲν, οὕτως ὀνόμασεν. Eoq; referri videtur quod μεμωλυσμένους ſcribit Galenus in Exeg. quoſdam κατεψυγμένους, h. e. perfrigeratos accipere. Etſi μεμωλυσμένους paſſim, vt & ἐμωλύνθη omnib. in exemplaribus apud Hip. legitur ἀπὸ τοῦ μωλύνεσθαι, ἐμωλύνθη tamen rectius ſcribi exiſtimo. Sunt & τὰ ἐπιδῆλα ἀκρίτως καταμωλυνθέντα, in Prorrh. (p. 219. 31.) graues aurium tumores citra iudicationem ſenſim diſparẽtes & diſſoluti. τὰ γὰρ καταμωλυνθέντα, τὴν κατὰ βραχὺ λύσιν ἐνδείκνυται. Hac enim dictione breuis ſolutio indicatur, vt illic ſcribit Galen. vbi etiam καταμωλυνθέντα paſſim ſcribitur, & ἐξαίφνης ἀφανισθέντα exponit Gal. vt & μωλύειν ἀφανίζειν ſignificat Scholiaſtæ Homerico.

Μώλυζα exponitur Gal. in Exeg. τὸ σκόροδον ἁπλῆν τὴν κεφαλὴν ἔχον ἢ μὴ διῃρημένην εἰς ἄγλιθας. allium ſimplex habens caput, neq; in nucleos aut ſpicas diuiſum. Additq; idem quibuſdam τὸ μῶλυ explicari. μῶλυξ Erotiano eſt σκόροδον κεφαλὴ βωλοειδὴς ἢ μὴ διῃρημένη εἰς ἄγλιθας, allii caput glebam referens, hoc eſt, in maſſam congeſtum, neq; in ſpicas diuiſum. Adſcribitur etiam ex Pſello μώλυζαι αἱ τῶν σκορόδων κεφαλαί. Vſurpatur hæc dictio ſæpius Hipp. vt lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 227. 46.) & (p. 228. 36.) & lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 257. 14. & p. 261. 2.) Rurſuſq; lib. 2. (p. 288. 38. & p. 289. 44.) & lib. περὶ ἀφόρων (p. 291. 47. & p. 298. 17.) licet quibuſdã in locis μόνυζα pro μώλυζα vitioſè ſcribatur. Vt ſatis inde appareat μώλυζα apud Erotianum pro μῶλυξ ſcribi debere, aut certe μῶλυ vt apud Gal. & μῶλυ ꝑ μώλυζα Erot. leg.

Μωματέον μωμητέον apud Hip. exponit Erot. h. e. reprehendendũ, vt μῶμος ὁ μέμψις reprehenſio dicit, à μωμέομαι deductũ, quod reprehẽdo, vitupero ſignificat. Tritus eſt prouerbialis ſenarius, μωμήσεταί τις μᾶλλον ἢ μιμήσεται. Hip. lib. περὶ τέχνης (p. 1. 10.) ἢ ὀρθὰ ἐόντα διαβάλλειν, ἢ οὐκ ὀρθὰ μωμέεσθαι, aut ad ea quæ recta ſunt calumniandum, quæ verò non recta ſunt reprehẽdendum. Rurſus ibid. (p. 3. 8.) οὔτε μωμητῶν, οὔτ' αἰνετῶν δέονται. neque reprehenſorum neque laudatorum indigent.

Μώνυχα ζῶα, ſolipeda animalia dicunt, contracto vocabulo, velut μονώνυχα & μόνον ὄνυχα habẽtia, h. e. ſolipeda, & quaſi ſolunguia aut ſolidunguia dicas. Talẽ enim in huiuſmodi animalibus ſolida vngula obtinet locum, qualẽ in hominibus vnguis, h. e. extremum pedẽ, Gal. Com. 1. in lib. de art. (p. 587. 54.) μώνυχα apud Ariſt. Plin. ſolidam vngulam habentẽ vertit. Eiuſmodi autẽ animalia vtrinq; dentata ſunt, ἀμφόδοντα vocat Hip. lib. de art. (p. 587. 28.) & Ariſt. ex quo vtrinque dentata vertit Plin. Ambidentia dici poſſunt, vnde bidentem dici ſcribit Feſtus, quæ duplicem habeat dentium ordinem. μώνυχας ἵππους ſępè vocat Homerus, ſolidam vngulam habentes equos, vt Il. ι. (v. 181. & 236. & 321.) quas ibidem κρατερώνυχας ἵππους, (v. 329.)

Μώρωσις eſt fatuitas, ſtoliditas, ſtupiditas, mentis læſio quã vnà cum memoria ratio etiam perit. Aëtio Tetrab. 2. ſerm. 2. cap. 23. μώρωσιν τὴν νωθρότητα exponit Gal. Cõ. 1. in Prorrh. (p. 179. 58.) h. e. torporem & ſtupiditatem ex eodem Hip. Nam quod ibi ſcribitur, κακὸν δὲ ἡ ἐπὶ ἰκτέρῳ μώρωσις, quod eſt, quinetiã malo eſt ex morbo regio fatuitas, per alteram Prorrhetici ſententiam interpretatur. ἐν φρενιτικοῖσι λευκὴ διαχώρησις κακόν. ἆρά γε ἐπὶ τούτοις ἡ νωθρότης γίνεται. Albicans deiectio in phreniticis malũ eſt. Num etiam his torpor contingit? Vbi νωθρότητα fieri ſcribit Galenus ex frigidis, craſſis, viſcidis, ac in totum ægrè mobilibus humoribus, non tenuibus, calidis & acribus. Idem etiam τὰ μεμωρωμένα ex Prorrh. (p. 197. 53.) & Coac. Prænot. (p. 429. 15.) exponit τὰ μώρωσιν ἐμποιοῦντα τῇ διανοίᾳ, quæ fatuitatem menti inducunt. Quam ibid. ſic deſcribit, αὕτη δὲ ἐπὶ χωρὶς παραφροσύνης σύμπτωμα, τοῖς φύσει μωροῖς ὁμοίους ἀποφαίνον τοὺς νοσοῦντας, ὁποίους ἐκ τῶν λεγομένων ἀπογηρᾶν οἵους ἴσμεν γεγονότας. ᾧ τῷ πάθει παραπλήσιον μὲν ἐστιν, οὐ μὴν ταὐτὸν, ὅπερ ὀνομάζουσιν ἄγνοιαν. Ea autẽ eſt ſymptoma citra deliriũ ægros natura fatuis ſimiles reddens, quales etiam nonnullos fieri nouimus ex iis qui cõſeneſcere dicuntur. Cui affectui ſimilis quidem eſt, non eadem tamen, quam ἄγνοιαν h. e. ignorantiã nominant. Eoq; certè

reſpicere videtur quòd μεμωρωμένα καὶ ἀναίσθητα, h. e. ſenſus expertia ea ponit Gal. in Exeg. vt ad ναρκώδεα referantur, & torporem aut ſtupiditatem inducentia indicentur. Sic μωραίνεσθαι aut μωροῦσθαι eſt fatuum reddi aut inſipidum, hebeſcere aut languere, & de eo dicitur qui in officio languet, aut opus deſtinatum non ſatis idoneè exequitur, vt de corde dicit Hipp. lib. περὶ καρδίης (p. 213.17.) ἐμωρώθη ἡ καρδίη, cor hebeſcit & languet, h. e. inſulſum ac fatuum efficitur. Et ἐκ τῆς μωρώσιος νάρκη, ex fatuitate torpor, ibid. Sic μωρὰ τὰ νεῦρα καὶ σκληρὰ γινόμενα ὑπὸ τῆς τύλης, nerui hebetes & duri redditi à callo dicuntur lib. περὶ γονῆς (p. 28.3.) quòd nequeant penè extendere aut remittere. De iis .n. agitur qb. ex teſtium attritu genituræ viæ intercluduntur, aut callo obſtructæ ſunt, ideóq; nerui indureſcunt aut torpeſcunt, neque arrigere poſſunt, pudendáq; elangueſcunt ac veluti funt emortua.

# OECONOMIAE HIPPOCRATION.

Νάρδος nardinum vnguẽtum ſignificat apud Gal. lib. 1. κατὰ τόπ. (p. 160.43. 44.53.) ex veterũ phraſi. Sic enim de nardino vnguento tanquam de nardo ſcribit Dioſc. ἔστι δὲ χεσσὶ ἡ λεπτή, &c, δύναμις δὲ αὐτῆς λειπτυντική. Et Horat. Nardi paruus onyx eliciet cadum, &, Nardo vina merebere. Tibullus etiam, Iamdudum Syrio madefactus tempora nardo. Eandem quoq; locutionem vſurp. Gal. lib. 3. κατὰ τόπ. (p. 187.47.) ὠφελεῖ δὲ καὶ ἡ ἀρίστη νάρδος. prodeſt etiam optima nardus, h. e. nardinum vnguentum. Eſt eidem νάρδος ἁπλῆ, nardus ſimplex, h. e. nardinum oleum ſine vllis ſpiſſamẽtis ac odoramentis, præparatum, ibid. (p. 190.49.) quemadmodum & λεπτὴ dicitur Dioſcoridi.

Νάρκη ἢ νάρκωσις, torpor, ſtupor aut ſenſus hebetatio. νάρκη Galeno lib. 1. de Sympt. cauſ. ea ſentiendi mouendiq; difficultate cõpoſitus affectus. νάρκη & νάρκωσις ſępè vſurpatur Hip. vt aph. 5. ſect. 1. lib. 6. Epid. νάρκη μηροῦ τὸ κατ' ἴξιν femoris quod è directo eſt ſtupor. & νάρκη ἐν τοῖσι σκέλεσι, in cruribus ſtupor, lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 176.7.) & νάρκη μετρίη ὀδύνης λυτική, modicus torpor dolorem ſoluit, ex lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p. 113.47.) & aph. 25. lib. 5. quod etiam adfert Gal. Com. 2. in lib. 6. Epid. (p. 458.22.) νάρκωσις γνώμης, mentis ſtupor aut hebetatio, à calido cerebri ſubſtantia ob imbecillitatem diſſoluta, lib. περὶ ὑγρῶν χρήσ. (p. 112.31.) & aph. 16. li. 5. quod mentẽ hebetare dixit Celſus c. 1. li. 2. ἀδυνίαν exponit Gal. Sic νάρκωσις κοιλίης, ventris torpor, ſegnities aut torpedo, aph. 1. ſect. 3. lib. 6. Epid. h. e. ventriculi imbecillitas in coquendis cibis. Sic enim illic explicat Galen. νάρκωσιν δ' ἀκούσομεν νῦν περὶ τὸ πέττειν τὰς τροφὰς ἀρρωστίαν τῆς γαστρός. Torporem autem audiamus ventris in coquendis cibis imbecillitatem. Sunt & ναρκώσιες membrorum ſtupores & torpedines, aph. 13. ſect. 6. lib. 6. Epid. idem quod νάρκαι. νάρκαι καὶ ἀναισθησίαι torpores & ſtupores crebrò cõtingentes apoplexiam minantur eiuſque ſunt rudimenta quædam, in Coac. Prænot. (p. 438.40.) quemadmodum ναρκώσιες καὶ ψύξιες, torpores & refrigerationes (ibidem v. 43.) & νάρκη χειρῶν cum capitis dolore abſq; febre, tenebricoſa vertigine, & vocis tarditate, apoplexiam aut epilepſiam, aut etiam memoriæ læſionem inducit (ibid. p. 428.30.)

Ναρκώδεις exponuntur Erotiano apud Hipp. οἱ ἀποσκληρυμμένοι καὶ ἀναισθητοῦντες indurati & ſenſus expertes, h. e. torpeſcentes & ſtupidi effecti. Quod videtur ex Prorrh. ſumptũ (p. 213.48.) etſi aliàs ſępe vſurpat Hip. vt in Coa. Prænot. (p. 428.45. & p. 440. 34.) ναρκώδεις ἐκλύσιες, exolutiones cũ torporis ſenſu (ibid. p. 441.18.) & κοιλίη ναρκώδης ibid (p. 431.46.) Addit autẽ Erot. ναρκώδεις dici ἀπὸ τῆς παθητικῶς γενομένης νάρκης, ab affectu qui torpor dicitur, ad diſcrimen τῆς θαλασσίας νάρκης. Idem etiã ναρκῶσαι apud Hippoc. exponit, πραΰναι καὶ οἱονεὶ εἰς ἀναισθησίαν ἀγαγεῖν τῆς ἀλγηδόνος, quod eſt mitigare & quaſi doloris ſenſum auferre. Quod ex aph. 1. ſect. 2. lib. 6. Epid. in magnis ac vehementiſſimis ſolùm doloribus vſurpandũ monet Gal. in quibus ſtupefacientibus medicamentis vtendum: cuiq; ἐπεγεῖραι opponit Hip. quod excitare ſignificat, & exolutas aut hebeſcentes ſenſationũ & motionum facultates reuocandas indicat. Quod non exigui eſt in medicina vſus. Eſt & ναρκοῦν torpefacere, ſtupefacere, pro ſedare ac tollere, lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p. 113.47.) de frigida, ὀδύνην ναρκοῖ, dolorem tollit, h. e. ſtupefacit, quod aph. 25. lib. 5. ὀδύνην λύει dicitur. Erot. autẽ ἀντὶ τοῦ μειοῦν poſitum eſſe ſcribit, ἐπειδὴ ἡ νάρκη θλίψις αἰσθητικῆς ἐστιν. quandoquidẽ ſtupor ſenſus eſt compreſſio. ναρκωδῶς etiam dicitur in Prorrh. (p. 209.38.) quod ναρκωδέως lib. 2 περὶ γυναικ. (p. 277.34.) torpidè, cum torporis ſenſu.

Ναστὸς confertus dicitur, densè plenus, ac veluti preſſus, non ſecus ac amphoræ quæ ad ſummum vſque plenæ ſunt & preſſæ ἀμφορεῖς νενασμένοι nominantur. Huic opponitur χαῦνος καὶ μανὸς καὶ ὑπόκοιλος, laxus, rarus, & leuiter cauus. Sic Hip. lib. περὶ ἀδένων (p. 58.28.) maris & fœminæ corpora inter ſe opponens. τὸ γὰρ ἄρρεν ναστόν ἐστι, καὶ οἷον εἶμα πυκνὸν καὶ ὁρέοντι καὶ ἐπιφερομένῳ. τὸ δὲ θῆλυ ἀραιὸν καὶ χαῦνον, καὶ οἱονεὶ ῥάον ὁρέοντι καὶ ἐπιφερομένῳ. Mas enim cõfertim plenus eſt, ac veſtis inſtar tum viſu tum contactu denſus: fœmina vero rara & laxa ac veluti fluida, tũ ad vi-

ad viſum tum ad contactum. Vbi vitioſè ἀςὸν habent quædam exemplaria manu ſcripta vt, & Aldinum, quod etiā aſteriſcum apponit. ναςὸν, μαςὸν, πυκνὸν, πλήρη μὴ ἔχον ὑπόκενόν τι exponit Heſychius. ναςὸς ἀντὶ πλήρους ab Archigene ponitur & plenū ſignificat, vt ſcribit Gal. lib. 4. de dignoſc. pulſ. (p. 79. 36.) Eſt & panis hoc nomine apud Græcos vt ibid. teſtatur Gal. ναςὸς ἄρτος ζυμίτης μέγας Polemarcho apud Athenæum lib. 3. panis fermētatus magnus: Heracleon verò πλακοῦντος εἶδος, placētæ genus eſſe vult, quemadmodum apud eundem lib. 14. ναςὸς πλακοῦντος εἶδος dicitur ἔχον ἔνδον καρυκείας placentę genus condimentis variis intus farctæ. Sunt qui ναςὸν ſumant pro placēta ex melle, vuis paſſis, aliisq; cōdimentis conferta & conſtipata, adeoq; dura & ſolida, vt in ea nihil inanitatis aut ſpongioſæ laxitatis ineſſet, verùm omnia eſſent νενασμένα, inter ſe compacta & condenſata.

Ναυσιώσιες φλεβῶν dicuntur Hipp. lib. de fract. (p. 546. 49.) venarum nauſeæ, h. e. ſanguinis ex venis refuſiones, cùm venæ velut nauſeabūdæ ſanguinem effundunt aut euomunt, eleganti certè tranſlatione à vomiturientibus petita, quaſi venarum nauſeabundarum refuſiones dicas, quas etiā Hip. ἐκχυμώσιας vocat, vt antea adſcripſimus, & teſtatur Galen. Com. 2. in lib. de fract. his verbis, ναυσιώσιες ὀνόμασεν ἰδίως ἀπὸ τῶν ναυτιώντων καὶ διὰ τοῦτ' ἐμούντων, ποιήσας τοὔνομα. ναυσίαν γὰρ τὴν ναυτίαν ὀνομάζουσιν οἱ Ἴωνες. καὶ σχεδὸν ἃς ἔμπροσθεν ἐκχυμώσιας ἐκάλεσε, ταύτας νῦν ναυσιώσιας εἶπεν, ὅταν αἱ φλέβες ἀποπτύωσί τε καὶ οἷον ἐμῶσιν ἐξ αὑτῶν αἷμα, βαρυνόμεναι διά τε τὴν σφῶν αὐτῶν ἀσθένειαν, ἣν ἐκ τοῦ φλεγμαίνειν ἴσχουσι, καὶ διά τε τὸ πλῆθός τε καὶ τὴν κακίαν αὐτοῦ τοῦ αἵματος. ναυσιώσιας h. e. nauſeationes propriè appellauit, ab iis qui nauſeam patiuntur, ac propterea vomunt, facto nomine. ναυσίαν enim τὴν ναυτίαν (quam nauſeam dicunt) Iones nomināt. Ac ferè quas antea ἐκχυμώσιας, h. e. exuccationes vocauit, eas nunc ναυσιώσιας, h. e. nauſeas dixit, cùm venæ ſanguinem expuunt ac veluti vomitione refundunt, tum ex propria imbecillitate, quam ex inflammatione contraxerunt, grauatę tum ex ipſius ſanguinis copia & prauitate. Quē etiam locum cum tranſlatione mihi videt' agnoſcere Gal. in Exeg. cum ναυσιώσιες exponuntur αἱ παρεκχύσεις τοῦ αἵματος, ἃς δὴ καὶ ἐκχυμώσιας ὀνομάζει. μετενήνεκται δὲ ἀπὸ τῶν ἐπὶ ταῖς ναυτίαις ἐμούντων αἷμα τοὔνομα. h. e. ſanguinis præterfuſiones, quas ſanè etiam ἐκχυμώσιας, hoc eſt, effuſiones vocat. Tranſlatum autem nomen eſt ab his qui inter nauſeandum ſanguinem euomunt.

Ναυτιλίη nauigatio, aph. 14. lib. 4. δηλοῖ δὲ καὶ ἡ ναυτιλίη ὅτι κίνησις τὰ σώματα ταράσσει. Nā vel nauigatio indicat motione corp' turbari. Quod etiā repetit' in Epiſt. Hip. ad Democritū (p. 534. 21.)

¶ Νεανικῶς quod eſt iuueniliter apud Hip. exponit Gal. σφοδρῶς, ἢ γενναίως, ἢ ἰσχυρῶς, vehemēter, ſtrenuè, fortiter, validè Com. 1. in Prorrh. (p. 173. 42.) Sic ibid. αἱ φρενιτικαὶ νεανικῶς dicūt' αἱ σφοδρότατ' φρενίτιδες, vehemētes phrenitides, & Coac. Præn. (p. 426. 36.) Et rurſus νεανικαὶ αἱμοῤῥαγίαι fortes & vehementes ſanguinis eruptiones dicuntur, in Prorrh. (p. 213. 16.) & νεανικαὶ περιψύξιες, magnę & vehemētes totius corporis perfrictiones in Coac. Prænot. (p. 433. 27.) & νεανικὸς πνιγμὸς, vehemēs ſuffocatio ibid. (p. 434. 26.) νεανικὸν autē pro magno aut vehementi ea forma dici videt', qua maſculam bilē pro magna poſuit Perſius Satyr. 5. -calido ſub pectore maſcula bilis Intumuit. Etſi quibuſdam videtur maſcula bilis illic inſaniā & bilis atræ furorē aut feruorem ſignificare. Νεᾶνις autē iuuenculā, adoleſcētulam aut puellā iuuenilis ætatis ſignificat, vt lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 266. 35.) ἢν δέ τις νεᾶνις ᾖ ſi verò ſit iuuencula. Eſt & ἡ νεᾶνις ἡ παρθένος virguncula.

Νέβρη legitur apud Hipp. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 227. 25.) Verùm hæc lectio vitium ſubolet, & νεφρὴν legiſſe Cornariū apparet, aut νεφρίδιον ex lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 281. 8.) cùm adipem renalē verterit, in peſſo ſubdititio ad conniuentem vterum. Caluus tamen narciſſum interpretatur, & νέβλην legiſſe videtur. Eſt autem νεφρίδιον adeps renum quemadmodum apud Hom. Il. φ. (v. 204.) ἐπινεφρίδιον κείροντες, pioguedinē quæ renib. adiacet deradentes, τὸ περὶ τοὺς νεφροὺς λίπος exponit Scholiaſtes.

Νείαιρα ἡ νειαίρη exponitur imus venter, & τὸ ἔσχατον μέρος τῆς κοιλίας apud Grammaticos. Rufus Epheſius ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ἀνθρ. μορ. τὸ κῶλον τὴν κάτω κοιλίαν dici ſcribit, ἣν καὶ νειαίρην Ὅμηρος καλεῖ. Quod etiam iiſdem verbis ſcribitur Polluci libro 2. Νείαιρα exponitur Erotiano apud Hip. γαστήρ. Idemq; ſcribit Bacchiū τὸ κῶλον accepiſſe, ὃ τινὲς κάτω κοιλίαν προσαγορεύουσι, quod quidā inferiorem ventrem appellant. Inuenitur autē & νειαίρη ſimpliciter pro imo ventre apud Hippocr. vt lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 214. 28.) τὴν νειαίρην προσχέεσθαι, imū ventrē perfundito. Et in Coac. Prænot. (p. 443. 8.) βάρος ἐν νειαίρῃ, pondus ad imū ventrē. Sæpiſſimè verò τὴν νειαίρην aut νειαίρην γαστέρα ponit Hip. lib. περὶ γυναικ. φύσ. & lib. περὶ γυν. & τὰς ἰξύας, τοὺς κενεῶνας, ἢ τὴν ὀσφὺν, coniungit, interdum etiam τοὺς βουβῶνας, vt eam imi ventris partem intelligat, quæ ad laterum inanitatē & inguina protēditur. Sic etiā ἡ κοιλίη ἡ νειαίρη, vt & γαστήρ dicitur lib. 1 περὶ γυναικ. (pag. 246. 27.) Aretæus quoque vetuſtiſſimus author νειαίρην γαστέρα vocat, cap. 1. lib. 2. περὶ ὀξ. παθ. οἷα δοκέειν ἀπὸ πνεύμονος εἰς τὴν νειαίρην γαστέρα ἐξωθεῖσθαι. qualia ex pulmone in imum ventrē depulſa videri poſſunt. Vbi interpres ſacrum ventrem vertit. Verùm νειαίρην γαστέρα velut νεάτην, hoc eſt, imum aut extremum ventrem dictum malim. Idem quoque cap. 10. de veſica, ἐν γὰρ τῇ νειαίρῃ γαστρὶ κατωτάτω ἴζει. In imo enim ventre ſita eſt. Sic quoq; Homerus νειαίρην γαστέρα vocat, vt Il. ε. (v. 539.) νειαίρῃ δ' ἐν γαστρὶ διὰ ζωστῆρος ἔλασσε. Imo in ventre baltheum pertranſiit. Vbi Schol. νειαίρην τὴν νεάτην exponit, dicitque eſſe τὸ ἔσχατον μέρος τῆς γαστρός. Rurſus ibidem. (verſ. 616.) νειαίρῃ δ' ἐν γαστρὶ πάγη δολιχόσκιον ἔγχος. in imo ventre defixa eſt longa lancea.

**Νειλέως φάρμακον ἐμπλαστῶδες** nobile & laudatum omnibuſque notum dicitur Galeno lib. 2. κατὰ τόπ. (p. 182. 39.) & malagmatis nomen habet, vt & apud Paulum lib. 7. cap. 18. Vbi etiam deſcribitur. Meminit quoque Galenus ex Aſclepiade cap. 5. lib. 8. κατὰ τόπ. Hoc autem Emplaſtwdes valere ad reliquiarum inflammationũ in præcordiis inueteratarum curationem ſcribit Galenus. Diciturque ἐμπλαστῶδες ad differentiam alterius oculatia quod in collyrii formam paratur, & deſcribitur Paulo lib. 7. cap. 16. eiuſque meminit Aetius ſerm. 4. Tetrab. 2. cap. 1.

**Νεῶν τὸ νέον** exponit Galenus in Exeg. apud Hippocr. quod nouum ſignificat, aut nuper aduerbialiter, eſtque Ionicum pro νέον.

**Νέοι** iuuenes dicuntur, ἀντὶ τῶν ἀκμαζόντων, pro adultis & ætate florentibus Hippocrati, vt aph. 45. lib. 2. Lib. quoq; περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (p. 31. 21.) ſcribitur τοὺς νέους πεπηγότα ἔχειν τὰ σώματα, καὶ τὴν κρᾶσιν εἶναι ξηρήν. hoc eſt, iuuenum cõpacta eſſe corpora, & temperamentum ſiccum. Eoſdem νεηνίσκους vocat Hipp. vt aph. 29. lib. 3. Quorum ætas ab anno 25. ad 35. terminatur, vt ſcribit Gal. Com. ad aph. 9. lib. 5. & 30. lib. 3. Etſi per τοὺς νεηνίσκους, illo aph. & adoleſcentes & iuuenes quidam ſubaudiri velint, quod fecit Celſus cap. 1 lib. 2. dum in vertendo eo aph. adoleſcentiam & iuuenes adſcripſit.

**Νεόμενον, τὸ νηχόμενον, περιερχόμενον** exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. h. e. quod innatat, quod venit aut accedit, ἀπὸ τοῦ νέεσθαι, quod eſt πορεύεσθαι, ἔρχεσθαι, ire, abire, venire & redire. Vtrunq; autem annotat Gal. ex lib. 1. περὶ γυναικ. & vnum de ſecunda, alterũ de fœtu dici. Verùm ſi noſtris exemplaribus fides adhibenda eſt neutrum ibi ſcribitur, apparetque Gal. aliam ſecutum fuiſſe lectionem quàm habeatur publicatis in codicibus. Ac ſi coniecturæ locus eſt, exiſtimo νεόμενον legi poſſe aut νηχόμενον περὶ τῇ χειρὶ lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 245. 46.) vbi ſcribit, αἱ μῆτραι τὸ ἀνασπῶσιν ὕστερον ἄνω, ἅτε ὀλισθηρὸν ἐὸν καὶ χεόμενον, καὶ κατασχοῦσιν ἐν ἑωυτῇσι, vt pro χεόμενον νεόμενον legiſſe Gal. exiſtimẽ, hoc ſenſu. Et vteri ſecundam ſurſum retrahunt, vtpote lubricã & innatantem, & in ſeipſis detinẽt. Sic enim Galeni expoſitio probè mihi quadrare videtur, ſiue τὸ νηχόμενον, ſiue περιερχόμενον, adhibeas. vt ſecundam ſiue innatantem, ſiue ad vteros ſurſum accedentem accipias. Et alioqui facilis lapſus eſt à χεόμενον in νεόμενον aut νηχόμενον. Etſi vulgaris lectio χεόμενον tolerari poteſt, quæ ſecundam per vterum diffuſam neq; adhæreſcẽtem indicat. Quod verò ſcribit Gal. alteram ἐπὶ τοῦ ἐμβρύου ibidem poni, id quonam loco ſatis aptè poni poſſit, me nondum reperiſſe palam ac ingenuè profiteor.

**Νεοῤῥόφητος** dicitur qui recens ſorbitionem ſumpſit, vt νεόποτος qui recens bibit. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 85. 6.) καὶ μὴν νεοῤῥόφητον μηδὲ νεόποτον λούειν. Neq; lauari debet qui recẽs aut ſorbitionem aut potum ſumpſit.

**Νεοχμὸς** nou⁹, recẽs, vt νεοχμῶσαι τὸ καινὸν κινῆσαι, quod eſt aliquid recenter mouere aut innouare, annotatur Ionibus dici ex Corintho. νεοχμὸν, νέον, πρόσφατον, καινὶ εἰργασμένον exponitur Heſychio, & νεοχμὴ κίνησις πρόσφατος, innouatio, & νεόχμωσις, καίνωσις, μετακίνησις. Νεοχμῶς item recenter ſignificat, & recẽti motu facto, aut aliquid innouando. Quam dictionem vſurpat Hippocr. lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 238. 22.) οὐδὲ κλύζειν νεοχμῶς. neq; recenter lauare, aut aliquid innouando, aut recenti motu facto. Vult enim humidiores mulieres nullo recenti motu agitãdas eſſe aut attingẽdas, neq; lauatione aliquid innouandũ, ne in perniciem ruant. νεοχμὸν νεώτατον exponit Erot. apud Hip. h. e. recentiſſimum, ὡς καὶ Ἀλκμὰν ἐν αἱμαλέων. Verùm νεοχμὸν ſcribitur lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 273. 49.) δεῖ δὲ νεοχμὸν ποιέειν τὸ φάρμακον, medicamentum renouare, h. e. recentiſſimum adhibere medicamentũ. Sed νεοχμὸν legiſſe videtur Erotian. vt νεοχμοτάτην νεωτάτην exponit Heſychius. Sic enim pro νεοχμάτην rectè repoſuit Henricus Stephan. Νεοχμοῦν etiam quod eſt νεωτερίζειν annotatur ex Herodoto.

**Νέτωπον** vnguenti cuiuſdã odorati ac ſumptuoſi ex multis aromatibus mixtura, qualia erant muliercularum Romanarum vnguenta, ſpicatum, ſoliatum, Comagenum & Suſinum. Id etiam νετώπιον dicitur. Heſychius νέτωπον ἢ νετώπιον, μύρον συντεθειμένον ἐκ πολλῶν μιγμάτων, οἱ δὲ μετώπιον. Pro quo forte μετώπιον legẽdum, vt idem ſit quod μετώπιον antea nobis dictum. Huius autem vnguenti creberrima eſt apud Hip. mẽtio in tota muliebrium morborum tractatione, idq; ſæpe ad vteros velut & alia odorata adhibetur, velut lib. περὶ γυν. φύσ. (p. 214. 28. & p. 215. 29. & p. 217. 29. & p. 221. 41. & 44. & p. 227. 28. & p. 228. 39.) Et lib. 1. περὶ γυν. (p. 243. 34. & p. 247. 33. & p. 257. 15.) Ruruſq; lib. 2. (p. 270. 16. & (p. 279. 35. & p. 280. 5.) Lib. etiam περὶ ἐπικυήσιος (p. 51. 48. & p. 52. 2. & 41.) Lib. quoq; 5. Epid. (p. 340. 46.) & lib. 7. (p. 362. 1.) νέτωπον ad ſurditatẽ curandam in aures infundit, quomodo etiã amaracinum, aut nardinũ optimũ oleũ, aut laureũ, aut irinũ etiã & cyprinũ, aut quę ſua tenuitate & calore craſſos glutinoſoſq; humores diſſecãt & diſſipãt, in grauitate auditus in aures inſtillare conuenit. Quã ad rem μετώπιον etiã adhiberi lib. de loc. in hom. antea adſcripſimus. Ac videtur eſſe νέτωπον quod νίωπον Erot. vocat & exponitur apud Hip. τὸ ἐκ καρύων πικρῶν ἔλαιον, oleũ ex nucib. amaris. Neq; enim νίωπον apud Hip. legit, apparetq; vitiatam eſſe lectionem, & pro νίωπον, νέτωπον aut μετώπιον legendũ. Sic verò à nõnullis diligenter confici ſcribit. Nucum amararum chœnices Atticæ quatuor franguntur, & earum nucleus benè exiccatus in pilã coniicit & cõtunditur. Nomẽ habet olei amygdalarum amararum. Sic μετώπιον frequẽter pro oleo amygdalino ſumi antea dixim⁹, vt & pro vnguẽto Ægyptio.

**Νεῦρον**, neruus, pars eſt in corpore ſimilaris, ſpermatica & exanguis, ſenſationis & motionis organum. Idque propriè neruis attribuitur, qui ex cerebro & ſpinali medulla exortũ habent,

bent, quos τόνους Hippocr. (vt ſcribit Galen. & poſtea docemus) vocat, Galenus τὰ προαιρετικὰ νεῦρα. τῶν νεύρων autem ſignificatio latè apud Medicos extenditur, & neruoſa corporea, hoc eſt, exanguia, alba, & cauitatis expertia tum etiam quæ cum neruis ſimilitudine quadam ſubſtantiæ communicant, complectitur. Quod ſcribit Galen. his verbis Comment. 1. in lib. 6. Epid (pagin. 443. 33.) τρία γάρ ἐστι γένη σωμάτων ὁμοιομερῶν ἐν τοῖς ζώοις ἄναιμά τε καὶ ἄκοιλα φαινόμενα. τὰ μὲν ἐξ ὀστῶν, τὰ δ' ἐξ ἐγκεφάλου καὶ νωτιαίου, τὰ δ' ἐκ μυῶν φυόμενα. ὀνομάζεται δ' ὑπὸ μὲν Ἱπποκράτους τούτων τὸ μὲν πρῶτον αὐτῶν εἰρημένων συνδεσμός, τὸ δὲ δεύτερον, νεῦρόν τε καὶ τόνος, τὸ δὲ τρίτον τένων. ἔνιοι δὲ νεῦρα πάντα καλέσαντες δι' ἣν εἶπον ὁμοιότητα, τὸ μὲν πρῶτον αὐτῶν γένος, συνδετικὸν εἶναί φασι, τὸ δὲ δεύτερον, αἰσθητικόν τε καὶ προαιρετικόν, τὸ δὲ τρίτον ἀπονεύρωσιν ὀνομάζουσι. Tria enim ſunt ſimilarium corporum in animalibus genera, quæ tum exanguia, tum cauitatis expertia apparent. Quorum alia quidem ex oſſibus, alia verò ex cerebro & dorſali medulla, alia ex muſculis exortum habent. Horum primum genus ab Hippocrate quidem plærunque συνδεσμός, hoc eſt, ligamentum nominatur, ſecundum verò νεῦρον & τόνος, & tertium, τένων, hoc eſt, tendo. At quidam iſta omnia neruos appellãtes, propter eam quam dixi ſimilitudinem, primum eorum quidem genus συνδετικὸν, hoc eſt, colligatorium eſſe dicunt, ſecundum verò αἰσθητικόν καὶ προαιρετικὸν, hoc eſt, ſenſile & arbitrarium, tertium quoque ἀπονεύρωσιν, hoc eſt, nerueam propaginem nominant. Atque idem Galenus exanguia & alba corpora, vbi plurimùm tum diſtendi, tum in ſe cõtrahi videntur, velut vterus & veſica, neruoſa dici cõtendit. Qua ratione & colis in hominum pudendis naturam, & vterum neruoſum eſſe volunt. Quod etiam lib. 15. vſ. part. in humano pudendo affirmat Galenus, quod propter eam quam cum neruis habet ſubſtantiæ ſimilitudinem, neruoſum eſſe conſtat. Neque abſimili notione neruos vocauit in corde Ariſtoteles, quæ neruoſa corpuſcula dicũtur Herophilo, hoc eſt, membranoſas extremitates in oſculis cordis, vt ſcribit Galen. cap. 6. lib. 1. de Pl. Hippocr. & Plat. vbi eadem etiam de triplici neruoſorũ corporum genere ſcribit. Idem quoque de triplici neruorum differentia ſcribitur ab authore Definit. Med. (pag. 392. 49.) At verò ſimplici τῶν νεύρων nomine plęrunq; ligamenta & copulas intelligit Hippocr. quod etiam antea ex Galeno ſcriptis teſtati ſumus. Sic lib. de fract. (p. 574. 25.) ſcribitur, ἐξήρτηται μέν τι καὶ τούτων τῶν νεύρων κατὰ τὴν κοινὴν ξύμφυσιν τῶν ὀστέων. Atque hoc tamen neruis in communi oſſium coniunctione annexum eſt. Significat itaque excedentem cubiti partem, hoc eſt, gibbum, connexum eſſe ligamentis, quæ articulationem illam continent, ea parte qua oſſa, hoc eſt, cubitus & radius cõmunem habent coniunctionem. Ac rurſus ibidem (v. 37.) πλεῖον δὲ μέρος ἔχει τῆς ἐξαρτήσιος τῶν νεύρων ἐν τῷ βραχίονι τὸ λεπτὸν ὀστέον ἤπερ τὸ παχύ. Maiorem verò connexionis partem horum neruorum in brachio tenue os quàm craſſum habet. Quibus certe verbis ligamenta illa adeò lata vt craſſæ mẽbranæ eſſe videãtur oſſibus circumiectæ, intelligit, quæ ex inferiore brachii extremitate exorta, cubiti & radii capitibus innectuntur, ita tamẽ vt maiorem cubiti partẽ occupent. Vbi etiam ſcribit Galenus, τοὺς συνδέσμους νῦν ὠνόμασε νεῦρα, καί ἐστι ποτὲ καλῶν οὕτως αὐτούς. Ligamẽta nunc neruos nominauit, etiam vbique ſic eos vocans. Rurſusq; ταύτην ἔφην τὴν ῥῆσιν ἐνδείκνυσθαι νεῦρα καλεῖσθαι πρὸς αὐτοῦ τοὺς ὅλης τῆς διαρθρώσεως συνδέσμους. Hanc orationẽ dixi indicare neruos ab eo vocari totius articulationis ligamenta. Rurſus etiam lib. de art. (p. 617. 36.) καὶ ἀπ' ἐκείνων νεύρων ἀποβλάστησις, ex eaque nerui exoriũtur. Quod de neruoſis, validis & craſſis ligamẽtis intelligitur, quæ cartilagini (quæ ſpinæ adnata eſt) induuntur. νεύρων ἀποβλαστήσεις συνδετικάς, hoc eſt, neruorum progerminationes copulatiuas, aut ligamentorum germen vocat Galenus. Libro etiam de locis in homine etſi νεῦρα neruos eximiè denotant, pro ligamentis tamen ſæpe ſumũtur, vt (p. 64. 43.) cùm ſcribitur. τὰ δὲ νεῦρα ξηρά τέ ἐστι καὶ ἄκοιλα. καὶ πρὸς τῷ ὀστέῳ πεφύκασι. καὶ τρέφονται δὲ τὰ πλεῖστον ἀπὸ τοῦ ὀστέου. Nerui autem ſicci ſunt & cauitatis expertes, & oſſi adhæreſcunt, & ferè ex eo nutriuntur. Et rurſus ibidem (v. 48.) τὰ δὲ νεῦρα σφίγγει τὰ ἄρθρα, διατεταμένα τέ ἐστι παρ' ὅλον τὸ σῶμα. ἰσχύει δὲ μάλιστα ἐν ὀλιγοσάρκοισι τοῦ σώματος, καὶ ἀεὶ παχύτατά ἐστιν, ἐν οἷσι τοῦ σώματος αἱ σάρκες ἐλάχισταί εἰσι. καὶ τὸ μὲν σῶμα πᾶν ἔμπλεον νεύρων. Nerui autem articulos conſtringunt, perque vniuerſum corpus extenduntur. Validi autem maximè illis in partibus corporis & ſemper craſſiſſimi ſũt, in quibus corporis carnes minimæ ſunt. Et corpus quidem omne neruis plenum eſt. Et lib. περὶ τέχνης (p. 3. 31.) ἔνι δὲ πρὸς τούτοισι καὶ φλέβες πολλαὶ καὶ νεῦρα, οὐκ ἐν τῇ σαρκὶ μετέωρα, ἀλλὰ πρὸς τοῖς ὀστέοισι προστεταμένα, σύνδεσμός ἐστι τῶν ἄρθρων. Pręter hęc autẽ & venę multę, & nerui, minimè quidem in carne ſublati, ſed ad oſſa ipſa protenti ligamẽtum ſunt articulorum. Quibus in locis quid aliud per τὰ νεῦρα quàm ligamẽta ipſa intelligas? Nam vt rectè ſcribit Galen. Com. 3, in lib. de fract. (p. 574, 28.) ἀλλὰ καὶ χωρὶς ἐκείνων [τῶν συνδέσμων] πρόδηλον ὑπάρχειν τὸ τῶν κυρίως ὀνομαζομένων νεύρων εἰς ὀστοῦν ἀναφύεσθαι. τῶν γὰρ συνδέσμων ἴδιον τοῦτο, καὶ δι' αὐτούς, καὶ τῶν τενόντων, ὅτι κεκραμένην ἔχουσι τὴν οὐσίαν ἐκ συνδέσμων καὶ νεύρων. Quinetiam ſi à ligamẽtis diſceſſeris, nullum ex iis qui propriè nerui nominantur, in os aliquod deſinere cõſtat, quippè cùm id ligamentorũ proprium ſit, ſicut per ipſa etiam tendonum, quòd miſtam ex ligamentis & neruis ſubſtantiam habeant. Libro quoque περὶ ἀρχῶν vulgò inſcripto (pag. 41. 42.) νεῦρα pro ligamentis ponũtur, vt & ibidem (p. 40. 10.) νεῦρα στερεά. Et lib. 1. περὶ διαίτης (p. 84. 8.) cùm ſcribit in hominis cõformatione partẽ ſeminis craſſiorem & ſolidam non conſumi ab igne in alimentũ propter ſoliditatem, ſed

robur acquirere, & deſinente humiditate conſiſtere, & in oſſa ac neruos tranſire. In Prorrhet. 2. (pag. 419. 5.) τὰ νεῦρα τὰ συνέχοντα, nerui continentes articulos, & ſimpliciter νεῦρα pro ligamentis & neruis ponuntur. τὰ δὲ τρώματα τὰ ἐν τοῖσιν ἄρθροισι, μεγάλα μὲν ἐόντα, καὶ τελείως ἀποκόπτοντα τὰ νεῦρα τὰ συνέχοντα, ἔνδηλον ὅτι χωλοὺς ἀποδείξει. Magna autem vulnera quæ in articulis fiunt, ſi præciſi nerui ſunt qui continebant, abſque dubio claudos reddent. Rurſusque, εἰ δὲ ἐνδοιαστὸν ἐὸν ἀμφὶ τῶν νεύρων, ὅπως ἔχοι. Sin dubium eſt quomodo nerui affecti ſint. Iterumque, οἷσι δ' ἂν καὶ νεῦρον δοκέῃ ἐκπεσεῖσθαι, ἀσφαλεστέρως τὰ περὶ τῆς χωλώσιος προλέγειν, ἄλλως τε καὶ ἢν τῶν κάτωθεν νεύρων ᾖ τὸ ἐκλυόμενον. At quibus neruus exciſurus ſpectatur, iis maiore cum fiducia claudicationem prædixeris, idque tum maximè ſi quis neruorum inferiorum exolutus fuerit. Ac rurſus, γνώμη δὲ τοῖσι νεῦρον μέλλον ἐκπίπτειν. Neruus autem exciſurus his indiciis deprehenditur. Quæ cùm de articulorum vulneribus dicantur, neruos pro ligamentis accipi manifeſtum eſt, & à Celſo verti, vt noſtris eum in locum Annotat. aperuimus. Quemadmodum & aliàs Celſo nerui ligamenta Hippocratea locutione nominantur, nempe cap. 11. lib. 8. Maxilla verò & vertebra omneſque articuli cùm validis neruis comprehendantur, excidunt, aut vi expulſi, aut aliquo caſu neruis vel ruptis vel infirmatis. Sic quoque in Coac. Prænot. (pagina 440. 9.) ſcribitur eadem ferè in re. θνήσκουσι δὲ καὶ οἱ ἐς τὰ αὐτὰ νεῦρα, ἢν τε τῶν λεπτῶν ἐπιτρωθῶσιν, ἢν τε τῶν παχέων, ἢν ἐπικάρσιος ἡ πληγὴ γένηται καὶ μεγάλη. Intereunt verò quibus nerui interiores, ſiue tenuis aliquis, ſiue craſſus, vulnus acceperit, ſi plaga tranſuerſa fuerit & magna. Neruos enim craſſos ligamenta intelligere præſtat, quemadmodum etiam paulò antea ibidem (verſ. 4.) νεῦρα ὅσα παχέα ἐπιτρωθέντα, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ χωλοῦνται, καὶ λοξὰ ἐπιτρωσκόμενα. μάλιστα καὶ τῶν μυῶν αἱ κεφαλαὶ, μάλιστα τῶν ἐν μηροῖσιν. Nerui quicunque craſſi vulnus accipiunt, vt plurimùm claudos reddunt, præcipueque ſi obliquum vulnus fuerit, ac in muſculorum capitibus, præſertim femorum. νεῦρα enim παχέα hîc ligamenta & tendones accipi manifeſtum eſt: Etſi Cornarius in ſuperiore ſententia per λεπτὰ & παχέα, tenuia & craſſa inteſtina intellexit. In Mochlico etiam νεῦρα ſæpius pro ligamentis accipiuntur, vt (pagina 511. 48. & pagina 512. 1. & 8.) in articulorũ luxationibus, velut etiam diſertis verbis lib. de art. (pagina 586. 31.) πλεῖστον δὲ διαφέρει καὶ τῶν νεύρων ὁ συνδεσμὸς, τοῖσι μὲν ἐπίδοσιν ἔχοι, τοῖσι δὲ ξυντεταμένος ἐών. Plurimùm etiam diſcriminis habet neruorum colligatio, quæ iis quidem remiſſa, illis verò intenta eſt. Et rurſus ibidem. καὶ γὰρ ἡ ὑγρότης τοῖσιν ἀνθρώποισι γίνεται ἡ ἐν τῶν ἄρθρων, διὰ τῶν νεύρων τὴν ἀνάπλεσιν, ἢν χαλαρὰ τε ᾖ φύσει, καὶ τὰς ἐπιτάσιας εὐφόρως φέρει. Etenim in articulis humiditas hominibus contingit, ob neruorum compagem, qui natura laxi ſunt & facilè intenduntur. Ex eadem verò cognatione νεῦρον ναρκῶδες, hoc eſt, neruus torpidus, ligamentum dicitur in Mochlico (pag. 306. 7.) καὶ τὸ ναρκῶδες νεῦρον ὃ ἐκ τῆς διαφύσιος τῶν τοῦ πήχεος ὀστέων ἐκ μέσου ἐκπέφυκε καὶ τελευτᾷ. Quo etiam torpidus neruus, qui ex medio cubiti oſſium interſtitio enaſcitur, terminatur. His enim verbis ligamentum illud craſſum, denſum, validum & membranoſum intelligere videtur, quod ex brachii fine inferiore exortum, cubitum cum radio, totam dearticulationem circumueſtiens, connectit, maiore tamen parte cubiti poſteriorem partem complectitur, vt ſcribitur lib. de fract. & noſtris eum in locum Annotat. aperuimus. Eadem quoque notione ibidem (pag. 512. 1.) ſcribitur. καὶ τὰ ναρκώδεα πάντα, ὡς τάχιστα ἄριστα, τῆς φλεγμονῆς παρίστα. Quæcunque etiam torpidum ſenſum habent, vbi inflammatio remiſerit, quàm citiſſimè reponere optimum eſt. His enim verbis ligamenta mihi accipi videntur, quæ in articulorum emotionibus aut peruerſionibus, ſuborta inflammatione, magnum faceſſunt negotium. ναρκώδεα autem dicuntur, quòd ligamentorum natura ſenſu careat, & dura ſit aut ſolida, quomodo ναρκώδεες exponuntur Erotiano οἱ ἀποσκληρυμμένοι καὶ οἱ ἀναισθητώδεις, indurati & minimè ſentientes, vt antea adſcripſimus. Eſt & νεῦρον ἔναιμον, neruus ſanguineus apud Hippocratem lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (pag. 312. 49.) τὸ δέρματος τὸ ἔξω, ὅτι συνεχές τι ἑωυτῷ καὶ νεύρῳ ἐναίμῳ. Externa cutis quoniam ſibi ipſi & neruo ſanguineo continua eſt. Vbi neruus ſanguineus intelligi videtur panniculus carnoſus, qui ab extremitatibus vaſorum per ſubiectam carnem diſperſorum oritur, & cutem cõſtituit, adeoq́; illi continuus eſt, vt ab ea non niſi ægrè ſeparari poſſit, efficitq́; vt cutis ipſa mediã quodammodo inter neruũ carnemq́; ſubſtantiam ſortita ſit. Eſt enim veluti ſanguine præditus neruus, qui ſit inter carnem neruumque quiddam planè mediũ, & ex iis ambobus ſecum mixtis conflatum, neque durum aut penitus exangue, vt neruus, neque molle & ſanguine abundans, vt caro. Ideoque cutis extremorum media, calidi, frigidi, humidi & ſicci, ambientis frigiditatem & caliditatem ex æquo percipit, a[illegible]iisq; promptè alteratur, frequentius tamen calidum ad voluptatem experitur, vt illic ſcribit Hippocrates. Hanc etiam vocem apud Hippocr. agnoſcit Erotianus in Procemio. Idemq; νεῦρον ἔναιμον exponens, ἀντὶ τῆς φλεβὸς poſitam ſcribit. Niſi ſi quis apud Erotianũ vitiũ ſubeſſe exiſtimet, & νεύρῳ ἐναίμῳ, & τῇ φλεβὶ legendũ exiſtimet, vt ei quem adduximus loco quadret. Neque enim aliàs me apud Hippocr. legere memini. Neq; verò inſolens videri cuiquam debet νεῦρα φλέβας dici antiqs, cùm φλέβας καλέουσι, venas & arterias, ad differẽtiã τῶν φλεβῶν νεύρων, h.e. neruorum, ab iiſdem vocari ſatis conſtet. Ac Rufus Epheſius ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ἀνθρώπ. μορ. ſcriptis tradiderit arterias antiquis vocatas νεῦρα.

Νεφίαν,

Νεφέλη, nubes, nubecula, id dicitur in vrina quicquid ſummum petit, atque in eius ſuperficie innatat, aut quod in vrina media ſuſpenſum eſt, velut nubes in aëre. Sic enim νεφέλην αἰωρήματος Hippocrati dici, multis antea probauimus ex Prognoſtico & Coac. Prænot. Præcipuè verò νεφέλη ſine addito dicitur nubecula alba, quæ in vrina innatat, & laudabiles concoctionis notas habet. Vnde νεφελώδεα οὖρα ſunt Hippocrati lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 99. 27.) vrinæ nubeculas albas habentes, indeque concoctionem præ ſe ferentes, vt illic annotat Gal. Quib. etiam τὰ παχέα iungit Hippocr. vt euidentiorem coctionis ſignificationem elicias, ad purgationem inſtituendam. Neque enim niſi concocta medicari vult. At verò in vrinarum contentis propriè νεφέλαι vocantur quæ per ſummam vrinam innatant, vt & ἐναιωρήματα quæ per eam mediam ſuſpenſa ſunt ſublimamenta, & ὑποστάσεις quæ in fundo ſubſident. Sic ſcripſit Galen. Com. 2. in Progn. (pag. 140. 25.) πολλάκις οὖν, ὡς ἔφην, ἐφίσταταί τι τοῖς οὔροις ἄνωθεν, ὅπερ ἐγὼ νεφέλην ἰδίως ὀνομάζειν εἴωθα. Sæpenumero igitur (vt dixi) quod in vrina ſupernatat, eam ego nubeculam propriè vocare ſoleo. Tranſlata autem eſt nubecularum ad vrinas appellatio, quòd eam habeant quam in circunſtante nos aëre proportionis rationem, vt illic quoque ſcribit Galenus. Nam & hæ circum ambiente eas humore ſunt craſſiores, vt illæ circumfuſo aëre etiã denſiores. Quã analogiæ rationem longè apertioribus verbis idem indicat Comment. 1. in lib. 3. Epid. (pag. 394. 18.) τὸ τῆς νεφέλης ὄνομα κατὰ μεταφορὰν ἀπὸ τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἐπὶ τῶν οὔρων εἰώθασιν οἱ ἰατροὶ λέγειν, εἴτ᾽ Ἱπποκράτους πρώτου τὴν προσηγορίαν τήνδε κατά τινος ἰδέας ἐναιωρημάτων ἐν οὔροις, εἴτε καὶ ἄλλου τινὸς αὐτοῖς θεμένου. ὥσπερ οὖν ἐν τῷ περιέχοντι ποτὲ μὲν ζοφώδης γίνεται κατάστασις, πεπυκνωμένων νεφελῶν μελαινῶν αὐτῷ· ποτὲ δὲ ἀκριβῶς καθαρὸς καὶ ἀνέφελος φαίνεται. καὶ διεσπασμέναι τινὲς ὁρῶνται κατ᾽ αὐτὸ νεφέλαι, καὶ λέγεται τηνικαῦτα τὸ περιέχον ἐπινέφελον, ἐν ᾧ καιρῷ κατὰ τὴν χρόαν τῶν νεφελῶν, οὔτε μέλαιναν ἀκριβῶς, οὔτε λαμπρὰν ὁρῶμεν, ἀλλ᾽ ἐν τῷ μεταξὺ τόνον. οὕτω μοι δοκεῖ καὶ οὖρον καὶ ἐναιώρημα καλεῖν ἐπινέφελον ὁ Ἱπποκράτης, ὃ μήτε λευκὸν ἐστὶ τὴν χρόαν, μήθ᾽ ὅλως μέλαν ἀκριβῶς, ἀλλ᾽ ἐν τῷ μεταξύ. Nubis nomen ab aëre tranſlatum, de vrinis efferre ſolent medici, ſiue Hippocrates primus de ſpecie aliqua ſublimamentorum, vel vrinarum vſurpauerit, ſiue alius quiſpiam vrinis impoſuerit. Quemadmodum igitur in ambiente nos aëre caliginoſa interdum fit conſtitutio, eo nubibus atris condenſato: interdum verò ipſe purus & nubibus carens apparet, videnturque per ipſum nubes quædam diſperſæ, tuncque aër nubiloſus dicitur, quo tempore nubium colorem neque exquiſitè nigrum, neque lucidum, ſed inter hos medium cernimus: Sic οὖρον & ἐναιώρημα ἐπινέφελον, hoc eſt, vrinam & ſublimamentum nubiloſum vocare mihi videtur Hippocrates, quod neque colore album eſt, neque planè nigrum, verùm inter hæc medium. Νεφέλαι autem in vrinis quales probãdæ ſint, & quales damnandæ, deſcribuntur Hippocrati in Prog. (p. 141. 8. & 142. 14.) & Coac. Præn. (p. 442. 12.) Eædem etiam νεφέλαι interdum vocantur, vt νεφέλαι μέλαιναι, nubeculæ nigræ, in Coac. Prænot. (p. 442. 39. & 43.) Interdum quoque ἐπινέφελον pro nubecula ponitur, vt aph. 71. lib. 4. & Coac. Prænot. (pag. 442. 8.) ἐπινέφελον ἐρυθρὸν aut ὑπέρυθρον, nubecula rubra aut ſubrubra quarto die in vrina conſpicua ſeptimo die liberationem fore indicat. Etſi aliàs ἐπινέφελον nubiloſum ſignificat, vt antea oſtendimus, ducta ab aëre tranſlatione. Νεφέλαι Erotiano apud Hippocratem non ſolùm in vrinis ſpectantur, ſed exponuntur τὰ ἐφιστάμενα τοῖς διαχωρήμασι ὑπόπαχα, ὅτε μὲν ὠχρά, ὅτε δὲ ξανθά, ἤ τισιν ἄλλοις κεχρωσμένα. μεταφορικῶς ἀπὸ τῶν ἐν οὐρανῷ νεφελῶν καλεῖσθαι: hoc eſt, ſupereminentia in deiectionibus ſubpinguia, interdum quidem pallida, interdum etiam flaua, vel alio aliquo colore infecta, ducta à nubibus quæ in cœlo ſunt tranſlatione. Quam expoſitionem etiam ad ἐναιώρημα tranſtulit, idque in alui egeſtionibus ſpectari voluit, cum ἐναιώρημα ἐπινέφελον exponit, τὸ ἐφιστάμενον τοῖς οὔροις καὶ τοῖς διαχωρήμασι, καὶ οἷον ἐπαιωρούμενον ποικίλῳ χρώματι κεχρωσμένον. hoc eſt, quod in vrinis & alui egeſtionibus ſuperſtat, ac veluti ſuſpenſum vario colore affectum eſt. Sic enim apud Erotianum legendum eſſe antea monuimus, & re ipſa conſtat, cùm ἐναιώρημα ἐπινέφελον, αἰτὶ τῆς νεφέλης Hippocrati dici ex Galeno ſatis pateat, idque abunde doceat ipſe Erotianus cùm addit, νεφέλας γὰρ ἰδίως καλεῖ τὰς οὕτως ἐφισταμένας. Nubes enim propriè vocat quæ hoc modo ſupereminent. Quæ lectio etiam effecit vt paulò ante in νεφελῶν explicatione apud Erotianum τὰ ἐφιστάμενα, nõ vt habent exẽplaria omnia τὰ ὑφιστάμενα, legerim. Etſi iſta Erotiani opinio, qua nubes & ſublimamenta in deiectionibus apud Hippocratem ſpectari contendit, non parum mihi inſoletis videtur, nec adhuc quonam probè quadrare poſſit à me (vt ingennè fatear) ſatis animaduerſum, quod tamen de ὑποστάσει diſertiſſimis verbis eſt ab Hippocrate expreſſum, vt ſcribimus poſtea, & multis exemplis conteſtatum ponimus.

Νεφέλαι nubeculæ in vitiis oculi annumerantur Prorrhet. 2. (pagina 420. 15.) & inter cicatrices reponuntur ex pupillæ vlceribus enatas. vt νεφέλιον Paulo lib. 3. cap. 22. inter ſummas & ſuperficiarias oculorum cicatrices recenſetur, his verbis: τὰς ἐπιπολῆς μὲν γενομένας ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς οὐλὰς οἱ μὲν αὐτὸ δὴ μόνον οὐλάς, οἱ δὲ νεφέλιον καλοῦσι. Summas in oculis cicatrices, quidam hoc ſolo nomine cicatrices, quidam etiam nubeculam vocant. At Iſagoges authori (pagina 386. 51.) νεφέλιόν ἐστιν ἕλκος ἐπιπόλαιον καὶ μικρῷ μεῖζον ἀργέμου καὶ λευκόν. Nubecula vlcus eſt ſuperficiarium albugine longè minus & album. Et authori Definit. Med. (pagina 399. 54.) νεφέλιόν

ἐπὶ ἀχλὺς ἢ ἑλκώσις ἐπιπόλαιος ἐπὶ τοῦ μέλανος. Nubecula eſt caligo aut vlceratio in nigri ſuperficie. Etſi Aetio cap. 25. lib. 3. Tetrab. 2. ſic ἀπὸ τῆς ἀχλύος diſtinguitur ac definitur. νεφέλιον καλεῖται τὸ ἐπὶ τοῦ μέλανος βαθύτερον τῆς ἀχλύος ὅλως καὶ μικρότερον, τῇ δὲ χρόᾳ λευκότερον. Nubecula vocatur in oculi nigro vlcus caligine profundius & minus, colore verò candidius.

Νεφρῖτις omnem renum affectum ſignificat, ſiue is ſimilaris ſit, ſiue organicus, ſiue communis, eoque renes ipſi tententur. Anthori Definit. Med. (pagin. 398. 39.) νεφρῖτις ἐστὶ φλεγμονὴ νεφρῶν μετ' ἀλγήματος σφοδροῦ, ποτὲ δὲ καὶ δυσουρίας, καὶ ἰνωδῶν ἀποκρίσεων, ἢ ψαμμωδῶν, ἢ αἵματος ὀλίγου. Nephritis eſt renum inflammatio, cum vehementi dolore, cui interdum coniuncta eſt vrinæ difficultas, cum fibroſis excretionibus, aut arenoſis, aut modico ſanguine. Peculiariter tamen νεφρῖτις pro renum calculo ſæpe ſumi videtur, (vt teſtatur author libelli de Dignotione renum affectuum) qui prouecta ætate ac declinante gigni ſoleat, quod etiam ſcribit Gal. Com. 3. in lib. 6. Epid. (pagin. 480. 35.) Sic νεφρίτιδες aph. 31. lib. 3. calculi & renum obſtructiones ſumuntur & exponuntur Galeno, etſi quibuſdam renum vlcera & inflammationes obaudiuntur, & renum vitia ac renum dolores ex eo aph. vertit Celſus cap. 1. lib. 2. Neque ſecus νεφρῖτις pro renum calculo peculiariter accipi videtur aph. 11. lib. 6. etſi alia renum vitia, vt vlcera & inflammationes, obſtructiones ac dolores intelligi poſſunt, non aliter quàm per τὰ νεφριτικὰ renum affectus nempe inflammatio, abſceſſus, vlcera, calculi, obſtructiones intelliguntur aph. 6. lib. 6. & aph. 4. ſect. 8. lib. 6. Epid. νεφρίτιδα φθίσιν ex purulentis renibus contingere ſcribit Hippocrat. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 196. 32.)

Νεφρίτιδα autem quid ſit vide antea in Νέφρ.

Νεωτεροποιεῖν eſt rerum aliquid nouatum moliri, aut rebus nouis ſtudere, aliquid innouare, apud Hippocrat. aph. 20. lib. 1. μηδὲ νεωτεροποιέειν, μήτε φαρμακίῃσι, μήτ' ἄλλοισιν ἐρεθισμοῖσιν. neque aliud quicquam innouare, neq; medicamentis, neque aliis irritamentis, hoc eſt, nullo modo commouere neque innouare oportet, neque medicamentis purgantibus, neque aliis præſidiis aut irritamentis medicis. Quod etiam repetitur lib. περὶ χυμῶν (pag. 115. 27.) Sic lib. 2. Epid. (pag. 311. 19.) νεωτεροποιεῖσθαι dicitur innouari. ὅπως μὴ τι νεωτεροποιῆται ἐν τῷ αἰθέρι. dum ne quid in ſublimi illa natura innouetur, hoc eſt, in ambientis nos aëris ſtatu. Quod νεωτερίζεσθαι quoque dicitur. in Coac. Prænot. (pag. 444. 16.) ἄλλο δὲ ἴσως μὴ νεωτερίζηται, dum ne quid aliud innouetur, aut aliud quid noui contingat.

¶ Νηδὺς ventrem aut ventriculum ſignificat apud Hippocrat. præcipuè tamen inferiorem ventrem, τὴν κάτω κοιλίαν. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 88. 35.) de febre ardente, ἢ τὰ περὶ τὴν νηδὺν δακνόμενος ἀλγέει. & ob ventris morſum dolet. Vbi Galenus δῆξιν ἐπὶ γαστρὸς ἢ κατὰ τὴν γαστέρα exponit. Rurſus lib. περὶ χυμῶν (pag. 227. 2.) ἢν αὖ φῦσαι ἐγγίνωνται τῇ νηδύϊ ἢ πόνος. ſi ventus & dolor in inferiore ventre inſit. Et lib. de aëre, loc. & aq. (pag. 78. 44.) αἵ τε κοιλίαι ὑγρόταται πασέων καὶ αἱ κάτω. οὐ γὰρ οἷόν τε τὴν νηδὺν ἀναξηραίνεσθαι ἐν τοιαύτῃ χώρῃ. & ventres omnes, inferiores præſertim, omnibus lubrici. In hac enim regione venter inferior exiccari nequit. Lib. περὶ τροφῆς vulgò inſcripto (pagin. 42. 8. & 10.) καὶ γὰρ αἱ φλέβες αἱ ἐκ τῆς νηδύος καὶ τῶν ἐντέρων. Venæ enim ex ventre & inteſtinis. Rurſusque. τὸ δὲ λεπτότατον αἱ φλέβες ἕλκουσιν ἐκ τῆς νηδύος καὶ τῶν ἐντέρων τῶν ἄνωθεν τῆς νήστιος. Tenuiſſimum verò venæ trahunt ex ventre & inteſtinis ſupra ieiunum inteſtinum exiſtentibus. Et lib. περὶ καρδίης (pag. 55. 1.) πίνει γὰρ ἄνθρωπος τὸ μὲν πολλὸν ἐς νηδύν. Nam cùm quis bibit, maximam partem in ventrem demittit. At lib. περὶ τέχνης, νηδὺς tum ventrem inferiorem, tum etiam ventriculum indicat, & omnem cauitatem internam, tam eam quæ eſt in ſimilaribus corporis partibus, quàm quæ eſt in organicis, omneque ſpatium internum aut conceptaculum quod ventris in modum humorem aliquem continet. Sic igitur (pagin. 3. 22.) ἔστι δὲ ταῦτα, ἅ πρός τε τὰ ὀστέα τέτραπται καὶ τὴν νηδύν.. Sunt autem hi qui ad oſſa & ventrem pertingunt. Et quod deinceps ſequitur. ἔχει δὲ τὸ σῶμα οὐ μίαν, ἀλλὰ πλείους. δύο μὲν γὰρ αἱ τὸν σῖτον δεχόμεναί τε καὶ ἀφιεῖσαι. ἄλλαι δὲ τουτέων πλείους, ἃς ἴσασιν, οἷσι τουτέων ἐμέλησεν. ὅσα γὰρ τῶν μελέων ἔχει σάρκα περιφερέα, ἣν μῦν καλέουσι, πάντα νηδὺν ἔχει. πᾶν γὰρ τὸ ἀσύμφυτον, ἤν τε δέρματι, ἤν τε σαρκὶ καλύπτηται, κοῖλόν ἐστι. Habet autem corpus non vnum ventrem, ſed plures. Duo namque ſunt qui cibum recipiunt & demittunt, aliique præter hos plures, quos hi norunt quibus iſta curæ ſunt. Quæcunque enim membra carnem in orbem circundatam habent, quam muſculum nominant, ea omnia ventrē habent. Quicquid enim minimè coaluit, ſiue pellicula, ſiue carne tegatur, cauum eſt. Quem certe locum, varia tamen ſi nō vitiata lectione, ſubindicās Erotian.; νηδὺν omnem ibi cauitatē ſignificare vult. Ruſusq; lib. περὶ τέχνης (p. 4. 17.) τὰ ξύμπαντα ἐν τῇ νηδύϊ νοσεῦντα, ſūt partes omnes in vētre inferiore cōtentæ laborantes, aut affectus qui in internis ſpatiis conſiſtunt. Ac rurſus in ea parte libri de aëre, loc. & aq. quæ vitioſè noſtris in exemplarib. libro de vuln. cap. aſſuitur (p. 454. 49.) ἐκείνων δὲ μαλθακαὶ αἱ νηδύες καὶ ὑγραί εἰσι. Quibus autem ventres inferiores molles & humidi.

Νηδυΐη verò δίψα ab hac dictione tranſlata mihi videtur Hippocrati in Coac. Prænot. (pagin. 428. 48.) cùm ſcribit, κεφαλῆς ἄλγημα μέτριον μετὰ δίψης νηδυΐης. Moderatus capitis dolor cum inexhauſta ſiti. Sic enim ſcribendum exiſtimo, cùm exemplaria omnia νηδύμης legant, vt νηδυΐη δίψα intelligatur ſitis intenſa, vehemēs, inexhauſta, & quæ expleri nequeat, ac velut altè & in viſcerū penetralibus concepta, quaſi νήδυμος, aut ἐν τῇ νηδύϊ ἐν-

νήδυμον

νήδυμον namque τὸ βαθὺ, ἔγκατον, δυσέκδυτον καὶ ἄδυμον Heſychio ſignificat. νηδύια etiam cùm τὰ ἔντερα καὶ σπλάγχνα, ὁ δὲ τὰ κατὰ νηδὺν σπλάγχνα dicantur, non erit prorſus à ratione alienum eam ſitim intelligi, quæ in ventriculo atque imis viſcerum penetralibus ſedem habeat, ideoque altè infixa ſit, nec facilè ſedari poſſit, ſed vehemens ſit, neque vulgaris. Qua forte ratione [ non peculiarem ] ibi dixit Caluus. Cornarius verò quid per cibum capientem ſitim intellexerit mihi ſatis non eſt perſpectum. Ac certe iſtam lectionem in eo mihi ſecutus videtur, quòd νηδὺς dicatur ἡ τὸν σῖτον δεχομένη, ventriculus cibum ſuſcipiens. Inter autem eas partes quæ ſitim excitant eiuſque ſunt conceptacula, ventriculus non parum iuris habet, vt ex Galeno adſcripſimus noſtris in eum Coac. Prænot. locum Annotat. etſi non parum quoque ſuſpectam iſtam lectionem habuimus.

Νηνεμίη à ventis ceſſatio, aëris conſtitutio à ventis ſilens, ſerenitas & tranquillitas, velut νήνεμος αἰθὴρ, idem quod ἀνήνεμος, aër ſine ventis, in fine Il. θ. Νηνεμεῖ legitur apud Hippocr. lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 268. 23.) & de imo ventre dicitur in fluore muliebri rubro, ſignificatque à flatu aut ventis quietum eſſe. ἡ γαστὴρ ἡ νειαίρη ἐπαείρεται, καὶ λεπτύνεται, καὶ νηνεμεῖ. & venter imus attollitur, & attenuatur, & tranquillus eſt. Verum ſuſpecta non parum eſt mihi lectio illa. Caluus enim ἠρεμεῖ legit. Cornarius verò impotentem eſſe ventrem dixit, vt mihi νωχελεῖ pro νηνεμεῖ legiſſe videatur, quod exponitur à Galeno in Exeg. ἀδυνατεῖ.

Νήπια dicuntur Hippocrati pueri à conceptu in vtero vbi membrorum diſcretionem habent, ad quartum menſem vſque non completum, vt aph. 1. lib. 4. quæ & παιδία etiam eidem nominantur generaliori nomine. Interdũ etiã νήπιον vocatur eiectiti' fœtus Hippocrati à primo menſe ad ſecundũ, aut tertium menſem, vt ſummum. Interdum etiam qui non multo poſt conceptionem deiicitur, & admodum paruus eſt fœtus, velut ægr. 10. lib. 3. Epid. cùm ſcribit, γυναῖκα ἐξ ἀποφθορῆς νηπίου τῇ α' πῦρ ἔλαβεν. mulierem ex infantuli fœt' corruptione primo die ignis, hoc eſt, febris vehementiſſima prehendit. Nam neque in altera quę ſequitur & fœtum quinque menſium abortione deiecit, τὸ νήπιον addidit. Verùm ſcriptũ eſt, ἑτέρην ἐξ ἀποφθορῆς περὶ πεντάμηνον, Οἰκέτεω γυναῖκα, πῦρ ἔλαβεν. Alteram ex abortiuo fœtu circa quintum menſem Oeceti vxorem ignis prehendit. Quam ſignificationem etiam indicat Galen. Comment. 2. in lib. 3. Epid. (pagina 415. 30.) his verbis: προσκεῖται δὲ τῇ ἐξ ἀποφθορᾶς τὸ νηπίου, δηλοῦντος ὡς οἶμαι τῇ προσθήκῃ ταύτῃ, μικρὸν εἶναι τὸ ἀμβλωθέν. ὀνομάζουσι γὰρ οἱ ἄνθρωποι νήπια, παιδία τὰ μετὰ τὴν ἀποκύησιν οὐ πολλοῦ χρόνου, κατὰ μεταφορὰν οὖν εἰκός ἐστι τὸν Ἱπποκράτην τὸ πάνυ μικρὸν τῶν κυουμένων παιδίων, οὕτως ὀνομάσαι. καὶ γὰρ καὶ μᾶλλον διαφθείρεται ταῦτα. Additur autem huic dictioni ἐξ ἀποφθορῆς [νηπίου] hoc eſt, infantuli, vt hoc addito indicaret (ni fallor) paruum fuiſſe eiectitium fœtum. Appellant ſiquidem homines νήπια, hoc eſt, infantes, pueros non longè poſt conceptum. Ex tranſlatione igitur videtur Hippocrat. valde puſillos fœtus ſic appellaſſe. quippe hi potiſſimum corrupti eiiciuntur. Ruſus ibidem (pagina 416. 13.) καὶ χρὴ νήπιον τὸ ἔμβρυον ἀκούειν ἤτοι ἑνὸς ἢ δυοῖν μηνοῖν, ἢ τὸ μακρότατον τριῶν. νήπιον, hoc eſt, infantulum, intelligere oportet (vt dixi) fœtum vnius aut duorum menſium, aut longiſſimum trium. At nonnullis νήπια non ſolùm de fœtu aut conceptu dicuntur, verùm etiam de editis in lucem pueris qui adhuc fari neſciunt, qua notatione infantes etiam Latinis vt Græcis νήπια vocantur, à νη priuante & εἰπεῖν. Alii etiam eo nomine pueros donant, qui quartum, quintum & ſextum annum attigerunt. Alii quoque ad annos pubertatis νήπια Hippocrati dici volunt, aph. 4. lib. 6. Epid. ſect. 1. cùm ſcribit. αἱ τῶν νηπίων ὑπολάμψιες ἅμα ἥβῃ δὲ ἐν οἷσι μεταβολαὶ ἴσχουσι. Puerorum fulgores cum pubertate in quibuſdam mutationes habent. Quod etiam in Comment. ſignificat Galen. ex interpretum Hippocrat. ſententia & his Zeuxidis verbis. νήπια λέγει ὁ Ἱπποκράτης τὰ μέχρι ἥβης. νήπια vocat Hippocrat. pueros ad pubertatem vſque. Rurſusque. ὁ δ' αὐτὸς οὗτος Ζεῦξις νήπιά φησιν εἰρῆσθαι πάντα τὰ παιδία, καθότι καὶ Ἡρόφιλος ὀνόμασεν αὐτὰ οὕτως. καὶ γὰρ περὶ τούτου γράφει πολὺ τὸν τρόπον διὰ ταύτης τῆς λέξεως. φαίνεται νήπια λέγων ὁ Ἱπποκράτης τὰ ἕως ἥβης, καὶ οὐχὶ τὰ νεογνὰ μέχρι τῶν πέντε ἢ ἓξ ἐτῶν, ὡς νῦν οἱ πλεῖστοι λέγουσιν. ὥσπερ δὲ καὶ ὁ Ἡρόφιλος τὰ τοιαῦτα λέγει νήπια, δι' ὧν φησι· τοῖς νηπίοις οὐ γίνεται σπέρμα, οὔτε γάλα, καταμήνια, κύημα, φαλακρότης. Idem author Zeuxis ipſe νήπια dici ait omnes pueros, quoniã & Herophilus ita nominauit. Nempe ea de re huncin modum ſcribit hiſce verbis: Apparet Hippocratẽ νήπια dicere ad pubertatẽ vſq;, neq; recẽs natos tãtùm ad quinq; aut ſex annos, vt nũc plærīq; dicũt. Satis autẽ videtur etiã Herophil' νήπια tãtæ ætatis dicere cùm ſcribit: τοῖς νηπίοις, h. e. pueris nõ gignitur ſemẽ, neq; lac, neq; menſtrua, neq; cõceptus, neq; caluitiũ. In quibus tamẽ Herophili verbis (vt interim moneam) pudendũ ineſt mendũ in noſtris codicibus. Nam σπέρματα μεγάλα, pro σπέρμα, οὔτε γάλα, vitioſè legitur, vt etiã noſtra interpretatione aſſecuti ſumus. At verò νήπια recẽs nati infantes intelligũtur Hippocrati aph. 15. ſect. 1. lib. 6. Epid. vt ſatis patet. νηπίοισι βηχὴν σὺν γαστρὸς ταραχῇ καὶ πυρετῷ συνεχεῖ. Infantes tuſſicula ſi prehenderit cum ventris perturbatione & febre aſſidua.

Νῆσις à verbo νέω aut νήθω glomero ſignificat, accumulo, aceruo, & νῆσις σώρευσις exponitur Heſychio, accumulatio, aceru', vt & νῆσαι σωρεῦσαι Sudę, & νῆσις Polluci νήματος ἔργον, filum ipſũ, aut fili glomeratio. Eã dictionẽ vſurpat Hip. lib. de loc. in homine (p. 69. 19.) ἐπὴν δὲ ἐκ τοῦ οἰσοφάγου εἰς τὴν κοιλίην ῥύσις, νῆσις γίγνεται κάτω. Vbi in ventrem per gulam fluxio proceſſerit, infra cumulatio fit. Et paulò poſt (verſ. 22.)

τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἢν ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ἡ πῶσις ἔχῃ, ἰᾶσθαι. ad eundem verò modum vbi per multos dies accumulatio facta fuerit, curato. Vbi certe πῶσις morbum ex humorum aceruo & cumulo fluxione factum ſignificare videtur. Caluus compunctionem vertit, vt νύξις leg. videatur. Cornarius πόσις pro πῶσις legit. Neque ſanè mihi ſatis aptè quadrare videtur quòd quidam πίεσις pro πῶσις ibi ſcribi debere exiſtimant.

Νηστείη ieiunium & cibi abſtinentia, ſed αὐτὴ τῆς ὀλιγοσιτίης pro cibi parſimonia & paucitate ſumitur aph. 13. lib. 1. γέροντες εὐφορώτατα νηστείην φέρουσι. Senes facillimè ieiunium tolerant. Quod de his qui in extrema ſenecta ſunt dictum non eſt, cùm cibi abſtinentiam non ferant aut longas inedias, ſed paucis & crebris cibis reficiendi ſint. At ſummam in ſumendis cibis parſimoniam & paucum cibum rectè ferunt qui ὀλιγόσιτοι Galeno dicuntur.

¶ Νίτρον ἐρυθρὸν, nitrum rubrum vſurpatur Hippocrati lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 221. 7. & 11.) & lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 261. 40.) Plinius lib. 31. cap. 10. in Ægypto nitrarias eſſe teſtatur, in quib. rufum nitrum depromitur, ex terræ colore. Nitrum quoque rubrum in ſmegmatis ad achoras & aſperitates cutis vſurpat Gal. ex Critone lib 1. κατὰ τόπ. (p. 176. 6 & 8.) Eſt autem νίτρον ſuccus concretus ſalis in modũ, de quo ampliſſimè & optimè Gorrhæus.

Νιφετὸς nix confertim & cum impetu irruens, niues confertæ. Lib. 4. Epid. (p. 328. 37.) μετὰ δὲ ταῦτα νιφετὸς, poſt hæc confertę niues. Ariſt. libello de Mundo, νιφάδες χιὼν καὶ αἰθρίας καταφερομένη νιφετὸς ὠνόμασται. Sic Heſychio νιφετὸς exponitur χιὼν ἡ κατὰ μικρὸν φερομένη λεπτὴ, nix tenuis confertim & crebrò decidens.

Νίτρωι legitur vitioſè apud Erotianum, pro νίτρον aut νίτρωσιν aut νιτρώσει vt antea ſcripſimus.

¶ Νομαὶ ſunt vlcera depaſcentia & ſerpentia, nomas paſſim vocat Plinius, & mala corporis ſerpentia lib. 20. cap. 9. Vlcera ſunt putredinoſa & proſerpendo depaſcentia, quæ vicinas partes erodunt & putrefaciunt, ἀπὸ τοῦ νέμεσθαι dicta. De quibus agitur apud Hippocrat. Prorrh. 2. (p. 418 23.) & lib. de vlceribus (p. 516. 4.) & Paulum lib. 4. & Aëtium Tetrab. 4. ſerm. 2. cap. 49. Νομὴ etiam diſtributio & faſciarum inuolutio in deligandi ratione dicitur, eoq; nomine ſæpe vtitur Hippocrat. pro faſciarum ab initio ad finem vſq; inuolutione, vt ſcribit Gal. Com. 2. in lib. κατ' ἰητρεῖον (p. 678. 3.) τὸ δὲ καλεῖ νομὴν ἐχρῆν παρ' αὐτοῦ μεμαθηκέναι, πολλάκις κεχρημένου τῷ ὀνόματι κατὰ τὰς τῶν ἐπιδέσμων ἀπὸ τοῦ πέρατος ἄχρι τῆς ἀρχῆς φοράς. ἐπὶ γοῦν τῶν κατεαγμάτων ἐκέλευσε τὴν μὲν ἀρχὴν τῶν ἐπιδέσμων ἀμφοτέρων ἐπ' αὐτοῦ τοῦ κατάγματος τίθεσθαι. ποιεῖσθαι δὲ, τοῦ μὲν προτέρου τὴν νομὴν ἄνω πρὸς..., τοῦ δὲ δευτέρου, κάτω μὲν πρότερον, εἶτ' αὖθις ἄνω, νομὴν ὀνομάζων τὴν ἐπὶ τὸ ἕτερον μέρος τῶν ἐπιδέσμων, ἣν ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλους ποιοῦνται περιτιθέμενοι τῷ σώματι τοῦ κάμνοντος. ἀνάλογον μὲν οὖν κατὰ τὸ ῥάμμα τὸ ἴνωσμα σημαίνει. Quid verò νομὴν vocet ex ipſo licet diſcere, qui ſæpe hoc nomine vtitur, pro faſciarum ab initio ad finem vſque inuolutione. In fracturis ſiquidem vtrarumq; faſciarum initiũ ſupra ipſam fracturam imponi iubet, exinde verò, primę quidem diſtributionem ſurſum fieri, at ſecundæ, primùm quidem deorſum, deinde rurſus ſurſum: νομὴν, hoc eſt, diſtributionem appellans quãdam velut faſciarum progreſſionem, quam ab initio ad finem vſque circum corpus ægrum inuoluendo efficiunt. Simile ergo quiddam in filo ἡ νομὴ, hoc eſt, diſtributio indicat.

Νόμος, lex, vt νόμος ἰητρικὸς dicitur Hippocrati in Iureiurando lex quædã & iuſiurandũ Medicũ, quo velut militiæ ſacramento adigebantur rei Medicæ operã dantes, ne tam auguſta ſacra illotis manibus, nec niſi nomine dato tractarent, ἐν μαθητῇσι συγγεγραμμένοις τε καὶ ὡρκισμένοις νόμῳ ἰητρικῷ. & diſcipulis qui iureiurando medico fidem & nomen dederint. Sic τῆς ἐπιδέσιος νόμος deligationis lex in fracturis aut luxatis dicitur, quæ vinculorum præcepta in deligãdi ratione continet. Quemadmodum enim in ciuitatibus leges dicuntur quæ quod agendum eſt imperant, aut quod agendum non eſt prohibent: Ita in deligandi ratione præcepta νόμοι dicuntur, quæ certò aliqoid agendum aut non agendum docent, cum nullam in ſe coniecturam aut ambiguitatem habeant, ſicut alia nonnulla quæ in arte Medica tractantur, vt ſcribit Gal. Com. 2. εἰς τὸ κατ' ἰητρεῖον (p. 677. 37.) Ea que notione de deligatione ſcribitur Hippocrati ibidem ἐς μὲν οὖν ταῦτα νόμος. Atque hæc quidem in iis lex obſeruãnda eſt. Et in Mochlico (p. 507. 9.) ἐπιδέσιος ὁ νόμος dicitur. Et rurſus (p. 510. 32. & 41.) ἐπίδεσις ὡς νόμος. Et lib. de fract. (p. 538. 28.) ἔστι ὁ λόγος ὥσπερ νόμος κείμενος δίκαιος περὶ κατηγμάτων ἰήσιος. Iſta oratio veluti quædam lex æqua de fracturarum curatione conſtituta eſt. Qui certe locus exprimitur Erotiano, cum νόμος δίκαιος, λόγος συμφέρων ratio vtilis exponitur. Sic ὁ νόμος ὁ ἀρθρικὸς lex articularis vocatur lib. de art. (p. 598. 54.) iuxta quam deligatio luxatorum articulorum fieri debet, vt & in Mochlico (p. 507. 19.) quæ & νόμος ἄρθρων ibidem dicitur (p. 509. 42.) Νόμος etiam ſæpe legitimum inſtitutum ac receptam hominum vſu & conſuetudine opinionem ſignificat, quæ ratione humana comprehenditur, & cum natura rerum primordia conſtituit, ea que notione ab Hippocrate τῇ φύσει ſæpe coniungitur. Vt lib. 1. περὶ διαίτης (p. 83. 3.) in rerum naturalium declaratione ſcribitur, ὁ νόμος γὰρ τῇ φύσει περὶ τούτων ἐναντίος. Lex enim in his naturæ contraria eſt, quæ ſeorſim quidem omnia & diuina & humana inter ſe viciſſitudinem habentia, ſurſum & deorſum commutatione quadam exprimit. Rurſusque ibidem (p. 84. 36.) νόμον & φύσιν ponit rerum naturalium principia, ex quibus omnia in rerum natura tranſigũtur. νόμος γὰρ καὶ φύσις, οἷσι πάντα διαπρησσόμεθα. Lex enim & natura quibus omnia conficiuntur. Et, νόμον γὰρ ἔθεσαν ἄνθρωποι αὐτοὶ ἑωυτοῖσιν,

ὁ γινώσκ-

οὐ γινώσκοντες περὶ ὧν ἔθεσαν. φύσιν δὲ πάντων θεοὶ διεκόσμησαν. Legem enim ſibiipſis homines conſtituerunt, non intelligentes de quibus poſuerant. Naturam verò dii omnes exornauerunt. Rurſus etiam lib. de aëre, loc. & aq. φύσιν & νόμον ſæpe coniungit Hippocr. & νόμον cum natura conſpirare eique principium eſſe ſcribit. Sic (p. 76. 43.) ὁκόσα δὲ μεγάλα ἢ φύσει ἢ νόμῳ διαφέρει. quæ verò plurimùm aut natura, aut legibus & inſtitutis diſcrepant. Et rurſus ibidem (v. 45.) τὴν μὲν ἀρχὴν, ὁ νόμος αἴτιος ἐγένετο τῆς μακρότητος τῆς κεφαλῆς. νῦν δὲ, καὶ ἡ φύσις ξυμβάλλεται τῷ νόμῳ. Initio quidem lex & inſtitutum in cauſa fuit, cur tam lõgis eſſent capitibus. Nunc verò natura cum lege conſentit. Et ibidem (v. 48.) ἔχει δὲ περὶ νόμου ὧδε. Legis autem ea eſt ratio. Ac rurſus (p. 77. 2.) αὕτη τὴν ἀρχὴν ὁ νόμος κατειργάσατο, ὥστε τοιαύτην τὴν φύσιν γενέσθαι. τοῦ δὲ χρόνου προϊόντος, ἐν φύσει ἐγένετο, ὥστε τὸν νόμον μηκέτι ἀναγκάζειν. Hoc inſtitutum initio effecit vt talis natura euaderet. Progreſſu verò temporis in naturam abiit, adeò vt ne amplius inſtitutum adhibere neceſſe fuerit. Et (v. 8.) ὁ γὰρ νόμος οὐκ ἔτι ἰσχύει, διὰ τὴν ἀμελίην τῶν ἀνθρώπων. Neque enim lex per hominum incuriam vllam amplius facultatem habet. Rurſus ibidem (v. 33.) διὰ ταύτας ἐμοὶ δοκέει τὰς προφάσιας ἄναλκες εἶναι τὸ γένος τὸ Ἀσιηνὸν, καὶ προσέτι διὰ τοὺς νόμους. His de cauſis totum Aſiaticum genus mihi imbelle eſſe videtur, prætereaque propter leges & inſtituta. Et (v. 42.) ὅτι καὶ εἴ τις φύσει πέφυκεν ἀνδρεῖος καὶ εὔψυχος, ἀποτρέπεσθαι τὴν γνώμην ὑπὸ τῶν νόμων. Vt enim quiſque forti & generoſo natura eſt animo, ita legibus res bellicas plurimùm auerſatur. Et rurſus (p. 78. 5.) de Scythicis mulieribus, καὶ οὐ πρότερον συνοικέουσιν, ἢν μὴ τὰ ἱερὰ θύσωσι τὰ ἐν νόμῳ. Neque prius cum viris congrediuntur, quàm Deo patrio more & inſtituto ſacra fecerint. Et (v. 24.) τὰ μὲν εἰς τὴν δίαιταν αὐτέων οὕτως ἔχει καὶ τοὺς νόμους. Hactenus de victus ratione & eorum moribus dictum eſt. Ac rurſus (p. 80. 25.) διὰ τοῦτο εἰσὶ μαχιμώτεροι οἱ τὴν Εὐρώπην οἰκέοντες, καὶ διὰ τοὺς νόμους. Ideo bellicoſiores ſunt qui Europam incolunt, tum etiam propter leges. Et (v. 30.) οὕτως οἱ νόμοι οὐχ ἥκιστα τὴν εὐψυχίην ἐργάζονται. Adeò leges non minimùm ad magnanimitatem conferunt. Et (v. 41.) τό, τε ἀνδρεῖον καὶ ταλαίπωρον ἐν τῇ ψυχῇ, φύσει μὲν οὐκ ἂν ὁμοίως ἐνείη· νόμος δὲ προσγενόμενος ἀπεργάζοιτ' ἄν. fortitudo autem animi neque laboris tolerantia non ſimiliter ipſis à natura ineſt. At vitæ inſtitutum accedens hæc in eis efficit. Quib. ferè omnibus in locis νόμον & φύσιν coniuncta vt vides. ita νόμον proprium cuiuſque regionis vitæ inſtitutum, patrium ritum ac conſuetudinem vernaculam, legem, & mores ſignificat. Sic enim Gal. lib. quòd animi mores &c. (p. 349. 1.) hunc extremum ex lib. de aëre, loc. & aq. Hippocr. locum exprimens, νόμον explicat, τὴν νόμιμον ἐν ἑκάστῃ χώρᾳ τοῦ βίου διαγωγὴν, ἣν δὴ καὶ τροφὴν καὶ παιδείαν, καὶ συνήθειαν ἐπιχώριον ὀνομάζομεν. legitimum ac legibus præſcriptum cuiuſq; regionis vitæ inſtitutum, mores, educationem, quam patriam conſuetudinem vocamus. Quò etiam mihi ſpectare Erotiani explicatio videtur, qui νόμον, τὸν λόγον ἢ τὴν νόμιμον, ἢ τὸ ἦθος ſignificare ſcribit, nempe rationẽ, legitimam inſtitutionem, aut conſuetudinem. Sic enim pro τὴν νόμιμον, (quod habent omnia exemplaria.) τὸ νόμιμον legendum exiſtimo; & aliôqui ab Erotiano locum lib. de aëre, loc. & aq. (p. 77. 3.) iſta explicatione exprimi. Vbi quid per τὴν νόμιμον intelligi poſſit non ſatis perſpicio. Νόμος quoque pro inſtituto & lege ſumitur initio lib. περὶ γονῆς (p. 27. 29.) νόμος μὲν πάντα κρατύνει. Lex omnibus dominatur. Et lib. de Morbo ſacro (pag. 127. 23.) τὰ μὲν νόμῳ διακρίνοντες, τὰ δὲ τῷ συμφέροντι αἰσθανόμενοι. hæc quidem partim inſtituto aut conſuetudine diſcernentes, partim vtilitate percipientes. Rurſusque ibidem (p. 128. 13.) αἱ δὲ φρένες ἄλλως οὔνομα ἔχουσι τῇ τύχῃ κεκτημέναι, καὶ τῷ νόμῳ. Præcordia verò temerè & fortuna quadam nomen ſortita ſunt, & ex inſtituto, aut conſuetudine quadam. νόμος verò & φύσις ſæpe coniunguntur Hippocrati lib. de Natura humana, vt (p. 7. 41.) ἐγὼ μὲν καὶ ἀποδείξω ἃ ἂν φημὶ τὸν ἄνθρωπον εἶναι, καὶ κατὰ τὸν νόμον, καὶ κατὰ τὴν φύσιν, ἀεὶ ταὐτὰ ἐόντα ὁμοίως. Siquidẽ quæ hominem eſſe dixero, ea & ſecundum legem, & ſecundum naturam ſemper eodem modo ſe habere demonſtrabo. Vbi Galenus κατὰ τὸν νόμον antiquis dici ſcribit, τὸ πρὸς τῶν ἀνθρώπων νομιζόμενον καὶ δοξαζόμενον, hoc eſt, ſecundum communem & receptam hominib. opinionem, aut quod eſt hominum inſtituto & opinione conſtitutum. κατὰ φύσιν verò τὸ κατ' αὐτὴν τῶν πραγμάτων τὴν ἀλήθειαν, quod re vera eſt, & in rerum natura ac veritate poſitum. Natura enim eſt rerum veritas, quòd hæc vbique ſibi conſtet, vera & certa omnia faciat, nihilque fucatum. Vnde natiuum colorem & calorẽ, pro vero, non acquiſititio aut fucato ponimus. κατὰ νόμον iuxta receptũ morem dixit Cornarius. Eſt autem κατὰ νόμον καὶ κατὰ φύσιν, opinione & re vera, hoc eſt, ſecundum exiſtimationem noſtram, approbationem aut communem conſenſum, & hominum opinione, cui re vera opponitur. Sic enim Galenus lib. 1. de Elementis (p. 46. 57.) τῷ νόμῳ Democriti, νομιστὶ exponit, καὶ πρὸς ἡμᾶς, οὐ κατὰ τὴν αὐτῶν τῶν πραγμάτων τὴν φύσιν, hoc eſt, ex opinione, aut ſecundum exiſtimationem noſtram, non ex rerum natura. ἐτεῇ verò, quod παρὰ τὸ ἐτεὸν dicitur, ὅπερ τὸ ἀληθὲς δηλοῖ, & τῷ νόμῳ opponitur, κατὰ τὴν ἀλήθειαν, hoc eſt, re vera, quod κατὰ φύσιν Hippocrati dicitur, ex rerum natura. Eadem verò rurſus coniungit Hippocr. lib. de Nat. hum. (p. 11. 6.) ὅτι δὲ ἃ ἂν φημὶ τὸν ἄνθρωπον εἶναι ἀποφαίνειν ἀεὶ, ταῦτα ἐόντα καὶ κατὰ νόμον καὶ κατὰ φύσιν. Dixi autem quæcunque hominem eſſe dixero, ea me demonſtraturum ſemper talia eſſe, & ex hominum opinione, & ſecundum naturam. Vbi etiam Gal. νόμον exponit τὴν τῶν ἀνθρώπων δόξαν, ἣν ἔχουσι περὶ αὐτῶν, hominum opinionem & exiſtimationem quam habent de rebus ipſis. κατὰ φύσιν autem, τὴν τῶν αὐτῶν πραγμάτων ἀλήθειαν, ipſarum rerum veritatem. Rurſusque ibidem (v. 10.)

ἑτέρων μὲν ἐόντων κατὰ νόμον τὰ ὀνόματα διωρίσθαι φημί, καὶ οὐδενὶ αὐτῶν τὸ αὐτὸ ὄνομα εἶναι. ἔπειτα κατὰ φύσιν τὰς ἰδέας κεχωρίσθαι. Atque horum primum quidem nomina iuxta receptam hominum opinionem diſtincta eſſe affirmo, neque vlli ipſorum idem nomen ineſſe, deinde ſpecies ſecundum naturam ſeparatas eſſe.

Νομίμη ἐπίδεσις legitima deligatio dicitur Hippocrati lib. de art. (p. 597. 37.) εἰ γὰρ τις τῇ μὲν ἐπιδέσει χρῷτο τῇ νομίμῃ. Si quis igitur legitima deligatione vtatur. τὴν νομίμην ἐπίδεσιν τὴν ὑπὸ πάντων εἰθισμένην, legitimam deligationem omnibus vſitatam & conſuetam exponit Galenus, vt quæ lex quædam non ſcripta ſit. In vitæ enim communione, conſuetudines quædam & inſtitutiones, quæ ab omnibus vſurpantur, legibus ſimiles euadunt, & νόμιμα ſeu legitima inſtituta appellantur. Sic νόμοι νόμιμοι περὶ ἐπιδέσιος, ſunt legitima de deligatione præcepta, in Mochlico (p. 511. 44.)

Νομοθετήματα τῆς φύσιος ὀνόματα dicuntur Hippocrati lib. περὶ τέχνης (p. 1. 22.) hoc eſt, nomina naturæ decreta aut inſtituta. τὰ δὲ εἴδεα, οὐ νομοθετήματα ἀλλὰ βλαστήματα. Species autem rerum, non decreta, ſed germina. Hoc eſt, nomina lege quadam naturæ ſunt indita, & pro rerum natura legitimè impoſita. Sunt enim nomina rerum exiſtẽtium ſimulachra, cùm ab ipſis rebus ortum trahant. νομοθετήματα autem dicũtur, quòd ſint ex compoſito ab hominibus impoſitæ rerum notæ, vt ſcribit Ariſt. lib. de Interpretatione. Rerum autem ſpecies, ipſa natura ortum ſuum habentes, ipſius ſunt germina non decreta.

Νόσος, ἢ νοῦσος, ἢ νόσημα, morbus. Definitur Galeno ἡ νόσος κατάστασίς τις οὖσα παρὰ φύσιν, ὑφ᾽ ἧς ἐνέργεια βλάπτεται πρώτως. Morbus quidam corporis ſtatus præter naturam, à quo actio primùm læditur, lib. de ſympt. diff. (p. 212. 13.) Vbi etiam an κατάστασις, an verò διάθεσις παρὰ φύσιν dicatur, parum referre ſcribit: Adeò vt νόσος quoque finiatur διάθεσις παρὰ φύσιν, ἐνεργείας ἐμποδιστική, affectio præter naturam actionem impediens, aut, παρὰ φύσιν κατάστασις τοῦ σώματος, καὶ αἰτία τοῦ βεβλάφθαι τὴν ἐνέργειαν. corporis ſtatus præter naturam, qui in cauſa eſt cur actio lædatur. Ac rurſus lib. de diff. morb. 1. (p. 202. 33.) νοσήματα dicuntur eſſe αἱ διαθέσεις αἱ βλάπτουσαι τὰς ἐνεργείας πρώτως. Authori verò Definit. Medicarum (p. 394. 36.) ampliori quadam notione, νόσος ἐστὶ δυσκρασία τῶν πρώτων κατὰ φύσιν, ἢ δυσκρασία τῶν ἐν ἡμῖν χυμῶν, ἢ τῶν φυσικῶν δυνάμεων παραποδισμός, ἢ τροπὴ σώματος ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν, εἰς τὸ παρὰ φύσιν. Morbus eſt intemperies primorum quæ ſecundum naturam conſiſtunt: Vel inſitorum in nobis humorum intemperies: Vel naturalium facultatum impedimẽtum: Aut corporis mutatio ex eo quod ſecundum naturam, in id quod præter naturam ſe habet. Rurſusque νόσος ἐστὶ δυσκρασία τῶν πρώτων, καθ᾽ ἣν ἐπικρατεῖ τὸ ξηρὸν, ἢ τὸ ψυχρὸν, ἢ τὸ θερμὸν, ἢ τὸ ὑγρόν. Morbus eſt primorum intemperies, in qua ſiccum, aut humidum, aut frigidum, aut calidũ præualet. At verò generaliori quoque ſignificatione νόσος dicitur Hippocrati lib. περὶ φυσῶν (p. 118. 10.) ὅ, τι ἂν λυπῇ τὸν ἄνθρωπον, quicquid homini moleſtiã adfert. Reliquatum de morbi eſſentia, tum de eius differentiis ex Galeno rectiſſimè & breuiſſimè perſtricta habes apud Gorrhæum.

Νόσημα κάτοξυ morbus peracutus apud Hippocratem exponitur Galeno τὸ αὐτίκα ἀκμάζον, qui ſtatim, hoc eſt, primo quaternario, aut paulò vltra, ad vigorem peruenit, aph. 7. lib. 1. vt antea ſcripſimus.

Νοσήματα ἔσχατα extremi morbi ſunt Hippocrati, hoc eſt, maximi, & quibus nulli alii ſunt acutiores, quique laborum & ſymptomatum ſumma habent omnia, aph. 6. lib. 1. Sic enim exponit Gal. νοσήματα ἔσχατα εἴρηκεν ὁ Ἱπποκράτης τὰ μέγιστα, καθ᾽ ἃ οὐκ ἔστιν ἄλλα. εἴη δ᾽ ἂν πάντως ταῦτα κάτοξα. Morbos extremos appellauit Hippocrates maximos, vltra quos alii non ſint. Eiuſmodi autem fuerint omnino peracuti.

Νοῦσος μαλθακωτέρη τῶν ἐσχάτων, morbus extremis mollior, hoc eſt, remiſſior dicitur aph. 7. lib. 1. aut qui à ſummè acutis recedit, & extremis aut acutiſſimis lenior eſt, aut qui ab extremis, hoc eſt, vehemẽtibus caſibus recedit, & à vigore longius abeſt.

Νοσήματα ὀξέα quænam ſint vide poſtea ὀξέα νοσήματα.

Νόσημα ξηρὸν, morbus ſiccus dicitur, in quo nihil excrementorum excernitur, vt ſcribit Gal. Com. 1. in lib. de rat. vict. in Morb. ac. (pag. 46. 26.) vbi etiam pluribus modis νόσημα ξηρὸν eſſe ſcribit.

Νοῦσος ξυνεχὴς pro febre continua ponitur ægr. 6. lib. 3. Epid. poſt ſt. peſt.

Νοῦσος μεγάλη, magnus morbus Epilepſia intelligitur Hippocrati aph. 9. ſect. 6. lib. 6. Epid. οἱ ὑπὸ τεταρταίου ἁλισκόμενοι, ὑπὸ τῆς μεγάλης νούσου οὐχ ἁλίσκονται. Qui quartana vexantur à magno morbo non corripiuntur. Sic enim ibi legit Galenus, & ſcribit: τὴν ἐπιληψίαν οἱ παλαιοὶ καὶ μεγάλην νόσον ἐκάλουν, καὶ παιδίον παιδίον. Antiqui Epilepſiam tum morbum magnum, tum etiam puerorum morbum vocarunt. Sic lib. 2. Epid. (pag. 317. 24.) μεγάλου νοσήματος nomine morbum Comitialem intelligi ſcripſimus, in his verbis quæ hoc modo ex Hippocrate ipſo repoſuimus ἡ μανίη τοῦ μεγάλου νοσήματος ὡς οἶδα γενομένη λύσις. furor magnum morbum, (quem Comitialem vocãt) ſoluit, ſed eum præcipuè qui ex inuadendi conſuetudine pene familiaris factus eſt. Quod etiam repetitur libello περὶ κρισίων (p. 387. 20.) Rurſus quoque lib. 2. Epid. (p. 317. 35.) τάμνειν δὲ τὰς εἴσω τοῦ νοσήματος τοῦ μεγάλου ἐν παροξυνομένῳ, λύσις ἰσχίου ὀδύνη, ὀφθαλμῶν διαστροφαὶ, τύφλωσις, ὀρχίων οἴδησις, μαζῶν ἄρσις. Venas verò interiores ſecare oportet, dum magni morbi, quem Comitialem vocamus, vehementia intenditur, quem ſoluunt coxendicum dolor, oculorum peruerſiones, occæcatio, teſtium tumor & mammarum eleuatio. Celſus quoque fideliſſimus Hippocratis interpres Comitialem morbum magnum vocat cap. 7. lib. 6.

Νοσήματα

Νοσήματα πάγκοινα & ἐπιχώρια dicũtur morbi valde communes & vernaculi, ex ἐπιδημίων & populariter graſſantium genere, qui multos populariter & communiter vna in regione occupant, ideoque communem quandam cauſam, vt aërem, cibum, potum vitioſum habẽt. De quibus agit Hippocr. lib. περὶ ἀέρων, &c. (p. 75. 19. 22.) & (p. 452. 47. & 48.) & Gal. initio Com. 1. In lib. 1. Epid.

Νόσημα χαλεπὸν καὶ ἄφορον, morbus grauis & intolerabilis, qui fit ex functionum læſione vehementi, cui εὐήθης remiſſus & leuis opponitur, lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 6. 25.) Νόσημα etiam ἐπισφαλὲς, ἰσχυρὸν, καὶ μέγα, morbus periculoſus, vehemens, magnus, ibidem (p. 7. 12.)

Νόσοι ἰσαυξεῖς qui ſint apud Hippocratẽ ſcripſimus antea in ἰσαυξέες νόσοι.

Νόστος in ciborum genere dulcedinem aut ſuauitatem ſignificat, & νόστα dicuntur quæ νόστιμα, τὰ γλυκέα, dulcia & vtilia, tranſlatione ſumpta à dulcedine patriæ & grato in eã reditu. Sic Euſtathius ſcribit, οἱ μεθ' Ὅμηρον καὶ βρῶμα φασὶ νόστιμον, καὶ νόστος δὲ τὴν ἡδύτητα, διὰ τὸ ἡδὺ τοῦ Ὁμηρικοῦ νόστου. Quam occaſionem ex Homero ſumpſerunt poſteri, quòd is νόστον γλυκερὸν vocet interdum & μελιηδέα. Apud Sudam νόστος παρὰ τῇ συνηθείᾳ γλυκασμός· ἐπὶ τῶν ἐδεσμάτων, ὡς ἀπὸ τῆς εἰς οἶκον ἀναστροφῆς καὶ ἀνακομιδῆς, παρὰ τὸ τῆς πατρίδος γλυκύ. Νόστος quoque Heſychio, præter communem notionem, qua εἰς τὸν οἶκον ἀνακομιδὴν ſiue ἐπάνοδον, hoc eſt, in patriam reditum indicat, ἡ ἀνάδοσις τῆς γεύσεως exponitur. Qua ſignificatione πολύνοστα σιτία dicũtur Hippocrati lib. 2. περὶ διαίτης (p. 96. 21.) quæ plurimũm ſucci vtilis habent, ac veluti maiorem reditũ tribuunt, plurimumque in ſeſe redeunt, vt vulgò dicitur. Scribit igitur Hippocr. de his quæ ſiccis & æſtuoſis locis proueniunt, ea omnia ſicciora & calidiora eſſe, corporiq; robur amplius exhibere, διότι ἐκ τοῦ ἴσου ὄγκου βαρύτερα, καὶ πυκνότερα, καὶ πολυνοστότερα, ἢ τὰ ἐκ τῶν ὑγρῶν, καὶ ἀρδομένων, καὶ ψυχρῶν. quòd pari mole ac copia, grauiora ſunt ac denſiora, maioremque ſucci vtilis copiam in ſe continent, quàm quę ex humidis locis, riguis, & frigidis.

Νότιος, Auſtralis, vt τὸ ἔαρ νότιον, ver Auſtrale aph. 11. lib. 3. & lib. 1. Epid. (p. 350. 47.) Vbi ſcribit Gal. dici τὸ ἔαρ νότιον, οὐχ ὡς οὐδ' ὅλως ἐν αὐτῷ γενομένων τῶν βορείων, ἀλλ' ὡς ὀλιγίστων ἐν ἀρχῇ, καὶ οὕτως ὀλίγων ὥστε τὴν ὅλην κατάστασιν τῆς ὥρας ὀκνεῖν τις νότιον εἰπεῖν. Ver auſtrinum, non quia nullo pacto in eo Aquilones perflauerint, ſed quòd pauciſſimi initio, adeoque pauci, vt totum illius temporis ſtatum auſtrinum diceret. Sic τὸ φθινόπωρον νότιον, auſtralis autumnus aph. 13. lib. 3. & νότιος χειμὼν hyems auſtrina aph. 12. lib. eiuſdẽ, & αἱ νότιοι καταστάσεις καὶ βόρειαι, cõſtitutiones auſtrinæ & boreales aph. 17. lib. eiuſdem, quæ ſæpe Hippocrati τὰ βόρεια καὶ νότια dicuntur. Νότιος etiam humidus dicitur, quòd vt plurimùm auſter ſit humidus. Hinc νοτώδεες πυρετοὶ περὶ χεῖρας, febres ad manũ humidæ, aph. 17. ſect. 1. lib. 6. Epid.

Νοχαλὶς videtur ſignificare ſecundas morantes aut tardantes apud Hippocr. lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 258. 16.) in medicamento quod ἐκβόλιον vocat ex galbano. τοῦτο δύναται διαφθείρειν καὶ ἐκβάλλειν τὸ νοχαλίς. hoc potens eſt ſecundas corrumpere & eiicere. τὸ χορίον, καὶ τὸ δύνηται. Verùm νωχαλὶς quidam melius ſcribi contendũt, vt tardantes aut morantes ſecundas intelligas. Eſt enim νωχαλὴς βραδὺς Sudæ & Heſychio καὶ ἄχρηστος. Heſychio quoque νωχαλὲς ῥάθυμον, χαῦνον ſignificat. νωχέλεια quoque ἀργία & βραδύτης dicitur, vt νωχελίζει βραδύνει. Caluus τὸ νοχαλὶς partum enectum vertit.

¶ Νύγμα ἢ νύξις punctura dicitur, & ſolutio continui in carne, ex telo acuto aut tenui, Galeno lib. de Conſtit. artis Medicæ, (p. 36. 31.)

Νυκτάλωπες præcipuo ſignificato dicuntur nocturna cœcitudine laborantes, quique noctu nihil cernunt, ſole occiduo obſcurius, vt Paulus cap. 22. lib. 3. & Aëtius Tetrab. 2. ſerm. 3. cap. 46. Luſcitioſos aut nuſcitioſos Latinis dictos volunt. Sunt enim Luſcitioſi Feſto qui parum vident propter oculorum vitium, quique plus veſperi vidẽt quam meridie. Luſcioſos vocat Varro qui veſperi non vident, & Nonius, qui ad lucernam non vident. Et Plinius lib. 28. cap. 11. Luſcioſos νυκτάλωπας Græcis dictos vocat, quos idem lib. 8. cap. 50. interdiu quidem videre, ſed noctu veſperiùe nihil, ſcribit. Quam ſignificationẽ expreſſit Galenus in Exegeſi, cùm νυκτάλωπες exponuntur οἱ τῆς νυκτὸς ἀλαοί, noctu cœci & nihil vidẽtes. Sic Actuarius lib. 2. Meth. cap. 7. νυκτάλωπας δ' ἰατροὺς φασὶν οἳ ὑφ' ἡλίῳ μὲν ὄντος τοῦ φωτὸς βλέπουσι, δυομένου δὲ ἀμβλυώττουσι· νυκτὸς δ' ἤδη καταλαβούσης, οὐδὲν ὁρῶσι· λεπτῶν δ' ἄρα τῶν ὑγρῶν σύστημα, ὃ τὴν μὲν ἡμέραν τῇ τοῦ φωτὸς περιουσίᾳ δυναστεύεται, νυκτὸς δὲ συνεπισκοτεῖ τὴν ὄψιν. Luſcitioſos verò vernos appellant, qui interdiu cernunt, ſed ſole occiduo hebetius, noctu autẽ nihil vidẽt. Vitiũ gignitur ex tenuiũ humorũ colluuie, quam interdiu quidẽ luminis copia euincit, ſed noctu viſioni tenebras offundit. At Prorrh. 2. Hippocrati νυκτάλωπες contra dicuntur, qui noctu meliùs cernunt, interdiu verò deteriùs, cùm ſcribit, (p. 422. 49.) οἱ δὲ τῆς νυκτὸς ὁρῶντες, οὓς δὴ νυκτάλωπας καλέομεν. At qui noctu vident, quos nyctalopas nuncupamus. Qua notione νυκτάλωπες etiam Aëtio agnoſcuntur, cùm noctu quidem meliùs, interdiu verò deteriùs, & ſi Luna luceat, nihil cernant. Hoc tamen rarum eſſe idem teſtatur, illud verò plurimis contingere. Et authori Definit. Medicarum (p. 400. 5.) νυκτάλωψ ἐστὶ πάθος καὶ διάθεσις ὀφθαλμῶν, δίχα φανερᾶς αἰτίας. συμβαίνει δὲ τοῖς οὕτω διακειμένοις, ἡμέρας μὲν μὴ ὁρᾶν, νυκτὸς δὲ βλέπειν. Nyctalops eſt oculorum affectus abſque manifeſta cauſa, cùm ſic affecti interdiu quidem nihil cernunt, noctu verò vident. Vtranque verò ſignificationem complexus eſt Iſagoges author cùm ſcribit, (p. 387. 16.) νυκτάλωπας δὲ λέγουσι, ὅταν ἡμέρας μὲν βλέπωσιν ἀμαυρότερον, δυομένου δὲ ἡλίου λαμπρότερον, νυκτὸς δὲ ἔτι μᾶλλον· ἢ ἐπὶ τοὐναντίον, ἡμέρας μὲν ὀλίγα, ὁπηνίκα δὲ ἢ νυκτὸς οὐδ' ὅλως. Nyctalopas vocant, cùm interdiu quidem obſcurius cernunt, ſole autem occiduo clarius, at noctu

multo magis. Aut contrà, interdiu quidem parum, veſperi autem aut noctu nullo modo. Quæ certe poſtrema ſignificatio præcipua & magis communis videtur, adeò vt nō malè apud Actuarium ἡμεραλώπας νυκτάλωπας, potiùs quàm ἡμερινὰς, quidā ſcribi debere contendant. Νυκτάλωψ quoque vitii & affectionis nomē eſt, vt videre eſt apud Paulum cap. 22. lib. 3. & Definit. Med. authorem. Quomodo etiā Hippocrati ſcribitur lib. 6. Epid. ſect. 7. (p. 348. 47.) ἦσαν δὲ νυκτάλωπες. aliis quoque nocturnæ cæcitudines. nyctalopas vocant. Et rurſus (v. 48.) μάλιστα δὲ νυκτάλωπες. præcipuè verò nocturnæ cæcitudines. Quod vitium etiam νυκταλωπία aut νυκταλωπίασις dicitur, Latinis Luſcitio. Eſt enim Luſcitio Feſto oculorū vitium quod clariùs veſperi quàm meridie cernit. Sunt & νυκτάλωπες in tuſſi lib. 4. Epid. (p. 334. 9.) vt & lib. 6 Epid. quæ certe loca mihi videtur in Exeg. ſubindicaſſe Galenus. Νυκτάλωπες dicuntur Galeno lib. περὶ τῶν ἰατρείων (p. 477. 40.) qui aliis νυκτάλωπες. Cuius appellationis originem à vulpe ſumptam eſſe videtur innuere Commentarius Galeno attributus in lib. 6. Epid. quòd ea propter ſpiritus tenuitatem diuturno tempore videat obſcurius, quoniam is à radiis ſolaribus liquetur ac diſſipetur: noctu verò melius cernat, quòd ſpiritus factus ſit denſior. Quodq; vulpibus per diem contingit, id illis qui nocturna cæcitudine laborant, per noctem euenire, vt de die quidem videant, nocte verò nihil. Verùm aliam nominis notationem ſequutus videtur Galenus in Exegeſi vocum Hippocrat.

Νυκτώδης dicitur quod noctis ſpeciem habet, ſed Erotianus apud Hippocratem ἀντὶ τοῦ μέλαν, pro nigro poſitum ſcribit.

Νυστάζειν eſt nictare, dormiturire & capite nutantem dormitare. οἱ νυστάζοντες ὀφθαλμοὶ πλάνητες. oculi natantes velut nictantium, hoc eſt, oculi tremuli & aſſiduè ferè ſe mouētes, quales præ ſomnolentia dormiturientium. lib. 7. Epid. (p. 356. 9.) Hinc νυσταγμὸς dormiturientium nictationē ſignificat, & magnam dormiēdi cupiditatem, in qua ſtantes etiam conniuent & dormitant. τὴν ὑπηγορημένην ἐκ τοῦ ὕπνου καταφορὰν lib. 6. Epid. ſect. 4. aph. 15. ὕπνος ἱδραῖος ὀρθῷ νυσταγμός. Somnolentorum nictatio, aut propter dormiendi cupiditatē nictatio, quæ ſtanti adeſt, ſomnum profundum facit. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 109. 40.) iis qui prandere non conſueuerūt, ſi pranſi fuerint, νυσταγμὸν, hoc eſt, dormitationem adeſſe ſcribit. Sic lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 7. 24.) eos qui præter conſuetudinem prandium ſumpſerint, χάσμης τε καὶ νυσταγμοῦ καὶ δίψης πλήρεις dicit, hoc eſt, oſcitare, ſomnolentos & ſiticuloſos eſſe.

¶ Νωθροὶ torpeſcentes aut torpidi dicuntur, quique torpore aut ſtupore laborant, fereq; καρώδεες, hoc eſt, ſopore graui tentatis iungūtur, in Prorrh. (p. 203. 46. & p. 208. 21.)

Νότοι νωθροὶ auſtri membris tarditatem inducentes, ſenſus tardantes vertit Celſus cap. 1. lib. 2. ex aph. 5. lib. 3. pigros & graues reddētes, qua ratione plumbeꝰ auſter vocatur Horatio ſaty. 6. lib. 2. Νωθροὶ σφυγμοὶ, tardi pulſus & lenti in Lethargicis, Coac. Prænot. (pag. 427. 33.) Eſt & νωθρὴ καταφορὴ, ſegnis in ſomnum delatio aut torpida lib. 3. Epid. in ſt. peſt. (p. 425. 49.) αἱ περὶ χεῖρας νωθραὶ dicuntur Coac. Prænot. (p. 441. 15.) mulieres quæ ad manus contactum torpeſcunt, eas intelligēs quæ febre lenta conflictantur, & ex magna menſium profluente abundantia tabeſcunt, exareſcunt, & tandem ſuppuratæ euadunt. Hinc νωθρότης torporem aut ſtuporē indicat, cerebro frigidis, craſſis, viſcidis, & ægrè mobilibus humoribus imbuto, vt ſcribit Galen. Com. 1. in Prorrh. (p. 175. 13.) aut ex immoderata cerebri humectatione aut refrigeratione, aut ex vtraque, vt idem ſcribit Com. 2. (p. 191. 28.) Vbi etiam quibuſdam τὴν δυσκινησίαν τοῦ σώματος, hoc eſt, corporis immobilitatem ac ſtuporem intelligi per νωθρότητα tradit. Νωθρότης ἐν φρενιτικοῖς, torpor in phreniticis admodum periculoſus eſt, velut ſcribitur in Prorrh. (p. 174. 52.) & Coac. Prænot. (pag. 426. 30.) Sic quoq; lib. 3. Epid. phreniticos ἐν νωθρῇ καταφορῇ periiſſe ſcribit. αἱ ἐκ ῥίγεος νωθρότητες, torpores rigori ſuccedentes mentis abalienationem ſuſpectam faciunt, in Prorrhet. (p. 181. 6.) Velut in Coac. Prænot. (p. 424. 47.) τὰ νωθρώδεα ῥίγεα κακοήθεα, rigores cū torpore malignum quiddam denunciant. Νωθρίη etiam idem quod νωθρότης ſignificat in Prorrh. (p. 214. 6.) & Coac. Prænot. (p. 430. 3.) Vbi quoque νωθρότης exponitur eadem in re (p. 433. 40.) & à Gal. Com. 3. in Prorrh. (p. 214. 11.) Νωθρευμένα οἰδήματα, torpeſcentes tumores aut cum torpore, in Coac. Prænot. (pag. 425. 44.) & νωθρευμένοι κωματώδεες ſopore cum torpore detenti. ibidem (p. 443. 43.) iidē qui νωθροί. Νωθρῶς ἐπαναστρέφειν quod eſt lentè reficere, ἐν χρόνῳ πλείονι καὶ λεπτῶς, hoc eſt, lōgiori tempore & ſenſim exponit Gal. aph. 7. lib. 2. cui ὀξέως ταχέως καὶ ἀθρόως, celeriter & plenius opponit, quod ὀλίγως ibidem dicitur, repente, breuiter.

Νῶτον dorſum dicitur, & poſterior pars eſt corporis à ceruice deuexa & deorſum tendens. νῶτον dicitur Rufo Epheſio ἐν τῷ περὶ ἀνθρώπου μορ. τὸ ἐξόπισθεν ἀπὸ τοῦ αὐχένος μέχρι τοῦ μεταφρένου, pars corporis poſterior à ceruice ad metaphrenum vſque. νῶτον apud Hippocratē ſcapulas ſæpe vertit Celſus, cùm tamē dorſum, ſcapulas, ſpinam & lumbos complectatur. Prorrh. 2. (p. 423. 32.) quod ſcribitur ἐς νῶτον ἀφικνεῦνται, ad dorſum pertingunt, ad ſcapulas tendunt dixit Celſus cap. 8. lib. 2. Rurſuſque in Prorrh. (p. 422. 24. & 27.) ἢν ἐς τὸν τράχηλόν τε καὶ ἐς τὸ νῶτον ἡ ὀδύνη καταβαίνῃ. ſi dolor in ceruices ac ſcapulas tranſit, dixit Celſus ibidem. Et οἱ ξυντείνοντες ἐκ τῆς κεφαλῆς ἐς τὸν τράχηλόν τε καὶ τὸν νῶτον, aut a capite ad ceruices ſcapulaſque peruenit.

# OECONOMIAE HIPPOCRAT.

## ΤΟ Ξ.

¶ Ξενοπρεπὲς peregrinum, externũ, nouũ quodque ab vſu communi recedit, & quod conſueto opponitur. Sic enim accipitur apud Hippocr. lib. de fract. (p.527.34.) τὸ γὰρ ξενοπρεπὲς ὅπω ξυνιέντες εἰ χρηστὸν, μᾶλλον ἐπαινέουσιν ἢ τὸ ξυνῆθες, ὃ ἤδη οἴδασιν ὅτι χρηστόν. Quod enim peregrinum eſt, necdum conſtat an vtile ſit, conſueto, quod iam norunt vtile eſſe, anteponunt. Quem etiam locum communem aliàs celebrat Gal. vt ſcripſimus noſtris in eum locum Annotat. At Erotianus ex hoc loco τὸ ξενοπρεπὲς ἐξηλλαγμένον exponit, quod eſt immutatum aut nouam formã adeptum, idemque quod ἀλλόκοτον. τὸ ξενοπρεπὲς etiã ἐν παραγγελίαις (p.17.40.) pro hoſpitii iure ſumunt interpretes. χρή τι εἶναι τοιόνδε ἀξιοῦσι, τὸ ξενοπρεπὲς καὶ τὸ εὔδηλον προκρίνοντες. Etſi ægroti nonnulli id expetunt, hoſpitii ius & facilem mali depulſionẽ cauſantes. Vbi tamẽ ξενοπρεπὲς & εὔδηλον videntur inter ſe opponi, vt lib. de fract.

Ξενοπρεπεστάτη ἡ ῥύσις τοῦ πνεύματος, aëris quem inſpiramus influxus quàm maximè peregrinus. In his quæ adiecta ſunt lib. de Nat. hum. (p.20.32.) τοῦ δὲ πνεύματος, ὅκως ἡ ῥύσις ὡς ἐλαχίστη ἐς τὸ σῶμα ἐσίῃ, καὶ ὡς ξενοπρεπεστάτη προμηθεῖσθαι. Prouidẽdum verò vt quàm pauciſſimus aëris influxus in corpus ingrediatur, & vt quàm maximè peregrinus exiſtat. In morbis enim ab aëre, eius quem inſpiramus influxum quàm pauciſſimum, & inſpirationem quàm minimam cõſulit. Alii ξενοπρεπεστάτην quàm familiariſſimum aëris influxum explicant, prouiderique volũt, vt noſtræ ſubſtantiæ maximè familiaris reddatur, ſicque corrigatur & alteretur.

¶ Ξηραίνειν ſiccare ſignificat, & de his dicitur quæ per ea quæ extrinſecus admouentur diſcutiuntur, idemq́; eſt quod diſcutere aut diſpergere. aph. 4 ſect. 2. lib. 6. Epid. χυμοὺς, τοὺς μὲν ἐξάγειν, τοὺς δὲ ξηραίνειν. Succi hi quidem expellẽdi, illi verò exiccandi. Vbi Gal. ξηραίνειν exponit διαφορεῖν τοῖς ἔξωθεν ἐπιτιθεμένοις φαρμάκοις, per extrinſecus admota medicamenta diſcutere. Ξηρὸν ſiccum duplex ponitur Galeno lib. de Marcore (p.375.20.) terreum & igneum, quale plurimum noſtrę conformationis initio adeſt, non terreum, cùm molle eſſe oporteat. Ξηρὴ mulier dicitur lib. 4. Epid. (p.330.43.) cui in morbo magna ex parte aluus reſiccata fuit. Ξηρὴ δ' ἐπὶ πολὺ τὰ κάτω. ſicca magna ex parte pmãſit. Ξηραινόμενοι δύσπνοοι, areſcẽtes cũ difficultate ſpirãdi, in Prorrh. (p.208.21.) Ξηραινόμενοι δύσπνοοι in Coac. Pręn. (p.437.46.) dicũtur, qui in tabe cum multo crudo ſputo & ſpirandi difficultate areſcunt.

¶ Ξυγγενὲς νόσημα, connatus morbus, innata & congenita ad morbum propẽſio, habitudo, & aptè cómparata ad morbum quędam natura. Prorrh. 2. (p.414.1.) ὅτεῳ δ' ἂν εἰδῇ τὸ νόσημα τοῦτο ἢ ξυγγενὲς ἐὸν, ſi quis nouerit quibus innata eſt ac congenita ad hunc morbum propenſio. Sic ξυγγενικὸν φθινῶδες dicitur innata ad tabem propenſio, & promptè ad eam comparata naturæ, ægr. 6. lib. 3. Epid. Ex eadem cognatione ὁ ξυγγενικὸς effertur Hippocrati, etſi inſolente phraſi, qui connatos & congenitos morbos habet, veluti morbum comitialem, podagram, tabem Prorrh. 2. (p.416.4.) τὰ γὰρ ξυγγενέα, τουτέων τῶν νοσημάτων ἐστὶν εἰδέναι δυσαπάλλακτα ἐόντα. Qui nanque connatos habet morbos iſtos, eum ab his non facilè vindicari poſſe compertum eſt.

Ξυγγραφὴ ſignificat quicquid literis conſignatur & ſcripto mandatur. In Iureiurando Hippocrat. ξυγγραφὴ eſt ſtipulatio & conteſtatio quædam, ac veluti ſponſio, quam iureiurando ſe ſeruaturum promittit. ἐπιτελέα ποιήσειν, κατὰ δύναμιν καὶ κρίσιν ἐμὴν, ὅρκον τόνδε καὶ ξυγγραφὴν τήνδε. me hoc iuſiurandum & hanc ſtipulationem pro viribus & iudicio meo integrè ſeruaturum. Rurſus ibidem ξυγγραφὴ ſyngrapham aut veluti pactum ex ſyngrapha ſignificat, & literas ſponſorias. ἄνευ μισθοῦ καὶ ξυγγραφῆς, abſque mercede & ſyngrapha.

Ξυγκαταγηράσκειν conſeneſcere, de morbis diuturnis aut doloribus dicitur, qui diutiùs perſeuerant, vt lib. 2. περὶ χυμῶν. (pag.266.48.) ὅτι κάματοι ξυγκαταγηράσκουσιν, labores conſeneſcunt, hoc eſt, diutiùs perſeuerant. Sic ξυγγηράσκει ἡ νόσος, morbus conſeneſcit, lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag.201.34.)

Ξυγκεκαυμένα διαχωρήματα, alui recremẽta exuſta, ægr. 2. lib. 3. Epid. ἀπὸ δὲ κοιλίης οὐκ ὀλίγα ξυγκεκαυμένα διῄει. Ex aluo verò exuſta non pauca demiſit. Sic ægr. 4. lib. 1. Epid. κοιλίη ξυνεκαύθη, σμικρὰ διῄει. aluus aduſta, pauca demiſit. Non abſimili locutione γλῶσσα ἐπεκαύθη, lingua exuſta fuit, de reſiccata & adurente ſæpe effertur Hippocr. vt ægr. 5. lib. 1. ægr. 2. lib. 3. & 10. lib. eiuſdem poſt ſt. peſt.

Ξυγκληρίαι παθημάτων, ſunt affectuum inter ſe cõmercia, conſortia & coniunctiones, cùm affectus inter ſe conſociantur. lib. 6. Epid. aph. 2. ſect. 7. vbi de tuſſi quæ pulmonum inflammationi & anginę coniungebatur, ſcribitur. ὡς γὰρ γέγραπται, οὕτως αἱ ξυγκληρίαι τῶν παθημάτων ἦσαν. Ac veluti ſcriptum eſt ita affectuũ commercia ſe habebant. Alii ξυγκληρίας intelligũt fortuitum affectuum euentum ac ſortem, vt accipiatur de iis affectibus, qui ſorte ita contigerunt, quaſi ſorte ducti ſint.

Ξυγχωρεῖν, conceſſio, indulgentia in cibis ægro largiendis, ἐν παραγγελίαις (pag.19.7.) ξυγχωρεῖν

ἐγχωρεῖν νόσῳ. indulgentia morbum prorogat, cui opponit ξυντεταμένην δίαιταν, preſſam & conciſam victus rationem.

Ξυλάριον aut ξυλήριον paruum lignum dicitur, lib. περὶ ἀγμῶν (p. 292. 32.) εἶτα περὶ ξυληρίοισι μακροῖσι περιηρμόσαι, deinde lignis patuulis oblongis adaptato, quod de ſpecillis intelligitur. Libello περὶ ἐπικυήσιος (p. 5 t. 2.) eadẽ in re περὶ ξύλοισι dicitur. ξυλήφια verò etiam eadem quæ ξυλήρια dicũtur Hippocrati eodem lib. περὶ ἀγμῶν (p. 296. 3. 13. 14. & 16.)

Ξύλλογος ἰητρικῶν, collectitia curãdi ratio, ſermones medicorũ & cõcilia, quæ de curãdi ratione fiũt, ἐν παραγγελίαις (p. 19. 1.) οὐκ ἂν ἐπὶ ἰητρικῆς ξυλλόγῳ, nõ vt cũ illis de curãdi ratione cõferrem. κοινολογίην ibidẽ vocauit (p. 18. 20) cùm iubet medicos alios acceſſiri, ὅπως ἐκ κοινολογίης ἱστορῆσαι περὶ τὸν νοσέοντα. quò collatis inter ſa ſermonibus, de his quæ ad ægrum faciunt anquiratur & cognitio exerceatur.

Ξυμβολαὶ τῶν ὀστέων, oſſiũ commiſſuræ aut iuncturę, quæ vt plurimùm capite & acetabulo continẽtur. lib. de art. (p. 660. 4.) πρῶτον μὲν οὖν δεῖ εἰδέναι, ὅτι πάντων τῶν ὀστέων αἱ ξυμβολαί εἰσιν, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἡ κεφαλὴ ἢ ἡ κοτύλη. Imprimis igitur noſſe cõuenit, oſſium omniũ iuncturas vt plurimùm ex acetabulo & capite conſtare.

Ξύμα legitur apud Galen. in Exeg. & exponitur κνησμὸς pruritus. Verùm ξύσμα legendum eſſe poſtea dicemus in ξύω.

Ξύμμηροι ſunt femora inter ſe iũcta & coëuntia, femora inter ſe cõtracta & ſociata, præcipuè parte ſuperiore qua carnoſiora ſunt & ꝓpe ſe contingunt. Inferiore enim parte in anguſtum tenuantur. lib. de art. (p. 659. 5.) σύμμηροι etiam dicuntur in Hippiatria, qui contractis inter ſe ſunt femoribus, velut διαβεβηκότες qui diducta femora habent.

Ξυμπάθεια per conſenſum affectio, affectus cõmunicatio. ἐν παραγγελίαις (p. 19. 13.) διότι ξυμπαθείης ὑπὸ λύπης ἴδιοι ὀχλεῖ. quãdoquidẽ affectio p cõſenſum ex mœrore inducta, vexat.

Ξυμπίπτειν aſt cùm vaſa ex inanitione aut euacuatione in ſeſe cõſidũt, neq; amplius plenitudine diſtẽta tumeſcũt. Sic ξυμπιπτόντες dicuntur quibus moles corporis ſucculẽta, tũ vaſa ipſa vacuata & exinanita in ſeſe cõcidũt. lib. 4. Epid. (p. 330. 46.) οὐ μὴ ξυμπεσόντων, & in quibus corporis moles nõ ſubſidit. Qui etiã ibidẽ ὁ ξυμπεπτωκὼς dicũtur. ξυμπεπτωκότες quoque vocãtur aph. 5. ſect. 7. lib. 6. Epid. quibus ex multa vacuatione atq; inanitione moles corporis aut vaſa in ſe cõſidũt, quiq; exhauſto omni humore aut cõſumpto reſiccati ſunt & exucci. Eadẽ notione ξυμπτώσιες, κενώσιες, vacuationes, extenuationes & inanitiones intelligũtur aph. 3. lib. 1. cùm vſq; eo vacuatio ꝓcedit, vt vaſa in ſeſe ꝓrſus cõſidãt, quib. αἱ ἐπ᾽ ἄκρον εὐεξίαι, h. e. plenior corporis habitus ad ſummũ plenitudinis gradũ ꝓductus ſoluitur.

Ξυμφέρειν eſt cõferre & vtile eſſe aut accõmodatũ. Sic τὰ ξυμφέροντα χωρία cõuenientes loci & cõferẽtes, aut accõmodati ad educendos humores, & ad purgationes idonei, aph. 21. lib. 1. & lib. de humor. (p. 115. 29.) τὰ ξυμφέροντα χωρία κενῶσαι, ad euacuationẽ accomodata loca explicat Galenus inteſtinã, vẽtrẽ, veſicã, vterũ & cutẽ vniuerſam, ad hæc palatum, nares, quãdo ſcilicet cerebrũ expurgãdũ eſt, vel per ſanguinis ꝓfluuiũ iudicatur morbus. Quib. τὰ ἀσύμφορα χωρία opponit, inutiles ac minimè idoneos ad euacuationẽ locos, eos q aliquẽ habuerint in corpore principatũ, & ad quos humores noxii abſq; noxa deduci non poſſũt. ξυμφέρω etiã ꝑfero ac tolero ſignificat, vt lib. 7. Epid. (p. 352. 26.) ἡ γλῶσσα δὲ τὸ μανὸν ξυνήνεγκε, lingua laxitatẽ ꝑtulit, h. e. diu laxa, rara, ſoluta & lenta, h. e. balbutiẽs ꝑmãſit.

Ξύμφυσις ἢ σύμφυσις eſt naturalis oſſiũ vnio ac cõnexio, coalitus, iunctura, cõpago aut cohærentia, qua oſſa inter ſe vniuntur. Lib. de art. (p. 605. 1. 2. 3.) ἢν δὲ ἡ κάτω γνάθος κατὰ τὴν σύμφυσιν τὴν κατὰ τὸ γένειον διασπασθῇ. Quod ſi maxilla inferior, quâ ad mẽtum cohęret, diducatur. Et, μόνη δὲ αὕτη ξύμφυσις ἐν τῇ κάτω γνάθῳ ἐστίν, ἐν δὲ τῇ ἄνω πολλαί. Vnica autẽ hæc eſt in inferiore maxilla iunctura, at in ſuperiora multæ. Vbi ξύμφυσιν ꝓ συναρθρώσει ponit Hippocrates, cùm in ſuperiore maxilla oſſa per συνάρθρωσιν iunguntur. Rurſus, ἢν οὖν διασπασθῇ ἡ κατὰ τὸ γένειον σύμφυσις. Si ergo diſcedat quæ in mento iunctura eſt. Ac rurſus ibidem (p. 649. 4.) μὴ κατεηγότος τοῦ ὀστέου, ἀλλὰ κατ᾽ αὐτὴν τὴν ξύμφυσιν ἀποσπασθέντος. non fracto quidẽ oſſe, ſed in ipſa iunctura auulſo. Vbi ξύμφυσις pro oſſium inter ſe commiſſura aut connexione in articulis ſumitur. Eadem notione ξυμφυαὶ dicitur Hippocrati cõmunis inter ſe oſſiũ cõnexio, cùm bina inter ſe oſſa coniunguntur, vt in articulis, lib. de fract. (pag. 576. 44.) οὐδὲ γὰρ ἄλλη οὐδεμία ῥηϊδίως ξυμφυὰς κοινὴν δύο ὀστέων μεταβαλοῦσα ἐς τὴν ἀρχαίην φύσιν ἱδρυνθῆναι. Neque enim vlla alia duorum inter ſe oſſium cõnexio, vbi dimora eſt, facilè in priſtinã ſedem reſtituitur.

Ξυναγωγέες muſculi adducentes aut adſtrictorii dicuntur Hippocrati lib. περὶ ὀστέων φύσ. (p. 62. 6.) πιέζοντι τοὺς ξυναγωγέας, muſculos adſtrictorios comprimens, vbi podicis ſphincterem intelligere videtur.

Ξυναλθαίνεσθαι vide in Ἀλθεῖν.

Ξυναποθνήσκειν cõmori, dicitur de morbis diuturnis qui cũ ægris cõſeneſcũt, & ad mortẽ vſq; comitãtur, vt aph. 39. lib. 2. & aph. 7. lib. 5. τὰ πολλὰ ξυναποθνήσκει, ferè cõmoriũtur. Quod χρονίζειν εἰωθεν dicitur aph. 28. lib. 3. diu perſeuerare aut inueteraſcere cõſueuerũt. συγκαταγηράσκειν quod eſt cõſeneſcere exponit Gal. Com. ad aph. 7. lib. 5. vt & Aretæus cap. 5. lib. 1. Curat. ac. de morbo comitiali ſcribit. ἢν γὰρ ὑπερβαίνῃ τὴν ἀκμὴν τῆς ἡλικίης, ξυγγηρᾷ τε καὶ ξυναποθνήσκει. Nam ſi ætatis florẽ excedit, vnà cum ægro inueteraſcit & cõmoritur. Sic lib. περὶ τῆς ἱερῆς νούσου (p. 192. 14.) καὶ ὡς τὰ πολλὰ ἐν τοῖσι τοιούτοισι ξυναποθνήσκει. & plurimùm in multis ad mortem comitatur. Et (v. 42.) πολλάκις δὲ καὶ συναποθνήσκει. plærunq; verò vnà cum ægro conſeneſcit. In Coac. Prænot. (p. 428. 33.) οὐ ξυναποθνήσκει τοῦτο. id non comitatur ad mortẽ. Itẽ Prorrh. 2. (p. 417. 45.) de cãcris occultis, καὶ ξυναποθνήσκουσι, & ad mortẽ comitantur.

Ξυναραχνοῦσθαι eſt tenuibus venis ad inſtar telarum araneæ intertexi & obduci. Lib. 2. περὶ γυναικ. (pagina 281.41.) ὁ τράχηλος ξυναραχνοῦται, vteri ceruix tenuibus venis araneæ telarũ ſimilibus intertexitur aut obducitur. Verùm ſuſpecta lectio videt᷑, tum quòd lib. περὶ γυν. φύσ. (p.216.6.) vbi iſta repetuntur, nil tale ſcribatur, tum quòd aliam longè lectionem ſecutus ſit Calu⁹, qui cõtrahi dixerit.

Ξυναυλισθῆναι eſt vnà commorari, ſtabulari, congregari, conuenire, metaphora ducta à gregibus, cùm eiuſdem generis in vnum ſtabulum congregantur. Eleganter ſumitur Hippocrati ἐν παραγγελίαις (pagina 17.29.) de artis principiis & comprehenſione, cùm ex multis ſingularium obſeruationibus eodem ſe modo habentibus, vniuerſalium fit complexio. οὕτω γὰρ δοκέω τὴν ξύμπασαν τέχνην ἀναδειχθῆναι, διὰ τὸ ἐξ ἑκάστου τὸ τέλος τηρηθῆναι, καὶ ἐς ταὐτὸ ξυναυλισθῆναι. Sic enim exiſtimo vniuerſam artem commonſtratam fuiſſe, quod ex vnoquoque ſingulari perfecta obſeruatio facta fuerit, & ad eadem congregata, hoc eſt, in idem conuenerit, ad vniuerſalem rationem reuocata fuerit, dixit Zuinger⁹. Cornarius ξυναυλισθῆναι legiſſe videtur, quòd cõſonantia in idẽ concurrerit, dixerit.

Ξυνέρεισις ὀδόντων, dentium colliſio, conſertio, connexio, cum dentes inter ſe illiduntur, innituntur, ſtabiliuntur aut firmantur. Lib. 7. Epid. (p.356.14.) pro quo ὀδόντων συντεύξιες ſcribitur lib. 5. Epid. (p.343.6.) dentes conterebat. Lib. 2. περὶ γυν. (p.287.9.) καὶ τοὺς ὀδόντας συνερείδει, dẽtes conſerit. Et lib. de Morbo ſacro (p.124.49.) οἱ ὀδόντες συνήρεισαν, dentes inter ſe cohærent, cõſeruntur, conſtringuntur aut colliduntur, pro συνηρείκασι. Sic lib. 2. περὶ γυναικ. (p.250.7.) τοὺς ὀδόντας ξυνηρήρεισται dentes conſertos & cohærentes habet, pro ξυνηρήρεισται vitioſè legitur ab ἐρείδομαι. Quod exponit Erot. ἐρηρεικότας τοὺς ὀδόντας καὶ ἐστηριγμένους ἔχει, dentes conſertos, inhærentes & conſtrictos habet. Verùm apud Erotianum τοὺς ὀδόντας ἐρηρέρεισται legitur. Quædam exemplaria etiam ἐρηρέαται legunt, vt ſit tertia perſona Ionica pluralis numeri præt. perf. paſſ. pro ἐρηρέδεται quod ſignificat ἐρηρεισμένοι εἰσί. In Coacis etiam Prænot. (pagina 430.48.) ὀδόντας συνερείζειν ἢ πρίειν dicitur, quod eſt dentes inter ſe contendere & dentibus ſtridere. Verùm συνερείδειν illic legere malim, vt ſit, dentes inter ſe collidere & conſerere.

Ξυνεσταλμένη δίαιτα, victus ratio preſſa, cõtracta & tenuis, & in qua cibus ſubſtrahitur, cui ξυγχώρησιν, h.e. conceſſionem & indulgentiam opponit Hip. ἐν παραγγελίαις (p.19.6.) Sic lib. de art. (p.624.51.) τῇ διαίτῃ ξυνεστάλθαι dicit᷑, victus rationem contractam eſſe, preſſam & ſubductam, & inedia extenuari. τῇ τε γὰρ διαίτῃ ξυμφέρει ξυνεστάλθαι, victus enim rationem contractam eſſe cõfert, h.e. de victus ratione detrahendum aut ſubducendum. Lib. 7. Epid. (p.365.44.) ξυνεσταλμένον πρὸς καρδίην πνῖγμα dicitur coarctata ſuffocatio & contracta, h.e. coarctationis, contractionis, aut cõpreſſionis ſenſum in ore ventriculi inducens, eo humorum copia grauato & compreſſo, vnde & vomitiones conſequebantur. Barbari ſtricturam ſtomachi vocant.

Ξυνθάλπειν, cõfouere, calfacere, ſic dicitur vẽtriculus cibos, cùm moderato calore ad eos cõcoquendos vtitur, fouet & amplectitur, & tepefactos euincit. Lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (p.35.48.) δῆλον γὰρ ὅτι ἡ κοιλίη ξυνθάλπειν οὐ δύναται τὸ πλῆθος τῶν εἰσιόντων σιτίων. Cõſtat enim vẽtriculũ ciborum ingeſtorum copiam calfacere non poſſe. Et rurſus (v.52.) οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα ξυνθάλποιτο ἡ κοιλίη, καὶ τῶν σιτίων ἐπικρατοίη. Hoc.n. modo vẽtriculus maximè calefiat, ciboſq́; euincat.

Ξύνθεσις compoſitio, ars tota medica dicitur libello περὶ παρθενίων (p.213.15.) ac forte eo nomine tota de morbis muliebribus tractatio intelligitur, quæ illic initiũ ſumere videt᷑, & eſſe quaſi quoddam totius operis prooemiũ.

Ξυνιέναι apud Hip. exponit Erot. συννοεῖν, conſiderare, animaduertere, in animum inducere, & ex lib. διαίτης in medium adducit. Verùm προσξυνιέναι illic legitur (p.74.20.) προσξυνιέναι δὲ δεῖ ὅτι τὰ μὲν ἄνω πάντα, καὶ τὰ κατὰ κύστιν ἧσσον βλάπτει ὑδαρέστερος ὤν. Inſuper autem animaduertere oportet quòd ſuperiora omnia & quæ circum veſicam ſunt minus lædet, ſi dilutius vinum fuerit. At ξυνιέναι quod eſt intelligere, ſcire, cognoſcere, à verbo ξυνίημι frequens eſt apud Hip. vt lib. de fract. (p.535.57.) ἐς πολλὰ δὲ συμφέρει τὸ ξυνιέναι, quod intelligere quidẽ ad multa cõducit. Et lib. de art. (p.596.9.) ξυνιᾶσι μὲν οὖν ἴσως οὐδὲ οἱ ἁπλῶς ἐπιδέοντες. Ac neq; forte intelligunt qui ſimpliciter deligant. Et rurſus (p.622.53.) ἀθρόον δὲ ξυνιέναι χρὴ περὶ τούτων ὧν ἐν κεφαλαίῳ εἴρηται. In vniuerſum igitur de his de quibus in ſumma dictum eſt, ſciendũ. Rurſusq; (p.637.51.) τῆς γὰρ αὐτῆς γνώμης καὶ ταῦτα ξυνιέναι. Hæc enim intelligere eiuſdẽ eſt ſententiæ. Et (v.53.) ξυνιέντα ὅπῃ ἂν μάλιστα κωλυτέα εἰς τὰ ἀνήκεστα ἐλθεῖν. intelligendo, quo pacto ne ad incurabilia deueniãt, ꝓhibenda ſint. Et (v.55.) δεῖ δὲ καὶ τὰ ἀνήκεστα ξυνιέναι, ὡς μὴ μάλιστα λυμαίνηται. Incurabilia verò etiam cognoſcẽda, vt ne maximè offendant. Et lib. de fract. (p.527.34.) τὸ γὰρ ξενοπρεπὲς οὔπω ξυνιέντες εἰ χρηστόν. Quod enim peregrinũ eſt, nondum intelligentes an bonum ſit.

Ξυνίστημι ἢ συνίστημι, denſo & cogo aut ſpiſſo ſignificat, vt aph. 17. lib. 3. αἱ βόρειοι καταστάσιες τὰ σώματα ξυνιστῶσι. Aquloniæ tẽpeſtates corpora dẽſant & cogũt, corp⁹ ſpiſſare dixit Celſ. cap. 1. lib. 2. Sic ξυνιστάμενα de excremẽtis dicitur q̃ coacta ſunt & cõſiſtunt, non liq̃da, aut fluida & tenuia, lib. 4. Epid. (p.333.30.) ἐπὴν δὲ ἄρξηται ξυνίστασθαι, vbi verò cogi aut cõſiſtere cœpint. Et lib. 7. Epid. (p.360.35.) de aluo q̃ denſatur & cogitur, fluẽtiq; aut humectæ opponit. καὶ κοιλίη ἔστιν ὅτε καθυγραίνετο, καὶ πάλιν ξυνίστατο, & aluus interdum humecta erat, rurſusq; cõſiſtebat, h.e. reſtitabat. Sic in Progn. (p.137.32. & p.149.29.) ξυνεστηκότα διαχωρήματα ſunt coacta & cõpacta alui recremẽta, cõſtãtes deiectiones non diuulſæ, ſed cohærẽtes & figuratæ, cõſiſtentiam habentes neque duram, neque dif-

fluentem aut liquidam, verùm coniunctam & mollem. Quam conſiſtentiam eſſe ſecundum naturam his verbis edocet Gal. *σύστασιν μὲν οὖν ἔχει τὴν κατὰ φύσιν, ἥτις μήτε σκληρὰ παντελῶς ἐστὶν ὡς λιθώδη, μήθ' ὑγρὰ τελέως ὡς διαῤῥεῖν, ἀλλὰ μέχρι τοσούτου μαλακή, μέχρι τοῦ μένειν ἔτι συνεστῶσα*. Conſiſtentiam igitur naturalem habet deiectio, vbi non prorſus dura eſt, velut lapis, neq; perfectè humida vt diffluere queat, ſed adeò mollis vt coacta maneat. *ξυστάσιες ὑποκαρώδεες ἀφωνίαι* dicuntur Coac. Prænot. (p. 431. 24.) vocis defectiones quæ ſoporem quendam conſtituunt, efficiunt, aut cum ſopore conſiſtunt.

*Ξυνόδος* congreſſum, congreſſionem, cõmunicationem aut conſenſionem cerebri cum reliquis partibus ſignificat, lib. *περὶ ἀδένων* (p. 58. 22.) *καὶ ἄλλη ξυνόδος αὕτη πάντη τοῦ σώματος*. Hinc altera pendet corporis congreſſio. Iudicat enim cerebrum per neruos reliquis corporis partibus communicare. *ἔχει γὰρ τόνον* (vt loquit) h.e. vim intendẽdi & cõtrahendi totius corporis, vt rectè legitur noſtris in codicibus. Quod ſcitè etiã animaduertit & doctiſſimè explicauit Zuinggerus ſuis in Hip. Schematibus. Sic enim paulò ante ſcriptum eſt: *ὁ ἐγκέφαλος σπᾶται καὶ ἕλκει τὸν ὅλον ἄνθρωπον*. cerebrum conuellit & totum hominem trahit.

*Ξυνομολογήσασθαι* conſentire, conſpirare, conuenire, vt aph. 49. ſect. 8. lib. 6. Epid. *ἅμα ταῦτα πρὸς ἄλληλα ξυνομολογήσασθαι χαλεπόν*. iſtaque ſimul inter ſe conuenire eſt difficile.

*Ξύντασις ὑποχονδρίου* hypochondriorum aut præcordiorum cõtenſionem indicat, cum inflãmatione partis alicuius intra peritonæũ contentæ apud Hipp. vt ægr. 2. 3. 8. & 10. lib. 1. Epid. & ægr. 2. lib. 3. quæ additis quibuſdam notis ab eodem interdum circũſcribitur, ita vt phlegmones magnitudinẽ & vehementiam aut leuitatẽ denotent, vt fuſiſſimè ſcripſimus noſtris in ægr. 2. lib. 1. Epid. Annot. Sic *ξύντασις ὑπολάπαρος* præcordiorum cõtenſionem ſubmollem, ſubinanem, ſubuacuã & flaccidam ſignificat, h.e. ſine tumore aut renixu, nullis hypochondrii partib. propria inflãmatione laborãtibus, ita vt hac veluti circunſcriptione inflãmationis vehemẽtia plurimùm eleuet ac leniat, cùm ſuæ diſtẽſionis nullas externas notas habeat, vt videre eſt ægr. 2. lib. 1. & 3. Epid. & nos illic ex Galeni mẽte plurib. verbis docuim9. Ibi enim; *ὑπολάπαρον ὑπόκενον, καὶ ἡ μετ' ὄγκου* exponit à Galen. vt diſtenſio quidem mollis & ſine vllo tumore, velut inanis & ſine renixu intelligatur, nõ ſecus ac Erot. *ξύντασις ὑπολάπαρος, ἀντὶ τοῦ ὑφάπαλος καὶ χωρὶς βίας*, h.e. ſubmollis & ſine vehementia, his ſubnotatis locis explicatur. Eſt & *ξύντασις ὑποχονδρίου* inflammationem ſubindicans in Prorrh. (p. 219. 24.) vt indicat ibi Gal. cùm ſcribit, *ἡ μὲν οὖν φλεγμονὴ δηλοῦται διὰ τῆς προσηγορίας ταύτης*. Quod etiam repetitur in Coac. Prænot. (p. 432. 28.) in tuberculorum ad aures eruptione. Velut & *ξύντασις ὑποχονδρίου ἡ μετ' ὀδύνης*, hypochondrii cõtenſio ſine dolore, quæ nullam phlegmonen internã ſubindicet, ponitur lib. 1. Epid. (p. 367. 33.) in profluuii ſanguinis per nares denũciatione. *ξύντασις τραχήλου* ceruicis contenſio cum capitis grauitate & dolore, Plethoricæ concuſſionis indicia ſunt in Sileno lib. 1. Epid. & humorũ copiã craſſitudinẽq; prænunciãt.

*Ξυντεκμαίρεσθαι, συσσημειοῦσθαι* exponit Ero. apud Hip. quod eſt per ſigna coniicere. *Τέκμαρ* .n. & *τεκμήριον* propriè *σημεῖον*, h.e. ſignum dicitur. *Ξυντεκμαίρεσθαι* autem vſurpat Hip. in Progn. (p. 122. 26.) *ἢν μὲν οὖν ἐν ἀρχῇ τῆς νόσου τὸ πρόσωπον τοιοῦτον ᾖ, καὶ μήπω οἷόν τε ᾖ τοῖσιν ἄλλοισι σημείοισι ξυντεκμαίρεσθαι*. Quòd ſi per morbi initia talis facies appareat, nec dum ex aliis ſignis coniectura ſumi poſſit. Sic aph. 9. lib. 1. *ξυντεκμαίρεσθαι δὲ χρὴ καὶ τὸν νοσέοντα, εἰ ἐξαρκέσει τῇ διαίτῃ πρὸς τὴν ἀκμὴν τῆς νόσου*. Quin & ex ægroto cõiecturam facere oportet, num is cum præſcripto victu ſufficere poſſit ad morbi vſq; vigorem.

*Ξύντηξις ὠμῶν*, crudorum colliquatio, vbi cruda attenuantur & comparantur, ad concoctionem. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 101. 29.) *ἀλλ' ἐπειδὰν ξυντήξιες ὠμῶν γίνωνται*. Verùm vbi crudorum colliquationes factæ fuerint, hoc eſt cruda attenuata extiterint & colliquata.

*Ξυντιταίνειν* idem quod *ξυντείνειν*, cõtendere, diſtendere, lib. 2. *περὶ γυναικ.* (p. 264. 20.) *καὶ ἐς τὰς χεσρονησίας αἰεὶ τοῦ μηροῦ ξυντιταίνει*. Verùm *τὼ μήρω* lego potius, vt ſit, & ad ſuras femora cõtendit. Etſi aliter ſumunt interpretes.

*Ξυντόμως*, celeriter, breui, compendiosè. Lib. 5. Epid. (p. 339. 44.) *ὀφθαλμὸς ὑγιὴς ἐγένετο ξυντόμως*. breui oculus conualuit.

*Ξυνδρέχειν* cõcurrere inter ſe aut cõtrahi. De muſculis dicit qui oſſib. fractis inter ſe cõcurrũt, ac in ſeipſos cõtrahunt. Lib. de fract. (p. 571. 32.) *καὶ μὴ ξυνδεδραμήκοιεν οἱ μύες*, muſculique in ſeipſos non concurrant, non contrahantur. Quod ibidem *ξυνδεῖν* colligare dicitur. Solent enim in fracturis cõtracti muſculi veluti fractum membrum colligare, præcipuè vbi oſſa plurimùm inter ſe ceſſerunt, ideoq; operoſior & laborioſior extenſio videri.

*Ξύντροφοι νοῦσοι* ſunt morbi vnà nobiſcum educati, cõnutriti, velut aſſueti, h.e. diuturni. Sic enim explicat Gal. *τὰς ἐκ πολλοῦ χρόνου κατὰ τὸ σῶμα τῶν ἀνθρώπων διαμενούσας*, eos qui longo interuallo in corpore perſeuerant, Com. in aph. 6. ſect. 5. lib. 6. Epid. Sic lib. de aere, loc. & aq. (p. 454. 16.) *ξύντροφον νόσημα*, morbus familiaris & cõſuetus dicitur his qui aquas paluſtres & lacuſtres in vſum adhibẽt, quod de lienis tumore & duritie effertur. *Ξύντροφον* etiam quod connutritum indicat, *οἰκεῖον* exponit Gal. Com. 3. in lib. de fract. (565. 52.) accõmodatum, aptũ, idoneũ, familiare, cõſentiens, cõueniens. Vbi *ξύντροφον ἐπιτέγξει* ſcribit, quod perfuſioni eſt accõmodatum, aut imbui aptum, h. e. quod perfuſioni extrinſecus factæ non repugnat, ſed familiare eſt, eamq; admittit. *ξυντρόφως ἔχει* ibid. dicitur (p. 570. 50.) pro cõuenit, aut cõmodum eſt. Vbi Gal. *ξυντρόφως ἀντὶ τοῦ οἰκείως*, accõmodatè, cõuenientèr, cõgruè poni ſcribit.

*Ξυστρέμματα* dicuntur Hippocrati humorum collectiones, concretiones induratæ ac tuber-

cula

cula, aut tumores, ἀπὸ τοῦ ξυστρέφεσθαι quod colligi, durari, denſari, aut concreſcere ſignificat, vt ſcribetur poſtea in συστρέφεσθαι Prorrh. 2. (p. 423. 47.) ξυστρέμματα σκέπτεσθαι μή τι ἐν τῷ ἰσχίῳ. καὶ ἐπανέρεσθαι εἰ εἰς τὸν βουβῶνα ἡ ὀδύνη ἀφικνεῖται. animaduertere oportet, num aliquid víſpiā in coxa concreſcat, percontariq; num ad inguen dolor perueniat. Vbi ξυστρέμματα συστροφὰς ſignificāt, quas φύματα καὶ σκληρίας exponit Galenus, hoc eſt, duras humorum collectiones aut concretiones. omnem humoris coitum dixit Celſus. Huiuſmodi tubercula dura & cruda collectiones vocat Cælius Aurelianus libro 2. acut. capite 17. Rurſus lib. 7. Epidem. (pagina 363. 48.) ξύστρεμμα pro tumore, tuberculo aut duritie iuxta lienem collecta ponitur. κατὰ σπλῆνα ξύστρεμμα ἀνώδυνον. circa lienem durities doloris expers. Et lib. 4. Epid. (pag. 334. 15.) de alui excrementis quæ concretiones quaſdam aut durities conuolutas ac conglobatas referebant, ξυστρέμματα οὐ χρηστὰ ponuntur, hoc eſt, concreta quædam non proba. Sic libro 2. Prorrh. (p. 417. 1.) ξυνεστραμμένον τι, quiddam concretum, contortum, compactum aut conglobatum ſignificat. Interrogari nanq; rabidos iubet, εἰ καὶ ξυνεστραμμένον τι καὶ μικρὸν ὀδμὴν ἔχον ἐκβήσσουσι. num quid concretum & modicè olens tuſſi reiiciant. Illud autem indicat induratam quandam & denſatam pituitam aut grandinoſam, adeoque reſiccatā vt digitis atteri vix queat. Nempe lib. 2. de Morb. (p. 151. 39.) in phthoë pus tuſſi reiici ſcribit quodámodo grandinoſum quod digitis attritum durū ſit. Lib. quoq; de Morbo ſacro (p. 124. 30.) ἀλλὰ ξυστραφῇ τῷ ἐγκεφάλῳ, ſed in cerebro concreſcat, colligatur, cogatur.

Ξύω, rado, derado, diſtringo. Vnde ξύσματα, ramenta, deſtrigmenta, & quæ quaſi ſtringendo deraſa, detritaque extrahuntur, & radendo exteruntur. Sic Dioſcor. cap. 162. lib. 2. χυλὸν τῶν ξυσμάτων, ſuccum ex cucurbitæ ſtrigmentis intelligit, vt exponit Pl. lib. 20. cap. 3. qui etiam ξύσματα deſtrigmenta aut ramenta ibidem vocat. Atq; eadem forte ratione Hipp. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 205. 47.) ξύων τὰ σάρκα, ſuccum ex intritis carnibus cum vino albo propinat, veluti ex ramentis carnium expreſſum ſuccum. Et ſi ξύων τρίβων ſignificare poteſt, vt & ξύω exponit Heſych. Quem locum Cornarius neſcio quo iure, de defrictis à carne ſordibus ex vino albo epotis intelligere videtur. Melius enim de carnium intritarum ſucco aut ſuccatiuncula accipi videtur, cùm pauló antea καὶ ἀπὸ χυλαρίων dixerit, & illic χυλάριον ἀντὶ τοῦ χυλοῦ ſumatur, pro carnium ſucco, aut ptiſſanæ ſucco, vt aliàs ſæpe χυλὸς apud Hippocr. ſumitur. Vbi tamen χελάριον in omnibus exemplaribus ſcribitur, non niſi ſuſpecta admodum ſcriptura. Inde quoq; ξυστικὸς χυμὸς deducitur, ſuccus ſtringendi aut radendi vim habens. vt de pomis immaturis ſcribit Athenæus lib. 3. χυμόν τι ἀναδιδόντα εἰς τὸ σῶμα τὸν καλούμενον ξυστικόν, ſuccumq; ſtringendi vi preditū in corpus deferunt. Ruſuſque ibid. ξυστικὸς δὲ γίνεται χυμὸς ἐξ αὐτῶν ὁ λεγόμενος ὑπὸ Πραξαγόρου. Succ⁹ ex ipſis fit ſtringendi vi præditus Praxagoræ dictus. Atq; idem ξυστικὸς videtur dici qui στυπτικὸς adſtringendi aut ſpiſſandi vim habens.

Ξύσματα verò ſunt raméta & raſuræ ſuperficiei, ſuperioris inteſtinorū, qualia deraduntur ab humorib. acribus & bilioſis. Hip. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 80. 18.) de oxymelite, ξύσματα ἐμποιεῖν ſcribit, h. e. ramenta efficere. Vbi Gal. ἕλκωσις γάρ τις ἐπιπολῆς ἐστιν ἡ ξυσματώδης διάθεσις. Vlceratio quædam eſt ſuperficiaria ramentoſa affectio. ξύσματα ſtrigméta apud Hipp. vertit Celſus cap. 8. lib. 2. ſi ſanguis & ſtrigmenta deſcendunt. Illud Prorrh. 2. (p. 420. 32.) vertēs, αἷμα δὲ καὶ ξύσματα διαχωρήσοντα. Et rurſus (v. 37.) αἵματός τε καὶ ξυσμάτων διαχωρεόντων. Hinc ξυσματώδεα διαχωρήματα ſunt deiectiones ſtrigmentoſæ aut ramentoſæ, quæ ſecum ſtrigmenta aut inteſtinorum raméta deuoluunt, à pituita aſſata & reſiccata, aut interna inteſtinorum tunica ab ardente calore & acri in ramenta ſciſſa & deraſa. In Progn. (p. 139. 22.) & lib. περὶ κρισίων (p. 386. 21.) Et Coac. Præn. (p. 444. 28.) ξυσματῶδες διαχώρημα in genere exitialium deiectionum reponit. Et lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 74. 1.) ξυσματωδέστερα διαχωρήματα dicunt raméroſiores deiectiones. quales ſunt in dyſenteria, & qualia δυσεντεριώδη διαχωρήματα ξυσμάτια μέλανα καὶ χολώδεα, paruula ſtrigmenta & raméta nigra & bilioſa vocantur lib. 7. Epid. (p. 364. 7.) Eſt & ξυσματῶδες ὑπόστασις ex eadē denominatione, ſedimentū in vrinis raméta referens, & partium ſolidarum & vaſorum à feruore colliquatorum conſumptionē ſignificans, lib. 4. Epid. (p. 329. 24.) Sunt enim ξύσματα eiuſmodi ſolidarum partium ac vaſorum contabeſcentium ſuperficiales partes abraſæ.

A ξύω quoq; deducūt ξύσις, ξυσμὸς & ξυσμή, voces Hip. vſurpatæ, vt lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 81. 9.) ξύσις τοῦ ἐντέρου, raſura aut abraſio inteſtini. ξυσμὸς autē pruritū & κνησμὸν ſignificat, vt aph. 31. lib. 3. ξυσμοὶ τοῦ σώματος ὅλου, prurit⁹ totius corporis fiunt in ſenib. ob ſuperfluitatū in corporis cute aceruatarum copiā, quæ ob cutis frigiditatem difficilem habent euacuationē. fiunt quoq; ob ſalſæ pituitæ ad corporis ſuperficiem delatæ abundantiā. Et lib. de loc. in hom. (p. 68. 29. & 30.) ἐν τῷ πνεύμονι ξυσμὸς ἐγγίνεται. prurit⁹ fit in pulmone. Rurſus lib. 5. Epid. (p. 335. 37.) ἄνθρωπος ξυσμῷ εἴχετο πᾶν τὸ σῶμα. quidā pruritu tot⁹ corporis detinebatur. Vbi etiā κνησμὸν poſtea explicat, (v. 40.) cùm ſcribit, τοῦ μὲν κνησμοῦ ἐπαύσατο. pruritu liberat⁹ eſt. Quem etiā locū adducit Erot. & ξυσμῷ κνησμῷ exponit. Niſi ſi quis apud Hip. & Erot. ἀντὶ τοῦ κνησμοῦ ξυσμοῦ legere malit. Quinetiam libello περὶ ὄψιος (p. 522. 15.) vbi legitur καὶ κνησμὸς ἔχει, ξυσμὸς legūt exēplaria Regia manu ſcripta. Et ξυσμὸς Heſych. κνησμὸς exponit. ξυσμὴ etiā idē quod ξυσμὸς aut κνησμὸς ſignificat, & vſurpat Hip. ſæpe, vt lib. 2. de Morb. (p. 153. 17.) καὶ ξυσμὴ ἔχει, & pruritus detinet, pro quo rurſus ibid. (pagina 154. 26.) καὶ ξυσμὸς ἔχει ſcribitur.

Et lib. 5. περὶ διαίτης (p. 102. 11.) ἢ τὸ μάλιστα ξυσμὴ λαμβάνει. Quibus ex locis ſcriptum videtur à Galeno in Exegeſi vocum Hippocr. ξυσμὴ ὁ καλεῖται κνησμός. Etſi ξύμα vitioſè pro ξυσμὴ omnibus in exemplaribus legitur.

Ξυστὴρ eſt ſcalpellus raſorius quo os raditur Hippocrati, ad dignoſcēdum oſſis vitium, quod alioqui non ſatis cōſpectui patet, lib. de Cap. vuln. (p. 449. 15.) Eo etiam vtitur Galen. in ſimplicibus fracturis lib. 6. Meth. med. (pag. 104. & 105.) Sed eius generis multos ſcalpellos requirit, vſque ad anguſtiſſimos procedens, & ξυστῆρας τινὰς vocat. Paulus quoque lib. 6. cap. 90. ξυστῆρσι in ſimplici fractura vtitur. Et Celſus in rima non manifeſta, inductum ſuper os attramētum ſcriptorium, ſcalpro deradendū ſuadet, cap. 4. lib. 8. vt & Paulus. ξυστῆρες dicuntur ὀκλοπεῖς τινὲς, vt antea ſcripſimus in Ἐκκοπεύς.

Ξύστρα etiam dicitur ſcalprum raſorium chirurgicum, quo Galenus ſe ad rimas vſum fatetur. Alioqui ξύστρα ſtrigilem ſignificat & στλεγγὶς Heſychio dicitur & Polluci cap. 30. lib. 3. inſtrumentum quo ſe in balneis, palæſtra & gymnaſiis deſtringebant. Eſt & ξύστρα auriſcalpium ſpecillum, ὠτογλυφίδα vocant, auricularium clyſterem Celſus & ſtrigilem vocat. Sic enim cap. 7. lib. 6. medicamentum in aurem cōmodiſſimè tepefactum per ſtrigilem inſtillat. Etſi illic cum Budęo ſtrigilem legi malim, quemadmodum apud Vitruuium lib. 4. cap. 4. & lib. 5. cap. 7. Quamuis alii ſtrigem ex vetuſtis codicibus legunt. Quæ lectio ex Græco defluxit. Sic enim catapultæ canaliculum vocat Vitruuius, & στρὶξ græcè canaliculum ſignificat. Gal. lib. 3. κτ̃ τόπ. (p. 188. 10.) medicamentum ad aures inſtillandum commodè præparat, quemadmodum in ξύστρᾳ. Rurſus ibidem Archigenes (p. 190. 51.) ἢ ἐλλέβορον λευκὸν λεῖον μετὰ ῥοδίνου χλιαρὸν ἔγχει ἐν ξύστρᾳ, aut veratrum album cum roſaceo tritum tepidum per ſtrigilem infunde. Et rurſus ibid. (p. 191. 9.) διὰ ξύστρας ἐνστάζε, per ſtrigilem inſtillato. Et ibid (v. 12.) γάρον θερμαίνων διὰ ξύστρας, garum calefactum per ſtrigilem inſtilla. Et (verſ. 22.) σκιούρου στέαρ ἐν ξύστρᾳ χλιαίνων ἔνσταζε. Sciuri adeps in ſtrigili tepefactus inſtillatus. Et (verſ. 24.) ἢ ζέσας διὰ ξύστρας ἐγχυμάτιζε, feruefactum per ſtrigilem infundito. Quibus in locis per ſtrigilem auricularium clyſterem accipiunt, atque haud ſcio an ſtelgem dici velint.

# OECONOMIAE HIPPOCRAT.

## TO O.

¶ ΟΑ, τὰ πρὸς τῶν πολλῶν ὖα καλούμενα ſcribit Gal. in Exegeſi vocū Hippocr. vt ſint ὄα ſorba, à multis ὖα dicta. Nimirum idem ſcribit lib. 2. de alimen. fac. (p. 127. 30.) τὴν πρώτην συλλαβὴν τῶν ὤων ὀνόματος, οἱ ἀπὸ τῆς παλαιῶν ἀθηναίων, διὰ μόνου τοῦ ο χάρματος γράφουσί τε ἐκφέρουσι. primam dictionis ὤων ſyllabam veteres Athenienſes per ο ſolum ſcribere & efferre. Ac mihi videtur Galenus ex lib. 2. περὶ διαίτης (p. 95. 41.) vbi ὄα δὲ καὶ μέσπιλα καὶ κράνια legitur, ὄα legiſſe ex veteri lectione. Sunt autem τὰ ὄα ſorba, & arboris fructus quæ etiam ὄα & ὄη, Latinis ſorbus dicitur. De qua ſcribit Gal. lib. 8. de ſimpl. med. fac. (p. 102. 10.) ὄη τὸ δένδρον, ἧς ὁ καρπὸς ὄα καλεῖται, ὑπὸ δὲ πολλῶν ὖα μετὰ τοῦ υ. στυπτικῆς μετέχει ποιότητος. ὄη arboris nomen eſt quæ & Sorbus, (cuius fructus ὄα & ſorba vocantur, à multis ὖα addito υ.) adſtringentis particeps eſt qualitatis. ὄα τὰ μηλίζοντα καὶ μήπω πέπειρα dicuntur Dioſcoridi lib. 1. cap. 174. ſorba nondum matura colorem luteū referentia. ὄα exponitur Heſychio δένδρον κάρπιμον. καὶ ὁ καρπὸς αὐτοῦ οὕτω καλεῖται ὄα, καὶ ἡ μηλωτή. arbor fructum ferens, cuius quoque fructus ὄα dicuntur, ſorba, & pellis ouina. Sudæ ὄα ἀκροδρύων εἶδος exponitur, μήλοις μικροῖς ἐμφερὲς ὀπώρα ἡ ὄα. fructus arborei genus pomis paruis ſimile, quod & pomorum genere comprehenditur, quemadmodum & Hippocrati ἐν τῇ ὀπώρᾳ reponitur libro 2. περὶ διαίτης.

¶ Ὄγκος tumorem ſignificat Latinis. Græcis autem definitur εἰς μῆκος καὶ πλάτος καὶ βάθος διάστασις, ſpatium in latum, longum, & profundum. Eſt etiam ὄγκος ἡ ὑπὲρ τὸ κατὰ φύσιν αὔξησις, incrementum ſupra naturam, Galeno in libro de Tumor. præter nat. (pagina 353. 24.) Hinc ὀγκοῦσθαι & ὀγκύλλεσθαι eſt tumeſcere, efferri in tumorem & turgeſcere. Et ὀγκυλλομένη κοιλίη annotatur Erotiano apud Hippocratem aluus intumeſcens & in tumorem ſublata. Scribit nanque: ὀγκύλλεσθαι μὲν ἀττικῶς λέγεται τὸ μέγα καὶ ἐπηρμένα φρονεῖν. ὁ δὲ Ἱπποκράτης ὀγκυλλομένην λέγει κοιλίαν, τὴν ταχέως εἰς ὄγκον αἰρομένην. ὀγκύλλεσθαι Atticè dicitur valde efferri, aut tumido & elato eſſe animo. At Hippocrates ὀγκυλλομένην κοιλίαν dicit, aluum citò in tumorem ſublatam. Vbi tamen ὀγκύλλεσθαι & ὀγκυλλομένην apud Erotianum legitur. ὀγκύλλεσθαι tamen Heſychio legitur & exponitur, ὑψαυχενεῖν καὶ ἐπαίρεσθαι elata eſſe ceruice & efferri. Idemque ὀγκύλον exponit σοβαρὸν, γαῦρον. tumidum, inflatum, ſuperbientem. Quod autem ad Hippocratis locum ab Erotiano ſubnotatum attinet, exiſtimo eum eſſe qui legitur in Coac. Prænot. (pagina 444. verſic. 7.) Vbi tamen τάχιον κυλλομένη

noſtris

noſtris in codicibus legitur, quod ſignificat aluum citò protuberantem & gibboſam, hoc eſt intumeſcentem, quòd τὰ κυλλὰ dicantur quæ interiore parte ſinuantur & curuantur, exteriore verò protuberant & gibboſa ſunt, vt κυλλωμένη κοιλίη nouè dicatur quæ ὀγκωμένη in Prorrhetico (pag. 202. 2.) Vbi eadem ſententia repetitur. Verùm Erotianum patet ὀγκυλλωμένη pro κυλλωμένη legiſſe, vt etiam noſtris in Coac. Præn. Annotat. ſcribimus.

Ὄχει Erotianus & ὄχεειν pro φέρειν, quod eſt ferre, apud Hippocratem ſcriptum eſſe teſtatur.

¶ Ὀδαξησμοὶ οὔλων ſunt gingiuarum ſtimulantes pruritus ὀδοντοφυεόντων τῶν παιδίων dentientiū puerorum, cùm dentes eruptionem molientes pungunt & configunt gingiuarum carnes, ex aph. 25. lib. 3. dentientium gingiuarum exulcerationes vertit Celſus cap. 1. lib. 2. ὀδαξησμὸν κνησμόν τινα μετὰ βραχείας τῆς ἀνίας exponit Galenus pruritum quendam cum pauco dolore. Cõmorſionem gingiuarum dicit Hermol. Barbarus apud Dioſc. Sic τῶν ὀδοντοφυούντων πάθος, κνῆσιν τε ἀγανάκτησιν περὶ τὰ οὖλα vocat Plato in Phædro, gingiuarū pruritum & moleſtiam. ὀδάξεσθαι autem aut ὀδαξᾶσθαι, quod eſt κνησμώδως δάκνεσθαι, cum pruritu mordeti, quemadmodum vſurpetur apud Hippocr. antea ſcripſimus in Ἀδάξασθαι. Quin & ὀδαξησμοῖσι apud Hippocr. agnoſcit Erotianus ab ὀδαξῆσθαι, vt ſcripſimus antea in Ἀχρηστῶσιν.

Ὀδμαλέα dicuntur Hippocr. graueolentia, fœtida, idem quod ὀζώμενα. Lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 253. 8.) χωρήσει πυώδεα, ὀδμαλέα. purulenta grauiter olentia procedent. Rurſusque (p. 251. 39.) ἢ πολλά τι ἢ ὀδμαλέα καὶ πυώδεα ἐλεύσεται ἀπ' αὐτέων τῶν μητρέων ἤδη ἀπιόντα. & multa graueolentia ac purulenta prodibunt, ab ipſis vteris iam ſecedentia. Et iterum (p. 236. 8.) οὔτε ὀδμαλέα ὁμοίως κεῖνα γίνονται. neque graueolentia æquè ac illi fiunt.

Ὀδοντοφυεῖν eſt dentes producere & emittere, diciturque de dentitionis tempore aph. 25. lib. 3. Eſt & libellus Hippocr. περὶ ὀδοντοφυΐας, de dentitione, de dentium productione aut emiſſione. Vbi ὀδοντοφυοῦντα παιδία dentientes pueri dicuntur (pagina 53. 45. & 48.) & ὀδοντοφυΐην de dentium eruptione, (verſ. 49.) quando in pueris dentes primùm pullulare incipiũt, ὅταν οἱ ὀδόντες φύειν μέλλωσι τοῖς παιδίοις, dixit Galenus Com. ad aphoriſ. 25. libro 3. ὀδοντίασις alioqui vocatur hoc dẽtitionis tempus, & per ὀδόντων ἐκβολὰς expreſſit Hippocr. aphoriſ. 29. ſect. 8. lib. 6. Epidem. dentium expulſiones, eruptiones, pueritiam ſignificans, vt illic ſcripſimus: ὀδόντας συνερείζειν ἢ πρίειν, dentes inter ſe collidere ac dentibus ſtridere dicitur in Coac. Prænot. (pag. 430. 48.) (quanquam συνερείδειν lego potius vt antea ſcripſimus) & Progn. (pag. 127. 40) Quod mortem aut inſaniam prænunciat quibus præter conſuetudinem accidit. Eſt & ὀδόντων σφακελισμὸς dentium ſyderatio ibidem (pagina 431. 1.) Ὀδόντες παρημαχμένοι, ſunt dentes permutatim & alternis variantes ac diſtracti, neque inuicem è regione reſpondentes, ſed hinc & illinc prominentes, cùm non rectè reſpondent, neque ſupernis inferni, neque inciſiuis inciſiui, neque canini caninis, neque molares molaribus, ſed os veluti diſtractum ac peruerſum videtur, aph. 2. ſect. 1. lib. 6. Epid. De triplici autem dentiũ ortu agitur apud Hip. lib. περὶ σαρκῶν vulgò inſcripto (p. 41. 46.) Quidam nanque in vtero matris generantur. Alii iam in lucem editis pueris & lactentibus. Reliqui vbi iam ſolidioribus vtũtur alimẽtis velut ad ſeptennium. Sunt & ibid. (pag. 42. 28.) ὀδόντες σωφρονιστῆρες duo, dentes ſapientiæ dicti anno vigeſimo octauo geniti, interdum verò citiùs, interdũ etiã tardiùs, vt anno decimo octauo, vigeſimo, aut vigeſimo ſexto. Hos Plinius genuinos vocat, & ad octogeſimum annũ enaſci ſcribit. Ὀδὼν verò pro ὀδοὺς (quod Ionicũ eſſe teſtatur Euſtathius) vſurpat Hip. lib. 5. Epid. (p. 339. 24.) ὀδὼν ὁ ἐν ἀριστερᾷ κάτω, dens ex ſiniſtra parte inferior Et lib 4. Epid. (p. 334. 11.) ἔστι δ' οἷσι ἢ ὀδὼν ὑπῆρχε βεβρωμένος quibuſdam etiam dens exeſus fuit.

Ὀδόντα etiam vocat Hip. ſecundam colli vertebram totam h. e. dentem propter turbinatū illum proceſſum canino denti omninò ſimilem, qui ſecundo ceruicis ſpõdylo proprius & ex eius media internaq; ſede erumpens, in primum ſpondylum inſeritur, & cum occipitis cauitate per diarthroſin iungitur. Hanc apophyſin πυρηνοειδῆ à ſimilitudine nuclei, quidam etiam ὀδοντοειδῆ, & ὀδόντα vocant anatomici, Hip. verò (vt ſcribit Gal. cap. 8. lib. de Oſſibus ab ea parte totam ſecũdam ceruicis vertebrã ὀδόντα nominat. Quibus certe verbis locum lib. 2. Epid. (p. 313. 46. & 47.) mihi ſubindicare videtur in quo de angina agitur his verbis: ἦν δὲ ἢ κατωτέρω τινὶ τοῦ ὀδόντος καλουμένου ἐστὶ, οὐχ ὁμοίως ὀξὺ δέ. Cuidã verò affectus ipſe paulò infra os, cui dentis nomẽ eſt, pertingebat, cui nec ita præceps erat. Et rurſus, εἰ μὴ ξυνῆ τοῦ ὀδόντα καλουμένου. ſi dentem appellatum non attingeret. Quam certe appellationis rationem apertiſſimis verbis exponit Gal. Com. 2. in Prorrh. (p. 195. 41.) ex lib. 2. Epid. depromens his verbis: πρόδηλον δ' ὅτι τὸν δεύτερον σπόνδυλον ὅλον ἀπὸ μέρους ὀδόντα κέκληκεν, ἣν μόνην αὐτοῦ τινὲ ἀπόφυσιν οἰκείαν, ἣν οἱ μὲν ὀδοντοειδῆ προσαγορεύουσιν, οἱ δὲ ἄντικρυς ὀδόντα. διότι κυνόδοντι παραπλήσιός πως φαίνεται τῷ καλουμένῳ κυνόδοντι. Manifeſtum autem exiſtit quòd ſecundam vertebrã totam peculiariter dẽtem vocauit, vel ſolum illius proceſſum illum, quem quidam dentiformem, alii planè dẽtem, quòd canino denti quodammodo ſimilis videatur, appellant. Rurſus lib. 4. de loc. aff. (p. 287. 43.) anginã lib. 2. Epid. exprimens, ἢ μέν τι ἢ ὅτι κατὰ τὸν πρῶτον γίνεται σπόνδυλον, ὧν ὁ δεύτερος ἔχει τὴν ὀδοντοειδῆ καλουμένην ἀπόφυσιν, ἀφ' ἧς ὅλος ὑπό τινων ὀδοὺς προσηγορεύθη. Quinetiam quoniam circa primas fit vertebras, quarum ſecunda dentiformem proceſſum dictum habet, ex qua à nõnullis dens appellata eſt. Hanc quo-

que ὀδόντος appellationem ex Hippocrate Iulius Pollux & Rufus Epheſius agnouerunt, verùm perperam primæ ceruicis vertebræ, ab Hippocrate tribui exiſtimarunt. Ex quibus ſcripſit ille lib. 2. τῶν δὲ σπονδύλων ὁ μὲν πρῶτος, ὁ ὑπὸ τῷ βραχίονι στρεφόμενος, ἐπιστροφεὺς ὀνομάζεται. Ἱπποκράτης δὲ αὐτὸν καὶ ὀδόντα δοκεῖ καλεῖν. Ex vertebris autē prima quidem quæ cum ceruice flectitur, ἐπιστροφεὺς nominatur. Hippocrates verò dētem eam vocare videtur. Rufus verò ἐν τῷ περὶ ἀνθρώπου μορίων lib. 1. τῶν δὲ πρῶτον τοῦ τραχήλου σπόνδυλον Ἱπποκράτης ὀδόντα δοκεῖ μοι καλεῖν. Primam verò ceruicis vertebram Hippocrates dentem mihi vocare videtur. Hanc autem ſecundam ceruicis vertebram Hippocr. lib. de art. (p. 612. 27.) μέγαν σπόνδυλον vocat, cùm ſcribit, καὶ μέντοι καὶ ἀναγκάζονται κατὰ τὸν μέγαν σπόνδυλον, λορδὸν τὸν αὐχένα ἔχειν. Coguntur autem etiam ceruicem ad magnam vertebram repandam habere. Sic enim eam ibi exponit Galenus: ἐξ οὗ τεκμαίρεται ἄν τις μέγαν σπόνδυλον ὀνομάζειν αὐτὸν τὸν δεύτερον, ὡς χωρῆσαι μάλιστα δυνάμενον πρόσω, καὶ πάλιν ὀπίσω ἀνασπασθῆναι. Ex quo conicere quiſpiam poſſit ſecundam vertebram magnam ab eo vocari, quæ & in priorem partem maximè procedere poteſt, & in poſteriorem partem inde reprimi.

Ὀδοντάγραι etiam Hippocrati ſunt volſellæ euellendis dentibus idoneæ libello περὶ ἰητροῦ (p. 14. 5.) quarum vſum ſimplicem nulliusque negotii eſſe dicit.

Ὀδύναι παλαιαὶ dolores vetuſti ſunt apud Hipp. aph. 7. ſect. 1. libr. 6. Epid. dolores qui iam pridem extiterunt, aut qui diu perſeuerant, vt ὀδύναι νεαραὶ dolores recētes, proximè excitati, aut citò deſinentes. Item ὀδύναι ψυχραὶ dolores frigidi. qui frigoris ſenſum inferunt, aut qui calefacientibus mitigantur. Pariter ὀδύναι θερμαὶ dolores calidi, caloris ſēſum facientes, vel qui à frigidis leniuntur. Vbi dolores pro affectionibus ipſis ex quibus dolores mouentur ab Hipp. ſumi teſtatur Gal. vt & aph. 6. lib. 2. Ὀδύνην ἀνεκπύητον ποιεῖν, dolorem inſuppurabilem facere, de frigido dicitur aph. 20. lib. 5. & lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p. 114. 9.) ὀδυνώδεα ἀνεκπύητα ποιέει. Ὀδύναι ἐκ τῶν σπλάγχνων, viſcerum dolores in viſcerum obſtructionibus, cùm ſima hepatis ſtipata viarum anguſtia à craſſis & infixis humoribus diſtendūtur, lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (p. 37. 11.) ὀδύνας ναρκώδεις exponit Erot. apud Hip. minuit, & ἀντὶ τοῦ μειοῖ poſitū ſcribit, ἐπειδὴ ἡ νάρκη θλῖψις αἰσθήσεώς ἐστιν, quòd ſtupor ſit ſenſus compreſſio. Quib. verbis locū lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p. 113. 47.) mihi ſubindicare videtur, vt antea ſcripſimus, etſi ὀδύνας legit Erot. cùm illic ὀδύνην habeant omnia exemplaria. De doloris verò differentiis ex Hippocr. & Galeno ampliſſimè & doctiſſimè Gorthæus.

¶ Οἱ enclitica dictio frequentiſſima eſt apud Hippocrat. pro αὐτῷ aut ἑαυτῷ, ſibi aut ipſi, idq; Ionicè, vt crebertimè apud Homerum. Lib. 4. Epid. (pag. 328. 24.) ἦρθη περὶ τὰ ὦτα οἱ ἀμφότερα. ipſi ad vtranque aurem tubercula ſublata ſunt. Rurſus ibid. (p. 329. 1.) ἐξ ὑποχωρήσιός οἱ κοιλίη, ipſi ex ſuppreſſione. Et rurſus (p. 334. 19.) ὕπνοι ἦσάν οἱ ſomni ipſi aderāt. Et lib. 5. Epid. (p. 334. 48.) ἐχώρησεν αἷμά οἱ συχνόν. multus ei ſanguis profluxit. Et rurſus (p. 336. 11.) ὁκότε τὰ ἐπιμήνια εὐχερῶς οἱ ᾔει. cùm menſtrua ipſi expeditè prodibant. Et lib. 6. Epid. aph. 5. ſect. 3. σπλὴν οἱ φύσει μέγας. lien ei natura magnus erat, de muliere. Et rurſus aph. 12. ſect. 5. ὡς δοκέῃ τί οἱ ἐξιέναι. vt ipſi aliquid effluere videatur. Lib. de fract. (p. 607. 48.) χαίρει γάρ οἱ ἡ ῥὶς καταχεομένη ἀναπλάσσεται. Quod certe in verſione ipſa elegātiſſimè vacat, aut per (tibi) Latinè aptiſſimè exprimit. Nā & tibi maximè naſus fractus reſtituitur, conformatur.

Οἰάδος τῆς βρυωνίας καλλιμάρας exponit Erotian. apud Hip. hoc eſt bryoniæ dictæ. ἔστι δὲ ἀγρίας ἀμπέλου εἶδος, eſt autem vitis agreſtis genus. Verùm οἰνάδος quædā exemplaria legunt apud Erot.

Οἴδημα in genere Hippocrati & antiquis medicis omnem præter naturam tumorem complectitur, ſiue cum dolore, ſiue ſine dolore coniunctus ſit, cùm recentioribus medicis tumorem mollem & indolentem peculiariter ſignificet, vt multis locis ſcribit Galenus Com. ad aph. 34. lib. 4. ὠνόμαζον οἴδημα οἱ παλαιοὶ τὸ, τι οἴδημα καὶ τὸν ὄγκον. ἴσμεν δ' ὅτι τρεῖς εἰσὶν αἱ διαφοραὶ τῶν ὄγκων. ἢ γὰρ μετ' ὀδύνης εἰσὶ, καὶ καλοῦσιν αὐτοὺς οἱ νεώτεροι φλεγμονάς· ἢ χωρὶς ὀδύνης καὶ σκληροὶ, καλοῦσι δὲ καὶ τούτους σκίῤῥους· ἢ χωρὶς ὀδύνης καὶ μαλακοὶ, προσαγορεύουσι δὲ καὶ τούτους ἰδίως οἰδήματα. Veteres promiſcuè tumorem omnem οἴδημα & ὄγκον appellabāt. Neq; verò latet nos triplicem eſſe tumorum differentiam. Aut enim cum dolore exiſtunt, quas recentiores φλεγμονὰς appellant, hoc eſt, inflammationes, aut abſque dolore & duri, quos ſcirrbos vocant, vel ſine dolore & molles, quos propriè οἰδήματα appellant. Proptereaq; (vt idem addit Gal.) ab antiqua veterum appellatione in tantum receſſerunt quatenus omnes præter naturam augmentationes ſub œdematis vocabulo non complectuntur. Atque idem rurſus Com. ad aph. 65. lib. 5. τοὺς παρὰ φύσιν ὄγκους ὁ Ἱπποκράτης οἰδήματα προσαγορεύει, περιεχομένων ἐν αὐτοῖς δηλονότι καὶ τῶν φλεγμονῶν. καὶ μέντοι καὶ αὐτὸ τοῦτο τοὔνομα τὸ τῆς φλεγμονῆς ἐπὶ τῶν φλογώσεων μᾶλλον οἱ παλαιοὶ πάντες ἔλεγον, εἰ καὶ χωρὶς ὄγκου συστῶσιν. Tumores præter naturam οἰδήματα vocat Hippocr. ſub quibus etiam inflāmationes continentur: quanquam & hoc ipſum phlegmones nomen veteres omnes de phlogoſi potiùs dixerūt, etiamſi ſine tumore conſiſteret. Et Com. ad aph. 66. lib. 5. προείρηται δέ μοι κατὰ τῶν παρὰ φύσιν ὄγκων ἁπάντων ὑπ' αὐτοῦ λέγεσθαι τὸ οἴδημα. Antea verò à me dictum eſt de omnibus præter naturā tumoribus œdema ab eo dici. Rurſus idē Com. 1. in lib. 6. Epid. (p. 443. 11.) φαίνεται γὰρ ὁ Ἱπποκράτης ἀεὶ, καθότι δέδεικται πολλάκις ἅπαντας τοὺς παρὰ φύσιν ὄγκους οἰδήματα ὀνομάζειν, ἐάν τε ἀνώδυνοι καὶ σκληροὶ τυγχάνωσιν ὄντες, οὓς ὀνομάζουσιν ἰδίως σκίῤῥους, ἐάν τε ὀδύνην ἔχωσιν, οὓς ὀνομάζουσιν ἰδίως φλεγμονὰς, ἐάν τε ἀνώδυνοί εἰσι καὶ χαῦνοι, καλοῦσι δὲ μόνους τούτους οἰδήματα. Videtur enim Hip. ſemper (vt ſæpius

ſæpius eſt demõſtratum) omnes præter naturá tumores œdemata appellare, ſiue dolore careant & duri ſint, quos propriè ſcirrhos nominant, ſiue dolorem inferát, quos phlegmonas vocant, ſiue abſq; dolore molles & laxi ſint, quos ſolos œdemata appellant. Et rurſus com. eodem (p.452.40.) κέχρηται δὲ καὶ ἐνταῦθα τῇ προσηγορίᾳ τοῦ οἰδήματος, ἐπὶ τοῦ ὄγκου σημαινομένου τοῦ παρὰ φύσιν ὅλου, ὡς καὶ πρόσθεν εἴρηται). Vſus eſt autem hoc loco œdematis appellatione, in communi tumorum præter naturam ſignificatione, vt antea dictum eſt. Et com.3. in lib.6. Epid. (p.478.35.) εἴρηται δὲ ἤδη πολλάκις οἴδημα καλεῖν αὐτὸν ἅπαντα τὸν παρὰ φύσιν ὄγκον, ἄν τε φλεγμονώδης, ἄν τ' ἐρυσιπελατώδης, ἄν τε σκιῤῥώδης ᾖ, τῶν νεωτέρων μόνον τὸν χαῦνον ὄγκον οἴδημα καλούντων. Sæpius autem iam dixi œdema ipſum vocare omnem tumorẽ præter naturam, ſiue phlegmones, ſiue eryſipelatis, ſiue ſcirrhi naturam referat, recentioribus ſolum tumorem laxũ œdema vocantibus. Rurſusq; idem com.3. in lib. κατ' ἰητρ. (p.699.1.) οἰδήματα ὀνομάζειν εἴωθεν Ἱπποκράτης τοὺς παρὰ φύσιν ὄγκους. οἱ δὲ μετ' αὐτὸν εἰς φλεγμονὰς καὶ σκίῤῥους καὶ τὰ κληθέντα ὑπ' αὐτῶν ἰδίως οἰδήματα, διῃρήκασι. φλεγμονὰς δὲ ὁ Ἱπποκράτης ὀνομάζει τὰς φλογώσεις, ἀφ' ὧν τοὔνομα ἔθετο τοῖς θερμοῖς ὄγκοις. ἔξωθεν δὲ τῶν εἰρημένων ἐστὶ τὸ καλούμενον ἐρυσίπελας, φλογῶδες μὲν ἀεί, σὺν ὄγκῳ δὲ οὐκ ἀεί. Oedemata Hippocrates omnes prętter naturam tumores vocare cóſueuit, cùm cæteri poſteriores in inflammationes & duritias, & ea quę peculiari nomine ab eo vocata ſunt œdemata, eos diſtinguant. Phlegmonas verò Hipp. φλογώσεις, h.e. incenſiones nominat, vnde ẽt nomen calidis tumoribus eſt impoſitum. Præter hos aliud quoq; eſt eryſipelas dictũ, quod incenſum quidem ſemper, cũ tumore autem non ſemper eſt. Et com.1. in Progn. (p.131.39.) οἴδημα μὲν οὖν εἰώθει καλεῖν τὸν παρὰ φύσιν ὄγκον ἅπαντα, τῶν νεωτέρων ἰατρῶν ἕνα μόνον οὕτως ὀνομαζόντων ὄγκον, ὃς ἐν τῷ πιέζειν ἀνώδυνός τέ ἐστι καὶ μαλακός. ἣν δὲ πάλιν ἰδίως ὀνομάζουσι φλεγμονὴν οἱ νεώτεροι, ταύτην Ἱπποκράτης συνθέτῳ λέξει σκληρὸν καὶ ἐπώδυνον οἴδημα καλεῖ. τὸ γὰρ τῆς φλεγμονῆς ὄνομα, κατὰ τῆς φλογώσεως ἔταττε. œdema igitur omnem præter naturam tumorem vocare ſolet, recentioribus medicis vnum tãtummodo ſic vocantibus, qui premendo dolore vacat & mollis eſt. Quam verò rurſum recentiores propriè phlegmonen nominant, hanc Hippocrates compoſita dictione durum & dolẽtem tumorem vocat. Phlegmones enim nomine φλόγωσιν h.e. incẽſionẽ cóprehẽdit.

Οἰδήματα etiam dicuntur Hipp. tumores indolentes & digitis cedentes, neq; ſimpliciter οἰδήματα, vt recentioribus, verùm cũ addito, τὰ οἰδήματα μαλθακὰ καὶ ἀνώδυνα, καὶ τῷ δακτύλῳ ὑπείκοντα. tumores molles, indolentes & digitis cedentes. in Progn. (p.132.28.) & Coac. Præn. (p.432.9.) vbi μαλθακὰ καὶ ἀνώδυνα ſimpliciter vocantur. Quã appellationis rationem etiam in Hip. & antiquis agnoſcit Gal. com.1. in Progn. (p.132.31) ταῦτα ἐστὶν ἃ καλοῦσιν ἰδίως οἱ νεώτεροι τῶν ἰατρῶν οἰδήματα, περὶ ὧν ἐνίοτε μὲν ἀρκοῦνται λέγοντες οἱ παλαιοί, τὰ δὲ μαλθακὰ τῶν οἰδημάτων, ἐνίοτε δὲ καὶ τὸ ἀνώδυνα προστιθέασιν. ὅπου τε ἰσχυρὸν αὐτὸ παραλείπουσιν, ὡς συνεμφαινόμενον τοῖς μαλθακοῖς ὑπάρχειν. ἀνώδυνα γάρ ἐστι τὰ μαλθακά. νυνὶ δὲ ὁ Ἱπποκράτης οὐ τοῦτο προσέθηκε μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπείκοντα, καὶ αὐτὸ περιεχόμενον δοκοῦν ἐν τῷ μαλθακά. Hæc ſunt quæ propriè recentiores medici œdemata vocant, quę ſatis eſt antiquis interdũ appellare οἰδήματα μαλθακά, h.e. tumores molles, nonnunquam etiam ἀνώδυνα addunt, quod eſt indolentes. Quoties verò iſtud prætermittunt, tanq̃ cum molli intelligatur, omittent. Molles enim tumores dolore vacant. Nunc verò Hip. nõ id ſolùm adiecit, verùm τὰ ὑπείκοντα quod eſt digitis cedentia, quod quidem in dictione μαλθακὰ contineri videtur. Οἰδήματα etiam ἀντὶ τῶν ἐμπυημάτων dicuntur & pro ſuppurationibus, aut tumoribus qui in ſuppurationem abeunt, & eruptioni ſunt proximi accipiuntur, vomicas vocant. In Coac. Præn. (p.436.26.) τὰ μὲν οὖν χρονίζοντα τῶν οἰδημάτων, tumores ergo qui diutiùs perſeuerant, pro quo legitur in Progn. (p.149.4.) ὁκόσα μὲν οὖν ἐγχρονίζει τῶν ἐμπυημάτων. Quam etiam lectionem illic ſecutus eſt Cornarius. Sic aph.15. libr.6. Epid. ſect.1. ἐν ὤμοισιν ἐκπυοῦντα οἰδήματα dicuntur tumores in humeris ſuppurationes facientes. lib. de vlcer. (p.513.33) ὅτῳ ἂν οἴδημα γένηται περὶ τὸ ἕλκος, ἀφλεγμάντου ἐόντος τοῦ ἕλκεος, χρόνῳ ὕστερον, τοῦ ὑποστάντος ἴσχει τὸ οἴδημα. Quoties circa vlcus tumor acceſſerit, abſq; vlceris inflammatione, in eo temporis progreſſu pus ſubſidet.

Οἶδος, οἴδημα exponit apud Hip. Erotianus, h.e. tumorem. Quam dictionẽ crebrò vſurpat Hipp. vt lib. de fract. (p.560.55.) ἀνάγκη γὰρ τῷ οὕτως ἐπιδεομένῳ τὸ οἶδος ἐξαείρεσθαι ἐς αὐτὸ τὸ ἕλκος. Neceſſe enim eſt vt ei qui ita deligatur, tumor in ipſo vlcere attollatur. Rurſusq; ib. (p.561.31.) ἀναγκάζονται δὲ διὰ τὸ οἶδος ἐπιτέγγειν καταπλάσσειν. Coguntur autem ob tumorem cataplaſma imponere. Vbi ſcribit Gal. οἶδος δὲ δηλονότι τὸ οἴδημα λέγει, ὡς εἶναι τὸ λεγόμενον τοιόνδε. διὰ τὴν κακὴν ἐπίδεσιν ἑκατέρωθεν τοῦ ἕλκους γεγενημένην, ἐκθλιβόμενον τὸ αἷμα, τὸν παρὰ φύσιν ὄγκον ἐργάζεται. τοῦτο γὰρ οἶδός τε καὶ οἴδημα δι' ἔθους ἐστὶν ὀνομάζειν αὐτῷ. οἶδος οἴδημα nẽpe, hoc eſt tumorem dicens, hoc ſenſu. Ob prauam deligationem ex vtraq; vlceris parte factam, expreſſus ſanguis, tumorẽ prętter naturam efficit, quem οἶδος & οἴδημα ex conſuetudine appellat. Rurſus lib.2. περὶ γυν. (p.270.10.) ὅταν ὧδε ἔχῃ, τῇ χειρὶ ἀπωθεῖν ἀπὸ τοῦ ἥπατος παρηγορικῶς τὸ οἶδος. Cùm ſic habuerit, tumorem ab hepate manu leniter detrudito.

Οἴησις opinio aut opinatio dicitur Hippocrati lib. περὶ εὐσχημοσύνης (p.15.24.) & ſpecioſam artis orationem abſque experientia ſignificare videtur. οἴησις γάρ, μάλιστα ἐν ἰητρικῇ, αἰτίην μὲν τοῖσιν ἔχουσι φέρει, ὄλεθρον δὲ τοῖσι χρεωμένοισιν ἐπιφέρει. Opinio enim maximè in Medicina eam adhibentibus in crimen vertitur, his verò qui ea vtũtur perniciem adfert. Sic τὸ οἴεσθαι, quod eſt opinari, & τὸ πεπεῖσθαι, inter ſe opponere videtur, cùm ſcribit. τὸ γὰρ ῥηθὲν πυκνῶς, μὴ πεπεῖσθαι δέ, μαθεῖν εὖ ἀπέχειν δηλοῖ ἐξευρῆσθαι. τὸ γὰρ

οἴονται μὲν, μὴ ποιέουσι δὲ, ἀμαθίης ἢ ἀπειρίης σημεῖόν ἐστιν. Quod enim ex arte dictum eſt, non autem factum, methodum inartificialem arguit. Nam opinari quidem, non item facere, ignorantiæ & imperitiæ indicium. Dicitur ergo οἴησις Hippocrati eorum opinio, qui ἑωυτοὺς ἐν λόγοισι πείσαντες, οἴονται εἰδέναι ἔργον τὸ ἐκ μαθήσιος, qui ſermonum vniuerſalium ſcientia & artis præceptionibus inflati aut confiſi, ſibi perſuadent ſe ſingulare quoque artis opus per experientiam nouiſſe.

Οἰκείης Erotianus apud Hippocratem ex lib. περὶ φύσ. παιδίου, δουλείας exponit, additque, οἱ δὲ βίας, quod ſignificat quoſdam βίας exponere. Verùm ſuſpecta mihi eſt Erotiani lectio, & pro δουλείας δούλης legendum eſſe apparet, vt pro οἱ δὲ βίας, οἱ δὲ ἰδίας. Locus autem Hippocrat. legitur (pag. 30. 43.) γυναικὸς οἰκείης μουσοεργὸς ἦν πολύτιμος. Mulier nobis familiaris perelegantem habebat fidicinam, aut vt alij, Vxori meæ perelegans erat fidicina. Galenus autem libr. 1. περὶ σπέρματος, & libt. περὶ κυουμένων διαπλάσεως οἰκέτης pro οἰκείης legit, verùm οἰκέτης potiùs lego.

Οἰκονομίη περὶ τὸ νοσέοντα, ægrorum procuratio, eſt accommodatus eorum quæ ab arte medico ſuggeruntur vſus & adminiſtratio, velut diſpenſatio quædam, & rectè gubernandorum ægrorum facultas, quam rectè explicat Hippocrat. aphoriſ. 33. libr. 6. Epid. ſect. 2. in eaque adminiſtranda medici diligentiam requirit.

Οἶμος, via, vt lib. περὶ εὐσχημοσύνης (pag. 15. 29.) ἐοικότες τὴν παραπλησίην οἶμον ἐμπεσοῦσιν, in conſimilem viam ingreſſis, aut incedentibus.

Οἰναρίνη σποδὸς cinis ſarmentitius, aut ſarmentorum vitis apud Hippocratem lib. 2. περὶ γυν. (pag. ducenteſima octuageſima ſexta, verſ. decimo ſeptimo) ἐπὶ σποδίην οἰναρίνην, in cinere ſarmentorum vitis. οἴναρα enim vt & οἰναρίδες pampini vitium vt & ſarmenta dicuntur, οἰναρίδων, ἀμπέλου κλημάτων, ſarmentorum vitis, exponit Galenus in Exegeſi, nimirum loco libt. 2. περὶ γυναικ. (pag. 289. 35.) ſubindicato, vbi ἐπὶ οἰναρίδων legitur, ſuper ſarmenta vitium. οἰναρίδες exponuntur Erotiano κλήματα τῆς ἀμπέλου, idque Atticè. οἴναρα verò τὰ τῆς ἀμπέλου φύλλα, vitis folia.

Οἰνιάδαι exponitur Erotiano πόλις αἰτωλίας, κειμένη παρὰ ταῖς ἀχελώου τοῦ ποταμοῦ πηγαῖς, Ætoliæ ciuitas ad Acheloi fluminis oſtia ſita. Verùm οἰνιάδαι aut οἰνιάδαι apud Erotianum legēdum exiſtimo, quemadmodum Stephano οἰνιάδαι πόλις ἀκαρνανίας πρὸς τῷ ἀχελώῳ dicitur. Apud Hippocratem verò οἰνιάδαι dicuntur libt. 5. Epid. (pag. 335. 6.) Σκόμφος ἐν Οἰνιάδῃσι. Scomphus in Oeniadis. Et rurſus (v. 8.) φοῖνιξ ἐν Οἰνιάδῃσι. Et (v. 13.) Εὐδήμου ἐν οἰνιάδῃσιν. Et (v. 16.) ἐν Οἰνιάδῃσιν ἀνὴρ νόσῳ εἴχετο. In Oeniadis quidam morbo tenebatur. Et (v. 23.) Εὐπόλεμος ἐν Οἰνιάδῃσιν. Et (verſ. 34.) Λύκων ἐν Οἰνιάδῃσι.

Οἰνοβαρεῖν, πίνειν quod eſt bibere exponit Erotianus apud Hip. ſed de vini potu dicitur, vt οἰνοῦσθαι vino impleti ſignificat.

Οἰνηρὴ ἴησις vinoſa curatio, quæ fit cum faſciæ vino imbuuntur, & fracturæ vino perfunduntur ac fouentur, vt lib. de fract. (p. 571. 22.) ἰητρεύειν δὲ τοὺς ἐπιδέσμους σπλῆνας ἢ τῇ οἰνηρῇ ἰητρείῃ, ὥσπερ καὶ πρόσθεν γέγραπται τῶν ἀποσχιζομένων ὀστέων. eoſque plagulis & vinoſa curatione, ſicut antea de receſſuris oſſib. ſcriptum eſt, curare oportet.

Οἰνόγαλα potionis genus quod ex vino & lacte mixtis parabatur. Cuius meminit Hippoc. lib. 7. Epid. (pag. trecenteſima ſexageſima tertia, ver. vigeſimo) & choleram morbum gignere ſcribit. Quidam vinum egelidum & tepidum veluti lac, aut lactei teporis, per οἰνόγαλα accipiunt, quòd γαλακτῶδες id ſignificet apud Medicos. Lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 260. 32.) colocynthides ſylueſtres duas ἐν οἰνογάλακτι maceratas ad vteri collutiones adhibet. Etſi illic ἐν ὄνου γάλακτι legit Cornarius. Et ibid. (p. 259. 45.) eaſdem colocynthides ἐν οἴνῳ ἢ ἐν γάλακτι macerat.

Οἶνος vinum, eſt vuæ ſuccus iam feruendo coctus, calefaciens & ſiccans Hippocrati libr. 2. περὶ διαίτης (p. 94. 27. Cuius etiam variæ & qualitates & differentiæ ibidem annumerantur, vt & lib. περὶ παθῶν (p. 187. 41. & 188. 12.) & lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 71. 39.).

Οἶνος ἀνδρεῖος exponitur Erotiano apud Hipp. ὁ εὔτονος, ἢ ὁ ἀπὸ ἄνδρου τῆς νήσου vinum generoſum aut ex Andro inſula. Vide ἀνδρεῖος οἶνος antea.

Οἶνος ἀνθοσμίας quid ſit Hippocrati diximus antea. Vide Ἀνθοσμίου οἴνου.

Οἶνος ὁ ἀπὸ δαιδὸς, vinum tædaceum quodnam ſit apud Hipp. Vide δαΐς.

Οἶνος ἀπεζεσμένος vinum ferueſactum ad malignorum humorum cōtemperationem adhibetur Hippocrati aph. 7. ſect. 6. libr. 6. Epid. Vinum abunde calidum exponit Gal. aut ita coctum vt σίραιον dictum æquare videatur, quod humorum acrimoniā tēperat.

Οἶνος γαλακτώδης quidnam ſit apud Hipp. lib. 6. Epid. Vide γάλα antea.

Οἶνος ὁ δεύτερος, vinum ſecundarium, libr. 2. de Morb. (p. 157. 49) ἔστι δὲ ὅτε οἶνον τὸν δεύτερον, interdum velut vinum ſecundarium.

Οἶνος διακεχυμένος, ἢ ἀποψυχόμενος, ἢ διηθούμενος, vinum diffuſum, perfrigeratum & excolatum dicitur apud Hipp. (lib. περὶ παθῶν (pag. 188. 12.) quò tenuius & debilius reddatur. Vina verò excolata ſaccata dicuntur & faccis percolata. Vnde Plinius lib. 19. cap. 4. vina inueterari ſaccisq; caſtrari quiritatur. Idem cap. 22. li. 14. vt plus vini capiatur, ſaccis vires frangi ſcribit. Et li. 20. cap. 17. aniſum ſaccis quoq; additū cum amaris nucib. vina commendare vult. Sic enim apud eum legunt quidam. Vina autem craſſiora, qualia erāt Maſſica aut Marſica, ſacco lineo percolare maiores conſueuiſſe, præter Lucretium, Horatium, Martialē, ex inſtituto docet Plutarch. lib. 6. Sympoſ. qu. 7. vbi vino excolato, veluti quadam purgatione, fœce detracta, vngues deſpoliari, vinumque per colum diffuſum effœminari elegantiſſimè ſcribit. Scribonius Largus cap. 122. falerni

non

non ſaccati mentionē faciens, valentius intelligit, & cuius vires ſacco non erant fractę aut caſtigatæ. ἠθικοὶ οἶνοι dicuntur & λεπτότεροι Theophraſto libr. 6. de cauſ. plant. cap. 24. vina moralia vertit Gaza, velut acie vini ac robore tanquam ferocitate exuta & moribus temperata. Vinum enim ſaccis ſparteis percolatum, virib. fractum eſt & caſtigatū. Vinum aūt diffuſum tranſuaſatum dicitur, quòd in amphoras & cados apothecarū ad aſſeruandum fuſum eſſet. Cui non abſimile eſt vinum apud noſtrates trāſuaſatum vernaculè dictum, quod ex vaſis ipſis in cados per tubos ſcorteos depoſita fœce transfunditur vere primo aut bruma ipſa ſereniſſima. Quod ob vetuſtatem fieri, quæ diffuſo quæritur, & vino maturitatē & ſuauitatem adfert, idq; in ſolo Mediomatricorum noſtrorum tractu, multis eſt iam ſęculis obſeruatum. Diffuſi verò vini ita meminit Hor. *Vina bibes iterum Tauro diffuſa*. Et Iuuen.
*Ipſe capillato diffuſum conſule potat.*

Et Ouid. 5. Faſt.

*Quaq́, puer quōdam primis diffuderat annis,*
*Promet fumoſo condita vina cado.*

Et Martialis lib. 2.

*Cæcuba ſaccentur, quaq́, annus coxit Opimi,*
*Condantur parco fuſca falerna vitro.*

M. quoq; Tullius lib. 2. de finibus, vinū diffuſum è pleno Oenophoro ex Lucilio ſcribit in delicijs eſſe. Etſi illîc defuſum, h. e. deorſum in pateram & poculum fuſum, legit Turnebus. Vino diffuſo doliare vinū opponitur, quod quia nouum eſt & durum, ἀγριώτερον, agreſtius dicitur Plutarcho quæſt. 1. lib. 4. ſympoſ. & τῷ ἀνθοσμίᾳ ἢ ἡμερίδῃ, vino veteri & miti fragrantiſſimo ex aduerſo reſpondet.

Οἶνος ἴσος ἴσῳ κεκραμένος, vinum pari aquæ portione temperatum epotū veteribus vſitata phraſi dixit Hip. aph. 56. lib. 7. qua moderatā temperaturam indicat. Sic enim eam mixturæ rationem ibi his verbis explicat Gal. τὴν συμμετρίαν τῆς κράσεως αὐτὸς ἐδήλωσεν εἰπὼν, οἶνος ἴσος ἴσῳ κεκραμένος. ὕδατι γὰρ δηλονότι κεράννυσθαι βούλεται τὸν οἶνον ἴσῳ, χρὴ τῷ, τὸ μὲν διώσασθαι καὶ κενῶσαι τὸ λυπηρὸν, ὅσον ἂν ὑπείκει τῇ ῥύμῃ τῆς τοῦ οἴνου φορᾶς, τὸ δὲ ὑπόλοιπον ἐπικεράσαι. Temperationis aūt modum indicauit his verbis, vinum pari aquæ portione mixtum epotū. Æqua enim aquæ portione vinum tēperari vult, vt hoc quidem tantùm moleſtę materię propellat & vacuet, quantum violento vini impetui eſt ceſſurum, reliquum verò humorum acrimoniam contemperet. Sic lib. 2. Epid. (p. 317. 26.) οἶνον κεκρημένον ἴσον ἴσῳ dicit, vinum æquali aquæ mixtura propinandum. Et rurſus ib. (p. 318. 22.) οἶνον ἴσον ἴσῳ. ad humorum contemperationem. Huiuſmodi verò vinum ἰσοκρατὴς οἶνος eidem vocatur li. 2. de Morb. (p. 149. 1. quod in febre exhibetur. Eam aūt miſcendi rationem per ἴσον ἴσῳ expreſſerunt antiqui, vt videre licet apud Athen. li. 10. Quem mixturæ modum multi de meraciore potu ſumendum contendunt ét apud Hip. aph. 56. li. 7. Quo ſenſu prouerbialem illam iactatam cautionem Græcam ſumunt, quę monet bibenda quinq; vel tria, ſed minimè quatuor. Quòd n. quatuor bibere vetat, ea temperatio eſt duorum aquæ cyathorū, ad duos vini, quæ potio antiquis meracior videbatur. Alij eā temperationē de vna vini parte ad quatuor aquæ ſumunt, quam caueri volunt, quòd ea mixtio vino & voluptatem adimat & ſalubritatem. Qua de re multa Athen. lib. 10. & Plutarch. ſympoſ. lib. 3. quæſt. 9.

Οἶνος κέδρινος, vinum cedrinum apud Hip. li. περὶ γυν. φύσ. (p. 227. 27.) & lib. 2. περὶ γυν. (p. 287. 24.)

Οἶνος μαλθακὸς aut μαλακὸς, vinum molle, vide μαλθακὸς ἐλλέβορος & μαλθακὸς οἶνος.

Οἶνος μελίχροος aut μελιχρὸς, vide μελίχροος οἶνος.

Οἶνος μένδαιος μελίχρως, vinum Mendæum mellitum, lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 196. 42.) Et rurſus ib. (p. 197. 21.) οἶνος μένδαιος λευκὸς, vinum Mendæum albū, & (p. 198. 1. & p. 200. 23.)

Οἶνος οἰνώδης, vinum vinoſum, generoſum, valēs & potens, quo ſæpè vtitur Hipp. vt libr. de loc. in homine (p. 70. 40.) ἀλλ' οἴνῳ οἰνώδει τρέφε, ſed vino vinoſo nutrito. Rurſus lib. 2. de Morb. (p. 146. 31) ἢ ἐπιπινέτω οἶνον οἰνώδεα ἀκρητέστερον, & vinum vinoſum meracius ſuperbibat. Et (p. 155. 45.) ἢ ἐπιπινέτω οἶνον λευκὸν οἰνώδεα, in febre ſingultuoſa. Et (p. 156. 8. 9.) & (pag. 157. 33.) Et lib. περὶ παθῶν (p. 187. 10.) ἐπιπίνειν δὲ οἶνον οἰνώδεα. Sic li. 2. περὶ γυν. (p. 269. 3.) ἐπιπινέτω δὲ οἶνον μέλανα παλαιὸν οἰνώδεα, vinum autem ſuperbibat nigrum vetus vinoſum. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 62. 42.) γλυκὺν τε καὶ οἰνώδεα οἶνον coniungit, & (pag. 71. 1.) vt & rurſus (v. 39.) γλυκὺς ἧσσον δὲ καρηβαρικώτερος τοῦ οἰνώδεος, vinum dulce vinoſo minus caput grauat & tentat. Rurſusquè ibidem (p. 108. 31.) in Tetano πίνειν οἶνον κριθινὸν οἰνώδεα ſuadet. Quibus in locis Erotianus οἶνον οἰνώδη, οὐχ ὥς τινες, τὸν ἁπαλὸν καὶ μόνην ἔμφασιν οἴνου ἐμφαίνοντα, ἀλλὰ μᾶλλον τὸν αὐστηρὸν καὶ εὔτονον, exponit, hoc eſt, non vt quidam, molle & ſolam vini ſpeciem præſeferens, ſed potiùs auſterum & valens. Vbi tamen non parum ſuſpecta mihi Erotiani lectio videtur. Nam ἰσχυρὸν non αὐστηρὸν legendum exiſtimo, vt ſit οἶνος οἰνώδης, ἰσχυρὸς & εὔτονος, vinum generoſum, robuſtum & valens; cui ἀσθενὴς, ἀσθενὴς & ὑδατώδης opponitur. Sic enim Galenus locum illum Hippocrat. libr. de rat. vict. in morb. quem Erotianus in medium adduxit, exponens ſcribit, ὀνομάζεται δὲ ὁ μὲν ἰσχυρὸς οἰνώδης, ὁ δὲ ἀσθενὴς ὑδατώδης. ὁ γὰρ ὕδατος οἶνος πλεονεκτοῦν μᾶλλον, τοῦτον ὅταν ἔν τινι θεασώμεθα σφοδρότατον ὑπάρχοντα, εἰκότως οἰνώδη καλοῦμεν. ὥσπερ γε καὶ τοὐναντίον ὑδατώδη, τῷ ὕδατι μάλιστα κατὰ πάντα ἐοικότα, καὶ τῇ λεπτότητι, καὶ τῇ χρόᾳ, καὶ τῷ ἄοσμον, ἢ τῷ μὴ θερμαίνειν ἐπιφανῶς. Appellatur autem robuſtum vinoſum, imbecillum verò aquoſum. Nempe vinum vbi aquam longè ſuperat, idque ſi in aliquo vehementiſſimum eſſe videbimus, iure vinoſum appellabimus, ſicuti & contrarium aquoſum, aquæ per omnia ſimile, tenuitate & colore, & odoris caren-

tia,& non manifeſta calefactione. Etſi verò γλυκὺν οἶνον καὶ οἰνώδη ἀντιδιαστελλόμενος (vt loquitur Erotianus) inter ſe opponere videtur Hippocrat. αὐστηρὸς tamen οἶνος τῷ γλυκεῖ ſecundum guſtum opponitur, eſtque in eo genere vini differentia. Apparet autem ex Erotiani mente quoſdam apud Hippocratem οἰνώδη οἶνον, ἁπαλὸν & debile velut aquoſum ſæpè ſumpſiſſe, quòd is ὑδαρέα aliquando addat, vt lib. 2. de Morb. (pagina centeſima quadrageſima octaua, verſ. trigeſimo) καὶ ἐπιπινέτω οἶνον λευκὸν οἰνώδεα, ὑδαρέα. vinum album vinoſum, aquoſum inſuper bibat. Et rurſus (p. centeſima quadrageſima nona, v. vigeſimo octauo) καὶ πινέτω οἶνον λευκὸν, οἰνώδεα, ὑδαρέα ὀλίγον. & bibat vinum album vinoſum, aquoſum paucum. Et (v. 46.) καὶ μεταπινέτω οἶνον λευκὸν ὑδαρέα. Et (pagina centeſima quinquageſima quinta, verſ. quadrageſimo quinto) καὶ οἶνον ἐπιπινέτω λευκὸν οἰνώδεα. Et (v. 38.) καὶ ἐπιπινέτω οἶνον οἰνώδεα, λευκὸν, ὑδαρέα. Lib. etiam περὶ παθῶν (pagina centeſima octuageſima ſexta, verſ. trigeſimo quarto) πίνειν οἶνον οἰνώδεα, παλαιὸν, λευκὸν, ὡς ὑδαρέα. Quibus in locis odoratum quidam vertunt, vt εὐώδεα legiſſe videantur. Eſt & οἶνος οἰνώδης πράμνιος apud Hippocratem, lib. 1. περὶ γυν. (pagina ducenteſima quadrageſima ſexta, verſ. trigeſimo tertio) καὶ ἐπιπιέτω οἶνον οἰνώδεα πράμνιον. ſuperepoto vino vinoſo pramnio.

Οἶνος σιραιος, ſapa dicitur. Erotianus apud Hippocratem οἴνῳ σιραίῳ, τῷ ἑψήματι λεγομένῳ exponit, ſapa dicto. Quod certè legitur lib. 1. περὶ γυναικ. (pagina ducenteſima quinquageſima prima, verſ. decimo tertio) de vteri vlceribus, κλύζειν δὲ χρὴ αὐτίκα οἴνῳ σιραίῳ, ſtatim autem ſapa colluere oportet. Et rurſus lib. 2. (p. 284. 6.) ἐν οἴνῳ τι φορυῦ σιραίῳ, & ſapa ſubigere.

Οἶνος συκίτης, vinum ſycites ex ficubus, quod fit caricis maceratis vt docet Dioſcorid. lib. 5. cap. 41. Eius meminit Plinius libr. 14. cap. 16. & Galen. libr. 6. κατὰ τόπ. ex Archigene in tonſillarum aut columellæ inflammatione ſycites vinum calidum adhibente (p. 248. 55. & 57.)

Οἶνοι ἐκ ψιθίου λευκοὶ, vina alba ex vuis paſſis, libr. 3. de Morb. (p. 165. 25.)

Οἶνος τεθαλασσωμένος, vinum cui marina aqua admixta eſt dicitur, & θαλασσίτης οἶνος, aut θαλασσίτης. Cui opponitur οἶνος ἀθάλασσος, vinum cui marina aqua non eſt ammixta, quod & ἀπαράχυτος οἶνος dicitur Galeno lib. 12. Meth. med. velut Chium maris expers dicit Hor. Satyr. 8. lib. 2. Serm. Marinæ autem aquæ miſcendæ rationem docet Dioſcorid. lib. 5. & Columella lib. 12. cap. 25. Huiuſmodi vinum marina ammixtum Plin. ſalſum vocat cap. 8. lib. 14. eiuſque genera ſeptem facit. Cornelius quoque Celſus Græcum ſalſum vocat cap. 24. libr. 3. quod marina aqua eſt permixtum, vt integrum quod ἀθάλασσον dicitur. Cap. etiam 6. lib. 1. ſalſum ſimpliciter vocat. Græcorum autem id inuentum erat, qui ignobilia quidem vina & minimè generoſa aqua marina condiebant, vt ſcribit Gal. lib. 12. Meth. med. Quã mixtionis rationem etiam explicat Plutarch. quæſt. nat. quæſt. 10. οἴνων autem ἀθαλάσσων meminit Gal. ex Archigene lib. 4. κατὰ τόπ. (p. 219. 54. & p. 221. 3. & 9. & Athenæus lib. 1. vt τεθαλασσωμένου meminit Gal. com. 4. in li. de rat. vict. in morb. ac. (p. 87. 56.)

Οἶνος τόρνιος, vinum Tornium libr. 2. de Morb. (p. 150. 29.)

Οἰνοφλυγίη, vinolentia, ebrietas, vini nimius potus. Qua dictione vtitur Hip. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 202. 25.) γίνεται δὲ ἀπὸ κρεωφαγίης βοείων κρεῶν, καὶ ἐξ οἰνοφλυγίης. Oritur autem ex eſu bubularum carnium & temulentia. Rurſus ib. (pag. 204. 13.) ἀπέχεσθαι δὲ λαγνείης καὶ οἰνοφλυγίης. Abſtinendum à Venere & ebrietate. οἰνοφλυγίαι μέθαι exponũtur Heſychio, vt & οἰνόφλυξ μέθυσος, vinoſus, ebrius, temulentus, qui vinum eructat aut ebullit. Pror. (p. 414. 2) εἰ γὰρ εἶεν οἱ ἄνθρωποι οἰνόφλυγες εἶεν. Si enim huiuſmodi ebrioſi aut temulenti fuerint.

Οἰνωπὸν χρῶμα, vinoſus color, qualis vuarũ maturèſcentiũ cùm ex rubro nigricãt & ſplendent, aut in purpuram & nigrum tranſitus fit. Ad nigrum enim quædam eſt via in fructibus matureſcentibus, qui tunc ſuccos vinoſos babẽt, vt ſcribit Ariſt. libello περὶ χρωμάτ. cap. 5. Idem quoq; eiuſdem lib. cap. 4. οἰνωπὸν χρῶμα ex nigri ſynceri & impermixti temperatione cum ſplendentibus aëris fulgoribus fieri ſcribit, & in racemorum vuis matureſcentibus ſpectari. Gaza apud Theophr. lib. 3. hiſt. plant. cap. 16. & 17. fuluum vertit, & lib. 9. cap. 13. cœruleum & cum rubro coniungit. οἰνωπὸς δὲ exponuntur apud Hom. Od. ν. πυῤῥοί, ἢ διὰ τὸ, οἶνος ἐρυθρὸς, vt ſcribit Euſtathius. Dicuntur etiam οἴνοπα μέλανος, διὰ τὸ, μέλας οἶνος, eaq; ratione ſępè οἴνοπα πόντον vocãt Hom. οἴνοπα μέλανα, οἰνώδη τῇ χροιᾷ exponit Heſych. Hipp. lib. 7. Epid. (p. 352. 47.) οἰνωπὰ χρώματα in dyſenteria ponit, aluiq; recremẽta impẽsè rubra & quodammodo ex rubro nigricantia ſumit, cumq; ſubrubris coniungit. At lib. περὶ γυν. φύσ. (p. 213. 42.) & libr. 2. περὶ γυν. (p. 265. 1.) οἰνωπαὶ γυναῖκες aut οἰνωπαὶ dicuntur, quas inter albidas & nigras medias facit, ſubfuſcas vertit Caluus.

Οἰὸς σῶμα, γίνεται προβάτι, ouis gulam apud Hip. exponit Erot. additque, διὰ γὰρ τὸ προβάτιον, & καὶ οἰὸς τοῦ προβάτου, quod eſt, ouem προβάτιον dici, & σῶμα communiter homini attribui. At pro σῶμα, στόμαχον quædam habent exẽplaria.

Οἰσοφάγος exponitur Galeno in Exegeſi apud Hippocratem, ὁ τῆς γαστρὸς στόμαχος, παρὰ τὸ εἴσω φάγειν τὰ ὄν. ventriculi oſculum, quaſi intro deuorans, vel παρὰ τὸ οἰοφάγος τίς ὤν, quaſi ſolus comedens dictus, vt quidam legunt. Eſt enim vitiata publicatorum codicum lectio. Via autem eſt cibi per quam in ventriculum cibus & potus feruntur, inde aſſumpto nomine quòd ea ferat. Videtur verò mihi Galenus libellũ Hip. περὶ ἀνατομῆς ſignificare, in quo ſcribitur (p. 54. 35.) οἰσοφάγος δὲ ἀπὸ ſκαιόσεως τῆς ἀρχὴν ποιεύμενος, ἐς κοιλίην τελευτᾷ, ὅν δὴ καὶ ἐπὶ στομάχου καλέουσι.

κοιλίας, στόμαχον καλέουσι. Gula autem à lingua initium ſumens, in ventriculum deſinit, quam in concoquente ventriculo στόμαχον, hoc eſt, oſculum nominant. Aut vt legit Cornarius, ἣν δὴ καὶ ὀξυστόμαχος κοιλίης στόμαχον καλέουσι. quam ſanè ſignificanter ventriculi στόμαχον, hoc eſt, oſculum vocant. Οἰσοφάγου etiam meminit Hippocrat. lib. de loc. in homine (pag. ſexageſima quarta, verſ. trigeſimo primo) ἡ δὲ κοίλη φλὲψ τελευτᾷ μὲν ὡς ὁ οἰσοφάγος, πέφυκε δὲ μεταξὺ τοῦ τε βρόγχου καὶ τοῦ οἰσοφάγου. Caua autem vena finitur velut gula, conſiſtit autem inter guttur & gulam. οἰσοφάγον autem ſtomachum etiam Latinis dici teſtatur Corn. Celſus cap. 1. & 5. libr. 4. & M. Tullius libr. 2. de nat. deorum ſcribens: Linguam autem ad radices eius hærens excipit ſtomachus, quò primùm illabuntur ea quæ accepta ſunt ore. Is vtraque ex parte tonſillas attingens, palato extremo atque intimo terminatur. Atque is agitatione & motibus linguæ cùm depulſum & quaſi detruſum cibum accipit, depellit. Et paulò pòſt: Paulò ſuprà quàm ad linguam ſtomachus annectitur. Vbi ſtomachus pro gula & œſophago accipitur.

Οἰσύπη aut οἴσυπος propriè eſt ſordes ouium, ſeu fimus ouillus apud Hippocr. Erotianus enim οἰσύπην αἰγὸς ſic apud eum exponit. οἰσύπη κυρίως λέγεται τὸ διαχώρημα τοῦ προβάτου. καὶ γὰρ ὄϊς τὸ πρόβατον. οἰσύπη propriè dicitur ouillum excrementum. Ouis enim πρόβατον dicitur. Additque Hippocratem κατακεχρῆσθαι οἰσύπην vocare, τὸ τῆς αἰγὸς διαχώρημα, caprillum excrementum. Inde quoque οἰσυπηρὰ ἔρια dici, τὰ μετέχοντα τῆς οἰσύπης, ἢ τοῦ οἰσύπου. Vtroque enim modo dicitur. Quibus certè verbis locum libr. 2. περὶ γυναικ. (pagina ducenteſima octuageſima ſexta, verſ. decimo) explicare mihi videtur, vbi in locellorum ſuffitu τὸ λεγόμενον οἰσύπη αἰγὸς ξηρὰ, hoc eſt, ſordes ſeu fimus ouillus ſiccus, præcipuè lanæ circa nates adhæreſcens, adhibetur, ſeu ſordes quæ lanæ ex fimo ouillo adhæret. Sic Galeno in Exegeſi οἰσύπη αἰγὸς (eodem nimirum ſubindicato loco) exponitur, ὁ περὶ τὰς θριξὶ τῆς αἰγὸς ἐχόμενος ἐν τῇ ἕδρᾳ ῥύπος, καὶ μάλιστα τῆς κατὰ τὴν ἕδραν συνεστηκὼς ῥύπος, ſordes circa capræ pilos ad nates conſiſtens. Etſi apud Galenum οἴσπη pro οἰσύπη quibuſdam in exemplaribus legitur. Quemadmodum Heſychio οἴσπη, προβάτων κόπρος, ῥύπος, & Sudæ apud Herodotum, οἴσπη, ῥυπαρὸν προβάτων ἔριον exponũtur. Annotatur ex Corintho apud Ionas οἰσύπη ſignificare τὸ τῶν ῥυπαρῶν προβάτων ἔριον, ἢ τὸ διαχώρημα τοῦ προβάτου, lanam ſordidam aut ſuccidam, vel ſtercus ouillum. Verùm σισύπη vitioſè pro οἰσύπη legitur. Et in Lexico Herodotæo οἰσύπη ῥυπώδη προβάτων ἔρια dicuntur, ſordes ouium lanis adhæreſcens. Qua ſignificatione ſcribitur apud Herodotum lib. 5. vbi de Libyæ populis agitur. τῶν παιδίων τῶν σφετέρων οἰσύπῃ προβάτων καίουσι τὰς ἐν τῇσι κορυφῇσι φλέβας. At οἴσυπος Heſychio exponitur ὁ τῆς αἰγὸς ῥύπος, caprarum ſordes, quam etiam ſignificationem teſtatur Erotianus. frequentius autem οἰσύπη dicitur ouium ſordes earum lanis adhæreſcens, aut etiam pinguedo quæ ex iis ſordibus exprimitur. Vt Dioſcoridi cap. 84. lib. 2. οἴσυπος dicitur τὸ ἐκ τῶν οἰσυπηρῶν ἐρίων λίπος, ſuccidarum lanarum pinguitudo, eiuſque extrahendæ rationem docet. Quam etiam ex eo tranſcripſit Plinius cap. 2. libr. 29. Vbi quoque ſcribit ipſas ſordes pecudum ſudoremque feminum & alarum adhærentes lanis (œſypum vocant) innumeros prope vſus habere. Quin & œſypi meminit quod ex Atticarum ouium lanis colligitur, vt & Ouidius,

*Oeſypa quid redolent, quamuis mittantur Athenis,*
*Demptus ab immunda vellere ſuccus ouis?*

At pro οἰσύπου ὕσσωπος & ὕσωπος ſæpè vitioſè ſcribitur, tum apud Latinos, tum apud Græcos, vt & ὑσσωπηρὰ ἔρια pro οἰσυπηρά, quæ ῥυπώδη, hoc eſt lanæ ſordidæ dicuntur & œſypum redolentes, aut œſypo imbutæ & ſuccidæ, quòd ſudoris ſordibus & ſucco ſint imbutæ, aut quòd tales primùm ſucciduntur & detondentur. ἔρια πινόεντα & πινώδη dicuntur Hippocrati. πίνος enim lanarum ſordes & œſypum ſignificat, & πίνος ὁ ῥύπος dicitur Erotiano, vnde πινηρὰ ἔρια. οἰσυπῶντα ἔρια etiam vocantur Hippocrati lib. de vlcerib. (pag. 517. 1.) vt & οἰσυπώδεα ibidem (pagina quingenteſima decima quarta, verſ. quadrageſimo quarto) & οἰσυπωδέστατα (p. quingenteſima decima quinta, verſ. quadrageſimo nono.) Eſt & οἰσυπὶς idem quod οἰσύπη, & lanarum ſordem aut lanam ſordidam & ſuccidam ſignificat. Nam & Galen. in Exegeſi οἰσυπίδας exponit προβάτων ῥύπον, ἤγουν ἔριον ῥυπαρόν. Vbi etiam in quibuſdam exemplaribus adſcribitur, οἰσυπίδες προβάτων ῥύπος, συνεστραμμένος. δηλοῖ δὲ καὶ ἐρίου ῥυπαροῦ μαλλόν. vt οἰσυπίδες dicantur ouium ſordes collectæ & conglobatæ, aut lanæ ſordidæ tomentum, aut glomeratus & collectus quidam cumulus. ſi modò vera illa ſcriptura eſt, ac niſi potiùs μαλλὸν legendum videatur, vt concinnata & carpta lana, ac velut promiſſior concinnata accipiatur. οἰσυπίδες autem adhibentur Hippocrati lib. de vlceribus (pagina quingenteſima decima quinta, verſic. vndecimo) in medicamento ad cruenta vulnera, vbi lanam ſuccidam vſtam aut lanarum ſuccidarum tomentum carptum intelligi diximus, ſimulque huius loci ſubmonuimus.

¶ Ὄκλασις idem quod ὄκλασμα, genuum flexio, cùm quis genibus flexis in crura & talos ſedet aut ſubſidit. Sic enim hanc dictionem exponit Erotianus apud Hippoc. additque, ὀκλάσαι λέγεται τὸ ἐπὶ τὰς κνήμας καὶ τὰς πτέρνας κάμψαντα τὰ γόνατα καθίσαι. ὀκλάσαι dicitur flexis ſeu ſubmiſſis genibus in ſuras & talos ſubſidere. Vſurpatur autem hæc dictio ab

Hippocr. lib. de art. (p. 660. 53) ἐς ὄκλασιν ἀφιέναι τὸ σῶμα, vt corpus genibus flexis in ſuras & talos ſubſidat permiſeris. Vbi tamen ἀμφιέναι pro ἀφιέναι vitioſè legitur in quibuſdam exemplaribus. Vt & in Mochlico (pag. 509. 15) vbi eadem locutio repetitur, ἐς ὄκλασιν ἀφεῖναι pro ἀφιέναι. Hinc ὀκλὰξ τὸ ἐπὶ γονὺ & in genua flexus dicitur. Qua dictione vtitur Hipp. libello περὶ αἱμοῤῥοΐδων (p. 520. 38.) καθίσας οὖν τὸν ἄνθρωπον ὀκλὰξ ἐπὶ ὄλμων δύο, σκόπει. Homine igitur genibus flexis ſupra duos lapides collocato, anum inſpice. Vnde μεταοκλάζει Homero Il. ν. (v. 281.) eſt incuruatis & flexis genibus ſedere, & de viro timido dicitur qui ἐγκλίνει τὰ γόνατα διὰ δειλίαν μεταοκλάζων.

Ὀκνέω, quod eſt, cunctari, pigrari, ignauum aut ſegnem eſſe in aliquid agendo, μὴ δυνάσθαι exponit Erotianus apud Hippocr. non poſſe, hoc adducto loco, ὅσοι κατοκνέουσιν ὀρθοῦσθαι, ii in dirigendo corpore ignauiter ſe gerunt, pigri ſunt aut ſegnes, hoc eſt erigere ſe nequeunt. Quod legitur in Mochlico (pag. 508. 11.) (pro quo ſcribitur lib. de art. (p. 629. 39.) οἱ μὲν πλεῖστοι καταβλακεύουσι τὴν διόρθωσιν τοῦ σώματος, in dirigendo corpore negligenter ſe gerunt, vt ſit κατοκνεῖν καταβλακεύειν apud Hippocratem. Idem etiam ὤκνησεν εὐλαβήθη apud eũdem exponit, quod eſt reueritus eſt, metuit, aut metu eſt deterritus, aut aliquid aggredi recuſauit. Sic li. de rat. vic. in morb. ac. (p. 58. 45) eos qui præter conſuetudinem bis die cibum capiunt, ἀσθενέας καὶ ὀκνηρὺς eſſe dicit, hoc eſt debiles & pigros, quiq; oppreſſis viribus opus aggredi detrectent & refugiant. Hinc ἀόκνως impigrè, promptè, alacriter, libr. de art. (p. 608. 10.) διορθοῦν ἀόκνως, promptè dirigere. Et rurſus (v. 50.) τήν τε διόρθωσιν τὴν πρώτην ἀόκνως χρὴ ποιέεσθαι μηδὲν ἐπιλείποντα, primaque illa directio impigrè facienda, nihil prætermittendo.

Ὄκρις exponitur Galeno in Exeg. vocum Hip. ἐξοχὴ προμήκης, eminentia aut prominentia oblonga. Sed melius ὄκρις ſcribatur, vt Varino, velut ἄκρις, ſummum cacumẽ, aut montium & rupium eminentia (vt in ἄκρις antea ſcripſimus, vbi etiam locum Hippocratis in quo ὄκρις reponi debeat ſubnotauimus.) Sũt enim αἱ ἄκραι, ἐξοχαί. Ab ὄκρις autem ὀκριοειδὴς deducitur, eminentias prolongas habens. Quam dictionem vſurpat Hippocr. lib. de art. (p. 606. 26.) πῶροι γὰρ πώποτε ἐπιπώρωμα ἴσχει ἡ ῥὶς, καὶ ὀκριοειδεστέρη ἔστι γίνεται. In iis enim nares callo obducuntur, & prominentiam quandam oblongiorem habẽt. Significat autem nares fractas obducto callo longiùs quodammodo prominere, niſi id vinculo coërceatur & repellatur dum callus gignitur. Ὀκριόεις etiam ab ὄκρις deducitur, ἔχων ἄκρας τὰς ὀξύτητας, vt exponit Euſtath. qui habet acutas eminentias, aut oblõgas prominentias. Vt λίθος ὀκριόεις Homero Il. θ. (v. 327.) & μάρμαρος ὀκριόεις Od. ι. (v. 499.) marmor prominentias habens acutas. Sic enim legiſſe videtur Heſych. etſi μαρμάρῳ ὀκριόεντι legitur, & Scholiaſtes τραχεῖ explicat, quãuis apud eũ ἀκριόεντι vitioſè ſcribitur, pro ἀκριόεντι aut ὀκριόεντι. Alii ὄκρεν τραχὺν λίθον exponunt, lapidem aſperum, vnde & ὀκριὸς Heſychio ὁ τραχὺς λίθος, lapis aſper, & ὀκριάζων τραχυνόμενος, & ὀκριᾶσθαι τραχύνεσθαι, aſperari ſeu exaſperari exponitur, & ὀκριόωντο, ἐτραχύνοντο, ὠργίζοντο apud Homerum idem explicat, additque id metaphoricè dictum eſſe ἀπὸ τῶν ἄκρας πολλὰς ἐχόντων λίθων, à lapidibus multa cacumina habentibus. Sed idem ὀκριόεν, τραχὺ, σκληρὸν, στερεὸν, ὀργίλον aſperum, durum, rigidum, & ὀκριόωντα τραχεῖ, & ὀκριόωντα ἐτραχύνοντο ſcribit. vnde apud Hip. ὀκριοειδεστέρην ῥῖνα aliquãdo aſperiores effectas nares vertunt interpretes, quòd illa calloſa prominentia nares exaſperet. Dicitur etiam ὀκριόεν φρικῶδες Heſychio rigidum, horrendum, & ὀκριόεσσα φρίκη, χαλεπή, ex Il. ζ. (v. 344.) vnde apud Homerum Il. ε. (v. 740.) de ægide Palladis, ἐν δ' ἔρις ἐν δ' ἀλκή, ἐν δὲ κρυόεσσα ἰωκή. in quibuſdam codicibus ἐν δ' ὀκριόεσσα legitur, vt & legit Scholiaſtes, qui φρικτὴν exponit; horrendas minas. Ὄκρις ſcribit Varinus, ἐξοχὴ μεγίστη παρὰ τὸ ἐπικεῖσθαι. Ὄκνις Erotiano exponitur τραχύτης aſperitas, pro quo ὄκρις ſcribẽdum diximus antea in ἄκρις, & ad Hip. locũ retulimus. Aliòqui hanc vocem Erotiano eſſe prætermiſſam mirari ſubit.

¶ Ὀλερὸν θολῶδες ἢ μέλαν, grauedolens aut nigrum exponit Gal. in Exegeſi vocum Hippoc. ἀπὸ τοῦ τῆς σηπίας ὄλου (ὀλοῦ tamen malim) Sepiæ enim atramentum ὀλὸν aut ὀλὸς & θολὸς dicitur. Vnde exiſtimo Galenum ὀλερὸν legiſſe quod θολερὸν ſcribitur apud Hippocr. in vulgatis exemplaribus, vt libr. 1. περὶ γυναικ. (p. 144. 44.) in menſtruæ purgationis retentione πτύελον θολερὸν ponitur, quod ſputum graueolens aut nigrum dici poteſt. Nam & θολερὸν θολῶδες exponi ſcribit Gal. in fine cõm. 2. in Prorrh. Idem etiam ὀλώδεα θολερὰ apud Hippocr. exponit, vt dicemus poſtea. ὀλερὸν, βορβορῶδες, τεταραγμένον exponitur, hoc eſt, cœnoſum, turbulentum. Quam ſignificationem dictioni θολερὸν antea adſcripſimus. ὄλβον tamen vitioſè ſcribitur apud Heſych.

Ὀλιγωροτέρη φύσις ἡ γυναικείη, natura muliebris ignaua magis, hoc eſt animi puſilli & imminuti. Lib. περὶ παρθενίων (p. 213. 11.) vbi etiam ἀθυμοτέρη iungitur, vt ſignificet mulierem animo magis remiſſo, deiecto, ac puſillo q̃ virum.

Ὀλιγοφόρος οἶνος, vinum aquoſum & paucam ferẽs aquam, quodq; vt bibatur minima eget aquæ mixtione, ideoq; tenue eſt & debile. Cuius meminit Hippocr. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 77. 40.) de mulſa agens, αὐτὴ καὶ οἴνου λευκοῦ καὶ λεπτοῦ, καὶ ὀλιγοφόρου, καὶ ἀνόσμου, ἢ μὲν ἰσχυρότερόν ἐστιν, ἢ δὲ ἀσθενέστερον. Sed & vino albo, tenui, paucifero & inodoro, quodãmodo eſt validius, quodãmodo ẽt debilius. Vbi ſcribit Gal. καλεῖται γὰρ ὀλιγοφόρος ὁ τῆς τοῦ ὕδατος μίξεως ὀλιγίστης χρῄζων εἰς τὸ πίνεσθαι. κατὰ τὸ ἐναντίον γὰρ ὁ πολλοῦ δεόμενος ὕδατος εἰς εὐκρασίαν, ὀνομάζεται πολυφόρος, ὡς ἴσως τοῦ πολὺ φέρειν ὕδατος δεόμενος εἰς τὴν εὔκρατον μίξιν. ὁ δὲ ὀλιγοφόρος οἶνος ἐκλυτός τε καὶ ἀσθενὴς καὶ ἄχρηστος εἰς πολλὰ γίνεται.

χέονται, εἰ πλεῖον κεράσεις ὕδατι. Vocatur enim vinum pauciferum, quod vt bibatur minima indiget aquæ mixtione. Contrario verò modo multiferum nominatur, quod vt bene temperetur multa aqua indiget, perinde ac ſi dicas, quod ad temperatam mixtionem multam aquam ferre poteſt. At vinum pauciferum exolutum & imbecillum & ad potum inutile exiſtit, ſi multa aqua diluetis.

Ὀλιγοψυχεῖν cùm quis puſillo eſt animo, verùm λειποψυχεῖν ſignificare videtur lib. 7. Epid. (p. 360. 11.) vbi animus deficit, & paruum animi deliquium. ἔσθ' ὅτε ὀλιγοψυχίη εἶχε. interdumq; paruũ animi deliquium detinebat.

Ὀλισθαίνειν, quod eſt prolabi, excidere, & toto loco moueri, dicitur de articulis aut oſſibus quæ luxantur & excidunt, ſuiſque ſedibus ex toto elabuntur, quod ἐξαρθρεῖν dicitur: Quamuis quidam de articulatione quæ paululum nec ex toto naturali ſede exceſſit ὀλισθαίνειν dici contendant, & παραρθρεῖν ſignificare, vt ſcribit Gal. Com. 2. in lib. de fract. (p. 549. 39.) Hac notione ſcribit Hippocrates initio libri de articulis ὤμου ἄρθρον ὀλισθάνον ἐς τὴν μασχάλην, humeri articulum in alam prolapſum, cùm humeri caput eo ſinu in quo recipitur, ex toto mouetur. Quæ luxatio maxima eſt cùm tota ſua ſede excidat. Sic ὀλισθήματα dicuntur Hippocrati integræ oſſium elapſiones & luxationes, διακινήματα verò paruæ, ac velut emotiones. Sic enim exponit Gal. Comm. 3. in lib. de fract. (pag. 572. 46.) ὀλισθήματα videntur dici Celſo cùm oſſa toto loco mota ſunt, διακινήματα verò, vbi paulùm exceſſerunt, cap. 14. lib. 8. Authori Definit. Med. (p. 493. 7.) ὀλίσθημα dicitur τῶν κατ' ἄρθρον ἢ κατ' ἐμβολὴν κειμένων ὀστῶν φορὰ εἰς τὸ παρὰ φύσιν. cũ oſſa, quæ vel articuli vel coagmentationis beneficio mouentur, extra naturam ſunt delata. Eſt & ὄλισθος Hippocrati idem quod ὀλίσθησις aut ὀλίσθημα, in Mochlico (pag. 8. 1.) δακτύλου δὲ ἄρθρου ὄλισθος μὲν εὔγνωστος, οὐ δεῖ γράφειν. Articuli digiti luxatio facilis quidem cognitu, ſcriptione non indiget. Alioqui ὄλισθον lubricitatem ſignificat, & de ſputo dicitur quod lubricum fit & λεῖον, facileque educitur neque alicubi hæret, vt libr. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 79. 15.) de oxymelite, εἰ γὰρ ἀνάγει μὲν τὰ ἐγχρέμπτοντα, καὶ ὄλισθον ἐμποιέει. Quòd ſi quæ ſtridulam in faucibus aſperitatem faciunt educeret, & lubricitatem induceret. Vbi etiam de faucium aut gutturis lubricitate ſumi poteſt, quò faciliùs ſputum expuatur, ac necubi in via hæreat. Sic ibidem (pag. 47. v. 54.) τῆς πτισάνης τὸ ὀλισθηρὸν, hoc eſt ptiſſanæ lubricitatem commendat, quæ efficit ne hordeũ deuotatum in via ad thoracem, hoc eſt, in gula ipſa, alicubi reſtitet aut adhæreſcat. Ideóq; ibidem ὀλισθηροτάτην τὴν πτισάνην, lubriciſſimam ptiſanam & maximè coctam probat. Et libr. de art. (pag. 588. 2.) totum articuli locum in macilentis à muco ὀλισθηρὸν hoc eſt lubricum eſſe ſcribit.

Ὀλισθρίζοντα ὀλισθαίνοντα apud Hippocr. explicat Galen. in Exegeſi, prolabentia, excidentia. Verùm vbi vulgò ὀλισθαίνοντα legitur, ὀλισθρίζοντα legiſſe videtur Gal. vt lib. de fract. (pag. 575. 9.) ἀλλὰ τὰ μὲν ἔξω καὶ ἔσω ὀλισθαίνοντα. Verùm vbi extrorſum & introrſum prolapſa ſunt. Et lib. de art. (pag. 641. 24.) τὰ ἄρθρα τὰ ἐκπίπτοντα καὶ τὰ ὀλισθαίνοντα, articuli qui excidunt & elabuntur.

Ὁλκάδες exponuntur Erotiano apud Hippocr. τὰ φορτηγὰ πλοιάρια, naues onerariæ. Quæ dictio vſurpatur libr. περὶ φυσῶν (pag. 118. 25.) ὁλκάδες τε ἄπειροι τὸ μέγεθος, ἐς ὕψος διαρριπτέονται. naues etiam onerariæ immenſæ magnitudinis, in altum diſiiciuntur. Ὁλκὰς exponitur Heſychio, πλοῖον, ναῦς φορτηγός.

Ὁλκὴ attractionem ſignificat, vt libr. 1. περὶ γυναικ. (pag. 246. 46.) ὁλκὴν ποιέεσθαι attractionem facere, de medicamento, cuius appoſitu naribus odor attrahitur. Quod libr. περὶ γυναικ. φύσ. eadem in re dicitur (pag. 218. 32.) ἕλκειν τὴν ἀτμίδα ἐς τὸ στόμα καὶ τὰς ῥῖνας προσίσχειν. ore & admotis naribus medicamenti nidorem attrahere.

Ὁλκιμον dicitur quod trahitur & ducitur, & in varias partes tractum ſequax eſt, non diuellitur aut diſſipatur; ſed perpetuum eſt, velut quæ lenta ſunt & tenacia aut glutinoſa, quale eſt viſcum, vt ſcribit Gal. Com. 2. in lib. de art. (pag. 607. 20.) Hinc ἐνόλκιμον ἄλητον ibidem dicitur Hippocrati; farina quæ facilè ducitur & ſequax eſt; hoc eſt lenta & tenax. Idem Gal. libr. 2. de loc. affect. (pag. 266. 12.) ὁλκιμον πόνον τοῦ ἥπατος ex Archigene exponens, ſcribit ὁλκιμον vſitatâ ſignificatione, τὸ γλίσχρον, hoc eſt viſcidum indicare, vt viſcum, quodque vna parte tracta, per ipſam reliquum illi continuum attrahere poteſt. Sic paſtam ex frumento ὁλκιμον dici, maximè ſi accuratè ſubacta fuerit, ex hordeo vero aut milio minimè ſic vocari; quod duci aut trahi nequeat. Qua ſignificatione ὁλκιμος πόνος hepatis dici nequeat. Proinde ὁλκιμον quibuſdam dici ſcribit, cùm hepar vel inflammatum, vel induratum iugulum detrahit, quibuſdam etiam diuturnum, aliis quoque moderatum. Aliis quoque ὁλκιμον βραδὺ καὶ βαρὺ, hoc eſt tardum & graue ſignificare, vel τὸ βάρους ἔμφασιν ἔχον, quod grauitatis ſpeciem præſefert: ἐνομάζεσθαι γὰρ ἐν τῇ συνηθείᾳ κατὰ τοῦ βάρους τὴν ὁλκήν: vſu enim receptum, vt de grauitate ὁλκὴ dicatur.

Ὁλοκονῖτις exponitur à Galeno in Exeg. βοτάνη τις ἀγρία λαχανώδης, herba quædam agreſtis oleracea. lib. 1. περὶ γυν. (p. 257. 49.) ὁλοκονιτίδος τῆς γλυκείης ῥίζα ſcribitur, Holoconitidis dulcis radix, velut bulbus, & parua vt oliua. Quidam dulichinum eſſe exiſtimant.

Ὄλον τὸ μέλαν τῆς σηπίας, hoc eſt ſepiæ atramentum exponit Galenus apud Hippocratem in Exeg. ὀλὸν verò ſcribit Varinus. Ὄλος autem Heſychio dicitur τὸ μέλαν τῆς σηπίας, vt ὄλος Sudæ & idem quod θολὸς ſepiæ atramentum. At ὀλὸν pro θολὸν mihi videtur legiſſe Gal. lib. 2. de Morb. (pag. 157. 49.) aut certè locum lib. 4. Epid. (pag. 330. 26.) ſubin-

dicaſſe, ὀλοφλυκτίδες ἢ χάλαζαι, ſimilia ſepiæ atramento purgatione reiecta ſunt, hoc eſt atra & nigra. (Etſi ὀλοφ vitioſè illîc ſcribitur) vt ὀλὸν & ὀλὸς dicatur. Hinc ὀλώδεα θολερὰ ἢ μέλανα, exponit apud Hippocratem, Galenus, atra vt ſepiæ atramentum, aut turbida.

Ὁλοχερὲς αἷμα, ſanguis integer, ſanguis quatuor humores complexus intelligi videtur. libr. περὶ τροφῆς (pagina 111. verſic. 7.) & inter ea recenſetur ex quibus morborum ſigna ſumantur.

Ὀλοφλυκτίδες φλύκταιναι exponuntur Galeno apud Hippocratem & Erotiano, hoc eſt puſtulæ. Quibuſdam etiam ἐπινυκτίδες dicuntur, (vt idem addit) nonnullis ἀνθηλαὶ, aliis ἐξανθήματα ζωυφίοις ὅμοια. papulæ animalculis inſectis ſimilia. Lib. 2. Epid. (p. 289. 30.) vbi legitur & φλυκτίδες παντὸς τοῦ σώματος ἔσαν, quod eſt, & puſtulę per totum earum corpus fuerint. Vbi ὀλοφλυκτίδες quidam ex codicibus Vaticanis legunt. Dicitur & ὀλοφυκτὶς Heſychio φλύκταινα puſtula. Verùm idem ὀλοφλυκτίδας potius quàm ὀλοφυκτίδας probare videtur, quamuis non parum mihi videtur ſuſpecta apud eum lectio. Nam cùm ſcribat ἀπὸ τῶν δυναμένων φύεσθαί τι (fortè φλύεσθαι melius ſcribatur) ἐπιφλυκτίδας ἢ ἀνθηλὰς dici, etſi Erotiani explicationem amplecti videtur, apud Erotianum tamen ἐπινυκτίδες potiùs quàm ἐπινυκτίδες legerim.

Ὄλυνθοι, fici immaturæ, groſſi aut groſſuli Latinè dicuntur. Quorum ſucco ad vteros perluendos vtitur Hippocr. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 216. 5.) τὸ ἀπὸ τῶν ὀλύνθων, groſſorum ſuccus. ibidem (pag. 217. 34.) ὄλυνθοι χειμερινοὶ groſſi hyberni ſæpe dicuntur Hippocrati, vt libr. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 221. v. 32.) & lib. 1. περὶ γυν. (p. 259. 3.) & lib. 2. (pag. 267. 9.) deprebenſas tamen in his hyeme groſſos dicit Plinius libr. 15. cap. 18. ὄλυνθοι ἐρινοὶ etiam dicuntur Hippocrati groſſi, vt libr. 2. περὶ γυν. (p. 265. 44.) qui & ἐρινοὶ aut ἐρινεοὶ vocantur etiam Dioſcoridi cap. 186. libr. 1. quamuis Gal. lib. 8. de ſimpl. med. ἐρινεὰ ab ὀλύνθοις diſtinguat, & ἐρινεὰ in ficu agreſti vocet, & ὀλύνθους in ſatiua, vt & Theophraſtus.

¶ Ὁμαλύνειν, complanare, læuigare, exæquare, adæquare & ad æqualitatem redigere. De his dicitur quæ vbi exaſperantur aut eminent, ad æqualitatem reducuntur. Libr. περὶ αἱμορροΐδων (pag. 520. 46.) de catoptere & inſtrumento quo ſedes dilatatur. διοιγόμενος γὰρ ὁμαλύνει τὴν κονδύλωσιν. Vbi enim aperitur tuberculum exæquat. vbi tamen διαιρόμενος vitioſè legitur. Nam διοίγειν & συνάγειν, vt διοῖξαι & συνάξαι opponũtur apud Ariſt. ὁμαλὸν æquabile, æquale & iuſtum etiam interdum ſignificat, & δίκαιον & ὁμαλὸν ſimul iungit Hippocrat. libr. de fract. (p. 567. 35.) τὴν τε κατάτασιν δικαίαν παρέχοι καὶ ὁμαλήν. & extenſionem iuſtam & æquabilem præbuerint. Vbi ſcribit Gal. ὁμαλὸν καὶ ἴσον τῷ δικαίῳ contineri, & τὸ δίκαιον ad duorum comparationem referri, ἴσον verò & ὁμαλὸν de vno quod æquabilitatem ſeruat dici. ὁμαλῶς, ὁμοίως, æqualiter, ſimiliter exponit Erotianus apud Hippocratem. Verùm quòd idem ex lib. 4. Epid. eius dictionis vſum addit, non leuiter ſuſpectum eſt, niſi pro ὁμαλόν τι ὁμαλῶς legiſſe videatur. Sic enim babent exemplaria noſtra lib. 4. Epid. (p. 332. 13.) ἦν τι & αὐτὸ τοῦτο πρὸς τὰ δεξιὰ ὁμαλόν τι ὑπερεξηρμένον. Erat verò etiam id ipſum dextra parte quodammodo æquabile, protuberans. Ea autem in ſignificatione ſæpius vſurpatur Hippocrati, vt aph. 12. lib. 6. Epid. ſect. 1. & τὰ ὁμαλῶς ξυμπεπαινόμενα, æquabiliterque matureſcentia. Et libr. de rat. vict. in morb. ac. (pagina 99. verſic. 33.) περιεσταλμένα ὁμαλῶς, æqualiter contecto corpore. Atque aliàs ſæpe.

Ὁμαρτέω, ſequor, eo vnà cum, quo verbo ſæpe vtitur Homerus. Hippocr. lib. 2. de Morb. (pag. 155. verſic. 12.) οὐχ ὁμαρτέει πύον, pus non ſequitur. ὁμαρτεῖν, συντυχεῖν, ἐπακολουθεῖν, συναθροίζειν exponit Heſychius.

Ὁμιλέειν colloqui ſignificat, interdum conſuetudinem habere aut commercium, conuerſari. Interdum etiam de oſſium cohærentia dicitur, & adhærere, cohærere, inſeri, ſimul eſſe & contingere ſignificat. Sic lib. de art. (p. 580. 23.) ὁμιλέει δὲ ὁ βραχίων τῷ κοίλῳ τῆς ὠμοπλάτης πλάγιος. Brachium autem lati ſcapularum oſſis cauo obliquum inſeritur. Hoc enim loco Erotianus τὴν ὁμιλίαν πρόσθεσιν & γειτνίασιν, appoſitionem, viciniam ſignificare ſcribit. Et ὁμιλία de oſſium inter ſe cohærentia, σύμπηξις aut σύνθεσις dicitur. Galenus quoque Com. 1. in libr. de art. (p. 580. 34.) ὁμιλεῖν antiquis eſſe διαλέγεσθαι quod eſt colloqui ſcribit, interdumque τὸ συνιέναι ἀλλήλοις εἰς ὁμοῦ εἰλεῖσθαι, ſimul conuenire, conſueſcere, aut conuerſari. Quem in ſenſum locum illum Hipp. vſurpat, & apud Homerum ſumi contendit Il. σ. (v. 539.) ὡμίλευν δ᾽ ὥστε ζωοὶ βροτοὶ ἠδ᾽ ἐμάχοντο. non ſecus ac viui conuerſabantur aut depugnabant. Verùm hoc in Hipp. loco ὁμιλέειν cohærere aut adhærere certius mihi ſignificare videtur, vt τῇ φιλοσοφίᾳ ὁμιλεῖν, philoſophiæ adhærere, aut operam dare dicitur ex Platone, & τοῖς φιλοσόφοις ὁμιλεῖν ex Plutarcho. Erotianus apud Hipp. ὁμιλίαν tria ſignificare contendit, τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀναστροφὴν, cõmercium aut conuerſationem cum hominibus, παρὰ τὸ ὁμοῦ εἰλεῖσθαι, eo quòd vnà verſentur. Qua notione mihi ſumi videtur quod ſcribitur lib. περὶ ἰητροῦ (p. 12. 37.) δίκαιον δὲ πρὸς πᾶσαν ὁμιλίαν εἶναι. Iuſtum autem ad omnem conuerſationem eſſe conuenit. Quem ſanè locum per [ἰητροῦ] mihi ſubindicare videtur Erotianus. Deinde etiam τὴν πρόσθεσιν & γειτνίασιν, appoſitionem & viciniam. Quem in ſenſum adductum ex lib. de art. Hipp. locum exponit. Deniq; τὴν τριβὴν, velut cùm ſcribitur apud Hipp. ταύτην τὴν τέχνην οὐ μόνον λόγῳ ἀσκεῖν χρὴ, ἀλλὰ καὶ ὁμιλίῃ. hanc artem non ſolùm ratione, verumetiã vſu exercere oportet. Quod cùm ex lib. περὶ ἀρθρῶν & τόπων adducat Erot. vitium non leui-

ter

ter ſubolet. At verò ſcribitur libr. de art. (p. 589.44.) ἐκ ἀρκέει μοῦνον λόγῳ εἰδέναι τὴν τέχνην ταύτην, ἀλλὰ ϗ ὄμμασιν ὁμιλέειν. Ac neque ſatis eſt hanc artem tantùm ratione noſſe, ſed & in vſum exercitatione traducenda eſt.

Ὄμμα apud Hipp. oculum & aſpectum ſignificat. Vnde ὄμματα ἀπηχῶντα, vide Ἀπηχὴς antea.

Ὄμμα ἀχλυῶδες, vide Ἀχλὺς antea.

Ὄμματα ἐνδεδιημένα, vide ἐνδεδιημένα ὄμματα antea.

Ὄμματα ἐξέρυθρα, prærubri oculi, ſanguinis erupturi ſignum, in Prorrh. (p. 213.30.)

Ὄμματα ἐπίχνουν ἔχοντα, vide Ἐπίχνουν ἔχοντα ὄμματα.

Ὄμμα θρασὺ ϗ κεκλεισμένον, oculus ferox & clauſus, aſpectus ferox, truculentus, cum clauſis oculis, phreniticorũ indiciũ. In Prorrh. (p. 191.48.) ὄμμα θρασυνόντες ét dicuntur, qui feróciente & truculento ſunt intuitu, fixis & immotis oculis, vt qui catocho detinentur, ibid. (p. 195.56.) ὄμμα θρασυνθέντες, in Coac. Præn. (p. 428.32.) ὄμματος θράσος, oculus truculentus & ferox, delirium portendit, aph. 19. ſect. 1. lib. 6. Epid. Eſt & ὀμμάτων ἰλλαδίων θράσος, oculorũ diſtortorũ ferocitas, h. e. oculi peruerſi cum ferocitate, lib. 1. περὶ γυν. (p. 245.3.)

Ὄμματα καθαρώδεα, vide καθαρὸς antea.

Ὄμματα καρώδεα, vide κάρος.

Ὄμματος κατάκλασις, vide κατάκλασις ὄμματος.

Ὀμμάτων κίνησις ὀξεῖα, oculorũ velox ac præceps motio, in phrenitidis denũciatione, in Coa. Prę̄n. (p. 430.34) idẽ φ ὀφθαλμοὶ ἐνδεδιημένοι, inſtabiles, volubiles, & inordinatè ac perniciter moti oculi. In Progn. πυκνὴ κίνησις dicitur. Sic n. ſcribitur (p. 131.6.) ἢν γὰρ αἱ ὄψιες πυκνὰ κινέωνται, μανῆναι τούτους ἐλπίς. Si n. obtutus crebrò moueatur, inſania expectanda eſt. Libr. 6. Epid. ſect. 1. aph. 19. ῥιψὸς ὀφθαλμῶν dicuntur, & in delirii ſignis reponuntur.

Ὀμμάτων ὀρθότης, rectus oculorũ obtutus & intentus, in phreniticis, Coac. Præn. (p. 430. 34.) Idẽ indicare videtur quod ἀτενέες ὀφθαλμοὶ, aut ὄμμα θρασὺ, quod frequẽter in phreniticis vſurpat Hipp. cùm ex horrido & feroçiente obtutu intentam oculorum aciem erigunt ægri.

Ὄμμα πεπηγὸς, obtutus fixus aut concretus, in Coac. Præn. (p. 430.33.) Ὄμματα σεσηρκωμένα, oculi malè affecti. libr. περὶ χυμῶν. (pag. 115.3.)

Ὁμαιθείη, gentilitas, cognatio, eſt partium corporis inter ſe conſenſio, qua altera alteri affectum cõmunicat, & quadã inter ſe mutua conſenſione cõſpirat. Lib. de loc. in homine (p. 63.45.) τοῦτο δ' ὅ,τι ἂν ᾖ τι πάθῃ τὸ σμικρότατον, ἐπαναφέρει πρὸς τὴν ὁμαιθείην, ἕκαστον πρὸς τὴν ἑωυτοῦ, ἤν τι κακὸν, ἤν τι ἀγαθόν. Eaque minima pars quicquid tandẽ pertulerit, ad cognationem & gentilitatẽ refert, vnaquæq; ad ſuã, ſiue bonum, ſiue malum id fuerit. Cognationem autẽ præcipuè habent eæ partes inter ſe, quæ eadem partium temperie inter ſe conſentiunt. Rurſus ibid. (v. 47.) ἴσχει τὸ σμικρότατον, cognatio aut gentilitas minimæ partis dicitur, quæ eſt ei cum toto corpore, & qua toti minima pars conſentit. In quibuſdã manuſcriptis Regiis Hipp. exemplaribus ex Scholio quodam adſcribitur. ὁμαιθείη ἡ τοῦ σώματος συμμετρία ϗ ὁμοιότης. Lib. etiam 2. περὶ γυν. (p. 282.40.) μάλιστα δὲ ϗ οἱ μαζοὶ αἴρονται κατὰ τὴν ὁμαιθείην. præcipuè verò mammæ gentilitate & cognatione quadam cum pectore attolluntur.

Ὁμοιότροπα φάρμακα, dicuntur medicamenta cõformia & vniuſmodi, quæ ſimiliter eodẽq; temporis ſpatio purgant, non hoc citius, aut alterum tardius. Libr. de rat. vict. in morb. ac. (p. 56.7.) ἀτὰρ ϗ τὰ μισγόμενα ἀλλήλοισιν ὁμοιότροπα ἔστω. quanquã & quæ inter ſe miſcentur vnius ſunt generis neque diſſimiliter agunt. Sibi ſimiligena vertit Aurelianus cap. 19. lib. 2. Acut. Galenus verò illic ὁμοιότροπα eſſe medicamẽta exponit ὁμολογεῖν ταῖς δυνάμεσι, ϗ κατὰ μηδὲν στασιάζειν. ἡ γὰρ στάσις ἐν ταῖς μίξεσι τῶν καθαιρόντων γίνεται φαρμάκων, οὐχ ὅταν αὐτῶν τὸ μὲν χολῆς, εἰ τύχοι, τὸ δὲ φλέγματος ᾖ κενωτικὸν, ἀμφότερα γὰρ κενοῦσθαι δύναται κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, ἀλλ' ὅταν τὸ μὲν εὐθέως, τὸ δὲ μετὰ πολὺ τῆς προσφορᾶς πρώτης κινοῖ τὴν κάθαρσιν. ἀνώμαλος γὰρ οὕτως ἡ κένωσις γίγνεται τῶν συνεχθέντων ἅμα. λέγω δὲ ἀνώμαλον, ὅταν ἤδη παυσάσης θατέρας, αὖθις πάλιν ἑτέρας κενώσεως γίνεται. τὸ γάρ τοι θᾶττον εἰωθὸς καθαίρειν φάρμακον συνεκκενοῖ τι ϗ ἐκ θατέρου, ὥστ' ὀλίγον αὐτοῦ καταλειπόμενον, ἀσθενέστερον γενόμενον, ἔτι καὶ μᾶλλον ὀψιαίτερον τῆς οἰκείας καθάρσεως ἄρχεται. Quod eſt, facultatibus conuenire, & in nullo controuerſa eſſe. In purgantium enim medicamẽtorum permixtione controuerſia fit, non quando hoc quidem (verbi gratia) bilem, illud verò pituitam vacuauerit (ambo nanq; eodem tempore vacuari poſſunt) verùm cùm hoc quidem celeriter, illud verò longo poſt ſumptionem tempore purgationem promouere conſueuit. Sic nanq; eorum quæ ingeſta ſunt inæqualis fit vacuatio. Inæqualẽ verò dico cùm iam altera deſinente, iterum alterius vacuationis initiũ exoritur. Nempe quod celerius purgare medicamentum conſueuit, id ex alio quippiam ſimul vacuat, adeò vt quod ipſius exiguum relictum eſt, imbecillum exiſtens, longè etiam tardius propriam inchoet purgationem.

Ὁμολογεῖν, conſentire, συμφωνεῖν ϗ ἁρμόττειν exponit Gal. Com. 2. in lib. κατ' ἰητ. (p. 681.31.) εὔδηλον δὲ ὅτι τὸ συμφωνεῖν ϗ ἁρμόττειν ὁμολογεῖν ἔφη, οἵ τε γὰρ ὁμολογοῦντες ἐν ἔργοις καλοῖς, οὐ μόνον οὐδὲν ἐναντίον πράττουσιν ἢ λέγουσιν, ἀλλὰ ϗ συμπράττουσιν. Perſpicuũ autem eſt quod ὁμολογεῖν dicit τὸ συμφωνεῖν καὶ ἁρμόττειν, quod eſt conuenire, cõgruere. Qui enim honeſtis in rebus conſentiunt, ii non modò contrarii nihil faciunt aut dicunt, verùm etiam vnà operam præſtant. Sic ὁμολογέον σημεῖον dicitur, ſignum conſentiens, morbo reſpondens, quodq; adeſſe conſueuit, velut indubitatum aut certum. Velut pedũ tumor pus expuentibus valde conſentiens ponitur in Prorrh. 2. (p. 423.37.) ϗ γὰρ τὸ τῶν ποδῶν οἴδημα τοῖσιν ὁμολογέον ἐστί.

Ὁμοῤῥοθεῖν eſt vnà ſtrepitum & vocem edere aut conſentire ac cõcurrere in vnam actionem, vt remiges cùm vno velut conſenſu remigant ac remos attollunt. ὁμοῤῥοθεῖν ὁμοῦ ἐλαύνειν καὶ συμφωνεῖν exponit Heſychius, quod de remigibus dicitur, τὸ ἅμα καὶ συμφώνως ἐρέσσειν vno conſenſu remigare. Hippocrat. libr. 1. περὶ γυναικ. (pag. 238. v. 40.) καὶ ἢν τὰ ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς ἰόντα ὁμοῤῥοθῇ κατ' ἴξιν τοῖς ἀπὸ τῆς γυναικός. tum ſi quæ à viro prodeunt rectà concurrerint cum eo quod à muliere prodit, hoc eſt, ſi viri ſemen cum mulieris ſemine concurrat, vnaque in emittendo ſemine ſimul conſentiat, expeditior eſt ad conceptũ via, vt vno & eodem impetu cum mulieris ſemine feratur. Neque verò hoc loco prætereunda eſt Cordęi induſtria, quæ non ita pridem publicatis in eum lib. doctiſſ. Commentariis commodum apparuit, in quibus huius dictionis vim, & ſimilitudinis ἐνέργειαν ampliſſimis verbis explicat.

Ὁμοιορυσμὸς idem q. ὅμοιος ῥυσμὸς, ſimilis tractus & eadẽ ſpecies, & dicitur de iis quæ inter ſe ſimilitudinem habent, & ex iiſdem ſpecie inter ſe connectuntur aut conſtituũtur, vt in libello περὶ ἀνατομῆς (pagina 54. verſic. 25.) de arteria, κρίκοις συγκειμένη ὁμοιορυσμοῖς, ex annulis inter ſe ſimilibus compoſita, cõſtans, aut eiuſdem ſpeciei ac figuræ. Eſt enim ῥυσμὸς σχῆμα καὶ τύπος. Sunt qui ὁμοιορυσμὸν inter ſe finitimum & conterminum explicent, quòd ὅμορος γειτνιῶν, καὶ ὁμοροῦντα γειτνιῶντα καὶ πλησιάζοντα exponatur Heſychio. Sic κρίκοις ὁμοιορυσμοῖς circulis rotundis inter ſe finitimis ſignificabit. Indeque ὁμοιορυσμίη ſimilitudinem aut viciniam denotat. Sic ibidem (v. 31.) τὸ δὲ ἧπαρ ὁμοιορυσμίην μετ' ἔχει τοῖς ἄλλοις ἅπασιν. Hepar autem cum aliis omnibus ſimilitudinem habet aut cognationem, aut cæteris omnibus vicinum eſt & finitimum. Neque tamen tam viciniam quàm affinitatem & cognationem ſignificat, qua cæteris omnibus vtilitatem & nutrimentum impertit. Ac rurſus ibidem (v. 33.) νεφροὶ δὲ ὁμοιορυσμοί, renes verò inter ſe ſimiles. Qua dictione ſubſtantiæ totius ac naturæ ſimilitudo indicatur. Et rurſus (v. 38.) σπλὴν ὁμοιορυσμὸς ἔχει ποδὸς, ſplen cum pede humano ſimilitudinem & cognationem habet. Et (v. 39.) ἀπὸ δὲ κοιλίης πέφυκεν ἔντερον ὁμοιορυσμὸν, ventriculo adhæret inteſtinum ſibi ſimile. Vbi vnum tantùm inteſtinum agnoſcit Hippocrat. quod κῶλον dicitur, ideoque ὁμοιορυσμὸν vocat, quod ſibi ſit ſimile & ſubſtantiæ ſimilitudine ſibi cognatum.

Ὁμότεχνος eiuſdem artis opifex & ſocius, qui probè artem quam profitetur callet. Dicitur de bono medico, qui non tam nomine quam re artem medicam profitetur, ἐν παραγγελίαις (pag. 18. verſic. 7.) ἐφ' οἷς ἂν ἰητρὸς ἀγαθὸς ἀκμάζοι ὁμότεχνος κελεόμενος. quibus bonus medicus excellit, & eiuſdem artis opifex nuncupatur. Sunt præclara artis opera, quibus exiſtimationem ſuam & artis nomen tuetur, & artis ſocius & collega dicitur.

Ὁμόφυλον καὶ ἀλλόφυλον, quod eſt eiuſdem generis & diuerſi, cognatum & peregrinum ac alienum dici poteſt, aut ſocietas & cognatio, ac diuerſitas. Libr. de aere, loc. & aq. (p. 76. 30.) μήτε ὁμόφυλον, μήτε ἀλλόφυλον, ἀλλὰ τὴν ἡδονὴν κρατέειν. vbi ſignificat Aſianos neque ſui generis, neque alieni ſocietate teneri, ſed ſola voluptate ad libidinem duci. ὁμόφυλα dicuntur eiuſdem gentis & ordinis, aut finis, congeneria. Libr. de natura humana (pag. 8. 13.) ἔπειτα δὲ αὖ μὴ ὁμόφυλα ἐόντα μίσγηται. deinde non generant quę diuerſi generis inter ſe miſcentur. Vbi τὰ ὁμόφυλα ὁμογενῆ exponit Galenus & οἰκειότητα τῆς οὐσίας ἔχοντα, quæ inter ſe familiaritatem ſubſtantiæ habent.

Ὁμοχροίη, æquabilitas aut lęuitas dicitur, & ſuperficiei æqualitas, læuor, complanatio, aut æquata quædam planicies. Libr. de Capitis Vulner. (pag. 445. verſ. 22. & 23.) ἡ ὁμοχροίη ἐοῦσα intelligitur caluariæ ſuperficies exterior læuis, quæ cute tegitur, tum interior quæ membranam cingit. Libr. de fract. (p. 528. 2.) ὁμοχροίην vocat Hippocrat. partium totius manus æquabilitatem, qua membra tum internam, tum externam rectitudinẽ inter ſe obſeruant. Quidam συνάφειαν, alii συνέχειαν καὶ ὁμαλότητα, hoc eſt, partium inter ſe continuitatem & æquabilitatem intelligunt. libr. 1. περὶ γυν. (pag. 244. 30.) ὁμοχροίη χροιὴ καὶ λείη de vteri læuitate dicitur.

Ὀμφάκιον eſt ſuccus vuę acerbę. Omphacii epulotici deſcriptio eſt apud Hippocratem lib. de Vlceribus (pag. 514. 16.) Eius vſus eſt ad inueterata & recentia vulnera, tum auris & capitis vlcera, & ad cutem quæ colis glandem tegit.

Ὀμφαλητόμος aut ὀμφαλοτόμος obſtetrix dicitur, quæ vmbilicos infantibus recens natis præcidit. ὀμφαλητόμος Heſychio ἡ μαῖα exponitur & ὀμφαλητόμοι αἱ μαῖαι Sudæ, obſtetrices, quòd vmbilicos infantibus præcidant. ὀμφαλοτόμος ἡ μαιεύτρια etiam Polluci. Eam dictionem vſurpat Hippocr. lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 245. v. 45.) ἢν ῥαγῇ βίῃ ὁ ὀμφαλὸς ἢ ἀμαθίῃ ἀποτάμῃ ἡ ὀμφαλητόμος. ſi vi ruptus vmbilicus fuerit, aut per imperitiam ab obſtetrice reſectus. Vbi tamen paſſim in exemplaribus Hippocrat. ὀμφαλοτόμος legitur, vitiosè vt apparet. ὀμφαλητόμοι enim Ionicè αἱ τῆς μαίας dici Annotat Euſtathius.

¶ Ὀνειρώσσω cùm ſomniare ſignificet, peculiariter tamen apud Medicos per ſomnium Veneris imaginatione tentari indicat, & inter ſomniandum ſemen profundere libr. 2. de Morb. (pag. 152. 23.) καὶ ὀνειρώσσει, & ſemen in ſomnis profundit. Et libr. 1. περὶ διαίτης (p. 90. 5.) καὶ πάντως ὀνειρώσσειν. eos in ſomnis Veneris ludibriis exerceri neceſſe eſt, vbi tamen ſimpliciter ſomnia videre dixit Cornarius. Rurſus libr. 2. (pag. 95. v. 15.) στρύχνος ἐξονειρώσσειν οὐκ ἐᾷ. ſolanum Veneris ludibria per ſomnum ſedat, aut ſemen in ſomnis effundere non permittit. Libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 209. 43.) πολλάκις δὲ καὶ ὀνειρώσσει. ſæpe verò

pe verò inſomniis Venereis exagitatur. Ac rurſus ibid.(p.2n8.19.) ἐξονειρώσσει θαμινὰ, per ſomnum frequenter ſemen effundit. Libr. etiam 4.Epid.(p.334.32.) Νικιππος ἐν πυρετοῖσι ἐξωνείρωσσεν. Nicippus per febres Veneris imaginatinnes babuit. Inde ὀνειρωγμοὺς libidinum unaginationes vocat Pl.cap.7.lib.20.& inſnmnia Veneris cap.1n.lib.26.ſecutus Dioſcoridem lib.3.cap.148.de nymphæa. Onirognnos (fortè prn onirogmos) vocarur Cælio Aureliano ca.5.lib.5.Tard.Paſſ.cùm per ſomnos inanibus viſis affecti ægrntantes ſeminis lapſu vexantur.

Ὄνος, ὀνίδος, ſtercus aſininum, fimus aſininus. Pollux lib.5. ὄνου τὸ ἀπόπατημα ὀνίδα φασὶ καὶ ὄνθον. & ὀνίδες Sudæ τὰ τῶν ὄνων ἀποπατήματα, ἃ ὅτι τινὲς πεπλασμένα ἐστί. Vtitur ſæpe Hippoc.in tnta muliebrium morborum tractatione, vt libr. περὶ γυν.φύσ.(p.227.42.) ad fluxum muliebrem vbi tamen ὀνῖτιν, pro ὀνίδα, legiſſe videtur Caluus, (vt & aliàs eodem in libro) cùm origanum vertat. Eſt enim ὀνῖτις nrigani quędam ſpecies cuius meminit Plinius libr.20. cap.17. Et Nicandri Schol. Alexipharm. ὀνῖτιν vocari ſcribit, τὸ ἥμερον ὀρίγανον, ὃ καὶ οἱ ὄνοι ἐσθίουσι. Dicitur & ὀνῖτις Dioſcoridi libr. 3.cap. 32.& 33.vitioſè fortè pro ὀνῖτις. Rurſus Hip. lib.2.περὶ γυναικ.(p.285.29.) ἡμιόνου ὀνίδα, hnc eſt muli ſtercus vſtum, tritum, & vinn odoraro dilutum propinat in fluore muliebri, (vbi tamen vngulæ ex mula cinerem perperam ſumpſit Caluus) pro quo ἡμιονίδα ſcribit lib. περὶ γυν.φύσ.(p.228.10.) ſi modò vera eſt lectio, ac non ἡμιόνου ὀνίδα legendum. Vbi etiam ὀνίδας ad ſuffitum vteri adhibet Hipp. (p.229.20) ὀνίδα quoq; vſurpat Gal.lib. περὶ τῶν εὐπορίστων.(pag.477.43. & pag.478.28.)

Ὀνόματα φύσιος νομοθετήματα, nnmina naturæ decreta, & lege quadam naturæ indita, aut pro rerum natura legitimè impoſita, cùm ſint rerum natura exiſtentium ſimulachra. lib. περὶ τέχνης (p.1.22.)

Ὄνος axis, & ὀνίσκος axiculus, paruus axis, aſellus etiam & ſucula dicitur, quæ eſt machina tractorũ generis apud Catonem vt teſtatur Budæus. Ὀνίσκους axiculos vocat Hippocrat. per quos extenſionem moliri licet, lib. de fract.(pag.551.1.) vbi Galenus ὄνους τοὺς ἄξονας, & ὀνίσκους τοὺς μικροὺς ἄξονας vocari ſcribit forma diminutiua. Rurſus ibidem (pagina 569. verſ. 33.) ὄνου περιαγωγὴ, axis verſatio in firmiſſimo machinamento ponitur. Vbi etiam ὄνους & ὀνίσκους τοὺς ἄξονας exponit Gal. Ac rurſus lib.de art. (pag.625. 32.) ἤν τε ἀπὸ τροχιλίης τὰ χαλώμενα ᾖ ὅπλα, ἢ ἀπὸ ὄνου, ſi à trochlea vel ab axe funes laxentur. Illic enim ὄνος dicitur axis ex quo funis demittitur ad concuſſionem per ſcalam faciendam. Et ὀνίσκους τοὺς ἄξονας vocari ſcribit Galenus. Atque iterum ibidem (pagina 656. verſic. 5.) ὀνίσκους ἔχειν ἑκατέρωθεν, vt aſellum vtrinque contineant. Vbi etiam Galenus, τοὺς ὀνίσκους ἄξονας vocat. Ὄνος quoque Erotiano apud Hippocratem exponitur ὁ ἄξων, axis, ἴσως διὰ τὸ κυκλικὸν τῆς κινήσεως, fortè ob conuerſionem motus in orbem. Et ὄνοι καὶ ὀνίσκοι οἱ ἄξονες dicuntur Galeno in Exeg. vocum Hippocrat. vt ὀνεύειν ἢ καθονεύειν διὰ ὄνων ἀποστροφῆς τείνειν, per axium circumactionem extendere, aut ſucula verſata & circumducta extenſionem facere. Ὀνίσκοι etiam porcelliones vocantur apud Cælium Aurelianum cap. 4. libr. 1. Tard.Paſſ. animalia quæ bumectis & aquoſis locis ſæpe naſcuntur, populariter ſuculæ quoq; dicuntur aut millepedæ.

Ὄνυξ vnguis, pars propriè dicitur in digitis extima, dura & lata, qua firmiores ad apprehenſionem redduntur, de qua ampliſſimè Gorrhæus. Ὄνυχες λεπροὶ, leprnſi vngues & ſcabri, quibus confert acetum cum ſale, libr. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p. 113.28.) Per tranſlationem autem ὄνυξ etiã dicitur Aureliano cap. 32.lib.2.Acut. in oculi circulo nata macula albida, quæ in vnguis ſimilitudinem naſcẽtis vel creſcentis lunę cornibus reſpondens, paulatim ſumit augmentum. Ὄνυξ quoq; in oculi vitio ponitur autori Definit.Med.(p. 400.1.) & eſt συλλογή τις κατὰ τὸ μέλαν μετὰ φλεγμονῆς πρὸς τῇ ἴριδι παραπλησία ὄνυχι. puris collectio in nigro oculi cũ inflãmatione, ſecũdũ iridem, vngui aſſimilis. Alióq; nomine eidẽ πύωσις vocatur. Paul⁹ lib.3.c.22. ὄνυχα vocari ſcribit, cùm mẽbrana cnrnea purulenta efficitur, nũc altius, nũc in ſuperficie, ita vt pus vnguis reſecti figurã imitetur, indeq; nnmẽ mutuetur. Ὄνυξ etiam vncũ aut vncinũ ferreũ ſignificat ad extrahendũ fœtũ mortuũ, quemadmodũ & vngues ferrei dicuntur. Quã ad rẽ eo vtitur Hip. lib. περὶ ἐπικυήσιος, (p.48.34.) ἔχειν δὲ χρὴ πρὸς ταῦτα καὶ ὄνυχα ἐπὶ δακτύλῳ τῷ μεγάλῳ. Ad ea verò adminiſtrãda vnguẽ pollici adaptare oportet. Vngue ẽt ferreo velut vnco veteres ad ἐμβρυουλκίας καὶ ἐμβρυοτομίας vſos teſtatur Gal. in Exeg. in dictione Ἐχῶλον. Sic aũt vocatur huiuſmodi inſtrumentũ, ꝙ incuruum ſit, & ad volucriũ aduncos & recuruos vngues accedat. ἑλκυστὴρ καὶ ἐμβρυουλκὸς, & ἐμβρυοθλάστης etiam appellatur.

¶ Ὄξος acetũ dicitur, vinũ putredine acidũ effectũ. Ὄξος λευκὸν acetũ albũ ſępe vſurpat Hip. vt lib. περὶ γυν.φύσ.(p.221.42.& p.230.46.) & rurſus lib.2. περὶ γυν.(p.290.2.)

Ὀξὺ acutũ & celer indicat, ꝙq; prõptè & celeriter mouetur. Sic ὀξὺ τὸ κατεπεῖγον καὶ σφοδρὸν, ὡς μηδεμίαν διάπαυλαν ποιοῦν, vrgẽs, vehemẽs, & ꝙ nullam intermiſſionẽ facit, dici ſcribit Gal.lib.2.de loc.aff.(p.266.18) eiq; τὸ βραδὺ opponi. ὀξύτερον συνεκρίθη καὶ συνέστη, mas citi⁹ aut celeriùs cõcreuit & coaluit, apb.35.ſect.2. lib.6.Epid. Et ὀξὺ ταχέως ſignificat ap. Hom. Il.ε.(v.680.) εἰ μὴ ἄρ᾽ ὀξὺ νόησε κορυθαίολος Ἕκτωρ. niſi ſtatim intellexiſſet galeã quatiens Hectnr. Sic ẽt ὀξέως apud Hip. ſępe ꝓ ταχέως ponitur, vt li.3.Epid.in ſt.peſt.(p.427.26) πολλοὶ μὲν ὀξέως ἀπώλλυντο. multi qdẽ celeriter peribãt. Et ὀξέως κτείνειν in Prorr. dicitur (p.2n2. 41.) celeriter & repẽte interficere, ꝙ q; ſubitũ & repẽtinũ adfert exitiũ. Ac rurſus ibid. (p.193.4) ὀξέως μεταπηδᾷν, celeriter ꝑmutari, locũ ſubinde cõmutare, vbi ὀξέως ταχὺ exponit Gal. Qđ ẽt repetitur in Coa. Prę.(424. 41) qua notione ἐν ὀξεῖ ꝓ ὀξέως ponit̃ ibid.(p.

425.23.) ἀναθερμαινθέντες ἐν ὀξεῖ. celeriter ad calorem reuocati. & (p. 426.7.) ὀλέθριοι ἐν ὀξεῖ. præceps periculum denunciant. Ὀξέως etiam repente interdum indicat, in Coac. Præn. (p. 440.27.) πολλὰ ὀξέως ὁρμώμενα multa celeriter aut repentè cum impetu feruntur. Ac rurſus ibidem (p. 444.5) φλεγματώδης ὀξέως διαχώρησις, alui egeſtio repentè pituitoſa, quę cum tenſione inteſtinorum difficultatem denunciat. Interdum quoque valdè ſignificat. In Prorrb. (p. 194.52.) ὀξέως ὀλέθριον, valde pernicioſum, quod præceps exitium minatur. & ὀξέως ἐκστάντες, vehementer & acutè mente emoti, in Coac. Prænot. (p. 426.34.) & in Prorrb. (p. 175.33.) Eſt & ὀξὺς præceps, labilis, qui facilè mouetur aut mutatur, interdum etiam acer, vehemens, & ad obeũdas actiones prõptus. καιρὸς ὀξὺς, occaſio præceps & labilis aph. 1. lib. 1. & ὀξεῖα ἡ φύσις τῶν πυκνοσάρκων, præceps & labilis eorum natura qui bene ſunt habito corpore & denſo, hoc eſt athletico habitu, quòd facilè in perniciem labitur, ἐπιβλαβὴς ἐφ᾽ ἑκάτερα, τουτέστιν ἐπί τε τὴν εὐεξίαν καὶ καχεξίαν, in contraria celeriter mutatur, neque eodem habitu diutiùs permanere poteſt, libr. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (p. 36.29.) & aph. 3. li. 1. ὀξεῖαι καθάρσεις præcipites & celeres purgationes, in Coac. Præn. (p. 430.43) ὀξεῖα κοιλίη πρὸς τὰ φάρμακα, aluus quę facilè & celeriter medicamentis mouetur, iiſque obtemperat, Prorrh. 2. (p. 416. 12.) Celſus ventrem medicamentis moueri dixit. Rurſus ibidem (p. 415. 15.) ὀξύτερός τε καὶ ἐργαστικώτερος ἐν τοῖσι γυμνασίοισι, in obeundis exercitationibus acrior & efficacior dicitur. At iterum (v. 22.) γυναικὶ δὲ χρησάμενος ἅπαξ ὀξύτερός τ᾽ ἂν εἴη vxore verò ſemel vſus & acrior fuerit, hoc eſt ad obeundas actiones firmior, promptior, valentior. Eſt & ὀξεῖη πυρίη, lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 272. verſic. 9. & 10.) fomentum acutum, calore nimio pungens ac mordax. ὀξεῖς ῥιπτασμοὶ, vehementes corporis iactationes, repentinæ, acres & celeres. lib. 7. Epid. (pag. 355. verſic. 18.) Ex his verò ſignificationibus ὀξέα νοσήματα dicuntur ſæpiſſimè Hippocrati, morbi acuti, qui magni ſunt, celeres, quique celeriter mouentur & ad vigorem perueniunt, & ſubitò in præceps labuntur exitium. Quam nominis notationẽ diligentiſſimè excutit Galenus in fine lib. 3. de dieb. decr. (p. 450. 33.) Atq; idem Com. 1. in lib. 6. Epid. (p. 454. 20.) ſignificat, cùm ὀξεῖς πυρετοὺς exponit δριμεῖς καὶ ταχεῖς, acres & celeres, quod celeriter moueantur & ſuum prodant calorem, ſic ſcribens: τὸ δὲ ὀξὺς ἐπὶ τῆς ταχέως ἀπαντώσης τῇ χειρὶ θερμασίας, ἐνδεικνυμένης τε τὴν ἑαυτῆς κίνησιν ὠκεῖαν, ἀκούειν σε χρὴ, καθάπερ ὀξεῖς τινας ὀνομάζομεν δριμεῖς, ἀντὶ τοῦ ταχεῖς, ὀξέα τε νοσήματα λέγομεν, ὅσα τάχος διεξέρχεται πρὸς ἴδιον καιρὸν ἄχρι τῆς τελευτῆς. Dictionem autem ὀξέως, quod eſt acutè, de calore celeriter manui occurrente, & motionem ſuam velocem oſtendente, accipere te oportet, quemadmodum acutos aliquos dicimus acres, quod idem eſt ac ſi celeres intelligas. Acutos etiam morbos dicimus, qui celeriter in finem vſque ſua pertranſeunt tempora. Et Com. ad aph. 23. libr. 2. τὰ ὀξέα νοσήματα μεγάλα τέ ἐστι καὶ πρὸς τὴν ἀκμὴν ἐπείγεται διὰ ταχέων, acuti morbi dicuntur, qui magni ſunt, & ad vigorem celeriter perueniunt. Ac libr. de rat. vict. in morb. ac. (pagina 39. verſic. 20.) ὀξέα νοσήματα ſunt Hippocrati, ἃ τοὺς πλείστους τῶν ἀνθρώπων κτείνει, magni & periculoſi morbi, quique plurimos necant, ὧν οἱ πυρετοὶ ἐπίπαν ξυνεχέες ἐόντες, κτείνουσιν, quoſque ferè febres comitantur aſſiduæ, & periculum creant. Quod etiam ſcribit Gal. Com. ad aph. 19. libr. 2. & aph. 7. lib. 1. & aph. 1. lib. 7. & aph. 54. libr. 6. In Prognoſtico quoque (pag. 129. verſ. 30.) ὀξέα νοσήματα dicuntur, ὁκόσα ξὺν πυρετοῖσιν ἐστὶ, quibus febris coniuncta eſt. Vbi acutos morbos exponit Galenus, ἐφ᾽ ὧν ἤτοι διὰ τὸ μέγεθος τοῦ πυρετοῦ, ἢ διὰ τὴν ἰδίως ὀνομαζομένην φλεγμονὴν οἱ κίνδυνοι γίνονται. in quibus aut propter febris vehementiam, aut propriè dictam inflammationem, pericula imminent. Qua de re & acutorum morborum natura plura ſcripſimus noſtris in libr. 1. Epid. Annotat. ſect. 3. Eaq; notione morbus acutus dicitur Latinis, magnus & vehemẽs, aut acer & velox. Hor. Si latus aut renes morbo tententur acuto. Celer morbus etiam dici poteſt, vt celeres paſſiones Aureliano. Sic ὀξὺς ἄρης Homer. Il. δ. (v. 352.) ἐγείρομεν ὀξὺν ἄρηα. Vbi Schol. exponit, τὸν ταχὺν ἐν τοῖς φόνοις ἔχοντα τὴν κρίσιν. Quo ſenſu acuta bella dixit Horatius, & M. Tullius acre & difficile certamen.

Ὀξὺς etiã ſimpliciter ac ſine additò apud Hip. poſitum, grauem febrem aut dolorem ſubindicat, lib. 4. Epid. (p. 330.48.) ἦν ξύντασις ἐκατέρωθεν, ἐς ἰθὺ, μέχρις ὀμφαλοῦ ξὺν ὀξεῖ. Imi ventris contenſio ex vtraq; parte, in directũ, ad vmbilicum pertingens, cum graui febre. Caluus dolorem & febrem ſubintellexit.

Ὀξύγλυκυ aut ὀξυγλυκὺς, eſt cremor fauorum decoctus, aut decoctum fauorũ aceto mixtorum. Quibuſdã mella, aut acetum mulſum dulce, nobis mulſa acida, aut aqua mulſa acida dici poteſt. fit aũt (vt ſcribit Gal. Com. in lib. 2. de fract.) (p. 548. 3.) in Græcia hoc modo. faui melle expreſſi in ollã mundã aquæ plenã iniiciuntur ac macerãtur, deinde eatenus decoquũtur, quoad ſatis viſum fuerit, vt faui humorẽ omnem quem in ſe habuerint, decoctura in aqua depoſuerint. Poſtea ita recondunt & ſeruant, vtunturq; æſtate ad ſitim ſedandam aqua admixta. Idẽ Com. 3. eundẽ in lib. (p. 572. 30.) ὀξύγλυκυ ἀπόμελι dici ſcribit, & in Græcia parari melle aceto admixto. Ex fauis quoq; maceratis & coctis adiecto melle & aceto cõmixto, tantiſper tñ ſimul decocto, quoad vtriuſq; qualitates vniantur, & aceti vis retundatur. Parari etiam quoddam dulcius, & quoddã acidius ibid. ſcribit. Idẽ Gal. lib. 4 ſalub. ὀξυμέλιτος cõficiendi rationẽ docet ex vna aceti parte, duab. mellis, & aquę quatuor ſimul incoctis,

ctis, vbi neq; fauorum vlla ſit mentio. At ἀπό-μελι cùm ſit mellis decoctum, ſub ſe veluti genera quædam, ὀξύμελι, ὀξύγλυκυ, & ὑδρόμελι continere videtur. Ὀξύγλυκυ verò muſſa acida dici poſſe videtur, quòd Dioſc. lib. 5. cap. 17. fauorum decoctum à melle aqua elutorum & maceratorum, (quod à quibuſdam confici ac ſeruari ſolet) ὑδρόμελι vocari ſcribit. Ὀξύγλυκυ in potu adhibet Hippocrat. lib. de fract. (p. 547. 52.) vbi aquam muſſam acidam (ὀξυγλυκέας vocant) diximus. Rurſus ibidem (p. 572. 11.) ὀξύγλυκυ εὐῶδες vſurpat, acetum muſſum dulce odoratum, aut mellam odoratam. Quam potionem aquæ inſtillatam, in bilioſis naturis adhibet. ὀξύγλυκυ etiam in potu adhibet lib. de art. (p. 661. 25.) & Moch. (p. 509. 36.) vt & lib. 2. Epid. (p. 315. 43.) ποτὸν εἶχεν ὀξύγλυκυ. In potu erat acetum mulſum. Et lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 274. 8.) ὀξυγλυκέϊ, hoc eſt, aceto mulſo aut fauorum cremore piſces chartilagineos & obſonia incoquit. Et ibidem (v. 27.) mercurialis & braſſicæ decoctum fauorum cremore aut aceto mulſo (ὀξυγλυκεῖ) conditum exhibet. Eſt & ὄξος γλυκὺ acetum dulce, quo in pleuritide vtitur Hippocr. lib. 3. (p. 162. 40.) acetum mulſum etiam dici poteſt.

Ὀξυθυμίη præceps & acerba iracundia, excandeſcentia, & ὀξύθυμοι qui nulla iuſta de cauſa in iracundiam erumpit, iræ impotens, & natura ad iram procliuis. Ὀξύθυμος Galeno Com. 2. in lib. 1. Epid. (p. 373. 9.) frigidiore temperamento præditus eſſe ſcribitur & δυσ-διαφόρητοι, quales ſunt mulieres quæ leui de cauſa facilè commouentur, neque iræ aut animo moderari queunt. Ideoque ὀξυθύμους θυμοειδέσι ibidẽ opponit, quòd θυμοειδεῖς ἀνδρεῖοι ſint & virili animo & rerum humilium contemptores. At ὀξύθυμοι μικρόψυχοι, neq; generoſo aut virili animo præditi. Hos per ὀργίλους indicauit Hippocr. lib. 1. Epid. vt & ὀξυθυμότεροι ἑτοιμότεροι & ὀργιλώτεροι, promptiores & ad iracundiam prouiores exponuntur Galeno Com. ad aph. 23. ſect. 4. lib. 6. Epid. eoſque fieri ſcribit vbi ventriculus calidior fuerit, nõ calido natiuo ſed acquiſititio & præter naturam. Ὀξυθυμίην vſurpat Hippocr. aph. 4. ſect. 4. lib. 6. Epid. & aph. 8. ſect. 5. & lib. 2. Epid. (p. 317. 11.) ἐπιμελέεσθαι ὀξυθυμίην ἐμποιέειν. adhibenda diligentia eſt vt præceps acerbaque iracũdia inducatur. Et lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 150. 37.) φυλασσέσθω δὲ & βοὴν & ὀξυθυμίην, vitet etiam vociferationem & iracũdiam. Lib. 1. περὶ διαίτης (p. 90. 22.) ὀξύθυμον τῷ βραδυθύμῳ, h. e. lento & tardo opponit Hippocr.

Ὀξὺς pro ὀσφῦς, hoc eſt, lumbo, poſitũ apud Hip. agnoſcit Erotianus. Verùm non parũ ſuſpecta mihi videtur lectio, & ἰξὺϊ legendum exiſtimo. Bis enim antea idem Erotianus ξυῒ apud Hippocr. ὀσφὺν exponit, ex Mochlico vt adſcripſimus, aut ὀξὺ pro ἰξὺ legiſſe videtur.

Ὀξύμελι potio ex melle, aceto & aqua mixta, acetum mulſum, aut mulſum acetoſum dicitur. Cælius Aurelianus apud Hippocr. mulſum ex aceto paſſim vertit, vt cap. 19. lib. 2. ac. (bis) & cap. 18. lib. 3. ac. & cap. 4. lib. 1. Tard. paſſ. mulſum ex aceto confectum. Eo vtitur Hippocr. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 78. 52.) vbi ὀξυμέλιτος appellationem per [τὸ καλούμενον] nõ parum ſuſpectam facit. Potu quoque id exhibet in pleuritide (p. 107. 9.) quem locum exagitat Aurelianus. Idemque videtur eſſe quod ὀξυμελίκρητον lib. de loc. in homine (p. 68. 49.) in pleuritide exhibitũ, aut ὄξος γλυκὺ lib. 3. de Morb. etiam potu in pleuritide ſumptum (p. 162. 40.). Oxymelitos autem formam habes apud Hippocr. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 210. 30.) nempe potionem ex melle, aceto & aqua mixtam. Cuius variam cõficiendi rationem habes apud Gal. lib. 4. ſalub.

Ὀξυρεγμίη acidum ructum ſignificat, cuius cauſa eſt pituita, præſertim acida, in ventriculo cõtenta, aut ſine ea, ventriculi intemperies frigida, vt ſcribit Gal. Com. ad aph. 1. lib. 6. vbi ὀξυρεγμίας ὀξείας ἐρυγὰς etiam exponit. Idem Comment. 2. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 59. 14.) ἐπιστάμεθα δὲ ὅτι διά τε τὴν ψύξιν τῆς γαστρὸς αἱ ὀξυρεγμίαι γίνονται, & διὰ φλέγμα πολλάκις ἠθροισμένον ἐν αὐτῇ, & διὰ πλῆθος σιτίων, ἢ & συμμέτρων μὲν ὄντων, ἀλλὰ ψυχρῶν τῇ δυνάμει. Quòd autem ructus acidi fiant, & propter ventriculi frigiditatem, & propter pituitã ſæpius in eo coacervatam, & propter ciborum copiam, aut, ſi quidem moderati ſint, poteſtate frigidorum, didicimus. Vſurpatur autem hæc dictio Hippocrati aph. 1. lib. 6. Quæ ſententia repetitur lib. 2. Epid. (pag. 313. 33.) Et rurſus ibidem (v. 35.) ἴσως δὲ καὶ ὀξυρεγμίαι λειεντερίην λύουσιν. fortè etiam inteſtinorum læuitatem acidi ructus ſoluunt. Et lib. περὶ διαίτης 2. (p. 95. 3.) πράσον ὀξυρεγμίην παύει. porrũ ructum acidum ſedat. Quod etiam de coriandro ibidem ſcribit (v. 8.) καὶ τὴν ὀξυρεγμίην παύει. Et lib. 3. (p. 103. 39.) ἢν σιτία ἐρυγγάνηται ὠμὰ, ἄτερ ὀξυρεγμίης. cibum crudum eructat citra ructum acidum. Et rurſus (p. 104. 18.) εἰσὶ δὲ ὁκόσοισιν ἐς τὴν ὑστεραίην ὀξυρεγμίαι γίνονται. Sunt autem quibus poſtridie ructus acidi fiunt. Lib. περὶ παθῶν ὀξυρεγμίη dicitur (pag. 187. 18. 33. 38.) Quibus ſanè ex locis ὀξυρεγμίην, τὴν τοῖς ἀπέπτοις παρακολουθοῦσαν ἐποξίζουσαν ἐρυγὴν, acidum ructũ, qui eos qui non concoquunt, ſubſequitur, apud Hippocratem exponit Erot. Hinc etiam ὀξυρεγμιῶδες dicitur lib. 2. Epid. (pagin. 316. 7.) quod ὀξυρεγμίην parit. οἱ ἔναιμοι καὶ οἱ ὑπόχολοι ὀξυρεγμιώδεες. Qui naturâ ſunt ſanguinei & aliquantulum bilioſi, acidis ructibus conflictantur. ὀξυρεγμιώδεες etiam ſunt aph. 33. lib. 6. qui acido ructu laborant. Vbi Galeno ὀξυρεγμιώδεες exponuntur, οἱ ὀξείας ἔχοντες ἐρυγάς. Quam dictionem quoque vſurpat Hippocrat. lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 58. 46.)

Ὀξυφλεγμασίη acuta & vehemens inflammatio quæ fit à ſuccenſo ſanguine. Libello περὶ παρθενίων (p. 213. 26.) ἔχονται δὲ τοιούτοισιν, ὑπὸ μὲν τῆς ὀξυφλεγμασίης μαίνεται. His autem ſic ſe habentibus, præ acuta quidem & vehementi inflammatione inſanit.

Ὀξυφωνίη κλαυθμώδης, vox acuta, eiulabunda & planctum referens, In Coac. Prænot. (pag. 431. verſ. 32.)

¶ Ὀπισθότονος eſt partium poſteriorum diſtentio, aut conuulſio in poſteriora. Supinus captus dicitur Cælio Aureliano cap. 6. lib. 3. acut. & raptus poſterganeus. ὀπισθοτόνους Celſus rigores qui caput ſcapulis annectũt vocat cap. 11. lib. 8. Opiſthotoni tria ſunt notabilia exempla lib. 5. Epid. (p. 341.) quæ etiam repetuntur lib. 7. Epid. (p. 358.) Ὀπισθοτονώδεες qui in ſcapulas rigeſcunt, & poſteriorum partium diſtentione tentantur, quam opiſthotonum dicunt, in Prorrh. (p. 195. 56.) & Coac. Prænot. (p. 428. 32.) iidem ὀπισθοτονικοὶ vocantur, lib. 5. Epid. (p. 339. 35.) ὀπισθοτονώδης ῥῖγος, rigor cum poſteriorum partium diſtentione, rigor cùm ceruix in ſcapulas deiecta eſt & cervorſum contracta, aut in humeros incuruata. In Coac. Prænot. (p. 425. 7.) ὀπισθοτονώδεα πυρετώδεα, febres cum poſteriorũ partium diſtentione. in Coac. Prænot. (p. 434. 24.)

Ὀπισθοχειμῶνες ſunt frigora quæ ad extremam hyemem ſiunt, quæq; cæteris plærunq; duriora ſentiuntur. Lib. 1. Epid. (p. 357. 41.) ὀπισθοχειμῶνες μεγάλοι, extremæ hiemis frigora magna fuere. Eandemq; dictionem vſurpat lib. περὶ χυμῶν (pag. 116. 46.) ὅταν δὲ χειμέριον γένηται ἦρ, καὶ ὀπισθοχειμών. cùm ver hybernum fuerit, & extremæ hyemis frigora ſenſerit.

Ὅπλα inſtrumenta & funes ſignificant apud Hippocr. lib. de art. (p. 615. 32.) τὰ χαλώμενα ὅπλα, laxati funes. Galeno in Exeg. vocum Hipppocr. ὅπλα exponuntur σχοῖνοι ἀπὸ στυππείου, ἢ λίνου, ἢ καννάβεως. funes ex ſtupa, lino aut cannabe cõfecti. Erotianus verò apud Hippocr. Bacchium reprehendit, quòd ὅπλα expoſuerit τὰ στύππινα σχοινία, ſtupeos funes (vt ſtupea vincula dixit Maro Æneid. 2.) vult enim ὅπλα κυρίως dici τὰ ἐν τῇ νηὶ διακρατοῦντα ὀρθὸν τὸν ἱστὸν σχοινία, funes nauticos malum rectum continentes. Quemadmodum etiam Hippocr. lib. de art. (pag. 659. 28.) ὅπλα vocauit nauticos rudentes. Vbi Gal. ὅπλα vocari ſcribit τὰ κατὰ τὰς νεῶν σχοινία, nauium rudentes. & δῆλον ὅτι ναῦ ὁ Γ᾽ ποιητής ὠνόμασεν ὅπλα μὲν ἰδίως, τὰ ἐν τῇ νηὶ σχοινία. τὰ δὲ ἔξω τῆς νεὼς ἐν ταῖς πόλεσι καὶ κατ᾽ ἀγρὸν, διὰ τῆς κοινῆς προσηγορίας ἐδήλωσε τῆς σχοινία. Conſtat nunc Hippocratem cùm ὅπλα dixit rudentes nauticos intellexiſſe. Eos namque qui in vrbibus & in agro habentur, communi appellatione per σχοινία ſignificauit. Quod etiam Homerico teſtimonio conteſtatum facit Galenus, qui etiam ἰδίως ξ. funem nauticum εὔστρεφὲς ὅπλον vocat. ὅπλα tamen communiter inſtrumenta tum bellica, tum nautica dicuntur quemadmodum & Latinis arma cunctarum artium inſtrumenta, vt annotat Seruius, quod ex Euſtathio ſumpſiſſe videtur, qui ὅπλα nominari ſcribit πάσης τέχνης καὶ ὁποιασοῦν ἐργασίας ἐργαλεῖα, quælibet artis cuiuſcunque inſtrumenta. Pollux quoque lib. 1. cap. 9. ὅπλα dici ex Xenophonte in Oeconomico ſcribit, τὰ σύμπαντα σκεύη, quæuis inſtrumenta. De inſtrumentis nauticis dixit Maro Æneid. 5. Colligere arma iubet validiſque incumbere remis, ex armorum bellicorum tranſlatione. Sic de ruſticis inſtrumentis Georgic. lib. 1. quæ ſint duris agreſtibus arma. Et lib. 1. Æneid. cerealia arma Expediunt, de inſtrumentis quib. cerealia ſemina comminuuntur & in farinam rediguntur.

Ὀπὸς ſimpliciter & per ſe ὁ τοῦ σιλφίου κατ᾽ ἐξοχὴν exponitur Galeno apud Hippocr. ſilphii aut laſeris ſuccus, quemadmodum & καυλὸς, cùm tamen cõmuni notione ſuccum aut humorem alicũde expreſſum indicet. Quæ Galeni explicatio ad lib. de rat. vict. in morb. ac. refertur (p. 62. 26.) vbi σιλφίου ὀπὸς, καυλὸς ponitur & de laſere intelligitur, eius ſucco & ſcapo. Rurſus lib. 2. de morb. (pag. 149. 8.) ὀποῦ τριῶν κυάμων, laſeris ſucci trium fabarum quantitatem. Et (v. 15.) ὀποῦ δύο κυάμους. laſeris ſucci fabas duas. Idem quoque ὀπὸς μηδικὸς dicitur Galeno in fine lib. 2. κατὰ τόπ. ſuccus Medicus, Syrenæus, vt & Cyrenaicus. Sæpe verò ab Hippocrate ὀπὸς σιλφίου nominatur, vt lib. 7. Epidem. (pag. 362. 23.) & lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 200. 8. & 19. & p. 202. 5.) & lib. 2. de Morb. (p. 149. 1. & p. 150. 24.) & lib. 3. (p. 164. 7. & 8.) Eſt vbi ὀπὸς non ſolùm laſeris ſuccum ſed & ipſum ſilphium & laſerpitium indicat. Et Galenus ὀποῦ καρπὸν apud Hippocrat. σιλφίου σπέρμα, ſilphii ſemen exponit, quod folium ſingulariter & Magydaris quibuſdam vocatur. Quod videtur referri ad lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 257. 1.) vbi καρπὸν ὀποῦ legiſſe videtur Cornarius, cùm tamen exemplaria omnia habeant σιλφίου καρπὸν ὀπόν.

Ὀπὸς etiã veteribus de fici & caprifici lacteo ſucco effertur, quo coaguli loco ad lac ſpiſſandum vtebantur. Sic lib. 4. de Morb. (pag. 175. 1.) ὀπὸν ad lac cogendum & inſpiſſandum immittit Hippocr. Vbi certe ambiguum eſt an laſeris ſuccum & Cyrenaicum intelligat, an verò ſuccum alium quendam lac ſtringentem & condenſantem. Et Empedocles apud Plut. lib. περὶ πολυφιλίας ὡς δ᾽ ὅτ᾽ ὀπὸς γάλα λευκὸν ἐγόμφωσε καὶ ἔδησε. Vt tunc denſando opportuna coagula lacti. Quod ad Homeri imitationem dictum eſt. Sic enim ſcribitur Il. ε. (v. 902.) ὡς δ᾽ ὅτ᾽ ὀπὸς γάλα λευκὸν ἐπειγόμενος συνέπηξεν ὑγρὸν ἐόν. Vt cùm lac album coagulum cogens congelarit, molle exiſtens. Quod etiam de lacteo fici ſucco dicitur Dioſcoridi lib. 1. cap. 184. & 185. & Plinio cap. 7. lib. 23. qui & ὀπὸς vocatur. Et Euſtathius in Homeri locum, ὀπὸν exponit τὸ γαλακτῶδες τῆς συκῆς lacteum fici ſuccum, & τὴν πυτίαν, coagulum. Neque ſecus ὀπώδεις ὑγρότης fici ex Theoph. lib. 1. hiſt. plant. cap. 19. Plinio lacteus ſuccus dicitur lib. 15. cap. 18. & quod πολύοπον δένδρον lib. 4. hiſt. plant. cap. 2. Plinius lib. 13. capit. 7. ficum multo lacte abundare ſcribit. Qua forte notione ὀπώδεα οὖρα dicũtur Hippocrati lib. 7. Epid. (p. 356. 48.) lacteæ & albicantes vrinæ, quod pituitam multam crudam & vitream præſeferant. Intelligi quoque etiam videntur vrinæ ſuccum & ſerum pluri-

plurimum referentes, velut quæ multam crudam humorum copiam, & frigidi pituitoſiq; humoris multitudinem denotant. ὀπὸς enim τῶν χυμῶν genere cenſetur, & à Platone in Timæo plantarum ſuccis annumeratur, quod etiam teſtatur Galenus lib. 1. de ſimpl. med. fac. cap. 38. Quod igitur eiuſmodi vrinæ, quales ſunt dilutæ, crudi ſucci & ſeri plurimam copiam continerent, ὀπώδεις, veluti ſuccoſæ & ſeroſæ accipi poſſunt.

Ὄπωπα εἶδον exponit Erotianus apud Hippocr. quod eſt vidi. Qua dictione vtitur lib. de art. (pag. 579.7.) αὐτὰρ οὐδὲ ἐς τὸ ἔμπροσθεν οὐδέπω ὄπωπα. Verùm neque in anteriorem partem vnquam vidi. Sed Erotiani codices εἶδος vitioſè legunt. ὄπωπα, ἑώρακα, ἴδον, ἐθεασάμην, exponit Heſychius.

Ὀπώπια dicũtur oculorum oſſa Hippocrati, lib. περὶ ὀστέων φύσ. (pag. 58.44.) κεφαλῆς ξὺν ὀπωπίοις ὀκτώ. capitis cum oculorum oſſibus octo.

Ὀπώρη pars æſtatis vltima dicitur, in qua cùm fructus matureſcere ſoleant, pro fructibus ipſis accipitur, interdum verò pro autumno & fructibus autumnalibus. Lib. 5. Epid. (p. 338.34.) ἐδίων ὀπώρην, ex pomorum eſu. Et rurſus ibid. (p. 340.17.) ὀπώρη γλυκεῖη, poma dulcia. Rurſus lib. 7. (p. 363.20.) ὀπώρη fructus autumnales & poma indicat, cùm pomorum nomine mora & nuces Plinius cenſeat, & Martialis nuces pineas. ὀπώρη μήλων malorum aut pomorum fructus, lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 200.35.) in cauſis hydropis ex liene. καὶ μήλων ὀπώρην πολλὴν φάγῃ, & poma multa aut malorum fructus multos ederit. Ac rurſus ibidem (verſ. 41.) ὁκόταν δὲ ὀπώρη ᾖ καὶ φάγῃ ταύτην. cùm verò pomorum tempus aduenerit, eaque comederit. Et (pagina 210.1.) αὕτη ἡ νοῦσος ἐπιλαμβάνει μάλιστα μετοπώρου καὶ ὀπώρης ἰούσης. morbus prehendit autumno præcipuè & fructuum tempore. Et rurſus ibidem (pag. 207.35.) in cauſis quarti ſtuporis attoniti, quẽ Typhon vocant. ὁκόταν τις πλησθῇ παντοίης ὀπώρης. cùm quis ſe fructib. autumnalibus omnis generis expleuerit. Sic enim fructus autumnales molli cortice & foris non lignoſo, qui pomorum genere cenſentur comprehendit. Et rurſus ibidem (v. 34.) autumni tempus indicat. γίνεται μὲν τὸ νόσημα ἐν ὀπώρης χρόνῳ. fit hic morbus autumni quidem tempore, vel fructuum & pomorũ tempore. Et (v. 47.) ὁ δὲ ὑπὸ τῆς ὀπώρης ληφθεὶς τῇ νούσῳ. Qui verò ſub autumni tempus morbo correptus eſt.

Ὀργᾶν eſt ardenter appetere, & ad aliquid cum impetu ferri, cupiditate aut libidine incendi, turgere, ἐπιθυμεῖν, ὁρμητικῶς ἔχειν, vt exponit Heſychius. proprieque de animantibus dicitur, quæ libidine turgent & quodam eius impetu concitantur, ſeu quæ ardentiſſimè coitum appetunt, & abſtinere nequeunt, tuncque turgere aut tumere dicuntur. Ex qua translatione terra ὀργᾶν dicitur cùm ſemina appetit aut turget, & gignere ac parere cupit. Quod dixit Virg. Georg. 2. Vere tument terræ & genitalia ſemina poſcunt. Sic Erotianus ὀργᾶν τὴν γῆν πρὸς τὴν ἐκβολὴν τοῦ καρποῦ dicit, cùm terra turget, & fructus ac germina aut flores producit. Eademque notione tumeſcunt arborum gemmæ cùm frondes parturiunt. Neque abſimili translatione tumere negotia, & tumorem rerum dicit M. Tullius epiſt. 4. & 5. lib. 14. ad Att. de eo rerum ſtatu qui in bellum aut tumultum erumpat, & aliquid perturbationis afferat. Ex Scholio quodam adſcribitur, ὀργᾶν, ὀρέγεσθαι, ἐπιθυμεῖν πρὸς συνουσίαν. ὀργάς γὰρ τὰς πρώτας ἐκάλουν οἱ ἀρχαῖοι, ὡς καὶ Ἀλκμὰν φησιν. ὁ μὲν ἀνθρώποις ὀργαὶ βεβρεγμέναι μυρίαι. Eodem etiã tropo ὀργᾶν ad humores corporis transfertur, qui inordinatè mouentur, & ab vna in aliam partem impetu feruntur & decurrunt, tuncque medicamento purgante indigent, velut manum porrigente & ad exitum deducente. Quod multis locis ſcribit Galenus præcipuéque Com. ad aphoriſ. 22. lib. 1. his verbis: τὸ δὴ ὀργᾶν, ἀπὸ τῶν ὀργώντων ζώων μετενήνοχεν ἐπὶ τοὺς χυμούς. καθ' ὃν γὰρ τρόπον ἐκεῖνα ἡσυχάζειν οὐ δύναται, γαργαλιζόμενά πως καὶ κινούμενα καὶ διασπώμενα πρὸς τὸ πάθος, οὕτω καὶ οἱ χυμοὶ πολλάκις ἐν κινήσει σφοδροτέρᾳ καὶ μεταρρύσει μορίων εἰς μόρια, κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ νοσήματος ἐνοχλοῦσι τὸν ἄνθρωπον, κινοῦντες καὶ γαργαλίζοντες, καὶ ἡσυχάζειν οὐκ ἐπιτρέποντες, ἀλλ' αὐτοί τε κινούμενοι καὶ μεταρρέοντες, ἐνοχλοῦντές τε τῇ τοιαύτῃ φορᾷ τὸν κάμνοντα. ὀργᾶν verò, quod eſt ad coitum impetu ferri, ab animantibus in Venerem concitatis ad humores translatum eſt. Nam quemadmodum ea quieſcere non poſſunt quodammodo titillata atque impulſa, & ſtimulata ab eiuſmodi affectus impotentia: ſic & humores plærunque dum motu feruntur concitatiore, & ab vna parte ad alteram transfluũt, ſtatim initio morbi hominem infeſtant cõcitantes & titillantes, nec quieſcere ſinunt, ſed & ipſi mouentur & transfluunt; tantoque motu ægrum infeſtant. Idem quoque Com. ad aphoriſ. 1. lib. 4. ὀργᾶν, ἐπείγεσθαι καὶ ὁρμᾶν exponit, quod eſt vrgere, impellere & impetu ferri. μετενήνεκται γὰρ ἀπὸ τῶν ὀργώντων ἐπὶ συνουσίαν ζώων ἡ προσηγορία. ὅταν οὖν κινῶνται καὶ φέρωνται πάντῃ τοῦ σώματος οἱ πλεονάζοντες χυμοί, μηδέπω καθ' ἕν τι μόριον ἐστηριγμένοι, τηνικαῦτα πρὸς τὴν ἀπόκρισιν αὐτῶν ἡ φύσις ὁρμᾷ, καὶ δεῖται τινὸς ὀρέξοντος χεῖρα καὶ ποδηγήσοντος αὐτὴν τὴν ὁρμὴν ἐπὶ τὴν γαστέρα. Translata enim appellatio eſt ab animalibus ad coitũ incitatis. Cùm enim redundantes humores mouentur & per totum corpus feruntur, nondum corporis aliqua parte firmati, tũc ad eos expellendos incitatur natura, atque aliquo qui veluti manum porrigat, & hunc humorum motũ ad aluum deducat indiget. Et Com. ad aph. 10. lib. 4. εἴρηταί μοι καὶ πρόσθεν ὅτι τὴν ὀργᾶν φωνὴν ὁ Ἱπποκράτης ἀπὸ τῶν ζώων μετενήνοχε τῶν ὀρεγομένων χρῆσθαι συνουσίᾳ φυσικήν τινα ταύτην ἐπιθυμίαν ἐχόντων αὐτῶν εἰς τὴν τοῦ σπέρματος ἀπόκρισιν. ἐνδέχεται γὰρ ἐν τοῖς περὶ σπέρματος λόγοις, καὶ τὸ θῆλυ κατὰ τὰς συνουσίας σπερμαίνειν. ὅπερ οὖν εἴ τι γε ἐν ὅλῳ τῷ σώματι παραπλήσιον τῷδε γίνεται τῆς φύσεως ὁρμὴ πρὸς ἀπόκρισιν τῶν περιττῶν, εἰ καὶ μὴ καθ'

ὄντων, ἀλλά γε κατὰ τὰ κυριώτατα μέρη, τὸ τοιοῦτον ὁ Ἱπποκράτης ὀργᾶν ὀνομάζειν εἴωθεν. Dictum à me etiã antea Hippocratem verbum ὀργᾶν ab animalibus ad Venerẽ incitatis ad humores tranſtuliſſe, cùm ea naturali quadam cupiditate moueantur ad ſeminis excretionem. Siquidẽ oſtenſum eſt in libris de ſemine fœminam quoque in coitu ſemen excernere. Quando igitur vel toto corpore ſimilis huic animantium concitatæ ad ſeminis emiſſionem libidini, fuerit naturæ impetus ad excretionem redundantium humorum, vel ſi non toto corpore, at certe partibus principalibus, eiuſmodi naturæ quæ moleſta ſunt expellere geſtientis motum conſueuit Hippocr. per verbum ὀργᾶν appellare. Idem etiam Com. in ſect. 15. lib. 2. de humor. ei attributo, verbum ὀργᾶν ſcribit propriè de animantibus dici ſolere, quæ ad rerũ Venerearum vſum impelluntur. Nunc verò ad eos tranſlatum eſſe morbos, qui properant, celeriterq; mouentur: præcipuè autem cùm ſenſus ægroti hominis ab inordinata humorũ ſpiritusq; agitatione quodammodo irritatur. ὀργᾶν autem turgere ſignificare, vrgere & impetu ferri ad excretionem, aut ad exitum feſtinare, & humoribus attribui ad exitũ paratiſſimis & vrgentibus ſcribitur à Galeno Com. 2. in lib. 6. Epid. (p. 460.14.) ἐπὶ γὰρ τῶν ἑτοιμοτάτων εἰς ἔκκρισιν ἐπειγομένων τε πρὸς κένωσιν ὀργᾶν, (ἐπειδή τε καὶ κατ' ἄλλους ἀφορισμοὺς φασὶ) χρώμενος τῇ ὀργᾶν φωνῇ. Etenim in paratiſſimis ad excretionem & ad euacuationem properãtibus humoribus, tum hic, tum in aliis aphoriſmis, ὀργᾶν voce vſus eſſe videtur. Qua ſignificatione interdum propriè vtitur Hippocr. vt lib. de fract. (p. 564.5.) πύον γὰρ συχνὸν ῥεῖ ἐκ τοῦ ἕλκεος, καὶ ὀργᾶν φαίνεται. Pus enim copioſum ex vlcere fluit, & turgere videtur, hoc eſt, gliſcere & ad exitum aut excretionem feſtinare, vt à parte vitiata expellatur, ἐπείγεσθαι πρὸς τὴν ἀπόκρισιν exponit Gal. Dicitur autem de parte vlcerata, cùm vlceris labra nõ committuntur, ſed dehiſcunt & diſſident, & in affecta parte motionis cuiuſdam latentis in interioribus ſenſus eſt. Sic lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 247.4) οὐδ' ὀργᾷ τοῦτο δρᾶν hoc eſt, neque incitatur ad coitum aut eum appetit. Et lib περὶ φύσ. παιδ. (p. 34.24.) καὶ αἱ θηλαὶ ὀργῶσι, & papillæ turgeſcunt in lactis ſignificatione, hoc eſt, foras prodeunt & quodammodo gliſcunt aut exeruntur. Ruſus Prorrh. 2. (pagina 418. verſ. 10.) ἢν αὐτομάτως τύχωσιν ὀργῶσαι, ſi eo ſponte ferri contingat, hoc eſt, ſi forte ad ſanguinis profuſionem irritentur aut cieantur, moueantur aut gliſcant. Qua notione ὀργῶν αἷμα ibidem (verſ. 17.) dicitur, ſanguis gliſcens & erumpens, aut ad profuſionem concitatus (etſi omnes codices σώματος pro αἵματος vitioſè legunt. Sic ὀργῶν σῶμα dicitur plethora laborãs corpus humoribus turgidum & ſcatens. Eaque ſignificatione tubercula ὀργᾶν dicuntur Galeno Com. 2. in lib. 6. Epid. (p. 466.41.) quæ in acutum tendunt & humoris acrimonia ad eruptionem irritantur. ἐμάθετε δὲ ἤδη καὶ περὶ τῶν φυμάτων ἐμάθετε, ὡς τὰ μὲν ἀποκορυφοῦται εἰς ὀξὺ, καὶ οἷον ὀργῶντα θερμῶν χυμῶν ἐστιν ἔγγονα, τὰ δὲ ἐναντία ψυχροτέρων. τὸ δὲ ὀργᾶν αὐτὰ, ἐκ τε τῶν κνησμῶν καὶ τῆς ὀδύνης ἔστι διαγινώσκειν. Iam verò de tuberculis audiuiſtis, quòd quæ in acutum faſtigiantur & quaſi turgent, à calidis humoribus ortum habẽt, contraria verò à frigidis. Ea autem turgere, ex pruritu & dolore dignoſcere licet. At verò figuratã eam dictionem plærunq; vſurpat Hippocr. vt lib. περὶ χυμῶν (p. 115.29.) & aph 22. lib. 1. & aph. 1. & 10. lib. 4. & lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 243.23.)

Ὀργάσασθαι Galenus in Exegeſi apud Hippocrat. ἀναμίξαι, συγκεράσαι, hoc eſt, permiſcere, contemperare aut ſubigere exponit, nimirum aph. 6. ſect. 2. lib. 6. Epid. ſubindicans, vbi ὀργάσασθαι paſſim legitur, cui certe eandem expoſitionem adhibet, etſi in Comment. ὀργίσασθαι plæroſque legere contendit, vbi tamen eam lectionem nimis affectatam & ab Hippocratis loquendi conſuetudine remotam profitetur. Quam certe amplexus mihi videtur Erotianus cùm ὀργίσασθαι, τὸ ὁρμὴν ἔχειν πρός τι, exponit, hoc eſt, ad aliquid impelli aut incitari. Et ὀργίσασθαι οὖν εἶπε τὸ εἰς πάχος ἄγειν τὰ ὑγρὰ, καὶ πρὸς ἔκκρισιν ἑτοιμάζειν. quod eſt ad conſiſtentiam humida cogere & ad excretionem præparare. Quæ certe expoſitio optimè huic Hippocr. loco conuenit, & cum ea quam ὀργᾶν & ὀργάσαι aut ὀργάζειν antea tribuimus ex Heſychio in dictione Ἀνοργίαστον. Animaduertendum tamen eſt Erotiani exemplaria nonnulla ὀργίσασθαι pro ὀργιάσασθαι ſcribere, eaque propius ad ὀργάσασθαι accedere.

Ὀργασμὸς etiam (velut ἀπὸ τοῦ ὀργάσαι quod μαλάξαι exponit Galenus, ἑτοιμάσαι & φυρᾶσαι Heſychius) legitur apud Hippocr. [illegible] libro περὶ χυμῶν (pag. 114.47.) & præparationem ſignificat aut emollitionem, ſubactionem & permixtionem. Videturque inter ea annumerari quæ medico ſunt curanda, & eorũ quæ vacuari debent præparationem quandam & ſubactionem ſubindicare. Concitationem dixit Cornarius ab ὀργᾶν. Vbi annotatur ex quodam Scholio manu ſcripto in exemplaribus Regiis manu ſcriptis Hippoc. ὀργασμὸς, μαλαγμός. μέμνηται τῆς λέξεως καὶ Σοφοκλῆς ἐν Πανδώρᾳ λέγων· καὶ πρῶτον ἄρχου πηλὸν ὀργάζειν χεροῖν. καὶ Ἀττικοὶ δὲ ἰδίως λέγουσιν ὀργάσαι, τὸ τὰ ὑγρὰ τοῖς ξηροῖς μίξαι καὶ ἀναφυρᾶσαι, καὶ οἷον πηλὸν ποιεῖν. Quæ certè optimè quadrant cum his quæ antea ſcripſimus in dictione ἀνοργίαστον. At verò Commentarii Galeno attributi ὀργασμὸν ab ὀργᾶν deducunt, quod de humoribus ad excretionem paratiſſimis & ad euacuationem properantibus dici ſcribitur. Quam expoſitionem illic ſecutus eſt Cornarius.

Ὄργια, μυστήρια exponit apud Hip. Erotianus, ſacra, myſteria. Vtranque tamen vocem reperio apud Hipp. ἐν τῷ πρεσβευτικῷ in Epiſt. (pag. 541.7.) μυήσαντες τὰ Δήμητρος καὶ κόρης μυστήρια καὶ ὄργια, καὶ τὸν πατέρα καὶ ἐμὲ δημοσίᾳ publicè patrem

meque

meque Cereris & Proſerpinæ myſteriis ac ſacris initiantes. Ruſſus ἀτελέστους ὄργια, ſcientiæ ſacra dicuntur ἐν νόμῳ (p. 19.42.) πρὶν ἢ τελεσθῶσιν ὀργίοισιν ἐπιστήμης, prius quam ſcientiæ ſacris initientur.

Ὀργίλοι iracundi, iidem qui ὀξύθυμοι antea dicti ſunt, ſuntque præcipitis iræ & acerbæ, qui nullo negotio nulloque habito rei diſcrimine in acerbam iracundiam feruntur, & implacabiliter commouentur, ob rationis imbecillitatem. Quale quid mulieribus contingit & rationis impotentibus, qui leui ex offenſione exaſperantur. Gallicè imitata aliquantulum Græcæ vocis ſignificatione ὀξύθυμοι dicũtur [*qui s'aigriſſent & ſe picquent aiſement*] Ea verò notione ὀργίλοι ſumuntur, lib. 1. Epid. (p. 372. 21.) in frigidarum naturarum recenſione. Vbi ὀξύθυμοι videtur leg. Gal. Alioqui eos qui in vehementem ferocientis animi impetum & excandeſcentiam proni ſunt ſignificant, quæ eſt calidioris cordis nota, vt ſatis indicauimus Com. noſtris in lib. 2. Epid.

Ὀρειτυπία, montanus labor, vnde ὀρειτύποι dicuntur qui ex mõtibus ligna, lapides & id genus alia grauia in vrbes conuehunt, quaſi montes pulſantes aut fodientes. Ea dictione vtitur Hippocrates aph. 13. ſect. 3. lib. 6. Epid. Vbi ſcribit Gal. ὀρειτύπους ὀνομάζουσιν οἱ Ἀθηναῖοι τοὺς ὅσοι ἐκ τῶν ὀρῶν εἰς τὴν πόλιν καταφέρουσιν, οἷον ξύλα, καὶ λίθους, ἤ τι τοιοῦτον. ὀρειτύπους Græci nominant quodlibet ex montibus in vrbem deferentes, vt ligna, lapides, & alia id genus.

Ὀρθόκωλον σχῆμα eſt dearticulationũ rigida figura, cùm ob durum tumorem extendentibus muſculis obduratis, inflectentes non cedũt. Ὀρθόκωλον alii vocant, ſicque ſcribitur apud Galenum Comment. 3. in lib. de art. (pag. 636. verſ. 22.) cùm meliùs ὀρθόκωλον ſcribatur, quod dicitur quando articulus perpetuò intenditur nec inflecti poteſt. Sic enim ὀρθόκωλον medicis dici ſcribit Galenus, cùm aliquod membrum ita extenditur vt inflecti nequeat.

Ὀρθόπνοια eſt erectæ ceruicis ſpiratio, quòd qui ea ſpirandi difficultate laborant erecti ſpirare cogantur. Sic enim Celſus cap. 4. lib. 4. ὀρθόπνοιαν dici ſcribit ſpirandi difficultatem, cùm non niſi recta ceruice ſpiritus trahitur. Eſt enim tam vehemens ſpirandi difficultas, vt qui ea affecti ſint, decumbere ſuffocationis metu nequeant, ideoque erecta ceruice & thorace ſpirare cogantur. Huius cauſa eſt pulmonis eiuſque vaſorum anguſtia, aut ex aliqua inflammatione, aut aliquo humore in pulmonis cauis contento ſpiritum occludens. Galenus Comment. 2. in Prorrhet. (pagina 195. verſ. 6.) ὀνομάζει δὲ καὶ αὐτὸς καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ὀρθόπνοιαν ἐκεῖνο τὸ τῆς δυσπνοίας εἶδος, ἐν ᾧ πνίγονται κατακείμενοι, καὶ μόνως ἐξαρκοῦσιν ὄρθιον ἔχοντες τὸν θώρακα, κατὰ μηδενὸς ἐρηρεισμένον μεταφρένου. κατασχιζομένης γὰρ εἰς τὸν πνεύμονα τῆς τραχείας ἀρτηρίας τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ λάρυγγος ἐχούσης, ὅταν μὲν ἀνατείνωμεν ὄρθιον τὸν θώρακα, σὺν τῷ τραχήλῳ τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν ἐξευρύνεσθαι συμβαίνει, καὶ τὰς ἐξ αὐτῆς ἀποφύσεις ἁπάσας τὰς εἰς τὸν πνεύμονα κατασχιζομένας εὐρύνεσθαι, κἂν τούτῳ τὴν ἔνδον αὐτοῦ χώραν αὐξάνεσθαι. διὰ τοῦτο μὲν οὖν κἀπὶ ταῖς περιπνευμονίαις ἡ ὀρθόπνοια γίνεται, κἂν τοῖς καλουμένοις ἀσθματικοῖς πάθεσι. δι' αὐτὸ δὲ τοῦτο κἀπὶ τῆς χαλεπωτάτης κυνάγχης, ἐν ᾗ φλεγμαίνοντες οἱ τοῦ λάρυγγος ἔνδον μύες, ἀποφράττουσι τὴν ὁδὸν τῆς ἀναπνοῆς. ἐπιτείνεται γὰρ καὶ τοῦτο τὸ πάθημα κατακειμένων αὐξανομένης τῆς στενοχωρίας. Ὀρθόπνοιαν autem vocat ipſe, tum cæteri omnes, id difficulter ſpirandi genus, in quo decumbentes ſuffocantur, vixque erecto thorace ſufficiunt, dorſo nulli rei innixo. Arteria enim aſpera à ſummo gutturis initium habente in pulmonem diuiſa, cùm thoracem quidem rectum extendimus, arteriam aſperam cum collo dilatari contingit, omneſque eius propagines, quæ ex ea in pulmonem diuiduntur, atque interim ei regionem internam augeri. Ob eam igitur cauſam ὀρθόπνοια in pulmonis inflammatione & in aſthmaticis dictis affectibus oritur. Eamque etiam ob cauſam & in grauiſſima angina, in qua interni laryngis muſculi inflammatione affecti viam reſpirationis intercludunt. Hic enim affectus decumbentibus intenditur, incrementum accipiente anguſtia. Ruſſus Com. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 93. 28.) ὀρθόπνοιαν ξηρὴν Hippocr. exponens, idem ſcribit. ξηρὴν δὲ ὀρθόπνοιαν εἴρηκεν, τὴν χωρὶς πτυσμάτων, ἢ ἄνευ βηχός, ἰσχυρὰν οὕτω δύσπνοιαν, ὡς μὴ φέρειν τὴν κατάκλισιν, ἀλλὰ πνίγεσθαι. προείρηται δ' ἐμάθες, ὡς ὑπὸ στενοχωρίας γίγνεται τῶν κατὰ τὸν πνεύμονα κοιλιῶν τοῦ πνεύματος, αἵτινες τοῦτο πάσχουσι κατακειμένων μὲν μᾶλλον, ἑστώτων δ' ἧττον, ἀνακαθημένων γε δηλονότι πάντων ὀρθῶς τῶν κατὰ τὸν θώρακα, διὸ καὶ καλεῖται ὀρθόπνοια. γιγνομένης δ' αὐτῆς ἐνίοτε μὲν διὰ φλεγμονὴν τοῦ σπλάγχνου, καθάπερ ἐν περιπνευμονίαις, ἐνίοτε δὲ τῶν βρόγχων πεπληρωμένων, φλεβοτομίας δεῖσθαι φησὶ τοὺς ὀρθόπνοιαν πάσχοντας, οἷς μὴ πύον ἤθροισται. Siccam autem ὀρθόπνοιαν, hoc eſt, erectæ ceruicis ſpirationem dixit, eam ſpirandi difficultatẽ ſine ſputis aut abſq; tuſſi, adeò vehementem vt decubitum æger ferre non poſſit, verùm ſuffocari videatur. Quam fieri didiciſti ob anguſtiam earum capacitatum quæ in pulmones ſpiritũ deferunt, quæ quidem id patiuntur decumbentibus ægris magis, minus verò ſtantibus, nimirum rectè reſidentibus omnib. thoracis partibus, ideoque ὀρθόπνοια vocatur. Quæ cùm fiat interdũ quidem ob viſceris inflammationem, vt in peripneumoniis, interdum verò oppletis arteriis, ſanguinis miſſione eos indigere dicit qui orthopnœa affecti ſunt, quibus quidem minimè collectum fuerit. Eiuſmodi autem erectæ ceruicis ſpirationis typus eleganter deſcribitur ab Hipp. lib. 7. Epid. (p. 353. 49.) his verbis: ὀρθόπνοιη δὲ καὶ ἆσθμα πάντῃ, καὶ πνιγμοὶ ὑπὸ τοῦ πνεύματος, ὥστε καθημένη διετέλεσε τὸν χρόνον. κατακεῖσθαι δ' οὐχ οἵη τε ἦν, ἀλλ' εἴ τις καὶ ὕπνου δόξα γένοιτο, καθημένῃ ἦν. Erectæ ceruicis ſpiratio eiuſmodique anhelatio erat, interdumq; à ſpiritu ſtrangulabatur, adeò vt perpetuò in lecto deſidere cogeretur, neque decumbere poſſet, ſed ſi qua ſomni incideret opinio, eũ

deſidendo caperet. De orthopnœa multa alia habes in dictione ἆσθμα.

Ὀρθοπρίων, τῷ χοινικίδι exponit Gal. in Exeg. apud Hippocrat. modiolo aut terebello cauo. Eſt enim χοινικὶς Græcis, χοινίκιον Celſo, modiolus aut terebra caua, qua in ſecandis caluariæ oſſibus vtebantur antiqui, eademque ὀρθοπρίων nominatur. Ac neſcio an Gal. apud Hipocr. lib. de cap. vuln. (p. 451. 28.) ὀρθοπρίωνι legerit, vbi tamen paſſim ſcribitur: ἔστι δὲ ὁ κίνδυνος τοιοῦτος ἐν αὐτίκα ἀφαιρέῃς πρὸς τὴν μήνιγγα ἐκπρίσας, τὸ ὀστέον, τρώσῃς ἐν τῷ ἔργῳ τῷ πρίονι τὴν μήνιγγα. Aliud quoque periculum ſubeſt, ſi os ad mēbranam ſectum protinus auferas, ne in ipſo opere terebra membranam vulneret. Eſt & alterum terebræ rectæ & acutę genus, quod περιπρίειν aut τρυπάνιον dicitur, & τρύπανον εὐθὺ ὀξύ.

Ὀρθοστάδην aduerbium eſt apud Hippocr. quod in erectum ſtando ſignificat, aut eorū more qui erecti ſtant, & de leuiter ægrotantibus dicitur, qui erecti & obambulantes placidè morbum circumferunt, necdum decūbere coguntur, vel in grauibus morbis afflicti, ex quo decubitu morbi initium circumſcribendum eſſe monet Gal. cap. 6. lib. 1. περὶ κρίσεων. Eſt autem dictio Hippocratica & valde popularis quā ſic explicat Gal. Com. 1. in lib. 1. Epid. (p. 352. 35.) μετεωρίζονται δ' ἴσως εἰκότως, δι' ἃς εἶπον αἰτίας, ὥστε ὀρθοστάδην ὑπ' αὐτῶν ἐνοχλεῖσθαι τοὺς ἀνθρώπους, ὅπερ ἐστὶ φέρειν αὐτοὺς ἀλύπως, περιερχομένους, καὶ πράττοντας τὰ συνήθη, καὶ μὴ καταναγκαζομένους κλινήρεις γίνεσθαι, καθάπερ ἐν τοῖς σφοδροτέροις νοσήμασι. Verùm iure optimo moderatiſſima erant tubercula, ob eas quas diximus cauſas, adeò vt erecti & ſtantes homines ab iis affligerentur, hoc eſt, ea ferrent ſine moleſtia obambulantes & cōſueta munia obeuntes, neque decumbere cogerentur, velut in vehementibus morbis. Sic rurſus ibidem Gal. (pag. 353. 25.) vbi ἐπιπόνως exponit. ταῦτ' οὖν φησὶ τὰ συμπτώματα τοῖς πλείστοις τῶν καμνόντων ἐπιπόνως συμβῆναι, τουτέστιν οὐκ εὐφόρως, ὥστε ῥᾳδίως ἀνέχεσθαι περιιόντας ὀρθοστάδην, ἀλλὰ τοὺς πλείστους αὐτῶν γενέσθαι κλινήρεις. Hæc itaque ait ſymptomata plurimis ægris laborioſè cōtigiſſe, hoc eſt implacidè, ita vt nec recti & obambulantes facilè ſuſtinerent, ſed ex eis plurimi decumberēt. ὀρθοστάδην ἄπυροι, qui erecti & ſtantes à febribus vacant, lib. 1. Epid. (p. 352. 14. & p. 360. 26.) Et οἱ ὀρθοστάδην τοῖς κατακειμένοισιν opponuntur ibidem (p. 362. 55.) hoc eſt erecti & obambulantes decumbentibus, velut ibid. (p. 365. 3.) τοὺς ὀρθοστάδην, τοῖς ἐπὶ τῶν νοσημάτων, opponere quibuſdam videtur. Et lib. 3. Epid. in ſt. peſt. (p. 428. 41.) ἔθνησκον δὲ τουτέων ὀλίγοι ἀπὸ ὕδρωπος ὀρθοστάδην. Ex bis pauci ex hydrope recti & obambulantes moriebantur. Rurſus ibidem (v. 49.) πολλοὶ μὲν κατεκλίθησαν, οἱ δ' αὐτῶν ὀρθοστάδην ὑπεφέροντο. multi quidem decubuerunt, partim verò erecti & ſtantes perferebant. Eſt & ὀρθοστάδην περιιέναι erectum & ſtantem obambulare & circumire, qua locutione vtitur Hippocrates ægr. 9. lib. 1. Epidem. & Aretæus capite 9. lib. 1. περὶ σημείων τῶν ὀξέων παθῶν. Hinc ὀρθοστατεῖν dicitur rectum ſtare & ſe erigere. Libro 2. Epidem. (pagina 314. 19.) καὶ ὀρθοστατεῖν ἐπὶ ἀδύνατοι ἦσαν, erigare ſe ii haudquaquam poterant.

Ὅρος, terminus, finis dicitur, & apud Hippocr. ὅρος τῶν προσεχόντων, hoc eſt, confinium, exponit Erotianus. Eam autem vſurpat dictionē aph. 17. ſect. 6. lib. 6. Epid. τὰ ὀρθοζόμενα ἐξ ὧν τὰ κερχνώδεα, ὅρος. conſiderandæ veniunt irritantes fluxiones, ex quibus in vocem ſtridulam ex faucium aſperitate definūt, hoc eſt, quæ fauciū aſperitate & voce ſtridula circūſcribūtur. ὅρος enim τούτων aut aliud quid tale ſubaudiri poſſe videtur, fluxiones nanque in fauces, ſtridulus & crepetus ſonus circumſcribit ac definit. Rurſus ἐν τῷ κατ' ἰητρεῖον (pag. 687. 48.) ὅρος τῆς μάλιστα τὸ συμφανέν. maximæ compreſſionis cōtactus terminus ſtatuitur. Lib. etiam de art. (pagina 650. 24.) τὰ δὲ ὀστέα βραδέως ἀφίσταται, ᾗ ἂν τὰ ὅρια τῆς μελασμοῦ γένηται, Oſſa autem tardè abſcedunt, qua parte denigrationis termini extiterint. Et rurſus ibidem (verſ. 27.) χρὴ δὲ ὅσα ἂν κατωτέρω τῆς σώματος τῶν ὁρίων τῆς μελασμοῦ ᾖ. Oportet autem corporis partes infra terminos denigrationis ſitas.

Ὁρισμοὶ ſunt definitiones & artis præcepta, ſententiis & aphoriſmis comprehenſa, ad vſum neceſſaria, ἐν παραγγελίαις (p. 18. 47.)

Ὁρμὴ, motus, conatus & appetitio vertitur à M. Tullio lib. de Nat. deorū, aut animi appetitio à qua impellimur ad aliquid agendum. Eſt etiam naturalis appetitio qua ad id quod viſum eſt mouemur. καθ' ὁρμὴν, κατὰ προαίρεσιν, ἢ βούλησιν, hoc eſt, ex arbitrio & voluntate; exponit Galenus Com. 2. in Progn. (p. 136. 30.)

Ὁρμῶντα ἢ ἐνορμῶντα σώματα dicuntur Hippocrati, quæ cum impetu in nobis mouentur, & impetum faciunt, aph. 19. lib. 6. Epidem. ſect. 8. Quibus tertia in nobis ſpirituum ſubſtantia ſignificatur, ex qua corpus noſtrum conſtituitur. Hac autem appellatione ſpirituum in nobis impetus & motus, eorumq; vis ac naturæ tenuitas exprimitur, qua celerrimè quaquauerſum feruntur, in omniaque quātumuis denſa & craſſa repente ſe inſinuant. Quod etiam his verbis innuere videtur Galenus libro περὶ ῥιγῶν (p. 366. 26.) ἐνορμῶντα δὲ τὰ πνεύματα. πάντη γὰρ ἐξικνεῖται τοῦ σώματος ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ, ῥᾳδίως τε καὶ ἀκωλύτως. Quæ verò impetum faciunt, ſunt ſpiritus, quaquauerſum enim temporis momento facilè & citra impedimentum corpus peruadunt. Quidam etiam non temere iſtam appellationem, ad vim potiùs & vehementiam aut incurſionem quàm naturæ tenuitatem referunt.

Ὀρνιθίαι, Ornithiæ venti quaſi auiarii, qui verno tempore ſpirant, & aquilonii ſunt toto genere, vt ſcribitur libello de Mundo: οἱ δὲ ὀρνιθίαι καλούμενοι, ἐαρινοί τινες ὄντες ἄνεμοι, βορέαι εἰσὶ τῷ γένει. Ornithiæ quaſi auiarii, venti quidam dicti ſunt, ex Aquilonio genere,

verno tempore inualeſcentes. Plinius lib. 2. cap. 47. fauoniis annumerat, nomenque ſortiri ſcribit ab hirundinis viſo & auium aduentu. Eteſias aliquãdo Ornithias dici idem etiam contendit. Ariſtoph. ſcholiaſtes Acharn. Ornithiam ventum dici ſcribit, quòd aues ad terram ſternat & deiiciat ſuo frigore. Meminit Hippocr. lib. 7. Epid. (pagina 366. 7.) vbi ventum frigidum eſſe teſtatur. αἱ ὀρνιθίαι ἔπνευσαν πολλοὶ καὶ ψυχροί. Ornithiæ autem multi & frigidi ſpirarunt. Interpretes tamen ὀρθίαι legerunt.

Ὀρόβιον pro erui farina ſumi videtur apud Hippocrat. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pagina 222. 42.) & lib. 1. περὶ γυναικ. (pagina 262. 38.) vt ſit ὀρόβιον ἄλητον. Cornarius eruum decoctum vertit.

Ὀροβοειδέως ὑφιστάμενα, orobi ſimilia ſedimenta in vrinis, quæ hepatis colliquationem indicant, vt ſcribit Galen. Comment. 5. in lib. 6. Epid. (pag. 514. 16.) aut ſanguinem craſſum in renibus aut hepate exaſſatum. Com. ad aph. 76. lib. 4. Quod certe ex febre præſente & cruditate aut concoctione diſcernitur, vt ſcribit author libelli de vrinis cap. 26.

Ὀροσέλινον pro ὀρεοσέλινον ſcriptum eſſe apud Hippocrat. teſtatur Galenus in Exeg. & à Dioſcoride ὀρεοσέλινον appellari τὴν ἐν ὄρει γενομένην, eam quæ in montibus naſcatur. Sumpta eſt lectio ex lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 257. 49.) vt ſupra oſtendimus.

Ὀρούω, irruo, impetum facio, impetu feror, irrumpo, ὁρμῶ, & ab ὄρω deriuatur. ὀρούει ὁρμᾷ exponit Heſychius, & ὀροῦσαι ὁρμῶσαι, melius tamen ὁρμῆσαι, vt ſit irruere & impetu ferri. Hanc dictionem vſurpat Hippocrat. lib. 1. περὶ γυναικ. (pagina 244. 37.) τὰ ἐπιφαινόμενα πρῶτα ὀρούσαντα ἄνω, de virgine cui menſes primùm comparentes ſurſum impetum fecerunt, aut per ſuperiora proruperunt. ὀρούσαντα ὁρμήσαντα exponit Gal. in Exeg. nimirum hoc ſubindicato loco. etſi ὀρούσαντα & ὁρμῆσαι leg. exempl. publicata.

Ὀρρὸς πίσσης, ſerum picis dicitur lib. de vlcer. (pag. 515. 3.) ὀρρὸν πίσσης, τὸ ὑγρὸν τὸ τῆς πίσσης exponit Erotianus apud Hippocrat. eo nimirum ſubindicato loco. Intelligitur autem humidum illud picis ſeroſum, aut picis liquidæ recrementum quod ſupernatat, velut ſerum lacti. Dum enim pix coquitur, expanſa ſupra cortinam vellera eius halitu madeſcunt, quæ deinde in vas exprimuntur. Id πισσέλαιον dicitur Dioſcoridi cap. 79. lib. 1. Galeno verò πισσάνθος, picis flos. Hic enim lib. 1. κατὰ τόπ. (pagina 162. 28.) quod pici liquidę ſupernatat & incumbit πισσάνθος, picis florẽ dici ſcribit, quod tenuium magis quàm pix eſt partium, tum compage, tum etiam facultate. πισσέλαιον autem mixturam quandam ex oleo & pice liquida vocat, qua vtebatur ad pilorum radices. Rurſus quoque πίσσης ὑγρᾶς ὀρρὸς dicitur ibidem Galeno (pagina 165. 46.) qui & lib. 3. (pagina 195. 22.) ex Apollonio πίσσης ὀρρὸν ad aures purulentas infundit. Idem etiam lib. 2. de ſimpl. med. fac. cap. 21. πισσάνθος eſſe ſcribit, quod oleoſum in pice liquida ſuperuẽ fluit, idque verè picis florem dici. At Scribonius Largus cap. 40. ad aurium dolorem picis florem adhibet, & πισσέλαιον dici teſtatur, idque eſſe vult quod excipitur dum pix coquitur, lana ſuperpoſita eius vapori. Adeò vt picis flos idem quod picis ſerum eſſe videatur, quod etiam ὀρροπίσσα dicitur, quoq; Paulus ad vteros concluſos vtitur cap. 74. lib. 3. Huius etiam meminit Aëtius lib. 6. cap. 69. Addit porro Erotianus ὀρρὸν dici Hippocrati lib. 1. περὶ γυναικ. & lib. περὶ διαίτης, lactis ſerum quod ſuperſtat his quæ in caſeum coguntur. Quibus nimirum verbis ſubnotatur locus lib. 1. περὶ γυναικ. (pagina 241. 4. & 249. 12.) & lib. de rat. vict. in morb. ac. (pagina 38. 35.) Qua ſignificatione etiam ὀρρὸς accipitur Hippocrati lib. 4. de Morb. (pag. 174. 4. & pag. 175. 3.) Eſt & ὀρρὸς Heſychio τὸ ὑδατῶδες καὶ ἀφιστάμενον τοῦ γάλακτος.

Ὀῤῥωδέειν eſt metuere, formidare, & ὀῤῥωδεῖν, ἀγωνιᾷν, φοβεῖσθαι, exponit Erotianus apud Hippocrat. Sic ὀῤῥωδεῖ, φοβεῖται, ἀπορεῖ, exponitur Heſychio, & ὀῤῥωδοῦντες φοβούμενοι. Eſt autem ὀῤῥωδεῖν verbum Homericum quod εὐλαβεῖσθαι exponit Euſtathius, indeque deductum etymon exiſtimat, quòd bruta animãtia in metu caudam ſubter femora contrahant. οἱ γὰρ εὐλαβούμενοι κάτω, ἀνασπῶσι τὰ κατ' ὄῤῥον. ἢ τὸ ἄλογα δὲ ὑποστέλλει τὴν οὐρὰν ὅτι εὐλαβεῖται. ἐκ τοῦ περὶ τὸν ὄῤῥον ἱδρῶτος οὖν, ὀῤῥωδεῖν, τὸ τὸν ὄῤῥον ἰδίειν, ὃν οὐραῖον ἰδιώτης φασίν. Quam notationem etiam ſequutus eſt Heſychius cùm ſcribit: οἱ γὰρ δεδοικότες ἰδίουσι τὸν ὄῤῥον, ὅ ἐστιν ἱδροῦσι, ἤ τὸ ὀστοῦν τὸ ὑπὸ τὴν ῥάχιν. Qui enim metuunt, iis circa interfœmineum aut os ſacrum loca ſudant. Et Ariſtoph. Scholiaſtes ὀῤῥωδεῖν εὐλαβούμενος exponit, ἀπὸ τοῦ τὸν ὄῤῥον τὸν δειλὸν ἰδίειν. Eſt autem ὄῤῥος vt ſcribit Gal. in Exeg. τὸ ἱεροῦ ὀστοῦ τὸ πέρας, ὅπερ καὶ ὀῤῥοπύγιον καλεῖται, hoc eſt, oſſis ſacri extremum, quod etiam ὀῤῥοπύγιον appellatur, & eſt vltima ſpinæ para qua vertebræ deſinunt, in auibus manifeſtior, ex quo cauda enaſcitur. τὸ ὀστοῦν ὑπὸ τὴν ῥάχιν exponit Heſychius, & τὴν οὐρὰν Euſtathius, οὐραῖον Galenus, vt ſtatim docebimus. Eſt & ὄῤῥος Polluci lib. 2. linea quædam velut ſutura, ſubter colem, medium ſcrotum interſecans, per ταῦρον ad anum vſque tendens, quæ τράμις & πείναιον nominatur. Ὄῤῥος etiam exponitur Heſychio ὁ τράμις, οὐχ ὥς τινες τὸ ἰσχίον. Rufus Epheſius ἐν τῷ περὶ ἀνθρώπου μορίων, ὄῤῥον appellari ſcribit, lineam inter pudenda mediam, quæ & τράμις vocatur. Ὀῤῥωδέειν autem vſurpatur Hippocrati lib. de fract. (pagina 563. 57.) οὐ χρὴ ὀῤῥωδέειν τὸν τρόπον τῆς ἰητρείης curationis modum formidare non oportet. Et lib. 1. περὶ γυναικ. (pagina 240. 9.) ὀῤῥωδέειν χρὴ τὸ ἔμβρυον ἀμβλῶσαι ῥαγέντων τῶν ὑμένων, metuendum ne ruptis membranis fœtum abortione excutiat. Rurſus Prorrhet. 2. (pagina 418. 15.) μήτε ὀῤῥωδέειν, neque formidare. Et lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 252. 38.) καὶ ὀῤῥωδέειν ὅπως μὴ ψαύσῃς τῆς ὑστέρης, ita vt caueas ne vterum attingas. Lib.

de fract. (pagina 555.4.) ἢ ἕλκωσίν τινα ὀρρωδέῃς, aut exulcerationem aliquam metuas.

Ὀρρωδίην Galenus in Exeg. exponit τὴν ἄχρι τοῦ ὄῤῥου ἐκτεινομένων, hoc eſt, ad extremum vſque oſſis ſacri extenſorum. Quibus verbis ſubindicare mihi videtur locum lib. de rat. vict. in morb. ac. (pagina 108.27.) vbi ratiõ ſcribitur, σπαρασσομένων καὶ ξηραινομένων τῶν τεινόντων τὴν ὀρρωδίην. hoc eſt, vellicatis & reſiccatis iis qui ad oſſis ſacri extremum pertinent tendonibus, quaſi caudalibus tendonibus. Sic enim ibi exponit Galen. τοὺς ἄχρι τοῦ ὀῤῥοῦ καθήκοντας τένοντας. ὀνομάζουσι δὲ ὀῤῥὸν τὸ πέρας τοῦ ὀστοῦ, vbi extremũ ſpinæ & oſſis ſacri intelligas, quod ὀῤῥὸς & ὀῤῥοπύγιον aut ὀῤῥοπύγιον & οὐρὰ in animalibus dicitur. Sic enim ὄῤῥον exponit Ariſt. Schol. in Pluto τὸ ἔσχατον τῆς ῥάχεως ὀστοῦν, ἐξ οὗ ἡ οὐρὰ τῶν ζώων φύεται.

Ὀρφνῶδες tenebricoſum, obſcurum, nigrum & atrum ſignificat apud Hippocrat. in Progn. (pagina 161.41.) ἢ καὶ ὀρφνῶδές τι πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν φαίνεσθαι. aut tenebricoſum quiddam ob oculos obuerſari. Vbi Galen. τὸ μέλαν exponit, & nigrum quendam ac fuliginoſum vaporem ex bile flaua exaſſata in cerebrum ſublatum intelligit. Erotianus verò ὀρφνῶδες apud Hippocratem σκοτεινὸν exponit, tenebricoſum. ὄρφνη γὰρ λέγεται ἡ σκοτία, ὄρφνη dicuntur tenebræ. Heſychio quoque ὄρφνα καὶ ὄρφνη, σκοτία, νὺξ μέλαινα, tenebræ, nox atra & nigra, & ὀρφνῆεν, μέλαν, σκοτεινόν. Hinc ὀρφναία, σκοτεινή, μέλαινα, vt apud Homerum Il. κ. νύκτα δι' ὀρφναίην, per obſcuram noctem. Reperitur etiam hæc dictio in Progn. (pagina 162.45.) αὐτίκα μὲν τὸ ὀρφνῶδές τι πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν φαίνεσθαι. pro eo quod nigra quædam ante oculos obuerſantur. Vbi etiam Galeno φαντάσματα ὀρφνώδη dicuntur viſa obſcura & nigra, vt & χολὴν ὀρφνώδη, bilis atra & nigra, Comment. 4. in lib. 6. Epid. (pagina 492.48.) καὶ γὰρ ἰώδης ἐμεῖται χολὴ, καὶ ὑπέρυθρος, καὶ μέλαινα, καὶ ὀρφνώδης. Etenim æruginoſa bilis vomitione reiicitur, & ſubrubra, & nigra, & atra.

Ὄρχις teſtis aut teſticul⁹, corpus eſt glãduloſum, molle, album & teres, generationis principium. In teſtem quandoque apud Hippocrat. iudicatione humor deponitur, velut in febre ardente lib. de rat. vict. in morb. ac. (pagina 91.26.) καὶ ὄρχις ἐπαρθεὶς κρίσιμον. teſtis intenſus iudicationem præ ſe fert. Et in diuturna tuſſi teſtium tumor ſolutionem indicat. Sic enim accipiendũ eſſe diximus quod ſcribitur lib. 2. Epid. (pagina 311.49.) οὐδὲ βῆχες χρόνιαι, ἢν ὄρχιος οἰδήσαντος παύονται, vt nec ſi diuturnæ tuſſes, vbi teſtis intumuerit, deſinunt aut ceſſant. & ὄρχις οἰδήσας ἀπὸ βηχέων. teſtis ex tuſſi intumeſcens. Vbi thoracis & partium ſpiritalium cum genitalibus communionem ac conſenſionem multis Hippocratis exemplis confirmauimus. Ὄρχεις καὶ αἰδοῖα ἀνασπώμενα. in vehementibus doloribus & mortis ſignificatione, teſtium & genitalis conuulſio, in Progn. (pagina 137.9.) & Coac. Prænot. (pagina 439.25.) Et ὀρχίων ἐπάρματα, teſtium tumores in nimia vomitionis contenſione, ibidem (p. 440.48.)

Ὄρχεα Galen. in Exeg. apud Hippocrat. ὄσχεος, hoc eſt, ſcrotum exponit. Verùm ὄσχεα pro ὄρχεα legendum exiſtimo, eumque ſubindicari locum quem in dictione ὄσχεος ſubindicabo. In quibuſdam etiam exemplaribus ὄρχεος ſcribitur.

Ὀρχομένιον vſurpatur Hippocrati lib. de vlcer. (pagina 516.4.) Incertum verò eſt an adarce aut adarcion intelligatur, quod plurimùm inter arundineta lacus Orchomenii innaſcitur, an verò calami cortex vſtus accipiatur, qui etiam tenuium eſt admodum partium, valdeque deterget, exiccat & digerit, ideoque ad alopecias eſt efficax. Orchomenii lini meminit Pl. lib. 19. cap. 1.

¶ Ὄσπρια legumina dicuntur, itaque vocari ſcribit Galen. lib. 1. περὶ τῶν τροφῶν δυνάμεως (pagina 314.14.) ὁκόσα τῶν δημητρίων σπερμάτων ἐξ ὧν ἄρτος οὐ γίνεται, κυάμους, πισοὺς, ἐρεβίνθους, φακοὺς, θέρμους, ὄρυζαν, ὀρόβους, λαθύρους, ἀράκους, ὤχρους, φασήλους, τῆλιν, φακῆν, cerealia ea ſemina ex quibus panis nõ fit, fabas, piſa, cicera, lentes, lupinos, oryzam, eruum, cicerculas, aracos, eruiliam, phaſelos, fœnumgræcum, lentem, reliquaq; id genus. Quorum in numero fabas primo loco collocat Gal quæ per excellentiã ὄσπρια dicuntur Clementi Alexandrino Stromat. lib. 3, quòd ſic appellati veterib. in vſu fuerit. Quin & Athenæi verſus lib. 9. σῦκον μετ' ἰχθῦς, ὄσπριον δὲ μετὰ κρέας, de faba intelligi debet, quã viridẽ his quoq; tẽporib. homines poſt carnes loco bellariorũ eſitãt, quãq; etiamnũ hodie vulgo Græcorũ ὄσπριον paſſim vocari ſcribit doctiſſ. Mercurialis cap. 5. lib. 4. variarum lectionũ. ὄσπρια δὲ πάντα φυσώδεα, καὶ ὠμὰ καὶ ἑφθὰ, καὶ πεφρυγμένα. Legumina omnia flatulenta ſunt tũ cruda, tũ cocta & toſta, vt ſcribit Hip. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 110.43.) Eaque omnia ventrem implere ægreque concoqui tum cruda tum cocta ſcribit Gal.

Ὀστεόκοπος laſſitudinis differẽtia eſt, in qua nimirũ partes quæ in alto corpore ſunt poſitæ, vt muſculi circa oſſa poſiti, & tendones oſſibus adhærẽtes, neruiq; in muſculorum capita inſerti, ex nimio motu cõtuſionis & phlegmones ſenſum habent. Exercitatione enim nimia huiuſmodi partes excalfactæ, quippiam ex circũfuſis ſibi excremẽtis in imũ corp⁹ attraxere, vnde ex penitiore ſenſu intimarum partiũ, quodq; circa oſſa affectio hæreat, ὀστεόκοπος laſſitudinis inflãmationis ſenſũ habẽtis ſpecies nominat, vt ſcribit Gal. lib. 3. ſalub. (p. 249.2.) quaſi oſſiũ dolor aut laſſitudo. Qualẽ affectionẽ in febre ardẽte aſcribit Hippocrat. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 88.20.) καὶ πυρετὸς πολὺς ἴσχει, καὶ τὸ σῶμα ὥσπερ ὑπὸ ὀστεοκόπου ἐχόμενον, κοπιᾷ καὶ ἀλγέει. & febris multa detinet, corpusque velut oſſium laſſitudine occupatum, defatigatur & dolet.

Ὀστέον, os, pars eſt corporis maximè terreſtris, ideoque duriſſima & ſicciſſima & frigida. Quanquam, oſſa eſſe calida ex Empedocle velit Albertus Magnus lib. 3. de Animal. Oſſa autem ſunt corporis fulcra, & partes alias

illas omnes tanquam fundamenta ſuſtinent. De iis libellus eſt apud Hippocr. περὶ ὀστέων φύσιος inſcriptus, parum integer, in quo etiam adſcribuntur quædam, quæ Mochlico aſſuuntur, de oſſium natura. Oſſium multæ ſunt affectiones apud Hippocrat. Eſt ὀστέων ἀφιστικὸς & ὀστέων ἀπόστασις, vt antea ſcripſimus in dictione ἀπόστασις. Sic ὀστέον διεστηκὸς dicitur os disiunctum, diſpatatum, de caluariæ oſſe in cerebri inflammatione, cùm à membranis quibus colligatur, præcipuè qua parte ſuturæ ſunt, ſeparatum eſt, iſtaque vnitatis ſolutione maxima mortis periculum imminet. In Coac. Prænot. (pagina 429. 20.) οἷσι δὲ ἀνατρηθεῖσι τοῦ κρανίου διεστηκὸς εὑρεθῇ τὸ ὀστέον, ἀπόλλυνται. Quorum ex numero hi pereunt, quibus per ſectionem os disiunctum viſum fuerit. Eſt & ἐμπιεσμένον ὀστέον, os deſidens, aut medium deſidens, de quo antea etiam ſcripſimus. Ὀστέα χ' μακρὰ συριγγώδεα ἐξῄει, oſſa parum fiſtuloſa, aut in fiſtulam cauata, exceſſerunt, lib. 5. Epid. (pagina 339. 13.) Ὀστέον πυρετῶδες os febrile aut igneum dicitur lib. de vuln. cap. (pag. 449. 43.) ex malè curata ſuperiecta carne, aut inflammationem concipiente, nimiſque adſtricta. Vbi etiam licet animaduertere os iiſdem quibus carnem affectionibus obnoxium eſſe, inflammationi, ſuppurationi & abſceſſui.

Ὄστρακον de teſta figulina dicitur, velut lib. 2. de Morb. (pagina 150. 30.) ὄστρακα ἴπνου, teſtæ furni candentes in lac bubulum aut caprinum immittuntur. Et lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pagina 222. 49.) per ὄστρακα θερμὰ fomentum conficitur. Vt ruſſus ibidem (pag. 223. 16.) in fomento ſicco ὄστρακα panno aliquo inuoluta adhibentur. Sunt & φακοὶ ὀστράκινοι, lenticulæ teſtaceæ & vaporaria lenticulata teſtacea, ex quibus iniecta aqua calida fotus paratur, ibidem (v. 17.) vt eandem ad rem ὀστράκινα ἀγγεῖα, vaſa teſtacea adhibentur, etiam ibidem (pagina 229. 42.) & (pag. 285. 47.)

Ὀσφὺς propriè dicitur pars totius ſpinæ quinque vertebris craſſiſſimis maximiſque conſtans, inter dorſum & os ſacrum media, quæ aliàs ἰξὺς nominatur. (Nam & ἰξύι ὀσφύϊ exponit apud Hippocrat. Erotianus.) Latini lumborum nomine deſignant, partem qua cingimur denotantes. Sumi verò pro tota ſpina videtur apud Hippocrat. lib περὶ ὑγρῶν χρήσιος (pagina 112.41. & 43.) vbi inter partes frigidas reponitur cũ dorſo, pectore & præcordiis. Coxas ſæpe vertit Celſus, eoque nomine ilia interdum comprehendit, vt cap. 7. lib. 2. cùm hydropis originem ex coxis fieri ſcribit, quod Hippocr. in Progn. ἐξ ὀσφύος dixit. Ruſſuſque ibidem ex coxarum doloribus manentibus ſuſpectum hydropem facit. Hippocrat. aph. 11. lib. 4. & in Coac. Prænot. (pagina 433. 2.) ὀσφύος ἄλγημα apponit. Ruſſus quod ibidem ſcripſit Celſus, Si à coxis, & ab inferioribus partibus dolor in pectus tranſit, ex Progn. ſumptum eſt. (pag. 153. 1.) αἱ δὲ γινόμεναι ὀδύναι περὶ τὴν ὀσφύν τε καὶ τὰ κάτω χωρία, ἢν τῶν φρενῶν ἅπτωνται τὰ κάτω ἐκλείπουσαι. Dolores circa lumbos & inferiores ſedes affligentes, ſi iis relictis præcordia attigerint.

Ὄσχεον & ὄσχεος, ἢ τὰ ὄσχεα ſcrotum ſignificat, eſtque extrema teſticulorum tunica, multis rugis & media tunica diſtincta, quæ vulgaribus burſa dicitur. Polluci lib. 2. ὀσχεὸς τὸ τῶν ὀρχέων ἀγγεῖον exponitur, quod Celſo lib. 7. cap. 18. ὀσχεὸν dicitur, & ſcrotum vocari ſcribitur. Sic Heſychius ὄσχεα exponit μεσοπύγια, ὅ τὸ τῶν διδύμων ἀγγεῖον. ὄσχη verò etiam Hippocrati dicitur, vt lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pagina 214. 33.) ἐκκρέμανται ὥσπερ ὄσχη. Et libr. 2. περὶ γυναικ. (pagina 277. 1.) eadem in re, ἐκκρέμανται ὡς ὄσχη, velut ſcrotum dependent. Ac ruſſus ibidem (pagina 288. 17.) vbi vteri extra prominent, τὰ νεῦρα καὶ τὰ καλεόμενα ὄσχη χαλᾶνται, nerui & quæ ſcrota vocantur laxentur, demittantur. (Sic enim leg. videtur, cùm paſſim οἶχοι & ὄχοι vitioſè legatur.) Exiſtimoque pro ὄσχη ὄσχεα Galenum legiſſe, quod ὄσχεος exponit, etſi pro ὄσχεα ὄρχεα vitioſè ſcriptum eſt, vt antea diximus. Dicitur etiam ἡ ὄσχη Hippocrati, vt lib. 2. de Morb. (pagina 155. 17.) οἰδίσκονται τὴν γαστέρα καὶ τὴν ὄσχην, in hydrope, venter & ſcrotum intumeſcũt. Et ruſſus ibidem (p. 157. 25.) οἰδέουσι αἱ κνῆμαι καὶ ἡ ὄσχη, tibiæ & ſcrotum intumeſcunt. Et (verſ. 30.) καὶ τὴν ὄσχην ἀποτύπτειν, & ſcrotum pertundito. Ruſſuſque lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 199. 15.) καὶ τὰς ἐν τῇ ὄσχῃ φλέβας κάειν τὰς παχυτάτας. & venas ſcroti craſſiſſimas tundito. Et iterum (verſ. 33.) ἢν δὲ τὸ οἴδημα καθιστῆται ἐν τῇ ὄσχῃ. Si verò tumor in ſcroto conſtiterit. Ac ruſſus ibidem (pagina 208. 33.) μάλιστα δὲ ἡ ὄσχη præcipuè verò ſcrotũ. Videtur etiam ὁ ὄσχος dici Hippocrati lib. 7. Epid. (pag. 357. 48.) ſi modò vera eſt lectio. ἕδρη ἔξω ἐς τοὺς ὄσχους. ſedes extra ad ſcrotũ prolapſa eſt. Sic enim habent omnia exemplaria. Verùm ἐς τοὺς ὄρχιας legere malim, ex lib. 5. Epid. (pagina 340. 28.) Et in Coac. Prænot. (pag. 441. 12.) τὰ περὶ τοὺς ὄσχους οἰδήματα, tumores qui circa ſcrotum contingunt. Etſi ὀσχίας paſſim ſcribitur, quod ſuſpectam lectionem facit, & dubitationem monet, num ὀσχίαι dicantur idem quod τὸ ὄσχεον Galeno in Exegeſi, nimirum flexuoſa vteri oſculi extuberantia. Sic namque in Exeg. ſcribitur, ὀσχίον. τῇ περὶ τὸ ςόμα τῆς μήτρας ἑλικοειδεῖ ἐπαναστάσει, hoc eſt, circa os vuluæ flexuoſæ aut pampinoformi eminentiæ, quæ & ἀμφίδιον & τὰ λέγεα etiam Hippocrati vocatur. ὄσχος γὰρ καὶ μόσχος, τὰ κλήματα καὶ αἱ ἕλικες. ὄσχος enim & μόσχος palmitem, ſurculum aut malleolum viteum ſignificat & ramum tenellum, ſeu ſarmenta & pampinos. Vnde ὀσχοφόρια dicuntur feſta quibus ramulos vitis racemis onuſtos pueri geſtabant apud Athenienſes quaſi ramalia. ὄσχος etiam ὄσχη & ὄσχεος aut ὄχεον vocatur. ὄσχεα enim Heſychius exponit κλήματα βοτρύων πλήρη, vitium ſarmenta vitis & racemis onuſta. Animaduertendum tamen eſt Exeg. exemplaria quædam ὀσχία pro ὀσχίῳ ſcribere.

¶ Ὄψιος Galenus in Exegeſ. vocum Hippocr.

τὸ ὄρνιν, hoc eſt, auiculæ exponit, quam ὠτίδα per ω vocat Ariſt. & Xenophõ ὀτίδα per ο. Sic etiam Erotianus, ὠτίδας exponit, ὄρνιν εἶδός τι, ὃ ἔνιοι ὠτίδα καλοῦσι. Idemque in dictionibus ab ω incipientibus ὠτίδας καὶ ὀτίδας apud Hippocratem exponit, & vtroque modo legi ſcribit, auiculæque genus eſſe ſcribit, quæ plurima in Thracia aut Macedonia reperitur. Auis tarda Plinio ex Hiſpania dicitur cap. 22. lib. 10. & Græcis otida vocant. Galeno lib. 3. de aliment. facult. (pagina 343. 30.) ciuiſmodi aues ὠτίδες ἢ ὀτίδες dicuntur, niſi ὀτίδας ἢ ὠτίδας ſcribere malis pro vario ſcriptionis genere. Quam etiam varietatem Erotiani lectio indicare videtur, etſi eius codices fœdiſſimè ſunt vitiati. Quin & ὠτίς ὀρνίθιον ὠδικὸν exponitur Heſychio. Vulgus Gallicum huius auis nomen à Græcis retinere videtur, cùm outardam nominet, quòd circa τὰ ὦτα, dua πτερύγια habeat, teſte Ariſtotele. Quæ etiam appellatio à Latinis defluxiſſe videri poteſt. Verùm etymum Græcum ὠτίδα per ω legi debere, vt ferè ſemper legitur, indicat. Quo magis miror Galenum apud Xenophontem ὀτίδα legiſſe, cùm exemplaria omnia ὠτίδα legant, vt & Athenæus lib. 9. ex eodem loco. Locus autem apud Hippocrat. legitur lib. de Morbo ſacro (pagina 122. 32.) ὀρνίθων δὲ ἀλεκτρυόνος καὶ τρυγόνος, ὠτίδος [ἀπέχεσθαι κελεύοντες.] Ex volucribus autem, à gallo & turture & aue tarda abſtinere iubentes. Vbi tamen animaduertendum eſt ὀτίδας legiſſe Galenum & Erotianum, etſi hic vtrauque ſcripturam amplexus videtur.

¶ Οὔατα interdum apud Hippocrat. aurium inflammationes indicant, vt aph. 14. ſect. 6. lib. 6. Epid. aut eas quæ circa aures fiunt. αἱ οὐάτων, ἐξ οὐάτων τὰ πολλὰ θνήσκουσι τεταρταῖοι. Inflammationes quæ circa aures fiunt, & ipſarum quoque aurium inflammationes, plærunque tertio die occidunt.

Οὐδὸς ὁ, ianuæ limen, lignum ſeu ſaxum in ima ianuæ parte quâ in ædes intratur, παρὰ τὸ ἐνδύεσθαι, vt ſcribit Euſtathius. Homerus Il. θ. (verſ. 15.) de orco, ἔνθα σιδήρειαί τε πύλαι καὶ χάλκεος οὐδός. æneum limen. Heſychio οὐδὸς eſt βατὴρ ὁ περὶ τὰς θύρας, ſed eſt etiam ὀδός. Suidæ quoque οὐδὸς, βατὴρ, φλιὰ ſiue βαθμὸς exponitur, & τὸ κάτω τῆς θύρας & ἔδαφος, ſolum, pauimentum, quod etiam τὸ οὖδας & οὖδας dicitur. Qua ſignificatione ſumi videtur apud Hippocrat. lib. de art. (pagina 659. 38.) τῆς κλίνης δὲ οἱ πόδες πρὸς τὸν οὐδὸν ἐρηρεῖσθαι. lecti pedes ad ianuæ limen offirmari debent, aut ad pauimentum. Et rurſus ibidem (verſ. 48.) αὐτὶ τῷ οὐδῷ τε καὶ τῷ ξύλῳ τῷ παρατεταμένῳ. loco liminis & ligni appoſiti.

Οὖλα τὰ gingiuæ dicuntur, carunculæ quæ dentibus ſunt circumpoſitæ. οὖλα αἱ περὶ τὰς τῶν ὀδόντων ῥίζας σάρκες, vocantur Rufo. Pollux verò οὖλα vocari ſcribit carnes quæ extra dentes ambiunt, vt quæ intra, ἔνουλα. Eo autem nomine donari ſcribuntur ob carnis mollitiem & teneritatem. οὖλον γὰρ τρυφερὸν καὶ ἁπαλὸν exponit Heſychius. Et Erotianus apud Hippocrat. οὖλα ἰρίω, τὰ μαλακά exponit. Idem etiam apud eundem οὖλον ὀρόβου τὸ πυῤῥὸν ſignificare ſcribit, quibuſdam verò, τὴν ἰσομεγέθη ὀρόβῳ ἀκροχορδόνα verrucam orobo magnitudine æqualem. οὖλα pro gingiuarum tumore & vitio ponuntur Hippocrati lib. 2. de Morb. (pagina 142. 1.) καὶ οὖλα καὶ γλῶσσα. In tonſillis & gingiuæ & lingua vitium ſentiunt. οὔλων ὀδαξησμοὶ gingiuarum prurigines aph. 25. lib. 3. Et οὖλα πονηρὰ, gingiuæ malæ ac vitiatæ in lienoſis, Prorrhet. 2. (pagina 423. 15.) in quibus etiam gingiuas exedi ſcribit Paulus cap. 49. lib. 3. οὖλαὶ etiam dicuntur Hippocrati libr. 7. Epid. (pagina 368. 43.) καὶ οὐλέων ὑποσάρκωσις, in gingiuis excreſcens caro, etſi ὠρέων vitioſè leg. exemplaria, pro quo tamen οὔλων legitur lib. 5. Epid. vbi id repetitur (pag. 342. 47.) οὐλαὶ etiam κριθαὶ, hoc eſt, hordeola apud Hippocr. exponit Erotianus.

Οὐλομελίη integram, abſolutam, ſolidam, vniuerſamque cuiuſque rei naturam ſignificat apud Hippocrat. vt lib. de art. (pagina 591. 15.) περὶ ἀδένων οὐλομελίης γράψαι, de tota & abſoluta glandularum natura ſcriberet. τὴν ὁλόκληρον σύστασιν τῆς τῶν ἀδένων φύσεως exponit Galenus. Et lib. περὶ ἀδένων (pagina 56. 21.) περὶ δὲ ἀδένων οὐλομελίης ὧδε ἔχει. de glandularum integra & abſoluta natura ſic ſe res habet. Rurſusque (pagina 57. 11.) καὶ ἐρέω περὶ ἀδένων οὐλομελίης τραχήλου, dicam de tota natura glandularum colli. Quibus ex locis οὐλομελίης, ὅλης φύσεως exponit Erotia. apud Hippocrat. etſi οὐλομελείης apud eum vitioſè ſcribitur. Rurſus lib. περὶ τροφῆς (pagina 110. 48.) κατὰ μὲν οὐλομελίην πάντα. Quod dicitur de generali quadam partium cognatione, qua inter ſe omnia conſentiunt. Vbi κατὰ μέρος opponitur, & partium particularem inter ſe cognationem ac cõſenſionem in alimento ſignificat. In Epiſtolis quoque (pagina 533. 29.) οὐλομελίην τῆς φύσιος ponit, vniuerſam corporis naturam medico eſſe conſiderandam ſcribens. Heſychio οὐλομελὶη aduerbialiter ſumitur, & καθόλου, συλλήβδην, in vniuerſum, re tota comprehenſa, exponitur. Qui etiam addit alios ſumere ἐπὶ τῆς ἀθρόας τῆς ὅλου φύσεως, τὸ γὰρ ὅλον οὖλον λέγει. Sic οὐλομελίην omnium membrorum perfectionem & abſolutionem ſignificabit, vt & οὐλομελὴς dicitur omnibus membris abſolutus. οὐλομελὴς apud Heſychium ὁλομελὴς quidam reponunt, quod exponitur ὑγιὴς, ὁλόκληρος, ſanum, integrum, omnibus membris abſolutum. Qua ſignificatione ſcribitur apud Hippocrat. lib. περὶ καρδίης (pagina 55. 39.) τὴν μὲν γὰρ καρδίην ὅλην αὖ ῥιπιζομένην οὐλομελῆ. Cor enim ex toto ventilari cernas. Niſi ſi οὐλομελῆ idem quod οὐλομελίη aduerbialiter poſitum videatur, quod καθόλου exponitur.

Οὐλομελίη etiam ſcriptum reperitur apud Hippocrat. libello περὶ διαιτήματος (pagina 54. 39.) vbi pro οὔλη aut ὅλη aut οὐλομελὴς poſitum videtur. οὖλον enim pro ὅλον, & οὔλη pro ὅλη Ionicè eodem libello ſcribitur. καὶ ἀπὸ

δὲ ἤπατι

δὲ ἡ γαστὴρ προσκειμένη κατ' εὐώνυμον μέρος ὁλομελὴς ἐστι νευρώδης. Ventriculus autem ad ſiniſtram iecori adiacens totus neruoſus eſt, hoc eſt, tota ſua ſubſtantia, tota ſua natura, & integra aut abſoluta natura, vt ὁλομελὴν idem quod ὁλομελῶς aut ὁλομελὴς indicet. Sic apud Heſychium ὁλομελὴς, ὁλομελὰς exponitur, ſi modo rectè ſcribatur.

Οὐ πάνυ τι, non admodum, omninò non, hoc eſt, rarò, ſignificat apud Hippocrat. vt aph. 70. lib. 5. ὑπὸ σπασμῶν οὐ πάνυ τι ἁλίσκονται. conuulſionibus non admodum capiuntur. Rurſus aph. 72. lib. eiuſdem, οὐ πάνυ τι πνευματώδεις εἰσι. non admodum ventoſi ſunt; hoc eſt, rarò. Vbi ſcribit Galenus, ὅρα δέ μοι καὶ προσκείμενα τῷ λόγῳ, τὸ οὐ πάνυ τι, τὸ μὲν διηνεκὲς τῆς ἀποφάσεως κωλῦον, ἐνδεικνύμενος δὲ ὡς τὸ πολὺ γίνεσθαι τὸ προειρημένον. Iccirco igitur ſermoni addidit [οὐ πάνυ τι] hoc eſt, non admodum, perpetuitatem quidem negationis interpellans, indicans autem magna ex parte fieri quod prius dixerat. Et rurſus aph. 33. lib. 6. οὐ πάνυ τι πλευριτικοὶ γίνονται, non valde laterali morbo corripiuntur. Vbi etiam ſcribit Gal. τὸ γὰρ οὐ πάνυ τῶν σπανίως γιγνομένων δηλωτικόν ἐστι. Quod enim dicitur οὐ πάνυ, ea quæ rarò fiunt indicat.

Οὐραῖον, vide ὀρρώδιον antea.

Οὐράνια cœleſtia, aërem exponit Gal. Comment. 3. In lib. 1. Epid. (pag. 376. 30.) τὴν ἰδίαν τοῦ περιέχοντος κρᾶσιν, peculiarem aëris temperiem.

Οὐραχὸς dicitur Medicis aut οὐραχὸς, in fœtu meatus vrinarius in medio vmbilico ſitus, à fundo veſicæ exoriens, & in allantoidis cauitatem inſertus, per quem vrina fœtus defertur in allantoidem tunicam. Eſt autem οὐραχὸς apud Hippocrat. lib. περὶ καρδίης (pag. 55. 21.) cordis mucro aut finis. ἐν δὲ τῆς καρδίης τέρματος τὴν ἐσχάτην, ἀλλ' ἐγκαταλείπει τὸν οὐραχὸν, καὶ στερεόν ἐστιν, ὥσπερ ἔξωθεν προσπεπαρμένον. naque vltimam cordis partem attingit, ſed cordis mucronem poſtremum relinquit, ſolidus item eſt, & tanquam foris aſſutus. Vbi quidam pro οὐραχὸν non malè οὐρίαχον reponendum exiſtimant. Eſt enim οὐρίαχος ferrum in ima baſtilis parte affixum, quod σαυρωτὴρ Græcè dicitur. Sed fortè apud Hippocrat. non malè τὸν οὐραχὸν pro τὸν οὐραχὸν legatur, quod ἔσχατον exponit Heſychius, vt cordis ſummus mucro intelligatur. Et certe τὸ οὐραχὸν expreſſiſſe videtur Cornarius, cùm cordis caudam dixit. Eſt autem οὐραγὸς Heſychio τῆς οὐρᾶς ὁ ἔσχατος ἡγεμὼν, extremi agminis ductor, καὶ τοῦ εὐωνύμου κέρατος φύλαξ, & ſiniſtri cornu cuſtos.

Οὐρέειν τὴν γονὴν, genituram ſeroſam reddere, ſanioſam facere. Lib. περὶ ἀφόρων (pag. 294. 5.) ἀνάγκη πάγχυ οὐρέειν τὴν γυναῖκα ταύτην [τὴν γονὴν] neceſſe eſt mulierem hanc penitus ſeroſam reddere, aut ſero diluere. Idem quod διουρέειν. Vide διουρέουσαι antea. Aliòqui οὐρέειν vrinam reddere & effundere ſignificat, vt aph. 75. lib. 4. ἢν αἷμα ἢ πύον οὐρέῃ, ſi ſanguinē aut pus per vrinam reddat. Vbi ſcribit Gal. οὐρεῖν aliud eſſe quàm οὐρέειν. Illud enim plurium diarum aut mentium perſtantem mictionem denotare, hoc paucorum. Sed vitium eſt in publicatis exemplaribus quæ οὐρεῖν pro οὐρέειν legunt. Sic enim ſcribendum πάγχυ δὲ καὶ τὸ οὐρεῖν ῥῆμα διαφέρον τι δηλοῖ τοῦ οὐρέειν.

Οὐρεύς exponitur Erotiano apud Hippocrat. ὁ ἡμίονος, mulus, idque Ionicè, pro ὀρεύς. adducto in medium Homeri teſtimonio, οὐρῆας μὲν πρῶτον ἐπῴχετο ex Il. α. (verſ. 50.) mulos quidem primùm inuaſit.

Οὐρήθρα, vrinæ fiſtula aut meatus vrinarius, à veſicæ ceruice ad extremum vſque penem porrectus, ideoque fiſtula penis dicitur, vrinæ fiſtulam vocat Celſus cap. 8. lib. 2. ex aph. 82. lib. 4. & 57. lib. 7. ἐν τῇ οὐρήθρῃ φύματα φύεται, in vrinaria fiſtula tubercula oriuntur. τὸν πόρον οὐρητικὸν, hoc eſt, meatum vrinarium explicat Galen. in Comment. Eadem dictione vtitur Hippocrat. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pagina 196. 8.) καὶ ὅταν ἐξίῃ διὰ τῆς οὐρήθρης ἡ ψάμμος, atque vbi per vrinæ fiſtulam arena prodit aut exit. Et ὀδύνην παρέχει ἰσχυρὴν ἐν τῇ οὐρήθρῃ, dolorem vehementem in vrinæ fiſtula exhibet.

Οὐρήματα αἰεὶ τοῦ ἔτεος, dictio eſt vſurpata in his quæ adiecta ſunt lib. de Nat. humana (pag. 27. 42. & 51.) ὁκόσοισι δὲ αἱματώδεα μόνον τὰ οὐρήματα. Quibus vrinæ tantùm cruentæ ſunt. &, ὁκόσοισι δὲ ἐν τῷ οὐρήματι παχὺ ἐστι. quibus vrina craſſa. Verùm hanc dictionem neque ex Hippocrate neque ex Polybo agnoſcit illic Galen.

Οὔρησις pro mictione interdum vſurpatur Hippocrati, vt οὔρησις αἱματώδης, cruenta mictio in dorſi & pectoris dolora, in Coac. Prænot. (pagina 431. 43.) & οὔρησις δυσκολαίνουσα, mictio moleſta & difficilis, in Prorrhet. (pagina 205. 51.) & Coac. Prænot. (pag. 434. 7.) Et οὐρήσιες γονοειδέες (ibidem 24.) vrinæ genitale ſemen referentes & opiſthotonum ſoluentes, depoſita multa pituita viſcida, lenta, frigida, & albuminea. Sic ἀφρώδεες οὐρήσιες, ſpumantes mictiones in Prorrhet. (pagina 206. 58.) & ὑμενώδεες οὐρήσιες, membranoſæ mictiones, in Coac. Prænot. (pagina 442. 44.) quæ conuulſiones prædicunt.

Οὐρήματα interdum etiam dicuntur vrinæ Hippocrat. aut quæ per vrinam redduntur. In Coac. Prænot. (pagina 443. 12.) τὰ οὐρήματα μὴ ὑπομνησθέντων, vrinæ quæ non commonefactis aut admonitis effluunt. Et lib. 7. Epid. (pagina 357. 15.) τὸ οὔρημα τῷ κάρφει εἵλκετο, vrina feſtuca trahebatur, quod glutinoſam & viſcidam in vrina pituitam præſeferebat.

Οὐρητῆρες propriè dicuntur meatus vrinarii qui à renibus ad veſicam ducuntur, vt ſcribit Galen. libr. 1. de Loc. malè affect. (pagina 251. 28.) Verùm οὐρητὴρ videtur ſumi pro οὐρήθρα & fiſtula vrinaria in Coac. Prænot. (pagina 438. 36.) vbi ſcribitur,

οἱ λιθιῶντες χρηματίζοντες, ὥστε τὸν λίθον μὴ παραπίπτειν πρὸς τὸν οὐρητῆρα. Calculoſi eum corporis habitum aut poſitum nacti, vt lapis in meatum vrinarium non illabatur.

Οὐρηλοτάτος, qui maximè meiit & optimè vrinam reddit, lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 113. 11.) in hydropis curatione, vbi calida & acria in victus ratione conſulit, vt æger optimè vrinam teiiciat. οὕτω γὰρ ἂν οὐρηλοτάτος εἴη, καὶ ἰσχύοι μάλιστα. Ita enim tum maximè meiet, tum valebit.

Οὖρον, vrina, eſt ὑγρὸν τροφῆς περίττωμα, humidum alimenti excrementum Ariſtoteli, Hippocrati verò & Galeno, humorum qui in venis continentur ſeroſum excrementum, porulentorum materia, & potus excretio. Qua certe ratione Hippocrat. Prorrhet. 2. (pagin. 415. 36.) vrinam potui tum copia, tum craſſitie reſpondere iubet, & pro potionis modulo exire. Hucque pertinere videtur quod ſcribitur aph. 14. ſect. 5. lib. 6. Epid. οὖρον ὁμόχροον βρώμασι καὶ πόμασι. Vrinam cibi & potus colorem referre. Tum etiam aph. 13. ſect. eiuſd. γλῶσσα οὖρον σημαίνει. Lingua ſerum quale ſit indicat. Vbi Galen. τὸ οὖρον explicat, ἤτοι τὸ κυρίως οὕτως ὀνομαζόμενον ὃ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀποκρίνομεν, ἢ τὸν τῶν χυμῶν ὀῤῥόν, hoc eſt, vel propriè ita appellatum, quod ſingulis diebus excernimus, vel humorum ſerum. Ad eandem quoque ſententiam refertur quod ab Hippocrat. ſcriptum eſt lib. περὶ τροφῆς (pagina 112. 15.) ὑγρασίη τροφῆς ὄχημα, humidum alimenti vehiculum. Quod cum de humiditate quæ cibum aut etiam alimentum in corpus vniuerſum peruehit, accipiatur à Galen. Comment. 3. in lib. de rat. vict. in morb. ac. & lib. 4. vſ. part. de eadem quoque ſeroſa aut potulenta materia quæ in venis innatat, & tandem in veſicam ad excretionem permeat, & vrina dicitur, intelligi debet. Hinc etiam Galeno Comment. 1. in lib. 3. Epid. (pagina 400. 38.) τὸ οὖρον, ὡς ὀῤῥός ἐστι τῶν κατὰ τὰς φλέβας χυμῶν, vrina dicitur velut humorum ſerum qui venis continentur. Cuius quidem variæ differentiæ ſecundum proprias procreatorum humorum qualitates, vnà cum ſuccorum generatione, in corpore naturaliter ſe habente cùm fiant, vt ſcribit Galen. Comment. 5. in lib. Epid. (pag. 514. 11.) minimè mirum cuiquam videri debet, ſi ex vrinis erectæ aut proſtratæ ſalutis certa & indubitata petantur auguria. Adeoque in omnibus morbis à Medicis non temerè conſuluntur, vt earum quoque ſtatum in oculorum affectibus inſpiciendum aut in conſiderationem adhibendum monuerit Hippocrat. Prorrhet. 2. (pagina 420. 25.) Vrinarum apud eundem variæ multiſque locis diſperſæ affectiones leguntur, quas ὡς ἐν τύπῳ hîc ſubnotabimus.

Οὖρα αἱματώδεα, vrinæ cruentæ, in Coac. Prænot. (pagina 425. 6.) τὰ ἐξέρυθρα prærubræ exponuntur Galeno. Comment. 1. in Prorrhet. (pagina 179. 44.) & in multis ex nephritide laborantibus conſpici dicuntur. Rurſus οὔρησις αἱματώδης, cruenta mictio in dorſi & pectoris dolore, ibidem (pagina 431. 45.) Iterumque ibidem (pagina 442. 29.) in lateris dolore laborantibus οὖρον αἱματῶδες. Lib. quoque 3. de Morb. (pag. 159. 35.) in febre ardente οὖρα αἱματώδεα annotantur. Et lib. 2. (pag. 149. 20.) in pleuritide ſcribitur, καὶ οὐρέει αἱματῶδες, vt & rurſus ibidem (pag. 154. 5.) in pleuritide dorſali, καὶ ἡμέρῃ τρίτῃ ἢ τετάρτῃ οὐρέει αἱματῶδες, & die tertio aut quarto vrinam cruentam reddit. Et lib. 4. Epid. (p. 331. 48. & 49.) προὐρέει αἱματῶδες, vrina cruenta prorupit. Quibus ex locis οὐρέει αἱμαλῶδες pro αἱματῶδες apud Hippocrat. legiſſe videtur Erotianus quibuſdam in exemplaribus. Sic enim apud eum ſcribitur. οὐρέει αἱμαλῶδες, ἐν ἐνίοις ἀντιγράφοις εὕρομεν, οὐρέει αἱματῶδες, ἐν δὲ τοῖς πλείστοις, αἱμαλῶδες, ὃ καὶ αὐτὸ ἐν ἴσῳ κεῖται τῷ αἱματώδει. εἴρηται γὰρ παρὰ τὸν αἱμάλωπα, ὅ ἐστι συγγραφὴ ὕφαιμος, ὡς ἐπίπαν ἐκ πληγῆς περὶ τὸν κερατοειδῆ χιτῶνα γινομένη. οὐρέει αἱμαλῶδες. In nonnullis exemplaribus ſcriptum inuenimus οὐρέει αἱματῶδες, in plurimis verò αἱμαλῶδες, quod idem valet ac αἱματῶδες. Dictum autem eſt παρὰ τὸν αἱμάλωπα, hoc eſt, à ſugillato, quod eſt cruenta quadam circumſcriptio, aut ſuffuſus quidam cruor, vt plurimùm ex plaga circum corneam oculi tunicam contingens. Verùm quædam Erotiani exemplaria οὖρα αἱμαλώδεα, & οὖρα αἱματώδεα, pro οὖρον αἱμαλῶδες & αἱματῶδες habent.

Οὖρα ἀκατάστατα, vrinæ inſtabiles, non ſubſidentes, confuſæ, non ſubſiſtentes, ſed turbulentæ. Et ſunt ἀκατάστατα οὖρα, παχέα, καὶ μὴ καθιστάμενα, ex genere τῶν ἀναταρασσομένων καὶ θολερῶν, returbidarum & turbulentarum, quæ magnam humorum & ſpirituum conturbationem, plurimamque crudioris ſucci cum flatibus permixti, à calore præter naturam in venis agitationem indicant, vnde capitis dolores & deliria ſæpe imminent. In Prorrhet. (pagina 179. 33.) οὖρα ἀκατάστατα, ἐξέρυθρα, ἐναιωρήματα, παρακρουστικά. vrinæ inſtabiles, prærubræ, cum ſublimamentis confuſis, mentis emotionem minantur, ſignificantque vrinas turbulentas, cum ſublimamentis confuſis, in quibus quod per vrinam fertur, craſſum eſt, omninoque conturbatum & confuſum, nullam firmam aut ſtabilem ſedem ſeruans, ſed plurimùm à calore & flatibus agitatum, totam vrinam conturbat, vt antea ex Galeno ipſo conteſtati ſumus, in dictione ἀκατάστατος. In Coac. quoque Prænot. (pagina 429. 35.) οὖρον ὑπέρυθρον, ἀκατάστατον, ἐναιωρεύμενον, παρακρουστικόν. Eademque dici videntur παχέα οὖρα ἐρυθρά, οὐ καθιστάμενα, in Hermocrate lib. 3. Epid. quæ etiam delirium portendunt.

Οὖρον ψαμμῶδες, vrina arenoſa, ſabuloſa, in Coac. Prænot. (pagina 439. 11.) in qua τὰ ψαμμώδεα ὑφίσταται, arenulæ ſubſidunt, aph. 79. lib. 4.

Οὖρα τῶν ἀναμιμνησκόντων, vrinæ quæ non niſi commonefactis ægris redduntur, quæ mentis captæ ſunt indicia, & phrenitidem prænunciant,

nunciant, vt ægr. 4. lib. 1. Epid. Eodem quoque modo τὰ οὐρήματα μὴ ὑπομιμνήσκοντων ὀλέθρια, vrinæ quæ inuitis nec admonitis effluunt, pernicië denotant, in Prorr. (p. 178. 49.) & Coac. Præn. (p. 443. 13.) & phrenitidem indicant, vt ægr. 12. lib. 3. Epid.

Οὖρα ἀναταραχθέντα vrinæ perturbatæ & returbidæ dicuntur, quæque tales perſeuerant, nec reſident, eędemque θολερὰ οὖρα ſæpe vocantur Hippocrati, καὶ παχέα, καὶ μὴ καθιστάμενα, vt ſcribit Galenus Com. 1. in libr. 3. Epid. (pag. 400. 43.) Aphoriſm. 70. libr. 4. τὰ οὖρα ἀναταραχθέντα οἷα ὑποζυγίων, vrinæ perturbatæ, quales veterini generis, capitis dolores prænunciant. Libro etiam 7. Epid. (pag. 366. verſic. 35.) οὖρον ἀναταραχθὲν οἷα τὰ τῶν ὑποζυγίων dicitur, vrina returbata qualis veterini generis, in qua ſedimenta denſa & returbida erant, eademque vehementem capitis dolorem cum febre, vehemens delirium, mortemque cum conuulſionibus prænunciat. ἀνεστραμμένα etiam οὖρα ibidem vocantur (v. 38.) hoc eſt commutatæ vrinæ, niſi ſi quis ἀνεστραμμένα legere malit, quæ & eædem ſunt, & à Galeno apud Hippocratem agnoſcuntur Com. ad aphor. 70. libr. 4. ſi modò non vitiata ſit lectio, vt ſatis antea indicauimus ex Galeno in Exeg. vocum Hippocrat. in dictione ἀνεστραμμένα. Dicuntur autem ἀνεστραμμένα οὖρα, vrinæ commutatæ & veteribus interpretibus obuerſæ, vulgi more, quo craſſæ & returbidæ vrinæ ſignificantur. οὖρον ἀναταραχθὲν ὑπόπυρον, in Coac. Prænot. (pag. 433. verſic. 38.) & οὖρον ἀναταραχθὲν μετ᾽ ἱδρῶτος ὑποστροφὴν ſignificat, ibidem (pag. 442. verſic. 36.) Eas autem vrinas returbidas interdum variis affectionibus denotat Hippocr. In Prorrh. (pag. 179. 3.) & Coac. Prænot. (p. 443. 13.) οὖρον οἷον εἰ τὴν ὑπόστασιν ταράξειας, dicitur vrina qualis vbi ſubſidentiam conturbaueris. At ægr. 4. libr. 1. Epid. οὖρον παχὺ λευκὸν οἷα γίνεται ἐκ τῶν καθισταμένων ὅταν ἀναταραχθῇ κείμενον πουλὺν χρόνον, οὐ καθίστατο. vrina craſſa, alba, quale quid in ſubſidentibus vrinis videtur, quæ longo interuallo in matula depoſitæ & reſeruatæ returbantur, non ſubſidebat. Et ægr. 11. einſdem libri, οὖρα παχέα, λευκά, θολερά, οἷα γίνεται ἐκ τῶν καθισταμένων, ὅταν ἀναταραχθῇ. vrinæ craſſæ, albæ, turbulentæ, cuiuſmodi eſſe ſolent quæ ſubſederunt, vbi in matella depoſitæ returbantur. Vbi etiam additur, οὐ καθίστατο, neque ſubſidebant. Et ægr. 3. lib. 3. οὖρον θολερόν, οἷον ἐκ τῶν καθεστηκότων γίνεται, ὅταν ἀναταραχθῇ.

Οὖρα ἀπῆσαν, vrinę defecerunt, abſceſſerunt, hoc eſt ſuppreſſæ ſunt. Quæ phraſis eſt Hippocrati crebra, vt ægr. 14. libr. 3. Epid. poſt ſt. peſt. vbi tamen ἐπῆσαν ex membranis manu ſcriptis & reconditis legimus.

Οὖρον ἀραχνιῶδες, vrina araneorum telis ſimilia quædam habens, hoc eſt, quæ ſupra innatantem pinguedinem habet, & colliquationem indicat, ex Prog. (p. 142. 9.) &, aph. 35. lib. 7. In Coac. Prænot. (p. 442. 38.)

Οὖρον ἀφρῶδες ἐφ᾽ αὐτοῦ ἐφιστάμενον, vrina ſpumans in ſeſe ſubſidens, iam factum ſudorem indicans. In Coac. Prænot. (pagina 442. verſ. 42.)

Οὖρα ἄχροα, vrinæ decolores, hoc eſt, aquoſæ, quæ tennibus ſæpe coniunguntur in phrenitidis denunciatione, vt ægr. 13. 14. & 15. lib. 3. Epid. poſt ſt. peſt. In Coac. Pręnot. (p. 442. 39.) οὖρα ἄχροα, μέλαν ἐναιωρεύμενα, μετὰ ἀγρυπνίης καὶ ταραχῆς, φρενιτικά. Vrinæ decolores, nigra in medio ſuſpenſa habentes, cum peruigilio & perturbatione, phrenitidem denunciant.

Οὖρα βορβορώδεα, vrinæ cœnoſę, aut fœtidæ, aut quæ craſſitudinis quantitatem denotant, vt ex Numiſiano & Dionyſio exponit Gal. Com. ad aph. 69. lib. 4.

Οὖρον γονοειδές, vrina ſemini genitali ſimilis, glutinoſa, viſcida, à multa pituita & humore craſſo ac glutinoſo, qui etiam feſtucis adhæreſcebat, in muliere conuulſione mortua, lib. 7. Epid. (p. 357. 16.) Sic οὐρήσιες γονοειδέες, vrinæ genitale ſemen referētes, & multam viſcidam, lentam & frigidam pituitam deponentes, opiſthotonum ſoluunt, In Coac. Prænot. (p. 434. 24.) Et lib. 2. Epid. (p. 315. 45.) ſedimentum in vrina, οὔτε δὲ γονοειδές, οὔτε ἀνόμοιον, neque genitali ſemini ſimile, neque diſſimile. De huiuſmodi autem vrina plurima ex Hippoc. ſententia ſcripſimus noſtris in ægr. 1. lib. 1. Epid. Annotat.

Οὖρα δασέα, vide Δασέα οὖρα antea.

Οὖρα διαφανέα, vide Διαφανὴς antea.

Οὖρον διέξοδος ὑαλοειδὴς, vide ὑαλοειδὴς διέξοδος poſtea.

Οὖρα διεστῶτα, vide Διεστὼς antea.

Οὔρησις δυσκολαίνουσα, mictio moleſta & difficilis, in Prorrh. (p. 205. 51.) & Coac. Prænot. (p. 434. 7.)

Οὖρα ἐζυμωμένα, vide Ζυμοῦσθαι antea.

Οὖρον ἔκλευκον, vrina exalbida & valde candicans, In Coac. Prænot. (p. 442. 32.)

Οὖρα ἐλαιώδη, vrinæ oleoſę, quę imminens acutorum morborum periculum, & febrium pernicioſiſſimarum maximum incendium, tandem etiam corporis colliquationem indicant, ægr. 11. & 12. lib. 1. Epid. & ægr. 1. 3. & 14. lib. 3. Epid. poſt ſt. peſt. vbi multa de oleoſis vrinis earumque gradibus ex ſummorum medicorum opinione ſcripſimus. οὖρον ἐλαιῶδες οὐρούμενον πρὸ ῥίγεος, vrina oleoſa ante rigorem micta, In Coac. Prænot. (p. 442. 24.)

Οὖρον ἐναιωρεύμενον, vrina cum ſublimamētis per mediam vrinam innatantibus, ex flatuoſa multa materia & feruente ſurſum repente euecta, vnde delirium & capitis dolor imminet. In Coac. Præn. (p. 429. 35.) & Prorrh. (p. 179. 33.) Qualia ſublimamenta ſæpe in Epid. annotat Hip. vt ægr. 12. lib. 3. poſt ſt. peſt. ἐναιώρημα μετέωρον vocat, & οὐχ ἱδρυθὲν addit. Et ęgr. 2. lib. 3. εἶχεν ἐναιώρημα, οὐχ ἱδρυτο.

Οὖρα ἐξέρυθρα, vrinæ prærubræ & ſanguineæ, quæ ſummam tenuum intemperiem ac contētricis imbecillitatem indicant. In Prorrh.

(p. 179. 43.) vbi eas his verbis explicat Gal. ἐξέρυθρα δὲ οὖρα, διαφέρει μὲν δήπου τῶν ὑπερύθρων, ἃ κατὰ τὸ προγνωστικὸν εἴρηται, χρόνια μὲν εἶναι σημεῖα, μὴ μέντοι κινδύνου. τίνα δὲ ἄλλα νοήσει τις ἐξέρυθρα, ἢ τὰ καλούμενα πρὸς ἁπάντων αἱματώδη, πολλοῖς τῶν νεφριτικῶν οὐρούμενα; καὶ εἰ ταῦτα βούλεται δηλοῦν, ἀνάλογόν τι σημαίνει τῷ πρόσθεν εἰρημένῳ, κοιλίας περίπλυσις ἐξέρυθρος. ὥσπερ οὖν ἐκείνην ἔφαμεν ἥπατος ἀρρωστοῦντος γίνεσθαι, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, ἐπὶ νεφροῖς κακοπραγοῦσιν οὖρον ἐξέρυθρον ἐροῦμεν γίνεσθαι. Prærubræ autem vrinę à ſubrubris differunt quidẽ, quas in Prognoſtico diuturnitatis, non periculi ſigna eſſe pronunciauit. Quas verò alias intelligat quis prærubras, quàm quæ ab omnibus vocantur cruentæ, & à multis nephriticis redduntur? Atq; ſi iſtas indicare voluit, ſimile quiddam ei ſignificat ꝙ antea dictũ eſt, ventris prærubra proluuies. Quemadmodum igitur illã malè affecto hepate fieri diximus, ita prærubram vrinam renibus ſuo munere perperam fungentibus effici affirmamus. Idem quoq; Com. 2. in eundẽ lib. (p. 189. 34.) ἐξέρυθρα οὖρα καὶ ὑπέρυθρα differre inter ſe ſcribit, & ἐρυθρὰ in medio quodammodo conſtituit. At verò Com. 1. in libr. 3. Epid. p. 400. 22.) τὰ ἐρυθρὰ οὖρα καὶ ἐξέρυθρα τῶν ὑπερύθρων numero ex Prognoſtico comprehendit.

Οὖρον ἐξέρυθρον ἐπάνθισμα ἰῶδες κατεχόμενον, vrina in qua prærubra afflorescentia æruginoſa continetur, In Coac. Prænot. (p. 442. 21.) & Prorrh. (p. 189. 20.)

Οὖρον ἐξυδατούμενον ἐξ ἀκρίτου λίπος ἔχον τι, vrina diluta indiſcretam quandam habens pinguedinem, quæ celerem liberationem denotat. In Coac. Præn. (p. 442. 6. Videtur autem intelligi vrina ſanorum quæ ſupernatantẽ habet concretam quandã ſuperficiem, velut quæ lacti aut iuſculo refrigerato ſuperinducitur, & Græcis γραῦς dicitur, cuius meminit Gal. lib. 4. ſalubr.

Οὖρον ἐξ ὑποστάσιος διεσπασμένον, vrina diuulſum habens ſedimentum, In Coac. Præn. (p. 442. 16.) magnam in corpore perturbationis inæqualitatem, & naturæ à flatibus interturbationem ſignificans.

Οὖρα ἐπίπονα, vrinæ laborioſę, moleſtiam & negotium aut dolorem exhibẽtes, In Prorrh. (p. 189. 6.) τὰ μετὰ πόνου ἀποκρινόμενα, quæ cum dolore excernũtur exponit Gal. & τὰ μετὰ πόνου κενούμενα, quæ laborioſam habent vacuationem (ibid. p. 203. 56.) οὖρα etiam ἐπίπονα adſcribuntur ab Hipp. in feb. ardente, libr. 3. de morb. (p. 159. 35.)

Οὖρα ἐπ' ὀλίγον πεπαινόμενα, vrinæ paruo tempore concoctæ, In Prorrh. (p. 216. 3.) & Coac. Præn. (p. 429. 48.) οὖρον ἐξαίφνης παραλόγως ἐπ' ὀλίγον πεπαινόμενον, φλαῦρον. vrina de repente præter rationem paulatim concocta, vitioſa. In Coac. Prænot. (p. 442. 21.)

Οὖρα ἐρυθρὰ vrinæ rubræ in medio τῶν ὑπερύθρων καὶ ἐξερύθρων collocatæ, In Prorrh. (p. 189. 35.) & Com. ad aph 71. lib. 4. & Com. in ægr. 1. lib. 3. Epid. οὖρον ἐρυθρὸν, διαταρασσόμενον δὲ τὸ τῶν ὑποστάσιν, vrina rubra, returbida, qualis veterini generis, vehementem capitis dolorem cum febre, vehemens delirium, & mortem cum conuulſionibus ſignificans, libr. 7. Epid. (p. 366. 35.)

Οὖρον ζοφῶδες, vrina tenebricoſa aut caliginoſa dicitur, tranſlata ad vrinas aëris nos ambiẽtis affectione. Qua certè attributione vrina valde craſſa & turbulenta intelligitur, quæ magnam humorum ab exæſtuante incẽdio ſuccorumq; feruentiũ exagitationem præſefert, vehementemq; perturbationem. In Coacis Præn. (p. 442. 30.) in pleuriticis οὖρον αἱματῶδες & ζοφῶδες adſcribit, vrinam cruentam & caliginoſam. Sic lib. 4. Epid. (p. 329. 29.) οὖρον δὲ τὰ ζοφώδεα, vrinam velut tenebricoſa continentẽ intelligit. Vbi ea de re quędam ſcripſimus, & noſtris in ægr. 1. lib. 3. Epid. Annotat. quanamq; ratione ζοφῶδες οὖρον dicatur pluribus expreſſimus, vt etiam plenius docemus noſtris in Coa. Prę̃n. Annot.

Οὖρα θολερὰ, vrinæ turbidæ & returbatæ ſæpe dicũtur Hippocrati, neq; ſubſidentes, vt lib. 1. Epid. (p. 363. 38.) οὖρα πάχος μὲν ἔχοντα, θολερὰ δὲ, οὐδὲ καθιστάμενα, οὐδὲ ὑφιστάμενα. vrinæ craſſitudinem quidem habentes, ſed returbidæ, nihil ſubſiſtentes, neque ſubſidentes. Et ægr. 2. lib. 1. Epid. οὖρα θολερὰ μέλανα, vrinæ returbidæ, nigræ. Ægro quoq; 3. lib. 3. Epid. οὖρον θολερὸν, οἷον ἐκ τῶν καθισταμένων γίνεται, ὅταν ἀναταραχθῇ. vrina turbida, cuiuſmodi fit ex his quæ vbi ſubſederunt cõmouentur. Et lib. 2. Epid. (p. 315. 41) οὖρον δὲ παχὺ καὶ θολερὸν, vrina autem craſſa & returbida. Huiuſmodi autem vrina in crudorum morborũ initiis viſitur, magnãq; humoris crudi copiã & putredinẽ denotat, vt pluribus ſcripſimus noſtris in ægr. 2. libr. 1. Epid. Annotat. vbi & quænam dicantur θολερὰ οὖρα ex Gal. mente expreſſimus.

Οὖρα θρομβώδεα, vrinæ grumoſæ, inter craſſas repoſitæ, quę in grumos conficttam & conformatam ſubſidentiam habent, aut in quibus contenta diuulſa & inæqualia grumos faciunt. Quales vrinæ in febribus ex crudis multis & frigidis ſuccis ortis apparent, aph. 69. libr. 4. vbi Gal. per θρομβώδεα ſignificari ſcribit τὸ τῆς ὑποστάσεως ἀνώμαλόν τε καὶ διεσπασμένον, ὡς καὶ κατὰ περιγραφήν τινα φαίνεσθαι πολλὰς συστάσεις αὐτῶν ὥσπερ θρόμβους, hoc eſt, ſubſidentię inæqualitatem, & diuulſionem adeò vt ſecundum quandam circumſcriptionem earum multæ concretiones velut grumi appareant.

Οὖρα κατεχόμενα exponit Gal. Com. 2. in Prorr. (p. 189. 25.) ἢ τὰ μόγις ἐκκρινόμενα, ἢ καὶ παντελῶς ἐπεχόμενα, vrinas quæ vix excernuntur, aut quę omninò ſupprimuntur. Etſi οὖρα τὰ ἐρυθρὰ ἐπανθίσματα κατεχόμενα accipi poſſunt, vrinæ in quibus contentæ rubræ quædam efflorescentiæ apparent.

Οὖρα κονιώδεα, vrinæ cineritiæ, aut pulueru lentæ, aut velut calce perfuſæ & exalbeſcentes, quales quæ ex pituitæ craſſæ copia obſtructiones inſignes teſtantur. In Coac. Præn. (pag. 442. 40. Aut certe κονιώδεα οὖρα dicuntur vrinæ lixiuio ſimiles, hoc eſt, colore

rufo

rufo ſaturatæ, quæ viſcerum impuritatem ſignificant.

Οὖρον λαθραίως ἱέμενον, vrina quæ clandeſtinè redditur & ægrum fugit, pernicioſa. deliriũ nanq; ſignificat. In Coac. Prænot. (p. 442. verſ. 28.)

Οὖρον, λαμπῶδες aut ἰρηθὲν, quodnam dicatur apud Hipp. vide λαμπτῆρα antea.

Οὖρον λευκὸν καὶ καταχεόμενον διαφανές, vrina alba, perſpicua effuſa, in Phreniticis. In Coac. Præn. (pag. 442. 22.) & aphoriſ. 72. libr. 4. Eſt autem eiuſmodi vrina aquoſa & diluta, extremamq́ue cruditatem indicat, aut bilem rapi ad ſuperiora. Eſt & οὖρον λευκὸν οἷον ὑποζυγίου, vrina alba, qualis in veterino genere viſitur. In Coac. Prænot. (p. 442. 37.)

Οὖρα λεπτὰ, ſunt vrinæ tenues, quæ & aquoſæ & albæ dicuntur, extremamq́ue cruditatem denotant, & venoſi generis deſperatam concoctionem præſeferunt; quales quæ extremè tenues ſunt & οὖρα λεπτὰ καὶ ἄχροα ſæpe iunguntur Hippocrati, velut libr. 1. Epid. (p. 315. 17) οὖρα λεπτὰ, καὶ ἄπεπτα, καὶ ἄχροα, vrinæ tenues, & crudæ, & decolores. Et rurſus ibidem (p. 363. 38.) οὖρα δὲ πλείστοισι τούτων ἢ λεπτὰ καὶ ὠμὰ καὶ ἄχροα. Horum autem plurimis vrinę aut tenues erant, aut crudæ & decolores. At ſunt οὖρα λεπτὰ εὔχροα, vrinæ tenues benè coloratæ, quæ coloris bonitate commendantur, & eam vrinarum tenuitatem habent, quæ cum mediocritate conſiſtere poſſit. Quales in febribus continuis mitioribus & placidis, quæ etiam concoctionem iudicatione ſubindicabant, annotantur ab Hippoc. lib. 1. Epid. (p. 356. 2.) οὖρα τοῖσι πλείστοισιν εὔχροα μὲν καὶ καθαρὰ, λεπτὰ δὲ καὶ μετὰ χρόνον περὶ κρίσιν πεπαινόμενα. vrinæque plurimis bene coloratæ & puræ erant, ſed tenues, & quę tãdem ſub iudicationis tempus concoquebantur. Ac rurſus ibidem (p. 370. 35.) οὖρα δὲ τοῖς πλείστοισιν, εὔχροα μὲν, λεπτὰ δὲ, καὶ ὑποστάσιας ὀλίγας ἔχοντα. Plurimis verò vrinæ bene coloratæ, tenues autem & pauca habentes ſedimenta. Eadem quoque ratione οὖρα λεπτὰ, εὔχροα adſcribuntur ægr. 6. & 14. lib. 1. Epid. & ægr. 5. lib. 3. Epid. & ægr. 7. 8. & 14. poſt ſt. peſt. Qua de re plura ſcripſimus noſtris in ægr. 14. lib. 1. Epid. Annotat. Hac autem notione οὖρα λεπτὰ exponuntur Galeno Com. ad aph. 69. libr. 4. non vrinæ ſimpliciter tenues, ſed ex comparatione ad craſſas & grumoſas collatæ, tanquam mediocritatem adeptæ, ac inter vtrumque exceſſum, hoc eſt craſſas & omninò tenues, mediæ. Sic enim ſcribit: τὰ πολλὰ δ' εἰκότως ἐστὶν ὀλίγα τὰ παχέα τῶν οὔρων, ὡς ἂν μόγις διεξερχόμενα τῶν νεφρῶν. ὁπόταν οὖν ἅμα μὲν ἐκκενωθῇ τὸ πλεῖον τῆς τοιαύτης κακοχυμίας, ἅμα δὲ καὶ πεφθῇ τὸ καταλειπόμενον, ἐκκρίνεται πολυπλάσια λεπτότερα πολὺ τῶν πρόσθεν. ἄμεινον γοῦν οὕτως εἰπεῖν, οὐκ ἀπολύτως, ὡς ὁ Ἱπποκράτης εἶπε λεπτά. τὰ γὰρ κατὰ φύσιν οὐχ ἁπλῶς ἐστι λεπτὰ, καθάπερ οὐδὲ παχέα. μέσα δ' ὑπάρχοντα τῆς ὑπερβολῆς καὶ σύμμετρα ὄντα, παχύτερα μέν ἐστι καὶ λέγεται τῶν ὑδατωδῶν, λεπτότερα δὲ τῶν θρομβωδῶν. Non abſque autem ratione vrinæ craſſæ copia paucæ ſunt, vt quæ ægrè renes permeent. Vbi ergo maior pars huiuſmodi cacochymiæ ſimul quidem euacuata fuerit, tum reliquum ſimul concoctum; tunc multò prioribus tenuiores excernuntur. Sic enim eas appellare præſtabit, non tenues abſolutè, quemadmodum dixit Hippocr. Quæ enim ſecundum naturam habent, non ſimpliciter tenues exiſtunt, vt neque craſſæ: ſed cùm inter vtrumque exceſſum mediæ ſint & ſymmetræ, aquoſis quidem craſſiores ſunt & dicuntur, grumoſis verò tenuiores.

Οὖρα μέλανα, vrinæ nigræ in phrenitidis aut furoris ſuſpicione, in Prorrh. (p. 200. 26.) Vbi μέλανα οὖρα & ὑπομέλανα ex Dioſcoridis opinione legit Gal. Quod etiam repetitur in Coac. Præn. (p. 429. 3.) Sic ægr. 11. libr. 3. Epid. poſt ſt. peſt. in furioſa mentis perturbatione cum muliebrium ſuppreſſione, οὖρα μέλανα λεπτὰ adſcribit Hippocr.

Οὖρον μαδαρὰ ὑφιστάμενα continens, vide μαδαρὸν antea.

Οὖρον οἷον εἰ τὴν ὑπόστασιν ταράξειας, vrina qualis vbi ſubſidentiam turbaueris, In Coac. Præn. (p. 443. 13.) & Prorrh. (p. 178. 50.) Ea autem crudorum humorum à flatibus agitationem indicat.

Οὖρον οἷον ἵππου, vrina qualis veterini generis, lib. 4. Epid. (p. 339. 29.)

Οὖρον ὡς ὄνου: vrina qualis aſini, lib. 1. περὶ γυναικ. p. 242. 44.)

Οὖρον οἷον ὀρόβων πλύμα, vrina erui loturæ ſimilis, in ſplenicis, quæ ex nigro & fuluo mixta videtur, melancholico bilioſoq; humore ſimul permixto. Libr. 4. Epid. (p. 330. 31.) & lib. 7. Epid. (p. 361. 23.)

Οὖρα οἷα τὰ πολυχρόνια, vrinæ quales quæ morbi diuturnitatem præſeferunt, quales ſunt tenues & dilutæ, quæ multum tempus ad coctionem poſtulant, libr. 7. Epid. (pag. 352. verſ. 25.)

Οὖρα ὀπωδέα, vide Ὀπὸς antea.

Οὖρον οἷον ὑποζυγίου, vrina qualis eſt veterini generis, hoc eſt craſſa & returbida, In Coac. Prænot. (p. 427. 35.) & aph. 70. lib. 4. & lib. 7. Epid. (p. 366. 35.)

Οὖρα παχέα, vrinæ craſſæ, hoc eſt returbatæ & non ſubſidentes. Sunt enim παχέα οὖρα ex genere τῶν μὴ καθισταμένων, ἀλλὰ ταραττομένων καὶ θολερῶν, velut ægr. 11. lib. 1. Epid. & ægr. 2. lib. 3. Epid. Dicitur etiam οὖρον παχὺ Hippocrati aph. 76. libr. 4. vrina craſſa quæ ſecundum naturam eſt & mediocris, non ſimpliciter craſſa, ſed in comparatione ad maximè tenuem & crudam, velut media interdum extremorum agnominationem ſumũt. Sic enim illic exponit Gal. his verbis: ἐγχωρεῖ οὖν ἐγγυῆσαι παχὺ οὖρον εἰρῆσθαι πρὸς αὐτοῦ, τὸ σύμμετρόν τε καὶ κατὰ φύσιν. λέλεκται γὰρ τοῦτο πρὸς τὸ λεπτὸν, καὶ γινώσκομεν ἐπὶ κυρίως μὲν αἱ κατὰ τὰς ὑπερβολὰς διαθέσεις οὕτω λέγονται. καταχρηστικῶς δὲ καὶ τὸ μέσον ἐνίοτε καὶ σύμμετρον ἀμφοτέροις χρῆται τοῖς ὀνόμασι τῶν ἄκρων. πρὸς μὲν τὸ τελέως παχὺ, λεπτὸν ὀνομαζόμενον, πρὸς δὲ τὸ λεπτὸν ἐσχάτως, παχύ. Poteſt igitur, vt pu-

to craſſa vrina ab ipſo dici; quæ mediocris eſt & ſecundum naturam. Hæc enim tenui quodammodo opponitur. Neq; nos latet propriè quidem exceſſuum oppoſitiones ita dici; per abnſionem verò & medium & ſymmetrum vtriſq; extremorum nominib. vtitur, cùm ad ſummè quidem craſſum, tenue, ad ſummè verò tenue, craſſum appelletur. Ita οὖρον παχὺ, μὴ λεπτὸν ὂν ibidem exponit Galenus. Eadem etiam notione οὖρον παχὺ μὴ λεπτὸν, ἀλλὰ μετρίως συνεστηκὸς, vrina nõ tenuis, verùm mediocrem habens conſiſtentiam explicatur Gal. Com. ad aph. 77. lib. 4.

Οὖρα πέπονα, vrinæ concoctæ, exponuntur in Prorrh. (p. 203. 58) τὰ παχέα καὶ λευκὰ, craſſę & albæ, quãdoqnidem eiuſmodi ſubſidentia in verè concoctis vrinis conſpicitur. Nam returbidæ quales veterini generis, cõcoctæ non ſunt. Ibidem quoq; (p. 189. 4.) τὰ πέπονα οὖρα, τὰ πυώδη καὶ πάχος ἔχοντα, hoc eſt purulentas vrinas & craſſas exponit Zeuxis, in quo à Ruſo Epheſio reprehenditur, cùm vtrobique non πέπονα οὖρα, ſed ἐπίπονα legendum ſit.

Οὖρον πτυαλώδεας ἔχον ὑποστάσιας, vrina ſputis ſimilia habens ſedimenta, In Coac. Prænot. (p. 442. 37.)

Οὖρον πυῶδες propriè dicitur vrina purulenta, quę pus admixtum habet, & veſicę, renum, aut etiam ſuperiorum partium miteſcentẽ ac ſubſidentẽ inflãmationem indicat, & abſceſſus materiã per vrinam depoſitã. Sic n. in Progn. ſcribitur (p. 152. 35.) & Coa. Prẹn. (p. 438. 33) de veſicę inflãmatione, λύει δὲ οὖρον πυῶδες οὐρηθὲν, λευκὴν καὶ λείην ἔχον ὑπόστασιν. Soluit autẽ morbum vrina purulenta reddita, albũ & læue habens ſedimentũ. Gal. quoq; Com. 3. in Prorrh. (p. 206. 42.) πυώδεις οὐρήσεις exponit eas mictiones quæ pus admixtum habent, bis verbis: αἱ μὲν γὰρ πυώδεις οὐρήσεις, ἐάν γε κυρίως ἀκούσωμεν, καὶ μὴ καθάπερ εἴωθεν ὁ τοῦ βιβλίου συγγραφεὺς ἀκύροις μεταφοραῖς ὀνομάτων χρῆσθαι, πύον ἐπιμεμίχθαι τοῖς οὔροις δηλοῦσι. Purulentæ enim mictiones, ſiquidẽ propriè inaudiamus, neq; quemadmodũ buius libri author im,ppriis nominũ tranſlationib. vti conſueuit, pus vrinis permixtũ eſſe ſignificant. At verò impropriè αἱ πυώδεις οὐρήσεις exponũtur Gal. lib. 3. in Prorrh. (p. 206. 47) αἱ τῶν ὠμῶν καὶ παχέων οὔρων ἐκκρίσεις, crudarum & craſſarum vrinarum excretiones. Quemadmodũ etiam οὖρον πυῶδες impropriè vrina purulenta mihi ſumi videtur in Coac. Præn. (p. 428. 8.) pro craſſa, alba, & quæ multum ſedimentum concoctione deponit craſſumq; & crudum ſuccũ morborum materiã, naturæ procuratione euictam ſolutione excernit. Qualis celebratur aph. 74. libr. 4. & in Arcbigenis puero, apb. 2. ſect. 4. lib. 6. Epid. & in Prog. (p. 149 54.) & emiſſa per vrinas abſceſſuũ materia, ab iis vindicat, præcipuè ſi die iudicatorio abſolutionẽ fecerit. Sic enim accipienda videtur vrina, quæ inter ſolutionum ſigna & cauſas numeratur, potiùs quàm quæ cõcocta dicitur, & quę laudabile ſedimentũ continet. Etſi enim magna eſt pueri cum vrinæ ſubſidẽtia affinitas, & ſæpius à Gal. celebrata, (vt Com. 1. in Progn. & lib. 1. de diff. feb.) eam tamen cõmendationis notam quam in Progn. celebrat cum laudabili ſubſidentia per purulentã vrinã non exprimit in Coac. Hippocrates, cùm eam etiam nominatim addat, vt illîc ſatis patet. Verùm intelligit vrinam craſſam, albam, cum copioſo ſedimento, quæ concoctam morbi materiam ſolutione deponit, & iudicatione liberat. Qua de re plura ſcripſimus noſtris in ſent. 151. Coac. Prænot. Annotat.

Οὖρα σποδώδεα, vrinæ dicuntur cinerem colore referentes, hoc eſt albicãtes & cinericii coloris, quales ſunt crudæ & dilutæ, lib. 7. Epid. (p. 359. 44.) οὖρον ἀπ' ἀρχῆς ὠμὸν, σποδοειδές. vrina ab initio cruda, cinerem colore referens.

Οὖρα στροφώδεα, vide Στροφώδεα οὖρα poſtea.

Οὖρα στρυφνὰ, vrinæ acerbæ, quæ plurimam crudi humoris copiam continent dicuntur lib. 7. Epid. (p. 356. 48.)

Οὖρα ταραχώδεα, vrinæ turbulentæ cum craſſis iunctę, quæ variam bumorum cacochymiã vacnabant, ægr. 1. libr. 3. Epid. poſt ſt. peſt. Rurſus ibidem in ſtatu peſt. (p. 420. 40) οὖρα ταραχώδεα, vrinæ turbulentæ, adſcribuntur, quę variam per renes bumorũ corruptelam deponunt. Sic enim ibi ταραχώδεα exponit Gal. ποτὲ μετὰ δήξεως καὶ πόνου διεξιόντα, boc eſt cum morſu & dolore exeuntes vrinas.

Οὖρον τρυγῶδες, vide τρυγῶδες οὖρον poſtea.

Οὖρον τρύζον, vrina ſtridens, quæ meatuum interceptionem & vaſorum obſtructionem à craſſis humoribus, permixta flatuũ copia, indicat. Eadem medicamentis ægrum indigere ſignificat, ant male affectam eſſe veſicam, Prorrh. 2. (p. 415. 40.)

Οὖρον ὑαλῶδες, vide ὑαλῶδες οὖρον poſtea.

Οὖρον ὑδατῶδες, vrina aquoſa & diluta, quæ aquã colore repræſentat, & cruditatem denotat, aut bumorum ad ſuperiora momentum, velut in phrenitide & tuberculorum ad aures denunciatione. Sic οὖρον ὑδατῶδες inſaniæ ſignum ponitur in Prorrh. (pag. 213. verſ. 3) & Coac. Prænot. (pag. 426. verſic. 28.) Et οὖρον ὑδατῶδες ἀναιωρεύμενον λευκαῖον, vrina diluta cum ſublimamentis albicantibus, in parotidum denunciatione, ibidem (pag. 429. 45.) οὖρον ὑδατῶδες liberaliorem potum, aut corporis colliquationem, quodq́ue renutriri non poſſit indicat Prorrh. 2. (pag. 415. 39.) Hæc diluta vertitur Celſo, & liquida, interdum etiam tenuis & diluta, vt cùm ſcribit cap. 6. lib. 2. In pueris verò quæ tenuis & diluta eſt, deterrima. Illud enim ex Progn. (p. 142. 43.) ſumptum eſt. τοῖσι δὲ παιδίοισι τὰ ὑδατώδεα. Idem etiam ſcribit cap. 4. lib. 2. Diluta quoq; atq; alba vitioſa eſt, ſed in phreniticis maximè, ex apb. 72. libr. 4. Et cap. 7. eiuſdem libri. Vrina quoq; quæ in bomine ſann parum liquida eſt, circa aures futuram aliquam ſuppurationem eſſe denuntiat.

Οὐρήσιες ὑμενώδεες, pelliculoſę & membranaceæ mictio-

mictiones, membranarum ſpeciem referẽtes, quæ multam crudam, frigidam, craſſam & flatulentam materiam continentes, returbatæ, membranis ſimilia ramenta conuehunt, aut quę viſcidam & frigidam pituitam membranis ſimilem vacuãt, & neruoſi generis colliquationem ſuſpectant. Eędem in Coac. Prænot. conuulſiones minari ſcribuntur. (p.426.23.) vbi quidã ἀφρώδεις, aut πυώδεις, aut ἰλυώδεις ex Prorrh. legunt pro ὑμενώδεις. ὑμενῶδες οὖρον etiam conuulſionem prædicere ſcribitur, ibidem (p.442.37.)

Οὖρον ὑποζύγιον, vrina veterini generis, de quâ antea ſcripſimus.

Οὖρον χαλαζῶδες, vrina grandinoſa, in Coac. Prænot. (p. 442.27.) οὖρον χαλαζῶδες γονοειδὲς διαχεόμενον, vrina grandinoſa, genitali ſemini quid ſimile effundens. Vrina eſt quæ pituitam multam vitream & albumineam, craſſam, confertam & compactam vacuat. In qua ex materiæ craſſitudine & caloris immoderatione, cõpacta quædam & grumoſa apparent, genituræ ſimilia & grandinoſa. Qualia viſuntur in morbis pernicioſiſſimis ex ambigua humorum permixtione, & Hippocrati ὑποστήματα στρογγύλα γονοειδέα, aut ἐναιωρήματα γονοειδέα dicuntur in Epid. ægr.1. lib.1. & ægr.3. lib.3. huiuſmodiq; vrinæ magnas habent perniciei denunciationes, & deliria ac conuulſiones prædicunt.

Οὖρον ψαφαρὸν τρηχύτητι ἐπιταραχθέν, vrina tenui aſperitate returbida, In Coac. Prænot. (pag. 442.41.) videtur intelligi vrina quæ tenui & molli quadam aſperitate returbatur, aut ſubobſcuram & tenuem quandam haber perturbationem.

¶ Ὀφθαλμία eſt adnatæ oculorum tunicæ inflammatio, à copioſiore ſanguine in eam confluente. Ὀφθαλμίαι ῥοώδεες dicuntur apud Hippocrat. lib.1. Epid. (p.358.29.) Lippitudines fluidæ, quæ multum habent humorum affluxum. ὑγρὰς hoc eſt humidas exponit Gal. ὡς ἀπὸ καταστάσεως ὑγρᾶς συστάσας, ex conſtitutione aëris humida ortũ habentes. Quibus certè opponuntur ὀφθαλμίαι ξηραὶ aph.12. & 14. lib.3. lippitudines aridas vocat Celſus lib.2. cap.1. in quibus lemæ ſunt ſiccæ & aridæ, nullaq; decurrit humiditas ad oculos. τὰς ἄνευ ῥεύματος exponit Gal. eas quę fiunt ſine fluxu. Eæ quoq; lippitudines intelliguntur, quæ fiunt à bile aut pituita ſalſa in cerebro collecta, deinde per frigus in oculos imbecillos defluente. Ὀφθαλμίαι φθινώδεες dicuntur aph. 16. libr.3. lippitudines quæ oculorum tabem aut extenuationem adferunt, per immoderatas ſiccitates conſumpto eorum humore. Sic enim per eas, τὰ περὶ τῶν ὀφθαλμῶν φθινώδεα, oculorum tabem accipiendam eſſe monet Gal. vt ſignificetur eas ad oculorum φθίσιν terminari, vnde atrophia hoc eſt alimenti penuria, & ſiccitas maior exiſtit, quàm naturæ conueniat, etiã cum pupillæ anguſtia. Etſi illic pro φθινώδεας multi morbos tabificos accipiant, & ὀφθαλμίας ξηρὰς intelligant, vt etiam ſcribit Galen.

Ὀφθαλμίας lippitudines apud Hipp. vertit Celſus c.1. lib.2. ex aph.11.12.14. & 16. lib.3.

Ὀφθαλμὸς oculus dicitur totum viſionis inſtrumentũ, aut pars corporis organica per quã viſio exercetur. Quibus autem partibus inſtructus oculus viſionẽ exerceat, aut quænam ſit earum partium actio & vſus, elegãter & appoſitiſſimè docet Gorrhęus ex Galeno. Huius plurimæ ſunt affectiones apud Hipp. Ὀφθαλμοὶ ἀτενέως ἐκλάμποντες, oculi intentè relucentes, qui fixi & immoti ſplendeſcunt, dicuntur in Prorrh. (p.210.41.) ἐκλαμπέοντες ἀτενὲς ὀφθαλμοὶ in Coac. Prænot. (p.434.10) vocantur (etſi vitioſa eſt publicatorum omnium codicum ſcriptio) velut ἀτενίζοντα ὄμματα lib.5. Epid. (p.342.45.) & lib.7. (p.357.40.) & ἀτενίζοντες κεκαρωμένοι ὀφθαλμοί, oculi ſopore grauatæ rigentes, (ibid.v.9.) ὀφθαλμοὶ μικρῷ δεῖν ἀτενέες, μόλις περιδινεύμενοι apud Arethęum in Tetano ca.6. lib. περὶ ὀξ. παθ. ſunt oculi ferè rigentes & qui ægrè circumuoluuntur, & ὀφθαλμοὶ ἀτενέες ἐνδεδινημένοι, oculi intenti & in profundo conuoluti, cap.6. lib.1. θεραπ. ὀξ. παθ. Sunt autem huiuſmodi oculi delirii indices, vt patet ex Pror. & Coac.

Ὀφθαλμοὶ ἐναιωρεύμενοι, vide Ἐναιωρεύμενοι ὀφθαλμοὶ antea.

Ὀφθαλμοὶ ἐξέχοντες ἢ ἔγκοιλοι, oculi exerti aut caui, In Progn. (p.124.29.)

Ὀφθαλμῶν ἴλλωσις, vide ἰλλαίνειν antea.

Ὀφθαλμοὶ πλέοντες ὥσπερ τῶν νυστάζοντων, oculi natãtes, quales nictantium, hoc eſt qui parum apparent, fereq; clauduntur, quales in dormiturientib. & prę ſomnolentia nictantibus viſuntur. Qui n. nauigio curſum efficiunt, celeriter tranſmittunt & præteruehuntur, nauigioque vecti ſemper mouentur, velut dormiturientiũ oculi. lib.7. Epid. (p.356.9)

Ὀφθαλμῶν στέρησις, oculorum orbitas, priuatio, cæcitas, in morbi κατ᾽ ἀπόστασιν ſolutione, Coac. Prænot. (p.432.38.)

Ὀφθαλμὸς oculus dicitur deligationis ſpecies Hippocrati, quę oculo adhibetur vbi procidentiæ metus eſt, aut quæ ſuperimponuntur cõtineri volum', à ſede quę vincitur nomen habens, lib. κατ᾽ ἰητρ. (p.675.43.) Cuius meminit & Gal. lib. de faſciis ei attributo.

Ὀφθαλμοὶ πεπηγότες, oculi fixi, rigidi aut rigẽtes, concreti, libr.1. Epid. ſect.1. aph.16. ἀκινήτους immobiles & immotos explicat Gal. ſignificantq; abſolutam motricis facultatis extinctionem.

Ὀφθαλμοὶ ἔνδοθεν ῥυτιδούμενοι, vide ῥυτιδούμενοι ὀφθαλμοὶ, poſtea.

Ὀφθαλμοὶ αὐχμηροὶ, oculi ſqualidi & ſquallẽtes ex nimia ſiccitate, lib.6. Epid. ſect.1. aph.16. In Progn. ὄψιες αὐχμῶσαι dicuntur, & libr.5. Epid. (p.342.45.) ὄμματα αὐχμηρά.

Ὀφίασις vitium eſt in pilis capitis & capillorum denudatio, cùm certis ſpatiis in ſerpentis ſimilitudinem decidunt. Sic dicta quòd ſerpentis, quem ὄφιν appellant, cõuolutionũ inſtar, per capitis cutẽ ſerpat, areæ Latinis dicũtur. Gal. li. περὶ τῶν συνθέσεων (p.474.6) Ὄφιος

καρπὸς, ſerpentis ſemen, vſurpatur Hippocrati ad ſuffitus vteri in ſanguinis fluxu, lib. 2. περὶ γυναικ. (p.266.5.&.7.)

Ὀρφναγὴς legitur apud Hipp. & cauernoſum exponunt interpretes, libello περὶ ἀνατομῆς (pag.54. 28.) de pulmone. τεφρείης χροιῆς στίγμασιν ὀρφναγέσι κατεστιγμένος, φύσει ἐὼν τεθρωμώδης, cinericium colorem nactus, notis cauernoſis compunctus, & naturaliter perforatus. Verùm mendoſam eſſe lectionem ſuſpicor, & pro ὀρφναγέσι, ὀρφνώδεσι legendum exiſtimo, vt ſignificet pulmonem notis quibuſdam ſubobſcuris & nigricantibus fuſci coloris compunctum eſſe. Eſt enim in pulmonis colore inęqualitas, vt ſubfuſcus quidam candicante rubore color ineſſe videatur, & præterea notis veluti quibuſdam ſtigmatibus ſere nigricantibns diſtinctus.

¶ Ὀχετοὶ, ductus, canales, effluuia, riui dicuntur Hippocrati & viæ per quas vrina & ſtercus per aluum effluit, lib. de art. (pag.623.9.) οὐ γὰρ ἐντείνει τοὺς ὀχετοὺς τοὺς κατὰ τὴν κοιλίην, οὐδὲ κωλύει εὐρόους εἶναι ἡ ἐς τὸ ἔξω κύρτωσις. Neque enim gibbus in exteriorem partem riuos qui ſunt in ventre intendit, neque prohibet quo minus bene fluere poſſint. Vbi Gal. τοὺς ὀχετοὺς τοὺς κατὰ τὴν κοιλίαν, τὰς ἐκροὰς, τήν τε κατὰ κύστιν, καὶ τὴν κατὰ τὴν ἕδραν, hoc eſt effluuia & exitus circa veſicam & circa ſedem, exponit. Quem mihi locum ſubnotare videtur Erotianus, cùm ὀχετοὺς, τὰς ἐκχύσεις τῶν ὑδάτων, aquarum effuſiones, apud Hippocratem exponit, adducto Homeri teſtimonio ex Il. φ. (v.257.) ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ ὀχετηγὸς ἀπὸ κρήνης μελανύδρου. Quemadmodum enim qui riuos ducit à fonte nigræ aquæ. Rurſus lib. de art. (p. 624. 34.) οἱ γὰρ ὀχετοὶ οἱ κατὰ τὸ λαπαρὸν τῆς πλευρῆς ἑκάστης περιτεταμένοι. Riui enim circa mollitudinē vniuſcuiuſque coſtæ obtentam. Vbi ὀχετοὺς τὰς ἀρτηρίας καὶ τὰς φλέβας exponit Galenus, arterias & venas, quòd per eas tanquam per ductus aliquos ſanguis conuehatur. Lib. quoque 6. Epid. ſect. 3. aph. 4. ὁ ἱδρὼς ὁ ῥέων σταγόσιν, ὃς ἐξέρσιν ὥσπερ ἐξ ὀχετῶν, dicitur ſudor guttatim effluens, qui velut ex aquę ductibus emanat, cœca cutis ſpiramina & meatus intelligens ex quibus ſudor erumpit.

Ὄχλος, moleſtiam & negotium ſignificat, vt libr. de art. (pag. 616. 2.) ὄχλον πολλὸν παρέχειν, multum exhibere negotii aut moleſtiæ, quod dicitur de eo negotio quod multum exhibetur in ea quæ per ſcalam fit concuſſione. ὄχλοι etiam dicuntur perturbationes quæ fiunt in ægris, & vehementes naturæ motus, qui aliquando morborum ſolutiones efficiunt, vt aphor. 12. ſect. 6. lib. 6. Epid. & lib. 4. Epid. (p. 328. 31.) ὄχλοι περὶ ἕκτην ἢ ἑβδόμην, circa ſextum & ſeptimum perturbationes. Interdum quoq; alui perturbationem ſignificat, vt aphoriſ. 12. lib. 6. Epid. ſect. 6. Hinc ὀχληρὸν quod moleſtum eſt & infeſtū indicat, ὀδυνηρὸν, dolorem inferens exponit Gal. in fine Com. 2. lib. de art. (p. 610. 32.) Et Erotianus apud Hippocratem, ὀχλώδεα ὀχληρὰ, hoc eſt moleſta, & quæ moleſtiam aut dolorem exhibent exponit. Quod certè vſurpatur Hippocrati li. de fract. (p. 546. 25.) & (549. 44.) τὰ περὶ αὐγὰς ὀχλώδεα, quæ oculorū aciem perturbant, & tenebricoſa quę circum oculos obuerſantur, in hęmorrhagiæ futuræ indiciis, dicuntur in Prorrh. (p.215.25.) περὶ αὐγὰς ὀχλεῖν, in Coac. Prænot. (p.429.33.) circa oculorum aciem perturbationem facere. Lib. etiam 2. Epid. (p. 311.25.) de aſcaridibus. καὶ ἐκεῖνα τηνικαῦτα ὀχλέουσι τῆς ἡμέρης τὰ πλεῖστα. Iſtaq; affligunt, vt plurimùm hac diei parte.

¶ Ὄψις id quo cernimus & videndi acies effunditur ſignificat, pupillamq; per quam præcipuè ſpiritus viſorius viam facit. Prorrh. 2. (p. 420. 3.) διὰ τῆς ῥαγῆς ὑπερέχουσα ἡ ὄψις, per rimam prominens & extans pupilla. Et rurſus ibidem (verſ. 7.) ἔξω τὴν ὄψιν τῆς χώρης εἶναι, pupillam ſede motam eſſe. Et (v.8.) μεταπειρήματα τῶν ὄψεων, pupillarum emotiones. Et (v. 12.) μάλιστα αἱ ὄψιες βλάπτονται ἑλκούμεναι. inſignem facit noxam pupillæ acies ſi exulceretur. Rufus etiam Epheſius ἐν τῷ περὶ ἀνθρώπ. μορ. ὄψιν καὶ κόρην dici ſcribit, τὸ μὲν ἐν μέσῳ βλεπόμενον, quod in medio cernitur. Et alibi, κόραι αἱ ὄψεις, αἱ δὲ ὄψιν μὲν ᾧ βλέπομεν. Sic aciem ipſam qua cernimus pupillam vocari ſcribit M. Tullius libr. 2. de nat. deorum. Nos pupillæ aciem diximus Prorrh. 2. ſo tamen ſpiritu viſorio plenum & vnde videndi potentia effunditur, intelligentes. Atque id videtur eſſe quod Rufo γλήνη dicitur & ſimulachra recipit, eaque tria, ὄψις, κόρη, γλήνη, pro pupilla ſæpe ponuntur. ὄψιν ſpeciem ibi non abſurdè vertit Caluus. Ὄψις etiam pupillam indicat lib. 4. Epid. (pag. 333. 20.) αἱ ὄψεις ἑλκοῦνται pupillæ vlcerantur. Et (pagina 332. 7.) ἡ ὄψις ἐγλαυκώθη, vbi pupillam, aut etiam oculorum aciem, aut etiam totam oculi partem ex qua obtutus pendet, cæſiam redditam ſignificat. Sic ὄψις interdum totum oculum, aut oculi aciem & viſionem ipſam indicat. ὄψιες κυανώδεις καὶ θαλασσοειδέες, pro oculis ceruleis & qui maris colorem referunt, ponuntur. lib. περὶ ὄψιος (p. 521. 25.) Sunt autem corruptæ viſionis ſpecies. Totā verò oculorum partem quæ genis aut palpebris tegitur ὄψις ſæpe ſignificat. In Progn. (pag. 124. 27.) ἢ λῆμαι φαίνονται περὶ τὰς ὄψιας, aut lemæ ac ſordes circa oculos appareant. Quanquam hîc obtutum ac oculorum aciē quidam intelligunt. Et Celſus oculorū angulos expreſſit. Rurſus ibid. (v. 29.) ἢ αἱ ὄψιες αὐχμέωσι ἢ ἀλαμπέες. de oculis & eorum aſpectu ſqualido & obſcuro. In Coac. Prœn. (p. 430. 21.) ἢ τὸ τὰς ὄψιας πυκνὰ διαρριπτεῖν, & oculos crebrò diſiicere. Et rurſus ibidem (p. 432. 20.) ἢν ὄψιες πυκνὰ κινέωνται, ſi frequenter moueantur oculi. Quod etiā ex Progn. deſumptū eſt, (p. 131. 6.) Lib. etiam 3. Epid. in ſt. peſt. (p. 426. 15.) αἳ φθείρουσι τὰς ὄψιας, quæ oculos corrūperent. Et lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 10. verſ. 13.) ῥήγνυσί τε καὶ διεσθίει τὸν ἀμφὶ τὴν ὄψιν χιτῶνα, rumpunt & peredunt oculum ambientem tunicam. Sunt & ὄψιες καμμύ-

καμνόντων apud Hip. ægrorum aſpectus, facies, differentiæ, formæ & modi, h. e. morborum genera & ſpecies, lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.101.30.) εἰσὶ δὲ ὄψιες τῶν καμνόντων. Variæ ſunt autem ægrotorum facies. Vbi ſcribit Gal. ὄψιας εἴρηκεν ὡσανεὶ διαφορὰς, ἢ τρόπους, ἢ ἰδέας. τῶν καμνόντων δὲ, ἀντὶ τοῦ τῶν τοῖς κάμνουσι γινομένων νοσημάτων. ὄψιας hoc eſt, facies dixit velut differentias, aut modos, aut formas. ægrotantium autem, hoc eſt, morborum ægrotos affligentium. Et rurſus, ὄψιας οὖν εἶπε καμνόντων, ἐπειδὴ τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοὺς θεωροῦντες, εὑρίσκομεν τὰς διαφοράς. facies igitur ægrorum dixit, quandoquidem eos oculis intuentes, differentias inuenimus. Eſt & ὄψιν πολλὴν παρέχειν Hippocrati lib. de art. (p.616.2.) multam oſtentationem excitare, multum apparatum exhibere, hoc eſt oſtentui eſſe aut oſtentationi, & in ſpeciem multa facere.

Ὄψον, obſonium ſignificat proprieque vocatur πᾶν τὸ πυρὶ καθεσκευαζόμενον εἰς ἐδωδὴν, vt ſcribitur apud Athenæum libr. 7. hoc eſt, quicquid in cibum igne apparatur, vel quòd ὄψον ἐστιν, ἢ περὶ τὸ ὀπτᾶσθαι. Apud Plutarchum Symmacho libr. 4. συμπο. quæſt. 4. ὄψον ἐστὶ τὸ τὴν τροφὴν ἡδῦνον. quicquid cibum reddit ſuauiorem, & ἄριστον ἂν ὄψον εἴη τὸ μάλιστα τὴν ὄρεξιν ἐπὶ τῷ σίτῳ κατέχειν δυνάμενον, optimum cenſetur obſonium, quod maximè cibi appetentiam detinet. Iure tamen quodam inter omnia obſoniorum genera piſces obtinent apud antiquos, vnde φίλοψοι & ὀψοφάγοι dicti ſunt, qui piſcibus præ cæteris cibis delectantur, vt ſcribunt Plutarch. & Athenæus. ὄψα θαλάσσια ſæpè dicuntur Hippocrati, velut Plutarcho ἐκνενίκηκε μόνον τὸ θαλάττιον ὄψον, marinum obſonium maximè in precio. Lib. 1. περὶ χυμ. (p.243.45.) ὄψοισι θαλασσίοισι μᾶλλον ἢ κρέασι χρῆσθαι. & obſoniis marinis potiùs vtatur quàm carnibus. Rurſus ibid. (p.250.34 & 36.) ὄψῳ δὲ μηδενὶ, ἀλλ' ἢ οἴνῳ ἀκρήτῳ μέλανι. nulloque obſonio, præterquam vino nigro meraciore. Vbi inter obſonia vinum ab eo reponi videtur. Et, καὶ ὄψου ὁκοίου ἂν βούληται, & quolibet obſonio.

# OECONOMIAE HIPPOCRAT.

## TO Π.

Πάθος generale nomen eſt apud Medicos multaque ſignificat. Vniuerſaliter quidem πάθος paſſio dicitur, omnis motus qui ab altero in alterum fit. Et veteribus quidem omnis motus extrinſecus etiam qui naturaliter ſe habet, ſiue in loco, ſiue in qualitate fiat, πάθος nominatur. Ergo cùm motus ſit, neque ex eorum numero quæ eſſe abſolutè dicantur, ſuam in mutatione ac alteratione, & in ipſo (vt dicam) fieri generationem habere manifeſtum eſt. Quod fuſiſſimis & diſertiſſimis verbis explicat Gal. lib. 2. Meth. med. Vbi quid πάθος & διάθεσις diſtent inter ſe, luculentiſſimis verbis oſtendit, (p.48.46.) ὃ δὲ ἐν τῷ λόγῳ μάλιστα προὔκειτο σχεδὸν ἤδη διώρισται. τὰ μὲν ἐν γενέσει τε καὶ μεταβολῇ, καὶ ἀλλοιώσει, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἐν κινήσει, τὸ εἶναι μεταλαμβάνειν, τῶν δὲ ἐν ὑπομονῇ τῆς οὐσίας. ὑγίεια μὲν οὖν καὶ νόσος, ὅσαι τε συμπτωμάτων ἢ αἰτίων εἰσὶ διαθέσεις, ἢ ἕξεις, τῶν ὑπομενόντων εἰσίν. αἱ δὲ ἐνέργειαι πᾶσαι, καὶ αἱ καθ' ὁτιοῦν ἀλλοιώσεις, ἐν τῷ γίγνεσθαι τὸ εἶναι κέκτηνται. καὶ τὸ καθ' ὁτιοῦν κινούμενον σῶμα, κατ' ἐκεῖνο πάσχει, καὶ ἡ κίνησις αὐτοῦ, πάθος ἐστίν. οἱ μὲν οὖν παλαιοὶ, καὶ τὰς ἐν τῷ κατὰ φύσιν ἔχειν ἁπάσας κινήσεις, ὅσαι γε μὴ δραστικαὶ, πάθη προσαγορεύουσιν. ὥσπερ γε καὶ ἐνεργείας τὰς δραστικὰς, οὕτω καὶ αὐτὰς τῶν αἰσθήσεων τὰς ἀλλοιώσεις ὁ Πλάτων ὀνομάζει πάθη. τοῖς νεωτέροις δὲ οὐκ οἶδ' ὅπως δόξαν, ἐπὶ τῆς παρὰ φύσει μόνης κινήσεως [illegible]. ἰδίως μὲν οὖν τὸ πάθος ἐπὶ πάσης τῆς ἔξωθεν κινήσεως ἐλέγετο πρὸς τῶν παλαιῶν, ἤδη δὲ καταχρώμενοι καὶ τὰς ἐκ πάθους μὲν γεγενημένας τῶν διαθέσεων, οὐκέτι δ' ἐν κινήσει πάθη προσαγορεύουσιν. οὐ μὴν χρονιώτερόν γε, οὐδὲ δυσλυτώτερον ἡ διάθεσις τῆς ἕξεως, ὥσπερ οὐδὲ ἡ ἀρρωστία. Quod verò propoſitum nobis in hac diſputatione maximè fuit, propeiam definitum eſt, nempe aliqua in generatione, & mutatione, & alteratione, & vt ſemel dicam, in motu ipſam eſſentiam habere, quædam etiam in ſubſtantiæ ipſius conſtantia. Sanitas igitur & morbus, & quicunque ſymptomatum cauſarumque affectus ſunt vel habitus, ex permanentium numero ſunt. Actiones verò omnes, & alterationes in quacunque re fuerint, in ipſo fieri eſſentiam ſuam poſſident. Et corpus ſecundum quodcunque mouetur, ſecundum id patitur, motusq; eius πάθος eſt. Veteres ſanè motus omnes qui naturaliter ſe habent, neque actiui ſunt, πάθη, hoc eſt, paſſiones nominant, ſicuti etiam actiones ipſos actiuos motus. Eo modo & ipſas ſenſuum alterationes Plato πάθη, hoc eſt paſſiones, appellat. At iunioribus, neſcio qua opinione, de ſolo eo qui præter naturam ſit motu, id nomen vſurpatur. Ac veteribus quidem πάθος priuatim de omni extrinſecus motu dicebatur, nunc verò etiam per abuſum affectus qui ex paſſione iam prouenêre, nec amplius in motu ſunt, πάθη appellant. Non tamen diuturnior aut ægrè ſolubilis habitus affectus ſic nominatur, vt neque morbus. Rurſus lib. de diff. ſymp. (p.212.25.) πάθος ἢ πάθημα qua ratione ἐστὶ τῆς διαθέσεως diſtet optimè

his verbis edocet. ἐν γὰρ κεφαλαίῳ τὸ διατίθεσθαί πως ταὐτὸν τῷ πάσχειν ἐστί. διαλλάσσει δὲ διαθέσεως τὸ πάθημα, κινήσει. παυσαμένου γὰρ τοῦ ἀλλοιοῦντος, ἡ περὶ τὸ παθὸν ἀλλοίωσις ὑπομένουσα, διάθεσίς ἐστι τοῦ παθόντος. ὥστε ἐν αὐτῷ μὲν τῷ τρέπεσθαι, καὶ μεταβάλλεσθαι, καὶ ἀλλοιοῦσθαι, καὶ κινεῖσθαι, τὸ πάθος ἔχει τὴν γένεσιν. ἐν δὲ τῷ μένοντι καὶ σῳζομένῳ περὶ τὸ ὑποκείμενον σῶμα, τὴν διάθεσιν. αὐτὴν δὲ μένουσαν διάθεσιν οἱ Ἕλληνες ὀνομάζουσι πάθος, ὥσπερ καὶ τὸ πεποιηκός, ἐν ᾧ ἔτι δὲ ποιοῦν, αἴτιον. καί τοι γε οὐδὲ τοῦτο ἁπλῶς αἴτιον, οὐδ' ἡ μένουσα διάθεσις, ἁπλῶς ἐστι πάθος, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ κατά γε τὸν ἀκριβῆ λόγον, γεγονὸς μὲν πάθος ἐστίν, οὐ γινόμενον δ' ἔτι. Etenim in ſumma, ipſum affici quodammodo idem quod pati eſt, differtq́; paſſio ab affectu, motu. Ceſſante enim eo quod alterabat, quæ in paſſo iam remanet alteratio, affectus eius eſt: ita ſcilicet vt in vertendo, & mutando, & alterando, & mouendo, paſſio generationem habeat: in eo verò quod manet, & in ſubiecto corpore reſeruatur, affectus conſtet. At ipſum quoque permanentẽ affectum Græci πάθος nominant, veluti etiam quod iam fecit, nec etiamnum facit, αἴτιον, hoc eſt cauſam. Quanq̃ neque hoc abſoluto ſermone cauſa eſt, nec qui manet affectus, ſimpliciter paſſio, ſed exactè loquenti, affectus facta quidẽ paſſio eſt, nõ autem quæ adhuc fit. At generationi quoq; nomine πάθη ἢ παθήματα dicũtur, quæcunq; præter naturam in corporib. noſtris generantur, vt ſcribit Gal. com. 1. in lib. 1. Epid. (p. 354. 42) καλοῦσι δὲ παθήματα πάντες οἱ Ἕλληνες, ὅσα παρὰ φύσιν ἐν τοῖς σώμασιν ἡμῶν γίνεται. Et li. 3. de Præſag. ex pulſ. (p. 138. 15) πάθος μὲν ὀνομάζω νυνὶ ἅπαν τὸ παρὰ φύσιν. πάθος quidem nunc voco quicquid eſt præter naturam. Quod etiam fuſioribus verbis circunſcribit lib. 2. Therapeut. Meth. (p. 48. 58.) τὴν γὰρ ἐναντίαν ὑγείᾳ διάθεσιν, ὑφ' ἧς ἐνεργείας λέγομεν βλάπτεσθαι, νόσημα μόνην προσαγορεύομεν, εἴ τε πολυχρόνιος, εἴ τε ὀλιγοχρόνιος εἴ τ' ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ γίγνοιτο. τὰς δ' ἄλλας ἁπάσας τὰς παρὰ φύσιν, τὰς προηγουμένας τούτων, ἐν αἰτίας λόγῳ, διαθέσεις παρὰ φύσιν, αὐτὸ τοῦτο μόνον, αἰτίας, οὐ πάθη. τὰ δ' ἑπόμενα ταύταις, ὅσαι μὲν ἐνεργειῶν εἰσι βλάβαι, συμπτώματά τε καὶ πάθη. καθ' ἑαυτὰ δὲ καὶ τὰς ἀμέτρους ἐκκρίσεις, ἢ ἐπισχέσεις. ὅσαι δὲ διαθέσεις, ὥσπερ καὶ ἡ δυσχροια, πρὸς τῷ τοῦ πάθους τε καὶ τοῦ συμπτώματος ὀνόματι, διαθέσεις ὀνομάζομεν, ὥσπερ οὖν καί εἰσι. Contrarium enim ſanitati affectum, quo lædi actionem dicimus, morbum tãtùm appellamus, ſiue diuturnus hic, ſiue breuis ſit, ſiue momẽto duret. Ex reliquis affectibus, qui præter naturam ſunt, & eos præcedunt, cauſæq́; rationẽ obtinent, cauſas tantùm, non πάθη, dicimus. Qui illas ſequũtur, ſi actionũ offenſæ ſunt, & ſymptomata & πάθη. Eodem modo & immodicas vel inanitiones, vel retentiones. Quæ verò affectiones ſunt, veluti vitioſus color, præter πάθους & ſymptomatis appellationem, etiam affectiones nominamus, ita nimirum vt ſunt. At verò πάθος ἢ πάθημα veteribus de morbo dici ibidem teſtatur Gal. his verbis (p. 49. 10.) δῆλον δ' οὐδὲν, ὅταν, ἢ νόσημα λέγω, ὥσπερ οὐδὲ πάθος, ἢ πάθημα. καὶ μὴν δὴ καὶ ὅτι τὸ πάθος ὄνομα, καὶ κατὰ τῶν νοσημάτων ἐπιφέρουσιν οἱ παλαιοί, καθάπερ καὶ τὴν ἀρρωστίαν, καὶ τὴν ἀσθένειαν, ἐπιδέδεικται καὶ ἐν τοῖς περὶ τῶν ἰατρικῶν ὀνομάτων, καὶ ὡς οὐδὲν διαφέρει λέγειν ἀρρωστίαν ἢ ἀρρώστημα. νόσον autem an νόσημα dicas nihil intereſt, vt nec ſi πάθος aut πάθημα. Atqui πάθος nomen de morbo veteres dixiſſe, quẽadmodum & ἀρρωστίαν & ἀσθένειαν, h. e. infirmitatem & imbecillitatem, oſtenſum nobis eſt in iis quæ de Medicis vocabulis ſcripſimus, vt & nihil referre dicere aut ἀρρωστίαν, aut ἀρρώστημα. Quin & ipſe Hipp. πάθος de morbo tũ acuto tum diuturno vſurpat, vt patet ex aph. 4. & 24. li. 1. & 28. lib. 3. vbi etiam ſcribit Gal. quoſdam exiſtimare τὸ τοῦ πάθους ὄνομα κατὰ τῶν χρονίων μόνων λέγειν αὐτόν. hoc eſt, πάθος nomen de ſolis morbis diuturnis ei dici. M. quoq; Tullius πάθη morbos vertit libr. 3. de finib. & quæſt. Tuſc. 3. vt & animi perturbationes, & motus animi turbatos, lib. 2. de off. quas Latini ægritudines vocãt. Idem etiam motus concitatos rationi non obtemperantes nominat, vt formidines, libidines, iracũdias, miſereri, inuidere, geſtire, lætari, & cætera id genus. Sũt & παθήματα apud Hipp. ea quæ morbis accidunt, velut ſymptomata, attributiones & affectiones quædam, vt li. 1. Epid. (p. 369. 28.) ἦν δὲ τῶν καύσων τὰ παθήματα. Inerant verò in febribus ardentibus affectiones huiuſmodi. Et libr. 2. Epid. (p. 313. 44.) ἦν δὲ τῶν κυναγχικῶν τὰ παθήματα τάδε. Erant autem eorum qui ex angina laborabant affectiones huiuſmodi. Scribitur & πάθη Hip. ἀντὶ τοῦ πάθους lib. 1. περὶ γυν. (p. 243. 2.) ἐπίσχουσι δὲ ἄλλαι ἄλλῳ χρόνῳ, ὅπως τι καὶ τὰ τοῦ σώματος ἔχωσι, καὶ τὰ τὸ πάθος. Intereunt autem aliæ alio tẽpore, prout corpus & affectio ſe habet. Πάθος autem definitur authori definit. Med. (p. 294. 40.) παρεμποδισμὸς κατὰ φύσιν ἐνεργείας τινὸς ἢ τινῶν. functionis alicuius naturalis aliquarúmue impeditio. οἱ δὲ Ἡροφίλειοι οὕτως. πάθος ἐστὶ τὸ μὴ διηνεκῶς ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ λυόμενον, καὶ ἐν ἐλάττονι δέ ποτε, καὶ ἐν πλείονι. Herophyli verò ſectatores hoc modo. Affectus eſt qui non ſemper eodem modo ſoluitur, ſed in breuiore quandoque, interdum & longiore. Qđ tamen ſic legunt quidam. πάθος λέγουσιν οἱ Ἡροφίλειοι εἶναι τὸ εὔλυτον καὶ εὐκίνητον, οὗ τὴν οὐσίαν ἐν ὑγροῖς εἶναι. Herophili ſectatores πάθος eſſe dicunt, qđ nullo negotio ſoluitur & facilè mouetur, cuius eſſentia in humoribus conſiſtit.

Παιδεύσις inſtitutionem & doctrinã ſignificat, vt lib. περὶ χυμῶν (p. 14. 40.) παιδεύσις ἐμέτου, κάτω δι' ἐξόδου, vomitionis inſtitutio aut eorum quæ per inferiora ſubducuntur. Vbi quę medico ſunt inſtituẽda ac faciẽda, aut etiam prohibenda in conſiderationem adhibentur. Vnde caſtigationem vertit Cornarius, quòd illic adſcribantur multò plura auertenda ac prohibenda, q̃ inſtituenda.

Παιδία dicuntur Hipp. pueri infantes & adhuc lactentes; aph. 33. ſect. 5. lib. 6. Epid. τὰ βρέφη exponit Gal. vt παιδία νεογνὰ καὶ σπιθαμιαῖα, aph. 24. lib. 3. Etſi etiam παιδία vocat Hip. ad pubertatem vſque, vt aph. 27. & 28. lib. eiuſdem.

Παιδικὸν πάθος, hoc eſt puerilem morbum agnoſcit & exponit apud Hip. Erotianus. Quib. ſanè verbis locum lib. de aëre, loc. & aq. (p. 452.

452.39) mihi ſubindicare videtur, vbi ſcribitur: ὅσοι δὲ παιδίοισιν ἐπιπίπτει σπασμὸς καὶ ἄσθματα, ἃ νομίζουσι τὸ παιδίον ποιέειν, καὶ ἱερὴν νοῦσον εἶναι. Verũ παιδίον, aut παιδιὸν leg. exiſtimo, vt πάθος aut νόσημα ſubaudiatur, hac notione. Pueris verò cõuulſiones & ſuſpiria ſuperuenire, quæ exiſtimant puerilem morbum efficere, & ſacrum morbum eſſe. Hũc enim iſtius loci ſenſum ſequitur Gal. com. 1. in libr. 6. Epid. (p. 447. 6.) etſi παιδίον πάθος legit. Sic autem apud eum ſcribitur: τὸ δὲ ἐπιληπτικὸν πάθος ἤτοι κατὰ φυσικὴν γίνεται δυσκρασίαν, ὅταν ὑγρὸς ὁ ἐγκέφαλος ἱκανῶς ᾖ, καὶ πλεοναχοῦ γε καὶ παιδίον ὀνομάζεται τὸ νόσημα, καθάπερ αὐτὸς ἐδήλωσεν ἐν τῷ περὶ ὑδάτων, καὶ ἀέρων, καὶ τόπων, ὧδέ πως γράψας· τοῖς παιδίοις συμπίπτει σπασμοί τε καὶ ἄσθματα, ἃ νομίζουσι τὸ παιδίον ποιεῖν, καὶ ἱερὴν νοῦσον εἶναι. κατὰ ταύτην δὲ ῥῆσιν εὔδηλον ὅτι προσυπακούειν δεῖ τὸ παιδίον πάθος, ὡς εἶναι τὴν λέξιν τοιαύτην, ἃ νομίζουσι τὸ παιδίον πάθος ποιεῖν, καὶ ἱερὴν νοῦσον εἶναι. Comitialis affectus, vel à naturali intẽperie prouenit, cùm humidum valdè eſt cerebrũ, tuncq́ue puerorum morbus nominatur, quemadmodum ipſe in libro de aere, locis & aquis, ita ſcribẽs ſignificauit. Pueris contingere conuulſiones & ſuſpiria, quæ exiſtimant puerorum morbum efficere, & ſacrum morbum eſſe. In his verbis clarè patet ſubintelligendum eſſe affectum, vt ſermo talis ſit, quæ exiſtimãt, puerorum morbum efficere, & ſacrum morbum eſſe. Quam etiam lectionem iterum ſequi videtur Gal. com. 5. in lib. 6. Epid. (p. 516. 4) cùm ſcribit: ἡ μὲν φαίνεταί τι παιδὶ τὰ πάθη ταῦτα γινόμενα, πλὴν τῆς ἐπιληψίας, ἣν καὶ δι᾽ αὐτὸ τοῦτο πρὸς τῶν παλαιῶν ὀνομασθῆναι συνέβη παιδίον πάθος. Verùm pueris hi affectus cõtingere non videntur, pręter morbum comitialem, quem propter id ipſum à veteribus puerorum affectum nominari contingit. Eo tamen in loco apud Hip. τὰ παιδία ποιέειν, videtur legiſſe Corn. & τὸ θεῖον ποιέειν Zuinggerus. At vt παιδίον legam facit Erotianus, qui cùm παιδιὸν πάθος exponit, ſcribit, παιδείαν νῦν τὴν παιδοτροφίαν, ὅθεν καὶ Σοφοκλῆς ἐν Πελίᾳ φησί, λευκὸν αὐτὴν ὄντ᾽ ἐπαίδευσεν γάλα. παιδείαν nunc vocat puerorum educationem. Vnde Sophocles in Pelia ait, album ipſam hoc lac educauit. vt παιδείαν leg. exiſtimem apud Erot. cùm παιδίαν omnia habeant exemplaria, & fortè παιδίον πάθος.

Παιδοποιῆσαι apud Erot. eſt παιδοποιῆσαι liberos procreare, ſuſcipere, cùm apud Hip. ὁ παιδοποιεῖν ὁ παιδοποιέειν exponit. κτίσαι γὰρ τὸ ποιῆσαι, κτίσαι enim facere aut creare ſignificat.

Παλαιστὴ menſura quatuor digitorũ, palmus aut dodrans. lib. περὶ γυν. φύσ. (p. 222. 5.) σικύης ἀγρίης ἐντεριώνην ὅσον παλαιστήν, cucumeris ſylueſtris medullam dodrantalẽ, aut palmi magnitudine. Ac rurſus ibid. (v. 8.) σικύης ὅσον παλαιστή. παλαιστὴ exponitur Heſych. τὸ τεσσάρων δακτύλων μέτρον.

Πάλη & παιπάλη farinã tenuiſſimam & florem ſignificat, quod in farina eſt tenuiſſimum & candidiſſimum, aut tenuiſſimum farinæ pollinem. Vnde πάλη ἀλφίτου polẽtæ flos aut pollen dicitur, aut farinæ tenuiſſimus pollen. Heſychio πάλη dicitur ἄλευρον καὶ σποδὸς, τὸ λεπτότατον τοῦ ἀλεύρου. Lib. 1. περὶ γυν. (p. 250. 3.) καὶ πάλην ἀλφίτου, & tenuiſſimo polentæ polline admixto. Vbi tamen πάλην vitioſè legunt exemplaria. Rurſus li. 2. (p. 264. 28) πάλη ἀλφίτου ἐφ᾽ ὕδατι, polentæ tenuiſſimus pollen ex aqua. Ac rurſus ib. (p. 285. 20.) ξὺν πάλῃ ἀλφίτου πιεῖν. cum tenuiſſimo polentæ polline propinato. Et li. 2. Epid. (p. 312. 40) πάλην ἐς ῥοιῆς χυλὸν ἀλφίτων ἐπιπάσσειν. tenuiſſimo farinæ hordeaceæ polline mali punici ſucco macerato. πάλην σεσέλιος, ſeſelis tenuiſſimum pollinem vocat Hip. li. 1. περὶ γυν. (p. 254. 21.) πάλη dicitur Erot. τὸ λευκότατον καὶ λεπτότατον τοῦ ἀλφίτου, quod eſt in farina candidiſſimũ & tenuiſſimum, cùm πάλης ἀλφίτου apud Hip. exponit. Verùm πάλη aut πάλην ἀλφίτου apud Erot. leg. crediderim ex his locis quos ex Hip. adduxi m°. Sic παιπάλη ἀλφίτων dicitur Gal. li. 2. κατὰ τόπ.

Παλίγκοτος & παλιγκοτέειν valdè poëtica & Ionica ſunt vocabula, & de recrudeſcentib. doloribus aut quaſi iterum excãdeſcentib. malis dicuntur. κότος enim doloris acerbitatem & amarulentiam ſignificat, quæ ex indignatione & iracundia concipitur. Et παλίγκοτος Ariſtoph. interpreti exponitur, ἐξ ὑποστροφῆς ὀργιζόμενος πάλιν, rurſus excandeſcens, qui animo eſt iracũdo & offenſo. παλίγκοτα τὰ κακοήθη νοσήματα, affectus qui recrudeſcunt & maligni fiunt, exponit Gal. com. 2. in li. de fract. (p. 547. 40.) & παλιγκοτέειν, τὸ αὖθις πάλιν κακοηθέστερον, recrudeſcere, rurſus malignum fieri aut excandeſcere. Vbi ſcribit Hipp. σημεῖα δὲ ταῦτα, ἢν παλιγκοτέῃ, ἢ οὔ. Signa ſunt hæc, recrudeſcant nec ne. Et rurſus, κίνδυνος παλιγκοτῆσαι, periculum eſt ne recrudeſcant, h. e. ad priſtinã malignitatem redeant. Rurſusq́; (p. 548. 11.) ἢν δὲ μὴ μέλλῃ παλιγκοτέειν τὰ ἐγχυμώματα, ſi autem futurum non eſt vt ſugillata recrudeſcant. Et (v. 19.) ἐν πᾶσι ἐγχυμώμασι τοῖσι μὴ μέλλουσι παλιγκοτέειν. in omnibus ſugillatis non futurum vt recrudeſcant. Libr. quoq; 2. περὶ γυν. (p. 282. 17.) ἢν δέ τι παλιγκοτέῃ, ſi quid recrudeuerit. Et li. de art. (p. 598. 54.) παλιγκοτώτατον ὁ ἀγκὼν, rurſus maximè excãdeſcit cubiti gibbus. Et (p. 599. 19.) παλίγκοτα, quæ rurſus excandeſcunt, rurſus commouentur, ꝙ bene non ſint repoſita. Quę etiam reperuntur in Mochlico (p. 507. 20. & 46.) παλιγκοτώτατα vocantur li. de art. (p. 610. 34.) πάντων δὲ τῶν παλιγκοτεόντων, ἡ τέρμινθος διάχρισις αὐταρκέστατον. In omnibus aũt ïis quæ rurſus excãdeſcunt, ferramentum cãdens vtraq; parte traiicere abunde ſuppetit. Hinc παλιγκότησις & παλιγκοτίας, offenſio & recrudeſcentia. lib. de fract. (p. 598. 15.) τὰ ἐπίπαν γὰρ ἡ τρίτη καὶ ἡ τετάρτη ἡμέρη ἐπὶ τοῖσι πλείστοισι τῶν τρωμάτων ἤνεγκε τὰς παλιγκοτήσιας. In totum enim plæraque vulnera tertio & quatto die recrudeſcere conſueuerunt. Et lib. de loc. in homine (p. 73. 8.) καὶ ὑπὸ παντὸς τὰς παλιγκοτίας παρέχει, & ab omnibus offenſiones percipit, de corpore cuiuis offenſioni obnoxio. Erotianus apud Hip παλιγκοτωτάτοις φιλυποστρόφοις νοσήμασι exponit, hoc eſt, morbis qui facilè reuerti ſolent. Qđ legitur li. 2. Ep. (p. 314. 5.) βραχὺ δέ τι τοῖσι νῦν τοῖσι παλιγκοτωτάτοισι,

κρύβαφοὶ ἦρμοί. Atq; horum quibuſdam paulùm dolores exacerbantur, quibus tempora incaleſcebant. Etſi in omnibus codicibus παλιſκοπέμοι vitioſè legitur. Sed nos ex Gal. lib. 4. de loc. affect. & Erotiano παλισκοτομένοι reponendum eſſe admonuimus. Lib. 4. Epid. (p. 330. 28.) ἐπαλιſκόπου de morbo qui recruduit & exaſperatus eſt, dicitur.

Παλίμβολος νόσος, morbus mutabilis, vagus, non firmus, nec ſibi conſtans, qui facilè mutatur & in diuerſum trahitur aut fluctuat, aphoriſm. 16. ſect. 6. libr. 6. Epid. Vbi Galeni commentarius eum morbum intelligit, qui ſpeciem leuationis facit, ſed tamen intus malignus eſt. παλίμβολος antem dicitur qui fluxa eſt fide, non firma, nec ſibi cõſtat, ſed facilè in diuerſa vertitur, de homine lubricæ fidei, inconſtantis & fluctuantis animi, quique veteratorio eſt & vafro aut doloſo ingenio. Heſychio verò exponitur, κόβαλός τε καὶ ἀβέβαιος, ἀνταπάλλαξ ἀπ' ἄλλου εἰς ἄλλον μεταβαίνων. Dicitur & παλίμβολον Varino, ἀβέβαιον, ἄπιστον, & παλίμβολος, ἀνασπόβολος, ἀνασπογνώμων, refractarius, ex Suda.

Πάλιν rurſus, contrà ſignificat, vt aph. 53. lib. 5. vbi ſcribit Gal. σημαίνοντος δὲ τοῦ πάλιν ἐν τῇ τοιαύτῃ ῥήσει δύο. τὸ μὲν ἕτερον ὃ συνῆφθαι τῇ προειρημένῃ διαθέσει, τὸ δ' ἕτερον, ὅπερ καὶ δι' ἄλλης λέξεως εἰώθασιν ἑρμηνεύειν. ἀληθέστερόν γέ μοι φαίνεται, καὶ κατὰ τὴν Ἱπποκράτους εἶναι γνώμην τὸ δεύτερον σημαινόμενον. Cùm verò duo in eiuſcemodi locutionibus ſignificet πάλιν, vnum quo antedictæ coniungitur affectioni, alterum quod per aliam dictionem ἔμπαλιν efferre conſueuerunt, verius mihi & Hip. menti conuenientius ſecundum ſignificatum eſſe videtur.

Παλινδρομεῖν eſt recurrere, intrò redire, recurſare, & de humoribus qui intrò redeunt dicitur, eandemq; originem repetunt, aut abſceſſibus accommodatur, qui ex humorum interno recurſu abolentur, detumeſcũt aut ſubſidunt. In Progn. (p. 151: 19.) ἐὰν δὲ ἀφανίζωνται καὶ παλινδρομέωσιν αἱ ἀποστάσιες. Quòd ſi abſceſſus deleantur & intrò recurrant. Vbi παλινδρομεῖν his verbis explicat Gal. ὡς τὰ πολλὰ δὲ τὸ ἀφανίζεσθαι τὰ τοιαῦτα εἴωθε συμβαίνειν, μεταῤῥεόντων τῶν ἐργαζομένων αὐτὰ χυμῶν, ἢ πάλιν εἰς τοὺς αὐτοὺς τόπους ὅθεν ὥρμησαν, ὅπερ ἰδίως ὁ Ἱπποκράτης ὀνομάζει παλινδρομεῖν, ἢ καί τινας ἄλλους ἐν τῷ βάθει τοῦ σώματος ὄντας. Vt plurimùm autem talia deleri euenire ſolet, refluentibus humoribus qui ea committunt, aut eundem in locum vnde impetum fecerunt, quod propriè Hipp. παλινδρομεῖν appellat, aut ad alia quædam loca in profundo corporis poſita. Iterumque de abſceſſibus ibid. (p. 161. 32) τὰς δὲ ἀποστάσιας εἰδέναι χρὴ τοῦ χειμῶνος μᾶλλον γινομένας, χρονιώτερόν τε παυομένας, ἧσσόν τε παλινδρομεούσας. Sciendum verò abſceſſus hyeme potiùs contingere, & tardius deſinere, minuſq; repetere. Quod etiam repetitur in Coac. Pren. (p. 427. 49.) Rurſus lib. 1. Epid. (p. 364. 12.) (de abſceſſibus) ἀλλὰ ταχὺ παλινδρομεῖν καὶ ξυνεστάναι ἐπὶ τὸ χεῖρον. ſed qui celeriter intro recurrerent, & in deterius euaderent. Et Prorrh. 2. (p. 413. 45.) καὶ δῆλα ὄντος, ὅτι οὐ παλινδρομήσει ἡ ἀπόστασις. & cùm manifeſtum foret id quod abſcedere natum eſt, intrò non reuerſurum. Et rurſus ibid. (p. 416. 33.) παλινδρομίη ἀποστάσιος, abſceſſus recurſus aut reuerſio. παλινδρομεῖ, ἀναστρέφει, ὑποστρέφει, recurrit, reuertitur, exponit Heſychius.

Παλινίδρυσις rurſum ſubſidentia, de humoribus qui rurſum ſubſidunt, ac in ſeſe velut redeunt dicitur libr. περὶ χυμῶν (p. 114. 39.) & μετεωρισμῷ opponitur, eleuationi aut ſublationi.

Παλίνοπα Gal. in Exeg. τὰ ἀπὸ τοῦ ἡλίου ἀπεστραμμένα, hoc eſt à ſole auerſa exponit apud Hip.

Παλίῤῥοια dicitur Aretæo retrogradus humorũ curſus, vt in cholera morbo, cùm bilioſa euomuntur, cap. 4. lib. 2. cur. acut. ὅκως ἐπίσχῃ τὴν παλίῤῥοιαν, vt retrogradus humorum curſus cohibeatur. Et rurſus, ὡς τὴν παλίῤῥοιαν σχέθῃ, vt retrogradum humorum fluxum coerceat.

Παλμὸς palpitatio, dicitur Galeno lib. de tremore, conuulſ. & palp. (p. 365. 6.) κίνησις ἀβούλητός τε καὶ ἀκούσιος ἐπαιρομένων τε καὶ καταφερομένων τῶν παλλομένων μορίων. motus inuoluntarius & inuitus partium quæ dum palpitant, attolluntur & deferuntur. Ruſuſq; ibid. (p. 366. 3.) διάστασίς μέν τις καὶ συνίζησις παρὰ φύσιν. quædam diſtentio ac cõſidentia præter naturam. Lib. verò 5. de ſympt. cauſ. (p. 230. 41.) παλμός ἐστι μὲν διαστολὴ παρὰ φύσιν, ἐν ἅπασι δὲ γίγνεται τοῖς μορίοις ὅσα γε διαστέλλεσθαι πέφυκεν. Palpitatio eſt dilatatio quidẽ præter naturam, & fit in omnibus particulis quæ diſtendi & dilatari natura poſſunt. Cuius quidem cauſa eſt ſpiritus craſſus, vaporoſus, caliginoſus & copioſus, tranſitum non habens, & partem in qua conſiſtit diſtendens ac attollẽs, vt ibidem ſcribit Gal. Locus verò in quo fit, eſt cauitas corporis inſignis & pars natura ſua mollis, vt diſtendi & rurſum ſubſidere facilè poſſit. Authori quoque definit. Med. (p. 396. 24.) παλμός ἐστιν ἔπαρσις καὶ ὕφεσις σώματος εἴκοντος καὶ μὴ ἀντιτυποῦντος, ὑπὸ πνεύματος γινόμενος, οὐκ ἀεὶ παραμένουσα, ἀλλὰ κατὰ χρόνους τινὰς γινόμενος. Palpitatio, eſt cedentis corporis & non renitentis elatio ac ſubmiſſio, quam ſpiritus efficit, eaque non ſemper durat, ſed quibuſdam temporibus efficitur. Et aliter quoque παλμός ἐστιν ἔπαρσις καὶ ὕφεσις σωμάτων μυωδῶν, ὑπὸ πνεύματος ἀποτελούμενος, οὐκ ἀεὶ γινόμενος, ἀλλὰ κατά τινας χρόνους. palpitatio, eſt elatio ſubmiſſioq; corporum muſculoſorum, à ſpiritu facta, quæ non ſemper durat, ſed certis temporibus excitatur. Hãc verò παλμοῦ notationem ſæpius vſurpat Hippocr. vt cùm ſcribitur ægr. 2. lib. 1. Epid. παλμὸς ὑποχονδρίου, præcordiorum palpitatio. Et ægr. 3. lib. 3. Epid. παλμὸς περὶ ὀμφαλὸν διατείνων, continens ad vmbilicum palpitatio. & παλμοὶ δι' ὅλου τοῦ σώματος, palpitationes totum corpus occupabant. ægr. 4. lib. 1. Epid. & ægr. 4. lib. 3. poſt ſt. peſt. Et παλμὸς καρδίης, cordis palpitatio, æg. 16. lib. 3. Epid. poſt ſt. peſt. Sic παλμοὶ δι' ὅλου dicuntur in Prorrh. (p. 179. 6.) quibus palpita-

palpitationes toto corpore ſentiuntur. Et παλμώδεες πόνοι, dolores cum palpitatione ib. (p.181.13.) quod etiam repetitur in Coac. Præn. (p. 432.45.) Eſt etiam vbi veteribus παλμὸς pro pulſu & arteriarum percuſſu accipitur, velut in Prorrh. (p.214.35.) οἱ κατὰ κοιλίην παλμοὶ, de vehemēti arteriæ magnæ quę ad ſpinā adiacet motu dicitur, quod etiam repetitur in Coac. Pr. (p.432.42.) Et quod ſcribitur in Progn. (p.131.4.) de hypochondriorum inflammatione, ἢν δὲ καὶ σφυγμὸς ἐνείη ἐν τῷ ὑποχονδρίῳ, pro σφυγμὸς παλμὸς ſcriptū eſſe in multis exemplaribus ibidē teſtatur Gal. & com.3. in Prorr. ſimulq́; de magnæ arteriæ pulſu accipi. Sic ὁ κατὰ τὰ ὑποχόνδρια παλμὸς, palpitatio quæ fit in præcordiis, & in delirantibus quibuſdam apparet, Agathino σφυγμὸς dicitur, non ſecus ac euidētium ad manum arteriarum motum pulſum vocamus, vt ſcribit Gal. libr.4. de diff. pulſ. (p.50.14.) Et Ægimio Elæo παλμὸς pro quouis arteriarum motu accipitur, vt etiam ib. ſcribit Gal. (v.18.) & lib.1. de diff. pulſ. (p.8.20.) Eadéq; notatione παλμὸς ἰσχυρὸς φλεβῶν σφαγιτίδων, venarum iugularium vehemēs palpitatio pro pulſatione ſumitur, in Coac. Præn. (p.431.31.) ex quo vehementem inflammationem deſignat Hip. ex aſpectabili arteriarū motu aut percuſſu: etſi proprio quodam modo palpitatio ſignificari poteſt, ex congeſto in partem aliquam cum ſanguine flatuoſo ſpiritu, qui exitum nullum habeat.

Παλύνειν, aſpergere, conſpergere ſignificat, ἐπιπάσσειν, & propriè de farina dicitur, vt ἄλφιτα παλύνειν, polentam aſpergere. Significat interdum miſcere & humectare, διαβρέχειν & ἀναμάσσειν, aut μίσγειν. Erotianus apud Hippoc. παλύνων ἐπιπάσσων exponit, quod eſt aſpergens, additq́ue Homeri teſtimonium, ἐπὶ δ' ἄλφιτα λευκὰ πάλυνεν, ex Odyſ. ξ. Polentam albam inſpergebat, vbi Schol. διέβρεχε exponit. Ac certè mihi videtur Erotianus apud Hippocr. ſubindicare locum libr.1. περὶ γυν. (p.256.26.) & ἄλφιτα παλύνων legiſſe, hoc eſt, polēta aſperſa, aut polentæ pollinem aſperſum, vbi tamen ἄλφιτ' ἀπαλύνων in omnibus exemplaribus vitiosè legitur, & ἐπιπαλύνων fortè legerat Galen. vt in dictione ἐπαλύνων ſcripſimus. Pro quo etiam lib. περὶ γυν. φύσ. (p.20.6.) ἄλφιτα ἐπιβαλὼν ſcribitur. Sic Hesychius παλυνέας, τὸ λεπτὸν τῆς γῆς ἐπιβαλὼν τὴν λεγομένην χυτλὴν exponit (ſic enim pro χύτλην quod vitiosè ſcribitur leg. cenſeo) quod dicitur de terra quæ mortuis inſpergitur aut iniicitur, & qua mortui obruuntur. Dici aūt & de farina idem adſcribit adducto Homerico teſtimonio. ἐπὶ δ' ἄλφιτα λευκὰ πάλυνεν, qđ πάσσειν exponit, ex Odyſſ. κ. (v.520.) Eſt & apud Hom. Il. σ. (v.560.) λεῦκ' ἄλφιτα πολλὰ πάλυνον, vbi ἀνέμισγον, ἔμασσον exponit Scholiaſt. παλύνει etiam ἐπιπάσσει quod eſt inſpergere apud Hip. in Exeg. exponit Gal. Et annotatur ex Corintho παλύνειν τὸ ἐπιπάσσειν Iones efferre. παλύνας συμπάσας, καταπάσας exponit Plutarch. quæſt.4. lib.2. Sympoſ. quæſt.

Πάμμαχος ἀτυχίη omnigenum infortunium & omnigenam calamitatē ſignificat, ἐν παραγγελίαις (p.18.46.) γίνηται ὅπου πάμμαχος ἀτυχίη, in omne genus infortunii æger incidit, omni calamitatis genere tentatur.

Πάμπαν παντελῶς exponit Gal. comm.1. in lib. de nat. hum. (p.3.45.) & lib.1. de elementis (p.51.26.) omninò, in totum, prorſus. Et οὐ πάμπαν, μὴ παντελῶς, non μηδ' ὅλως, nulla ex parte. Rurſus ibidem (p.10.10.) eos reprehendit Gal. qui οὐ πάμπαν apud Hippocr. τὸ μηδ' ὅλως exponunt. Neque enim οὐ πάμπαν in totum negat. Velut aph.19. libr.2. οὐ πάμπαν ἀσφαλέες αἱ προαγορεύσιες, non omninò certæ prædictiones dicuntur, quòd multæ firmæ ſint, non tamen omnes, & quòd paucæ exceptæ ſint. Et Gal. com. ad eum aph. non omnibus ineſſe certitudinem ſignificari vult, ſed paucas falſas eſſe.

Πάμφορος omnia ferens, omnium ferax. πάμφορος ἡ φύσις νοσημάτων natura omnis generis morborum ferax, in Coac. Præn. (p.440.21.)

Πάναξ herba cuius ſuccus ὀποπάναξ dicitur. Verùm Archig. apud Gal. κατὰ τόπ. li.2. (p.180.17) πάναξ pro panacis radice ponitur, idque negligenter, vt ait Gal. non pro opopanace, quod ab ea non paruo caliditatis exceſſu differt. Πάνακες autem vſurpat Hippocr. lib. a. περὶ γυν. (p.287.14. & 18.) & diuerſa Panacis genera deſcribit Dioſcor. libr.3. cap.55. 56. & 57.

Πάναυδοι ὕπνοι, dicuntur in Coac. Præn. (p.439.4.) ſomni ſermonem aut vocem omninò intercipientes, hoc eſt, tranquilli, minimè turbulenti, & cum omni ſilentio. Vbi codices quidam & Cornarius ὑπάναυδοι legunt, quòd ſomnos aliquantulum vocem intercipientes, aut ſine voce dixerit, quales ſunt ſomni alti, profundi. Verùm illîc ἄναυδοι pro πάναυδοι leg. duximus, pro quo νήδυμοι ὕπνοι quidā legūt, quę locutio Homero familiaris eſt. νήδυμον aūt ἡδὺ, βαθὺ Heſychio exponit.

Πάντῃ πάντως, omni ex parte, vſquequaq;, quaquauerſus, planè, prorſus, penitus, lib. de fract. (p.553.51.) πάντῃ πάντως ἐς ἰθὺ, omni ex parte rectum.

Παντοδαπὰ, varia, omnis generis, omnigena, cuiuſquemodi. Lib.5. Epid. (p.342.6.) ἐξ ἐλλεβοροποσίης ἤγαγε παντοδαπά. veratri potio cuiuſquemodi eduxit, hoc eſt omne genus humores. Sic M. Tullius libr.2. de finib. Cùm enim fertur quaſi torrens oratio, quamuis multa cuiuſquemodi rapiat, hoc eſt, multa, varia, & omnis generis. παντοδαπαὶ νοῦσοι, omnis generis morbi & diuerſi, in his quæ adiecta ſunt ad lib. de nat. hum. (p.19.2.)

Παντοῖον, omnigenum, cuiuſcunq; generis varietatem tenuium humorū & ſeroſorum excrementorū in morbis difficilibus indicat, apud Hip. & multas ac innominatas humorum ſpecies ac trāſmutationes, vt cùm bilis flaua, æruginoſa, glaſtea, & ἰσατώδης, aut rubra, aut portacea apparet, vt ſcribit Gal. cō. 1 in libr. de nat. hum. (p. 6.31. Rurſus ibid. (pag.13.32.) παντοῖον ab Hippocr. additum in

ſtirpibus dicit Gal. vt varias bumorum differentias & ſpecies indicaret, non ſolùm varias pituitæ differentias.

Πάθω, vide Οὐ πάνυ τι antea.

Παραβλαστάνειν germinare, & aliquid excreſcens adnaſci ſignificat. Lib. de rar. vict. in morb. ac. (p. 104. 3.) καὶ βλέφαρον τὸ ἕτερον παρὰ τὸ ἕτερον παραβλαστάνει. & palpebra ad alteram palpebram germinat. vbi ſcribit Gal. τὸ δὲ παραβλαστάνειν τὸ βλέφαρον τὸ ἕτερον, ἀσαφές ἐστι, πότερον ἐκ μέρους αὐτῶν ἕνα γενομένην σύμφυσιν, ἢ σαρκῶδές τι βλάστημα, θατέρου μὲν ἐκφυόμενον, ἐπὶ δὲ θάτερον ἐκτεινόμενον ἠβουλήθη δηλῶσαι. Quod autem dicitur palpebram alteram germinare, obſcurum eſt, vtrumne voluerit indicare, quandam ex earum parte exortam coaleſcentiam, vel carnoſum quoddam germen, ex altera quidem enaſcens, ſed ad alteram extenſum.

Παραγγελίη præceptionum & conſiliorum breuem aut aphoriſticam comprehenſionem ſignificat, quibus ars Medica inſtituitur & edocetur, in iureiurando Hipp. cui ἀκρόησιν opponit ibidem Hipp. nempe explicatam præceptorum enarrationē & diexodicam. Sic παραγγελίαι dicuntur præceptiones ad inſtruendum Medicum, tum ad artis vſum, tum ad cognitionem, ἐν παραγγελίαις.

Παραγγέλματα verò ſunt præcepta ad inſtruendam officinam Medicam initio lib. περὶ ἰητρ. Rurſus ibidem (p. 12. 41.) τὰ ἐς τὴν ἰητρικὴν τέχνην παραγγέλματα, præcepta ſunt quæ ad artem Medicam pertinent, ex quibus artifex eſſe queat, conſilia dixit Gorthæus. Lib. περὶ εὐσχημοσ. (p. 16. 42.) παραγγέλματα ſunt præcepta quibus paret ægrotus. ὅκως ὅσοι παραγγέλμασιν ἢ πικρῶς χρῶνται, vt præceptis citra amarulentiam vtatur.

Παραγωγαὶ ſunt adductiones, vt oſſium παραγωγαί, cùm oſſa adducuntur aut coaptantur. Lib. de art. p. 599. 6.) αἱ παραγωγαὶ τῆς θενάρων, cùm volis manuum oſſa adducuntur, coaptantur. quod repetit in Mochlico (pag. 507. 31.) Sic lib. de fract. (p. 554. 4.) παραγωγότερα τὰ ὀστέα, oſſa faciliùs adducuntur, tractantur, oſſa repoſitu faciliora. Quæ verba ibidem explicare videtur Hipp. cùm dicit, ἐνακούοντα δὲ τῆς κατατάσιος μᾶλλον, intenſioni magis cedentia.

Παραίτησις apud Hip. ἐν παραγγελίαις (p. 19. 15.) auerſationem, recuſationem ſignificat, Cornario ſubterfugium. Zuinggerus indulgentiam & cōceſſionem vertit, vt gratiam, veniam, aut indulgentem cōceſſionem ſignificet, nempe quando ægro indulget & aliquid concedit Medicus.

Παρακέντησις, compunctio dicitur, & eſt curationis ratio qua aqua hydrope laborantib. eximitur, ſcalpello in peritonæum adacto. Cuius ſectionis multis locis meminit Hip. vt lib. περὶ παθῶν (p. 183. 39.) & lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 199. & 200.) & lib. de locis in homine (p. 70.) & aph. 8. ſect. 7. lib. 6. Epid. & aph. 27. libr. 6. Eſt & παρακέντησις curationis genus per compunctionem in ſuffuſione, terebratos oculos vocat Cælius Aurelianus cap. 5. lib. 1. Tard. paſſ. cùm ad latus bulbi in oculo acus traiicitur. Paracenteſis dicitur Plinio lib. 25. cap. 13.

Παρακοπὴ deſipientia dicitur & delirium quod in febris vigore commouetur, & pro leui mentis emotione ſumitur, etſi interdum omnem mentis alienationem amplectitur, vt in Coac. Præn. (p. 425. 34.) At Gal. com. 1. in lib. 3. Epid. (p. 392. 30.) παρακοπὴν auctam παραφροσύνην facit, cùm ſcribit. εἴωθε γὰρ αὐτὸς ἄλλοτε ἄλλοις ὀνόμασιν ἐνδείκνυσθαι τὸ ποσὸν τῆς παραφροσύνης, ληρῆσαι καὶ παραληρῆσαι, καὶ παραφρονῆσαι, καὶ παρενεχθῆναι λέγων, ἢ πάλιν παρακόψαι καὶ ἐκστῆναι, μανῆναί τε καὶ ἐκμανῆναι. Deſipientiæ enim magnitudinem aliàs aliis nominibus ipſe indicare conſueuit, ληρῆσαι & παραληρῆσαι, & παραφρονῆσαι, & παρενεχθῆναι, quod eſt deſipere ac delirare inquiens, aut rurſus παρακόψαι & ἐκστῆναι, quod eſt mente emoueri, & μανῆναί τε & ἐκμανῆναι, quod eſt furore aut inſania percitum eſſe. Sic quoque ægr. 5. lib. 3. poſt ſt. peſt. παρακοπὴ & mentis ταραχὴ, hoc eſt alienatio & perturbatio coniunguntur in caſu valde repentino & ad exitium properante.

Παρακρούειν de leui mentis emotione & delirio dicitur, vt παρακόπτειν, παραλέγειν, παραληρῆσαι, ληρῆσαι, παρενεχθῆναι, παραφρονῆσαι, παραπαίειν. Quæ omnia leue delirium & mentis concuſſionem indicant. Sic παρακρούσιες ſunt deſipientiæ & leues mentis perculſiones, in Prorrh. (p. 176. 51.) & Coac. Præn. (p. 426. 37.) & ægr. 1. lib. 1. Epid. πάντα παρέκρουσε, prorſus delirauit. Erot. quoq; παρακρούειν propriè veteribus dici ſcribit, τὸ ἐπ᾽ ὀλίγον παραφρονεῖν, breui tempore deſipere aut delirare. Idem παρακρουστικὸν, παρακοπτικὸν apud Hipp. exponit, quod delirium portēdit. Quam dictionem ſæpius vſurpat Hip. vt aph. 19. ſect. 1. lib. 6. Epid. ὄμματος θράσος παρακρουστικόν. Oculus ferox & truculentus delirium portendit. Et Coac. Præn. (p. 429. 31) ἦχοι μετ᾽ ἀμβλυωσμοῦ, καὶ κατ᾽ ῥῖνας βάρος, παρακρουστικόν. Aurium ſonitus cum viſus hebetudine, & ad aures grauitatis ſenſu, delirium præſagiunt. Etſi in Prot. (p. 176. 42.) vnde ea ſententia deducta videtur, ἐξίστασθαι μελαγχολικῶς, non παρακρουστικὸν ponitur, qđ cum de leui delirio dicatur, illud furioſam & vehemētem mentis emotionē indicat. Nam & ib. (v. 53.) αἱ παρακρούσιες & τὰ ἐξίστασθαι opponuntur, vt leuis deſipientia furioſæ & vehementi inſaniæ. Rurſus quoq; in Prorrh. (p. 177. 34.) ἆρά γε καὶ παρακρουστικὸν τὸ τοιοῦτον; Num verò tale quid delirium portendit? Et aph. 27. ſect. 3. lib. 6. Epid. τὰ στρογγυλώματα πτύελα παρακρουστικά, rotunda ſputa delirium portendunt. In Prorrh. (p. 174. 15.) τὰ ἐν ὀξέσι κατ᾽ φάρυγγα, ὀδυνώδεα ἰσχνὰ, σμικρὰ, πνιγώδεα, παρακρουστικά. Vbi fauces in morbis acutis dolent, graciles ſunt, paruæ, & ſuffocantur, delirium portendi oportet.

Παρακύπτειν eſt ſe prono corpore inclinare aut incuruare ad aliquid aſpiciendum, aut propius cognoſcendum. Tranſlatitiè autem de allii caule veluti ſpecillo dicitur, cùm in into-

interiorem fiſtulæ partem incubuerit, demiſſus fuerit ac demerſus, aut cùm anum interiorem penetrarit, lib. de fiſtulis (p. 517. 45) ὁκόταν παρεγκύψῃ ἐς τὴν ἀρχόν. vbi in anum incubuerit, inciderit, aut vbi ſe in anum inclinauerit.

Παρέλαμψις exponitur Gal. in Exeg. vocũ Hip. ἡ ἐν τῷ μέλανι τοῦ ὀφθαλμοῦ ἐπιλάμπουσα οὐλὴ, διὰ τὸ ἡσυχῇ παχυτέραν εἶναι τῆς αἰγίδος. reſplendens cicatrix in oculi nigro, quod aliquanto craſſior ſit ægide. Quib. verbis haud dubiè locus Pror. 2. ſubnotari mihi videtur (p. 420. 17) vbi vitioſè exẽplaribus in omnibus παρέληψις legitur. ἢν δὲ παρέλαμψις γίνηται, ἀπολευκαίνει τοῦ μέλανος μόριόν τι, ὡς εἰ πουλὺν χρόνον παραμένῃ, καὶ τρηχείη τι καὶ παχείη, καὶ μνημόσυνον ἀπολείπεται. Quòd ſi in oculi nigro reſplendens cicatrix orta ſit, nigri aliquid dealbat, ita vt ſi diu perſeueret & aſpera & craſſa, etiam aliquod veſtigium poſtea relinquat. Sic enim eum locum legendum ſcribimus noſtris eã in ſententiam Annotat. παρέλαμψις autem à latere ſplendens dicitur.

Παραλέγειν, delirare, deſipere, aliena aut abſurda loqui ſignificat, ſermone vacillare, & de leui delirio aut deſipientia dicitur, qualis ebrioſis aut temulentis contingit. Gal. com. 2. in lib. 1. Epid. (p. 371. 40.) τὸ παραλέγειν exponit, ὅταν ἔξω τι παρὰ τὸ κατὰ φύσιν λέγῃ, ὅπερ ἐστὶ παραφρονεῖν, quod eſt abſurda loqui, i. deſipere, leuemq; cerebri offenſionem indicare ſcribit. Idem quoq; lib. 5. de diff. ſpir. (p. 197. 25) ex lib. 4. Epid. παραλέγειν de breui deſipientia Hipp. dici teſtatur his verbis: δηλοῖ δ' ἐκ τούτου τὸ τῆς παραφροσύνης τὸ βραχὺ, καὶ ἡ λέξις αὐτὴ ἡ παλαιή. παραλέγειν γοῦν αὐτὴν εἶπεν. εἰώθει δὲ τῷ ῥήματι τούτῳ χρῆσθαι, μικρὰν ἐνδείξασθαι βλάβην βουλόμενος, ὡς καὶ ἔτι ἀποδέδεικται πολλάκις. Imprimiſq; ipſa ſenis dictio breuem deſipientiam indicat, de ea nempe παραλέγειν, quod eſt delirare, extulit. Qua dictione vti ſolet, cùm paruam offenſionem ſignificare vult, vt ſæpiùs oſtenſum eſt. Atq; idem etiam com. 3. in lib. 1. Epid. in Metone, παρέλεγε, παρελάλει exponit, quod eſt aliena aut præter rationem locutus eſt. Quam hiſtoriæ ſeriem retexens libr. 2. περὶ δυσπνοίας (p. 185. 40.) hanc deſipientiam magnam cum temulentorum & ebrioſorum delirio ſimilitudinem habere ſcribit, adeò vt nullam morboſam delirii affectionem indicaret. Erot. etiam παρέλεγε apud Hip. παρέκοπτε, quod eſt delirabat, exponit. Quam dictionem ſæpius vſurpauit Hip. vt ægr. 7. li. 1. Epid. & ægr. 5. & 11. lib. 3. & ægr. 2. 3. 11. 13. 14. 15. 16. lib. 3. poſt ſt. peſt.

Παραληρεῖν deſipere, delirare ſignificat, & de leui delirio & mẽtis emotione dicitur Hippocrati, vt ægr. 6. lib. 3. Epid. πάλιν πολλὰ παρελήρει, rurſus multum delirauit. παράληρος, μικρᾶς παραφροσύνης ἐστὶν ὄνομα, paruæ deſipiẽtiæ nomen eſt, vt ſcribit Gal. com. 3. in lib. 3. Epid. (p. 424. 49.) Qua dictione ibidem vtitur Hipp. (v. 10.) οὐδὲ παράληροι, neque delirabant, & ægr. 7. lib. 3. Epid. poſt ſt. peſt. παράληροι etiam deliria aut deliramenta ſignificant, vt ægr. 9. libr. 3. Epid. poſt ſt. peſt. οἱ παράληροί τι μείους ἦσαν, deliria ſunt imminuta.

Παράλιος exponitur Galeno in Exeg. apud Hip. εἶδος τιθυμάλλου, tithymalli ſpecies. Qui & addit παράλιον vocari etiam braſſicam quãdam quaſi marinam. Eſt & παράλιος τιθύμαλος Dioſcoridi cap. 165. li. 4. ὅτι φύεται ἐν παραθαλασσίοις τόποις, quòd naſcatur in maritimis locis, quem tithymalida aut Mecona quidam appellant. Huius meminit Theoph. lib. 9. hiſt. plant. cap. 2. & Pl. lib. 26. cap. 8.

Παραλλάξιες ὀστέων, oſſium alternationes, alternatim permutationes & emotiones, vbi aliud ſuper aliud effertur, aut oſſa inter ſe ceſſerunt (vt loquitur Celſus) aut pars oſſis ſuper alterã excedit, aut oſſis partes fractæ alternatim variant. Lib. de fract. (p. 552. 35) ἢν μεγάλαι αἱ παραλλάξιες ἔωσιν, ſi pars oſſis aliqua multum ſuper alteram efferatur, aut magnæ ſint oſſium alternationes. Rurſus ibidem (p. 571. 51.) καὶ μὴ πολλὴ ἡ παράλλαξις ᾖ τοῦ ὀστέου, neque multum oſſa inter ſe ceſſerunt. παρηλλαγμένα ὀστέα dicuntur ibidem (v. 29.) ὅταν ἀμφότερα τὰ ὀστέα κατεηγότα καὶ παρηλλαγμένα ἰητρεύηται. vbi vtraque oſſa fracta & inter ſe cedentia curantur. Et rurſus (p. 569. 38.) ἢν δὲ ἄρα τοῦ ὀστέου τὸ ἄνω παρηλλαγμένον. Quod ſi ſanè pars oſſis quæ ſuper aliud effertur. In Mochlico quoque παραλλάξιες oſſa inter ſe cedentia dicuntur (pag. 506. 10.) τῷ λεπτῷ δὲ τὰς παραλλάξιας παρακολλᾶν. cortici verò oſſa inter ſe cedentia agglutinare. Παραλλάγματα ibidem (p. 511. 23.) ſunt alternata & partium inter ſe alternationes, immutationes, aut peruerſiones, vbi alia ſuper aliam effertur. Et lib. de art. (pag. 598. 8.) παραλλάγματα vocantur partes iuguli fracti quæ inter ſe ceſſerunt, vbi altera ſuper alteram effertur. Etſi meliores codices illic παρηλλαγμένον, non παραλλάγματα habent. Eadem notione παραλλαγαὶ μυῶν καὶ νεύρων, muſculorum & neruorum alternationes & immutationes, aut emotiones ſignificant, cùm à priore ſitu & naturali in alium traducuntur, libr. de art. (pag. 601. 28.) & παραλλάσσειν ἀλλήλους, inter ſe cedentes ferulas dixit libr. de fract. (p. 577. 44.) quæ alternantes, & vt altera ſuper alteram excedat, apponuntur. Παρηλλαγμένοι ὀδόντες ſunt dentes permutatim & alternis variantes, aut diſtracti, neq; inuicem è regione reſpondentes, ſed hinc & illinc prominentes, cùm neq; ſupernis inferni, neq; inciſiui inciſiuis, neque canini caninis, neque molares molaribus reſpondẽt, ſed os quaſi diſtractum & peruerſum videtur, vt antea ſcripſimus, ex aphoriſ. 2. ſect. 1. libr. 6. Epid. At tranſlatitiè dicitur παράλλαξις φρενῶν, mentis emotio, aberratio, & deſipientia, lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 88. 36.)

Παραλόγως, præter rationem & temerè ſignificat, præter expectationem, præter opinionem, vt δίψα παραλόγως λυθεῖσα, ſitis temerè & præter rationem ſoluta in Prorrb. (p. 188. 36.) Vbi Gal. τὸ παραλόγως ſic exponit: τὸ δὲ παραλόγως ὅπερ ἔτι δηλοῖ πολλάκις μὲν ἐν πολλοῖς εἶπον, ὅ

χεῖρον δὲ καὶ τὸ ἀναμιμνῆσαι, ὅπερ μήθ' ἱδρῶτος γενομένου, μήτε ἐμέτου, μήτε διαχωρήσεως, ἀλλὰ μηδὲ ἀποστήματος κρισίμου, λυθῆναι συμβῇ τὸ δίψαι, οὐ τῷ πεπαῦσθαι τὴν διάθεσιν, ἀλλὰ τῷ τὴν αἴσθησιν ἠμαυρῶσθαι. Quid vero παραλόγως indicet, ſæpius quidem multis in locis dixi, neq; tamen alienum eſt, nunc etiam commemorare, cum neq; ſudore oborto, neq; vomitu, neq; alui deiectione, neque etiam abſceſſu aliquo iudicatorio, ſolui ſitim contingat, non quòd affectio ceſſauerit, ſed quia ſenſus elanguerit. Quem in ſenſum etiam μὴ κατὰ λόγον exponit Gal. com. ad aph. 27. lib. 2. & τὰ οἰδήματα παραλόγως ῥήξαντα dicuntur lib. 2. Epid. (p. 316. 26.) Sic & οὖρα ἐξαίφνης παραλόγως πεπεπεμμένα φλαῦρα, in Co. Præn. (p. 442. 19.) Vrinæ de repente præter rationem concoctæ, vitioſæ. Et καὶ ὅλως τὸ παραλόγως πέπον ἐν ὀξεῖ φλαῦρον. Ac in totum quæ in morbo acuto vrina præter rationem cocta eſt, vitium denotat, ibid. (v. 20.)

Παραλοξαίνεσθαι eſt obliquari & in obliquũ ferri, quod de vteris effertur libr. περὶ γυν. φύσ. (p. 224. 25.) ἢν παραλοξαίνονται αἱ μῆτραι, ſi vteri obliquentur. Quod repetitur lib. 2. περὶ γυν. (p. 276. 31.)

Παράλυσις neruorum reſolutio, priuatio eſt ſenſus & motus in toto corpore, vel parte quadam. Eadem πάρεσις & παραπληγίη dicitur, vt teſtatur Aretæus cap. 7. lib. 1. περὶ χρονίων, vbi earum quoq; differentias appoſitiſſimè circunſcribit. παράλυσις autem propriè dicitur motus priuatio, vt ſcribit Gal. libr. 3. de loc. aff. cap. 10. Quod etiã teſtatur Aretæus bis verbis: παράλυσις δὲ, ὡς ἐπίπαν, κινήσιος μουνῶν, ὁκόσα ἀνεργείης τε πάρεσις. Paralyſis autem motus tantùm ferè eſt actionisq; defectio. Quomodo autem paralyſin ἀποπληξίης nomine quãdoque donarit Hip. ſupra oſtendimus in apoplexia. De paralyſi agit Celſus cap. 27. li. 3. & ampliſſimè Gorrhæus.

Παραμεθιέναι τὰ τῆς αὔξης τοῦ ἐμβρύου, fœtus augmentum dimittere, negligere, prætermittere, detrectare aut miſſum facere vteri dicũtur libr. 1. περὶ γυν. (p. 239. 40.) cùm hiante vteri oſculo, ſanguinem qui ad fœtum alendum ex toto corpore defertur, ſingulis menſib. effundunt & demittunt. Sic παραμεθιέναι τοῦ αἵματος κατὰ μῆνα vteri dicuntur, ibid. (v. 43.) ſanguinem ſingulis menſibus demittere.

Παραμινύθειν, imminuere, diminuere. lib. 1. περὶ γυν. (p. 239. 8.) ἢν παραμινύθωσι τῆς αὐξήσιος τοῦ ἐμβρύου αἱ μῆτραι, vbi vteri fœtus augmentum imminuerint, hoc eſt de augmento detraxerint, & fœtus magnitudinem capere non poſſint. παραμεθιέναι τῆς αὔξης τοῦ ἐμβρύου, fœt' augmentum dimittere, ibid. dicuntur (v. 40.)

Παραμπίσχομαι idem quod παραμπίσχω, aut περιαμπίσχω, obuelo, obtego, obduco, inuoluo. Lib. de ſacro morbo (p. 122. 25.) οὗτοι τοίνυν παραμπισχόμενοι καὶ προβαλλόμενοι τὸ θεῖον τῆς ἀμηχανίης, τοῦ μὴ ἔχειν ὅ, τι προσενέγκαντες ὠφελήσουσιν, ὡς μὴ κατάδηλοι ἔωσιν, οὐδὲν ἐπιστάμενοι, ἱερὸν ἐνόμισαν τοῦτο τὸ πάθος εἶναι. Hi certè cùm non haberẽt quod oblatum prodeſſet, cõſilii inopiæ diuinitatem prætendentes, ne inſcitiam ſuam proderẽt, hanc affectionem ſacram eſſe cenſuerunt, h. e. diuinitatis obtẽtu ac prætextu ſuam inſcitiam celabant, & diuinitate ſuam imperitiam obducebant, obnoluebant, aut contegebant. Hîc enim ἀμηχανίην eandem eſſe q̃ paulò ante ἀπειρίην vocauit, ſatis patet, etſi ἀπειρίην quidam legunt. Itaque mihi hic locus exponendus & legendus videtur. Eſtq; hic locus quem apud Erot. adumbrari exiſtimo, cùm παραμπεχόμενοι παρακαλυπτόμενοι, hoc eſt, velantes, contegentes, obducentes, exponitur. Qui etiam addit εἴρηται παρὰ τὴν ἀμπεχόνην, ἥ τις ἐστι περιβολή quæ indumentum, veſtimẽtum aut integumentum ſignificat.

Παρανδρούμεναι ὧραι τοῦ γάμου, nubiles anni, & inſtans nubendi tempus, & virilitatem propè attingens. Libr. περὶ παρθενίων (p. 213. 12.) αἱ δὲ παρθένοι ὁκόσῃσιν ὧραι γάμου παρανδρούμεναι. At virgines quibus prope inſtat nubendi tempus, aut quę ad nubiles annos & virilitatẽ prope accedunt, hoc eſt, quæ prope ſunt maturæ viro, & virilitatem aut maturam viro ætatem ingrediuntur. Eſt autem ἀνδροῦσθαι viriles annos attingere & viro coniungi. ἀνδρωθεῖσα nanque ἀνδρὶ συνοικήσασα, quæ cum viro congreſſa eſt dicitur Heſychio, & cui virginitatem vir eripuit. Idem ἀνδροῦσθαι exponit συγγυιοῦσθαι. Quam dictionem antea expoſuimus. Vitioſè autem in vulgatis Hipp. codicibus ὥρῃ γάμου pro ὧραι legitur.

Παράνοια dementia, delirium. In Progn. (p. 159. 28.) ἢν δὲ ἐς τὸν πνεύμονα τράπηται, παράνοιαν τε ποιέει. ſi verò ad pulmonẽ vertatur, demẽtiã facit.

Παρασύνεσις ἢ παρασύνεσις, falſa intelligentia, error, non quilibet, neq; quęlibet ignorantia, ſed probabilis & quæ vero proxima eſt, falſaq; in iudicando mẽtis perſpicacia, aut hallucinatio. Lib. de art. (p. 589. 43.) παρασύνεσιν δὲ ἔχει πάνυ πολλὴν διὰ τὰ τοιαῦτα. In his tamen admodum multa hallucinatio ſubeſt. Vbi ſcribit Gal. οὐχ ἁπλῶς ἅπασαν ἄγνοιαν ὀνομάζει παρασύνεσιν, ἀλλὰ τὴν παρακειμένην τι καὶ τὴν πλησιάζουσαν τῇ γνώσει. Non quamuis abſolutè ignorãtiam παρασύνεσιν nominat, ſed eam quæ adiuncta eſt & vicina cognitioni. Rurſus ib. (p. 590. 3.) παρασύνεσιν μὲν καὶ ἐν τούτῳ ἔχει τινά. In quo quidem aliqua etiam hallucinatio ſubeſt. Iterumq; ibid. (p. 626. 53.) πολλαχῇ δὲ καὶ ἄλλῃ τὰ τοιαῦτα παρασύνεσιν ἔχει. Multum verò & aliàs circa hæc hallucinari contingit. Vbi etiam ſcribit Gal. ὅτι παρασύνεσιν οὐχ ἁπλῶς τὴν ἀπάτην, ἀλλὰ τὴν παρακειμένην τῷ ἀληθεῖ, καὶ διὰ τοῦτο πιθανήν, ὀνομάζειν εἴωθε, λέλεκταί μοι πρόσθεν. Quòd παρασύνεσιν nõ ſimpliciter errorem, ſed eum qui vero adiacet, & propterea probabilis eſt, vocare conſueuerit, antea mihi dictum eſt. παρασύνεσιν quoq; τὴν ἀπάτην exponit Gal. lib. 9. de Plac. Hip. & Plat. cap. 5. erroneam intelligentiã & deceptionem dicũt, cùm p̃ter id qđ verum eſt intelligamus & aberremus.

Παραπάσσειν pro παραψαύειν aut παραψαῦσαι poni apud Hipp. quod eſt leniter & ſenſim contrectare, & manu velut admota contingere, ſcribimus in Παραψαῦσαι.

Παραπα-

Παραπληγίη ἢ παραπληξίη idem ſonant, & leuem partium ſyderationem aut reſolutionem ſignificant, cùm pars vna corporis motũ ſenſumq́; amittit, humore in eam ex apoplexia aut epilepſia depulſo, aut aliunde in eã impacto & neruos obſtruente. Gal. cõm. 2. in lib. 1. Epid. (p. 368. 21.) παραπληγίας μὲν καλεῖ, τὰς ἐξ ἀποπληξίας εἴς τι μόριον κατασκηψάσας παραλύσεις. Παραπληγίας quidem nominat decumbẽtes ex apoplexia in partem aliquam neruorum reſolutiones, παραλύσεις dictas. Quas per τὰ παραπληκτικὰ ibidem ſignificauit Hip. Rurſus lib. 1. Epid. ſt. 3. (p. 368. 25.) παραπληγίαι, h. e. partium reſolutiones adſcribuntur Hippocrati, in quibus multi citò interibãt, ac præter cõſuetudinem lethales erant. vbi ſcribit Gal. κατὰ μέν τοι τὰς παραπληγίας ἀπέθνησκον, αἰτία δὲ ἣν Ἱπποκράτης εἶπεν, ἐπειδὴ ἄλλως τὸ νόσημα ἐπιδήμιον ἦν, ἐν ἴσῳ τῶν ξυνεζόντων, διὰ τὴν πάχος τὸ συνεῖναι τῶν γινομένων παραπληγιῶν. ἡ γάρ τοι συνήθως γινομένη, κατασκήψαντος μὲν εἴς μέρος παρέλυσεν, οὐ μὴν ἀναιρεῖ γε τὸν ἄνθρωπον· ἀλλ᾽ ἡ κατὰ τὴν προκειμένην κατάστασιν ἐπιδημήσασα παραπληγία, θανατώδης ἦν, ἅτε κατεψυγμένης ἱκανῶς τῆς κεφαλῆς. Verùm ex partium reſolutionibus interibant, ipſo dicente Hippocrate, ſatis morbus bic populariter graſſabatur, perinde atque inſolentes, propter paraplegiam quæ præter conſuetudinem accadit. Quæ enim conſueto more fit, in partis reſolutionem decumbit, neq; tamen bominem tollit. At verò quæ preſenti tempeſtate graſſata eſt paraplegia, lethalis erat, nimitũ refrigèrato admodum capite. lib. 4. de rat. vict. in morb. ac. (p. 94. 49.) παραπλῆγες dicuntur Hippocrati, qui partium reſolutione ex fluxione laborant, de fixis in aliquam partem ex apoplexia aut epilepſia humoribus. Vbi etiam ſcribit Gal. ἐνίοτε δὲ δι᾽ ὅλου γίγνονται τοῦ σώματος οἱ σπασμοί, καὶ πρός ἀγαθοῦ γε, καὶ συμφέρουσιν ἔστιν ὅτε. κλονοῦντες γὰρ ὅλον τὸ σῶμα, πάντα τὰ μόρια θερμαίνουσιν, ὥστε τὸ μὲν διαφορεῖσθαι τοῦ πλήθους, τὸ δὲ ὠθεῖσθαι πρός τινα τῶν ἀκυρωτέρων μορίων, ἐν οἷς ὅταν δυσλύτως σφηνωθῇ, τὴν παραπληξίαν ἐργάζεται· δέδεικται γὰρ ὡς οὕτως ὁ Ἱπποκράτης ὀνομάζει τὰς ἐξ ἀποπληξίας ἢ ἐπιληψίας εἴς τινα τῶν ἀκυρωτέρων μορίων ἀποσκηψάσας παραλύσεις· ἐνίοτε δὲ καὶ χωρὶς σπασμοῦ τῆς ἀποπληξίας γενομένης, εἰς μόριον παρέλυσεν ἐνίοις ἐτελεύτησε τὸ πάθος ὃ παραπληξία καλεῖται. Interdum autem toto corpore conuulſiones fiunt, atq; interdum bono ſunt & conferunt. Nam totius corporis concuſſu omnes partes calefaciunt, ita vt copia partim per cutim digeratur, partim in aliquam non præcipuam partem expellatur. In quam vbi ita impacta fuerit vt diſſolui non poſſit, paraplexiam facit. Demonſtratum enim eſt ita appellare Hippocratem eas reſolutiones quæ ex apoplexia vel epilepſia in aliquam partem non præcipuam decumbunt. Interdum ẽt facta abſq; conuulſione apoplexia, in partis reſolutionem nõnullis morbus deſiit, qui paraplexia appellatur. Ac rurſus ibid. Gal. γίνονται δ᾽ ἐνίοτε καὶ παραπληξίαι τε καὶ ἐπιληψίαι, ὅταν εἰς τοὺς προειρημένους τόπους τὰς παρακειμένας φλέβας ἐμπέσῃ τὰ ῥεύματα. His autem tum paraplexiæ tum epilepſię ſuccedunt, cùm in loca oppletas venas continentia fluxiones inciderint, h. e. hepar, cor, & venam cauam. Ex quibus ſatis apparet παραπληγίαν aut παραπληξίαν dici partis alicuius reſolutionẽ, apoplexiæ ant epilepſiæ ſuccedentem, bumore in eam partem incumbente & impacto. Licet Gal. com. 3. in Prorrh. (p. 209. 12.) παραπληγίαν & παραπληξίαν videtur diſtinguere, quòd παραπληξία ſit totius & vniuerſalis quædam reſolutio, παραπληγία verò partis vnius. Sic enim illic ſcribitur: ταῦτα γὰρ ἔχειν ἰδικὴν νοῦν φαίνεται, διότι τὸ τῆς παραπληγίας ἐστὶ τὸ πάθος ὑπάρχειν ἑνὸς μορίου τοῦ σώματος, ὁποῖόν ἐστιν ἡ παραπληξία τοῦ παντός. τούτῳ γε ἐναντιώτατον ἐστὶ κατά γε τὴν κίνησιν αὐτὴν πάθημα, τὸν σπασμόν. Hæc enim rationem quandam babere videntur, propterea quòd παραπληγία talis ſit affectio vnius partis corporis, qualis eſt παραπληξία totius, huicq́; aduerſiſſimus ſit ſecundum motionẽ affectus conuulſio. Verùm ibi mendum eſſe ſuſpicor & pro παραπληξία ἀποπληξία leg. eſſe exiſtimo, quemadmodum ẽt idem Gal. ſcribit com. eodem (p. 217. 32.) τὰς παραπληγίας ἔμαθες εἶναι τοιοῦτον πάθος ἑνὸς τῶν ἐν τῷ ζώῳ μορίων, ὁποῖον τοῦ παντὸς σώματός ἐστι πάθος ἀποπληξία. (Sic enim hunc locum reponimus cùm mirè fœdatus ſit noſtris in exẽplaribus.) Paraplegias vnius partis corporis affectum talem eſſe didiciſti, qualis eſt totius corporis affectus apoplexia. Quod ẽt fuſius docetur ab autore defin. Med. in diſtinctione apoplexiæ & paraplexiæ (p. 397. 37.) Eaq́; notione τὰ παραπληγικὰ & παραπληγικῶς vſurpantur Hippocrati, vt leues partiũ & membrorum ſyderationes indicent, vt apb. 1. ſect. 7. li. 6. Epid. vbi eo ſenſu frequẽs eſt ea dictio. Et lib. 2. Epid. (p. 313. 7.) ἡ χεὶρ ἡ δεξιὴ, σκέλος δὲ ἀριστερὸν παρελύθη παραπληγικῶς, manus dextra & crus ſiniſtrum leuiter ſunt reſoluta. Rurſus ibid. (p. 214. 48) παραπληγίαι leues membrorum ſyderationes ſignificãt. Et παραπληγικοὶ dicuntur in Pror. (p. 217. 31.) leuiter ſyderati àc reſoluti. Eodem quoque ſenſu παραπληκτικὸν τρόπον effert Hipp. vt leuis & cuiuſdam partis reſolutionis modum indicet. In Pror. (p. 209. 1.) τὰ παραπληκτικὸν τρόπον παραλύοντα, quę leuis ſyderationis modo reſolutionis ſenſum inferunt. Et ęgr. 13. lib. 1. Epid. δεξιὴ χεὶρ παρελύθη μετὰ σπασμοῦ, παραπληκτικὸν τρόπον manus dextra eſt reſoluta non ſine conuulſione, qũo in partiũ reſolutionibus ant leuib. ſyderationib. cõtingere ſolet. Eandem ẽt partium reſolutionẽ & παραπληγίαν per ἀποπληκτικοὶ λεγομένους intelligit Hip. in Prorrh. (p. 194. 18.) vt antea ſcripſimus, & illic indicat Gal. ἐνίοι δὲ ὅτι τὰς ἰδίως παραπληγίας λεγομένας μεταφέρουσιν, ἐφ᾽ αἷς εἰς ἀκινησίαν, καὶ ἀναισθησίαν μορίων τινῶν κατασκήπτει τὸ νόσημα. Nonnulli verò ad propriè dictas paraplegias transferunt, in quib. ad partium aliquarum immobilitatem, ſenſusq́; priuationem decumbit morbus. Sic παραπληκτικοὶ dicuntur authori defin. Med. (p. 397. 40.) οἷς εἰς μόνα τὰ δεξιὰ, ἢ τὰ ἀριστερὰ αἱ παρέσεις γίνονται, quibus ſolæ dextrę

partes aut ſiniſtrę reſoluũtur aut relaxãtur. At verò παραπληγίαν, pro παραλύσει vſurpat Gal. lib. 4. de loc. aff. (p. 286. 2. & 16.) cùm ſcribit: ὅτ' ἂν μὲν οὖν ἀμφότερα τὰ μέρη τοῦ ἐγκεφάλου, τό, τε δεξιὸν, καὶ τὸ ἀριστερὸν κατὰ τὸ χωρίον ᾖ πεπονθότα, τοὺς ἀποπληκτικοὺς ἐπιφέρει κινδύνους· ὅτ' ἂν δὲ θάτερον μόνον, εἰς παραπληγίαν τελευτᾷ. Cumque hoc in loco vtraq; cerebri pars, tam dextra, q̃ ſiniſtra afficitur, ne apoplexia hominem rapiat periculũ eſt, vbi verò altera tm̃, in paraplegiam, h. e. paralyſim finiri ſolet. Et ruſus: καὶ ἔτι μὲν καὶ δι' ἑτέρου)· ἐκ μὲν τῆς ἀποπληξίας λυθείσης γενομένη παραπληγία πάνυ πολλάκις. Atqui ſolutæ apoplexiæ crebertimè ſuccedere ſolet vocata παραπληγία, h. e. παράλυσις & reſolutio. Apoplexia. n. plærunq; in partis reſolutionẽ deſinit, vt quotidie videre licet in ope medico.

Παρέρματα dicuntur Galeno com. 2. in libr. de art. (p. 604. 52.) παραιρέματα ἀπὸ τῶν ἀμφιεσμάτων, ἀπὸ τῶν ῥαπτόντων αὐτά. indumentorũ reſegmẽta, aut quæ ab indumentis detrabuntur, ab iis qui ea conſuunt, velot texturarum exordia. fimbrias vocant. Galli [*liſiere*] Quę ſaoè ob mollitiem cootinendis aut conſtringendis deligationibus ſuperponu otur, παραβλήματα vocat Hip. velut ſuperiectamenta.

Παρασείσματα ſunt cõcuſſiooes corporis, & inter exercitationes reponuntur lib. 2. περὶ διαίτης (p. 98. 24.)

Παρεσκευάσθαι inſtructum eſſe, apparatum habere, vt lib. de fract. (p. 568. 4) παρεσκευάσθαι εἰρίοισι, lana inſtructum eſſe, h. e. lanam apparatã babere. Hinc παρασκευὴ apparatus & præparatio. & προπαρασκευαὶ dicuntur Hip. ꝑparationes quibus corpus ante ſorbitionẽ exhibendam apparatur, vt doloris lenitio, venæ ſectio; purgatio, clyſteres, balani, ſi horũ neceſſitas ingruit. Libr. de rat. vict. in morb. ac. (p. 57. 39.) αἱ δὲ προπαρασκευαὶ καὶ ὁκόσοισι παρασκευάσεις πτισάνης ὁκοῖαι ἂν ὦσιν εἴρηται). His aũt præparatiooes quales dictæ ſunt faciendæ.

Παραστάτας Gal. apud Hipp. τοὺς ἐπιδιδυμίδας exponit, ex libello de venis qui adiectus eſt Mochlico. verùm locus legitur lib. περὶ ὀστέων φύσ. (p. 62. 7.) τείνει τε κύστιν, καὶ τοὺς ὄρχεας, καὶ τοὺς παραστάτας ἐρριζωμένας, πολυπλόκοισι λεπτῇσί τε, καὶ στερεῇσι καὶ ἰνώδεσι φλεψίν. In veſicam ẽt, & teſtes, ac adſtites radices agit, multiplicibus inrextis, tenuibus, ac ſolidis & fibroſis venis. vbi παραστάτας intelligit proprias & intimas teſtium tunicas, duras & craſſas, illis omni ex parte contiguas ἐπιδιδυμίδας dictas, in quas vaſa ſpermatica multis ambagibus delata inſeruntur & anfractuoſis circunuolutionibus adhæreſcũt, in earumq; ac teſtium ſubſtantiam abſumũtur, ſurculis aliquot tenuibus in ſuam peritonæi apophyſin ſparſis. παραστάται aũt adſtites dicuntur, teſti vtriq; ſuper impoſita corpora, teſtis alterius quadã effigie, in ſuperiorem teſtis partem inſerta, quâ ſpermatica vaſa coeunt & cõmiſcentur, in pyramidẽ efformata, q̃ cum teſtib. facultate cõſpirantia, ſemen primò exceptũ & imperfectum apparant. De quibus vide Gorrhæum & Gal. lib. 1. de ſemine.

Παριστάναι, eſt curſum retinere, cobibere, ſiſtere, reprimere, propulſare, compeſcere & inhibere. Lib. 5. Epid. (p. 341. 3.) στάλσιν ἐν ἀρχῇ παραστάσιος. alumẽ per initia curſum cohibet, h. e. bumorum curſum ſiſtit & retinet.

Παρατρίμματα ἐν τοῖσι προσώποισι, oris diſtortiones & peruerſiones dicuotur, cùm faciei partes quædam, velut oculus, aut naſus, aut labrũ, contrahuntur aut diſtorquentur. Oris torturam vulgus Medicorũ vocat, Græci σπασμὸν κυνικὸν, & conuulſionis caninæ Latinè donatur. In Prorrh. 2. (p. 473. 21.) τὰ δὲ ἐν τοῖσι προσώποισι παρατρίμματα ἢν μηδενὶ ἄλλῳ τοῦ σώματος ἐπικοινωνέῃ, ταχέως παύεται, καὶ αὐτόματα καὶ πρὸς ἀνάγκας. Oris peruerſiones quæ nulli corporis parti conſentiunt, celeriter, aut ſua ſponte, aut ex neceſſitate, ſedantur. Oris reſolutio Celſo dicitur, cap. 8. libr. 2. cùm ſcribit: Oris reſolutio etiam, aluo cita finitur.

Παρατοίνοντα βέλεα, tela quæ in tranſuerſum trahunt, & tranſuerſim feriũt, aut in latus ducuntur. Lib. de cap. vulner. (p. 447. 44.) τὰ δὲ πλάγια τῷ ὀστέῳ παρατείνοντα βέλεα, tela quæ in obliquum diſtrabuot, h. e. quæ à latere os feriunt, & in latus ducuntur. παρασύροντα tamen malim, vt ſit, quæ io obliquum diſtrahunt, vellicant, lancinant. παρασύρειν, παρασπᾶν, exponit Heſychius, & παρασύρει, παραβιάζει.

Παρασχεῖν pro παρέχειν, porrigere, præbere, exhibere. Lib. de fract. (p. 529. 52.) τὴν χεῖρα παρασχεῖν. manum porrigere, exhibere. De vulnerato dicitur, qui manum deligandam & curandam medico porrigit. Sic παρασχεῖν πολλὴν ὄχλον, πολλὴν ὄψιν, καὶ λόγον, pro παρέχειν, dicitur, lib. de art. (p. 616. 2.) multum negotium exhibere, multũ apparatum aut oſtentatiooem excitare, multam opinionem de ſe præbere & ſermonem.

Παραχίδες ὀστέων, oſſium fragmẽta, aut fiſſorum oſſium ſegmenta, oſſium teſtæ quæ ab his ſeparantur & abſcedunt, à παραχίζω quod eſt diffindo. Lib. de fract. (p. 559. 29. & 31.) καὶ μὴ ἐπίδοξος ἦν ἀποστῆναι παραχίδας ὀστέων ἀπιούσας. nec metus eſt vt fragmentũ aliquod ab oſſe recedat. Et rurſus, οὐδὲ ὁ τρόπος τῆς κατήξιος τοιοῦτος, οἷος παραχίδας ὀστέων ἰέναι ἐπιδόξους εἶναι. neque fracturæ modus is eſt, vt oſſium fragmenta expectari debeant. fiſſum oſſis dici poteſt, vt iecoris fiſſum dicit M. Tullius lib. de Diuin. Et fiſſum, aut os fiſſum ſæpè dicit Celſus cap. 4. lib. 8.

Παρὰ τὰ ὦτα interdũ dicuntur ſimpliciter Hippocrati tumores ad aures ſublati & abſceſſus, interdum ẽt παρ' ὦτα, quæ ἐπάρματα παρὰ τὰ ὦτα aliàs ſępe efferuntur. In Prot. (p. 216. 3.) οὖρα τοῖσι παρ' ὦτα ταχὺ καὶ ἐπ' ὀλίγον πεπαινόμενα. In tumorib. ad aures vrinæ celetiter & paulatim cõcoctæ. Et rurſus (v. 13.) ἄρα τούτοισι καὶ τὰ παρὰ τὰ ὦτα; videndum nũ in bis tumores ad aures expectãdi ſint. Rurſusq; (v. 16) παρ' οὓς ἄρα ἐπὶ τούτοισιν ἐλπίς; nũ in bis abſceſſus ad aures ſperare oporteat? qđ in Co. Pr. (p. 425. 10.) dicit: ἐλπὶς δὲ ἐπὶ τούτοισι καὶ τὰ παρὰ τὰ ὦτα. Et (v. 24) ἄρα τὰ παρ' ὦτα τούτοισιν ὀδυνώδεα ἐπ' ὀλίγον; vidẽdũ nũ in his abſceſſus ad aures cũ paruo

dolore

dolore excitentur. Quod dicitur in Coac. Præn.(p.442.19.) καὶ τὰ παρ' οὖς ὀδυνώδεις. Ac rurſus in Prorrh.ib. (v.47.) ἐν τῇσιν ἀσώδεσιν ἀγρυπνίῃσι τὰ παρ' οὖς μάλιστα. In peruigiliis cum anxietate ad aures abſceſſus maximè obueniunt.Iterumq́; (p.217.17.) κωφώσιος ἐπιεικῶς τὰ παρ' ὦτα. Ex ſurditate abſceſſus ad aures contingere conſentaneum eſt. Et (v.31.) τὰ παρ' ὦτα φλαῦρα ἐστὶ παρακρουστικοῖς. In leuiter ſyderatis abſceſſus ad aures malo ſunt.Et(p. 18.10.) εἶτα παρ' οὖς.deinde abſceſſus ad aures excitanr.Et(v.35) εἰ τὰ παρ' ὦτα μεγάλα ἵστανται. magni ad aures abſceſſus exoriuntur. Et (v. 47.) ἐν τούτοισι τὰ παρ' οὖς ἐπανίστασθαι. in his tuberculorum ad aures exortũ ſperare oportet. Rurſusq́;(p.219.3) τὸ παρ' οὖς λύει νόσον.tuberculum ad aures excitat. Quod παρ' οὖς ὄγκωμα dicitur in Coac.Præn.(p.444.21.) Et iterum (v.11.) τὸ παρ' οὖς ἀπαλλάσσει. ab abſceſſu circa aures liberat.Et (v.23.) τὰ παρ' οὖς ἐπαίρει.tubercula ad aures promouent. Sæpè verò aliàs τὰ παρ' οὖς effert Hipp.vt Coac.Præn.(p. 429.) quę τὰ παρ' οὖς ἐπαιρόμενα,interdum τὰ παρ' οὖς ἐπαρθέντα dicuntur in Prorrh.(p.217.5.)ad aures ſublata,in Coac.Præn. (p.432.23.) τὰ παρ' οὖς αἰρόμενα.Et(v.48.) τὰ παρ' οὖς ἐπαρθέντα. Lib.4.Epid.(p.335.24.) ἀνὴρ καὶ οἷσι παρὰ τὰ ὦτα ἐφῦ. At quibus ad aures tubercula exorta ſunt.Rurſus(p.334.19.) καὶ παρ' οὖς οὐ ἠρθη. nihilq́; ad aures ſublatum fuit.Lib.quoq; 1.Epid.ęgr.10. τὰ δὲ παρὰ τὰ ὦτα,οὔτε καθίστατο,οὔτε ἐξεπύει.Quę ad aurēs excitata erant tubercula, neq; conquieſcebant,neq; ſuppurabant. Et rurſus,κατέστη τὰ παρὰ τὰ ὦτα.tubercula ad aures conquieuerunt.Item eod. libr. (p.374. 49.) οἷσι δὲ παρὰ τὰ ὦτα ἠρθη.Quibus tubercula ad aures enaſcebãtur. Vbi tamen περὶ τὰ ὦτα legit Gal.li.2.de dieb.decr.(p.437.16.)

Παραψαύειν eſt ſenſim admota manu, ac velut fallente aut aberrante cõtingere, & leuiter contrectare,idq́; dicitur de contrectatis locis muliebribus,vbi os vteri diſtortum, aut in iſchion prolapſum retorquetur & reuellitur. Παραψαύειν autem non ſecus ac ἐσαφᾶσθαι dicitur,quod eſt immiſſa manu, aut immiſſo digito contingere & contrectare. Quæ ſanè ſunt in tota muliebrium morborum tractatione admodum familiaria, verùm vitioſè corrupta. Vt lib. περὶ γυν. φύσ. (p.215. 6.) κελεύειν παραπιάσουσαν ἀφέλκειν τὸ στόμα τῶν ὑστερέων.iubeto vt admota manu os locellorum attrahat. Vbi παραπιάσουσαν,pro παραφάσουσαν, aut παραφάσουσαν legitur,vt ibidem (p.224. 31.) τῷ δακτύλῳ ἐσαφάσασθαι, quod eſt, immiſſo digito, dicitur, etſi ἐσαφάσασθαι malim. Sic quoque lib.1.περὶ γυν. (p.237.45.) παραπιασαμένην τῷ δακτύλῳ legitur,pro παραφασαμένην, aut παραψαμένην.(Quod vitium etiam repetitur li.2.περὶ γυναικ.)(p.275.18.) velut,ἐψαμένη τῷ δακτύλῳ ἑλκεῖν τὸ στόμα τῶν ὑστερέων ſcribitur lib.2.περὶ γυν. (p.274.47.) eadem in re, hoc eſt,in vtero ad coxam conuerſo,pro eo quod παραπιάσουσαν ſcripſit libr. περὶ γυναικ. φύσ. Rurſusque idem vitium ſubeſſe videtur libr.2.περὶ γυναικ.(p. 276.35.) vbi ſcribitur, τῷ δακτύλῳ παραφάσασθαι, pro παραφάσασθαι. Eſt autem παραφάσσειν Galeno, παραψαύειν καὶ ψηλαφᾶν, admota manu contingere aut contrectare, ὡς γὰρ τὸ ἐσαφᾶσθαι, εἰσβαλόντα τὴν χεῖρα ἀψάσθαι, velut ἐσαφᾶσθαι eſt intrò immiſſa manu contingere.Id autem de muliebrium locellorum contrectatione dicitur.ἐπειδὴ δὲ καὶ τοὺς κρυπτοὺς τόπους τοὺς κατὰ τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον, παραφάσιας ὀνομάζουσι.Indeq́; occultos muliebris pudendi locos, παραφάσιας nominant. Vt παραφάσσειν, ἐσαφᾶσθαι, & παραφάσεις, τὸ τῆς ἀφῆς ὄνομα in ſe cõtineant,ideoq́; cum ſpiritu aſpero ſcribantur, quemadmodum diſcriminis cauſa ſpiritus in medio poni ſolitos ex antiquis libris diſcimus. Per παραφάσιας autem mihi procul omni dubio Galen.indicare videtur locum lib.2.περὶ γυν.(p.282.23.) vbi παραφύσιας vitioſè legitur. Sic autem ſcribendum. καὶ ὀδυνᾶται τό,τι ἦτρον, καὶ τοὺς βουβῶνας, καὶ τὰς ἰξύας καὶ παραφάσιας. & dolor imum ventrẽ vexat,& inguina,& lũbos,& occultos pudẽdi locos. Quem ẽt locum rectè animaduertit Corn.

Παραφάσσειν παραφρονεῖν,quod eſt deſipere,ὡς καὶ ἀλλοφάσσειν, velut aliena loqui, apud Hip. exponit Gal.additq́; tenui ſpiritu ſcribẽdum, non aſpero,vt παραφάσσειν,quòd in hoc τὸ τῆς ἀφῆς ὄνομα contineatur.

Παραφέρεσθαι & παραφορὰ de leui deſipientia ante delirio dicuntur Hippocrati, & παρεστηκέναι, παραφρονῆσαι, παραληρῆσαι exponit Gal.com.1. in li.3.Epid.(p.392.30.) Sic παράφοροι, παρανοῦντες καὶ παραπαίοντες exponuntur Gal.com. 2.in Prorrh.(p.591.43.) Et lib.2.Epid.(pag. 314.28.) παράφοροι leuiter mente aberrantes & emoti dicuntur ex ſomnis cum ſopore, vt lib.4.Epid.(p.333.27.) κωματώδης παραφερόμενος ἐξ ὕπνου, ſopore detentus ex ſomno, perperam mente mouebatur. Erot.quoq; παρενεχθέντα apud Hip.exponit, ἀπενεχθέντα εἰς παρακοπὴν,deſipiẽtia vexato. Quod legitur in Prorrh.(p.577.12) & repetitur in Coac.Pr. (p.443.35.) Vt ſunt tamen multi ac varii deſipientiæ gradus,ita & παραφέρεσθαι maiorem quàm leuis deſipiẽtiæ mentis emotionem, & ad inſaniam aut furorem gradum quendam aut acceſſionẽ ſignificare videtur apud Hip.ægr.13.li.3.Epid.poſt ſt.peſt.vt illic indicauimus.Cùm.n.primùm παρέλεγε,adſcripſiſſet,deinde ẽt παρεφέρετο,poſtremò ἐξεμάνη,βοὴ,ταραχὴ, addidit, quæ ſunt magna inſaniæ argumẽta,& ad furorem aditus ampliſſimi.Sic παραφορὰν de phreniticorũ inſania effert Aret.cap.1.lib.1.cur.ac. ἀγαθὸν δὲ πρὸς αὐγὴν σωφρονίζεσθαι καὶ πρηΰνεσθαι τὴν παραφορήν. Ad lucem autem reſipiſcere placariq; inſaniam bono eſt.Libr.4.Epid. (p.329.29.) ὁ πρῶτος παρενεχθεὶς,qui primus mẽte abalienatus eſt, aut inſaniit. παράφοροι ἐπιδέσεις, deligationes errabũdæ,errantes,q̃ huc & illuc vitioſè feruntur,dicuntur li.de art.(p.596.12.) παράφορον γνώμης in Prorr.qđ mẽtem emouet,aut mentis alienationẽ ꝑagit,indicat(p.181.13) Quod reperitur in Coac.Præn. (p.432.46.)

Παραφρονέειν delirare, & de delirio quod in febris vigore ac ſtatu accidit,quodq́; momen-

taneum eſt, dicitur. Gal. com. 1. in Prorrh. (p.176.41.) τὸ δ' ἐν ἀκμῇ σφοδροῦ πυρετοῦ παραφρονῆσαι, παρακόψαι τε καὶ παραλῆξαι, καὶ παραληρῆσαι, καὶ αὐτὸ δὴ ἔτι παραφρονῆσαι καλοῦσιν. At verò in febris vehementis vigore delirare, παρακόψαι & παραλῆξαι, & παραληρῆσαι, quod eſt, mente percelli, moueri, & delirare, idq́; etiam παραφρονῆσαι, h.e. deſipere vocant. Idem quoq; lib. 3. loc. aff. (p.276.52.) ὅσαι δ' ἐν ταῖς ἀκμαῖς τῶν πυρετῶν γίγνονται παραφροσύναι, κατὰ συμπάθειαν αὗται πάσχοντος τοῦ ἐγκεφάλου, οὐ κατ' ἰδιοπάθειαν ἔχουσιν. καὶ διὰ τοῦτο παραπαίειν μὲν καὶ παραφρονεῖν καὶ παρακόψαι τούτους, οὐ μόνον οἱ ἰατροὶ λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ ἰδιῶται. Deliria autem quæ per febrium vigores accidunt, non propria cerebri affectione, ſed per conſenſum fiunt. Proindeque eos παραπαίειν quidem & παραφρονεῖν, & παρακόψαι, quod eſt delirare, deſipere, & mente emoueri, non ſolùm Medici, ſed priuati quoque dicere conſueuerunt. At verò παραφροσύνη deprehenditur, φθεγγομένων τι καὶ πραττόντων οὐδενὸς ἐχόμενα λόγου, vt ſcribit Gal. com. ad aph. 14. libr. 7. h.e. diſſentanea & à ratione aliena agentibus & loquentib. Sunt & παραφροσύναι μετὰ γέλωτος καὶ μετὰ σπουδῆς, deſipientiæ quæ cum riſu fiunt & cum ſtudio, aut ſeriò, aph. 53. libr. 6. παραφροσύνη ἑκτικὴ etiam dicitur Galeno, vt ἑκτικὴ διάθεσις φρενίτιδος, cū dementia cerebri corpus & ſubſtantiam occuparit, adeò vt elui aut ſanari nequeat, quemadmodum febris hectica dicitur, quæ ſolidas corporis particulas occupauit, com. 2. in Prorrh. (p.180.49.)

Παραφυάς, άδος, dicitur id quod adnaſcitur arbori, ſurculus, ſoboles, adnatum, germen, ramulus & propago. παραφυάδες ſunt παραφύσεις καὶ παραβλαστήματα, appendices velut ſtolones, Hip. lib. περὶ ὀστέων φύσ. (p.63.4.) de venæ propaginibus & ramulis. καὶ τάς τε παραφυάδας ἐκπεφλεβωμένας, & propagines in multas venas trāſmiſit, hoc eſt, ramulos in multiplices venas diuiſit. proiectutas & agnationes dixit Caluus. Ibidem quoq; (p.61.11) ἀποφυάδας dixit ramulos & germina.

Παρὰ φύσιν, præter naturam, præter modum & ſupra modum ſignificat, vt aph. 44. lib. 5. αἱ παρὰ φύσιν λεπταί, quæ ſupra modum tenues exiſtunt dicuntur. Vbi ſcribit Gal. ἀλλὰ καὶ τὸ παρὰ φύσιν λεπταί, τινὲς μὲν οὕτως ἤκουσαν, ὡς ὁ Νουμησιανός, ὅτι παρὰ τὴν ἑαυτῆς φύσιν ἡ κύουσα εἴη γεγενημένη λεπτή, τινὲς δὲ τὸ ὑπερβαλλόντως φασὶ σημαίνεσθαι, δηλοῦν βουλομένου τοῦ Ἱπποκράτους, ὡς οὐχ αἱ μετρίως λεπτυνθεῖσαι τοῦτο πάσχουσιν ἐξ ἀνάγκης, ἀλλ' ὅσαι καταλεπτυνθῶσιν ἱκανῶς. Sed & illud παρὰ φύσιν λεπταί, h.e. præter naturam tenues quidam vt Numeſianus accipiūt, vt præter ſuiipſius naturam prægnans ſit extenuata. Quidam ſupra modum ſignificare dicunt, indicare volēte Hipp. quòd non eæ quæ mediocriter extenuatæ ſunt, id ex neceſſitate patiuntur, ſed quæ magnopere ſunt extenuatæ. Rurſus com. ad aph. 46. libr. eiuſd. τὸ παρὰ φύσιν διχῶς ἀκούουσι κἀνταῦθα. τινὲς μὲν τὸ ὑπερβαλλόντως δηλοῦσθαι νομίζοντες, τινὲς δὲ τὸ παρ' αὐτὴν αὐτῆς τῆς κυούσης τὴν φύσιν. Illud etiam παρὰ φύσιν hoc loco bifariam accipiunt, quidam ſupra modum ſignificare exiſtimantes, alii verò præter ipſius grauidę mulieris naturam.

Παρεδρίη, aſſeſſio, aſſociatio, vt παρεδρίη κακοπαθείης, affectionis aſſociatio, cōiunctio, vehementia & aſſiduitas, h. e. quando morbus maximè viget & remediis reſiſtit. ἐν παραγγελίαις (p.18.21.)

Παρεῖναι, adeſſe, inſtare, de morbi vigore & ſtatu dicitur, li. 6. Epid. ſect. 8. aph. 44. ἐφ' οὓς τόπους ἐτράποντο, ἤρχοντο, παρῆσαν. ad quos locos cōuerſi ſunt, quo tempore cœperūt, affuerūt.

Παρειρύαθη τὸ στόμα, os perperam diſtractum eſt, li. 3. Epid. æg. 1. vbi παρειρύαθη κατεσπάσθη exponit Gal. vt conuulſionis & contractionis ſpeciē ſub oculos ponat. Eſt.n. παρειρύαται aut παρειρύαται, κατέσπασται, aut διεστράφαται, & εἰρύαται ἕλκεσθαι interpretatur Gal. in Prorrh.

Παρείθη apud Hip. Erot. de reſolutione dextræ corporis partis exponit, quoniam παράλυσιν κυρίως καλεῖ τὴν περὶ τὸ δεξιὸν μέρος, τοῦ σώματος μάλιστα γιγνομένην. παράλυσιν propriè vocat, eam q̄ dextra corporis parte maximè cōtingit. Sic ſcribitur ęgr. 13. lib. 1. Epid. δεξιὴ χεὶρ παρελύθη μετὰ σπασμοῦ, manus dextra reſoluta eſt, non ſine conuulſione. Et lib. 2. Epid. (p.313.7) ἡ χεὶρ ἡ δεξιή, σκέλος δὲ ἀριστερὸν παρείθη, manus dextra & crus ſiniſtrū reſolutione ſunt tentata. (Etſi quod de crure ſiniſtro additur, Erot. opinionem eleuat.) Ruſus lib. 4. Epid. (p.334.5.) παραλυθέντες αὐτὴν μόνην τὴν δεξιὴν ἀμφότεροι. ſola manu dextra reſoluti ſunt ambo. At de toto corpore παρείθη ponitur li. 5. Ep. (p.336.49) καὶ παρείθη ὅλος. & totus reſolutus eſt. Et aph. 29. ſect. 8. li. 6. Epid. ὡς οἱ παρείθη ἐν χειμῶνι. veluti ſi quid hyeme reſolutione tentatum ſit.

Παρεμπίμπλασθαι, quod adimpleri ſignificat, verbum eſt Eraſiſtrato familiare, quo tenſionem ex plenitudine indicabat, illudq́; plenitudinis indicium ponebat. Eo vtitur ſæpè Gal. libello de plenitudine, vt p. 347 & 348.

Παρέμπτωσις quaſi dicas intercidentiam aut interuentionem, Eraſiſtrato dicitur, cùm in plethora venæ ſucco diſtentæ nouā alimēti aggeſtionem capere nequeunt, & ſuperuacaneum humorem in arterias corriuant, iis nimirum quæ in venis abundant, irruptionem eò capiētib. Gal. li. de plen. (p.346.43) vbi Eraſiſtrati verba profert & reprehēdit.

Πάρεξ, extra, præter. lib. de alimento (p.112.1.) πάρεξ ὀστέου καὶ νεύρου, excepto oſſe & neruo. πάρεξ, χωρίς, ἐκτός, exponit Heſychius.

Πάρεξις, exhibitio, porrectio, cùm ſe æger medico exhibet ad exactam morborum dignotionem, ἐν τῷ κατ' ἰητρ. (p.672.15.) ἐν παρέξει, in exhibitione. Vbi Gal. τὴν πάρεξιν exponit, ἥνπερ παρέχουσιν οἱ πάσχοντες ἑαυτοὺς τοῖς ἰατροῖς εἰς ἀκριβῆ διάγνωσιν τῶν παθῶν. cùm ſe ægrotantes medicis exhibent ad exactam morborum dignotionem habendam. Rurſusq́; ibidem (p.694.16.) πάρεξις δὲ καὶ διάτασις. Exhibitio autem & diſtentio. Vbi etiam ſcribit Gal. ὅτι πάρεξις ὅταν ὁ κάμνων ἑαυτὸν παρέχῃ τῷ ἰατρῷ χειρουργηθησόμενον, εἴρηται πρόσθεν. Exhibitionem eſſe cùm ſeipſum

ſeipſum æger medico curandum exhibet, antea dictum eſt. Sic παρέχειν dicitur lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 204. 33.) qui ſe medico committit vt vtatur. καὶ ἢν σοι παρέξῃ, παύσαις αὐτόν. & ſi ſe exhibuerit, hoc eſt ſi ſe tibi commiſerit, eum vrito. Παρέχομαι etiam perhibeor ſignificat, prodor, deprehendor, vt lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 11. 8.) de caſeo, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἰσχύουσιν αὖ ξυμφέρειν θαυμασίως παρέχεται. immò gracilibus mirum in modum conferre perhibetur.

Παρέξοδος λιτοτέρη apparatus ſimplicior & frugalior Medici, ad peregrinationes comparatus, & quo vtatur inter peregrinandum, quando magnus apparatus ad itineris longinquitatem maximo eſſet incommodo. lib. περὶ εὐσχημοσ. (p. 16. 8.)

Πάρερμα affulcimentum ſignificat, ſtabilimentum & firmamentum. fimbria quibuſdam dicitur, & de panniculis intelligitur, qui faſcias cingunt, quò firmiores ſint & tutiores, παρέρματα antea diximus. libr. κατ' ἰητρ. (pag. 691. 10.) καὶ παρέρματος περιβολαὶ ποιεῦνται, ὥστε μὴ πιέζειν. Tot itidem ſint ſtabilimenti circumuolutiones, vt ne comprimant. Rurſus ibidem (v. 56.) παρέρμασι δὲ ἑρμάζειν, μὴ πιέζειν. Stabilimenta verò fulciant, non comprimant.

Πάρεσις, membrorum remiſſio, laxatio, reſolutio, languor & defectio, idem ſonat quod παραπληγίη. Lib. 4. Epid. (pag. 333. 26.) διάλυσις & πάρεσις ſimul iunguntur, membrorum diſſolutio & relaxatio aut remiſſio. πάρεσις ſæpe vſurpatur Aretæo, cap. 7. libr. περὶ χρονίων παθῶν, vt cùm ſcribit, ἀποπληξίη, παραπληγίη, πάρεσις, παράλυσις, ἅπαντα τῷ γένει ταυτά. ἢ γὰρ κινήσιος, ἢ ἁφῆς, ἢ ἀμφοῖν ἐστὶ ἔκλειψις, κοτὲ καὶ γνώμης, κοτὲ καὶ τῆς ἄλλης αἰσθήσιος. Apoplexia, paraplegia, pareſis, paralyſis; omnia genere eadem ſunt. Aut enim motionis, aut tactus aut vtriuſque defectio eſt, interdum etiam mentis, interdum quoque reliquorum ſenſuum. Rurſus ibidem παραπληγίη δὲ, πάρεσις μὲν ἁφῆς καὶ κινήσιος, ἀλλὰ μέρεος, ἢ χειρὸς, ἢ σκέλεος. Paraplegia autem eſt tactus motioniſque remiſſio, ſed in membro vno, vtpotè manu, vel crure. Et iterum, παράλυσις δὲ, ἐς ἐπίπαν, κινήσιος μούνου, ἐνεργείης τε πάρεσις. At reſolutio motionis tantùm eſt actioniſque defectio aut relaxatio. Idem πάρεσιν in veſica propriè ponit, ſcribens: κύστιος δὲ οὔρου σχέσιος ἢ ἀκρασίης, πάρεσις τὸ κύριον. Vrinæ autem in veſica aut ſuppreſſio, aut retinendi impotentia, πάρεσις propriè dicitur.

Παρ' ἑωυτοῖσιν καὶ παρ' σφίσιν εἶναι dicuntur Hippocrati, qui apud ſe ſunt & ſibi conſtant, intelligentia & mente valent. In Prorrh. (pag. 210. 41.) οὔτε παρ' ἑωυτοῖσιν εἰσίν. neq; ſibi conſtant, aut neque apud ſe ſunt, hoc eſt, bis mens è ſede conſtantiæ deturbatur. Vbi illud ſic exponit Galenus, τὸ παρ' ἑωυτοῖσιν, ἔνιοι γράφουσιν, παρ' σφίσιν αὐτοῖς εἰσίν. εὔδηλον δ' ὅτι περὶ τῶν σωφρονούντων ἀμφότερα λέγεται, τό, τε παρ' σφίσιν αὐτοῖς εἶναι, καὶ παρ' ἑωυτοῖσιν εἶναι. τὸ δὲ οὐκ εἶναι παρ' ἑωυτοῖσι, τουτέστι μὴ κατανοεῖν, ἀλλὰ παραφέρεσθαι τῇ γνώμῃ τὴν διάνοιαν. Quidam pro παρ' ἑωυτοῖσιν, παρ' σφίσιν αὐτοῖς, ſcribunt. Sed quod vtraque oratio, & παρ' σφίσιν αὐτοῖς εἶναι, & παρ' ἑωυτοῖσιν εἶναι, quod eſt apud ſe eſſe, de bis dicatur, qui intelligentes ſunt, omnibus conſtat. Illud autem οὐκ εἶναι παρ' ἑωυτοῖσιν, eſt non intelligere, ſed mente aberrare, diſtrahique iudicium. Quæ ſanè phraſis eodem modo repetitur in Coac. Prænot. (pag. 434. verſ. 10.) Rurſuſque in Prorrh. (p. 181. 7.) οὐ πάνυ παρ' ἑωυτοῖσιν, non multum ſibi conſtant, exponit Galen. οὐ πάνυ τὴν διάνοιαν ὅλως ἀβλαβεῖς γίνονται, quod eſt, hi non admodum integra ſunt mente. Ac rurſus ibidem (pag. 195. 27.) ἐόντα παρ' ἑωυτῷ, hoc eſt ei qui ſibi optimè conſtat, Gal. κατανοοῦντα καὶ σωφρονοῦντα, hoc eſt intelligenti & ſapienti exponit. quibus verbis mentem bene valere ſignificatur.

Παρηγορεῖν, mitigare, lenire, idem quod πραΰνειν. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 75. 6.) μελίκρατον βηχὸς παρηγορικὸν dicitur, quod tuſſim mitiget aut leniat. Rurſus de aqua ibidem (pag. 81. 46.) οὔτε γὰρ βηχός ἐστι παρηγορικὸν ἐν τοῖσι περιπνευμονικοῖσιν. Neque enim in morbis pulmonis tuſſim, ſedat aut lenit. Ac iterum ibidem (pag. 79. v. 16.) de oxymelite, οὐδὲν αὖ παρηγορήσειν τὸν πνεύμονα, neque pulmonem leniet.

Παρηθέομαι, excolor, colo tranſmittor aut transfundor & percolor. De aluo dicitur quæ plurimùm egerit & tranſmittit lib. περὶ ὀδοντοφυΐης (pag. 54. v. 2.) κοιλίη δὲ πυκνῶς ὠμὸν ἐκ παιδίου παρῆθη. aluus autem frequenter crudum à puero tranſmiſit. Vbi ſuſpecta mihi videtur lectio, & pro παρῆθη, παρηθεῖται aut παρηθῆται legendum cenſeo. Rurſuſque ibidem (v. 4.) τὰ πολλάκις παρηθοῦντα δίαιμον καὶ ἄπεπτον κατὰ κοιλίην, qui ſæpe cruenta & cruda per aluum tranſcolant, hoc eſt egerunt. Vbi tamen παρηθοῦντα vitioſè legitur.

Παρήκουσι, quod eſt, pertingunt, pertinent, perueniunt, exponit Erotianus apud Hippocratem παρατείνονται, porriguntur, protenduntur. Legitur autem apud Hippocratem ea notione libr. de loc. in homine (pag. 65. 15.) παρ' δὲ τὸ οὖς ἐστὶν πρόσαι δύο παρήκουσι. Iuxta os autem appendices duę porriguntur, prodeunt dixit Cornarius. Rurſuſque ibidem (v. 19.) παρ' δὲ τὸν πῆχυν πρόσαι παρήκουσι λεπταὶ πάνυ τέσσαρες. Ad vlnam verò pertingunt appendices quatuor valde tenues. Et rurſus (v. 31.) παρ' δὲ τοὺς μηροὺς πρόσαι δύο παρήκουσι. Iuxta femora autē appendices duæ protenduntur. Atque ea forma παρήκουσι, quâ ἐξήκουσι illîc dicitur (v. 25.) οὐκ ἐξήκουσιν ἐς τὸ ἄρθρον, in articulum non definiunt. Et rurſus (v. 31) καὶ ἐς τὸ ἄρθρον οὐδετέρη ἐξήκει. & neutra ad articulum pertingit, procedit.

Παρθένιον τὸ μικρόφυλλον, Parthenium minuta habens folia, herba thymia cutis, quæ glandem tegit, perſanans. lib. de vlceribus (pag. 515. verſic. 15.) Quem mihi locum videtur ſubindicare Galenus in Exeg. cùm ſcribit, παρθένιον τὸ σμικρόφυλλον] καλεῖται δὲ παρθένιον καὶ ἡ ἀνθεμίς, καὶ ἡ ἑλξίνη, καὶ ἡ λευκάνθεμος, καὶ τὸ ἀμάρακον.

ἀλλὰ καὶ Διοσκουρίδης, μή ποτε, φησὶν, ἀκουστέον ἢ τι τῆς ἑλξίνης, ἢ τῆς λινοζώστεως τὸ εἶδος τὸ σμικρόφυλλον. Vocatur autem Parthenium & Anthemis, & Helxine, & Linozoſtis, & amaracum. Sed & Dioſcorides, nunquam inquit, intelligenda eſt, aut Helxines, aut Linozoſtis ſpecies, per τὸ σμικρόφυλλον. Anthemida autem & Linozoſtin Parthenium dici, aut amaracum, ſcribit Dioſcorid. cap. 155. lib. 3. & 191. libr. 4. Perdicium etiam Celſo Parthenium vocatur cap. 33. lib. 2. & Artemiſia Plinio libr. 25. cap. 7. ab Artemiſia Mauſoli vxore denominata, quæ antea Parthenis dicebatur.

Παρθένον θυγατέρα exponit Erotianus apud Hippocratem cùm ſcribit, παρθένον νῦν τὴν θυγατέρα λέγει. Virginem nunc filiam intelligit, quòd etiam παρθένος dicatur non ſolùm filia, verumetiam qui virginitatem vouit, & nuptiis abſtinet, παρθένον autem vſurpat Hippocrat. libr. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 214. verſic. 22.) τὴν δὲ παρθένον πείθειν συνοικῆσαι ἀνδρί. Virginem autem perſuadere oportet vt viro iungatur. Quod etiam repetitur lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 270. 18.) ſed pro συνοικῆσαι συνοικέειν legitur. Et ægr. 7. libr. 3. Epid. poſt ſt. peſt. ἐν Ἀβδήροισι τὴν παρθένον.

Παρίσθμια tonſillæ Latinis dicuntur, glandulæ duæ ad radicem linguæ appoſitæ, valde fungoſæ & ſpongioſæ, in vtroque oris latere ſingulæ paulò ſupra laryngem ſitæ, ſaliuam copioſam continentes, & partes continuas humectantes. Glandulæ ſimpliciter dicuntur Celſo ca. 1. lib. 2. ex aph. 26. lib. 3. barbaris amygdalæ, & aliis ἀντιάδες, ἀπὸ τοῦ ἀντικεῖσθαι ἀλλήλαις, vt παρίσθμια, παρὰ τὴν παρακεῖσθαι τῷ ἰσθμῷ. Eſt autem ἰσθμὸς pars illa quæ os & gulam interiacet, teſte Galeno Com. ad aphoriſm. 26. lib. 3. Lib. περὶ ἀδένων (pagina 57. verſic. 12.) παρίσθμια dicuntur colli glandulæ, earumque vſus eſt vt à capite incumbentem fluxionem recipiant. παρίσθμια etiam ſunt earum glandularum affectus, cùm vel inflammantur, vel ſupra naturalem modum augentur & veluti reſiccantur, cibique & potus ac ſpiritus iter impediunt, vt ſcribit Paulus cap. 30. lib. 6. Sic aphoriſ. 26. libr. 3. παρίσθμια tonſillarum inflammationes ſignificant, vt partis nomine interdum eius affectio denotatur. Vbi παρίσθμια exponit Gal. φλεγμονὰς τῶν κατὰ τὸν ἰσθμὸν χωρίων. Locorum ad Iſthmum attinentium inflammationes. Idem etiam in libello de Tumor. præter nat. (pagina 357. verſ. 31.) παρίσθμια dicit φλεγμονὰς τῶν κατ' αὐτὴν τὴν φάρυγγα σωμάτων. corporum quæ ſunt in faucibus inflammationes. Ideoque interdum παρισθμίων nomine inflammatio ſolius tunicæ ventriculo & faucibus totique ori communis accipitur, interdum etiam muſculorum illi tunicæ ſubiectorum, vt ſcribit Galenus Comm. ad aphoriſm. 26. lib. 3.

Παρεσχημένα, præcedentia, præterita, libr. de fract. (pag. 554. verſic. 14.) καὶ τὰ ἄλλα πάντα παρεγχέοντας χρὴ ἰητρεύειν, ὥσπερ καὶ τὰ παρεσχημένα. Reliqua omnia ſimili modo, vt præterita, curanda ſunt.

Παροξυσμὸς exacerbatio dicitur, eſtque Galeno Com. in aph. 12. libr. 1. totius circuitus tempus deterius ad vigorem vſq; Sic enim ſcribit: τὸν παροξυσμὸν δὲ ἀκούειν σε χρὴ νῦν τὸ χεῖρον μέρος τῆς ὅλης περιόδου, τὸ ἀπὸ τῆς πρώτης εἰσβολῆς ἄχρι τῆς ἀκμῆς, ὥσπερ γε τὸ ὑπόλοιπον τὸ τῆς παρακμῆς ἄμεινον. Hoc autem loco paroxyſmũ, totius circuitus deteriorem partem obaudire par eſt, quæ à prima inuaſione ad vigorem vſque extenditur, quemadmodum reliquum inde, declinationem totius periodi meliorem partem dicere conuenit. Qua notione παροξυσμὸς ſumitur aphoriſm. 11. & 12. libr. 1. vt exponit Galenus libr. de Temp. morb. (p. 382. 45.) quando quidem tota periodus in duo maiora tempora diuiditur, acceſſionem ſcilicet & remiſſionem. Aëtio verò cap. 8. lib. 1. Tetrab. 2 παροξυσμὸς ἐστι κίνημα νοσήματος μερικὸν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἀπὸ ἀνέσεως. μερικὸν δὲ κίνημα εἴρηται, πρὸς διάκρισιν τῆς καθόλου τῶν νοσημάτων ἐπιδόσεως. Paroxyſmus eſt motus morbi particularis à remiſſione ad deterius. Particularis verò motus dictus eſt, ad diſtinctionem vniuerſalis morbi augmenti. παροξυσμὸς etiam pro criſi ſumitur aph. 13. lib. 2. quòd in paroxyſmos & acceſſiones magna ex parte iudicationes incidant, (vt ſcribit Gal. libr. 1. de dieb. decr.) vt κρίσις pro acceſſionibus audiuntur aph. 19. lib. 1. παροξυσμὸν verò acceſſionem ſæpe vocat Celſus cap. 5. lib. 3. alii exacerbationem.

Παροξύνεσθαι de morbo accreſcente & ingraueſcente dicitur, velut de morbis qui ex recidiuis recrudeſcunt, & ſeipſis grauiores fiunt aut commouentur, lib. 4. Epid. p. 334. 29.) σπῶν αὐτῶν παροξυνόντων. Et παροξυντικὰ quę mali incrementum ſignificant, aut malum intendunt, in Prorrh. (pag. 186. 12.) & Coac. Præn. (pag. 443. 47.) Et τὰ παροξυνόμενα σπασμώδεα ῥίγεα, quæ conuulſionis in modum commouentur aut ingraueſcunt, in Coac. Præn. (p. 426. 42) Sic παροξύνειν eſt incitare, commouere, irritare, vt lib. de fiſtulis (pag. 559. 18.) παροξύνειν τὸν πταρμὸν. ad ſternutamẽtum ciendum & commouendũ, dicitur. Et παροξύνεσθαι, commoueri, concitari, prouocari, lib. 4. Epid. (p. 330. 23.) πρὸς τὰς ιδ' ἐς κρίσιν ἦν ἐξ ἀρχῆς ἄμεινον παροξυνόντων. In decimum quartum diem iudicatio prout debebat, ab initio commouebatur, hoc eſt, ab initio viſa eſt iudicatio in decimum quartum diem procedere debere.

Παροχέτευσις, deriuatio, eſt humoris vacuatio per vicinam partẽ. Curationis genus humoribus conueniens, cùm humores vacuandi non ad eum locũ diriguntur, ad quem eos ferri oportebat, nõ tamen procul admodũ à conueniente, neq; ad eũ qui maximè contrarius apparet, ſed per viciniã deducuntur. Cuius leges tradit lib. περὶ χυμῶν Hip. (p. 114. 33.) παροχέτευσις ἐς κεφαλὴν, ἐς τὰ πλάγια, ᾗ μάλιστα ῥέπει. Deriuatio in caput, in latera, quâ maximè vergit. Quem locum fuſiſſimis verbis

expo-

exponit Gal. lib. 4. Meth. med. Et vt adhuc fluentium humorum reuulſio, ſic eorũ qui in parte impacti ſunt, deriuatio medela eſt, vtrũq; autẽ euacuationis genus iubet Hip. per cõmunes venas fieri. Deriuationis quoque leges eiuſq; abſolutos numeros habes apud Hipp. aph. 5. ſect. 2. lib. 6. Epid. παροχετεύειν, ἢν ῥέπῃ ἐκ τῶν δεῖ, τοῦ παραυτίκα, ἀντιτείνοντα ὑπεῖξαι. Deriuatione vti oportet, vbi reuulſioni aliquid confeſtim conceſſeris, & renitentia emollire. Cuius ſententiæ explicationem ex pluribus Galeni locis quoad potuimus planam fecimus noſtris in eum locum Annotat. Vbi etiam deriuationem optimè declarat his verbis Gal. παροχέτευσιν μὲν ὀνομάζειν εἴωθεν ὁ Ἱπποκράτης, ὅταν χυμός τις δεόμενος κενώσεως, μὴ καθ' ὃ δεῖ χωρίον ὁρμήσῃ φέρεσθαι, καὶ μάλιστα μηδὲ πόρρω πάνυ τῶν προσηκόντων, μηδ' εἰς τὸν ἐναντιώτατον τόπον· ἀλλ' ἢν εἰ δι' οὔρων ὁρμήσει κενοῦσθαι, κακοπαθούσης κύστεως, ἢ νεφρῶν. παροχετεύειν γὰρ ἄμεινον ἐστὶν αὐτοῦ διὰ τῆς γαστρός, ὥσπερ εἰ καὶ διὰ γαστρὸς τὴν ὁρμὴν ποιοῖτο φέρεσθαι, κακοπαθοῦντων ἐντέρων. ἔμπαλιν γὰρ ἐπὶ τούτων εἰς οὖρα προτρέψομεν ἔρχεσθαι τὸν χρῄζοντα κενώσεως χυμόν. ἐπὶ δὲ γυναικῶν ὅταν τε διὰ μήτρας, ἢ κατ' ἐναντίον, ἐπὶ ὅτι τὸν διὰ μήτρας ῥοῦν γινόμενον, ἐπ' οὖρα καὶ γαστέρα παροχετεύομεν. Deriuationem quidem appellare conſueuit Hippocrates, cùm humor aliquis purgatione indiget, neque quò oporter fertur, neq; tamen valde procul à conueniente, neq; in remotiſſimũ locũ, vt ſi per vrinas vacuari cœperit, malè affecta veſica aut renibus. Tunc enim per aluum deriuare ſatius fuerit. Non ſecus ac ſi per aluũ impetus feratur, vitiatis inteſtinis. In his enim contrà, humorem vacuationis indigentem ad vrinas dirigemus. Et in mulieribus nonnunquam ad vterum, aut contrà, interdum vteri profluuium ad vrinas & aluum deriuabimus.

Παρωνυχία aut παρωνυχίς, Latinis reduuia aut rediuia dicitur. Eſt aũt abſceſſus ad vnguiũ radices natus. De quo Paulus lib. 3. cap. 81. ἡ παρωνυχία ἀπόστημα ἐστὶ παρὰ τὴν ῥίζαν τοῦ ὄνυχος συνιστάμενον. Paronychiam appellant abſceſſum qui ad radices vnguium coit. Huius curationem ſcribit Hipp. lib. 2. Epid. (p. 318. 37.) παρωνυχίης, κηκὶς μέλαινα ἐν μέλιτι. Ad reduuiam galla nigra cum melle facit. Quam curationem etiam in eodem reduuiæ accommodat Paulus. Id verò eſſe videtur quod panaritium Barbari vocant. Paronychia Plinius neutro genere appellat, cap. 8. lib. 28.

Πασπαλίτης apud Galenum exponitur in Exeg. ὁ κεγχραλέτης, milii molitor, qui milium mola frangit. Sunt tñ qui miliaceum exponunt. πάσπαλος γὰρ ὁ κέγχρος. πάσπαλος milium ſignificat. Verùm pro πάσπαλος πασπάλη apud Galenum legit Varinus. Sic πασπάλη exponitur apud Sudam ἀλευρώδεις, τὸ λεπτὸν τοῦ ἀλεύρου, tenuiſſima farina, quæ & παιπάλη dicitur. Heſychius πασπάλην exponit, τὸ μικρὸν, rem vulgatam & minimam, additque, οἱ δὲ κέγχρον, ἢ ἄλευρα κρίθινα, quidam milium, aut farinam hordeaceam.

Πασσαλίσκῳ, τῷ σμικρῷ πασσάλῳ exponit Gal. apud Hippocratem in Exegeſi, hoc eſt, paruo palo, ὑποκοριστικῶς, voce diminutiua. Etſi pro πασσάλῳ quidam πασσαλίῳ malè legunt. Eſt enim πασσάλιον & πασσαλίσκος diminutiuũ à πάσσαλος, quod palum aut clauum ligneũ ſignificat, vt πάσσαξ & πάσσακος à πάσσος. Vnde πασσαλίῳ, πασσάλῳ exponitur Heſychio. Quod autem attinet ad locum Hipp. is mihi à Galeno ſubindicari videtur qui legitur libro ſecundo, περὶ γυναικ. (pagina 287. verſ. 39.) πασσαλίσκῳ ἢ κερκίδι ἀνοίγε, quibus verbis dentes conſertos paxillo aut radio aperire iubet, vt paulò pòſt ibidem (v. 44.) καὶ τοὺς ὀδόντας διαγαγὼν πασσάλῳ. & dentes palo diducens.

Πάσα exponitur Heſychio βρῶμα ἐκ τυροῦ ἀνάλου μετὰ σεμιδάλεως καὶ σησάμου σκευαζόμενον, edulium ex caſeo inſulſo, ſimilagine & ſeſamo confectum. Et ἔτνος ἀλφίτοις μεμιγμένον, pulmentum ex freſis leguminibus farina mixtum. Quod etiam ſcribitur Euſtathio, ſed πασὰ legit, idemque ἐπίπαστα αὐτὰ τὰ ἄλφιτα dici ſcribit, ſorſan παρὰ τὸ πάσσεσθαι, quod farinæ conſpergerentur, πάσα quoque iuſculum farina mixtum ſeu conſperſum ſignificat. Et Iulius Pollux πάσαι ex Ariſtophane, pro ζωμὸς ἀλφίτων adfert. Apud Hippocratem πασὰ legitur libro περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pagina 207. verſic. 26.) cùm de piſcibus coctis loquitur. ἰχθύσι δὲ χρήσθω πᾶσι σησαμοειδέσιν ἑφθοῖσι, ἑφθοῖσι δὲ τὸν ἴσον τρόπον τοῖς κρέασιν, ἐφ' ὧν δὲ ὀριγάνῳ πασά. Vbi piſces coctos origano conſperſos intelligere videtur. Idemque δὲ ὀριγάνῳ πασθέν melius legatur, etſi πασὰ habeant omnia exemplaria. Sunt etiam πασαὶ τὰ ποικίλα προσυφασμένα, variè intexta, vt annotat Scholiaſt. Homericus: παρὰ τὸ πάσσειν, quod ποικίλλειν ſignificat apud Homerum Il. χ. (v. 441.) ἐν δὲ θρόνα ποικίλ' ἔπασσε, hoc eſt, in [tela] florida pigmenta & variegata intexebat, inſpergebat.

Πασταὶ φοίνικες, vide Φοίνικες πασταὶ, poſtea.

Παύσασθαι quod ceſſare ſignificat, de tumoribus præter naturam dicitur, cùm diſparent aut euaneſcunt, quod ἀφανισθῆναι dicit Hippocrates in Progn. (pagina 151. verſic. 29.) vbi ſcribit Galenus, τὸ ἀφανισθῆναι περὶ τῶν παρὰ φύσιν ὄγκων εἰπεῖν, ἐστὶ ταὐτὸν σημαίνει τῷ παύσασθαι φάναι. σημαίνει γὰρ τι δηλοῖ τὸ παύσασθαι. τὸ δὲ ἀφανισθῆναι, τὸ διὰ ταχέων παύσασθαι καὶ τὸ ἐξαίφνης ἐστὶ δηλωτικόν. ἀφανισθῆναι quod eſt deleri, aliquem tumorem præter naturam, non idem quod παύσασθαι, hoc eſt ceſſare, ſignificat. παύσασθαι enim generalius quiddam indicat, ἀφανισθῆναι verò, citò ceſſare ac velut repente. Rurſus in Prognoſt. (pagina 161. verſiculo 31.) τὰς ἀποστάσιας hyeme χειμῶνι τὰ βραδύτερον παυομένας dicit, hoc eſt abſceſſus ſerius deſinere. In Coac. Præn. (p. 427. 49.) eadem in re, παύονται βραδύτερον. At Celſus cap. 7. libr. 2. quod Hipp. ἀφανίζεσθαι aut παύσασθαι dicit, ſubſidere vertit, cùm eum Hipp. locum obſcuris admodum verbis, ſic conuertit. Si quid etiam abſceſſit, & antequam ſuppuraret, manente adhuc corpore in ſolita febre ſubſedit, periculum affert

primùm furoris, deinde interitus παύσιος etiam quietem & ceſſationem indicat, & pro acceſſionis declinatione ſumitur li. 7. Epid. (p. 354. 13.) μετὰ ἢ τὴν παῦσιν ταύτην.

Παφλάζειν eſt æſtuare & feruere, & à ſono fictum, de maris æſtu dicitur, vnde ad ſermonem tranſlatum, eum impeditum & veluti bullantem indicat, iiſque accommodatur, qui lingua offenſant, interruptumque ſermonem præcipitant, aut eundem ſæpius reuocare coguntur. Ea dictione vtitur Hippocrat. lib. 2. Epid. (pag. 317. verſ. 22) ὅσοι τῇ γλώσσῃ παφλάζουσι. quicunque inter loquendum hæſitant. Quem locum repetit libro περὶ χυμῶν (pag. 387. 19.) vbi tamen paulò aliter legitur. Eundemque mihi ſignificare videtur Galenus in Exeg. cùm ſcribit: παφλάζειν, ὀνοματοποίημα, τοὺς πταίοντας καὶ ἐπαναλαμβάνοντας ἐν τῷ διαλέγεσθαι δηλῶσαι βουλόμενος. fictitium nomen eſt, quo ſignificare voluit eos qui inter loquendum offendunt, ſermonemque ſæpius reuocant. Quo de ſermonis vitio etiam φλάζειν ab Hippocrate ſcriptum annotat Gal. in Exeg. cùm φλάζειν exponit ἀσαφῶς καὶ ἀδιαρθρώτως φθέγγεσθαι, obſcurè & inarticularè loquuntur, fictitiumque itidem nomen eſſe addit. vt mihi in alterutro Hippocr. loco φλάζειν etiam legiſſe videatur Galenus. Eſt autem φλάζω ferueo & ſtrepo, & παφλάζω, ἀναζέω, proprieque de maris æſtuantis aut fluctuantis ſonitu dicitur. παφλάζοντα Heſychius ἠχοῦντα, ἀναβράζοντα, θερμαίνοντα exponit, Varinus, ἀναζέοντα, ταρασσόντα. Et παφλάζω, βράζω, ἀναζέω. Heſychius. παφλάζειν quoque de balbutientibus & inter loqnendum hæſitantibus vſurpat Aretæus cap. 7. lib. 1. περὶ χρονίων. ἄλλοτε ἢ ἀμφοῖν ξυμπεσόντοιν παφλάζει. interdum verò ambobus labiis collapſis balbutiunt & inter loquendum hæſitant.

Παχετὸς laqueum ſignificat apud Hippocratem lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 264. 34.) vbi de vinculis in fluxu muliebri brachiis iniiciendis ſcribit: καὶ παχετὸν ποιοῦντα ὑπὸ τῶν ἀγκώνων, ἢ τῶν ἰγνύων ὑπὸ τῶν γουνάτων, ita vt laqueum ad ſuperiores cubitorum & poplitum partes ſupra genua iniicias. Caluus verò παχετὸν pro craſſiore vinculo ſumit, vt παχετὸν παχύτερον intelligas; quemadmodum apud Heſychiũ πάχετον πάχυθον vitioſè pro παχύτερον exponitur. Sic enim per ſyncopen τοῦ ι & ρ fieri ſcribit Varinus.

Πάχος de corporis mole & craſſitudine dicitur Hippocrati, vt aph. 35. lib. 2. πάχος ἔχειν, craſſitudinem habere partes ad vmbilicum & imum ventrem attinentes vult. Cui τὸ λεπτὸν καὶ ἐκτηκτικὸς, extenuari & contabeſcere opponit. Sic aph. 44. libr. 2. παχέες σφόδρα ſunt valde craſſi, carnoſi & corpulenti, quibus ἰσχνοὶ graciles opponuntur. Et aph. 25. lib. 3. οἱ παχύτατοι τῶν παιδίων, craſſiſſimi pueri dicuntur, qui pleno ſunt corpore & ſuperfluitatibus abundante. Sic mulieres παρὰ φύσιν παχεῖαι, admodum craſſæ & corpulentæ non concipiunt aphor. 46. lib. 5. Et τὸ παχυνθῆναι quod eſt craſſeſſere, ταῖς λεπταῖς tenuibus & gracilibus opponitur aphoriſ. 44. libr. eiuſdem. Et γυνὴ παχεῖα mulier craſſa, corpulenta dicitur lib. 4. Epid. (pag. 339. 14.) & libr. περὶ ἐπικυήσιος (pag. 49. v. 38.) Hinc παχυσμὸς, hoc eſt craſſitudo, eſt Galeno Comm. 3. in lib. 6. Epid. (pag. 486. 20.) εἰς ὄγκον ἐπίδοσις, corporis moles, aut in tumorem ſublatio. cui λεπτυσμὸς opponitur. Et παχυσμὸς virilis & florentis ætatis robur ac firmitudinem indicat, aph. 29. ſect. 8. lib. 6. Epid. Eſt & παχῦναι incraſſare, quod de medicamentis obſtruentibus, quæ ſanguini fluenti adhibentur, dicitur aph. 17. ſect. 3. lib. 6. Epid. vt etiam παχυσμοὶ eiuſmodi incraſſantia & obſtruentia medicamenta vocantur.

¶ Πέζα malleolum aut pedis plantam ſignificat, quibuſdam etiam imam plantam. Polluci pars quæ tibiæ ſubiacet, πέζα dicitur. τὸ ἢ ὑπὸ τῇ κνήμῃ μέρος, καλεῖται σφυρὸν καὶ πέζα. Πέζαι adſcribuntur Galeno in Exeg. ex lib. 2. περὶ γυν. (pag. 281. 48.) vbi legitur, καὶ οἱ πόδες οἰδίσκονται, καὶ αἱ πέζαι μάλιστα. & pedes intumeſcunt, præcipueque malleoli. Idemque adſcribit Zenodotum ἐν ταῖς ἐθνικαῖς λέξεσι, tradere Arcadas & Dores πέζαν vocare pedem. Hippocrati verò πέζας videri dici, aut imam pedis plantam & planitiem, quæ πέδιον dicitur, aut malleolos. Cornarius apud Hippocratem pedum extremitates ſumpſit, Caluus talos.

Πειθόμεναι ὀδμαὶ, odores obſequentes & parentes, hoc eſt in corporis vſum facilè cedentes, quique vires & ſpiritus citò recreant aut reficiunt, aph. 14. ſect. 8. lib. 6. Epid.

Πεινῶν, eſuriens, famem tolerans. πεινῶντα Gal. exponit Com. 3. in libr. 6. Epid. (pag. 485. 44) τὸν τῆς ἐνδείας αἰσθανόμενον, eum qui famem ſentit ex vacuatione nimirum & exinanitione. Eſt enim πεῖνα eſuritio aut fames, ſuctionis in ventriculo ob alimenti penuriam ſenſus.

Πειρᾶσθαι pro πειρᾶσθαι legitur apud Hippocratem lib. de art. (pag. 637. 20.) quod eſt, conari, tentare & experiri. ἢν γὰρ πειρᾶται καὶ ἐπ' ὀλίγον τῷ ποδὶ ἐποχεῖσθαι. Si nanque vel paululum conetur hoc pede ferri. Sic enim legũt omnia publicata exẽplaria, pro πειρῶτο. Manu ſcripta verò πειρήσαιτο, à verbo medio πειρέομαι, vt apud Homerum Il. α. (v. 302.) εἰ δ' ἄγε νῦν πείρησαι. Et Il. β. (v. 73.) πρῶτα δ' ἐγὼν ἔπεσιν πειρήσομαι. Sic πειρεόμενος legitur li. 2. περὶ γυναικ. (pag. 276. 37.) quod eadem in re πειρώμενος effertur lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 224. 32.) Ruſuſque lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 248. 2.) πειρεόμενος ſcribitur, & lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 223. 30.) eadem in re πειρώμενος.

Πελάζειν appropinquare ſignificat, à πέλας, quod ἐγγὺς, hoc eſt prope indicat. Inde πελάσαι, ἐγγίσαι apud Hippocratem exponit Erotianus. πέλας γὰρ τὸ ἐγγὺς λέγεται. Idemque πελάσαι etiam ἐγγίσαι exponit, etſi hîc πλάσαι & ἐγγίσαι (vt antea) quædam habent exemplaria. Libr. 1. περὶ γυναικ. (pag. 241. 42.) μάλιστα δ' ἀναπνέει πυκνὸν ἐπ' ἢν τόκος πελάζει. præcipuè verò frequentem babet reſpitationem vbi partui

vicina

vicina eſt. πέλας etiam Heſychio ἐγγὺς, πλησίον, ſignificat, prope, & πελάζειν, ἐγγίζειν, πλησιάζειν, vt πελάσαι, ἐγγίσαι, πλησιάσαι. Etſi πλαγίζειν pro πελάζειν vitioſè ſcribi puto. Ἀ πέλας autem πλησιαίτατα & πλησιαίτατω deductum eſt, quod proximè ſignificat. Libr. 1. περὶ γυναικ. (pag. 251.15) τὸν πλησιαίτατω χῶρον δάκνοιεν, proximum locum mordeant, vbi quædam exemplaria πλησιαίτατω legunt.

Πελεκῖνοι pelicini dicuntur Hippocrati, Dioſcoridi verò libr. 3. capit. 146. hedyſarum aut pelecinos, hoc eſt ſecuridaca. Ea verò inter ſegetes & hordea naſcitur, vt idem ſcribit, frequentius autem in aphacis naſci cernitur, quod etiam tradit Theophraſt. libr. 8. hiſt. plant. cap. 8. Ideóque ab Hippocrate οἱ ἐν σίτῳ πελεκῖνοι vocantur lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 284. v. 9.) quòd in ſegetibus naſcantur, vt ſcribit Plin. libr. 27. cap. 12. Locus autem Hippocratis de ſemine intelligitur, quod in ſiliquis fertur corniculorum modo aduncis. Id autem amarum eſt & ſubacerbum. Ideóque vteros flatu diſtentos & ſemen non retinentes iuuare poteſt, idque præcipuè cum myrrha, vt mirum ſubeat cur ſcriptum ſit à Dioſcoride, cum melle ante coitus ſubditum, concipiendi ſpem adimere: Niſi fortè pro ἀτόκιον εἶ) δοκεῖ, εὐτόκιον legendum ſit.

Πελιδνὸν liuidum ſignificat, color eſt ad nigrū tendens ex rubro, qualis ſanguinis ſub cute ex ictu aut plaga collecti. Vnde etiam πελιδνὰ dicuntur Galeno lib. de Tumor. præter nat. quos Latini Liuores nominant, ex ecchymomatum genere, rubri & nigri in medio. πελιδνὸν etiam aut πέλιον nigrū & fuſcum exponunt, Latini Liuidum, qualis eſt plumbeus color, inter nigrum & pallidum medius. Sic enim πελιδνὸν ἐστὶ τὸ μεταξὺ ὑπέρυθρον & μελανίας οἷον εἰ μολυβδῶδες, Scholiaſtæ Thucydidis lib. 2. Gal. Com. 2. in libr. de fract. (p. 548. 40.) πελιδνὸν facit colorem mediū inter nigrum & floridum, hoc eſt rubrum aut flauum, fieriq; ſcribit floridis coloribus in nigrum abeuntibus, vel ex nigro in album cedente, dum ſcilicet in pus conuertitur. Inde vero πελιδνοῦσθαι, aut πελιοῦσθαι, aut etiā πελιαίνεσθαι liueſcere, aut liuorem contrahere dicitur. lib. de fract. (p. 548. 33.) ἔσω δ᾽ ἐξω ἐκχυμώμασι πελιοῦται, κίνδυνος μὴ μελανθῶσι. Quæ verò cum duritie liueſcunt, vt nigreſcant, periclitantur. Et lib. 5. Epid. (p. 342. 38.) ἐπελιάνθη τὸ ὀστέον, os liuorem contraxit. Ac rurſus ibidem (v. 39.) πελιαινόμενα τὰ ὀστέα, liuefacta oſſa aut liuorem contrahētia. In Progn. (p. 136. 46.) οἱ ὄνυχες καὶ οἱ δάκτυλοι πελιδνοὶ, vngues & digiti liuorem contraxiſſe dicuntur. Et rurſus ibidem (v. 55.) μελαινόμενοι δὲ παντελῶς οἱ δάκτυλοι & οἱ πόδες, ἧσσον ὀλέθριοι τῶν πελιδνῶν εἰσιν. At omninò nigri, tum digiti, tum pedes, minus quàm liuentes periculum portendunt. Rurſuſque ibidem (p. 128. 18.) ἕλκος πρὸ τοῦ θανάτου πελιδνὸν dicitur, hoc eſt vlcus ante mortem liuidum effectum. vbi ſcribit Galenus πελιδνὸν colorem non longè diſtare à nigro, & ab humore melancholico exuperante fieri. Et, ὥσπερ δὲ καὶ ἡ βλάβη, πελιδνὸν μὲν ἡ μείζων ἐργάζεται. πλησίον γὰρ ἐστι τοῦ τοῦ μέλανος. ἐρυθρὸν δὲ & χλωρὸν, ἡ ἐλάττων. Pari verò modo læſio quoque maior, liuidum quidem efficit colorem, non enim longè diſtat à nigro, minor verò rubrum aut pallidum. τὰ πελιδνὰ ſunt liuores Hippocrati in Coac. Prænot. (pag. 426. 2) quę aliàs πελιώματα dicuntur, vt aph. 37. ſect. 8. libr. 6. Epid. & Coac. Prænot. (p. 436. 15.) πελιώματα περὶ τὴν πλευρὴν, ad coſtam liuores. Liuida dicit Plinius libr. 27. cap. 4. quæ πελιώματα Dioſc. lib. 5. cap. 25.

Πέλιον quoque aut πέλειον, aut πελιὸν, liuidum ſignificat, vt in Prognoſt. (pag. 121. verſ. 38.) καὶ τὸ χρῶμα τοῦ ξύμπαντος προσώπου χλωρόν τε καὶ μέλαν ἐὸν, καὶ πελιὸν, ἢ μολυβδῶδες. Et color totius vultus aut niger, aut pallidus, & liuidus, aut plumbeus. Rurſuſque ibidem (pagina 125. verſic. 50.) ἢν δὲ καμπύλον γένηται, ἢ πελιὸν, ἢ ὠχρὸν βλέφαρον, ἢ χεῖλος. Si palpebra aut labrum retorqueatur, aut liuore inficiatur, aut palleat. Pro quo πέλιον aut πέλειον, aut etiam πελλὸν, quidam legunt. Et Erotianus apud Hippocratem, πέλιον ὑπόφαιον, hoc eſt, ſubfuſcum exponit, additque nonnullos ignoratione ductos πελιὸν pro πέλιον ſcribere. Idemque ex Sophocle ἐν Ποιμέσι & Ἀμφιαρέῳ adducit, κοινὸς πέλλης τε Ιμπεδάδης βοὸς ῥινίον. Vbi etiam quædam exemplaria πέλλον & πέλλης legunt. Sic etiam Galenus πέλλα, πελιὰ, ὑπόπυρρα, hoc eſt liuida, ſubfulua exponit apud Hippocratem, eademque πελλὰ ab eodem vocari ſcribit, pro quo πελιδνὰ habent quædam exemplaria. Zenodorum etiam ἐν ταῖς ἐθνικαῖς λέξεσι annotare Sicyonios πέλλον vocare τὸ κιῤῥόν. Ex quibus πέλλα pro πελιὰ Galenum apud Hippocratem legiſſe ſuſpicor in Prognoſt. (pagina 124. verſic. 28.) ἢ τὰ λευκὰ ἐρυθρὰ ἴσχουσιν, ἢ πελιὰ ἢ μέλανα φλέβια ἐν αὐτέοισιν ἴσχουσιν. ſi quæ in ipſis alba eſſe debent rubeſcunt, aut in iiſdem venulæ liueſcunt aut nigreſcunt. Heſychius verò oxytonum ſcribens πελιὸν, φαιὸν χρῶμα, ἐμφερὲς τῷ πελιδνῷ exponit, fuſcum colorem liuido ſimilem. Et πελλὸν, κοῦφον καὶ φαιὸν τῷ χρώματι, leuem & colore fuſcam. Plinius libro decimo, cap. 60. Ardeolarum tria genera facit, leucon, aſteriam, pellon, ex Ariſtot. cap. 1. libr. 9. hiſt. animal. vbi Græca nomina retinet & πέλλον intelligit, ſubnigro, ſeu fuſco, aut liuido colore.

Πέλματα dicuntur Hippocrati ſoleæ ex corio aut plumbo, quæ in pedis luxatione ad imā pedis plantam adhibentur, in Mochlico (p. 309. v. 46.) ὀθόνια συχνὰ, ἢ πέλματα, ἢ μολίβδινα προσεπιδεῖν, μὴ χρώς. lintea copioſa, ſoleæ, aut lamina plumbea minimè ad cutem alligata. Vbi πέλμα dicitur φ ἴχνος libr. de art. (p. 643. 20.) ſolea ex corio aut plumbo. πέλμα etiam ea in ſignificatione Latinis ſolum dicitur. Martial. lib. 9. de ſurore. Et mordere luto putre vetuſq; ſolū. πέλμα quoq; partem imam & plantam pedis ſignificat, quæ

ſolum etiam vocatur, vt ſolorum callum vocat M. Tullius Tuſc. 5. ex Anacharſyde.

Πεμφιγώδεις πυρετοὶ, ſunt febres flatulentæ, inflatæ, ſpirituoſæ, ſpiritibus affluẽtes, in quibus per cutim aëreum quoddam effluuium ſentimus, nonnunquam halituoſum, nonnunq̃ etiã ſiccum, aph. 17. ſect. 1. li. 6. Epid. Etſi enim varia eſt eius vocis ſignificatio, eã tamen potius illic ſequi videtur Galenus. Quanquam ſignificari ea voce interdum ſcribit febrem quæ cum puſtulis erumpit, ideóque peſtilentem, interdumque etiam eam quæ exilientium & manui occurſantium ſcintillarum ſpeciem præbet, interdum quoque eam quæ mentem tentat, pro varia τῆς πέμφιγος interpretatione, quam ibidem aperit. πεμφιγώδεις πυρετοὶ explicantur Galeno in Exeg. οἱ νοτίδας μαδῶσι καὶ ὑγρότητας, ἢ ὁ πνευματώδεις. hoc eſt, febres madentes & humidæ, à vaporoſo plurimo effluuio exhalante, febreſq; diariæ obaudiuntur, quæ accenſis ſpiritibus oriuntur. Authori Definit. Med. (pag. 395. 56.) πεμφιγώδης πυρετὸς dicitur, ὁ διὰ τὴν ἐπίτασιν τῆς θερμασίας φλυκτίδας περὶ τὸ στόμα περιγεννάζων. quæ ob calorẽ intenſum puſtulas in ore excitat. Eſt & πεμφὶξ Varino πνοὴ, ψυχὴ, καὶ αἱ τοῦ ἡλίου ἀκτῖνες. Quas ſignificationes etiam Galenus attingit. Quidam πεμφιγώδη πυρετὸν dici volunt, ſynochum non putrem, qui fit à ſanguinis feruentis copia, ſuo feruore ac ebullitione venas diſtendentis & inflantis. Quam ideo Practici febrem inflatiuam vocant.

Πεντάφυλλον quinquefolium duplex album & nigrum agnoſcit Hippocrates lib. de vlceribus (pag. 516. 9.) & album ad præciſos neruos adhibet. Pentaphylli etiam radices vſurpat Hippocr. libr. 2. de Morb. (pag. 148. 48.) & lib. 3. (p. 165. 27.) Apud Erotianum πενταφύλλα, βοτάνης ὄνομα exponitur. Sed fortè πενταφύλλου legendum, aut πεντάφυλλον, vt habent meliora exemplaria.

Πεπασμὸς maturationem ſignificat & concoctionem eorum quæ ſunt præter naturam, præcipueque in morbis dicitur de eorum quæ in corpore redundant ad moderatam quandam temperiem deductione. Sic lib. 1. Epid. (pag. 365. v. 29.) πεπασμοὺς τῶν ἀπιόντων σκοπεῖσθαι ſcribitur, eorum quæ exeunt concoctiones ſpectandas eſſe. Vbi ſcribit Gal. πέψις γάρ τίς ἐστι τῶν παρὰ φύσιν, ὁ πεπασμὸς τοῦ νοσήματος. Nempe coctio eſt quædam eorum quæ ſunt præter naturam, morbi maturatio. Ac rurſus lib. 1. Epid. ibidem (v. 59.) πεπασμοὶ ταχυτῆτα κρίσιος καὶ ἀσφάλειαν ὑγιεινὴν σημαίνουσι. Concoctiones celeritatem iudicii & certam ſalutem denunciant. Lib. περὶ χυμῶν (pag. 114. 28. & 29.) πλὴν ἂν οἱ πεπασμοὶ ἐκ τῶν χρόνων, niſi quorum maturationes ex temporibus expectantur. Et, οἱ πεπασμοὶ ἔξω, ἢ εἴσω ῥέπουσι. Maturationes aut intrò, aut foras vergunt. In cuius quidem ſententiæ explicatione eadem fere ſcribuntur ab authore eorum Commentariorum qui circumferuntur, quæ à Gal. Com. 2. in libr. 1. Epid.

Sciendum autem eſt, morbi maturationem eſſe concoctionem quandam eorum quæ præter naturam ſunt: ipſam verò concoctionem eſſe deductionem quandam eius quod concoquitur, in naturam concoquentis. Πεπασμὸς etiam de morborum cõcoctione accipitur Hippocrati aphoriſm. 6. ſect. 5. lib. 6. Epid. νοῦσοι ξύντροφοι ἐν γήραι λείπουσι, καὶ διὰ πεπασμὸν, καὶ λύσιν, καὶ ἀραίωσιν. Morbi vnà nobiſcum educati, in ſenectute, & maturatione, & ſolutione, & rarefactione deſinunt. Vbi ſcribit Gal. hac voce omnem ad mediocrem temperiem deductionem ſignificari. δηλοῦσθαι τῷ πεπασμῷ πᾶσαν ἀγωγὴν εἰς τὴν σύμμετρον κρᾶσιν, ὡς ἐπὶ τῶν πεπαινομένων ἰδεῖν ἔχει καρπῶν. Cùm πεπασμὸς omnem ad cõmoderatam temperationem deductionem ſignificet, vt in matureſcentib. fructibus conſpicitur. Priuatim verò de ſputorum aut vrinarum concoctione etiam πεπασμὸς dicitur libr. 1. Epid. de phthiſi laborantibus (pag. 355. 26.) ὅσοι ἐπ' ὀλίγον πεπασμὸς ἦν. his neque modica concoctio aderat. Et ægr. 2. lib. 3. post ſt. peſt. οὔτε γάρ τις πτυάλων πεπασμὸς ἐγίνετο. neque aliqua ſputorum concoctio fiebat. Rurſus eodem libr. in ſt. peſt. (p. 428. 1.) πολλὰ δὲ τις καὶ τῶν οὔρων κακοέτεα ἦν τῶν ἀπιόντων. οὔτε γὰρ πάχος, οὔτε πεπασμὸς, οὔτε καθάρσιας χρηστῶς εἶχεν. Multum etiam vitioſæ vrinæ redditæ erant. Nam neque craſſitudinem, neq; concoctionem habebant, neque probe expurgabantur. Iterumque aphoriſ. 7. ſect. 3. lib. 6. Epid. de grauedinis & raucedinis concoctione. ἑωυτῆς γὰρ πεπασμὸς καὶ κρίσις ἅμα καὶ ἀπόστασις. Ipſa nanque maturatio & iudicationis ſimul & excretionis rationem habet. vbi πεπασμὸς de puris mutatione aut ſuppuratione dicitur, de quibus πέψις Galeno lib. 1. de diff. feb. (pag. 324. 56.) & cap. 8. lib. 5. de ſimpl. med. fac. Sic πεπαίνεσθαι, ἐκπυΐσκειν ſuppurari & in pus verti indicat aphor. 23. ſect. 2. lib. 6. Epid. ὁκόσα πεπαίνεσθαι δεῖ, ἐγκατακλείεσθαι δεῖ. Quæ maturationem deſiderant, ea occludi conuenit. Ex ſupra autem annotatis locis apud Hippocrat. πεπασμοὶ exponuntur hoc modo Erotiano. κυρίως μὲν ἐπὶ τῶν ἀκροδρύων εἴρηται, ὅταν ἐξ ὠμότητος πέπειροι οἱ καρποὶ γίγνονται. καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἡμετέρων σωμάτων, ὅταν οἱ χυμοὶ πεπανθῶσι. Hæc vox propriè de arborum fructibus effertur, cum ex immaturitate maturitatem adepti ſunt. Per abuſionem verò de noſtris corporibus, cùm humores concocti fuerint. Videndum tamen eſt quædam Erotiani exemplaria πεπασμὸς, non πεπασμοὶ legere. πεπασμὸς igitur idem quod πέπανσις erit Erotiano, pro qua etiam vſurpatur Ariſtoteli libr. 4. Meteor.

Πέπειρος νοῦσος, concoctus morbus, ad maturitatem perductus, de quo πεπασμὸς antea dicebatur. Libr. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 64. v. 50.) πρὶν πέπειρον γενέσθαι τὴν νοῦσον. prius quàm morbus maturus euadat. Vbi ſcribit Gal. τοῦτον δ' οὖν πέπειρον ὀνομάζει νόσον, τὴν πεπεμμένην. Conſtat autem omnibus quòd maturum

maturũ vocat morbum concoctum. Rurſuſque ibidem (pag. 65. 18.) ἢν πρὶν πέπειρον γενέσθαι τὴν νοῦσον, κριθώδεα πτισάνην ῥοφήσῃ ὁ κάμνων. ſi antè quàm morbus maturus euadat, æger ptiſanam hordeaceam ſorbeat. Libr. 2. Epid. (pag. 315. 17.) τὸ πτύελον λαμπρότερον καὶ πεπειρότερον dicitur, ſputum copioſius & magis coctum.

Πεπηγὸς ὄμμα, fixi oculi, immoti & ſtabiles, in Prorrh. (pag. 184. verſic. 56.) πεπηγότα τὰ σώματα concreta & compacta iuuenum corpora, lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (p. 31. 22.

Πεπιεσμένοι, preſſi, hoc eſt vexati, libr. 4. Epid. (pagina 334. verſic. 37. ὑπὸ ἰητρῶν πεπιεσμένοι τῷ ποτῷ, à medicis potu interdicto vexati. Illîc enim de ægris agitur qui ſiti oppreſſi, nimis inconſultè à Medicis, aut ſua ſponte à frigidæ potione arcebantur.

Πεπλανημένως, errabundè, vago & incerto ordine, de his dicuntur Hippocrati quæ nullum ſtatum ſeruant ordinem, velut de febribus errabundis quæ nullum certum circuituum aut acceſſionum tempus habent, ſed valde inordinatè occupant aut tenent. Lib. 1. Epid. (pag. 356. 20.) ἄλλοτε ἄλλοις ὡς παροξυνόμενοι πεπλανημένως. interdũq; alii vagas quodammodo & errabundas acceſſiones habebant. Et ægr. 6. lib. eiuſdem πῦρ ἔλαβε πεπλανημένως. incerto & vago ordine febris prehendit. Quod eſt (vt illîc ſcribit Gal.) ἄνευ τῆς κατὰ περίοδον τάξεως, ὡς ποτὲ μὲν, εἰ οὕτως ἔτυχε, διὰ τρίτης ἢ τετάρτης ἡμέρας πυρέξαι, ποτὲ δὲ διὰ πέμπτης ἢ ἕκτης, ſine vllo circuitus ordine, nimirum (verbi gratia) ſi interdum quidem tertiò vel quarto die febris occuparit, interdum etiam quinto vel ſexto. Rurſuſque ægr. 1. lib. 3. Epid. poſt ſt. peſt. σμικρὰ πάλιν ἐπύρεξε, καὶ διὰ παντὸς πεπλανημένως. rurſus parum febricitauit, idque perpetuò inordinatè. Sic ἀτάκτως καὶ πεπλανημένως ſimul iungit Hippocrat. de his quæ valde inconſtanter fiunt, vt libr. 1. Epid. (pag. 362. verſic. 28.) ῥίγεα δὲ πᾶσιν ἀτάκτως καὶ πεπλανημένως ἐγίνετο. His omnibus rigores incompoſitè & inordinatè contingebant. Rurſus ibidem (pag. 356. v. 41.) de febribus quæ nullum ſtatum dierum iudicatoriorum ordinem ſeruabãt, ſed ſine vlla iudicationis lege ſoluebantur, πεπλανημένως τε καὶ ἀκρίτως ἐξέλειπον. errabundè & ſine vlla iudicatione deſinebant. Et (p. 363. 49.) καὶ πάνυ ἀτάκτως καὶ πεπλανημένως, καὶ ἀκρίτως, τὰ πλεῖστα τουτέων διετέλει γινόμενα. Valdeque incompoſitè & errabundè, atque citra iudicationem horum plurima perſeuerabant. Quibus πάνυ εὐτάκτως κρίνεσθαι opponit Hippocr. ibidem (pag. 361. 14.) quod eſt valde ordinatè iudicatione ſolui.

Πέπλιον καὶ πέπλος facultate & genere affinia ſunt medicamenta, bili & pituitæ deturbandæ ab antiquis Medicis vſurpata. Quas facultates iiſdem tribuit Dioſcorid. capit. 168. & 169. libr. 4. Rurſus verò Epheſius in fragmento τῶν καθαρτικῶν, eorum vires his verbis celebrat: πέπλος καὶ πέπλιον ἐγγυτάτω μὲν τὴν ἰδέαν ἀλλήλων, ἐς τὸ καθαίρειν, τὸ δὲ φλεγματῶδες καὶ χολῶδες, μετὰ φυσῶν κατὰ πλῆθος, καὶ ξηρὰ ἐπιεικέως καθαίρει ὀρθῶς. Peplus & peplium figuræ cognatione proxima, in purgando pituitam & bilem cum flatibus pro copia, etiam ſicca, benignè purgant. Actuarius quoque libro quinto, Method. Medendi ea medicamenta poſt bilis atræ & pituitæ eductionem, flatus diſrumpere teſtatur, in primiſque flatulentis affectibus auxilio eſſe, iis, præcipuè qui melancholiæ præbent exordium. Quinetiam lienis inflationes, vteri & laxioris inteſtini iuuare. Hippocrates autem libr. de rat. vict. in morb. ac: aluum peplio vt veratro nigro purgat. Vbi etiam ſcribit Galenus peplĩũ bilem atram, vt veratrum nigrum educere. πέπλιον δὲ μέλανος μᾶλλον φυσῶν καταῤῥηκτικώτερόν ἐστι. Peplium autem veratro nigro potentius flatus diſrumpit, vt ibidem ſcribit Hippocrates (pagina 56. verſiculo 9.) Quem locum ex Hippocrate celebrat Aëtius cap. 26. libr. 3. Tetrab. 1. Libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pagina 193. verſic. 9.) in pulmonis eryſipelate aluum peplio purgat Hippocrates. Rurſuſque ibidem (pagina 194. verſic. 11.) in prima Tabis ſpecie pituitam peplio per aluum deiicit. At verò libr. 6. Epid. ſect. 8. aphoriſm. 40. Adamantum bile atra vexatum peplio exhibito purgat. Quo ſumpto bilem atram vomitione interdum reiectam ſcribit. Vbi ἀπὸ πεπλίου πλειόνων, frequenter aut multum exhibitũ peplium ſignificat. Peplos autem vſurpatur Hippocrati libr. 2. Epid. (pagina 315. verſic. 40.) in Scopo lienis tumore vexato & præcordiorum atque imarum ventris partium magna à flatibus diſtentione. πέπλος δοθεῖσα, ἀπὸ τῶν ὑποχονδρίων μὲν ἀπῶσαι. Peplos exhibita præcordia quidem alleuauit. Et libr περὶ ἐπικυήσιος (pagina 51. verſic. 40.) πόαν ἣ καλεῖται πέπλος, herbam quæ peplos appellatur, ad vteri oſculum emolliendum commendat. Libro quoque ſeptimo Epid. (pagina 367. verſic. 14.) ſub μηκωνίου nomine ad expurgandam pituitam & bilem peplo vtitur, vt etiam in fine libr. de rat. vict. in morb. ac. ac aliàs ſæpe in tota γυναικείων tractatione, tum μήκωνος, tum μηκωνίου, & μηκωνίδος nomine, vt in μηκώνιον antea ſcripſimus. Ex ſupra adſcriptis autem Hippocratis locis πέπλιον exponitur Galeno in Exegeſi vocum Hippocrat. ὅπερ καὶ πέπλις καὶ ἀνδράχνη ἀγρία. quod etiam peplis & portulaca agreſtis vocatur. Quæ nomina ex Dioſcoride deſumpta ſunt cap. 169. libr. 4. & à Plinio libr. 20. cap. 20. commemorata. Idem etiam Galenus ſcribit, πέπλος, τὸ αὐτὸ καὶ χαμαισύκη, καὶ μήκων ἀφρώδης, καὶ μηκώνιον. Peplus, idem & chamæſyce, & papauer ſpumeum, & meconium vocatur. Quod etiam ſcribit Plinius capite 12. libr. 27. Erotiano autem πέπλος eſt apud Hippocratem, βοτάνης εἶδος, ἣν ἔνιοι πέπλιον ὀνομάζουσι, οἱ δὲ σύμφυτον. herbæ ſpecies, quam nonnulli peplium, quidam etiam Symphytum vocant.

Πέπονα ὕδατα, vide ὕδατα πέπονα, antea.

Περαιωθῆναι Erotiano apud Hippocratem exponitur, εἰς ἀλλήλας συννεύσασαι, ὡς ἑκατέρας λαβεῖν τέλος, hoc eſt mutuò in ſeſe contractæ, vt vtraque finem accipiat. Legitur autem apud Hippocratem libr. περὶ ὀστέων φύσ. (p. 59. 44.) ἐντεῦθεν δὲ, ἀποσχίδες ἐς ἰθὺ ἑκάστου ἐκφέρονται, δι' ὀστέων καὶ σαρκῶν περαιωθεῖσαι ἀλλήλαις. Inde verò rami in vnamquanque rectitudinem inferuntur, per oſſa & carnes mutuò traiecti. Eſt autem περαιοῦσθαι tranſmitti, traiici aut penetrare, Prognoſt. 25. libr. 2. (pag. 140.) vt libr. de artic. (pagina 590. 48. & 49.) χρὴ δὲ διαφανέσι καίειν, ὡς ὅτι τάχιστα περαιωθῇ κατὰ δύναμιν. τὰ γὰρ παχέα βραδέως περαιούμενα, πλατυτέρας τὰς ἐκπτώσιας τῶν ἐσχαρῶν ποιέεται. Candentibus quoque ferramentis adurendum, quò quàm celerrimè fieri poteſt penetrent. Craſſiora nanque cùm tardiùs penetrent, latiores cruſtas reſoluunt.

Πέρδησις idem quod πορδὴ, ventris crepitus. In Prognoſt. (pagina 139. verſic. 28.) φῦσαν δὲ ἄνευ ψόφου μὲν καὶ περδήσιος διεξιέναι ἄριστον. flatum quidem ſine ſonitu & crepitu excerni optimum. Quod ἄνευ ψόφου περδήσιος legitur in Coacis Prænot. (pagina 439. verſiculo 26.)

Περητηρίῳ exponitur apud Galenum in Exegeſi vocum Hippocratis, τρυπάνῳ τῷ εὐθεῖ καὶ ὀξεῖ. ἔστι γὰρ καὶ ἕτερον ἡ χοινικίς. hoc eſt, terebello recto & acuto. Eſt enim aliud quod χοινικὶς dicitur, nempe modiolus, quod eſt terebellum cauum. Sonat autem περητήριον, id quo perforare aut transfodere poſſumus quaſi perforatorium, vt τρύπανον περητήριον dicatur terebrum rectum & acutum ad oſſa maiora traiicienda & perforanda, diuerſum ab eo quod cauum eſt, & modiolus nominatur, (χοινικὶς Græcis, aut χοινίκιον Celſo capite tertio, libro octauo.) Exiſtimo autem à Galeno indicari locum Hippocratis libri περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 200. verſ. 3.) in aqua inter cutem ex pulmonis vitio. Vbi explorare iubet vtro in latere fluctuet, deinde τάμνειν τὴν πλευρὴν τὴν τρίτην ἀπὸ τῆς νεάτης μέχρι τοῦ ὀστέου, εἶτα τρυπῆσαι πέρην τρυπάνῳ τρυγλητηρίῳ. hoc eſt, coſtam tertiam ab vltima ad os vſque ſecare, poſtea terebra caua vltra perforare. Sic enim vertit Cornarius. Verùm τρυπάνῳ περητηρίῳ mihi legiſſe videtur Galenus, vt terebra acuta ad os traiiciendum & viam aquæ inter cutem faciendam, vſus fuerit, non terebra caua quæ ad patuula oſſa, non ſpatioſa adaptatur, vt ſcribit Celſus. Deinde mihi etiam vitium ſubeſſe videtur. Nam τρωγλητηρίῳ aut τρωγλοδυτηρίῳ legendum ſuſpicor, non ζυγλητηρίῳ, quòd τρώγλη, τρύπην, hoc eſt foramen ſignificet, eóque nomine terebellum indicetur quod cauernam pectoris ſubeat, aut foramen faciat, potiùs quàm cauum aut foratum. Sic enim huius vſus ad aquam emittendam cõmodior fuerit. Apud Varinum autem περιτηρίῳ malè legitur, totuſque locus vitiosè apud eundem vitiatus eſt.

Περίαπτα aut περιάμματα dicuntur medicamenta, quæ corpori alligata noxam ab eo depellunt, malaque amoliuntur, vt quæ collo & brachio alligantur ad febres. amuleta Latinis vocantur, ſiue id efficiant iuxta medicam rationem, ſiue mirabili quadam contrarietate, quæ homines lateat, ſuum effectum prębeant. Qualia multa ad capitis dolorem ex Archigene recenſentur à Galeno lib. 2. κατὰ τόπους (p. 183. 23.) περιάμματα verò etſi ea quæ corpori obligantur ſonant, rectè tamen ea comprehendunt, quæ capiti coronæ modo imponuntur, aut capiti obligantur, & contactus ratione capitis dolori medentur. Quomodo Plin. lib. 27. cap. 11. de hippogloſſi ligulis dixit. Capitis dolorẽ corona ex his impoſita minuit. Quod dixit Dioſcorid. lib. 4. cap. 132. δοκεῖ δὲ ἡ κόμη περίαμμα τῶν χρόνιον κεφαλαλγούντων. Galenus autem ea περιάμματα reiicit, quæ non vi quadam medica, ſed ignota quadam ratione, aut latente quadam efficacia, mirabilique contrarietate hominibus incognita, aliquid efficere dicuntur.

Περιβλέψιες, ſunt delirantium ac phreniticorum circũſpectiones, & inſtabiles oculorum intuitus. Libro ſeptimo Epid. (pagina 355. verſic. 12.) καὶ δείματα, καὶ περιβλέψιες. & terrores, & circumſpectiones. Rurſus ibidem (verſic. 36.) καὶ περίβλεψις βραχεῖη, breuiſque circumſpectio. Ibidem (pag. 353. 37.) ἐμβλέψις dicitur.

Περιβολὴ veſtitum ſignificat & cultum exteriorem Hippocrati libr. περὶ εὐσχημοσύνης (pagina 15. verſic. 5.) ἔκ τε γὰρ περιβολῆς καὶ τῆς ἐν ταύτῃ εὐσχημοσύνης. Ex cultu enim ipſiuſque venuſtate & elegantia. περιβολὴ etiam dicitur Hippocrati de humorum excretione quæ totum corporis ambitum cingit, & in corporis ſuperficiem decumbit, per eamq; morbum depellit, velut in exanthematibus & puſtulis, reliquiſq; corporis vitiis contingit, cùm natura circum ſe quâ poteſt, in corporis planitiem morbum proiicit ac veluti circumfundit. Sic ſcribitur libr. 2. Epid. (p. 312. 9.) καὶ ἢν μὴ ἀναξίως τῆς περιβολῆς τῆς νούσου. & ſi non indignè morbi excretioni reſpondeant. Quemadmodum etiam libr. 1. Epid. (pagina 364. verſic. 36.) quædam exemplaria legunt, ἐξανθήματα μικρὰ, καὶ οὐκ ἄξια τῆς περιβολῆς τῶν νοσημάτων. Papulæ paruæ, quæ nec ſatis pro dignitate morborum excretioni reſponderent, hoc eſt non ſatis erant morbis exhauriendis aut ſoluendis. Plæraque enim exemplaria pro τῆς περιβολῆς, τῆς ἐκκρίσιος legunt, vt ibidẽ adſcripſimus. Περίβολος ambitum, ſeptum aut amictum indicat, eoque nomine περικάρδιον dicitur Hippocrati & capſula cordis aut tunica aut ipſum vndique ambiens, lib. περὶ καρδίης (p. 55. 18. & 22.) circuitum & vallum vocat Caluus, Cornarius amiculum.

Περιγίνεσθαι eſt ſupereſſe, ſuperiorẽ euadere, ſuperſtitem eſſe, h. e. ſeruari, morbo liberari & periculo eximi. Quod certè ſuperiores naturę vires indicat, morboq; euicto ęgrũ ſuperſtitem

ſtitem fore. In Progn. (p.137.1) ὥστε τὸν ἄνθρωπον περιγενέσθαι. ita vt æger ſuperſtes ſit futurus, hoc eſt, conualiturus. Lib.1.Epid. (pag. 370.3.) ἐς δυσεντεριώδεα καταστάντες περιεγένοντο, in difficultatem inteſtinorum delapſi, periculo ſunt exempti. Ea nanq; ad tormina morbi conuerſione, liberatos & ſeruatos ægros fuiſſe ſignificatur. Et lib.5.Epid. (p.340.15) in puella cui vox ex abrupto loco decidenti defecerat. περιεγένετο, ſeruata eſt, euaſit. Qua notione etiam ſæpe vſurpatur Aretæo, vt cap.6.lib.1. περὶ ὀξ. (ἀνὴρ ἢ παῖς ἢ μάλα περιγίγνεται). Verùm & hæc rarò admodum euadit. Et cap.7. περιγίγνονται μὲν, ξὺν πόνῳ δὲ καὶ κινδύνῳ. euadunt quidem, ſed cum dolore & diſcrimine. Eſt & περιγίνεσθαι ſupereſſe, reſtare & ſuperfluere, vt de cibis dicitur qui ſuperfluunt & ſuperant, caloremq; natiuum copia opprimunt, lib. περὶ ὀκταμήνου (p.47.17.) ἐς αὐτὸ τὸ ποσὸν τῇ ἰσότητι ἐξαρκέῃ καὶ μὴ περιγίνηται. & pro eo quòd tanta copia alimentum ingeri oportet, quæ ſatis ſit, non ſuperfluat, hoc eſt, quæ calorem natiuum non opprimat, ſed ab eo ſuperetur.

Περίγλισχρα dicũtur quæ omni ex parte ſunt glutinoſa, aut lentores, quæq; humiditate pituitoſiore ſunt obducta, & à calore reſiccata, aph.53. lib. 4. ὁκόσοισιν ἐπὶ τῶν ὀδόντων ἐν τοῖσι πυρετοῖσι περίγλισχρα γίνεται. Quibus in febribus circa dentes lentores oriuntur, à nimia humoris crudi, craſſi, glutinoſi in ventriculo abundantia, aut à cerebro in os deſtillante, & à calore concreto & reſiccato. Rurſus lib.4.Epid. (p.333.46.) οἷσι δ' ἐπὶ ὀδόντων περίγλισχρα γίνεται. Quibus autem dentes lentore vndiquaq; obducuntur.

Περιγραφὴ eſt rudis quędam delineatio, aut deformatio rudior rei cuiuſpiam. περιγραφαὶ dicuntur Hip. lib. περὶ εὐσχημοσύνης (p.25.3.) externa ornamenta & lineamenta, quibus ſophiſtæ deprehenduntur & cognoſcuntur. ἴδοι δ' ἄν τις αὐτοὺς καὶ ἐπ' ἐσθῆτος, καὶ τῇσιν ἄλλῃσι περιγραφῇσι. Eos autem ex veſtitu & aliis lineamentis quis cognoſcere poſſit. Circumſtantias dixit Zuinggerus.

Περίδας exponit Erotianus apud Hippocratem ἐκ περάτων ἐγκεκλιμένον μηνοειδῶς, ὅτι δὲ περιφερές. quod eſt, vtrinque inflexum aut incuruum lunæ in modum. Nonnulli verò rotundum. Quibus verbis vitioſum eſſe Erotiani codicem, ſatis apparet, & pro περίδας, περιφερέας leg. vt poſtea ſcribemus. Varia etiam ſcriptura vitium ſuſpectat. Nam περίρρινας non περίδας, quædam habent exemplaria, alia etiam πηρίνας. ſed vtranq; ſcripturam deprauatam eſſe ſatis conſtat.

Περιεῖναι facultatem ſupereſſe ſignificat, integrum eſſe. Lib.de Cap.Vuln. (p.451.15.) ἢν ἐξ ἀρχῆς λαβὼν τὸ ἴημα περιῇς. ſi per exordia curationem ſuſcipere integrum eſt, ſi curationis ab initio ſuſceptæ facultas ſupereſt, aut abundè licet curationem ab initio ſuſcipere.

Περιεκτικὸν Erotianus apud Hippocratem σωτήριον, ſalutare exponit. Verùm mendum ſubeſſe ſuſpicor, & legiſſe Erotianum contendo περιεστικὸν, aut περιεστικῶν, vt legitur in Prognoſt. (pag.249.56.) vt ſit περιεστικῶν σημείων, σωτηρίων, ſalutaribus ſignis, vt poſtea ſcribemus in περιεστικός. Aliòqui περιεκτικὸν quod comprehendit aut complectitur ſignificat. Quæ ſignificatio minimè conuenit Erotiani expoſitioni. περιεκτικὸν τὸ περιέχον, ἢ ἐμπεριέχον, exponit Heſychius.

Περιέπεσθαι κακῶς; malè tractari, malè affici, aut exagitari. Prorrh. 2. (pag 421.3.) ἐπεὶ δὲ μέτα ἐν τῇσιν ἡλικίῃσιν ἐν ᾗσι ταύτῃσιν ἥν φημι ὑπὸ τοῦ νοσήματος τούτου κακῶς περιέπεσθαι. At qui eas ætates quas ab hoc morbo malè affici diximus, non attingit.

Περιεργίη ſuperflua curioſitas dicitur, ſuperuacaneus & ambitioſus labor, ſuperflua anxietas, aut ſuperuacanea operoſitas. Libr. περὶ εὐσχημοσύνης (pag.14.41.) αἱ γὰρ πολλαὶ πρὸς περιεργίην φαίνονται γεγενημέναι. Multæ nanque ad ambitioſam quandam operoſitatem comparatæ apparent. Eas autem artes intelligit, quæ ad nullum humanæ vitæ vſum referuntur, ſed inanibus nugis & ſophiſtica diſputatione potiùs quàm vera & ſolida ſapientia intumeſcunt. Rurſus (ibidem pag. 15.5.) οἷς ἡ διδακτὴ κατασκευὴ, οὐδὲ περιεργίη. de bonis medicis dicitur, quibus non eſt excogitatus apparatus, neque ad ambitionem aut ſuperfluitatem comparatus. Iterumque ibidem (v.6.) ἀφελίη ἡ πρὸς περιεργίην πορευομένη, frugalitatem minimè ad ambitionem aut ſuperfluitatem comparatam ſignificat, vt ἀπεριέργους ibidem (v.7.) vocat, minimè curioſos. Et (pag.16.1.) μηδὲν περιέργως ποιεῖν, μηδὲ μετὰ φαντασίης, medicum iubet nil curioſè aut nimis anxiè & ambitioſè facere, neque cum nimio ſtudio & animi agitatione, ne nimium ſtudium aut diligentia diffidentis animi ſuſpicionem iniiciat. Sic ἐν παραγγελίαις (pag.18.38.) ὀδμὴ περίεργος, odor affectatus, & in cultu corporis nimis curioſè quæſitus, fugiendus.

Περιεσόμενον apud Galenum vide poſtea in Περιέσεσθαι.

Περιεστικὸν νόσημα dicitur Hippocrati morbus ſalutaris, & ex quo ægri liberantur & ſuperſtites euadunt, quique τῷ θανατώδει & exitiali opponitur. Qua dictione ſæpius vtitur in Progn. vt (p.149.54.&55.) ἐλπίζεσθαι δὲ τὸ περιεστικὸν ὑπὸ τῶν λοιπῶν πάντων τῶν περιεστικῶν σημείων. ſperatur autem morbus fore ſalutaris ex omnibus ſalutaribus ſignis. Et (pag.136. verſic.58.) ἢ καὶ ἄλλο τι τῶν περιεστικώτων πρὸς τούτοισι σημείοισι ἐπιδέηται. adſintque alia quædam indicia quæ ſecuritatem polliceantur. Vbi τὰ περιεστικώτατα σημεῖα, ſalutaria ſigna & certam ſalutem promittentia dicũtur. Rurſuſq; ibidem (pag.145.22.) πτύελον περιεστικὸν, ſalutare ſputum in pulmonis inflammatione promittitur, ſi non multo permixtum ſanguine, ſed flauum, inter initia excernitur. Sic περιεστικῶς διακεῖσθαι æger dicitur, qui ex morbo ſeruari & liberari debet, vt rurſus ibidem (p.159.50.) ὅτῳ δ' ἂν τῶν πυρετῶν μα-

καὶ ἡ περιεστικῶς διακειμένου τῷ ἀνθρώπῳ. In longa febre, ex qua tamen æger ſeruari debet. περιεστικὸς νόσημα Galenus Com. 3. in Progn. (p.161.49.) vocari ſcribit Hippocrati, non lethalem morbum aut exitioſum. τὸ μὴ θανατῶδες νόσημα, κέκληκεν ἤδη περιεστικὸν ἐν ἐκείνῳ τῷ βιβλίῳ. Idemq; Galenus lib.1. de diebus decr. & Com.2. in lib. de rat. vict. in morb. ac. περιεστικὰ νοσήματα, hoc eſt morbos ſalutares vocat, in quibus iudicatio ſecundum criticorum dierum ſeriē futura eſt. Lib.1. Epid. (pag.382.12.) τὸ περιεστικὸν νόσημα τῷ θανατώδει opponitur, cùm ſcribitur, πρὸς ἃ δεῖ διαλογιζόμενον δοκιμάζειν καὶ σκοπεῖσθαι, τίνι τούτων ὀξὺ καὶ θανατῶδες, ἢ περιεστικόν. Quæ tecum animo reputans, perpendendum conſiderandumq; quodnam præceps periculū & mortē portendat, aut quodnā ſuperſtitem ægrum fore indicet. Rurſuſque in fine libr. 3. Epid. (pag.441.verſ.42.) μακρὸν ὅ,τι νόσημα καὶ θανάσιμον, μακρὸν ὅ,τι καὶ περιεστικόν. Et quiſnam morbus diuturnus ſit & exitium afferat, aut quiſnam diuturnus & ex quo ægri euadant. περιεστικὸν Erotianus σωτήριον, hoc eſt, ſalutare exponit apud Hippocratem. Verùm περιεστικὸν leg. exiſtimo velut legitur libr. 1. Epid & Prognoſt. in multis publicatis codicibus, aut περιεστικὸς, vel certè περιεστικῶν pro περιεσομένων, vt legitur in Prognoſt. & σημεῖον ſubintelligatur, tuncque σημεῖον leg. foret. Περιεστικὸς autem eſt participium, à præterito περιέστηκα verbi medii περιίσταμαι. Περιεστικὸς νόσημα dicitur Authori Definit. Med. (pag. 394.56.) ὃ ἐφ' ὑγείαν ἀνυπερβλήτως γίνεται. Salutaris morbus qui nunquam interimit.

Περιηγὴς circumactum & rotundum ſignificat & κυκλοτερὴς, περιφερὴς exponit Heſychius. Poteſt & γαμψὸν ſignificare & καμπύλον, curuum aut recuruum. Vtitur Hippocrates ea dictione libello περὶ καρδίης (pagina 54. verſiculo 25.) de arteria, κρίκοις ξυγκειμένη ὁμοιομερέσι, περιηγέα ἀφῃμμένη. annulis inter ſe ſimilibus conſtans, & rotundis aptata. Illic enim ἀφῃμμένη idem quod ἡρμοσμένη aut προσηρμοσμένη mihi ſignificare videtur, annexa, aptata & compoſita. Etſi interpretes περιηγέα ἀφῃμμένων κατ' ἐπίπεδον ἀλλήλων legunt, vt ſit, annulis rotundis in ſuperficie ſe mutuò contingentibus.

Περιβάλλειν τὴν σύριγγα ὕδατι θερμῷ, fiſtulam aqua calida circumdare, hoc eſt, circum abluere, libro de fiſtulis (pagina 518.18.)

Περιίστασθαι eſt deuenire, cedere, euadere, circumagi, circumſcribi & terminari. Libro tertio, Epid. in ſt. peſt. (pagina 429. verſic. 29.) καὶ ἐς ὕδρωπα περιίστατο. & ad aquam intercutem deueniebant, in hydropem terminabantur. Rurſus in Coacis Prænot. (pagina 427. verſiculo 11.) ἐς φρενῖτιν περιίσταται, in phrenitidem cedit, tranſit, deuenit, degenerat. Et rurſus ibidem (pagina 438. verſiculo 46.) οἷσιν ἐκ νόσου ἀρρωστίης ἐς ὕδρωπα περιίσταται. Qui ex morbo aliquo ad aquam intercutem deuenerunt, aut, quos aqua inter cutem ex aliqua ægritudine circumuenit. Et libri περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pagina 199. verſic. 16.) περιίσταται ἀπὸ φλέγματος μάλιστα ἐς ὕδρωπα τρόπῳ τοιῷδε. A pituita in aquam inter cutem tranſitus fit hoc modo. περιισταμένη ὥρη, temporis circumſtātis aut circumacti ratio dicitur lib. de nat. hum. (p.15.40) & temporum viciſſitudinaria mutatio, cùm tempus in aliud commutatur & degenerat. ὑπὸ δὲ τῆς ὥρης περιισταμένης, τοτὲ μὲν πλεῖον γίνεται αὐτὸ ἑωυτοῦ, τοτὲ δὲ ἔλασσον. Pro temporis autem circumſtantis ratione, nūc magis augeſcunt, nunc imminuuntur ſingula ipſorum. Vbi τῆς ὥρης περιισταμένης exponit Galenus κατὰ τὰς ὡρῶν μεταβολάς. pro temporis anni viciſſitudinaria tranſmutatione. τὸ γὰρ ὑπὸ τῆς ὥρης περιισταμένης, ταὐτὸν δηλοῖ τῷ μεθισταμένης, ὅπερ ἐστὶ μεταβαινούσης τε καὶ καθισταμένης εἰς ἑτέραν τινὰ τὴν ἐχομένην αὐτῆς. Hæc enim verba [pro temporis circumſtantis ratione] idem ſignificant, quod tranſmigrantis, hoc eſt mutati, & in aliud quoddam ſibi proximum tranſeuntis.

Περικαέες ſunt qui circumcirca ardent, totoque corpore magnum ardorem ſentiunt. In Prorrh. (p.203.46.) διὰ ταχέων περικαέες, qui celeriter exuruntur, τοὺς διακαεῖς exponit Galenus In Coac. Prænot. (p.428.22.) οἱ περικαέες πρὸς χεῖρα, qui ad manus contactum circumcirca ardent, quales qui febribus ardentibus exuruntur. Rurſuſque ibidem (p. 430.35.) πρὸς τὴν ἀφὴν μὴ περικαέες, qui ad manus contactum & in attrectando nullum ardoris ſenſum præſeferunt. De febre ardente pernicioſa laborantibus dicitur, cùm interna ardent, externa corporis planities friget, velut aph. 48. lib. 4. Sunt & πυρετοὶ περικαέες μετ' αὐτίκα febres confeſtim deurentes aph. 17. ſect. 1. libr. 6. Epid. febris ardentis genus, in quo admota manu continens calor circumcirca ſentitur, à calore febrili, nēpe maximè propria febris eſſentia, deſumpta differentia. His febrib. τοὺς δὲ τοῖσι βληχροὺς, ξηρούς, opponit Hipp. in totum debiles apparentes & aridas, quæ ſunt ad manum mites, intus verò æſtuoſæ.

Περικεκαμμένοι exponuntur apud Hipp. Galeno in Exeg. περικεκαμμένοι, γρυποὶ καὶ ἐπικαμπεῖς, inflexi, adunci, incurui.

Περίκλασις contorſionem aut perfractionem ſignificat, & fractura κατὰ περίκλασιν dicitur Galeno Com. 2. in lib. de fract. (p.543.22.) vbi ſura cum tibia media perfringitur, cum inſigni vulnere nudatis oſſibus, vt in palæſtrite accidit quem commemorat Galenus.

Περικλύζειν dicitur de circum affuſa aqua, cùm aliquid aqua vndiquaq; abluitur aut perfunditur. Lib. 1. περὶ διαίτης (p.90.14.) λιπαίνειν δὲ χλιαρῷ ὕδατι περικλύζειν μᾶλλον ἢ χρίεσθαι. aqua tepida autem circumaffuſa potius perfundatur, quàm vngatur.

Περικνήμια ſumuntur Hippocrati pro tibia aut partibus quæ tibiam circumdant, libr. 3. Epid. ſt. peſt. (pag. 421.49.) οἷσι δ' ὅλος μηρὸς, ἢ τὰ περικνήμια ἐψιλώθη. Quibuſdam etiam femur integrum, aut tibia, denudabantur, vbi quæ-

quædam exemplaria, τὰ περὶ κνήμην, pro περικνήμια habent.

Περίλυποι valde triſtes ſunt Hippocrati, qui ob longam inediam, deinde ſumptum multũ repentinum cibum, ſummopere mœſti & triſtes redduntur lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 65. 38.) περίλυποί τε καὶ πικροὶ γίγνονται. valdeque triſtes & amarulenti euadunt. δυσθύμους καὶ λυπηρούς, hoc eſt, valde mœſtos & triſtes, exponit Gal. eoſq; ſic euadere ſcribit, poſt longam inediam nimio & valido cibo diſtento aut grauato ventre.

Περιμάδαρα ἕλκεα, vlcera vndique glabra, circumcirca læuia, depilia, aphoriſ. 2. ſect. 8. lib. 6. Epid. & aph. 4. lib. 6. vbi vitioſè περιμάδαρα aut περιμάδια legitur, cùm περιμάδαρα leg. ſit. Eſt enim μαδαρὸς læuis, glaber, depilis, raro capillitio, & Heſychio ἀραιόθριξ, ψεδνός. Erotianus περιμάδαρα ἕλκεα, ἀνώμαλα & ἄπεφα, aut αὔπεφα exponit, pro quo ἄτρφα legunt exemplaria quædam. Cuius expoſitionis meminimus in ἕλκεα περιμάδαρα antea.

Περίναιον aut περίνεον vocat Hippocrat. partem corporis inter anum & pudendi initium, vbi veſicæ collum ſitum eſt, ſpatiumq; inter anum & pudendum intercedens. Interfœmineum aut fœmen quibuſdã dicitur. Cælius Aurel. cap. 3. libr. 5. Tard. Paſſ. περίναιον pubem aut pectinem vertit, & veretri initium cap. 4. Galenus Com. 2. in lib. de frac. (p. 550. 12.) περίνεον vocari ab Hipp. ſcribit, τοῦ σώματος ἡμῶν ἐκεῖνο τὸ μέρος ὃ μεταξὺ τῆς ἕδρας ἐστὶ, καὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ αἰδοίου, noſtri corporis partem, quæ inter anum & genitalis initium media interiacet. Idem Com. 4. in li. de art. (p. 654. 35.) τὸν περίναιον vocari ſcribit, quòd ἐν τῷ μεταξὺ eſt medium, ἀφ' ὧν ἀπὸ τῆς ἐκφύσεως αἰδοίου καθήκει πρὸς τὴν ἕδραν. ἐν αὐτῷ δὲ καὶ τῆς κύστεως ὁ τράχηλος τέτακται. quod à pudendi exortu ad anum pertinet, in quo etiam veſicæ collum ſitum eſt. Eam dictionem ſæpe vſurpat Hippocrat. lib. de art. vt & aph. 80. libr. 4. vbi περίναιον τὸν μεταξὺ τοῦ αἰδοίου τόπον Philotheus eſſe ſcribit, partem inter anum & pudendum intermediam. Lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 255. 14.) χελώνης θαλασσίης τὸν περίνεον, hoc eſt, teſtudinis marinæ partem intermediam inter anum & pudeudum combuſtam & tritam ad conceptum vſurpat. Περινεὸν etiam dici vt περίνεον teſtatur Gal. cùm in Exeg. vocum Hipp. περινεὸν περίνεον explicat, additque, ἔστι δὲ ὁ τόπος ὁ μεταξὺ τῶν ὀρχέων καὶ τῆς ἕδρας, ἔνθα τῆς κύστεως ὁ τράχηλος. Eſt autem locus inter ſcrotum & ſedem, in quo veſicæ collum ſitum eſt. Περίνεα etiam & περίνεον τὸ αἰδοῖον dici vult Heſychius, ἀφ' οὗ καὶ τὸ περαίνεσθαι.

Περινεῖ Galenus in Exegeſi vocum Hippocrat. exponit, περικλύζει, περινήχεται, circumluit, circumnatat, vt & περινήματος, περικλύσματος, circumluuionis, perfuſionis. Vbi etiam quædam exemplaria addunt, περινήματα, περικλύσματα.

Περιξύσας idem etiã ἐν κύκλῳ περιαμύξας exponit, quod eſt, qui circumraſit, circumſcarificauit.

Περίοδος circuitus dicitur, eſtque veluti morborum ambitus quidam aut circulus, cùm morbi ex iiſdem ad eadem, per eundem ordinem, velut circulum quendam feruntur. Sic enim περίοδον vocat Gal. lib. de Tempor. morb. (pag. 380. 25.) καὶ πάντως γε ἴσον ὅτι τὰ προειρημένα δεύτερον αὖθις ἐπιγίγνεται τῷ νοσοῦντι. πολλάκις δὲ ἴσον ὅτι καὶ τρίτον, καὶ τέταρτον, καὶ πέμπτον δὲ περιερχομένης τῆς νόσου καθάπερ τινὰ κύκλον ἐκ τῶν αὐτῶν ἐπὶ τὰ αὐτὰ, διὰ τῆς αὐτῆς τάξεως. ὀνομάζουσι δὲ τὸν τοιοῦτον κύκλον ἕκαστοι οἱ ἰατροὶ περίοδον. Ac interdum omninò prædicta iterum rurſus ægroto contingunt, plærumque etiam tertiò, quartò & quintò, morbo nimirum per circulum quendam, ex iiſdem ad eadem, eodem etiam ordine oberrante. Huiuſmodi autem circulum ſinguli medici περίοδον hoc eſt, circuitum appellant. Eſt autem tempus ab initio acceſſionis vnius ad alterius initium, quod in tertiana pura duobus diebus totidemque noctibus abſoluitur, eſtque circuitus quidam, aut ſimilis ad idem reditus. Galenus Com. ad aphoriſm. 12. libr. 1. ἔοικε δὲ περίοδον καλεῖν τὴν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὁμοίαν ἐπάνοδον, ὥσπερ δῆλον δι' αὐτοῦ ποιεῖ. Conſtat autẽ vnicuique eum circuitum vocare ſimilem ad idem reditum. Eſt & περίοδος Proclo, ἡ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ αὐτὸ κίνησις. ab eodem in idem motus. Aut, ἡ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὁμοία ἐπάνοδος, ſimilis in idem reditus aut recurſus. Quod quidem circuitus tempus intenſione & remiſſione perficitur. Sic enim περίοδός ἐστιν authori Definit. Med. (pagina 396. verſic. 12.) ἐξ ἐπιτάσεως καὶ ἀνέσεως ἐν νοσήμασι χρόνος. hoc eſt, tempus in morbis ex intẽſione & remiſſione conſtans. Rurſuſque (pag. 492. verſic. 59.) περίοδός ἐστι τεταγμένου χρόνου ἀνταπόδοσις, viciſſitudo quędam aut alternatio ordine diſpoſiti temporis. Circuitum vocat Celſus, cùm ſcribit, tertianarum quartanarumque certum eſſe circuitum & finem integrum, cap. 5. lib. 3. Nos morborum ambitum, circuitum & conuerſionem dicere poſſumus, non ſecus ac M. Tullius περίοδον verborum ambitum, circuitum, & orationis conuerſionem vocat. περίοδος autem interdum ſumitur Hippocrati pro acceſſione ipſa, veluti totum pro parte, quemadmodum aph. 59. libr. 4. τριταῖος ἀκριβὴς κρίνεται ἐν ἑπτὰ περιόδοισι. Exquiſita tertiana ſeptem circuitibus terminatur. Sic enim περιόδους ἐπισημασίας exponit Gal. Com. 3. in Prognoſt. (p. 155. 37.) Quod etiam ſcribitur in Coac. Præn. (pag. 428. 5.) Περίοδοι etiam deambulationes & circuitus ſignificant, cùm obambulando longis confectis ſpatiis ad eũdem locum fit reditus. Quem obambulandi morem Herodico tribuit Plato initio Phædri. Cuius etiã meminit Hipp. aph. 23. ſect. 3. lib. 6. Epid. ὁ Ἡρόδικος τοὺς πυρεταίνοντας ἔκτεινε περιόδοισι. Herodicus febricitantes obambulationib. conficiebat. Vbi περιόδους vocare Hippocratem ſcribit Gal. τὰς βραδείας περιπάτους ἐπὶ πλείονα χρόνον ἐκτεινομένους. lentas deambulationes in longius tẽpus protractas. Ac rurſus ibid.

τὸ πυρετῶδες πλίμμον περιόδοισι. febris obambulationibus eſt inimica. Sic Prorrb. 2. (p. 420.48.) τῇσι περιόδοισι χρῆσθαι. deambulationibus vti. Et lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 59.28.) βραδεῖαν συχνὴν περίοδον πλανηθείς. Vbi multos circuitus lentè obambulãdo abſoluerit, aut multa ſpatia cõfecerit, vt loquitur M. Tullius. Vbi etiam Galenus, περίοδον βραδεῖαν, σχολαίως περιπατῆσαι exponit, quod eſt lentè deambulare. Lib. quoque 7. Epid. (p. 366. 26.) ſcribitur, ἐκ περιόδου καὶ ποτοῦ ἀπεψίη ξυνέβη. ex deambulatione & potu cruditas contigit. Περίοδοι etiam dicuntur in alimento Hippocrati, circuitus & motus alimenti, qui à circumferentia ad centrum, aut è centro ad circumferentiam feruntur, & ab externis partibus ad internas, & contra, libr. περὶ τροφῆς (p. 110.45. & 111.27.) περίοδοι ἐς πολλὰ σύμφωνοι, circuitus ad multa conſoni vtiles ſunt. Vbi de alimenti puerorum motione, tum intra, tum extra vterum agitur. Sunt & περίοδοι ignis tres corporis facultatibus reſpondentes, libr. περὶ ἐνυπνίων (pagina 107. 25.) Aſtrorum quidem primus circuitus externus, per exteriora fertur, ſenſum motumq; à cerebro per neruos corpori per externa obiecta conferens, circuitus ſcilicet animalis facultatis, aſtrorum primi mobilis naturam referens. Quorum influxu inferiora omnia æthercam quandam vim concipiunt. Solis alter circuitus medius, tam internis quàm externis inſeruiẽs, vitali facultati proportione reſpondens, & vitam omnibus partib. è corde per arterias immittens, fouens & conſeruans, Solis, quẽ caloris vitalis authorem ferunt, motum obliquum in Zodiaco referens. Tertius circuitus Lunæ humidi matri reſpondet, & ad interiora ſeu interiores cauitates fertur, naturali facultati ſimilis, ex hepate & reliquo ventre alimentum in vniuerſum corpus per venas transfundens. Eoſdem triplices ignis circuitus eleganter explicat Hippocrat. lib. 1. περὶ διαίτης (p. 84. 26.) Lib. verò περὶ τροφῆς aptiſſimè adumbrauit, per ξύῤῥοιαν μίαν, Lunæ circuitum & naturalem facultatem exprimens, per ξύμπνοιαν μίαν, Solis circuitum & vitalem facultatem, per ξυμπάθειαν μίαν, aſtrorum & reliquorum fixorum ſyderum, circuitum, animali facultati ex cerebro reſpondentem.

Περιομφακώδης, circumcirca immaturus & crudus, de tumore dicitur, qui omni ex parte durus eſt, lib. 4. Epid. (p. 332.9)

Περίπατος, obambulatio, deambulatio, pro exercitatione ſumitur aphoriſm. 10. ſect. 3. libr. 6. Epid. ψυχῆς περίπατος φροντὶς ἀνθρώποισιν. Cura ac meditatio hominibus pro animi exercitatione eſt.

Περιπλέειν, circumfluitare, innatare, eſt nimio humore diffluere & delabi aut laxari, quod de faſciis dixit Hipp. (lib. de fract. (p. 531. 40.) quæ nimia cerati liquidi copia imbutæ diffluerent & elaxarentur. ὡς μὴ περιπλέῃ τὰ ἐπιδέσματα, ne deligamenta circumfluitent.

Περιπλευμονίη ἢ περιπνευμονίη pulmonis inflammatio dicitur, cum febre acuta, ſpirandi difficultate, thoracis grauitate, ſputo ſubcruento, & malarum rubore. Grauiſſimus ſanè affectus, & qui interdũ ex ſe oritur nullo præcedente affectu, interdum etiam diſtillationibus, tuſſi, anginę, aſthmati & pleuritidi ſuccedit. Aretæus c. 1. lib. 2. περὶ ὀξ. παθ. ἢ δ' ἐστὶν, ἣν καλέομεν περιπνευμονίην, φλεγμονὴ τοῦ πνεύμονος, ξὺν ὀξεῖ πυρετῷ, ἢν ξυνέωσι αὐτίκα βάρος τοῦ θώρηκος, ἀπονίη, ἢν μοῦνος φλεγμαίνῃ πνεύμων. Ea eſt quam Peripneumoniam Græci vocant, pulmonis inflammatio cum febre acuta, quam interdum thoracis grauitas comitatur, cum doloris carentia, ſi ſolus pulmo inflammationem ſentiat. Authori Definit. Med. (p. 397.41.) περιπνευμονία ἐστὶ φλεγμονὴ πνεύμονος μετὰ πυρετοῦ ὀξέος, καὶ δυσπνοίας, γίνεται δ' ἐπ' αὐτῇ καὶ ἐρευθῆ τὰ μῆλα. Peripneumonia eſt inflammatio pulmonis, cum febre acuta, & ſpirandi difficultate. In his qui eo morbo laborant, malæ quoq; rubræ fiunt. De ea agit Hippocrat. multis locis, pręcipuè verò libr. de loc. in homine (pag. 68. verſ. 4.) & libris de Morbis, vt lib. 1. (pag. 138.11) & lib. 2. (pag. 150.1. & lib. 3. (pag. 161. 42.) libr περὶ παθῶν (pag. 180. 29.) lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 191. 24.) vbi πλευμονίς dicitur, quæ Latinis Pulmonia. Libello περὶ κρισίμων (p. 389.22.) lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 106.31.) In Prognoſt. (pag. 149. 150. & 151.) Et Coac. Præn. (435. & 436. & 437.) vbi ξηροὶ περιπλευμονικοὶ dicuntur qui in Peripneumonia parũ aut nihil expuunt. περιπνευμονίας Celſus apud Hipp. Pulmonis dolores vertit, vt cap. 1. & 6. libr. 2. ex aphoriſm. 30. libr. 3. & Prognoſt. Interdum etiam pulmonum vitia, vt cap. 7. libr. 2. ex aph. 11. libr. 7. Idem verò cap. 7. libr. 4. morbum peripneumonicon vocat, vbi de eo ex profeſſo agit.

Περίπλυσις κοιλίης, alui proluuies aut proluuium dicitur Hippocrati, cùm aluus multis tenuibus & liqoidis diffluit ac veluti perluitur. περιπλύνω enim idem quod περικλύζω ſonat, quod eſt perluo aut circumluo. Cùm igitur aluus tenuia, liquida & cruenta affatim demittit, κοιλίης περίπλυσις ἐξέρυθρος dicitur Hippocr. in Prorrb. (pag. 168.56.) alui prærubra proluuies. Quod hepaticis accidit, hepatis imbecilla retentrice facultate & vitiata ſanguificatione. Id teſtatur Gal. in Com. vbi eam etiam dictionem his verbis explicat. περιπλύσεις δ' ὀνομάζει κοιλίας, τὰς τῶν λεπτῶν κατὰ τὴν σύστασιν ὑγρῶν διαχωρήσεις, ὥσπερ καὶ πλυνούσας τὴν ὑδατώδη κοιλίαν ἡμαγμένην, ἐπιχέει τὸ ὕδωρ. οὕτω δὲ καὶ χολώδης λέγεται περίπλυσις, ὅταν δ' αὖ ἐξ ὕδατος ἰχῶρος καὶ χολῆς ὀλίγης μιχθέντων, τοιοῦτον φαίνεται διαχωρούμενον. ἀῤῥωστίᾳ δὲ τῆς καθεκτικῆς δυνάμεως τοῦ ἥπατος, ὡς τὰ πολλὰ δὲ σὺν αὐτῇ καὶ τῆς αἱματοποιητικῆς τὸ σύμπτωμα τοῦτο γίνεται, τοῖς ἡμαγμένοις περιπλύμασιν ἀνάλογον. Alui autẽ proluuia appellat tenuiũ ſecundũ eſſentiã humiditatum deiectiones, veluti ſi quis aluũ ſanguine conſperſam affuſa aqua ablueriɩ. Sic etiam biliosa proluuies dicitur,

cùm

cùm quod excernitur tale apparet, quale ex aqua & pauca bile ſimul mixtis cõtingit. Ex imbecillitate autem hepatis retentricis facultatis, atque vt plurimùm cum ea ſanguificæ, hoc ſymptoma contingit, ſuperfluis quæ per vomitionem redduntur proportione reſpondens. In Coac. autem Præn. (p. 429.7.) κοιλίης περίπλυσις ὑπέρυθρος dicitur. Ac rurſus ibidem (p. 443.41.) ὑπέρυθρον ἐν περιπλύσει διαχώρημα, prærubrum in alui proluuie excrementum. Et in Prorrh. (p. 201.21.) ἄχολοι περιπλύσιες εὐηθέστεραι. nõ bilioſæ alui proluuies benigniores, vbi aluus liquida & aquoſa demittit. Et ὑποπεριπλυθεῖσα κοιλίη, aluus aliqua proluuie tentata, aliquo modo eluta, ibidem. Aretæus etiam in primis nobilis author cap. 5. lib. 1. περὶ ὀξ. in epilepſię remiſſione κοιλίης περίπλυσιν, alui proluuiem annotauit, h. e. præcipitem alui inanitionem & deiectionem quæ ſponte fertur.

Περιποδίην Gal. in Exeg. vocum Hip. τὴν ἐν κύκλῳ ὑπὸ πόδας οὖσαν καὶ κάτω exponit, h. e. circularem ſub pedibus & infra exiſtentem. Qui locus quonam referatur, non planè mihi conſtat. Videtur tamen τὴν ἐπίδεσιν intelligere & deligationem quæ pedi accõmodetur, qualem περὶ τὸν πόδα περιβαλλομένην vocat libr. de fract. (p. 545.46.) calcis deligationem catagmaticam, aut qualẽ pedi luxato ad directionem ſupponi velit, vt quæ pedi optimè quadret. περὶ πόδα enim dici ſcribit Heſychius τὸ ἁρμόζον, quod optimè quadrat & conuenit, velut pedi calceus, ſumpta inde trãſlatione. Idem περίποδας ἀντὶ τοῦ ἁρμόζοντος ſumi teſtatur, & περὶ πόδα τὸ ἡρμοσμένον exponit, ἀπὸ τῶν ὑποδημάτων. Et Pollux libr. 7. cap. 21. περίποδα dici ſcribit ὑποδήματα ἁρμόζοντα. Ac certè ſuſpicor huius vocis explicationem apud Gal. apponi, tanquam variæ cuiuſdam lectionis apud Hip. adſcriptionem & expoſitionem. Cuius generis eſt ferè totius Exegeſeως Galeni maxima pars, vt cuiuis penè conſtat.

Περίπτωσις, caſum aut fortuitam occaſionem ſignificat, eſtque vox Empiricis propria, qua indicabant occaſionem fortuitam, ex qua morborum remedia depromerẽtur, in quæ ex improuiſo incidiſſent, eſtq; vna Empirices ſpecies Gal. in Iſagog. ad ſectas (p. 10.32) Hip. ἐν παραγγελίαις (p. 17.13.) eam dictionem vſurpat, cũ λογισμὸν laudat, h. e. eã ratiocinationem ἥτις ἐκ περιπτώσιος ποιέεται τὴν ἀρχὴν, quę ex ſenſata aut fortuita occaſione principiũ ſumit, hoc eſt, ex his quæ ipſo ſenſu vera eſſe deprehẽduntur & per inductionem colliguntur. Rurſusq; ibid. (v. 29.) προσέχειν οὖν δεῖ περιπτώσει τι τὸν νοῦν ἐπιτροπέοι. animum igitur adhibere oportet occaſioni fortuitæ, quæ plærunque ſe offert. Eſt & περιπίπτειν ἰατροῖς, in medicos incidere, medicis ſe committere, & curandum ſe exhibere, libr. περὶ τέχνης (p. 3.45.) εἰ γὰρ ἠπίσταντο, ἵνα ἂν περιέπιπτον αὐτοῖς. Si nanque certò ſcirent, ipſis ſe non committerẽt. Quod ad Medicos refert Cornarius, cùm non malè de morbis dicatur. Sic lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 5.30.) πόνοισί τε ἰσχυροῖσι & νούσοισι περιπίπτοντες, & δι' ὀλίγου θνήσκοντες, grauibus doloribus & morbis obnoxii, ex quibus breui morerentur.

Περιπύημα circumcirca pus collectum. libr. 4. Epid. (p. 334.13.) circum dentes ſuppurationem factam ſignificat.

Περίρρεψις eſt vinculi inclinatio, propenſio, & circumcirca declinatio, cùm in alteram partem vinculum deuergit aut declinat. li. κατ' ἰητρεῖον (p. 690.45.) μηδὲ περίρρεψιν, neque vinculi in alteram partem propenſionem afferat. Vbi ſcribit Gal. ἡ δὲ περίρρεψις, ἀπὸ τοῦ περιρρέπειν ἐπὶ θάτερον μέρος, ἤτοι τὸ δεξιὸν, ἢ τὸ ἀριστερὸν ὅλην τὴν ἐπίδεσιν ὀνομάζει. ἔστι δὲ αὕτη περιρρέπουσα, ἀμετρία τοῦ πλήθους αὐτῶν γίνεται. περίρρεψις autem quaſi deuerſionem dicas, quòd in alteram partem, vel dextram, vel ſiniſtram, tota deligatio declinet, nominatur. Id quod fit ex immoderata faſciarum copia.

Περιρρηδὴς in vtranque partem reflexum, inflexum, aut perfractum, vel vtrinq; recuruum dicitur Hippocrati lib. de art. (p. 598.14.) ὡς περιρρηδὲς εἴη τὸ στῆθος ὡς μάλιστα, quò pectus q̃ maximè in vtranq; partem reflectatur. Vbi Gal. περικεκλασμένον exponit, velut in Exegeſi περικεκλασμένον ἐφ' ἑκάτερα, vtrinque perfractum. Erotianus verò ἑκατέρωθεν ἐγκεκλασμένον μηνοειδῶς· ἔνιοι δὲ περιφερές. h. e. vtrinque inflexum lunę in modum, quidam etiam rotundum. Sed nõ dubium eſt apud Erot. vitium, cùm περιδὲς pro περιρρηδὴς legatur. Eã autem dictionem Gal. com. in lib. de art. ex Hom. adfert, Od. χ. (v. 84.) verùm deprauatè. Sic enim legitur, περιρρηδὴς δὲ τραπέζῃ Κάππεσε δινηθείς. Vbi περιρρηδὴς exponitur ἐρραντισμένος, aut περιρραινόμενος, circũquaq; aſperſus. Scholiaſtę verò περικλαδὴς ἢ περιρραγὴς, vt ſit περιρρηδὴς quaſi περιρρηγὴς pro περιρραγὴς, à περιρρήγω. Quibuſdam etiam περιρρυεὶς aut περιφερὴς exponitur, vt idem annotat Schol. tuncque περιρρυδὴς ferri poteſt, quomodo ſcribitur apud Heſychium. Verùm περιρρηδὴς malim cùm eidem περικεκλασμένος exponatur. Malè quoq; apud Varinum περιρρυδὴς ſcribitur pro περιρρηδὴς. Eãdem quoq; dictionem vſurpat Hipp. lib. 2. περὶ γυν. (p. 279.43.) ὡς μὴ περιρρηδὲς ᾖ τὸ σῶμα. Vbi περιρρηδὲς τὸ ἐρραντισμένον, h. e. circunquaq; aſperſum, aut circunquaque irrigatũ, aut vnguento madens & diffluens corpus ſignificare poteſt: etſi corpus quod in alterutram partem delabitur ſumunt interpretes, in eamque cauſam veſtes laneas aut lineas molles coxis ſupponendas monet Hippocrates.

Περιρρήξιες τῶν σωμάτων, corporis abruptiones quæ circuncirca fiunt, cùm oſſa corrupta & ſyderata, aut carnes emortuæ circuncirca abrumpuntur, libr. de art. (p. 650.21.) & Mochlico (p. 510.17.)

Περίρροιαι ſignificant Hippocrati circunfluos humorum effluxus, cùm ex vniuerſo corporis ambitu affluentes humores in alueos & cauitates idoneas ad repurgationẽ, velut per emiſſaria quædam deponuntur, atq; ita totum corpus ſuperfluis humoribus, modò

per aluum, modò per veſicam aut renes, interdum etiam per vomitum, atque alia corporis effluuia eluunt, ac veluti per ἀκαρίοις repurgāt. Has χωνείας κατ' ἄκρων vocare videtur Hipp. Lib. 1. Epid. (p. 358. 54.) περιῤῥοίας μετὰ πόνου χολώδεας, ξυσματώδεας, πυώδεας καὶ στραγγουριώδεας dicuntur circunflui non ſine dolore humorum affluxus biliosi, ſtrigmētoſi, purulenti, & qui vrinæ difficultatem facerent. Vbi περιῤῥοίας ſumere videtur Hipp. pro his humorum alluuionibus quę per veſicam & renes totum corpus expurgant, & morborum moleſtiam alleuant, cùm aliôqui περίῤῥοος ſignificet Hip. circunfluum humorum affluxum, qui per aluum erumpit. Sic lib. 1. Epid. ægr. 4. πολλὰ διῆλθε μετὰ περιῤῥόου χολώδεος. multa prodierunt cum bilioſo affluxu. Et ægr. 16. li. 3. poſt ſt. peſt. κοιλίη δὲ καὶ τούτῳ πολλὰ κόπρανα διῆλθε, σὺν περιῤῥόῳ πολλῷ. Aluus ſtercora multa demiſit cum magno humorum affluxu. Quo nomine vndiq; delatorum humorum eruptionem per inteſtina factam, & effluxionis impetum per aluum effuſum ſignificat. Et lib. 7. Epid. (p. 363. 30.) ὑγρὸς περίῤῥοος eſt humidus humorum affluxus, cùm bilioſa plurima per ſeceſſus effluunt. In Co. Præn. (p. 444. 40.) ἐν περιῤῥόῳ dicitur, in circunfluo humorum affluxu. Quo nomine defluxionem ex toto corpore in aluum ſecedentem intelligit. Velut libr. περὶ χυμῶν (p. 114. 41.) ὅσα περιῤῥεῖ ſunt recrementa corporis quæ circunquaq; confluunt. Aliôqui περιῤῥεῖν defluere & decidere indicat, vt li. 3. Epid. in ſt. peſt. (p. 421. 49.) πολλοῖσι μὲν γὰρ βραχίων καὶ πῆχυς ὅλος περιεῤῥύη. Multis ſiquidē brachium ac cubitus totus defluebat, h. e. decidebat, aut prolabebatur.

Περισκελὲς φάρμακον, medicamentum durum, aſperum, moleſtum, mordicans, irritans, non blandum. Lib. de vlcer. (p. 512. 44.) ἀλλὰ ξηρὸν εἴη ὡς μάλιστα φαρμάκῳ μὴ περισκελεῖ. ſed quā maximè ſiccet, medicamento non moleſto. μὴ δάκνοντι, μήτ' ἐρεθίζοντι σφοδρῶς. non mordaci, non valdè irritante, exponit Gal. lib. 2. ad Glauconē (p. 210. 57.) vt monuimus noſtris in lib. de vlcer. Annot. Rurſus lib. 2. περὶ γυν. (p. 283. 5.) καὶ προσθέτοισι μὴ περισκελέσι, καὶ καθαρτικοῖσι. vbi ſubditiriis medicamētis non moleſtis aut aſperis, aut grauibus, ſed leuibus, ad purgandum vterum vti iubet. Περισκελέες αἱ ὀδύναι, dicuntur dolores graues & fortes ab interpretibus, lib. περὶ κρισίων (pag. 387. 28.) Verùm locus non parum mihi ſuſpectus eſt, & περὶ σκέλεα legendum videtur ex Coac. Pr. (p. 432. 34.) vt noſtris in eum locum Coacorum Præſagiorū Annot. adſcripſimus. Etſi περισκελὴς Heſychio σκληρὸς, δυσχερὴς exponitur, durus intractabilis, præfractus, prædurus. Sic περισκελέες φρένες, præfracta mens, prædurū pectus, qđ nullis verbis aut precibus emollitur aut flectitur.

Περίσκληρα φύματα, circunquaq; dura tubercula, & in ambitu dura, aphor. 12. ſect. 1. lib. 6. Epid. Vbi ſcribit Gal. in com. ὀνομάζει δὲ περίσκληρα τὰ τὸ μὲν μέσον ἑαυτῶν ἔχοντα μαλακὸν καὶ διαπυίσκον, ὅσον δὲ ἐν κύκλῳ τούτῳ σκληρὸν καὶ δυσέκπυον, ἢ ὅλως ἀνέκπυον. Circunquaque dura verò vocat quæ in medio eorum mollia ſunt, & ad ſuppurationem tendunt, quod autem eſt in ambitu durū & ægrè aut nequaquam ad ſuppurationem tendit. τὸ ψυχρὸν δέρμα περισκληρύνει, frigidum cutem durat, obdurat. σκληρὸν ἐργάζεται explicat Gal. com. ad aphor. 20. libr. 5. Quod repetitur lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p. 114. 9.)

Περισσὴ ἡμέρη dies impar dicitur Hippocrati, cui ἄρτιος opponitur, aph. 61. lib. 4. ἢν μὴ ἐν περισσῇσιν ἡμέρῃσιν ἀφῇ ὁ πυρετὸς, ὑποστρέφειν εἴωθε. Niſi diebus imparibus febris dimiſerit, ferè reuerti ſolet. Rurſus libello περὶ κρισίων (pag. 387. 8.) ὑποστρέφει δὲ καὶ τρὶς πυρετὸς ἢν μὴ περισσῇ ἡμέρῃ ἀφῇ. Ter repetere febris ſolet, niſi die impari dimiſerit. Libr. 4. de Morb. (p. 171. 29.) ἢν δὲ μεθῇ τὸ πῦρ ἐν τῇσι περισσῇσι τῶν ἡμερέων, καὶ ὑγιὴς γίνεται ὁ ἄνθρωπος, καὶ θνήσκει. Si febris diebus imparibus dimiſerit, tum quis ſanus euadit, tum etiam moritur. ἡ περισσὴ ἡμέρη, γονίμη vocatur lib. 2. Epid. (p. 317. 39.) & κρίσιμος in Progn. & Coac. Prænot. Et Gal. com. in aph. ſupra adſcriptum ἐν κρισίμῃσιν ἡμέρῃσιν legere mauult quàm περισσῇσιν.

Περίσσωσις ſuperuacaneam copiam & materiam, aut redundantiam, ac ſuperfluam plenitudinem ſignificat, aphor. 16. lib. 6. Epid. ſect. 5. περισσώσιος σημεῖον, ſuperuacaneā quandam copiam redundare indicat, ſalſus humor linguæ imbutus. Redundantis enim in corpore ſalſuginoſi cuiuſdam humoris notam prǽſefert.

Περιστέλλειν eſt contegere, obuoluere, cooperire, circuncirca inuoluere, & amiculis contegere. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 99. 42) ad calorem augendum & coctionem iuuandam corpus quieſcere iubet ἀλείφοντα καὶ περιστέλλοντα ὁμαλῶς, vngentem & corpus æqualiter contegentem, aut veſtimentis obuoluentem. Sic περιστέλλεσθαι eſt pannis contegi & conuolui, ac de extremorum & tanta corporis perfrictione dicitur Hippocrati, vt calidi innati depopulatio aut pernicies immineat, vt ſcribit Gal. libr. 3. περὶ δυσπνοίας (p. 196. 40.) Idem etiam in Exeg. περιστέλλειν exponit apud Hippocr. ὡς περιεσταλκὼς ἑαυτὸν ἐσκέπετο. hoc eſt, amiculis aut indumentis ſeſe contegebat. Quod legitur lib. 2. Epid. (pag. 313. 39.) & ægr. 3. libr. 3. Epid. ac rurſus ægr. 15. libr. 3. Epid. poſt ſt. peſt. αἰεὶ περιεστέλλετο. ſemper pannis contegebatur. Περιεσταλμένη ὑστέρη ἀμφὶ τὸ ἔμβρυον, vterus circa fœtum obuolutus, aut circuncirca inuolutus, hoc eſt, fœtum comprehendens & complexus dicitur lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 241. 44.) Eſt & περιστολὴ amictus compoſitus, lib. περὶ εὐσχημοσύνης (p. 16. 20.) cuius meminiſſe vult Medicum in ingreſſu ad ægrum.

Περιτρέφεσθαι quod eſt circunuolui, περιπήγνυσθαι circumconcreſcere explicat. Gal. com. 3. in Prorrh. (p. 216. 30.) & ex Homero, περιτρέφετο κρύσταλλος, περιπήγνυτο).

Περισφάλλεσθαι eſt oberrare, elabi, circumuagari,

lib.

lib. de art. (p. 584.10) περισφάλλεσθαι τὸ σῶμα κίνδυνος, ἢ τῇ, ἢ τῇ. periclitatur corpus ne in hanc vel in illam partem oberret, elabatur. Vnde περίσφαλσις dicitur circumactus, circumuagatio, oberratio, circũductio. Vnus reponendi articuli modus, cùm oberrãdo & circunducendo articulus luxatus reponitur, vbi præcipuè cõmiſſura laxa eſt, & acetabulum exiguum labrum habet, quod fieri cõſueuit in humeri & coxæ capite, cùm excidit & reponitur. Quia n. paruo momento caput vel in ipſam dearticulationem vel extra delabitur, id circumagendo aut circumoberrando & κατὰ περίσφαλσιν fieri dicitur, vt ſcribit Gal. com. 1. in lib. de art. (p. 581, 27.) & com. 4. (p. 655. 9.) ἀμφίσφαλσιν ibidem vocat Hip. (p. 654. 47.) Paulus Ægineta περιστροφὴν & περιφέρησιν, cap. 118. libr. 6. vt quidam apud eum legunt, ſed περίσφαλσιν malim. Dicitur & ἐκ περισφάλσιος ἐμβολή, cubiti luxati repoſitio, cũ oberrando & circunducendo reponitur, li. de art. (p. 599. 11) & in Mochlico (p. 507. 37.)

Περίτασις circuntenſio, vt περίτασις κοιλίης, aluus circuntenſa, in Coac. Prænot. (p. 444. 6.) & Prorrh. (pag. 202. 2.) Περίτασις προσώπου, faciei circuntenſio, in ardore & reſiccatione, cui iungitur σύμπτωσις, contractio & collapſio, lib. 4. Epid. (p. 332. 34.) Etſi publicata exemplaria περίθλιψις habēt, quæ θλῖψιν anguſtiam & afflictionem ſignificare poteſt, ſed περίτασις malim, vt in Coac. loco ſupra adducto. περίτασις δ' δέρματος τοῦ σώματος, cutis corporis circuntēſa. Lib. ēt 4. Epid. (p. 334. 23.)

Περιτατὸς, περιτεταμένον, apud Hip. exponit Erot. hoc eſt, circuntentum. περιτατὸς valdè tētus, contentiſſimus & rigidiſſimus dicitur. Lib. de art. (p. 620. 25.) περιτατέος γενομένου ἑωυτοῦ τοῦ δέρματος ᾗ τὸ τρῶμα, cùm ea parte qua vulnus contigit, cutis circuntēta ſit. Atq; haud ſcio num apud Erot. περιτατὸς & περιτεταμένον legendum ſit.

Περίτηξις μυξώδης, mucoſa eliquatio, cùm in hydrope ex ilib⁹, alui fluor diuturnus eſt, cruda & mucoſa non ſine morſu egerēs. Quod fit propter inteſtinorum, ieiuni, ventriculi, & meſenterii inflãmationem, ex qua iecur ipſum in conſenſionem trahitur, & ad hydropem res deuenit. In quo cruda & incocta alimenta velut onere grauãtia deiiciuntur, quæ ex bilis copia & phlegmones ardore corrupta, morſum & roſionem inferunt, naturamq; ad excretionem irritant, & profluuii habent diuturnitatē. Cùm verò neq; dolorem lenent, neq; tumorem, ſed cũ dolore & morſu excernãtur, rectè περίτηξιν vocat Hipp. velut eroſionem quandam & ex morſu eliquationem. In Coac. Pr. (p. 438. 47.) οἷσιν ἐκ τινος ἀῤῥωστίης ἐς ὕδρωπα περιίσταται, τούτοισι κοιλίαι ξηραὶ αἰγοκοπρώδεες ὑποχωρέουσι μετὰ περιτήξιος μυξώδεος. Quos ex aliqua ægritudine hydrops circunuenit, iis aluus reſiccata caprinis ſtercorib. ſimilia deiicit, cũ mucoſa eliquatione.

Περιτόναιον aut περιτόνεον dicitur mēbrana totum ventrem inferiorem cingens & continens. Cùm enim huic toti obtendatur eumque contineat, inde nomen accepit. Abdomen Celſus vocat cap. 1. li. 4. cùm ſcribit: Ipſa aũt ilia inter coxas & pubem imo ventre poſita ſunt, à quibus ac pube abdomē ſurſum verſus ad præcordia peruenit, ab exteriore parte euidenti cute, ab interiore læui mēbrana incluſum, quæ omento iungitur, περιτόναιος aũt à Græcis nominatur. Quibuſdam etiam aqualiculus vocatur. Iul. Pollux περιτόναιον tunicam eſſe ſcribit à renibus totum ventrem inferiorem & inteſtina, continentem. ὁ δὲ ἀπὸ τῶν νεφρῶν ἐπὶ πάντα τὰ ἔντερα χαλάσματος χιτὼν, περιτόναιον καλεῖται. Idemq; rurſus lib. 2. καλεῖται δέ τις καὶ περιτόναιος ὑμὴν, περὶ τοῦ ὑπογαστρίου συμπεφυκὼς, καὶ περιλαμβάνων κοιλίαν καὶ ἔντερα, καὶ πάντα τὰ ἀπὸ διαφράγματος ἄχρι μέχρι ἐπισείου. Rufus verò ἐν τῷ περὶ ἀνθρώπ. μορ. καὶ ὁ ἀπὸ τῶν νεφρῶν περὶ πάντα τὰ ἔντερα χιτὼν τεινόμενος, περιτόναιον. Hippocr. lib. 7. Epid. (pag. 356. 18.) περιτόναια in plurali dixit. σφόδρα συνεπληρώθη, καὶ ὄσχεον, καὶ σκέλεα, καὶ περιτόναια. valde oppletum eſt ſcrotum, crura & abdomen.

Περίττωμα corporis recrementum ſignificat, & quicquid in corpore eſt ſuperfluum & ex nutritione redundat, in alēdo corpore non aſſimilatum, nec confectum. Quod ſcribit Gal. li. 1. Salub. (p. 221. 31) πᾶν τοῦτο τὸ μὴ κατεργασθὲν ἀκριβῶς μηδ' ἐξομοιωθὲν ἔτι προσφύεται τοῦ σώματος, καὶ ὡς περιττὸν εἰλεῖται κατὰ τὰς ἐνδοτέρω εὐρυχωρίας, ὅθεν περ αὐτῷ καὶ τοὔνομα πρὸς τῶν ἔμπροσθεν ὀρθῶς ἐτέθη περίττωμα. In quo opere ſi quid nec confectum, nec prorſus aſſimilatum eſt, id corpori nec adnaſcitur accreſcitue, & per ipſius laxiora intus ſpatia tanquã ſuperuacaneum errat, vnde nomen quoq; rectè à maioribus ei rei περίττωμα Græcè eſt inditum.

Περιτυχεῖν ἰητρείῃ, eſt fortuitò in medicinam incidere, hoc eſt, fœliciter & ſucceſſu optimo, fortuitò tamen, opus factitare medicum. Quod de iis dicitur, qui abſq; vllius Medici opera curati ſunt, & fortuitò medicinã experti ſunt. Lib. περὶ τέχνης (p. 1. 43.) δοκέει δέ μοι οὐδ' ἂν τοῦτο ἰδεῖν μὴ χρωμένους ἰητρείῃ περιτυχεῖν. videtur autem mihi fieri poſſe, vt & qui medicis non vtuntur, in medicinam incidant. Et rurſus, ἀλλ' ὡς τ' ἂν ἐπιτύχωσι τοιαύτῃ θεραπεύσαντες ἑωυτούς. ſed quia cõtigit ipſis eadem curatio. Vbi ἐπιτύχωσι habent exemplaria manu ſcripta Regia, hoc ſenſu, ſed quia inciderunt in idem curationis genus, aut, fortuitò idem curationis genus offertur.

Περιφορέειν ὁδοιπορέειν, eſt ambulare crus circunuoluendo aut circumagēdo, h. e. in orbem transferendo & circunducendo. Quod iis accidit, quibus femoris caput coxa excidit, quiq; ad inguen dearticulationem flectere nequeunt. Ii n. ambulationem exteriorem in partem circunferunt, aut circumagendo transferunt, velut boues. κυκλοτερῶς περιφέρειν, aut κυκλοτερῶς καταφέρειν, aut ἔξω περιφέρειν, exponit Gal. com. 3. in li. de art. (p. 627.) &, τὸ σκέλος ἐκβάλλειν κατὰ τὴν ἔξω χώραν, qđ eſt crus circũferre & circũagere, exteriorē in partē adducendo conuertere. In Mochl. (p. 508. 13.) ὁδοιπορέουσι δὲ περιφορέοντες ὡς βόες, crus aũt circumagendo

aut circunducendo ambulant, velut boues. Et lib. de art. (p.627.10.) ἢ τι ἐδύναντο περιφορέειν τὸ σκέλος, ὥσπερ τοῖς βουσὶ γίνεται. in crus circunducendo ambulant, velut boues.

Περίχολα διαχωρήματα ſunt alui excrementa circunbilioſa, hoc eſt bile circunfuſa & reſperſa. In Prorrh. (p.187.19.) vbi Gal. exponit, τὰ πέριξ αὐτῶν ἔχοντα χολὴν τῇ συστάσει λεπτήν. h.e. in ambitu tenui bile reſperſa. Eiuſmodi autem deiectiones περιχόλους dici ſcribit, id eſt in ambitu & ſuperficie coloratas. Idem verò in vrinis τὸ περίχολον aliud ſignificare vult, nempe abunde bilioſum. ἀκούομεν δὲ ἐπὶ τῶν οὔρων τὸ περίχολον διαλεχθῆναι ἐστὶν, αὐτὸ τὸ περιττῶς χολῶδες. Rurſus in Coac. Prænot. (p.443.23) περίχολον διαχώρημα ἀφρῶδες, circũbilioſum & ſpumans alui recrementum dicitur, quod eſt in ambitu bilioſum, & caloris copiam indicat. Et iterum ibid. (v.30.)

Περίχυδα circunfuſo humore aut circuncirca affuſo, & eſt aduerbium, quo vtitur Hipp. lib. περὶ παθῶν (p.188.11.) τὰ ἄλφιτα τῶν κριθῶν ἀποβρέχων περίχυδα ἐπτισμένων, hoc eſt, polenta ex bordeo circũcirca aſperſo & decorticato, aut bordeo humore circũcirca affuſo piſto & pinſito. Qđ hordeum perfuſum & non madefactum dicitur, cui αἱ κριθαὶ βεβρεγμέναι, opponuntur, hordeum bumore maceratum & madefactum.

Περίψυξις perfrictionem ſignificat, interdumque totius corporis, interdum etiam extremorum corporis, cùm ſumma cutis planities, aut corporis extrema circuncirca perfrigerantur. Galen. com.3. in Prorrh. (p.211.29.) περιψύξεως δὲ ἡ μὲν ἐν τοῖς ἄκροις γίνεται, ἡ δὲ καθ' ὅλον τὸ σῶμα, χαλεπωτέρα δηλονότι περίψυξις ἐστὶν ἡ καθ' ὅλον τὸ σῶμα. Cùm verò ſit perfrictio quædam extremorum, quædam etiam totius corporis, maiorem ſanè moleſtiam ea exhibet, quę circa totum corpus contingit. Et rurſus ibidem (v.48.) καθάπερ γε ἡ περίψυξις δυσεκθέρμαντος, ἢ ὅλου τοῦ σώματος, ἢ τῶν ἀκρωτηρίων μόνον. velut equidem perfrictio aut totius corporis, aut extremorum tãtùm, quæ ægrè ad calorem reuocatur. Quod effecit vt τὰ περιψυχόμενα, cum totius corporis perfrictione verterimus, in Prorrh. (p.211.25.) At rurſus ibid. (p.213.16.) ἐν κρισίμοις περιψύξεσι. in perfrictionibus totius corporis, quæ die iudicatorio contingunt. Et in Coac. Pr. (p.424.34.) οἱ ἐκ ῥίγεος περιψυχόμενοι, qui ex rigore corporis perfrictione detinentur. Sic περιψύχεσθαι & περίψυξις de extremorum perfrictione dicitur Hippocrati, vt ægr.3. lib.1. Epid. ἑβδόμῃ περιέψυξεν. ſeptimo corporis ſumma perfrixerunt. Et ægr.1. & 2. libr.3. poſt ſt. peſt. περιέψυξε μὲν, ταχὺ δὲ πάλιν ἀνεθερμάνθη. Corporis quidem ſumma perfrixerunt, ſed mox recaluit. Quam extremorum perfrictionem περίψυξιν attribuit Gal. cap. 2. lib. περὶ κωμάτων, eiq; τὸ ἀναθερμαίνεσθαι opponi ſcribit. Quæ phraſis crebra eſt apud Hip. Dicitur & περιψυχθεὶς πυρετὸς febris perfrigerata, in qua corporis extrema perfrigerantur, & interna calor depaſcitur, vbi circunfrigent ægri. In Prorrh. (p.173.12.) τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα καύματα ἐν ὑποχονδρίῳ, πυρετοῦ περιψυχθέντος. Relicti in præcordiis æſtus cũ febre perfrigerata. Et rurſus ibid. (p.207.33.) περιψύχοντα ἐν ἀπύροις, ſummi totius corporis perfrictiones non ſine febre. Quæ Gal. exponit, καθ' ὃ αὐτὸς ἐπιφάνειαι περιψύχονται, διὰ βάθους δὲ τοῦ σώματος αἴσθησιν ἔχοντα πυρώδους θερμασίας. Perfrictiones exterioris corporis ſuperficiei, intus autem febrilis caloris ſenſum babentes. Rurſusque ibid. (p.189.54.) ὁκόσα ἐν κρισίμοις ἀλυσμῷ ἀνιδρῶτι περιψύχεται, ſummi totius corporis perfrictiones, quæ in diebus iudicatoriis cum angore & corporis inquietudine citra ſudorem fiunt. Areteus etiam περίψυξιν pro extremorum perfrictione vſurpauit cap.6. lib.1. curat. acut. in Tetano.

Περιωδυνίη vebementem & circuntenſum partis dolorem interdum ſignificat apud Hip. queadmodum ὠτὸς περιωδυνίην, grauiſſimos aurium dolores diximus lib.2. Epid. (p.318.33) Et περιωδυνίη de vehementi ac acerbo capitis dolore dicitur lib. περὶ παθῶν (p.179.27. & 28.) οἶνον δὲ μὴ προσφέρειν, ἕως ἂν ἡ περιωδυνίη παύσηται. ὁ γὰρ οἶνος ὅταν θερμαίνων ἡ κεφαλὴ σπάσει, ἡ περιωδυνίη ἰσχυροτέρη γίνεται. Vinum non offeratur donec dolor conquieuit. Cùm enim caput calidum effectum vinum attraxerit, vehementior dolor euadit. Sic κεφαλὴν πονέοντα καὶ περιωδυνέοντα, capite dolentẽ & vebementer laborantem interpretantur, aph.10. lib.6. Et περιωδυνέων de capitis dolore vehementer vexato dicitur li.3. de Morb. (p.158.40.) vt & περιωδυνίῃ lib.4. Epid. (p.336.10 & 12.) Et lib.5. Epid. (p.338.4.) περιωδυνίαι ἰσχυραὶ, de vehemẽti muliebrium locorum dolore dicitur, vt & ibid. (v.44.) de vehementiſſimis totius corporis doloribus. Sic περιωδυνώδης de vehementi hepatis dolore effertur aph. 52. lib.7. & Galen. σφοδρῶς ὀδυνώδης exponit. Rurſus in Coac. Præn. (p.438.2.) ὅσοισιν ἧπαρ ἰσχυρῶς περιωδυνέει, quibus hepar vebementer dolet, diximus. περιωδυνίας σφοδρὰς oculorum intenſiſſimos dolores, oculum totum ambientes vocat Gal. libr. τῶν τόπων (pag. 477.4.) & ad Solonem (p.439.11.) de aurium doloribus περιωδυνίας dicit, vt & Hip. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.117.22.) de oculorum doloribus περιωδυνίας & τοὺς περιωδυνέοντας, oculos dolentes. Et rurſus ib. (p.107.17.) τῶν φρενῶν περιωδυνίαι ſepti tranſuerſi dolores dicuntur. Rurſusq; (p.92.57. & 95.1.) ὑπὲρ φρενῶν περιωδυνίας, ſupra ſeptum trãſuerſum dolores, & ἥπατος περιωδυνίας, iocinoris dolores. Et περιώδυνος dolore vexatus, ibid. (p.107.55.) πλευρὸν ἀλγέοντι ἐν ἀρχῇσι περιωδυνέων ἐόντι. Latus dolenti inter initia dum dolor vexat.

Περκνὸν apud Hipp. atrum & nigrum ſignificat, lib. de cap. vulner. (pag.450.45.) vbi de oſſe per inflammationem corrupto & viriato ſcribitur, ἐγίνετο περκνὸν, & nigrum euadit. Sic περκνὸν μέλαν exponit Erotianus, hoc ſub indicato locó Heſychius ψαρὸν ἢ ποικίλον, varium & variis notis diſtinctum. Eidem etiam περκνὸς μέλας & γλαυκὸς exponitur, vt & Sudæ

Sudæ & Varino, μέλαν καταστικτος, qui variis notis diſtinctus eſt. Quidã περκνὸν accipi volunt quod μορφνὸν apud Homerum dicitur. Verùm Ariſt. hiſt. anim. lib. 9. cap. 32. inter μορφνὸν αἰετὸν & μέλανα diſtinguere videtur. Ex quo apud Plinium libr. 10. cap. 3. inter aquilarum genera, περκνὸν nigrũ exponi videtur. Vnde & περκάζειν ductum eſt, quod de vuis nigreſcentibus vbi pingi & maturẽſcere incipiũt dicitur. Quod rectius à πέρκος manare videtur. Quidam autem apud Hipp. τραχὺν, hoc eſt aſperum, pro περκνὸν legunt. At verò inde manifeſtum eſſe vitium deprehenditur in Exeg. vocum Hip. apud Gal. cùm περκναί, μελαίνουσι, πελιδνοῦσι, hoc eſt nigreſcentes, liueſcentes exponitur, cùm περκναὶ leg. ſit, vt habent quædam exemplaria, aut περκνοὶ, & μελαίνουσι & πελιδνοῦσι, hoc eſt nigreſcens & liueſcẽs, pro quo malè περκνὸν legiſſe videtur Gorrhæus. Ac ſi mihi coniectura in re tam arbitraria vti licet, exiſtimo Galenum περκναὶ pro πελιδναὶ legiſſe, lib. περὶ αἱμορῥοΐδων (p. 520. 18.) cum de hæmorrhoidibus ſcribitur, ὑπερέχουσι γὰρ ἐς τὸ ἔσω τοῦ ἀρχοῦ ὥσπερ ῥάγες πελιδναί. interiore enim ani parte extant, velut acini vuę liueſcentes. Huic enim loco aptiſſimè conuenire hæc lectio & Gal. expoſitio poteſt.

Περνὰς Erot. apud Hipp. πωλῶν exponit, h. e. vendens, aut venum exportans, adducto Homeri teſtimonio ex Il. χ. (v. 45.) κτείνων καὶ περνὰς νήσων ἔπι τηλεδαπάων, interficiens & vendens inſulas in remotiſſimas. Participium à περνάω vel πέρνημι, quod ſignificat vendo, vel in aliam longinquam regionem venum exporto. περάω, vt περάω, πέραν που καὶ μακρὰν τῆς οἰκείας πωλῶ, venum exporto. περνὰς πιπράσκων exponit Schol. apud Hom. Et Heſych. περνᾷ ἐμπωλεῖ, & πέρνησι, πωλεῖ.

Περόνη Gal. in Exeg. exponit apud Hipp. ποτὲ μὲν ὅλον τοῦ κώλου, ποτὲ δὲ ἐπίφυσιν ὀστοῦ, ποτὲ δὲ ἐπιφύσεως ἐπανάστασιν. hoc eſt, interdum quidem os totum membri, interdum verò quod oſſi adnaſcitur, quandoque etiam eius extuberantiam. At verò totum artus os dupliciter indicat apud Hippocratem. Nam interdum pro exteriore oſſe tibiæ, quod ſuram, aut fibulam appellant, ſumitur. Eſt vbi etiam radium, qui cubito in brachio iungitur, ſignificat, vt lib. de loc. in homine, (p. 65. 16.) κάτω μὲν περόνη ἤρθρωται). infra quidem radio coarticulatæ ſunt. Et (v. 17.) ἄνω δὲ σμικρὸν τῆς περόνης ἐς τὸν ἀγκῶνα. ſupra autem radium paululum in cubiti gibbum. Et (v. 18.) τό, τε ὀστέον καὶ ἡ περόνη τὸ αὐτὸ συμβάλλοντα, ἄρθρον ἐν τῷ ἀγκῶνι ποιεῖ. tum os, tum radius in idem commiſſa, articulum in cubiti gibbo faciunt. Et (v. 22.) αὐταὶ ἀμφότεραι ξυμβάλλουσι πρὸς τὴν περόνην. ipſæ vtræq; commiſſæ ad radium. Et (v. 23.) καὶ περόνην χαλινωμένην ποιοῦσι. & radiũ appellatum faciunt. Pro fibula verò περόνην vſurpat Hip. lib. περὶ ὀστέων φύσ. (p. 59. 9.) τὰ μὲν ἐς σάρκας, τὰ δὲ ἐς τὴν περόνην, ἐς τὸν μέγαν δάκτυλον. partim in carnes, partim in fibulam, in magnum digitum. Et rurſus (v. 2.) τὸ δὲ ἐς περόνην. alius in fibulam. Et lib. de art. (p. 642. 42.) ἀντωθεῖται δὲ ἐς τὸ ἔξω μέρος τὸ τῆς περόνης, τὸ κατ' αὐτὴν τὴν ἴξιν. cõtra verò os fibulæ è directo in exteriorem partem repellatur. Vbi tamen πτέρνης, nõ περόνης, cum Gal. & interpretibus leg. diximus, & os calcis vertimus. Et Gal. in com. os tibiæ exterius περόνην Hippocrati dici teſtatur, vt & comm. 2. in lib. de fract. (p. 549. 9.) & com. 3. (p. 573. 58) Pro epiphyſi autem & eo quod oſſi adnaſcitur, περόνη ſumi videtur, lib. de loc. in homine (p. 65. 15.) παρὰ δὲ τὸ ὀστέον περόναι δύο παραπεφύκασι. Iuxta os autem appendices duæ prodeunt. Et (v. 18.) παρὰ δὲ τὸν πῆχυν περόναι παραπεφύκασι λεπταὶ πάνυ τέσσαρες. Iuxta vlnã verò appendices prodeunt tenues valdè quatuor. Et (v. 20) καὶ πρὸς μὲν τὸν ἀγκῶνα δύο περόναι πεφύκασιν ἄνω ἐκ τοῦ ὀστέου προέχουσαι. Et ad cubiti gibbum quidem duæ appendices conſiſtentes, ſupra ex oſſe hærẽt. Et (v. 24.) αἱ δὲ περόναι ταύτῃ ἀπαλαὶ ἐοῦσαι. Appẽdices verò hac parte teneræ exiſtentes. Et verò pro appendice, & pro eius protuberantia, περόναι ſumi videntur, ib. (v. 39.) παρὰ δὲ τὴν κνήμην περόναι δύο παραπεφύκασιν, αἳ κάτωθεν μὲν πρὸς τὸν πόδα τὰ σφυρὰ ποιέουσι. Iuxta tibiam autem appendices duæ procedunt, quæ infernè ad malleolos pedis finiunt. Et (v. 30.) παρὰ δὲ τοὺς μηροὺς περόναι δύο παραπεφύκασιν ἡ μὲν ἔσω, ἡ δὲ ἔξω. Iuxta femora autem appendices duæ protenduntur, altera intus, altera foris. Quod de nodoſa illa oſſis protuberantia intelligi videtur, adeoq; hũc mihi locũ ab Erot. ſubnotari auguror, cùm περόνας exponit, τὰς κονδυλώδεις τῶν ὀστῶν ἐπαναστάσεις. οὕτω καὶ τανῦν, ὅτι δὲ ἀντὶ τῆς κερκίδος τιθεὶς τὴν λέξιν. Διαγόρας δὲ ὁ κύπριός φησι τὰ προαιρετικὰ νεῦρα περόνας αὐτὸν καλεῖν. hoc eſt, περόνας nodoſas oſſium eminẽtias. Sic nũc ponitur. Interdum verò pro radio hãc dictionẽ ponit. Diagoras verò Cyprius inquit, περόνας eum appellare neruos voluntarios. Illic autem voces libri de locis in homine ab Erot. explicari ſatis cõſtat, ex dictiunib. πλήξας, περόνησι, πτισσο-. Quòd autẽ apud eundem Erot. ſcribitur περόνα διεξωσμένη, idq; pro expoſitione ponitur, manifeſtum eſſe vitium apparet, cùm neq; admodum conſentiant exemplaria, & quędam περόνα & διεξωσμένη ſcribant, quædam etiam περονᾶν & διεξωστᾶν, quod eſt fibulare, aut fibula nectere, & terebrare. Sunt etiam περόναι Heſychio τὰ ἀντικείμενα τῷ κνήμῃ ὀστᾶ.

Περυσινὸς exponitur Galeno in Exeg. apud Hipp. ὁ πελασινὸς οἶνος, ὁ πέρυσιν ὤν, ὡς καὶ αὐτὴν ὀνομάζει τὴν αὐτοετίαν. vinum anni ſuperioris, velut ex anno ſuperiore reſtans, quemadmodum αὐτετὴν appellat τὴν αὐτοετίαν, vinum hornum & eiuſdem anni. Verùm περυσινὸς & περυσίας fortè legendum videtur, quòd πέρυσι, anno preterito, anno proximè elapſo ſignificet & περυσινὸς καρπός, fructus anni ſuperioris dicatur Theophraſto hiſt. plant. libr. 3. cap. 12. Πέρυσι etiam ὁ παρεληλυθὼς χρόνος exponitur Heſychio.

Πεσσὸς φθόριος, peſſus abortiuus, talus vuluæ ſubditi tius ad corrũpendũ fœtũ, eſt medicamẽtũ corrumpẽdo fœtui idoneũ ſuppoſitũ. In

iureiurando Hippocr. ὁμοίως δὲ οὐδὲ γυναικὶ πεσσὸν φθόριον δώσω. Similiter neque mulieri talum vuluæ ſubdititium ad corrumpendum fœtum exhibebo. Quid autem ſit πεσσὸς, vide apud Gorrhæum.

Πεταλώδεις ὑποστάσεις, folioſa ſedimēta, aut ſquamis & laminis ſimilia, in Progn. (pag. 240. 41.) Vbi ſcribit Gal. huiuſmodi ſedimenta ſolidarum corporis partiū inæqualem colliquationem indicare. Idem com. ad aph. 76. li. 4. τὸ πεταλῶδες οὖρον, h.e. in vrina foliorū ſimilia quędam ineſſe ſcribit, veſica reſoluta aut exeſa, vt & aph. 81. eiuſdem libri, laminis aut ſquamulis ſimilia veſicæ exulceratione͂ denotant. Idem Gal. com. 5. in lib. Epid. (pag. 514. 17) τὰ πεταλώδη in vrinis veſicæ colliquationem indicare ſcribit. Et lib. 1. de loc. aff. (p. 249. 7.) τὰ μὲν πεταλώδη ἅττα οὔροις ἐμφερόμενα τῆς κύστεως ἕλκωσιν σημαίνει. Quæ per vrinam foliis ſimilia feruntur, veſicæ exulcerationem ſignificant. Quod etiam repetit lib. 6. (p. 313. 58.) ferè autem πεταλώδη καὶ κριμνώδη οὖρα iunguntur, vt in Progn. & lib. de Temp. totius morbi (p. 387. 53.) Sunt autem τὰ πέταλα aut πίτυλα, vt ſcribit Heſych. φύλλα, folia, aut, vt Euſtath. ἀναπεπταμένα καὶ πλατέα φύλλα, expanſa folia. Actuarius autem libr. περὶ οὔρων, πέταλα οἶδ᾽ ἴσμεν ὀνομάζειν ἃ μῆκος μὲν καὶ πλάτος ἔχει, οὐ μάν τι πρὸς τούτοις καὶ βάθος ἐπίδηλον, πέταλα, hoc eſt, folia aut laminas vocari nouimus, quæ & longitudinem & latitudinem habent, non etiam euidentem profunditatem.

Πεφυκέναι eſt affectum eſſe & aptum, aut aptitudinem habere, διακεῖσθαι exponit Gal. com. in aph. 3. lib. 3. Sic aph. 2. & 3. lib. 3. εὖ ἢ κακῶς πεφυκέναι naturæ & morbi dicuntur, qui melius aut peius affecti ſunt, aut aptiores habentur, & bene aut malè ſe habent.

Πέψις, coctio, in proprio ſignificatu, eſt (vt ſcribit Gal. com. 1. in libr. Epid. (p. 365. 36.) εἰς τὴν τοῦ πέττοντος οὐσίαν, ἀγωγή τις τοῦ πεττομένου, hoc eſt, eius quod coquitur, in coquentis ſubſtantiam deductio quædam. Corpore enim ſecundum naturam ſe habente, cùm id quod concoquitur coquēti familiarem naturam adeptum fuerit, totius ſubſtantiæ quę concoquitur fit mutatio & alteratio, aut maximæ eius partis, ſemicocto modico nobis ſuperfluente. At in his quæ præter naturam ſe habent, hoc eſt aliena ſunt à natura tum permutantis, tum alterantis, quod quidem adſimilatur paucum eſt, ſemicoctum verò ſuperfluum multum. Hanc certè eorum quę pręter naturam ſunt ad mediocre temperamentum deductionem, ac velut naturæ euictionem, Galenus πέψιν & πεπασμὸν vocari Hippocrati ſcribit. Verùm generaliore quodam ſignificato πέψις eidem etiam nominatur, vt cùm πέψις δὲ ἡ νοῦσος dicitur, lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 65. 38.) Cuius quidem coctionis vniuerſaliores notiones explicat Gal. in Commentario, vt & libr. 1. de diff. feb. (pag. 324. 56.) & cap. 8. lib. 5. de ſimpl. med. fac. vbi certè πέψις etiam dicitur, cùm natiuo calore externum euincente & ſuperante, fit quædam putredine permixta concoctio, aut eorum quæ vitioſa ſunt moderatio & mitigatio quædam, vt in pure & vrinę hypoſtaſi, ac morborum coctionibus cōtingit. Sic πέψις Empedocli σῆψις quædam dicebatur, vt teſtatur Plutarch. quæſt. nat. quæſt. 2. εἰ δὲ πέψις ἔοικεν εἶναι σῆψις, ὡς Ἐμπεδοκλῆς μαρτυρεῖ, λέγων.

Οἶνος ἀπὸ φλοιοῦ πέλεται σαπὲν ἐν ξύλῳ ὕδωρ. h. e. coctio autem videtur eſſe putrefactio, velut Empedocles teſtatur,

*In ligno putrefacta aqua fit ſub cortice vinū.*

De tota autem, tum veræ, tum impropriæ coctionis natura & cauſis appoſitiſſimè multa Gorrhæus ex Galeno.

¶ Πηδησμὸς φλεβῶν, venarum ſaltus, aut percuſſus, quemadmodum venarum percuſſum dicit Plinius, pro arteriarum pulſu, cap. 51. lib. 7. Lib. Epid. 7. (p. 358. 42) πηδησμὸς δὲ φλεβῶν περὶ κροτάφους κατεῖχεν. venarum autem percuſſus ad tempora detinebat.

Πήρινα ſcribit Gal. in Exeg. τὸν πρόσθιον ſignificare. Hippocratem autem libr. de Hæmorrh. & fiſtulis eo nomine τὴν ἕδραν, hoc eſt anum, vocare. Qui certè locus ſuſpectus eſt, & memoriæ lapſum continet. Neque enim ea vox ibi legitur. Eam tamen videtur agnoſcere apud Hippoc. Erotianus, & τὸν ὄσχεον exponere. Sed vitioſè apud eum πήρα pro πήρινα aut περῖνα legitur. Sic autem apud eum ſcribitur: περινεὸν, τὸν ὄσχεον φησὶν οὕτω καλεῖσθαι Ἀντίγονος ὁ γραμματικὸς, παρὰ τὸ ὡς ἐν πήρᾳ φησὶ, καὶ ἐξ ἐλάφοιο καὶ περινέα θοραίων. Quæ omninò vitioſiſſimè ſcripta ſunt, vt ex Sudæ verbis patet: περῖνα, τὸν ὄσχεον φησὶν οὕτω καλεῖσθαι Ἀντίγονος ὁ γραμματικὸς, παρὰ τὸ ὡς ἐν πήρᾳ, ὡς καὶ Νίκανδρος ἐν Θηριακοῖς φησί. Ἠὲ καὶ ἐξ ἐλάφοιο ταμὼν περῖνα θοραίων. Quod eſt, περῖνα, ſcrotum ſic vocari ait Antigonus Grammaticus, quòd ſit ἐν πήρᾳ, hoc eſt in ſacculo. Quēadmodum & Nicander in Theriacis, Aut etiā ceruí ſcrotum genitale incidens. Eſt autē verſus 586. apud Nicandrum in Theriacis, vbi πηρῖνα legitur. Interpres tamen πηρῖνα legit, & ſignificare ſcribit: ποτὲ μὲν τὸ ἀγγεῖον τῶν διδύμων, ποτὲ δὲ τὸ ἄκρον τοῦ αἰδοίου, ἐξ οὗ καὶ προρρέοντες γίνονται), h.e. interdum teſticulorum vaſculū, qđ eſt ſcrotū, interdū podendi extremum, vnde ſemen profluit. Indeq; θοραίων πηρῖνα, genitale pudendum, τῆς σπερμαίνειν exponit Schol. θορὸς γὰρ τὸ σπέρμα, πηρὶν verò cæteris ὁ ὄρχις dicitur, teſticulus, quaſi σπορὶν, παρὰ τὸ σπείρειν δι᾽ αὐτοῦ πάντα. πηρὶν exponitur Sudæ τὸ αἰδοῖον & πηρὶς, ὄσχεα, κάλλη αἰδοῖον Heſychio. De loco autem Hip. nōdum liquet.

Πηροῦσθαι eſt membro aliquo captum eſſe, mutilari, debilitari, oblædi, mancū eſſe aut mutilum. Eaque dictione crebrò vtitur lib. περὶ γονῆς Hippocrates, vt (pag. 29. 40.) in cauſis mutilati fœtus aut parte aliqua corporis capti. τὸ δὲ πηρωθὲν ἐν τῇσι μήτρῃσι παιδίον φημὶ αὐτὸ, ἢ φλασθὲν περιθλιβείσης τῆς μητρὸς πληγείσης κατὰ τὸ ἔμβρυον. Mutilatum autem in vtero puerum exiſtimo, aut quòd colliſus ſit ex matris circa fœtum plaga. Rurſuſque ibidem (v. 43.)

Ταύτῃ

ἐκείνῃ πηρῶται τὸ παιδίον, ea parte puer mutilatur. Et (v.44.) ᾗ ὁ τρόπῳ τρόπῳ τινὶ ἄλλῳ πηρῶται παιδία. Quio & ob aliam huiuſcemodi cauſam pueri mutilantur. Et (v.45.) ὁπόταν ἐν τῇσι μήτρῃσι κατὰ τὸ χωρίον, καθ' ὃ καὶ ἐπηρώθη, στενὸν ᾖ, ἀνάγκη ἐν στενῷ κινουμένου τοῦ σώματος, πηρῶσθαι κατ' ἐκεῖνο τὸ χωρίον. Cùm in vtero locus is in quo mutilatus fuit anguſtior fuerit, corpus dum in anguſto mouetur, juxta illum locum mutilari neceſſe eſt. Et (v.49.) ὅλα δὲ ἐκ πεπηρωμένων ἀνθρώπων ὑγιέα ἐκγίνεται τὰ παιδία. Quòd autem ex mutilatis hominibus ſani & integri gignuntur pueri. Et (p.30.1.) ἔχει γὰρ τὸν ἀριθμὸν πάντα τὸ πεπηρωμένον τῷ ὑγιεῖ. Habet enim mutilum omnes partes ad numerum quas & ſanum. Et (verſ.4.) ἀσθενέστερον δὲ τὸ κατὰ τὸ πεπηρωμένον: imbecilliorem genituram parte mutilata habent. Et (ibidem) τὸ θαῦμα δὲ μοι δοκέει καὶ πηρωθῆναι, καθάπερ ὁ τοκεύς. Vt proinde mirum mihi minimè videatur, ſi fœtus ipſe mutiletur ſicuti parens. Rurſus lib. de art. (p 641.15.) πηρῶνται πάντες τὸ σκέλος. ii crure capiũtur, vt membris & oculis capti dicuntur. Hinc πήρωσις debilitatem, mutilationem & membri alicuius oblæſionem indicat, vt ibidem (v.29.) μείζους καὶ ἐπιδηλοτέρας τὰς πηρώσιας καὶ κακώσιας ἔχει ταῦτα. maiores & manifeſtiores debilitates & oblæſiones hæc habent. Et (v.31.) μείους καὶ ἀσινέστεραι αἱ πηρώσιες γίνονται τούτοισι. minores magiſque innoxię his debilitates contingunt. Sic πήρωσιν debilitatem vertit Plinius ex Theophr. ἐνίαις δὲ πηρώσεις οὐκ εἰς φθορὰν γίνονται ζώων, ἀλλ' εἰς ἀκαρπίαν. Quibuſdam debilitas ſterilitatem, non necem affert. πηρὸν τὸ ἐστερημένον, parte aliqua captum & priuatum exponit Heſychius, vt & πηρωσιν βλάβην, λώβην. πηραὶ τὰ σκέλεα, cruribus mutilatæ, priuatæ, aut captæ, hoc eſt, claudæ, dicuntur, lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 271.15.) ἄτοκοι δὲ πολλαὶ καὶ πηραὶ τὰ σκέλεα πολλάκις γίνονται. Steriles autem multæ & cruribus captæ plærunque euadunt, hoc eſt, claudæ. Sic enim lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 2 t 7.1.) χωλαί, pro πηραὶ τὰ σκέλεα ſcribitur. Rurſus ibidem (v.24.) πεπηρωμένον τὸ στόμα τῶν ὑστερέων, os vteri oblæſum & vitiatum ſignificat, hoc eſt, concluſione & auerſione durum effectum. πηροὶ ſunt Erotiano οἱ ἐπηρεασμένοι, læſi parte aliqua & mutilati, καὶ πηροί, καταβεβλαμμένοι, oblæſi.

Πηχίδιον, τὸν ταῦρον exponit Erotianus apud Hippocr. οἱ δὲ περίνεον. Βακχεῖος δὲ διάβασίν τινα. tantum, hoc eſt, proximum ſub ſcroto locum, alii περίνεον, ſpatium inter anum & ſcrotum interiectum. Bacchius autem tranſitũ quendam. Verùm διάστημά τινα forte legendum, quod ſignificat interſtitium aut interuallum quoddam interiectum. Eſt autem ταῦρος Polluci lib. 2. proximus ſub ſcroto locus, cùm ſcribit: τὸ δὲ ῥαφῇ μὲν προσεοικός, ὑπὸ δὲ τὸν καυλὸν διὰ τοῦ ὀσχέου μέσου ὑπὸ τοῦ ὀνομαζομένου ταύρου εἰς δακτύλιον καταλῆγον, περίνεος ὀνομάζεται καὶ τράμις καὶ ὄρρος. Quod eſt: Suturæ autem ſimile, quod ſub cole per medium ſcrotum ſub tauro nominato in podicem definit, περίνεος & τράμις & ὄρρος appellatur. Authori verò Iſagoges (p. 376.34.) ταῦρος nominatur, τὸ διάστημα μέχρι τῆς ἕδρας, pars ea quæ à ſcroto ad ſedem vſq; producitur. Sic Euſthat. ταῦρος exponitur τὸ ὑπὸ τὸ ὀσχεόν, ſeu ὄρρος, pars ea quæ interiecta eſt inter ſcrotum & anum. Quanquàm ὄρρον & τράμιν latiùs accipere videtur Pollux. ταῦρος etiam latius accipitur Sudæ & exponitur τὸ αἰδοῖον τοῦ ἀνδρός, virile pudendum. Vnde ἀταύρωτος ἡ παρθένος apud Tragicos Polluci dicitur; virgo integra, non corrupta; quæ nondum virile pudendum experta eſt. Sic enim ἀταύρωτη apud Ariſtoph. exponitur Sudæ, ἁγνή, ἄμικτος, ἄζυγος γάμου, caſta, integra, nondum cõplexum virilem aut nuptias experta. Sic λάσαυροι à Comicis ſugillantur, οἱ περὶ τὸν ταῦρον δασεῖς, veluti λασιόταυροι, qui ea parte quæ taurus nominatur, ſunt hirſuti aut hiſpidi, quod de ſalacibus aut ad Venerem pronis dicitur, & inſigniter mutoniatis. Quòd verò ad Hippocr. locum attinet, nondum mihi liquere palam profiteor, neq; etiam ſine labis ſuſpicione Erotiani locum ſcriptum exiſtimo.

Πῆχυς, cubitus, interdum totam eam partem ſignificat apud Hippocr. quæ inter manum & cubitigibbum protenditur, interdum alterum ex duobus ipſius partis oſſibus longius, quod cubitus priuatim & vlna vocatur, vt ſcribit Gal. Com. 1. in lib. de fract. ſtatim initio. ἐπεὶ μὲν οὖν ἐξηγησάμενον τὸ βιβλίον, οἷς κατὰ τὸν ἡμεδαπὸν λόγον, οἱ ἐκάλεσαν πῆχυν ὅτι τι μὲν ὅλον τὸ μόριον ὃ μεταξύ τῆς κατὰ καρπόν τι καὶ ἀγκῶνα διαρθρώσεως ἐστί· ἐνίοτε δὲ τῶν κατ' αὐτὸ δυοῖν ὀστῶν τὸ μακρότερον. οὕτως αὐτὸν ὀνομάζων βραχίονά φασι τὸ μεταξὺ τῆς κατ' ὦμόν τι καὶ ἀγκῶνα, καὶ τὸ περιεχόμενον ὀστοῦν αὐτῷ. Nõnulli eorum qui hunc librum expoſuerunt, non ſecus ac in ſuperioribus πῆχυν, hoc eſt, cubitum, appellabant, interdum quidem totum membrũ quod eſt inter manus & cubitigibbi dearticulationem, interdum verò ex duobus eius membri oſſibus, id quod eſt longius. Ita brachium appellare Hippocratem dicunt, membrum quod eſt inter humeri & cubiti articulum, & os quod in eo membro continetur. Qui certè locus vitioſè noſtris in exemplaribus legitur. Rurſus Cõm. 4. in lib. de art. (p. 648.10.) ὥσπερ ὅλον τὸ μεταξὺ γόνατος καὶ ἀστραγάλου, κνήμην ὀνομάζει, συγκείμενον ἐκ δυοῖν ὀστῶν, οὕτως καὶ τὸ μεταξὺ βραχίονος καὶ καρποῦ, πῆχυν, οὐδὲ τοῦθ' ἓν ἁπλοῦν ὑπάρχει, ἀλλ' ἐκ δυοῖν σύνθετον: ὀνομάζεται δὲ τὸ μὲν ἕτερον αὐτῶν κερκίς, τὸ δὲ ἕτερον ἰδίως πῆχυς. Sicut totum id quod inter genu & talum eſt, ex duobus oſſibus conſtans, tibiam appellat: ita quoque quod inter brachium, & primam palmæ partem intercedit, πῆχυν, hoc eſt, cubitum vocat: quod neque ipſum vnum & ſimplex exiſtit, ſed ex duobus oſſibus eſt compoſitum, quorum alterum radius, alterum cubitus propriè appellatur. Hanc verò totam partem duobus oſſibus conſtantem Celſus cap. 1. lib. 8. brachium vocat, & os ſuperius & breuius, radium, longius & inferius, cubitũ. At πῆχυς pro toto eo membro ſumitur Hippocrati lib. de fract. (p. 531.18.) τῶν δὲ ἰσίων τῶν πήχεων οἱ μὲν ἀμφότερα κατέαξαν. Quando autem

cubiti os vtrunque fractum non eſt. Et lib. de art. (p. 648. 1.) ὁ αὐτὸς δὲ λόγος ὅδε ἐστὶ καὶ ἢν τὰ τοῦ πήχεος ὀστέα τὰ παρὰ τὸν καρπὸν τῆς χειρὸς ἕλκεος γενομένου ἐξίσχῃ. Eadem verò ratio eſt, ſi oſſa quoque cubiti ad articulum manus vlcere facto emineãt. Propriè verò pro cubito aut vlna ſæpius vſurpatur lib. de fract. vt (p. 528. 55. & 56.) τὸ γὰρ βραχίονος τὸ γιγγλυμοειδὲς ἐν τῷ τοῦ πήχεος βαθμίδι, ἐν τούτῳ τῷ σχήματι ἐρήρεισται, ἰθυωρίην ποιέει τοῖσιν ὀστέοισι τοῦ πήχεος, καὶ τοῦ βραχίονος, ὡς ἓν ἐὸν τὸ πᾶν. Hoc enim habitu brachii pars cardinem referens, in cubiti ſede innixa, cubiti & brachii oſſa perinde in directum diſtendit, quaſi totum vnum ſit. Et rurſus (p. 530. 11.) ὅταν φαίνηται τὸ ἐξέχον ὀστέον τὸ παρὰ τὸν καρπὸν, τὸ ὁ σμικρὸς δάκτυλος κατ' ἰθυωρίην ἐστὶ τοῦ ὀστέου, ἀφ' ὅτου τὸν πῆχυν οἱ ἄνθρωποι μετρέουσι. ex eo quòd os ad manus iuncturam prominens iuxta paruum digitum, è directo illius oſſis ſitum videatur, ex quo homines cubitum metiuntur. Et (v. 22.) τὸ γὰρ ὀστέον τὸ παρὰ τὸν καρπὸν ἐξέχον, τὸ κατὰ σμικρὸν δάκτυλον, τοῦ μὲν τοῦ πήχεός ἐστιν. Os enim ad manus iuncturam, iuxta paruum digitum prominens, id quidem ad cubitum pertinet. Et (v. 24.) ἀπὸ τοῦ τὸν πῆχυν οἱ ἄνθρωποι μετρέουσι. ex quo cubitum homines metiuntur. Et (v. 45.) ὅθεν ὁ πῆχυς μετρέεται, vnde cubiti modus deſumitur. Rurſus ibidem (pag. 539. 39.) ὁ δὲ ἄλλος πῆχυς μετέωρος ᾖ. quod autem in cubito eſt reliquum dependeat. Et (v. 56.) τὸ πλεῖστον τοῦ πήχεος, maximam cubiti partem. Et rurſus (p. 540. 55.) ὅκως ξυμμέτρως χατὰ ὕψος τοῦ πήχεος πλαγίου πρὸς ὀρθὴν γωνίην. tam moderata altitudine, quæ obliquè collocato cubito ad rectũ angulum reſpondeat. Atque aliàs ſæpe, vt lib. de loc. in homine (p. 65. 18.) παρὰ δὲ τὸν πῆχυν πρόσω παρήκουσι λεπταὶ πάνυ τέσσαρες. iuxta cubitũ verò appẽdices valde tenues quatuor ꝓcedũt. Sic quoq; πῆχυς Iulio Polluci totum membrum duobus oſſibus conſtans ſignificat, cùm ſcribit lib. 2. ὁ πᾶς μὲν πῆχυς ὀστᾶ δύο ἔχει, τὸ μὲν ὑποκείμενον. τὸ δὲ βραχύτερον. Et rurſus, ἀλλὰ μέν τοι περὶ τὸν πῆχυν δύο ὀστᾶ, τὸ σμικρότερον κερκὶς ὀνομάζεται, καὶ παραπήχιον, ὅ τι μείζονος ἔχοντος τὴν τοῦ πήχεος προσηγορίαν, ὃ καὶ προπήχιον ἔστιν ὃ καλοῦσι. Vbi & propriam & generaliorem τοῦ πήχεος ſignificationem habes. Eſt & πῆχυς menſuræ nomẽ pedis vnius & dimidii, aut digitorum quatuor & viginti, qua terrarum interualla dimetimur, vnde πηχυαῖος, cubitalis, lib. de fract. (p. 540. 49.) ξύλον πηχυαῖον, lignum cubitalis longitudinis, aut cubitale.

¶ Πίαλος pinguis, idem quod πιαλέος, lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 272. 33.) peſſi ſubdititii efformantur ἐκ τῆς πιάλου δᾳδὸς ποιοῦντες, ex pingui tæda, quæ ſit quàm pinguiſſima. Cornarius albicantem tædam dixit, quòd πιαλὸς oxytonum Heſychius παραχλωρὸς exponat, quòd pinguia omnia ferè ſint alba.

Πιαίνω eſt pinguefacere, incraſſare & obeſum reddere, Lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 246. 2.) καθῆραι τὸ σῶμα καὶ πιᾶναι, corpus purgare & pinguefacere. Huic tenue & macilentum aut ἰσχνὸν opponitur. Inde πιαντήρια dicuntur quæ pinguefaciant & obeſant edulia, vt lib. de loc. in Homine (pag. 70. 32.) In icteri curatione. ἐπὴν παραλάβῃς. τρέφε καὶ λουτροῖσι καὶ πιαντηρίοις. Vbi ſuſceperis, balneis & pinguefacientibus eduliis nutrito.

Πῖαρ exponit Erotianus apud Hippocr. τὸ λιπαρώτατον καὶ ἡδυσμώτατον. καὶ πῖαρ, τὸ λιπαρόν. hoc eſt, pinguiſſimum & maximè dulce, & πῖον pingue. Sic enim apud Erotianum ex melioribus codicibus ἡδυσμώτατον pro ἡδυσμάτων legendum cenſeo, quod ἡδυσμὸν τὸ ἡδὺ exponatur, quod eſt dulce & ſuaue. πῖαρ autem vſurpatur Hippocrati lib. περὶ φύσ. παιδίου (p. 34. 32.) ὅ,τι δὲ τὸ πῖαρ εἰς τὸ ἐπίπλοον καὶ ἐς τὴν σάρκα. quod eſt pinguiſſimum proſilit in omentum & carnem. Vbi πῖαρ idem quod ibidem πιαρὸν dicitur, hoc eſt, pingue, ſignificare videtur, itaque ſumunt interpretes, at Erotianus, idem quod τὸ πῖον ibidem dicitur. Rurſuſque ibidem (p. 37. 13.) τὰ δὲ ἀκαρποφόρα τῶν δενδρέων, οὐκ ἔχει πῖαρ ἐν αὐτοῖσιν. At verò arbores non fructiferæ, in ſe pinguitudinem non habent. Et lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 288. 43.) σύκου τὸ πῖαρ, fici pingue ſignificat, idemque quod σύκου τὸ πῖον aut τὸ πῖος alibi dicitur. Et lib. de vlceribus (p. 515. 19.) ἰσχάδος τὸ ἔσω τὸ πῖαρ τὸ μελιτῶδες. Caricæ quàm ſicciſſimæ pars interior pinguis, mellis inſtar. πιαρὸν verò pro pingui & αἰτίῳ τοῦ πίονος aut τῆς πιότητος, ſumit Hippocr. lib. περὶ φύσ. παιδίου (p. 34. 31.) ὅταν δὲ καὶ τῆς κοιλίης τὸ πιαρὸν ἐν αὐτῇ ἐχούσης ἀπὸ τῶν βρωτῶν καὶ τῶν ποτῶν. Sic etiam ſi venter pinguitudinem in ſe habeat à cibis ac potibus. Et (v. 42.) εὐρεῖαι γὰρ δὲ γενόμεναι, ἀπὸ τῆς κοιλίης ἕλκουσαι, τὸ πιαρὸν τοῖσι μαζοῖσιν διδόασι. ampliores autem factæ [venæ] à ventre pinguitudinem trahẽtes, in mammas diſtribuunt. Quod facit vt πιαρὸν, non πῖον, τὸ λιπαρὸν exponendum cenſeam apud Erotianum. Eſt & πιαρὴ δύναμις apud Hippocr. eodem lib. (p. 35. 10. & p. 37. 8. & 10.) pinguis facultas, etſi πιερὴ interdũ legitur. πῖαρ etiam legitur apud Homerum, ἀντὶ τοῦ πίονος. Quid autẽ ſit πῖον dicetur poſtea.

Πίεσμα retrimentum cuiuſque rei poſt expreſſionem relictũ dicitur, quod etiam ἀποπίεσμα vocatur. ἰρίνου μύρου πίεσμα, retrimentum quod expreſſo irino vnguento ſupereſt Galeno lib. 2. κατὰ τόπ. (p. 184. 34.) μυροβαλάνου etiam πίεσμα & ἐκπίεσμα dicitur, retrimẽtum quod ab expreſſa glande vnguentaria reliquũ eſt, idem quod ἀποθλίμμα. Eſt autem faxilla quæ expreſſo ſucco relinquitur, & magma vocatur Celſo cap. 5. lib. 6. Quod Galenus lib. 6. de ſimpl. med. eſſe ſcribit τὸ ὑπολειπόμενον ἀπόθλιμμα τὸ γεῶδες καὶ σκληρόν. terreſtre & durum ab expreſſa glande vnguẽtaria relictum. Cuius magnus vſus eſt ad ſmegmata contra aſperitates & pruritus, vt ſcribit Dioſcorides lib. 4. eoque vtitur Crito apud Gal. lib. 1. κατὰ γέν. (p. 170. 6. & 8.) in ſmegmate ad achoras, furfures, aſperitates & ſcabies. Magma illud terreum & amarum quod oleo expreſſo eſt reliquum, incidit, terget, contrahit, ſtipat, idque ſæpe ad ſcirrhos accommodat Gal. Dicitur etiam πίεσμα, nõ tantùm retrimentum quod expreſſo ſucco remanet, ſed & ſuccus

ipſe,

ipſe, velut apud Dioſcoridem lib. 1. cap. 107. de baccis lauri, τὸ δὲ πίεσμα αὐτῶν ὠταλγίαις καὶ δυσηκοΐαις βοηθεῖ. Et Gal. lib. 2. κατὰ τόπ. ex Archigene ad caput rigandum ἀνηθίνου ἐκπίεσμα adhibet. Idem lib. 3. (p. 197. 37.) in aurium inflammatione ex Apollonio βελόνης πίεσμα infundit. Quibus locis πίεσμα expreſſum ſuccum ſignificat.

Πιεστρὸν inſtrumentum eſt chirurgicum quo vtitur Hippocr. ad contundenda oſſa capitis in extrahendo fœtu mortuo lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 251. 22.) quod contuſorium vocat Cornarius, Caluus preſſorium, verbi, vnde ductum eſt hoc nomen, notationem ſecutus. ξυμφλάσαι τῷ πιέστρῳ, quod eſt, aut inſtrumento quod contundat, aut conſtringat, collidito, ex lib. 1. περὶ γυναικ. ſubindicare mihi videtur Gal. in Exegeſi vocum Hippocr. cùm πιέστρῳ τῷ ἐμβρυοθλάστῃ καλουμένῳ exponit, hoc eſt, inſtrumento quod ἐμβρυοθλάστης appellatur à fœtu confringendo aut contundendo. Idem etiam θλάσις (aut potiùs θλάστης) Galeno dicitur, cùm θλάσιν (aut potiùs θλάστην) τὸν ἐμβρυοθλάστην, ὅπερ καὶ πίεστρον καλοῦσιν exponit, hoc eſt, inſtrumentum fœtui conſtringendo idoneum, quod πίεστρον vocatur. Idque nominis ex lib. 1. περὶ γυναικ. vſurpatum Hippocrati agnoſcit. Eſt autem inſtrumentum ad apprehendendum fœtum à premendo aut ſtringendo dictum, ex quo volſellam apud Hippocr. nonnulli vertunt. Sic Paulus cap. 74. lib. 6. in extrahendo fœtu, caput per forcipem dentibus aut oſſibus extrahendis commodam contundit, ὀδοντάγρας & ῥιζάγρας vocat, & καλοῦσι δὲ ὀδοντάγρας ἢ ῥιζάγρας, quod ξυμφλάσαι τῷ πιέστρῳ dixit Hippocr. & ξυμφλάσαι ſimpliciter lib. περὶ ἐγκατατομῆς (p. 53. 13.) & συντρίψας lib. περὶ ἐπικυήσιος (p. 48. 36.)

Πίειρα γῆ dicitur lib. de aëre, loc. & aq. (p. 81. 5.) terra læta & pinguis, ὅκου μὲν γὰρ ἡ γῆ πίειρά τε καὶ μαλθακή. Vbi enim terra pinguis eſt & mollis. Verùm πίειρα legendum videtur, vt ſæpe eãdem dictionem vſurpauit lib. περὶ φύσ. παιδίου.

Πικέριον βούτυρον exponit Galen. in Exegeſi apud Hippocr. Erotianus verò πικερίῳ βουτύρῳ. Idẽq; annotat Ariſtophanem in ſuis Commentariis Thoantem Ithacẽſem ſcriptum reliquiſſe, apud Phryges πικέριον καλεῖσθαι τὸ βούτυρον. πικερίῳ autem legitur apud Hippocr. lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 249. 22.) κλύσαι τῷ σὺν τῷ πικερίῳ, vbi vteros eluit medicamento quod cum butyro paratur. Et rurſus lib. 2. (p. 268. 16. & 40. & p. 282. 35.) πικέριον autem ibidem (pag. 263. 6. & p. 268. 40.)

Πικροὶ dicuntur amarulẽti, iracundi, quales redduntur longiore inedia, quæ ſanguinem acriorem & biliosiorem reddit, aut quibus bilis amara & acrior in ſtomacho colligitur, & os amaricat, præſertim per famem. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 65. 39.) Vbi πικροὺς Galenus ὀξυθύμους exponere videtur, hoc eſt, iracundos & iræ præcipitis. Sic enim ſcribit: ἀλλὰ καὶ πικροὺς αὐτοὺς φησὶ γίνεσθαι, δυνατὸν μὲν ἐπὶ τοῦ προειρημένου. καθάπερ γὰρ ἔνιοι δυσθυμοῦνται μελαγχολικοί, οὕτως ἕτεροί τινες ὀξυθυμοῦνται πολλάκις, ὡς ἀθροιζομένης αὐτοῖς τῆς χολῆς κατὰ τὸν στόμαχον, ὃ καὶ τὴν ἐν τῷ στόματι γινομένην αἰτίαν ἐκ τῆς τοιαύτης χολῆς πικρότητα δηλοῖ, ἀλλὰ τὸ φάναι πικροὺς αὐτοὺς γίνεσθαι. Sed & amaros eos fieri ait, non diſſimiliter videlicet ei quod ante dictum eſt. Velut enim nonnulli ex atra bile mœſti fiunt, ita etiam alii vehementer excandeſcunt, velut eis coaceruata in ſtomacho bile. Aut etiam eam quæ in ipſorum ore ex eiuſmodi bile fit amaritudinem, indicat, cùm eos amarulentos fieri dicit. Sic πικρὸν, quod eſt amarum, bilem flauam denotat lib. de Natura humana (pag. 6. 19.) & Gal. πικρὸν, τὴν ξανθὴν χολὴν exponit. Et lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 10. 24.) πικρότητα ξανθὴν χολὴν vocari ſcribit Hippocr.

Πικρόχολοι, bilioſi dicuntur Hippocrati & qui bile amara aut flaua abundant. Sic enim quod ſcribitur lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 71. 41.) de vino dulci, οὐκ ἐπιτήδειος οὖν ἐστὶ τοῖσι πικροχόλοισι. neque igitur accommodatum eſt bilioſis naturis, explicat Gal. καὶ δῆλον ὅτι τοὺς πικροχόλους ὀνομάζει νῦν ἀκριβῶς, τοὺς πλεονάζουσαν ἔχοντας τὴν τοιαύτην χολὴν [τὴν πικρὰν ἢ ξανθήν.] Ideoque πικροχόλους appellat Hippocr. eos qui eiuſmodi bile abundant, hoc eſt, amara & flaua. Et rurſus ibidem (p. 81. 25.) αἱ ἀπὸ ὄξεος ὀξύτητες πικροχόλοισι μᾶλλον, ἢ μελαγχολικοῖσι συμφέρουσι. acredines ab aceto bilioſis naturis magis quàm atrabilariis conducũt. Vbi ſcribit Gal. πικροχόλους φύσεις ὀνομάζει, τὰς τὸν πικρὸν γεννώσας χυμόν, ὅσπερ ἐστὶν ὁ τῆς ξανθῆς χολῆς. Bilioſas naturas vocat, eas quæ amarum ſuccum, qualis eſt bilis flaua, gignunt. Lib. etiam de fract. (pag. 572. 11.) καὶ ἢν μὲν πικρόχολος φύσει ᾖ. & ſi naturâ plurimam bilem amaram coaceruet. Sic enim πικροχόλους illic exponit Galenus. ὅπως δὲ νῦν αὐτὸς τοὺς πικροχόλους ἐδέξατο, εἰ μὴ ἄρα τοὺς πικροχόλους ἄλλους τινὰς οἴεται εἶναι παρὰ τοὺς χολώδεις, ἀλλ' ὅτι τοὺς τὴν πικρὰν χολὴν πλείστην ἀθροίζοντας οὕτως ὀνομάζει πικροχόλους, οὐδεὶς ἀγνοεῖ. Quanam igitur tatione nunc picrocholis exhibet, niſi ſcilicet picrocholos alios eſſe quàm bilioſos exiſtimet? Sed quòd eos qui plurimam bilem flauam coaceruant, picrocholos appellet, nemo eſt qui neſciat. Πικρόχολοι verò τὰ ἄνω ſunt Hippocrati lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 60. 50.) qui ſuperioribus partibus, hoc eſt, in ventriculo, plurimam bilem amaram coaceruant, quibus inediam moleſtiſſimam eſſe ſcribit Hippocr. Quos illic ſic exponit Galenus. ἄρα τὸ δίχα τοῦ ἁπλῶς εἰπεῖν οἱ πικρόχολοι, ἀλλὰ προσθεῖναι, τὰ ἄνω, ὅτι τῆς ξανθῆς χολῆς, ἣν δὴ καὶ ὠχρὰν καὶ πικρὰν ὀνομάζουσιν, ἐπιπολαζούσης μὲν τῇ ἄνω γαστρί, πικροχόλους εἰκότως ἐροῦμεν εἶναι τὰ ἄνω τοὺς τοιούτους. ὑποτρεχούσης δὲ δι' ἕδρας, πικροχόλους τὰ κάτω. Cur autem non ſimpliciter οἱ πικρόχολοι dixit, ſed addidit τὰ ἄνω? Nempe quòd bile flaua, quam & pallidam & amaram nominant, in ſuperiore ventriculo innatante, eos iure optimo ſuperioribus partibus picrocholos dicimus. Cùm verò per ſedem ſubit, picrocholos partibus inferioribus vocamus. Atque ex natura ſunt quibus bilis in ſtomachum per meatum quendam defertur, in eoque redundat. Quibuſdam namque bilis per meatum quen-

dam in ſtumachum defertur, de quibus agit Galen. lib. de Temperamentis. Eaque variis morbis obnoxia eſt natura. Quam his verbis adumbrat Galen. Comment. 2. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 61. 50) ἐνίοις δὲ τὸ τὴν ξανθὴν χολὴν ἐπιπολάζειν ἔοικεν αὔωθεν ὑπάρχειν, τῷ καταφέρεσθαι αὐτὴν εἰς τὴν τῆς γαστρὸς ἔκφυσιν ἐξ ἥπατος πόρον διαφέρειν ἔχοντος τὴν κατασκευήν. ὅθεν τισὶ μὲν ἐπ' αὐτῷ εἰς τὴν γαστέρα ἀφικνεῖσθαι μόριον τι, ὅθεν μὲν οὖν ἐπιπολάζει τὸ χολῶδες περίττωμα, τοῖς δ' ἄλλοις ὑποφέρεται κάτω πᾶν. De his autem quibus bilis flaua ſurſum enatat, antea eſt dictum, quòd meatus bilem ipſam deferens ex iecore in inteſtini principium, quod ventris ἔκφυσιν nominant, differentem habeat ſtructuram. Interdum enim quibuſdam ab eo in ventrem portio aliqua procedit. His quidem igitur bilioſum excrementum enatat, aliis verò deorſum totum defertur. Quale quid de Paulo Rhetore & Eudemo Philoſopho ibidem narrat Galenus. Eſt autem ὁ πικρόχολος χυμὸς, amarus humor, bilis ſimpliciter dicta, aut flaua, & pallida & amara, vt ſcribit Galen. Comment. ad aph. 32. lib. 7. vbi & χολώδης ſimpliciter vocat. Idem etiam πικρόχολος χυμὸς ſua leuitate ad os ventriculi ſublatus, & ſua acrimonia lancinans, καρδιωγμὸν dictum facit, hoc eſt, oris ventriculi morſum, eumque vomitione ſubuertens, bilis effuſiones, quas ἀποκαθάρσεις χολῆς Medicis vocari ſcribit ex Thucydide Gal. Com. 3. in Progn. (p. 162. 4.) Idem quoque πικρὸς χυμὸς & δακνώδης, ὠχρά τε & ξανθὴ χολὴ dicitur Galeno lib. 2. κτ. τόπ. (p. 177. 46.) vnde πικρόχολοι homines, qui eiuſmodi humorem plurimum coaceruant meritò nominantur. Qui cùm toto corporis habitu admodum ſint vitiato, οἱ πικρόχολοι τὰ σῶμ. αὐτὰ τὰ οἱ κακόχυμοι, exponuntur, Erotiano apud Hippocr. ex libr. de rat. vict. in morb. ac. διὰ τὸ ὀξέως καὶ ἐνιέναι. οἱ γὰρ χολώδεις ἔχοντες τὸ περίττωμα, βλάπτονται ὑπὸ τῆς ἀσιτίας τὸν στόμαχον. Quæ ſanè Erotiani verba (ſi modò ſunt integra) de iis accipienda mihi videntur, quibus bilis toto corpore plurima redundat, præcipueque in ventriculum defertur, vnde acriores ad omnia redduntur, facileque commouentur. Quibus namque bilis ventriculo adiacet, iis ille inedia offenditur.

Πῖλοι apud Hippocratem ſic exponit Erotianus. πῖλοι καλοῦνται παρὰ Λάκωσι τὰ συνιστάμενα σκιᾶς χάριν πεποιημένα. πῖλοι vocantur Laconibus tegumenta vmbræ gratia comparata, ſiue ea ad totum corpus, ſiue ad caput ſolum referantur. Sunt enim πῖλοι τὰ ἐξ ἐρίων πιλητὰ ἐνδύματα, ex lana compacta indumenta, velut coactilia quædam, ſiue corpori aptentur, vt ſubuculæ quædam laneæ, aut thoracica quædam lanea, ſiue pedibus aptentur, caloris gratia, vt vdones & ſocculi lanei, ſiue capiti tegumenti cauſa imponantur, vt pilea aut galeri ex lanis coactilibus confecti, (feltra vernacula lingua vocant) Etſi eo nomine quicquid eſt ex lanis compactum, in quencunque vſum corporis accommodetur, intelligi poteſt. Quo modo etiam πῖλοι dicuntur tapetes ſpiſſi & ex lana craſſa compacti, qui ... es ſunt in nobili ſupellectile Medici aut Perſici tapetes. qui πιλητὰ στρώματα dici poſſunt, quæ Iuriſconſulti coactilia, ex lanis coacta aut compacta appellãt. Vnde πιλοποιοὶ αὐτοὺς πίλους ποιοῦντες, coactiliarii, qui nimirum coactilia ſiue ſubcoacta compingunt, aut ex pilis & lanis coactis pileos conficiunt. Eſt & πιλεῖν ſeu πιλοῦν, lanas cogere & compingere, indeque πίλημα lanam coactam velut feltrũ nobis, indicat. Eſt & lanæ globulus conuolutus, aut lanæ faſciculus, lanaque coacta, qua liquore aliquo imbuta & conſperſa, partes dolentes fouentur. Quemadmodum Galen. lib. 2. Compoſ. med. κτ. τόπ. (pag. 174. 58.) ex Apollonio in dolore capitis ex plaga, adhibet πιλήματα μαλακὰ ἐρίων ὄξει καὶ ῥοδίνῳ καταβεβρεγμένα, molles lanarum faſciculos aceto & roſaceo conſperſos. Ruſuſque lib. 3. (p. 190. 56.) ex Archigene, fotus aurium δι' ἁπαλῶν πιλημάτων, per mollem lanam conuolutam idem admouet. Vbi tamen Cornarius ἁπαλῶν πιλημάτων legiſſe videtur. Idem lib. 13. Meth. med. τῷ δὲ ὅλῳ κώλῳ περιελισσομένοις πιλήματα ἐλαίῳ θερμῷ βεβρεγμένα. toti membro circũdato peniculo oleo calido macerato. Vtitur etiam lib. 8. Meth dicitque interdum πτύγμα ἐρίων, lana complicata, & δίπτυχον ῥάκος bis complicatus peniculus, lib. 10. Meth. & σφαιρίον ἐρίων, lana conuoluta, vt & σπόγγος ἐρίων vocat lib. 3. κτ. τόπ. quòd in modum τ̃ σπόγγου latus ſit lanæ hapſus aut penicillus. Paulo σύστρεμμα ἐξ ἐρίων dicitur cap. 72. lib. 3. Celſo lanæ hapſus cap. 26. lib. 7. πίλημα ζωνὴν Heſychius, σκέπασμα Sudas exponit, vt ſignificet velamen aliquod aut tectorium, ſacculi aut crumenæ modo paratum, aut cingulum aliquod quo pars corporis fouẽda cõſtringatur ac cõtegat. Quòd autẽ attinet ad locũ Hippocr. is mihi videtur ab Erotiano ſubindicari qui legitur lib. de aëre, loc. & aq. (pag. 78. 16.) de Scythis qui Nomades vocantur quod nõ in domibus ſed in curribus degant. αἱ δὲ ἅμαξαί εἰσιν, αἱ μὲν ἐλάχισται τετράκυκλοι, αἱ δὲ ἑξάκυκλοι. αὗται δὲ πίλοις περιπεφραγμέναι. Sunt autem currus, quorum minimi quatuor rotis, reliqui ſex circunducuntur, qui & coactilibus ex lana craſſa compactis ſunt circumſepti. Luto obturati dixit Cornari⁹, vt πηλῷ potiùs legerit quàm πίλοις. Quam etiam lectionem ſecutus videtur Caluus. πίλοισι autem legit Erotianus, quamuis etiam πιλοῖς ferri poſſit adiectiuè, quod πιλωτοῖς exponit Heſych. Sudas verò πίλοις παχέσι, hoc eſt, ex lana craſſa conſtipatis aut condenſatis. πίλοισι tamen meliùs ſubſtantiuè ex Erotiani ſententia.

Πίνειν de epoto medicamento effertur aph. 33. lib. 6. Epid. ſect. 8. ὡς ἢ πίνοντι, veluti an epoto medicamento.

Πινώδεσι Erotianus apud Hippocr. exponit, ῥυπαροῖς, hoc eſt, ſordidis; & de lanis ſuccidis aut ouium ſucco & ſorde imbutis intelligitur. πίνος γὰρ ὁ ῥύπος, hoc eſt, ſordes & illuuies. καὶ πινώδεσι ἐρίοις cùm dicit Hippocrates (addit Erotianus) τὰ

anus) τὰ εἰρια πινώδεα, hoc eſt, lanas œſypo aut ouium ſordibus inquinatas, aut ſuccidas obaudire oportet. Sæpius tamē apud Hippocr. εἰρίον πινὸν teperias, quod idē ſignificat quod ῥυπαρὸν, vt lib. 2. de Morb. (p. 143.6.) εἰρια πινόεντα οἴνῳ ῥαίνων ἐπιδεῖν, lanas ſuccidas aut ſordidas vino imbutas deligato. Ac rurſus ibidem (pag. 144.22.) εἰρίον πινὸν ἐπιθεὶς. lanam ſordidam ſuperimpoſitam. Et lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 284.39.) ᾧ εἰρίῳ πινώδει ὑποδέχεσθαι ἀναλαβεῖν, & lana ſordida quàm molliſſimâ excipito. Sic enim quàm ὑποπινώτῳ legi mallim, quod paſſim legitur. Πινώδεσιν ἐρίοισι autem legitur apud Hippocr. lib. περὶ χυμῶν (p. 114.16.) lanas ab ouili ſuccidas vertit Cornarius. Et lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 284.26. & 27.) εἰρίον πινῶδες & πινώδης dicitur lana ſordida & maximè ſordida, & εἰρίον ῥυπαρώτατον ibidē (v. 35.) Πῖνος etiam & πῖνον ſcribitur, quemadmodum apud Athenæum lib. 10 πῖνον, οἶνον κρίθινον, vinum ex hordeo confectum vocare Ariſtotelem lib. περὶ μέθης, quo qui inebriantur, non vt reliqui temulenti in omnem partem concidunt, ſed ſupini tantùm aut proni. Βρῦτον etiam dici τὸν κρίθινον ibidem teſtatur Athenæus, alii ζῦθον vocant, cui reſpondet vulgo Cereuiſia. Paulus verò vinum quod ex ſordibus vellerum elutis conficitur πῖνον appellari exiſtimat. Addit etiam Erotianus πῖνον ex quibuſdam Commentariis dici τὸν αὐχμὸν, hoc eſt, ſordem, maculam & inquinamētum. αὐχμὸς tamen Sudæ exponitur ῥύπος, μιασμὸς, & Heſychio αὐχμὸς ῥύπος ἱματίων.

Πῖαρ ſignificat apud Hippocratem quod in ſanguine aut alimento dulce eſt, pingue ac iucundum, aut ſuaue, quodque in calidioribus naturis promptiſſimè inceditur & amareſcit, in frigidioribus verò congelatur & in pinguitudinem condenſatur. Quod eleganti ſimilitudine lactis indicat lib. 4. de Morb. (pagin. 174.2.) vbi quod leue eſt, pingue & dulce in lacte ſupernatans, πῖαρ vocat, & βούτυρον dici ſcribit, eiq; in homine bilem reſpondere & in ſuperficie conſiſtere ſua leuitate facit. Idemque aph. 13. ſect. 5. lib. 6. Epid. τὸ δὲ χολῶδες ἀπὸ πίονος. bilioſum autem à pingui. Et aph. 31. ſect. 6. eiuſdem libri: ᾧ οἷσι τὸ μὲ πῖαρ χολὴ ξανθή, Et quibus quidem pingue abundat, bilis flaua gignitur. Quarum in explicatione ſententiarum ſcribit Galenus, πίονα δ' ἀκουσίον οὐ μόνον τὸ λιπαρὸν, ἀλλὰ ᾧ τὸ γλυκὺ, ᾧ ὅλως τὸ ἐν τοῖς κατὰ φύσιν ἔχουσι ἡδύ. πίονα autem obaudire oportet, non ſolùm quod pingue eſt, ſed etiam dulce, omninoque quod in iis qui ſecundum naturam ſe habent eſt ſuaue: Indeque tranſlatum eſſe, vt πίονα ἀρούρην ᾧ χώραν dicerent, vberem ac pinguem terram ac regionem, nempe eorum fructuū feracem, qui nobis cùm valemus iucundi ſunt & cum voluptate aſſumuntur. Idem etiam Com. 6. in lib. 6. Epid. (pagina 521.2.) ſcribit, οὐ τὸ πίον οὐ μόνον ἐπὶ τοῦ λιπαροῦ ᾧ πιμελώδους εἰρῆσθαι χρὴ νομίζειν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ γλυκέος παντός· ὡς περιλαμβάνεσθαι τῷ λόγῳ ᾧ τὸ μέλι, ᾧ τὸ σίραιον, ὃ δὴ ἕψημα καλοῦσιν οἱ κατὰ τὴν ἡμετέραν Ἀσίαν Ἕλληνες. Quòd τὸ πῖαρ non exiſtimare oportet de pingui aut vnguinoſo tantùm dici, ſed etiam de omni dulci, vt etiam ea oratione & mel, & quod σίραιον dicitur, (Græci in Aſia ἕψημα vocant) comprehendatur. Ex ea autem pinguioris & leuioris ſanguinis aut alimenti portione bilem generari docet Hippocrat. lib. 4. de Morb. (pagina 173.9.) diſertiſſimē autem Galenus Comment. 5. in lib. 6. Epid. (pagina 513.39.) & lib. 2. De Criſ. cap. 12. & lib. 2. de fac. Natur. cap. 9. & cap. 12. lib. 2. de diff. feb. Lib. quoque περὶ φύσιος παιδίου (pagina 34.34.) πῖαρ ſumitur pro eo quod in ſanguine dulce eſt aut pingue, cùm ſcribitur: ἀπὸ γὰρ τοῦ πίονος διαθερμαινομένου ᾧ λευκοῦ ἐόντος τὸ γλυκαινόμενον ἀπὸ τῆς θέρμης τῆς ἀπὸ τῶν μητρέων, ἀποθλιβόμενον ἔρχεται ἐς τοὺς μαζούς. Ex pingui enim concalefacto & albo exiſtente, quod edulcatum eſt ab vteri caliditate, expreſſum ad mammas procedit. Eſt & σύκου τὸ ἔσω τὸ πῖον, quod in ficu eſt dulce, aut ficus pinguedo interna, lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pagina 221.8.) Et ibidem (pagina 30.47.) λαβὼν σύκου λευκοῦ πίονος ficus albæ pingue. Et lib. 1. περὶ γυναικ. (pagina 254.6.) τοῦ σύκου τὸ πῖον, ficus interiorem pulpam dulcem & pinguem ſignificat, τοῦ σύκου τὸ ἔνδον ibidem dicitur. Et rurſus ibidem (pagina 260.26.) σύκου παλαιοῦ τὸ πῖον, veteris ficus pingue. Et (pagina 261.2.) σύκου τὸ ἔνδον τὸ πῖον, quod ibidem (pag. 263.9.) τὸ πῖον dicitur, vt & lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pagina 221.5.) συκοφύλλου τὸ πῖον, foliorum fici pingue, aut pinguiora fici folia. Quod etiam πῖαρ interdum vocatur, vt antea ſcripſimus:

Πιπίσκοντα πιπίζοντα Erotianus exponit apud Hip. quod eſt, propinantem, potui præbentem. Legitur autem lib. de Loc. in homine (pag. 69.33. & 37.) φάρμακον πιπίσκοντα, medicamentum potui exhibendo. Et ἔνδοθεν θερμαντέα φάρμακα πιπίσκοντα διαθερμαίνειν. potui exhibitis calefacientibus medicamentis, intus calefacere. Sic ſæpe ea notione πιπίσκειν φάρμακον medicamentum propinare aut potui exhibere ibidem dicitur, vt ead. pag. (verſ. 48.) φάρμακα πιπίσκειν. & (pagina 70.19.20. 28.) & aliàs ſæpe eodem lib.

Πίσσανθος picis flos, quid ſit diximus antea; vide ἄνθος πίσσης.

Πισσέλαιον, oleum picinum aut picatum, compoſitum eſſe pharmacum ex pice liquida cum oleo permixta, quo capillorum radices illinunt mulieres agreſtes in Aſia, ſcribit Galen. lib. 1. Compoſ. phar. κατὰ τόπ. (pag. 162.28.) idque diuerſum eſſe ab eo quod πίσσανθος dicitur. Idem etiam lib. 2. κατὰ τόπ. (pagina 178.) compoſitum eſſe medicamentum ex pice liquida & oleo ſcribit, quo agreſtes & ruri degentes homines in Aſia cedrini inopia vtebantur, caput, ſynciput, & frōtem illinentes in intemperie frigida & humida. Huic autē & cedrino, interdum plus, interdum minus olei admiſcebant, in quantū virium ipſarum vehementiam exoluere volebant. πισσέλαιον autem idem quod πίσσανθος eſſe videtur Dioſcoridi & Scribonio Largo. Vide ἄνθος πίσσης antea.

Πίσσα ἑφθὴ, pix cocta admixtis aromatibus in lana ad peſſos adhibetur lib. 1. περὶ γυναικ. (pagina 243. 28.) πίσσαν τὴν ἑφθὴν ἐν εἰρίῳ, ἀρώματα ξυμμίξας. Quæ eadem πίσσα ἡδυντὴ, hoc eſt, pix aromatibus condîta dici videtur. Sic enim ἡδυντὴν πίσσαν, τὴν ἠρωματισμένην apud Hippocrat. exponit Galen. additque, ἕψεται δὲ ὕδατι καὶ ἀρώμασι, hoc eſt, aqua & aromatibus coquitur. Ea autem vtitur Hippocrat. lib. 2. περὶ γυναικ. (pagina 262. 33.) πίσσης ἡδυντῆς φλάσας, picem aromatibus condîtam contuſam. Et rurſus (pagina 288. 27.) σμύρναν ὡς ἀρίστην, καὶ ἁλὸς χόνδρον, καὶ πίσσης ἡδυντῆς τρίβειν λεῖα, καὶ ἐπιθεῖναι. Myrrham optimam & ſalis granum, picem etiam ſuauibus odoribus condîtam terito & apponito. Sic etiam πίσσα ἡδυντὴ exponitur Erotiano. ἡδυντὴν πίσσαν λέγει τὴν ἠρτυμένην. hoc eſt, condîtam & apparatam. Verùm πίσσαν ἡδυντὴν apud Erot. lubentius legam, quemadmodum etiam apud Galen. Solenne enim eſt Erotiano & Galeno diſertis ferè Hippocratis verbis vti, eandemque ipſam literam adducere. πισσέλαιον etiam idem quod ἡ πίσσα ſumitur apud Gal. lib. 6. κατὰ τόπ. (pagina 250. 38.) ex Archigene. τοῖς πνιγομένοις πισσέλαιον μετὰ ὕδατος καὶ νίτρου πιῆσαι. His qui ſuffocantur picem cum aqua & nitro potui exhibeto. Quod etiam illîc reprehendit Galeo & πισσέλαιον πίσσαν exponit.

Πισσηρὴν κηρωτὴν Erotianus exponit apud Hippocrat. τὴν τετραφάρμακον καλουμένην, Tetrapharmacum appellatum. Eſt autem Tetrapharmacum emplaſtri nomen Medicis, puri mouendo maximè accommodatum, cui etiam adhibetur Ceratum picatum, verùm non iiſdem viribus, ideoque vlceribus quæ inflammationem ſentiunt & ad dolores mitigandos adhibet Hippocrat. vt ſcribit Gal. Comment. 3. in lib. de fract. (pag. 560. 15.) Conſtat autem Ceratum picatum ex cera roſato aut oleo liquata & pice arida vt ſcribit Gal. Comment. 1. in lib. de fract. (pag. 531. 49.) πισσηρὴν autem interdum ſimpliciter effert Hippocrat. vt lib. de fract. (p. 559. 45.) ἢ πισσηρὴν ἐπιθέντες. aut ceratum picatum imponentes. Et rurſus (p. 565. 42.) ἐπὶ δὲ αὐτὸ τὸ ἕλκος ἐπιθεῖναι χρὴ πισσηρήν. Supra vlcus autem ceratum picatum imponendum. Et lib. de art. (pagina 608. 49.) ἀλλ' ἐπὶ μὲν τὰ ἕλκεα ἐπιθεῖναι πισσηρήν. Sed vlceribus ipſis ceratum picatum imponendum. Ac rurſus lib. 1. περὶ γυναικ. (pagina 277. 10.) in vteri procidentia, χρίειν τῇ πισσηρῇ, cerato picato illinito. Interdum quoque πισσηρὴν κηρωτὴν vocat, vt lib. de fract. (pagina 561. 45.) ἐπὶ γὰρ αὐτὸ τὸ ἕλκος πισσηρὴν κηρωτὴν χρίεται. Ipſi vlceri illito cerato picato. Et lib. 2. περὶ γυναικ. (pagina 282. 26.) ἢ κηρωτὴν πισσηρὴν προστιθέναι ξὺν ῥητίνῃ, aut ceratum picatum adhibeto cum reſina, in vteri inflammatione. Quod effecit vt πισσηρὴν κηρωτὴν quidam legant apud Erotianum. Alia etiam exemplaria πισσηρὴν habent, & κηρωτὴν exponunt.

Πίσυρες πίσσαρες ſignificat, hoc eſt, quatuor, ſed dictio eſt poëtica & obſcura, nec ſatis explicata primis temporibus, vt ſcribit Gal. lib. 4. de diff. pulſ. (p. 44. 24.) vt in Homerico verſu Il. ψ. (v. 171.) πίσυρας δ' ἐριαύχενας ἵππους, quatuor procera ceruice equi. Sic enim leg. poſtulante metro, cum vitioſè legatur apud Galen. πίσυρας εὐρυαύχενας. Sic Il. ω. (v. 233.) πίσυρας δὲ λέβητας, quatuor lebetes.

Πιτυΐδες, πιτύϊνα ῥητίνη, hoc eſt, reſinæ pineæ exponit Galenus in Exeg. apud Hippocr. Sunt & πιτυΐδες nuclei pinearum nucum quos in κώνοις gerunt, κόκκαλοι dicuntur Hippocrati vt antea ſcripſimus & στρόβιλοι. πιτυΐδων ῥητίνην in ſuffitu ad vterum vſurpat Hippocrat. lib. 2. περὶ γυναικ. (pagina 288. 3.)

Πιτύλοις, ἐρετμοῖς ἢ κώπαις, hoc eſt, remigiis aut remis, exponit Gal. in Exegeſi apud Hippocr. Eſt autem πίτυλος propriè ſtrepitus ſeu ſonitus aquæ remo percuſſæ, aut cùm vno conſenſu & remorum impulſu ſonitum in aqua cient nautæ. πιτύλοις, ταῖς καταφοραῖς τῶν ὑδάτων, καὶ τοῖς ψόφοις τῶν ὑδάτων exponit Heſychius. Eſt & πιτυλίζειν manibus geſticulari eaſq; crebrò ciere, earumque eiuſmodi motus pityliſma dicitur Iuuenali. πιτυλίζειν inter corporis gymnaſia recenſet Gal. lib. de ſan. tuenda. 2.

Πίτυρα, furfures dicuntur, quod excuſſa tenui farina in tritico molito relinquitur. ἀπὸ πιτύρων, hoc eſt, furfurum decoctum per aluum infuſum ad aluum detergendam & eluendã exhibet Hippocr. lib. 7. Epid (p. 361. 45.) Ab eorũ ſimilitudine πίτυρα ἐν τῷ οὔρῳ ἐπιφερόμενα dicũtur, hoc eſt, veluti furfures in vrina innatare, & veſicæ ſcabiem ſignificare, in his quæ adiecta ſunt ad lib. de Natura humana (p. 27. 54.) Sic aph. 77. lib. 4. πιτυρώδεα συνεξουρέεσθαι, furfures vnà cũ vrina exire πιτυρώδεις ὑποστάσιες, furfuraceę ſubſidẽtię in vrina dicũtur in Progn. (p. 140. 42.) quæ furfuri bene moliti tritici ſimilia ſubſident, & febris deurẽtis incendiũ, totius corporis colliquationẽ, ſanguinis exaſtationẽ, aut vaſorũ conſumptionẽ, aut veſicæ ſcabiẽ denotãt, vt ſcribit Gal. in Com. & ad aph. 77. lib. 4. Eadem πιτυρώδεις ὑποστάσιες in pleuriticis certiſſimam mortẽ denunciat, in Coac. Prænot. (p. 442. 32.) Hinc quoq; πιτυρώδεες vocãtur, furfuroſi, οἱ πίτυρα συνεχῶς ἐν τῇ κεφαλῇ γεννῶντες, quibus aſſiduè furfurea in capite gignuntur vt ſcribit Gal. Com. 3. in lib. 6. Epid. (p. 478. 51.) Vbi id eſſe capitis ſymptoma ob propriã eius tẽperiẽ idem etiã tradit, ſecundũ naturam habentibus ſe humoribus. Vnde etiã πιτυρώδης ἡ κεφαλὴ, caput porrigine affectum dicitur Prorrh. 2. (p. 422. 29.) Et τὰ πιτυρώδεα porriginẽ ſignificãt lib. 4 Epid. (p. 328. 44.) πιτυρίασις hic affectus dicitur, porrigo Latinis & eleganter fatteam nubem Q. Serenus vocauit.

¶ Πλάδος Hippocrati ſignificat ſuperfluam ac redundantem humiditatem, quæ partẽ languidã, fluxã & humore flacceſcentẽ reddit, ideoq; debilẽ. Lib. 1. Epid. (p. 360. 22.) πᾶσι πάντοθεν πολὺς πλάδος. omnib. vndiquaq; diffluebat humiditas multa. Vbi ſcribit Gal. τὴν περιττὴν ὑγρότητα πλάδον εἴωθεν ὀνομάζειν. Superfluã & redũdantẽ humiditatem πλάδον nominare conſueuit.

conſueuit. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 62. 39.) de vino aquoſo & diluto, ὁ μὲν πλάδον τι ἐν τῇ ἄνω κοιλίῃ ἐμποιέει. Hoc quidem humiditatem redundantem in ſuperiore ventriculo inducet. Vbi πλάδον Galen. exponit, πονηρὰν ὑγρότητα καὶ ἀτονίαν, hoc eſt, humiditatem & imbecillitatem. Idem Com. 3. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 80. 19.) ſcribit, τὴν ὑπὲρ τὸ κατὰ φύσιν ἐγγινομένην ὑγρότητα τοῖς μορίοις, ἴσμεν αὐτὸν ἀεὶ πλάδον ὀνομάζοντα. Nouimus quidem eum ſemper πλάδον vocare, eam quæ ſupra id quod ſecundum naturam eſt, partibus innaſcitur humiditatem. Lib. de fract. (p. 564. 11.) πυκνότερον οὖν μεταπιδέειν δεῖ διὰ τὸν πλάδον. frequentiùs igitur ob nimiam humiditatem religandum eſt. Vbi ſcribit Gal. οὕτως οὖν εἴωθεν ὀνομάζειν τὰς περιττὰς ὑγρότητας, εἴτε λεπτῶν κατὰ τὴν σύστασιν ὑγρῶν, εἴτε καὶ παχυτέρων εἴη, ὥσπερ νῦν ἐστι τὸ πύον. Sic igitur nominare conſueuit redundantes & ſuperfluas humiditates, ſiue ex tenuibus, ſiue ex craſſioribus humoribus conſtent, cuiuſmodi nunc pus eſt. Lib. περὶ ἀδένων (p. 56. 36. & 37.) ὅτω πλάδος οὐκ ἔνι ἐν τῷ σώματι, nimia humiditas non eſt in corpore. Et, οὐκ ἂν ἐπιγένοιτο πλάδος ὀπίσω, non ſuperueniet in poſterum nimia humiditas. Actuſius (p. 57. 5.) αἱ ἀδένες ἐκπιέζουσαι τὸν πλάδον. humectationem nimiam ex inteſtinis exprimentes glandulæ. Eodem etiam libro περιουσίην τοῦ ὑγροῦ & πλεονεξίην vocat. Quibus ex locis πλάδος exponitur Erotiano ἡ ἔκλυτος καὶ ὑπέρυγρος καὶ δίυγρος τοῦ σώματος διάθεσις, καὶ μὴ στερεὰ κεχρημένη σαρκί, mollis & flaccida, ac perhumida corporis affectio, in qua caro minimè firma eſt, ſed inanis & fungoſa. Hinc πλαδᾷν eſt nimio humore diffluere, & πλαδαρὸς, mollis, flaccidus & laxus dicitur. χαυνὸν καὶ ὑγρὸν exponit Suidas. Heſychius νοτερὸν, ὑπόμβρον, χαυνὸν, ἀσθενὲς, ὑγρὸν, πλαδαρὸν, & πλαδαρώτερον, ἐκλυτότερον. Et πλαδῶσαι ὑγρῶν, & πλαδῶσι ὑγροῖς, λεπτυνθεῖσι, ἢ αἱ σάρκες αἱ μὴ ἐστερεωμέναι, quibus carnes ſunt molles & humidæ, & minimè firmæ ac ſolidæ, ſed velut inunctæ ac lubricæ. Πλαδᾷν verò vſurpatur Hippocr. lib. de aere, loc. & aq. (p. 452. 7.) οὐ γὰρ οἷόν τε τοῦ ἦρος τοιούτου ὄντος, μὴ οὐ πλαδᾷν τὸ σῶμα καὶ τὴν σάρκα. fieri enim nequit cùm tale ver exiſtat, quin corpus & caro nimio humore diffluant, aut nimio humore flaceſcant. Vbi tamen Gal. Com. ad aph. 11. lib. 3. pro πλαδᾷν συντήκεσθαι legit. Rurſus ibidem (p. 75. 47.) ἀποξηρανθέντες γὰρ καὶ ἐς τὸν χειμῶνα ἀφικνέονται, οὐ πλαδῶντες ἀλλ' ἀπεξηρασμένοι. Exiccantur enim & ad hyemem perueniunt, minimè humore nimio diffluentes, ſed reſiccati. Sic enim legendum ex Gal. ad Comment. 14. lib. 3. aphoriſ. cùm admodum fœdata ſint omnia noſtra exemplaria. Eadem notione τὰ πλαδῶντα ſunt quæ madeſcunt & humectantur, lib. de rat. vict. in morb. ac. (pagina 46. 32.) τὰ μὲν γὰρ θᾶσσον καὶ μᾶλλον πλαδῶντα, ταχυτῆτα σημαίνει κρίσιος. Quæ celeriùs magiſque madeſcunt, indicationis denunciant celeritatem. πλαδαρὸν in priſſana dicitur quod in ea eſt humidum & madidum, libro de rat. vict. in morb. ac. (p. 43. 22.) Quemadmodû etiam πλαδαρώτερα διαχωρήματα ibid. (p. 74. 1.) ſunt humentiores & madidiores deiectiones: & rurſus ibid. (p. 80. 18.) de oxymelite, ἀτὰρ μέντοι τῷ κάτω μέρει πλαδαρώτερον. parte quidem inteſtini imam humentiorem reddit. Lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθ. (p. 206. 32.) πλαδαραὶ σάρκες ſunt carnes flaccidæ, fluidæ, nimio humore imbutæ, cùm humorem omnem exorbuerût. Et lib. de art. (p. 647. 28.) πλαδαρὴ κάθαρσις, τῶν ἑλκέων dicitur, nimio humore abundans vlcerum purgatio, q̃ fit per medicaméta minùs æquo exiccantia, quæque ampliſſimam ſaniem in vlceribus colligunt. πλαδωδέστερον πτύαλον ſputum nimia humiditate redundans, hoc eſt, liquidius, lib. 1. περὶ γυναικ. (pagina 236. 37.) Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pagina 8. verſ. 35.) πλαδαρὸν inter ſaporum nomina recenſetur, inſipidum rectè vertit Gorrhæus, quod eſt humoris aquei proprium. Fluidum Cornarius, quod humiditate multa excrementitia diffluit & flaceſcit. Rurſusque (pagina 9. verſ. 6.) ibidem πλαδαρὸν τῷ στρυφνῷ opponitur. τὸ μὲν θερμὸν ἐὸν στρυφνὸν, ἄλλο δὲ θερμὸν πλαδαρόν. calidum quidem acerbum, illud verò inſipidum. Et (verſ. 8.) ἢ τὸ θερμὸν καὶ στρυφνὸν, ἢ τὸ θερμὸν καὶ πλαδαρόν. calidum ne acerbum, an calidum inſipidum. Et (verſ. 9.) τὸ ψυχρὸν πλαδαρὸν, τῷ ψυχρῷ στρυφνῷ opponit, frigidum inſipidum, frigido acerbo. Et (v. 12.) τὸ στρυφνὸν καὶ πλαδαρὸν opponere videtur.

Πλαναᾶσθαι eſt vagabundè oberrare, ſenſim & leuiter obambulare. Sic enim πλανώμενος apud Hippocratem lib. de rat. vict. in morb. ac. (pagina 69. 11. & 12.) εἰ πλανώμενος ἰσχναίνεται, εἰ περιέρχοιτο βαδίζων ἠρέμα, ſi obambulans curetur, hoc eſt, ſenſim & quietè obambulet, aut huc & illuc ſine ordine circumeundo exponit Galenus. Hinc πλανώδεα Erotiano dicuntur τὰ μὴ κατὰ τάξιν γινόμενα, quæ inordinatè aut ſine vllo ordine fiunt. Etſi quædam exemplaria apud Erotianum πλανοδέστατα legunt. Ex quo πλάνητες πυρετοὶ λέγονται (addit Erotianus) οἱ μὴ κατὰ τάξιν φοιτῶντες. febres erraticæ dicuntur quę nullo ſeruato ordine inuadunt. Sunt autem πλάνητες πυρετοὶ, febres erraticæ quæ inordinatis acceſſionibus repetunt, & nullum certum habent circuitus ordinem. Incertas febres vocat Celſus, ex aphoriſ. 22. lib. 3. cap. 1. lib. 2. & vagas cap. 5. lib. 3. nos erroneas aut errones dicere poſſumus, quod per omnes febrium ſpecies vagêtur, ac nullam certam febris alicuius, ſiue ſimplicis, ſiue cõpoſitæ ſpeciê referant, iis quæ febres periodicæ, quas ſtatas Plinius appellat, opponuntur. Qua dictione vtitur Hippocrates libro primo Epidem. (pagina 361. verſ. 1. & 54.) & (pagina 382. verſ. 54.) πλανῶνται etiam eidem dicuntur lib. 1. περὶ γυναικ. (pagina 235. 18.) πυρετοὶ τε ἐπιγίνονται πλανῆται, ὀξέες, febres ſuccedunt errabundæ, acutæ. πλάνον etiam vocat ibidem (verſ. 48.) cum ſcribit, καὶ πυρετὸς ἐπιλήψεται πλάνος (ſi modò vera eſt lectio) & febris errabunda corripiet. Verùm πλανήτας malim, vt leg. exemplaria quædam manu ſcripta.

Et libello περὶ καρδίης (p.213.25.) ὁκόταν δὲ πληρωθῶσι ταῦτα τὰ μέρεα, ἢ φρίκη ξὺν πυρετῷ ἀνατέλλει πλανήτας τοὺς πυρετοὺς καλέουσι. quando verò hæ partes [cor & ſeptum tranſuerſum] fuerint oppletę rigor cum febre exurgit, has febres Græci errabundas vocant. πεπλανημένῳ τρόπῳ dixit in Progn. (p.160.41.) de febre quæ nullo ſeruato ordine ſed errabundè & vagè intermittit & prehendit, quod πεπλανημένως effert lib.1.Epid. (pag.356.20.) ἄλλοισι ἄλλως ὡς παροξυνόμενοι πεπλανημένως, alii interdum vagas & errabundas acceſſiones habebant. Et rurſus (v.41.) ἀλλὰ πεπλανημένως τε καὶ ἀκρίτως ἐξέλειπον. ſed errabundè & ſine vlla iudicatione deſinebant, de his febribus quæ ſtatum dierum criticorum ambitum aut ordinem non ſeruabant, verùm ſine vlla iudicationis lege ſoluebantur. Sic etiam ibidem (pag.362.27.) ἀτάκτως & πεπλανημένως ſimul iungit. ῥίγεα πᾶσιν ἀτάκτως καὶ πεπλανημένως ἐγίνετο. rigores omnibus inordinatè & errabundè contingebant. Rurſusque ibid. (pag. 363.49.) καὶ πάνυ ἀτάκτως καὶ πεπλανημένως, καὶ ἀκρίτως τὰ πλεῖστα τουτέων διετέλει γινόμενα. valdeque incompoſitè & errabundè, atque citra iudicationem horum plurima permanebant. Quibus εὐτάκτως κρίνεσθαι ibidem opponitur. Sic ægr.1.lib.3. Epid. poſt ſt. peſt. σμικρὰ πάλιν ἐπύρεξε, καὶ διὰ παντὸς πεπλανημένως. rurſus aliquantulum febricitauit, idque perperuò inordinatè. Quod dictum eſt de febre quæ ægrum modò occupabat, modò remittebat, idque admodum inordinatè. Sic enim quod ſequitur id explicat, ἄπυρος τὰ μὲν, τὰ δὲ οὔ. partim quidem à febre liber, partim verò non.

Πλαταμὼν exponitur Galeno in Exeg. apud Hippocratem, ὕφαλος πέτρα, λεία, ταπεινὴ, περὶ ἣν πλατύνεται τὰ κύματα, petra in mari prominens, læuis, humilis, circa quam fluctus dilatantur. Heſychio autem πλαταμὼν eſt τόπος πλατὺς καὶ μέγας ἐπιθαλάττιος, locus marinus latus & magnus, quibuſdam etiam λεωπετρία, & ὀλίγον ὑπερέχουσα πέτρα, hoc eſt, petra paulùm è mari prominens, lubrica & læuis. ad quam fluctus maritimi expanduntur ac dilatantur. Dicitur etiam de littore amplo & lato, aut fouea maritima: propriè tamen ἐπὶ θαλάσσης ἐχούσης καὶ πέτρας ὑποκειμένας, vt ſcribit Sudas.

Πλάτας τὰς ὠμοπλάτας Erotianus exponit apud Hipppocratem, hoc eſt, ſcapulas, Celſus ſcoptula operta vocat, cap.1.lib.8. Eam autem dictionem hac notione vſurpat Hippocrates libro de Loc. in homine (p.65.13.) de claniculatum articulis, τὰ δὲ πρὸς τοὺς ὤμους, κεκλιμένα πρὸς τὰς πλάτας. alios verò ad humeros, reclinatos ad ſcapulas. Et rurſus ibidem (verſ.16.) αἱ πρὸς τὰς πλάτας τῷ ὀστέῳ προσπεφυκυῖαι, ἄρθρον] κάτω. quæ ad ſcapulas oſſi adnaſcentes, intra coarticulatæ ſunt. Iterumque (v.14.) αἱ δὲ πλάται πρὸς τὰ γυῖα ἠρθρώνται. Scapulæ verò ad membra coarticulantur. Scapulas etiam πλάτας antiquis vocatas teſtatur Pollux, cùm ſcribit libro 2. τὰς δ᾽ ὠμοπλάτας αὐτὸς οὗ καὶ ἐπωμίδας καὶ πλάτας ἐκάλεσεν. Alioqui eidem πλάται dicuntur latiores coſtæ, vbi ſcribit, καὶ τὰ μὲν τῶν πλευρῶν ὀστᾶ, σπάθαι. τούτων δὲ πλάται μὲν τὰ εὐρύτερα, ἃ καὶ ἀλλήλαις συμπίπτει· τὰ δὲ στενὰ, κοντία, ἃ ῥάχει κοινωνεῖ. Quin & Heſychio πλάται τῶν σπαθῶν τὰ πλατέα exponuntur, omnia ad ſimilitudinem τῆς πλάτης dicta. Eſt enim πλάτη extrema & latior remi pars, palmula Latinis vocatur.

Πλεκτάνη, πλέγμα, hoc eſt plexum aut complicationem ſignificat. Et πλεκτάναι dicuntur polypi brachia aut cirrhi, quibus inexplicabili nexu vincit, ea quæ apprehendit, flagella Ouidio, interdum etiam crines vocantur. πλεκτανέων apud Hippocratem Galenus in Exegeſi πλεγμάτων explicat, & ἀπαρτημάτων περιπλεκτικῶν, quod eſt, plexuum, aut circumplicantium appendicum. Nimirum ſubindicans locum libri περὶ ὀστέων φύσ. (pag.62.4.) αὕτη δὲ ἀπιτεταγμένη διὰ τῶν καλουμένων πλεκτανέων, ἐς ταὐτὸ ξυνάγει. Ipſa verò tanquam præcipiens per demiſſos cirrhos in idem cogit. Vbi tamen ἐπιτεταμένη & ξυνάγουσα legitur. Sed nos ἐπιτεταγμένη ex Cornario, aut à τάσσω a cum Aldino codice legimus, vt ſit, velut ſtatuens, mandans, ſanciens, aut præcipiens, velut præſes impoſita dixit Cornarius. Cirrhos autem hic intelligit (plicationes dixit Cornarius) circumplicantes apprehenſiones, & veluti plexus quoſdã, aut (vt exponit Galenus) circumplicantes appendices & neruoſas fibras, quibus vicinæ partes apprehenduntur & implicantur. Πλεκτάναι etiam dicuntur vteri cornua Eudemo, aut ſurſum verſus vtrinque proceſſus mammillares, cirrhis polyporum ſimiles, quæque illic reuoluta implicantur vaſa exterius vterum ſuſtinentia. Quod etiam teſtatur Pollux lib. 2. τῆς δὲ μήτρας αἱ ἐπὶ τὰ ἄνω καὶ τὰ πλάγια ἐκφύσεις, κεραῖαι καλοῦνται καὶ πλεκτάναι. Hinc πλεκτανοῦσθαι deducitur, quod eſt inſtar cirrhorum ſpargi & implicari. Lib. περὶ ὀστέων φύσ. (pagina 62. verſ.48.) ἔστι δὲ πολύῤῥιζος διὰ τὸ [illegible] πεπλεκτανωμένη. multaſque radices inſtar cirrhorum in hepar diſpergit, hoc eſt, multas radices inſtar cirrhorum ac plicationum per hepar diſperſas habet, vt dixit Cornarius, cum radicibus multis ramulos mittens, Caluus.

Πλέννα idem quod βλέννα, & ἡ μύξα exponitur Galeno, hoc eſt, mucus, & πλεννηραὶ μυξώδεις, hoc eſt, mucoſæ, apud Hippocratem. Πλένναι etiam μύξαι dicuntur Heſychio. Vide βλέννα antea.

Πλεονασμὸς in diuidẽdo dicitur, non ſolùm cùm extra rei naturam quæ diuiditur excurrimus, ſed cùm in enumerandis ſpeciebus, plures ponuntur quàm inſtitutum requirat, ita vt aliquid redundet aut ſuperfluat. Galenus initio lib. de diff. feb. eos qui in differentiarum generibus enumerandis inutiles differentias addiderunt, πλεονάσαντας, hoc eſt, redundantes ac ſuperfluos vocat.

Πλευμονᾶν eſt pulmonis vitio laborare ex eoque tabeſcere. Lib. 2. de Morb. (pagina 151.9.) ὅταν πλευμονᾷ, cùm quis ex pulmonis vitio tabeſcit. illic enim agitur de ſuppuratis & ex empyemate tabeſcentibus. Vbi tamẽ Gal. in

Exeg.

Exeg. πλευμονᾷ non πλευμωνᾷ leg. videtur, quod exponit πλευμονώδης γίνεται, ἢ φθίνει, pulmonis vitio laborat, aut tabeſcit. Eidem quoque πνεύμων exponitur apud Hippocratem φθόη, tabes, ἢ πλευμονῶδες πάθος, pulmonis affectus aut vitium, vnde πνευμονώδεις dicuntur Aretæo pulmonarii, qui pulmonis vitio laborant, cap. 12. lib. 1. περὶ χρονίων παθ. qui etiam τὸ πνευμονῶδες aſthmatis ſpeciem facit.

Πλευρέων πόνοι laterum dolores dicũtur aphoriſ. 23. lib. 3. acerbiſſimi interdum dolores qui in intercoſtalibus muſculis, aut coſtarum carnoſis partibus fiunt, à pituita craſſa, lenta & viſcida (quæ in flatus reſoluitur) aut etiam à frigido externo, ita vt notbam pleuritidem efficiant, non autem ĩ qui in ſuccingente membrana oriuntur, & veram pleuritidem conſtituunt. Alioqui laterum dolores pleuritidem veram, vt Latinis, indicant, & ὀδύνη πλευρῆς pro pleuritide ſumitur initio lib. 2. de rat. vict. in morb. ac.

Πλευρῖτις, pleuritis, aut morbus lateralis, dicitur inflammatio τῆς πλευρᾶς, hoc eſt, tunicæ coſtas ſuccingentis, ad quam febris vehemens & continua ſequitur, difficultas ſpirandi, dolor lateris punctorius, tuſſis, & pulſus durus ac tenſus. Hæc enim omnia veram & exquiſitam pleuritidem circumſcribunt, vt multis locis teſtatur Galenus. Omnis autem pleuritis de genere inflammationum cenſetur, vt ſcribit Galenus Comment. ad aphoriſ. 12. lib. 1. & Comment. ad aphoriſ. 33. lib. 6. Aretæus cap. 10. lib. 1. περὶ ὀξ. παθ. ὑπὸ τῇσι πλευρῇσι καὶ τῇ ῥάχει καὶ τῷ ἔνδον θώρηκι ἄχρι κληίδων ὑμὴν λεπτὸς κρατερὸς ὑπέστρωται, τοῖσι ὀστέοισι προσπεφυκὼς, ὑπεζωκὼς οὔνομα. ἢν ὦν ἐπὶ τῷδε φλεγμονὴ γένηται, πῦρ ξὺν βηχὶ καὶ πτυάλοισι ποικίλοισι, πλευρῖτις τὸ πάθος καλέεται. Subcoſtis, dorſo, & intra thoracem ad iugula vſque, membrana tenuis & firma, oſſibus adhæreſcens ſubſtrata eſt, ſuccingens nomine. In ea cùm ſuborta inflammatio fuerit, febris adeſt cum tuſſi & variis ſputis. Hic affectus πλευρῖτις, hoc eſt, lateralis morbus vocatur. Authori verò Definit. Med. (pagina 397. verſ. 42.) πλευρῖτίς ἐστιν ὀδύνη πλευρῶν καὶ ὑπεζωκότος, διατείνουσα μέχρι κλειδὸς καὶ ἀκρωμίου, καὶ ὠμοπλάτης, σὺν ὀξεῖ καὶ ἀδιαλείπτῳ πυρετῷ, μετ' ὀδύνης νυγματώδους ὁμοῦ καὶ φρίκης, καὶ δυσπνοίας, καὶ βηχός. Pleuritis eſt dolor lateris membranæque ſuccingentis ad iugula vſque, ſummum humerũ & ſcapulas exporrectus, cum febre acuto & continua, ſimulque cum dolore pungente, horrore, ſpirandi difficultate & tuſſi. Iſtæque ſunt veræ & exquiſitæ pleuritidis notæ, quam etiam ementitur inflammatio quæ externos thoracis muſculos occupat, tum intercoſtales, tum eos qui ab humeris ad thoracis ſuperiores partes deducuntur, eaque pleuritis notha dicitur. Eius etiam generis cenſetur ſepti tranſuerſi phlegmone, quæ interdũ veræ pleuritidis imaginem præſefert, vt & flatus plurimi locis intercoſtalibus concluſi. Quæ etiam pleuritidis nomine donantur, vt ſcribit Aretæus cap. 10. lib. 1. Cur. ὀξ. παθ. his verbis: ἀλλὰ καὶ τοῖσι παλαιοτέροισι ἰητροῖσι ἰδέη τις ξυνδρομῆς πλευρῖτις ἀπεκαλέετο, χολῆς ἔκκρισις ξὺν πόνῳ πλευρῆς ἐπὶ σμικρῷ πυρετῷ, ἢ καὶ ἄνευ πυρετοῦ. τόδε μέν τοι τὸ πάθος, οὔνομα μὲν πλευρίτιδος, τὸ δὲ πρῆγμα οὐκ ἔχει. ἀλλὰ καὶ πνεῦμά κοτε ξυνιστὰν ἐν πλευρῇ, δίψαν ἐνέδωκε καὶ ὀδύνην πονηρὴν, μαλθακήν τε θέρμην. καὶ τόδε ὀνομάζουσιν ἄνδρες ἀΐδριες πλευρῖτιν. Verùm apud vetuſtiores etiam Medicos, ſpecies quædam concurſus pleuritis ſeu lateralis morbus vocabatur, bilis excretio cum dolore lateris & exigua febre, aut etiam ſine febre. Huiuſmodi ſanè affectus, nomen quidem pleuritidis, rem verò non obtinet. Quinetiam ſpiritus nonnunquam in latere collectus, ſitim & dolorem prauum, mollemque calorem excitat. Idque ignari homines pleuritin nuncuparunt. Apud Hippocr. verò pleuritidis differentiæ ſtatuuntur, πλευρῖτις ξηρὴ & ἄπτυος, & πλευρῖτις ἐν νώτῳ. De quibus, vt de vera pleuritide pluribus apud eum locis agitur, præcipuè verò lib. 1. de Morb. (p. 137. 35. & lib. 2. (p. 149. 17.) & lib. 3. (p. 162. 41.) & (p. 163. 1.) Lib. περὶ παθῶν (p. 180. 17.) Lib. de loc. in homine (p. 67. 49.) & (p. 70. 9. 6.) Lib. 2. & 4. de rat. vict. in morb. ac. In Coac. Prænot. (p. 435.) & ægr. 8. lib. 3. Epid. poſt ſt. peſt. & lib. 5. (p. 335. 6.) & aph. vlt. ſect. 3. lib. 6. Epid.

Πλῆθος multitudinẽ aut copiã ſignificat redundantis in corpore humoris alicuiꝰ. ſæpe tamẽ ἀντὶ τῆς πληθώρας ſumitur, quæ eſt æqualis omnium humorum in corpore redundantia, aut ſanguinis omnes humores complexi, & κατὰ τὴν ἐπικράτειαν dicti, vt loquitur Galenus. Sic πληθώρα dicitur Eraſiſtrato, τὸ κατὰ τὰς φλέβας πλῆθος, & de ea plenitudine ſumitur, quæ penes vaſorum capacitatem ſpectatur, non virium facultatem, vt idem ſcribit Galenus. Rurſus quoque lib. περὶ πλήθους (pag. 351. 23.) πλῆθος πληθώραν vocari ſcribit, eſſeque πλεονεξίαν χυμῶν ἐν ὅλῳ τῷ σώματι συνισταμένην, hoc eſt, redundantem in toto corpore humorum conſiſtentiam, quæ ſpectatur humoribus vel per totum corpus, vel plurimas & præcipuas partes redundantibus, ſiue id in venis, ſiue in carnoſo genere tantùm contingat. Ac rurſus ibidem (pag 352. 23.) πλῆθος eſſe dicit πλεονεξίαν τῶν καθ' ὅλον τὸ σῶμα τοῦ ζώου χυμῶν, humorum in toto animalis corpore exuperantiam. πλῆθος autem duplex ibid. facit Galenus, τὸ μὲν πρὸς τὴν ἰσχὺν καὶ δύναμιν, quæ plenitudo ad vires dicitur; & tandiu durat quandiu quod corruptum eſt vacuatum, reliquos humores in priſtino & naturali habitu tuetur. Aſt vbi tanta acceſſit corruptio vt non poſſit per naturæ concoctionem ad priſtinum bonitatis habitum reduci, διαφθορὰ dicitur Galeno Com. ad aphoriſ. 17. lib. 2. Eſt & πλῆθος τὸ κατὰ τὸ ἔγχυμα, aut πρὸς ἀγγεῖα, & πρὸς τὴν ὑποδεχομένην χώραν, ad vaſorum capacitatem, ὃ (vt loquitur Galenus) τῇ περιεχούσῃ χώρᾳ μετρεῖται, hoc eſt, quæ pro loci eam capientis capacitate definitur. Sic Com. ad aphoriſ. 17. lib. 2. τὸ πλέον in noſtris

corporibus duplex ſtatuit Galen. ἓν μὲν ὡς πρὸς τὴν τῶν ἀγγείων εὐρυχωρίαν, ἕτερον δὲ ὡς πρὸς τὴν διοικοῦσαν ἡμᾶς φύσιν. vnum quidem velut ad vaſorum capacitatem, alterum verò velut ad eam quę nos regit naturam.

Πληθύω, multus ſum, redundo. In Coac. Prænot. (pagina 444.9.) τὸ δ' οὖρον πληθύει λεπτὸν, vrina autem tenuis redundat, affluit multa, abundat.

Πλειὰς idem quod πλειὰς, ſydus ſeptem ſtellas in Tauro continens. Latini Vergilias vocant, & apud Hippocratem Vergiliarum occaſum ſignificat, qui finis eſt autumni. Sic enim ſcribit Gal. Com. 1. in lib. 1. Epid. (p. 350. 35.) ὅτι φθινοπώρου πέρας οἶδε καὶ αὐτὸς, τὴν τῆς πλειάδος δύσιν, ἣν δηλ. συντόμῳ φωνῇ ὀνομάζει καὶ πλειάδα, σαφῶς ἐδήλωσεν. Quod autem Vergiliarum occaſum autumni finem eſſe nouerit, quem compendiaria voce πλειάδα appellat, manifeſtè indicauit. Apud Hippocrat. ὑπὸ πλειάδα ſæpe ponitur pro autumni fine, vt initio lib. 1. Epid. (pag. 346.44.) & (p. 357.27.) ταῦτα δ' ἐγίνετο πάντα μέχρι πλειάδος δύσιος, καὶ ὑπὸ πλειάδα. Talia autem contingebant ad Vergiliarũ occaſum vſque, & ſub ipſas Vergilias.

Πλημμυρὶς apud Hip. humiditatis abundantiam ſignificat, ac veluti inundationem quandam aut reſtagnantem humiditatem. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 81.51.) de aqua ſputi eductionem promouẽte, πλημμυρίδα γάρ τινα ἐμποιεῖ. inundationem enim quandam inducit; hoc eſt, humiditatis abundantiam. Sic enim πλημμυρίδα illic exponit Gal. πλῆθος ὑγροῦ τινος, & rurſus (p. 83.12.) πλῆθος ὑγρότητος. Id autem ex tranſlatione dictũ eſt, cùm πλημμυρὶς idem ſit quod πλημμυρὰ, hoc eſt, æſtus maris accedentes aut affluentes, cùm mare æſtuans ſeu intumeſcens, inundansq; affluit & accedit, vt ἀμπώτεις, æſtus maris reciprocantes, refluentes aut remeantes dicuntur, aut maris reciprocatio & receſſus. πλημμυρὶς Heſychio exponitur, ὁρμὴ τῆς θαλάσσης, ἢ ἐπίρρυσις. Indéque πλημμυρεῖν, inundare, reſtagnare, aut exundare ſignificat, vt apud Hippocr. lib. περὶ ἱερῆς νούσου (pag. 126.8.) ὥστε πλημμυρεῖν τὸ φλέγμα, ita vt pituita redundet. Rurſúsque ibidem (v. 25.) ἢ πλημμυρεῖ ὑπὸ τοῦ φλέγματος, præ pituita inundat, pituita redundat aut plenum eſt [cerebrum] Atque hunc locum mihi videtur ſubindicare Heſychius, cùm πλημμυρεῖ, πίμπλαται exponit. Eidem quoque πλημμυρὸν, μεστὸν, πεπληρωμένον ſignificat.

Πλήμνην τροχοῦ χοινικίδα exponit Galen. in Exeg. apud Hippocratem hoc eſt, rotæ modiolum. Verùm πλήμνην legiſſe videtur Galenus, ſi modo vera eſt ſcriptio. Quam etiam vocem agnoſcit Euſtathius, ſcribẽs πλήμνην per pleonaſmum τοῦ ν factum eſſe. Eam autem vocem vſurpat Hippocr. lib. de fract. (p. 549. 55.) ἢ γῇ πλήμνην κατορύξαντα. Vel enim defoſſo rotæ modiolo. Rurſúsque ibidem (p. 550.1.) τὸ ξύλον πρὸς τὴν πλήμνην ἄκρον ἐνθέντα ἀνακλᾷν, lignum ſumma eius parte in modiolum immiſſa, reflectere. Ac rurſus ibidem (v. 33. & 35.) πλήμνην ἄλλην ὑπὲρ κεφαλῆς κατορύξας. altero rotæ modiolo ad caput defoſſo. Et, τὸ ξύλον ἐνείρειν ἐς τὴν πλήμνην, ligno in rotæ modiolum defixo. Et (vers. 45.) τοῦ δ' ἂν βάθυ ἀντὶ τῆς πλημνίου. Quin ſi lubet, modiolorum loco. Galenus verò in Com. ſcribit πλήμνην Ionibus dici τὴν καλουμένην χοινικίδα τοῦ τροχοῦ. πλήμνας Erotianus apud Hippocr. exponit, τὰς χοινικίδας τοῦ τροχοῦ δι' ὧν ὁ ἄξων στρέφεται, hoc eſt, rotæ modiolos in quibus axis vertitur. Quæ interpretatio ex Homeri Schol. in Il. ε. deſumpta videri poteſt, nouè tamen adſcripta. Neq; enim axis voluitur, ſed rota cum radiis ei infixis circum ipſum axem immotum. Vt melius legatur περὶ τὸν ἄξονα στρεφομένας. Hanc autem dictionem ex Mochlico adduxiſſe mihi videtur Erotianus (pag. 511. 22.) ἢ πλήμνας κατορύξας, aut defoſſis humi rotæ modiolis. Heſychius πλήμνας eſſe ſcribit, τὰς περιεχούσας τὸν ἄξονα χοινικίδας, modiolos axem complexu ſuo ambientes. Eidem etiam eſt πλήμνη ἡ χοινικὶς τοῦ τροχοῦ ἢ τῆς συνεχής, ἀπὸ τοῦ πληροῦσθαι ὑπὸ τοῦ ἄξονος. Ex quibus conſtat πλήμνας dici foramina aut fiſtulas quæ axi inſeruntur, & circa eum voluuntur, quibus affixi ſunt radii. Vtitur ea dictione Homerus, quod etiam teſtatur Gal. Il. ε. (v. 726.) & Il. ψ. (v. 339.) Pollux πλήμνην eſſe ſcribit, τὸ περικυλιόμενον τῷ ἄξονι, quod circum axem voluitur.

Πληρῶσθαι eſt refici & recreari cibo; aut renutriri potiùs, quàm impleri, aph. 11. lib. 2. illic enim περὶ τῶν ἀναθρέψιος δεομένων, de his qui renutritione indigent agitur, vt ſcribit Galenus, & materiæ ex qua à morbo recreantur differentiæ explicãtur. πλῆρες autem & κενὸν quàm variè dicantur, exponit Galen. lib. 3. de Diff. pulſuum (p. 37.10.)

Πλησμονὴ plenitudinem ſignificat & omnem nimiam ciborum abundantiam ac ſatietatem, cui fames opponitur, vt aph. 4. lib. 2. πλησμονὴ etiam dicitur Galeno Com. ad aph. 17. lib. 2. ἡ πλείων τροφὴ τῆς τοῦ σώματος φύσεως. copioſius alimentum quàm corporis naturæ conueniat. Interdum etiam πλησμονὴ ἀνατροφὴν indicat, & ſimplicem refectionem naturæ conſentaneam, vt cùm ſcribit Gal. Com. ad aph. 22. lib. 2. ex contrariorũ inter ſe oppoſitione, ὥσπερ γὰρ καὶ οἱ διὰ πλησμονὴν νόσους σχόντες, τὸ τηνικαῦτα κενοῦν χρὴ τὴν πλησμονήν. οὕτω γε καὶ οἱ ὑπὸ κενώσεως, ἀνατρέφειν ὅτι τάχιστα προσήκει. Sic etiam ſi propter repletionem oriatur morbus, ſtatim eam repletionem vacuare oportet: ſicuti ſi propter euacuationem, reficere quàm celerrimè conuenit. πλησμονὴ & κένωσις inter ſe opponuntur aph. 22. lib. 2. & lib. περὶ φυσῶν (pagina 118. 12.) Vbi πλησμονὴ ἀντὶ τοῦ πλήθους ſumi videtur, vt & apud Galenum cap. 4. lib. περὶ πλήθους. πλησμονώδες μελίκρητον, mulſa hypochondria replens dicitur lib. de rat. vict. in morb. ac. (pagina 78. verſ. 33.) εἰ μέν τοι ῥοφήματι χρέεται πτισάνης, ἐπιπίνειν δὲ μελίκρητον, ἄγαν πλησμονῶδές ἂν εἴη καὶ φυσῶδες. Si quis igitur poſt ptiſſanæ ſorbitionem

nem mulſam ſuperbibat, valde replet & inflat.

Πληχάς, ἀδος, greſſuram ſignificat & locum inter duo crura medium, quo videlicet in diductione feminum, greſſuum viciſſitudines deambulando efficiuntur. Locus eſt medius inter anum & naturale, aut intermedia crurum & feminũ pars, quæ πληχὰς dicitur. Gal. Com.2. in lib. de fract. (p.557.35.) πληχάδα τὸ μεταξὺ τῶν δύο σκελῶν χωρίον, locum inter duo crura medium exponit. Et Com.4. in lib. de art. (p.654.34.) τὸ μεταξὺ τῶν βουβώνων ἑκατέρου σκέλους, totam eam partem quæ eſt inter inguina vtriuſque cruris, cuius media pars περίναιον, hoc eſt, interfemineum dicitur, quæ eſt intercapedo à pudendi exortu ad anum pertinens, in qua veſicæ collum ſitum eſt. Idem in Exeg. in dictione διαπεπληγμένα, πληχάδα τὸ μεταξὺ τῶν σκελῶν eſſe ſcribit. Pollux etiam lib. x. πληχάδας eſſe vult τὰ μεταξὺ πεδήματος, καὶ ὄρχεων καὶ μηρῶν. Et Rufus Epheſius πληχάδα τὸ μεταξὺ ὄρχεων, καὶ πεδήματος, καὶ μηρῶν vocat. Vbi tamen ὑποδήματος vitioſè pro πεδήματος ſcribitur, vt patet ex Polluce. Homeri quoq; Schol. in fine ἰλιάδ. ζ πληχὸς eſſe ſcribit, τὸ ὑπὸ τὰ αἰδοῖα, cutem ſub pudendis inter vtrunque femur. Dicitur autem ἀπὸ τοῦ πλίσσεσθαι, quod eſt gradiri & greſſus glomerare, βηματίζειν Euſtath. exponit, Heſychius διαβαίνειν. Et apud Homerum ἰλιάδ. ζ. (verſ. 318.) πλίσσοντο πόδεσσι, διέβαινον exponũt Schol. & Pollux. Rufus etiam τὸ διαπλίσσειν διαβαίνειν. Indeque πλίγμα & πλὶξ deducitur, quod gradum paſſum & greſſum ſignificat, βῆμα Euſtathius exponit. Hinc ἀμφιπλὶξ apud Sophoclem pro περιβάδην, hoc eſt circum, ponitur, vt annotat Pollux & Rufus. Sed animaduertendum eſt apud Pollucem & Rufum ἀμφιπλὴξ, & διαπλήσσειν, & πλήσσειν, & πληχάδα ſcribi, & apud Heſychium πλήσσοντο, vt & apud Galenum, & διαπεπλῆχθαι & ἐκπεπλῆχθαι, & apud Hippocr. πληχάδα, pro πλιχάδα, διαπεπλίχθαι, ἐκπεπλίχθαι, & πλίσσεσθαι. Quod forte inde natum videtur, quòd πλίσσεσθαι Aeolicè dicatur pro πλήσσεσθαι, pedibus terram pulſare, aut pedibus pulſando ſonitum excitare, aut intento curſu gradiri, quòd ſcribat Euſtathius αἰολικῶς dici πλίσσεσθαι, τὸ συντόμως τρέχειν καὶ βηματίζειν. Πληχάδα autem vſurpat Hippocrates lib. de fract. (pag. 557.13.) τὸ ἄρθρον τὸ κατὰ τὴν πληχάδα καλεομένην. articulus ad locum inter crura medium, qui greſſura & πληχὰς dicitur. Et lib. de art. (pag. 631. 42.) ὁ μηρὸς παρὰ τὴν πληχάδα καλεομένην. femur ad locum inter crura medium, qui greſſura & πληχὰς dicitur, hoc eſt, qua crurum greſſio fit, aut qua crura diuaricantur. Quid autem ſit πλήσσεσθαι antea ſcripſimus in ἐκπεπλῆχθαι. Galenus in Exeg. παρὰ τὸ πλήσσειν, hoc eſt, à feriẽdo, πλήστιγγας νάρθηκας. ferulas apud Hippocratem exponit, quòd ad feriendum ſint accommodatæ, quæ etiam πλαστίγγια dicuntur.

Πλοώδης κλεὶς, iugulum fluitãs aut innatans, hoc eſt, veluti ſumma parte fluctuans; dicitur Hippocrati, lib. περὶ ἄρθρ. (pag. 597.8.) ἀγχοτάτω ἡ κληῒς πρὸς τὸ τοῦ ὤμου ἄρθρον πλοώδης ἐστί. Sed iugulum quidem proxime ad humeri articulum fluitat. Quo ſignificatur clauiculam ipſam iuxta humerum inanem ac ſpatioſam quandam cauitatem habere, ac veluti fluitare & innatare, nullique firmamento inhærere, ideoque ſumma parte commiſſam veluti fluctuare, vt noſtris in eum locum lib. περὶ ἄρθ. Annotationibus ſcripſimus. πλοώδης autem οἷον ἀστήρικτος exponitur illic Galeno, h. e. inſtabilis & firmamento carens. Quod certe ob frequentem quam habet clauicula cum ſummo humero motionẽ dictum eſt. Qui locus haud dubiè ſignificatur Erotiano, cùm πλοώδης exponit ex Euryclis ſententia, εὐρύχωρον χάλασμα ἔχουσα ὡς οἷον ἐμπλέουσα. ſpatioſam & amplã laxitatem habens, ac velut innatans. Quædam verò exemplaria manu ſcripta pro πλοώδης, ἀστήρικτος adſcriptum habent. Quod certe gloſſema eſſe ex Galeno appoſitum ſatis cõſtat, quòd vox iſta tranſlata & vetuſta videretur, cùm alioqui communibus maximeque vſitatis nominibus vti ſit ſolitus Hippocrates, vt ibidem etiam indicat Galenus.

Πλῦμα loturam ſignificat & aquam in qua aliquid elutum ſit. πτισάνης ἀλεύρου πλῦμα, in ſorbitione ſuppuratis exhibet Hippocr. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.117.9.) Et lib. 7. Epid. (pagina 363. 12.) in febre ardente propinatur πλῦμα ἀλεύρου ἑφθὸν, farinæ lotura cocta, hoc eſt, aqua in qua farina elota fuerit. Lib. de art. (pag. 606.37.) τῷ ἀλήτῳ τῷ σητανίῳ, τῷ πλυτῷ vtitur Hippocrat. hoc eſt, farina horna eluta, quæ ex tritico eloto, aut macerato, aut verò aqua macerato fieret, vt illic docet Galenus.

¶Πνεῦμα apud Hippocratem & omnes Medicos aeream quandam ſubſtantiam & æthereum ſignificat, quæ tertiam noſtræ ſubſtantiæ, ex qua conſtamus, portionem efficit, & ſpiritus dicitur, cuius naturam, ortum, cauſas & differentias doctiſſimè perſequitur Gorrhæus. Sic lib. περὶ τέχνης (pag. 3.26.) cauitates corporis internas & ſpatia inania πληροῦσθαι πνεύματος, ſpiritu & aere refertas eſſe ſcribit Hippocrates, aut vapore quodam aereo, quem νοτίδα vocat lib. περὶ ἰητροῦ (pagina 13. verſ. 41.) Eſt enim aer in corporis cauitatibus & inanibus illis ſpatiis concluſus, qui à calido natiuo ſuperatus & euictus, cum eodem perpetuò commiſcetur, ad omnia munia ſubeũda deducitur & diffunditur. Lib. περὶ φυσῶν πνεῦμα duplex eſſe ſcribit Hippocrates (p.118.21.) & ſpiritus qui corpora ſubeunt, φῦσαι dici, qui verò extra corpora feruntur, aerem. Eaque notione πνεύματος nomen ſæpe vſurpatur Hippocrati, vt cùm ſcribitur (ibidem) arbores radicitus euelli, & mare vndis exæſtuare διὰ τὴν βίην τοῦ πνεύματος. Et cùm tribus rebus animantium vita teneatur, cibo, potione & ſpiritu (vt ſcripſit M. Tullius lib. 2. de nat. deorum) huius triplicis alimẽti nomina ponit ibid. Hippocr. σῖτα, ποτὰ, πνεύματα.

Et, quicquid eſt ſub cœli concauo, πνεύματος συμπλέον ἐστὶ, ſpiritu impletur. Quin & quòd idem hyemis & æſtatis cauſa eſt. Et quòd Solis, Lunæ & aſtrorum omnium curſus, διὰ τοῦ πνεύματός ἐστι. Et, τῷ πυρὶ τὸ πνεῦμα τροφὴ, ignis nutrimentum ſpiritus. τοῦ δὲ πνεύματος τὸ πῦρ στερηθὲν, οὐκ ἂν δύναιτο ζώειν. Abſque ſpiritu ignis viuere nequit. Et quod mare μέθεξιν ἔχει τοῦ πνεύματος, ſpiritu non caret. Lib. etiam περὶ ἱερῆς νούσου (pagina 126. verſ. 7.) πνεύματα βόρεια, aquilonares venti dicuntur. Et, quòd puer inter plorandum μὴ οἷός τε ἐῃ τὸ πνεῦμα ταχέως ἀναλαβεῖν, ſpiritum citò reuocare non poteſt. Ac rurſus, ἄφωνος γενόμενος τὸ πνεῦμα οὐχ ἕλκυσεν, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα ἠρέμησεν, voce defectus ſpiritum non trahit, ſed ſpiritus quieſcit. Sic ibidem ἐν τῇσι μεταβολῇσι τῶν πνευμάτων, in ventorum permutationibus frequenter pueros morbo comitiali corripi ſcribitur. Lib. 6. Epid. aphoriſ. 16. ſect. 2. tuſſes ſiccæ contingunt οὐ τῷ θηριώδει, ἀλλὰ τῷ πνεύματι, non à malignitate, ſed à vento, flatu & aere externo frigido, vbi πνεῦμα Galenus exponit τὸν περιέχοντα ἀέρα, & τὸν εἰσπνεόμενον ἔξωθεν ἀέρα ἱκανῶς ψυχρόν. ambientem nos aerem & externum inſpiratum abunde frigidum. Rurſus aphoriſ. 15. ſect. 8. lib. 6. Epidem. τὰ ἐσπίπτοντα καὶ εἰσιόντα πνεύματα, eos qui irruunt & intrant ſpiritus, in conſiderationem adhibet Hippocrat. externi aëris nos ambientis vim ac mutationem in victus ratione animo reputans. Et rurſus aphoriſ. 18. eiuſd. ſect. πνεῦμα aerem externum & ſpiritum vocat, cuius ſecundum qualitates immutationem, cùm in tota victus ratione, tum ægrorum, tum ſanorum, plurimùm poſſit, animaduertendam præcipit. Lib. 2. Epidem. (pag. 315. 21.) τὰ πνεύματα ὑποχονδρίοισιν dicuntur de flatibus qui corpus peruadunt & præcordia diſtendunt, vt ibidem adſcripſimus, quemadmodum & πνευματώδεις dici Hippocrati περὶ τῶν ἐμπεπνευματωμένων καὶ τῆς πεπνευματωμένης γαστρός. hoc eſt, de his qui flatu diſtenduntur, multis exemplis probat Galen. lib. 3. περὶ δυσπν. (pagina 197.) Lib. quoque 2. περὶ διαίτης πνεῦμα ſæpe pro aere externo & vento vſurpatur Hippocrati (pag. 90. & 91.) vt & aliàs ſæpe.

Πνεῦμα etiam ſæpe τὴν ὅλην ἀναπνοὴν ſignificat apud Hippocratem, hoc eſt, totam reſpirationem, quæ aeris inſpiratu & expiratu conſtat, vt multis locis teſtatur Galenus. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 48. 22.) καὶ πνεῦμα πυκνότερον γένοιτ' ἂν, & denſior fiet ſpiratio, ἡ ἀναπνοὴ πυκνοτέρα γίνεται, exponit Galenus, additque, κέκληκε δὲ τὴν ὅλην ἀναπνοὴν πνεῦμα κατὰ τὸ ἀρχαιότατον σχῆμα, καὶ τοῖς τῶν ἐπιδημιῶν. Rurſusque ibidem (pagina 97. 10.) ἢ ἡ ἀντίσπασις τοῦ πνεύματος πυκνὴ καὶ βιαίη προσγίνηται. ſpiritusque reuulſio frequens & violenta accedit. Vbi ſcribit Galenus: πνεῦμα, καὶ τὴν μετὰ τὴν εἰσπνοὴν δευτέραν ἐκπνοὴν, καὶ τὴν μετὰ τὴν ἐκπνοὴν δευτέραν εἰσπνοὴν εἶπεν. ἑκατέρως γὰρ πυκνὸν γίνεται τὸ πνεῦμα. πνεῦμα hoc eſt, ſpirationem vocat, tam eam quæ inſpirationi ſuccedit expirationem, quàm inſpirationem quæ expirationem ſequitur. Vtroque enim modo frequens ſpiratio contingit. Sic etiam (ibidem) in angina τὸ πνεῦμα σμικρὸν, τὴν ἀναπνοὴν μικρὰν διὰ τὴν στενοχωρίαν τοῦ πόρου, reſpirationem paruam ob meatus anguſtiam, explicat Galenus. In Progn. (pag. 129. 12.) cùm ſcribitur, πνεῦμα δὲ πυκνὸν ἐὸν πόνον σημαίνει. frequens quidem ſpiratio dolorem indicat. Ibi ſcribit Galenus: πνεῦμα μὲν ὀνομάζει κατὰ τόνδε τὸν λόγον ὁ Ἱπποκράτης, ὅλην τὴν ἀναπνοήν. πνεῦμα quidem hoc loco vocat Hippocr. totam reſpirationem. Quam ſignificationem etiam amplectitur lib. περὶ δυσπν. & Com. ad aph. 68. lib. 4. πνεῦμα νῦν ἀκουστέον αὐτὸν λέγειν, ὥσπερ κἀν τῷ προγνωστικῷ, τὸ κατὰ τὴν ἀναπνοήν. πνεῦμα eum dicere nunc intelligendum, velut in Prognoſtico, ipſam reſpirationem. Eandemq; huius vocis explicationem huic loco adhibet Erotianus apud Hippocr. cùm ſcribit, πνεῦμα νῦν ἡ ἀναπνοὴ, δι' ὧν φησι· πνεῦμα πυκνὸν μὲν ἐὸν πόνον σημαίνει. Galenus quoque Com. 4. in lib. 6. Epid. (p. 492. 29.) πνεῦμα τὴν ἀναπνοὴν ὀνομάζοντος αὐτοῦ πολλάκις ἠκούσαμεν. πνεῦμα ipſam reſpirationem Hippocratem vocare ſæpius audiuimus. Eſt & πνεύματος κατάσχεσις, ſpiritus detentio, cohibitio, inter corporis exercitationes repoſita, lib. 2. περὶ διαίτης (pagina 98. 35.) Quo nomine tota reſpiratio, expirationem & inſpirationem complexa, continetur. Quam notionem apud Hippocr. crebriorem eſſe, in τοῦ πνεύματος differentiis paulò pòſt enumerandis facilius eluceſcet.

Πνεῦμα etiam ſimpliciter & ſine addito poſitũ apud Hippocrat. difficultatem ſpirandi crebram & frequentem ſignificat, vt multis ex ipſo Hippocr. exemplis ex lib. 4. Epid. probat Gal. lib. 3. περὶ δυσπν. (pag. 197.) Quod etiam his verbis ibidem exprimit (p. 198. 25.) τὸ γὰρ πνεῦμα μόνον ἁπλῶς οὕτω γέγραφεν ἐν ταῖς τῶν νοσημάτων ἰδίῃσι συνδρομαῖς, ἀντὶ τῆς δυσπνοίας, ἀφ' ἧς πυκνὸν γίνεται τὸ πνεῦμα. πνεῦμα enim ſolum & per ſe in morborum concurſionibus ab Hippocr. ſcriptum, pro difficili reſpiratione ſumi oſtenſum eſt, in qua ſpiritus eſt denſior. Idem quoq; in Exeg. πνεῦμα ſæpius δύσπνοιαν apud Hippocrat. ſignificare teſtatur. Sic lib. 6. Epid. ſect. 2. aph. 11. πνεῦμα pro difficili ſpiratione ſumitur, quæ quàm conueniat naturaliter maior eſt & concitatior. ἢν πνεῦμα ἐγκαταλείπηται, ſi ſpiritus totus deficiat. Vbi ſcribit Gal. πνεῦμα δὲ δηλονότι νῦν ἀκουόμενον τὸ πλέον τοῦ κατὰ φύσιν. Spiritus certè nunc intelligendus, qui quàm naturaliter conueniat, maior eſt. Idemque τὴν ἀναπνοὴν πλείονα exponit, hoc eſt, vehementiorem & crebriorem reſpirationem. Quem in ſenſum hoc exemplo etiam vtitur Galenus lib. 3. περὶ δυσπν. Rurſusque aphoriſ. 5. ſect. 3. libro 6. Epidem. πνεῦμα per ſe poſitum difficilem ſpirationem, crebram & incitatam indicat, vt etiam ſcribit Galenus libro 3. περὶ δυσπν. In Comment. verò eiuſdem ſententiæ id ſic explicat: ὅτι δὲ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ τῇ διαίτῃ τῶν ἡμερῶν

ἡμερέων γεγονέναι γεγραμμένον, ἀσαφὲς ἐστὶν εἴ τι δύσπνοιαν ἁπλῶς σημαίνει ἡντινοῦν, εἴ τε μόνον τὸ διὰ ταχέος καὶ μέγα πυκνὸν εἶδος τῆς δυσπνοίας· ἔνιοι δὲ καὶ τὸ κατὰ γαστέρα πνεῦμα πλεῖον ἠθροῖσθαι νομίζουσιν ἐκ τῆς λέξεως δηλοῦσθαι. Ita verò qui ſcribitur ſpiritus decimo die adfuiſſe, obſcuritatẽ parit, num ſimpliciter quamlibet ſpirandi difficultatem ſignificet, num ſolam incitatam & valdè crebram ſpirationis ſpeciem. Quidam verò plurimum flatum in vẽtre collectum eſſe hac dictione indicari exiſtimant. Rurſus lib. 4. Epid. (pag. 331. 8.) ἄχθη τι ἀσθμάματος, quandam difficilem reſpirationem habuit. Sic enim explicat Gal. lib. 3. περὶ δυσπν. Et turſus ibidem (ver. 13.) πνεῦμα οὐκ ἐλύθη. ſpirandi difficultas ſoluta non eſt. Lib. 7. Epid. (pag. 339. 15.) πνεῦμα δὲ προσέκειτο. difficultas ſpirandi inſtabat, hoc eſt, vrgebat. Lib. 5. Epid. (pag. 354. 1.) καὶ πνιγμοὶ ἦσαν ὅτε ὑπὸ τοῦ πνεύματος, interdumque ex difficultate ſpirandi ſuffocationes aderant. Et (v. 7.) καὶ τὸ πνεῦμα ἔληξεν. ſpirandi difficultas deſiit. Et (v. 7.) πνεῦμα τὸ ἔνδοθεν ἧσσον. difficultas ſpirandi mane minor. In Coac. Prænot. (pag. 426. 19.) ἐν πνεύματι, cum difficultate ſpirandi diximus, itaque legimus ex codicibus manuſcriptis, cùm ἐμπνεύματι legant publicata omnia exemplaria. Lib. 2. περὶ χυμῶν. (pag. 287. 17.) καὶ πνεῦμα ἔχει, & difficultate ſpirandi tenetur, eamque intelligit quæ crebra eſt & denſa, quæque aſthmati coniungitur, vt in Ageſii puella, aphoriſm. 4. ſect. 4. libr. 6. Epid. Sic quoque lib. de loc. in homine pro ſpiritus anguſtia & difficili ſpiratione ſumitur in peripneumonia (pag. 68. 7.) καὶ πνεῦμα ἐκ τῶν ἑβδομαίων λήξεται. & ſpirandi difficultas ſexto aut ſeptimo die præbendit. Ac rurſus ibidem (v. 27.) καὶ τὸ πνεῦμα ἔχει. idque difficilem reſpirationem facit. Et (ver. 33.) καὶ πνεῦμα ἴσχει, ſpirandi difficultas vrget. Et (ver. 35.) πνεῦμα πολὺ ἴσχει. magna ſpirandi difficultas adeſt. Et (verſ. 46.) καὶ πνεῦμα ἐπικίνδυνον, & ſpirandi difficultas periculoſa.

Πνεῦμα ἀλιζόμενον, ſpiritus coaceruatus & confertus dicitur, hoc eſt, ſpiratio concitata, magna & denſa, qualis in hypochondriorum tumore, aut viſcerum ex inſigni cacochymia diſtentione, contingere ſolet. In Coac. Prænot. (pag. quadringenteſima trigeſima tertia, verſ. quadrageſimo quinto.) Ab ἀλίζεσθαι autem deducitur, quod coaceruari & congregari ſignificat, & crebrò Hippocrati vſurpatur, vt antea ſcripſimus.

Πνεῦμα ὡς τῶν ἀνακαλουμένων dicitur Hippocr. ægr. 1. lib. 1. Epid. ſpiratio intro reuocanti & ingeminanti ſimilis, interruptæ & eliſæ ſpirationis genus, quæ interna quadam reuocatione duplicem ſonum facit, & interciſum ſpiritum iterato quodammodo curſu continuat & reſarcit. Hæc eadem πνεῦμα προσκόπτον & προσπταῖον dicitur Hippocrati, ſpiratio offendens, interciſa, interrupta & eliſa, eidemque indicatur per ἀνάκλησιν ἔσω ἐπαναδιπλουμένην τῆς ἐπιπνεύσεως lib. 2. Epid. (pag. 315. 26.) & Coac. Præn. (p. 431. 29.) & per πνεῦμα ἐνδιπλάζον (p. 313. 38.) De qua plurima ſcripſimus Com. noſtris in lib. 2. Epid. & Annot. in lib. 1. Epid.

Πνεῦμα ἀναφέρειν, eſt ſpiritum ducere & trahere, & de magna ſpiratione dicitur quę multam ſpiritus copiam efflat, in ea quæ ſurſum fertur latione aut expiratione, & internam aliquam phlegmonen aut incendiũ denotat. Quem in ſenſum ſumi poteſt quod ſcribitur Prorrh. 2. (418. 13) τὸ μὲν πνεῦμα ἀνήνεγκαν. ſpiritum quidem duxerunt, hoc eſt, vehementer & altè ſpiritum traxerunt. Sic in Coac. Præn. (p. 439. 6.) πνεῦμα ἔξω ἀναφέρουσαι ἐκστάσιες dicuntur, vehementes mentis emotiones, in quibus ægri vehemẽtem ſpiritum efflãt, magnamq́; copiam expiratione reddunt. Quod etiam intrò conceptum incendium & magnum æſtum indicat. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 106. 32.) πνεῦμα ἄνω φερόμενον eſt ſpiritus qui ſurſum fertur, in ea quæ ſurſum fit ſpiritus latione & expiratione, & ἀντὶ τῆς ἐκπνοῆς ſumitur. Καὶ τοῦ πνεύματος ἄνω φερομένου τὴν ποιῇ, ſi dũ ſpiritus ſurſum fertur doleat æger, quæ eſt ſpirandi difficultas quæ in expiratione ſpectatur, & vt ſcribit Gal. μάλιστα κατὰ τὴν ἐκπνοὴν γιγνομένην, & in pleuritidis ſymptomatis ponitur.

Πνεῦμα ἀνελκόμενον, elata ſpiratio & ſublimis, & quæ ſurſum tollitur, quæque ſurſum ſublato thorace & ſpatulis ducitur. In Prorrh. (p. 195. 19.) οἷς πνεῦμα ἀνέλκεται, quibus ſpiritus ſurſum trahitur, aut qui ſpiritum trahunt. Vbi ſcribit Gal. δοκεῖ δέ μοι τὸ ἀνελκόμενον πνεῦμα, τὸ ἄνω ἑλκόμενον λέγειν, ἐφ' οὗ κατὰ τὸν ἔμπροσθεν λόγον ἔφην εἰρῆσθαι τό, τε πρόσχειρον, καὶ τὸ μετέωρον, ὅταν τοῖς ἄνω μέρεσιν ὁ θώραξ μεγάλην ποιῇ τὴν ἀναπνοὴν εἰσπνεόντων, ὡς φαίνεσθαι κινουμένας τὰς ὠμοπλάτας. Videtur autem mihi τὸ ἀνελκόμενον πνεῦμα dicere, τὸ ἄνω ἑλκόμενον, quod ſuperiore oratione, τὸ πρόσχειρον, & τὸ μετέωρον dici aſſerui, cùm thorax inter inſpirandum ſuperiorib. partibus magnam efficit reſpirationem, ita vt ſcapulæ moueri videantur.

Πνεῦμα ἀνασπώμενον αὐτίκα, ſubinde reuulſa ac retracta ſpiratio, interruptum ac interceptum ſpirationis genus, ſubindeque eliſum ac velut intro reuocatum indicans, quo ſpirationis actio intercidit quaſique deficit, & ex nimia organorum ſiccitate neruorum diſtentionem minatur, ex aph. 68. lib. 4. de quo ſcripſimus noſtris in ægr. 11. lib. 1. Epid. Annotat. idemque ferè indicat quod ſpiritus intrò reuocanti aut geminãti ſimilis, πνεῦμα ὡς τῶν ἀνακαλουμένων antea dictus eſt. Neq; huic abſimile eſt πνεῦμα ὑπὸ σπασμώδεος πόνος, in Coac. Præn. (p. 431. 37.) & Prorrh. (p. 195. 20.) ſpiritus qui velut ex conuulſione ducitur, nempe in angina coarctatis ſpiritus anguſtiis, ex muſculorum laryngi & gulæ incumbentium affectione. Sic enim interceptis ſpiritus viis, & pulmone ob neceſſitatem vehementer attrahẽte, ſpirituq́; per anguſtias violenter ſubeunte, ſtrangulantur ægri, fitq́; conuulſiua quædam ſpiratio.

Πνεῦμα ἀραιὸν, μέγα, ſpiratio rara & magna, quæ

deſirantibus ineſt veluti propria, vt ſcribit Gal.lib.1.περὶ δυσπ.Com.1.Prorrh.(p.171.55.)& patet ex ægr.1.2.11.lib.1.Epid.& ægr.15.& 16.lib.3.Epid.poſt ſt.peſt. De qua antea ſcripſimus,in dictione ἀραιόν, multoque plura noſtris in libr.1.Epid. Annot.ex Gal. ſententia.

Πνεύματα ἄσημα, ſpiratio obſcura, quæ non apparet,h.e.exigua & intercepta dicitur Hippocrati,aph.12.ſect.7.lib.6. Epid.qualis in vuluæ ſtrangulatu,ſyncope,animi deliquiis & moribundis cernitur, ad ſpiritus defectionem(ἄπνοιαν vocant)accedẽs, & omnimodam caloris natiui extinctionem ac refrigerationem indicat.Gal.lib.3.περὶ δυσπ.(pag.198.47.)ex hoc Hippocr. loco πνεύματα ἄσημα explicat, ὅσα μὴ δήλωμα ἔχει τοῦ πνεύματος, μηδ' ἔστιν ἡμῖν καταφανῆ. ſpirationem quæ neque apertè apparet, neque nobis manifeſta eſt.

Πνεῦμα βηχῶδες, ſpiritus tuſſiculoſus, cùm inter reſpirandum quiddam in aſperam arteriam deriuat,quod tuſſim mouet & reſpirationẽ offendit. Difficultas eſt ſpirandi cum inani tuſſiendi cupiditate. In Coac.Prẹn.(p.425.47.)&(p.444.30.)πνεύματι βηχώδει,cum ſpiritu tuſſiculoſo.

Πνεῦμα διὰ πολλοῦ χρόνου, reſpiratio quæ fit ex lõgo interuallo,in Prog.(p.129.15)idem quod τὸ ἀραιὸν ſignificat vt explicat Gal.li.1.περὶ δυσπ.(p.178.38.)& cõ.1.in Pror.(p.171.55.)Idem etiam denotat πνεῦμα διὰ χρόνου,vt etiam ibid. explicat Gal.(p.180.40.)quam phraſin vſurpat Hip.ægr.15.& 16.lib.3.Epid.poſt ſt. peſt.

Πνεῦμα μανότερον ἢ λεπτότερον, ſpiritus rarior & læuior,cùm ex crebra & difficili aut turbulenta reſpiratione,rarior fit,remiſſior ac placidior,in Coac.Præn.(p.43.08.)

Πνεῦμα μέγα,magna reſpiratio, in qua tot' thorax ſecundum tres dimenſiones plurimùm ampliatur,& magnum internum incẽdium denotatur,eamq; ſæpè ponit Hip.præcipuè verò in Progn.& Coac.Præn.(p.427.18.)&(p.432.29) Huic πνεῦμα μικρὸν opponitur. in Hipp.diſciplina.

Πνεῦμα μετέωρον, ſpiratio ſublimis & elata dicitur, quæ ſublato toto thorace,erectaq; ceruice trahitur in magna ſpiritus anguſtia,velut in angina, peripneumonia,pleuritide & ſuſpirioſis. Sic enim μετέωρον dictum ſcribit Gal.com.1.in Prorrh.(p.177.40.) ἐπειδὴ τὰ μετέωρα μέρη τοῦ θώρακος οἱ οὕτως ἀναπνέοντες φαίνονται κινοῦντες, quod ſublimes thoracis partes ad ſpiritum ducẽdum mouere conſpiciantur. Eademque notione μετέωρον ἢ φαινόμενον πνεῦμα idem dici teſtatur. Idem quoq; lib.4. de loc.aff.(p.292.54.)Hippocrati μετέωρον πνεῦμα intelligi ſcribit: τὸ τοῖς μετεώροις μέρεσι τοῦ θώρακος εἰσπνεόμενον. ſpiritũ ſublatis ſublimibus thoracis partibus inſpiratum. Rurſus com.2.in lib.3.Epid.(p.410.13.)in muliere anginoſa eodem ſenſu μετέωρον πνεῦμα dicit: φαίνεται γὰρ τοῖς ὑπὸ [illegible] τὰ τοῦ θώρακος ὑψηλὰ μέχρι τῶν ὠμοπλατῶν κινούμενα, καὶ ἔτι εὔλογον εἰρῆσθαι νῦν ὑπ' αὐτοῦ μετέωρον πνεῦμα, γενόμενον οὐ μόνον ἐν τοῖς κυναγχικοῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς περιπνευμονικοῖς, καὶ τοῖς ἐμπυϊκοῖς ὀνομαζομένοις πάθεσι. Apparent ſiquidem in ita affectis ſummæ thoracis partes ad ſcapulas vſque motæ,eamque ab ipſo dici ſpirationem ſublimem eſt rationi coniunctum, quæ fit non ſolùm in anginoſis, verùm etiam & in peripneumonicis & in empyicis dictis affectionibus. Ibidem quoque μετέωρον πνεῦμα dici poſſe ſcribit, quòd coarctatis in anginoſis ſpiritus & aëris externi viis, ægri ad attrahendum ſpiritum toto thorace violenter moueantur, & ad eum ducendum erigere ſe cogantur. ἐπεὶ δὲ τῆς συνάγχης, αἱ μὲν κατὰ τὸν πνεύμονα κοιλίαι τοῦ πνεύματος ἐν αἷς ἀναπνέομεν, ἀφλέγμαντοί εἰσι καὶ καθαραί. φλεγμαινόντων δὲ τῶν ἐν τῷ λάρυγγι μυῶν, στενοχωρία γίνεται, κατὰ τὴν εἴσοδον τὴν πρώτην τοῦ ἔξωθεν ἀέρος ὃν διὰ τῆς εἰσπνοῆς ἕλκομεν, ὥστε καὶ νῦν καθ' ἑτέραν μὲν αἰτίαν, ὁμοίως δ' ἀπληρώτως ἡ χρεία γίνεται τῆς ἀναπνοῆς, ὡς ἐπ' ἀσθματικῶν, ἐμπύων τε καὶ περιπνευμονικῶν ἐγίνετο. διὰ τοῦτο ἐξορμῶσιν οἱ πνιγόμενοι διεγείρεσθαί τε καὶ κατὰ τὸν θώρακα βιαίως ἐπισπᾶσθαι τὸν ἔξωθεν ἀέρα. κατὰ τοῦτο μὲν δὴ τοῖς κυναγχικοῖς τὸ μετέωρον ὀνομάζεσθαι πνεῦμα λογίσαιτ' ἄν τις. συγχωρεῖ δὲ καὶ διὰ τὸ μετεωρίζειν ἑαυτοὺς ἐθέλειν οὕτως εἰρῆσθαι, ταὐτὸν σημαίνοντος τοῦ μετεώρου πνεύματος τῷ κατὰ τὸ προγνωστικὸν ὀρθοπνοίᾳ. In angina verò, quæ ſpiritus ſunt conceptacula in pulmone, quibus ſpiritum ducimus, recluſa ſunt & pura. Sed inflammatis ſummi gutturis muſculis, anguſtia fit in primo externi aëris ingreſſu, quem inſpirando attrahimus. Adeò vt etiam hic, alia quidem de cauſa, ſimiliter tamen reſpirationis vſus expleri nequeat, velut in ſuſpirioſis, ſuppuratis & pulmonum vitiis contingebat. Ideoque qui ſuffocantur cum impetu exurgere coguntur, & toto thorace magna vi externum aërem attrahere. Eaque ratione in his qui angina laborãt τὸ μετέωρον πνεῦμα dici quis cenſeat. Põt etiam dici διὰ τὸ μετεωρίζειν ἑαυτοὺς ἐθέλειν, h.e. ꝙ ſe erigere velint, vt idem ſignificet τὸ μετέωρον πνεῦμα, quod in Prognoſtico ὀρθόπνοια, id eſt erectæ ceruicis ſpiratio. Quam etiã notionem mihi videtur complexus Gal.lib.3. περὶ δυσπ.(p.196.44.) cùm πνεῦμα μετέωρον in angina laborantibus eſſe ſcribit: μέχρι τῆς φάρυγγος οἷον, ἐν οἷς τὸ βάθος τοῦ θώρακος κατερχόμενον, ſpiritum qui in præcluſis faucibus hæret & ſubſiſtit, neque ad thoracem peruadit, eaq; ſpiratio parua eſt & crebra, vt ibidem docet. Quæ quidem ſignificatio, quòd ex ſenſu ipſo & re externa, non medica, ducatur, à ſuperiore diuerſa videri poteſt. Eſt & alia τοῦ μετεώρου πνεύματος notio ex Sabino à Galeno adſcripta, qua ſublimem reſpirationem vocabat, τὴν ἄκρᾳ τῇ ῥινὶ γινομένην ἀναπνοήν, hoc eſt, quæ ſummis naribus fiebat, cùm præcluſo animæ aditu, ſpiritum ducendo pinnas narium mouent ęgri. Quod quidem his qui ſuffocãtur, vel ab angina, vel peripneumonia, vel ſuppuratione, contingit, ac prætereà ẽt iis qui infirma admodũ ſunt facultate, velut moribũdis. Quã ſignificationẽ etſi

Galenus

Galenus ſugillat, eam tamen mihi quodammodo exprimere videtur Hipp. in Olympiadæ vxore velut morti vicina, lib.7.Epid. (p.359.3.) πνεῦμα μετέωρον κατὰ ῥῖνα ἀνιέμενον. ſpiratio ſublimis, quæ naribus trahebatur. Sic πνεῦμα μετέωρον vſurpat lib.2.Epid. (p.314.3) πνεῦμα δὲ οὐ πάνυ τι μετέωρον. Reſpiratio his non admodum elata, neque ſublimis. Rurſusque ibidem (v.29.) πνεύματα μετέωρα, οὐ μὴν πάνυ. reſpiratio non admodum elata. Ac rurſus ægr.7.lib.3.Epid. Et aphor.2.ſect.7. li.6.Epid. πνεῦμα ξυμμετεωρίζον, ſpiratio vnà ſublimis erat & elata, in qua ſpiritus vix ac niſi erecta ceruice trahebatur. Vbi Commentarii qui Gal. nomine circunferuntur ſpirationem ſublimem exponunt, quæ ſublimiorum thoracis muſculorum motu fieret, & magnam ſubeſſe anguſtiam ſignificaret. Rurſus etiam lib.7.Epid. (p.359.27.) ἐς νύκτα πνεῦμα ἐμετεωρίζετο, ſub noctem ſpiratio ſublimis euadebat. πνεῦμα autem μετέωρον paruam & crebram eſſe ſpirationem probat Galen. extremo lib. 3. περὶ δυσπν. De qua multa etiam ſcripſimus noſtris in li.2.com. & Annot. in lib.3.Epid.

Πνεῦμα μινυθῶδες, vide in Μινύθω antea.

Πνεῦμα μυχθῶδες, vide τὰ Μυχθώδεα ἐξαναφέροντα πνεύματα, antea.

Πνεῦμα προσκόπτον, ſpiratio offendens, offenſans & ſubſiſtens, quæ in medio interrupta ſubſiſtit, quæque vel intrò delata, vel extra emiſſa interrumpitur ac eliditur, aph.68.lib.4. Vbi exponit Gal. πνεῦμα δέ φησιν ἐπειδὰν προσκόπτῃ, τουτέστιν ἴσχηται μεταξὺ καὶ διακόπτηται. ſpiritum, qui vbi offendit, hoc eſt, media reſpiratione ſiſtitur & interrumpitur. Spiritum in faucibus eliſum dixit Celſus cap.7.lib.2. Huiuſmodi ſpirationem offendentem & interruptam ſic explicat Gal. libr. 4. de loc. affect. (p.293.16.) ἔστι δὲ καὶ ἄλλο τι δυσπνοίας εἶδος ἐπὶ ἐκλελυμένης τῆς ἐνεργείας τοῦ θώρακος ἐποχῇ βραχείᾳ, ποτὲ μὲν ἐν ταῖς εἰσπνοαῖς, ποτὲ δὲ ἐν ταῖς ἐκπνοαῖς, εἴτε γ᾽ ἐν σπασμώδη διάθεσιν τῶν τοῦ θώρακος μυῶν γενομένου τοῦ συμπτώματος, ἢ διὰ πλῆθος θερμασίας εἰσπνεῖν ἢ ἐκπνεῖν ἀναγκαζομένου συνεχέστερον τοῦ κάμνοντος. Eſt & alia difficultatis ſpirandi ſpecies, cùm veluti interrũpitur breui quadã quiete thoracis actio, nonnunq̃ inſpirãdo, nõnunq̃ et expirando, ſiue huiuſmodi ſymptoma cõtingat ob affectũ thoracis muſculorum conuulſioni ſimilem, ſiue ob caloris copiam, qua æger cogitur continenter vel inſpirare vel expirare.

Πνεῦμα προσπταῖον, idem quod προσκόπτον, ſpiratio offendens & conciſa. Libr. de rat. vict. in morb. ac. (p. 65.42.) πνεῦμα προσπταῖον ἐν τῇ ἄνω φορῇ, ſpiritus offenſans & interciſus in ea quæ fit ſurſum latione. Vbi ſcribit Gal. ἡ γοῦν δύσπνοια καθ᾽ ἣν τὸ πνεῦμα προσπταίει, διὰ τροφὴν ἄκαιρον γίνεται μᾶλλον ἢ δι᾽ ἔνδειαν. ἔστι γὰρ συνεχείας τι καὶ σπασμοῦ γνώρισμα, προσκόπτειν τε καὶ ἐπέχεσθαι τὸ πνεῦμα κατὰ τὴν εἰσπνοήν. Difficultas quidem ſpirandi, in qua ſpiritus offendit, ob cibum intempeſtiuum potiùs quàm ob indigentiam contingit. Spiritum enim inter inſpirandum offendere, ac veluti ſiſti, tum anguſtiam, tum conuulſionem indicat. Quem etiam locum explicat Gal. lib.3. περὶ δυσπν. πνεῦμα προσπταῖον etiã vſurpat Hippocr. lib.1. περὶ γυν. (p.232.39.) & lib. 2. (p.287.1.) in vteri ſtrangulatu.

Πνεῦμα πρόχειρον, ſpiratio viſui expoſita, prompta, expedita, omnibus conſpicua & nota dicitur, ſpiratio ſublimis & elata, velut ad manum prompta, vt quæ ſublatis ſcapulis & thoracis ſuperioribus partibus fiat, qualis in ſuſpirioſis & iis qui ſuffocantur manifeſtè deprehenditur. Idem quod πνεῦμα μετέωρον, antea dictum ſignificat. In Prorrh. (p.177.32.) πνεῦμα δὲ τοῖσι πνιγομένοισι πρόχειρον. ſpiratio omnibus conſpicua, qualis eſt in his qui ſuffocantur. Quod repetitur in Coac. Prænot. (p.431.14.) Cuius nominis notionem his verbis explicat Gal. comm. 1. in Prorrh. φαινόμενόν τι λέγειν αὐτοῖς ἔθος ἐστὶ τὸ τοιοῦτο πνεῦμα. φαίνονται γὰρ οὕτω πάντες οἱ τὴν τοιαύτην εἰσπνοὴν εἰσπνέοντες, ὅλας κινεῖν τὰς ὠμοπλάτας, ὡς καὶ διὰ τῶν ἀμφιεσμάτων ἐναργῶς δείκνυσθαι τὴν κίνησιν, ὡς ἂν ἰσχυρῶς ἐνεργούντων αὐτῶν ἐπὶ τῶν ἄνω μερῶν τοῦ θώρακος· εἰκότως οὖν ἐνταῦθα μὲν ὠνόμασε πρόχειρον τὸ τοιοῦτον πνεῦμα, κατὰ δὲ τὸ δεύτερον τῶν ἐπιδημιῶν, μετέωρον. πρόχειρον μὲν, ἐπειδὴ φαίνεται προχείρως, ὅταν ἴδωσιν ἐπιμελῶς καὶ ῥᾳδίως τοῖς τὸν κάμνοντα θεωμένοις, εἰωθότων ἡμῶν αὐτῶν ἀντιδιαιρεῖν τοῖς ἀποκεκρυμμένοις καὶ μὴ φαινομένοις τὸ πρόχειρον· μετέωρον δὲ, ἐπειδὴ τὰ μετέωρα μέρη τοῦ θώρακος οἱ οὕτως ἀναπνέοντες φαίνονται κινοῦντες. Eſtque ei vſitatum talem ſpiritum φαινόμενον, hoc eſt apparentem aut conſpicuum, dicere. Quicunque enim talem ſpiritum inſpirant, totas ſcapulas mouere conſpiciuntur, adeò vt per veſtimenta manifeſtè motus appareat, velut ſuperioribus thoracis partibus in ipſis validè actionem obeuntibus. Non temerè igitur hoc loco talem ſpiritum πρόχειρον vocauit, quem lib.2.Epid. μετέωρον, hoc eſt, ſublimem. πρόχειρον quidem, quoniam ad manum conſpicitur, hoc eſt, promptè & facilè, his qui ægrum intuentur: cùm etiam nobis ſit conſuetum τὸ πρόχειρον opponere τοῖς ἀποκεκρυμμένοις καὶ μὴ φαινομένοις, hoc eſt, latentibus & non apparentibus; μετέωρον verò, hoc eſt, elatum ac ſublimem, quoniam qui ita reſpirant, ſublimes thoracis partes mouere conſpiciuntur. Hanc etiam ſpirationem innuere mihi videtur Hippocr. lib.7.Epid. in peripneumonia laborante (pag.356.10.) πνεῦμα πρὸς χεῖρα πονηρὸν, ſpiritus ad manum, malus. Sic enim ſpiratio nota & vulgaris intelligitur, quæ quòd omnibus ſit prompta & expedita, velut ad manum, πρὸς χεῖρα dici videtur, non ſecus ac πρόχειρον πνεῦμα.

Πνεῦμα πυκνὸν, ſpiratio crebra, denſa & frequẽs, dicitur, difficultatis ſpirandi ſpecies, quæ partim cum magna, partim cum parua ſæpè coniungitur apud Hippocr. vt videre eſt apud Gal. lib.3. περὶ δυσπν. vbi illius cauſas ampliſſimis verbis explicat, adductis pluribus etiam Hippocr. locis. Eam verò ſæpiſſimè vſurpat Hippocr. præcipuè verò lib. de rat.

vict. in morb. ac. in Progn. Coac. Prænot. Libr. etiam 3. de Morb. (pag. 162. 33.) & (p. 164. 43.) Et lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 198. 43.) Et lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 241. 41.) & lib. 2. (pag. 282. 45.) in vteri eryſipelate. Lib. 4. Epid. (pag. 331. 11.) Et lib. 7. (p. 354. 8. 13. 38.) Libr. 2. Epid. (pag. 315. 38.) in Scopo, πνεῦμα ὑπόπυκνον, reſpiratio ſubfrequens, ex præcordiorum coorenſione, tumote & dolore. Cuius loci etiam meminit Gal. lib. 3. περὶ δυσπν.

Πνευματώδης dicuotur Hippocrati, ſpirituoſi & anheloſi, quique ob thotacis anguſtiam, aut interceptas animæ vias aërem liberum haurire nequeunt, ideoq; crebram & paruam reſpirationem habent, üdemque πνευματίαι dicuntut lib. de rat. vict. in morb. ac. Sic enim explicat Gal. libr. 3. περὶ δυσπν. (pag. 197.) Vbi etiam ioterdum πνευματώδη eum qui flatibus aluum diſtentam babet, aut qui ilibus eſt tumidis & inflatis, ſignificare ſcribit, idque ex libr. 4. Epid. teſtimonio Hippocr. comprobat. Qua ootione πνευματώδης exponitur Galeno io Exegeſi, ὁ, τε ἐμπεφυσημένος καὶ ὁ δύσπνοος, flatibus diſtentus, & difficultate ſpirandi laborans. Quod enim ſcribitur lib. 4. Epid. (pag. trecenteſima trigeſima prima, verſ. ſeptimo,) mihi bis verbis ſubindicare videtur Gal. vbi πνευματώδης dicitur, tum anheloſus, tum inflatus. Sic enim de eo ſcribit Gal. libr. 3. περὶ δυσπν. ἐγχωρεῖ γὰρ ἑκάτερον, καὶ δύσπνουν αὐτὴν γεγονέναι, διά τε τὰς ἐν τοῖς ὑποχονδρίοις διαθέσεις, καὶ πνευματωθῆναι τὴν γαστέρα. Vtrunque enim licet, tum ipſum difficultate ſpirandi laborare, ob hypochondriorum affectus, tum ei etiam ventrem flatibus diſtendi. Rurſus ibidem (v. 35.) πνευματώδης ὑποχόνδρια dicitur, quæ præcordia inflata habet & flatibus diſtenta, cùm tamen etiam ſuſpitioſa & anheloſa fomi poſſit, quæque crebram & paruam ſpiratiõnem traheret. Sic enim vtraoqoe explicatiooem huic accommodat Galeous lib. 3. περὶ δυσπν. (pag. 197. 44.) καὶ μέν τοι καὶ μετ' ταύτην ἐπ' ὀλίγον προελθὼν, ἄρχεται διηγεῖσθαι τόν τε τρόπον, ἡ Τεμένεω πνευματώδης. δυνατὸν μὲν γὰρ δύσπνοος ἀκούεσθαι, δυνατὸν δὲ, καὶ ὥσπερ οἱ πολλοὶ τῶν ἐξηγησαμένων οἴονται, λέγεσθαι ἐμπεπνευματωμένα τὰ ὑποχόνδρια, βέλτιον δὲ δοκεῖ μοι, καὶ ἴσως ἀναγκαῖον, τὴν πεπνευματωμένην τὰ ὑποχόνδρια λέγεσθαι μᾶλλον ἤπερ ἡ δύσπνοιαν. ὀλίγον οὖν ἐν τῇ διηγήσει προελθὼν, καί πως εὐπνοωτέρη, φησὶ, ὡς ἂν ἤδη προειρηκὼς ὑπὲρ αὐτῆς δύσπνοιαν εἶναι. ὅτι δὲ πνευματώδεις, οἷς πυκνόν ἐστι τὸ πνεῦμα, προσαγορεύειν εἴωθε, εἴρηται μὲν κἀν τοῖς ἔμπροσθεν. ἀλλὰ καὶ νῦν δῆλον. ἔτι τε χεῖρον γὰρ αὖθις ἐτέτρεπτο τὰ περὶ τὸ ἀνθρώπιον συμπτώματα, καὶ κατὰ τὴν ἑξκαιδεκάτην ἡμέραν ἀποθανεῖν αὐτήν φησι, πυκνὸν ἔχουσαν τὸ πνεῦμα. Atqui & poſt hanc non longè progreſſus, hunc in modum oarrare incipit. Temenei ſoror πνευματώδης. Poteſt enim difficulter ſpitans ohauditi, poteſt etiam, vt multi enatratores exiſtimat, diſteota habens hypochondtia dici. Ac magis probo, forteq; eſt neceſſe, flatibus diſtentam iuxta hypochondria potiùs, quàm difficulter ſpirantem dici. Paulùm igitur narrando progreſſus, & quodammodo meliùs ſpirabat, inquit, velut iam prædixiſſet ipſam difficulter ſpiraſſe. Quòd autem πνευματώδεις eos ſit ſolitus appellare, quibus denſus eſt ſpiritus, dictum quidem eſt antea, ſed & nũc etiam eſt manifeſtum. Rurſus eoim iam in peius vertebant quæ buic mulierculæ contingebant, & circa decimum ſextum diem cũ crebra ſpiratiooe mortuam fuiſſe dicit. Rurſus quoq; ibid. (v. 42.) πνευματώδης dicitur ſuſpirioſus & anbeloſus, quiq; crebrum & denſum ſpiritũ traheret, ex præcotdiorum tumoribus, vt etiã explicar Gal. lib. 3. περὶ δυσπν. vbi tamen πνεῦμα, noo πνευματώδης legiſſe videtur. Sic quoq; ibid. (p. 332. 6) πνευματώδεις οὐ πάνυ, noo admodũ anheloſi dicuntur, qui ex mollibus & vacuis hypochondrus difficultate ſpirandi non valdè premereotur. li. etiam de rat. vict. in morb. ac. (pag. 114. 50.) πνευματώδεας vocat Hipp. aobeloſos & ſuſpirioſos ob thoracis anguſtiam. Vbi eã quoq; dictionem his vetbis exponit Gal. πνευματώδεις γὰρ ὡς τὸ πολὺ μόνον ὀνομάζουσι, τοὺς κατὰ τὴν εἰσπνοὴν ἀέρος δεομένους, ἔστι δ' ὅτε καὶ τοὺς ἐμπεπνευματωμένους. πνευματώδης enim vt plurimùm pet ſe vocãt eos, qui aëre inter reſpiraodum indigent, intetdum verò etiam inflatos, quos ibidem Hip. φυσώδεας appellare videtur. Eodem lib. (p. 103. 12.) πνευματοῦνται dicuntur ſpirituoſi, aut flatibus diſtenti. Sic eoim πνευματοῦσθαι illic exponit Gal. vt ſignificet, εἴ τι τὸ τῆς κατὰ τὴν γαστέρα πνεύματος πλῆθος, ὡς οὖν γαστέρα φυσῆσαι πᾶσαν αὐτὴν, εἴ τι τὴν μεγάλην καὶ πυκνὴν ἀναπνοήν. ſiue flatuum copiam quibus vẽter totus diſtenditur, ſiue magnam & crebram teſpiratiooem At πνευματώδεες aph. 72. libr. 5. ſunt flatulenti tantùm & flatibus diſtenti, φυσώδεες. Sic enim eos exponit Gal. πνευματώδεις νῦν εἰρῆσθαι νομιστέον ἐκείνους ὅσοι κατὰ γαστέρα πλῆθος ἀθροίζουσι φυσώδους πνεύματος, ἤτοι δι' ἐρυγῶν κενούμενον, ἢ διὰ φυσῶν, ἢ κατεχόμενον τε καὶ διατεῖνον τὰ πέριξ. πνευματώδεις dici nunc exiſtimandum illos qui ſpiritus flatuoſi copiam citca ventrem coaceruaot, qui per ructus vel flatus excernitur vel remanet, & continentes partes diſtendit. Πνευματίαι verò ſunt apud Hippocratem, lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 49. 23.) anheloſi quique multum & frequenter ſpirant ob thotacis anguſtiam, velut pleuritici, de quibus ſcribit: ταχέως γὰρ πνευματίαι γίνονται. breui enim anheloſi fiunt. Sic enim expooit Galenus libr. 3. περὶ δυσπν. Etſi πνευματίας etiam dici πνευματώδεις ſcribit, & τοὺς πεπνευματωμένους τὴν γαστέρα, hoc eſt, eos quibus venter flatibus diſtentus eſt, ſignificare. Iidem etiam πνευματούμενοι vocantur in Prorrb. (pag. 118. 30.) οὖσι πνευματουμένοισιν ἰδρώς. in anhelatoribus & ſpirituoſis. Vbi πνευματουμένους dici ſcribii Gal. τοὺς μέγα καὶ πυκνὸν ἀναπνέοντας, ἐπειδὴ κἀν τῷ περὶ διαίτης ὀξέων οὕτως αὐτοὺς ὀνόμασεν ὁ Ἱπποκράτης, eos qui multum & frequenter reſpirant, quãdoquidem ſic eos appellat Hip. li. de rat. vict. in morb. ac. (Sic .n. μέγα, πυκνὸν ſignificare ſcribit Gal.

lib. 3.

libr.3.περὶ διαιτ. τὸ μὲν γὰρ μέγα τῇ καθ' ἑκάστην ἀναπνοῇ πουλὺ χρόνον.) Sic quoq; πνευματίαι dicuntur aphor.5.ſect.7.lib.6.Epid. anhelatores quique frequentem & multum ſpiritum trahebant, ex crebra in thoracem fluxione. Etſi qui flatibus diſtenta habeont hypochondria illic ſumi poſſunt. πνευματίας enim illic exponit Galenus extremo libr.3. περὶ διαιτ. ἤ τοι τοὺς ἐμπνευματουμένους, ἢ τοὺς ἀσθματώδεις.

Πνευμένοι mihi videotur dici apud Hippocratem iidem qui πνευματίαι aut πνευματώδεις, anheloſi, difficultate ſpirandi laborantes, & multum ac crebrum ſpiritum trahentes, aphoriſm.4.ſect.4.lib.6.Epid. ἐν ᾧ δεῖ πνευμένοισι, βοῆς, ὀξυθυμίης. Difficultate autem ſpirandi laborantibus, aut anhelatoribus, clamore & procliui iracundia abſtinendum. Sic enim contra omnium interpretũ mentem eum locum expoſuimus ex Galeni ſententia, cùm πνευμένους accipiat eos quibus reſpirationis organa affecta ſunt.

Πνευσιάω eſt crebrò ſpirare, anhelare, & freqnẽtem ſpiritum ducere. Lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.208.36.) πνευσιᾷ σφόδρα, vehementer anhelat. Et lib.7.Epid. (p.355.33.) ὥστε ξυνάγειν τὸ σῶμα, καὶ ξυγκαλύπτεσθαί τι καὶ πνευσιᾶν, vt corpus contraheret, contegeret, & anhelans ſpiraret.

Πνῖγος æſtum pleniorem ac veluti ſuffocantem ſignificat, & de calore æſtiuo dicitur quo penè ſuffocamur, vnde θέρος πνιγῶδες æſtas ſuffocans. Lib.3.Epid. in ſt.peſt. (p.459.34) πνίγεα μεγάλα, æſtus ſuffocantes multi. Vbi ſcribit Gal. φύσει γὰρ ὄντος ἀεὶ τοῦ θερινῆς ὥρας θερμῆς, ὅταν ἄπνοια προσγένηται, πνῖγος ἐξ ἀνάγκης ἕπεται. Nam cùm æſtas natura perpetuò ſit calida, vbi ventorum ceſſatio acceſſerit, æſtus præfocans neceſſariò conſequitur. πνῖγος, θάλπος, & καῦμα exponit Heſych. Lib. etiam 5.Epid. eadem vſurpatur dictio (p.342.28.) πνίγεα μεγάλα, æſtus præfocantes magni. πνῖγος etiam πνίγμα aut πνιγμὸν ſignificat, hoc eſt ſuffocationem, vnde πνιγώδης φάρυγξ in Prorrh. (p.194.52.) fauces ſuffocantes aut ſtrangulantes, in quibus præcluditur ſpiritus. & φωνὴ πνιγώδης, vox ſtrangulabunda, ibidem (p.195.19.) & πνιγώδη γυναικεῖα, ſtrangulatum inducentes menſes, in Coac. Prænot. (pag. 433.24.) & τὰ κατὰ φάρυγγα πνιγώδεα, & τὰ ἐν φάρυγγι ἀλγήματα πνιγώδεα, faucium præfocantes dolores, in angina, pro quibus πνὶξ & πνιγμὸς dicitur Hippocrati, vt aph.34.lib.4. Eſt autem πνὶξ ſtrangulatus & ſtrangulatio, & ſubitam internecionem ex ſpirandi defectu indicat, qui oritur ex ſpirationi dicatorum inſtrumẽtorum anguſtia, vt illic ſcribit Gal. πνὶξ quoque aut πνιγμὸς ὀρθόπνοιαν ſignificat & difficultatem ſpirandi, quæ fit arrecto thorace & ſcapulis ac diſtento collo, cùm ex præcluſione animæ reclinati ægri abſque ſtrãgulatu & ſuffocatione reſpirare nequeunt. Sic enim πνιγμὸς ἐν φάρυγγι dicitur lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag.103.50.) Pro qua ſuffocatione in huiuſmodi angina, in qua nullus faucium tumor adeſt, ὀρθόπνοιαν ponit in Progn. & libr.4. de rat. vict. in morb. ac. (p.96.43.) Eademque notione ſcribitur in Coac. Præn. (p.425.45.) πνιγμὸς ἐν ὀξέσιν ἰσχνῶν ἰσχνωθεῖσι, ὀλέθριον. In præcipitibus morbis, ſtrãgulatus graciles cẽtibus faucibus, perniciem minatur. Pro quo etiã πνίγμα ponitur Hippocrati in angina libr.7.Epid. (p.356.13.) & (p.365.44.) & (p.366.17.) & (p.357.22.) βὴξ μετὰ πνίγματος, tuſſis ſtrangulabunda, aut cum ſtrangulatu, quę etiam βὴξ πνιγμώδης ibidem dicitur.

¶Πυδαὼν dicitur quod ex vtre propendet & eminet, per quod liquor in vtrem infunditur, aut petiolus in vtre pendulus, per quem liquor infunditur & effunditur. Lib. περὶ παθῶν (p.183.15.) πρὸς πυδαῶνα ἀσκοῦ, ad vtriculi eminentem extremitatem & propẽdulum petiolum, fiſtula alligatur, ad immittẽdum flatum & diſtendenda inteſtina, vt deinde ſubluatur venter, in ſanãdo voluulo. Quod per follem fabrilem fieri præcipit libr.3. de Morb. (pag.161.35.) Annotatur ex Herodoti Euterpe, τῶν ἀσκῶν δύο ἢ τρεῖς πυδαῶνας dictos pro obice quo obſtruitur vter, ne vinum effundatur, duos aut tres vtrium propendulos petiolos dicunt.

Ποίην exponit Gal. in Exeg. apud Hippocr. τὴν ἔχουσαν τὸ φύλλον ὅμοιον οἰνάρῳ τὴν φύσιν, ὡς τὸ τῆς κισσαμπέλου καλουμένης εἶδος. hoc eſt, herbam folium habẽtem viti ſimile naturâ, vt ciſſampeli appellatæ ſpecies. Verùm non ſatis ſibi conſtant exemplaria, cùm quædam ἄρῳ pro οἰνάρῳ legant, quod vitis pampinum aut folium ſignificat.

Ποιητικὴ μαρτυρίη, teſtimoniũ ac oſtentatio poëtica, & quæ ficta eſt ad aurã popularem captandam, ἐν παραγγελίαις (p.18.42.) μὴ μέντοι γε μετὰ μαρτυρίης ποιητικῆς. ne tamen id cum teſtimonio ac oſtentatione poëtica fiat.

Ποικίλλοντα ὑποχόνδρια dicuntur hypochondria variantia, quæque ſubinde varias ſuſtinent affectiones, & in contrarias tranſmutãtur, in Prorrh. (p.197.52.) & Coac. Prænot. (p.429.15.) ποικίλλοντα verò exponit Gal. τὰ συνεχῶς ἐπὶ τἀναντία συμπτώματα τὰς μεταβολὰς ποιούμενα. quæ continentes in contraria ſymptomata mutationes ſuſtinent.

Πολυχάδῃ, πολυφάγῳ exponit Gal. apud Hipp. in Exeg. hoc eſt multiuoro. Nã & ἴχανεν apud Callimachum ἀντὶ τοῦ κατέφαγε, h. e. vorauit, poſitum adſcribit.

Πολύκαρπον τὸ κραταιόγονον ὀνομαζόμενον exponit Gal. in Exeg. Cratæogonum nũcupatum. Vſurpatur autem Hippocr. lib.1. περὶ γυναικ. (p.250.16.) ad abluenda & detergẽda vteri vlcera.

Πολύκνημον, frutex eſt ſurculoſus, foliis origani, flore pulegii, multis geniculis dependentibus, paruis, veluti acinorũ corymbis, odore acri, iucundo, qui calfacit & deſiccat ordine ſecundo. Vſurpatur etiam Hippocrati ibidem ad eadem vteri vlcera, & πολυκνήμου φύλλα fotu & ſuffitu vtero malè habenti adhibentur. lib. περὶ ἀφόρων (pagina 198. verſ.27. & 28.)

Πολυώδεα σιτία, vide Νόσος antea.

Πολυοφθαλμὸς herba, quæ & βυφθαλμὸς dicitur, vim habens ſiccandi & eandem quam tuſſilago, eaque ad vlcera cum luxationibus coniuncta vtitur Hippocr. lib. de art. (pag. 649.20.)

Πολυποσίη multam vini potionem, non aquæ, indicat Hippocrati aph. 7. lib. 7. ἐκ πολυποσίης ῥῖγος. ex multa vini potione rigor. Vbi ſcribit Gal. ὅτι μὲν ἡ πολυποσία πολλὴν πόσιν οὐχ ὕδατος ἀλλ' οἴνου δηλοῖ, πρόδηλον παντί. Quòd quidem multa potio, vini, non aquæ, potionem indicet, cuiuis manifeſtum. Sic li. 1. de morb. (p. 137.35.) πόσιες, vini potiones ſignificant, in pleuritide.

Πολύπους, polypus, eſt Galeno libr. 3. compoſ. pharmac. κατὰ τόπ. (p. 200. 25.) ὄγκος παρὰ φύσιν ἐν τῇ ῥινὶ γεννώμενος, ἐοικὼς κατὰ τὴν τῆς οὐσίας ἰδιότητα τῇ τοῦ πολύποδος σαρκί. πρόδηλον οὖν ὅτι παχέων καὶ γλίσχρων χυμῶν ἔγγονόν ἐστι τὸ πάθημα, καὶ διὰ τοῦτο μικτῆς ὕλης δεόμενον. ὡς τὸ μέν τι στύφειν αὐτῆς δύνασθαι, τὸ δὲ τέμνειν καὶ λεπτύνειν, τὸ δὲ, διαφορεῖν καὶ πυκνοῦν. Tumor præter naturam, qui in naribus generatur, polypi marini carni aſſimilis, ſubſtantiæ proprietate. Manifeſtum igitur hãc affectionem ex craſſis & viſcoſis humoribus ortum ducere, ideoque mixtæ materiæ medicamentis indigere, vt videlicet partim adſtringat, partim ſecet & extenuet, partim etiam diſcutiendi, exiccandi & cõdenſandi vim habeat. Quod autẽ de proprietate ſubſtantiæ illic dicitur, quoniam eſt abundè à Paulo Ægineta explicatum cap. 25. lib. 6. vbi polypi curationem exequitur, eius de polypo verba adſcribam. ὁ πολύπους ὄγκος ἐστὶ παρὰ φύσιν ἐν τῇ ῥινὶ συνιστάμενος, ὀνομασθεὶς ἀπὸ τῆς τοῦ θαλαττίου πολύποδος ἐμφερείας, ὅτι τε τῇ ἐκείνου προσέοικε σαρκὶ, καὶ ὅτι τῶν ἰδίαις πλεκτάναις ὥσπερ ἐκεῖνος ἀμύνεται τοὺς θηρεύοντας, ἀπολαμβάνων τὰς ῥῖνας αὐτῶν, οὕτω καὶ τὸ πάθος τοῦτο τῶν νοσούντων ἐμφράττει τοὺς μυκτῆρας, δυσεργείαν περιέχον κατά τε τὴν ἀναπνοὴν καὶ τὴν διάλεκτον. Polypus tumor eſt præter naturam in naribus conſiſtens, à marini polypi ſimilitudine nomen adeptus, tum quòd illius carni ſit aſſimilis, tum verò etiã quòd velut ille ſuis cirrhis aut brachiis venantes vlciſcitur, manus ipſorum apprehendens: ita & hæc affectio ægrotum nares obſtruit, efficitque vt & difficultet reſpiteur, & ęgrè ſermonem exprimant. Quo loco mihi vitium ſubeſſe videtur, & ἀπολαμβάνων τὰς χεῖρας αὐτῶν lego, vt etiam reliqui interpretes mihi appoſitiſſimè reddidiſſe viſi ſunt. Galenus etiam lib. de Tumor. præter nat. (p. 357.32.) ἀλλὰ καὶ οἱ πολύποδες, ἤτοι φλεγμονῆς, ἢ φύματος, ἢ τινος βλαστήματος, ἢ ὅπως ἂν ἐθελήσῃ τις ὀνομάζειν ἐν μυκτῆρσι συνισταμένου ἀποτελοῦνται. φλεγμονώδεις δὲ εἰσὶ, καὶ ὑγροὶ, διὰ τὸ χωρίον. Verùm & polypi, aut inflammatione, aut tuberculo, aut aliquo germine, aut quomodocunque quis nominare velit, in naribus ſuborto, fiunt. Inflammationem autem concipiunt, & humidi ſunt, ob loci naturam. Huius verò naturam abundè Celſus deſcribit his verbis, cap. 8. libr. 6. Polypus eſt caruncula, modò alba, modò ſubrubra, quæ narium oſſi inhæret, & modò ad labra pendens, narem implet, modò retrò per id foramen, quo ſpiritus à naribus ad fauces deſcendit, adeò increſcit, vti poſt vuam cõſpici poſſit, ſtrangulatque hominem, maximè Auſtro aut Euro flante, fereque mollis eſt, raro dura, eaque magis ſpiritum impedit, & nares dilatat, quæ ferè καρκινώδης eſt, itaque attingi non debet. Cuius quoq; curationem perſequitur cap. 10. lib. 7. vt & Paulus cap. 25. libr. 6. πόλυπος dicitur Hippocrati (ac fortè πώλυπος Aeolicè, vt ſcribitur lib. περὶ παθῶν (p. 180.10.) vt πούλυπος Atticè, quemadmodum ſcribit Athenæus libr. 7.) eiuſque quinque differentias ſtatuit, & curationem proponit, lib. 2. de Morb. (p. 147.

Πολυσχιδίη δοξέων, præceptionũ varietas & multifida ſectio, aut multiplex diuiſio, ἐν παραγγελίαις (p. 19.4.) qua dictione cognitionis & methodi difficultatem ac varietatem indicat, cui χρονιότητος ἀτρεμεότητα, experientiæ firmitudinem ac ſtabilitatem coniungendam monet. Verùm illic πολυσχιδίην lego, velut πολυσχιδίην & πολυειδείας morborum, eorum multiplices ſectiones & varios mores vocat libr. de rat. vict. in morb. ac. (p. 39.1.) τὰς μέν τοι πολυειδείας τὰς ἐν ἑκάστοισι τῶν νόσων, καὶ τὴν πολυσχιδίην αὐτέων, οὐκ ἠγνόουν ἔνιοι. Eorum tamen ſingulorum varios modos ac multiplices diuiſiones non ignorauerunt nonnulli.

Πόματα, potiones, inter debiliores cibos & concoctu faciles reponuntur lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 6.14.) & poſt ῥοφήματα, ſorbitiones collocantur.

Πομφοὶ exponuntur Galeno in Exegeſi apud Hippocratem, ἐπαναστάσεις τοῦ δέρματος ἰσχνώδεις τε ἅμα καὶ πλαδαραὶ, καὶ ὑγροειδεῖς. eminentiæ cutis tumidæ, ſimulque humore redundantes & rubicundæ. Quibus verbis ſubindicare mihi videtur Gal. locum libr. 2. περὶ χυμῶν. (pag. ducenteſima ſexageſima ſeptima, ver. duodecimo) καὶ ἐν τῇσι κνήμῃσι πομφοὶ ἀνίστανται. in tibiis eminentiæ tumidæ, laxæ & rubicundæ exurgunt. Vbi tamen πολφοὶ legunt exemplaria quædam manu ſcripta. Quam lectionem etiam amplexus videtur Erotianus, cui πόλφοι, βολφοὶ exponuntur, ex Metagene, & βρῶμά τι πολτῶδες, eduliũ quoddam ex pulte. Sed πολφοὶ potiùs lego. Indicat autem Erotianus maximè propriam huius vocis ſignificationem, quæ huic Hippocr. loco niſi per ſimilitudinem quadrare nullo pacto queat. πολφοὶ enim βολβοὶ antiquis dicebantur, vnde & πολφοφάκη, quæ βολβοφάκη Athenæo nuncupatur libr. 4. edulium ex bulbis & lente compoſitum. Sunt & πόλφοι Polluci lib. 6. cap. 9. μηρύματα ἐκ σταιτὸς, ἃ τοῖς ὀσπρίοις ἐνέβαλλον, offæ quædam tenues & oblongæ ex paſta, quas leguminibus iniiciebant, ex quibus πολφοφάκην quibuſdam nominatam eſſe vult. Heſychio quoque πόλφοι exponuntur, τὰ ἐκ τῶν χίδρων καὶ τῆς ὀσπρίων ἐδώματα, (ſi modò vera eſt lectio, ) vt facilè coniicias ex freſis aut torrefactis leguminibus

bus incoctum fuiſſe edulium quoddam. Verùm πομφοὶ vt βολβοὶ potiùs legam. πομφῶν etiam meminit Hippocrat. lib. 2. de Morb. (pag. 157. 16) καὶ καταπίμπλαται πομφῶν, ὡς ὑπὸ κνίδης. & tumidis cutis eminentiis, velut ab vrtica inuſtis, impletur.

Πομφόλυγες inde dictæ videntur, quæ ſunt bullæ à ſpiritu flatuoſo in humore cõtento, excitatæ & eleuatæ. Sic πομφόλυγες exponuntur Heſychio, αἱ ἐν τῷ ὕδατι γινόμεναι οἰδήσεις, ἢ φυσήματα ὕδατος. πομφόλυγες ἐν τοῖσιν οὔροισιν ἐφιστάμεναι, bullæ huiuſmodi in vrinæ ſummo inſidentes, longum futurum renum morbum prædicentes, aph. 34 lib. 7.

Πονηρός prauus & vitioſus dicitur, vt πονηρὴ τροφὴ, prauum aut vitioſum alimentum aph. 36. lib. 2. μοχθηρὰν τροφὴν exponit Galenus vitioſum cibum, qui ſolet vitioſum ſanguinem gignere. Sic πονηρεύεσθαι quod eſt malè aut praué affici, dicitur de aluo Hippocrati ſæpe, quæ ob facultatis naturalis imbecillitatem probè ſuas actiones non obit, verùm effunditur & erumpit, & cruciatibus aut torminibus diſtorquetur. Velut in Prorrh. (pag. 213. 8.) οἷσιν αἱμοῤῥαγίαι πλείους, πολυχρονίως, χρόνῳ κοιλίαι πονηρεύονται. Quibus ſanguinis eruptiones diu perſeuerant, iis temporis progreſſu aluus prauè afficitur, hoc eſt effunditur aut humectatur. Idem enim hîc πονηρεύεσθαι quod καταυγραίνεσθαι aph. 27. lib. 4. vel Galeno interprete. Qua dictione etiam omnem vitiatæ facultatis naturalis errorem comprehendi vult Gal. cùm debilitato calore natiuo crudos humores plurimos & flatus gignit, aut humorum acrimoniam aut copiam, qua aluus perturbatur & malè habet. Quod etiam repetitur in Coac. Prænot. (pag. 431. 35.) Et rurſus ibidem (v. 31.) τούτοισι κοιλίαι πονηρεύονται, iis alui malè afficiuntur. Rurſuſque ibidem (pag. 429. 37.) τάχα δὲ ἡ κοιλίη πονηρεύεται τούτοισι, de aluo quæ cum torminibus erumpit & diffluit, quod καταῤῥήγνυται dixit in Prorrh. (p. 179. 36.) Iterumque ibidem (pag. 430. 27.) κοιλίης πονηρίην vocat malignam ventris affectionem cùm cerebro acri & feruente materia oppleto, pars in aluum deturbatur, in eoq; tranſitu aluũ lancinat, cruciatu & torminibus afficit. Eãdemque phraſim effert de aluo torminibus malè affecta, ibidem pag. 444. 5.) Quemadmodum & πονηρευομένη κοιλίη in lethali dyſenteria dicitur ibidem (v. 29.) de aluo humorum acrimonia effuſa. & (v. quadrageſimo ſexto.)

Πόνος Græcis laborem & dolorem ſignificat, vt ſcribit M. Tullius Tuſculana 2. in quo tamẽ Græcos velut verborum inopia laborantes irridet, quod vtrumque vno nomine comprehendant. Quę etſi inter ſe ſunt finitima, in quo tamen differant idem oſtendit. πόνος etiam apud Hippocratem variam habet notionem, & Erotiano πόνος τρία σημαίνει, τὴν γυμνασίαν, nempe exercitationem, vt cùm ſcribitur ſect. 4. lib. 6. Epid. aph. 20. ἄσκησις ὑγιείης, ἀκορίη τροφῆς, ἀοκνίη πόνων. Valetudinem excolunt, citra ſatietatem cibis veſci, & alacritas ad labores. Deinde etiam ἀντὶ ὀδύνης ſumitur cùm ſcribitur aph. 46. lib. 2. δύο πόνων ἅμα γινομένων μὴ κατὰ τὸν αὐτὸν τόπον, &c. ἀντὶ δὲ τῆς βλάβης, hoc eſt pro noxa aut læſione ſumitur cùm ſcribit aph. 1. libr. 2. ἐν ᾧ νοσήματι ὕπνος πόνον ποιέει, θανάσιμον. Quo in morbo ſomnus noxam facit, mortale. Quæ certè notiones ſunt Hippocrati omninò frequentiſſimæ, & Galeni teſtimonio apud eum conteſtatæ. Nam & πόνος vehementem motionem & exercitationem, τὸ γυμνάσιον exponit Gal. lib. 2. ſalubr. in his Hippoc. locis, πόνοι σιτίων ἡγείσθωσαν. aphor. 28. ſect. 4. lib. 6. Epid. Labores cibos præcedere debent, & aph. 5. ſect. 6. lib. eiuſdem. πόνοι, σιτία, ποτὰ, ὕπνοι, ἀφροδίσια, πάντα μέτρια. In labore, cibo, potu, ſomno, rebus Venereis mediocritas omnis adhibenda eſt. Quo etiam reſpicere Erotiani explicatio poteſt, cui πόνοι αἱ ἐνέργειαι, exponuntur. Sic & aphoriſm. 9. ſect. 5. lib. 6. Epid. πόνος τοῖσιν ἄρθροισι καὶ σαρκί. Labor articulis & carni confert. Vbi Galenus in Commentario tres illas τοῦ πόνου ſignificationes ab Erot. expreſſas attingit & ſua interpretatione accommodat. ἐπειδὴ τὸ πόνος ὄνομα πολλάκις μὲν εἴωθεν ὁ Ἱπποκράτης ἀντὶ τοῦ γυμνασίου λέγειν, ἐνίοτε ἀντὶ τῆς ὀδύνης, ἢ ἁπλῶς ἧς δήποτουν βλάβης, ὡς ἐν πολλοῖς ὑπομνήμασιν ἤδη μεμαθήκατε. διὰ τοῦτο τῶν ἄλλος ἐπ' ἄλλο τῶν τριῶν σημαινομένων τινὰ τῶν ἐξηγησαμένων τὸ βιβλίον. Quoniam πόνος nomen ſæpius conſueuit Hipp. pro exercitatione vſurpare, interdũ pro dolore, vel ſimpliciter pro quauis noxia, vt ex multis commentariis iam didiciſtis: ob id ex iis, qui librum hunc expoſuerunt alius aliud horum trium ſignificatorum amplexus eſt. Sic aphoriſ. 26. ſect. 8. lib. eiuſd. πόνοι, ἀργίαι, ὕπνοι. Labores, otia, ſomni. Vbi Cõmentarii, qui Galeni nomine circumferuntur, annotant hîc πόνων nomine, τὰ γυμνάσια & exercitationes vſurpari. Aegr. 7. libr. 3. Epid. febrem ἐκ κόπων καὶ πόνων, ex laſſitudinibus & laboribus inſuetis cœpiſſe ſcribitur. vbi πόνους τὰ γυμνάσια exponit Gal. Et aph. 16. lib. 2. πονέειν, laborare & vehementer moueri ſignificat. Vbi quoque ſcribit Gal. πόνον δὲ νῦν ἀκούειν χρὴ τὴν σφοδρὰν κίνησιν, ἣν δὴ καὶ γυμνάσιον ὀνομάζουσι. Laborem hoc loco vehementem motionem inaudire oportet, quam exercitationem vocant. In quem ſenſum exponit etiam aphoriſm. 28. ſect. 4. libr. 6. Epid. de quo ſupra diximus. Etſi libr. 5. ſalubr. (pag. 275. 15.) πόνον illîc τὴν σύμμετρον κίνησιν, conuenientem cuiuſque corpori & moderatam exercitationem etiam ſignificare ſcribit. Rurſus πόνοι γυμνάσια ſignificant aph. 49. lib. 2. vt exponit Gal. Com. ad aphoriſ. 50. libri eiuſdem, vt & πονέειν, γυμνασίοις χρῆσθαι, exercitatione vti, aphor. 32. ſect. 5. libr. 6. Epid. & libr. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 69. 13.) & (v. 46.) ἢν ἐκ πολλῆς ἡσυχίης ἐξαίφνης ἐς πλείω πόνον ἔλθῃ. Si ex multa quiete ad ampliorem laborem de repente deueniat. Et lib. 2. περὶ διαίτης (pag. 97. 26.) πόνος δὲ ξηραίνει, Labor &

exercitatio exiccat. Πόνος quóque dolorem ſæpiſſimè ſignificat apud Hippocratem, vt & labor Latinis, velut aph. 44. & 45. libr. 4. ἐς τὰ ἄρθρα πόνοι, ad articulos labores. vbi Gal. ὀδύνην ἢ βλάβην exponit. Sic etiam πονέειν dolere, vt aph. 48. libr. 2. κάμνειν & ἀλγεῖν explicat Gal. fatigari & dolere. Et aph. 32. & 33. lib. 4. Vbi etiam ſcribit Gal. εἰ γὰρ ὁ πόνος τὴν τε σφοδρὰν κίνησιν σημαίνει, καὶ τὴν ὀδύνην καὶ τὴν βλάβην, ὡς ἔμπροσθεν ἐδείχθη, πρόδηλον ὅτι, ὅλως καὶ τὸ πονεῖν, τό, τε ἐν πλείονι κινήσει γενέσθαι δηλώσει, καὶ τὸ ἔχειν τινα ὀδύνην ἢ βλάβην. Si quidem πόνος & vehementem motum, & dolorem, & noxam ſignificat, quemadmodum antea eſt demõſtratum, ſanè liquet quod verbum πονεῖν, tum vehementiore motu vti, tum dolere aut noxam pati indicabit. Eaq́; notio tam frequens eſt in Epidemiis vt teſtimonio nullo egeat, vt cùm ſcribitur ægr. 4. lib. 1. Epid. γυναικείων πόνοι, & τραχήλου καὶ ὀσφύος πόνοι, & σπασμοὶ πολλοὶ μετὰ πόνου. Et ægr. 5. καρδίης πόνος καὶ γυναικείων, & κεφαλῆς δὲ καὶ τραχήλου, καὶ ὀσφύος πόνος, & cùm ſcribitur ὑποχονδρίου δεξιοῦ πόνος, vt ægr. 12. & ſæpe aliàs. Libro ſexto Epid. aph. 8. ſect. 8. οἱ πόνοι ἐν περιόδοισιν. Labores certis temporum circuitibus fiunt, de partus doloribus qui circa fœtus editionem contingunt, ſumpſimus. Illa enim ſententia tempus in quo fœtus ex vtero prodit ſignificatur, quemadmodum illìc ſcripſimus, & lib. 2. Epid. vbi eadẽ ſententia repetitur. At verò tertium τοῦ πόνου ſignificatum quo ἀντὶ τῆς βλάβης ſumitur, & omnem noxam aut quicquid offenſionem facit, indicat, etiam Hippocrati crebro eſt vſitatum. velut aph. 1. lib. 2. vbi πόνος βλάβην σημαίνει, vt ſcribit Gal. quo etiam ſenſu ſumitur ab Erotiano. Et aph. 7. lib. 1. τοὺς ἐσχάτους πόνους, aut extremos dolores, aut labores intelligimus, aut extremas etiam offenſiones. Sic enim ibi πόνους ſumit Galenus, ἤδη τοὺς παροξυσμοὺς ἢ ἁπλῶς ἅπαντα τὰ συμπτώματα. Rurſuſq́; aph. 46. lib. 2. πόνος pro triſti & moleſto ſenſu accipitur, etſi eum locũ ꝓ dolore ſumi ſcripſit Erot. Et aph. 11. ſect. 8. lib. 6. Epid. πόνοι labores indicant qui toto geſtationis tempore grauidas offendunt & eas moleſtant, ſiue in fœtus cõformatione, perfectione, motu, abortione aut editione id contingat. Et Commentarii qui Galeni nomine publicantur, eo loco πόνους βλάβας καὶ ὀδύνας capiunt, & quamuis grauidarum offenſionem. Quo ſenſu etiam ſumuntur lib. 2. Epid. vbi id repetitur, & libr. 7. Epid. (p. 362. 33.) Lib. de natura humana (p. 10. 45.) de humore aliquo ſecreto, & in ea parte in quam nimia copia effuſus fuerit dolorem & noxiam inferente. ἀνάγκη καὶ ὅθεν ἐξ ἔστη καὶ ἐπὶ ὃ ἐπιχυθῇ, ὑπερπιμπλάμενον ὀδύνην τε καὶ πόνον παρέχειν. Verùm etiam eum locum in quo conſtiterit, & in quem nimia copia effuſus fuerit, dolore & labore afficit, hoc eſt, grauat, offendit & vexat. Libro quoq́; de rat. vict. in morb. ac. (p. 67. 40.) vbi ſcribitur, ἄνευ δὲ τοῦ πόνου. Sic exponit Gal. εἴωθε γὰρ διὰ πόνου, ἔθος τὸν ἰδίως λεγόμενον, ὅσπερ ἐστὶν ὁ αὐτὸς τῇ ὀδύνῃ, ἢ τὴν ὡς αὐτὸς τις κακοπαθείαν, ἣν κακοπαθοῦσιν οἱ κάμνοντες ἐν ταῖς ὀξείαις νόσοις. Quædam etiam ob laborem, ſiue propriè dictum, qui idem eſt ac dolor, ſiue vt dixerit quiſpiam, malam affectionem, qua in acutis morbis ægri vexãtur. Rurſuſq́; ibidem (p. 69. 52.) ἢν δὲ μὴ πόνον ἐν τῷ σώματι ἐμποιέει. ſin minus corpus offendit. Quæ verba exponens Gal. ſcribit. σημαίνει δὲ αὐτῷ νῦν ὁ πόνος τὴν βλάβην γενικῶς νοούμενος πολλαῖς ταῖς κατ' εἶδος βλάβαις. πόνος autem hoc loco ei læſionem indicat, multas in genere læſiones vniuerſaliter comprehendens. Πόνοι interdum quoque affectiones dolores excitantes indicant, & pro his accipiuntur, velut ſunt tumores præter naturam, aut inflammationes. Quo ſenſu ſcribitur in Coac. Prænot. (pagina 430. verſic. 16.) πόνοι κατὰ τὰ ὑποχόνδρια ἢ τὸν πλεύμονα ἐμπυησκόντων, pro his viſcerum tumoribus præter naturam, aut inflammationibus quæ dolores faciunt & in pus vertuntur. Sic pro affectione dolorem excitante πόνον ſumit Galenus Com. ad aph. 6. lib. 2. & ſcribit, πόνους εἰώθει ὀνομάζειν ἐνίοτε τὰς διαθέσεις αὐτὰς ἐν αἷς ὀδυνώμεθα. πόνους interdum vocare conſueuit affectiones in quibus dolore afficimur. Quem in ſenſum explicat aphoriſm. 7. ſect. 1. lib. 6. Epid. & πόνους exponit τὰς διαθέσεις, ὅσαι μετ' ὀδύνης γίνεσθαι πεφύκασιν, ἐρυσιπελας δηλονότι, καὶ φλεγμονὴν, καὶ τραῦμα, καὶ θλάσμα, καὶ ῥῆγμα, καὶ σπάσμα, καὶ πᾶν ὅτι τοιοῦτον. affectiones ipſas quæ cum dolore fieri conſueuere, vt eryſipelas, inflammationem, vulnus, contuſionem, ruptionem, conuulſionem, & quicquid eſt huiuſmodi. Πόνος κεφαλῆς lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 109. 9.) in his qui veratri potione purgandi non ſunt, capitis dolor diuturnus & ſolutu difficilis ſumitur Galeno, πόνος ἐν κεφαλῇ χρόνιος καὶ δύσλυτος ὀνομάζεσθαι γὰρ ὅτι τὸ κατὰ τῆς κεφαλῆς χρὴ πόνον.

Πορεύεσθαι quod eſt procedere, prodire, de purgationibus menſtruis effertur aph. 60. lib. 5. ſed quæ larga copia & manu effluunt. Sic enim ἢν αἱ καθάρσιες πορεύωνται, ſi purgationes curſum ſuum teneant, explicat Gal. καὶ τὸ καθάρσιες πληθυντικῶς εἰρημένον, καὶ τὸ πορεύεσθαι μετ' αὐτοῦ λεγόμενον, ἐνδείκνυται μήτ' ὀλίγον εἶναι τὸ ἐκκρινόμενον αἷμα, μήθ' ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ πολλάκις καὶ πολύ. καθάρσιες plurali numero elatũ, & τὸ πορεύονται quod ſequitur, non paucum ſanguinem eſſe qui excernitur indicant, neque ſemel, ſed ſæpe & multum effundi.

Ποσθία dicitur tuberculum paruum palpebræ cilio adnaſcens, quod alio nomine κριθὴ vocatur, à ſimilitudine ad hordei figuram; Gal. libr. 4. Comp. pharm. κατὰ τόπ. (pag. 210. verſic. 16. & pag. 221. 49.) Eſt autem κριθὴ Paulo ἀπόστημα μικρὸν κατὰ τὸν τοῦ βλεφάρου ταρσὸν ἐπιμήκες, abſceſſus paruus, oblongus, ad palpebræ extremum, ταρσὸν dicunt, adnaſcens.

Πόσις potio dicitur, ſed de vini potione intelligitur Hippocrati libro primo de Morb. (pagina 137. verſic. 36.) in pleuritide, πόσιες ἁλέες τε καὶ ἰσχυραί, potiones confertæ & vehementes, hoc eſt, copioſæ & validæ, de

vini

vini hauſtu. Sic τοῦ ἀκαιροτέρου, intempeſtiuiorem vini potum diximus. ægr. 13. libr. 3. Epid poſt ſt. peſt. Et aph. 7. libr. 7. πολυποσίην multam vini, non aquæ, potionem indicare diſertis verbis exprimit Gal.

Πόσῳ, ὀλίγῳ exponit Galenus in Exegeſi apud Hippocratem, verùm ποσῷ melius legatur, vt & ὀλίγῳ τινὶ habent exemplaria quædam, vt ſit, modico quodam.

Ποτάμια, πρόσφατα τὰ Δωριεῖς, recentia vocant Dores ſcribit Galenus in Exeg. Qua dictione vtitur Hippocrat. libr. de rat. vict. in morb. ac. (pagina 62. verſic. 35.) καὶ τὰ ἄλφιτα, οἷον ἢν πίνῃ τὰ ποτάμια πίνοι μὴ εἰωθότι, καὶ τὰ ἕτερα οἷοισι τὰ ποτάμια εἰωθότι. Et quid faciat polenta recens iis qui non aſſueti ſunt, & alia, his qui recente vti conſueuerunt. Vbi ſcribit Galenus, τὰ δὲ πρόσφατα ποτάμια κέκληκε τῇ τῶν Ἰώνων φωνῇ, καὶ τῇ τῶν παλαιοτέρων. recentia ποτάμια dici Ionum & priſca lingua. Libr. περὶ γυναικ. φύσ. (pagina 217. verſic. 9.) ἄλφιτα ποτάμια πινέτω, polentam recentem bibat. Vbi tamen ποτάμια vitioſè legitur. Et rurſus (pagina 220. verſiculo 12.) ἄλφιτα ποτάμια ἀναμίξας, polentam recentem admixtam. Libr. quoque eodem (pagina 227. verſic. 9.) ἔπειτα λαβὼν σάρκα ποταμίην προσθεῖναι. deinde carnem recentem ſupponere, quod de carnis recentis fruſtulo pudendo muliebri indito dicitur. Quod libro ſecundo, περὶ γυν. (pag. 290. verſiculo 28.) ξὺν ποταμίῳ σαρκὶ προστιθέναι dicitur. Sic libro ſecundo περὶ διαίτης (pagina 95. verſiculo 15.) vbi ἀνδράχνη ποταμίη paſſim legitur, portulaca fluuiatilis, ποταμίη haud ſcio an ſcribendum ſit, quòd ταριχευομένη, hoc eſt ſale condita ac macerata ſtatim ex aduerſo opponatur. Erotianus etiam ex Bacchio ποτάμια τὰ πρόσφατα indicare ſcribit. Et annotatur ex Corintho τὰ πρόσφατα, ποτάμια, Ionum dialecto dici. Heſychius verò ποτάμιον exponit, νέον, πρόσφατον, οἱ δὲ ξυνέγγυς. Eſt autem ποτάμιος, ἐγγὺς καὶ συνεχῶς φανείς, vt πρόσφατος, recens & modò dictus.

Πολὺ apud Hippocratem præterea, inſuper, maximè, præcipuè ſignificat, & ſermonem auget, vt ſcribit Gal. veluti lib. de art. (pag. 651. verſic. 9.) ἀλλὰ μᾶλλον ἐς τὸ ἄνω πολὺ, καὶ ἐς τὸ πλεῖον περιρραγῇ. ſurſum tamen magis vergat, idque præcipuè, quoad circumcirca ex toto abruptum fuerit. Vbi ſcribit Galenus, δῆλον δ᾽ ὅτι καὶ κατ᾽ αὐτὴν τὴν ῥῆσιν αὔξησιν βουλόμενος τὸν λόγον, ἐχρήσατο τῇ πολὺ φωνῇ, ὡς εἰ καὶ οὕτως εἶπε, μηδὲν μετέωρον ποιεῖν, μηδὲ ἐς τὸ κάτω ῥέπειν, ἀλλὰ μᾶλλον ἄνω, καὶ μάλισθ᾽ ὅταν πλέως περιρραγῇ τὰ σαπέντα. Patet autem quòd in hac oratione Hippocrates ſermonem augere volens [πολὺ] dictione vſus fuerit, perinde ac ſi ita diceret, vt neque ſuſpenſum ſit, neque deorſum vergat, ſed ſurſum magis, idq́; præcipuè cum putrefactæ partes circumcirca ex toto abruptæ fuerint. Rurſuſque ibidem (pag. 637. 9.) κατὰ δὲ τὸν βουβῶνα δοκέει τι ἡ σὰρξ λαπαρωτέρη εἶναι πολὺ καὶ φαινομένη. Ad inguen verò, caro aliquanto mollior ſentitur, præcipuè etiam ſi contrectetur. Vbi quoq; ſcribit Gal. εἴρηται καὶ πρόσθεν ὅτι τῇ φωνῇ [πολὺ] χρῆται ὁ Ἱπποκράτης, ὅταν αὔξησιν βούληται τὸ λεγόμενον. ἔστι γὰρ ὁ λόγος τοιόσδε, κατὰ βουβῶνα δοκεῖ τι ἡ σὰρξ λαπαρωτέρη εἶναι θεωμένοις, καὶ πολὺ μᾶλλον εἰ ψαύσειέ τις τῷ χωρίῳ. Dictum etiam à me antea eſt Hippocratem ſolere hac voce [πολὺ] vti cùm rem augere voluerit. Eſt enim huiuſmodi oratio. Ad inguen mollior quodammodo caro eſſe inſpicientibus videtur, idq́; etiam multo magis, ſi locum quis attingat. Iterum quoque (pagina 620. verſiculo 20.) πολὺ καὶ κατὰ τὸ στῆθος. maximè etiam ad pectus. Et rurſus ibidem (pagina 611. verſiculo 25.) πολὺ δὲ καὶ ὅσα ἀνωτέρω τῶν φρενῶν τῆς προσφύσιος κυφοῦται, præcipuè verò vbi ſupra ſepti iuncturam in gibbum curuantur. Sic enim illîc legit Galenus contra omnium exemplarium fidem. Vt & rurſus ibidem (pagina 587. verſiculo 31.) legit Galenus πολὺ καὶ πρὶν ἐκκαρπεῖν τὴν βαθεῖαν, præcipueque alta herba prius ad maturitatem deuenit. Vbi exemplaria omnia οὐ legunt. Πολὺ quoque ποτὲ ſignificare hoc eſt Aliquando apud Hippocratem annotat Gal. in Exegeſi.

Πότος conuiuium & compotationem ſignificat, libro quinto Epid. (pagina 341. verſic. 45.) ὁπότε ἐς πότον ὁρμῷτο, cùm ad conuiuium prodiret, progrederetur. Sic etiam ſumi poteſt quod ſcribitur, ægr. 2. libro primo, Epidemiorum ἐκ κόπων, καὶ πότων, καὶ γυμνασίων ἀκαίρων. ex laboribus, compotationibus & exercitationibus intempeſtiuis diximus.

¶ Πρῆγμα aut πρῆγμα pro varia rerum natura, varias habet notiones apud Hippocratem. Initio Progn. (pag. 118. verſ. 7.) τὰ τῶν νοσεόντων πρήγματα dicuntur, quæ in rem ægrorum fiunt, & iis ſunt vſui, ægrorum res & quæ ad eos ſpectant, τοῦ νοσήματος κατάστασιν καὶ φύσιν, morbi conſtitutionem, conditionem & naturam exponit Gal. Verùm hac dictione Hippocr. omnem ægri ſtatum intelligere videtur, & omnia quæ circa ægros fieri debent & geruntur, cum innuat medicum, qui rectè prædicturus ſit, facilè fidem facturum ſe optimè ægrorum res & quæ in eorum vſum ſunt tenere, ac morbi naturam & conditionem diligentiſſimè pernoſcere, quaq́; huic ratione aut via ſuccurrendum ſit. Sic li. 1. περὶ γυν. (p. 238. 29) Medicũ vult σκεπτόμενον ἐς ὅλα τὰ πρήγματα τῶν γυναικῶν, res omnes mulierum diligenter expendere, & in eas intentum eſſe, qui nimiam oſculi vteri humiditatem rite & ordine ſit curaturus, ſiue quid ex vniuerſo corpore mouendum ſit, ſiue ex vteris ipſis, ſiue vtroque modo. Vbi mulierum conditionem & ſtatum, quæque ad eas ſpectate videntur omnia, aut illis ſunt vſui, & in earum rem fiunt, obaudire poſſumus. Poſſunt & mulierum negotia & actiones intelligi, quæque ab ipſis efficiuntur munia in toto vitæ genere & inſtituto, quæ ipſam morbi cauſam fouere videntur. Libro etiam de rat.

vict.in morb.ac.(pag.61.55.) πρῆγμα totum morbi decurſum ac conſtitutionem indicat. ὅτι ἐξαπίνης οἷόν τι ὅλῳ τῷ πρήγματι μεταβάλλειν, ὅτι ἐπὶ τὰ, ὅτι ἐπὶ τά. Neque de repente quicquam in hanc vel illam partem immutare in toto negotio licet, hoc eſt, in toto morborum decurſu, in quo mutationes magnę & intempeſtiuę magnopere cauendæ ſunt. Eſt & πρῆγμα res & negotium de quo quæritur, aut propria rei natura quę in quæſtione verſatur. Lib. quoque eod. (p. 64.40.) οὐ γὰρ πολλαχοῦ ἐστιν ἐπὶ τῷ πρήγματι περὶ οὗ πλεῖστός μοι λόγος εἴρηται· ἀλλ' αὐτὸ τὸ πρῆγμα ἐπιχειρέεται ἐπὶ διδακτήριον. Neq; enim ei rei de qua multum ſermonem fecimus eſt ſimile, verùm res ipſa valde oportuno erit documento. Et libr. περὶ ἀφόρων (pag. 293. 9.) καὶ σιτίων ἀπεχέσθω τῶν μὴ ξυμφερόντων τῷ πρήγματι, & cibis abſtineat, qui ad id quod quæritur non conducunt, hoc eſt ad inſtitutum negotium, conceptionem videlicet. Quod iiſdem verbis repetitur lib. περὶ ἐπικυήσιος (pag. 51.29.) Libr. περὶ φυσῶν, (pag.118. 47.) περὶ μὲν τοῦ ὅλου τοῦ πρήγματος, ἀρκεῖ μοι ταῦτα. De hac quidem tota re, hæc ſufficiant, hoc eſt de ſpiritus vtilitate & aëris, quæ eſt affecta ad rem quæſtio. Et lib. de art. (pag. 610.12.) τῷ δὲ πρήγματι τῷ τοιούτῳ οὐδεμία βλάβη τομὴ ἐοῦσα, nulla tamen ex huiuſmodi ſectione huic rei noxia imminet. Eadem notione τὸ πρήγματος εἶδος dicitur Galeno, rei de qua quæritur ſpecies & valde propria ac ſpecifica rei eſſentia, quæ ex maximè propriis conſtituitur differentiis, libr. 1. de diff. ſeb. (pag. 325. 29.) ἡμῖν δὲ γὰρ οὐ οὕτως, εἰ καὶ μὴ τὸ τοῦ πρήγματος εἶδος, ἀλλὰ τὸ κάλλιστόν γε καὶ ἀπηκριβωμένον τῶν τούτων πυρετῶν, ἴδιον δὲ ἅμα καὶ ἀχώριστον σημεῖον. Agitur nanque de propriis ſebris diariæ ſignis, quæ etſi rei formam minimè conſtituunt, (quòd ex proprietate quę omni, ſoli & ſemper ineſt, cuiuſcunque rei natura & eſſentia circumſcribatur) certiſſima tamen ſunt atque inſeparabilia huiuſcemodi febrium ſigna. πρήγματα etiam moleſtias & negotia ſignificant, quemadmodum ſcribitur in Progn. (pag. 150. 50.) πρήγματα πολλὰ παρέχειν, & repetitur in Coac. Prænot. (p. 436. 1.) quod eſt multum negotii faceſſere, aut multum moleſtiarum exhibere. Qua notione etiam πρηγμάτων nomine, res, difficultates, & negotia, aut rerum gerendarum actiones ſumi poſſunt aph. 28. ſect. 8. libr. 6. Epid. non ſecus ac apud Terent. Adelph. res pro moleſtiis ac perturbationibus ſumuntur. Ego, quia non rediit filius quæ cogito? Quibus nunc ſolicitor rebus? Etſi in hoc loco, Hippocrati per πρήγματα cauſæ manifeſtæ & externæ accipiuntur, quæ animum mouent & afficiunt, aut mœrore, aut gaudio, aut metu, aut confidentia, aut ſpe, aut deſperatione, eumq; huc & illuc momento impellunt, velut per ὄργανα cauſæ internæ. Ex quibus quomodo affectus ſit animus conſiderandum monet ea ſententia Hippocratis, & mentis intelligentia, vt per ſe valeat & conſtet, quod vt plurimùm ab eiuſmodi cauſis tum internis, tum externis, non parum conturbetur & commoueatur. πρῆγμα etiam ſæpe rem, negotium, circa quod actiones humanæ verſantur ſignificat in Epiſtolis ab Hippocrate ſcriptis, vt (p. 525.10.) πεπεισμένος ὅπερ ἦν ἐπείγειν τὸ πρῆγμα. perſuaſus, id quod erat, rem vrgere. Et (p. 526. 5.) ἀλλὰ καὶ οἱ τῶν ἀνθρωπίνων πρηγμάτων ὑπερφρονέοντες. ſed ſunt qui humanas actiones deſpiciunt & pro nihilo ducunt. Et (v. 48.) ἐπείγει γὰρ τὸ πρῆγμα. Vrget enim res ipſa. Et rurſus (p. 527.3.) de Democrito, καὶ οὐ παύεται γελῶν ἐπὶ παντὶ πρήγματι, neque ridere ceſſat in omni negotio. Vbi πρῆγμα rem ſeriã, grauem, & ſtudio aut opera dignam indicat, vt Democriti riſus abſurdus viſus fuerit. Quemadmodum etiam lib. περὶ ἐνυπνίων (pag.107.8.) ἐν δικαίῳ πρήγματι, in re iuſta & ſeria dicitur, quo nomine hominum officia, actiones & munia quotidiana intelliguntur. Neque abſimili locutione τῇσι χερσὶ πραγματευομένη phrenitica ſcribitur, libr. 7. Epid. (pag. 361. 1.) quæ manibus negotioſè & laborioſè plurima moliebatur. Et τὰ πραγματεύματα ποιέειν Prorrh. 2. (pag. 420. 49.) eſt res conſuetas obire & gerere, actiones procurare, aut muniis ſolitis perfungi. πρῆγμα ὑγρὸν quicquid eſt humidum, aut humidam naturam ſignificat libr. περὶ φυσῶν (pag. 120. 29.) vbi de ſanguinis extra propria conceptacula effuſi mutatione agitur. αἰεὶ γὰρ οὐκ εὔπορος ἡ πορείη πρὸς τὰ ἄνω τῷ ὑγρῷ πρήγματι, καὶ ἑτέρῳ παντὶ βάρος ἔχοντι. Neque enim humidæ naturæ vt ſurſum progrediatur facilis eſt via, verùm accliuis & ardua, vt neque cuiuis alteri grauitatem habenti. πρήγματα κοινὰ lib. 2. Epid. (pag. 311. 39.) ea quæ vulgò in morbis fiunt, diximus, naturalis facultatis in coctionibus operam & πραγματείαν intelligentes. ἐν νόμῳ etiam Hipp. (pag. 19. 41.) τὰ δὲ ἱερὰ ἐόντα πρήγματα, ἱεροῖσιν ἀνθρώποισι δείκνυται. res ſacræ ſacris hominibus demonſtrantur, quibus ſignificantur ſcientiæ adyta & myſteria à quibus arcentur prophani. Atq; haud ſcio an huc accommodari Erotiani expoſitio queat, qua πρήγματα apud Hippocratem κτήματα, hoc eſt, poſſeſſiones ſignificari ſcribit.

Πράμνιος exponitur apud Galenum in Exegeſi, οἶνός τις οὕτως ὀνομαζόμενος μέλας καὶ αὐστηρός, vinum quoddam hoc nomine, nigrum & auſterum. Cuius meminit Hippocrat. libr. 1. περὶ γυναικ. (pag. 246.33. & p. 268.12.) & lib. 2. (pag. 285.8. & p. 286. 39.) Huius etiam mentionẽ facit Homerus Il. λ. (v. 638.) Athenæus lib. 1. vinum hoc eſſe craſſum & multi alimenti ſcribit. Nicandri Schol. οἶνον πράμνιον dici ſcribit ἀπὸ ἀμπέλου πραμνίας, ἢ ἀπὸ τοῦ φέρειν τοὺς καλοῦντας.

Πρασοειδὴς dicitur apud Hippocratem quod eſt coloris viridis aut praſini, & porraceum colorem referens, vt πρασοειδέα τὰ διαχωρήματα, virides deiectiones & porraceæ, in Progn. (p. 139.22.) & Coac. Prænot. (p. 444.28.) quæ

quæ à bile æruginoſa tinctæ ſunt. Eſt & πρασοειδὲς τὸ ἐμεύμενον, vomitio porracea, in Progn. (pag. 142. 55.) & πρασοειδὴς ἔμετος. in Coac. Prænot. (p. 441. 30.) viridis vomitus dicitur Celſo cap. 4. lib. 2. vt & χολὴ πρασοειδὴς bilis viridis eidem nominatur cap. 6. libr. 2. quæ eſt bilis porracea aut praſina, porri colorem referens, quæ fit (vt ſcribit Galenus Com. 2. in Progn.) ex alimentorum quorundam cruditate, aut ex olerum eſu: Interdum etiam immoderatiore calore venoſo genere affecto in ventriculum influit.

Πρεσβῦται ſunt Hippocrati aph. 31. lib. 3. qui γέροντες dicuntur, ſenes & qui vltimam ætatẽ agunt, vt ſcribit Gal. in Com. quanquam inter πρεσβύτας & γέροντας quidam diſtinguunt, vt πρεσβύτας intelligant eos qui ſunt in primo ſenio, γέροντας autem decrepitos & in vltima ætate. Sic πρεσβύτησι in Coac. Prænot. (pagina 427. verſic. 46.) ſunt qui γεραίτεροι dicuntur in Progn. ætate florentibus collati, & qui trigeſimum quintum annum ſuperant, quiq; in primo ſenio ſunt conſtituti, & ὠμογέροντες vocantur. Alioqui πρεσβῦται ſenes quoſcũq; indicant, vt aph. 41. & 42. lib. 2. & 6. lib. 6. πρεσβύτεροι ἡλικίῃ ſeniores conceptus dicuntur aph. 1. lib. 4. verùm ex collatione tantùm ad νέους, velut in Progn. (p. 163. v. 11.) τὰ πρεσβύτερα τῶν παιδίων dicuntur pueri qui primum ſeptennium ſuperant.

Πρηεῖς πυρετοὶ, febres ſunt mites, quę eſt febrium differentia ex caloris eſſentia deſumpta, aphoriſm. 17. ſect. 1. libr. 6. Epid. quibus δακνώδεες τῇ χειρὶ, ad manum mordaces opponuntur. Sunt & πυρετοὶ πρηεῖς apud Hipp. ſect. 2. lib. 1. Epid. (p. 365. 6.) & in continuis, πρηέως ἀρχόμενοι, τὸ ὅλον ἐπιδιδόντες ἀεὶ ibidem (p. 362. 22.) per initia mites, ſed quæ in totum perpetuò increſcerent.

Πρηνὴς exponitur à Gal. in Exeg. apud Hippocratem τὸ πρὸς τὴν γῆν νενευκὸς, in terram propendens & pronum. Sic πρηνὴς exponitur Heſych. ἐπὶ τὸ πρόσωπον πεπτωκὼς, qui in caput aut vultum propẽdet, pronus, decliuis, qui & πρανὴς dicitur communiter, cui ὕπτιος opponitur, ſupinus, vt in Mochlico (p. 507. 16) Libr. de fract. (p. 528. 58.) ἐπὶ τὸ πρηνὲς ῥέπειν dicitur, quod eſt in pronam partem vergere, idem quod καταπρηνὴς ibidem. (p. 527. 57 & (p. 575. 51.)

Πρῆσμα exponitur Galeno apud Hipp. in Exeg. ἐμφύσημα, inflatio, & πρήσιος ἐμφυσήσεως, inflationis, & πρησμαδέστερον τὸ ἐμφυσηματωδέστερον, valde inflatum. vide quæ ſcripſimus in Ἀχιλλεῖον antea.

Πρίειν eſt ſerrare, aut ſerra ſecare, idem quod πρίζειν, & de dentibus dicitur in Progn. (p. 127. 40.) ὀδόντας πρίειν, quod dentibus ſtridere dixit Celſus, vnde πρίσις ὀδόντων dentium ſtridor in Prorrh. (p. 181. 23) πρίσις autem vt & πρίων apud Hippocratem ſępe ſerram aut terebram indicat, & oſſis ſectionem aut forationem per terebram, vt libr. de vulner. cap. (pag. 447. 8. & 10.) interdum etiam ſectionẽ per terebram ſerratam, quæ terebræ tereteis & ſerræ vſum facit, vt ibidem (p. 451.) vbi etiam ἐκπρίειν & ἐκπρίσιος & πρίων ſæpe ponitur. Aliôqui terebra acuta vtitur Hippocrat. & τρύπανον vocat ibidem (pagina 450. verſic. 32. & pag. 456. 19.) Eſt & πρίων χαρακτὸς terebra caua, aſpera & ſerrata, qua ad excidenda oſſa ad membranam vſque vtitur Hippocrat. ibidem (pag. 451. 28.) eſtq; ea terebra χοινικὶς Græcis, & χοινίκιον Celſo, modiolus vocatur, & terebræ rectæ, quæ ἀβαπτιστὸν dicitur, opponitur. Eadem quoque ἐρθοπρίων nominatur Galeno in Exeg. Hæc terebræ & ſerræ vſum habet, trepanis vulgaribus non abſimilis, ideóque oſſa forat & excidit. Ideóque eius vſus eſt in oſſibus imbecillioribus & tenuibus, velut paruum terebrum in puerorum oſſibus adhibet Hippocrates. Eius vſum rectè deſcribit Celſus capit. 3. libr. 8. Quidam interpretes πρίονα χαρακτὸν terebrã acutiorem accipiũt. Sed cùm ἀβαπτίστῳ opponatur, quæ terebra eſt recta & acuta, melius caua, & exſculpta dicetur. Poteſt & χαρακτὸς dici, quòd impreſſa manu agatur, faciatque ei ſimilem ambitum, qui in anguſtiorem orbem modiolo imprimitur. Eſt enim quidam premendi modus (inquit Celſus) vt foretur & circumagatur, quia ſi leuiter imprimitur, parum proficit, ſi grauiter, non mouetur. Apud Galenum autem annotantur duo ſerrarum genera, vnum μαχαιρωτὸν, pro ſerra quæ macheræ formã habet, ea polit & leuigat ὀδοντωτὸν, alterũ, pro ſerra dẽtata, quę incidẽdo altiora crenularũ veſtigia relinquit.

Προαγόρευσις prædictio, prænunciatio, aph. 19. libr. 2. τῶν ὀξέων νοσημάτων οὐ πάμπαν ἀσφαλέες αἱ προαγορεύσιες. In morbis acutis non omninò certæ ſunt prædictiones. In Progn. (pag. 118. 36.) καὶ τούς ἀποθανουμένους τε καὶ σωθησομένους προγινώσκων τε, καὶ προαγορεύων. tũ morituros, tum victuros præſentiens, ac prædicẽs.

Προακμάζοντες, qui in ea ætate ſunt quæ vigorẽ antecedit, eſtque adoleſcentia ipſa, forteq; iuuentus accipienda eſt, in qua ob exuperantem calorem, maior humorum acrimonia & copioſior ſanguis ineſt. Virilis autem ætas etiam pro vigore ſumitur. In Coacis Prænot. (p. 444. 35.)

Προαυξία παιδία, pueri adultiores, prouectiores, aut qui paulò ampliùs increuerunt, aut ætate proceſſerunt, dicuntur Hippocrati lib. de art. (pag. 642. 21.) ἢν δὲ προαυξέων γεγονότων ἤδη παιδίων ξυμβῇ. aut etiam iam ætate progreſſis pueris caſus inciderit. Vbi Gal. προαυξία exponit, τὰ ἐπὶ πλέον ηὐξημένα, eos qui paulò ampliùs increuerunt, quorum non æquè ac tenellis infantibus oſſium natura formari ac fingi poteſt. Idem in Exeg. ſcribit, προαυξίας, νόσους τινὰς οὕτως ὀνομάζει, τὰς τοῖς προβεβηκόσι κατὰ τὴν ἡλικίαν γινομένας, ὅτι καὶ αὐτοὺς οὕτως ἐνίοτε καλεῖ τοὺς προβεβηκότας. προαυξίας morbos quoſdam vocat, his qui iam ætate progreſſi ſunt obuenientes, quòd & ipſos ætate prouectos quandoq; ſic vocet. Quibus verbis aphor. 25. ſect. 5. libr. 6.

Epid. mihi ſignificare videtur Galenus atque ibi προαυξίας νόσους ex quibuſdam exemplaribus legiſſe, cùm tamen ἐπαυξίας legerit in Com. vt antea expoſuimus. Sunt & προαυξήσιες libr. 2. Epid. (pag. 312. 22.) corporis adauctæ moles, ex quibus de totius temperamento æſtimatio fieri debet, vbi & προαυξεῖς etiam dicuntur quibus ea corporis moles increuit.

Πρόβατα quaſuis pecudes & pecora ſignificant, cùm aliôqui eo nomine oues deſignentur. Sic Gal. Com. 1. in lib. de art. (pag. 587. 24.) πρόβατα dici Hippocrati ſcribit, ἅπαντα τὰ βοσκήματα, pecudes aut pecora omnia, vt & apud Homerum Il. ξ. (v. 124.) πολλὰ δέ οἱ πρόβατ' ἔσαν. Multa ſunt illi pecora. Vbi Galen. πρόβατα ἀγέλας βοσκημάτων indicari vult, hoc eſt, pecudum gregem & armentum, eaque notione hanc dictionem priſcis vſurpari. Et Scholiaſtes ibidem ſcribit priſcos quadrupedes omnes πρόβατα dixiſſe, vt & Heſychius τὰ τετράποδα, quadrupedes exponit. Indeque προβάσεις apud Homerum ὀδυσ. β. (v. 75.) reditum & prouentum qui ex pecoribus prouenit ſignificat, πρόσοδον exponit Scholiaſtes, ἀπὸ τοῦ προβαίνειν vnde peculiariter πρόβατα dicta videntur. προβάσεις quoque pecorum poſſeſſionem aut armentorum gregem indicat, & τὰ διὰ ποδῶν προβαίνοντα, vt ſcribit Euſtath. τὴν τετραπόδων κτῆσιν exponit Homeri Schol. vt & Heſychius τὴν τῶν βοσκημάτων κτῆσιν. πρόβατα etiam apud Hippocratem, Erotianus quadrupedes omnes exponit, cùm ſcribit: πρόβατα, ὅτι καλεῖ κοινῶς πάντα τὰ τετράποδα νῦν. πρόβατα nunc communiter vocat quadrupedia omnia. Quam certè dictionem multis in locis ea notione vſurpat Hippoc. vt lib. περὶ φύσ. παιδίου (pag. 39. 22.) ὁμοίως δὲ καὶ τὰ πρόβατα, θηρία τε καὶ ὄρνεα. Eodem modo ſe habent pecudes, & feræ & volucres. Hîc enim pecudum genus indicat, vt & lib. περὶ σαρκῶν (pag. 41. v. 13.) καὶ ἀποπατέει ἐπειδὰν γένηται τάχιστα καὶ οἱ ἄνθρωποι καὶ τὰ πρόβατα. Et celerrimè tum homines, tum pecudes, vbi natæ ſunt, aluum exonerant. Et lib. de aëre, loc. & aq. (pag. 78. 21.) ἕπονται δὲ αὐτοῖς καὶ τὰ πρόβατα ὅσσα, καὶ αἱ βόες, καὶ οἱ ἵπποι. Eos autem ſequuntur & pecora, & boues, & equi. vbi oues tamen accipiunt Interpretes. Sic libr. de Morbo ſacro (pag. 122. 42.) οὐ γάρ ἐστιν αὐτοῖς ἄλλο πρόβατον οὐδὲν, ἢ αἶγες καὶ βόες. Neque enim alia vlla ipſis ſunt pecora, præter boues & capras. (Sic enim legit Galen. Com. 1. in lib. de artic. cùm προβάτων paſſim legatur) Etſi ibidē (p. 126. 28.) πρόβατα oues ſignificare videntur. γνοίη δ' ἄν τις τόδε μάλιστα, τοῖσι προβάτοισι, τοῖσι καταληπτοῖσι γενομένοισιν ὑπὸ τῆς νούσου ταύτης. Id ipſum autem quis vel maximè cognoſcet ex ouibus hoc morbo correptis. Vbi etiam pecudes intelligi poſſunt. Libri quoque περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 199. 43.) δοκέει δὲ καὶ ἐν ἀνθρώπῳ γίνεσθαι ταῦτα πολλῷ μᾶλλον, ἢ ἐν προβάτοισιν. Videntur autem talia potiùs hominibus cōtingere quàm pecudibus. De tuberculis pulmonis agitur quæ pecudibus & quadrupedibus fiunt, vt illic ſcribitur, vnde hydrops naſcitur. Libr. de artic. (pagina 587. 15.) ὅτι πάντων τῶν προβάτων βόες ὅτι μάλιστα πονέουσι ταύτην τὴν ὥρην. quòd ex omnibus pecudibus, boues, hoc tempore quàm maximè laborant. At verò ibidem (pagina 608. 23.) ἐγὼ δέ ποτε πνεύμονος προβάτου ἀπότμημα ἐνέθηκα. Ego verò aliquando pulmonis ouilli fruſtulum reſectum impoſui. Sic enim de pulmone ouillo in nares fractas immittēdo ſumpſerūt interpretes, cū de aliis pecudib. etiam accipi queat. Velut lib. περὶ αἱμορροΐδων (pag. 520. 41.) οὐδὲν γὰρ χαλεπώτερον, ἢ ὥσπερ προβάτου δειρομένου τὸν δάκτυλον μεταξὺ τοῦ δέρματος καὶ τῆς σαρκὸς ἐμβάλλειν. Neque enim maiore negotio id fiet, quàm ſi dum pellis oui detrahitur, digitum inter pellem & carnem medium immittas. Etſi de quauis pecude intelligi poteſt. Similiter etiam libr. 2. περὶ γυναικ. (p. 267. 12.) in fluore muliebri albo. καταρρέεται οἷον προβάτου οὖρον. Defluit velut vrina ouilla, dixit Cornarius, cùm de alia pecude etiam accipi poſſit.

Πρόβλημα obiectaculum dicitur (vt loquitur Varro) aut obiectus, (vt Cornelius Tacitus) obex, quod prætenditur & opponitur ad aditum obſtruendum. velut Æn. 8. de ſaxo illo quod Caci ſpeluncam obſtruebat, dixit Virgil. fultoſque emuniit obice poſtes. Et Ouid. libr. 1. Faſt. Ille aditum fracti præſtruxerat obice montis. Sic membrana quæ collo vteri & oſculo adnata conceptum impedit, os obſtruit, & ſemini genitali aditum præcludit, πρόβλημα vocatur Hippocrati lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 227. 13.) & libr. 1. περὶ γυναικ. (pag. 239. 3.) γνώσῃ δὲ τόδε, ἢν ἐσαφάσσῃς τῷ δακτύλῳ, ἅψῃ τοῦ προβλήματος. Id verò cognoueris, ſi digito ad attrectandum immiſſo, obiectaculum aut obicem attigeris. Quę lectio faciliorem libr. 1. περὶ γυναικ. ſcriptionem facit, & verò emendat. Sic enim leg. videtur. γνώσῃ δὲ, ἢν τῷ δακτύλῳ ἅψῃ τοῦ προβλήματος. Cognoſces autem, ſi quod obtenditur digito attigeris.

Προβολὴ, proiectura dicitur & prominentia, quicquid prominet aut prætenditur. Sic προβολὴ τοῦ χείλεος λεπτὴ dicitur libr. de artic. (pagina 587. verſic. 21.) in reliquis pecudibus quibus ad depaſtionem labra tenuia prominent & prætenduntur. Lib. de Vuln. Capitis (pag. 445. 8.) προβολὴ oſſis in capite eminentia aut extāria dicitur, cùm os quod in capite rotundum eſt, præter aliud prominet & extat. Sic enim ibidem ſeſe explicat his verbis Hippocrates, ἀλλ' ὅτῳ μὲν ἔχει ἐν τῷ ἔμπροσθεν τῆς κεφαλῆς προβολήν. ἡ δὲ προβολή ἐστι, τὸ τοῦ ὀστέου ἐξέχον στρογγύλου παρὰ τὸ ἄλλο. Verùm cuicunq; parte anteriore caput prominentiā habet, quę fit, cum os q rotundum eſt, plus reliquo eminet. προβάλλεσθαι prætendere aut prætexere ſignificat, profiteri, ac proponere, veluti propoſita quęſtiōe diſſerere. Lib. περὶ εὐσχημοσ. (p. 14. 40.) οἱ προβαλλόμενοι τὴν σοφίην πρὸς πολλὰ τῶν χρησίμην: qui ſapientiam ad multa eſſe vtilem proponunt.

Προβυλεύοντες

Προβουλεύοντες exponuntur ab Erotiano apud Hippocratem προγιγνώσκοντες καὶ προφυλαττόμενοι, prænoſcentes, præſcientes & præcauentes. Sic in Progn. (p. 118. 55.) ἐκ πλείονος χρόνου προβουλευόμενος, longè ante ſingula præuidens, conſultè perpendens.

Πρόγνωσις, præſenſio, præcognitio, non tantùm futurorum dicitur, verùm etiam præſentium & præteritorum, vt indicat Hippocr. ſcribens in Prognoſt. (pag. 118. 4.) προγινώσκων γὰρ καὶ προλέγων παρὰ τοῖσι νοσέουσι, τά τε παρεόντα, καὶ τὰ προγεγονότα, καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι. Præſentiens enim ac prædicens apud ægros, tum præſentia, tum præterita, tum etiam quæ futura ſunt. vbi πρόγνωσις tribus temporibus attribuitur, neque tantùm eſſe futurorum dicitur, vt explicat etiã in Com. Gal. & initio lib. 1. de præcogn. ex pulſibus. Prædictionis quoque & prænotionis vim tribus temporibus attribuit Hippocr. lib. 1. Epid. (pag. 366. 39.) λέγειν τὰ προγενόμενα, γινώσκειν τὰ παρεόντα, προλέγειν τὰ ἐσόμενα. Præterita vt enarres, præſentia cognoſcas, & futura prædicas annitendum eſt. Quod etiam ibidẽ indicat Gal. in Com. πρόγνωσις quoq; & γνῶσις, tam rebus quæ certò fiunt & ratæ ſunt, quàm incertis attribuitur, etſi vt plurimùm futuris accommodatur & firmis, vt ſcribit Gal. in Progn. (p. 119. 48.) εἴωθασι δὲ ἐπὶ τὸ πολὺ περὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι ἐλπίδα, καὶ τὴν ἀσφαλῆ καλεῖσθαι πρόγνωσιν. Moris eſt autem vt plurimùm ſpem de futuro & certam nominare πρόγνωσιν preſenſionem, precognitionem. Prognoſin autem præſciam ſignificationem vocat Cæl. Aurel. cap. 8. lib. 4. Tard. Paſſ.

Προδιασημαίνεσθαι eſt prænunciare, præmonere, prius diſcernere. Libro περὶ εὐσχημοσύνης. (pagina 16. verſic. 19.) προδιασημαίνεσθαι οὖν χρὴ τὸ ἐκβησόμενον ἐκ τῆς ἐμπειρίης, de euentu igitur per experientiam præmonere oportet, hoc eſt, euentum experientia cognitum prænunciare. De morbi ſalutaris aut exitialis euentu dicitur, cuius præcognitio vſu & experientia ſolùm comparatur, eamque prædicendam monet. προδιασημαίνεσθαι prius cogitare dixit Calnus, prius diſcernere Cornarius.

Προεκρήγνυσθαι eſt ante tempus erumpere, diciturque Hippocrati de præcoci & præmatura criſi aut morbi ſolutione, cum nulla adhuc apparet morbi concoctio, vbi natura humorum copia aut qualitate irritata, in immaturam iudicationem erumpit, & malam criſim tentat. Sic enim de morbis inconſtantibus & malè iudicantibus ſcribitur lib. περὶ χυμῶν (p. 116. 41.) ἐὰν προεκρηγνύωνται, ἢ προεκκρίνωνται, ἢ ἐγκαταλείπωνται. ſi prærumpant, aut priùs excernantur, aut intus relinquantur. Quòd enim ante tempus erumpere aut excerni anticipent, ἄκριτοι fiunt, hoc eſt nullam aut prauam habent iudicationem. Quod etiam intus relinquantur, φιλυπόστροφοι fiunt, & recidiuas minantur. Ideóque προεκρήγνυσθαι & προεκκρίνεσθαι ſimul iunxit Hippocrates, vt alterum explicaret. προεκρήγνυσθαι enim quid non opportunè fieri, & iudicationis tempus præuenire ſignificat, malumque denunciat, quòd vnà etiam cum noxiis humoribus, irritatã natura bonos & benignos effundat, vt ſcribunt Commentarii in librũ de humor. Galeno attributi, & repetitur libro tertio de Dieb. decret. (pagina 447. verſic. 31.) Idemque libr. περὶ τοῦ προγινώσκειν (pagina 459. 23.) huius vocis notionem aperit, cùm præoccupantem criſin hac voce ſignificat, his verbis: δι' ἣν καὶ ὅτι προεκρήγνυται πολλάκις ἡ κρίσις ἡ περιμένουσα τὴν τοῦ κρίνοντος δεδήλωται. In quibus oſtenſum eſt quòd ſæpe præuenit iudicatio diem quæ tutò morbum iudicatura eſt. Eaque notione προκρίνεσθαι dicitur Hippocrati, & libr. 2. Epid. (pagina 311. verſiculo 43.) τὰ προκρινόμενα ἢν ὠμῶς κρίνῃ, ὑποστροφαί· ἢν δὲ μή, ἀκρισίαι. Quæ præmaturam iudicationem dum adhuc cruda ſunt occupant, morborum reuerſiones faciunt, ſin minus, omnino malam aut prope nullam ſolutionem portendunt. προεκρήγνυσθαι etiam temporibus intempeſtiuis & ante tempus occupantibus attribuit Hippocr. vt initio ſect. 2. lib. 1. Epid. χειμῶνες προεκρηγνύμενοι, tempeſtates ante tempus erumpentes, aut frigora intempeſtiua & quæ tempus præoccupant.

Προεξαδυνατέοντες, qui admodum fractis ſunt viribus, & ex magno morbo valde fracti ac debilitati, quaſi prædebilitati, niſi quòd præpoſitio ἐξ mali incrementũ facit. In Prorrh. (pag. 173. 25.) αἱ τῶν προεξαδυνατεόντων παραφροσύναι dicuntur deſipientiæ quæ iam admodum fractis viribus ſuccedunt, quæ oriuntur cerebro peſſimè admodum affecto, ideòque maximè ſuſpectæ ſunt. Quod etiam repetitur in Coac. Præſag. (pag. 426. 39) Qui verò ſint προεξαδυνατέοντες his verbis explicat Gal. in Prorrh. μέγιστος γάρ τι τῆς κατὰ τὴν δύναμιν ἀρρωστίας ἐνδείκνυται τὸ προεξαδυνατεόντων ὄνομα, προσκειμένης τῆς ἐξ προθέσεως τῷ προαδυνατεόντων, ὃ καὶ αὐτὸ καθ' αὑτὸ βλάβην ἱκανὴν σημαίνει τῆς δυνάμεως. Hoc προεξαδυνατεόντων nomen magnam quandam facultatis imbecillitatem indicat, propter adiunctam ἐξ præpoſitionem nomini προαδυνατεόντων, quod etiam per ſe ſufficientem facultatis noxam ſignificat. Idẽ quoq; Com. 3. in Prorrh. (p. 200. 54.) προεξαδυνατέοντας προκεκμηκότας τὴν δύναμιν, & μετ' ἐκλύσεως exponit, hoc eſt, valde delaſſatos, viribus fractos & debilitatos, & qui viribus ſunt exolutis, prælanguidos aut prælanguentes vocant. In quo etiam animaduertendum eſt προεξαδυνατεόντων legiſſe Galenum in Prorrh. veterem tamen lectionem προεξαναυδεόντων eſſe, & codicibus manuſcriptis conteſtatam, Erotianiq; authoritate confirmatã, de qua ſuſpicionem quoque iniicit Galenus in Comment. Quam etiam vocem antea expoſuimus in Ἀναυδίη.

Προεξυπηρετεῖσθαι eſt aliquid diligenti præmedita-

tione adhibita & cum iudicio agere, aphor. 24. libr. 1. diligentem præmeditationem, cautionem, rectúmque iudicium adhibendum ad purgantium medicamentorum vſum ſignificat. Quo quidem verbo, diligentiam ipſam & ægrotum præparationem complectitur, quæque in inſtituendis purgationibus recto animi iudicio præuidentur.

Προθυμέεσθαι eſt aliquid propenſo animo & magno ſtudio ſuſcipere aut inſtituere, aliquid diligenter & promptè curare, elaborare, anniti, affectare, alicui rei propenſius vacare ac ſtudere. In Coac. Prænor. (pag. 425. verſic. 34.) προθυμέεσθαί τι πρότερον μὴ εἰθισμένον, aliquid propenſius curare & magno ſtudio eniti, non prius conſuetum. Hinc προθυμία, alacritas, animoſitas, & ad res agendas promtitudo ac animi propenſio, quæ calidi natiui copiam indicat. παιδία προθυμότερα ἑωυτῶν ἐόντα. pueri alacriores, animoſiores, promptiores, viuidiores, aphoriſm. 13. lib. 1.

Προΐστασθαι eſt præeſſe, adeſſe, proſiſtere, quaſi antecellere ac dominari, adſtare & quaſi vrgere. Libro quinto Epid. (pag. 339. verſic. 15.) πνεῦμα δὲ προΐστατο. difficultas ſpirandi proſiſtebat, hoc eſt, præerat, dominabatur & antecellebat aut aderat & inſtabat, ac vrgebat, vt προΐστατο melius legatur. Apud Dioſcoridem cap. 11. libr. 2. προϊστάμενον γλοιῶδες, lentorem adhæreſcentem, ſequacem & collectum qui veluti præeſt ac dominatur ſignificat. Annotatur & apud Ariſtotelem ſect. 4. Quæſt. Natur. quæſt. 30. προΐσταται χολὴ αὐτοῖς πολλάκις, iis ſæpe bilis proſiſtit dixit Gaza, hoc eſt, adeſt, excellit, præſtat ac dominatur. Etſi προσίσταται quidam illìc legunt, vt ſit obſiſtit, malè afficit, moleſta eſt. Ea notione προΐστασις humorum præſtantia & excellentia dicitur, eúmque qui cæteris præſtat ac dominatur ſignificat, vt ſcribimus poſtea.

Πρόκα Galenus exponit apud Hippocratem in Exeg. ἐξαίφνης, repente, ſubitò, videturque vox eſſe Ionica qua etiam vſus eſt Herodotus, in cuius lexico πρόκα εὐθὺς exponitur, hoc eſt ſtatim, continuò. Sic etiam Heſychio, πρόκα, εὐθύς, ἐξαίφνης ſignificat, vbi tamen exemplaria mendo carere non videntur.

Προκαταρκτικὰ αἴτια ἢ προηγούμενα, cauſæ antecedentes, vel antegreſſæ, vel antepoſitæ dicũtur M. Tullio libr. de fato, & externæ, quæ in noſtra ſunt poteſtate.

Προμίδι μαχαιριδίῳ τῷ φλεβοτόμῳ, exponit Galenus in Exeg. apud Hippocratem, hoc eſt, ſcalpello venis ſecandis accomodo. Exemplaria tamen quædam προμήκει pro προμίδι legunt, vt ſit ſcalpello oblongo & acuto. προμήκεα enim σιδήρια dicuntur Hippocrati (vt ſcribit Galenus Com. 1. in lib. de artic.) ferramenta oblonga & mucronata, minimè rotunda & capitulata, ſed his ſimilia quibus ad interpunctiones vtuntur, quæ τοῖς φαλακροῖς opponuntur. Quem in ſenſum hunc Hippocrat. locum libr. de artic. (pag. 590. 42.) hoc loco accommodant σιδηρίοισι δὲ χρὴ τὰ τοιαῦτα καίειν μὴ παχέσι, μηδὲ λίην φαλακροῖσιν, ἀλλὰ προμήκεσι. ferramentis autem iſta adurenda ſunt non craſſis, neque admodum læuibus aut glabris, ſed oblongis. Verùm hunc totum Exegeſeωs locum non parum ſuſpectum habeo, neque quonam rectè loco poſitum reſtitui poſſit mihi adhuc eſt ſatis compertum. Suſpicionem auget Varinus qui προμήκει μαχαιριδίῳ apud Gal. legit, forte pro προμίδι.

Πρόκλησις eſt prouocatio aut inuitatio quædam, & ſenſuum ad externa reuocatio. Lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (pag. 112. verſic. 41.) ἔστι ποτὲ καὶ ἀπὸ τοῦ θερμοῦ ἡδοναὶ καὶ προκλήσιες, ἀπὸ δὲ τοῦ ψυχροῦ ἀλγηδόνες καὶ ἀποτρέψιες. Vbi προκλήσιες illecebras, ſenſuũ titillationes, aut ad externa euocationes ſignificant, vt ἀποτρέψιες auerſationes, intro reuocationes, ac veluti inhibitiones. Libro quoque περὶ εὐσχημοσ. (pagina 15. verſiculo 49.) νομίζω γὰρ τοῦτο βιητὴν ἐς πρόκλησιν θεραπείης. (Sic enim legunt exemplaria manu ſcripta, & interpretes) Hoc enim neceſſitate coactus facere videbitur ad curationis prouocationem, vt dixit Cornarius. Caluus eleganter curationis illicium vocauit: vt Medici nimia garrulitas, velut quædam ad curationem inuitatio aut denunciatio videatur, qua ad ſe populares allicit & captat, iiſque ſe quodammodo obtrudit. Exemplaria tamen publicata πρόσκλησιν habent, hoc eſt curationis aduocationem. Eſt enim πρόσκλησις aduocatio, ad opem ferendam vocatio, προτροπὴ Heſychio, exhortatio. Quo ſenſu hoc loco πρόσκλησις θεραπείης dicetur curationis aduocatio, vt ſua loquacitate ineptæ ſuæ curationi ſubueniat Medicus, eamque ſua nugacitate tegat.

Προκρίνεσθαι vide προεγκρίνεσθαι antea.

Προκώνια ἄλφιτα ſignificant Hippocrati farinam ex hordeo recenti & tenero, libro ſecundo περὶ γυναικ. (pagina 264. verſiculo 29.) Quem locum ſubindicans Galen. in Exeg. τὰ ἐκ τῶν νέων ἔτι καὶ ἁπαλῶν κριθῶν exponit. ex recenti adhuc & tenero hordeo confectam farinam: ſic dictam quòd ex hordeo recenti fieret prius quàm in conos componeretur, ideóque exponit, τὰ πρὸ τῆς τοῦ κώνου συνθέσεως, prius quàm in conos extrueretur. κῶνος enim dicitur Galeno ſtrues illa, quæ ex ligno erecto in areis componitur, maximeque humidis in locis, circa quam in metæ & coni figuram fructus adornantur. Scribit tamen idem Galenus, προκώνια ἄλφιτα quoſdam accipere, τὰ ἐκ τῶν ἀφρύκτων μόνα, farinam quæ ex hordeo non toſto fieret. Ipſe verò τὰ ἐκ τῶν νέων κριθῶν ἄλφιτα ſumit. Pollux etiam τὰ ἐξ ἀφρύκτων κριθῶν. Heſychius προκώνια exponit, τὰ ἐκ τῶν μὴ πεφρυγμένων κριθῶν ἄλφιτα, vt & Varinus, in quo tamen mendum eſſe exiſtimo, cùm μὴ πεφρυγμένων legendum videatur. Idem quoque

Varinus προκώνια, πυροὺς μέλιτι κεχρισμένους exponit, & ex Ariſtophane Grammatico & Crate τὰ ἐξ ἀφρύκτων κριθῶν, ſcribitque ex tritico & hordeo fieri Autoclidi, Demooi quoque ἐν τῷ περὶ θυσιῶν, προκώνιά ἐστι κάχρυς καταπεπτισμένας μετὰ ἀρωμάτων, bordeum confractum aut contuſum cum aromatibus. Vnde προκώνια quidam ſuffimentorum genus eſſe credunt ex Etymologo, apud quem etiam προκώνια πυροὺς μέλιτι κεχρισμένους, καὶ ἐν ἡλίῳ ὠπτημένους, ſigoificant, tritica melle illita & confecta, aut in ſole toſta, quaſi πυροκώνια dicta. Apud Hippocratem libro περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 226. verſic. 32.) πυροὺς προκωνίας triticum recens exponunt. Caluus verò hordeum tecens toſtum. Pto quo libro ſecundo περὶ γυναικ. (pagina ducenteſima ſeptuageſima octaua, verſiculo vigeſimo primo) πυροὺς προκώψας vitioſè legi videtur.

Πρόμαλος plantę ſpecies apud Hippocratem cuius meminit Eupolis ἐν αἰξί, vt ſcribit Erotianus. Verùm apnd Erotianum φάξας vitioſè, pro φώξας legitur. Subindicat enim locum libri ſecundi περὶ γυναικ. (pagina 285. verſiculo 28.) vbi in fluxus muliebris remediis πρόμαλον φώξας καὶ τρίψας ἐν οἴνῳ δίδε (ſcribit Hippocrat.) promalum toſtum aut tritum in vino exhibeto, vbi myricam vertunt interpretes. Rurſus ibidem (pag. 287. verſic. 28.) πρόμαλον vſurpat Hippocr. Verùm non parum mihi ſuſpectus eſt ille locus, tum qnòd exemplaria manu ſcripta προχίμαλον ibidem vitioſè quoq; legant, tum quod lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 227. 31.) πρόσβαλε eadem in re ſcribatur, noo πρόμαλον. Πρόμαλος exponitur Heſychio μυρίκη ἢ ἄγνος. Vnde πρόμαλον myricam accipiunt apud Hipp. & myricam eſſe contendit Hermolaus Barbarus in ſuis Corollariis ad Dioſcor. quæ & ad muliebria profluuia, & mulieribus fluxiooe vuluæ opportunis io deſeſſionibus adhibetur Dioſcoridi. Plutarchus probl. 1. lib. 4. Sympoſ. πρόμαλον pooit in cibo caprarum apud Eupolin, vbi myricam exponunt interpretes. Verùm aliud quiddam eſſe ſuſpicionem facit, quòd μυρίκην ibidē etiam appooat Plutarchus.

Προμηθεῖσθαι apud Hippocratem exponit Erot. προβουλεύεσθαι, φροντίζειν, prouidete, curare, animo agitare. Quo ſenſu ſumi poteſt quod ſcribitur lib. de fract. (p. 557. 39.) καὶ τὴν θέσιν αἰεὶ τῶν ναρθήκων προμηθεῖσθαι χρή: idque ſemper prouidendum in admouēdis ferulis. Et lib. de art. (pag. 594. 26.) ὥστε προμηθεῖσθαι τῶν ὤμων τῶν ἐκπεπτωκότων. ita vt humerorum prolapſorum curam habeant, aut bumeris prolapſis prouideant aut proſpiciant. Ac rurſus ibidem (pag. 595. 30.) καὶ εἰ πάνυ προμηθεῖτο. & ſi valde quis prouideat, aut curam adbibeat. Rurſuſq; (p. 621. 34.) μόνον προμηθεόμενον, id ſolùm prouidentem. Et (p. 650. 29.) προμηθεόμενον ὅκως μὴ τρώσῃς, dum prouideas vt ne vulneres. Et (v. 35.) ἀλλ' ὅτι τὸ προμηθέστερον ἔδοξέ μοι τι ποιέειν. ſed vt conſultius quid fieret viſum eſt. Libr. 1. περὶ γυναικ. (pagina 252. verſ. 12.) προμηθεόμενος ταῦτα, hæc animo reputans, agitans, prooidens, libr. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 46. 54.) ὡς καὶ τὸ ἄρτιον καὶ τὸ περισσὸν προμηθὴς ᾖ. ita vt ad dierum paritatem & imparitatem animum attendas.

Προμυλλαίνειν eſt prodoctis labris os cootrahere ac cōprimere, aut protenſa labra contrahere. προμυλλήνας, προτείνας ἔξω τὰ χείλη, exponit Gal. in Exeg. quod eſt, labra protendens, aut vbi labra prominent. Quod legitur libr. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 11. 32.) προμυλλήνας δὲ καὶ συστείλας, πιέσας τε τὰ χείλεα, vbi labra foras produxeris & cōtraxeris, aut compreſſeris, aut vbi protenſis labris os contraxeris & compreſſeris. Gotthæus, vbi iunxeris os & conſtrinxeris, labraque compreſſeris, dixit, quòd μύλλειν ſit Heſychio πλάζειν. Verùm exemplaria omnia publicata προσμυλλήνας legunt, manuſcripta verò προμυλλήνας cum Galeno, in quibus etiam προδιαστρέψας in margine apponitur, velut dictionis explicatio quædam, quod malè in contextum à quibuſdam aſſumitur, pro eoque προδιαστρέψας legendum exiſtimo, vt labrorum protenſorum diſtortionem quandam ſignificet, quòd μύλλον διεστραμμένον indicet, & ἀπομυλλαίνειν διαστρέφειν, iotorquere, incuruare. Galenos quoqoe in Exegeſi, προμυλλαίνει, προπίπτει, πρόεισιν εἰς τοὔμπροσθεν, exponit, procidit, prominet anteriorem in partem, labiorum more quæ propeodere ſinuntur. Vnde ἀπομυλλαίνειν προβάλλειν τὰ χείλη συνηγμένα ſignificat, labra adducta protendere. vide ἀπομυλλαίνειν antea.

Προμύσσειν emungere ſignificat, & tropicè pecunias extorquere, aut mercedem exigere. ἐν παραγγελίαις (p. 17. 40.) κρέσσον οὖν σωζομένοισιν ὀνειδίζειν, ἢ ὀλεθρίως ἔχοντας προμύσσειν. Itaq; longè eſt ſatius à morbo ſeruatis exprobrare, quàm pernicioſè babenres emungere. boc eſt, præſtat lethaliter affectos ægros oon exacta pecunia bumaniter ſeruare, quibus tūc ingratitudinis nota inuri poſſit, quàm pernicioſè affectos pecuniis emungere. Præconturbare dixit Cornarius. Caluus etiam præturbare & præcutere.

Πρόνοια prouidentia, prænotio, quę ἀντὶ τῆς προγνώσιος ponitur, pro prædictiooe & præſenſione initio Prog. vt ſcribit Gal. πρόνοιαν ἐπιτηδεύειν, prouidentiam inſtituere, adhibere, prouidentia vti.

Πρόξενος Erotianus apud Hipp. exponit & antiquis dici ſcribit, τοὺς ἐν ἄλλαις πόλεσι μένοντας, καὶ εἰς ξενίαν ἐπιδεχομένους καὶ φροντίζοντας φίλων μὲν, οὐκ ὄντων δὲ πολιτῶν. eos qui cùm in aliis ciuitatib. degerent, amicos hoſpitio excipetent, eorumq; curam haberent, aut res procurarēt, qui ciues non eſſent. Πρόξενοι vocantur, qui peregrioos hoſpitio excipiunt, iiſq; hoſpitalitaris officium præſtant, idque præcipuè ſi publico non priuato nomine fiat.

Προορισμὸς eſt præfinitio & quædam ante definitio, cùm qoid ante definitur aut circumſcribitur. ἐν παραγγελ. (p. 17. 31.) χρήσιμος δὲ πι-

κίλας τῶν προσφερομένων τῷ νοσέοντι, ὁ δὲ προορισμός. Vtilis autem varia eorum quæ ægro offerri debent præfinitio. Vbi in morbis remediorum varietatem antè ægro definiri & circumſcribi vult. Variam prædeſtinationem eorum quæ ægro offeruntur dixit Corn.

Προπετὴς exponitur Erotiano apud Hippocrat. προπίπτων prociduus, qui pronus fertur. Additque eam dictionem cum translatione ſumi. καὶ γὰρ ἐν τῷ βίῳ προπετεῖς ἀνθρώπους λέγομεν τοὺς μὴ κατέχοντας ἑαυτῶν, ἀλλ' ἐξ ἀπὸ καιροῦ προπίπτοντας τῆς πράξεσι. Nam & in vitæ inſtitutis homines προπετεῖς (h.e. præcipites ac temerarios) dicimus, qui ſe ipſos non continent, neque ſibi ipſis moderantur, ſed velut inconſideratè ſeſe in actiones præcipitant. Qua notione προπετὴς exponitur Heſychio προπίπτων ἀπὸ τοῦ λογισμοῦ. At προπετὴς æger dicitur Hippocrati prociduus, qui pronus ad pedes fertur aut ruit, in Prognoſt. (pagina 126. verſic. 35.) εἰ δὲ καὶ προπετὴς γίνοιτο. Quòd ſi prociduus ſit, pronus aut præceps ad pedes feratur. Id enim exponit Hippocrates, καὶ καταῤῥέοι ἀπὸ τῆς κλίνης ἐπὶ τοὺς πόδας. Quod totum Celſus expreſſit cap. 6. libr. 2. Vbi deorſum ad pedes ſubinde delabitur. At in Coacis Prænot. (pag. 439. 31.) dicitur, εἰ δὲ καταῤῥέοι προπετὴς ἐπὶ πόδας. Libro 1. περὶ γυναικ. (pag. 251. 45.) φυλασσόμενος ὅκως μὴ προπετὴς ἔσται ἡ ἄνθρωπος. ea cautione adhibita vt ne mulier prona aut præceps feratur. Libr. de artic. (pag. 580. 4.) πέφυκε γὰρ ἐς τὸ ἔμπροσθεν προπετὴς ἡ κεφαλὴ τοῦ βραχίονος. Natura enim comparatum eſt, vt brachii caput in anteriorem partem procliue ſit, prociduum feratur. Et libr. (3. pag. 612. 29.) ὡς μὴ προπετὴς ἐν αὐτέοισιν ἡ κεφαλή. vt caput iis minimè ſit prociduum. Et rurſus ibidem (pag. 615. 26.) μήτε αὐτοὶ προπετέες ἔωσιν. neque ipſi præcipites ruant. Atque etiam ibidem (pag. 602. 26.) προπετέστεραι αἱ γένυες dicuntur maxillæ quæ magis procidunt. Prorrh. 2. (pag. 421. 20.) μὴ προπετὴς χωρίον, non propenſus locus aut procliuis, minimè prociduus, de vtero quem minimè prociduum eſſe ad cõceptum oportet. Προπετὴς quod procliue eſt & propenſum indicat libr. περὶ ἰητροῦ (pag. 12. 33.) τὸ γὰρ προπετὲς καὶ τὸ πρόχειρον καταφρονεῖται. Nimia enim procliuitas & promptitudo deſpicitur, promtitudo & facilitas dicitur Cornatio. Hæc verò videntur τῇ σεμνότητι opponi & grauitati quam in Medico requirit. Sic προπετὴς propenſionem temeratiam, præcipitem & præproperam in adhibendis remediis effuſionem indicat, quæ in Medico deſpectui eſt & vileſcit, quamuis magnopere conducat, ſi grauitate condiatur. Poteſt etiam proteruiam & effuſam loquacitatem ſignificare, quæ taciturnitati opponitur, quamque in Medico ibidem commendat. Sic προπετέως petulanter ac proteruè, aut præcipitanter denotat, eorum more qui præcipites ſunt ac temerarii. Libr. 4. Epid. (p. 333. 22.) καὶ παχυγλωσσότεροι προπετέως, qui petulanti & effrenata linguę incontinentia aut volubilitate ſunt præditi, quales ebrii, qui nimium effusè verba profundunt, & in balbutientium genere continentur.

Προπυοῦντες dici videntur libr. 7. Epid. (p. 367. 43.) qui pus primis diebus colligunt. προπυούντων ἀπέφθον ἁλμυρὸν μετὰ μέλιτος. In his qui pus crudũ primis diebus colligunt & expuunt, ſalſa cum melle exhibita conueniunt. Eſt alia eſt codicum omnium lectio.

Προῤῥήσεις, προῤῥήματα, prædictiones, prædicta, (velut Veiorum prædicta pro prædictionibus dicit M. Tullius libr. 2. de Diuinat. & Aſtrologorum prædicta, & Chaldæorum nataliria prædicta, & diuina prædicta libro de fato) Initio Prorrh. 2. τῶν ἰητρῶν προῤῥήσιας ἀπαγγέλλονται πολλαί τε καὶ καλαὶ καὶ θαυμασταί. Prædictiones Medicorum referuntur permultæ, & præclaræ, & admiratione dignæ. Rurſus ibidem (pagina 413. verſiculo 35.) καὶ τ' ἄλλα τοιουτότροπα προῤῥήματα λέγεται ἐν τουτέῳ τῷ εἴδει. Atque talia multa huius generis prædicta narrantur. Πρόῤῥησις etiam ſumitur Hippocrati pro ea artis perſuaſione, qua ex præceptionum cognitione abſque exercitatione & artis vſu intumeſcunt Sophiſtæ, libri περὶ εὐσχημοσύνης (pagina decimaquinta verſiculo vigeſimoſeptimo) παύτη ἡ πρόῤῥησις ἀπαρηγόρητος εἰς σύνεσιν. huiuſmodi prædictio nihil ſolatii ad intelligentiam adfert, hoc eſt nullius eſt vſus. Eandem οἴησιν, opinationem ibidem vocat, & λογισμὸν πιθανὸν, ratiocinationem probabilem, ἐν παραγγελίαις (pagina 17. verſic. 8.) & πιθανὴν ἀνάπλασιν λόγου (verſ. 18.) probabile rationis figmentum dicit Corn. Verùm orationem ad probabilitatem effictam ſignificare poteſt, cui τριβὴν opponit, vſum & artis exercitationem.

Πρὸς pro πρὸς δὲ poſitum apud Hip. ex Gal. adſcribunt quædam Exegeſεως exemplaria, idq; extra ordinem alphabeticum.

Προσάγειν admouere, adhibere, adiicere, offerre, exhibere, & de cibis admouendis dicitur Hippocrati aphoriſm. 3. ſect. 3. libr. 6. Epidemiorum. προσάγειν ὕεια ὀπτὰ ſuillas aſſas offerre, quod προσφέρειν exponit ibidem Galenus. Sic προσάγειν & προσαγωγὴ ſæpe efferuntur Hippocrati de cibo paulatim & ſenſim exhibito, etſi etiam de quauis ciborum admotione & auctione dicantur, vt & προσαγωγὴ τῇ ἀφαιρέσει opponitur libr. περὶ ἀρθρων. (p. 107. 42. & alias ſæpe) Ibidem (v. 16) καὶ σιτίοισι κούφοισι προσάγειν ἐς ἡμέρας πέντε. & cibos leues adhibere ad dies quinque ſenſim adiiciendo. Et rurſus ibidem (verſ. 19.) καὶ τοῦτο ἡσυχῇ προσάγειν πάλιν ἐς τὰς πέντε ἡμέρας, eamque partem ſenſim rurſus ad dies quinque adiice. Iterumque (verſic. 31.) ἐξ ὀλίγου προσάγοντα, ſenſim adiiciendo. Et (verſic. 32.) προσάγειν ἐς πέντε ἡμέρας. ſenſim adiiciendo ad dies quinque rurſus exhibere. Et (verſ. 42.) αὖθις προσάγειν πρὸς τὰς πέντε, rurſus cibos ſenſim adiicere ad dies quinq;. Rurſus ibid. (p. 108. 18.) ἐμέσαντα δὲ προσάγειν ἐς ἡμέρας πέντε, & poſt vomitum quinq; diebus

ſenſim

ſenſim adiiciendo exhibere. Et v.(19.) καὶ ἐμέσαντα πάλιν προσαγέσθω κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, & à vomitu rurſus eodẽ modo cibus ſenſim adiiciẽdo adhibeatur. Rurſuſq; (p.109.14) ἔπειτα προσάγειν ἐξ ὀλίγου. deinde ſenſim adiectiõe facta cibum exhibere. Et rurſus (v.33.) καὶ τῇ τροφῇ τῇ μαλακῇ τε καὶ κούφῃ προσάγειν ἐμέσαντα. & à vomitu alimentum molle & leue adhibere. Et (v.36.) καὶ προσαγαγεῖν ἐς ἡμέρας πέντε, σιτίοισιν ὡς κουφοτάτοισι μὴ πολλοῖσι μηδὲ δριμέσι. & cibos quàm leuiſſimos, non multos neque acres, ad dies quinque ſenſim facta adiectione accipere. Et (verſic. 49.) καὶ προσάγειν ἐκ τοῦ ἐμέτου. Rurſus (pag. 110.3.) καὶ ἐμέτοισι προσάγειν ἡσυχῇ ἐπὶ ἡμέρας πέντε. & poſt vomitus ſenſim adiectione facta ad dies quinque cibum exhibere. Sic libro primo περὶ διαίτης προσαγαγαὶ & προσάγειν ponitur, vt (p. 89.28.) & libro tertio (pag. 103. verſic.4.) & (v. 23.) προσάγειν κατὰ τὸ αὐτό. Eodem modo cibi ſenſim exhibendi. Et Et (verſ. 24.) εἶτα προσάγειν ὅκως τὸ σῶμα κομίσηται. deinde cibi ſenſim exhibendi quo corpus reficiatur. Et (verſic. 35.) προσαγαγεῖν ἐς ἡμέρας τέσσαρας. ad dies quatuor cibum exhibere. Et (verſ. 37.) προσάγειν πρὸς τὸν σῖτον. ad cibum conſuetum adducens. Rurſus (pagina 104. verſic. 8.) ἐλλέβορον πίσαντα προσάγειν. epoto veratro cibos exhibere. Et (v. 11.) καὶ προσαγέτω κατὰ τὸ αὐτό. & idem cibus exhibeatur. Qua etiam notione ἐκ προσαγωγῆς quid fieri dicitur, quod ſenſim & per interualla fit, veluti ex acceſſione aut additione quadam, ac paulatim facto progreſſu augetur, perpetuoque & continuo opponitur. Sic libro primo Epid. (pagina 368. verſic. 32.) καύματα μεγάλα καὶ οὐκ ἐκ προσαγωγῆς. æſtus magni dicuntur, qui non ſenſim aut per interualla fierent, ſed tum perpetui, tum vehementes. Et libr. 2. Epid. (pagina 314. verſic. 45.) θάλπει δὲ τὸ τοιοῦτον εἶδος ἐκ προσαγωγῆς ἐπὶ μᾶλλον. Calido verò quicquid huiuſce eſt generis, ſenſim magis procedit. Libr. de rat. vict. in morb. ac. (pagina 44. verſic. 49.) τοῖσι δὲ μονοσιτέειν εἰθισμένοισιν, ἅπαξ δοτέον τὴν πρώτην, ἐκ προσαγωγῆς δ' ἢν ἐνδέχηται καὶ τούτοισι δὶς διδόναι. His verò qui ſemel tantùm cibum ſumere conſueuerunt, ſemel quidem quod ſatis eſt primo die cibus exhibendus eſt, deinde ſenſim quoque adiectione facta ſi fieri poteſt his bis dandus. Vbi id ipſum ſic exponit Galen. ἀρξάμενος μὲν ἀπὸ τοῦ ἅπαξ, κατὰ βραχὺ δὲ προελθὼν ἐπὶ τὸ δίς. τὸ γὰρ ἐκ προσαγωγῆς τοῦτο δηλοῖ. Vbi ab eo quod ſemel eſt auſpicatus fueris, & ſenſim progreſſu facto ad bis proceſſeris. Id enim ἐκ προσαγωγῆς, veluti paulatim acceſſione facta, indicat. Et rurſus ibidem (pagina 60. verſiculo 35.) ὡς ἐκ προσαγωγῆς ἀφίκηται εἰς τὸ ἔθος. vt paulatim accreſcente acceſſione ad conſuetudinem reditus fiat. Vbi exponit Galenus, ἐκ προσαγωγῆς, τουτέστι κατ' ὀλίγον εἰς τὸ παλαιὸν ἔθος ἐπανελθεῖν. hoc eſt paulatim ad veterem conſuetudinem redeat. Libro ſexto, Epidem. ſect. 2. aphoriſm. 18. ἐκ προσαγωγῆς τἀναντία προσάγειν. Contraria ſenſim adiectione facta inducere oportet. Vbi ἐκ προσαγωγῆς κατὰ βραχὺ, hoc eſt, ſenſim & paulatim exponit Gal. Mutationes nanque ad contraria ſenſim ac paulatim fieri præcipit Hippocr. veluti acceſſione ſenſim accreſcente, quod eas ſubitas ac repentinas non ferat natura. Et lib. 7. Epid. (p. 367.18.) περίπατοι ἐκ προσαγωγῆς. deambulationes ſenſim auctæ ſunt. Lib. etiam de fract. (p. 538.26.) ἔπειτα μέντοι ἐκ προσαγωγῆς ἀνακομίζεσθαι. Deinde tamen ſenſim reficiendi ſunt. Vbi etiam ſcribit Galen. τὸ δὲ ἐκ προσαγωγῆς αὐτὸς ἑρμηνεύει τὸ κατὰ βραχύ. Sic libr. 2. περὶ γυναικ. (p. 269.30.) ὑπὸ δὲ τὰς ῥῖνας θυμιῆν τὰ κάκοδμα ἐκ προσαγωγῆς. ad nares rerum graueolentium ſuffitus adhibeto ſenſim progrediendo. Libro περὶ χυμῶν (p. 117.4. & 5.) mutationes ἐκ προσαγωγῆς, hoc eſt, ſenſim progreſſu facto fieri probat. Et lib. περὶ ἐνυπνίων (p. 107.16.) καὶ τοῖσι περιπάτοισι πολλοῖσι καὶ ὀξέσιν ἐκ προσαγωγῆς χρέεσθαι. & multis deambulationibus ac velocibus ſenſim adiectione facta vtendum. Eandem locutionem vſurpat Aretæus in Cur. Letharg. cap. 2. libr. 1. Cur. ac. ἐκ προσαγωγῆς δὲ τὸ καστόριον ἀλεαίνει. Caſtorium autem ſenſim adhibitum calfacit. Et Galenus libro ſecundo, κατὰ τόπ. (pagina 186.13.) οὕτως ἐκ προσαγωγῆς χρῶμαι. ita ſenſim in eorum vſum progredior.

Πρὸς ἀνάγκην, coactè, ex neceſſitate. De aluo adſtricta & intercepta dicitur, quæ nil niſi coacta aut medici cura & induſtria ſollicitata reddit. In Prorrh.) pag. 183. v. 27.) κοιλίαι ἀπολελαμμέναι, σμικρὰ δὲ μέλανα αἰγοειδέα πρὸς ἀνάγκην χαλῶσαι. Vbi aluus intercepta eſt & arctè concluſa, paruaque & nigra caprarum ſtercoribus ſimilia, nec niſi coacta, emittit. Quod ibi exponit Galenus μετὰ τοῦ πραγματεύσασθαί τι τὸν ἰατρὸν, ἢ διὰ κλυστῆρος, ἢ διὰ βαλάνου. τὸ γὰρ πρὸς ἀνάγκην τοῦτον τι σημαίνει. hoc eſt, adhibita Medici opera, vel per clyſterem, vel per glandem. Id enim [ex neceſſitate] ſignificat. Quod repetitur in Coac. Prænot. (pagina 443. verſic. 26.) Ac rurſus in Prorrh. (pagina 201. verſic. 19.) κοιλίη πρὸς ἀνάγκην ὑγρὰ χαλῶσα. dicitur aluus ex Medici induſtria liquida demittens. Vbi Galenus πρὸς ἀνάγκην, μόγις exponit, τουτέστι μετὰ τοῦ πραγματεύσασθαί τι τὸν ἰατρὸν, quod eſt, vix & ægrè, adhibitaque Medici induſtria. Rurſuſque ibidem (p. 202.2.) κοιλίης περιτάσεις πρὸς ἀνάγκην ὑγρὰ χαλῶσαι. aluus circumtenſa, ex Medici induſtria liquida demittens. Quæ repetuntur in Coac. Prænot. (pagina 444. verſic. 6.) In Prognoſt. (pag. 135. verſic. 20) καὶ ἡ γαστὴρ ἡ διαχωρέει εἰ μὴ σκληρά τε καὶ πρὸς ἀνάγκην, nihilque niſi dura aluus deiicit, idque coactè. Et rurſus ibidem (pag. 152. verſ. 22.) καὶ αἱ κοιλίαι ὑποχωρέουσιν ἐπὶ τῶν τοιούτων, εἰ μὴ σκληρά τε καὶ πρὸς ἀνάγκην. Neque in his alui deiiciunt niſi dura, idque coactè. Et libro ſecundo Epidemiorum (pagina trecenteſima decima quinta, verſiculo ſeptimo) κοιλίη ἀπολελαμμένη πλὴν πρὸς ἀνάγκην, aluus intercepta nil niſi coacta reddebat.

Προσηναγκάσθαι etiam quod eſt cogi, adſtringi & allidi de linteis dicitur Hippocrati in deligandi ratione, cùm vulneratæ parti aut fracturæ ita imponuntur, vt coacta ſint, & adeo adſtricta aut appreſſa vt dolorem moueant. Libr. κατ' ἰητρεῖον (pag. 677. 43.) προσηναγκάσθαι δὲ μή. non cogantur. vbi ſcribit Gal. σημαίνει δὲ αὐτὸ δηλονότι τὸ προσηναγκάσθαι τὸ ὀθόνιον οὕτως καὶ σφοδρῶς περιβεβλῆσθαι τοῖς πεπονθόσι μορίοις, ὡς ὀδύνην παρέχειν. Significat autem linteum προσηναγκάσθαι, quod eſt coactum eſſe, ita arctè laborantibus partibus conuolutum eſſe, vt dolorem exhibeat.

Προσάρματα, alimenta, cibaria dicuntur & ciborum exhibitiones, à verbo προσαίρειν quod προσφέρειν, cibum offerre, exhibere ſignificat. Et προσάρματα τροφαὶ exponuntur Erotiano apud Hippocratem. Aph. 15. lib. 1. καὶ τὰ προσάρματα πλείω δοτέον, etiam plura alimenta dari debent. Libro quoque περὶ χυμῶν (pag. 115. 26.) τοῖσιν ἐν τῇσι περιόδοισι παροξυνομένοισι τὰ προσάρματα μὴ διδόναι. In his qui acceſſiones per circuitus habent, nulla alimenta offerri debent. Quam dictionem per προσθέσιας ibidem explicare videtur, & aphoriſm. 19. libr. 1. & per προστιθέναι aphoriſ. 11. lib. eiuſd. Sic libr. 1. Epid. (pag. 382. 12.) καὶ τίνι προσαρτέον, ἢ οὔ, & cuinam exhibendus ſit cibus, nec ne. Hanc enim lectionem amplexi ſumus, cùm alia exemplaria προσακτέον legant. Et libr. περὶ ὑγιεινοῦ. (pag. 16. 30.) ἐν τῇσι προσάρμασι τῶν προσφερομένων. in eorum aſſumptione quę exhibentur aut ingeruntur, vt pharmacorum aut ciborum. Hinc quoque προσάρσις ciborum exhibitionem ſignificat Hippocrati, & προσφορὰ exponitur Erotiano. Quæ dictio vſurpatur libr. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 57. 40.) περὶ μὲν οὖν ῥοφήματος προσάρσιος οὕτω γινώσκω. De ſorbitionis igitur oblatione ſic ſentio. Et rurſus ibidem (v. 54.) καὶ ἔκ γε τῆς μεταβολῆς ἡ προσάρσις τῶν χυμάτων ἔτι μᾶλλον. & ex mutatione eorum quæ per os ingeruntur oblatio multo magis. Quod efficit vt apud Erotianum προσάρσις & προσφορὰ melius legi putem, quod illic dictiones lib. de rat. vict. in morb. ac. explicentur. Vbi etiam προσαίρεσθαι de ciborum oblatione effertur. (pag. 69. 45.) ἢν ἐκ πολλῆς κενεαγγείης ἐξαπίνης πλεῖον τοῦ μετρίου προσάρηται. ſi ex multa vaſorum inanitione repente plus iuſto cibum quis ingerat.

Προσδέχεσθαι τὰ ἰήματα, curationes admittere, ſuſcipere, aſſumere, accipere. libr. de artic. (pag. 650. 55.) In Mochlico etiam (pagina 510. verſic. 23.) προσδέχεσθαι ταῦτα χρή. hæc admittenda ſunt.

Προσδιασίνεσθαι vide προδιασίνεσθαι antea.

Προσέρχεσθαι accedere, adire, de mulierum congreſſu dicitur & ad mulierem accedere ſignificat, cum eaque congredi aph. 19. ſect. 3. libr. 6. Epid. οἱ δ' ἐπὴν προσέλθωσι. quidam vbi acceſſerint, aut ad mulierem acceſſerint.

Προσέχειν adhæreſcere ſignificat, permanere & perſeuerare, vt Prorrh. 2. (pag. 417. 23.) ἢ βῆχες ξηραὶ χρόνιοι προσέχουσιν, aut tuſſes ſiccæ, trahentes perſeuerant, permanent, adhæreſcunt. Eaque notione προσέχει ἡ νοῦσος, ἀπὸ τοῦ προσεχομένου poſitum apud Hippocratem libr. 2. de Morb. maiore ſcribit Galen. in Exeg. Quod legitur libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 194. 29.) in ſecunda Tabis ſpecie. αὕτη ἡ νοῦσος προσέχει τοῖσι πολλοῖσι μέχρι τριῶν ἐτέων. hic morbus multis ad triennium perſeuerat. Quæ locutio eodem in libr. admodum familiaris videtur. Vt (p. 192. 41.) ἀλλ' ἕως γήρως προσέχει. ſed ad ſenectutem vſque adhæreſcit aut perſeuerat, quod priùs dixerat ξυμπαραμένει καὶ οὐ μάλα ἐκλείπει. Rurſuſque (p. 208. 27.) οὐκ ἐκλείπει ἀλλὰ προσέχει, non relinquit morbus ſed perſeuerat. Et (p. 210. 2.) εἰ δὲ μὴ προσέχει καὶ ἄχρι τῶν δέκα ἐνιαυτῶν. aliôqui ad decem annos pſeuerat. Et (p. 212. 42.) ἡ δὲ νοῦσος προσέχει τὸ μακρότατον ἄχρι τεσσαράκοντα ἡμερέων. morbus autem vt longiſſimè perdurat diebus quadraginta. vt vel inde ſatis appareat lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν à Galeno in vocũ Hippocrat. explicatione libr. 2. de Morb. maiorem citati. Quod etiam confirmant aliæ dictiones, quarum explicationes adfert idem Gal. κοναῦρα, αἰθρινὴ, ἄνυδρος. Etſi ſemel eundẽ librum περὶ [illegible] indicatura cohoneſtat. προσέχειν etiam τὰ πνεύματα dicuntur venti qui vrbes perflant, & flando perſeuerant, libr. de aëre, loc. & aq. (p. 454. 1.) οὐ γὰρ προσέχουσι τὰ πνεύματα ἅ τι προσέχουσιν αὐτῇσι καὶ προσκέονται. Non enim perſeuerant venti. Qui verò perſeuerant ipſiſq; incumbunt. Eſt & προσέχειν attendere animum & aduertere, vt libr. 2. de Morb. (pag. 150. 6.) ἢν δὲ μὴ, δύο δεούσης προσέχειν. ſin minus, ad diem duodeuigeſimum animum attendito, diem duodeuigeſimum obſeruato, expectato, attendito.

Προσήκουσα τῷ Θεόκλῃ. Theoclis affinis, cognata, & quæ Theoclem cognatione aut propinquitate attingebat, lib. 7. Epid. (p. 356. 32.)

Πρὸς ἡμέρην, appetente die, diluculo, mane, ſub diẽ. ægr. 3. lib. 3. Epid. poſt ſt. peſt. ἤδη δὲ πρὸς ἡμέρην σμικρὰ ἐκουφίσθη. Iam verò appetente die paulò leuius habuit.

Προσηνὴς, mite, lene, placidum, benignum & iucundũ ſignificat. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 43. 11.) τὸ γὰρ γλίσχρασμα αὐτῆς λεῖον, καὶ συνεχὲς, καὶ προσηνές ἐστι. Nam & ipſius viſcoſitas læuis, continua & benigna aut iucunda exiſtit. vbi προσηνὲς exponit Gal. ἀντίον ὑπάρχει τῷ ἀπηνεῖ, τουτέστι τῷ κατὰ τὴν λῆψιν ἀηδίαν ποιοῦντι. quod immiti iniucundoq; opponitur, h. eſt, & ei quod cùm ſumitur inſuauitatẽ quandam facit. Inde προσηνέστερον mitius, leuiꝰ, placidius dicitur lib. de fract. (p. 533. 49.) καὶ γὰρ προσηνέστερον καὶ εὐσταθέστερον. Sic enim leuius & firmius hęrebunt. προσηνὲς Heſychius non ſolùm καλὸν, ἡδὺ, exponit, ſed & ἠπίως, ἀγαθὸν, πρᾶον, χρηστόν.

Προσηρτημένα ſunt appendices, appenſa, retinacula, lib. de fract. (p. 566. 43) ἐκ δὲ πλαγίης ἑκατέρης διπλᾶ ἑκατέρωθεν ἔχοι προσηρτημένα, tum à latere vnaquæq; geminas vtrinq; habeat appendices. Alii προσηρμοσμένα legunt, adaptata, accommodata retinacula.

Προσθήματα

Προσθεμένη apud Hippocr. eam mulierem ſignificat cui medicamenta ſubdititia aut peſſi naturalibus apponuntur, quæ inde προσθετὰ ſæpè vocãtur, vt & προστιθέναι & προστέθεσθαι de huiuſmodi ſubdititiis medicamentis appoſitis dicitur. Sic ægr.4.lib.1.Epid. προσθεμένη δὲ ταῦτα μετ' ἐκουφίσθη. Ex ſubdito autem peſſo iſta quidem alleuata ſunt. Vbi eam dictionem hunc in modum exponit Gal. τὸ δὲ προσθεμένη, μετὰ μὲν τοῦ βάλανος ὅταν τύχῃ γεγραμμένον, εὔδηλον ἔχει τὸ σημαινόμενον, ἄνευ δὲ τῆς προσθήκης, ἢ τοι ὑπακούειν χρὴ τὴν βάλανον, ὥς τινες βούλονται, ἢ πεσσὸν παρηγορικὸν ὀδυνῶν καὶ φλεγμονῶν. προσθεμένη autem dictio, cùm ei βάλανος quidem adſcripta fuerit, quid denotet manifeſtam habet ſignificationem. Cùm verò ſine addito apponitur, aut glandem ſubaudire oportet, vt volunt nonnulli, aut peſſum qui dolorem leniat & inflammationem tollat. Rurſus ægr.5.eiuſdem lib. προσθεμένη δὲ, ταῦτα μετ' ἐκουφίσθη. Quę quidem omnia ex ſubdito peſſo alleuata ſunt. Vbi ſcribit etiam Gal. προσείρηται δ' ὅτι καὶ βάλανον καὶ πεσὸν, ἐπὶ τῆς προσθεμένης δυνατὸν ἐστι προσυπακούειν. Quòd autem huic dictioni προσθεμένη, vel glandem, vel peſſum ſubaudire poſſimus, antea dictum eſt. Rurſus lib.4.Epid.(p.332.8.) προσθεμένη πεσσὸν ἐξ ἀλήτου καὶ μύρου, ξυνέβη ταχέως διαλυθῆναι καὶ παύσασθαι. Quos ex ſubdititio medicamento odorato ex farina & vnguento, ſtatim diſcuti & deſinere contigit. Ex quibus colligitur προστιθέναι ſimpliciter & προσθετὸν de medicamento ſubdititio, tum glande, tum peſſo dici. Sæpè verò & glandem ab Hipp. denotari & exprimi, vt lib.1. περὶ γυν. (p.253.35 & 37.) & libr.2.Epid. (p.315.41.) atq; aliàs ſæpè, vt & πρόσθες ἐν εἰρίῳ aut προστιθέναι de ſubdititio medicamento in vellere naturalibus appoſito, creberrimè dicitur in tota γυναικείων tractatione. Sic quoque ibid. ægr.4. libr.1. ἐξανίσταται βάλανον προσθεμένη, dicitur. Subdita glande ad deſidendum exurrexit. Et libr.7. Epid. (pag.367.12.) τὸ προστιθέμενον ἐκ τῆς χολῆς, glans ex felle ſubdita, ſuppoſita. De peſſis verò vtero ſubditis vtrunque ſimul effertur. libr. 5. Epid. (pag. 336.12.) προστιθέμενα προσθετὰ εὐώδεα πρὸς τὴν μήτρην, adhibiti peſſi odorati vtero. Et προσθετὰ ſimpliciter aut προστιθέναι lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 215.20.& 21. Et libr. περὶ ἐπικυήσιος (pag.49. 33.) ἀπὸ προσθετῶν, ex appoſitis ad vuluam. (quod etiam repetitur lib. περὶ ἀφόρων (p.291. 45. Et rurſus ibidem (v.41.) τὰ εὐώδεα προστιθέσθαι πρὸς τὸ στόμα τῆς μήτρης. odorata ad vteri oſculum apponere. Et (v.27) τὰ εὐώδεα προστιθέναι, odorata apponito. Et libr. de loc. in homine (pag. 74.) ſæpius προσθετὰ apponit Hippocr. eorumque conficiendorum rationem edocet. Qua ſignificatione etiã πρόσθημα vt προσθετὸν dicitur Hippocrati pro medicamento in vellere per peſſum ſubdito. lib. περὶ γυν. φύσ. (p.227.4.) ταῦτα χρὴ πρόσθημα ποιεῖσθαι, hæc medicamento ſubdita, ſuppoſita, hoc eſt, ad medicamẽtum ſubdititium comparata. Et rurſus ibid. (p.228.3.) ἐν εἰρίῳ ποιήσας πρόσθημα προστιθέναι. in vellere medicamentum ad ſubdititium peſſum comparatum apponito. Et lib.1. περὶ γυν. (p.239.3.) πρόσθημα ποιεῖν, hæc appoſita, aut appoſitu, (vt loquitur Plinius.) Quod libr. περὶ ἀφόρων (pag.294.33.) ποιεῖν προσθετὸν dicitur, eadem in re. Qua notione προσθέσιας etiam vocat Hip. ἀντὶ τῶν προσθετῶν, lib.1. περὶ γυν. (p.236. 47.) τὰς δὲ πυρίας ποιεῖσθαι καὶ τὰς προσθέσιας. fomẽta autem & ſubdititia medicamẽta parãda. Etſi προσθέσιες de ciborum oblatione dicuntur aph.19.lib.1.& lib. περὶ χυμῶν (p.t15.26.) vt & προστιθέναι aphoriſm.11.lib.1. atq; aliàs ſæpè.

Πρόσθιον pudendum virile ſignificat lib.5. Epid. (p.336.47.) in veſicæ ſcabie. καὶ ἔτριβε τὸ πρόσθιον, & mentulam confricabat, atterebat. Verùm πόσθιον legendum cenſeo, vt extremum pudendum & ſummam mentulam ſignificet.

Προσίστημι, ſiſto, inhibeo, compeſco, propello, vt lib. de vlcer. (p.513.41.) τὰ ἀφεστηκότα προσιστάναι, quæ abſceſſerunt inhibere ſpongiis alligatis, hoc eſt, humorem in abſceſſibus redundantem ſiſtere, inhibere, & propellere ſiccantibus medicamentis, vt quæ abſceſſerunt ſeſe contingant, aut coaleſcãt aut glutinentur. Sic enim omnes exponunt interpretes. Poteſt & hic προσιστάναι ſignificare affirmare, firmiter collocare, h. e. adurgere, atq; ita quæ abſceſſerũt cogere, vt ſeſe contingant & coaptentur. Quæ enim abſceſſerunt, vbi nulla inflammatione, ſorde, aut humore tentantur, aptari inter ſe & adhæreſcere debent . mutuoq; ſe contingere vt glutinentur & ſedem attingant, h. e. ſubiectam abſcedenti corpori partem, cui affirmari ac inſidere pars quæ adducitur debet. Qua notione προσιστάναι ſumi poteſt. Eſt.n. προσίσταμαι inſto, vrgeo, vt li.2. περὶ γυν. (p.283. 28.) ἢν δὲ ἡ ὀδύνη προσίστῃ, ſi verò dolor vrgeat. Et li.1. περὶ γυν. (p.234.41) ἢν δὲ πνὶξ προσίστῃ ἐξαπίνης. Si ſuffocatio repente ſurſum inſtet, procedat, vrgeat, inſtet, qua ſignificatiõe προσίστασθαι frequenter vſurpatur Hippocrati. Vt libr. 2. de Morb. (p.154.8.) ᾗ ἂν ἡ ὀδύνη προσίστῃ, qua parte dolor cõſtiterit. Lib. περὶ ὀδοντοφυΐης (p.54.6.) ὁκόσοισιν ἐν τῇ θηλάζειν τὰ παιδία βὴξ προσίστατο. quibus infantibus, dum lac ſugunt, tuſſis inſtat, vrget. Lib.7.Epid. (p.365.22.) καὶ πνῖγες προσίσταντο ἅμα ὑστερικαί. & vteri ſtrangulatus ſimul inſtabant, vrgebant, infeſtabant. Lib.2. περὶ γυν. (p.269.21.) ἢν πρὸς τὴν καρδίαν προσιστάμεναι πνίγωσιν αἱ ὑστέραι. Si vteri ad cor adurgentes ſtrangulatum inducant. Quod repetitur lib. περὶ γυν. φύσ. (p.226.46) itaq; ibi leg. Et rurſus (p.287.29.) ὅταν προσιστάμεναι πνίγωσιν. cùm ſurſum procedentes, ſtrangulant. Quod etiam repetitur lib. περὶ γυν. φύσ. (p.227.49.) Et ἄνω προσίστασθαι de vtero aut dolore dicitur qui ſurſum procedit ac inſtat lib. περὶ γυν. φύσ. (p.224.21.) & libr.2. περὶ γυναικ. (pag.281.2.) De vtero verò ibidem (pag.270.37.) προσίσταται σκληρὴ ὡς σφαῖρα. & durus inſtat velut globus. Eſt etiam

προσίσταϲθαι inhiberi, ſupprimi, obfirmari, vt libr. 1. περὶ γυν. (p. 236. 38.) προσίσταται ἡ κοιλίη, venter ſupprimitur, inhibetur. Et li. 7. Epid. (pag. 361. 39.) ἰχὼρ προσίσταται, ſanies ſiſtitur & ſupprimitur.

Προσίσχειν, admouere, applicare, adhibere. Lib. de art. (p. 616. 47.) προσίσχουσι τὸν ὑγιέα πόδα πρὸς τοῦτον, pedem ſanum ad hunc, hoc eſt læſum, applicant, admouent, h. e. conferunt. προσίσχειν verò idem quod προσέχειν ſignificat lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 212. 42.) ἡ δὲ νοῦσος προσίσχει τὸ μακρότατον ἄχρι τεσσαράκοντα ἡμερέων. Hic verò morbus, vt longiſſimè, ad dies quadraginta perſeuerat.

Προσκαθίζειν, aſſidere, incumbere, adhærere. ἐν παραγγελ. (17. 33) πάντα γὰρ τὰ πάθη διὰ πολλὰς περιστάσιας καὶ μεταβολὰς μονῇ ἐπὶ προσκαθίζει. Affectiones enim omnes propter multas caſuum circun ſtantias & mutationes, diuturniore quadam mora adhæreſcunt, hoc eſt diutiùs inhærent.

Προσκαυλοῦν eſt in caulem aut ſcapum tranſire & redigi. Lib. περὶ ὀστέων φύσ. (p. 62. 9.) ἐντεῦθεν αὐτῆς τὸ παχύτατον καὶ ἰθύτατον ἀνάπαλιν τραπὲν, προσεκαυλώθη, ὅ ἐστιν αἰδοῖον. Inde craſſiſſima & rectiſſima eius pars retro verſa, caulem facit, quod eſt pudendum. Hoc eſt. in caulem tranſit, & penem conſtituit, qui καυλὸς etiam dicitur & virga.

Πρόσκλισις, vide antea Πρόκλισις.

Προσκεφάλαιον, ceruical, puluinar, aut puluinus qui capiti aut membro fracto, vt cruri, ſupponitur. Lib. de fract. (p. 553. 34.) μάλιστα δὲ ξυμφέρει προσκεφάλαιον, ἢ λινεὸν, ἢ ἐρίνεον, μὴ σκληρὸν, λαπαρὸν, μέσον κατὰ μῆκος ποιέοντα, ὑποθεῖναι. Maximeq; confert puluinum, aut lineum, aut laneum, nõ durum, ſed mollem, in medio per longitudinem ſubiicere. Ibi κεφάλαιον vocat Gal. Rurſus libr. 1. περὶ γυναικ. (p. 252. 12.) προσκεφάλαιον μηδὲν ἔστω τῇ κεφαλῇ. capiti nihil ſubſternatur, nullus puluinus. ὑποκεφάλαιον paulò poſt dicitur (v. 15.) Et lib. περὶ ἀφόρων (p. 299. 9.) ὑπὸ τὴν ὀσφὺν μέσην ὑποθεῖναι προσκεφάλαιον. lumbis mediis puluinum ſubiicito. Lib. 7. Epid. (pag. 355. 4.) καὶ προσκεφάλαιον τι ψυχρὸν ὅ τι ὂν τῇ κεφαλῇ καὶ τοῖσι στήθεσι προσεῖχε. Et puluinum quendam frigidum, qui capiti ſuberat, etiam pectori admouebat. Vbi tamen προσκεφαλὴν τι vitioſè legitur, quod illic monuimus.

Προσκυρεῖν eſt nanciſci, conſequi. ἐν παραγγελίαις (p. 18. 23.) προσκυρέοντες ἑωυτοῖσι καθυποπαίζειν nactos vt ipſis illudatur. ludibrio & deriſui ſeipſos exponentes, hoc eſt, ſeſe deridẽdos propinantes. Quod tamen aliter ſumpſit Cornarius. προσκυρῆσαι Heſychius exponit προσεγγίσαι prope accedere, appropinquare. προσκύρησις ἀκέσιος, medendi authoritas, de medico aut arte medica, ibid. (v. 29.) idem quod διακονεῖσθαι lib. περὶ εὐσχημοσ. (pagina 16. verſ. 21.)

Πρόσοδος acceſſum ſignificat, ſed pro congreſſu cum muliere & concubitu ſumitur aph. 19. ſect. 3. lib. 6. Epid. ἐν τοῖσι προσόδοισι. in mulierum cõgreſſibus. Sic enim eam dictionem exponit Gal. τὸ μέν τι προσόδιον ἅπαντες σχεδὸν ἤκουσαν ἐπὶ τῆς πρὸς γυναῖκα μίξιος. Hãc quidem vocem [προσόδιον] omnes ferè de coitu cum muliere intellexerunt.

Προσπεπλασμένα ἐπιδέσματα, faſciæ fracturæ adhæreſcentes, non prorſus laxæ, neque omninò arctatæ aut adſtrictæ, ſed membro occurſantes & adhærentes. Lib. de fract. (pagina 536. 3.)

Προσπήγματα μύξης, ſunt mucoſæ concretiones ſedi affixæ & adhæreſcentes, aut compacta & agglutinata mucoſa quædam, quæ anum circundant, eiusq; procidentiæ cauſa ſunt. Prorrh. 2. (p. 421. 11.)

Πρόστασις præſtantiam ſignificat, dominatum, excellentiam, principatum, dignitatem, & apud Hippocrat. humorum dominium aut abundantiam, vt eum qui cæteris in corpore præſtat & antecellit indicet, qui colore deprehenditur in lingua. Inde enim ad humorum dignotionem deueniẽdum monet Hippocr. aphor. 15. ſect. 5. lib. 6. Epid: γλῶσσα ὁμόχροος τῇσι προστάσεσι. Lingua humorũ præſtantiam colore refert. Vbi Galenus eam dictionem obſcuram eſſe fatetur, & eum humorem qui linguam imbuit eiq; dominatur intelligit, ſiue ex ventriculo refundatur, ſiue in lingua concretus ſit, ſiue eam leuiter & extrinſecus circumcirca imbuat & alluat. A verbo προΐσταμαι deducta dictio, quod præeſſe, præſtare & antecellere ſignificat, vt πρόστασις humorum excellentiam ac præſtantiam, eumque qui cæteris dominatur ac præſtat indicet. Scribitur etiam lib. de loc. in homine (p. 67. 34.) προστῆναι ποιέειν τὴν σάρκα πρὸς τὸ ὀστέον, facere vt caro ad os inſiſtat aut adhæreſcat. Indicat enim crebras ſectiones efficere, vt vacuatis per vulnera ſuperfluis humoribus, caro naturali habitu ad oſſa inſiſtat ac adhæreat. Vbi Cornarius carnis ad os extenſionem dixit, vt à προτείνεσθαι deduxerit. Sed ibi fortaſſe melius προσῖζειν legas, vt cõtactus oſſis à carne intelligatur.

Προστατεῖν νόσου, morbo præeſſe, de Medico dicitur, qui curando ægro præficitur ac præeſt, ἐν παραγγελίαις (p. 18. 48.) ἐν τῷ δὲ προστατεῖν τῆς νόσου. dum medicus morbo præeſt. Quod ἐπιστατεῖν ibidem dicitur (v. 2.) νοσέουσιν ἐπιστατέειν, ægris præeſſe, præfici. Et rurſus ibidem (p. 19. 1.) τοῖσι μὲν οὖν τοιούτοισιν ὅπου ἂν καὶ ἐπιστατέοιμι. talibus igitur vbi præeſſem, aut ſi talib. præficerer, aut ſi horum in curando collega eſſem.

Προστέλλεσθαι quod eſt reprimi, de tumoribus præter naturam dicitur cùm detumeſcunt, intrò recurrunt, aut reprimuntur ac diſparẽt, quod eſt ἀφανίζεσθαι & λεπτύνεσθαι. Sic λεπτύνεσθαι προστέλλεσθαι exponit Gal. initio com. 4. in lib. 6. Epid. Non abſimili locutione repreſſus fœtus dicitur M. Tullio libr. de claris orat. qui temporis iniuria in lucem emitti non poteſt, ſed velut intro cõcluditur & retinetur. οἱ προσεσταλμένοι ἰσχνοὶ graciles explicantur Gal. com. in lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (p. 31. 14.) & (33. 36.) & ſiccis ſemper ibidem iunguntur.

Πρόστιμον

Πρόςιμον, mulcta pœna legibus irrogata, idem quod ἐπιτίμιον. Hippocr. ἐν νόμῳ (pag. 19. 21.) πρόςιμον γὰρ ἰητρικῆς μούνης ἐν τῇσι πόλεσιν οὐδὲν ὥρισται πλὴν ἀδοξίης. Soli enim Medicinæ in vrbibus nulla legibus eſt præfinita pœna aut ſancita, præterquam ignominię. Vbi exemplaria quædam manu ſcripta ζημία in margine adſcribunt, quod ſit velut explicatio quædam.

Προςτίθεσθαι vide Προςθεμένη antea.

Προςφέρειν vt propriè de ciborum oblatione dicitur & iis quæ in alimentum cedunt, & τὰ προςφερόμενα, ſæpe tamen ea dictione externa præſidia & auxilia, quæque circa ęgrum parantur & admouentur, intelliguntur, vt ea quæ circa partem affectam diutius adhęreſcere oportet, quæ πλεῖστον ὁμιλεῖν μάλιστα τῷ νοσοῦντι μέρει, (vt loquitur Hippocr.) libello περὶ ἰητρείου (p. 13. 7.) cuiuſmodi ſunt, quæ illic exprimit, deligaturæ, medicamenta, circumpoſita vlceri lintea & cataplaſmata. Eadem προςοίσματα & προςοισία vocantur Hippocrati. Lib. de loc. in homine (p. 73. 1.) κρατεῖται τὸ σῶμα ὑπὸ τῆς προςοισμῆς, corpus à cibis vincitur. Sic enim legunt meliora exemplaria. Rurſus ibidem v. 3) πρόςοισμα de balneo calido adhibito effertur. ἕως μὲν ἂν τὸ σῶμα κρατέῃ τοῦ προςοίσματος. dum corpus adhibitam calidam ſuperet. Et (v. 18.) ἕως μὲν γὰρ ἂν τὸ σῶμα τοῦ προςοίσματος κρατέῃ. Cùm enim corpus oblatum cibum ſuperauerit. Vbi & verbo προςφέρειν & προςφέρεσθαι vtitur, & τοῦ προςφερομένου dictione. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 38. 43.) ἐντεχνότερον δὲ τι ἐπῆλθον περὶ τῆς προςοισίων ἑκάστοισι. ii cum maiore medici dignitate quæ ſingulis exhiberi debent percurrunt. Vbi non ſolùm cibaria & alimenta, ſed quæ ægris adhibentur externa præſidia capiuntur. Libr. 3. Epid. in ſt. peſt. (p. 427. 24.) πᾶσι τὰ προςφερόμενα δυσκόλως ὑπακούοντα. Atq; ad ea quæ adhibebantur non facilè habebant. Vbi ſcribit Gal. προςφερόμενα δύναται λέγειν, καὶ κοινῶς ἅπαντα τὰ βοηθήματα, καὶ ἰδίως τὰ ἐσθιόμενα καὶ πινόμενα. προςφερόμενα, hoc eſt oblata, intelligi poſſunt in communi auxilia omnia, & priuatim quę eduntur & bibuntur. Rurſusque ægr. 5. lib. 3. Epid. poſt ſt. peſt. τῶν δὲ προςφερομένων οὐδὲν ὠφέλει. nihil eſt adhibitis remediis profectum. Sic enim ibi τῶν προςφερομένων nomine τὰ βοηθήματα intelliguntur. Vbi etiam Gal. eo nomine phlebotomiam quibuſdam comprehendi ſcribit. Et libr. de vlceribus (p. 517. 5.) ἔπειτα προςφέρειν ὃ ἂν δέῃ, deinde adhibito accommodato medicamento. προςφοραὶ ciborum oblationes ſignificant aph. 33. lib. 2. εὖ ἔχειν πρὸς τὰς προςφοράς, bene ſe habere ad ea quæ offeruntur, hoc eſt, cibos. τῶν σιτίων προςφορὰς exponit Gal. Et lib. 1. Epid. (p. 375. 45.) morborum prænotiones fieri vult, ἐκ τῶν προςφερομένων, ἐκ τοῦ προςφέροντος. ex his quæ ęgris offeruntur, & eo qui offert. Et rurſus ibidem ſect. 3. καί τι τὸ προςφερόμενον ἔςαι. & quinam cibus exhibendus ſit.

Πρόςφυσις connexio, cohærentia, annexio & iunctura. Libr. περὶ παθῶν (p. 184. 44.) ὀδύνη καταβαίνει ἐς τὴν πρόςφυσιν τοῦ ἰσχίου. dolor coxæ aut coxendicis connexionem aut iuncturam occupat. Et lib. de art. (pag. 611. a 4.) καὶ δὲ καὶ ὅσα ἀνωτέρω τῆς φρενῶν τῆς προςφύσιος κυφοῦνται. præcipuè verò quæ ſupra ſepti connexionem in gibbum curuantur. Sic enim legit Gal.

Πρὸς χεῖρα ad manus cõtactum ſignificat, phraſiſque eſt Hippocrati familiaris qua quid exploratum & veluti ad manum indicat. Sic πυρετοὶ πρὸς χεῖρα λεπτοί. febres ad manus contactum leues dicuntur ægr. 15. libr. 3. Epid. poſt ſt. peſt. Et aph. 41. ſect. 8. lib. 6. Epid. οἱ ἐπικαέες πυρετοὶ αὐτίκα πρὸς τὴν χεῖρα λυόμενοι αἰεί. Deurentes febres ſtatim ad manus contactum ſemper ſolutæ apparẽt. Manu nanque febrium ardentium ſolutio cognoſcitur, cùm caloris mordacitas & acrimonia remiſit, quæ & ſola mann interdum percipitur. Lib. 7. Epid. (pag. 356. 10.) πνεῦμα πρὸς χεῖρα πονηρὸν dicitur, ſpiritus ad manum malus, hoc eſt, ſpiratio conſpicua, expedita & vulgaris omnibuſque nota. πρόχειρον πνεῦμα vocatur Hippocrati vt antea expoſuimus. φαινόμενον Gal. exponit Comm. 1. in Prorrh. (p. 177. 32.) In Coac. Prænot. (p. 441. 15.) αἱ πρὸς χεῖρα νωθραί, quæ ad manus contactum torpeſcunt intelliguntur, quæ febre lenta ac leui conflictantur, & ex magna menſium abundantia tabeſcunt & exareſcunt. Eſt & πυρετὸς πρὸς χεῖρα βληχρός, febris ad manum debilis lib. 1. περὶ γυν. (p. 243. 12.)

Πρόςχημα rei ſtatus & occaſio dicitur. Lib. de vlcer. (p. 517. 5.) πρόςχημα ὅριον, pro occaſione vertimus, hoc eſt, pro vlceratę partis & ſcalpro pertuſę ratione ac ſtatu. figuram & formam vertunt interpretes. πρὸς σχῆμα etiam legunt exẽplaria quædam. Qua voce quod magis idoneum eſt medicamentum & velut delectum ſignificari poteſt.

Πρόσω ἀντὶ τοῦ ἔμπροσθεν poſitum apud Hipp. ſcribit Erotianus, hoc eſt, ante, aut anteriore parte. Qua certe notione mihi ſumi poſſe videtur lib. 4. Epid. (p. 329. 9.) ἐξελεπτύνθη τὸ δέρμα πανταχῆ ἀπὸ τοῦ ἕλκεος πρόσω. Vndique ab vlcere cutis eſt extenuata anteriore parte. Indicatur enim anteriore capitis parte vndique circa vlcus ad ſiniſtram, cutem fuiſſe extenuatam, cum vlceris labra intumeſcerent, etſi vltra vlcus vndique illic vertimus. Sic enim alioqui πρόσω vltra indicat, vt rurſus ibid. (p. 332. 44.) καὶ πυρετοὶ γλίσχροι καὶ οὐ πρόσω ἑπτὰ ἡμερέων. febres lentæ tenebant, non tamen vltra ſeptem dies. Et rurſus libr. 1. περὶ γυν. (p. 232. 13.) ἢ τὸν αὐχένα πρόσω τοῦ αἰδοίου κείμενον. aut ceruicem vltra pudendum ſitam. Et iterum (v. 18.) ἤν τι τοῦ αὐχένος πρόσω τοῦ αἰδοίου κειμένου. cùm ceruix vltra pudendum ſita ſit, hoc eſt extra pudendum propendeat. Rurſus, aphoriſm. 23. ſect. 6. lib. 6. Epid. οὐ πρόσω ἐνιαυτοῦ τεταρταῖος. Quartana non vltra annum progreditur. Sic enim Gal. Commentarii, aut qui eius nomine circunferuntur, & omnes interpretes exponũt: Nos tamen quartanam non ante annũ finiri diximus, quod maximè ſit popularis iſta ſentẽtia & longo

medendi vſu comprobata, quartanam vix ante annum, aut non niſi commutata melioris anni temperie, ſolui. At verò libr. 2. περὶ νούσων (pag.141.30.) τὸ πρόσω diſertiſſimis verbis ἀντὶ τοῦ ἔμπροσθεν ponitur, eique ἐς τοὔπισθεν opponitur. καὶ ὁ ἐγκέφαλος ἐς τὸ πρόσω μᾶλλον κέεται τῆς κεφαλῆς, ἢ ἐς τοὔπισθεν. Et cerebrum ad anteriorem magis capitis partem ſitum eſt, quàm poſteriorem. Et lib. de art. (pag. 599.15.) καὶ ὠθέῃ πρόσω κάτω, in anteriorem partem & inferiorem trudat. Quod etiam repetitur in Mochlico, (p.507.41.) Sic Gal. com. ad aph. 26. lib. 3. τὸ εἴσω interiorem corporis partem πρόσω hoc eſt anteriorem explicat, ad τὸ ὀπίσω referens.

Προσωδέστερον ſi ſine ι ſubſcripto legatur ὀζωδέστερον, hoc eſt graueolentius ſignificare ſcribit Gal. in Exeg. cum ι verò ſubſcripto, οἰδωδέστερον, hoc eſt tumidius, παρὰ τὸ οἴδημα, quo modo ſumi ſcribit libr. 2. de Morb. maiore. Verùm apparet eſſe memoriæ lapſum, aut falſam indicaturam. Neque enim toto lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (qui libri 2. de Morb. maioris nomen habet apud Gal.) legitur.

Πρόσωπον facies & vultus in homine, pars anterior capitis caluę ſubiecta, frontem, oculos, nares, genas, os, mentum & auriculas comprehendens. πρόσωπον ἐῤῥωμένον dicitur Hippocrati facies bene habita & optimè colorata, ſanis ſimilis, in qua ſpiritus & ſanguinis copia ſucculentam molem facit, in Coac. Prænot. (p.427.20.) & (p.432.40.) Ibidem etiam (p.430.12. & 14.) προσώπου εὔχροια, vultus bene coloratus & floridus in morbis acutis ſuſpectus eſt, vt in Prorrh. (p.185.30.) vbi πρόσωπον εὐανθὲς vocat Galenus. Eſt & κατηφὲς πρόσωπον, vultus demiſſus, ſuperciliosus, in Coac. Prænot. (pag.435.19.) vt antea ſcripſimus. πρόσωπον χρηστόν, bona facies in magnis morbis laudatur, aphor. 26. ſect. 2. lib. 6. Epid. facies quæ minimùm à naturali recedit, non quæ nihil omninò cõcidit, aut extenuata eſt, ſed quæ pro morbi ratione & dignitate extenuatur. πρόσωπα ſunt rerum facies & eminentia, lib. 2. de Morb. (p.142.10.) καὶ δοκέει τὸ ἥμισυ τῶν προσώπων ὁρᾷν. & dimidiatas rerum facies ſibi videtur cernere.

Προταριχεύειν eſt præmacerare, prius ſale exiccare, ſed pro ſimplici ταριχεύειν ſumitur, & inedia ægros exiccare aut macerare ſignificat Hippocrati, quo vocabulo abſtinentiæ ac inediæ importunitatem plus iuſto macerãtem indicat, & in Medicis quibuſdam ſui temporis redarguit, qui ægros per morborum initia fame cruciabant, quod etiam factitabant Diatritarii Galeni ætate. Libr. de rat. vict. in morb. ac. (p.57.50.) βούλονται γὰρ ἄπαντες ὑπὸ τὰς ἀρχὰς τῶν νούσων προταριχεύσαντες τοὺς ἀνθρώπους, ἢ δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας, ἢ καὶ πλείονας. Per initia enim morborum ęgros ipſos duobus aut tribus, aut etiam pluribus diebus præmacerantes, hoc eſt exiccantes & inedia cruciantes. Cuius dictionis notionem explicat Gal. Com. 2. in eundem lib. (pag.65.54.) οἱ τοίνυν τοὺς κάμνοντας ἐν ἀρχῇ τῶν νοσημάτων ἐν ἀσιτίᾳ παντελεῖ φυλάττοντες, εἰ μὲν ἄχρι τῆς ἀκμῆς δύναιντο διαφυλάξαι τὸ τοιοῦτο τῆς διαίτης εἶδος, οὐκ ἄν τις αὐτοῖς μέμψαιτο, μὴ δυνάμενοι δὲ πράξαι τοῦτο διὰ τὸ καταλύεσθαι μεταξὺ τὴν δύναμιν τῶν νοσούντων, εὔδηλον ὅτι κακῶς ἐχρῶντο ταῖς ἀσιτίαις προταριχεύσαντες τοὺς κάμνοντας. ἐνδείκνυται δὲ ἐναργῶς διὰ τῆσδε τῆς προσηγορίας τὴν ἀκαιρίαν τῆς ἀσιτίας καταξηραινούσης τὸ σῶμα περαιτέρω τοῦ προσήκοντος. ὅπου γὰρ ἐν ᾧ χρὴ καιρῷ λεπτότερον διαιτᾶν, ἐγγὺς οὔσης τῆς ἀκμῆς, ἐν τούτῳ προσφέρειν ἠναγκάσθησαν σιτία, πρόδηλον ὅτι κατεξηράνθαι διὰ τῆς ἀσιτίας ἀμέτρως τοὺς κάμνοντας, ὅπερ ὀνόματι ταριχεύεσθαι. Eos igitur qui per morborum initia ægrotos in omnimoda inedia conſeruant, ſi ad vigorem morbi vſq; hanc victus rationem retinere poſſint, nemo culpauerit. Cùm verò id facere non poſſint, quod interpoſito tempore ægrorum vires diſſoluantur, eos inedia malè vti conſtat, cùm ægros inedia præmacerent, & ante tempus exiccent. Hac enim dictione [προταριχεύσαντες] inediæ importunitatem plus æquo corpus exiccantem euidenter demõſtrat. Quo enim tempore tenuiorem victum exhibere oportet, impendente vigore, in eo cibum dare manifeſtè coacti ſunt, quòd ægros immoderata inedia exiccauerint, quod ταριχεύεσθαι dicitur. Sic Gal. lib. 4. Meth. med. (pag. 76.29.) irridetur Theſſalus, qui primam diatriton inuenit, hoc eſt tridui inediam, quòd laborantes ἐταρίχευεν δι᾽ ὅλας τρεῖς λιμοκτονίας ἡμέρας, totis tribus diebus fame confectos prorſus arefeciſſet.

Προτάσιες πνευμάτων, ſpirituum protẽſiones dicuntur Hippocrati lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.92.56.) hoc eſt, ſpirationis offenſiones ac interruptiones. Illic enim τὰ προτεταμένα πνεύματα, τὰ δὴ ἐγκοπτόμενα, exponit Galenus, protenſas ſpirationes, velut interruptas, de quibus πνεῦμα προσπταῖον ἐν τῇ ἄνω φορῇ eodem lib. dictum eſt, ſpiratio offendens in ea quæ ſurſum fit ſpiritus delatione.

Προτεινόμενοι προτείνοντες, hoc eſt protendentes exponuntur apud Hip. Galeno in Exeg.

Προτρέπεσθαι μεταβάλλειν, quod eſt tranſmutare, exponit Gal. apud Hipp. in Exeg. nimirum (vt opinor) hunc locum ſubindicans qui legitur in his quæ adiecta ſunt ad lib. de Natura humana (p.20.21.) ἔν τε τῇ φαρμακείῃ προτρέπεσθαι, καὶ ἐν τοῖσι διαιτήμασιν, quod eſt contrariam tum medicamentorum tum victus rationem inſtituere. Sic enim vult morbum oppugnandum eſſe, vt ei cõtraria inſtituas, & ei tum contrariarum qualitatum tranſmutatione, tam cauſam morbi oppugnando, quam curationem & victus rationem inſtituendo te opponas, quaſi curatione ipſa & victus ratione morbo terga vertas. Morbus enim tũ vel maximè oppugnatur, cùm vel curationem contrariam, vel victus rationem inſtituis & tranſmutas, quod ibidem μεταβάλλειν dicit Hip. Gal. verò προτρέπεσθαι τῇ φαρμακείῃ ibidem dici ſcribit ἀντὶ τοῦ προσφέρεσθαι τοῖς νοσήμασιν ἐξ ὑπεναντίου, quod eſt morbis contraria adhibere, aut morbis contrario modo ſe opponere, hoc eſt, morbis contrariam

trariam tum medicamẽtorum, tum victus rationem adhibere & inſtituere. Idemque Galenus communi locutione dici apud Aſiaticos ſcribit, ὁ δέ τις ἄνθρωπος προσφέρεταί τινι χρηστῶς, ἢ φιλικῶς, ἢ ἀπίστως, ἢ ἀπηνῶς, cùm quis aliquo commodè, aut amicè, aut perfidè vtitur, aut cum aliquo agit, aut erga aliquem affectus eſt, eumque beneuolè aut amicè, aut perfidè & inhumaniter tractat. In quo videndum eſt Galenum τῷ φαρμακίῳ προστρέπεσθαι legiſſe, cùm paſſim ἐν τῷ ποσὶ φαρμακείῃσι, aut ἐν τῷ φαρμακείῃ legatur. Eſt & προτρέπεσθαι cieri, incitari, prouocari, aut propelli, lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 73. 45.) ἀλλ' ὅμως ἥ γε κατὰ τὴν κύστιν καθαρσις ὑπ' αὐτοῦ γιγνομένη, ῥύεται ἣν προτρέπηται ὁκοίην δεῖ. Quæ tamen ab ipſo per veſicam fit expurgatio, liberat, ſi vti debet, propellatur. h. e. ſi vrinam vt debet cieat & prouocet. Etſi quædam exemplaria προσφέρηται pro προτρέπηται leg.

Προυγραίνειν eſt prehumectare, & corpora humectatione ad hellebori ſumptionem præparare, aph. 13. libr. 4. Sic autem præparantur copioſiore cibo & quiete.

Προφανὴς, manifeſtus, apertus, vnde προφανῆ τὰ στόματα vterorũ oſcula aperta & nimis hiantia dicuntur lib. 1. περὶ γυν. (p. 238. 27.) ὅσαι μὲν διὰ τῶν στομάτων προφανείην τὴν αἰτίην κωλύονται μὴ ἴσχειν ἐν γαστρί. Quæ propter conſpicuorum aut apertorum oſculorum cauſam prohibentur, quò minus concipiant. oſculorum hiantium dixit Cornarius. Sic ἐκ προφανοῦς apertè ſignificat & palam.

Πρόφασις Hippocrati ſæpe dicitur cauſa vera, euidens & manifeſta, interdum etiam ſimpliciter omnis cauſa, interdum quoq; leuis quædam occaſio, vel ficta quædam cauſa. Sic enim ſcribit Gal. com. 1. in lib. 1. Epid. (p. 352. 27.) ὀνομάζει δὲ προφάσεις ὁ Ἱπποκράτης, ἐνίοτε μὲν ὡς ἔθος ἐστὶ τοῖς πολλοῖς, ἐπὶ τῶν ψευδῶς λεγομένων αἰτιῶν φέρων τοὔνομα, πολλάκις δὲ τὰς φανερὰς αἰτίας οὕτως καλεῖ, καί ποτε καὶ πάσας τὰς ἁπλῶς. προφάσεις vocat Hippocr. interdum (vt moris eſt multis) falſis & fictis cauſis nomen attribuens, ſæpius autem cauſas manifeſtas ita vocat, & interdum omnes ſimpliciter cauſas. Vbi apud Hippocr. legitur, ὥσπερ τὰ ἐξ ἄλλων προφασίων, velut tumores qui ex aliis cauſis ad ſuppurationem ducuntur. Idem quoque Gal. com. 3. in lib. 1. Epid. (p. 385. 43.) κυριώτατα γὰρ ἄν τις φαίη προφάσεις τὰ φανερὰ τῶν αἰτίων. Nempe quis valde propriè προφάσεις dixerit, euidentes cauſas. Libr. de rat. vict. in morb. ac. (p. 49. 5.) διὰ ταύτας οὖν προφάσιας. ob has igitur cauſas. Vbi ſcribit Gal. ὅτι πολλάκις ὀνομάζει τὰς αἰτίας προφάσεις ἐδείχθη κἀν ταῖς τῶν ἄλλων συγγραμμάτων αὐτοῦ ἐξηγήσεσι. Quòd ſæpe cauſas προφάσεις nominat demõſtratum eſt in his quas in alios ipſius libros ſcripſimus enarrationibus. Rurſusque ibidem (pag. 93. 55.) leuem occaſionem & cauſam euidentem ſignificat, & forti cauſæ opponit Hippocr. ἢν ὑγιαίνοντι τοῦτο ξυμβῇ ἄνευ προφάσιος, ἢ ἄλλης αἰτίης ἰσχυρῆς. ſi ſano id abſque vlla occaſione aut alia forti cauſa contigerit. Vbi ſcribit Gal. πρόφασιν μὲν λέγει τὴν φανερὰν αἰτίαν. Et rurſus ibid. (p. 101. 36.) ὅπως μὴ διαλάθῃ τις τῶν προφασίων, vt ne vlla manifeſta cauſa lateat. Vbi quoq; ſcribit Gal. ἐμάθομεν ὅτι τὰς φανερὰς αἰτίας ὀνομάζει προφάσεις. Quòd euidentes cauſas προφάσεις nominat didicimus. Quibus opponit Hippoc. τὰ κατὰ λογισμὸν, cauſas abditas, & quæ ſola ratiocinatione deprehenduntur. At idem com. 4. in eundem lib. (p. 115. 16.) προφάσεις vocari ſcribit, non ſimpliciter cauſas euidentes & manifeſtas, quemadmodum multis eſt vſitatum, cùm ab aliqua manifeſta cauſa corpus affici cõtingit, verùm propriè occaſiones eas ex quibus corpus iam morboſè antea comparatũ in morbum incidit: veluti ſi iam ad morboſam diſpoſitionem cõparato corpore, febris aut alius quiuis morbus ex curſu, venatione, intemperantia, refrigeratione, Venere, cæteriſq; id genus oriatur, hæ potiùs occaſiones & προφάσεις, quàm cauſæ dici debent. Sic πρόφασιν leuem ſæpe occaſionem accipit Hip. vt ægr. 3. lib. 3. Epid. μετὰ δὲ προφάσιος πῦρ ἔλαβε, ex leui occaſione igne, hoc eſt, febre vehementi, correptus. Vbi quoq; ſcribit Gal. τὸ μέν τοι καὶ ὅτι κυριώτερον, ὥσπερ τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις ἔθος ἐστὶ τὰ μικρὰ τῶν αἰτιῶν προφάσεις καλεῖν, οὕτω καὶ αὐτὸς ἐνίοτε προσαγορεύει, τὸ πρόσθεν δέδεικται. Atqui quòd proprio quodam modo, nonſecus ac omnibus eſt conſuetum, ita & ipſe interdũ leues cauſas προφάσεις appellat, etiam eſt demonſtratum. Illic nanq; πρόφασιν ſumit Gal. pro leui cauſa & occaſione, ex qua iam morboſa in corpore præexiſtẽte affectione, æger in febrem incidit. Idemq; com. 3. in libr. 3. Epid. (p. 421. 19.) quod μετὰ προφάσιος dicit Hipp. ex leui occaſione, ἐπὶ μικραῖς ἀφορμαῖς, ἃς προφάσεις ὀνόμασεν, exponit. Rurſusq; ibid. (p. 422. 15.) de vlceribus quæ μετὰ προφάσιος conſtiterunt, ἐμφαίνοντα, ὅσα δι' ἔλκωσιν, ἢ τι μικρὸν οὕτως ἄλλο τῶν ἔξωθεν αἰτίων συνέστη, exponit Gal. quibus ea opponit quorum αὐτόματά ἐστιν ἡ γένεσις. Etſi verò πρόφασις per ſe cauſam euidentem & externam indicat, ſæpè tamẽ diſertis verbis φανερὴν πρόφασιν exprimit Hip. In Progn. (p. 150. 33.) ἄτερ φανερῆς προφάσιος ἄλλης, abſq; vlla alia occaſione manifeſta. Vbi etiam ſcribit Gal. προφάσεις εἴωθεν ὀνομάζειν ὁ Ἱπποκράτης τὰς φανερὰς αἰτίας. Et aph. 41. lib. 2. ἄνευ φανερῆς προφάσιος. & aphoriſm. 45. & 55. libr. 5. προφάσεις ἐμφανέες vocantur Prorrh. 2. (pag. 418. verſ. 48.) Vbi etiam πρόφασις per ſe cauſam externam & manifeſtam denotat (pag. 419. 18.) cui τὸ ἀπὸ αὐτομάτου opponit, quod ſponte & ab interna aliqua cauſa fit. Rurſusque ibidem (p. 422. 22.) ἄνευ προφάσιων, ſine cauſa vertit Celſus cap. 8. libr. 2. velut πρόφασις quamuis cauſam & occaſionem ſignificat aph. 12. lib. 3. & 58. lib. 7. ἄνευ προφάσιος, ſine vlla manifeſta cauſa valet in Coac. Prœn. (p. 433. 22 & 26) quemadmodum Thucydides lib. 2. dixit: τοὺς δὲ ἄλλους ἀπ' οὐδεμιᾶς προφάσεως, ἀλλ' ἐξαίφνης ὑγιεῖς ὄντας. alios autem nulla externa ex cauſa, verùm repentè, ſanos & valentes. Sic enim ibi πρόφασις externã morbo

rum cauſam denotat, cui τὸ ἐξαίφνης opponit, quod ἀπροφασίστως exponit Scholiaſtes. Velut lib. 7. Epid. (p. 354. 49.) ἡ δὲ πρόφασις ἐδόκει ἐκ φρίκης μετὰ λουτρὸν γενέσθαι. morbi autem occaſio ex horrore poſt balneum nata eſſe viſa eſt. Eaque notione πρόφασις cauſam morborum externam indicat libr. περὶ ἱερῆς νούσου (p. 123. 40.) & (p. 124. 3.) Gal. com. 2. in libr. de fract. (p. 553. 29.) euidentiſſimas cauſas & veras προφάσεις Hippocrati dici ſcribit, nō fictas aut falſas, de quibus etiam hoc nomē vſurpari conſueuit. Quod etiam repetit eodem libr. com. 3. (p. 571. 31.) vbi ea dictione vtitur Hippocr. ἐπὶ τῶν δὲ τῶν προφασίων. & διὰ ταύτας τὰς προφάσιας. ob has igitur cauſas. Et lib. de art. (pag. 612. 53) ἡ πρόφασις τῆς κυφώσιος. gibbi occaſio & cauſa euidens & manifeſta. Sic lib. 1. περὶ γυν. (p. 137. 35) ταύτῃσι τὸ στόμα τῶν ὑστερέων πρόφασις. his vteri oſculū cauſa eſt manifeſta. Et rurſus (v. 42.) ἅσσα ἐναντία τῇ προφάσει. quæ cauſæ manifeſtæ repugnēt. Rurſusque ibidem (p. 238. 25.) καὶ ὑφηγεόμενον τὰς προφάσιας ὡς χρή, ἐξ ὧν αἱ νοῦσοι γίνονται. & ducto initio à manifeſtis cauſis, vt decet, ex quibus morbi oriuntur. Lib. 2. Epid. (p. 317. 15 & 16.) ἀλλ' ἐπὶ τὴν πρόφασιν ἐλθεῖν, καὶ τῆς προφάσιος τὴν ἀρχήν. Verùm ad cauſam ipſam & cauſæ primordia deueniendum fuit. Libr. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 7. 33.) σκέψασθαι δὲ χρὴ διὰ τίνας προφάσιας αἰτίωσι ταῦτα ξυνέβη. Vidēdum verò quænam ſit horum cauſa. Et rurſus ibidem (p. 9. 15.) διὰ ταύτας τὰς προφάσιας, iſtas ob cauſas.

Πρόφυον Galenus βλάστημα, hoc eſt germinationem aut germen exponit apud Hippocratem in Exegeſi. Qua dictione mihi videtur locum lib. 7. Epid. exprimere (p. 365. 5.) vbi legitur, γλῶσσα λευκή, ἔχουσα ἐκ δεξιοῦ τι θερμοῦ πρόσφυον. lingua albicans erat, dextra parte habens concretionem quandam lupino ſimilem. Sic enim vulgata lectio ferri poteſt, vt adnatam tuberculoſam quandam concretionem ex febrili incendio intelligas. Apparet tamen Galenum πρόφυον meliore fortuna & ſenſu legiſſe. ἐπίφυμα dicitur in Coac. Præn. (p. 430. 40.)

Προχωρεῖν ſignificat expeditum eſſe, ad manum eſſe aut accommodatum, & commodum. Lib. de fract. (p. 553. 15.) καὶ τῶν ἄλλων ἕνεκα τῶν βιαίων προσφέρειν, ἐὰν πού τι προχωρῇ. etiam quiddam ex violentis, quod commodum ſit, admoliri opus eſt. Hinc προχωρήσιες εἰς ἄφοδον. progreſſus ad aluum exonerandam, dum æger ad deſidendum progreditur aut procedit, lib. de fract. (p. 553. 46.) καὶ ἐν τῇσιν ἐς ἄφοδον προχωρήσεσιν. ac dum ad deſidēdum æger progreditur, fortè προσχωρήσεσιν leg.

Πρωϊαίτερον exponit Erotianus apud Hippocratem: πρὸ τοῦ δέοντος καιροῦ, ante opportunum tempus, hoc eſt, tēpeſtiuius, maturius. Qua dictione vtitur li. 2. Epid. (p. 311. 36.) εἰ πρωϊαίτερον ἢ οὔ. num maturiùs, nec ne. Et rurſus ibidem (v. 40.) καὶ ἐν περιόδοισι τὸ ἐπὶ πρωϊαίτερον. Et in circuitibus quod maturiùs contingit. Pro quo πρωΐτερον interdum effert Hipp. vt lib. 2. Epid. (p. 315. 3.) καὶ ἄλλοθι πρωΐτερον, ἢ ὀψίτερον. Quin aliàs quoq; tardiùs aut maturiùs. Et lib. 4. (p. 330. 15.) καὶ τὸ πρωΐτερον σκεπτέον. videndum an maturiùs redeant. Et rurſus ib. (p. 333. 41.) καὶ τὸ πρωΐτερον, καὶ ὀψιαίτερον. & quod maturiùs aut ſeriùs. Et rurſus aph. 26. ſect. 6. li. 6. Epid. τὸ τ' ἐπὶ πρωΐτερον τοῦ ἔτεος. tū etiam ante tempeſtiuum anni tēpus. Et, ὥσπερ τοῖσι καθ' ἡμέρην πρωΐτερον λαμβανομένοισιν, ἢ ὀψίτερον. haud aliter quàm in iis qui quotidie aut citiùs corripiuntur.

Πρωῒ τοῦ ἦρος, ἀντὶ τοῦ πρὸ τοῦ ἦρος poſitum ſcribit Erot. quod eſt ante ver. Sic enim apud eum legi debere apparet, quod eſt etiam ab aliis annotatum, aut πρὸ pro πρωῒ, quod eſt Atticum. πρωῒ τοῦ ἦρος aūt ſæpe ponitur ab Hip. vt lib. 1. Epid. (p. 351. 39.) πρωῒ μὲν τοῦ ἦρος ἐκ τῆς πρόσθεν καταστάσιος ὑπεναντίης. ante ver quidem quod ſuperior ſtatus ſubcontrarius fuerit. Et rurſus ib. (p. 338. 11.) πρωῒ δὲ τοῦ ἦρος πολλοὶ τούτων καὶ οἱ πλεῖστοι δύσφορα διετέλεσαν. Ante ver autem plerique omnes grauiter & moleſtè vitam traduxerūt. Et (p. 368. 58.) πρωῒ δὲ τοῦ ἦρος ἤρξαντο καῦσοι. Ante ver autem febres ardentes cœperunt. Et lib. 3. Epid. in ſt. peſt. (p. 419. 52.) πρωῒ δὲ τοῦ ἦρος ἅμα τοῖσι γενομένοισι ψύχεσιν ἐρυσιπέλατα πολλά. Ante ver autem vnà cum frigorib. conſecutis, ignes ſacri plurimi. Ac rurſus ib. (p. 424. 1.) ἤρξαντο μὲν οὖν οἱ καῦσοι πρωῒ τοῦ ἦρος. Ante ver quidem febres ardentes cœperunt. Quibus in locis tamen πρὸ τοῦ ἦρος leg. exēplaria multa. Rurſusq; (p. 428. 50.) πρωῒ δὲ τοῦ ἦρος ἀρχομένου οἱ πλεῖστοι τῶν κατακλιθέντων. Ineunte autem vere eorum qui decubuerunt plæriq; perierunt. Sic πρωῒ τοῦ θέρεος ἀρχομένου. Ante æſtatis initium, dicitur lib. 1. Epid. (p. 353. 39.) Et rurſus, πρωῒ τοῦ φθινοπώρου, ante autumnum, (pagina 357. 19.) Erotiani autem exemplaria mendoſa eſſe ſatis teſtatur dictio ἀντὶ, quæ certè vacare videtur.

¶ Πταρμός, ſternutatio, ſternutamentum, violenta eſt per nares ſpiritus à cerebro expulſio, cuius cauſas adfert Hip. aph. 51. lib. 7. de eoq; agit aph. 35. lib. 5. & aphor. 13. lib. 6. & fuſiſſimè Gorrhæus. Hinc πταρμικὰ ſunt ſternutationem cientia aut ſternutatoria. Lib. 7. Epid. (p. 366. 34.) πταρμικὰ προστιθέμενα. ſternutamenta cientia ſunt naribus admota.

Πτέρνη, calcis os dicitur, Latini calcaneum & calcem vocant, omnium pedis oſſium longè maximum. Libr. 5. Epid. (p. 339. 38.) νεανίσκον ἔλαβε τῆς πτέρνης. adoleſcentem calcis dolor cepit. lib. de fract. (p. 544. 41) ἐπερείσαντο τῇ πτέρνῃ ἰσχυρῶς. in calcem vehemēti impetu firmati ſunt. Et rurſus ibid. (p. 545. 14) τὸ δέρμα τὸ ἀμφὶ τῇ πτέρνῃ, cutis circa calcem. Hinc πτερνοβάται dicuntur, qui calci inter ambulandum inſiſtunt, lib. de art. (p. 640. 14 & 15.)

Πτερυγώδεις exponuntur Erotiano apud Hipp. οἱ μακροτράχηλοι καὶ ἐπιπολὺ πλατέα ἔχοντες τὰ στήθη καὶ ἐξέχοντα. qui oblongo ſunt collo, & vt plurimùm lata & eminentia habent pectora. Quibus verbis mihi locum lib. 3. Epid. in ſt. peſt. (pag. 429. verſ. 35.) deſignare videtur Erotianus, in quo tabidorum naturam eo

nomine

nomine ſugillat Hippocr. qui ex vitioſa thoracis conformatione & anguſtia in tabem incidunt. His enim quòd anguſto & ſtricto ſunt thorace, ſcoptula operta retro alarum inſtar prominent & extant, vnde πτερυγώδεες, quaſi alati dicũtur. Quos iis verbis ſcitiſſimè circunſcribere mihi videtur Aretæus grauiſſimus imprimis author, cap. 8. lib. 1. περὶ αἰτιῶν χρονίων παθῶν. ὠμοπλάται ἐκφανέες ὅλαι, ὅκως πτέρυγες ὀρνίθων, ſcapulæ totæ extantes & eminentes, velut auium alæ. Has verò naturas preſſiùs quodámodo deſcribit Com. 2. in lib. 1. Epid. Gal. (p. 353. 56.) cùm in tabidorum cenſu eas referens ſcribit: πάντα δὲ ταῦτα ἀρχόμενα φανερώτατα, ὅταν ὁ θώραξ στενὸς ᾖ καὶ ἀβαθὴς ἔσω ὥστε, ὡς τὰς ὠμοπλάτας ἐξέχειν ἐοικότα δίκην πτερύγων. ἐντεῦθεν δὲ καὶ πτερυγώδεις ὀνομάζουσι τοὺς τοιούτους. Apertiſſimè autem tales exiſtunt, quando thorax adeò anguſtus eſt & minimè profundus, vt ſcapulæ alarum inſtar retro promineant, vnde etiam πτερυγώδεις, quaſi alatos eos nominant. Et lib. 3. Epid. Com. 3. (p. 430. 21.) ἐν δὲ γὰρ τοῖς φθινώδεσι νοσήμασιν ἅμα τοῖς προειρημένοις, καὶ τοὺς πτερυγώδεις ἔγραψεν, οὐ διὰ τὴν κρᾶσιν, ἀλλὰ διὰ τὴν μοχθηρὰν διάθεσιν τοῦ θώρακος ἐπιτηδείους ἔχοντας εἰς φθίσιν ἐμπεσεῖν, ἑπόμενον δὲ εἰκὸς εἶναι καὶ τὴν θερμότητα αὐτοῖς τῇ συμφύτῳ διαπλάσει. Nam & vnà cum prædictis, inter tabidorum morbos, πτερυγώδεις, hoc eſt, alatos adſcripſit, qui non propter temperaturam, ſed ob vitioſam thoracis affectionem in tabem promptè incidunt. Ipſius autem conformationem calorem natiuum ſequi par eſt. Ex quo ſcriptum eſt ab Hippocrate aph. 9. ſect. 3. lib. 6. Epid. τὸ φυσῶδες συναίτιον ἐν τοῖσι πτερυγώδεσι. καὶ γάρ εἰσι φυσώδεες. In his qui alarum inſtar ſcapulas habent retro prominentes, flatus ſimul cauſa eſt. Sunt enim flatulenti. Et rurſus aph. 14. ſect. eiuſdem, ὅσοι πτερυγώδεες φύσιας πλευρέων, δι᾽ ἀδυναμίαν τῆς ἀφορμῆς. Quicunque alata latera naturâ habere dicuntur, idque ex cauſæ imbecillitate contingit. Vbi certe quinam πτερυγώδεις dicantur diſertiſſimis verbis exprimit Gal. ἐμάθετε δὲ ὅτι πτερυγώδεις ὅπως ἔθος τοῖς ἰατροῖς ὀνομάζειν, τοὺς ὁμοίως ὄρνισιν πτέρυξι τὰς ὠμοπλάτας ἔχοντας ἀνεσπασμένας τε καὶ προπετούσας εἰς τοὐπίσω. Scitis autem Medicis conſuetum eſſe eos πτερυγώδεις vocare, qui auium alarum inſtar ſcoptulas opertas prominentes retrorſumque productas habent. Et rurſus, τίνας μὲν ὀνομάζουσιν οἱ ἰατροὶ πτερυγώδεις ἔμπροσθεν εἴρηται. μεμαθήκατε δὲ καὶ ὅτι πρὸς φθίσιν ἐπιτήδειοι τυγχάνουσιν ὄντες οἱ τοιοῦτοι, διὰ τοῦ τρίτου τῶν ἐπιδημιῶν. Quoſnam Medici πτερυγώδεις, hoc eſt, alatos nominent, antea eſt dictum. Didiciſtis autem ex lib. 3. de morb. vulgaribus, tales ad tabem expoſitos eſſe. Sic autem dicuntur πτερυγώδεες φύσιες πλευρέων Hippocrati, hoc eſt, habere pectora alata naturâ, quibus pectus eſt anguſtum, & latera velut ab alis compreſſa, ideoque & ſcapulæ excitæ & retro prominẽtes. Quam nominis notationem apertè etiam declarat Galenus lib. 2. de Temperamentis (p. 76. 25.) ὅταν δὲ καὶ τὰ κατ᾽ ὠμοπλάτας αὐτοῖς ἄσαρκα παντελῶς ᾖ, καὶ γυμνὰ καὶ προπετῆ δίκην πτερύγων, ὀνομάζονται μὲν αἱ τοιαῦται φύσεις ὑπὸ τῶν ἰατρῶν πτερυγώδεις. Quando verò quæ circa ſcapulas ipſis ſunt, planè ſine carne & nuda fuerint, ac alarum more promineant, eiuſmodi naturæ Medicis quidem alatæ dicuntur. Idem quoque lib. de Cauſ. morb. (p. 210. 18.) ῥὶς δὲ ὀξεῖα, καὶ κρόταφοι συμπεπτωκότες, καὶ ὀφθαλμοὶ κοῖλοι, καὶ τὰ κατ᾽ ὠμοπλάτας καὶ βραχίονας οἷον πτερυγῶν ἔξωθεν αἰωρήματα, τοῖς φθίνουσι φαίνονται. Naſus verò acutus & collapſa tempora, & oculi concaui, & quæ circa ſcapulas ſunt & brachia in tabidis inſtar alarum extra prominentia & eleuata apparent. Hanc certe corporis conſtitutionem ad tabem maximè comparatam in ſe videtur agnoſcere M. Tullius in Bruto, his verbis: Erat eo tempore in nobis ſumma gracilitas & infirmitas corporis, procerum & tenue collum: Qui habitus & quæ figura non procul abeſſe putatur à vitæ periculo, ſi accedit Labor, & laterum magna contentio.

Πτέρυξ τοῦ πλεύμονος dicitur Hippocrati, pulmonis ala, hoc eſt, lobus, in Coac. Prænot. (p. 436. 10.) Vbi ἡ ἄνω πτέρυξ, & ἡ μέση, καὶ ἡ κάτω ponitur, vt quam partem dolor pertingit, eam ſuperiorem, mediam, aut infimam alam, hoc eſt, lobum nominet.

Πτερύγιον paruam alam ſignificat, ex cuius ſimilitudine etiam πτερύγιον Medicis eſſe dicitur oculi vitiũ, quod vnguis Latinis dicitur. Gal. lib. de Tumor. præter nat. (p. 357. 36.) τὰ πτερύγια (eſſe ſcribit) βλαστήματα τοῦ ἐπιπεφυκότος ἔξωθεν ὑμένος τοῖς ὀφθαλμοῖς, ὃς ἀπὸ τοῦ περιοστίου καταφερόμενος ἐπὶ τὴν στεφάνην ἀφικνεῖται. germina adnatæ oculis extrinſecus membranæ, quæ à circumoſſali delata ad coronam pertingit. Authori Iſag. (pag. 386. 33.) πτερύγιον dicitur, ὅταν ἐπὶ πλέον ἑλκωθέντος καὶ ὑπερσαρκώσαντος τοῦ λευκοῦ, ὑμὴν λεπτὸς καὶ νευρώδης ἐπιδράμῃ τὸν ὀφθαλμόν, ἀρξάμενος ἀπό τινος τῶν κανθῶν ἕως τοῦ μέλανος καὶ τῆς κόρης ἐφάψηται. cùm albo oculi præter modum exulcerato & carne oppleto, membrana tenuis & neruoſa in oculum excurrit, & ab angulo exoriens ad nigrum vſque & pupillam pertingit. Sic enim potiùs lego. At authori Definit. Medicarum (p. 406. 31.) πτερύγιόν ἐστιν ἔκφυσις σώματος ἐπιφυομένη τῷ κερατοειδεῖ. corporis excreſcentia quæ corneæ adhæreſcit. Hoc quidam nominis Græci notationem ſecuti, pinnulam, alii vnguem vocant, velut Corn. Celſus cap. 7. lib. 7. Vnguis verò, quod πτερύγιον Græci vocant, eſt membranola neruoſa oriens ab angulo, quæ nonnunquam ad pupillam quoque peruenit, eique officit. Sæpius à narium, interdum etiam à temporum parte naſcitur. πτερύγιον etiam vocatur in pedum aut manuum vnguibus carnis incremẽtum, vnguis partẽ operiens. Celſus cap. 18. lib. 6. In digitis recedere ab vngue carũcula cũ magno dolore conſueuit, πτερύγιον Græci appellant.

Πτώσσει à verbo πτώσσω, quod eſt metu cõtrahor, exhorreſco, expaueo, perterreor, & πτώσσειν pro πτῆξαι ponitur apud Hip. lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 276. 11) καὶ ἀπὸ τοῦ ὀρχείου καὶ πτώσσει, ex ſaltu,

ex animi conſternatione, h. e. ſi exhorruerit, expauerit. Rurſusq; ibid. (p. 278. 33.) ἢν πλάσσῃ ἢ σχίσῃ ξύλα, ſi exhorruerit aut ligna diuiſerit. Vbi tamen πλάσσῃ malè legitur, vt priùs πλάσσῃ pro πλῆξαι aut πλήσσῃ. πλῆξαι διαλῦσαι exponit Heſychius, & πλῆξαι εἰς φόβον ἤγαγεν.

Πτίλοι dicũtur Medicis qui craſſas, calloſas ac rubras, glabras & pilis nudatas genas habent ac palpebras. Gal. lib. 14. Meth. med. πτίλους vocat quibus periere ciliorũ pili, & τοὺς ἀπολλύντας τὰς ἐκ τῶν βλεφάρων τρίχας, ὡς ὀνομάζουσι πτίλους. Verùm πτίλοι videntur dici quibus palpebrarum pili vbi decidunt, noui alii permutatim ſuccreſcunt, quòd πτίλωσις ſit Authori Iſagoges (p. 386. 29.) ὅταν ἄλλαι μὲν ὑποφύονται, αὗται δὲ αἱ κατὰ φύσιν συμπίπτουσι καὶ κατακλασθεῖσαι νυγμοὺς παρέχουσι. cùm alii quidem [pili] ſubnaſcuntur, naturales verò defluentes & confracti, dolores iis quæ punguntur ſimiles exhibẽt. At verò πτίλωσις dicitur Paulo cap. 22. lib. 3. παχύτης τῶν βλεφάρων τυλώδης, ἐρυθρὰ, ᾗ συμβαίνει πολλάκις καὶ τῶν τριχῶν ἀπόπτωσις. craſſities palpebrarum calloſa, rubicunda, quibus etiam perſæpe pilorum defluuium contingit. Authori Definit. Med. (p. 400. 35.) πτίλωσίς ἐστιν ἀπὸ δριμυτάτου τε ῥεύματος ἀπόπτωσις τῶν βλεφάρων. palpebrarum caſus ab acerrimo fluxu proueniens. Vnde πτίλοι aut etiam πτιλοὶ dicuntur. Haſychio namque πτιλὸς ὁ μαδαρὸς καὶ λελεπισμένος τοὺς ὀφθαλμοὺς exponitur. De iis etiã agitur apud Gal. lib. 4. κατὰ τόπ. ex Archigene (p. 221. 7.)

Πτισάνη ἢ πτιστὴ hordeum piſtum aut cortice exutũ dicitur, & Suidæ exponitur ἡ κεκομμένη κριθή. quòd hordeum tundendo degluberetur, & ſuo cortice perpurgaretur, itaque reponeretur. Cuius apparatum deſcribit Gal. lib. 1. de alim. fac. & elegãtiſſimè Gorrhæus. Πτισάνη ſimpliciter apud Hip. integram ptiſſanam nõ colatam hordeaceam ſignificat, quã etiam interdum ὅλην πτισάνην, interdũ quoq; κριθώδη vocat lib. de rat. vict. in morb. ac. vt etiã ibid. teſtat Gal. (p. 47. 17.) ἐάν τε ὅλας, ἐάν τε κριθώδεις, ἐάν τε ἁπλῶς πτισάνας εἴπῃ, ἓν καὶ ταὐτὸν ἐκ τῶν τριῶν σημαίνει λέξεων, τὰς ἀδιηθήτους πτισάνας δηλοῦντος. μετὰ γὰρ τὴν ἕψησιν, ἐάν τις αὐτὰς διηθήσας, ἔπειτ' ἰδίᾳ τὸν χυλὸν ἀποκρίνας ἐκεῖνον διδῷ, οὐδ' ὅλας πτισάνας, οὔτε κριθώδεις πτισάνας ὁ τοιοῦτος λεχθήσεται χρῆσθαι, χυλῷ δὲ μόνον πτισάνης. Siue totam, ſiue hordeaceã, ſiue ptiſſanam ſimpliciter dixerit, vnũ & idem his tribus dictionibus ſignificatur, vnoquoq; nempe ptiſſanam non colatam indicãte. Poſt decoctionẽ nãq; ſi quis eam colauerit, deinde ſi ſeorſum ſuccum reponens, eum exhibuerit, is neq; tota, neque hordeacea, neq; ſimpliciter ptiſſana vti dicetur, ſed ſolo ptiſſanæ cremore. Rurſus ibid. (p. 65. 12.) κριθώδεα πτισάνην appellat. τεθωρῆχθαι μὲν οὖν οὐκ ἴσασιν οὐδ' οἱ τῇσι κριθώδεσι πτισάνῃσι χρεώμενοι. Prorſus igitur ignorant qui hordeacea vtuntur ptiſſana. Vbi etiã ei χυλὸν ſuccum aut cremorem opponit Hip. ἔτι δ' οὐδ' οἱ τῷ χυλῷ χρεώμενοι. neq; item qui ſolo vtũtur cremore. Et rurſus ibid. (v. 19.) ἢν πρὶν πέπειρον γενέσθαι τὴν νοῦσον, κριθώδεα πτισάνην ῥοφέῃ ὁ κάμνων, ἐθάδες χυλῷ χρέεσθαι. ſi æger ante morbi cõcoctionem ptiſſanam hordeaceã ſorbeat, cremore vti conſuetus, lib. 2. Epid. (p. 318. 8.) πτισάνη παχείη vocatur. καὶ πτισάνην παχεῖαν διδόναι & ptiſſanam craſſam, hoc eſt, non colatam apponito. Eſt & πτισάνη πυρίνη, ptiſſana triticea, ſic dicta alica integra, præparata aut condita cum mulſo, aut vino, ſiue dulci, ſiue adſtringente, ſiue cum oleo & ſale, interdumque cum aceto. Quæ interdum etiã χονδροπτισάνη vocatur. Diocles verò & Philotimus, ac veterum nonnulli hoc modo præparatam alicam πτισάνην πυρίνην vocabant, vt ſcribit Gal. lib. 1. de alim. in χόνδρῳ, etſi nomẽ iſtud apud antiquos rarũ fuerit. Hip. lib. περὶ παθῶν (p. 187. 4.) χόνδρον & πτισάνην πυρίνην exhibet κομιδῆς ἰσχυρὰ, ad reficiendas vires in cibis. Vbi alicam plurimùm coctã, deinde colatam atq; ita præparatam vt ptiſſanæ ſucco colato ad ſorbitionem ſit perſimilis, per χόνδρον intelligere videtur, alicam verò integrã p πτισάνην πυρίνην. Idem lib. 1. περὶ γυν. (p. 252. 4.) πτισάνης πυρίνης χυλὸν, triticeæ ptiſſanæ ſuccũ, vt emolliẽtem, ad partũ educẽdum exhibet.

Πτοιώδεις dicuntur terrore perculſi, metu cõſternati, perterrefacti, panidi, lib. 6. Epid. aph. 29. ſect. 2. ὅτι ἐν τοῖσι πτοιώδεσι τὸ τοιοῦτον. quòd in pauidis & perterrefactis eſt huiuſmodi, hoc eſt pauidos facit & terrore perculſos. Vbi πτοιώδεις Galenus τεταραγμένους μετὰ φόβου, hoc eſt metu perturbatos exponit. Verùm Erotianum conſtat apud Hippocr. πτοιώδεσι legiſſe (quod eſt magis Ionicum) Id enim explicans ſcribit, τὴν πτοίαν οἱ μὲν δέχονται τὸν κίνδυνον, οἱ δὲ, τὴν ταραχὴν, οἱ δὲ, τὸν φόβον. πτοίαν quidam periculum eſſe volunt, quidam perturbationem, alii metum. πτοίαν ἢ πτοιῶν Heſychius ταραχὴν exponit & φόβον. Ad Erotiani lectionẽ propius accedunt publicata exemplaria quæ πτυώδεσι pro πτοιώδεσι vitioſè legunt. Eſt autem πτοιέω idem quod πτοιῶ metu conſterno, perterrefacio, aut ſtupidum & attonitum reddo. Vnde πτόησιν Galenus δειλίαν in huius ſententiæ Com. exponit, vt & Heſychius.

Πτυαλισμὸς eſt crebra & frequens ſputatio aut oris ſaliuatio, cùm os continenter ſaliua redundat. Qua voce vtitur frequenter Hipp. vt lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 109. 10.) & ægr. 12. lib. 1. Epid. & Coac. Præn. (p. 427. 41.) & (p. 429. 47.) vnde etiam πτυαλίζειν dicitur de crebra ſputatione, vbi os ſaliuatione impletur, quod vomiturientibus accidit. In Coac. Prænot. (p. 441. 42.) οἱ μέλλοντες ἐμέειν πτυαλίζουσιν ἔμπροσθεν. Vomiturietibus os antea crebra ſaliuatione impletur. Vomitiones enim tenues ſaliuationes præcedunt, propter communionem tunicæ interioris vẽtriculi, quæ ori continua eſt, vt ſcribit Gal. Com. 1. in Prorrh. (p. 179. 20.) Et πτυαλίζοντες ibid. (p. 426. 34. & 41.) & (p. 431. 42.) πτυελισμὸς dicitur in Progn. (p. 149. 14. & 17.) & Prorrh. (p. 219. 11.) & (p. 174. 40.) Vbi ſcribit Gal. ὁ πτυελισμὸς δὲ γίνεται καὶ διὰ τὸ στόμα τῆς γαστρὸς ἀρρωστοῦν ἐφ' ὑγρότητι. γίνεται δὲ καὶ διὰ τὸν ἐγκέφαλον ἐμπεπλησμένον ὑγρῶν, ἐξ ὧν συρρεῖ τι καὶ εἰς τὸ στόμα πε-

ριττώματος

ἐπιλαμψίας τῇ κατὰ τοὺς φλεγμαίνοντας ὀφθαλμοὺς δακρύῳ λεπτῷ. Crebra autē oris ſaliuatio & propter os vētriculi ex humiditate imbecillum, & propter cerebrum humoribus refertum oritur, ex quibus etiam nonnihil in os confluit, tenui lachrymæ quæ ex oculis inflammatione laborantibus emanat aſſimile. Inde quoque πτυελίζειν idem quod πτυαλίζειν, rurſus ibid. (p. 179.17.) τὰ ἐν φρενιτικοῖσι μετὰ καταψύξιος πτυελίζοντα. Crebræ in phreniticis ſputationes cum perfrictione. Quod exponens Gal. ſcribit: ἐπεὶ μηδὲν ἄλλο τι [illegible] σημαίνειν τὴν πτυελίζοντα φωνὴν, ὅτι μὴ τὸ πτύειν πολλάκις, ἢ πληροῦσθαι συνεχῶς πτυέλου τὸ στόμα, διὰ τοῦτο κἀγὼ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες οὕτως ἤκουσαν ὅσοι τὸ βιβλίον ἐξηγήσαντο. Quoniā nihil aliud ſignificari per vocem πτυελίζοντα licet ſuſpicari, niſi ſæpius ſpuere, vel os continenter ſputo impleri, eam ob cauſam tum ego, tum cæteri omnes, qui librum expoſuerunt, ita intelleximus.

Πτύγματα dicuntur complicati panniculi & in ſinus conuoluti, à verbo πτύσσω, quod eſt plico, qua voce vtitur ſæpe Cælius Aurel. vt cap. 1. & 4. lib. 1. tard. paſſ. & cap. 13. lib. 2. Plagulas etiam vocat cap. 2. lib. 3. & multiplicata linteamina, ſiue pannos.

Πτύελον ſputum dicitur & indicat excremētum illud quod tuſſiendo ore reiicitur. Gal. lib. 1. περὶ κρισέων cap. 5. πτύελον propriè dici vult quod eſt ſecundum naturam & ſputum laudabile, concoctum & nulla praua aliqua qualitate affectum. Quod verò ſanguine aut vtraque bile permixtū fuerit, aut ſpumoſum, aut alia vitioſa qualitate affectum πτύσμα hoc eſt ſputationem potiùs vocari. Quod tamen diſcrimen non æquè ratum eſt Hippocrati, qui reliquas etiam nō laudabiles ſputi affectiones πτύελῳ attribuit. Nam & in Progn. & Coac. Prænot. ἀφρῶδες πτύελον dicitur, & χλωρὸν, & αἵματι ξυμμεμιγμένον & ξανθὸν, & πελιδνὸν & ἰῶδες, & γλίσχρον, & στρογγύλον, in Coac. Prænot. (p. 435.24.) & Prog. (p. 144.11.) Rurſusq; ibidem (p. 145.49.) πάντα δὲ πτύελα πονηρά ἐστιν, ὁκόσα ἂν τὴν ὀδύνην μὴ παύῃ. Sputa omnia praua ſunt, quæcunq; dolorem non ſedant. Vbi etiam πτύελον θανατῶδες (p. 147.22.) & πυῶδες vocatur (p. 150.46.) Et lib. 2. Epid (pag. 311. 38.) πτύελα ὀδυνώδεα appellantur ſputa cruda & tenuia, quæ cum dolore educuntur. Et πτύελα ἰώδεα, ἰξώδεα, λιγνυώδεα, ſputa æruginoſa, viſcoſa & fuliginoſa, in Coac. Prænot. (pag. 435.28.) vt & μυξώδεα πτύελα, ibid. (p. 439. 28.) mucoſa, & σπασμώδεα πτύελα, ſputa conuulſionibus familiaria aut conuulſoria, ibid. (p. 434.8.) πτύελον γλυκαινόμενον, ſputum dulceſcens in pleuritide ſuppurationis indiciū, ibid. (pag. 435.14.) πτύελον ὑποσαπρὸν, intus ſubputridum ſputū, ibid. (p. 437.47.) πτύελα σαρκῶν ὑδατωδέα, ſputa carnium putulētarum inſtar, quæ inſigne pulmonis vlcus præſeferunt, in muliere tabida, libro 4. Epidem. (pagina 328. verſ. 48.) quæ σαρκοειδέα πτύελα vocat Aretæus cap. 10. lib. 1. περὶ ὀξέων παθῶν. πτύαλον etiam vt πτύελον crebrò effertur Hippocrati, vt videre licet in Coac. Prænot. (pag. 435. ſæpe) & aphoriſ. 27. ſect. 3. libro 6. Epidem. πτύαλα στρογγυλόμενα, rotunda ſputa delirium portendentia, & aphoriſ. 21. ſect. 6. lib. eiuſdem.

Πτύρεσθαι idem quod πτοεῖσθαι, conſternari, expaueſieri, & propriè equis attribuitur, qui perterreſiunt. Hipp. lib. 1. περὶ γυναικ. In abortionis cauſis (p. 240.6.) ἢ πτύρηται, & conſternato ſit animo, cōſternetur, aut expaueſacta fuerit, πτύρεται Heſychius exponit φοβεῖται, φεύγει, ſed & κλαίεται, σείεται, κραδαίνεται.

Πτύσις etiam expuitio dicitur Hippocrati, vt aph. 29. lib. 3. πτύσιες αἵματος ſanguinis ſpuitiones aut ſputa. Et πτύσιες ἔμπυοι, in totum purulentæ ſpuitiones in pleuritide, Coac. Prænot. (p. 435.11.) à verbo πτύω quod expuo ſignificat. πτύειν tamen apud Hippocrat. nouè ſputum mouere & excreationem concitare indicare videtur, lib. 2. περὶ διαίτης (p. 94.29.) de vinis, οὔτε οὐρέονται, οὔτε πτύουσι. neque vrinam cient, neque ſaliuam faciunt aut educunt.

Πτύσματα etiam ſputa vocat Hippocr. & ea quæ ſpuuntur, multis in locis, vt aphoriſ. 11. lib. 5. ἢν τὸ πτύσμα ὅπερ ἂν ἀποβήσσωσι. ſi ſputum quod tuſſi reiiciūt. Lib. de rat. vict. in morb. ac (p. 65.41.) καὶ πτύσματα λεπτὰ, καὶ ἁλυκὰ, καὶ κεχρωσμένα ἀκρήτῳ χρώματι, & ſputa tenuia, ſalſa, & colore ſyncero colorata, de crudis ſputis. πτύσματα ἀπὸ οἴνου μέλανος, ſputa velut ex vino nigro, hoc eſt, ex rubro nigricantia, & quæ calore igneo exaſſata ad nigredinē tendunt, velut vinum nigrum ex rubro nigricat. Aut velut fœces ex vino nigro, vt præter colorem fœculenta etiam appareant. In Coac. (p. 436.45.) Vbi etiam πτύσματα πυώδεα, ὑπόχολα, στρογγύλα, ἢ πυώδεα, ὕφαιμα, μέλανα, λιγνυώδεα dicuntur. πτύσματα αἱματηρὰ, τὰ ἐρυθρὰ καὶ ὕφαιμα exponit Galenus in Exeg. apud Hip. ex lib. 6. Epid. aph. 4. ſect. 4. vt antea ſcripſimus. Dicitur & πτυσμὸς, ſputatio, expuitio, lib. 7. Epid. (p. 356.45.) Πτύσματα Gal. lib. 1. περὶ κρισέων (p. 391.55.) Hippocrati vocari ſcribit ſputa vitioſa qualitate affecta, aut humore aliquo permixta, & ea quæ in malis recenſentur potiùs quàm πτύελα. Verùm neq; hoc perpetuum eſſe apud Hip. apparet ex lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 107.48.) Vbi πτύσματα πέπονα vocantur, quæ paulò antea πέπονα πτύελα, ſputa concocta & matura.

¶Πυθμενόθεν Gal. in exeg. apud Hipp. exponit οὐδ' ὅλως, nullo modo. γέγονε δὲ τοὔνομα παρὰ τὸ πυθμένα τῶν ἀγγείων, ὡς εἰ καὶ ὁλοκλήρως εἴρηκεν, ἢ τελέως, ἢ παντάπασιν, ἢ ἐξ ἀρχῆς, ἢ παντελῶς. facta autē vox eſt à vaſorū fundo, vt funditus ſonet, perinde ac ſi dixiſſet integrè, perfectè, omninò, ex initio, aut prorſus. Erot. etiam hanc dictionem exponens ſcribit Bacchium in ſecundo ἐξ ἀρχῆς dicere, eſſe autē potiùs κάτωθεν καὶ οἷον ἐκ βάθους, ex imo & velut ex profundo. Dictā autem eſſe vocē ἀπὸ τοῦ πυθμένος à fundo. Quibus ſanè verbis vterq; mihi locum lib. de rat. vict. in morb. ac. ſubindicāre videtur (p. 65. 12.) πυθμενόθεν μὲν οὐκ ἴσασιν. Prorſus igitur ignorant, aut nullo modo ſciunt. Vbi ſcribit Galen. πυθμενόθεν μὲν, ἤτοι τὸ παντελῶς ἢ τὸ ἐξ ἀρχῆς

αὐτοῦ δηλοῖ. παντελῶς θεν quidem, quod eſt funditus, aur omninò, aut ab initio ei indicat.

Πυκνὰ pro πυκνῶς poſitum apud Hippocr. teſtatur Erotianus, πυκνὸν autem denſum & crebrum ſignificat, & πυκινὸν poetis ſcribitur, vt πυκνὸν πνεῦμα, crebra & frequens ſpiratio. Sic πυκνοπνεύματος mulier dicitur Hippocr. apb. 4 ſect. 4. lib. 6. Epid. quam τὴν πυκνὸν ἀναπνέουσαν, hoc eſt quæ crebrò ſpiraret exponu Gal. Et πυκνὸς σφυγμὸς creber aut frequens pulſus dicitur Medicis. πυκνὸν quoq; pro frequenti & celeri ſumitur, velut ταχὺ ἀντὶ τοῦ πυκνοῦ. Et Gal. Com. 3. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 84. 36.) τὸ πυκνοῦ & τοῦ ταχέως nomina veterib. ſæpe confundi ſcribit. πυκινὸν verò pro πυκνὸν ſæpè ſcribitur Hippocr. vt πυκινὸν πῦρ, febris crebra. lib. 2. περὶ γυν. (p. 268. 33.) & πυκινὴ ῥοὴ, frequens fluxio, lib. περὶ ἀδένων (p. 58. 8.) & τὸ οὖς ἀπὸ τῆς πυκινῆς ῥοῆς ὤρυκτο). & auris à frequenti fluxione foditur aut perforatur. Sic enim lego. πυκνὸν quoq; denſum, & durum indicat, vt πυκνότης κοιλίης, aluus dura & adſtricta apb. 1. ſect. 3. lib. 6. Epid. vbi πυκνὴν κοιλίην ὑπεχομένην καὶ στεγνὴν exponit Gal. ſubſiſtentem & induratam aluum. Sic πυκνωθεῖσαι φλέβες, venæ denſatæ, conſtipatæ aut induratæ dicuntur, & quæ ægrè dilatantur, & extenduntur lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (p. 35. 54.) Vbi ſcribit Gal. πυκνωθείσας φλέβας interpretib. exponi τὰς σκληρὰς καὶ δυσεκτάτους, ὡς μὴ παραδέχεσθαι τὴν τροφὴν, induratas & quæ ægrè extendi queant, vt alimentum recipiant. Ibidem quoque πυκνόσαρκοι vocantur qui denſata ſunt cute & carne.

Πύλας apud Hippocr. exponit Erotianus Theſſaliæ locum in quo etiam Cereris Πυλαίας templum eſſet conſtitutum. Lib. 3. Epid. ægr. 8. poſt ſt. peſt. ἐν Ἀβδήροισιν Ἀναξίωνα, ὃς κατέκειτο παρὰ τὰς Θρηικίας Πύλας. Anaxionem qui ad Thracias Pylas decumbebat, portas tamen diximus reliquos interpretes ſequuti. Sib lib. 4. Epid. (p. 338. 22.) ἀπὸ πυλέων μετακομισθεὶς παρ' ἀγορήν. Pylis ad forum delatus, vbi etiam à portis cum reliquis vertimus.

Πύον, pus ſignificat, & humorem ſemiputrem ex ſanguine alterato & calore euicto. donec partium ſimilarium ſubſtantiam aſſecutus fuerit. Sic enim eius ortum circunſcribere videtur Hippocr. lib. de Vlcer. (p. 512. 45.) his verbis: ἐμπυεῖ δὲ, ἀλλοιουμένου τοῦ αἵματος & θερμαινομένου, ἕως σαπὲν πύον γένηται τῶν τοιούτων ἑλκέων. Suppurant autem [vlcera] alterato & calefacto ſanguine, ita vt putrefactus in huiuſmodi vlceribus, in pus conuertatur. Quæ quidem mutatio cùm partim à natura fiat, partim quoque à calore præter naturam, vt ſcribit Galen. cap. 6. lib. 5. de ſimpl. med. fac. ἡμιμόχθηρος μεταβολὴ, hoc eſt ſemimala mutatio vocatur Com. ad apb. 47. lib. 2. vt & σῆψις lib. de Vlcer. (p. 513. 2.) & Galeno Com. 1. in Progn. (p. 134.) πέψις verò Com. 2. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 66. 4.) & cap. 8. lib. 5. de ſimpl. med. fac. & cap. 7. lib. 1. de diff. feb. vt & πεπασμὸς apb. 7. ſect. 3. lib. 6. Epidem. Huius puris laudabiles ſunt notæ apud Hippocrat. in Progn. & Coac. Prænot. (p. 436. 35.) λευκὸν, ἄνοσμον, ὁμόχροον & ἀφλέγματον, album, odoris expers, læue, eiuſdem coloris, & nulla pituita permixtum. Quemadmodum etiam ibid. (p. 429. 48.) in tuberculis ad aures pus μὴ σφόδρα λευκὸν & ἄοδμον damnatur. Quod tamen non ita ſumi debet, vt pus exactæ eſſe albedinis (qualis eſt nix) oporteat: verùm quòd ea albedo in eo probetur, quæ quoad eius fieri maximè poſſit, illi ſit apposita & accõmodata, qualis eſt fere ſeminis genitalis & vrinarum ſubſidētiæ. Sic enim cum his pus confert Galenus extremo Com. 1. in Progn. Eodem quoque pacto ἄοδμον non dicitur omninò odoris expers & prorſus inodorum. Cùm enim illius generatio mixta ſit ex cauſa præter naturã & ea quæ ſecundum naturam eſt (vt etiam ibid. teſtatur Gal.) carere omninò odore non poteſt: ſed ſatis fuerit ſi fœdi odoris quàm maximè fuerit expers, & quàm minimè fœtidum, ὡς ἥκιστα δυσῶδες vocat in Progn. Hippocrates. Damnatur etiam ibid (v. 436. 37.) πύον πελιὸν, χλωρὸν, φλεγματῶδες, ἢ ἀφρῶδες, pus liuidum, viride, pituita permixtum, aut ſpumoſum, vt & βορβορῶδες & δυσῶδες, ibid. (v. 48.) cœnoſum & graueolens, & apb. 44 lib. 7. ὕφαιμον, βορβορῶδες & δυσῶδες, ſubcruentum, fœculentum, fœtidum. Πύον etiam vocatur Hippocr. in iis quæ adſcripta ſunt ad lib. de Natura humana (p. 25. 26. & 27.) humor crudus qui in vrinis apparet, & tandem concoctionem accepit, videturq; in iis qui ex ærumnoſa & laborioſa vita in otium receſſerunt: Aut etiam ſputum quod in iiſdem ex thorace reiicitur, puris affinitatem adeptum. Sic Eraſiſtratus in vrinis ſedimentum febricitantium, & nimio ſe cibo ingurgitantium, pus non humorem crudum appellauit. πυῶδες σμικρὸν αἱματῶδες, & πυῶδες ὑπόιδεον, dicitur lib. 4. Epid. (p. 334. 2) pus paulò cruentum & intumeſcẽs. Eſt & τὸ πύος, vt τὸ πύον eadem ſignificatione, vt lib. 2. de Morb (p. 132. 48.) ἐγκλυδάζεται τὸ πύος ἐς τὰ πλευρὰ περισσαῖνον. pus intus fluctuat, ad latera illabens. Et rurſus lib. 1. (p. 134. 38. & 40. & p. 136. 30. & 34.) πύος etiam primum lac ſignificat in omnibus animalibus, quod nimirùm poſt partum primùm emulgetur, Latinis coloſtrũ aut coloſtra dicitur, & Plinio prima à partu ſpongioſa lactis denſitas. πρῶτον γάλα, ὃ & ἑψόμενον πήγνυται, primum lac, quod coctum concreſcit, exponit Ariſtoph. Schol. (p. 478.) quod etiã decoctum πυελάτης aut πυεριθὸν eidem vocatur (p. 336.) & è primo matrum lacte concreto confici ſcribit. Quod efficit vt apud Galenum in Exeg. cùm ſcribitur πύον, τὰ πρωτογάλακτα & ἐξ ἑαυτῶν πηγνύμενα, πύη pro πύον legendum & vulgatam ſcripturam mẽdoſam eſſe exiſtimem, quam tamen ſecutus eſt Varinus. πύον quoq; exponitur Heſychio, γάλα τὸ πρῶτον ἢ πήγνυται ἑψόμενον, lac primũ quod decoctũ concreſcit. Videtur autem huiuſmodi primum lac mulctum, in olla qua exceptum erat ſuper callido cinere calefactum ſponte & abſque coagulo

conere-

concretum, indeque caſeus factus, in deliciis à veteribus habitus, ea Martiale lib. 13. De primo matrũ lacte coloſtra damus. Caſeos huiuſmodi ex primo lacte & coloſtro, πυελίφθας vocat Athenæus lib. 14. πρώτου γάλα ſic vocari ſcribens.

Πῦρ ignem ſignificat & crebrò vehementiſſimã febrem denotat Hipp. in Epidemiis, vt ægr. 2. lib. 1. πῦρ ἔλαβεν, febris vehementiſſima præhendit. Vbi ſcribit Galen. ὅπως δ᾽ ὀνομάζειν εἰωθὼς τὸν πυρετὸν, ὅταν ᾖ σφοδρότατος. ita more ſuo febrem vehementiſſimam nominans. Et rurſus ægr. 4 μετὰ τόκον πῦρ ἔλαβε, à partu febris præhendit. Vbi quoq; ſcribit Gal. ἴσμεν δ᾽ ὅτι πῦρ ὀνομάζει τὸν πυρωδέστατον πυρετόν. Scimus autẽ ab eo ignem dici febrem valde igneam. Et ægr. 6. πῦρ ἔλαβε πεπλανημένως. ignis, h.e. vehemens febris vago quodam ordine præhendit. Vbi etiam πῦρ, τουτέστι πυρετὸς σφοδρὸς, h.e. febris vehemens explicatur Gal. Quæ phraſis quoque repetitur ægr. 7.8. & 10. Ac rurſus ægr. 2. lib. 3. Epid. πῦρ ἔλαβε, ignis præhendit. Vbi ſcribit Gal. κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον νῦν ὀνόμασε πῦρ, τὸν ἰσχυρὸν πυρετόν. eodem modo nunc ignẽ appellat vehementem febrem. Et ægr. 3. μετὰ δὲ προφάσιος πῦρ ἔλαβε. ex leui verò occaſione igne, hoc eſt, vehemẽti febre correptus. Vbi ſcribit Gal. πῦρ μὲν ὁ Ἱπποκράτης τὸν πυρετὸν ὀνομάζει, καθότι δέδεικταί μοι πολλάκις ἤδη. Ignem appellat Hippocr. febrem, quemadmodum ſepius à me iam oſtenſum eſt. Quam phraſim ibid. reperit Hippocr. ægr. 5.6.8.10.11.12. & ægr. 10. eiuſd. lib. poſt ſt. peſt. Sic rurſum lib. 5. (p. 339.47.) αὐτίκα τὸ πῦρ εἶχε, illico febris vehemens cepit. Lib. περὶ αἰδοίων (p. 56.18.) & πῦρ ἔχει τὸ σῶμα, & febris corpus detinet. Lib. 1. de Morb. (p. 131.9.) & τετάνῳ ἐχομένῳ & σπασμῷ πῦρ ἐπιγενόμενον ἀγαθόν. Tetano & conuulſioni febrem adeſſe bonum. πῦρ enim πυρετὸν exponit aph. 26 lib. 2. Et rurſus (p. 130.2.) ῥῖγος ἢν λάβῃ, πῦρ ἐπιλαμβάνει, rigor ſi corripiat, febris præhendit. Lib. etiam 2. (p. 148.21.) οὗτος ἢν μετὰ τὸ πῦρ ἐξιδρώσῃ. hic ſi poſt febrem ſudauerit. Et (p. 149.20.) ἢν μὲν τὸ πῦρ αὐτῷ ἑβδομαῖον ἀνῇ. ſi febris ſeptimo die remiſerit, de febre vehementiſſima in pleuritide dicitur, nõ ſecus ac Aretæus cap. 10. lib. 1. περὶ ὀξ. παθῶν, πῦρ etiam eam febrem vocat, & πῦρ δριμύ. Rurſus lib. 3. (p. 164.22.) in morbis pulmonis, & πῦρ & φρίκη ἴσχει. & febris ac horror detinet. Et lib. 4. (pag. 166.19.) & διότι τὸ πῦρ ἐπιπίπτει μετ᾽ αὐτό. & cur poſt rigorem febris incidat. Et rurſus ibid. (p. 171.) ſæpiùs. Lib. περὶ παθῶν (p. 181.38.) ἢν δὲ τὸ πῦρ λαμβάνῃ. Quòd ſi febris inuadat. Lib. 1 περὶ γυναικ. (p. 232.22.) & πῦρ λήψεται, & febris præhendet. Et rurſus (p. 239.33.) καὶ πῦρ ἴσχει βληχρόν. & febris lenta detineat. Et rurſus ibidem (verſ. 38. & 49.) καὶ πῦρ ἐπιλαμβάνει, & febris corripit. Et lib. 2. (pagina 268.2.) ἢν μὴ πῦρ ἴσχῃ νύκτωρ. niſi febris noctu detineat. Et (verſ. 25.) καὶ πῦρ ἴσχει. & febris detinet. Et (verſ. 32.) πῦρ ὀξὺ, πυκνὸν, & febris acuta, frequens. Atque aliàs ſæpe. Eſt & πῦρ μαλθακὸν apud Hippocrat. ignis lentus, mollis & lenis, quo vtitur ne medicamentum torreſiat aut vratur, lib. de Vlceribus (p. 514. 43.) & lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 253.46.) τῆξαι ἐπὶ πυρὸς μαλθακοῦ, ad lentum ignem liquefacito. Gal. etiam cap. 2. lib. 7. κατὰ τόπ. in decima arteriaca Andromachi, πῦρ μαλθακὸν vocat ignẽ minimè fumantem, & prunas accenſas. πῦρ σύμφυτον, calor nobis inſitus vocatur, lib. περὶ τέχνης (p. 4.23.) πῦρ ἄγριον, ignis ferus & agreſtis, lib. 7. Epid. (pag. 356.21.) ὡς πυρὸς ἀγρίου σύστρεμμα, veluti collectio ex igne agreſti oborta, hoc eſt, ex igne ſacro aut eryſipelate. Sic enim hunc mihi locum exprimere videtur Gal. in Exeg. πυρὸς ἀγρίου, τοῦ ἐρυσιπέλατος exponens. Erotianus certe apud Hippocr. πῦρ, πυρετὸν ſignificare ſcribit, & Atticam eſſe dictionem teſtatur, quo loco mihi librorum Epid. dictiones explicare videtur. Quam notionem etiam explicat Gal. Com. 1. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 43.55.) πῦρ τὸν μέγαν πυρετὸν ὀνομάζειν εἴωθε Ἱπποκράτης, ἐν τοῖς τῶν ἐπιδημιῶν, ὡς οὐκ ἄλλην τινὰ φύσιν ἔχοντα παρὰ τὴν τοῦ πυρὸς οὐσίαν. πῦρ vehementem febrem ſolet appellare Hip. in libris de Morb. vulgaribus, vt quę non aliam niſi igneam habeat naturam.

Πυρετὸς quoq; ἀπὸ τοῦ πυρὸς denominationem habet Græcis, vt febris à feruore Latinis. Quod teſtat Gal. Com. 3. in lib. de fract. (p. 562.4.) ὅτι & αὐτὸς ὁ πυρετὸς ἀπὸ τοῦ πυρὸς ὠνόμασται, & τοῦτ᾽ ἔστιν αὐτοῦ τοῦ πυρετοῦ ἡ οὐσία, τὸ θερμασίαν ἔχειν πυρώδη. Quoniã πυρετὸς, h.e. febris ἀπὸ τοῦ πυρὸς, ab igne eſt denominata, eaque eſt febris eſſentia, vt calorem igneum habeat. Atque idem Com. 1. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 43.53.) ἡ δὲ τοῦ πυρετοῦ γένεσις, ἐκτροπὴ τῆς ἐμφύτου θερμασίας ἐπὶ τὸ πυρῶδές ἐστιν. febris generatio eſt calidi natiui in igneum conuerſio. Vbi etiam docetur eandem habere quam ignis ſubſtantiam, nempe caliditate & ſiccitate præditam. Et ſi alias multas & varias habes febris ipſius definitiones à Galeno ſparſim adſcriptas, quas ſciriſſimè cum diuerſis differentiis perſequitur & explicat Gorrhæus ex ſent. 17. ſect. 1. lib. 6. Epid. Vbi & febriũ ſubſtantia calor eſſe indicat, vt & lib. de loc. in homine θερμαντή. (p. 70.17.) Sunt & aliæ multæ apud Hip. febrium nominib. diſtinctæ differẽtiæ.

Πυρετοὶ ἀκρητόχολοι, febres ex bile ſyncera ac meraca, quæ multam bilem puram effundunt, lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 264.15.)

Πυρετοὶ ἀσώδεες, febres implacidæ, quænam dicantur expoſuimus antea in Ἄσαι.

Πυρετοὶ ἀχλυώδεες, febres in quibus caligant ægri, & caligines circa oculos obuerſantes habẽt, in Prorrh. (p. 193.1.) etſi illud ἀχλυώδεες ad ægros potiùs referri videtur, vt in Coac. Prænot. (p. 425.21.) & antea expoſuimus.

Πυρετοὶ γλίσχροι, febres lentæ & viſcoſæ quænam dicantur antea expoſuimus in γλίσχρον.

Πυρετὸς ἐξέρυθρος, febris prærubra, aph. 17. ſect. 1. lib. 6. Epid. & aph. 5. ſect. 3. etſi illic ἐξέρυθρος ad vultus colorem referri poteſt.

Πυρετοὶ κνησμώδεες, febres pruriginoſæ & cũ prurito, lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 264.15.)

Πυρετοὶ κοπώδεες, febres laborioſæ, in quibus laſſitudinis ſenſus eſt, aph. 64. lib. 4.

Πυρετὸς λυγγώδης, febris ſingultuoſa quænam dicatur, Vide λύγξ antea.

Πυρετὸς μαλθακὸς, febris mollis, lenta, lib. περὶ ἀφόρων (p. 295. 25.

Πυρετὸς ὀξὺς, febris acuta, quæ continua eſt, & moderatæ aut miti opponitur aph. 37. lib. 4. Gal. quoque Com. 2. in lib. 6. Epid. (p. 464. 5.) febrem acutā vocat eam quæ tertio quoque die innadit, & breui interuallo ad integritatem deuenit. ἐὰν δέ τις διὰ τρίτης παροξυνόμενος πυρετὸς, ὁ διὰ βραχὺ διάλειμμα ποιούμενος, ὡς δοκεῖν ἐν αὐτῷ πλησίον εἶναι τὸν κάμνοντα τῆς εἰλικρινοῦς ἀπυρεξίας, τοῦτον ὀξὺν ὀνομάσομεν πυρετόν. Si qua verò febris tertio quoque die ingraueſcat, ita vt ne breui quidem interuallo ægrum ad ſynceram integritatem deducere videatur, hanc acutam febrem appellabimus.

Πυρετοὶ πεμφιγώδεες, vide Πεμφιγώδεες πυρετοὶ, antea.

Πυρετὸς περικαὴς, febris ardens, adurens, perurēs, lib. 4. Epid. (p. 329. 30.)

Πυρετὸς περιψυχθεὶς, febris perfrigerata, in qua totus corporis habitus perfrigeratur, deurentibus internis partibus, quod eſt malignæ febris ardētis certiſſimum ſignum, velut aph. 48. lib. 4. In Coac. Prænot. (pag. 432. 21.) & Prorrh. (p. 173. 12.)

Πυρετοὶ πρὸς χεῖρα λεπτοὶ, febres ad manus contactum leues, ægr. 15. lib. 3. Epid. poſt ſt. peſt. Sic πυρετὸς πρὸς χεῖρα βληχρὸς, febris ad manus contactum debilis dicitur, lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 243. 12.)

Πυρετὸς χειμερινὸς, febris hyberna, quæ hyeme contingit, aut quæ hyemi ſua natura reſpondet, veluti quæ fit ex pituita: Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 102. 48.) Vbi eam febrem ſic explicat Gal. χειμερινὸν πυρετὸν ἔνιοι μὲν ἁπλῶς ἀκούουσι τὸν ἐν χειμῶνι γινόμενον, ἔνιοι δὲ τὸν οἰκεῖον φύσει χειμῶνι. εἴη δ' ἂν ὁ τοιοῦτος ἐπὶ φλέγματι, καθάπερ θερινὸς ἐπὶ χολῇ. febrem hybernam nonnulli quidem obaudiunt eam quæ hyeme oritur, nonnulli verò hyemi natura familiarem. talis verò fuerit quæ ex pituita oritur, velut æſtiua quæ ex bile.

Πυρετὸς χλιαρὸς, febris (vt ita dicam) tepida, moderata & mitis, quæque acutæ & vehementi opponitur. Sic enim χλιαρὸν & μέτριον πυρετὸν vocat Gal. Com. ad aph. 37. lib. 4. eam quæ acutæ opponitur. Eiuſdem meminit Aetius lib. 2. cap. de Caſtorio, eamque lethargicis, comate aut cataphora laborantibus familiarem eſſe ſcribit.

Πυρετὸν autem, hoc eſt, febrem vocauerunt antiqui eam febrem quæ accendebatur ex humorum putredine abſque partis alicuius inflammatione, & quæ morbum per ſe conſtitueret, non alteri ſuccederet, aut eius eſſet ſymptoma, eaque notione ægrum febricitare, aut à febre affligi & tentari accipiebant. Reliquas verò febres quæ ex partis alicuius inflāmatione vel affectu incendebantur, eas ex partis denominatione efferebāt, vt pleuritim, peripneumoniā, hepatitidē aut ſplenitidem. In quibus febris ſymptoma eſt non morbus. Quod teſtatū ſcriptis reliquit Gal. Com. ad aph. 42. lib. 7. ὁ μὲν ὅταν γε φλεγμονή τις καὶ χωρὶς φλεγμονῆς χυμῶν σηπεδὼν ἀνάψῃ τινὰ πυρώδη θερμασίαν, ὀνίνησι τὰ λουτρὰ, πρὶν ἤτοι κενωθῆναι τοὺς λυποῦντας χυμοὺς, ἢ πεφθῆναι. ἀλλὰ τά γε τοιαῦτα νοσήματα πλευριτιδάς τε καὶ περιπνευμονίας, ἡπατίτιδάς τε καὶ σπληνίτιδας ἐκάλουν οἱ παλαιοί, σύμπτωμα τιθέμενοι τὸν πυρετὸν αὐτῶν, οὐκ αὐτὸ τὸ πάθος. ἐφ' ὧν δὲ χωρὶς μορίου φλεγμονῆς οἱ κατὰ τὰς φλέβας χυμοὶ σηπόμενοι πυρετὸν ἀνάπτουσιν, ἐπ' ἐκείνων μόνων ἔλεγον ὑπὸ πυρετοῦ τὸν ἄνθρωπον ὀχλεῖσθαι, καὶ πυρετὸν ἔχειν αὐτόν. ἐπ' ἐκείνων δὲ καὶ τὰς διαφορὰς τοῦ πυρετοῦ ἔγραψαν, ἠπίαλον καὶ λειπυρίαν, ἐλώδη τε καὶ τυφώδη καὶ λοιμώδη, καὶ καῦσον. ἡπατίτην δὲ τὸν πυρετὸν, καὶ σπληνίτην ἢ περιπνευμονίτην, ἢ πλευρίτην οὐδεὶς εἶπεν. ὥστε νῦν ὁ λόγος ἐστὶ τῷ Ἱπποκράτει, περὶ τῶν αὐτῶν πυρετῶν μορίων ἄνευ φλεγμονῆς. Non tamē vbi aliqua inflammatio, aut abſq; inflammatione humorum putredo igneum calorē accēderit, balnea ſunt vtilia, niſi priùs vacuatis aut cōcoctis noxiis humoribus. Verùm eiuſmodi affect⁹, pleuritidas, peripneumonias hepatitidas & ſplenitidas nominauere antiqui, febrē ipſam morbi ſymptoma, non ipſum morbum ponētes. In quibus autem ſine partis inflammatione in venis putreſcentes humores febrem accēdunt, de his ſolis hominem febre conflictari, ipſumq; febre tentari efferebāt. In illis quoq; febrium differentias ſcripſerunt, Epialam, Lipyriam, Helodem & Typhodem, & Peſtilentem & Cauſum appellantes. Hepaticam verò febrē & ſplenicā, aut peripneumonicam aut pleuriticam nemo dixit. Quare præſens oratio Hipp. de febribus ipſis quæ ſunt citra partiū inflammationem, intelligenda eſt. Vbi certe Hipp. per febrem quæ ex bile fit, eam omnē febrem quæ ex humorum putredine accenditur intelligit, quòd bilem ipſam nempe aeream, tenuiſſimam, & inflammari paratiſſimam, omnium putridarum febrium, tum continuarum, tum etiam intermittentium, præcipuam materiam ſtatuat lib. 2. & 4. de Morbis & in his quæ adiuncta ſunt ad lib. de Natura humana. Quod etiam innuere videt Gal. cap. 2. lib. 2. de diff. febriū. Rurſus etiam Com. ad aph. 66. lib. 4. καὶ τὸ ἐν πυρετοῖσιν εἴωθε λέγειν ὁ Ἱπποκράτης, ἀντὶ τοῦ πυρετικοῖς νοσήμασιν, ὅταν αὐτῆς πάθος ὑπάρχωσιν οἱ πυρετοὶ, καὶ μὴ σύμπτωμα μορίου πεπονθότος τινὸς τῶν προειρημένων παθῶν. ἐν πυρετοῖς, hoc eſt in febribus efferre ſolet Hippocr. pro morbis febrilibus, quando videlicet in ipſis febres morbus exiſtunt, non partis alicuius affectuum enumeratorum quopiam laborantis ſymptoma. Idem quoq; Com. ad aph. 73. lib. eiuſdem: πυρετοῖς ὀχλεῖσθαι τοὺς νοσοῦντας ὠνόμαζον οἱ παλαιοὶ, τοὺς ἄνευ τινὸς φλεγμονῆς, ἢ ἀποστήματος, ἢ ἀλγήματος, ἢ ἐρυσιπέλατος, ἢ ἁπλῶς εἰπεῖν ἄνευ μορίου τινὸς ἐξαιρέτως πεπονθότος ἔχοντας κακῶς. εἰ δ' ἤτοι διὰ πλευρᾶς φλεγμονὴν, ἢ πνεύμονος, ἢ τινος ἑτέρου ταῦτα πυρέξειεν, οὐ πυρέττοντας αὐτοὺς ὠνόμαζον, οὐδ' ὑπὸ πυρετοῦ ὀχλουμένους, ἀλλὰ πλευριτικούς τε καὶ περιπνευμονικοὺς, ἡπατικούς τε καὶ σπληνικοὺς ἢ τὰ ἄλλα τοιαῦτα. Febribus vexari eos antiqui dicebant, qui citra aliquam inflammationem, aut abſceſſum, vel dolorem, aut eryſipelas, vel (vt vniuersè dicam) abſque alicuius partis inſigni affectu, male habent.

Quod

Quod ſi vel propter lateris aut pulmonis, aut alterius cuiuſdam partis inflammationem febricitarent, non iam febricitare eos dicebant, neque febribus vexari, ſed vel pleuriticos, vel peripneumonicos, aut hepaticos, aut ſplenicos, vel aliis id genus nominib. appellabant. Rurſus Com. 3. in lib. 1. Epid. (p. 379. 26.) χρὴ δὲ γινώσκειν σε τὸ τῶν παλαιῶν ἔθος, ὅτι τὰς ἀκύτης αὐτῶν περὶ πυρετῶν διαλεγομένων. ἐὰν γοῦν ἢ πλευρᾶς, ἢ πνεύμονος, ἢ ἄλλου τινὸς μορίου φλεγμονῇ πυρετὸς ἕπηται, πλευρῖτιν ἢ περιπνευμονίας, ἢ ἠπατῖτιν ὀνομάζουσι τὴν νόσον, οὐ πυρετώδη. τὸν δ' ἄνευ φλεγμονῆς πυρέσσοντα, πυρετὸν φασὶ νοσεῖν. Veterum autem cõſuetudinem vt noſcas neceſſe eſt, vbi eos de febribus diſſerentes audietis. Nam ſi vel hepatis, vel lateris, vel alicuius alterius inflammationem febris conſequatur, pleuritim vel peripneumoniã, vel hepatitim huiuſmodi morbum nominant, non febrilẽ. At citra inflammationẽ febricitantẽ, febre laborare dicunt.

Πυρετὸς etiam vulgi more efferre ſolet Hippocr. de febre quæ ægrum affligit, vt lib. 5. Epid. (p. 338. 1.) πυρετῶν ἐπιλαβόντων, οὐκ ἀπηλλάσσετο πρὶν πλευτῆσαι. febrib. correpta nõ antea liberata eſt, quàm vitam cum morte commutaſſet. De virgine quæ ſanguine vomitione reiecto ſuppurata, tandẽ febre hectica periit. Ac rurſus ibidem (v. 39.) πυρετοὶ αὐτὸν ἐπέλαβον. febres eum corripuerunt. Et lib. 2. Epid. (p. 313. 4.) ὁ παρ' Ἀλκιβιάδου ἐλθὼν, ἐκ πυρετῶν ἐλάχων. Ex moderatis febrib. ei qui ab Alcibiade venerat. Lib. 7. Epid. (p. 357. 19.) ἐδόκεον ἀπολήγειν οἱ πυρετοί. febres deſinere videbantur.

Πυρέτια ξυνεχέα, febriculæ aſſiduæ, ægr. 1. poſt ſt. peſt.

Πυρετῶδες ἕλκος aut πυρῶδες dicitur Hippocrati, vlcus igneũ aut incẽſum quodq́; inflammatione tẽtatur ex nimia cõſtrictione in deligando, lib. de fract. (p. 561. 31.) & lib. de vlcer. (p. 512. 44.) Sic ἐστὶν πυρετῶδες lib. de cap. vuln. (p. 449. 43.) ex malè curata ſuperiecta carne, aut inflãmationem cõcipiente, & nimis adſtricta. Et πυρετῶδες σῶμα Prorrh. 2. (p. 418. 14.) corpus febriculoſum, ad febres opportunũ potiùs quàm febricitans, quòd alii aliis febribus faciliùs & leui ex occaſione vexantur, vt eſt corporis habitus ad cacochymiam magis comparatus.

Πυρὴν, πυρῆνος, nucleus, de malo punico dicitur Hippocrati lib. περὶ παθῶν (p. 188. 42.) ῥοιὴ ξὺν μὲν τοῖς πυρῆσι ἵστησι, ἄνευ δὲ τῶν πυρήνων διαχωρητικόν. Malũ punicũ cum nucleo quidem aluum ſiſtit, citra nucleum verò aluum ſubducit. Sic Dioſcor. lib. 1. cap. 152. τῆς ὀξείας ῥοιᾶς ὁ πυρὴν. nuclei acinorũ acidi punici. Malo enim punico nucleos tribuit Plinius cùm ſcribit, Mala punica ſapore vinoſa paruũ nucleũ habere. Scribitur & πυρὴν idẽ ſignificare quibuſdam quod πυρὴν, nẽpe nucleũ, aut lignoſum nucleũ, veluti oſſiculum, in pomis, meſpylis, ceraſis aut palmulis. Et πυρῆνας Gal. in Exeg. τοὺς χόνδρους, grana explicat apud Hippocr. & περὶ λιβανωτοῦ, h. e. de thure dici adſcribit. Quibus verbis locũ lib. περὶ ἐπικυήσιος (p. 51. 46.) mihi exprimere videtur. τοῦ λιβανωτοῦ πυρῆνας πέντε, & thuris globulos, nucleos, aut granula quinq́. Vbi tamẽ πυρῆνας rectius legũt exẽplaria noſtra. Etſi lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 274. 12.) legitur, μετὰ δὲ ταῦτας τὰς ἡμέρας, πρωὶ μὲν διδόναι νήστει ἀκτῆς καρπὸν, ὅσον πυρῆνας ἕξ, ἐν οἴνῳ ἀκρήτῳ. Poſt hoa verò dies mane ieiunæ ſambuci fructus grana ſex (h. e. baccas) in vino meraco exhibeto. Vbi etiã πυρῆνας nõ ſatis rectè leg. exemplaria.

Πυρίη aut πυρία, fomentũ ſignificat apud Hipp. velut aph. 31. lib. 6. & aph. 23. ſect. 3. lib. 6. Epid. Vbi ſcribit Galen. πυρίαν δὲ νῦν ἀκουστέον τὴν ἔξωθεν ἡμῖν προσπίπτουσαν θερμασίαν, εἴτ' ἀπὸ πυρὸς, εἴτ' ἐν λουτροῖς γένοιτο. πυρίαν intelligere oportet omnem externum calorem nos inuadẽtem, ſiue ab igne, ſiue à balneo contingat. πυρίη ἐν ἀρώμασι, ſuffitus ex odoramentis dicitur aph. 28. lib. 5. & idem quod θυμίαμα. Πυρίας exponit Gal. in Exeg. τοὺς διαπύρους κόχλακας, ἢ θρύμματα διάπυρα ἀπὸ σκωρίας σιδήρου. h. e. ſilices ignitos, aut recrementi ferri fruſta cãdentia, quæ immittuntur in labrum ad fotũ faciendum. Qua expoſitione locum lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 254. 40.) mihi ſubindicare videtur Galen. vbi ſcribitur: ἐν τούτοις πυριᾶν αὐτὴν, ὅσον τριήκοντα πυρίας. In his ipſam foueto, triginta ſilicibus ignitis in fomentum coniectis. Etſi aliter ſumunt interpretes. πυρίας quidam exiſtimant eſſe aſſas deſudationes Celſi, quæ ex ſilicibus & marinis lapidibus igne candentibus ſuſcitantur, aut ignitis ferri recrementis. Quæ in vaporarium immittebantur, vt adhuc quibuſdam moris eſt, ad ſudores eliciendos.

Πυρίκαυστον ambuſtum ſignificat, aut igne ambuſtum, velut lib. 7. Epid. (p. 359. 19.) ὥσπερ πυρίκαυστα, velut ambuſta, hoc eſt, puſtulæ igne ambuſtæ. Sic initio lib. 2. Epid. φλυκταινίδες ὥσπερ πυρικαύστοισι, puſtulæ iis affines quæ in ambuſtis fieri ſolent, dicuntur (p. 311. 18.) Lib. quoque de vlcer. (p. 516. 29.) περὶ πυρικαύτων ſcribitur. Dicuntur etiam πυρίκαυτα, vt lib. de fract. (p. 563. 41.) & apud Paulum cap. 11. lib. 4. Galenus etiam lib. 1. κατὰ γένη (p. 315. 58.) πυρίκαυστον vocat non ſolùm quod igne ambuſtũ eſt, ſed & quod feruẽte aqua exuſtum. πυρίκαυστος exponitur Heſychio πεπυρωμένος.

Πυριφλεγὴς dicitur igneo ardore flagrans & incenſus, aut inflammatus, quiq́ue partem aliquam calore igneo affectam habet, aut febrẽ vehementem & igneam. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 103. 56.) πυριφλεγὴς γενόμενος, ardore incenſus. Vbi ſcribit Gal. καθάπερ τὸ πυριφλεγῆ τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ τούτοις γενέσθαι, ὅπερ ἤτοι θερμασίαν πολλὴν περὶ τὸν πόδα δηλοῦν εἴωθεν, ἢ πυρετὸν πολὺν καὶ πυρώδη. veluti hominẽ ardore incẽſum eſſe ab his, quod aut multũ calorẽ circa pedẽ indicare cõſueuit, aut multã & igneã febrem. Sic lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 246. 27.) ἡ κοιλίη ἡ κάτω πυριφλεγέθης ἐστί. imus venter igne ardet.

Πυῤῥὸν rufum etſi omnes vertunt interpretes, fuluum tamen ſignificare & veluti ex flauo cãdicantẽ colorẽ, quiq́; ex inæquali albi mixtura ex flauo ad albũ magis declinat, multis exẽplis declaraſſe videmur noſtris in lib. 2. Epid. Comment. ſect. 5. Iſque videtur eſſe

color qui ex flauo paulò liberalius exalbeſcit, nō ſecus ac ſi ſandaracham paucam multa aqua diluas, ex flauo palleſcens color exiſtet, qualis eſt aurichalci, aut aureorū Germanicorum non omninò ſaturatus ſed extenuatus & attritus color. Blondum Galli nominant, & in ea paſſo puellarum crine, veluti pudoris & ingenuitatis comitem, commendant. Hic color rectè Latinis fuluus dicitur, quales puerorum capillos & pubeſcentium eſſe ſcribit Gal. lib. 2. de Temp. & Ariſt. lib. περὶ χρωμάτων, ex magna humoris copia ſiccū exuperante & inundante. Sic Germanorū, Illyriorum, Dalmatarum, Scytharum, & eorum qui humidas & frigidas regiones incolunt, πυῤῥὰς τρίχας, capillos fuluos eſſe ſcribit Gal. lib. 2. de Temp. & Ariſt. in Quęſt. nat. ſect. vlt. quęſt. 2. Et Hippocr. lib. de aëre, loc. & aq. (p. 79. t t.) πυῤῥὸν τὸ Σκυθικὸν γένος διὰ τὸ ψῦχος, fuluam Scythicam gentem propter frigus eſſe ſcribit. οὐκ ἐπιγινομένου ὀξέος τοῦ ἡλίου. ὑπὸ δὲ τοῦ ψύχεος ἡ λευκότης ἐπικαίεται καὶ γίγνεται πυῤῥή. Nam cùm Sol ad eos minimè ardens accedat, à frigore exuritur eorum albedo & fulua euadit. Galenus etiam Comment. in lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (pagin. 3 t. t 9.) Germanos quibuſdam ξανθοὺς nominari ſcribit cùm re vera & ſi quis exactam rationem exigat, non ξανθοὶ, hoc eſt, flaui, ſed πυῤῥοὶ dicendi ſint, hoc eſt, fului. Quòd ξανθὸν ſiccioris temperiei nota ſit, quales ſunt quos illic πυῤῥοὺς appellat Hippocrat. Sic enim illic ab eo vocari ſcribit Gal. τοῖς ξανθοῖς affines, non exquiſita nominum ratione, quos rectè rufos illic vertunt interpretes. In quo verò τὸ πυῤῥὸν & τὸ ξανθὸν differant, ſcitiſſimè ſcribit Galen. lib. 1. περὶ κρίσεων (pagina 397. 26.) ἐγγυτάτω τὴν φύσιν ἐστὶ τὸ πυῤῥὸν χρῶμα τῷ ξανθῷ. διαφέρει δ᾽ ἀλλήλων τῷ τὸ μὲν λευκότερον εἶναι, τὸ δὲ λαμπρότερον. ἡ γοῦν ὠχρὰ χολή ποτε μὲν πυῤῥὰ φαίνεται μᾶλλον, ποτὲ δὲ ξανθή. πολλάκις δ᾽ αὖ καὶ ὠχρὰ δόξειεν εἶναι. λευκοτέρα μὲν καὶ θολωδεστέρα γινομένη πυῤῥά, εἰλικρινὴς δὲ καὶ καθαρωτέρα, ξανθή. τὸ γὰρ οἷον πυρῶδες ἐνυπάρχον αὐτῇ, ξανθοτέραν ἀπεργάζεται. ὅσον δ᾽ ἐστὶ τὸ πυῤῥὸν τοῦ ξανθοῦ λευκότερον, τοσοῦτον ἐκείνου τὸ ὠχρόν. ὅσον δ᾽ αὖ πάλιν ἧττον λευκόν ἐστι τὸ ξανθὸν τοῦ πυῤῥοῦ, τοσοῦτον τοῦ ξανθοῦ τὸ ἐρυθρόν. Fuluus color ad flauum natura proximè accedit. In eo tamen differunt quòd ille magis ad album, hic verò ad ſplendidum vergit. Amara enim bilis nonnunquam fulua apparet, interdum etiam flaua, ſæpius autem & pallida videtur eſſe. Siquidem albidior & turbulentior exiſtens, fulua eſt. Splendens verò & purior, flaua. Quod enim veluti igneum in bile ſplendeſcit, eam flauiorē reddit. Quanto verò fuluum flauo eſt albidius, tanto illo pallidum. Quanto rurſus fuluo minus album eſt flauum, tātum flauo rubicundū. Ex quo planè coniicias rufum & fuluum colorem medium eſſe inter flauum & pallidum, ſicut pallidum mediū eſt inter flauum & album. Idem quoque lib. περὶ ἰατρικῆς τέχνης (p. 477. 36. & 51.) πυῤῥὸν colorem frigidioris & humidioris naturę notā facit. Eſt enim veluti mixtura quædam ex bile & pituita, ſed magna humidi copia ſiccum diluente & exuperante. Huiuſmodi certe colorem Latini fuluum vocant, veluti fulua ſydera, fuluam arenam, & fuluū aurum dixit Ouid. flauum Virg. Æn. 1. aut vbi flauo Argentum Pariúſue lapis circundatur auro. Quemadmodum & fuluum pro flauo idem dixit lib. 1 t. Æn. fulua pugnas de nube tuentem. Et lib. 7. —— tum fumida lumine fuluo Inuolui. & Æn. 4. —— fuluum deſcendere monte leonem. Sic Plinius de Perſea fructum eius fuluum dicit. Theoph. ἐπίξανθον. fului enim nomē itidem variè vſurpari à Latinis obſeruatur. De arena dixit Virg. Æn. 6. & fulua luctantur arena. Quem ſanè colorem etiam arenulis quæ in renum affectibus deturbantur, & in vrinis ſubſident, attribuit Hippocr. aph. 5. ſect. 1. lib. 6. Epid. cùm ſcribit, ψαμμία τε πυῤῥὰ ὑφιστάμενα, arenulæ quę fuluę ſubſident. Nam etſi ibi Galen. per πυῤῥὸν omnes colores intelligi vult, qui intra pallidum & flauum aliquid albi aut rubri admixtum habent, velut ὠχρόλευκα, ἐρυθρόλευκα, aut ξανθόλευκα, cùm pro ſanguinis qualitate aut colore tales fiunt arenulæ aut ſubſidentiæ in vrinis. Satis tamen propriè per πυῤῥὸν fuluum colorem mihi ſubintelligere videtur cùm ſcribit. οὐ γὰρ οὐ φαίνεται τοῦτο γινόμενον, ἐὰν τὸ πυῤῥὸν ἀκούσῃς τοιοῦτον εἶναι τὴν χρόαν οἷόν ἐστιν ἡ σανδαράχη καλουμένη, διὸ καί τινες μὲν τῶν ἱκανῶς ἐπιμελῶς τοῖς ἔργοις τῆς τέχνης, ὀροβοειδεῖς ὑποστάσεις γίνεσθαί φασιν αὐτοῖς, ἔνιοι δὲ σανδαραχώδεις, ἄλλοι δ᾽ ἔτι καὶ ὄντως πυῤῥάς. Nempe & hoc fieri apparet, ſi πυῤῥὸν, hoc eſt, fuluum eiuſmodi eſſe coloris intellexeris, qualis ſandaracha appellata. Ideo quidam in artis operibus diligenter verſati ſubſidentias orobo ſimiles in iis fieri aiunt, nonnulli etiam tales quæ ſandaracham colore repræſentent, interdum verò re vera fuluas. Huius autem fului coloris naturam, veluti intra flaui ſplēdidioris limites conſiſtentem, & ad albedinē magis declinantem, his mihi verbis apertiùs ibidem declarare videtur: ἐὰν μέν τι μιχθῇ ἴσως ὀλίγον αἵματος φλέγματι παχεῖ τε καὶ γλίσχρῳ, κατὰ τὴν ἐπικρατοῦσαν χρόαν γίνεται τῶν ὑφισταμένων τοῖς οὔροις, ὅτε μὲν ἐξ ὠχρόλευκος, ἢ ἐρυθρόλευκος, ἢ ξανθόλευκος. ἔστι δ᾽ ὅτε δὲ πυῤῥά, συντελοῦντος εἰς τὴν τῶν χρωμάτων διαφορὰν καὶ αὐτοῦ τοῦ κατὰ τὸ αἷμα χρώματος. οὐ γὰρ ἀκριβῶς ἐρυθρόν ἐστιν ἀεὶ τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλ᾽ ὅτε μὲν ἐπὶ τὸ μελάντερον, ὅτε δ᾽ ἐπὶ τὸ ξανθότερόν τε καὶ πυῤῥότερον ῥέπον. ἢ τοίνυν ἁπάσας τὰς ὄντως διαφορὰς τῶν χρωμάτων πλὴν τῆς τεφρώδους, ἡγητέον ὑπὸ τῆς τῶν πυῤῥῶν δηλοῦσθαι φωνῆς, ὅταν λέγῃ αὐτὸς ψαμμία πυῤῥὰ ὑφίστασθαι, ἢ τὰ συνεστραμμένα τὰ αἱματώδη ἀπὸ νεφροῦ δηλοῦν εἰρῆσθαι. At ſi quibuſdā pauc⁹ ſanguis pituitę viſcoſę craſſęq; permixt⁹ fuerit, ſubſidētię vrinarū color, pro exuperāte humoris copia euadet, interdū quidē velut ex pallido albicās, vel ex rubro cādid⁹, vel ex flauo & albo mixtus, interdū etiā fuluus, conferente & ipſo ſanguinis colore ad colorū differētias. Neq; enim hominib. ſemp exquiſitè ruber ſanguis, verùm interdū quidē ad nigrius, interdū etiā ad flaui⁹ & fului⁹ declinat. Aut igitur omnes quos modo recēſui colorum differentias, cinereo excepto,

excepto, ab hac voce πυῤῥὸν indicari exiſtimandum eſt, cùm dixit, arenulæ fuluæ ſubſident, aut adiectum illud παιματώδης, ex communi ſenſu dictum fuiſſe accipiendum eſt. Πυῤῥὸν οὖρον, ex Progn. Hippocr. (p. 141. 14.) vrinam rubram vertit Celſus cap. 6. libr 2. Vbi certe rufam vrinam rectè vertunt interpretes, quòd talis euadat ex bilis modum excedentis permixtione, aut vbi ea admodum ſyncera permiſcetur, vt illic ſcribit Gal. ὑπόπυῤῥον idem Celſus cap. 3. lib. 2. rufum in deiectionibus alui vocat, ex Progn. (138. 29.) οὖ ὑπόπυῤῥον, oui luteum vocat Hippocr. lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 282. 26.)

Πυώδεες οὐρήσιες, purulentæ mictiones dicuntur Hippocrati, & propriè ſignificant vrinas quę pus habent admixtum. Aliquando etiam ſed impropriè, vrinas crudas & craſſas, & quæ huiuſmodi ſuccos vacuant. Quod teſtatur Gal. Com. 3. in Prorrh. (p. 206. 43.) his verbis: αἱ μὲν γὰρ πυώδεες οὐρήσιες ἐάν γε κυρίως ἀκούσωμεν, καὶ μὴ καθάπερ εἴωθεν ὁ τοῦ βιβλίου συγγραφεὺς ἀκύροις μεταφοραῖς ὀνομάτων χρῆσθαι, πύον ἐπιμεμίχθαι τοῖς οὔροις δηλοῦσι. τοῦ δὲ γένεσις, οὐ μόνον οὐ δύναται σημαίνειν σπασμὸν, ἀλλὰ κἂν ὑποπτευομένῳ ἐπὶ σπασθῆναι, ἐπιφανὲν ἀγαθὸν ἐστι, πέψιν γε δηλοῦσα τῆς νόσου. αἱ δὲ ἀφρώδεες, εἴτε διὰ σύντηξιν, εἴτε διὰ ταραχήν τινα καὶ πνεῦμα γίγνοιντο φυσῶδες, ἑκατέρως ὕποπτοι πρὸς σπασμόν. οὐ μὴν αἱ πυώδεες ὁμοίως ταύταις. εἰ δὲ ἀκύρως πυώδεις εἴρηκε τὰς τῶν ὠμῶν καὶ παχέων οὔρων ἐκκρίσεις, οὐδ᾽ οὕτως ὕποπτοι, οὔτε πλεῖ πρὸς τὴν τοῦ σπασμοῦ γένεσιν. Purulentæ enim mictiones, ſi propriè vtique intellexerimus, neque, vt huius libri author impropriis nominum tranſlationibus vti ſolet, pus vrinis eſſe admixtum indicant. Puris autem generatio non modò non poteſt conuulſionem ſignificare, vt etiam in eo qui conuulſionis ſuſpicionem incurrit, bono ſit, morbum concoqui indicans. At ſpumoſæ, ſiue ob colliquationem, ſiue ob perturbationem quandam & ſpiritum flatuoſum fiant, vtroque modo conuulſionem ſuſpectant: non tamen purulentæ his ſimiliter. Quòd ſi impropriè purulentas dixit vrinarum crudarum & craſſarum vacuationes, neque ita ſuſpectæ ſunt, neque conferunt ad conuulſionis generationem.

¶ Πῶροι tofi dicuntur & lapidoſæ in articulis durities, aut calloſę concretiones quæ laborantibus articulis gignuntur. ἐπιπωρώματα vocat Hippocr. Prorrh. 2. (p. 417. 2.) Cælius Aurelianus cap. 2. lib. 5. Tard. paſſ. πώρους & tráſitus vocat inſolenter & nouè, cùm πῶροι dicendi ſint. Sunt & πῶροι calculi aut lapideæ concretiones in vrinis, in bis quæ adiecta ſunt ad lib. de Nat. humana (p. 27. 35.) ἐνίοισι δὲ ψαμμώδεα ὑφίσταται ἢ πῶροι ἐν τοῖσιν οὔροισιν. Quorum in vrinis veluti arenulæ aut tofi ſubſident. Vbi ex pure coaliti lapilli πῶροι dicuntur. πεπωρῶσθαι, πηγνύσθαι, παχυνθῆναι apud Hippocrat. exponit Erotianus. In articulis qui dicuntur Latinis tofi gignuntur ex ſuperante in iuncturis humore, vel ſanguineo, vel biliofo, vel atra bile vitioſo, plærunque tamen pituitoſo crudoque, copia alimenti, aut cruditate, aut otio congeſto. Qui etiam vetuſtate in articulis craſſeſcit & glutinoſior euadit, ſic vt in duritiem contumaciſſimam occalleſcat, vt ſcribit Ægin. lib. 3. cap. 78. πῶρος ἐστὶν οὐσία λιθώδης καὶ ὑπόσκληρος, autbori Definit. Med. (pagina 400. 54.) ſubſtantia calloſa & renitens. vt τυλώδης legere malim cum aliis. Eſt & πῶρος, callus, oſſa fracta coniungens, de quo vide Gorrhæum.

# OECONOMIAE HIPPOCRAT.

## ΤΟ Ρ.

¶ Ῥαγῆναι exponitur à Gal. in Exeg. τὸ ἀθρόον ὁρμώμενον, affatim & cum impetu irrumpens, ex lib. 2. de Morb. maiore apud Hippocrat. vnde etiam dictam αἱμοῤῥαγίαν eſſe vult, quæ vehementem & abundantem ſanguinis eruptionem indicat. Quibus verbis locum lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 197. 43.) mihi ſubindicare videtur Galen. vbi legitur. ἢν δὲ κῃ ἡ ὀδύνη ἀθρόη ῥαγεῖσα. Si verò aliquò affatim & cum impetu dolor irrumpere viſus fuerit Sic etiam ibidem paulò poſt (v. 45.) ἢν ἐς τὴν κύστιν ῥαγῇ, ſi in veſicam cum impetu irrumpat. Et turſus (p. 198. 4.) ἐῤῥάγη ἐς τὴν κύστιν. in veſicam cum impetu erupit. Et ἢν γοῦν ῥαγῇ. Si igitur affatim & cum impetu irrupetit. Sic ῥαγῆναι apud Hippocrat. magnis euacuationibus & confertim factis accõmodatur, & τὸ ἀθρόως ἐκκριθῆναι indicat, vt ſcribit Gal. libello Aduerſus Iulianũ (p. 338. 3.) Eũq; in ſenſum aph. 32. lib. 5. accõmodat, γυναικὶ αἷμα ἐμεούσῃ τῶν καταμηνίων ῥαγέντων λύσις γίνεται. Mulieri ſanguinẽ vomitione reiiciẽti, mẽſtruis affatim ꝓfluẽtib. ſolutio contingit. Vt ῥαγέντων καταμηνίων, ἀθρόων ἐκκριθέντων, h. e. largiùs & abũdantiùs effluẽtib. mẽſtruis, exponat, quòd ea dictione τὰς ἀθρόας κενώσεις, largiores euacuationes ſolit⁹ ſit notare Hippocrates. Qua etiã notione ῥαγῇ aph. 55. lib. 7. abundanter in ventrem effuſam aquam & eius impetum ſignificat. Et lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p 199. 40.) de aqua affatim erumpente & in thoracem effuſa, καὶ ῥαγῇ ἐς τὰ στήθεα, dicitur. Et turſus ibidem (p. 200. 28.) καὶ ῥαγῇ ἐς τὴν κοιλίην. Et lib. περὶ γυναικείης φύσ. (pag. 216. 37.) de effuſa cõferom mẽſiũ abũdãtia, ὅκως τὰ καταμήνια ἐξαπίνης ἐπίμετα ῥαγῇ. Quod etiam repetitur lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 281. 18.) Velut ῥήγνυσθαι & καταῤῥήγνυσθαι de copioſo mẽſium ꝓfluuio erũpente, ſæpe effertur Hippocrati

in tota χειρουργικῶν tractatione. ῥαγῆναι, ῥαγῆναι & ῥαγῆς, de oſſis fractura & ruptione paſſim dicũtur Hippocrati lib. de cap. vulner. Sunt tamen qui per has voces intelligant omnes externas offenſiones quæ cum impetu fiunt, & oſſa affatim & repente concutiunt. Hac notione in Coac. Prænot. (p. 429. 21.) ἰνία ἐκ τῶν ὄπισθεν ῥαγῆναι dicuntur, quibus oſſa poſteriore capitis parte externa vi de repente concuſſa ſunt. Hac enim dictione grauiſſimæ offenſiones externæ violenter in occiput impactæ denotantur, quòd impetus hac voce iuxta Gal. explicationem quodammodo comprehendatur.

Ῥαγὴ, fiſſura, rima, ſciſſura dicitur Hippocrati lib. περὶ φυσ. παιδίου (p. 30. 18) αὐτὸ δὲ τὸ θερμαινόμενον ὅλως ἐς ἑωυτὸ αὖθις ἕτερον πνεῦμα ψυχρὸν διὰ τῆς ῥαγῆς, ἀφ᾽ οὗ τρέφεται. Quod autem caleſit, aliom rurſus ſpiritum frigidum per rimam attrahit, quo nutriatur. Vbi tamen exemplaria manu ſcripta ῥαφῆς pro ῥαγῆς habẽt, quod etiam annotauit Zuinggerus in ſuo Hippocrate. Eadem tamen exemplaria adſcribunt margini ῥαγὴ, ἀκμὴ, βία, ὁρμὴ. quod ex ſcholio quodã adſcriptum videtur gloſſema eſſe, cùm eam explicationẽ dictioni ῥάχη tribuat Heſychius. Sed ῥαγὴ idem quod ῥῆξις ſignificare videtur. Galenus verò in Exeg. ῥαγῆσι, σχίσμασι, ῥήγμασι exponit, hoc eſt, ſciſſuris fracturis. At ῥαγὴ in ſuperiore Hippocrat. loco mihi vſurpari videtur pro ruptura aut ſciſſura, quam vi efficit ſpiritus cùm erumpit. Illic enim ſcribitur, τὸ δὲ πνεῦμα ῥήγνυσι καὶ ποιέει ὁδὸν αὐτὸ ἑωυτῷ, καὶ χωρέει ἔξω. Spiritus autem erumpit, ac viam ſibi ipſe facit, & foras procedit. Et paulò poſt. ἔπειτα ῥήγνυσι τὸ πνεῦμα, καὶ ὁδὸν ποιέεται, καὶ χωρεῖ ἔξω εἰλεόμενον. Deinde erumpit ſpiritus, & via ſibi facta conuolutus foras procedit. Eandem etiam viam qua efflatur ſpiritus ille, ibidem τομὴν vocat, in lignis cæſuram aut ſectionem. Atque etiam paulò poſt (verſ. 29.) ῥαγὴν appellat, rimam per quam ſpiritus ille erumpit. καὶ χέδροπα, καὶ σῖτος, καὶ ἀκρόδρυα θερμαινόμενα πνεῦμα ἴσχει, καὶ ἔξω ἐξέρχεται ῥαγὴν ποιησάμενον. Quin & legumina, frumentum, fructuſque arborei omnes vbi incaleſcunt ſpiritum concipiunt, qui rima facta foras prodit. Et rurſus. καὶ ἢν ὑγρὰ ᾖ, πλεῖον τὸ πνεῦμα ἀφίησι, καὶ τὴν ῥαγὴν μείζω ποιέεται. Quæ ſi humida fuerint, ruptura ampliore facta, copioſiorem ſpiritum exhalant.

Ῥαιβὸς, ῥιβὸς, & ῥοικὸς, incuruum & obtortum ſignificat. ῥαιβὸς propriè varus dicitur, cruribus incuruis, idem qui & κυλλὸς, cui βλαισὸς valgus opponitur. Sic apud Hipp. lib. de art. (p. 617. 53.) vbi legitur, ῥοιβοειδέα τρόπον, ῥαιβοειδέα τρόπον aut ῥιβοειδέα leg. videtur, quod ſignificat coſtas homini valde incuruas eſſe obtorto modo. Vbi Gal. ῥοικοειδέα τρόπον legit, quòd ῥοικὸν ſignificet καμπύλον, intortum, incuruum, vt probat ex Theocrito, Archilocho & Nicandro. Idem quoque in Exegeſi ῥοικὰ καμπύλα exponit. ῥοικὸν etiam Heſychius σκολιὸν, καμπύλον, σκαμβὸν, ῥυσὸν, ῥαιβὸν, exponit. Et Theocriti Schol. Idyll. 8. ῥοικὸν τὸ καμπύλον ſignificare ſcribit. Ideoque quòd ῥοικὸν vſitatum magis foret, ῥοικοειδέα τρόπον legendum illic cenſet Gal. Verùm idem in Exeg. ῥαιβοειδέα legiſſe videtur, cùm καμπύλον exponit. Illum enim mihi locum illic innuere videtur. Et certe ῥαιβοειδέα, aut ῥιβοειδέα, aut etiam ῥυβοειδέα legi poteſt, quòd ῥαιβὰ aut etiam ῥιβὰ dicantur Galeno, τὰ κοιλὰ Comment. 3. in lib. κατ᾽ ἰητρεῖον (pagina 700. 1.) & τὰ ῥοικὰ Comment. 3. in lib. de art. (pagina 630. 28.) Erotianus tamen hunc locum ſubindicans, ῥιμβοειδέα τρόπον legiſſe videtur, & ῥιμβὸν χαῦνον & σκολιὸν, incuruum, intortum explicare. Sed certe ῥιβοειδέα & ῥιβὸν, & ῥιβοειδέστερον in loco illo Mochlici qui legitur (pagina 505. 45.) & quem illic mihi exprimere videtur, legiſſe exiſtimo, quomodo etiam codices quoſdam legere teſtatur Henr. Steph. Aut à ῥαιβὸς ῥαιβοειδέα & ῥαιβοειδέστερον legendum. Sed & ῥαιβοειδέα legi poteſt, vt etiam videtur legiſſe Galen. quòd τὸ ῥοικὸν ῥαιβὸν quidam dicunt. Varinus etiam ῥοικὸν λαγωβόλον ex Idyll. 4. Theocriti exponit, τὸ ῥόπαλον τὸ ἐπικαμπὲς καὶ σκολιὸν, ὃ καὶ ῥαιβὸν λέγεται παρ᾽ ἡμῖν. Quod Æolicum eſſe exiſtimatur, vt ῥοικὸν Ionicum. Et pro ῥιβὸν quidam etiam ῥυβὸν ſcribunt, vnde apud Erot. forte ῥυβοειδέα τρόπον ſcribendum, pro ῥυδοειδέα, quo etiam locum illum libri de art. innuere videtur. Etſi totus ille Erotiani locus noſtris in codicibus vitiatus & malè diſtinctus eſſe videatur.

Ῥάκος lacerum linamentum ſignificat, & pro penicillo aut linamento ſumitur apud Medicos, vt lib. 2. de Morb. (pagina 147. 44.) καὶ ἰῆσθαι τὸ ἕλκος τῷ χλιάσματι ἐναλείφων ῥάκος ἐντιθέναι, & vlcus curato linamento melle illito indito. ῥακούμενον χολῶδες, bilis diſcerpta & diuiſa, aut in corpore diſperſa dicitur lib. 4. de Morb. (pagina 173. 17.) καὶ ῥακούμενον ἐν τῷ σώματι τὸ ἐπεληλύθει & prorumpẽs aut firmata in corpore, dixit Cornarius, diuiſa in corpore, Caluus, hoc eſt, diſcerpta aut per corpus diſperſa aut lacerata, detritorum panniculorum in modum, ſi modo vera eſt lectio. Verùm de bilioſo humore intelligi videtur, qui extenuatus & per corpus diſcerptus, facilè inflammatur, & morbi fomes exiſtit.

Ῥάμμα, filum, acia dicitur ἐν τῷ κατ᾽ ἰητρ. (pagina 677. 52. & pagina 679. 40.) Vbi ἅμμα & ῥάμμα coniunguntur, nodus & acia. Vbi ſcribit Galen. ἐπειδὴ τοίνυν δὲ καὶ τὸ ῥάμμα καλοῦσι τὸ διὰ τοῦ τρήματος τῆς βελόνης διειρμένον, ἕνεκα τοῦ συνάγειν ἀλλήλοις, ἤτοι τὰ μόρια τοῦ διατετμημένου σώματος· ἢ τὰ πέρατα τοῦ ἐπιδέσμου τοῖς περιβεβλημένοις αὐτῷ μέρεσι. Eodem modo quòd ῥάμμα, hoc eſt, filum, vocatur, quod per acus foramen traiicitur, quo vel inciſæ corporis partes inter ſe coniunguntur, aut vinculi extremum ſubiectis partibus aſſuatur. Ac rurſus ibidem (pagina 679. 42.) ῥάμμα μὲν ὀνομάζουσι τὸ διαβαλλόμενον ἅμα τῇ βελόνῃ, τὴν ὕλην ἔχον, ἤτοι λινὸν, ἢ ἔριον, ἤ τι τοιοῦτον. ῥάμμα, hoc eſt, filum appellans, quod vnà cum acu traiicitur, cuius materia linum eſt, ſiue lana, ſiue quid aliud id genus.

Ῥάφη

Ῥᾷον Gal. in Exeg. ἑτοιμότερον ἢ εὐχερέστερον exponit apud Hippocrat. hoc eſt, expeditius, promptius ac facilius. ἔσται καὶ ὥστε τὸ εὐφορώτερον εἰπεῖν. Nonnulli verò tolerabilius intelligunt. ῥᾷον tamen pro ῥᾷον apud Galen. videtur leg. Varinus.

Ῥαστώνη dicitur facilitas, leuamentum, remiſſio, vitæ tranquillitas, mali aut doloris relaxatio & alleuatio. lib. 3. Epid. ægr. 9. poſt ſt. peſt. τὰ δὲ ἄλλα ῥαστώνη. cætera commodè babebant. Et rurſus ægr. 10. ῥαστώνη δὲ ἦν. alleuatio aut tranquillitas fuit. Et ibidem ζ ῥαστώνη. ſeptimò alleuatio fuit. ῥαστώνη μέση ἡδονῆς τε καὶ πόνου dicitur Plutarcho ἐν τῷ περὶ ἡδονῆς, affectio inter voluptuariam & doloribus conflictatam media. Hinc τὰ ἄσημα ῥαστωνήσαντα in Prorrhet. (pagina 186.24.) dicuntur, quæ abſque vlla ſignificatione alleuant. Et in Progn. (pagina 159.48.) τὰ ῥαστωνήσαντα ἀλόγως. quæ præter rationem leuant.

Ῥαφὶς ſuendi inſtrumentum, vt acum ſignificat, aut aciculam & ſubulam. περόνη exponit Heſychius. Gal. in Exeg. ῥαφίδι exponit τῷ κεντητηρίῳ ᾧ διατιτρῶσιν οἱ τεχνῖται τὰ ποιούμενα ὅπως εὐπόρως τὸ λίνον διείροντες συρράπτωσι. punctorio inſtrumento, quo talium artifices idonea foramina, vt filum traiiciatur, perforant. Lib. 2. de Morb. (p. 156. 15.) legitur. ἢ τὸ σῶμα πᾶν ὥσπερ ῥαφὶς κεντέει δοκεῖ ἄλλοτε ἄλλη. & corpus integrum velut acu aliàs alia parte pungi videtur. Sed proculdubio locus mihi corruptus videtur, & ῥαφίσι aut γραφίοις κεντεῖσθαι leg. videtur, velut ibidem (p. 158. 5.) ſcribitur, ἢ τὸ στῆθος ἢ τὸ μετάφρενον δοκέει ὥσπερ γραφίοισι κεντεῖσθαι. pectus ac dorſum tanquam ſtylis pungi videntur.

¶ Ῥέγχειν eſt ſtertere & ſtertorem edere, qui ſonus eſt ex naribus editus profundè dormientibus communis, & fortis apoplexiæ nota, aph. 51. lib. 6. Scribitur & ῥέγκειν vt teſtatur Gal. in Exeg. idque magis Atticum eſſe vult Ariſtoph. Schol. in Nubib. Verùm ῥέγχειν & ῥέγχος ſæpiùs ſcribitur apud Hippocr. velut lib. 1. de Morb. (p. 133. 27.) πνίγεταί τε καὶ ῥέγχει ὁ μὴ καθαιρόμενος, ſuffocatur & ſtertit non purgatus. Et rurſus ibidem (p. 139. 32.) οὗτος δὲ ῥέγχει. id autem ſtertorem edit, de purulento & pituitoſo ſputo. Et lib. 3. (p. 164. 10. & 14.) in pleuritide, ἢ ῥέγχει ἐν τοῖσι στήθεσι. & ſtertat in pectore. ἢν τε μὴ τι ῥέγχῃ. Quòd ſi neque ſtertat. Et (v. 17.) τοῦτο ἢ τοῖσι ῥέγχουσι διδόναι. hoc etiam ſtertentibus dato. Lib. 5. Epid. (p. 339. 10.) ἄφωνος ἔκειτο ῥέγχων. voce deſtitutus iacebat cum ſtertore. Et rurſus ibidem (p. 343. 6.) de muliere anginoſa, ῥέγχος, ſtertor, vt & (v. 7.) de muliere peripneumonia laborante, ῥεγχώδης. Et lib. 7. (p. 356. 14.) ἄφωνος, ῥέγχος. voce defecta, ſtertor adfuit. Et (verſ. 22.) πνιγμὸς μετὰ ῥέγχους. ſuffocatio cum ſtertore. Et (p. 357. 27.) μετὰ ῥέγχου ἢ πολλῆς λήρησιος, cum ſtertore & multo delirio. Vbi tamen ῥέγχος potiùs lego, vt lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 49. 8.) οἱ δὲ ὑπὸ τῆς ὀρθοπνοίης ἢ τοῦ ῥέγχους ἀποπνιγῆναι. alii quidem à recta ſpiratione & ſtertore ſuffocati. Dicit & ῥέγχος idē quod ῥέγχος ibidem (v. 28.) ἀλλὰ τὸ ῥέγχειν ποιέει ἐγχεόμενον ἐν τοῖσι βρογχίοισι τοῦ πνεύμονος. & ſtertorem facit, in bronchiis pulmonis retentum. Quod tamen in multis codicibus publicatis deficit, ſed additur à Gal. lib. 3. de diff. ſpir. vt & melioribus exemplaribus. Quem etiam locum mihi viſus eſt ſubnotare Gal. in Exeg. cùm ſcribit, ῥέγχειν ἢ ῥέγχος ὀνόματα πεποιημένα παρὰ τὸν γινόμενον ψόφον, ὥσπερ ἢ τὸ ῥέγκειν. hoc eſt, nomina eſſe fictitia à ſono, vt & ronchus dicitur Martiali narium ſtrepitus, vnde & ronchiſſo Plauto. His autem verbis etiam ῥέγκος ſcribi apud Hippocr. innuit Gal. veluti lib. 5. Epid. (pag. 340. 13.) ῥέγκος πνεῦμα πυκνόν. ſtertor & crebra ſpiratio aderat. Quod repetitur lib. 7. Epid. (p. 362. 44.) ῥέγκος εἶχε. ſtertor detinebat. Eſt & ὑπορέγχειν aliquantulū ſtertere, in Coac. Prænot. (p. 425. 21.) ῥέγχος exponitur Erotiano apud Hippocrat. ex lib. de ptiſſana, ὁ πνιγμός. Quibus verbis locum ſupra à nobis adductum intelligit. Verùm ſuſpectam lectionem habeo, & pro πνιγμὸς ῥογμὸς legendum exiſtimo. Eſt enim ῥογμὸς ſonus quem ſtertentes ſupini edunt. gutturis ſtridorem vertit Aurelianus cap. 10. lib. 2. Acut. & pectoris reſonantē ſtridorem, cap. 17. lib. einſdem. ῥέγχος etiam dici poteſt, velut ronchus Latinis vnde ῥογχάζειν idem quod ῥοχθεῖν à ῥέγκειν. πνιγμὸν verò πνίγμα idem antea expoſuit. Etſi apud Erot. ῥέγχος & ῥογμὸν potiùs lego.

Ῥεῖν quod eſt fluere, de ſanguinis profluuio & per nares eruptione ſępe effertur Hippocrati. In Prorrh. (p. 210. 56.) ὡς ἐπὶ σπληνὶ μεγάλῳ ἐκ δεξιοῦ ῥέον. velut in intumeſcente liene ſi ex nare dextra ſanguis effluat, quod αἱμορραγῆσαι ibidem exponit Gal. Et lib. 4. Epid. (p. 330. 31.) ἢ μέχρι πέμπτης ἔρρει & ad quintum vſque diem ſanguis è naribus effluxit.

Ῥέμβην πλάνην, hoc eſt, aberrationem, errorem exponit Gal. in Exeg. apud Hippocr. additque καὶ ἔστιν ἐν τῷ περὶ τὸ ῥέμβεσθαι. Verùm meliora exemplaria, ῥέμβῃ πλάνῃ ἐστὶ ἢ ἄλλο περὶ τὸ ῥέμβεσθαι leg. in dandi caſu. Quæ lectio propius accedit ad locum Hippocr. lib. 7. Epid. (p. 356. 8.) ἢ κατὰ φωνὴν ἦν ἐν τῇ ῥέμβῃ, hoc eſt, voce vacillabat, de voce ex caſu læſa dicitur, ex quo inter loquendum lingua vacillabat & oberrabat. Vbi pro ῥέμβῃ ῥόμβῳ leg. Galen. exiſtimo. Affertur & ex eodem ῥέμβει πλανᾶται, vagatur, aberrat. Verùm mihi ſuſpecta eſt lectio. ῥέμβεται, πλανᾶται, γυροῦται, exponit Heſychius vagatur, errat, circumuoluitur, & in gyrum circumagitur. Inde πυρετοὶ ῥεμβώδεες dicuntur Aretæo cap. 2. lib. 2. περὶ ὀξ. παθ. febres fluctuantes, vagæ & erraticæ. ῥεμβὸν χαῦνον & τὸ ῥεμβὸν αἶγες ſcribit Erotianus, vt antea annotauimus.

¶ Ῥήγεσι, σχίσμασι, ῥήγμασι, hoc eſt, ſciſſuris, fracturis, exponit Gal. in Exeg. apud Hippocr.

Ῥῆγμα, ruptum aut ruptio dicitur, vnitatis in carne ſolutio citra vulnerationem tamen, vt in neruis σπάσμα, ex violento ictu, vel graui caſu, vel diſtentione, vel alia quapiā intenſa motione, Gal. lib. 3. Meth. med. cap. 1. & lib. dē

Conſtit. artis Medicæ (p. 36. 28.) Idem Com. ad aph. 22. lib. 6. γίνεσθαι τὸ ῥῆγμα (ſcribit) διασπωμένου τι ἢ ῥηγνυμένου κατὰ τὸ σαρκῶδες αὐτοῦ μόριον τοῦ μυός. ruptionem fieri diuulſa aut rupta muſculi carnoſa parte. Vbi ῥήγματα ἐκ τοῦ ἰσχυρῶς τῶν ἀγώνων καταβαλεῖν, impropriè Hippocrati dici ſcribit Gal. Hippocr. lib. 1. de Morb. (p. 135. 1.) ῥήγματα dici vult imbecilles in carne conuulſiones abſque ſuppuratione, his verbis: ἐνίοισι δὲ ὑπὸ ἀσθενείας γίνεται τὰ σπάσματα ἐν τῇσι σαρξὶν, ἢ ἐν τῇσι φλεψὶν, οὐκ ἐκπυΐσκεται, ἀλλὰ γίνεται ἀλγήματα πολυχρόνια, καὶ καλεῦνται ῥήγματα. ῥήγματα τῶν ἑλκέων, vlcerum fiſſuræ ac ruptiones dicuntur quæ in labris & gingiuis fiunt, lib. 7. Epid. (p. 352. 22.) vbi ῥήγματα ῥαγὰς aut ῥαγάδας ſignificant. Sunt & ῥήγματα rupti intrò abſceſſus lib. 3. de Morb. (p. 162. 42. 43. & 44.) Vnde ῥηγματίης & ῥηγματίας is intelligitur cui abſceſſus intrò rumpitur, & pus emittit, lib. 1. de Morb. (p. 139. 25.) ἢν δὲ ῥηγματίης ἔτι ὁ πλεύμων ἔχων. Si verò ægro abſceſſus ruptus fuerit. Et lib. 2. (p. 149. 34.) ὅταν τύχῃ ῥηγματίας ἐών. quòd ſi ei abſceſſus intus ruptus fuerit. Rurſusq; ibidem (p. 152. 48.) ῥηγματίας καλεόμενος dicitur is cui ex arteriæ aſperæ vulnere pus in pulmone collectum erumpit velut rupto abſceſſu. Vbi non ſatis accommodatè ruptionem pulmonis dixerunt interpretes, cùm iſtud ad ægrum ipſum referatur. Quæ loca mihi ſubindicaſse videtur Gal. in Exeg. cum ei ῥηγματίης exponitur, ὁ ἐρρωγός τι ἔσω ἔχων, cui aliquid intus fractum eſt. ὁ δὲ καὶ ῥηγματίας ὀνομάζει. Lib. de aëre, loc. & aq. (p. 453. 7.) ῥηγματίαι ſunt quibus vaſa intus rumpuntur. ῥηγματίαι τέ εἰσιν ἐπὶ τὸ πλῆθος. & plærunq; vaſa ipſis rumpuntur. Et rurſus ibidem (verſ. 10.) ἡ γὰρ ξηρότης ῥηγματίας ποιέει καὶ τοῦ ὕδατος ἡ ψυχρότης. Siccitas enim & aquæ frigiditas in cauſa ſunt vt vaſa intus rumpantur. ῥηγματώδης etiam dicitur lib. 7. Epid. (p. 357. 18.) ruptis laborans, diruptus, & cui intus aliquid ruptum eſt.

Ῥηγνύναι frangere, rumpere, de oſſe dicitur lib. 5. Epid. (p. 338. 26.) καὶ τὸ ὀστέον φλᾷ καὶ ῥήγνυσι, & os collidit ac findit. Et lib. 4. Epid. (p. 331. 1.) ἔρρηξεν ἔμετος, prorupit vomitus. ῥηγνύναι φωνὴν eſt vocem rumpere, & de iis dicitur quibus vox fuit intercepta, & tandem poſt ſilẽtium erupit reſtituta. Lib. 5. Epid. (pag. 340. 14.) φωνὴν ἔρρηξε, vocem rupit, poſt ἀφωνίην. Quod repetitur lib. 7. Epid. (p. 362. 46.) Et lib. 3. de Morb. (p. 160. 13.) ἢν γὰρ ῥήξωσι φωνὴν αὐθημερὸν, ſi eadem die vocem ruperint, hoc eſt, vox eruperit. Et lib. περὶ ἑπταμήνου (p. 49. 19.) ἢ φωνὴν ῥήξῃ, aut vocem rumpat, de fœtu dicitur. Eandem locutionem Herodotus obſeruauit in Clio in notabili illo exemplo de Crœſi filio muto, de quo ſcribitur hũc in modum: ὁ δὲ παῖς οὗτος ὁ ἄφωνος, ὡς εἶδε ἐπιόντα τὸν Πέρσην, ὑπὸ δέους τε καὶ κακοῦ ἔρρηξε φωνήν. εἶπε δὲ, ἄνθρωπε μὴ κτεῖνε Κροῖσον. Hic autem puer mutus, vt vidit Perſam inuadentem, malo & metu perculſus erupit in vocem, Homone Crœſum perimas.

Ῥηΐζειν idem quod ῥᾳΐζειν, leuare, alleuare, iuuare. vt aph. 25. lib. 5. τὰ οἰδήματα τὰ ἐν ἄρθροισι καὶ ἀλγήματα ἄτερ ἕλκεος, καὶ ποδαγρικὰ καὶ σπάσματα, τούτων τὰ πλεῖστα τὸ ψυχρὸν πολλὸν καταχεόμενον ῥηΐζει. Articulorum tumores & dolores abſque vlcere, atque etiam podagricos & cõuulſiones, magna ex parte frigida largè effuſa leuat. Quod repetitur lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p. 113. 45.) vbi pro ῥηΐζει, ἀφαιρεῖ ſcribitur, quod etiã ἰσχναίνει exponit Gal. in aph. Lib. 2. Epid. (p. 316. 27.) τὰ οἰδήματα παραλόγως ῥηΐζοντα, κίβδηλα, tumores temerè & præter rationem alleuantes, imposturam denotant. Et rurſus ibidem (pag. 314. 9.) ἢν δὲ τὰ μὲν τάχιστα ῥηΐζοντα. Atque horũ quidam quàm celerrimè alleuabant. Lib. 4. Epid. (p. 334. 28.) τῶν ῥηϊζόντων τὰ ἄπιστα, quæ infideliter ac perfidè alleuant. Et Gal. Com. 2. in Prorrh. (p. 188. 36.) τὰ παρὰ λόγον ῥηΐζοντα ἄπιστα καὶ κινδυνώδεα ex Hippocr. adducit. Quæ præter rationẽ leuant infida & periculi plena. τὰ ῥηΐζοντα σχήματα, figuræ corporis alleuantes, & quæ vt meliùs habeamus in cauſa ſunt, aph. 12. ſect. 3. lib. 6. Epid.

Ῥήνεας, ἀρνακίδας, hoc eſt, pelles agninas exponit Galen. apud Hippocr. in Exegeſi. Quem locum ad lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 247. 23.) antea retulimus in εἰρίοισι. Sed & lib. 5. (p. 340. 19.) ῥηνικοῖσι pro ῥηνεαίοισι vitioſè legitur, vt repoſuimus ex manu ſcriptis codicibus. ἐπιδεῖν δὲ εἰρίοισιν οἰσυπηροῖσι καὶ ῥηνεαίοισι. Lanis verò ſuccidis & pellibus agninis circundare oportet. ῥήνεας ἀρνακίδας dicuntur Heſychio, & ῥῆνες, ἄρνες, πρόβατα. Sic ῥήνεσι, ἄρνεσι, exponit Gal. in Exeg. pro quo ῥηνίοισι & ῥήνεσιν vitioſè leg. exemplaria quædam. Idem etiam ῥηνὸς, ἀρνὸς exponit, hoc eſt, agni. Vnde ἄνδρες πολύρρηνες dicuntur Homero Il. ι. (verſ. 154.) πολυπρόβατοι, πλούσιοι, homines multorum agnorũ, abundantes pecoris & diuites.

Ῥῆξις ruptionem ſignificat & pro ſuppurationis ruptione ſumitur apud Hippocr. cùm pus collectum rupta phlegmone effluit, aph. 15. lib. 5. ὁκόσοι ἐκ πλευρίτιδος ἔμπυοι γίνονται, ἢν ἀνακαθαρθῶσιν ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσιν ἀφ' ἧς ἂν ἡ ῥῆξις γένηται. Qui ex morbo laterali ſuppurati fiunt, ſi à ſuppurationis ruptione intra dies quadraginta repurgentur. Vbi ſcribit Galen. προσθεὶς τῷ λόγῳ τὸ τῆς ῥήξεως ὄνομα, σαφῶς ἐδήλωσεν αὐτὸν περὶ ἐκείνων διαλεγόμενον, οἷς εἰς ἐμπύημα τῆς κατὰ τὴν πλευρὰν φλεγμονῆς τραπομένης, εἶτα ἐκραγείσης ἐν τῷ μεταξὺ θώρακός τε καὶ πνεύμονος χωρίῳ περιέχεται τὸ πύον. Ruptionis addito nomine, manifeſtè indicat ſe de iis verba facere, quibus lateris inflammatione in ſuppurationem cõuerſa, deinde rupta, in medio ſpatio inter pectus & pulmonem pus colligitur. Idem etiam Com. ad aph. 8. lib. eiuſdem ῥῆξιν Hippocrati dici ſcribit, τὴν μεταξὺ θώρακός τε καὶ πνεύμονος ἔκχυσιν τοῦ πύου. factam inter thoracem & pulmonem puris effuſionem. Sic aph. 24. ſect. 6. lib. 6. Epid. ὦτα τῆς θέρμης ῥήξιες πεμπταῖαι, aurium inflammationes aſtare quibus quinto die rumpuntur diximus, de ſuppurationis ruptione intelligentes. Quam etiam notionem Galeni nomine publicatos Commentarios tenuiſſe poſtea animaduertimus.

Aliôqui

Aliôqui ῥῆξις pro ruptione ſumitur & ſanguinis fluoris ſpecie, cùm vaſa diſtenta rumpuntur, indeque copioſus ſanguis emanat. eruptionem vocat Aurelianus cap. 10. lib. 2. Tard. Paſſ. Eoque ſenſu αἵματος ῥῆξιν ſæpiùs effert Hippocr. in Progn. (p. 132. 6. & 22.)

Ῥαχίῃσι δὲ πλημμύρῃσι, velut inundationibus exponit Gal. in Exeg. apud Hippocr. ἐστὶ γὰρ ἡ ῥαχίη δὲ πλημμύρα τις ἐστί. Nam & ῥαχίη velut quædam exundatio dicitur. ῥαχία maris reſtagnatio dicitur, & annotat Suidas ῥαχίας Ionibus indicare τὴν ἄμπωτιν καὶ ἀναχώρησιν τῆς θαλάσσης.

¶ Ῥιγνὸν aut ῥικνὸν, rugoſum, corrugatum aut contractum ſignificat, velut quæ à frigore aut gelu corrugantur. ῥιγνὸν τὸ συνεσταλμένον ὁμοίως τοῖς κατεψυγμένοις ὑπὸ κρύους, exponit Gal. Com. 1. in Progn. (p. 125. 55.) Vbi βλέφαρον ῥιγνὸν pro καμπύλον in quibuſdam exemplaribus ſcribi teſtatur, hoc eſt, palpebra corrugata, contracta. Pro quo ῥικνὸν idem mihi legiſſe videtur, quod ῥυσὸν aut ῥικνὸν, hoc eſt, rugoſum exponit in Exegeſi. ῥιγνὸν Heſychius ῥιγωδέστερον, φρικῶδες exponit, quod eſt horrendum.

Ῥῖγος, rigor Latinis dicitur, & eſt perfrictio cum dolore & inæquali agitatione ac concuſſione totius corporis, Galeno lib. de tremore palp. &c. (p. 369. 1.) Ita autem definitur rigor morboſus (ῥῖγος νοσερὸν ibid. vocatur, & αὐτόματον) Com. 3. in lib. 1. Epid. (p. 387. 44.) & ῥῖγος νοσῶδες Hippocrati lib. 4. de Morb. (p. 175. 34.) in interna corporis penetralibus conceptus, cùm à nulla externa violenta cauſa, ſed ſponte, corpus talem habet affectionem. Nam in ſanis aliter & vniverſaliore notione rigorem vſurpare licet, nempe vt de omni perfrictione cum dolore dicatur. Rigorem autem nõ eſſe perfrigerationis ſenſum cum tremore multis probat Galen. & tremoris & rigoris differẽtias ibidem adſcribit, tandemque concludit rigorem dici confertum, vehementem & violentum caloris natiui refrigerati ſenſum. Hippocrates etiam lib. 1. de Morb. (p. 137. 14.) rigorem fieri ſcribit perfrigerato toto corpore à refrigerato ſanguine. Et lib. 4. (p. 175.) violentam acrium humorum in partem aliquam irruptionem, & vehementem diſſidentium inter ſe humorum impetum, cum totius corporis concuſſu, rigoris originem facit. Quem ſanè rigorem febris comitem perpetuò eſſe teſtata eſt antiquitas, vt ibidem ex Hippocr. apparet, & ex lib. 1. de Morb. quem mihi locum adumbrare videtur Gal. Com. in ægr. 5. lib. 1. Epid. Eſt tamen ῥῖγος ἀνεκθέρμαντον, quòd à rigore corpus nõ recaleſcat, aut febriciter, veteribus Medicis ob ſummam frugalitatem incognitus rigor, quique (vt ſcribit Gal. lib. 5. de ſympt. cauſ.) horroris cuiuſdam potiùs, aut certe quàm minimum rigoris ſenſum præ ſe fert. Hic fit à pituita vitrea, frigidis & crudis ſuccis, victus intemperantia, deſide & otioſa vita, frequẽti balneorum poſt cibum vſu, & mulieribus familiaris eſt admodum, vt teſtatum reliquit Gal. multis locis, præcipuè lib. de tremore palp. &c. lib. de ſympt. cauſ. & lib. de inæquali intemp. & Com. in ægr. 5. lib. 1. Epid. Quod fuſioribus verbis duximus noſtris in lib. 1. Epid. Annotat. vbi multa de eo rigore ex Galeni & Hippocrat. mente adſcripſimus, vt nil neceſſe ſit hoc tempore nos eſſe prolixiores. Huiuſmodi rigor ῥῖγος ἰσχυρὸν vocatur Hippocrati aph. 8. ſect. 1. lib. 6. Epid. & δυσεκθέρμαντον Galeno, vt & ἀνεκθέρμαντον, quòd nulla febris ſubſequatur. Ideoque quod nouum id eſſet & inſolens, præterque communem morem rigor Epicratis vxorem abſque ſubſequente febre occupaſſet, adſcripſit Hippocr. lib. 1. Epid. ῥῖγος ἔλαβεν ἰσχυρὸς, οὐκ ἐθερμαίνετο, ὡς ἔλεγον, rigor vehemens eam occupauit, nec (vt aiebant) incaluit. Curatur autem huiuſmodi rigor Galeno, medicamentis calefacientibus, & humorum craſſitudinem ſecantibus edulijs cum potibus, quale eſt diatrion pipereon, aut diacalaminthes Galeni, aut quod ex ſucco Cyrenaico aut caſtorio componitur. fit autem rigor ob frigidam aut mordacem cauſam, quæ per ſenſiles corporis partes moueatur & cum impetu feratur, vt ſcribit Gal. Com. 5. in lib. 6. Epid. (p. 517. 43.) velut à pituita vitrea, qualia eſt quotidianarum febrium rigor, aph. 63. lib. 4. & Com. in aph. 8. ſect. 1. lib. 6. Epid. Vel à bile per ſentientia corpora vehementer mota, velut in tertianis febr. & ardentibus aph. 58. lib. 4. Vel etiam ab humore melancholico violenter commoto & per ſentientia membra delato, velut quartanariorum circuitnum rigor lib. 2. de diff. feb. cap. 1. & lib. 1. ad Glauc. & lib. de rigore, tremore, &c. & com. in aph. 8. ſect. 1. lib. 6. Epid. Qui ſane rigor à tertianæ feb. & ardentis rigore non minimùm differt, vt ſcribit Gal. eique curando medicamentum ex caſtorio conuenientiſſimè accommodat. Verùm hic potius horror quàm rigor dicendus eſt, cum horrorem debilem eſſe rigorem velit Hippocr. lib. 1. de Morb. (p. 137. 18.) Horrorem etiam pro rigore poſuit Celſus cap. 8. lib. 2. ex aph. 88. lib. 4 cùm ſcribit: Febrem autem ardentem (quam Græci καῦσον vocant) ſubitus horror exſoluit. Latini quoque febrium rigores in acceſſionibus, cum tremore rigores aut horrores dicunt, vt Ruellius & Hermolaus. ῥίγεα πυρετώδεα ſunt rigores febriles, quique febres excitant, aph. 17. & 20. lib. 5. & lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p. 112. 32.) ῥίγεα etiam pro perfrictionibus & refrigerationibus ſumit Philotheus aph. 69. lib. 5. Sic enim ſcribit: ῥίγεα λέγει οὐ τὰ συνήθη ἐν καύσῳ καὶ περιψύξεις ἐγχειμάστους, ἀλλὰ τὰς περιψύξεις μόνον. Rigor ſanguinis ex naribus profuſionem quæ initio liberalis contingit, ſiſtit, in Prorrhet. (pagina 215. 41.) οἷσιν ἐξ ἀρχῆς αἱμοῤῥαγίαι λάβραι, ῥῖγος ἵστησι ῥύσιν. Et ibidem (verſ. 45.) ἐξ αἱμοῤῥαγίας ῥίγεα μακρὰ rigores qui ſanguinis ex naribus profuſioni ſuccedunt, diuturniores eſſe ſolent. Rigor ex vtre ventriculi ferè ortum ducit, febris verò ex inferiore ventriculi parte, aph. 29. ſect. 5. lib. 6. Epid.

Ῥίζα, radix, ſic vocatur Hippocrati, teſte Gal. in

Exeg. herbę genus quoddã, ſine flore, ſine ſemine, tria oblonga folia per terrã ſtrata habens, digitorum duorum magnitudine, & an. buſæ ſimilia, radicem verò tenuem imbecilliter purgantem. Quidam Dioſcoridis ὄνοσμα eſſe exiſtimant, quod deſcribitur cap. 147. lib. 3. Hippocr lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 268. 36.) in fluore muliebri viribus valentibus veratri potionem exhibet, imbecillis verò ῥίζαν τινὰ ἐλατήριον. Idem lib. 5. Epid. (p. 338. 48.) in iuuene quodam Euboïco ῥίζαν vt medicamentum deorſum purgans imbecillum propinatur. ἔπινε κάτω, ῥίζαν ἐλατήριον. medicamentum deorſum purgans imbecillum, nempe radicem, ebibit. Vbi tamen Cornarius ellebori radicem ſumpſit. Eſt & ῥίζα αἰθιοπικὴ Hippocr. radix Æthiopica, & pro lateꝛe aut ſilphio ſumitur, lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 229. 7.) Celſus cap. 16. lib. 3. per radicem ſimpliciter glycyrrhizã intelligere videtur.

Ῥίζαν λευκὴν, τὴν τοῦ δρακοντίου, dracunculi radicem exponit Gal. in Exeg. apud Hippocr. Quam mihi vſurpare videtur lib. 2. de Morb. (pag. 151. 26.) τὴν ῥίζαν τὴν λευκὴν καὶ τοῦ ἐλλεβόρου λείχειν. radicem albam & veratri lingat. Et lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pagina 221. 9.) τὴν λευκὴν ῥίζαν τρίψας λείην. albam radicẽ lænigatam in peſſo ſubdu. Quod etiam reperitur lib. 1. περὶ γυναικ. (pagina 261. 4.) Et rurſus ibidem (p. 219. 43.) τὴν λευκὴν ῥίζαν λείην κόψας. radicem albam læuigatam tuſam. ῥίζα ἀλθαίας, agreſtis maluæ radix exponitur Erotiano apud Hippocr, quam Romani Ibiſcum nominant.

Ῥίκνωσις rugoſitas & corrugatio dicitur in cute, cùm extenuatione concidit ac corrugatur, cui ἔκτασις opponitur, cùm refectione ac repletione cutis extenditur. ῥίκνωσις extenuati corporis ſignum ponitur, vt refecti ἔκτασις, aph. 21. lib. 6. Epid. ſect. 3. χρωτὸς ῥικνώσιες, ἐκ μινυθήσιος, ἐκτάσιες ἐν ἀνατροφῇσιν. cutis concidentis corrugatio, refertæ extenſio. Vbi ſcribit Gal. ῥικνὸν μὲν ὀνομάζουσιν οἱ Ἕλληνες σῶμα τε καὶ δέρμα τὸ ῥυτιδούμενον ἅμα συστολῇ, καθάπερ ἐπὶ τῶν γερόντων ὁρᾶται, καὶ δηλονότι τὸ πάθος αὐτῶν ῥίκνωσιν. Rugoſum quidem corpus aut cutim nominant Græci, quod in rugas cõtrahitur, quale quiddam in ſenum cute cernitur, eumque ipſius affectum ῥίκνωσιν corrugationem. Huic opponitur ἔκτασις, quę eſt (vt ibidem ſcribit Gal.) εἰς μῆκος καὶ πλάτος τοῦ σώματος ἐπίδοσις, corporis in longitudinem & latitudinem incrementum. Inde ῥικνώδεις ſunt rugoſi & quibus corpus corrugatur cùm horrent, aph. 19. lib. 6. Epid. ſect. 3. Ῥικνὸν ῥυσὸν, aut potiùs ῥυσὸν exponit Gal. in Exeg. rugoſum.

Ῥινήματα ἢ ῥινίσματα, ſcobes, ramenta, & quæ lima deteruntur, πρίσματα etiam dicuntur, velut ſerramenta, & πλανίσματα vocantur Aëtio tetrab. 2. ſect. 4. cap. 3. πλανίσματα κυπαρίσσου, præſegmina, & ἰχθυρήματα Hippocrati lib. περὶ ἑλκῶν. ῥινήματα χαλκοῦ, æris ramenta & ſcobes, lib. 1. περὶ γυναικ. (pagina 258. 22.) & apud Gal. lib. 3. κτ̀ τόπ. (pagina 200. 44.) in Lamponis medicamento, ῥινήματα χαλκοῦ ἐρυθροῦ, æris rubri ſcobes.

Ῥινοσχαραχθεὶς exponitur Erotiano apud Hippocr. ῥῖνα ὑπ' ὄνυχος ξυσθεῖσα. χάψαι γὰρ λέγεται τὸ ξῦσαι, ὡς καὶ Ὅμηρος φησί· ταῦ δί μ' ἐπιγράψας ταρσὸν ποδὸς. Verùm ſatis conſtat vitiatos eſſe Erotiani codices, & ῥῖς ὀνυχοχαραχθεῖσα leg. & ῥὶς ὑπ' ὄνυχος ξυσθεῖσα, ac ab eo ſubnotari aph. 8. ſect. 6. lib. 6. Epid. vbi legitur, ῥὶς ὀνυχοχαραχθεῖσα, οὐχ ᾑμορράγησεν. naris vnguibus ſcalpta, aut raſa, ſanguinem non profudit. Vbi iſtud per chirurgiam tentatum fuiſſe vult Gal. idemque annotat Medicos antiquos ſolitos inſtrumentis quibuſdam ferreis, aut etiam vnguibus narium venas reſcindere in capitis grauitate, ad profundendum ſanguinem. χάψαι verò ξῦσαι exponit Erotianus quod eſt radere, incidere, adducto Homeri teſtimonio ex Il. λ. (v. 388.) de Diomedis vulnere, vbi ἐπιγράψας, ἀπαλῶς ἐπιξύσας exponit Schol. quod eſt, leuiter radens, leuiter attingens, aut incidens. Hęc verò Erotiani litera manifeſtum vitium præ ſe fert, cùm mulieri attribuat quę viro debentur apud Hippocr. vt etiam teſtati ſumus noſtris in eum locum Annotationibus. ῥῖνας σκάλλειν, quod eſt nares fodere, phrenitidis ſymptoma ponitur lib. de rat. vict. in morb. ac. (pagina 98. 43.) τὰ ἐκ ῥινῶν dicuntur Hippocrati quæ ex naribus effluunt, ſed præcipuè de ſanguinis ex naribus profluuio intelligitur, in Coac. Prænot. (pagina 431. 22.) οἷσι τὰ ἐκ ῥινῶν. quibus ex naribus ſanguis profluit.

Ῥινὸς δέρμα exponitur Erotiano apud Hippocr. hoc eſt, cutis, corium aut pellis. Sic Heſychius etiam ῥινὸς δέρμα. & ῥινὸν, τὴν βύρσαν, τὸ δέρμα. & ῥινὸς, βύρσας, δέρματα. & ῥινῷ, δέρματι, βύρσῃ.

Ῥιπτάζειν fit à ῥίπτω, & iactare ſe aut corpus diſiicere ſignificat, cùm ęgri ſubinde locum commutant, neque vno loco ſtare queunt, ſed corpus huc atque illuc inæqualiter diſiiciunt. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (pagina 100. 51.) καὶ ὡς ἥκιστα ῥιπτάζειν. & vt quàm minimùm ſe iactent, ſed vt quieſcant. Sic enim ibi exponit Gal. ἀλλ' ἡσυχάζειν. Lib. 2. de Morb. (pag. 144. 13.) καὶ ἀλυεῖ, καὶ ῥιπτάζει αὐτὸς ἑωυτὸν ὑπὸ τῆς ὀδύνης. æſtuat & præ dolore ſeipſum iactat. Et rurſus ibidem (pagina 156. 48.) καὶ ῥιπτάζει αὐτὸς ἑωυτόν. & ſeipſum iactat, diſiicit. Ac rurſus lib. 3. (pagina 158. 38.) καὶ ῥιπτάζει ἑωυτόν. ſeipſum iactat. Sic ῥιπτάζεσθαι eſt iactari, & corporis incontinentia conflictari. Galen. enim Comment. 3. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 76. 50.) ῥιπτάζεσθαι ἄστατόν τινα καὶ δυσφορίαν ἔχειν exponit, quod eſt corporis anxietate & implacabilitate vexari. Lib. 4. Epid. (pagina 332. 18.) ἐρριπτάζετο iactabatur. Hinc ῥιπτασμὸς corporis iactationem ſignificat (vt vertit Aurelianus cap. 27. lib. 2. Acut.) diſiectionem & incontinentiam. ἀλυσμὸν & ἀπορίαν exponit Galen. in Exeg. & ἀπορίαν. Lib. 3. de Morb. (pag. 161. 44.) ῥιπτασμὸς cum ἀπορίῃ & ἀδημονίῃ cõiungitur, & lib. 5. Epid. (pagina 339. 22.) Quam vocem etiam vſurpat Hippocr. lib. 4. Epid. (pagina 330. 15.) & in Coac. Prænot. (pagina 426. 20.) & lib. de rat. vict. in morb. ac. (pagina 76. 39.) ῥιπτασμοὶ τῶν μελέων πολλοί. iactatio-

lactationem membrorum facit, vbi etiam δυσφορίην iungit Hippocr.

Ῥιπτεῖν τὰ σκέλεα, crura huc & illuc iactare, proiicere, velut qui ex neruorum reſolutione ea imbecilla habent, & inter eundum illa circumagunt, ac in exteriorem regionem proiiciunt. Sic enim interpretatur Galen. Comment. in aph. 13. ſect. 3. lib. 6. Epid. ῥιπτοῦντα τὰ σκέλεα, hinc inde crura iactantem.

Ῥιχὼ Erotiano dicitur eſſe εἶδος ἀναπνοῆς, reſpirationis ſpecies, in dictione ἀφαρεχεῖ. Sed hæc lectio mihi vitium ſubolere videtur, vt antea ſcripſimus, etſi pro ῥίχὼ ῥέγχω quidam codices ſubſtituunt.

¶ Ῥὶα exponit Galen. in Exeg. τὰ ἐκ τ συκαμίνου τὰ μόρα, ἃ ἔτια ἄωρα ξηρανθέντα ἢ κοπέντα τοῖς ὄψοις ἐπιπάττεται, καθάπερ ἢ ὁ κυρίως ὀνομαζόμενος ῥοῦς, ὡς ἢ ὁ Διοσκουρίδης ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ὕλης λέγει. hoc eſt, mori arboris poma, quæ immatura ſiccata & tuſa obſoniis inſperguntur, non ſecus ac is qui propriè rhus nominatur, velut etiam Dioſcorides dicit lib. 1. de Materia. (Sic enim lego ex Vatino) Quibus ſanè verbis Galen. Dioſcor. verba ex cap. 181. lib. 1. referre videtur. τὰ δὲ ἄωρα μόρα ξηρὰ κοπέντα, ἀντὶ ῥοὸς τῷ ὄψοις μίγνυται. Immatura mori poma ſicca tuſa, acinorum rhois vice obſoniis miſcentur.

Ῥογμὸς ſonus eſt quem ſtertentes ſupini edunt, ronchus Latinè dicitur, gutturis ſtridorem & pectoris reſonãtem ſtridorem vertit Cælius Aurelianus cap. 10. & 27. lib. 2. Acut. vt antea diximus.

Ῥόδινον χρηστὸν, oleum roſaceum bonum vocatur Galeno, in quo plurimæ roſæ ſunt maceratæ, nihilque aliud præter roſas additur, quod faciunt qui ſuccorum ſpiſſamenta odorata, Græcis ſtymmata appellata, adiiciunt, quò videlicet per multum tempus roſaceum odoratum permaneat. Sic autem oleum in quo roſæ macerantur, ex crudis oliuis necdum penitus maturis expreſſum. Galen. cap. 1. lib. 3. περὶ κτ τόπ.

Ῥυὰς (meliùs tamen ῥυὰς ſcribitur) eſt oculorum fluxio ex carnis imminutione in maiore angulo. Galen. Comment. 2. in lib. 6. Epid. (p. 467. 21.) eius quatuor modos facit. Aut enim fit meatu qui eſt ad magnum oculi angulum conniuente, aut obſtructo, aut tam multo excremento in oculo collecto, vt id ipſum meatus propter naturalem anguſtiam continere non poſſit, extraque effundatur: Aut cùm cicatrix enata in angulo meatum occœcauerit, vt fit poſt encanthidum ſectiones, aut aliter vlcerato loco. Eſt autem ῥυὰς Authori Definit. Med. (pag. 400. 20.) ἡ ἐγκανθὶς ζαρκὸς ἐλάττωσις, ἐξ ἧς τὸ δάκρυον ἀπορρεῖ. Carnis angulorum conſumptio, propter quam lachryma effluit. Et in Iſagoge (pag. 386. 37.) ῥυὰς ἐστὶν ὅτι ὀφθαλμοῦ, ὅταν ἔκ τινος αἰτίας ἀδήλου ὁ κανθὸς περιλειφθῇ, ἢ ἐκ χειρουργίας ἀρθῇ, ἢ μηκέτι στέγει τὸ δάκρυον ἔξω τοῦ, ἀλλὰ ῥευματίζεται. Rhoias eſt, cùm angulus ex latente quadam cauſa receſſerit, aut ex manus curatione ſublatus fuerit, neque lachrymam amplius continere poſſit, ſed fluere ſinat. Hinc ῥυάδες ὀμματα dicuntur oculi fluxione tentati, aph. 24. ſect. 2. lib. 6. Epid. vbi ῥυάδεες ὀφθαλμοὺς exponit Galen. & ῥυάδες ὀφθαλμίαι. lippitudines fluidæ lib. 1. Epid. vt antea ſcripſimus; ac rurſus ῥοώδεες ibidem (pagina 364. 20.) quibus alui ſunt humidæ & continenter deiiciunt. & γυναῖκες ῥοώδεες, mulieres fluidæ & humidæ, lib. de aëre, loc. & aq. (pagina 452. 37.) Sunt etiam ῥοώδεα ὀστέα lib. de art. (pagina 661. 12.) oſſa fluida & fluxa, ac veluti vndoſa, quæ vbi ſiderata ſunt & fluxione tentata, diffluunt ac ſeparantur. ῥοώδεα tamen videtur legiſſe Erotianus, cùm ῥοώδεα ὀστέα καὶ χωρίσματα ἀπ' ἀλλήλων exponit, μεταφορικῶς ἀπὸ τοῦ ῥεῖν εἰρημένα, hoc eſt, à ſe inuicem ſeparata, ex tranſlatione à fluendo dicta. Vbi tamen ῥοικώδεα legũt exemplaria multa, velut in Mochlico (pagina 509. 28.) quod eſt diſtorta & incurua. Quam lectionem ſecuti ſunt interpretes, eamque etiam videtur agnoſcere Erotianus, cùm ſtatim poſt ῥοώδεα ὀστέα, ῥοικώδεα exponit ἀπαλὰ ἢ χαῦνα ἢ στρεβλὰ οἰκῆλον. Etſi non parum mihi ſuſpecta eſt iſta lectio, & pro ἀπαλὰ ἄρα aut ὀστᾶ lubentius lego & σκολιά, vt ſit ſenſus ῥοικώδεα ὀστᾶ, quæ diſtorta & peruerſa appellauit. Vtranque verò lectionem etiã agnoſcit Caluus, cùm diuulſa & diſtorta oſſa dixit, vt noſtris quoque eum in locum Annotat. monuimus.

Ῥοικὰ σώματα fluida & fluxa corpora dicuntur Scytharum Nomadum ob multam mollitiem & humiditatem, lib. de aëre, loc. & aq. (pagina 79. 7.) ac rurſus ibidem (verſ. 12.) ῥοικὰ τὰ εἴδεα muliebrium corporum fluxæ formæ & fluidæ. Verùm ῥοικὰ videtur legiſſe Galen. cùm in Exeg. ῥοικὰ καμπύλα, hoc eſt, incurua exponit. Quam etiam lectionem ſecutus videtur Caluus, qui diſtorta & incurua vertit. Eſt enim ῥοικὸν τὸ ἐπικαμπὲς ἢ στρεβὸν, ὃ ἢ ῥαιβὸν λέγεται. Idque apud Ionas ſignificare annotatur ex Corintho. Cuius ſignificationem ampliſſimam dedimus antea in ῥαιβός.

Ῥόμβος, rhombus, eſt deligationis ſpecies qua in capite vti ſolent chirurgi, cùm ſuturas relaxatas, vel vlceris oras expanſas conſtringere conſilium eſt, vel cutem plurimùm detractam adducere atque agglutinare. Galen. Comment. 2. in lib. κατ' ἰητρεῖον (pagina 676. 54.) Rhombi meminit Galen. libello de faſciis, eiusque plures exhibet ſpecies. Hinc ῥομβοειδεῖς διαλείψιες dicuntur vinculorum interceptiones rhombi figuram referentes, lib. de art. (pagina 605. 56.) Sunt autem ῥομβοειδῆ σχήματα Galeno, figuræ rhombum referentes æquilateræ, ſed non rectangulæ. ῥομβοειδέστατοι autem quod legit Eror. ex Mochlico (pagina 505. 45.) antea in ῥαιβὸς ſatis explicuimus & reſtituimus.

Ῥύμματος Gal. apud Hippocr. exponit ῥοφήματος, ἢ ῥοφήματος, quod eſt ſorbitionis, à ῥέω pro ῥοφῶ, vnde etiam ῥοφητὸς idem quod ῥοφητὸς, ſorbilis. Idem quoque ῥύπτων ῥοφημάτων apud Hippocr. explicat, ἢ πάντων τῶν ὁπωσοῦν ῥοφουμένων, ſorbitionum, aut omnium quæ quomodocunque ſorbentur.

Ῥοῦς, ῥοῦ, ſimpliciter antiquis dicitur qui cæteris ῥοῦς γυναικεῖος, fluor muliebris, vt videre eſt apud Hippocr. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pagina 217. 7.) & (pagina 226. 2.) & (pagina 228. ſæpius) & lib. 1. περὶ γυναικ. (pagina 245. 7.) (vbi tamen ῥόος pro alui profluuio ſumi videtur, vt & (pagina 226. 2.) & apud Aretæum cap. 11. lib. 2. περὶ χρον. παθ. Additur verò interdum coloris diſcrimen, & ῥοῦς λευκὸς, ἐρυθρὸς, πυῤῥὸς vocatur velut lib. 2. περὶ γυναικ. & interdum μέλας Authori Definit. Med. ῥοῦς autem γυναικεῖος à menſtrua purgatione differt, quã ἔμμηνον κάθαρσιν appellant, vt patet ex Galen. lib. 1. de Aliment. fac. (pagina 314. 33.) vbi de lente agitur. οὐκ ἐπιτήδειος ἐστιν οὐδ᾽ εἰς τὰς ἐμμηνίους καθάρσεις, παχὺ καὶ δύσρουν ἐργαζομένη τὸ αἷμα. τῷ δὲ καλουμένῳ ῥῷ γυναικείῳ χρησιμωτάτη. Menſtruis purgationibus minimè eſt accommoda, ſanguinem craſſum & minimè fluxilem efficiens. At muliebri nuncupato fluori valde eſt vtilis. Apud Hippocrat. tamen lib. de Loc. in homine ῥόος pro fluxione menſtrua ſumi videtur (pagina 74. 12.) οὐ γίνεται ῥόος τὰ καταμήνια, fluxio non fit quæ menſium nomine donatur. Et rurſus ibidem (v. 26.) οὐ γίνεται ῥόος τὰ καταμήνια καλεύμενα. fluxus non fit qui menſium nomine vocatur. Et (verſ. 45.) οἱ δὲ ῥόοι ὁκόταν μὴ εὐθέως ἴωσιν ἡ κάθαρσις, εὐθέως ὕφαιμοι γίνονται. fluxus verò vbi confeſtim purgatio proceſſerit, ſtatim ſubcruenti fiunt. Ibidem ὕφαιμα καταμήνια vocat. Rurſus etiam ibidem ῥόον & ἀῤῥοίην inter ſe opponit, vt ἀῤῥοίη ſuppreſſionem menſium, ῥόος verò effluxionem indicet. Eſt ῥοῦς αἱματηρὸς, fluor ſanguineus, in Coac. Prænot. (pagina 440. 18.) ῥοῦς ἐρυθρὸς etiam Hippocrati ſæpius τὸν βυρσοδεψικὸν, hoc eſt, Rhoen coriarium ſignificat lib. περὶ γυναικ. Et lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (pagina 113. 37.) ῥοῦς συνοδεψικὸ inter adſtringentia annumeratur.

Ῥόφημα ſorbitionem aut ſorbitiunculam ſignificat, eamque quæ ex hordei cremore fit apud Hippocr. ſorbilem cibum vertit Cælius Aurel. cap. 19. lib. 2. ex lib. de rat. vict. in morb. ac. (pagina 107. 22.) Gal. Comment. 3. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (pagina 80. 57.) πτισσάνης δὲ χυλὸς ἐστι ῥόφημα, χάριν τοῦ θρέψαι τὸ σῶμα, καὶ τὴν δύναμιν ῥῶσαι λαμβανόμενος. Eſt autem ſorbitio ptiſſanæ cremor, qui aſſumitur vt corpus nutriatur & vires confirmentur. χυλὸν verò interdum addit Hippocrat. vt lib. de rat. vict. in morb. ac. (pagina 107. 22.) & lib. 7. Epid. (pagina 352. 10.) ῥύφημα etiam pro ῥόφημα & ῥυφεῖν pro ῥοφεῖν apud Hippocr. ſcribitur, idque tum in publicatis tum in manu ſcriptis codicibus, vt Prorrhet. 2. (pagina 414. 24.) & lib. 7. Epid. (pagina 351. 47.) ῥυφήμασι pro ῥοφήμασι. Rurſusq; ibidem (pag. 355. 30. & 31.) ῥυφεῖν pro ῥοφεῖν, & ἐρύφανε pro ἐρόφανε. Et (pagina 352. 10.) ἐρύφησε χυλὸν, ſorbitiunculam ex hordeo ſumpſit, ſuccum ſorbuit. Et ibidem (verſ. 26.) ῥυφαίνοντι κύμινον καὶ ᾠὸν, cuminum ex ouo ſorbenti. Et ῥυφέειν (verſ. 38.) vt ῥυφήμασι (verſ. 35.) Rurſusque ibidem (pagina 363. 17.) λεπτὸν ῥύφημα, tenuis ſorbitio. ῥοφήματα inter debiliores & coctu faciliores cibos referuntur lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pagina 6. 12.) vbi ῥοφήματα dici videntur cibi humidi, cùm paucus ſolidus cibus multo humido diluitur & miſcetur, vt modica valentioris cibi vis multo humore frangatur & temperetur. εὗρον ῥοφήματα, μίξαντες ὀλίγα τῶν ἰσχυρῶν πολλῷ τῷ ὕδατι, καὶ ἀφαιρεόμενοι τὸ ἰσχυρὸν τῇ κρήσει τε καὶ ἑψήσει. Sorbitiones inuenerunt, paucam valentioris cibi quantitatem multa aqua diluentes, eique vim mixtura & coctione detrahentes. Poſt ῥοφήματα verò inter debiliores cibos σιτία ponuntur.

¶ Ῥυάς, vide ῥυάς antea, vnde ῥυάδες ὀφθαλμοὶ, oculi antroſi quibuſdam dicuntur, cùm exulceratione, aut pterygii, aut incrementi carnis ablatione, totus angulus fuerit funditus ſublatus, allabentemque lacrymam cohibere non poterit, ſed ad malas defluit, Aëtio tetrab. 2. lib. 3. cap. 90. vbi tamen ῥυάδες ὀφθαλμοὶ ſcribuntur.

Ῥύεσθαι eſt ſeruare, liberare, conſeruare, eximere è periculo & ſanare, aut ſoluere, vt aph. 21. lib. 5. θερμὸν δὲ ταῦτα ῥύεται. Calor nanque hæc ſoluit & ſanat. Vbi diſtenſionis medelam in frigidæ affuſione calori attribuit Hippocrat. Et ῥύεσθαι τῆς ἀποστάσιος ab abſceſſu vindicare aut liberare, aph. 74. lib. 4. Rurſusque aph. 28. ſect. 2. lib. 6. Epid. ἢν αἱ οὐρήσιες ῥύωνται, quando vrinæ liberant. Et aph. 28. & 29. ſect. 3. lib. eiuſdem. ἐφ᾽ οἷσι γινόμενα ῥύεται. quibus in morbis quæ facta ſunt liberant. Et, ἢ ἄλλῳ τινὶ ῥύεται. aut alio quopiam liberant. Ac rurſus aph. 22. ſect. 6. lib. eiuſd. οὖρον πολλὴν ὑπόστασιν ἔχον ῥύεται τὰς προσχημένας. Vrina multum habens ſedimentum delitia tollit. Sic lib. de art. (pag. 629. 26.) ῥύεσθαι τῆς ἄγαν ἐκθηλύνσιος καὶ τῆς αἰαυξήσιος dicitur, quod eſt, tollere nimiam mollitiem ac effœminationem, & quod augeri prohibet. Hinc ῥύματα βοηθήματα exponuntur Galeno apud Hippocrat. hoc eſt, præſidia & auxilia, παρὰ τὸ ῥύεσθαι, quòd nos à morte vindicent, aut mortis periculo eximant & conſeruent. Eſt & ῥύεσθαι defluere, ac de virium corporis exolutione ac diſſipatione effertur, vbi concidunt & exhauriuntur nimiis laboribus, aph. 3. ſect. 3. lib. 6. Epid. ἢν ὑφιέναι τῶν πόνων, ἐρύεται. De laboribus aliquid remittendum aliôqui defluet. Sic enim cum Galen. legimus, cùm aliôqui ῥύεται leg. omnia exemplaria. Per ῥύεσθαι autem ſubitam & repentinam vacuationẽ ſignificari ſcribit Galenus.

Ῥυῆναι idem quod ῥέειν Hippocrati ſignificat & de ſanguinis ex naribus fluxu effertur. Lib. 5. Epid. (pagina 340. 12.) κατὰ ἀριστερὰ πλεῖον συχνότερον ἐῤῥύη. ſiniſtra parte copioſior ſanguis, quòd in eam impegiſſet, effluxit, hoc eſt, è nare ſiniſtra. In Prorrhet. (pagina 209. 51.) ἢ τὸ ῥυῆναι πολὺ ἐν ἀρχῇσι. aut circa initia ſanguis è naribus magna copia effluẽs, quod αἱμοῤῥαγῆσαι exponit Galenus. Sic ῥύσις Hippocrati ſæpius de ſanguine ex naribus profluente dicitur. In Prorrhet. (pagina 215. 41.) ῥῖγος ἐπὶ ῥύσει. rigor fluentis ex naribus ſanguinis

guinis impetum ſiſtit. Id enim de hæmorrhagia ſcribitur. Et aph. 20. lib. 3. ῥύσιες αἵματος, ſanguinis ex naribus profluuia ac profuſiones dicuntur, quæ à morbis corpus vindicant, & Coac. Prænot. (pagina 427. 40.) Interdumque ῥύσιες αἵματος ἐκ ῥινῶν dicuntur, vt aph. 27. lib. 3. & ῥύσιες ἐκ ῥινῶν, Coac. Prænot. (pagina 428. 12.) & ῥύσιες ἐκ μυκτήρων, ibidem (pagina 427. 26.) & (pagina 429. 21.) ῥύσιες atiam ſimpliciter quandoque tam fluxionem ſanguinis ex naribus, quàm puris indicant, in Coac. Prænot. (pagina 428. 28. & 29.) Eſt & ῥύσις κοιλίης Hippocrati, alui fluxus & profluuium. alui deiectiones vertit Celſus cap. 1. lib. 2. ex aph. 16. lib. 3. & aph. 14. lib. 2. Et in Coac. Prænot. (pagina 428. 13.) ῥύσιες κοιλίης χολώδεες, alui fluxio biliosa, quæ morbos ac febres plærunque ſoluit. Et aph. 16. lib. 7. ῥύσις tam de alui fluxu, quàm de capillorum defluuio accipitur. Velut interdum ῥύσις τριχῶν dicitur, vt aph. 11. & 12. lib. 5. ῥύσις autem vna eſt ex Methodicorum communitatibus, & ῥύσιν definiunt Methodici ἀμέτρως ἀραίωσιν τῶν σωμάτων καὶ ἀπόκρισιν τῶν ἐπισχέσεως δεομένων. Immoderatam corporum rarefactionem & euacuationem eorum quæ ſuppreſſione egent. Gal. lib. de optima ſecta.

Ῥυήματα dicuntur Itriorum & dulciariorum liborum genera, ex melle & ſimilagine præparata, laganis præſtantiora. placentas & liba vertunt. Succi ſunt craſſi & pituitoſi, eorumque meminit Galen. Comment. 1. in lib. de Nat. humana (pagina 15. 34.) & lib. de alim. fac.

Ῥύμη impetum ſignificat & τὴν ὁρμήν. lib. περὶ ἰητροῦ (pagina 13. 26.) ῥύμη αἵματος dicitur, ſanguinis impetus. μέρη γάρ ἐστιν ἔνια τοῦ σώματος, ἃ ἐν τάχει μὲν ἔχει τὴν ῥύμην τοῦ αἵματος. Quędam enim corporis partes celerem habent ſanguinis impetum. Ibidem poſtea (pagina 14. 1.) τὴν ῥύσιν τοῦ αἵματος κωλύειν dicit, quod eſt, ſanguinis fluxum impediti.

Ῥυσσοῦνται ἔσωθεν ὀφθαλμοί, intus corrugati oculi aut rugoſi dicuntur Hippocrati, aph. 16. ſect. 1. lib. 6. Epid. Vbi ſcribit Galen. corrugari oculos ex imbecillitate & frigiditate, vt in ſenibus. ὅταν ὁ ἐπιπεφυκὼς ὑμὴν τοῖς κινοῦσι τὸν ὀφθαλμὸν μυσίν, ὁ μέχρι τῆς στεφάνης ὀνομαζομένης, ἐκλυθῇ καὶ χαλαρὸς γένηται, ῥυσσοῦσθαι συμβαίνει τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔσωθεν. εἰ γὰρ ἔξωθεν ῥυσσωθεῖεν, εἴη ἂν οὕτω γε τοῦ δέρματος τὸ πάθος. ὅτι δὲ ἀσθενείας καὶ καταψύξεώς ἐστι σημεῖον, τὸ ἔργον δηλοῖ, καὶ τὸ συμβαῖνον ἐπὶ τῶν πάνυ γερόντων. ὁρῶνται γὰρ αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοὶ ῥυσσούμενοι. Quando muſculis oculũ mouentibus agnata membrana, quæ ad oculi circulum coronam appellatum porrigitur, tum diſſoluta, tum relaxata fuerit, intrò corrugari oculos contingit. Extra enim ſi corrugentur, tunc ſanè cutis erit hic affectus. Imbecillitatis autem & refrigerationis indicium eſſe id teſtatur, quòd in valde ſenibus accidit. In his enim oculi corrugati cernuntur. Ῥυσώδεες γαστέρες, ventres rugoſi, corrugati, exaſperati, ſcabri, ex ſiccitate aut nimio calore, Prorrhet. 2. (pagina 420. 48.)

Ῥυώδεες τὰ οὖρα, qui vrinam profluam habent, & quibus vrina ſine voluntate redditur ac profluit, lib. de art. (pagina 622. 33.)

¶ Ῥωγμαλέης exponitur Galeno in Exeg. vt antea in ῥῆγμα ſcripſimus.

Ῥωγμή, τῶν καταγμάτων vna ſpecies Authori Definit. Med. (pagina 399. 38.) & inter fracturas capitis reponitur, definiturque ἐστὶ ὀστοῦ διαίρεσις ἐπιπόλαιος, εὐθεῖα, καὶ ἤτοι στενή, ἢ πλατεῖα, oſſis in ſuperficie ſectio, recta, eaque aut anguſta, aut lata. De qua Paulus cap. 90. lib. 6.

Ῥωσαμένως, valenter, robuſtè, validè & cum robore ſignificat, vt libello περὶ καρδίης (pagina 54. 47.) ὅπως θάλλῃ ῥωσαμένως ἐν φυλακῇ. Vt cum robore vigeat in cuſtodia.

# OECONOMIAE

## HIPPOCRAT.

### ΤΟ Σ.

ΣΑβακὸς putridum ſignificat & purulentum apud Hippocr. lib. 1. de Morb. (pag. 139. 26.) ἢν δὲ ῥηγμαλέης ἔῃ ὁ τὴν ῥῆξιν ἔχων ἢ σαβακός. Quòd ſi ægro abſceſſus intrò rumpatur, ac purulentus euadat. σαβακὸς σαθρὸς apud Chios dicitur Heſychio, qui etiam σαβακῶς, αὐστηρῶς, ξηρῶς, βαρέως, exponit, auſterè, aſperè acerbè. σάβαγοι quoque dicuntur bacchantes Bacchæ, quæ Thyadum inſtar debacchari conſueuerunt. Sudæ verò ſunt ἑταῖραι, meretrices & ſcorta, παρὰ τὸ σαβάζειν quod εὐάζειν & βακχεύειν ſignificat, bacchantes imitari.

Σαθρὸς, marcidus, flaccidus, putris, lacerus & vietus. Hippocr. lib. 1. περὶ διαίτης (pagina 85. 8.) de ſudoribus. τὰ σαθρὰ ὑγιέα ποιέουσι, marcida & lacera ſana & integra reddunt. Rurſus ibidem. τὰ σαθρὰ ὑπὸ τῶν ἰητρῶν ὑγιαίνονται. à medicis marcida ſanãtur. Sic enim ſutoriæ Medicinam confert Hippocr.

Σαλεύειν eſt fluctuare, fluitare, iactare ſe & agitare, & in hanc vel illam partem vergere. Dicitur Hippocrati de his quibus vtrunque femur extra excidit, quique corpus in hanc vel in illam partẽ inter eundũ agitant & iactant.

Lib. de art. (pagina 833.50.) ὁμοίως γὰρ σαλεύουσιν ἐν τῷ ὀδοιπορεῖν ἔνθα καὶ ἔνθα. Similiter enim inter ambulandum hac & illac ſe iactant, aut fluctuant. Tropicè enim ſe iactare & fluctuare dici videtur, vt σαλεύειν. Non ſecus apud Virg. Talia iactanti, hoc eſt, animo agitanti, Et magno curarum fluctuat æſtu, hoc eſt, agitatur & iactatur. σαλεύειν verò idem eſt quod ἀμφιρρέπειν Hippocrati. Quod enim ἀμφιρρέπειν dixerat, de his quibus alterum crus extra luxatum fuerat, idem σαλεύειν de his quibus vtrunque extra prolapſum eſt, effert.

Σάξαι eſt indere, premere, complanare, ac dicitur de his quæ densè plena ſunt & conferta Hippocrati lib. περὶ ἀφόρων (pagina 296.3.) de catulo aromatibus referto & pleno ad fomentum parandum. καὶ σκυλάκιον ἐξελὼν τὰ ἐντοσθίδια, ἐμπλῆσαι καὶ σάξαι ὡς μάλιστα τῶν ἀρωμάτων. catuli interaneis exemptis aromatis quàm penitiſſimè inditis expleto, hoc eſt, quàm maximè preſſis & denſis impleto. σάξαι Heſychius ναξαι exponit, & viciſſim νάξαι, σάξαι, βύσαι, & σεσαγμένος πεπιλημένος. Apud Hippocr. autem pro σάξαι exēplaria quædā manu ſcripta ἐνσάξαι habent. Vide σάττεσθαι aut νάσσειν poſtea.

Σαπέρδης, ſaperda, piſcis eſt & pro obſonio ſumitur apud Hippocr. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 200.48. & p. 201.42.) velut etiā Archeſtrato apud Athenæū & obſoniū eſt Ponticum. Sed Perſius, En ſaperdam aduehe Ponto.

Σαπρὸς quod vetuſtate eſt putridum dicitur Galeno Com. 3. in lib. de fract. (pagina 571.12.) vbi σαπρὰ quæ vetuſta ſunt & diuturna dici ſcribit, non quæ corrupta ſunt. Hippocr. ibidem τὰ ὀστέα σαπρὰ γίγνεται, oſſa emarcuerunt aut carie vitiata ſunt. & σαπρὰ γενόμενα, quæ cariem contraxerunt, vt lib. 5. Epid. (pagina 338.12. & p. 339.13.) oſſa quæ ſyderata ſunt & abſceſſum fecerunt. Dioſcorides lib. 1. cap. 113. τῶν ξύλων σαπρότητα καὶ σαπρίαν, lignorum vetuſtorum marcorem & cariem vocat. Ariſtoph. Schol. σαπρὸν τὸ σαθρὸν διὰ τὸν χρόνον, hoc eſt, vetuſtate putidum veteribus dictum ſcribit, poni autem ἀντὶ τοῦ ἀρχαίου καὶ παλαιοῦ. Et σπονδὴν σαπρὰν Ariſtophani dici παλαιὰν καὶ ἀρχαίαν ἐν εἰρήνῃ. & σαπρὸν τὸ χρόνιον ἐν εἰρήνῃ. σαπρὸς ex Corintho annotatur τὸ σαθρὸς Ionibus dici, quod eſt, putridum. σαπρὸν quoque putridum & corruptum Hippocrati ſignificare videtur, velut lib. 1. de Morb. (pag. 132.20.) de purulento ſcribitur, ἀπόλλυται δὲ ὥσπερ ἐν τοῖσιν ἔμπροσθεν εἴρηται ὑπὸ τοῦ πλεύμονος ἐμπύου καὶ σαπροῦ γενομένου. perit quemadmodum in ſuperioribus dictum eſt, purulento & putrefacto pulmone. Ac rurſus ibidem (p. 134.15.) ἀπόλλυνται δὲ δι' ὀλίγου, ὑπὸ τοῦ πλεύμονος ἐμπύου ἐόντος ὅλου καὶ σαπροῦ. Sic lib. περὶ ἀνθρώπου φύσ. (p. 61.46.) σαπρὸν τὸ πλεύμονα in ſuppuratis fieri ſcribit. Gal. quoque Com. in lib. 2. de fract. (p. 546.16.) carnem putridam & corruptam σαπρὰν dici ſcribit, καὶ μυδῶσαν καὶ σεσηπυῖαν, aliiſque nominibus aſſici. Erotianus apud Hippocr. σαπρὰ σαθρὰ exponit, & μυδῶσα καὶ σαπρὰ ex Hipponacte citat. (Sic enim meliùs quàm μαδῶσα, vt habent omnia exemplaria, ſcribi cum Henrico Steph. exiſtimo.) De carnibus vetuſtate marcidis & propè ad putredinem accedentib. ἕωλα καὶ σαπρὰ dixit Hippocr. lib. 2. περὶ διαίτης (p. 96.42.) Et lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 251.29.) de vlcerib. vteri, καὶ σαπρὰ ταχὺ γίνεται, & breui putrida euadunt. Idem lib. de vlceribus (p. 515.47.) Myſi optimè læuigatum ἐπὶ τὰ ὑγρὰ καὶ σαπρὰ h. e. ad humida & putrida aſpergere iubet. Et lib. 5. Epid. (p. 335.10.) de mala intumeſcente, ἀλλ' οἰδεῦσα σαπρὴ ἐοῦσα ξηρὴ σαπεδὼν. verùm intumeſcens arida putredine marceſcebat. Et rurſus, ἐξετμήθη κύκλος σαπρός. putredo in circulum execta eſt, aut malarum tumor putridus exectus eſt. σαπρὸς verò idē quod σαθρὸς ſignificat, quod interdum ruinoſum, debile & infirmum indicat, vt apud Platonem in Euryphrone. Et τὰ σαθρὰ τοῖς ὑγιαίνουσιν opponuntur lib. 1. περὶ διαίτης (p. 85.8. & 4.) μύξα παχεῖα καὶ σαπρὴ, mucus craſſus & putridus. lib. 2. de Morb. (p. 144.36.)

Σαράπους exponitur Galeno apud Hippocr. in Exeg. ὁ διασεσηρότας καὶ διεστῶτας ἔχων τοὺς δακτύλους τῶν ποδῶν. quæ diſparatos ac diſtantes habet pedum digitos. Dicitur & σαράπους ὁ μέγας πούς, ὁ σύρων τοὺς πόδας, qui magnis eſt pedibus eosque quodammodo trahit. Apparet autem eſſe ἐπώνυμον aut ἐπίθετον quoddam apud Hippocr. quemadmodum Dioſcoridē ſumpſiſſe ſcribit Gal. in dictione ἐρυμάργου Exiſtimoq; locum ſubindicari lib. 2. Epid. (p. 372.43.) vbi in vulgatis exemplaribus ὁ Σαρᾶτος legitur.

Σαρκάζειν eſt ſupremis labris inter ſe cōmiſſis aliquid vellere atq; attondere, vt de pecudibus paſcentib. dicitur, quæ vtrinq; dentatæ ſunt, & dentib. vtrinq; cōmiſſis herbam carpunt ac depaſcuntur. σαρκάζειν τὰ ἀμφόδοντα ζῶα dicit Hip. lib. de art. (p. 587.28.) h. e. animalia vtrinq; dentata ſumis labris aut dentib. vtrinque cōmiſſis, herbā auellere aut attōdere, quod faciūt equi, aſini & muli, dū pratorū herbam depaſcūtur & mordēt. Gal. ibid. σαρκάζειν quibuſdā ſignificare ſcribit labra inter ſe adeò validè cōmittere, vt herbā auellere & abſcindere poſſint. Aliis eſſe dentib. inferiorib. cū ſuperiore labro idē efficere, quòd σαρκάζοντες & ſubſannātes aut frendētes, aut cū quadam amarulētia irridētes, mordere dentib. labra cōſueuerint. Aliis verò vtrinq; dentib. commiſſis aliqd auellere ac abſcindere, quod de animalib. carniuoris & vtrinq; dentatis dicitur. Quā expoſitionē ſeqtur Gal. & ad eam propius accedit. Idē in Exeg. vocū Hipp. ſcribit, σαρκάζειν κυρίως μὲν τὸ διὰ τῶν χειλῶν δάκνοντας χλευάζειν, ὁ δὲ Ἱπποκράτης καὶ τὸ ἄκροις τοῖς χείλεσι συνηγμένοις ἀποτίλλειν. Quod eſt, σαρκάζειν ꝓpriè dicī morſis labris ſubſannare. Hippocrati verò eſſe ſumis labris cōmiſſis aliquid auellere. Erot. verò apud Hipp. σαρκάζειν ſic exponit: οἱ μὲν σαρκασμοῦ, οἱ δὲ περιτείνειν τὰς σάρκας ἀπὸ τῶν γνάθων, vt ſit quibuſdā σαρκάζειν carnes detrahere aut auellere. (Sic enim σαρκασμοῦ pro σάρκας ἕλκειν ſumi debet, ſi modo vera eſt lectio.) Ab animalibus carniuoris ſumptū, quę vtriſq; dētiū ordinib. vtentia, σαρκάζειν dicuntur, quaſi carniſecare. Aliis etiam ſuperioribus labris protenſis aliquid

quid carpere. Vbi addit idem Erot. Hippocratem ſpecie loco generis eſſe vſum. ἔστι γὰρ εἶδος ἀκκισμοῦ τὸ σαρκάζειν. Nam qui σαρκάζειν dicuntur, protenſis labris ſubſannare & irridere videntur, vnde & σαρκασμὸς χλευασμὸς dicitur, & amarulentæ irriſionis genus quoddam, cùm morſis labris ſubſannant, quem geſtum etiam in nonnullis adhuc ſpectare licet. Et σαρκάζων μετὰ πικρίας γελῶν exponitur Heſychio, & σαρκάζειν diducto rictu protenſisq́; labris irridere dicitur. σαρκάζειν etiam ſignificat carnes detrahere & arrodere more canũ qui diducto rictu carnes detrahũt & oſſa nudant. Sic Megarenſes γλισχρόντως σαρκάζοντες ὥσπερ κυνίδια mordẽtur ab Ariſtoph. ἐν εἰρήνῃ, quòd victus inopia victum tolerantes, velut canes carnes diducto rictu vellerent & oſſa arroderent. σαρκάζοντες enim exponũtur ὑποσαίροντες καὶ διασείοντες, aut ἕλκοντες καὶ τρώγοντες. Vſurpatur etiam hoc verbũ Herodoto Melpomene pro tondere ac vellere.

Σάρκες, carnes dicuntur Hipp. muſculi à propria ipſorum ſubſtantia, vt ſcribit Gal. Com. 1. in lib. de fract. (p. 529. 50.) Mediũ enim muſculorum corpus ex ꝓpriè & abſolutè dicta carne conſtat, quæ fibris ipſis circumcirca concreuit. ꝓpria autẽ muſculorũ ſubſtantia ſunt fibræ, q̃ circũcirca abſolutè nominata carne veſtiuntur, eamq́ue aduatam habent. Idem Com. 2. in eundem lib. (p. 556 48.) ſcribit σάρκας vſitato nomine vocari Hippocrati muſculos ipſos, quòd caro omnis ſenſu prædita muſculi pars ſit, eaq́; in medio muſculo reperiatur. Extremis enim partib. neruoſiores ſunt, minusq́ue carnis habent. Sic lib. 10. Meth. med. ad extremum (p. 150. 36.) idem ſcribit propriè & ſimpliciter vocatam carnẽ eam dici quæ in muſculis eſt, nempe quæ ex ſanguine moderatè reſiccato gignit̃, & quæ perire & regigni poteſt. Impropriè verò dicta carnis genera à paucis admodum carnes vocari. Quę enim in viſceribus, ceu iocinore, renibus, liene & pulmone cernũtur, eas παρεγχύματα Græci vocant, quaſi affuſiones dixeris. Quæ autem in inteſtinis, ventriculo, ſtomacho & vtero viſuntur, eæ nomine carent. Σάρξ quoq; Hippocrati carnem ſignificat, & eam primarum ac ſimplicium partiũ ſubſtantiam, quæ non eas tantùm cõplectitur ac cõſtituit, ſed fulcrum etiam eſt & eatum veluti tegumentum, easq́ue tum aduerſus feras occurſantia, ęſtum, frigus & lapſum, tum aduerſus caloris natiui omnia depopulantis impetum & vehementiam tutatur ac munit. Lib. περὶ ὀστέων φύσ. (p. 61. 8.) αἱ σάρκες καὶ τὸ δέρμα πάντων ξυνδέσιν καὶ ξύνταξιν περιέχουσι. Carnes & cutis omnium corporis partium colligationẽ & cõſtructionem conſtituunt. Quam ſententiam ſequutus eſt Plato in Timæo & Gal. lib. 1. & 3. de vſu partium. Lib. verò περὶ φύσ. παιδίου ſæpiſſimè σὰρξ maſſam ex ſemine & menſtruo ſanguine conflatã ſignificat, nõdum tamen ab opifice ſpiritu & formatrice facultate dearticulatam, vt cùm ſcribitur (p. 31. 18.) ὁκόταν δὲ ἤδη σὰρξ γένηται, κατιόντος τοῦ αἵματος ἀπὸ τῆς μητρὸς καὶ πηγνυμένου, σὰρξ γίνεται. Quod cùm iam effectum fuerit, ſanguine materno deſcendente & concreſcente caro gignitur. Et κατὰ δὲ μέσον τῆς σαρκὸς ὁ ὀμφαλὸς ἀνίσχει. In cuius medio vmbilicus eminet. Et rurſus (v. 45.) ὁκόταν δὲ γένηται σάρξ, τότε οἱ ὑμένες αὐξανομένου τοῦ ἐν τῇσι μήτρῃσιν αἵματος αὔξονται. Cùm autem caro facta eſt, tunc augeſcente in vtero ſanguine membranæ augentur. Et, καὶ τὸ αἷμα κατασπᾷ τὸ ἀπὸ τῆς μητρός, ὅ, τι ἂν ἡ σὰρξ πνέουσα ἑλκύσῃ. Et quicquid ſanguinis à matre caro ipſa ſpirando attraxerit. Rurſusq́ue (v. 49) ἡ δὲ σὰρξ αὐξανομένη ὑπὸ τοῦ πνεύματος ἀρθροῦται. Caro autem incrementum accipiens à ſpiritu diſtinguitur. Et rurſus (p. 32. 19.) ὅτε δὴ καὶ ἡ γονὴ καὶ ἡ σὰρξ διαρθροῦται. Ad eundem ſanè modum & genitura & caro diſtinguuntur. Vbi per ſemen & carnem duo conformationis noſtræ principia ſubindicare videtur, ſanguinem maternum & ſemen, aut certe partes ſpermaticas & ſanguineas diſtinguere. Gal. Com. in aph. 25. ſect. 6. lib. 6. Epidem. σάρκα Hippocrati dici vult, non eam ſolùm quæ muſculos efficit, verùm eam etiam ex qua inteſtina & viſcera conſtant. Siquidem vnaquæque particula ex carne ſibi idonea cõflata eſt. Lib. 1. περὶ διαίτης (p. 80. 18.) σάρκες vocantur Hippocrati, corporis partes medii generis, à calore moderato cum mediocri humore iuncto, & inter calorem venarum & arteriarũ medio efformatæ, ſiue illæ muſculorum ſint, ſiue viſcerum. At verò lib. 2. (p. 93. 23.) σάρκες dici videntur carnes viuentis animalis, vt τὰ κρέα mortui. Sic enim ſcribitur de bubula carne: καὶ τὰ κρέα βαρέα ἐς τὸ σῶμα, καὶ αὐταὶ αἱ σάρκες καὶ τὸ αἷμα καὶ τὸ γάλα. Et carnes mortui animalis graues ore ſumptæ, itemq́ue carnes viui animalis, & ſanguis, & lac. Quãquam certe plurimùm mihi Zuinggeri viri Doctiſſ. lectio arridet, vt βαρέα ἐν τῷ σταθμῷ legatur, vt pondere graues ſint, hoc eſt, ad trutinam aut libram appẽſæ. Sed neq; ea differentia ſatis mihi cõſtans eſſe videtur, vt ex eodem libro patet (pag. 96. 7.) Carnis certè tria genera mihi complexus videtur Rufus Epheſius ἐν τῷ περὶ ἀνθρώπου μορίων cùm ſcribit: σὰρξ δὲ τὸ ἐν τοῖς σπλάγχνοις μεταξὺ τῶν ἀγγείων πεπηγός, ἀλλὰ ὑφή τις καὶ πλήρωμα τοῦ πλέγματος τῶν ἀγγείων, ὡς μὴ τὰ κενὰ μεταξὺ ᾖ καὶ τῶν μυῶν ἰνώδης, καὶ στερεὰ καὶ ἡ ἐπὶ τοῖς ἕλκεσι καὶ τοῖς κοιλώμασι τῶν ὀστῶν ἄρτι πηγνυμένη. Caro autẽ quod in viſceribus inter vaſa concretum eſt, verùm ſubtegmen quoddam & textura vaſorum veluti farrum, quò inania quæ interiacent ſpatia compleantur. Et in muſculis pars fibroſa & dura, & quæ in vlceribus oſſiumq́; cauis recens concreſcit. Auerroes lib. 1. Collect. 8. carnis tria genera alia ſcribit.

Σαρκοφυΐαι dicunt̃ Hippocrati carnis productiones, excreſcentiæ, lib. de fract. (p. 571. 5.) & σαρκοφυεῖν carnem producere, lib. περὶ κεφ. (p. 186. 13.) Sunt & σαρκοειδέα ſputa, quæ ſunt ad inſtar carnium purulentarum & inſigne pulmonis vlcus indicant, vt in tabida muliere lib. 4. Epid. (p. 328. 48.)

Σαρκία σμικρὰ ſunt carunculæ paruæ cum vrina ex renibus prodeuntes aph.76.lib.4. & τριχοειδέα σαρκία σμικρὰ ἐν τοῖς οὐρήμασι ξυνεξερχόμενα, carunculæ minutæ capillamentorum effigiem præſeferentes cum vrinis ſimul prodeuntes, in his quæ adiecta ſunt ad lib. de Natura humana (p.27.51.)

Σάττειν, pro quo etiam σάσσειν dicitur, eſt infarcire, refercire, implere, vnde ἐπισάττειν, conſtipare, fartim implere, aut preſſim, concul-care & condenſare. σάσσειν vſurpat Hippocr. lib. 2. de Morb. (p.143.21.) de medicamẽto in aures immittẽdo, ac preſſim & fartim inculcando. λεῖα τρίβων ἐμπιπλεὺς τὸ οὖς, σάσσων. his tritis læuigatisq́, aures impleto ac refercito, hoc eſt, fartim aut preſſim completo ac conſtipato. Pro quo σείων vitiosè legiſſe videtur Caluus. Lib etiam 4. de Morb. (p. 167.32. & 33.) ἰσάσσειν pro σάσσειν dici videtur, vt ἰσάσσειεν ἐς τὸ σῶμα αὐτίκα, & οὐκ ἂν ἰσάσσειεν, hoc eſt, corpus ſtatim grauarit, preſſerit, onerarit, aut velut onus impoſuerit. Quam phraſim ſæpiùs repetit (p.168.2. 19. & 34.) corpus læſerit dixit Cornarius. Et rurſus ibid. (p.169. 13.) αἰεὶ ἐς πρὸ τοῦ ἰσάσσαι ἕκαστον, priùs quàm vnuſquiſque impleatur aut oneretur, hoc eſt, referciatur. Agitur enim de corporis fontibus, qui ex ventriculo humorem attrahunt, deinde corpori tranſmittunt. Sed pro ἰσάσαι, ἐλκύσαι videtur legiſſe Corn. Et (pag.171.5.) οὐκ ἰσάσει κάρτα, non valde premet, grauabit. Rurſus ibid. (v.7.) ὡς μὴ ἰσάσσῃ κάρτα. vt non valdè grauet aut premat. lędatur dixit Corn. multum afficiat Caluus.

Σατυριασμοὶ exponuntur Galeno in Exegeſi apud Hippocratem, οἱ περὶ τὰ ὦτα φυόμενοι ὄγκοι τῶν ἀδένων. ἔνιοι δὲ τὰς τῶν αἰδοίων ἐντάσεις ἤκουσαν. glandulosorum corporum iuxta aures oblongi tumores. Quidam verò hoc nomine pudendorum diſtentiones & arrectiones accipiunt. Eam vſurpat dictionem Hippocrates aph. 26. lib. 3. vbi tamen σατυριασμοὶ legitur, etſi neque Galenus illic, neque Celſus, neq; Philotheus, huius dictionis meminerunt, quod ſuſpectam multis illius aphoriſmi lectionem facit. A Satyrorum autem ſimilitudine ducta eſt, quòd qui oblongas huiuſmodi circa aures eminentias habent, Satyrorum effigiem repræſentẽt, velut de tumoribus quos φύγεθλα vocat Hippocr. ſcribit Gal. Com. 3. in lib. Epid. quoniam Satyros Iones φήρας vocent. At verò qui Oribaſii nomine circumferuntur Commentarii in Aph. per ſatyriaſmos verrucarum genera intelligunt, vbi verrucã maiorem aliæ minores circundant. Videtur tamen inter glandularum tumores reponi, vt & ſtrumæ, ac parotidum genera ſignificare quibus videmus pueros aliquando infeſtari. Gal. lib. de Tumor. præter nat. (pag. 356.53.) σατυριασμὸν dici ſcribit Elephãtem morbum cùm incipit, quoniam Satyris ſpecie ſunt ſimiles qui Elephante laborant, cum conſumptis muſculis temporalibus oſſium eminentiæ ad tẽpora apparent, & caput Satyrorum in morem cornutum euadit. Etſi alii ſic dici Elephantem velint, quod qui eo morbo laborãt, cùm calidi ſint & flatulenti, ferè turgentem & contentum penem habeant, laſciuorum Satyrorum in morem. Indeq́; σατυριασμὸς ἢ σατυρίασις, continentem neq; remittentem pudendorũ contentionem ſignificat, quem πριαπισμὸν quidã nominant, vt idem ſcribit Gal. Sunt & σατυριασμοὶ oſſeæ in temporib. eminẽtiæ, quales in reliquis corporis partibus circa oſſa fiunt, quæ ἐξοστώσεις dicuntur, vt ibid. teſtatur Gal. Eſt autem σατυρίασις Paulo, pudendi palpitatio, inflãmatoriæ cuidam vaſorum ſpermaticorum affectioni cum intentione ſuperueniens. σατυρίασις dicit' Aretæo cap. 11. lib. 2. ἀεὶ οἷς inexplebilis cõeundi appetitus & affectus ſpecies, qui laborãti penem excitat & erigit, ex Dei figuræ ſimilitudine nomen habens.

Σαῦραι lacertæ dicuntur, vimineæ quædam texturæ, aut lacertæ vimineæ ex palmis intextę, aut digitorum integumenta, quæ digitalia quidam vocant, ad digitorum extenſionem cõparata, à lacertarum ſimilitudine, lacertæ dictæ. Lib. de art. (p.660.34. & 35.) αἱ σαῦραι αἱ ἐκ τῶν φοινίκων πλεκόμεναι. Lacertæ vimineæ ex palmis contextæ. Et, τῇ μὲν ἑτέρῃ τὴν σαύρην. altera manu lacertam. Sic αἱ σαῦραι lacerti dicuntur ex virore palleſcentes, quorum colori cutim in ictero aſſimulat Hippocr. lib. 3. de Morb. (pag. 160.44.) ἡ χροιὴ ὅλη εἰδοειδὴς σφόδρα ἐστί, χλωροτέρη, οἷον αἱ σαῦραι αἱ χλωραί. Color totus malicoriũ referẽs & ex virore pollens, qualis eſt lacertorũ ex virore palleſcentium. Quod repetitur libello περὶ κρισίμων (p.389.17.)

Σαυρίδιον eſt naſturtium Hippocr. lib. de Vlcer. (pag. 514.15.) Galenus in Exeg. ſic vocari herbam quæ cardamis dicitur à figuræ ſimilitudine ſcribit, quæ & cardamum vocatur. Erotianus quoque σαυρίδιον eſſe quam cardamida vocant ſcribit, cardamo & naſturtio ſimilem, quæ vim habet calefaciendi.

Σάφα pro σαφῶς poſitũ apud Hippocr. quod eſt manifeſtè, ſcribit Erotianus. Ea autẽ dictione vtitur Hippocr. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.39.5.) ἔνιοι δὲ τοὺς ἀριθμοὺς ἑκάστου τῶν νοσημάτων σάφα ἐθέλοντες φράζειν. Nonnulli verò ſingulorum morborum numerum apertè pronunciare volentes. Et lib. de art. (p.647. 28.) εἰδέναι μὲν δεῖ τινα σάφα χρή. Noſſe autem manifeſtè oportet. Et rurſus (pag.648.2.) σάφα γὰρ ἐπίστασθαι χρή. Noſſe enim apertè oportet. Et lib. 4. Epid. (p.331.25.) οὐ μὴν σάφα οἶδα. Neque tamen apertè noui. Et libro 5. (p. 341.44.) οὐδὲν δὲ ἠδυνάσθη σάφα εἰπεῖν. Nihil autem manifeſtè eloqui poterat. Quod reperitur lib. 7. (p.364.23.)

¶Σβεσθῆναι, extinctũ eſſe ſignificat, & de his q̃ præter rationẽ euaneſcunt dicitur Hippocr. vt ſcribit Gal. Com. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 104.21.) vt de tuberculis in cruribus ortis ibidem ſcribitur (p.103.51.) ἢ μηδὲ πεπανθῇ ἀλλὰ σβεσθῇ, neq; maturuerint, verùm extincta ſint. Et rurſus (p.104.1.) σβεσθεισομένων δὲ τούτων, his verò extinctis. Eadem notione κατασβέννυσθαι dicit', vt antea ſcripſimus.

¶Σεβένιον

¶Σπαθίνον palmulæ ſummus cortex dicitur. Heſychius σπαθίνον exponit, τὸ ἐν ἄκρῳ τῆς φοίνικος φλοιῶδες γινόμενον, quod in ſumma palmulæ corticoſum enaſcitur. Quibus verbis id indicatur, quod ἐλάτη ſiue σπάθη in palma vocatur. Dioſcorides περικάλυμμα nominat, operimentum fructus palmæ recentis & adhuc florentis. Gal. lib. 8. ſimpl. medic. ἀμφίεσμα, hoc eſt, indumentum ſeu tectorium dicitur. σπαθίνον vſurpat Gal. lib. 2. κτ̀ τόπ. ex Archigene (pag. 183. 37.) in amuletis ad capitis dolorem.

Σείω eſt quatio, cócutio, agito, τὰ σείοντα τὴν κεφαλὴν dicuntur Hippocrati ea quæ caput malè agitant & concutiunt, per quæ omnia ſymptomata caput mouentia inaudiuntur, & capitis pulſationes, cùm téporum arteriæ micant, aut tremulæ capitis concuſſiones ex neruorum & motricis facultatis imbecillitate. In Prorrh. (p. 214. 25.) & Coac. Præn. (p. 428. 33. & 39.) Vbi τὰ σείοντα τὴν κεφαλὴν de pulſantib. & micantibus temporum arteriis dicũtur, cùm ſanguis bilioſior & feruentior in caput attollitur, vaſa inflat, vnde arteriarum pulſationes contingunt, & hæmorrhagiæ ſpes erigitur. Σείεσϑαι eſt concuti, quod de ſuppuratis aut purulentis dicitur, qui concuſſione indigent, vt quanam parte pus deliteſcat ad ſectionem & vſtionem exploretur, vt fit lib. 2. de Morb. (p. 150. 22. & 42.) & lib. 3. (p. 164. 39.) In Coac. Prænot. (pag. 436. 47.) οἷσι σειομένοισι πῦον βορβορῶδες ἔρχεται ϗ δυσῶδες. Quibus cum concutiuntur pus cœnoſum & graueolens prodit. Et rurſus (pag. 437. 29.) οἷσι σειομένοισιν ἀπὸ τῶν ὤμων πολὺς γίνεται ψόφος. Quibus dum ab humeris concutiuntur, multus fit ſtrepitus, quod de purulentis ac ſuppuratis ſcribitur: σεισϑῆναι τὸν ἐγκέφαλον dicitur in Coac. Prænot. (p. 439. 39.) & aph. 58. lib. 7. hoc eſt, cerebrum concuti, ex caſu violento ex editioribus locis, quod etiam dorſi ſpinæ contingit, cùm vertebrarum ipſi⁹ harmoniæ dimotæ fuerint, vt ibid. ſcribit Gal. Hinc σεῖσις dicitur concuſſio aut quaſſatio, vertebrarum ſpinæ vitium quartum, cùm earum iuncturæ & compages fuerint dimotæ, vertebræ autem ſuo loco manent, Gal. Com. 3. in lib. de art. (p. 611. 22.) ἐν τόκῳ σεισϑεῖσα dicitur lib. 5. Epid. (p. 343. 2.) & lib. 7. (p. 360. 19.) in partu concuſſa, quod dubium eſt an ad partus violentiam, an verò ad puris explorationem referatur, vt quanam parte lateat dignoſcatur.

Σειρέω vel σειρόω, vel σειραίνω, deſicco, arefacio, euacuo, inanio. σειρόω dixiſſe videtur Hippocrates, lib. περὶ χυμῶν (pag. 116. 2.) de ſplenis tumore. ϗ σώματα σειροῖ, & corpora arefacit aut deſiccat. Sic enim mihi accipi videtur. corpora tumet dixit Cornarius.

Σειρῇ τῷ ἱμάντι, hoc eſt, loro, exponit Erotianus apud Hippocr. quod legitur lib. de fract. (p. 540. 50.) de brachii extenſione. ξύλον πηχυαῖον, ἢ ὀλίγῳ βραχύτερον, οἷοιαι αἱ σκύταλαι εἰσὶ τῶν σκαφίων, κρεμάσαι χρὴ ἔνϑεν καὶ ἔνϑεν σειρῇ δήσαντα. Lignum cubitale, aut paulò breuiùs, cuiuſmodi ſunt ligonum manubria, ex vtraq; parte fune ligatum, ſuſpendendum eſt. Hunc enim mihi locum ſubindicaſſe his verbis videtur Erotian. vt noſtris eum in locum Annotat. adſcripſimus. Eſt autem σειρὰ aut σειρὴ, reſtis, funis, aut habena. σειρᾷ δήσαντα ἐκ τῶν ἄκρων dixit Paulus capite 99. libro 6. fune per ſumma ſuſpenſum aut ligatum, quod dixit Hippocr. σειρῇ δήσαντα. pro quo tamen σειρηδήσαντα vitioſè leg. exemplaria quædam manu ſcripta. faſciam ad eam rem etiã Corn. Celſus adhibuit.

Σέλαχος, εος, τὸ, & σελάχιον, piſcium genus cartilagineũ dicit̃, cui cartilago cutis loco eſt, velut ſquatina, paſtinaca, raia. Plinius lib. 9. cap. 24. quæ σελάχη vocat Ariſt. cartilaginea dicit. Scribit autem Ariſt. hiſt. animal. lib. 3. cap. 1. vocari σέλαχος ὃ ἂν ἄπουν ϗ βράγχια ἔχον ζωοτόκον ᾖ. Athenæus lib. 7. σελαχώδη τὰ χονδρώδη dici ſcribit. Sic autem dicta exiſtimantur, quod eorum cutis aſpera noctu luceat, vt σελάχια vocentur, ἀπὸ τοῦ σέλας ἔχειν, vt etiam teſtatur Gal. lib. 3. de alim. fac. (p. 348. 58.) Gal. in Exeg. σελάχη dici exiſtimat, ὅσα ἰχϑύων λεπίδας οὐκ ἔχει ϗ ζωοτοκεῖ. piſces qui ſquamas non habent, & animal pariunt. Vbi σελάχεα exponit, quæ dictio legitur lib. 2. de Morb. (p. 151. 32. & p. 152. 23. & p. 158. 23.) & lib. 2. περὶ γυν. (p. 274. 8.) Rurſusque lib. 1. (p. 251. 6.) Erotianus verò σελαχίοισι legiſſe videtur, & exponit, τοῖς μικροῖς ἰχϑυδίοις, ἢ τοῖς ὀστρακοδέρμοις, οἷον καράβοις, καρκίνοις, κήρυξι. hoc eſt, minutis piſciculis, aut teſtaceam cutem habentibus, vt locuſtis, cancris, buccinis. Quæ expoſitio à Galeni mente non parum diſſidet.

Σεσηρὸς Galenus in Exeg. exponit, τὸ ἐκπεπταμένον ϗ διεστηκὸς ἐπὶ πλεῖστον τοῖς χείλεσιν, ὅπερ ϗ ἐκπεπληγμένον ὀνομάζεται. hoc eſt, euerſum & plurimùm labris diſtans, quod etiam diuaricatum nominatur. Quibus verbis locus lib. de fract. ſubindicatur (p. 570. 16) σημαίνεσϑαι δὲ χρὴ περὶ τὴν μορφὴν τοῦ ἕλκεος, ὅκως ἥκιστα σεσηρὸς καὶ ἐκπεπληγμένον ἔσται περὶ τὴν ἐπίδεσιν. Vlceris autem forma in conſiderationem adhibenda eſt, quò quàm minimum hians ac diuaricatis labris ſub vinculo exiſtat. σεσηρὸς enim tropicè dicitur vlcus hians aut ringens, quodque labris eſt expanſis aut plurimum diductis, velut rictu diducto, à σαίρω deductũ. σεσηρέναι verò ringi aut hiare dicitur, quod eſt labra aperire, abſq; vlla mandibulæ motione, ita vt dentes inter ſe conſerti appateant, more canum, vt ibidem explicat Gal. Qui etiam σεσηρὸς per tranſlationem ab oris labris hiantibus dictum exponit. Ἐκπεπληγμένον autem antea expoſuimus copioſiſſimè, hoc etiam ſubindicato loco. Quod verò Erotianus σεσίεσται, σάσσεται, ἴσχεται, exponit, id mihi valde ſuſpectum eſt. Neque enim apud Hippocratem legitur. Verùm σεσάσεται pro σεσίεσται ſcribendum exiſtimo, quod legitur libro de fract. (pagina 570. verſic. 56.) καὶ τὸ μὴ ἀπὸ τοῦ ἀρχαίου τρώματος σεσάσεται ἵνα τὸ ὀστέον, τὸ δ' οὔ. Et nonnullis quidem ſub diuturno vulnere oſſa

quædam cariem experta ſunt, aliis verò minimè, hoc eſt, emarcuerunt, & vt exponit Erotianus, computruerunt, corrupta ſunt. Sic enim τὰ διεφθαρμένα rectè σαπρὰ, hoc eſt, marcida vocari ibid. ſcribit Gal. Hæc autem dictio ab Erot. in earum ſerie reponitur, quæ ex lib. περὶ ἀγμῶν exponuntur, vt cuiuis apertiſſimè patet. σεσηρέναι autem idem quod ringi ſignificare videtur, & de canibus dici putant, qui diducto rictu minitantur, ita vt dentes commiſſi conſpiciantur. σεσηρότες à canibus ducta translatione dicit Ariſtoph. ἐν εἰρήνῃ (p. 457.) & ἐν σφηξὶ (p. 343.) σεσηρὼς de cane ringẽte dicitur. Vbi addit Schol. οἱ κύνες μετὰ τὸ φαγεῖν σεσήρασιν, οἱ δὲ σεσηρότες κύνες. Et, ὅταν ὀργίζωνται οἱ κύνες σεσήρασιν ἀλλήλοις. σεσηρέναι etiã interdum de iis qui rident dicit, cùm ore ſunt bianti & dentibus renudatis, quod renidere vocatur, lib. περὶ παρθενίων (p. 58. 3.) μειδήματα σεσηρότα ſunt riſus effuſi & qui diductis labris fiunt. φέρον τὸ ἦθος τῆς νόσου σεσηρόσι μειδήμασι καὶ ἀλλοκότοισι φαντάσμασι. perferens morbi mores effuſo riſu & peregrinis imaginationibus. Vbi tamen in σεσηρόσι variant exemplaria, & ὀρχήμασι videtur leg. Cornarius.

Σεσηπὸς σαπείη exponit Erotian. apud Hippocr. hoc eſt, putreſceret. Verùm neque parũ ſuſpecta eſt lectio, neque quonam aptè reponatur adhuc conſtat.

¶Σημασίη Aretæo morbi inſultum & ſignificationem aut ipſam acceſſionem ſignificat, vt cap. 5. lib. 1. περὶ ὀξ. de morbo comitiali, ἐν δὲ τῇ σημασίῃ, ἀναισθήτως μὲν κέεται ἄνθρωπος. In ipſo autem morbi inſultu ſenſibus captus homo iacet. Et rurſus ibidem τάδε μὲν οὖν ἐς τέλος τῆς σημασίης πάσχουσι. Hæc igitur ad finem acceſſionis patiuntur.

Σημείωσις notatio aut deſignatio dicitur, aut dignotio, διάγνωσις, cùm quid per ſigna dignoſcitur. Sic σημείωσις τρίχρονος, tritẽporea notatio Herophilo introducta, quæ ſigna affectionis alicuius indicabat, triplici temporum ſerie diſtincta, vt in plenitudinis deſignatione ſymptomatũ collectio & concurſus ab Empiricis & Eraſiſtrato in tria tempora diſtinguebatur. Otioſa enim vita & excrementorum detẽtio, præteritum tempus indicabat. Præſens verò τὸ περιμεμπίμπλασθαι, quod eſt adimpleri, & vlceroſus ſenſus corporis grauitas & motionum pigritia & tarditas. Futurum verò, quòd qui hoc ſunt habitu, ex euacuatione magnum cõſequuntur commodum. Gal. lib. de plenitudine.

Σῆπον legitur apud Hip. lib. περὶ γυν. φύσ. (p. 228. 11.) σῆπον κατακαύσας ἢ τρίψας λεῖον. Sed locus mendoſus videtur, & pro σῆπον, σπόγγον legit Cornarius ex lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 285. 31.) in fluore muliebri diuturno. Adde quòd Caluus illo in loco ſpongiam vſtam vertit, vt aliã lectionẽ ex codicib. Vaticanis ſecutus fuiſſe videatur. σῆπον tamen habent quotquot videre licuit exemplaria.

Σηπεδόνες putredines dicũtur aph. 16. lib. 3. humorũ collectiones & putrilagines quacunque in parte corporis redundent. Siue enim ad inteſtina deſcendant & illic putreſcãt aut corrumpantur, putrida inteſtinorum vlcera gignunt vel dyſenterias, quales σηπεδόνας ibid. exponit Philotheus. Celſus capite 1. lib. 2. cancros vertit. Galen. humorum in venis putredines intelligit, vnde oriuntur febres putridæ, de quibus agitur lib. 8. Meth. med. & lib. 1. Epid. Quod ſi fuliginoſa & ſeroſa excrementa putreſcãt in habitu corporis, cutis affectiones putres ſuboriuntur, vt alopecia, ophiaſis, phthiriaſis, furfures, cutis putrilaginoſa & maligna vlcera, & carnium corruptiones. σηπεδόνες αἰδοίων ſunt genitaliũ putredines aph. 21. lib. 3. h. e. putrilaginoſa pudendorum vlcera, quib. niſi maturè ſuccurratur gangrenæ & ſphaceliſmi promptiſſimè ſuboriuntur, idq́; præcipuè æſtate contingit, vbi illa à naturæ modo ad humiditatẽ aut ἀπνοίαν & flatuum carentiã receſſerit. Neq; verò ſolùm genitalium putredines gignit, ſed & σηπεδόνας abſolutè, quaſcunq; aliarum partium putredines, qualis eſt peſtilens illa cõſtitutio lib. 3. Epid. & initio lib. 2. deſcripta, vt ibid. teſtatur Gal. Eſt & σηπεδὼν χλωρὴ, viridis aut virulenta putrefactio, vbi propter magnam cacochymiã virulenta & putrida ex ore eminuntur, σῆψις χλωρὴ dicitur Hipp. in Prorrh. (p. 202. 3.) σηπεδὼν ξηρὴ, arida putredo lib. 5. Epid. (pag. 335. 10.) ἀλλ' οἰδέουσα σαπρὴ ἐγένετο ξηρῇ σηπεδόνι. verùm intumeſcens arida putredine marceſcebat.

Σήπειν quod eſt putrefacere Hippocrati concoquere ſignificat, vt & σῆψις concoctionẽ. eſt enim putrefactio cõcoctio quædã. Sic σηπτικὴ κοιλίη de ventriculo dicitur Hippocrati, vbi fit concoctio, libello περὶ ἀνατομῆς (pag. 56. 57.) velut cibos coquens, conficiens, aut putrefaciens. Et σαπρὸν διαχώρημα, alui egeſtio concocta, lib. 3. περὶ διαίτης (p. 105. 19.) & ἄσηπτον διαχώρημα ibidem (v. 6.) alui egeſtio cruda. Et lib. περὶ παθῶν (p. 184. 2.) ἄσηπτα σιτία, cibi crudi & incocti. Et lib. περὶ τροφῆς ἀκροσαπὴς pro leuiter cocto ponitur. Sicut Empedocles vocauit vinum, ὕδωρ ἐν ξύλῳ σαπέν, vt ſcribit Ariſt. Topic. 4. cap. 5. & Plutarchus lib. 2. de Cauſ. Natural. Vbi quoque coctionem eſſe putrefactionem ſcribit. σαπῆναι, putrefactum eſſe, pro attenuatum, quod eſt concoctionis ſpecies in humoribus, ponitur lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 10. 34.) ὅτι γὰρ ἂν τούτῳ γε σαπῆ, ὅτι παχυνθῇ. Neque enim ipſum putreſcere aut incraſſeſcere poteſt. De calido & frigido dicitur & de humorum cõcoctione, & paulò ante λεπτύνεσθαι ἢ παχύνεσθαι dixerat.

Σηραγγώδη Galenus in Exegeſi exponit χαῦνα, ἀραιὰ, πολλοῖς τρήμασι διῃρημένα. ταῦτα γὰρ τρήματα σύριγγές τε καὶ σήραγγες ὀνομάζονται, καὶ τὸ τοιοῦτον σῶμα συριγγῶδές τε καὶ σηραγγῶδες, hoc eſt, σηραγγώδη, quod eſt rimoſa aut antroſa, dicuntur laxa, rara, multis foraminibus diſtincta & peruia. Hæc nanque foramina σύριγγες & σήραγγες quæ eſt fiſtulæ, aut rimæ & fiſſuræ nominantur, & huiuſmodi corpus συριγγῶδες, fiſtuloſum, & σηραγγῶδες antroſum, rimoſum, σηραγγώδη autẽ vel συριγγώδη lego, nõ σηραγγώδεα

vt habeant

vt habent omnia exemplaria, quod σηραγγώδη & σηραγγώδη ſcripſiſſe Hippocratem conſtet. Sic enim libro περὶ σαρκῶν inſcripto (pag. 40.23.) oſſa σηραγγώδεα vocat, hoc eſt, rara, cauernoſa ſpongioſa, laxa, rimoſa, fiſtuloſa, mollia, quibus τὰ σκληρότατα καὶ στερεώτατα opponit, duriſſima & rigidiſſima. Et lib. περὶ καρδίης (p. 55.34.) cordis auriculas vocat σώματα μαλθακὰ σηραγγώδεα ἃ καλέονται μὲν ὦατα. corpora mollia, cauernoſa, quæ vocantur auriculæ. Rurſuſque lib. περὶ σαρκῶν (pag. 41. 17.) de pulmone, καὶ ἐποίησε σηραγγώδης, & cauernoſum, rimoſum, aut antroſum effecit. Et iterum ibidem (p. 42. 31.) aurium cauitas κοίλωσις σηραγγώδης vocatur, hoc eſt, cauitas antroſa. Lib. de vuln. cap. (pag. 445.26.) os caluariæ medium ad ſecundam laminam (διπλόην vocat) ex qua parte interiorib. connectitur, σηραγγῶδες dicitur. ἡ δὲ διπλόη κοιλότατον καὶ μαλθακώτατον, καὶ μάλιστα σηραγγῶδές ἐστιν. Qua parte verò eſt duplicata lamina, maximè caua & molliſſima, plurimumq; cauernoſa eſt & antroſa. σηραγγώδη verò oſſa & συριγγώδεα etiam dixit Hippocr. vt poſtea docebimus, eaſque dictiones mihi complexus videtur Galenus in Exegeſi. σήραγγες dicuntur Heſychio κοιλώδεις τόποι, cauernæ, rimæ, terræ hiatus, & fiſſuræ, antra & ſpecus, & σήραγξ, σπήλαιον, κοιλότης, ὕφαλος πέτρα ῥήγματα ἔχουσα.

Σησάμης Galeno exponitur apud Hippocrat. in Exeg. τῆς σησαμίδος ὀνομαζομένης, hoc eſt, ſeſamidis appellatæ. Eſt autem σησάμη herba quæ & σησαμὶς & σησαμίτης, & σησαμοειδὴς vocat, de qua agit Dioſcor. cap. 152. & 153. lib. 4. σησάμη dicitur Ariſtoph. Scholiaſt. ἐν Ἀχαρν. (pagina 303.) ἰδοὺ ἡμεῖς καλοῦμεν σησαμίδα. σησαμῆς verò εἶδος πλακοῦντος. ἐν εἰρήνῃ autem (pag. 468.) σησαμῆν dici ſcribit, ἰδοὺ φαμὲν ἡμεῖς σησαμίδα. Apud Galenum σησάμης non σησαμὶς lego, quod habent omnia exemplaria, quædam etiam σησαμίν. σησάμης autem legitur lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pagina 207. verſ. 36.) Vbi pro placenta ex ſeſamo accipi videtur. Eſt autem σησάμιον idem quod σησαμοῦς, placenta ex ſeſamo, melle atque oleo. σήσαμον & σήσαμα ſæpe vſurpat Hippocrates, vt lib. 2. de Morb. (pagina 156. verſ. 2.) & lib. περὶ παθῶν (pagina 188. verſ. 49.) & lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 190. verſ. 41. & pag. 205. verſ. 2.) & lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 226.9.) & lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 242.14. & 245.26.) & lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 117.5.) Ibidem etiam σησαμοειδὴς vſurpat Hippocrates (pag. 116. verſ. 44.) τὰ σησαμόεντα verò ſunt quæ ex ſeſamo ſunt parata, lib. περὶ παθῶν (pag. 187. verſ. 33.)

Σητανίου Galenus in Exegeſi exponit apud Hippocratem τοῦ ἐκ τοῦ ἐνεστηκότος ἔτους πυροῦ, τουτέστι τοῦ κατὰ τὸ ἔαρ ἐσπαρμένου. quod eſt, tritico horno aut hornotino, hoc eſt, vere ſato. Quibus ſanè verbis haud dubiè Galenus locum lib. de artic. (pagina 606. verſ. 37.) ſubindicare videtur, vbi τοῦ ἀλήτου τοῦ σητανίου legitur. Qua notione σητάνιος meliùs legitur, à σῆτες Ionicè, & Doricè σᾶτες, vnde σητινὸς hornus, & Atticè τῆτες & τητινὸς, vt ſit σητάνιος πυρὸς, ὁ ἐπέτειος, hoc eſt, huius & inſtantis anni triticum, quod rectè ſetanium dicetur, vt ſetania allia Plinius dicit capite 6. libro 19. quæ σητάνια κρόμμυα Theoph. lib. 7. cap. 4. Et σητάνιον ἄλητον ſæpius effertur Hippocrati lib. 2. περὶ γυναικ. (pagina 264. verſ. 27. & pagina 265. 16. & 285. 10.) vt σητάνιον ἄλευρον lib. de rat. vict. in morb. ac. (pagina 117. verſ. 9. & 29.) Dicitur etiam σητάνιον ἄλητον aut σητάνιον, pura farina, quod σητάνιον quidam καθαρὸν exponunt, quemadmodum Heſychio σητάνιοι πυροὶ καθαροὶ dicũtur, & Sudæ σητάνειος ἄρτος, à σήθω quod eſt κοσκινίζω, deducitur, & Varino σητάνειος ἄρτος καθαρὸς exponitur. Quam notionem etiam Galenus in Exegeſi ſequi videtur, cùm σητανοειδῆ exponit, ἤτοι ἐκ τῶν σητανίων πυρῶν ἢ διασεσησμένου ἢ λεπτοῦ ἀλεύρου, τουτέστι καθαροῦ, quod eſt, aut ex ſitanio tritico, aut ex farina tenui creta & cribrata, hoc eſt, pura. Quibus verbis exiſtimo Galenum locum illum lib. de art. etiam ſubindicare, ibique σητανοειδεῖ ἀλήτῳ ex quibuſdam exemplaribus repoſuiſſe. Sic enim σητανίῳ & σητανοειδεῖ apud Galenum legendum eſſe exiſtimo, quod ſeries alphabetica expoſcit. Adde quod ibidem Galenus ἐξ ἀρίστων τῶν πυρῶν τὸ ἄλητον vocat, quod paulò ante σητάνιον ἄλητον aut σητάνιον Hippocrates, puram farinam ex probatiſſimo tritico intelligens. Dicitur quoque σητάνιον ἄλητον, farina ſitania, quæ eſt ex tritico trimeſtri. Et Galenus in Comment. 2. libri de art. ſcribit doctos Hippocratis enarratores σητανίους πυροὺς exiſtimare ab eo dici, τοὺς σῆτες ἐσπαρμένους. Et cùm pro σῆτες Attici τῆτες dicant, ſic vocari, quaſi τοὺς ἐν τῷ ἔτει τούτῳ, τουτέστι κατὰ τὸ ἔαρ ἐσπαρμένους, διμήνους τε καὶ τεσσαρακονθημέρους ὀνομαζομένους. Quibus verbis ſignificat ab Hippocratis enarratoribus σητανίους πυροὺς dici, triticum hornum, aut hornotinum, hoc eſt, huius anni & ipſo vere ſatum, quaſi bimeſtre triticum & quadraginta dierum. Verùm idem Galenus ſcribit ſuo tempore in Co & tota Aſia σητάνιον πυρὸν dictum fuiſſe certum quoddam tritici genus, quod vere ineunte ſereretur, nec ſecus ac bimeſtre in maturitatem adoleſceret, ex eoque paſta admodum glutinoſa & tenax efficeretur, quòd paucis omninò furfuribus eſſet præditum. Quo ex loco ſitanium cum Plinio retinuimus, cùm ſitanium proprium quoddam tritici genus ſit, quod idem trimeſtre ex Dioſcoride vocat. Sic enim ſcribit Dioſcorides cap. 107. libro ſecundo in tritici generibus: ἔστι μετὰ πυροὺς οἱ τριμηνιαῖοι, λεγόμενοι δὲ ὑπό τινων σητάνιοι. deinde ſequuntur trimeſtria, quæ nonnulli ſitania vocant. Et ibidem τὸ τῶν σητανίων πυρῶν ἄλευρον vocat ſitaniorum triticorum farinam. Ac vt σητάνιον πυρὸν, ita & σητάνιον ἄλευρον dicit. ὁ δὲ ἐκ τῶν σητανίων ἀλεύρων ἄρτος, quem Plinius capite 25. libro 22. ſitanium panem (hoc eſt è trimeſtri) dixit. Et verò quòd Hippocrati eſt σητάνιον ἄλητον, idem σητάνιον ἄλευρον Dioſcoridi dicitur, vt non

malè cum Plinio ſitaniam farinã dixerimus, etſi è trimeſtri tritico dicere potuerim', cùm ſitanium triticum trimeſtre dicatur, vt ſcribit Theoph. cap. 4. lib. 8. præſertimq́; quòd ibidem ſcribat: βραχύτερον πυρὸν τρίμηνον ὀλίγα ἔχειν πιτύρα. trimeſtre triticum paucos habere furfures, quod hic Gal. ad lentorem & glutinum requirit. Sic lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 226. 30.) & lib. 1 περὶ γυναικ. (p. 246. 16.) in vteri inflammatione ſambuci folia ἐν πυρῶν κριμνίοισι σητανίοισι in triticea farina craſſiore ſitania inquit. Interpretes omnes Hippocr. hornam farinam, hoc eſt, huius anni verterunt, aut hornotinam (quemadmodum hornotinum frumentum dicit M. Tullius in frumentaria quæ eſt actio 5. in Verrem) eamque interpretationem ſecuti ſunt doctiores omnes Hippocratis enarratores vt teſtatur Galen. Idem quoq; σητανίους πυροὺς ab Hippocrate pro exemplo poni velut optimum tritici genus cenſere videtur, quod denſum eſt, & ſubactum lentam ac tenacem farinam reddit. Quin & σητάνιον ἄλευρον ex quouis optimo tritico & denſo farinam dici innuere videtur, non ex aliquo certo tritici genere. Porrò viri doctiſſimi cenſent σητάνιον πυρὸν dici triticum trimeſtre, quod vere ſatum, macrum, triſte, hordei ſimilitudine prouenit, nullis ariſtis vallatum, & omninò ad ſementem ineptũ, æſtiuum quidam vocant, vt diſtinguatur ab hyberno & autumnali. Seritur in annonæ ſubſidium, cùm autumnale aquarum inundationibus, aut alia iniuria læſum, impendentem famem minatur, vnde quòd eã arceat, aut quòd plebi contra famem ſuccurrat, ſuggorgon quaſi georium ſuccurſum vernaculè vocant. σητάνιον ἄλευρον etiam dicitur Hippocr. lib. 2. de Morb. (p. 144. 45.) πινέτω ἄλευρον σητάνιον ἐπὶ ὕδωρ ἐπιπάσσων, farinam ſitaniã aquæ inſperſam bibat. Et lib. de rat. vict. in morb. ac. (pagina 113. verſiculo 53.) ὁ χυλὸς τῶν σητανίων πυρῶν, cremor & ſuccus tritici ſitanii aut horni.

¶Σίαλος pingue, aut pinguedinem, & axungiam ſignificat apud Hippocratem lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 108. 34.) in Tetani curatione, σίαλον ἐγκηρώσας μαλακῷ δέρματι, mollem pellem pinguedine incerata illitam, lumbis & dorſi ſpinæ inuoluens. Hinc σιαλώδεα, λιπαρὰ, πίονα, pinguia & adipoſa apud Hippocr. exponit Galenus in Exeg. Quam dictionem vſurpat lib. περὶ ἀφόρων (p. 292. 36.) σκυλάκεια σιαλώδεα, catulinas carnes pingues intelligens, vt exponit Erotianus. Etſi σιαλώδεα παιδία καὶ μυξόῤῥοα dicuntur lib. de Morbo ſacro (p. 124. 32.) longè alio ſenſu, pueri ſaliuoſi & mucoſi. Idẽ etiã Gal. σιάλου δαιδὸς καὶ σιάλου αἰγὸς, τῆς λιπαρᾶς apud Hippocratem exponit. Verùm lib. 2. περὶ γυναικ. (pagina 273. verſ. 33.) τῆς σιάλου δαιδὸς πιοτάτης legitur, ex pingui tæda quæ ſit quàm pinguiſſima. Cornarius ex albicante tæda pinguiſſima dixit. Et Homerus ὀδύσσ. ξ. (verſ. 81.) σιάλους ὗας porcos ſaginatos & pingues, & interdum σιάλους ζατρεφέας vocat, ſues opimos & grandiuſculos, velut Gal. quoque Comment. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (pagina 112. verſ. 1.) σιάλους plus quàm perfectos & abſolutos ſues, hoc eſt, valde pingues dici ſcribit: οἱ δὲ μνηστῆρες ἐκ σιάλων ὄντας τοὺς σιάλους ἔδουσι. τοὺς γὰρ ὑπὲρ τοὺς τελείους οὕτως ὠνόμαζον. Nec video quomodo proci ſaginatos ſues ederent. σιάλους enim abſolutos & plus quàm perfectos vocant. Σίαλον etiam & σίελον, aut σίελος ſputum & ſaliuam ſignificat, eamq́; pituitam quæ os humectat, vt aphoriſ. 5. ſect. 5. lib. 6. Epid. στόματος σιάλου ἐπαγωγή. oris ſaliuatio dicitur, hoc eſt, ſaliuæ oris reiectio & eductio. Saliuationem ex Plinio diximus, qui de purpuris eas mutuo attritu lentorem cuiuſdam ceræ ſaliuare dixit cap. 36. lib. 9. quod Ariſt. μελιτίζειν cap. 15. lib. 5. hiſt. animal. Idemque Plinius (cap. 38.) fauiſicare aut cerificare extulit. vbi tamen vitioſè fœtificare ſcribitur. Lib 5. Epidem. (pagina trecenteſima trigeſima ſexta, verſiculo vigeſimo ſecundo & vigeſimo tertio) de ſaliua quæ ore excernitur, σίαλον δὲ οὐδὲν ἀπεχώρει. ſputum nullum excernebatur. Οὐ γὰρ ἦν σίαλον, non enim ſputum aderat. Et libro tertio de Morb. (pagina centeſima ſexageſima ſecunda, verſiculo trigeſimo tertio) ἢν δὲ τὸ σίαλον μὴ καθαίρηται. Quòd ſi ſputum non probè purgetur. σίαλον etiam dicitur Hippocrati libro περὶ ἄρθρων (pagina quadrageſima prima, verſiculo quadrageſimo ſecundo) humor ille lentus ſaliuæ perquam ſimilis, qui in articulis continetur, & μύξα mucus vocatur lib. de Loc. in homine (pagina ſexageſima quinta, verſiculo quadrageſimo quinto.)

Σιαλοχόοι dicuntur Hippocrati libro ſecundo Epidemiorum (pagina 314. verſ. 18.) qui multam ſaliuam ac pituitam ore effundunt, de angina laborantibus, καὶ διαλεγόμενοι σιαλοχόοι, ac inter loquendum ſaliuam ore effundentes. Quam lectionem apud Hippocratem agnoſcere videtur Galenus libro quarto de Loc. affect. & membranæ ſcriptæ, etſi διαλεγομένοισιν ἀπεχόοι publicè legitur. Erotianus verò σιαλοχόοι apud Hippocratem legiſſe videtur, qui ei exponuntur οἱ σίαλον πικρὸν ἀθροίζοντες, qui multum amarum ſputum coaceruant. Et Heſychius σιαλοχόους exponit τοὺς προσραίνοντας σιάλῳ ἐν τῷ προσδιαλέγεσθαι, eos qui inter loquendum ſaliua aliquem reſpergunt, aut ſaliuam effundunt, vt mihi eandem lectionem ſecutus videatur. Iidem σιαλοχόοι dicuntur Aretæo anginoſi, capite ſeptimo, libro primo τῶν ὀξ. quibus os ſaliuatione impletur. Galenus Commentar. primo, in Prorrhet. (pagina centeſima ſexageſima nona, verſiculo quinquageſimo octauo) ἀδένας σιαλοχόους dici vult glandulas ad radicem linguæ ſitas, quæ linguam innata humiditate ac os totum aſpergunt. Σιαλοχέειν etiam & σιαλοχοεῖν effertur Hippocrati, quod eſt ſaliuam ore effundere. Libro tertio de Morb. (pagina centeſima ſexageſima, verſiculo trigeſimo ſecundo) κεχηνὼς κεῖται σιαλοχέων, & ore biante

hiante decumbit ſaliuam effundens. Lib. 2. περὶ διαίτης (p. 93. 38 & 39.) ὅτε σύριζε, ὅτε σιαλοχοέει. neque meiunt, neq; ſaliuam fundunt. Σιελισμὸς etiam dicitur vt & σίελος, idem quod πτυελισμὸς, crebra oris ſaliuatio, ac ſputatio. Et σιελίζοντες ἦχοι κατὰ φάρυγγα, faucium ſonitus cum ſaliuatione aut ſputatione, in Prorrh. (p. 207. 2.)

Σιγῇ, idem quod μετὰ σιγῆς, cum ſilentio ſignificat, interdum ſenſim & latenter. In Prorrh. (pag. 187. 51.) ἐξίστανται σιγῇ, in vehementem mentis emotionem cum ſilentio deſinunt. Vbi Gal. τὸ σιγῇ, μετὰ σιγῆς exponit, vt opponatur τῷ μετὰ θορύβου καὶ κραυγῆς, vt dicatur de mẽtis emotionibus quæ cum ſilentio fiũt, non autem cũ ſtrepitu ac clamore, quales phreneticorum. Idem etiam ἀντὶ τοῦ λεληθότως τε καὶ ἀδήλως ſumi debere ſcribit. ἐκστάσιες σιγῶσαι, inſaniæ ſilentes, & vehementes mentis emotiones, taciturnæ & cum ſilentio dicuntur in Coac. Præn. (p. 426. 1.)

Σίδη malum punicum ſignificat, vt lib. 7. Epid. (p. 363. 13.) σίδης χυλὸς, mali punici ſuccus. Et rurſus ibidem (p. 365. 18 & 44.) τὸ ἀπὸ τῆς σίδης. mali punici ſuccus. Libr. περὶ γυν. φύσ. (p. 220. 14.) σίδας οἰνώδεας ὀξυχυλέας. Et libr. 1. περὶ γυναικ. φορίον ἢ σίδης οἰνώδεος τὸ χυλόν. Erotianus tamen apud Hippocratem, σίδης, τοῦ τῆς ῥοιᾶς λέμματος, corticis mali punici aut putaminis exponit, quod malicorium dicitur. Verùm ea ſignificatione σίδια ſæpius effert Hippocr. vt lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 221. 34. & 35.) & libr. 1. περὶ γυν. (p. 259. 29. & 260. 4. & 40.) & lib. 2. (pag. 289. 33.) σίδιον etiam dicitur lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 286. 28.) lib. περὶ ἀφόρων (p. 299. 29.) & lib. περὶ ἑλκῶν (pag. 514. 36. & 515. 16.) σίδιον quoque σιδίων vocat Hippoc. lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 277. 5. Apud Erot. verò σίδης pro σίδας habent exemplaria quædam.

Σιδοειδὴς χροιὴ dicitur Hippocrati color malicorii, hoc eſt luteus & qui malicorium repræſentat. Lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 202. 24.) ἡ χροιὴ σιδοειδὴς ἐστιν, colore malicoriũ refert. Et rurſus ibidem (pag. 203. vers. 40.) iõ lienis morbo. ἡ δὲ χροιὴ τρέπεται καὶ ὁρᾶται μέλας, ἄπυχρος, σιδοειδής. Color verò mutatur & niger conſpicitur, pallidus, malicorium referens. Color eſt luteus & pallidus à bile in corporis habitum diffuſa, velut in ictero, vbi σῶμα γίνεται ὠχρὸν ἰκελὸν τῷ σιδίῳ, corpus fit pallidum velut malicorium, vt ſcribitur lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 204. 36. & 209. 11.) Libr. 3. de Morb. (p. 160. 44.) in ictero, ἡ χροιὴ ὅλη σιδοειδὴς σφόδρα ἐστί. color totus maximè malicorium refert. Quod etiam repetitur li. περὶ κρισίμων (p. 389. 17.) σιδοειδέας ὠχρὰς ὡς σίδιον, exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. hoc eſt, pallidas velut malicorium. Verùm σιδοειδὴς & ὠχρὰ leg. exiſtimo ex locis ſupra adſcriptis.

Σιαγόνες ſunt maxillæ, malæ. In Coac. Præn. (p. 444. 4.) in conuulſionis ſuſpicione, σιαγόνας ἀντείνει, maxillas intendit. σιαγόνια dicuntur ſæpè Hippocrati, vt lib. 2. de Morb. (p. 145. 39.) καὶ τὰ σιαγόνια οἰδίσκεται, & maxillæ intumeſcunt. Et rurſus ibidem (p. 146. 2.) προσπιθέσθω πρὸς τὰς γνάθους καὶ τὰ σιαγόνια, ad genas ac maxillas apponat. Et rurſus (v. 14.) ἡ φάρυγξ φλεγμαίνει καὶ τὰ σιαγόνια, fauces inflammatione tentantur & maxillæ. Et (v. 39.) καὶ τὰ σιαγόνια καταπλάσσειν ἀλήτῳ, & ad maxillas farinam in cataplaſmate apponito.

Σικαρὶς exponitur Galeno in Exegeſi, πονήρευμα ἐνεδρευτικὸν, αἴτιον κεκρυμμένον, malignitas ex inſidiis inuadens, cauſa occulta. Verùm mihi valdè ſuſpecta eſt hæc ſcriptio.

Σίκυος aut σίκυον & σίκυς cucumis dicitur, & σίκυος πέπων cucumis maturus, vt li. de fiſt. (p. 519. 32.) σικύη πέπονος τὸ ἔνδον, ad ſedis inflammationem. Et lib. 3. de Morb. (p. 165. 35.) σικύου πέπονος πάλη, cucumeris maturi farina. Sunt & σίκυοι ὠμοὶ. lib. 2. περὶ διαίτης (pagina nonageſima quinta, verſ. quadrageſimo tertio,) & σίκυοι πέπονες, cucumeres crudi & maturi. Hinc σικυώδης cucumeris pollinem aut cucumerem tritum ſignificat lib. 3. de Morb. (p. 165. 42.) paulò ante σικύη πάλην vocauit. Inde quoque σικυήλατον cucumerarium indicat, quo vtitur Hippocr. lib. περὶ γονῆς (pag. 29. 36.) ὥσπερ εἴ τις σίκυον ἤδη ἀπηνθηκότα, ἐόντα δὲ νεαρὸν, καὶ προσεόντα τῷ σικυηλάτῳ. quemadmodum ſi quis cucumerem iam deflorescentem, ſed adhuc tenellum & cucumerario adhærescentem. Σικύη verò interdum cucumerem agreſtem Hippocrati ſignificat, vt libr. 1. περὶ γυναικ. (p. 243. 34.) τὸ ξὺν τῇ σικύῃ, medicamentum quod ex cucumere ſylueſtri paratur intelligens. Dicitur σίκυος ἄγριος eidem ſæpe, vt (p. 228. 34.) & libr. 1. περὶ γυν. (pag. 256. 10. & 257. 13.) Sic σικύην ἄτμητον, κολοκυνθίδα ἀδιαίρετον, hoc eſt colocynthida integram nec diſſectam exponit Gal. apud Hippocratem in Exegeſi, quod legitur lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 211. 42.) σικύη cucurbita dicitur ſæpe in muliebrium morborum tractatione, vt lib. περὶ γυν. φύσ. (p. 226. 42. 43. & 44.) quæ & σικυώνη plærunque & σικυωνίη lib. de loc. in homine (p. 74. 28 & 29.) Eſt & cucurbitula medica σικύη lib. περὶ ἰητρεῖου (p. 13.) quæ & σικύα vocatur.

Σικύης πάλης exponit Erotianus apud Hippocr. τὸ ἐκ σικύης γεγονὸς λεπτοῦ ἀλεύρου, hoc eſt tenuis ex cucumere farinæ. Quã dictione vtitur Hippocr. extremo libr. 3. de Morb. (p. 165. 35.) σικύης πέπονος, ἄνευ τοῦ δέρματος, πάλης, cucumeris maturi corio nudati tenuem pollinem. Et rurſus ibidem (v. 40.) κατὰ κύαθον ἐπιπάσσων τῆς τοῦ σικύης πάλης, in ſingulos cyathos cucumeris tenuem pollinem inſpergens.

Σικυώνην annotat Gal. in Exeg. quatuor ſignificare apud Hippocratem: τὴν κολοκυνθίδα, τὴν ἀπιοειδῆ κολοκυνθίδα, τὴν ἰατρικὴν σικύαν, τὴν ἀπὸ πυθμένος καὶ κωνοειδῆ σικύαν, hoc eſt colocynthida, cucurbitam pyro ſimilem, cucurbitulam medicam, & cucurbitulam fundo tarentem & metæ formam præſeferentem. Quibus ſanè verbis mihi locum libri περὶ ἀφόρων ſubindicare videtur (pag. 294. 28 & 29.) in vterorum purulentorum curatione. Vbi σικυώνην cucurbitã & cucurbitulam

æream vocat. σικυωνίαν etiam quam σικύαν aliàs appellat, lib. de loc. in homine (pag. 74. 28 & 29.) σικυώνιον exponit quoque Erotianus apud Hipp. τὴν ἄγριον συκῆν, hoc eſt, caprificum, ficum agreſtem, ſi modo integra eſt lectio, ac non potius σικύαν legas. Nam & σικυώνη ſæpe in muliebrium morb. tractatione σικύαν indicat: σικυώνης σπόγγον idẽ Gal. κολοκυνθίδος τὸ ἔνδον exponit apud Hip. in Ex. hoc eſt colocynthidis partem interiorem. Quę certè indicatura mihi lib. περὶ ἀφόρων (p. 293.36.) exprimere videtur, vbi ad repurgandos vteros & ad cõceptum idoneos parandos, σικυώνης μακρῆς σπόγγον in ſubditirio peſſo adhibet, hoc eſt cucurbitæ aut colocynthidis longæ ſpongioſam partem internam. Cucurbitam aũt intelligit cui vis purgandi ineſt, quæ alia eſt quàm σικύη ἐδώδιμος, vt ſatis ex eo loco conſtat.

Σίλφιον, laſerpitium tam de radice quàm de tota herba dicitur Hippocrati, vt ſcribit Gal. com. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 111. 10.) τὴν ῥίζαν τοῦ σιλφίου καλεῖν ἔθος τοῖς ἀνθρώποις ὁμωνύμως ὅλῃ τῇ βοτάνῃ, laſerpitii radicem eodem nomine quo totam herbam homines nominare conſueuerunt. Idem Gal. in Exeg. (cùm καυλὸς exponit) ἡ μὲν ῥίζα τῆς πόας σίλφιον ἰδίως ὀνομάζεται, herbæ radix propriè ſilphium nominatur. Eam tenuiter deraſam ad procidentem anum admouet Hipp. lib. de fiſt. (pag. 519. 17.) Eandem choleram ſiccam accerſere non aſſuetis ſcribit lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 111. 8.) De laſeris autem ſucco ὀπὸν ἢ καυλὸν dicit, vt lib. de rat. vict. in morb. ac. & lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 192. 33.) & lib. 2. de Morb. (p. 150. 24.) σίλφιον neque in Peloponneſo neq; in Ionia prouenit, vt ſcribitur li. 4. de Morb. (p. 166. 47.) quod alioqui in Libya ſponte naſcitur.

Σιμότης ſimitas dicitur, cùm medius naſus ſubſidet aut deprimitur propriè vt ſcribit Gal. com. 1. in lib. 6. Epid. (p. 446. 32.) ἔνθα δὴ οὖν ἀπόλωλέ τι τῶν στηριζόντων ὀστῶν κατὰ τὴν ῥῖνα, ἐνταῦθα τὸ διάφραγμα κοίλην ἐργάζεται κατ' ἐκεῖνο τὸ μέρος τὴν ῥῖνα, ὃ καλεῖται ζωὴ τὸ σύμπτωμα σιμότης. Vbi igitur aliquod ex fulcientibus oſſibus deciderit, ibi interſeptum ſubſidens naſum eo loco cauũ facit. Atq; huiuſmodi ſymptoma ſimitas nominatur. Iulius Pollux lib. 2. ἐπὶ δὲ τοῦ σιμοῦ, φαίης ἂν ὡς ἔστιν ἡ ῥὶς ἐκ μέσου κοίλη. De extremo tamen naſo ſimitas etiam dicitur vt patet ex aph. 3. ſect. 1. li. 6. Epid. σιμότης propriè de naſo & via ſumitur, vt ſcribit Galen. com. 2. in lib. κατ' ἰητρ. (p. 676. 11.) Nam ſima loca dicuntur ardua & accliuia. vbi planities cum colle committitur illaq; inter ſe coeũt, & in via qua parte decliuitas alteri parti cõmittitur, σιμότης nominatur. Eodem modo in naſo pars illa ſima vocatur, quæ vtrinque ſublimioribus partib. terminatur. Heſych. quoq; ſcribit σιμὸν dictum fuiſſe τὸ πρόσαντες χωρίον, & σιμὰς nominatas fuiſſe τὰς μετεώρους ἀναβάσεις. Et Ariſt. probl. 38. ſect. 2. τὰ σιμὰ & τὰ κατάντη opponuntur, vt ſint τὰ σιμὰ loca accliuia & ardua. Σιμὸν vinculi genus eſt apud Hipp. per tranſlationem dictum, quod ab orbiculari plurimùm inclinat, vt σκέπαρνον parum, lib. κατ' ἰητρ. (p. 675. 41.) σιμὸν & ſimũ, reſimũ, retuſum de ferulis dicitur, quæ ima parte reſimæ eſſe debent & leuiter deraſæ. Et σιμὸν τὸ ἀποξυνόμενον ἀτρέμα κατὰ τὸ κάτω χέρας, exponit Gal. com. 3. in libr. κατ' ἰητρ. (p. 691. 40.) σιμοῦσθαι de ſummo naſo effertur aph. 3. ſect. 1. lib. 6. Epid. qui ſimus efficitur. Significat etiam inſumi & impendi. καταδαπανᾶσθαι exponit Gal. apud Hip. com. 1. in lib. de art. (p. 691. 40.) De cute enim ſub ala ſcribitur: σιμοῦται γὰρ ἐν τῇ ἀνατάσει, reſimatur enim in ſublatione. Surſum namq; ſublato brachio cutis ſub ala reſimari dicitur, hoc eſt abſumi, cùm ita ſubiectis partibus ſuperextenditur, vt quæ dum laxa erat redundabat ac ſupereffluebat, tunc extento brachio deperire ac cõſumi videatur. ἀνασιμοῦν etiam Heſychio ἀνακόπτειν ſignificat. Quæ ſignificatio etiam legitur in lexico veteri, tuncq; Ionicum eſſe quidam exiſtimant.

Σίνεα dicuntur Hippocrati noxæ, offenſæ, nocumenta, aut offenſiones ac noxiæ. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 76. 38) τὸ δὲ ὑπιὸν διαχώρημα ἔχει μὲν καὶ ἄλλα σίνεα μεγάλα. Eiuſmodi autem alui egeſtio & alias quidem graues habet offenſas. Vbi Gal. τὰ σίνεα βλάβας exponit, ſcribitque σημαίνεσθαι αὐτοῦ τὰς βλάβας σίνεα λέγεσθαι, ὡς κἂν τῷ περὶ ἄρθρων καὶ ἐν ἄλλοις ἐδείχθη· καὶ τό γε σίνεσθαι λέγουσιν οἱ Ἴωνες ἀντὶ τοῦ βλάπτειν. ἀλλὰ καὶ βλαβερὰ σινάμωρα πολλάκις αὐτὸς ὀνόμασε. Moris eſt Hippocrati noxas σίνεα dicere, vt oſtenſum eſt in lib. de fract. & art. Iones enim σίνεσθαι lædere dicunt. Quinetiam noxia ipſe σινάμωρα ſæpe appellauit. Lib. de fract. (p. 544. 29.) ἐν πᾶσι δὲ πολλὸν ὕδωρ θερμὸν καταχέειν τοῖσι κατ' ἄρθρα σίνεσι. In omnibus circa articulos offenſionibus, multa calida affundenda. Vbi Galenus σίνεα dici ſcribit τὰ βλάμματα, & τὸ σίνεσθαι, βλάπτεσθαι, vt ſint σίνεα, noxæ, nocumẽta, læſiones, & σίνεσθαι lædi, offendi. Lib. 5. Epid. (pag. 338. 22.) σίνος τοῦ βέλεος, teli noxa, clades & detrimentum dicitur. Vt quemadmodum lib. de vulner. cap. ἕδρην vocat, a telo acuto & incidente impreſſum in oſſe veſtigium: ita hîc σίνος detrimentum à graui & retuſo telo, vt lapide, illatum ſignificet. Eademque dictione vtitur lib. de vulner. cap. (pag. 447. 15.) καὶ ἐὰν πάθῃ τι, φαίνῃ ἔχον τι σίνος τὸ ὀστέον ὑπὸ τοῦ βέλεος. Quod cùm accidit, os à telo violatum fuiſſe, aut noxiam aliquam accepiſſe, eſt aſſerendum. Id τὸ κακὸν ibidem ſępe vocat, vt ibidem (v. 20.) ὁρᾶν ὅ τι ἔστι τὸ κακὸν, & (v. 22.) ἔχει τι κακόν. Eſt & σίνεσθαι nocere, aut lædere, & σίνεσθαι ac σινέεσθαι ſæpe vſurpat Hippocr. lib. 4. de Morb. (p. 168. 3. 5. & 6.) vt & σινόμενον & σινεόμενον (p. 175. 24. & 28.) Et lib. de fract. (pagina quingenteſima quinquageſima ſexta, verſ. decimo ſexto,) οὐδὲν ἂν σίνοιτο, nihil noceat aut lædat, βλάψαι exponit ibi Galenus. Et libr. 4. de Morb. (pag. 167. v. 34.) σινοίατο ἂν legitur pro σίνοιτο, quod eſt noceat, lædat. Erotianus tamen ἀνοίατο apud Hippocratem legiſſe videtur (ſi modo

modo integra eſt lectio) & μέμψαιτο exponit, καὶ διαβάλοι ἢ βλάψαι, hoc eſt, arguerit, accuſarit, & læſerit. Heſychius σινέσθαι exponit κακουργεῖν, βλάπτειν, ἢ βλάπτεσθαι. Idem σίνεται, βλάπτεται, & σινόμενοι βλαπτόμενοι, & σινοῦνται βλάπτεται, & σίνος, βλάβος. σινὸν apud Hipp. noxium & quod nocet ſignificat, in Coac. Præn. (p. 444. 45) vbi tamen ἄσινον cum Cornario lubentius amplectimur.

Σιναρὸν σῖνος ἔχον ἢ βλάβην, hoc eſt noxiam habẽs & læſionem exponit Erotianus apud Hippocratem. Eam autem dictionem vſurpat lib. de fract. (p. 571. 6.) καὶ γὰρ αἱ ἀποφυόμεναι σάρκες κατὰ τὸ σιναρόν. Etenim enaſcentes carnes iuxta læſam partem. Et lib. de art. (pag. 626. 48.) διὰ τοῦτο πολὺ μακρότερον φαίνεται τὸ σιναρὸν τοῦ ὑγιέος. Ideoque multò longiùs læſum quàm ſanum apparet. Et rurſus ibidem (pag. 605. 34.) οἱ ὀδόντες δὲ καὶ σιναροί, dentes etiam læſi, vitiati, peruerſa & diſtorta maxilla, vt ibidem ἀσινέες ὀδόντες dicuntur dentes integri & illæſi, compoſita & coaptata maxilla. lib. 6. Epid. aphoriſm. 11. ſect. 7. αἱ βῆχες κοπιώδεες καὶ ἅπτονται τῶν σιναρῶν. Tuſſes quæ laſſitudinis ſenſum inducunt, etiam partes læſas contingunt. σιναρὸν τὸ κακωχημένον καὶ βεβλαμμένον exponit Heſychius, vitiatum & lęſum.

Σινάμωρα Galenus exponit apud Hippocratem in Exeg. τὰ κακοήθη, maligna, Erotianus σινερά, Gal. comm. in lib. de rat. vict. in morb. ac. vt ſupra adduximus, βλαβερά, noxia. Eam dictionem vſurpat Hippocr. lib. de art. (p. 622. 53.) eique ἀσινέα opponit: ὅτι τὰ μὲν εἰς τὸ λορδὸν ῥέποντα, ὀλέθριά εἰσι καὶ σινάμωρα, τὰ δὲ ἐς τὸ κῦφον, ἀσινέα, quæ in ſepandum inclinant, eſſe pernicioſa & noxia, quæ verò in gibbum, innoxia. Et rurſus ibidem (pag. 623. ver. 30) πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἐν ἰητρικῇ ἄν τις θεάσαιτο, ὧν τὰ μὲν ἰσχυρὰ ἀσινέα ἐστὶ, καθ᾽ ἑωυτὰ τὴν κρίσιν ὅλην λαμβάνοντα τοῦ νοσήματος, τὰ δὲ ἀσθενέστερα σινάμωρα. Multa quoque alia in arte Medica videre licet, ex quibus quæ vehementia quidem ſunt, cùm in ſeſe totum morbi diſcrimen recipiant, noxia vacant: Quæ verò leuiora, noxias pariunt. σινάμωρα etiam ſcribuntur vt & σινάμορα, & σινάμωροι aut σινάμωρος exponitur Heſychio & Sudæ κακότεχνος, malis artibus deditus, peſtifer, exitialis, ad hoc comparatus vt aliòs detrimento afficiat. Adiicit Erotianus dictam eſſe dictionem παρὰ τὸ σιναμωρεῖσθαι. Quod vitioſè pro σιναμωρεῖσθαι mihi poſitum videtur. Eſt enim σιναμωρεῖσθαι detrimento aut damno affici. Scrupulum vitiatæ lectionis iniiciunt etiam exemplaria quædam, quæ pro σινομαμωρῆσθαι σινομαρῆσθαι leguõt. Apud Herodotum σιναμωρέειν perdere & vaſtare exponitur, quod etiam σιναμωρεῖν legitur.

Σιπύδη Galen. in Exegeſi πυξίδα exponit apud Hippocratem, hoc eſt, pyxidem, additque; δηλοῖ δὲ ἄλλως ἐυθήμενον καὶ κεχρημένον τι σκεῦος εἰς ὃ ἄλφιτον ἐμβάλλεται. Aliàs hoc nomen fictile vas in quod polenta inditur, ſignificat. Ea vtitur dictione Hippocr. lib. περὶ ἀφόρων (pagina 297. verſ. 44.) ἐς σμικρὴν σιπύδα ἐνθεὶς, in paruam pyxidem reconde. σιπύη arcam ſignificat, proprieque arcam panariam, aut vas ad aſſeruandam farinam. σιπύη σιδηροῦν ἀγγεῖον, ἢ ἀρτοθήκη exponitur Heſychio.

Σιραίῳ, τῷ γλυκεῖ ἑψήματι, dulci ſapa, exponit Galenus in Exegeſi. Quod legitur li. 1. περὶ γυν. (pag. ducenteſima quinquageſima prima, verſ. decimo tertio) κλύζειν δὲ χρὴ αὐτίκα οἴνῳ σιραίῳ colluere autem ſtatim vino ſiræo, hoc eſt ſapa dulci oportet. Et rurſus lib. 2. (pag. 284. 6.) ἐν οἴνῳ τε φυρῷν σιραίῳ, & ſapa dulci ſubigere. Sic Erotianus apud Hippocratem οἴνῳ σιραίῳ, τῷ ἑψήματι λεγομένῳ, ſapa dicto exponit, vt antea aſcripſimus & locum ſubindicauimus. σίραιον autem idem eſſe Atticis, quod Aſiani ἕψημα, hoc eſt ſapam aut defrutum vocant, ſcribit Galenus multis locis, præcipueque lib. 7. κατὰ τόπ. (p. 256. 35.) & (p. 262. 30.) eſſeque ἕψημα τὸ ἑψημένον γλεῦκος, decoctum muſtum, quod defrutum dicitur. Nam & caricarum decoctum, τῶν ἰσχάδων ἀφέψημα, σίραιον dici & eadem appellatione contendere ibidem quoque ſcribit Gal: & Paulus lib. 3. cap. 28. σίραιον ἀπὸ ἰσχάδων habet. Eſt autem σίραιον illud quod pinguibus caricis in aqua decoctis fit, mediæ facultatis, quæ lenis & citra acrimoniam extergens appellatur, leuiterq; diſcutit & extergit.

Σῖτος propriè ſignificat triticũ aut frumentum, deinde etiam hordeum & zeam, generaliq; etiam notione cerealia omnia comprehendit, vt ſcribit Gal. com. 1. in libr. de rat. vict. in morb. ac. (p. 43. 33.) Inde quoque σῖτοι & σιτία cibos & cibaria, aut frumentacea alimenta ſignificant, eoſque qui ex tritico panes fiunt. Gal. comm. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 110. 52.) σιτία δηλονότι, μάλιστα μὲν τοὺς ἐκ πυρῶν ἄρτους λέγων, ἢ ἁπλῶς ἅπαντα τὰ ὁπωσοῦν σκευαζόμενα. τάχα δὲ ἢ τὰ ἄλλα πάντα ἐξ ὧν ἄρτοι γίνονται, ζειὰς ἢ τίφας, ἢ κριθάς. οἱ δὲ ἀγροῖκοι ἢ ἀπὸ τῶν κέγχρων ἄρτους ποιοῦνται. σιτία, hoc eſt, cibaria nimirum intelligens, eos qui ex tritico panes cõficiuntur, vel ſimpliciter omnia quouis modo parata. fortè verò & alia omnia ex quib. panes parantur, zeas, tiphas & hordeum. Sed & ruſtici ex milio panes conficiunt. Eaque notione ibidem ſcriptum eſt ab Hippocr. ὀσπρίοισι μὴ χρέεσθαι, εἰ μὴ μετὰ σιτίων. leguminibus minimè vtendum, niſi cum cibariis aut frumentaceis alimentis. Sic σιτία cibos ſolidos indicant ibidem (p. 46. 55.) & σιτώδη τροφὴν, frumentaceum alimentum exponit Gal. eiſq; τὰ ῥοφήματα, h.e. ſorbitiones opponit Hip. μετὰ δὲ ἔπειτα τῷ μὲν ῥοφήματι ἐς τὸ πρωῒ χρέεσθαι, ἐς ὀψὲ δὲ ἐς σιτία μεταβαίνειν. Poſt hoc autem mane ſorbitione vtendum, veſperi verò ad cibaria te conferes. Eademque ratione σιτία ἀσθενέστερα cibi imbecilles & infirmi dicuntur aph. 20. ſect. 5. libr. 6. Epid. & libr. 1. περὶ γυν. (p. 243. 23) κοῦφα σιτία, cibi leues, qui paucum præſtant alimentum & minimùm nutriũt, vt olera, quemadmodum illic explicat Gal. imbecilliſſimam materiam & infirmos cibos vocat Celſus cap. 18. libr. 2. valentiſſimã contrà in qua plurimùm ineſt alimenti,

velut ἰσχυροτέρην δίαιταν vocat Hippocr. libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag.208.ver.5.) quæ paulò plus nutrit, & humidæ ac fugaci opponitur. & ἰσχυρότερα ῥοφήματα ſorbitiones valentiores, quæ plenius reficiunt, lib. περὶ παθῶν (pag. centeſima octuageſima ſeptima, verſ. quinto.) At verò aliter ἀσιτίης ἢ ἰσχυραὶ δίαιται dicuntur aph.16.ſect.4.libr.6.Epid. & ἰσχυρὰ ποτὰ καὶ βρώματα, valentes cibi & potus, aphoriſ.23.ſect.5. qui validam ac vehementem habent caliditatem, vt allia, cepæ, laſer. Sic enim ibi ſcribit Gal. οὐχ ὡς ἔμπροσθεν ἰσχυρὰν δίαιταν ἔφαμεν εἶναι τὴν τῶν πολυτρόφων σιτίων, οὕτω καὶ νῦν ἀκουστέον ἐστὶν ἰσχυρὰ ποτὰ καὶ βρωτὰ τὰ πολλὴν διδόντα τῷ σώματι τροφὴν, ἀλλὰ τὰ τὴν δύναμιν ἰσχυρὰν ἔχοντα, κρόμμυα, σκόροδα, καὶ σίλφιον, οἶνον δὲ παλαιότατον, ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα τὴν θερμὴν δυσκρασίαν αὐξάνοντα. Non quemadmodum antea valentem victus rationem eam eſſe quæ multùm nutrientes cibos exhiberet dicebamus, ita & nunc valentes cibi & potus inaudiendi ſunt, qui multam corpori præſtant alimoniam, verùm ii qui vehementem habent facultatem, qualia ſunt cepæ, allia, laſerpitium, & vinum vetuſtiſſimum, aliaque id genus quæ naturalem intemperiem augent. σιτίων nomine σιτία ponit interdum Hippocr. & σιτηρὰ χρήματα, velut ægr.1.lib.3.Epid.poſt ſt.peſt. σιτίοισί τε πολλοῖσι καὶ φαύλοισι προσεχρῆτο, cibariis etiam multis, vilibus & vitioſis vtebatur. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.43.9.) δοκέει μέν οὖν μοι δικαίως ὀρθῶς προκεκρίσθαι τῶν σιτηρῶν χυλῶν, ἐν τούτοισι τοῖσιν ὀξέσι νουσήμασι. Priſſana igitur frumentaceis cibariis in acutis morbis rectè mihi præferri videtur. Sic quoque σιτώδεα διαχωρήματα, deiectiones cibos referentes dicuntur, cùm crudæ deiectiones cibos non concoctos deturbant, li. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (p.35.44.) ὁκόσοις γυμναζομένοις μάλιστα διάρροιαι λαμβάνουσι, καὶ τὰ ὑποχωρήματα σιτώδεα καὶ ἄπεπτα. Qui exercitiis vtuntur, ſi alui profluuiis prehendantur, aluique recrementa cibos referant, crudaq́; ſint.

Σῖτος verò apud Hippocratem duo ſignificat, vt ſcribit Gal.com.1.in lib.6.Epid.(pag.447.50.) primùm eum qui comeditur cibum, ex quo ſanguinis copia augetur, deinde etiam ciborum reliquias & excrementa, quæ ex alimenti redundátia in inteſtinis generantur. Ac ſecundum vtrunque ſignificatum dicitur ab Hippocr. de nephriticis aphor.5. ſect.1.lib.6.Epid. ἐς νεφρὸν ὀδύνη βαρεῖα ὅταν πληρώνται σίτου. &, λύονται δὲ ὅταν σῖτος κενωθῶσι. Ad renem doloris grauitas vrget, cùm cibo implentur. &, liberantur autem doloribus vbi cibi vacuati fuerint. Eaque notione σῖτος frequenter ſumitur apud Hippocratem, vt ciborum recrementum, & quod ab eduliis in inteſtinis ipſis excrementum cõtinetur, indicet. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.48.21.) ὁκόσοισί τε γὰρ σῖτος αὐτίκα ἐγκατακέκλεισται, quibus cibus ſtatim retinetur. Vbi ſcribit Gal. σῖτον εἶπε τὰ λοιπὰ σιτίων περιττώματα περιεχόμενα ἐν τοῖς ἐντέροις, ὃ δὴ καὶ σκύβαλον ὀνομάζουσι καὶ κόπρον. σῖτον dixit recrementum ciborum quod in inteſtinis continetur, & Græci σκύβαλον & κόπρον appellant. Eademq́; ſignificatione hunc locum exponit Gal. lib. περὶ δυσπνοίας & com.1. in li.6.Epid.(p.447.53.) & com.2. in Pror. (p.198.18.) vbi σῖτον, ἐπὶ τῶν διαχωρουμένων, hoc eſt de his quæ ex aluo ſecedunt Hippocrati illic dici ſcribit. Vbi quoque τῶν σίτων ἀποκεκλεισμένους ex Hippocr. idem exponit, τοὺς ἀποστρεφομένους, ὡς εἰ καὶ ἀποκεκλεισμένους εἰρήκει τῆς τῶν σιτίων προσφορᾶς, καὶ τοὺς ἐπεχομένους τὴν γαστέρα, hoc eſt cibos auerſantes, quaſi ciborum oblatione excluſos dicat, aut eos qui adſtricta ſunt aluo. quemadmodum antea etiam adſcripſimus. Eadem quoq; notione ſcribitur lib.4. Epid.(p.329.21.) καὶ σῖτος ἐγκατεκλείσθη, & cibus intro concluſus eſt, quod de cibo etiam aut ciborum reliquiis intelligi poteſt. Rurſusque ibidem (p.333.22.) ἐπεὶ δὲ ἐλμινς ἐξελήλυθε ὑποπαχεῖα, καὶ σίτου ὀλίγου. At vbi prodiiſſet lumbricus aliquantulum craſſus, & paucum cibi recrementum. Et lib.5.(p.335.19) καὶ ὑπεχώρεεν ὁ σῖτος πονηρὸς καὶ συγκεκαυμένος, & ciborum reliquiæ prauæ & exuſtæ per aluum demittebantur. Quem locum exprimere mihi videtur Erotianus, cui σῖτος πονηρὸς ſic exponitur, νῦν τὸ σῖτον ἀντὶ κόπρου τέθεικε, nunc σῖτον pro ſtercore poſuit. Et rurſus (p.339.9.) καὶ οὐχ ὑπῄει τὰ σιτία, neque ciborum reliquiæ ſubierunt, hoc eſt deorſum prodierunt. lib. de art. (p.625.27.) ἄμεινον δὲ καὶ τὴν κοιλίαν μαλθάξαι κούφῳ τινὶ ὅσον κενώσιος εἵνεκα τοῦ σίτου, præſtatq́; leui aliquo aluum emollire vacuandi ſtercoris gratia. Lib. etiam 1. περὶ γυν. (p.245.8.) καὶ τὰ σιτία, ἐν τῇ γαστρὶ μένῃ, & ciborum reliquiæ in ventre maneãt. Verùm μὴ μένῃ ibi legimus ex lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p.226.3.) de excrementis enim ſermo eſt quæ ex ventre profluunt. Aretæus verò grauis inprimis author & Hippocraticæ phraſis æmulus cap.4.cur.libr.2. περὶ ὀξέων, ἢν δὲ ὑπεκκενώθη μὲν ὁ πᾶς παλαιὸς σῖτος. Quòd ſi vetus omne ſtercus ſubierit. Gal. quoque commen. ad aph. 84. libr. 4. eadem notione σιτία vſurpauit. συνεμφαίνει δὲ τούτῳ καὶ ὅτι διεξελθόντος ἅμα τοῖς σιτίοις ὑγροτέρα μὲν ἡ γαστὴρ γίνεται, ſed & illud vnà apparet, quòd eo vnà cum ciborum reliquiis per inteſtina exeunte, aluus humidior quidem reddatur. Σιτίων ἀποκλείσιες, ciborum excluſiones ſignificant lib.7. Epid. (pagina trecenteſima ſexageſima quinta, verſ.33) & ἀποσιτίαι, h.e. ciborum faſtidia, cum cibi intercluduntur aut prohibentur.

¶ Σκαλιὴ φλὲψ, vena obliqua dicitur Hippocrati libello περὶ ἀνατομῆς (pag.54.33.) ἀπὸ δὲ ταύτης σκαλιὴ φλὲψ ἐπὶ τὰ κάτω νεφρῶν ἀποτείνεται, ab eo verò obliqua vena infra ad renes tendit. Ibidem etiam (verſ.34.) σκαλιωειδέες ὀχετοὶ dicuntur obliqui ductus à renibus ad veſicam tendentes, qui & οὐρητῆρες vocantur.

Σκάμμα vocat Cæl. Aurel. cap.1. libr.2. Tard. Paſſionum limitem ac terminum deambulationis in arena aut ſpatii, quod trãſiliunt, qui ſe ſaltu exercẽt, quò corpus huiuſmodi

ſaltu

ſaltu magis confirmetur. Hic autem terminus appoſito longurio aut ducto ſulco fit.

**Σκαμμωνίδες** legit Erotianus apud Hipp. & ſic exponit. Διοκλῆς οὕτω φησὶ καλεῖσθαι τὸ ἐν Ἀντικύρᾳ ἐλλέβορον· ἕτεροι δὲ πόαν τινὰ ἑτέραν. Diocles inquit, eo nomine elleborum in Anticyra appellari. Nonnulli verò aliam quandam herbam. Verùm lectionem ſuſpectam faciũt exemplaria quædam quæ σησαμοειδὲς legũt. Ex quibus facilè coniicias σησαμοειδὲς legendum, qđ habetur apud Hip. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 116. 44.) & exhibetur cũ aceto mulſo ad purgandum per ſuperiora cum elleboro, idemq́; repetitur in Epiſt. ad Democritum (p. 534. 44.) σησαμοειδὲς verò μέγα intelligendum venit, quod Dioſc. cap. 152. lib. 4. ἐν Ἀντικύρᾳ ἐλλέβορον vocari ſcribit, διὰ τὸ μίγνυσθαι ἐν ταῖς καθάρσεσι τῷ λευκῷ ἐλλεβόρῳ, quoniam veratro albo in purgationibus miſceatur. Addunt etiam quædam exemplaria quibuſdam dici ἐλλέβορον λευκὸν, aliis etiam ἀντικύρικον.

**Σκαρδαμύσσειν ἢ καρδαμύσσειν**, nictare vel nictari dicitur, quod eſt oculis conniuere, & ſubinde oculorum genas claudere & aperire. Sic enim Gal. com. 5. in lib. 6. Epid. (p. 507. 50.) τὸ γοῦν σκαρδαμύσσειν (ὀνομάζεται δ' οὕτως τὸ κλείσαντα τὰ βλέφαρα διὰ ταχέων αὖθις ἀνοῖξαι) παραχρῆμα τοῖς γεννηθεῖσιν εὐθέως ὑπάρχει ζώοις ἀδιδάκτως. σκαρδαμύσσειν igitur (ita autem nominatur cùm quis clauſas palpebras rurſus citò aperuerit, quod nictare dicitur) confeſtim genitis animalibus abſq; vllo doctore innatum eſt. Καρδαμύσσειν etiam Erotianus (qui & σκαρδαμύσσειν ſcribi teſtatur) apud Hip. exponit, τὸ συνεχῶς τὰ βλέφαρα κινεῖν καὶ εἰς ἐπίμυσιν ἄγειν, ἰδίως οἱ Ἀττικοὶ λέγουσιν. cõtinenter palpebras mouere & claudere aut conniuere, Attici propriè dicunt. Addit autem dici ἀπὸ τοῦ καρδάμου, ὃ ἄν τις προσενέγκῃ, συνεχῶς τὰ βλέφαρα ἐπιμύει. quod eſt à naſturtio, quod ſi quis admoueat, crebrò palpebras claudit aut conniuet. Legitur autem aph. 2. ſect. 5. lib. 6. Epid. τὰ μὲν διὰ τὸ σκαρδαμύσσειν, partim quidem vt nictare. Lib. quoque περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 208. 17.) καὶ ὅτι τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀραιὰ σκαρδαμύσσει, & oculis raro nictat. Rurſusque ibidem (pag. 210. 11.) ὅτι οὐ σκαρδαμύσσει προσφερομένου τοῦ δακτύλου, quòd admoto digito non nictat. Et repetitur libello περὶ κρισίμων (pag. 388. 28.) In Coac. Prænot. (pag. 426. 13.) ὅσοι μύοντες σκαρδαμύσσουσιν, qui conniuentibus oculis nictantur. Hinc ἀσκαρδαμύκτως dicuntur libr. 2. Epid. (pagina trecenteſima decima octaua, verſic. tertio) qui inconniuentibus oculis, immotis & inconcluſis intuentur, aut non nictãtur. Nictari enim Plinius cap. 37. lib. 11. σκαρδαμύττειν ex Ariſt. lib. 2. de part. animal. cap. 13. vertit, & μύειν cõniuere, cùm ſcribit: Grauiores alitum inferiore gena cõniuent, eædem nictantur ab oculis membrana obeunte. σκαρδαμύττειν tamen Gaza ibidem conniuere dixit. Eaque de re plura ſcripſimus noſtris in lib. 2. Epid. com.

**Σκάφη** labrum balneatoriũ dicitur aut ſolium in quod ægri deſidentes fouentur, aut alueus in quem loturi deſcendunt. Scapha dici poteſt, vt ſcaphula Aureliano libr. 1. acut. cap. 11. Dehinc paulò prominentius à lecto producendus æger, atq; paululum inclinandus. Tunc ſupponenda ſcaphula alta, aqua calida plena, deinde duo adhibendi qui foueant alterno officio, ne vllo tempore fomentũ frigeſcere faciat caput. Hanc dictionem vſurpat Hip. lib. περὶ ἀφόρων (p. 297. 31.) ἐς τὴν δείλην ἐν σκάφῃ ἐς θερμὸν ὕδωρ ἐγκαθιζέσθω, ſub veſperam in ſolium calida plenum deſideat. Eaq; dictione ſæpe vtitur Alex. Trallianus, vt libr. 9. cap. 1. de inſeſſibus colico morbo laborãtibus parandis. οὕτω γὰρ εἰ παρασκευασθείη τὸ ὕδωρ, χρήσιμον ἔσται πρὸς ἅπαντα, εἴ τι προσαντλεῖσθαι βούλοιντο ἐγκαθήμενοι εἰς τὴν σκάφην, εἴ τι ἐμβιβάζεσθαι εἰς τὰς κεκαυμένας τιτίδας. Hoc enim modo parata aqua ad omnia vtilis futura eſt, ſiue in alueum deſidẽtes aqua perfundi velint, ſiue in ſolium, quod extinctis titionibus calefiebat, deſcendere valeãt. Sic enim locus ille mihi accipiendus videtur, vt τιτίδες illic dicantur extincti titiones, quibus ſolium calefiebat, quæ idem poſtea libr. 12. in febrium ardẽtium curatione, ἐπιτίδας Romanis dicta (aut vt alii ἐπιτίδας, quod etiam malo) ſcribit his verbis (p. 213.) vbi & σκάφης & verbi σκαφολουτρεῖν mentio fit: λούειν δὲ χρὴ τοὺς καυσώδη καὶ διακαῆ νοσοῦντας πυρετὸν, ἐν τῷ οἴκῳ μᾶλλον, ἐν σκάφῃ χλιαρὸν ἐχούσῃ ὕδωρ πολὺ, ὥστε περιτεχθῆναι ὑπὸ τοῦ ὕδατος περιέχεσθαι ὅλον τὸ σῶμα τοῦ κάμνοντος. μὴ προσαντλείτω δέ τις αὐτῷ, μή τι κινείτω τι ὅλως τὸ ὕδωρ. διαφορητικὸν γάρ ἐστι τῆς δυνάμεως καὶ καταβλητικόν. διόπερ οὐδὲ τοὺς ἔχοντας ἀσθενῆ πάνυ τὴν δύναμιν δεῖ σκαφολουτρεῖν, ὃ ἔστι παρὰ Ῥωμαίοις ἐπιτίδας ἐμβάλλειν, ἀλλ' ἐκείνους ἐμβιβάζειν δεῖ, ὅσοις ἡ δύναμις ἀντέχει τι καὶ φέρειν δύναται τὴν ἀπὸ τοῦ χλιαροῦ γενομένην ἔκλυσίν τε καὶ διαφόρησιν. Lauandi autem ſunt febre ardente & perurente laborantes, domi potiùs in ſolio aquæ tepentis pleno, vt totum ægri corpus vndiq; aqua conuoluatur. Ne quis autem ea perfundatur, neque omninò aquam commoueat. Hoc enim vires digerit & conuellit. Iccirco neque imbecillis admodum viribus præditos in ſolio lauare conuenit, quod titionibus iniectis & extinctis apud Romanos paratur. In id verò ii deſcendere poterunt, quorum vires diſſolutionem & diſſipationem, quæ ex aqua tepida fit, ferre poterunt eiqúe reſiſtere. Quibus ex locis ſatis conſtat duplicem lauandi modum in ſolio fuiſſe. Aut enim aqua perfundebantur & fouebantur ægri, aut in ſolium aqua plenum integro corpore demittebantur, in eoq́ue inuolutis extinctis teſtis & titionibus vtebantur, vt ſatis patet ex Celſo cap. duodecimo, lib. tertio. Hi verò titiones videntur Romano nomine deflexo ἐπιτίδες aut ἐπιτίδας Tralliano dici. Pluribus enim aliis vocibus Græcis ex Latinis ductis vtitur. Aut certè apud eum ἐπιτίδες aut ἐπιτίδας ſolium dicetur hoc modo extinctis titionibus paratum, & παρὰ Ῥωμαίοις τιτίδας ἐμβάλλειν dici poterit, quod Latinè effertur,

ægros in ſolium demittere. Qood ideò dico quia ab interprete aliôqui oculatiſſimo iſta ſint vt viriata prętermiſſa & aſteriſco notata. Eſt & alius locus apud eundem Tralliarium in quo σκάφης nomine vtitur, lib. 9. (p. 164.) in colico dolore ob inflammarionem inteſtinorum contracto. εἰ δὲ τὰ τῆς δυνάμεως ἀντιπαρέχοιτο, καὶ εἰς τὴν κεχρισμένην αὐτοὺς ἐμβιβάζειν σκάφην ὑπεραλείφοντας ἐλαίῳ χαμαιμηλίνῳ. Quòd ſi vires repugnent, in alueum eos demittere oportet, corpus oleo chamæmelino ſublinentes. Sic libr. 3. de Morb. Hippocrates in Ileo ad eandem rem σκάφος ἀντὶ σκάφης ponit (p. 161. 32) τὰ δὲ κάτω θερμαίνειν ἐν σκάφῃ ὕδατος θερμοῦ καθίζων τὸν ἄνθρωπον καὶ ἀλείφων ἀεί. Inferna autem calefacito, homine in ſolio aquæ calidę collocato, oleoq; ſemper illito.

Σκαφίον etiam ſcaphulam & paruam ſcapham ſignificat, idemque quod σκαφίδιον. Verùm apud Hippocr. σκαφίον aut σκαφεῖον ligo dicitur & inſtrumentum ruſticum, quo terra pulſatur & foditur, Heſychio σκαπάνη, Scholiaſtæ Theocriti Idyll. 4. σκαπάνη, δίκελλα, σκαφίον, τὸ κοινῶς λεγόμενον τζαπίον, ὃ καὶ οἱ Ἀττικοὶ ἄμην. Lib. de fract. (p. 540. 50.) ξύλον πηχυαῖον, ἢ ὀλίγῳ βραχύτερον, ὁκοῖοι οἱ στειλειοί εἰσι τῶν σκαφίων. lignum cubitale, aut paulo breuius, cuiuſmodi ſunt ligonum manubria. Vbi ſcribit Gal. σκαφία δὲ δηλονότι κάλλιστα δι' ὧν σκάπτομεν τὴν γῆν, ἐν οἷς εἰσι καὶ αἱ καλούμεναι δίκελλαι. μάκελλας δ' αὐτὰς ὀνομάζουσιν οἱ Ἀττικοί. σκαφία ruſtica inſtrumenta vocat, quibus terra foditur, ligones ſcilicet, in quibus bipalia annumerantur, Attici μακέλλας vocant. Si modò vera eſt lectio, & non pro μακέλλας, ἄμας potiùs legendum. Eſt enim ἄμη Scholiaſtæ Thucydidis σκαφίον πλατύ, latus ligo, Latinis rutrum dicitur.

Σκαφὶς etiam alueum & ſcaphulam ſignificat. Pollux libr. 10. cap. 24. σκαφίδα μάκτραν exponit, hoc eſt, vas concauum & oblongum in quo farina ſubigitur, qua ſignificatione σκάφην dici idem ſcribit lib. 6. cap. 10. σκαφίδα quoque idem inter vaſa culinaria annumerat, vt & Athenæus lib. 4. σκαφίδα ſcribit Galenus in Exegeſi, Atticos vocare τὴν ποιμενικὴν σκάφην, mulctram dicunt, vas ligneum, concauum & rotundum, quo in lacte ſerǫue reponendo paſtores vtũtur. Quam in ſignificationem Homericum verſum adducit ex Odyſſ. ι. (verſ. 223.) Verùm apud Hippocratem intelligi, τὴν θαλασσίαν κόγχην τὴν προμηκεστέραν, ἣν οἱ πολλοὶ μύακα προσαγορεύουσι, concham marinam oblongiorem, quæ mytulus vocatur. Erotianus quoq; apud Hippocratem σκαφίδα ποιμενικὴν σκάφην exponit, ſicque vocari Atticis ſcribit: Quo nomine ſitulas aut mulctralia vaſa intelligi vidẽtur, etſi quidam paſtoralem ſcyphum vertunt, vt σκαφίον legiſſe videantur. σκαφίον enim in ποτηρίων genere reponitur, & ſcaphis bibere dicit Plautus Sticho, & M. Tullius act. 6. in Verr. ſcaphia cum emblematis dicit. Heſychio etiam σκαφίδες ποιμενικὰ ἀγγεῖα exponuntur ex Homerico verſu. σκαφίδα ſæpè vſurpat Hippocrat. pro menſura quadam, velut lib. 1. περὶ γυναικ. (pagina ducenteſima ſexageſima ſecunda, verſ. vigeſimo ſexto) βόλβιτον πλάσσειν ὅσον σκαφίδα, ſtercus bubulũ in conchæ marinæ oblongioris formam fingito. conchæ teſtam dixit Corn. ad ſuffitum immittendum. Velut lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 222. 29.) ad ſuffitum parandum ſtercus bubulum in acetabuli olearii formam effingit. quod paruum fundum habeat, ὀξύβαφον ἐλαιηρὸν vocat. Lib. verò 2. περὶ γυναικ. (pag. 286. 17.) ad idem βόλβιτον ὡς ἐμβάφιον, hoc eſt ſtercus bubulum in acetabuli formam effingit. Rurſus etiam lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 263. 4.) ὅσον σκαφίδα μικρήν. quantum conchæ paruæ teſta capit. paruulũ acetabulum dixit Caluus. Et iterum libr. 2. περὶ γυναικ. (pag. 273. 28.) in ſuffitu ad vterum, κύπειρον κόψαντα ὅσον σκαφίδα, cyperum tuſum quantum conchæ teſta capit, aut conchæ menſura. Et lib. 2. de Morb. (pag. 155. 48.) ὅσον σκαφίδα σμικρήν, quantum conchæ paruæ teſta capit, cyathum paruum dixit Corn. Rurſusque ibidem (p. 156. 2.) σύμπαν δὲ ὅσον σκαφίδα, vt in totum ſit conchæ menſura.

Σκεθρὸν accuratum, exquiſitum ac diligens ſignificat apud Hippocr. vt σκεθροτέρη ἴησις, exquiſita & diligens curandi ratio lib. de art. (p. 624. 51.) ἀτὰρ καὶ ἰήσιος σκεθροτέρης οἱ τοιοῦτοι δέονται. Quinetiam curatione exactiore ii indigent. Vbi Galenus σκεθροτέραν τὴν ἀκριβεστέραν dici ait, hoc eſt exquiſitam & optimam, & τῇ φαύλῃ oppoſitam. Idem comm. 1. in lib. de fract. (pag. 538. 4.) σκεθρὸν Ionibus dici vult τὸ ἀκριβὲς, exquiſitum & accuratum, & σκεθρὴν δίαιταν Hippocrati ἀκριβῆ, exactam victus rationem, eique oppoſitam τὴν φαύλην καὶ ἁπλῆν, vulgarem & ſimplicem. Atque idem in Exeg. σκεθρῶ, ἀκριβεῖ apud Hippocratem exponit. Quibus verbis locum li. 1. περὶ γυν. (p. 236. 26) mihi ſubindicare videtur. τοῦτο οὖν ἰσιδὼν, καὶ γνώμῃ σκεθρῇ βασανίζειν. His igitur perſpectis, & exquiſito iudicio expenſis, aut diligenti animaduerſione. Erotianus apud Hippocratem σκεθροτέραν ἀληθεστέραν Bacchium exponere ſcribit, in quo tamen eum reprehendit. σκεθρὸν enim interdum ἀντὶ τοῦ ἀληθοῦς, interdum etiam ἀντὶ τοῦ ἀκριβοῦς λογισμοῦ, pro eo quod diligenti conſideratione fit, ſumi ſcribit. Verùm apud Erotianum quædam exemplaria σκεθροτέρης & ἀληθεστέρης legunt, vt conceptis verbis locum libri de art. exprimat. Cęterùm quòd apud Erotianum σκεθρὰ ὅμοια exponitur, haud dubiè vitium redolet, & quædam exemplaria σκάθρη legunt, æquè vitioſè.

Σκελιφρὸς exponitur à Gal. in Exeg. ξηρὸς προσεσταλμένος, ſiccus, aridus, contractus, ſed vitioſè σκελιφρὸς legitur, & in quibuſdam σκελεφρὸς, vt ex ſerie alphaberica conſtat. Exprimi autem mihi videtur locus libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 208. verſ. 11.) ἀλλὰ λεπτὸς καὶ σκελιφρὸς ἔσται καὶ ἀσθενής. ſed tenuis eſt & aridus ac debilis. Erotianus apud Hippocratem, σκελιφροὺς exponit τοὺς λεπτοὺς καὶ σκελετώδεις, tenues, arefactos & exiccatos. Quibus verbis exponere

exponere videtur locum libr. de aëre, loc. & aq. (pag. 453. 4.) τοὺς δὲ ἀνθρώπους ἰσχνούς τε καὶ σκελιφροὺς ἀνάγκη εἶναι. homines robuſtos & exuccos eſſe neceſſe eſt. erecta figura & graciles quidam exponunt. Lib. de artic. (p. 587. 41.) καὶ ἧσσον ἐπιφλεγμαίνουσι τοῖσιν ὑγροῖσιν καὶ τοῖσιν ἀσάρκοισιν, ἢ τοῖσι σκληφροῖσι καὶ σεσαρκωμένοισι. minorque inflammatio humidis & macilentis, quàm ſiccis & carne oppletis ſuperuenit. Verùm σκελιφροὺς apud Erotianum legitur. σκληφρὸς etiam idem quod σκελιφρὸς indicare videtur & σκληφροὶ exponuntur Heſychio οἱ ἰσχνοὶ καὶ λεπτοὶ τοῖς σώμασι, qui corpore ſunt tenui & gracili, velut attenuato & exareſacto.

Σκέπαρνος ἢ σκέπαρνον aſcia dicitur aut ſecuris, inſtrumentum fabrile. vnde ad vinculi & deligationis ſimplicis genus transfertur, quod à recta linea ortum ducit, & paulatim ad latus inflectitur, ita tamen vt obliquum non ſit. Gal. Com. 3. in libr. de fract. (pag. 564. 49.) ἐστὶ δὲ σκέπαρνον αὐτὴ περιβολὴ βραχὺ ἐγκλινομένη ἀπὸ τῆς εὐθείας, καὶ κινουμένη πρὸς τὸ πλάγιον, ὅπου δὲ ὥσπερ λοξὴ, λέγουσι δὲ κατὰ τῶν τεκτόνων σκέπαρνα, διὰ τὸ βραχὺ τῆς εὐθείας ἐγκλίνεται πρὸς ὑπεναντίον, οὕτως ὀνόμασται. Eſt autem aſcia ipſe faſciæ circuitus, qui cùm paulùm à recto declinet & ad latus feratur, nõdum tamẽ obliquus eſt. Ad aſciæ autẽ fabrilis ſimilitudinẽ deſinens, quòd à recta linea paululum recedens incuruetur, inde aſciæ nomen traxit. Sic enim in noſtris codicibus maximè vitiatus Galeni locus iſte mihi legendus videtur. Rurſus Com. 2. in lib. de art. (pag. 606. 11.) σκέπαρνον μὲν ἐπίδεσμον ἔφη καλεῖ τὸν ἐγκεκλιμένον ὀλίγον ἐκ τῆς ἐγκαρσίας ἐπιβολῆς, ὡς προσθεν εἴρηται. σκέπαρνον hoc eſt aſciam quidem deligationem vocari, eam quæ à tranſuerſa iniectione paululum declinat, antea dictum eſt. σκέπαρνον autem in vinculi ſimplicis genere recenſet Hippocrat. ἐν τῷ κατ' ἰητρεῖον (pag. 475. 41.) Vbi etiam ſcribit Galenus: ὅμως δὲ νῦν ἐσαῦθις τὴν μὲν ὀλίγον ἐγκεκλιμένην ἐπίδεσιν σκέπαρνον ὀνομάζει, τὴν δὲ πολὺ, σιμὴν, ἐκ μεταφορᾶς τοῖς ὀνόμασι χρώμενος. σκέπαρνον μὲν οἱ τέκτονες ὀνομάζουσιν ὄργανόν τι κατὰ τὸ πέρας αὐτοῦ, καθ' ὃ τέμνει τὰ ξύλα, βραχεῖαν ἐπιστροφὴν ἔχον ὀφρυώδη καθάπερ ἡ ἄμβη. Hic tamen eam deligationem quæ parum declinat, aſciam quæ multùm, ſimam, per tranſlationem vocat. Aſciam nãque fabri lignarii inſtrumentum quoddam appellãt, quod in ſummitate, qua ligna incidit, modicè incuruum ſupercilium habet, velut crepido. Quod etiam ab eodem ſcribitur in Exegeſi vocum Hippoc. καὶ γὰρ ὁ σκέπαρνος αὐτὸς ἐπίδεσμος ἀπὸ τῶν τεκτονικῶν ὀνομάζεται σκεπάρνου δοκεῖ. Aſcia nanque vinculi genus, ab aſcia febrili nomen ſumpſiſſe videtur. Eſt & σκέπαρνος Erotiano apud Hippocratem, εἶδος ἐπιδέσμου, ὅταν ὁ ἐπίδεσμος πλάγιος δεθῇ, deligationis genus cùm ipſa deligatio obliquè ducitur. Idem ex Aſclepiadis ἐξηγητικῷ εἰς τὸ κατ' ἰητρεῖον adſcribit: ἔστι γὰρ ὁ σκέπαρνος, ὅταν ὁ ἐπίδεσμος ἐπιβάλλων αὐτὸς ἑαυτῷ καὶ χιαζόμενος κλάσιν τινὰ ποιῇ καὶ γωνίαν, ἢ ὅταν ὀρθὸν λοξῶς ἐπιδεθῇ. Eſt enim aſcia, quando vinculum in ſeſe ductum ad inſtar literę χ quodammodo inflectitur & angulum facit, ſcilicet cùm rectò obliquè deligatur. Sic enim hæc verba perbellè mihi repoſuiſſe videtur Henricus Steph. Ea verò ſignificatione vtitur Hipp. libr. de artic. (pag. 605. 58.) ἐπιδεσίων δὲ ἐστιν αὕτη ἡ ποικιλωτάτη, καὶ πλείστους μὲν σκεπάρνους ἔχουσα. Ex deligationibus autẽ hæc maximè varia eſt, & quæ plurimas aſcias habeat. Hinc quoque σκεπαρνηδὸν effertur Hippocrati lib. de fract. (pag. 564. 45.) aſciatim aut ad aſcię figuram. κἄπειτα σκεπαρνηδὸν περιελάσαντα τὰς ἀρχὰς ἀφιέναι, poſt hæc ad aſciæ figuram alternata capita dimittere. Quem locum mibi expreſſiſſe videtur Gal. in Exeg. σκεπαρνηδὸν exponens ἐκκεκλασμένως, (hoc eſt, effractè, inflexè) & lib. 6. Meth. med. Libri verò κατ' ἰητρ. Com. 2. (pag. 676. 19.) eundem quoque locum adumbrat, vbi & σκεπαρνηδὸν etiam explicat. ὅταν γὰρ κελεύει τὰς ταινίας σκεπαρνηδὸν περιβαλεῖν τῷ κύκλῳ, δηλοῖ ἐκ τῆς ἐγκύκλου περιβολῆς τὸ ἐγκεκλιμένον οὕτως ὡς τὸ τεκτονικὸν σκέπαρνον. οὐ γὰρ βούλεται λοξὴν ἱκανῶς γίγνεσθαι τὴν περιβολὴν τῶν ταινιῶν ἀφεστηκυῖαν πολὺ τῆς ἐγκύκλου κειμένης, ἀλλ' ἐγκεκλίσθαι μικρὸν, ὅσον ἱκανὸν ἀσφαλεστάτην ἐργάσασθαι τὴν κράτησιν τῶν συντετριμμένων. Nam cùm præcipit plagulas aſciæ ritu mem bto iniiciendas, à circulari circuitu eam eſſe faciendam declinationem definit, ea forma quâ eſt aſcia fabrilis. Neque enim vult admodum obliquam fieri plagularum iniectionem, multum à rotunda recedentem, ſed paulùm declinantem, quantum ad firmiſſimam comminutorum colligationem ſufficiat. σκέπαρνον ἐπιδέσεως ἰατρικῆς ὄνομα exponit Heſychius, vinculi Medici nomen.

Σκέπη tegumentum, velamentum ſignificat, & pro aëre nos ambiente ſumi videtur aph. 43. ſect. 8. lib. 6. Epid. qui inter cauſas ſalubres ſanitatis conſeruatrices annumeratur, quas Medici res non naturales appellant. ἔθος δὲ ἐξ ὧν ὑγιαίνομεν, δίαιτησι, σκέπησι. In valetudinis autem ratione conſuetudo ſpectanda eſt, in ratione victus, tegumentis. σκέπη σκέπασμα exponitur Heſychio.

Σκελήματα exponitur Galeno in Exeg. σκελετείᾳ, συμπτώσει, h. e. areſactione, aſſiccatione, quâ nimirum corpus areſactum collabitur & concidit, fitq; σκελετός. Videturq; idem dici σκέλημα quod σκλῆμα, ſi modo integra eſt lectio. Suſpectam tamen facit ſcriptionem ordo alphabeticus. σκλῆμα verò quibuſdam exponitur oſſis exiccatio, & à σκέλω vel σκλῆμι deduci videtur. σκῆλαι etiam exponitur Heſychio ξηρᾶναι, & σκέλλειν σκελετεύειν, ξηραίνειν, καίειν.

Σκῆμψις ἀπόσκημψις exponitur Galeno in Exeg. decubitus, aut ipſa decumbendi & ingruendi actio, de humore in aliquem locum incumbente & illabente, ex libro ſexto Epidemiorum. Quibus verbis aphoriſ. 28. ſect. 3. li. 6. Epid. mihi ſubindicari videtur, vbi ex quibuſdam codicibus manuſcriptis σκῆμψις adſcribitur, apud Galenum autem σκῆψις

legitur & ἀπόσκηψις exponitur. Sic enim ſcribit. πάντες δὲ οἴκασιν τὴν σκῆψιν ἐπὶ τῆς ἀποσκήψιος εἰρῆσθαι. Omnes verò σκῆψιν ἀπόσκηψιν, hoc eſt humorum illapſum intellexerūt. Eſt autem σκήμπτω idem quod σκήπτω, aut etiam σκήπτομαι, quod & σκιμπτω dicitur, nitor, innitor, decumbo, incumbo, ingruo, irruo. σκῆψις etiam pro σκέψις quod conſiderationem ſignificat ſumitur, vt ibidem ſcribit Gal. antiquorum more qui η pro ε ponebant.

Σκῆνος Hippocrati ſumitur pro corpore aut toto corporis alueo. Libello περὶ ἀνατομῆς (p. 54.31.) καὶ μετὰ βρογχίης φλὲψ μεγάλη καλευμένη, δι' ἧς ὅλον τὸ σκῆνος τρέφεται. & cum chartilaginoſa arteria vena magna nuncupata, per quam corpus totum nutritur. Libr. etiam περὶ καρδίης (pag. 55.31.) καὶ οἱ ποταμοὶ οὗτοι ἀνὰ τὸ σῶμα, τοῖσιν ἄρδεται τὸ σκῆνος. & hîc fluuii ſunt quibus totus corporis alueus irrigatur. Aretæus etiam σκῆνος ea notione vſurpat capit. 6. libr. 2. περὶ ὀξ. ψυχροὶ τὸ πᾶν σκῆνος. toto corpore frigidi. σκῆνος quoque σῶμα exponit Heſychius, ſicq; dicitur quòd ſit σκηνὴ τῆς ψυχῆς, ἢ οἰκητήριον, animi tabernaculum ac domicilium.

Σκληρὸν καὶ σπογγῶδες Erotianus poſitum teſtatur apud Hippocratem, ἀντὶ τοῦ χαυνόσαρκον, laxum & ſpongioſum, aut fungoſum molle, ſi modo lectio integra eſt. At Heſychius σκηρὸν, σκληρὸν, παχὺ exponit.

Σκιαυγεῖν eſt cæcutire eorum more qui ex vmbra aut tenebris prodeuntes, ad lucis aſpectum caligant. σκιαυγεῖ, ἀμβλυώττει, exponit Galenus apud Hippocratem in Exeg. nimirum locum libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 210. 10.) ſubindicans. καὶ αἱ κόραι σκίδνανται τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ σκιαυγέει. oculorum pupillæ diſſipantur, & cæcutit. Et libr. περὶ κρισίμων vbi iſta repetuntur σκιαυγεῖ legitur (pagina 388. verſ. 26.)

Σκίδναμαι diſſipor, diſpergor ſignificat, frequens Homero & Hippocrati. Libr. 1. de Morb. (pag. 138. 7.) σκίδναται ἀνὰ τὸ σῶμα πᾶν, in totum corpus diſpergitur. Et rurſus ibidem (verſ. 8.) καὶ μᾶλλον δή τι σκίδναται ἐς τὰς φλέβας ἢ ἐς τὰς σάρκας. magis tamen in venas quàm in carnes diſſipatur. Et libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 210. verſic. 9.) αἱ κόραι σκίδνανται τῶν ὀφθαλμῶν, oculorum pupillæ diſperguntur, quod repetitur libr. περὶ κρισίμων (p. 388. verſic. 26.) Et libr. de loc. in hom. (pagina 64. verſiculo 4.) κατὰ πολὺ γὰρ σκίδναται ἡ ὀδμὴ τῆς ὀσφρήσιος. odor enim quā olfactus per longius interuallum diſpergitur. Heſychius σκίδναται exponit διασκεδάννυται, σκορπίζεται, χωρίζεται.

Σκίμπτω & σκίμπτομαι idem quod σκήπτω ſignificat, nitor, innitor, fulcio me, ingruo, irruo & incumbo. Heſychius σκίμπτει ἐρείδεται exponit, & σκίμψασθαι ἐρείσασθαι, additq; σκίμπτεσθαι idem ſignificare. Idem σκίμπτει ἐπιπίπτει exponit, ingruit, incumbit, & σκιμπτεται, vt σκίμπτεσθαι idem ſit quod σκίμπτεσθαι. Apud Galenum in Exeg. σκιμπτέσθαι κατακλείεσθαι, exponitur, quod eſt concludatur. ſed vereor vt parum integra ſit lectio, vbi etiam quædam exemplaria σκιμπτεῖσθαι habent. σκίμψαι Heſychius exponit ἐμπαγῆναι infixum eſſe, & ἐμπελασθῆναι adhærere, iungi, vicinū eſſe aut admoueri. Idē σκιμφθῇ, ἐγγίσῃ, προσπελάσῃ, quod eſt, prope acceſſerit, adhæſerit, pro quo vitioſè ἐγγίσει, προσπελάσει ſcribitur. Et Galenus in Exeg. σκίμφθη apud Hippocratem duo ſignificare ſcribit, τό, τε διῃρέθη, diuiſum fuit, καὶ τὸ ἐμπελάσθη, appropinquauit, admotum fuit. σκιμφθῇ autem legitur lib. 1. de Morb. (pag. 135. verſic. 25.) καὶ ἢν μὲν ἐς τὴν φλέβα σκιμφθῇ, & ſi in venam incubuerit, irruerit, aut firmatus fuerit & infixus. Agitur enim de ſanguine humiditati admixto. Cui ſanè loco Heſychii expoſitio optimè quadrat, exiſtimoque hunc Hippocratis locum ab eo (quod ſæpe aliàs) vt & à Galeno ſubindicari, vt ſit, & ſi ad venam acceſſerit, adhæſerit, admotus fuerit. Quod facit vt apud Galenum legendum exiſtimem σκιμφθῇ ἐμπελασθῇ, aut ἐμπελάσῃ. σκίμψαι idem τύψαι, καταχαράξαι, διελεῖν, quod eſt tundere, ſcarificare, diuidere, apud Hippocratem ſignificare ſcribit, quod de vena dici videtur, pro quo Heſychius σκίμψασθαι πλῆξαι exponit. σκίμψαι tamen vitioſè apud Gal. legitur.

Σκινδαψὸς vox eſt fictitia apud Galenum & nullius ſignificationis, velut βλίτυρι, cuius meminit cap. 6. lib. 2. de differ. feb. & libr. 3. de præſag. ex pulſ. (pag. 144. verſic. 45.) & libr. 3. de differ. pulſ. (pagina 35. verſic. 43.) vbi tamen videtur ſerui cuiuſdam & inſtrumēti nomen eſſe.

Σκίρρος dicitur Galeno Com. 4. in libr. de rat. vict. in morb. ac. (p. 93. 15.) ὁ ἀντίτυπος ὄγκος καὶ ἀνώδυνος, tumor renitens & doloris expers. Authori verò Definit. Med. (pag. 400. 52.) σκίρρος ἐστὶν ὄγκος σωματικὸς μετὰ σκληρίας, καὶ βάρους, καὶ δυσκινησίας τε καὶ δυσαισθησίας. Scirrhus eſt corporum tumor durus & grauis, cui motus & ſenſus coniuncta eſt difficultas. σκίρροι autem genere duplices ſunt, quidam ex ſanguinis fæce & melancholia, quidam etiam ex craſſa pituita. Quorum generatio interdum etiam ſtatim initio fit, interdum ἐκ μεταπτώσεως, ab inflammatione, eryſipelate, aut œdemate. Gal. lib. de Tumor. præter nat. (pag. 356. 17.) Propriè autem dicuntur σκίρροι tumores duri & dolore carētes, quos οἰδημάτων nomine complectitur Hippoc. vt ſcribit Gal. Com. 1. in libr. 6. Epid. (p. 443. 12.) & Com. ad aph. 34. lib. 4. Hi veri & exquiſiti ſcirrhi dicuntur, velut qui ab humore melancholico gignuntur, reliqui ſcirrhoſi tumores, vt ſcribit Gal. lib. 14. Meth. med. (p. 187. 23. σκίρρον ὀνομάζομεν ὄγκον σκληρὸν, ἀνώδυνον, οὐ μὴν ἀναίσθητόν γε πάντως. ὁ γὰρ παντελῶς ἀνίατος· οἱ δὲ ἄλλοι πάντες ὅσοι ἀναισθητότεροί τε καὶ δυσαισθητότεροι ἀποφαίνουσι τὸ πάσχον μέρος, οὕτως οὐ παντελῶς ἀναίσθητον, ὅπου γε αἰσθητικὸν ὁ φύσει. τοὺς γὰρ συμπάσχοντας ἴσχουσιν ἀναισθήτους ὄντας. εἰ δέ τις ἐκείνους μόνους τῶν παρὰ φύσιν ὄγκων ὀνομάζειν ἀξιοῖ σκίρρους ὅσοι παντάπασιν εἰσὶν ἀναίσθητοι, τοὺς δὲ ἄλλους οὐ σκίρρους, ἀλλ' ὄγκους σκιρρώδεις, ὑπὲρ ὀνόματος ἐρι-

ζων-

ζυγομαχῶν, καὶ καλοῦμεν οὕτω καὶ ἡμεῖς τὸ πάθος, ὅταν ἐκείνῳ διαλεγώμεθα. Scirrhum appellamus tumorem durum qui ſine dolore eſt, non tamen prorſus ſine ſenſu. Talis enim ſanari non poteſt. Reliqui autem omnes ſicut inſenſilem aut ęgrè ſenſilem affectam partem reddunt, ita prorſus inſenſilem non efficiunt, vtique ſi natura ſit ſenſilis. Ligamenta nanque ſcimus inſenſilia eſſe. Quòd ſi quis eos duntaxat tumores qui præter naturam ſunt, & omninò inſenſiles, ſcirrhos appellandos cenſeat, reliquos verò nō ſcirrhos, ſed tumores ſcirrhoſos, is ſe de nominibus litem intendere ſciat, & nos quoque ita affectum appellabimus, quoties cum eo diſſeremus. Quod etiam ibidem iterum repetitur (pag. 189. verſic. 17.) Eſt autem ſcirrhus lieni familiaris & vtero, de quo agit Paulus lib. 3. cap. 68. Eſt & σκίρρος τοῦ σπληνὸς, Authori Definit. Med. (pag. 398, verſic. 23) ὅταν μείζων ὁ σπλὴν ὑποπέσῃ, καὶ λίαν σκληρὸς, καὶ διωγκωμένος. Scirrhus lienis, cùm lien maior valde durus & in tumorem ſublatus eſt: Sic σκίρρος ἐν μήτρᾳ ἐστὶ διάθεσις περί τι μέρος αὐτῆς, ὥστε εἶναι σκληρίαν ἀντίτυπον, ὀγκώδη, ἀνώμαλον, ἄπονον τὰ πολλά. Scirrhus vteri eſt affectio aliquam eius partem obſidens, adeò vt renitens, tumens, inæqualis, & fere ſine dolore ſit durities. Ibidem (p. 399. 25.)

Σκιῶδες φθινόπωρον, vmbroſus autumnus, hoc eſt obſcurus, opacus & caliginoſus, lib. 3. Epid. in ſt. peſt. (pagina 419. verſic. 15.) vbi ſcribit Galen. σκιῶδες εἶπεν ἀντὶ τοῦ ζοφῶδες, ὅπερ σημαίνει τὸ μὴ λαμπρὸν, μηδὲ καθαρὸν, μηδ᾽ ἀκριβῶς αἴθριον. Vmbroſum dixit pro caliginoſo, quod non lucidum, nec purum, neque exquiſitè ſerenum indicat.

Σκληρὸν durum dicitur, ſecundum Ariſt. libr. 2. de ortu & interitu, quod ſecundum ſuam ſuperficiem in ſe non cedit, aut vt Platoni videtur in Timæo, ᾧ ἂν ἡμῶν ἡ σὰρξ ὑπείκει, cui caro noſtra cedit, quemadmodum ſcribit Gal. cap. 4. libr. 5. de ſimpl. med. fac. & lib. 3. de diff. pulſ. (pag. 39. 49.) Durum verò tribus modis vt dicatur vide apud Gorrhæum ex Galeno, quemadmodum & ſiccitate, aut concretione, aut repletione, aut eorum coniugatione durum effici ſcribit Gal. cap. 5. libr. 5. de ſimpl. med. fac. Huic τὸ μαλακὸν quod eſt molle opponitur, quod & varias etiam habet acceptiones. σκληραὶ κοιλίαι dicuntur Hippocrati aphoriſ. 5. lib. 3. alui duræ, reſiccatæ, adſtrictæ. Et σκληρότης ξηρὴ σώματος, corporis aſperitas ſicca, cùm corpus rigidum ſcabrum fit & aſperum humore omni exhauſto, lib. 4. Epid. (pag. 333. verſic. 45.) vbi δέρματος [illegible] & συμπτώσιας iungit. σκληρὸν etiam pro graui, moleſto, aſpero tropicè ſumitur, & alias multas figuratas habet ſignificationes, vt ſcribit Galen. lib. 3. de diff. pulſ. (p. 40. 10.) Sic aph. 1. ſect. 7. lib. 6. Epid. κυνάγχαι δὲ καὶ ἀποσφακελισμοὶ ἢ σκληραὶ καὶ ξηραί. Anginæ autem & partium ſyderationes, aut duræ & ſiccæ erant, hoc eſt graues, quod grauiſſimos & violentiſſimos labores adferrent. Ruſuſque ibidem. σκληρέαι δὲ καὶ βιαιότεραι αἱ ἐς τὰ ἀποσφακελιστικὰ ἄγουσαι. Duriſſimæ autem & vehementiſſimæ [tuſſes erant] quæ ad partium ſyderationes deducebant, hoc eſt, grauiſſimæ. Galenus in Exegeſi, σκληρὰ κατεσκληκότα, hoc eſt, aſſiccata, exponit, additque, καὶ τὰ ἀπ᾽ αὐτοῦ πάντα κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον. & omnia quæ ab eo deducuntur iuxta eandem rationem dici. Quod certè vt huic loco accommodari poteſt, ita & aphoriſm. 71. libr. 5. & 15. ſect. 6. lib. 6. Epid. propius quodammodo reſpicere videtur. Vnde quoque σκληρύνει σκελετεύει, hoc eſt aſſiccat idem exponit, & σκληρύνεται. σκελετεύεται, aſſiccatur. σκληρύνει autem vſurpat Hippocrat. aphoriſm. 26. ſect. 3. libr. 6. Epid. ψύξις τὰ κατὰ κοιλίην σκληρύνει. Refrigeratio quæ ventre continentur indurat, aſſiccat. Et μίξις τὰ κατὰ τὴν γαστέρα σκληρύνει. Coitus quæ ventre continentur aſſiccat, arefacit, & extenuat. Vnde ἐσκελετευμένοι dicuntur Galeno libri ſecundi ſalubr. (pagina 238. verſiculo 58.) extremè macilenti, ſicci & graciles, quaſi aſſiccati, inueterati & torrefacti, vt vertit interpres, qualis habitudo eſt in corporibus oſſeis. Hinc etiam eſt σκληρυσμὸς δέρματος, cutis durities, aſperitas, ſcabrities & reſiccatio, lib. περὶ χυμῶν (p. 105. 3.) & totius corporis, vbi totum corpus ſtrigoſum eſt, rigidum, aſperum & exuccum, omni humore frugi conſumpto, in Prorrh. (pag. 176. verſic. 52.) & Coacis Prænot. (p. 426. 37.) Ruſuſque in Prorrh. (p. 193. 21.) κατάψυξις μετὰ σκληρυσμοῦ, corporis perfrictio cum rigiditate, & Coac. Prænot. (p. 424. 36.) vbi totum corpus ita perfrigeratum eſt vt obrigeat & induretur, aut ex ſiccitate aſperatur & contrahitur. Quod præſentiſſimum minatur exitium, vt ſcribit Galenus Com. 2. in Prorrh. Aut enim ita refrigerari corpora vt obrigeant, mortem propinquā, aut ita reſiccari vt indureſcant, perniciem breui affututam indicat.

Σκληρυσμοὶ τῶν ἄρθρων, articulorū duritas aut durities, cū ob ſiccitatē ita indurātur articuli, vt haud facilè flecti queāt, aph. 18. ſec. 1. l. 6. Ep.

Σκληρύσματα tumores duros ſignificant in Coac. Præn. (p. 432. 49.) τὰ κατὰ κοιλίην σκληρύσματα μετὰ πόνου, durities in ventre cum dolore, οἰδήματα σκληρὰ καὶ ἐπώδυνα vocat in Progn. Hippocrates. σκλήρωμα dicitur lib. 4. Epid. (pag. 332. 41.) etſi σκλήρωμα ſignificat authori Definit. Med. (pag. 399. 24.) tumorem ſubdurum in aliqua vteri parte exortum, & Paulo libr. 3. cap. 68.) tumorem durum in vteri collo præcipuè conſiſtentem, & ſcirrhi ſpeciem quandam. *Σκληροκοιτέειν eſt duro cubili & ſtrato vti, lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (p. 32. 53.) velut eſt humi decubit*, χαμευνίαν dicit Gal. Com. ad aphor. 29. lib. 3. humicubationem Tertullianus. Vnde σκληροκοιτίαι dicūtur lib. 3. περὶ διαίτης (pag. 100. 26.) *Aſteriſcis incluſa ſequi debuerant verſum 13. paginæ ſequentis.* *Ruſus ibidem (pag. 441. verſic. 46.) σκληρύσματα duritias ſignificant, & de veratro ſcribitur, σκληρύσματα ποιέει, duritias facit. Quod intelligitur de

torminibus ac diſtortionibus, quæ ſentiuntur malè exhibito veratro, non arteouato humore, neq; emollita corporum per quæ purgatio fieri debet ſoliditate, vt præcipit Hippocrat. aphoriſm. 13. libr. 4. & 5. ſect. 1. libr. 6. Epid. Periculum nanque eſt ne violenta illa cõcuſſione & conuulſiooe diſtenta vaſa ſua rigiditate rumpantur. Poſſunt & σκληρύσμαλα ariditatem & ſiccitatem denorare ſecundum ſignificationem à Gal. attributam, quòd veratrum exhibitum ariditatem, reſiccationem ac extenuatiooem faciat.

Σκολιαίνεσθαι propriè ſignificat in latus obliquari & peruerti, ſed ſumitur generaliter de quacunque peruerſionis ſpecie, ſiue io latus, ſiue io priorem aut poſteriotem partem id fiat, apud Hippocratem libr. de art. (pagina 620.35.) σκολιαίνεται γυιοῦ ῥάχις, quòd Galenus exponit διαστρέφεται καθ' ὁντιναοῦν τρόπον. Spina igitur quouis modo peruertitur. Alioqui σκολίωσις eſt ſpinę in latus peruerſio, cùm in latus emouetur. Eam ibidem exponit Gal. τὴν ῥάχεως διαστροφὴν εἰς τὰ πλάγια, & initio Com. 3. in libr. de artic. (pag. 610.55.) Eſt & σκολιότης ὑποχονδρίου, bypochondrii obliquitas, hoc eſt inæqualitas, vbi inæqualiter affecta ſunt bypochondria, libr. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 101.53.) ὑποχόνδριον μὲν γὰρ εἰ ἐπίπονόν ἐστιν, ἢ ἐπηρμένον, ἢ ἔχει τινὰ σκολιότητα. Hypochondrium igitur ſi cum dolore fuerit, aut in tumorem ſublatum, aut quandam obliquitatem babeat. ἀνωμαλίαν exponit ibidem Gal. inæqualitatem, ὅπερ ἐν τῷ προγνωστικῷ κατὰ τήνδε τὴν λέξιν ἔγραψεν, εἰ ἀνωμάλως διακείμενον τὰ δεξιὰ καὶ τὰ ἀριστερά. quod in Prognoſtico bac oratione ſcripſit, ſi inæqualiter tam dextra quàm ſiniſtra parte affectum ſit.

Σκολοπομαχαίριον gladiolus acutus dicitur aut cultellus, ad paxilli formam accedens, vt nominis ratio teſtatur, quo in execando fœtu vtitur Paulus libr. 6. cap. 74. Hippocrates verò μαχαίριον vſurpat libr. 1. περὶ γυναικ. (p. 252.22.) & libr. περὶ ἐγκατατομῆς ἐμβρύου, σκολομαχαίριον paſſim & diminutè ſcribitur.

Σκορδίνημα eſt pandiculatio tòtius corporis & cum oſcitatione extenſio. Sic enim σκορδίνημα expooitur, διάτασις μετὰ χάσμης, magna corporis cum oſcitatione extenſio, pandiculationem Latini dicunt. Et Galenus in Exeg. σκορδινᾶσθαι apud Hippocratem exponit διατείνεσθαι, καὶ μάλιστα μετὰ χάσμης, hoc eſt extendi præcipueque cum oſcitatione. Eſt & σκορδινᾶσθαι Polluci, μετὰ χάσμης ἀποτείνειν ἑαυτὸν, & Ariſtoph. Schol. μετὰ χάσμης τὰ μέλη ἐκτείνειν, membra cum oſcitatione exteodere, quod pandiculari dicitur. σκορδίνημα vſurpatur Hippocrati libr. 2. Epid. (p. 314. 46.) pro quo κορδίνημα legi teſtatur Erotianus, & καρηβαρίαν ſignificare, ἀπὸ τοῦ τὸ κάρα δινεῖσθαι, hoc eſt, capitis grauitatem, quòd caput in orbem vertatur, adducto Ariſtoph. teſtimonio in Ἀχαρν. (pag. 262) quo verbo idem vtitur etiam in Veſpis & Ranis. Erotianus quoque iterum σκορδίνημα exponit τὸ καρηβαρεῖν, itaque antiquis dici ſcribit & Ariſtophani. Annotatur etiam ex Corintbo σκορδινήμας ἢ κορδινήμας τὸ καρηβαρεῖν apud Ionas ſignificare. σκορδινίαξ pro σκορδινᾶσθαι ponitur apud Hippoc. lib. περὶ ἐπικυήσιος (p. 49.54.) καὶ σκορδινίηται, aut pandiculetur, hoc eſt toto corpore extendatur. Dicitur etiam σκορδινισμὸς & σκορδινισμοὶ, & in quibuſdam exẽplaribus, σκορδινισμοὶ pandiculationes, aph. 4. ſect. 5. lib. 6. Epid. Vbi ſcribit Gal. σκορδινισμὸν tale quoddam eſſe ſymptoma in omnibus muſculis, quale in oſcitatiooe muſculis inferioris maxillæ contingit: fieriq́ue à natura ad euacuanda vitioſa excrementa, qnæ in muſculis exiſtunt. Idem Gal. Com. ad apbor. 56. libr. 7. σκορδινισμὸν fieri vult ab humiditate flatuoſa aut ſpiritu vaporoſo in muſculis voluntarii motus contento.

Σκορδίον exponit Erotianus apud Hippocratem βοτάνης ὄνομα, herbæ eſſe nomen. De ea agit Dioſcord. cap. 125. lib. 3.

Σκορόδου φύσιγγα, τὸ ἔξωθεν λέμμα, hoc eſt exteriorem corticem idem exponit apud Hippocr. quod ſumptum eſt ex libr. de fiſtulis (pag. 517.36.) vt poſtea ſcribemus.

Σκότος tenebras ſigoificat, ſed pro tenebricoſa oculorum caligine quæ ex capitis vulnere oborta eſt, ſumitur libr. 5. Epid. (pag. 337.47.) καὶ αὐτῇ σκότος κατεχύθη. eique oculorum caligo offuſa eſt. Inde σκοτοῦσθαι oculorum caligine tentari dicitur & vertigine corripi. Ibidem (pag. 339. 46.) καὶ τότε μὲν ἐσκοτώθη. ac tunc quidem oculorum caligine, aut vertigine correpta eſt. In vertigine nanque cùm pręcipua duo ſint ſumptomata, tenebricoſa caligo oculis obuerſata, & omnium rerum circumactio, à priore Græcis σκότωμα dicitur (Aretæo cap. 3. lib. 1. περὶ χρ. παθ.) & σκοτωματικὸν πάθος (Galeoo lib. 3. de loc. aff. cap. 8.) Latinis à poſteriore vertigo, & ab vtroqne σκοτόδινος (aph. 17. lib. 4.) aut σκοτοδινίη. Ex eadem origioe σκοτώδεες dicuntur Hippocrati, qui tenebricoſa vertigine vexantur, & quibus tenebricoſæ caligines circum oculos obuerſantur, in Prorrh. (pag. 192.1.) vbi Galeoùs σκοτώδεας exponit τοὺς ἐν ταῖς κινήσεσι σκοτουμένους, eos qui inter mouendum caligine aut vertigine vexantur. & σκοτώδεες iidem eſſe videntur qui σκοτωματικοὶ vocantur Autbori Definit. Med. (pag. 398.4.) Eademq́ue ratione σκοτώδεα tenebricoſas vertigines ſignificant, in Coac. Prænot. (pag. 433.47) τὰ σκοτώδεα ἐξ ἀρχῆς αἱμοῤῥαγίη ῥινὸς λύει. Tenebricoſas vertigioes ab initio ſanguinis ex naribus fluxio ſoluit. Et rurſus ibidem (pag. 434.3.) ἐξ αἱμοῤῥοΐδων ὅσοι ἐπιφανείσης σκοτώδεα ἰσχόντα. Ex venarum oſculis ſanguinem fundere ſolitis aliquantulum appareotibus, tenebricoſæ vertigioes obortæ. At lib. 1. Epid. (p. 367.32.) τὰ σκοτώδεα περὶ τὰς ὄψιας, tenebricoſas oculorum caligines, in febre ardente ſignificant, ἀμβλυωσμὸς in Prognoſt. dixit Hippocr. offuſas oculis tenebras Celſus cap. 7. lib. 2. Eſt autem σκοτόδινος (vt ſcribit

bit Gal. Com. ad aphor. 17. lib. 4.) ἐπειδὰν ἅμα περιδινεῖσθαι δοκῇ τὰ βλεπόμενα, ὅτε διὰ τῆς ὄψεως αἴσθησις ἐξαίφνης ἀπολεῖται), σκοτοῦνται αὐτῷ σκότος περιχεῖσθαι. γίγνεται δὲ τοῦτο, τοῦ στόματος τῆς κοιλίας ὑπὸ μοχθηρῶν χυμῶν δακνομένου. διὰ γὰρ τὸ μέγεθος τῶν νεύρων τῶν ἐξ ἐγκεφάλου καθηκόντων εἰς αὐτὸ, βλάπτεται τὰ τῆς ψυχῆς ἔργα, κακοπραγοῦντος τοῦ μορίου. Tenebricoſa vertigo dicitur quando ſimul res conſpectæ videntur circumuolui, & ſenſus viſus repente deperditur, cùm ægroti ſibi tenebras circumfundi exiſtiment. Quod contingit ore ventriculi à prauis humorib. demorſo. Ob magnitudinē enim neruorū à cerebro ad ipſum pertingentiū, animi functiones offenduntur, ea parte malè affecta. Σκοτοδίνη etiam dicitur in Coac. Prænot. (p. 428.30.) pro σκοτοδινίη, vt legitur libr. 2. de Morb. (pag. 140.46.) & (pag. 143.31.) & aliàs.

Σκυθρωπὸς, triſtis, auſter, vultuoſus, tetrico vultu & ſuperciliosſo, moroſus ac difficilis, quales ſunt melancholici, qui Scythico eſt vultu & inamœno, κατηφὴς Græcè dicitur, cui ἱλαρὸς hilaris opponitur apud Xenoph. libr. 2. ἀπομνημονευμάτων. Ægr. 14. libr. 3. Epid. poſt ſt. peſt. σιγῶσα δὲ καὶ σκυθρωπή. taciturna verò & tetrico vultu, de muliere melancholica. In Prorrh. (p. 185.30.) πρόσωπον τὸ λίην σκυθρωπὸν, vultus valde tetricus & ſuperciliosſus, toruus aſpectus. Sic in Coac. Præn. (p. 430.13.) σκυθρωπότης ἐν ὀξεῖ damnatur, in morbo acuto tetrica & ſuperciliosſa facies, aut moroſus & difficilis vultus. Inde σκυθρωπότεραι παραφροσύναι dicuntur deſipientiæ tetricoſiores & auſteriores, quæ ab atra bile fiunt.

Σκυλάκια σιαλώδη, κύνεια κρέα λιπαρὰ, hoc eſt caninas carnes pingues, exponit Erotianus apud Hipp. Quod legitur lib. περὶ ἀφόρων (p. 292. 36.) καὶ ἐσθιέτω σκυλάκια σιαλώδεα διεφθά. & edat catulos pingues percoctos. σκυλάκια ἑφθὰ vocat eadem in re lib. περὶ ἐπικυήσιος (pag 51.6.) Catulorum verò lactentium carnes pro cibo veteribus fuiſſe teſtatur Plin. lib. 29. ca. 4. & Oribaſius Collect. lib. 1. ex Mneſithei Athenienſis ſententia laudauit. Catulinam carnem eſitauiſſe Romanos Plautus in Saturione refert, vt ſcribit Feſtus. Hippocrates quoq; pluribus locis in variis affectibus cibo non parum commendauit, vt libr. περὶ παθῶν (p. 188.21) τὰ κύνεια κρέα κεχρῆσθαι. & lib. 2. περὶ διαίτης (p. 93.33.) σκυλάκια δὲ ὑγραίνει καὶ διαχωρεῖ. Catulinæ carnes humectant & per aluum ſecedunt. Lib. περὶ παθῶν (p. 186.32.) non febricitantibus σκύλακος κρέας ἑφθὸν, catuli carnes coctas exhibet. Et lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 193.31.) in thoracis tuberculo κρέασι σκυλακείοισιν vtitur, vt & (p. 200.25.) in hydrope ex hepate. Rurſus lib. 2. de Morb. (p. 149.30.) in pleuritide σκύλακα καθεφθὸν exhibet, vt & poſtea (pagina 154.10.) κρέα σκυλάκεια.

Σκίλλης τὸ κρῶδες exponit Erotianus apud Hip. τῆς ῥίζης τὸν χυλὸν, radicis ſuccum. Verùm apparet manifeſtum vitium apud Erotianum. σκίλλης enim τὸ μυξῶδες legendum apparet, vt legitur libr. de Vlceribus (p. 516.12.) quod interiorem partem ſcillæ mucoſam indicat, & quod maximè eſt medium, direptis viuo tenus tunicis. σκίλλης τὸ πηρῶδες quędā habent exemplaria Erotiani, quæ etiam vitiū redolent, & pro eo τὸ ἰχῶδες repoſuit Henric. Steph. Ac neſcio an pro πρώτως ἰχῶδες legi poſſit, cum ſit ſcillæ ſuccus acris & feruens ac mordens vt nitrum. πρᾶον Varinus τὸ καθυγρὸν exponit, vt ſit τὸ πρῶδες, in ſcilla quod ſuccoſum eſt, facili lapſu vt τὸ κρῶδες pro τὸ πρῶδες ſcribatur.

Σκυρίαι αἶγες, Scytiæ capræ probantur Hippoc. ad lac puerperæ augendum, & caſeus caprinus, lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 245.21.) Eſt autem Scyros inſula vna ex Cycladibus Plinio lib. 4. cap. 12.

Σκῦρος, pro σκίρος ſiue σκίῤῥος ſcriptū, exponitur Gal. in Exeg. πῶρος, callus, aut durities calloſa. & legitur lib. 1. περὶ γυν. (p. 238.46.) ἢν δὲ λεπτυνθῇ ὁ σκῦρος. Si verò ſcirrhus aut callus emollitus fuerit. Et rurſus ibidem (v. 45.) τὸν σκῦρον διαχέει. ſcirrhum aut callum diffundunt. Sic etiam σκιρωθῶσι, πωρωθῶσι, ex eodem loco ibidem exponit Galenus (v. 44.) καὶ ἢν σκιρωθῶσιν, ſi indurati (vteri) fuerint, aut occalluerint. Agitur enim illîc de vteris in duritiem quandam calloſam obdureſcentibus aut lapideſcentibus. Erotianus tamen σκιῤῥωθῶσιν aut σκιῤῥωθέωσι legit, & σκληρυνθῶσι exponit, hoc eſt obduruerint, & idem eſſe ait quod σκιῤῥωθῶσιν, quandoquidem σκίῤῥον σκῦρον vocat Hippocr. Sic lib. 2. περὶ γυν. (p. 279.4.) ſcribitur, ἢν σκιῤῥωθῶσιν αἱ μῆτραι, ſi induruerint vteri. Et lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 218.20.) de vteri oſculo, ἢν δὲ σκιῤῥωθῇ, ſi obduruerit, vbi Aldus σκιρωθῇ legit. Scribitur etiam rurſus libr. 2. περὶ γυν. (p. 279.10.) ἢν αἱ μῆτραι σκιρωθῶσι, & (v. 19.) ἢν δὲ σκληρυνθῶσιν αἱ μῆτραι, vnde expoſitionem ſuam hauſiſſe videtur Erotianus. Et libro περὶ γυναικ. φύσ. (pagina 223. verſiculo 38.) ἢν σκιῤῥωθῶσιν αἱ μῆτραι. & (v. 44.) ἢν σκιῤῥωθέωσιν αἱ μῆτραι. σκιρωθῶσι etiam λιθωθῶσιν exponit Heſychius, hoc eſt in lapidem obduruerint, nimirum (vt opinor) Hippocratis locum ſuperiorem ſubnotans.

Σκύζα, τὰ κατὰ τὴν σπονδυλίδα τοῦ αὐχένος, quæ ſunt circa ceruicis nodum exponit Galenus apud Hippocratem in Exegeſi. Quam etiam dictionem agnoſcit Erotianus, & exponit τὸ μεταξὺ τῶν τενόντων καὶ τοῦ τραχήλου, id quod eſt inter tendones & ceruicem, ex Petronii teſtimonio. Addit quoque quibuſdam dici τὸν νωτιαῖον μυελὸν, ſpinalem medullam, nonnullis etiam, τὸ ἰνίον, aliis, τὸν μεταξὺ τοῦ μετώπου καὶ τῶν ὀφρύων τόπον, locum inter frontem & ſupercilia medium, quod ἐπισκύνιον appellant. Quoſdam etiam σκύτα dixiſſe τὸ τῆς κεφαλῆς δέρμα, capitis cutem, παρ' ὃ καὶ ἡ σκύζα εἴρηται. Verùm in his Erotiani verbis vitium eſſe ſuſpicor, & ἡ σκύτη εἴρηται legendum exiſtimo, vt à σκύζα κεφαλὴ, σκύτη dicatur. Sic enim Heſychio σκύτη κεφαλὴ exponitur, & σκύτος, τὸ δέρμα. Qui etiam

ἐπιῦζα τὸν τράχηλον σκυλοῖς dici ſcribit. Libr. de art. (pag. 604. 27.) ἡ σὰρξ τῆς σκύτινος legitur, longe alia quidem notione, & nihil ad hunc locum pertinet. Hæc autem Erotiani verba dictioni σκῦτος Petronio attributa annotantur ex lexico veteri apud Henr. Steph.

Σκυτίνlω Erotianus apud Hippocratem, πεπιλημένlω ἢ πεπυκνωμένlω exponit, h. e. coactam, compactam & condenſatā. Atq; haud ſcio an iis verbis ſubnotet locum lib. 4. de Morb. (pag. 174. 39.) vbi ſcribit: ὥσπερ εἴ τις λήκυθον σκυτίνlω στενόστομον ἐμπλήσας ἀλείφατος, καταστρέψειεν ἐπὶ τὸ στόμα κατ᾽ ἰθύ. Non ſecus ac ſi quis ampullam oleariam coriaceam anguſti oris, oleo impletam, in os è directo obuertat. Sic enim lecythum illam confertim plenam oleo, vt nihil effundatur, πεπιλημένlω καὶ πεπυκνωμένlω accepiſſe videtur Erotian⁹, hoc eſt, adeò compactam, & oleo plenam ac condenſatam, vt ore obuerſo oleum effluere nequeat. ἐπιέζει γὰρ τὴν ὁδὸν τὸ ἄλειφα, ἅτε πολὺ καὶ ἀθρόον ἐπικείμενον. Oleum enim multum & confertum incumbens, viam obturat, vt ibidem ſcribitur.

Σκύτινον ὑποκεφάλαιον idem etiam exponit, δερμάτινον προσκεφάλαιον, ὅπερ καὶ τύλιον. coriaceum puluinar, Latini puluinum dicunt. Verùm σκύτινον ὑποκεφάλαιον ſcribitur apud Hippocratem lib. de fract. (p. 540. 54.) καὶ ὑποθεῖναι σκύτινον ὑποκεφάλαιον, ἢ ἓν, ἢ πλείω, & ſuppoſito coriaceo vno puluino, aut pluribus. Et libr. de artic. (pag. 621. verſic. 33.) ἔπειτα ἐπὶ τὸ ὕβωμα ἐπιτιθεὶς ἢ τρυχίον τι πολύπτυχον, ἢ μικρόν τι σκύτινον ὑποκεφάλαιον. Deinde ſupra gibberum multiplex aliquis panniculus, aut paruus aliquis puluinus imponatur. Sic libr. 2. de Morb. (pag. 142. 16.) τὸν ἀσκὸν τὸν σκύτινον, hoc eſt ſcorteum vtrem calida impletum capiti adhibendum vocat.

Σκώληκας κοπριώνες, vermes ſtercorarii aut oletarii, & qui in ſtercoribus reperiuntur, vermes pilularii dici poſſunt, ac videntur eſſe ex ſcarabeorum genere. Iis ſiccatis vtitur ad purulentos vteros Hippocrat. libr. περὶ ἐπικυήσιος (pag. 50. verſic. 28.) καὶ τοὺς σκώληκας τοὺς κοπριώνας ὡσαύτως ξηραίνειν ἐν τῷ ἡλίῳ. & vermes ſtercorarios eodem modo in ſole ſiccato.

¶ Σμαραγέω, ῶ, reſono, ſtrepitum edo, fragorem ſeu ſtridorem emitto, quo ſæpe vtitur Homerus, vt Il. β. (v. 210.) σμαραγεῖ δέ τε πόντος, quod exponit Heſychius ἠχεῖ, ψοφεῖ, ſtrepitum edit, reſonat, Hippocrat. libr. 2. περὶ γυναικ. (pag. 278. verſic. 42.) ἡ γαστὴρ αἴρεται ἢ φυσᾶ, καὶ σμαραγεῖ. venter attollitur, inflatur ac reſonat, ſonitum edit.

Σμήγματα ſunt medicamenta deterſoria, pulueribus primùm attributa, de quibus abunde Gorrhæus. Cælius Aurel. cap. 2. libr. 3. Tard. Paſſ. laceſſentes atq; purgatiuos pulueres nuncupari ſcribit.

Σμηκτὶς γῆ inde aut σμηκτρὶς dicitur, creta detergendi vi prædita, creta Cimolia. Sic enim σμηκτίδα γῆν, τὴν κιμωλίαν Galenus & Erotianus apud Hippocratem exponunt, ex libro ſecundo περὶ γυναικ. (pagina 284. verſic. 49) vt antea ſcripſimus, quam σμηκτρίδα vocat lib. de fiſt. (pag. 517. 47.) & quidam codices apud Erotianum.

Σμύρνα, myrrha, lachryma eſt arboris Arabicæ, ſpinæ Ægyptiæ non diſſimilis, vt ſcribit Dioſc. c. 78. lib. 1. Σμύρνης ἀμιναίας aliquoties meminit Crito apud Galenum libro quinto. κτ᾽ τόπ. in paſtillis ad Lichenas (pagina 226. 48. 52. & pag. 227. 1.) & Aſclepiades (pag. 232. v. 26.) Sed certè Minæam ſcribi oportere ſatis conſtat ex Gal. lib. 1. de Antidotis (pag. 433. 54.) qui Myrrham maximè probatam his verbis ſcribit: τὰ δὲ ἐφεξῆς δύο προσκεχειρισμένα, ἥ τε σμύρνα καὶ ὁ κόστος, οὐ χαλεπὰ γνωρίσαι τοῖς ἤδη προεωρακόσι. εἰδέναι δὲ χρὴ ἐπιτήδειον ὑπάρχειν ταῖς ἀντιδότοις τὴν τρωγλοδῦτιν λεγομένην σμύρναν. ἔνιοι δὲ αὐτὴν ὀνομάζουσι μιναίαν ἀπὸ τοῦ χωρίου καθ᾽ ὃ γεννᾶσθαι φασὶ τὴν καλλίστην, εὐώδης μέντοι δὲ ἔστω, καὶ ὡς προείρηται, μηδὲν ὀποκαρπάσου ἐχέτω. Quæ deinceps ſubſcribuntur, myrrha & coſtus, nequaquam ſunt cognitu difficilia iis qui ea ante viderint. Noſſe autem oportet myrrham quæ Troglodytis dicitur antidotis conuenire. Hanc quidam Minæam, à loco in quo optimā naſci ferunt vocant. Boni autem eſſe odoris debet, nec; (vt antea dictum eſt) quicquam opocarpaſi admixtum habere. Minæam quoq; myrrham poſt Troglodyticam probat Plinius cap. 16. libr. 12. Sed ἀμιναίαν καλουμένlω ὑπὸ δοκιμον ſcribit Dioſcorid. Minæam autem dictam à Minæorum pago conſtat. Vnde & Thus Minæum probatur Plinio cap. 14. lib. 12. cùm nec præterea Arabum alii thuris arborem videant. Eadem probatiſſima myrrha σμύρνα πρώτη, hoc eſt, primaria vocatur libr. περὶ ἐπικυήσιος (pag. 52. verſ. 6.) & σμύρνα ἀκρατος, lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 261. verſ. 43.) hoc eſt myrrha pura & ſyncera. σμύρναν καλλίνlω, myrrham caloniam ad vterorum ſuffitum cum roſaceo adhibet Hippocr. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 220. 14.)

Σμωδίγγων μαλακτικὸν exponit Galenus in Exeg. apud Hippocr. hoc eſt, τὸ πρὸς τὰς σμώδιγγας, ὅπερ ἐστὶ μώλωπας, ἁρμόζοντος, ad σμώδιγγας, id eſt, vibices conuenientis & accommodati. Eſt enim σμωδιγγῶν pharmacum ad vibices conueniens, & σμῶδιξ vibex, liuor ex plaga, ὁ ἐκ πληγῆς ὕφαιμος μώλωψ. σμῶδιξ exponitur Heſychio μώλωψ, τὸ ἀπὸ πληγῆς οἴδημα. & σμώδιγξ, ὕφαιμος μώλωψ, ὁ τῆς πληγῆς τύπος. & σμώδιγγες, μώλωπες, τραύματα.

¶ Σολοικὸν quod eſt abſurdum & incongruum, indecens, inſulſum, τὸ ἀμαθὲς exponit Heſychius. Libr. de fract. (pag. 553. verſic. 14.) καὶ γὰρ σολοικότερον μηχανοποιεῖν μηδὲν δέον, Machinas enim cùm minimè eſt opus adhibere abſurdum eſt.

Σομφὸν τὸ χαῦνον exponit Erotianus apud Hippocratem itemq; Heſychius, hoc eſt inane, fungoſum, aut ſpongioſum, & tribuitur mammis mulierum ab Ariſtotel. Libr. de loc. in homine (pagina 64. verſic. 3.) de naribus. σομφὸν δὲ ὡς σπογγιά. mollis laxitas velut ſpongia. At φθίνηται σομφὸν libr. 2. de Morb. (pag.

(pag.147.19.)obſcurè loquitur aut non clarè ſignificat, vocem quaſſatam aptè vernaculè dicimus. τὸ φαιὸν ὅτι χρωμάτων λέγεται συμφὸν ὥσπερ τοι, τὸ μεταξὺ λευκοῦ καὶ μέλανος ἀφανίζω, (vt ſcribit Gaza) fuſcus color obſcurus eſt, & abolitis extremis ex albo & nigro mixtus.

Σοφιζόμενοι ἰητροὶ, Medici qui ſibi falsò ſapientiam venditant aut arrogant, ſophiſtæ, & qui ſibi ſapientes videntur, errant tamen: Libr. de fract. (p.527. 26.) οἱ δὲ ἰητροὶ σοφιζόμενοι, ὅσιν δὴ οἱ ἁμαρτάνουσι. Qui verò Medici ſapiẽtiam ſibi falſo arrogant, ii nimirum peccãt. Vbi Galenus σοφιζομένους exponit, τοὺς σοφὸν μέν τι δοκοῦντας εὑρίσκειν ἁμαρτάνοντας δὲ, καὶ διὰ τοῦ μηδὲ τὰ τοῖς ἰδιώταις ἅπασι καλῶς γινωσκόμενα φυλάττοντας. hoc eſt, eos qui ſibi videntur aliquid ſapienter inueniſſe, errant tamen, ac propterea neque ea obſeruant, quæ ab imperitis quibuſlibet rectè cognoſcuntur. Σοφίην Erotianus apud Hippocratem interdum τέχνην, artem ſignificare, interdum etiam τὴν περιεργίαν, anxiam ſedulitatem, ſcribit. τέχνην verò indicare vult cùm ſcribitur σοφίην πεπαίδευται, arte inſtruitur. Libr. περὶ τέχνης (pag.1. verſic. 14.) δυνάμενος δὲ, ὅσα σοφίην, ᾗ πεπαίδευται, potens verò ob ſapientiam, qua inſtructus eſt. Vult enim tractationem præſentem quam ſuſcepit, artem Medicam ab inuidorum & imperitorum calumnia defendere poſſe ob ſapientiam qua eſt prædita & inſtructa.

Σούσινον oleum liliaceum aut lilinum dicitur ex liliis confectum, ideoque κρίνινον vocatur, & αἰγύπτιον ἔλαιον λευκὸν. Hoc enim Gal. in Exeg. τὸ ἀπὸ τῶν κρίνων σκευαζόμενον exponit, ὅπερ καὶ κρίνινόν τι καὶ σούσινον ἔλαιον ὀνόμαζον. Eo vtitur ad ſubdititia vteri medicamenta Hippocrates lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 221. 1.) & σούσινον ὃ ἔστιν ἐν γῇ αἰγυπτίῃ vocat. (Sic enim legendum videtur, cùm vitioſa ſit & aſteriſco notata in codicibus lectio.) quòd αἰγύπτιον ἔλαιον λευκὸν dicatur Galeno, & optimum eſſe in Ægypto conſtet. Eſt & Suſini vnguenti compoſitio apud Dioſcorid. cap. 63. libr. 1. & lilinum dicitur, optimumque in Ægypto eſſe conſtat. Id vtiliter ad muliebria mala adhibetur, atque à Gal. αἰγύπτιον μύρον λευκὸν vocatur. Paratur autem ex liliis & aromatibus, ideoque κρινόμυρον & σούσινον nuncupatur. Paratur quoq; Theophraſto in libello περὶ ὀσμῶν, ἐκ τῶν κρίνων, ex liliis, verùm idem ab vnguento Ægyptio diſcernit. Per σούσινον ergo apud Hippocratem aut vnguentum Suſinum, aut oleum intelligi poteſt, vt lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 227. 29. & 48.) Suſini vnguenti crebra eſt mentio apud Gal. lib. 5. κατὰ τόπ. (p.190.22. & 49.)

¶ Σπάδων apud Hippocratem σπάσμα, hoc eſt vulſum aut vulſuram ſignificat, vt annotat Galenus in Exeg. qui etiam adſcribit fœmininum eſſe nomen. Erotiano quoque σπάδων eſt σπασμὸς σώματος, corporis conuulſio ac contractio quædam. σπάδων autem in vena thoracis aut pulmonis dicitur Hippocrati, cùm præ ſanguinis copia intensè diſtenditur aut conuellitur citra ruptionem, fitq; velut varix, hoc eſt, varicis modo intumeſcit & eleuatur. Conuelluntur enim quæ in ea ſunt fibræ, cùm ſubitò & affatim diſtenduntur, aut ex ictu aliquo violentiam patiuntur, velut σπάσμα fit in carne aut neruo, quod eſt vnitatis ſolutio citra vulnerationem. Libr.1. de Morb. (pag. 132. verſic. 33.) ἢν δὲ τὸ φλέβιον παντάπασι μὲν μὴ διαῤῥαγῇ, σπάδων δὲ ἐν αὐτῷ ἐγγένηται, γίνεται δὲ μάλιστα ὥσπερ κιρσός: At ſi vena quidem non omninò rupta fuerit, ſed in ipſa cõuulſio fiat, fit autem præcipuè velut varix. Dicitur & σπάδων in carne περὶ τοῦ σπάσματος ibidem (pagina 133. verſic. 10.) ἀλλ' ἐν τῇ σαρκὶ σπάδων γίνηται. ſed in carne conuulſio fit. Agitur enim illîc de ſuppurati thoracis cauſis, cùm ex labore, aut intenſa exercitatione, aut motu, thoracis anterioris aut poſterioris vena adeo diſtenta fuerit, vt rumpatur, citra vulnerationem tamen aut vnitatis ſolutionem, adeo vt ſanguinis ſputum non ſequatur, ſed fibræ conuellantur, violentiam & diſtentionem patiantur, & vulſum fiat. Sic rurſus ibidem (pag. 134. verſic. 43.) γίνεται δὲ καὶ ἀπὸ τῶν πόνων, ὁκόταν τι τῶν φλεβίων σπασθὲν ῥαγῇ, μὴ ῥαγῇ δὲ παντελῶς, ἀλλὰ σπάδων ἐν αὐτῷ γένηται. fiunt etiam [tubercula in coſtis] ex laboribus, cùm venula aliqua diuulſa rupta fuerit, neque tamen prorſus rupta fuerit, ſed ita vt in ipſa conuulſio fiat. Et (v.45.) εἰ δὲ σπάδων ἐν τῷ φλεβίῳ γένηται. Si verò conuulſio in vena fiat. σπάδων autem σπασμὸς ab Hippocrate exponi videtur ibidem (pagina centeſima trigeſima tertia verſiculo quadrageſimo quarto) vbi de ſuppuratis inferiore ventre ſcribitur, γίνονται δὲ καὶ ἀπὸ σπασμῶν, καὶ ὅταν φλέβιον σπασθὲν ῥαγῇ, τὸ αἷμα ἐκχυθὲν σήπεται καὶ ἐμπύει. fiunt autem & à conuulſionibus, cùm venula conuulſa rupta fuerit, ſanguis effuſus putreſcit, & pus intrò generat. Rurſuſque (pagina centeſima trigeſima quinta verſiculo primo) ἐνίοισι δὲ ὁκόταν ἀσθενέα γένηται τὰ σπάσματα ἐν τῇσι σαρξὶν ἢ ἐν τῇσι φλεψὶν, οὐκ ἐκπυΐσκεται. Quibuſdam autem cùm imbecilla fiant in carnibus aut venis conuulſa, nõ ſuppurant. Quin etiã in exemplaribus Regiis manu ſcriptis Hippocratis ex quodam Scholio ad librum primum de Morb. adſcribitur, σπάδων κατὰ χαμαιλέοντας ὁ εὐρύχος λέγεται, ἐνθαῦθα δὲ δοκεῖ μοι λέγειν τὸ ἐν τῷ φλεβίῳ σπάσμα. καὶ γὰρ τὰ σπάσματα σπάδονες καλοῦνται. Sic σπάδωνα τὸ σπάσμα ἢ τὸν εὐρύχον exponit Heſychius. Suidæ verò σπάδων τὸ σπάσμα ſignificat, & σπάδων ὁ εὐνοῦχος dicitur. σπάδωνα autem acutum tractum apud Hippoc. vertit Cornarius.

Σπάθαι dicuntur coſtarum oſſa Polluci libro ſecundo. τὰ μὲν τῶν πλευρῶν ὀστᾶ, σπάθαι. Rufo autem Epheſio coſtarum oſſa vel coſtæ ipſæ. πλευραὶ δὲ καλοῦνται πᾶν τὸ ὑπὸ τῇ μασχάλῃ, τὰ δὲ ὀστᾶ πλευραὶ καὶ σπάθαι. σπάθην ſcapulas apud Hippocratem accipiunt libr. περὶ ἄρθρων (pagina quinquageſima octaua verſiculo decimo octauo) περὶ γὰρ ταύτην τὴν σπάθην. καὶ

ἅμα τὼ πόδε καὶ μηρὼ ταρἀσσονται. Confeſtim autem ſcapulæ dolent, & ambo pedes ac crura conſequuntur.

Σπιθαμίλη vide μίλη antea.

Σπανοπώγωνες qui raram habent barbam & quibus menti pili decidunt, quaſi raribarbi, Galenus libro tertio περὶ ἐπιδημιῶν (pagina 456.14.)

Σπαραγμὸς idem quod σπασμὸς conuulſio, laniatus, vnde σπαραγμώδης qui conuulſione tentatur, libr. 7. Epid. (pag. 356. verſic. 13.) σπαραγμώδης dicitur libr. 5. Epid. (pag. 543.6.) à σπαράσσω vel σπαράττω quod eſt vellico, dilacero, vnde σπαρασσόμενοι ἀνεμέτως, qui citra vomitum vellicantur, in Coacis Prænot. (pagina 441. verſic. 33.) Intelliguntur autem quibus os ventriculi humorũ vitio vellicatur aut lancinatur. Verùm σπαρασσόμενοι malim. Heſychius σπαρασσόμεθα, ξυόμεθα, ταρασσόμεθα exponit.

Σπαργᾷν de luxuriante & ferociente humorũ impetu dicitur, dum ad excretionem pruriunt, trãſlatione ab animalibus ducta, quæ in Venerem prona ſeminis prurigine titillãtur, quod ὀργᾷν dicitur. σπαργᾷν autem mammis lactis copia turgentibus & diſtentis accommodatur, dum præ nimia lactis abundantia rupturã minãtur, adeoq; tenduntur vt lac ſtillent. Sic σπαργῶσι exponit Heſychius ὅτι οἱ μαζοὶ πλήρεις εἰσὶ γάλακτος. Lib. 2. Epid. (p. 318.29.) ἢν τὰ ἄνω χωρία σπαργᾷ, ſi ſuperiora loca ad humorum excretionem turgeant, aut ſuopte impetu ferantur, dixit Hippocr. vt ibidem expoſuimus. Quem certè locum expreſſiſſe mihi videtur Gal. in Exeg. cùm σπαργᾷ ὀργᾷ exponit. Erotianus vero ὀρέγεται & ἀντὶ τοῦ ἐπιθυμεῖ poſitum ſcribit, quod eſt exitum affectant & ad excretionem cupiditate feruntur, non ſecus ac quibus cor cupiditate alicuius rei accenſum intumeſcit, aut ad libidinem prurit. Sic σπαργαὶ, ὀργαὶ, ὁρμαὶ exponuntur Heſychio, & σπαργῶν ὁ πλήρης καὶ διάμετος ἐκκρίσεως. Annotatur autem ex Corintho in Dialectis σπαργᾷν ὀρέγεσθαι καὶ ἐπιθυμεῖν dicere Ionas, quæ eſt Erotiani expoſitio.

Σπαργανοῦσθαι eſt faſciis inuolui. lib. de fract. (p. 558.53) ὥσπερ τὰ παιδία ἐν τοῖσι κοίτοισι σπαργανοῦνται. velut infantes in cunis faſciari ſolent. Sic Celſus ca. 8. lib. 8. rurſuſq; ſub ala ſua faſciari debet. Dicuntur autem σπάργανα faſciæ & panni quibus infantes obuoluuntur, cunæ aut incunabula. monumenta videtur dixiſſe Terent. Eunucho, Ciſtellam Pythia domo effer cum monumentis. Illic enim monumenta dici quæ Græci τὰ σπάργανα vocant annotat Donatus. Et σπάργανα, δεσμὰ, ῥάκη exponit Heſychius, vt & σπαργάνοις, δεσμοῖς, ῥάκεσι.

Σπασμὸς conuulſio dicitur, & affectus eſt muſculorum cùm præter voluntatem ad capita ſua retrahuntur, ſecũq; trahunt partes illas quibus inſeruntur, vt ſcribit Gal. lib. de tremore, rigore, & palpit. (p. 372.56.) Authori verò Definit. Med. (p. 397.26.) σπασμὸς ἐστὶ πάθος νεύρων ἢ μυῶν χωρὶς ἐκτεινομένων πάθος, μετὰ τῆς ἄνευ προαιρέσεως ἑλκεσθαι, ποτὲ μὲν ὅλον τὸ σῶμα, ποτὲ δὲ μέρος. Cõuulſio affectus eſt quo nerui & muſculi tẽtantur, adeo vt modò totũ corpus, modò pars, ſine voluntatis arbitrio trahatur. fit autem tractis ad propria ſua capita muſculis, vnaq; parte in quam inſeruntur attracta & adducta. indeq; conductio dicitur Aureliano & diſtentio cap. 6. lib. 3. acut. vt Celſo ſæpe diſtentio neruorum apud Hippocratẽ, interdum etiã neruorum rigor, cap. 7. lib. 2. ex aph. 13. lib. 7. Σπασμὸς verò interdum pro morbo comitiali ſumitur apud Hip. vt aph. 70. lib. 5. & Coac. Præn. (p. 434.18.) ἐν τοῖσι σπασμοῖσιν ἀφωνίη. in conuulſionibus loquẽdi impotentia, quod de morbo comitiali accipitur. Eſt n. Epilepſia totius corporis cõuulſio quędã, vt ſcribit Gal. Cõ. ad aph. 7. ſect. 6 lib. 6. Epid. Quæ quidem cùm fiat ex partiũ neruoſarum repletione (vt ſcribit Gal. com. ad aph. 70. lib. 5.) neq; adeo acuta aut pernicioſa eſt, vt quæ ex euacuatione contingit; Eiuſmodiq; cõuulſiones σπασμοὶ ἐξαπίνης dicuntur Hipp. in Coac. Præn. (p. 434.18.) & com. ad aph. 57. li. 4. & 27. lib. 2. Sic σπασμώδεα πάθη Hippocrati dici contendit Gal. conuulſiones totius corporis potius quàm partium, quæ morborũ initiis cõtingunt & ex repletione fiunt, non autẽ eas quæ ex euacuatione aut inanitione eueniunt, Com. 3. in Prorrh. (p. 217.48.)

Σπάσματα, vulſa, cõuulſa, aut vulſiones dicũtur, quę in neruoſis partib. aut fibris muſculorũ fiunt diſtentiones citra vulnerationẽ, vbi ex ictu, aut irruente aliqua cauſa vim ſentiunt, & in ipſis fibræ conuelluntur aut diſtendũtur. Ea in vnitatis ſolutione reponit Gal. 3. Meth. med. Idẽ etiã lib. 4. & 6. Meth. q in carne ῥῆγμα dicitur, in neruoſis partib. σπάσμα intelligi ſcribit. Et Com. 3. in lib. κατ' ἰητρ. (p. 698.56.) à recentiorib. Medicis interdũ τίλματα, h. e. vellicationes vocari vult aut ῥήγματα, ruptiones. Vtitur ea dictione Hipp. aphor. 25. lib. 5. vbi conuulſiones vertunt interpretes, & in Coac. Prænot. (pag. 437. 51.) Ibidẽ quoq; (p. 435.6.) σπάσματα ſumuntur pro contentionibus ac concuſſionibus totius thoracis, quib. à facultate animali mouetur ad expectorandũ & repurgandũ ſputum. Aut cõtractiones corporis & concuſſiones ſignificant, quę cũ rigore fiũt aut hor rore initio pleuritidis, cũ ſanguis & ſpiritus ad locũ inflãmatione reuerarum deferuntur.

Σπατίλη exponitur Galeno in Exegeſi, τὸ ὑγρὸν διαχώρημα, liquida alui egeſtio. Quæ dictio vſurpatur Hippoc. lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 58.46.) ἐνίοισι δὲ αὖ καὶ σπατίλη ἐγένετο. nonnullis alui liquida egeſtio cõtingit. Vbi eam exponens dictionem ſcribit Galenus, καὶ δὴ τούτων ἔνιοι ὅτι διαχωρήσειαν, καὶ σπατίλην φασὶ γίνεσθαι, τουτέστιν ὑγρὰ διαχώρησιν. Nonnullis eorum qui hanc victus rationem ſecuti ſunt ait σπατίλην, hoc eſt, alui liquidam egeſtionem contingere. Ibidem tamen ſcribit Gal. exemplaria quædam non σπατίλην, ſed

ſed ἄσπλω legere. Erotianus quoque σπατίλη dictionem annotat ſemel ab Hippocrate dici, & κεῖσθαι ἐπὶ διαῤῥοίας. Verùm σπατίλη legendum exiſtimo. Heſychio σπατίλη τὸ ὑγρὸν διαχώρημα exponitur. At Ariſtoph. Schol. ἐν εἰρήνη (p. 436.) σπατίλη ἡ ἀνθρωπίνη κόπρος dicitur, hoc eſt ſtercus humanum, vt & Polluci lib. 5. qui τίλον & σπατίλην pro eodem ponit.

Σπεῖσαι Erotianus ποτίσαι exponit apud Hipp. quod eſt potui præbere. At apud Heſychium, σπεῖσαι exponitur ἐκχέαι, προςενέγκαι, θῦσαι καὶ, libare, ſacrificare, offerre, à verbo σπένδω.

Σπεῖρα ſpiram ſignificat & funem in orbem conuolutum & contortum. Libro ſecundo de Morb. (pagina 147. verſiculo 20.) de polypo extrahendo, σπόγγιον κατατεμὼν στρογγύλον καὶ ποιήσας ὥσπερ σπεῖραν, ſpongiam conciſam & in orbem velut ſpiram aut funem conuolutam, hoc eſt in rotundum conciſam & contortam, quò durior fiat. Sic σπεῖραι Heſychio inter alia ſignificata σειραὶ exponuntur, & ſpiræ ſparteę ex Pacuuio apud Feſtum Pompeium funis nauticus in orbem conuolutus explicantur. Aliôqui σπεῖραι ſunt ἕλικες καὶ συστροφαὶ Heſychio, & funium orbes aut volumina velut ſerpentium, Virg. Æneid. 2. ſpiras, orbes & nodos vocat. Sunt & Suidæ συστροφαὶ τῆς χειρός.

Σπειρᾶσθαι apud Hippocratem pro σπείρεσθαι ſumunt interpretes, quod eſt diſſeminari aut ſpargi. Libr. περὶ ὀστέων φύσ. (pagina 62. verſiculo 14.) τοῖσι δὲ ἄρρεσι περὶ τοὺς ὄρχιας ἐσπείρωται. in maribus circa teſtes diſſeminatur, ſpargitur. Eo enim ſenſu ſumpſerunt interpretes. Verùm haud ſcio an σπειρᾶσθαι illîc pro σπειρᾶσθαι dicatur, quod eſt in ſpirã colligi aut contrahi, hoc eſt ſpiras & volumina facere, pro inuolui aut conuolui: Vt ſit περὶ τοὺς ὄρχιας ἐσπείρωται, circum teſtes conuoluitur. Rurſuſque ibidem (v. 29.) περὶ τὸ γόνυ ἐσπείρωται, circa genu ſpargitur, aut conuoluitur.

Σπερμολόγοι de animalibus dicitur quæ ſemina ad paſtum legunt iiſq; paſcuntur. lib. 2. περὶ διαίτης (pag. 93. verſic. 42.) ὅσα δὲ σπερμολογέει, quæ verò ſeminibus paſcuntur, ſeminileges volucres intelliguntur.

Σπερχνὴ ἐπείγουσα, συνεχὴς, hoc eſt vrgens, aſſidua, exponitur apud Hippocratem Galeno in Exeg. quod περὶ τῆς ὀδύνης ſæpius legitur. Vt libr. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 223. 29.) ὀξεῖά τε καὶ σπερχνή, dolor acutus & vehemens. Et rurſus (p. 225. 36.) τὸ ἰσχίον ὀδύνη ἔχει, ὀξεῖη τε καὶ σπερχνή, dolor acutus & vehemens coxẽdicẽ occupat. Quod etiam repetitur lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 276. 25.) Libr. etiam 1. περὶ γυναι. (pag. 248. verſic. 1.) καὶ τὴν ὀσφὺν ὀξεῖά τε καὶ σπερχνή, & lumbos dolor acutus & vrgens occupat. De morbo etiam dicitur lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 224. 17.) ἡ δὲ νοῦσος σπερχνή τε καὶ θανατώδης. Morbus eſt vehemens & lethalis. Quod etiam eadem in re repetitur libr. 2. περὶ γυναικ. (pag. 270. 49.) Libr. quoque 2. de Morb. (pag. 155. 39.) πυρετὸς ἔχει σπερχνὸς, febris vehemens detinet. Heſychio etiam σπερχνὸς exponitur ταχὺς, σπουδαῖος, ἄγαν ἐγκείμενος πρός τι, ἐπειγόμενος, h. e. velox, feſtinans, ſtudioſè alicui rei incumbens, vrgens. Verùm τραχὺς & ἐπειγόμενος vitioſè ſcribitur. Erotiano autem apud Hippocratem σπερχνὸν συνεχὲς aſſiduum exponitur. Eidemque σπερχόμενος & σπερχόμενος ſine ν, ἐπειγόμενος eſſe dicitur.

Σπλάγχνα dicuntur præcipua interiora viſcera, vt cor, pulmo, hepar & lien quæ vitalitatis ſunt præcipui fontes, ac maximè hepar & lien. Libr. de rat. vict. in morb. ac. (p. 59. 51.) iis qui præter conſuetudinem pranſi non fuerint κρεμᾶσθαι δοκέει τὰ σπλάγχνα, ſuſpenſa ac pendula eſſe videntur viſcera. Ventre enim vacuo ob inſuetam abſtinentiam, ſuſpenſa ac pendula ſentiuntur viſcera, vt & cibis repleto ſtabiliri ac confirmari videntur, vt illîc ſcribit Galenus (pag. 61. verſ. 48.) σπλάγχνα ἤτοι ἔγκατα, ἢ τὰ ἐντὸς τῶν ζώων, exponit Heſychius.

Σπλὴν, lien, viſcus eſt in corpore humano ad ſiniſtram ventriculo incumbens, corpuſq; atro humore repurgans. Quod humano veſtigio & pedi aſſimilatur Hippocrati libello περὶ ἀνατομῆς (p. 54. 38.) ἐκ πλευρῆς δὲ νόθης, λήγει δὲ ἀριστερῆς, σπλὴν ἀρξάμενος ἐκτέταται, ἀνθρωπείῳ ἴχνει ποδός. Ex nothis autem coſtis latere ſiniſtro ſplen initio ducto extenditur, cum humani pedis veſtigio ſimilitudinem & cognationem habens. Σπλῆνες apud Hippocr. magnos lienes & ex melancholia in tumorem ſublatos ſignificant, aphoriſ. 22. libr. 3. μεγάλους σπλῆνας διὰ τὸ μελαγχολικὸν περίττωμα. ibidem exponit Galenus. Indeque σπληνώδεις dicuntur quibus lien in magnitudinem aut molem intumuit aut obduruit, craſſis humoribus & melancholicis lieni infarctis, vt aph. 43. lib. 6. & 48. & Coac. Prænot. (pag. 438. v. 25.) Poteſt etiam à pituita ipſa ſplenem attollente & eleuante idem contingere veluti libr. 1. περὶ γυναικ. (pag. 241. 5.) γυνὴ σπληνώδης dicitur. At authori Definit. Med. (p. 398. 21.) σπληνικοὶ ſunt, οἷς φλεγμηνάντες οἱ σπλῆνες εἰς τὸ κατὰ φύσιν οὐκ ἀποκαθίστανται, οὐδὲ ἀποφλεγμαίνουσιν, ἀλλ' αὐτοῖς παραμένει ἡ σκληρία, ὥστε καὶ κατὰ τὰς νόσους ῥευματίζονται. ἀλλάσσεται δὲ αὐτοῖς καὶ ἡ κατὰ φύσιν χροιὰ τοῦ σώματος, hoc eſt, quibus inflammati lienes ad naturalem ſtatum non reuertuntur, neq; ab inflammatione liberi euadunt, verùm durities perſeuerat, adeò vt per morbos defluxionib. tententur, iiſq; natiuus corporis color immutetur. σπληνὸς κατ' ἴξιν ex Erotiano antea expoſuimus, & quonã referri debeat indicauimus. Σπλῆνες etiam τὰ σπλήνια vocantur Hippocrati, ſplenia etiam Latinè, plagulæ, panni & puluini, qui fracturis imponuntur, eam appellationem ſortiti quod ſplenis formam gerãt. Adhibentur autem tum vt ſubligationem firmam contineant, tum vt membra circũ expleant, vt ſcribit Gal. Com. 3. in lib. κατ' ἰητρ. (690. 12.) Lib. 2. de Morb. (p. 144. 45.) ἀποδεῖται τὰς φλέβας τὰς ἐν τοῖσι βραχίοσι καὶ τὰς

ἐν τοῖσι κροτάφοισι, σπλῆνας ἐπιδήσας. venas in brachio & temporibus ſplenijs ſuppoſitis deligato. σπλῆνες οἰνηροὶ, ſplenia vino imbuta, aut panni vino madentes & plagulæ reprimendi vim habentes fracturis cum vlceribus adbibentur, lib. de fract. (pag. 559.46.) σπληνίσκος etiam αὐτὸ τὸ σπλήνιον poni videtur apud Hippocratem libr. 2. de Morb. (pag. 144.22.) in frontis ſectione. ἔπειτα περιχρίσας τῷ κηρωπίσσῳ σπληνίσκον, ἐπιθεὶς κάτω ἐπὶ τῷ ἕλκει. Deinde ſplenium cera & pice illitum vlceri imponito. Splenia verò linteola oblonga magis quàm lata, fronti quondam obducta fuiſſe in faſciolæ modum ad leniendos dolores aut inhibendam fluxionem, aut ad alium quempiã vſum, ſatis conſtat apud Latinos. Splenium vocat Plinius vt & Martialis - numeroſa linunt ſtellantẽ ſplenia frontem. &, Talia lunata ſplenia fronte ſedent. σπληνίσκοι autem apud Hippocr. ſunt quipro linamento capiant.

Σπόγγοι dicuntur faucium glandulę, quæ tonſillæ Latinis vocantur. lib. 4. Epid. (p. 328.41) καὶ αἱ σπόγγοι καλεόμεναι ἀνεῖχον, & faucium glandulæ ſuſtollebãtur. Quem locum etiam ſua explicatione in Exegeſ. indicat Gal. σπόγγοι αἱ κατὰ τὴν φάρυγγα ἀδένες, οἱ ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν ἐπιδημιῶν. Sic autem dicuntur quòd humorem ſpongiarum more combibant. Rurſusq; ibidem tonſillarũ tumores ſignificant (v. 41) καὶ αἱ σπόγγοι οἷσιν οἷον ὑπὸ τὸ μετόπωρον καὶ χειμῶνα, & quibuſdam tõſillarũ tumores ſub autumnũ & hyemẽ aderant. Quem certe locum ſubindicat Erotianus cùm σπογγοειδὲς explicat apud Hippocratem & ita vocari ſcribit τὰς περὶ τὰ παρίσθμια γιγνομένας φλεγμονὰς μετά τινος χαυνότητι πυρετοῦ. inflammationes tonſillarum cum lenta quadam febre. Additq; quibuſdã etiam ſic dici τὰ ἐν τῇ κεφαλῇ πιτυρώδη ἕλκεα, furfuracea capitis vlcera, alijs verò, τὰ ἐν αὐτῇ γενόμενα ὑπόσπογγα οἰδήματα, καὶ τινας ἔχοντα κατατρήσεις, fungoſos capitis tumores & foraminulentos. Sed certè vitium ſubeſſe apud Erotianum apparet, & pro σπογγοειδὲς σπόγγοι legendum, vt noſtris in illum locum Epid. Annotat. indicauimus. Vbi videndum priore loco σπόγγους tonſillas & faucium glandulas ſignificare, ſecundo verò earum tumores, quod etiam ibidem noſtra interpretatione expreſſimus. Σπογγοειδὲς autem legitur apud Hippocratem lib. περὶ ὀστέων φύσ. (pag. 59. verſic. 18.) de renibus. σπογγοειδέες δέ εἰσι καὶ ἐπ' αὐτέων ἐς τὴν κύστιν. Spongioſum enim quod ab ipſis peruadit in veſicam. Et rurſus ibidẽ (p. 61.38.) de pulmone, καὶ τῷ σπλάγχνῳ σπογγοειδέϊ, & viſcere ſpongioſo. Et ſtatim initio libelli περὶ ἀδένων· φύσις μὲν αὐτέοισιν ἡ σπογγώδης. Natura ipſis eſt ſpongioſa. De ſplene libr. 1. περὶ γυναικ. (p. 248.14.) ἅτε ἀραιὸς ὢν καὶ σπογγώδης, vt qui rarus ſit & ſpongioſus. Et libr. 7. Epid. (pag. 365.2.) σπογγώδεα dicuntur recrementa ſpongioſa, fungoſa, flatulenta, ἐμφυσώδεα. Vbi tamen Cornarius σποδώδεα οὖρα leg. videtur. Quibus omnibus in locis Erotiani explicatio minime conuenit. Eſt & σπόγγος σικυώνης μακρῆς apud Hippocratem cucurbitæ aut colocynthidis longæ interna pars & ſpongioſa, lib. περὶ ἀφόρων (p. 293.36.) vt antea ex Gal. adſcripſimus. Vt & σπόγγους pro ſpongijs vſurpat libr. 2. de morb. (pag. 145. 12.) & (p. 147.8.)

Σποδὸς recremẽtum eſt metallorum vſtorum, cineris ſimilitudinem & nomen referens, vnde Latinis quibuſdam cinerula vocatur. Quæ ex varia materia vt colligitur, ita diuerſa ſortitur nomina. σποδὸς κυπρία, ſpodos Cypria vt præſtantiſſima celebratur lib. de Vlcerib. (pag. 515. verſic. 5.) vt & σποδὸς ἰλλυρικῆς ſpodos Illyrica, ibid. (v. 8) Eſt & σποδὸς χρυσῖτις ad ocularia medicamenta adbibita vt poſtea dicemus. Σποδοειδέα οὖρα dicuntur vrinæ cineritiæ, h. e. colore cinerẽ referentes, albicantes & cinerei coloris, quales ſunt crudę & dilutæ. Lib. 7. Epid. (p. 358.44) οὖρον ἀπ' ἀρχῆς ὠμὸν σποδοειδές. vrina ab initio cruda, cinerem colore referens. Σποδίτῃ ἄρτῳ, τῷ ἐγκρυφίᾳ καλουμένῳ, hoc eſt ſubcineritio, & ſub cineribus abdito exponit Gal. in Exeg. Eſt enim ὁ ἐγκρυφίας ἄρτος (vt antea diximus) ὁ ἐν σποδῷ γιγνόμενος, qui ſub cineribus paratur Heſychio.

Σπόνδυλος Hippocrati ſimpliciter dicitur ſecunda ceruicis vertebra, quæ lib. 2. Epid. (p. 313. 46) dens vocatur, quod turbinatum habeat proceſſum denti canino omninò ſimilẽ pyrenoidem dictum, qui capitis motum quo annuimus aut renuimus præſtat. vt ſcribit Gal. lib. de oſſib. & lib. 4. de loc. aff. in Prorr. (p. 195.19.) ὁ σπόνδυλος ἐγκάθηται, ceruicis vertebra intrò ſubſidet. Quod repetit in Coac. Præn. (p. 431,36.) Rurſus aph. 26. lib. 3. σπονδύλου τοῦ κατὰ τὸ ἰνίον εἴσω ὤσιες, vertebrę quæ in occipitio eſt introrſum luxationes, hanc ſecũdam vertebrã indicant, vt ſcribit Gal. Com. 2. in Prorrh. (p. 195.46) vbi & locum lib. 2. Epid. indicat, ſimulq; cur dentis appellationẽ ſortiatur aperit his verbis: προείρηκα δ' ὅτι ὁ δεύτερος σπόνδυλος ὅλος ἀπὸ μέρους ὀδόντα κέκληται, ἢ μόνον αὐτοῦ τὴν ἀπόφυσιν ἐκείνην, ἣν οἱ μὲν ὀδοντοειδῆ προσαγορεύουσιν, οἱ δὲ ἁπλῶς ὀδόντα, διότι παραπλήσιός πως φαίνεται τῷ καλουμένῳ κυνόδοντι. Conſtat autem ſecundam vertebram totam ex parte ab eo dentem appellari, vel ſolum illius proceſſum illum, quem nonnulli dentiſormem, alij planè dentem nominãt, quòd canino denti appellato quodammodo ſimilis videatur. Hæc autem vertebra magna dicitur Hipp. lib. de art. (p. 612.27.) his verbis: καὶ μὴν καὶ ἀναγκάζονται κατὰ τὸν μέγαν σπόνδυλον λορδὸν τὸν αὐχένα ἔχειν. Coguntur autem ad magnam vertebram ceruicem repandam habere. At Rufus Epheſius ἐν τῷ περὶ ἀνθρώπου primum colli ſpondylum malè ab Hippocrate ὀδόντα vocari ſcribit, vt & Iulius Pollux lib. 2.

Σποράδες νοῦσοι, morbi diſperſi dicuntur & ſparſim graſſantes, qui ſingulos ſeparatim corripiunt. Morbi ſunt vagantes & palantes, qui non multos omninò, ſed vnumquemque ſparſim adoriuntur, & quorum alius alium occupat

occupat. σποράδες exponuntur Galeno in Exeg. apud Hippocratem διάφοροι, οὐχ ὁμογενεῖς, ἄλλαι ἄλλοις συμβαίνουσαι. diuerſi, non eiuſdem generis, alii aliis contingentes. Erotiano verò σποράδες νόσοι exponuntur, αἱ μὴ ὅμοιαι, μηδὲ συνεχῶς ἐν πολλοῖς τόποις καὶ ἀνθρώποις γινόμεναι. morbi qui non ſunt ſimiles, neque continenter multis in locis atq; hominibus contingunt. Qua expoſitione vterq; locum libr. de rat. vict. in morb. ac. adumbrat (p. 39. verſic. 33.) ἀλλὰ σποράδες ἔωσιν αἱ νόσοι. verùm diſperſi & vagi morbi fuerint. Vbi Galeno σποράδες νόσοι exponuntur, διαφερόντως ἐνοχλοῦσαι τοὺς νοσοῦντας, οὐ κατὰ τὸν κοινὸν τρόπον συνεστῶσαι, morbi qui ægros variè fatigant, neque communi modo conſtant, eóſque ἐπιδήμοις & ἐνδήμοις opponi ſcribit. Iidem etiam σποραδικὰ νοσήματα dicuntur Galeno Com. 1. in librum primum Epidemiorum (pag. 346. verſic. 27.) ἃ καταλαμβάνει ἰδίᾳ ἕκαστον, quæ ſeparatim quenque inuadunt. Vbi & loci libri de ratione vict. in morb. ac. meminit, vt & Com. 3. in librum tertium Epid. (pagina 421. verſiculo 5.) Idem quoque σποράδας νόσους κατὰ τὴν δίαιταν γινομένας ſcribit. Com. enim in librum primum Epid. (pag. 349. verſic. 12.) σποραδικὰ νοσήματα dicuntur Authori Definit. Med. (pag. 395. verſic. 6.) τὰ ἐν παντὶ χρόνῳ καὶ τόπῳ γινόμενα vagi morbi, qui omni tempore omniq; loco exoriuntur.

Σπόρος ſemen genitale ſignificat, vt libr. 2. περὶ διαίτης (pag. 95. verſic. 17.) καὶ ἢν πολλάκις ἐσθίῃ τις, τὸν σπόρον αὐτοῦ τήκει ὥστε ῥέειν. Quam ſi quis ſæpe edat, ſemen genitale eius liquat, ita vt effluere faciat. Sic enim mihi locus de mentha intelligendus videtur, & non de menthæ ſemine, quod facit Hippocratis interpres. Vnde Ariſtotel. quæſt. natur. ſect. 20. quæſt. 2. τὸ σπέρματος φθορεῖν menthæ attribuit. Et Plinius lib. 20. cap. 14. de mentha. generationi reſiſtere creditur cohibendo genitalia denſari. Vbi genitalia pro genitura ſumere videtur, vt cap. 21. eiuſdem libri de maluarum ſemine. Quin & ſemen earum adalligant brachio genitale non continentium, vbi genitale ſemen intelligitur.

Σπουδὴ exponitur κακοπάθεια Erotiano apud Hippocratem, hoc eſt, improbus aut ingens labor. Intelligitur ſtudium & diligentia, quæ rei alicui impenditur, velut libr. de fract. (pag. 546. 52.) καὶ οὐδὲ μὴν πολλὴ σπουδὴ τῆς μελέτης, ac neq; magnum ſtudium aut diligentiam requirunt. Vbi & Erotiani explicatio conuenit, vt neque ingentem curationis laborem expetant, quemadmodum & in Homerico verſu ab eo in medium producto, qui legitur Il. λ. (v. 561.) μετὰ σπουδῆς fieri dicuntur quæ adhibito ſtudio & ſeriò fiunt, velut aph. 53. lib. 6. αἱ παραφροσύναι μετὰ σπουδῆς καὶ μετὰ γέλωτος, deſipientiæ quæ ſtudio adhibito & cum riſu fiunt. Seriò & cum riſu inſanientes dixit Celſus cap. 18. lib. 3. Vbi σπουδὴν θεραπείας quidam exponunt.

Σπύραθοι dicuntur αἰγὸς ἀφοδεύματα Galeno initio lib. τῶν ὑπομνημάτων ad Solonem (p. 438. 18.) caprarum ſtercora & pilulæ ſtercoris caprini. Heſych. verò τὰ προβάτων καὶ αἰγῶν ἀφοδεύματα. σπυράθους αἰγὸς ad muliebres morbos & vteri ſuffitum vſurpat Hippoc. lib. περὶ γυν. φύσ. (p. 219. 24.) & (p. 222. 34. & 36) Inde σπυραθώδεα vocantur excrementa ſicca, rotunda, ſtercoribus caprarum ſimilia, in gyrum voluta & ſpiroſa, in Prorrh. (p. 183. 27.) & Coac. Præn. (p. 443. 26.) Et lib. 7. Epid. (p. 361. 43.) σπυραθώδεα σμικρά, exigua ſtercoribus caprinis ſimilia. σπυράθους ὀνομάζουσιν (ſcribit Gal. Com. 2. in Prorrh.) (p. 183. 29) τὰ τῶν αἰγῶν διαχωρήματα. ξηρὰ δ' ἐστὶ ταῦτα καὶ περιφερῆ κατὰ περιγραφὴν ἰδίαν ἕκαστον ἐκκρινόμενον. ὅταν οὖν τις ὁμοίως ξηρὰ καὶ περιγεγραμμένα διαχωρήσῃ, σπυραθώδη καλεῖται, καὶ γίνεται ταῦτα διά τε χρόνου πλείονι κατασχεθῆναι, καὶ διὰ θερμασίας πυρώδους πλῆθος. σπυράθους nominant caprarũ ſtercora. Sunt autẽ ſicca, cùm id quod excernitur propria quadam circumſcriptione rotundum exiſtit. Vbi igitur quis hoc modo ſicca & circumducta deiecerit, σπυραθώδη hoc eſt caprarum ſtercoribus ſimilia appellantur, taliaq; euadunt & quod longiore tempore retineantur, & propter igneę caliditatis copiam. Idẽ Com. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 91. 46.) σπυραθώδη reſiccata & veluti aduſta eſſe σκύβαλα ſcribit: καὶ μὴν δὴ καὶ οἷς κατὰ τὸ ἧπαρ οἷον ἡ ῥίζα τοῦ καύσου, καὶ τοῖς διὰ τὸ ἧπαρ καυσουμένοις, ποτὲ μὲν ἔκκρισις ὑγρά, ποτὲ δὲ ξηρὰ τὰ διαχωρήματα αὐτῶν ἐκκρίνεται, ἃ τὰ καλούμενα σπυραθώδη, κατωπτημένων δηλονότι τῶν σκυβάλων ὑπὸ τῆς ἐν τῷ σπλάγχνῳ φλεγμονῆς. Præterea etiam quibus in iecore febris ardentis velut radix ſubeſt, & qui ex iecore febre ardente laborant, interdum quidem liquida eſt deiectio, interdum verò iis ſicca excernuntur excrementa, veluti quæ σπυραθώδη appellantur, hoc eſt caprarum ſtercoribus ſimilia, exuſtis videlicet à viſceris inflammatione excrementis ſiccioribus & quaſi in nucleum formatis, quæ σκύβαλα Græcis dicuntur. σπυραθώδεες κοιλίαι ſunt apud Hippocratem alui ſiccæ & duræ, & quæ caprinis ſtercoribus ſimiliã reddunt, in Coac. Prænot. (pag. 438. verſ. 47.) τοῖσιν κοιλίαι ξηραὶ σπυραθώδεες ἔρχονται, his alui ſiccæ caprinis ſtercoribus ſimilia demittunt.

Σπυρὰς, άδος, ἡ, idem quod σπύραθος, caprini ſtercoris pilula aut globulus. Sumitur autem pro pilula Hippocrati, quòd ſit inſtar globuli aut ſtercoris caprini, libr. 2. περὶ γυναικ. (pagina 278. verſic. 5.) τρεῖς καταπιεῖν σπυράδας, pilulas tres deuorandas exhibe. Ex myrrha pura tres globulos intelligit, ad inſtar pilularum ſtercoris caprini.

Σπύρη dicitur Hippocrati ſpira & quid in oblongam & rotundam maſſam ductũ, lib. περὶ ἀφόρων (p. 297. 40.) σπύρην ψιλὴν προσθεῖναι, ſpirã nudã apponito. Agitur de ſuppoſititio medicamento ex felle taurino & ſale ferue factο, ſulfure trito ammixto, in oblongum tractum ducto & in ſpiram efformato. Ac forte σπεῖραν legendum pro σπύρην vt ſpiram indicet de qua antea.

Σπυρὶς ſporta dicitur, fiſcella, corbis, calathus vimineus. σπυρὶς ſcribitur libr. de artic. (p. 659. 53.) ἢ ἐς σπυρίδα λίθοις ἐμβάλλοντας. aut ſporta in quam lapides cōiecti fuerint. Vult enim ſportam lapidibus refertam affecto cruri appendendam. Dicitur etiā σπυρίδιον corbula & ſportula Ariſtoph. in Acharn. (p. 280.) & ibidē πλέκος vocatur. Heſychius σπυρίχνιον πλεκτὸν ἐξ οἰσυΐνων eſſe vult, idem fortè quod σπυρίδιον. σπυρὶς autem Etymologo dicitur quaſi πυρὶς, τὸ τῶν πυρῶν ἄγγος.

¶ Σταδιεὺς exponitur Galeno in Exeg. ex Dioſcoridis authoritate σταδίοις διαμετρῶν τὸν περίπατον, qui ſtadiis deambulationem metitur, idemque ſonat quod σταδίας aut σταδιοδρόμος, qui ſtadium decurrit, aut ſtadio certat.

Σταθμίδιον apud Galenum libr. 6. κ῀ τόπ. (pagina 247. v. 5.) ex Muſa pyxidem ſignificat aut pondus. Agitur autem de ſtercore canino, quod ad anginam paratum haberi iubet appenſum aut in pyxide. ἔχε δὲ ἕτοιμον ἐν σταθμιδίῳ. Idem enim quod σταθμίον aut σταθμὸς ſignificare videtur.

Σταὶς duplicem habet ſignificationem. farinam enim aqua maceratam & manibus ſubactam, velut fit in panificio, ſignificat, & interdum στέαρ, adipem ſeu pinguedinem, quemadmodum etiam στέαρ vtrunque denotat, & αὐτὸ τὸ σταῖς interdum ſumitur Hippocrati libr. περὶ γυναικ. φύσ. (pagina 229. verſic. 14.) οἶος σταὶς ἢ αἰγὸς ξηρὰς κόψας. ouis aut capræ ſeuum aut pingue ſiccatum & tuſum. Quam tamen dictionem prætermiſiſſe videtur Cornarius, cum tamen in omnibus habeatur codicibus, aut aliam ſecutus fuiſſe lectionem. Rurſus libr. 1. περὶ γυναικ. (p. 261. 47.) ἐν σταιτὶ τρίβων, cum pingui terito, quidam etiam cum farinæ maſſa. Apud Athenæum libr. 14. σταιτῖτης dicitur, σταὶς ὑγρὸν εἰς τήγανον ἐπιχεόμενον μάλιστα ἐπιβαλλομένου ἐπ' αὐτῷ σησάμης καὶ τυρῷ, & placentæ genus quoddam eſſe videtur.

Σταλαγμὸς Galeno exponitur in Exeg. κατάσταξις ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, deſtillationis à capite, à verbo σταλάζω quod idem denotat ac στάζω, ſtillo. σταλαγμὸς etiā exponitur Heſych. σταγὼν, ῥανίς.

Στάμνος maſc. gen. apud Hipp. libr. 7. Epid. (p. 364. 42.) vrnam & vrnulam, aut aqualem ſignificat, vrceum & amphoram aquariam. Nos vrnam vertimus, quòd vrna & vrnula Nonio vas aquarium ſignificet, citante Nonio ex Varrone, vrnulas, aquales. στάμνος autem Heſychio ὑδρία, κάλπη, κάλαθος exponitur, & σταμνίον, κεράμιον, ἀγγεῖον. Sic enim malim quàm κεραμεῖον ἀγγεῖον, vt paſſim ſcribitur, vt & σταμνεῖον vitioſè pro σταμνίον. σταμνίον autem vt & στάμνος inter vaſa vinaria ab antiquis refertur, & amphoram fictilem vinariā ſignificat, vt videre eſt apud Ariſtoph. Scholiaſt. in Pluto (p. 28.) & Ranis (p. 131.) & Pollucem lib. 6. cap. 2. Sic etiam Varinus ſcribit ab imperitis σταμνία ad matellas referri, cùm ab antiquis vaſis vinariis accommodentur. Heſychio tamen ἀμὶς σταμνίον exponitur, vt ſit σταμνίον veluti matellio, diminutiuum à matula, quæ eſt vas vrinæ (vt ſcribit Feſtus) & quo vtitur Cic. in Paradoxis & Varro lib. de lingua Latina citante Nonio. Poteſt & στάμνος apud Hippocr. etiam dici Trulleũ aut futis, vt ſcripſimus, quòd Trulleum ſit Varroni & Nonio vas quo manus perluebantur, & futis vas aquarium quo aqua in triclinium infundebatur. Dicitur autem στάμνος Hippocrati maſc. gen. vt & Ariſtophani in Pluto, cùm ferè fœminino gen. efferatur, vt illîc ſcribit Schol.

Στάξις καὶ ἀπόσταξις ſtillationem ſanguinis ex naribus ſignificat apud Hippocratem & interdum ἐκ ῥινῶν additur, meritoq́; in critica diſciplina damnatur, quòd fatiſcentes aut ſubſiſtentes naturę vires indicet. Sic in Prorrh. (pag. 215. 31.) ἐνδεκαταίοισι στάξις δύσκολον. Sanguinis è naribus ſtillationes quæ vndecimo die contingunt, moleſtiam exhibent. Vbi Galenus omnes ſanguinis ex naribus ſtillationes damnat. Id verò repetitur in Coac. Prænot. (p. 433. 41.) Rurſuſque in Coacis Prænot. (p. 425. 42.) paruæ ſanguinis ſtillationes Hippocratis decreto dānantur. στάξιες αἱ ὀλίγαι κακαί. Ac rurſus ibidem (pag. 436. 42.) in Lateris dolore, στάξις αἵματος ἐκ ῥινῶν, malo eſt, vt & in phreniticis στάξεις ἐκ ῥινῶν inter peſſima ſigna recenſentur, ibidem (pag. 430. 35.) In Prorrhetico verò (p. 167. 20. & pag. 193. 43.) μυκτὴρ ἀποστάζων ὀλέθριον. natium ſtillatio perniciem oſtentat. Eadem ratione in iudicatoria ſignorum diſciplina liberales & largæ ſanguinis ex naribus eruptiones à morbis liberant. Et αἱμοῤῥαγίαι λαῦροι ἐκ ῥινῶν, ῥύονται πολλά, vt ſcribitur libr. 2. Epid. (p. 312. 14.) Nec verò ſolùm ſubſiſtentes aut infra modum conſiſtentes ſanguinis eruptiones ex naribus ſuſpectę ſunt, verumetiam & reliquæ omnes excretiones criticæ præparcæ damnum afferunt. Sic enim ſcribitur in Coac. Prænot. (pag. 443. 19.) τὰ μικρὰ ἐπιφαινόμενα οἷα στάξιας, καὶ οὖρον, καὶ ἔμετον, καὶ διαχωρήματα, κακὸν μὲν πάντως. Quæ parua copia apparent, velut ſtillæ ſanguinis, vrinæ, vomitiones, & deiectiones, malum quidē penitus denunciant. Et libr. 1. Epid. (p. 369. 28.) In febribus ardentib. ſolutionis magna ſpes in liberali ſanguinis ex naribus profuſione ponitur. Quibus verò ſanguis ſtillauit ex naribus, aut ea ſanguinis ex naribus eruptio ſubſtitit, ii omnes funeſtum habuerunt exitum. Sic enim illîc ſcribitur: οἷσι μὲν καλῶς καὶ δαψιλέως ἐκ ῥινῶν αἱμοῤῥαγῆσαι, διὰ τούτου μάλιστα σώζεσθαι. καὶ οὐδένα οἶδα οἱ καλῶς αἱμοῤῥαγήσαντι ἐν τῇ καταστάσει ταύτῃ ἀποθανόντα. φιλίσκῳ γὰρ καὶ Ἐπαμίνωνι, καὶ Σιληνῷ τεταρταίῳ καὶ πεμπταίῳ σμικρὸν ἀπὸ ῥινῶν ἔσταξεν, καὶ ἀπέθανον. Vt qui benè & largiter ſanguinem è naribus profuderint, ii vel ex eo maximè conſeruati videantur, neque vllum cui ſanguis bene profluxiſſet, hoc in ſtatu mortuum videre licuit. Philiſcus ſiquidem & Epaminon ac Silenus, quòd iis quarto die & quinto de naribus parum ſtillauerit, mortem obierunt. Rurſuſque ibidem in mulieribus febre ardente diuexa-

diuexatis liberales ſanguinis profuſiones ſalutem, vt & ſtillæ exitum attulerunt. Eſt enim στάξις, ipſa ſanguinis ſtillatio, in febribus ardentibus peſſimi augurii index, in quibus valdè familiaris eſt & propria hæmorrhagia, vt illic ſcribit Galen. Et lib. 3. Epid. in ſt. peſt. (p. 424. 50.) inter lethales febrium ardentium notas, paruæ ex naribus ſanguinis ſtillæ recenſentur. Vbi etiam ſcribit Gal. ἅπασα στάξις ἀπὸ ῥινῶν, μοχθηρὸν ἐστι σημεῖον, ὡς ἐμάθομεν. Omnis à naribus ſtillatio prauum eſt indicium, vt didicimus. Cuius rei rationem adfert Gal. com. 4. in li. de rat. vict. in morb. ac. (p. 105. 20.) ἐπισημαίνεσθαι δ᾽ ὅτι τὰς στάξεις τοῦ αἵματος ἐκ τῶν μυκτήρων, μοχθηρὸν ἀεί τι φησιν εἶναι, διὰ τὴν φύσιν μὲν ἐφίεσθαι ἐκκρίνειν τὸ περιττὸν, ἀδυνατεῖν δὲ δι᾽ οἰκείαν ἀρρωστίαν, ἢ πάχος τοῦ αἵματος, ἢ πύκνωσιν τῶν μορίων, ἤ τινα τούτων, ἢ πάντα συνελθόντα. Nouimus autem quòd ſanguinis ex naribus ſtillationes ſemper prauas eſſe ait; propterea quòd natura ſuperuacuum quidem excernere deſideret, nequeat tamẽ ob propriam imbecillitatem, vel ſanguinis craſſitiem, vel partium dẽſitatem, aut propter quædam ex his, vel omnium cõcurſum. Rurſusq; com. 2. in Prorrh. (p. 193. 44.) ἐπὶ τῶν νοσούντων ἕν τι καὶ τοῦτο τῶν καθόλου μοχθηρῶν ἐστι σημείων, ἀποκρίνεσθαι σμικρὰ, εἴθ᾽ αἷμα διὰ μυκτήρων, εἴ τε κάτω διὰ τῆς γαστρὸς, εἴ τι δι᾽ ἐμέτων ὁποιοῦν περίττωμα. ταὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἱδρώτων ἐστὶν, καὶ τῶν διὰ μήτρας ἐκκρινομένων. οὐδὲν γὰρ τῶν κρισίμων σμικρὸν ἐκκρίνεσθαι προσήκει, ἀλλὰ πάντα τὰ οὕτω κενούμενα, δυοῖν θάτερον, ἢ μὴ στεγόμενα διὰ τὸ πλῆθος ἀποχεῖται τῶν πεπονθότων μορίων, ἢ τῆς φύσεως ἀσθένειαν ἐνδείκνυται, προαιρουμένης μὲν ἐκκρίνειν τὰ περιττὰ, μὴ δυναμένης δέ. In ęgris id vnum etiam in genere prauum ſignum eſt, panca excerni, ſiue ſanguis per nares, ſiue infra per ventrẽ, ſiue per vomitiones quicquid eſt ſuperfluum reiiciatur. Eadem quoque ratio eſt ſudorum & eorum quæ per vterum excernuntur. Nihil enim eorum quę decernere nata ſunt, parua quãtitate excerni cõuenit. Verùm quæ hoc modo vacuantur omnia duorum alterum obtinent, aut quòd contineri nequeant ab affectis partibus ob copiam refundũtur, aut naturæ imbecillitatem indicant, cupiẽtis quidem, ſed minimè valentis ſuperflua excernere. Et com. 1. in Prorrh. (p. 168. 46.) τὸ οὖν ἀπὸ τῶν ῥινῶν στάξιος ὅτε ἀεὶ κακὸν σημεῖον, πλὴν ὅτι τῇ κακίᾳ δηλοῦται τοῦ νοσήματος ἐὰν ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν ἡμερῶν γένηται. φαίνεται γὰρ ἐπικεχειρηκέναι μὲν ἡ φύσις ἀποῤῥίψασθαι τὸ κατὰ τὴν κεφαλὴν ἠθροισμένον πλῆθος, οὐ δεδυνῆσθαι δέ. προδεδήλωται δ᾽ ὅτι κάκιστόν ἐστι τὸ γένος τῶν τοιούτων σημείων. Cùm igitur ſtillatio ex narib. ſemper prauum ſignũ exiſtat, abſoluta morbi malitia denotatur, ſi quarto contingat die. Apparet enim naturam collectam in cerebro abũdantiam expellere conari, nõ tamẽ poſſe. Talium autem ſignorum genus deterrimum eſſe conſtat. In Philiſco quoque lib. 1. Epid. ſanguinis puri ſtillatio, vt deteſtabilis nota adſcribitur. μικρὸν ἀπὸ ῥινῶν ἔσταξεν. Dicitur & ἐπίσταξις vbi ſtillatio repetit, & nares denuò ſtillãt, velut ſi die indice ſtillatio prehendat, & decretorio die repetat, in Prorr. (p. 215. 31.) & Coac. Prænot. (p. 493. 44.) Quid verò ſit ἀπόσταξις abundè antea dictum eſt.

Στάσιμοι τόποι, loci ſtabiles, quieti, ſedati aut ſtatarii, quique fluidis & mobilibus opponuntur. Lib. περὶ χυμ. φύσ. (p. 213. 47.) οἱ δὲ γε θερμοὶ [τόποι] ξηροὶ καὶ στάσιμοι, calidi verò [loci] ſicci & ſtabiles, quiq; ῥοώδεσι opponuntur. Sic Plutarchus de primo frigido. τὸ ψυχρὸν στάσιμον ſcribit: κινητικὸν δὲ τὸ θερμὸν, frigus quietum & ſtabile, calorem autem mobilem. Sic στάσις immobilitas dicitur cũ refrigerato ſanguine ſpiritus congelati, fixiq; humores naturales vias capeſſere nequeunt, vt in Catalepſi, apoplexia & Epilepſia, li. de rat. vic. in morb. ac. (p. 94. 45.) Ibidem quoque (v. 25.) στάσις ὀμμάτων, oculorum ſtabilitas, immobilitas & cõſtantia intelligitur, quæ torporem quendam functionum in neruorum principe indicat, ex magna replerione, vbi obtorpuerunt ſpiritus, aut nerui conuulſionem ſentiunt, qui oculos ſurſum, deorſum, & in latera mouent, quod fit in Catalepſi & Apoplexia. στάσιν ἀκινησίαν ibidem exponit Gal. στάσιμοι γυναῖκες καὶ ξηρότεραι, ſtabiles mulieres & ſicciores, quæ τῇ ὑγραῖς καὶ ῥοώδεσι, humidis & fluidis opponuntur, libr. 2. περὶ γυν. (p. 264. 49.) Et ibidem (v. 38.) προσθετὰ τοῦ αἵματος στάσιμα, peſſi ſubdititii ad ſiſtendum ſanguinem accommodati. Sic στάσιμον καὶ ἀκίνητον αἷμα ſimul iungit Hippoc. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 95. 48.)

Σταφυλὴ vuam ſignificat, proprieq; dicitur gargareonis aut columellæ affectus cùm ex fluxione laxior eſt reddita, & ſuprema ſui parte tenuis, inferiore verò craſſior & liuida. Sic enim vuæ ſimilis è pedũculo dependentis apparet, vt ex Hippocrate probat Gal. cap. 3. lib. κατὰ τόπ. in eoque Archigenem reprehendit, qui σταφυλὴν columellę inflammationem cum vulgo vocari exiſtimarit. At idem Gal. lib. de Tumor. præter nat. (p. 357. 30.) σταφυλὰς gargareonis aut curculionis inflammationes eſſe ſcribit: αἱ σταφυλαὶ καὶ τὰ παρίσθμια, καὶ αἱ ἀντιάδες ἐκ τοῦ γένους εἰσὶ τῶν φλεγμονῶν. αἱ μὲν σταφυλαὶ τοῦ γαργαρεῶνος. Vuæ, pariſthmia & tonſillæ nil aliud quàm ex inflammationum ſunt genere. Vuæ quidem gargareonis. Additque, Ἱπποκράτης δ᾽ ἔοικεν οὐχ ἅπασαν φλεγμονὴν τοῦ κίονος ὀνομάζειν σταφυλὴν, ἀλλ᾽ ἓν μόνον εἶδος, ἐν ᾧ τὸ πέρας τοῦ γαργαρεῶνος ὁμοιοῦται σταφυλῆς ῥαγί. Hippocrates verò non omnem columellæ inflammationem σταφυλὴν appellare videtur, ſed vnicam ſpeciem in qua curculionis extremum vuæ acino ſimile redditur. Quibus verbis locum Progn. exprimit (p. 159. 34.) quem adfert etiam lib. 6. τῶν κατὰ τόπ. ὁπότε δὲ ἀποκριθῇ ἤδη ποῦ ἡ δὴ σταφυλὴ καλεῖται, καὶ γένηται τὸ ἄκρον τοῦ γαργαρεῶνος μεῖζόν τε καὶ περιφερὲς, τὸ δὲ ἀνωτέρω λεπτότερον, ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ ἀσφαλὲς διαχειρίζειν. Vbi verò ſecretũ fuerit id totum quod vua nominatur, ſitq; pars ſumma gurgulionis maior & rotunda, ſuperior verò tenuior, tum manus admoliri tutum eſt. In

gurgulionis enim inflammatione, vbi pars eius ima palleſcit, liueſcit, craſſior & rotundior redditur, ſuperior verò tenuior, tunc σταφυλὴ propriè vocatur, & intrepidè ſecari debet, neq; antea tutò tentari ferro poteſt. Sic libr. περὶ παθῶν (p.179.47.) σταφυλὴ dicitur gargareonis affectus, cùm ex inflãmatione craſſior effectus dependet & ſtrãgulat. lib. verò 2. de Morb. (p.141.42.) σταφυλὴν vocat gargareonis affectum ex inflãmatione vbi dependet, ruber & nigreſcit, ac ſuffocat. Et rurſus ib. (p.146.43) σταφυλὶς dicitur, vbi gargareonis ſumma pars ex inflammatione intumeſcit, rotunda, aqua diſtẽta, & pellucida efficitur, reſpirationemq; intercipit. Quib. in locis ẽt ſectionem eiq; tempus idoneum edocet. Aretæus quoq; autbor vetuſtate & artis opere commendabilis, lib.1. περὶ ὀξ. cap. 8. σταφυλὴν τοῦ πάθεος ὄνομα eſſe ſcribit, & gurgulionis inflammatione tentati genera & nomina aptiſſimè diſtinguit: ὁ δὴ ὦν ὁ γαργαρεὼν πολλὰ πάσχει πάθεα. ἢν γὰρ ἐπὶ φλεγμονῇ παχυνθῇ ἴσως ἀπὸ τῆς βάσιος ἄχρι τοῦ πέρατος ἄκρου ἐπιμήκης γενόμενος, καὶ ἐρύθημα ἴσχει, κίων δὲ τοῦδε τοῦ πάθεος ἡ ἐπίκλησις. εἰ δὲ κατὰ πέρας μοῦνον στρογγύλλεται, καὶ μεγέθει παχύνεται [?], καὶ ὑποπελιδνοῦται, σταφυλὴ ἐπώνυμον τόδε τὸ πάθος. πάντα γὰρ ἴκελα αὐτῇ, καὶ σχῆμα, καὶ χροιὴ, καὶ μέγεθος. Curculio igitur pluribus incommodis afficitur. Ex inflammatioue craſſior effectus, æqualiter à baſi ad extremam partem vſq;, in longum protẽſus, & rubore ſuffuſus eſt, idq; vitium columnę appellationem habet. Quòd ſi extrema tantùm parte rotundus, efficitur, increſcit, liueſcit atq; ſubnigricat, vua huiuſmodi affectus nominatur. Ei .n. per omnia tum figura, tum colore, tũ magnitudine aſſimilis eſt. Idem quoq; expreſſit Paulus Ægin. lib.6. cap.31. ὁ γαργαρεὼν ὥσπερ τι πλῆκτρον τῆς φωνῆς ὑπάρχων δέχεται πολλάκις ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ῥεῦμα, καὶ παρὰ φύσιν αὐξηθεὶς, ἐπιμήκης μὲν καὶ λεπτὸς γενόμενος, κίων προσαγορεύεται, παχὺς δὲ κάτωθεν καὶ περιφερὴς, σταφυλή. Curculio tanquam aliquod vocis plectrum ſubinde deſtillationem à capite recipit, idẽq; prætet naturam auctus, ſi oblongior ac tenuis extiterit, columella nuncupatur. Si verò craſſior inferiore parte rotunduſque fuerit, vua dicitur. Gal. etiam lib.6. τῶν κτ' τόπ. ex Diocle, Praxagora, Mantia, & reliqnis veteribus Medicinæ dictatoribus, σταφυλὴν dici ſcribit eum affectum, ὅτι ῥαγὶ σταφυλῆς ἔοικε τὸ ἄκρον τοῦ γαργαρεῶνος, cùm curculionis ſumma pars vuę acino aſſimilis fuerit. Erot. quoq; ἡ σταφυλὴ, καὶ ὁ κίων, καὶ ὁ ἱμὰς, πάθη εἰσὶ τοῦ γαργαρεῶνος, ſunt curculionis affectus. At verò non deſunt qui eam partem quę γαργαρεὼν dicitur, σταφυλῆς nominę donent, quos tamen reprehẽdit Gal. initio cap.3. lib.6. τῶν κτ' τόπ. Idemq; ſcribit qnendam Atticiſmo ſibi gloriantem banc particulam σταφυλὴν vocaſſe. Et Heſychius teſtatur Atticos τὸν ἐν τῷ ςόματι κίονα σταφυλὴν vocare. (Sic enim mihi potiùs quàm σταφυλὸν ſcribendum videtur.) Eidemq; γαργαρεὼν κιονὶς καὶ ἡ σταφυλὶς exponitur. Et lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.95.50.) ἀποτεμνομένη σταφυλὴ κιονὶς vocari ſcribitur. Vbi etiam pro curculionis affectu ſumi poteſt. Lib. περὶ ὀδοντοφυΐης (p.54.6.) σταφυλὴ vuam & columellam indicare videtur. ὁκόσοισιν ἐν τῷ θηλάζειν τῶν παιδίων βὴξ προσίσταται, σταφυλὴν οὗτοι μείζονα ἴσχει. Infantes quos inter ſugẽdum tuſſis premit, ii columellam maiorem habent. Et rurſus ibidem (v.19.) τὰ περὶ σταφυλὴν νεμόμενα ἕλκεα, ſerpentia circa vuam vlcera dicuntur. Et lib. περὶ ἰητρείου (p.14.5.) σταφυλάγραι volſellæ vuarum comprehenſioni dicatæ nominantur. ὀδοντάγρησι γὰρ καὶ σταφυλάγρησι χρῆσθαι τῷ τεχνίτῃ δεῖν [?]. Volſellis autem quibus tum dentes tum columellæ comprebenduntur, quembbet vti licet.

**Σταφυλαὶ ἀμιναῖαι** ſunt vuæ Aminæę, quas anſteras vocat Gal. lib.6. κτ' γέν. (pag.241.29.) & earum muſtum ad medicamentum ſtomaticum conficiendum commendat. Sunt enim vuæ auſteræ, acidæ & acerbæ, ideoq́ue frigidiores & diſtringendi vi præditę. Ex iiſdem quoque Aëtius muſtũ ad oleum gleucimum parandum eligit, ἀμιναίας τὰς ςυφούσας exponens. Plinius lib.14. cap.4. Aminæum maius & minuſculum ex Catone inter vitium genera recẽſet. Scribonius Largus cap. 249. vuam Aminæam, quæ ſic dicatur, rubertimam eſſe & in vepribus naſci ſcribit. Vini Aminæi duplicis Neapolitani & Siculi meminit Gal. lib.12. Meth. med. Illud aqnoſum, hoc verò auſterum & mediocriter craſſum & album, ob idq́ue ad digeſtionem per corpus minimè idoneum, ſed cùm inueteraſſet, ſtomacbo vtile ſuiſſe ſcribit. Aminæa quoq; vina in Italia naſci circa Neapolim & Thuſciam ſcribit Galenus lib.5. ſalub. De vino Aminæo ſcribit Conſtant. Cæſar de Agricult. libr. octauo, cap. vigeſimo primo.

**Σταφυλῖνος** paſtinacæ genns, paſtinacam erraticam vocat Plinius libr. 20. cap. 5. Hippocr. lib. περὶ ἀφόρων (p.298.43 & 48.) σταφυλῖνον vſurpat.

**Στέαρ** ſimplicitet interdum adipem aut pinguedinem denotat, vt lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 221.28.) & (p.229.1.) Sic στέαρ οἴιος ἢ αἰγὸς, adeps ouillus aut caprillus dicitur ibidem (p. 221.31.) & lib.1. περὶ γυναικ. (pag.253.28.) & (p.263.30.) οἴιος στέαρ ἢ ὑός. Rurſuſq́ue lib.2. (p.272.48.) & (p.280.5.) & (pag. 288.20 & 22.) Et lib. περὶ ἀφόρων (p.298.42.) Quibus ex locis στέαρ οἴιος, τὸ τοῦ προβάτου exponit Erotianus apud Hippocratem. Sic στέαρ χήνειον καὶ αἴγειον, adeps anſerinus & caprillus dicitur lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p.221.5.) & (p.226.25.) Et στέαρ μήλειον, adeps ouillus, ibidem (p.221.29) Et libr. 1. περὶ γυναικ. (p.160:28 & 29.) Quo ex loco στέατι μηλείῳ ἀντὶ τῷ προβατείῳ, poni apud Hippoctatem ſcribit Erotian. μῆλα γὰρ τὰ πρόβατα. μῆλα oues vocantur. Et rurſus lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 288.23.) στέαρ χηνὸς adeps anſerinus nominatur lib.2. περὶ γυναικ. (pag. 280.4.) ἢ στέαρ ἐρυθρὸν χηνὸς τὸ ἡδὺ, aut adipem rubrũ anſeris aromatibus cõditum. Quem locum mihi exprimete videtur Galenus in Exegeſi, cùm ἐρυθροῦ στέαρ τὸ ὕπαιμον, boc eſt, cruentum

cruentum aut ſanguineum ex Hipp.exponit,cui τὸ ϛέαρ ἀμιγὲς αἵματος,hoc eſt adeps purus & ſanguinis expers opponitur Dioſcoridi cap.91.lib.2. Atque haud ſcio an quoq; locum ſubindicet Galenus in Exegeſi, cùm ϛέαρ ἡδυοσμὸν,τὸ ἐν ἀρώμασί τισι καὶ ὕδατι ἑψηθὲν, h. e.adipem in aqua cũ aromatibus coctum, aut aromatibus conditum exponit. Quem certè condiendi modum ampliſſimè deſcribit Dioſc.cap.91.lib.2.

Στέαρ etiam non ſolùm adipem, verumetiam fermẽtum,ſeu farinam aqua ſubactam, aut panis maſſam ſignificat,velut σταῖς. lib.1.περὶ γυν.(p.246.40.) ταῦτα ἑψῆν,ὡς ἂν τὸ ϛέαρ γένηται, hæc dum in farinæ ſubactæ maſſam coëant coquito. Quod repetitur lib.περὶ γυναικ.φύσ. (p.218.30) ἑψῆν ἕως ἂν ᾖ ἀπὸ σταῖς γένηται. Qui locus alterum explicare videtur. Sic Dioſcor. li.2.cap.202.de ſcilla, ϛέατι δὲ ἢ πηλῷ περιπλάσσεται,καὶ δίδοται εἰς κλίβανον, farina aqua ſubacta aut fermento,aut luto oblita, in clibanum conÿcitur. Etſi nanque σταιτὶ pro ϛέατι legunt exemplaria vulgata, antiquam tamẽ lectionem non immutandam fuiſſe indicat Plinius,qui lib.20.cap.9. ϛέατι legiſſe videtur,& malè adipẽ vertiſſe, dum ſcribit: Coquitur plurimis modis:in olla quæ coniiciatur in clibanum aut furnum, vel adipe,aut luto illita. Idem Dioſcorides de Stibio lib. 5.cap.99. ὀπτᾶται δὲ ϛέατι περιπλασθὲν, καὶ ἐμβληθὲν εἰς ἄνθρακας ἄχρις οὗ ἀνθρακωθῇ τὸ ϛέαρ. Torretur pinſita farina circunlitum, & carbonibus obrutum,donec carbunculetur cruſta. Qđ Plinius de adipe reddidit lib.23.cap.6.Quidam non fimo vtuntur coquẽtes ſed adipe. Gal.lib.3.τῶν κατὰ τόπ.(p.196.20.) ex Apollonio meminit πυρίας διὰ ϛέατος περὶ ὀβελίσκον ὀπτωμένου. fomenti per fermentum in veru aſſatum. Rurſus ibidem lib.5.(p.235.31) medicamentum ad eroſos dentes eiiciendos, ὥστε ϛέατι δὲ γένηται, ad maſſæ fermenti modum coctum,imponitur.Heſychio quoq; ϛέαρ, λίπος,ζύμη exponitur,& ϛέατα,ἄρτου εἶδος,ζύμη.

Στεατώματα inter abſceſſus reponuntur apud Gal.lib.de Tumor.præter nat. (p.355.32.) in quibus ſebo aliquid ſimile reperitur. Authori Definit.Med.(p.400.42.) ϛεάτωμά ἐστι παρὰ φύσιν πιμελῆς συναύξησις. Steatoma eſt pinguedinis augmentum præter naturam.

Στέγνωσις vna eſt ex tribus Methodicorũ communitatibus & notionibus,quas ſequebantur in morbis velut indicationes. Tres autem erant, ϛέγνωσις,ῥύσις μικτὴ, adſtricta, fluens & mixta. Eſt autem ϛέγνωσις cùm naturaliter corporis vacuationes ſuppreſſæ fuerint,ῥύσις cùm fluxerint , mixta ex vtroque conſtans.Gal.lib.de ſectis ad eos qui introducuntur (p.12.34.) ϛέγνωσιν Methodici eſſe dicunt πύκνωσιν καὶ ἐποχὴν τῶν ἐκκρίσεως δεομένων, denſationem & retentionem eorum quæ euacuatione indigẽt.Gal.lib. de optima ſecta(p.28.6.) ϛέγνωσις etiam dicitur li.3.ſalub. (252.43.) ἡ βλάβη τῶν πόρων, ἐφ᾽ ἧ κωλύεται διαφορεῖσθαι τὰ περιττώματα,hoc eſt, meatuum cutis offenſio, in qua tranſmitti corporis ſuperuacua prohibentur. Incidit autem vel ob obſtructionem aut meatuum cutis denſationem. Rurſus libr.de optima ſecta( p.28. 34.) ϛέγνωσις definitur Methodicis πίλησις καὶ σφίγξις τῶν σωμάτων, conſtipatio, compreſſio & conſtrictio corporum. ϛεγνότης ventris ſtipationem & adſtrictionem ſignificat Hippocrati libr. de rat.vict.in morb. ac.(pag.110. v.31.) τυρὸς δὲ φύσας καὶ ϛεγνότητα ποιέει. Caſeus flatum & ventris adſtrictionem parit. ἱστάναι τὴν γαστέρα illic exponit Gal. quod eſt ventrem ſiſtere. Rurſusque ibidem (pag.112.v.20.) διαχωρέει δὲ οὐδὲν κάτω, ἀλλ᾽ ἀποστέγνωται, nihilque per inferiora deÿcit, ſed adſtringitur, de alno loquens. Et lib.1.περὶ γυναικ.(pag. 242.v. 35.) ϛεγνὴ κοιλίη καὶ κύστις,aluus & veſica ſtipata aut adſtricta dicitur. Hinc ϛεγνωτικὰ medicamenta vocantur ſtipantia, obſtruentia & ſiſtentia, de quibus appoſitiſſimè Gorræus.

Στειλειὸς manubrium aut capulum ſignificat li. de fract.(p.540.50 & 52.) οἷοί οἱ ϛειλειοί εἰσι τῶν σκαφίων, cuiuſmodi ſunt ligonum manubria. Et, ὡς ὑπὸ τῇ μασχάλῃ γίνηται ὁ ϛειλειὸς ἔχων ξυμμέτρως,ita vt manubrium ſub ala tam aptè ſtatuatur. Vbi Gal.quoque ϛειλειὸν maſc. gen.exponit. Sed in cod. Hippocr. vitioſè ϛυλαιοὶ ſcribitur,& apud Galenum ϛυλαιοί. ϛειλειὸν neutro gen.ſecuris manubrium denotat,aut foramen in quod capulus immittitur,ſed ϛειλειὰ magis propriè dicitur, & ϛελεὰ Heſychio τοῦ πελέκεως ἡ ὀπὴ εἰς ἣν ἐντίθεται τὸ ξύλον. Dicitur & ϛελεὸς & ϛειλειὸς,ἡ λαβὴ τοῦ πελέκεως. Didymo. ϛειλειὸς etiam vſurpatur Hippocrati libr.1.περὶ γυναικ.(pag.263.verſic.15.) carnis fruſtum, πάχος ὅσον ϛειλειὸς, manubrii craſſitie ſumitur ad peſſum, aut craſſitudine ligni quod in foramen bipennis immittitur.

Στειρώδες τὸ ϛόμα τῶν ὑστερέων, vteri oſculum ſterile dicitur Hippocrati lib.περὶ γυν.(pag.ducenteſima ſeptuageſima nona, verſ. 40.) ſed ϛερεὸν aut ϛιφρὸν legiſſe videtur Cornar.qui durum dixit.

Στίλλω, ἐνστίλλω, immitto, immiſceo , de medicamentis dicitur, quæ cum cæteris miſcentur. Lib. de vlcer.(pag.514.49.) καὶ σύκου κράδης ἐν οἴνῳ φλοιὸν χλωρὸν τρίβων ἐνστίλλειν, & ficulnei rami corticem viridem cum ſucco ex vino tritum immittito. Rurſus ibidem(p.515.1.) ἐνστίλλειν καὶ ἄνευ οἴνου αὐτόν, quia vel ſine vino immittere licet. Alii στέλλειν pro adornare capiũt aut apparare. Rurſus etiam ib. (v.16.) ἐλατήριον λεπτὸν ξηρὸν προστίλλειν,elaterium tenue ſiccum inſpergito. ϛίλλειν Gal. in Exeg. ἐπικαλύψαι,ἐπιχρῖσαι,quod eſt velare,tegere,illinere, exponit apud Hipp. velut συστεῖλαι κρύψαι Suidas. ϛέλλεσθαι etiam declinare, deuitare & abſtinere ſignificat , metaphora à nautis ſumpta,qui ſcopulos declinant aut deuitant cõtractis velis. Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρ.(p.6.7.) καὶ ὅτι ἂν ἀποσχέσθαι οὐδενὸς ὧν ἐπιθυμέουσιν,οὐδὲ ϛείλασθαι, neq; vlla re quam concupiſcunt abſtinent, neq; quicquam declinant.

Στέμφυλα vinacei ſeu vinacea dicuntur. Galeno verò lib. 2. de alimen. ϛέμφυλα ſunt vuarum

torculari expreſſarum ſolida retrimēta, quę & cæteris τρύγα vocari, & Atticis βρύτια idē ſcribit. Quin & σιμφύλα nomen vult quibuſdam attribui vuarum radici ex ſarmentis enaſcenti: & σίμφυλα Atticis dici oliuarū partes ſolidas, cùm oleum fuerit expreſſum. fraces in oliuis, vt flores in vuarum reliquiis vocantur. Athenęus quoq; lib. 2. σίμφυλα τὰς πιεσμένας ἐλαίας Atticis dici ſcribit, βρύτια verò quæ ab aliis vocantur σίμφυλα, quæ Gal. βρύτια appellat. Lib. περὶ παθῶν (pag. 184. verſic. 25.) σίμφυλα γλυκέα, in alui profluuio potui exhibentur, ſitis leuandæ gratia. Vbi σίμφυλα γλυκέα, vuarum dulcium reliquiæ aut vuarum retrimenta, non ad plenum expreſſa, ſed adhuc ſucculenta, in ore tenenda & ſugenda accipi videntur. Aut certè σιμφύλων γλυκέων, decoctum intelligendum, quod cœliacis, alui & vuluæ profluuiis ex infuſo prodeſſe ſcribit Dioſc. cap. 3. lib. 5. Interpretes autem vuas paſſas dulces, aut earum retrimenta intellexerunt, quæ & ſitim mitigant, & τὸ ἐπιπολάζον habent, oriſque ventriculi morſus hebetant, vt ſcribit Gal. libr. 2. de alim. Rurſus lib. 2. de Morb. (p. 157. 7.) in morbo ructuoſo, σίμφυλα γλυκέα per noctem macerata potui exhibet, vuarum dulcium retrimēta, aut vinaceorum aquam. Et lib. 3. de Morb. (p. 165. 26.) τρύγες σιμφυλώδεις ἐμβεβρεγμέναι ὕδατι dicuntur vuarū paſſarum vinacei aut fœces aqua maceratæ earumq; expreſſa tecrementa. At lib. 2. περὶ διαίτης (p. 94. 42.) τρύγες σιμφυλώδεις vinum recens torculari expreſſum necdum colatum ſumitur Cornario, & humectare, aluum ſubducere ac inflare dicitur, ex muſti natura. Zuinggerus vinum ſecūdarium recens & loram Latinis dictam accipit, quæ fit vuarum fœcibus iam expreſſis aqua ſuperinfuſa.

Στιβαροὶ καρδιωγμοὶ validi & fortes oris ventriculi motſus, lib. 2. περὶ γυν. (p. 269. 39.)

Στεγνοχέσαι Gal. in Exeg. exponit στεῖλαι, arctare, coarctare, in anguſtum cogere, additq; τινὲς δὲ τὸ συνάγειν τῶν ὑγρῶν τὰς διεξόδους καὶ ξηρᾶναι. quidam verò humorum vias concludere & conſtringere eſſe volunt, & areſacere. Quæ certè expoſitio cum Erotiani mente conuenit, cui στεγνοχέσαι eſt ἀποστεγνῶσαι καὶ πυκνῶσαι τόπον τινὰ ἐν ᾧ ἡ ὑγρασία ἐστὶ, quod eſt conſtipare ac conſtringere locū quendam in quo humiditas inſit. Quæ ſane expoſitiones aphot. 1. ſect. 2. lib. 6. Epid. reſpicere videtur & compoſitionem ex στενὸν & ὀχεῖν probare in στενοχεῖν. quod tamen negat Gal. comm. in eam ſentent. li. 6. Epid. qui ſyllabam ſecundam tenuari vult non aſpirari, quòd ὀχεῖν ea dictione non contineatur, ſed στενοχεῖν apud Ionas nihilo plus ac verò idē quod στενὸν denotet, vt probat adducto Simonidis teſtimonio. μούνος στενοχῶ συμπεσὼν ἐν ἀτραπῷ, ſolus occurtens in calle ſeu ſemita anguſta. Quod etiā corruptiſſimè adſcribitur com. 1. in lib. de art. (p. 596. 55.) Vbi quoque in στενοχωρεῖν Gal. eandem nominis notationem probat, neque ἐκ στενοῦ καὶ ὀχεῖν καὶ τῆς χώρας compoſitionem eſſe vult, ſed à στενοχεῖν deduci, quod nihil amplius quàm στενὸν ſignificat, vt στενοχωρεῖν idem quod στενοχεῖν aut στενότης denotet, hoc eſt anguſtiā aut humidi loci anguſtiam. Ex quo apparet apud Hipp. στενοχωρεῖσθαι legiſſe Gal. vbi στενοχεῖν paſſim legitur. στεγνοχέσαι verò idem Gal. πυκνῶσαι exponere videtur com. 2. in lib. 6. Epid. quod eſt denſare, & στεῖλαι, hoc eſt arctare & conſtringere, cùm τῷ εὐρῦναι opponatur, & ex Hip. doctrina oporteat τὰ διαπεπταμένα συνάγειν στύφοντί τι καὶ ψύχοντι, hoc eſt, dilatata cogere adſtringendo & refrigerando.

Στερεὴ κοιλίη, aluus ſolida, dura & quę fluidæ opponitur. μὴ ῥέουσα exponit Gal. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 115. 57.) iubet Hipp. in ſanguinis miſſione στερεὴν ποιέειν τὴν κοιλίην, aluum confirmate & ſolidam reddere. Et lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 9. 24.) στερεῶς ἐπιθερμαίνεσθαι, fortiter ac multum incaleſcere ſignificat. Vbi exemplaria manuſcripta Regia quædam ἰσχυρῶς margini adſcribunt, vt ſit illius vocis explicatio.

Στείφρους Erotianus apud Hip. πυκνοὺς exponit, hoc eſt denſos, duros, additq; teſtimonium Ariſtoph. ἐν Ἀχαρνεῦσι (p. 269.) στείφροι γέροντες, duri ſenes & difficiles, vbi tamen στιπτοὶ γέροντες leg. in omnibus exemplaribus, & πυκνοὶ exponūtur Scholiaſtæ, vt & στιπτὸς Heſychio πυκνὸς, στερεὸς, πεπιλημένος, denſus, ſolidus, à στείβω quod πατεῖν ſignificat, calcare aut terere. Quæ enim calcata ſunt, eadem condenſantur & ſolideſcunt: aut tranſlatione ſumpta à veſtibus, quę crebro textu condenſantur. στείφρους igitur idem quod στέμφος ſonat, & exponitur στερεὸς, στιφρὸς, ſolidus, firmus, & ſignificat idem quod στέρφνιος. στέρφνιον, σκληρὸν, στερεὸν, exponit Heſychius, durum, firmum, ſolidū. στιφρὸς eidem etiam πυκνὸς, εὐσαρκὴς, denſus, bene habitus & toroſus. Nemini verò eſt dubium quin στείφρους apud Hipp. legerit Erotianus, quos στρυφνοὺς habēt omnia exemplaria lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (p. 31. 11.) τοὺς μὲν στρυφνοὺς καὶ προσισταλμένους καὶ πυῤῥοὺς, καὶ μέλανας τῇ ὑγροτέρῃ διαίτῃ χρῆ τὸ πλεῖον διαιτᾶσθαι χρόνον. Duros quidem ac graciles, & fuluos ac nigros humidiore victus ratione magnam temporis partem victitare cōuenit. Vbi etiam στρυφνοὺς τοὺς σκληροὺς, duros exponit Gal.

Στηριχθείη Erotianus apud Hipp. ex Bacchio ἐρεισθείη exponit, hoc eſt dirigatur, à verbo στηρίζομαι quod idem ſonat ac στερεοῦμαι & στερεοποιοῦμαι, ſolideſco, dureſco, firmor.

Στῆθος pectus dicitur & eſt pars thoracis anterior iugulo ſubiecta, in quam coſtæ copulantur. Interdumq; apud Hip. pro toto anteriore thorace accipitur, vt aph. 24. libr. 5. vbi τὰ στήθεα τὰ κατὰ θώρακα χωρία exponit Gal. Et aphor. 23. lib. 3. στηθέων πόνοι, pectoris dolores, qui hyeme graſſantur thoracis dolores indicant, qui à defluxione in partes reſpirationi dicatas ex frigore concitantur. Sic στήθεος ἄλγημα in Coac. Præn. (p. 431. 44 & 45.) thoracis dolorem ſignificant, vt & περὶ στήθεα πόνοι in Prorrh. & lib. 2. περὶ γυν. (271. 27.) τὰ

στήθεα ἐπαίρεται. pectora attolluntur, hoc eſt, mammæ eleuantur. Interdum quoque στῆθος apud Hippocr. os ſolum illud medium pectoris indicat in quod coſtæ dearticulãtur, vt lib. de art. (p. 596. 56.) τὸ ἄρθρον τὸ ἐν τῷ στήθει, pectoris articulus. Vbi ſcribit Gal. στῆθος δ' ἔοικεν οὐ τὸ σύμπαν λέγειν χωρίον ὅσον ἐν τοῖς πρόσω τοῦ θώρακός ἐστιν, ἀλλὰ τὸ μέσον ὀστοῦν εἰς ὃ διαρθροῦνται πλευραί, ὃ καλοῦσιν ἰδίως οἱ μετ' αὐτὸν ἰατροὶ στέρνον. στῆθος verò hic dicere videtur non totam anteriorem thoracis partem, ſed medium illud os in quod coſtæ dearticulantur, quod poſteriores Medici propriè στέρνον vocauerunt. Eademque notione ibidem ſumitur cùm ſcribitur, αὐτὸ γὰρ ἑωυτῷ συνεχές ἐστι τὸ στῆθος, καὶ τῇ ῥάχει. Ipſum enim pectus, & ſibiipſi, & ſpinæ continenter coaptatum eſt. στῆθος etiam ventriculi orificium aliquãdo denotat, quòd ima ſui parte cartilago ξιφοειδὴς dicta ventriculi oſculum contegat, eaque veluti partis externæ circũſcriptione, exquiſito admodum ſenſu particula illa inſignita intelligatur, nõ ſecus ac vulgus oris ventriculi affectum pectori nonnunquam tribuit. Eamq; popularem locutionem imitatus videtur Hipp. in Coac. Prænot. (p. 425. 30.) cùm περὶ στῆθος δῆξιν καὶ πικρότητα dixit, morſum & acrimoniam ex bilioſi humoris in ventriculum affluxu intelligens. Velut etiam στῆθος πόνος ἰσχυρὸς intelligi poteſt ægr. 14. lib. 1. Epid. & στήθεα κατακορέα ex lib. 2. Epid. (pag. 318. 22.) pectora bile ſynceta abundantia, de ore ventriculi bilioſum humorẽ coaceruante & morſum inde percipiente dicuntur, quòd pars illa huic morſui valdè ſit opportuna.

Στῆθος ποδὸς etiam dicitur pedis pectus, pars illa ad digitorum radices, quà terra calcatur & veſtigium imprimitur, planta pedis, aut planum, aut veſtigium vocatur, Anatomicis πέδιον, hoc eſt ſolum. Eſt autẽ ima pedis pars carnoſa, quę poſt cauũ iuxta digitos attollitur, & terræ innititur. Gal. Com. 3. in lib. de art. (p. 631. 12.) στῆθος ποδὸς ab Hippoc. vocari ſcribit pedis plantam aut planum, quod ad digitorum initium ſitum eſt, & à diſſectionis peritis πέδιον nominatur. Quidam planum, alii ſolum aut veſtigium, quidã etiam pedis campum vocant. Rufus verò Epheſius ἐν τῷ περὶ τ' ἀνθρώπου μορίων, πέδιον & στῆθος diſtinguit, & στῆθος accipit pro ima plani parte quæ ad digitos exerta eſt. Quemadmodum & author Medici (p. 376. 55.) cùm ſcribit: τὸ δὲ κατώτατον ἐφ' ᾧ πατοῦμεν καὶ ᾧ ἐπιβαίνομεν, πέλμα, τὸ δὲ μὴ πρὸς τοὺς δακτύλους μετὰ τὸ κοῖλον ἐπανεστηκός, στῆθος ποδός. Infimum quo ingredimur & terram firmamus, πέλμα dicitur. Quod poſt cauum ad digitos aſſurgit, pedis στῆθος, hoc eſt, pectus nominatur. Quibuſdam etiam κτεὶς, hoc eſt pecten vocatur. Hanc verò dictionem vſurpat Hippocr. lib. de art. (p. 632. 3.) τῷ δὲ στήθει τοῦ ποδὸς βαίνουσιν ἐπὶ τὴν γῆν, pedis plano, quod στῆθος dicitur, terræ inſiſtunt. Imam plantam Celſus dixit cap. 20. lib. 8. cùm eos quibus extra prolapſum femur eſt, in ingreſſu terram non calce, ſed ima planta contingere ſcribit. Et rurſus lib. 4. Epid. (p. 328. 13.) οἱ δάκτυλοι οἱ ἐν τῷ ποδὶ ἐπὶ τὸ στῆθος, pedum digiti ad imam plantam, quæ Græcis στῆθος dicitur. Et lib. 5. Epid. (p. 339. 40.) καὶ τὸ κοῖλον τὸ κατὰ τὸ στῆθος τοῦ ποδὸς, & cauitatem illam, quæ pedis plano adhæret, & στῆθος vocatur. Hæc pedis pars tarſo reſpondet, eique aſſimilis pars in manu στῆθος χειρὸς nominatur, vola manus carnoſa, quę metacarpio prior eſt, & manus torulus ac cacumẽ Polluci appellatur. lib. 2. στῆθος δὲ τὸ μετὰ τὸ κοῖλον πρὸ τοῦ μετακαρπίου· τὸ δὲ στῆθος καὶ θέναρ καλεῖται. Hippoc. lib. περὶ ὀστέων φύσ. (pag. ſexageſima, verſ. 17.) διὰ τῶν στηθέων τῶν χειρῶν, per manuum volas.

Στηθοειδεῖ μαχαιρίῳ exponit Galenus in Exeg. τῷ σμιλίῳ, hoc eſt ſpecillo lato aut gladiolo, qui στηθοειδὴς ideò dicitur quaſi pectoroſus, quod latus ſit & ventroſus. γαστροειδῆ σμιλίον priùs vocauit Gal. vt diſtinguat ab acuto ſpecillo, ὀξυβελὴς dicitur. Subindicatur autem à Gal. locus lib. 2. de Morb. (p. 150. 47.) vbi in explorando ſuppuratorum pure, cutem gladiolo lato ac ſpecillo ſecat Hippocr. μαχαιρίῳ autem hic legitur apud Galenum, cùm μαχαιρίδι στηθοειδεῖ legatur apud Hip. vt & antea μαχαιρίδι apud Gal.

Στηρίζειν ſæpè apud Hippocratem neutraliter accipitur, & firmari aut conſiſtere ſignificat, & de morbo dicitur qui in aliquam partem decumbit aut ſtatuitur, vt aph. 33. libr. 4. ἐνταῦθα στηρίζει ἡ νοῦσος, ibi morbus ſtatuitur, aut ibi eſt morbi ſedes. Quod ἐς ταῦτα ἀποστηρίζεται dicitur lib. περὶ χυμῶν (pag. 115. 46.) Sic de morbo cùm per abſceſſum ſoluitur, εἰς ἀπόστασιν στηρίζει, hoc eſt in abſceſſum firmatur, ſcribitur lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 105. 55.) Et τὰ στηρίζοντα ἀλγήματα ἐς ἀκρώμιον καὶ κλεῖδα, ad ſummum humerum adhærentes & affixi dolores, hoc eſt firmati & innixi. Et aphor. 11. ſect. 7. libr. 6. Epid. in febribus laſſitudinis ſenſum inducentibus ad articulos abſceſſus decumbunt, ἄρθρα στηρίζουσιν, pro εἰς ἄρθρα στηρίζουσι, in articulos firmantur. Et στήριξις ἐς ὀφθαλμὸν, in oculum decubitus, libr. 4. Epid. (p. 332. verſ. 32.) στηρίγματα verò quęnam ſint apud Hip. antea docuimus in ἀποστηρίζειν.

Στήσας apud Hippocrat. ponitur in pondere & menſura, vt lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 210. 26.) στήσας τοῦ μέλανος ἐλλεβόρου πέντε ὀβολοὺς στήσας, veratri nigri obolorum quinque pondus propinato. Vbi στήσας apponderans aut ponderans ſignificat, vt ἱστάναι ex Xenoph. adducitur ex Cyripædia & Apomn. pro ponderare, ſed cum ἀργυρίου & μνῶν iunctum. Sic στῆσαι Heſychio ponitur pro δανείσασθαι quod eſt fœnerari in pendenda pecunia, & στάσιμον τὸ δεδανεισμένον, fœnus, mutuata pecunia.

Στητώδης στεατώδης exponitur Galeno in Exeg. apud Hip. h. e. adipoſum vel adipale. Videtur autem à στεατώδης contractum, velut στῆρ pro στέαρ ponitur, & κῆρ pro κέαρ.

Στίον, ψηφίς, λίθος, calculus & lapis exponitur Galeno in Exeg. apud Hippocratem: στία γὰρ αἱ περὶ τῇ θαλάσσῃ ψηφίδες· καὶ στιώδης ὁ τόπος ὁ

σκληρόν. Sunt enim σίαι lapilli marini, vnde σιαλὸς durum ſignificat. σίαι αἱ ψῆφοι παρὰ Σικυωνίοις καλοῦνται, vt ſcribit Varinus. Vnde σιάζει, λίθοις βάλλει, hoc eſt lapidibus inſectatur, exponit Heſychius, cùm vitioſè σιὰ & σιαὶ, pro σίαι, ἡ ψῆφος adſcribatur. σῖαι etiam αἱ ψῆφοι τῆς θαλάσσης, hoc eſt calculi marini aut lapilli dicuntur Nicandri Schol. Vnde πολύσιος lapillis abundans. Sic de lepore marino Nicander in Alexiph. ὃ κῦμα πολυσιέος τίκτεν ἅλμης, quem fluctus maris lapillis abundantis peperit. Vbi πολυψήφου θαλάσσης exponit Schol. Et Callimachus hymno in Iouem κρᾶθιν τε πολύστιόν τε μετώπιον dixit, de fluuiis Arcadiæ, vbi Schol. τὸ πολύψηφον & πολυπέτρον exponit. Ex quo σίων etiam apud Galen. ſcribendum eſſe non malè quidam augurantur.

Στιφραὶ, ξηραὶ, συνεσταλμέναι, hoc eſt aridæ, contractæ, aut compreſſæ exponuntur Galeno in Exeg. apud Hip. στιφρὸς, πυκνὸς, & εὐσαρκὴς exponitur Heſychio, denſus, toroſus, ac videtur de his dici quæ ſunt carne firma & toroſa ac ſolidiore. Exiſtimo autem à Gal. ſubindicari locum lib. de aëre, loc. & aq. (p. 453. 18.) vbi mulieres στρυφναὶ dicuntur in omnibus exemplaribus.

Στλεγγὶς, ίδος, ſtrigil dicitur gymnaſticum inſtrumentum, quo in balneis vtebantur antiqui ad deſtringendum corporis ſudorem idoneum. ξύστρα à ξύω dicitur, vt ſtrigil à ſtringendo, Pollux lib. 3. cap. 30. Cuius meminit Hip. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 64. 38.) & σπόγγοισι χρῆσθαι ἀντὶ στλεγγίδος, & ſpongiis vtendum ſtrigilis loco. Vbi tamen στελγγίδος habent Galeni exemplaria, qui & στελγγίσιν in Com. ſcripſit. Nam & στελγὶς ſcribitur Polluci lib. 7. cap. vlt. vt & στελγὶς Heſychio, ξυστρὶς exponitur, vt & στλεγγὶς eidem ξύστρα. Erotianus quoque apud Hipp. στλεγγίδα τὴν συνήθη ξύστραν, vſitatum ac vulgarẽ ſtrigilem eſſe vult, in eoq́; Heraclidem Tarẽtinum reprehendit, quòd in ſecundo Com. in libr. 4. Epid. στλεγγίδα exiſtimarit eſſe χρυσᾶ παιδία, οἷς χρῶνται οἱ τῶν θεωρῶν, hoc eſt, aureas faſciolas quibus vtebantur qui ad cõſulendum oracula mittebantur. Quam ſignificationem etiam Ariſtoph. Schol. ἐν Γεωργοῖς exprimere videtur cùm ſcribit (p. 222.) καλεῖται στλεγγὶς & χρυσοῦν ἔλασμα τὸ περὶ τῆς κεφαλῆς τῶν γυναικῶν, hoc eſt, στλεγγὶς vocatur bractea aurea quam mulieres ſolent capiti circundare. Erot. quoque Heraclidem στρεγγίδα pro στλεγγίδα per ρ non rectè efferre ſcribit.

Στοιβῆς καρπὸν, τὸ ἱπποφαοῦς σπέρμα exponit Gal. in Exeg. hoc eſt hippophais ſemen. Sed mihi στοιβῆς & ἱπποφαοῦς leg. videtur, & ſubindicari locus libr. 2. περὶ γυν. (p. 284. 33.) vbi ſtrebes & rubi ſemen aqua & oleo coctum ad exaſperatas mammas cataplaſmate adhibet. Verùm illic στοιβῆς legitur, vt & Gal. hippophaes στοιβὴν dici ſcribit in Exegeſi. Eſt autem στοιβὴ herba extruendis torulis, hoc eſt lectulis ex herba torta, aut ſtibadiis conficiendis, & centunculis tomenti loco ſuffarciendis idonea. Phleon quidam appellauere, vt ſcribit Plinius libr. 21. cap. 15. ex Theophr. hiſt. plant. libr. 6. cap. 1. στοιβὴ Heſychio ſcribitur & exponitur εἶδος χόρτου, ſtramenti genus. Quidam apud Gal. σιλβῆς pro στοιβῆς, vt & σίλβον pro στοίβον, legunt. στοιβὴ etiam ſcribitur lib. περὶ γυν. φύσ. (p. 222. 19.)

Στολιδωδέστερον ῥυσότερον exponitur Galeno in Ex. rugas plicasq́; plures habẽs. Quibus verbis ſubindicatur locus li. de art. (p. 639. 26.) vbi κατὰ τὸ πυγαῖον στολιδωδέστερον & ἀσαρκότερον τὸ χωρίον dicitur, locus ad nates rugoſior & macileotior, aut in rugas magis contractus. στολιδώδης etiam ῥυτιδώδης dicitur, quod plicas aut rugas habet, vt στολιδῶδες μέτωπον, frons rugoſa, & inde Medicis, quomodo rugoſiorẽ ſtola frontem dixit Martial. Sunt enim στολίδες, ἐπιπτυχαὶ, quæ plicæ aut rugæ in veſtibus dicũtur. Sunt quoq́; στολίδες Medicis ῥυτίδες & rugæ in ano, quæ vbi plus æquo intumeſcunt, in condylomata trãſeunt, de quibus agit Gal. lib. 1. de comp. Med. κατὰ τόπ. & lib. 9. de ſimplic. Definitur etiam κονδύλωμα authori Definit. Med. ἡ δακτυλίου στολίδος ἐπανάστασις μετὰ φλεγμονῆς, extuberatio quæ in ani parte rugoſa cum inflammatione excitatur. Sic quoque κονδυλώματα στολιδώδεις ἐπαναστάσεις dicũtur Paulo libr. 4. cap. 26. & 72. & libr. 6. cap. 70. Et Aetius tetrab. 4. lib. 2. cap. 3. κονδύλωμα (ſcribit) ἐν ἕδρᾳ γίνεται, τῶν διαδιπλουμένων σωμάτων ἐν τῷ δακτυλίῳ, στολίδος τινὸς ἐπανισταμένης & ἐξογκουμένης παρὰ φύσιν. στολιδώδης γὰρ ὁ δακτύλιος συνιστάμενος ἔχει τὰς ῥυτίδας. ὅταν γὰρ πλέον ἐξογκωθῇ ἡ στολὶς, τότε γίνεται κονδύλωμα, hoc eſt, Condyloma in ano fieri, replicatis in eo corporibus, ruga quodammodo extuberante & præter naturam intumeſcente. Rugis enim contractis rugoſus anus cõſpicitur. Tunc autem fit condyloma, vbi plus æquo ruga intumuerit.

Στόμα, os, prima nutrimenti ad ventriculum via & verum vocis inſtrumentum, de quo appoſitiſſimè Gorrhæus. στόμα ἐκπικρούμενον, os amareſcens, quibus bilis flaua in ventriculum effuſa ſupernatat, per ſuperiora purgationem neceſſariam eſſe indicans, aph. 17. lib. 4. Quod etiam bilis flauæ in ſtomacho redundantis ſignum, ponit Gal. lib. de plenit. (p. 352. 16) στόμα τῶν ὑστερῶν vteri oſculum interdum dicitur aph. 46. lib. 5. Hoc ſic explicat Gal. λέγει δὲ νῦν στόμα δηλονότι τὸ ἔνδον, ἔνθα τελευτᾷ μὲν ἡ μήτρα, ὁ δ᾽ αὐχὴν ἄρχεται, ὃ καὶ κυριώτερον ἂν ὑστέρας ὀνομάζοιτο στόμα. τὸ γὰρ ἕτερον πέρας τοῦ αὐχένος τὸ συνάπτον τῷ γυναικείῳ αἰδοίῳ, οὐ τῆς μήτρας, ἀλλὰ τοῦ αὐχένος αὐτῆς εἰκότως ἄν τις ὀνομάσειε στόμα. Nunc autem vteri os dicit, videlicet internum, vbi vterus deſinit, & ceruix incipit, quod & magis propriè vteri os appellari poteſt. Alterum enim ceruicis extremum, quod pudendum muliebre contingit, non vteri, verùm ipſius ceruicis os iure quis appellauerit. Sic στόμα τῶν μητρῶν vocatur lib. 1. περὶ γυν. (p. 242. 37.) Lib. verò 2. (p. 266. 44 & 45.) στόμα ſimpliciter.

Στοματικὰ inde medicamenta propriè dicũtur, quæ ad vuas, tonſillas, ac omnes quæ in ore fiunt de repente inflammationes conueniunt,

niunt, vt ſcribit Gal. lib. 6. comp. pharm. κτ̃ τόπ. (p. 242. 32.)

Στωμάργου legiſſe Dioſcoridem lib. 2. Epid. ſcribit Galenus in Exegeſi, eaque dictione ſignificari τοῦ λαλοῦντος μανικῶς, hoc eſt furioſè loquacis. Alios verò συμάργου legere, & vt nomen proprium accipere. Quibus verbis ſubindicari mihi videtur locus libr. 2. Epid. (pag. 317. 13.) vbi tamen in publicatis exemplaribus legitur, ἡ συμάρου οἰκέτις. quædam etiam manu ſcripta συμάργου habent. Quod etiam indicauimus noſtris in eum locum Commentariis. στώμαργος autem nugatorem & loquacem indicat.

Στόμαχος ſtomachus, varia & multa habuit ſignificata apud veteres Medicos. Nam propriè quidem anguſtam ceruicē inſtar iſthmi ventri cuilibet canoque præpoſitam indicat, eaque notione antiquitus vſurpata hæc vox eſt. Deinde etiam ad œſophagum trāſlatum nomen eſt, quæ gula dicitur. Poſtea quoque ad ventriculi oſculum, quod καρδίαν veteres appellant, hæc appellatio transfluxit Galeni ætate, vt idem ſcribit initio lib. 4. de vſu partium. Idem etiam cap. 4. lib. 5. de loc. affect. tradit partem inter fauces & os ventriculi mediam, quam veteres οἰσοφάγον nominabant, qui poſt Ariſtot. ætatem ſcripſerunt, ſtomachum appellare conſueuiſſe, ſua verò tempeſtate gulam dictam. Ariſtotelem tamen ſemper priſco vocabulo hanc animalis partem nominaſſe. Sic M. Tullius lib. 2. de natura deorum ſtomachum ad linguæ radices hærentem facit, quò primùm illabuntur ea quæ accepta ſunt ore, & qui linguæ agitatione & motib. cùm depulſum & quaſi detruſum cibum accipit, depellit. Celſus quoq; cap. 1. & 5. libr. 4. ſtomachum pro gula ſumit, cùm eum faucibus ſubeſſe, & cibum recipere ſcribit. Etſi idem pro vētriculi parte inferiore ſtomachi vocabulo abuti videtur, cùm ſtomachū inteſtinorum principiū facit, qui neruoſus à ſeptimæ ſpinæ vertebra incipit, ac circa præcordia cum ventriculo committitur, cap. 1. lib. 4. Plinio etiam libr. 11. cap. 37. ſummum gulæ fauces vocantur, poſtremum ſtomachus. Quæ appellatio veteribus quoque non ignota fuit, velut Homero Il. γ. (v. 292.) cùm ſcripſit, ἦ καὶ ἀπὸ στομάχους ἀρνῶν τάμε νηλέϊ χαλκῷ, & bidentiū iugulum ſecuit immiti ferro. At verò Gal. multis locis ſtomachū os ventriculi dictum fuiſſe ſcribit. Et lib. 4. de loc. aff. cap. 5. tradit veteres ventriculi oſculum cor nominaſſe, ab accidētibus quæ inducere videtur deducta appellatione. ſua autem tempeſtate ſtomachum vocatū, idq; καταχρηστικῶς, vt ſcribit Com. ad aph. 56. lib. 7. Idem etiam lib. 2. de loc. affect. (p. 267. 32.) τὸ στόμα τῆς κοιλίας καταχρώμενοι προσαγορεύουσι στόμαχον οὐχ οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἰατρῶν οἱ δοκιμώτατοι. Ventriculi os vocabulo abutentes ſtomachum nominant non plebeii tantùm, verumēt ex Medicis probatiſſimi quiq;. Rurſus Com. 1. in li. de rat. vict. in morb. ac. (p. 45. 28.) στόμαχον δ' ἀκουστέον νῦν, ὡς ἔθος νῦν τοῖς ἀνθρώποις λέγειν, οὐ μόνον τὸν πόρον, ἀλλὰ καὶ τὸ στόμα τῆς γαστρός, ſtomachum autem hoc loco intelligere oportet, quemadmodum huioſce tempeſtatis homines dicere conſueuerunt, nō meatum ventriculi tantummodo, verumetiam os ipſius. Et Com. 4. (pag. 100. 37.) de ſtomacho verba faciens, στόμα δὲ τῆς γαστρὸς οὕτως ἀκουστέον λέγοντός μου νῦν, ventriculi oſculum nunc obaudiendum, cùm ſic dico. Et Com. ad aph. 39. lib. 6. στόμαχον δέ μοι νῦν ἄκουε, μὴ μόνον αὐτὸν ὃν ὀνομάζουσι κυρίως, ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς γαστρὸς στόμα. Stomachum autem nunc mihi intellexeris, non ſolùm eum qui hoc nomine propriè donatur, ſed & ventriculi os. Idem quoque lib. περὶ πλήθους (pag. 352. 14.) δῆλον δὲ ὅτι τὸ στόμα τῆς γαστρὸς εἴρηται νῦν στόμαχος. Enimuero os ventriculi ſtomachum nunc dici conſtat. Et lib. περὶ τοῦ προγινώσκειν (pag. 458. 1.) τὸ στόμα τῆς γαστρὸς ὃ δὴ καὶ στόμαχον ὀνομάζουσι κατὰ τὸ σύνηθες, ventriculi os, quod certè pro conſuetudine ſtomachum appellāt. Idem in Iſagoge pulſ. (pag. 7. 2.) στόμαχος πεπονθώς. οὕτως γὰρ καλείσθω ὑφ' ἡμῶν ἐν τῷ παρόντι τὸ στόμα τῆς κοιλίας διὰ τὴν τῶν πολλῶν συνήθειαν, ſtomachus affectus. ſic enim nobis in præſentia os ventriculi vocetur ex multorum conſuetudine. Quæ verba idem repetit libr. 4. de cauſ. pulſ. (pag. centeſima decima ſexta, verſ. decimo nono.) Lib. 2. τῶν κατὰ τόπ. (pag. 177. 38.) στόμαχος os ventriculi dicitur Archigeni. Eamque partem ita Medicis nominari conſuetum ſcribit Galenus, qui ſtomachicas ſyncopas, & quoſdam ſtomachicos inde nominant, à quopiam videlicet eo in loco oborto affectu, præcipueque quibus os illud ventriculi grauatum fuerit, vt ſcribit initio lib. 8. κτ̃ τόπ. At verò Hippocrati στόμαχος veteri appellatione & antiquis vſitata οἰσοφάγος & gula dicitur libello περὶ ἀνατομῆς (pag. 54. 36.) οἰσοφάγος δὲ ἀπὸ γλώσσης τὴν ἀρχὴν ποιούμενος, ἐς κοιλίην τελευτᾷ, ἣν δὴ καὶ ἐπὶ πεπτικῆς κοιλίης στόμαχον καλέουσιν. Gula autem & œſophagus, initio à lingua facto, in ventriculum deſinit, quem ſanè etiam in ventriculo cōcoquente ſtomachum vocant. Quibus ſanè verbis mihi ſignificare videtur œſophagum interdum ſtomachum dici pro eo ductu & canaliculo, quo in ventriculū cibus & potus trāsfunditur. Quemadmodum lib. περὶ καρδίης (p. 55. 2.) ſcribitur, ὁ γὰρ στόμαχος, ἐστὶ χοάνη, καὶ ἐνδέχεται τὸ πλῆθος, καὶ ὅσων ἱμειρόμεθα. Gula nanque velut infundibulum (potus) copiam, tum quæ expetimus recipit. Vbi tamē vitioſè publicata exemplaria χῶνος habent. Quemadmodum etiam ſuperiorem Hippocr. locum ſuſpectum reddunt Aldina exemplaria, quę aſteriſcum appoſitum habent, vt & Cornarius qui aliam lectionem ſecutus videtur, & pro ἐπὶ πεπτικῆς κοιλίης, ἐπιτοίμως κοιλίης, legiſſe. Ea verò notione etiam ſtomachus pro gula apud Latinos capitur, & illo canaliculo ſeu fiſtula, quæ faucibus ad linguæ radices ſubiacens, eſculenta potulentaque in ventriculum tranſmittit, vt antea docuimus, &

ſcribit Gellius lib.17.cap.11.ex Eraſiſtrati opinione. Sic στόμαχος κοιλίης ſignificabit apud Hippocratem, anguſtam illam fiſtulam & ceruicem ventriculi cauo præpoſitam, ex veteri & propria τοῦ στομάχου appellatione, quę valdè frequens eſt Hippocrati. Nam & στόμαχος κύστιος exponitur Erotiano apud Hippocratem, ὁ τράχηλος, collum aut ceruix veſicæ, & τῆς μήτρας στόμαχος, vteri ceruix aut collum ex lib.1. περὶ γυναικ. Lib. de aere, loc. & aq. (pagina quadringenteſima quinquageſima ſexta, verſ. quarto) μηδὲ ὁ στόμαχος τῆς κύστιος ξυμπέπρησθαι λίην, neque veſicæ ſtomachus valdè inflammatur aut coardeſcit. Vbi vitioſa ſunt exemplaria omnia. ξυμπέπηγεν enim legunt, nullo ſenſu. Aſulanus quoque ξυμπέπηγεται appoſito aſteriſco legit, qui locum ſuſpectum facit. Verùm ξυμπέπρησθαι legendum videtur, aut ξυμπίμπρηται. Ac rurſus ibidem (v.7.) φλεγμαίνει αὐτῆς ὁ στόμαχος, ipſius (veſicę) ſtomachus aut collum inflammatur. Et iterum ibidem (ver.12.) πρὸς τὸν στόμαχον τῆς κύστιος προσπίπτῃ, ad veſicę ſtomachum allabitur. Sic lib.1. περὶ γυναικ. (pag.235.10.) αἱ μῆτραι στρεφόμεναι πρὸς τῆς κύστιος τὸν στόμαχον προσπίπτουσι, vteri ad veſicam cõuerſi ad eius ceruicem allabuntur. Quem locum mihi ſubindicare videtur Erotianus, & per τράχηλον exponere, quamuis oſculum nonnulli vertant, & membranæ ſcriptæ quædam στόμα habeant. Rurſuſque ibidem (p.232.37.) ὅτι ἡ κύστις διηθεῖ τὸ οὖρον, ἐπεὶ οἱ αἱ μῆτραι προσπίπτουσι πρὸς τὸν στόμαχον παρὰ ὅλα ἰόντα, neque veſica vrinam excolabit, quandoquidem ipſi vteri ad ſtomachum allapſi ſunt, qui neruoſus eſt. Vbi στόμαχος veſicæ ceruicem ſignificat, etſi quidam ad ventriculum referri poſſe contendãt. At verò τῆς μήτρας στόμαχος conceptis verbis non ſcribitur Hippocrati lib. 1. περὶ γυναικ. verùm τὸν ὑστερέων στόμαχον (pag. 238.43.) & στόμαχος τοῦ αἰδοίου (pag.242.38.) & lib.2. (pag.272.8.) & (pag.286.34.) Lib. verò περὶ ἀφόρων ſæpe στόμαχος vteri vſurpatur, vt (pag.292.14.16.21.22.39.49.) & (pag.293.10.) diſertis verbis ὁ στόμαχος τῆς μήτρης, & (v.13.) ſed pro vteri oſculo, quod στόμα τῆς μήτρης, dicitur lib. περὶ ἐπικυήσιος (pag.49.44.) eadem in re. Et rurſus (pag.298.9.21.32 & 34. Et lib. περὶ ἐπικυήσιος ſæpius, vt (pag.48.7.12.24. 25 & 29.) Et (p.49.12.19.38.46. Et (p.50. 16.33.35.39.41.) Et (pag.51.9.11.16.19.23. 24.33.) Quibus in locis ſæpè vteri collum & ceruicem denotat, interdum etiam eius oſculum & στόμα. Στόμαχον οἰὸς χολῆς προσβάπτω, h.e. ouis gulam exponit Erot. apud Hip. vbi tamen στόμα etiam legitur, & communiter de homine dici adſcribit Erotianus.

Στόμβον Gal. in Exeg. βαρύηχον, βαρύφθογγον exponit, quod eſt, grauem ſonum, aut graué vocem. Ac mihi videtur Gal. libr.2. de Morb. (p.147.19.) vbi καὶ φθέγγεται σομφόν, στόμβον legiſſe, vt ſit, & grauem ſonum & grauem vocem edit. Et fortè στόμφον publice ſcribatur, quod vocis grauitatem & amplitudinem ſonat, vnde στομφάζειν, grandius loqui, & magnificis aut ſplendidis verbis vti, στόμφον verò idem quod στόμβον.

Στομοῦν pro ἀναστομοῦν ſumit Hipp. aph.21. ſect. 2. lib.6. Epid. quod eſt aperire. Propriè autem dicitur (vt illic ſcribit Gal.) de his quæ ſcalpro diuiduntur & aperiuntur, vt abſceſſus. Generaliore auté ſignificatione ſumit Hippocrat. vt quancunque partem aperire ſignificet medicamẽtis aperientibus, vt venam aliquam, aut hæmorrhoidas, aut vteri, aut naſi venas, aut fiſtulas inueteratas aliqua ex cauſa obſtructas, aut aurium meatus ſordibus obturatos.

Στραγγουρίη, vrinæ ſtillicidium ſignificat, cùm ſtillatim vrina excernitur & effluit. Galen. Com. ad aph.58. lib. 5. ὅταν τις ὀλίγον ἀποκρίνει οὖρον συνεχῶς, στραγγουρία τὸ πάθος καλεῖται. Cùm aliquis paucam vrinam cõtinenter excernit, ſtranguria aut vrinæ ſtillicidium is affectus appellatur. Idem Com. ad aphor. 48. lib.7. ὅτι ἡ στραγγουρία τῷ κατὰ στράγγα τὸ οὖρον ἀποκρίνεσθαι δηλοῖ, τοὔνομα αὐτὸ διδάσκει. Stranguriam aut vrinæ ſtillicidium eſſe cùm vrina guttatim excernitur, ipſa appellatio edocet. Huius cauſam facit Gal. veſicæ facultatis retentricis imbecillitatem, aut vrinæ acrimoniam. στραγγουρίαν vrinæ difficultatem Celſus vertit ex aphor. 16.22 & 31. lib.3. cap.1. li.2. veſicæ morbum dixit M. Tullius lib.2. de finibus bonorũ & malorum de Epicuro loquens: & lotiũ ſubſtillum Cato lib. de re ruſt. cap.156. τὰ στραγγουριώδεα, vrinæ ſtillicidia dicuntur Coac. Pr. (pagina 438. verſic.11.) στραγγουρίην φλεβοτομίη λύει lib.2. Epid. (pag. 318.29.) & aphor. 48. lib.7.

Στρεβλοὶ exponuntur Galeno in Exegeſi apud Hip. οὓς καὶ στραβοὺς ὀνομάζουσι, qui ſtrabones dicuntur, hoc eſt, qui oculis ſunt diſtortis aut peruerſis. Ac mihi videtur Gal. ſubindicare locum libr.2. Epid. (pag.318.23.) ὁκόσοι ὅσοι ἐκ γενεῆς ἢ στρεβλοί, ἀσύνετοι. Ex his qui ab ortu ſunt diſtortis oculis, ſtolidi & hebetes. Vbi στρεβλοὺς diſtortum corpus habẽtes diximus, illud ad corporis peruerſionem referentes. Et verò monuimus exẽplaria quædá manu ſcripta στραβοὶ pro στρεβλοὶ legere, quæ videtur quædam eſſe explicatio & ex Gal. fluxiſſe, quẽ & ſecutus eſt Corn. cũ ſtrabones dixit.

Στρέμμα luxatum aut luxatio dicitur, & στρέμματα tortiones ſignificant, vbi articulis illæſis quæ circa ipſos ſunt neruoſæ partes intorquentur. Luxata Latinis vocãtur. Quod enim Dioſc. ſcripſit lib.1. cap.115. de calamo phragmite, ποιεῖ δὲ καὶ στρέμματα καὶ ἰσχίου ἀλγήματα παρηγορεῖ, ſic vertit Plin. lib.20. cap.10. Phragmitis radix recens tuſa luxatis medetur & ſpinæ doloribus ex aceto illita. Dicuntur à contorquẽdo, cùm neruoſæ articulos continentes partes intortæ, legitimos naturæ in ea parte motus cum dolore remorantur. Quod ferè accidit dum ambulando veſtigium fallit, Gallicè aptiſſimè [*eſtorces*] vocantur. ἐν τῷ κατ' ἰητρεῖον (pagina 699, verſic.30.) Vbi Gal. στρέμματα vocari ſcribit: ὅταν μὲν ἡ διάρθρωσις ἀπαθὴς ᾖ, ἐστράφθαι δὲ τὰ περὶ αὐτὴν νευρώδη σώματα.

σώματα, καὶ γίνεσθαι μάλιστα τοῦτο τοῖς κενεμβατεῖν λεγομένοις, hoc eſt, cùm articulo illæſo, quæ circa ipſum ſunt partes neruoſæ diſtorquētur, idque maximè iis contingere quibus in vacuum greſſus elabitur. Rurſus lib. 5. Epid. (p. 341. 26.) στρέμμα κάτω μεγάλου δακτύλου, pollicis pedis luxatio.

Στρέφει Gal. in Exeg. exponit apud Hipp. στρόφον προσάγει, hoc eſt, torquet, aut tormen inducit.

Στρέφεται idem τὸ ἐνοικεῖ exponit, hoc eſt, velut inhabitat aut verſatur ex lib. de aere, loc. & aq. Ac mihi videtur is locus à Gal. ſubnotari qui ſcribitur noſtris in codicibus (pagina 451. verſ. 37.) τὸ γὰρ οὖρον λαμπρότατον οὐρέουσιν οἱ λιθιῶντες πρὸς τὸ γινόμενον ὀρρὸν, ὅτι τὸ παχύτατον καὶ χολωδέστατον αὐτοῦ μένει καὶ συστρέφεται. Vbi στρέφεται legit Galenus. Vrinam enim ſplendidiſſimam ad inſtar ſeri calculoſi reddunt, quod craſſiſſimum ac bilioſiſſimum iſthic maneat ac velut inhabitet. Etſi plauſibilis mihi videtur publicata lectio συστρέφεται, quę coaceruatur, colligitur, aut concreſcit, indicat. Vbi etiam θολωδέστατον pro χολωδέστατον legendum exiſtimo, vt quod eſt craſſiſſimum in vrina & maximè returbidum in veſica maneat ibique verſetur aut colligatur.

Στροβίλη linamentum intortum aut penicillum turbinis in formam implicitum ac contortum (collyrium vocat Celſus) ſignificat apud Hippocratem, libello de fiſtulis (pag. quingenteſima decima ſeptima, verſ. quadrageſimo ſecundo) στροβίλην ποιήσας ἴσην τῇ σύριγγι τὸ μῆκος, penicillū in turbinis formam intortum fiſtulæ magnitudine æquale effingito. Rurſus (v. 43.) ῥάμματι διεὶς δι' ἄκρας τῆς στροβίλης, filo per turbinati linamenti ſummum traiecto. Et (v. 45.) ἄχρις ἂν ἡ στροβίλη διωσθῇ, donec turbinatum linamentum impulſum fuerit. Et rurſus (v. 48.) ἐλκύσας τὴν στροβίλην ἔξω τῆς σύριγγος, linamento turbinato foras educto. Quibus ex locis non eſt dubium quin στροβίλην legendum ſit apud Galenum in Exeg. vbi στροβιλῶ exponit στρεπτόν τι, linamentum quoddam intortum ex lib. περὶ αἱμορροΐδων καὶ συρίγγων. στροβίλη namque à στροβεῖν, aut στροβιλεῖν, dicitur linamentum in turbinis formam intortum, quod & στρόμβιλη etiam dici poteſt. A στροβίλου forma nuces pineæ στρόβιλοι vocantur, quas antiquitus Attici κώνους dicebant, vt ſcribit Gal. lib. 7. τῶν κατὰ τόπ. (p. 256. 54.) quòd coni figuram imitentur. στρόβιλοι etiam nucis pineæ nuclei vocantur Dioſcoridi cap. 87. lib. 1.

Στρογγύλην μήλην, τὴν σπαθομήλην exponit Gal. apud Hippoc. in Exeg. ſpecillum rotundum. ſpecillum latum vocat Celſus libr. 6. & μήλην πλατεῖαν Hippoc. Sic enim μήλην πλατεῖαν τὴν σπαθομήλην apud eum exponit Gal. vt antea ſcripſimus.

Στρογγύλα Gal. apud Hippoc. τὰ μυρτίδανα exponit, quòd apud eum ſcribatur: καὶ τὸ Ἰνδικὸν, ὃ καλέουσι πέπερι Πέρσαι, ἐν τούτῳ δὲ ἔνι τι στρογγύλον ὃ καλοῦσι μυρτίδανον. Et Indicum quod Perſæ vocant piper. In eo autē ineſt rotundum quiddam, quod vocant Myrtidanum. Qui locus legitur lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 288. 29.) At στρογγύλου indicatura locus mihi exprimi videtur lib. 1. περὶ γυν. (p. 261. 11.) καὶ τὸ στρογγύλα πεία. Quod lib. περὶ γυναικ. φύσ. καὶ τῶν στρογγύλων ἴπεα vitioſè ſcribitur. Quà de re ſcripſimus antea in Indico & Myrtidano.

Στρόφοι dicūtur inteſtinorum cruciatus & dolores inteſtina torquentes. Celſus cap. 7. lib. 2. οἷς περὶ τὸν ὀμφαλὸν στρόφος, vbi circa vmbilicum inteſtina torquentur, vertit ex aph. 11. lib. 4. στρόφοι ξυνεχέες, continua tormina in Ileo ægr. 9. libr. 3. στρόφος περὶ τὴν γαστέρα, alui cruciatus & tormina aphoriſm. 41. lib. 5. & aphoriſm. 20. lib. 4. & Coac. Prænot. (pag. 432. 24.) καρδιαλγικὰ μετὰ στρόφου, oris ventriculi dolor cum torminibus; & libr. 7. Epid. (pag. 363. 49.) Rurſusque lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 101. 55.) στρόφος κοιλίης, Tormines ſcribit No. Marcellus genus morbi dici quòd dolore torqueant: vnde Torminoſos vocat Cicero qui frequenter torminibus vexantur. στρόφους vermina dici ſcribit Feſtus inteſtinorū cruciatus, cùm minuto motu quaſi à vermibus rodantur.

Στροφᾶσθαι ſignificat, verti, volui, verſari, vt lib. de art. (p. 639. 36.) καὶ τὸ ἄρθρον ἐθισθείη ἐν τῇ χωρίῳ τούτῳ στροφᾶσθαι, & articulus eo in loco verſari conſueuerit. Et rurſus ibidem (p. 637. 15.) καὶ ἐθισθῇ τὸ ἄρθρον ἐν τῇ σαρκὶ ἐνστροφᾶσθαι, articulusque in carne verſari aſſueuerit. στρόφον cauſam ſcribit Galen. morſum aut ſpiritum flatuoſum facilem non habentem exitum. Com. ad aph. 41. lib. 5. & aph. 11. lib. 4. στροφώδεα verò οὖρα dicuntur Dioſcoridi apud Hip. quæ compactā quædam habēt & denſa quæ per eas feruntur, vt ſcribit Gal. com. 3. in Prorrh. (p. 216. 28.) αὐτὸς μὲν οὖν ὁ Διοσκορίδης τὰ στροφώδεα οὖρα λέγεσθαί φησι, τὰ ἔχοντά τινα ἐν αὐτοῖς ἐμφερόμενα πεπηγότα, παρὰ τὸ στρέφεσθαι, ὃ ἐστι πήγνυσθαι, γεγονότος τοῦ ὀνόματος. ἴσμεν γὰρ ὅτι καὶ ὁ ποιητὴς εἶπε τόδε, καὶ περιστρέφεται κυκλέοντι, δηλῶν τὸ περιπήγνυται. Ipſe igitur Dioſcorides στροφώδεα οὖρα dici ait vrinas, quæ concreta quædam quæ per eas inuehantur habent, à στρέφεσθαι quod concreſcere ſignificat, deducto nomine. Scimus enim & poëtam hoc dixiſſe, καὶ περιστρέφεται κυκλέοντι, quod indicat concreſcit. Apud Hip. autem στροφώδεα tàm poſſunt referri ad alui recrementa quæ cum torminibus feruntur, quàm ad vrinas vt ibidem docet Gal. Hac verò notione περιστρέφεσθαι lac dicitur cum iniecto coagulo cogitur & condenſatur, quaſi circumagatur aut circumuertatur, Homero Il. ε. (v. 903.) vbi περιστρέφεται περιπήγνυται exponitur.

Στροβιλῶ Galenus in Exegeſi στρεπτόν τι exponit ex lib. περὶ αἱμορροΐδων καὶ συρίγγων, ſed στροβίλην legendum anteà monuimus in στροβίλη.

Στρυμάργου idem Galenus adſcribit ex Hippoc. in Exegeſi, additque Dioſcoridem hanc etiam ſcripturam agnouiſſe, vt & σιμμάργου. Illam autem ſumpſiſſe non vt proprium nomen aliquod, ſed vt ἐπίθετον, expoſuiſſeque non ſecus ac ſi ſignificaret μανικῶς ἐκλογιμώτου

περὶ τὰ ἀφροδίσια, hoc eſt furioſè in Venerem concitum. Talia enim multa ἐπίτηδες hoc modo apud Hippocratem dici, velut μονοχάλην, βεβρώτες, χειμαλώπηξ. Velut etiam apud Eraſiſtratum ῥινοκολοῦρος dicitur, qui mutilatis eſt naribus. Hæc verò Galeni nomenclatura locum lib. 2. Epid. ſubindicare mihi videtur (pag. 312. 44.) vbi tamen ὁ Στυμαργίας legitur, & Στυμμάργου Dioſcoridem legiſſe eſt vero ſimile, vt & in alio exemplo (p. 317. 13.) Στυμάργου, etſi vtrobiq; publicata exemplaria Στυμαργίας legunt.

Στρυφνὸν acerbum ſignificat, de quo aptiſſimè Gorrhæus. Eſt autem τὸ χυλοῦ εἶδος, ſapor acerbus, qualis eſt in vua immatura & acerba, pyris ſylueſtribus, galla, rhoë & ſimilibus. Aëtius in præfatione lib. 1. (ſub initium ferè) proprias ſuccorum ſeu ſaporum facultates diligenter examinans, ſcribit: ὅταν τὸ πλησιάζον τῇ γλώττῃ σῶμα σφοδρῶς ξηραίνῃ καὶ συνάγῃ καὶ τραχύνῃ μέχρι βάθους πλείονος αὐτὴν, στρυφνὸν ἅπαν τὸ τοιοῦτον ὀνομάζεται, ὅ ἐστιν ἐπιτεταμένον αὐστηρόν. Cùm corpus aliquod linguæ admotũ vehementer ſiccat & conſtringit, ipſamque altè admodum exaſperat, omne id στρυφνὸν, quod eſt acerbum, nominatur, hoc eſt, intenſè auſterum. Vnde cùm ſapor acerbus contrahat & ſiccet, tropicè στρυφνὸς, rigidus, durus, flecti neſcius, vt & auſterus & acerbus dicitur. Sic στρυφνότεραι γυναῖκες ſunt Hippocrati lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 213. 42.) mulieres acerbiores, adſtrictiores, hoc eſt, ſicciores & compactiores, non molles, non fluidæ, & quæ ταῖς ῥοώδεσιν opponuntur, & quæ ſunt aridiores, contractiores, toroſiores, ſolidiores & firmiores. Eadem etiã notione στρυφναὶ γυναῖκες dicuntur li. de aëre, loc. & aq. (p. 453. 18.) mulieres aridæ, ſiccæ, cõtractę. Vbi τὸ στερραὶ mihi legiſſe videtur Gal. quod ξηραὶ, συνεσταλμέναι exponit, (vt ſcripſim⁹ antea) ſteriles Interpretes vertunt. Sic στρυφνοὺς καὶ συνεσταλμένους, σκληροὺς καὶ ἰσχνοὺς, hoc eſt, acerbos & contractos, duros & graciles exponit Gal. Com. in libr. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (p. 31. 14.) Vbi tamen στερεοὺς Erotianum legiſſe antea monuimus. Per tranſlationem etiam στρυφνὸς ἐγκέφαλος ſcribitur, cerebrum acerbum, rigidum & durum in adultis, hoc eſt compactum, non molle; diffluens aut humidum velut in pueris. Lib. περὶ ἱερῆς νούσου (pag. 126. 21.) καὶ ὁ ἐγκέφαλος συνέστηκε καὶ ἔστι στρυφνὸς, cerebrum compactum eſt ac rigidum, cui ὑγρὸν poſtea opponere videtur: Sic στρυφνὸν exponitur Heſychio σκληρὸν, ἰσχυρὸν, αὐστηρὸν, ἐπισυμμένον, πυκνόν. Quod per ε etiam ſcribitur, & στερεὸς eidem exponitur στεγνὸς, πυκνὸς, στερεὸς, ſtrictus, ſolidus, firmus, denſus & durus. Eaque ratione compactum & compreſſum cerebrum dici poteſt. Lib. περὶ σαρκῶν (pag. 40. 23.) oſſa σκληρότατα καὶ στρυφνότατα dicuntur, duriſſima, & rigidiſſima, ſolidiſſima ac maximè firma, quibus τὰ σηραγγώδεα, hoc eſt cauernoſa, fiſtuloſa, poroſa, rara & laxa opponit. Per υ tamen ſcribi malim. Στρυφνὰ οὖρα quænam ſint apud Hippocratem antea adſcripſimus in οὖρα στρυφνά.

Στρωτὴρ, trabecula, parua trabes, tignum, canterius dicitur. στρωτῆρα vocat Hippocrat. tignum quoddam aut paruam trabem, quæ tranſuerſa inter duas columnas alligatur, ad humeri articulum elapſum reponẽdum. lib. de art. (p. 584. 50.) ἔπειτα χρὴ μεταξὺ δύο στύλων στρωτῆρα πλάγιον ὑποδῆσαι. Poſt hæc trabecula tranſuerſa inter duas columnas probè adalligari debet. Vbi στρωτῆρα exponit Galenus, ξύλον μεταξὺ ἥκον ἀπὸ τοῦ ἑτέρου κίονος ἐπὶ τὸν ἕτερον, trabem quæ ab altera columna ad alteram pertingit. Qua dictione ſæpius vtitur ibidem, vt & rurſus (p. 659. 44.) Quibus ex locis στρωτῆρα δοκίδα apud Hip. exponit Erotianus. Sunt autem στρωτῆρες trabeculę aut tigellæ, quæ trabibus aut tignis maioribus ſubſternuntur.

Στυπτηρίη σχιστὴ exponitur Galeno in Exeg. ἣν ἁπλῶς οὕτως ὀνομάζομεν χαλκῖτιν, quam ſimpliciter Chalcitim nominamus. Libr. de vlceribus (pagina quingenteſima decima quinta, verſ. decimo quinto) καὶ στυπτηρίη ἡ χαλκῖτις, alumen chalcitis, vt & ἡ χαλκῖτις στυπτηρίη ibidem (p. 516. 5.) Alumen autem Ægyptium ſæpe probat & vſurpat Hippocr. lib. de vlceribus, p. 515. 11 & 13. & p. 516. 4.) & lib. 1. περὶ γυναικ. (pag 249. 25.) ad vteri vlcera. & rurſus (p. 255. 24.) & (p. 257. 20.) & lib. 7. Epid. (p. 362. 13.) ad gingiuę dolores. Alumen quoq; Melinum idẽ celebrat vt antea ſcripſimus in Μηλείη στυπτηρίη.

Στυφελίζειν duriter & aſperè tractare, vexare, diuexare, exagitare, mouere vt στυφελίζειν τρώματα, vulnera duriter & aſperè tractare, lib. de fract. (p. 568. 11.) ἥκιστα γὰρ χρὴ τῇ τρίτῃ καὶ τετάρτῃ στυφελίζειν πάντα τὰ τρώματα. Vulnera enim omnia tertio & quarto die minimè ſunt exagitanda. Eaque dictione vtitur Homerus Il. α. (v. 581.) εἴπερ γάρ κ' ἐθέλῃσιν Ὀλύμπιος ἀστεροπητὴς, ἐξ ἑδέων στυφελίξαι, pro ſedibus deiicere, deturbare, depellere. ἀνακινῆσαι, ἀνασεῖσαι exponit Schol.

¶ Συγκεχυμένη, vide ἐγκεχυμένη antea.

Σύγκαυσις, exuſtio, inuſtio, cùm ob corum quæ aſſumuntur aut ingeruntur acrem caliditatem, acria atque inæqualia alui recrementa deiiciuntur, indeque febricitare contingit, lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 114. 2.) Vbi enim ſcribit Hippocrat. ὁκόσοι κοιλίας τὰς κάτω θερμὰς ἔχουσι, καὶ δριμέα τὰ ὑποχωρήματα καὶ ἀνώμαλα διέρχεται ὑπὸ συντήξιος αὐτέοισι. Quibus ventres inferiores ſunt calidi, iiſque ex colliquatione ſubeunt acres & inęquales deiectiones. ὑπὸ συγκαύσιος, hoc eſt ex inuſtione potius eſſe ſcribendum cenſet Gal. ægr. 2. li. 3. Epid. ξυγκεκαυμένα διῄει, exuſta alui recrementa demiſſa ſunt, ex interno incendio & hypochondrii dextri phlegmone.

Συγκεῖσθαι, compoſitum eſſe aut conflatum, vt συγκείμενοι ἐξ ἀδοξίης, Medici fucati non veri ex ignominia compoſiti aut conflati, ἐν νόμῳ (pag. 19. 22.) quòd quęſtum quem ex arte ſibi comparant, pluris faciunt quàm gloriam. Qui ignominiam ſibi cognatam aut

fami-

familiarem habent, dixit Zuinggerus. Cornarius, qui ex compoſito ipſius perſonam induerunt.

Συſκλείσιες ſunt venarum occluſiones aut concluſiones, cùm vnà inter ſe occluduntur. Lib. de Morbo ſacro (p. 128. 22.) de corde. φλέβες ἐς αὐτὴν συντείνουσι, καὶ συſκλείσιας ἔχει ὥστε αἰσθάνεσθαι ἤν τις πόνος ἢ σύντασις γίνηται τῷ ἀνθρώπῳ. Venæ ad ipſum tendunt, illicque clauduntur, (hoc eſt, deſinût) adeò vt ſentiat ſi quis dolor aut contractio homini contingat. fortè verò συſκλείσιας habere cor dicitur, hoc eſt venarum occluſiones, quæ fiunt delatis in cor humoribus aut ſpiritibus, per quos affectuum quidam ſenſus inducitur, vnde cor ac corpus ipſum contrahitur & inhorreſcit. Hinc σύντασις ibi dicitur, velut quædam corporis contractio, à moleſto ſenſu inducta, aut ſenſatione quadam triſti aut moleſta contracta.

Συſκαίειν & συſκαίεσθαι, vide antea in καίειν.

Συſκομιστὰ in cibis dicũtur quæ ex toto ſunt collata & cum ſucco, non ſicca, velut lib. 2. περὶ διαίτης (p. 96. 37.) in cibis acribus, acidis, auſteris & acerbis, τὰ συſκομιστὰ ſunt quæ ex toto collata ſunt, hoc eſt cum ſuccis ipſis, & ex quibus nihil detractũ eſt, quibus ibidem τὰ ξηρὰ opponit. Rurſus li. 3. (p. 100. 20.) per hyemem ἐν διαιτήμασι συſκομιστοῖσι καὶ ἀκρήτοισι, victu ex toto collato & meraciore vti iubet. cibos varios vocat Caluus. Sic συγκομιστὸς ἄρτος panis confuſaneus dicitur qui ex tota farina collata, non excuſſa, conſtat, & ex omnibus farinæ partibus citra vllam detractionem, vt antea expoſuimus in ἄρτος συſκομιστός.

Συſκρίνεσθαι coagmentari & concreſcere ſignificat, aut compingi, & de maris conformatione dicitur aph. 35. ſect. 2. lib. 6. Epid. vbi συνεκρίθη, ἐπάγη exponit Gal. concreuit, compactus eſt & coagmentatus.

Συſκυρίη, caſus, occaſio, quod fortè euenit, & idem quod σύſκυρμα. lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρ. (p. 7. 18.) εἰ δι' ἡδονὴν ἢ δι' ἄλλην τινὰ συſκυρίην ἐπιτήδευον ὁπότερον αὐτέων, qui vel voluptate, vel quauis alia occaſione adducti, alterutrum faciunt. Et libr. περὶ χυμῶν (pag. 116. 7.) τὰ ἀπὸ συſκυρίης, quæ caſu proueniunt. Eſt & συſκυρεῖν verbum idem quod τυγχάνειν ſignificãs, & caſum rerum denotans, per contingere Latini rectè exprimunt. Libr. 1. Epid. (p. 370. 30.) ὅσαι δὲ συνεκύρησεν ἐν γαστρὶ ἐχούσῃσι νοσῆσαι, in quas verò prægnãtes morbus fortè incidit. aut. Quibus autem contigit, vt prægnantes morbo corriperentur.

Σύγχυσις ὅλων, omnium confuſio, conturbatio, vt ventriculi in coquendis cibis imbecillitas omnium corporis affectionum cauſa eſt, & omnia in corpore conturbat, aph. 1. ſect. 3. lib. 6. Epid.

Σῦκα Gal. in Exeg. exponit ἐπαναστάσεις σαρκώδεις ἐν τοῖς τῶν βλεφάρων τόποις γινομένας, carnoſas quaſdam eminẽtias in palpebrarum locis obortas. Quibus verbis locum libr. 3. Epid. in ſt. peſt. (p. 426. 25) ſubnotat βλεφάροις βλεφάρων ἔξωθεν, ἔσωθεν, πολλῶν φθείροντα τὰς ὄψιας, ἃ σῦκα ἐπονομάζουσιν, palpebris adnaſcebantur quædam foris & intus, quæ multorum aciem perderent, ficos nominant. σῦκα ὀνομάζουσι (vt ſcribit Paulus lib. 3. cap. 3.) βλαστήματα ἑλκώδη, στρογγύλα, ὑπόσκληρα, ἐπίπονα, οἷς ἀκολουθεῖ καὶ ὀδύνη, ficos appellant germina vlceroſa, rotunda, ſubdura, rubicunda, quę etiam dolor comitatur. fit hoc mali genus plurima ex parte in capite, naſcitur tamẽ & in reliquo corpore, & σῦκον, aut σύκωμα, aut σύκωσις nominatur, Latinis ficus aut ficatio. Etſi Ariſtophanis Schol. (p. 178.) ſcribit σῦκον εἶδος πάθους ἀεὶ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς καὶ ἐν ἐν ἄλλῳ τινὶ μέρει τοῦ σώματος φυόμενον, ὃ φασιν ἰδιωτικῶς συκάμινον. σῦκον affectus genus eſt quod ſemper in oculis neq; in alia corporis parte naſcitur, quod populariter συκάμινον vocãt. Idem etiam σῦκον ἕλκος ἐπὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς γινόμενον, eſſe ſcribit, & σῦκα τὰ ὑπὸ τῶν ἰατρῶν συκάμινα λεγόμενα. Et Iulius Pollux libr. 2. σῦκα Ariſtophani dici, τὰ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἕλκη, ſcribit. Heſychio quoq; σῦκα exponitur τὸ ἐπὶ τοῖς βλεφάροις οἴδημα, ὅ τινες σύκωσιν. Sed σῦκα ſcribitur velut multis aliis in exemplaribus apud Hipp. & Gal. Συκάμινα etiam quæ σῦκα aliis dicuntur fici, & ani vlcera, mariſcas Latini vocant, Galeno libr. 3. de paratu facilibus (p. 449. 14.)

Συκῆ per contractionẽ pro συκέη aut συκέα, μορέα συκάμινος aut συκόμορον, eſt morus arbor, ferẽs mora, fici dulcedine. Gal. in Exeg. συκῆς ex libr. 1. περὶ γυν. pro συκέας poſitum ſcribit, & πυρίη συκῆς ἀπὸ ῥίζης, ἐν ἴσῳ τῷ συκέας, μορέας συκαμίνου, ὅπερ ἑτέρωθι ὧδέ φησι· Κνίδιοι φασι μορέης ῥίζης. quod eſt, fomẽtum ex mori radice adhibeto. συκῆς n. idẽ quod συκέας, h. e. συκαμίνου valet, quod aliàs veluti exponens mori radice dicit. Verùm συκέας & μορέας vitioſè legitur apud Gal. Subnotatur autem ab eodem locus lib. 1. περὶ γυν. (p. 263. 9.) in vteri aut pudendi muliebris vlceribus, καὶ πυρίη συκῆς ἀπὸ ῥίζης. Vbi tamen Interpretes omnes fomentum ex fici radice accipiunt, cùm mori radicem exponat Gal. Aut certè fici Ægyptiæ dicendum eſſet, cùm συκόμορον aut συκάμινος ficus Ægyptia dicatur Plinio cap. 7. libr. 13. ex Theoph. lib. 4. hiſt. plant. cap. 2. συκάμινος autem morus dicitur Græcis, & capitur pro ſycomori tum fructu, tum arbore. Apud Corn. Celſum cap. 18. lib. 3. & 5. ſycaminus ſycomorum Arabicam & arborem Ægyptiam ſignificat, quam moroſycon appellari ſcribit. At rurſus lib. 2. περὶ γυν. συκῆς ῥίζα ἐν μέλιτι, hoc eſt mori radix ex melle, in ſubdititio peſſo adhibetur ab Hippocrate, ad aquoſos ſanguinis humores educendos (pag. 288. ver. 37.) Erotianus apud Hippocratem συκῆς ἐρριμμένης, hoc eſt, ficus abiectæ aut proiectæ, τῆς ἀγρίας συκῆς exponit, h. e. agreſtris ficus.

Συκίον Galenus apud Hippocratem, τὸ τῶν ἰσχάδων ἀφέψημα exponit in Exeg. quod eſt ficuum aridarum decoctum aut caricarum. Quam dictionem vſurpat lib. 2. de Morb. (pagina 146. verſic. 37.) ἔπειτα ἀναζέσας σῦκα καὶ ...

ἐς ὕδωρ, τρίψας δὲ ῥοῦ ὀλίγον, διέντας τῷ συκέων ζωμῷ, καὶ ἀναγαργαρίζειν ἐὰν δύνηται. Deinde ficus aqua decoquito, & rhois tritæ paruam portionem hoc ficuum decocto diluito, eoque ſi poſſit gargariſet. Rurſusque ibidem (p. 147.10.) ἀναγαργαρίζειν δὲ τῷ συκέων, ficuum decoctum gargariſet, aut ad gargariſandum adhibeat. Verùm ſuſpecta eſt mihi lectio apud Gal. & συκέων & ἀφεψήματι legendum videtur, aut σύκων, quemadmodum etiam Var. ſcribit.

Συκίτης οἶνος, vinum ex ficubus aut caricis maceratis, qui & καρπίτης οἶνος dicitur Dioſcoridi libr. 5. cap. 41. Vide οἶνος συκίτης antea.

Σύκου τὸ πίον, vide τὸ Πίον antea.

Σύκωσις ficatio, tumor in ano à thymo ſola magnitudine differens, mariſca Latinis vocatur. Eſt & σύκωσις Celſo cap. 3. libr. 6. vlcus à fici ſimilitudine ſic dictum, in his partibus quæ pilis conteguntur proueniens, in quo caro quidem excreſcit, & id quidem generale eſt, & ſub eo duæ ſunt ſpecies, quarum vna maximè in barba, altera præcipuè in capillo enaſcitur. Σύκωσις quoq; idem quod σύκωμα aut σῦκον, palpebrarum eminētia & rumor cum aſperitate, & ficoſa palpebra dicitur. Paulo σύκωσις palpebræ interior aſpritudo dicitur in tantum excreſcens, vt veluti inciſuras habeat, eoq; τῆς τραχώματος differēs. At Iſagoges authori (p. 386.15.) σύκωσίς ἐστι ἐπὰν τὸ ἐντὸς τῶν βλεφάρων σαρκωθέν σαρκὶ παραπλήσιον ἐξοχῆς, ὁ ὀφθαλμὸς ἅπας δυσκίνητος ᾖ. h. e. ficatio accidit cùm in palpebrarum parte interiore carni quid ſimile enatum fuerit, q̄d emineat, & oculus totus ægrè moueatur. Verùm mendum eſſe ſuſpicor & legendum σύκῳ παραπλήσιον, hoc eſt ficui ſimile. Scribit enim Aëtius cap. 45. libr. 7. ἡ σύκωσις λεγομένη ὑψηλοτέρας τὰς ἐξοχὰς ἔχει, ὡς ἂν ἐντετμημένας. τίνι γὰρ ἄλλῳ ἢ σύκῳ ἔοικε κεχηνότι; Sycoſis nuncupata altiores habet eminentias & velut inciſas. Cui nanq; rei alteri q̄ ficui hianti melius aſſimilari poteſt? συκώσεις quoq; apud Gal. Cō. 2. in libr. 6. Epid. (p. 458.3.) τὰς ἡλκωμένας ἐξοχὰς, in palpebris exulceratos tumores aut eminentias habent, in quibus exaſperantibus primùm, deinde etiam conſumentibus vtendū eſſe medicamentis ſcribit, vt eorum virtus altiùs penetret. Idemq; teſtatur ſe in his vſum eſſe aſpera ceti marini cute, ſiue ſepiæ teſta & pumice, cumque iſta non eſſent ad manum, ſcalpelli cyathulo anguſtum nō latum extremum habentis. Idem libr. 11. de ſimp. med. fac. in Sepia. τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς μεγάλας τραχύτητας καλοῦσι συκώσεις. Ingentes oculorum aſperitates ſycoſes aut ficationes nominant. Et lib. 4. τῶν κατὰ τόπ. (p. 206.14.) τραχώματα eſſe ſcribit paruas palpebrarum aſperitates, magnas verò συκώσεις appellari.

Συκωτὰ ficata dici poſſunt edulia quædam delicata ex carycis comparata, quę propter dulcedinem viſceribus, vt hepati, ad voluptatem & nutritionem ſunt gratiſſima, in febribus verò & inflammationibus internis nocentiſſima, quòd in bilem facilè vertantur, Galen. Comment. 3. in libr. de rat. vict. in morb. ac. (pagina ſeptuageſima quinta, verſ. quinquageſimo ſecundo.) συκωτὸν dici Aëtius ſcribit cap. 127. lib. 2. Tetrab. 1. porcellorum iecur carycis ſaginatorum, quod omnium animalium eſt præſtantiſſimum, non ad voluptatem modò, verumetiam ad alia omnia.

Συλλέγεσθαι colligi, coaceruari, idem quod συστρέφεσθαι ſignificat apud Hippocr. Quod enim dicitur aph. 40. libr. 5. ἐς τοὺς τιτθοὺς αἷμα συστρέφεται, in mammis ſanguis coaceruatur, συλλέγεται ſcribitur lib. 2. Epid. (318.48.) Dicunturque collectiones vſitato apud Latinos nomine, humorum prauorum in aliquam partem confluxus & coaceruationes.

Συλλείβεσθαι eſt confundi, miſceri, confluere, in vnum ſtillare aut fluere. Lib. περὶ γονῆς φύσιος (p. 62.17.) συλλείβεται δὲ καὶ ἐκ τῶν ἄλλων μελέων σώματος ἐς ταύτην. De cæteris autem corporis membris in hanc confluit aut ſtillat. Agitur autem de ſemine, quod ex omnibus veluti corporis partibus delibatur, & in vas ſeminarium confluit. Apud Erot. λείβονται σπένδονται, hoc eſt libant, explicatur.

Συλλογισμοὶ ratiocinationes Medicorū cùm de morbis diſſerunt & diſputāt, quibus βοηθείας opponit, auxilium & præſidia. Lib. περὶ εὐσχημοσύνης (p. 16.18.) πολλὰ γὰρ οὐδὲ συλλογισμοῦ ἀλλὰ βοηθείης δεῖται τῶν παρεμπιπτόντων. Plæraque enim non ratiocinatione ſed auxilio opus habent. Dici etiam poſſunt medicorum concilia, collocutiones ac deliberationes. κοινολογίην vocat ἐν παραγγελίαις (p. 18.20) communem conſiderationem, & (p. 19.1.) ξύλλογον θεραπείης, curationis conſultationem aut concilium.

Συλλοχίης Gal. apud Hip. in Exeg. exponit ἀθροίσματα, congregationes, collectiones, coactiones, ſcribitque ductam eſſe tranſlationem ἀπὸ τῶν εἰς τοὺς λόχους συνειλεγμένων, à militibus in cohortem collectis. Quam vocem vſurpat Hipp. lib. περὶ ἐπικυήσιος (p. 47.34.) ἕκαστα γὰρ χωρίζεται ῥήματα κατὰ τὰς συλλοχίας. Secedunt enim ſingula, quę ſenſim & in modū collectæ cohortis coacta fuerant. Agitur enim de excrementis & vüs in pueris ſecundum naturam apertis, per quæ ea expurgantur. Innuere autem videtur per eas vias pueris ſtatim in lucem editis ea excrementa repurgari, quæ ſenſim & in modum militū in cohortem coactorum, in vtero collecta fuerunt. Sic enim hic locus proprie mihi ſubindicari & explicari videtur. Exēplaria verò omnia συλλοχείας habent vitioſè. Quod effecit vt Interpretes partus & puerperii purgamenta acceperint, non expreſſa eleganti tranſlatione, & Galeni explicatione neglecta. Cornarius certè ad Galeni explicationem reſpiciens, κατὰ τὰς συλλοχίας ῥήματα, iuxta modum quo agmina congregantur repentia, dixit. Caluus συλλοχείας συλλήψεις, intellexiſſe videtur, conceptus.

Συμβολὴ, commiſſuram, iuncturam, compaginem, connexionem ſignificat libr. 5. Epid. (p. 335.24.) τὴν παντὸς συμβολὴν πρὸς τὸ ἰσχίον

commiſſuram coxendici proximam ab inguine & coxæ anteriore parte intelligit. Sic ξυμβολαὶ τῶν ὀστέων, oſſium commiſſuræ. Vide antea ξυμβολή.

Ξυμμύειν conniuere, clauſum eſſe, comprimi & coarctari, de vteri oſculo dicitur aph. 51. libr. 5. quod vterum gerentibus conniuet aut comprimitur. ὁκόσαι ἐν γαστρὶ ἔχουσιν, τουτέων τὸ στόμα τῶν ὑστερέων συμμέμυκεν. Conniuet etiam vteri os in inflammationibus aut tumoribus præter naturam, tuncque vteri oſculum durum eſt, vt aph. 54. libr. 5. ᾗσι τουτέων ἀνάγκη τὸ στόμα τῶν ὑστερέων ξυμμύειν, iis os vteri conniuere neceſſe eſt.

Συμπαρατάξιες dicuntur Hipp. conflictus velut inſtructa acie, & quæ ſimul velut inſtructa acie concurrunt, h. e. conflictationes, & velut acies collocatę & inſtructę. Qua dictione conflictum inter morbum, naturam & alimenta intelligit libr. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 11. 14.) τὰ δ' ἐν τῇσιν ἀνακομιδῇσι τῇσιν ἐκ τῶν νούσων, ἔτι δὲ ἐν τῇσι νούσοισι τῇσι μακρῇσι, γίνονται πολλαὶ συμπαραταξίες, αἱ μὲν ἀπὸ ἑωυτέων, αἱ δὲ καὶ ἀπὸ τῶν προσενεχθέντων τῶν τυχόντων. In iis verò qui ex morbis conualeſcunt, aut qui longis conflictantur morbis, multi velut inſtructa acie conflictus fiunt, partim ſponte, partim ex iis quæ ſine delectu adhibentur. Significat autem Hippocrat. in iis qui ex morbis releuantur, aut iis longis conflictãtur, multos conflictus fieri, multaq; ſimul concurrere, vno eodemque tempore fieri, à quibus vel iuuari vel lædi hominem contingit, idque vel ſponte naturæ euenire, quod eſt inimicum & noxium expellere tentantis, vel ab iis quæ aſſumuntur, nempe cibis vel alimentis, quæ vel naturæ inimica ſunt eãque affligunt, vel amica, atque eatenus naturam aduerſus morbum propugnant. Quamobrem Medicos damnat Hippocrat. qui hæc in alimentis ex ægrotorum aut cõualeſcentium differentibus naturis non dignoſcunt. Quin & συμπαρατάξιες dici poſſunt oppugnationes aut oppoſitiones quædam, quibus natura ſe velut morbo opponit, aut aduerſus eum inſurgit, tum ſuâ ſponte, tum ab his quæ aſſumuntur velut adiuta & inſtructa. Sunt ergo συμπαρατάξιες varii conflictus tum naturæ tum morbi, qui vno tempore inſurgunt, & ab iis quæ aſſumuntur aliiſque cauſis, tum ſalubribus; tum inſalubribus inſtruuntur & comparantur. Quorum vim & diſcrimẽ præcipuè Medico cognitum eſſe vult Hippocr. & ad ægri naturam accommodari. συνταραξίας legiſſe videtur Cornarius cùm conturbationes verterit. Atque idem συμπαρατάξιας fortaſſe cum Caluo præuaricationes neſcio quo iure vertit, niſi ea quæ à cauſis externis ad ægri perniciem morbo ſubſidium afferunt, velut noxiam quæ ab intempeſtiuo cibo inopportunè adhibito, aut ab aliis cauſis ſalubribus contingit, veluti cum morbo conſpirantem intellexerit. συμπαρατάξιας rectè conflictationes dixit Zuinggerus.

Συμπάσματα dicuntur quæ aliis ἐμπάσματα, & quæ corpori inſpergũtur, aſpergines Aureliano cap. 38. lib. 2. ac. & cap. 7. lib. 3. Tard. Paſſ. & cap. 2. lib. 5. vt etiam aſperſiones ob pruritum corporis adinuentæ, cap. 5. lib. 3. Tard. Paſſ.

Συμπάσχειν, coaffici, compati, non de ſimplici aut quouis affectu dicitur, ſed de vehemẽti affectione, cùm partes quędam vehementi paſſione laborantes reliquas in conſenſionem ſecum trahunt. Gal. Com. ad aph. 16. lib. 6. τοῖς πάσχουσι μορίοις οὐχ ἁπλῶς ἕπεται συμπάσχειν πέφυκεν, ἀλλ' ὅταν ἐν ἰσχυρῷ γένηται πάθει. καὶ τοίνυν τοῦ ἥπατος τὸν στόμαχον λυγμὸς μὲν ἐπιγίνεται, συμπάσχοντος, βὴξ δὲ καὶ δύσπνοια τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων. οὕτω γοῦν καὶ τοῖς ἀναπνευστικοῖς ὀργάνοις μεγάλως κακωθεῖσι, τὸ ἧπαρ συμπάσχει. Ad partes affectas non temere aut ſimpliciter aliæ compati ſolent, ſed cùm forti affectu detinentur. Hac igitur ratione iecore affecto ſingultus quidam ſuccedit, compatiente ſtomacho: tuſſis autem & ſpirandi difficultas, reſpirationi deſtinatis inſtrumentis per conſenſum affectis. Sic igitur inſtrumentis reſpirationi dicatis grauiter affectis hepar compatitur.

Συμπιαδεῦαι corpus macerare ſignificat, hoc eſt emaciari, aut inedia opprimi & vexari, lib. 7. Epid. (pag. 362. 21.) πιάζομαι autem idem quod πιέζομαι indicat, & apud Herodotum πιεσθεὶς πολέμῳ bello vexatus & oppreſſus dicitur. Idem apud Heſychium πιαζόμενος θλιβόμενος exponitur. Sic πιέζεσθαι apud Thucydidem ταλαιπωρεῖν interdum ſignificat, vt exponit Schol. Interdum & πιέζεσθαι λιμῷ & νόσῳ dicitur, fame premi ac laborare, morbo vexari & afflictari.

Συμπορσύνειν apud Hippocratem eſt præparare, exhibere, conciliare, concedere. Lib. de art. (pag. 598. 12.) συμπορσύνοι ἂν τὴν κατόρθωσιν, εἰ ὁ μὲν ἄνθρωπος ὕπτιος κέοιτο. reſtitutionem ſubminiſtrauerit hominis ſupinus decubitus, hoc eſt directionem præparauerit, conceſſerit, exhibuerit, confecerit, comparauerit; conciliauerit, ſuppeditauerit. Quem locum ſub indicans Erotianus συμπορσύνοι συνοδοῖ exponit, quod eſt conceſſerit. Verùm συμπορσυνέει vitiosè legitur noſtris in exemplaribus. Galenus etiam in illius loci Com. illud συμπορσύνοι per συμπαρασκευάζεσθαι εἰς τὴν κατόρθωσιν, quod eſt ad directionem comparari aut pręparari, exponit. Eſt autem πορσύνω verbum poeticum pro παρέχω, παρασκευάζω, ἑτοιμάζω, εὐτρεπίζω. vt apud Homerum Il. γ. (v. 411.) κείνου πορσυνέουσα λέχος, hoc eſt, εὐτρεπίζουσα, παρασκευάζουσα, στρωννύουσα. vt exponit Heſych. paratura cubile. Vbi etiam πορσύνουσα legit. Idem quoque πορσύνει κοσμεῖ exponit. Quo ſignificatu adornare reſtitutionem aut repoſitionem dici poteſt.

Σύμπτωσις eſt vaſorum ſubſidentia & contractio, velut ex euacuationibus contingit, cui opponitur διάχυσις. Gal. lib. de optima ſecta (pag. 28. 27.) Neque autem in ſolis euacuationibus aut ῥύσει videtur, ſed etiam in στεγνώσει & menſium ſuppreſſione, vt ibidem ſcribit

Gal. vt neque ἀνάγκασις in ſola ſuppreſſione excrementorum, ſed in fluxu etiam & excretionibus σύμπτωσις etiam membrorum & corporis collapſionem ſignificat cùm corpus concidit aut collabitur, quod ei accidit cùm laſſitudine aliqua victum eſt & facultates exolutæ, quod morbi vehementiam & malitiam indicat. lib. περὶ χυμῶν (p.115.14) Significat etiam membrorũ contractionẽ & concidentiã, & ἰσχνῶσι & τηκέσι iungitur lib.4. Epid. (p.333.26.) συμπτώσεις etiam venarum ſubſidentias aut compreſſiones ſignificant, & inanitionem indicant, quæ κενεαγγείη dicitur Hipp. aph. 2. libr. 1. quoniam (vt ſcribit Gal.) κατὰ τὰ ἀγγεῖα συμβαίνει γίνεσθαι κατὰ πάσας τὰς κενώσεις, in omnibus euacuationibus vaſa exinaniri contingit. Aph. 3. lib. 1. μηδὲ τὰς ξυμπτώσιας ἐς ἔσχατον ἄγειν. Neq; vacuationes eò deducendæ vt vaſa in ſe penitus conſidant. συμπτώσιες φλεβῶν dicuntur libr. 2. Epid. (p.311.47.) vt & συμπτώσιες ſimpliciter lib.4. Epid. (p.333.42) cùm venæ cõcidunt, vt loquitur Celſus cap.6. lib.3. Eſt & σύμπτωσις προσώπου, vbi facies contrahitur aut collabitur, lib.4. Epid. (p.332.34.) & ὀμμάτων σύμπτωσις, oculi collapſio, quæ tumori opponitur, ibid. (p.333:45.) Qua notione κρόταφοι συμπεπτωκότες, collapſa tempora dicuntur in Progn. (p.121.34.) συμπεπτωκὸς enim de extenuato, adſtricto & purgato corpore dicitur, cùm humores concidunt, neq; corpus molem illã ſucculentam retinet, quod in cadaueribus contingit. Sic quoq; συμπεσὸν τὸ σῶμα καὶ ταριχευθὲν, adſtrictum & extenuatum aut conditum corpus dixit Plato in Phædone. Vide ξυμπίπτειν.

Συμφλᾶν eſt collidere, vt lib.5. Epid. (pag.341. 21.) ἡ ἄγκυρα ὀστέον συνέφλασε, anchora os colliſit.

Συμφύεσθαι eſt coaleſcere, cùm diſciſſi corporis labra agglutinantur. aphoriſ. 19. & 24. lib. 6. Vbi συμφύεσθαι ſcribit Gal. ὅταν τοῦ διῃρημένου σώματος τὰ χείλη κολληθῇ. Inde Philotheo σύμφυσις dicitur ἡ τῶν διεστώτων χειλῶν ἕνωσις καὶ κόλλησις, diſparatorum labrorum vnio & agglutinatio. Eſt & σύμφυσις ἢ ξύμφυσις, coalitus, compago, connexio, iunctura, qua oſſa inter ſe vniuntur Hippocrati libr. de artic. (pag.605. verſ.1. & 2) vbi σύμφυσις etiam pro συναρθρώσει ponitur, cùm in ſuperiore maxilla plures eſſe συμφύσεις ſcribit, in qua tamen oſſa per συνάρθρωσιν iunguntur. Vide ξύμφυσις antea.

Σύναγμα, concretio, coitio, coagmentatio, lib. 6. Epid. ſect.3. aphoriſ.11. τὸ μετ' οὔρησιν σύναγμα παιδίοισι μᾶλλον. Poſt mictionem coitio pueris magis contingit. Vbi τὸ μετ' οὔρησιν σύναγμα, poſt mictionem coitionem aut concretionem calculum in veſica puerorum vocat, eorum quæ in veſica poſt mictionem remanens concretionem & ſubſidentiam intelligens, atq; adeò calculum qui ex illa ſubſidẽtia poſt mictionem in veſica relicta gignitur. Illicque τὸ σύναγμα τὴν σύστασιν καὶ πῆξιν ſignificat, vt exponit ibidem Galenus vt ſit σύστασις καὶ ὑπόστασις τῶν ἐν κύστει μετὰ τὴν οὔρησιν, eorum quæ poſt vrinæ mictionem remanent concretio quædam ac depoſitio, aut ſubſidentia. Eaque notione σύναγμα illic pro calculo accipi teſtatur in Exeg. Gal. his verbis: σύναγμα, ἢ δι' ἐπίπαγός τι, ἢ ἐναιώρημα, ἢ ὑπόστασις, ἢ πῶρος. καὶ οὕτως ἄμφω ἐν τῷ ἕκτῳ τῶν ἐπιδημιῶν λέγονται. (Sic enim apud Galen. leg. exiſtimo) σύναγμα aut concretionem quandam ſignificat, aut in medio vrinæ ſuſpenſum quiddam, aut in ea ſubſidens, aut callum & toſum, eoque modo melius dicitur libr. ſexto Epid. Gal. in Com. illius ſent. σύναγμα etiam agnoſcit ex lib.7. Epid. (pag. 363.28.) ſed σύστημα paſſim legitur.

Συνάγχη vide κυνάγχη antea.

Συναλίζεσθαι eſt congregari, coaceruari. Libri περὶ φύσιος παιδίου. (pag.62. verſic.18.) τὸ δὲ πλεῖστον, ὥσπερ εἴρηται, ἀπὸ τοῦ μυελοῦ τοῦδε συναλίζεται. Eius verò pars multò maxima de medulla, velut dictum eſt, coaceruatur, colligitur. Vbi tamen τοῦτο legit Cornarius.

Συναλλάγματα pacta conuenta, contractus, conciliationes, commercia. Libr. περὶ ἰητροῦ (pag.12. v.38.) πρὸς δὲ ἰητρὸν οἱ μικροὶ συναλλάγματα πάσι νοσοῦσιν ἐστίν. Cæterùm cum ægris non exigua ſunt medico commercia.

Συνανδρουῦσθαι vel συνανδροῦσθαι, eſt in virilem ætatem adoleſcere, de morbo dicitur qui vnà cum viris increſcit, maior efficitur ac corroboratur, velut de morbo comitiali, qui vnà cum pueritia exoritur & in virilem ætatem adoleſcit. Prorrh.2. (p.417.10.) ὁκόσοισι δ' ἂν ἀπὸ παιδὸς ξυμβαίνοιεν συνανδροῦται τὸ νόσημα. Quibus cum vnà à puero increſcit & ad virilem ætatem ſimul adoleſcit morbus.

Συνάρθρωσις, coarticulatio, eſt naturalis oſſium iunctura Hippocrati, quæ obſcurum aut nullum aliquando motum habent: vt διάρθρωσις eorum oſſium naturalis iunctura, quæ euidentem habent motum, vt ſcribit Galenus Com. in lib.2. de art. (pagina 600. verſic.52.)

Συναρθμοῦται, συναρμόζεται, quod eſt, coaptatur, coniungitur, cohæret exponit Gal. in Exeg. apud Hippocratem. Idem etiam Erotianus, & συνενοῦται, quod eſt, vnitur, iungitur: Additque, ἀρθμὸς γὰρ λέγεται ἡ εὔνοια καὶ ἡ φιλία. ἀρθμὸς enim dicitur beneuolentia, & amicitia, quod per amicitiam fiat voluntatum coniunctio atque vnio. Quod teſtatur Callimachi teſtimonio, ἀρθμὸν δ' ἀμφοτέροις ἐν φιλίαν ἔταμον. fœdus & amicitiam cum vtriſq; rupi aut diſſecui. Etſi ἐτάμον aut aliud quid legiſſe videtur Interpres. Sic Homerus Il. η (verſic.302.) ἠδ' αὖτ' ἐν φιλότητι διέτμαγεν ἀρθμήσαντε. & iterum amicitiæ vinculo iuncti diuiſi ſunt. At quædam Erotiani exemplaria συναρθμοῦται & ἀρθμὸς legunt, vt & Galeni quædam συναρθροῦται. Quod facit vt mihi vero ſit ſimile apud Hippocratem alicubi συναρθμοῦται pro συναρθροῦται veteres legiſſe. Ἀρθμὸς autem videtur ab ἄρω deductum, vnde & συνάρσις, συναφή, ἁρμονία, coniunctio, vnio, exponitur Heſychio.

Συναστεῖ

Συναρτήσει Erotianus συναρμόσει, quod eſt, coaptabit, exponit apud Hipp.

Συνδιαίνεται, συνδιπλοῦται, conduplicatur exponit Gal. in Exeg. apud Hippoc. verùm συνδιαίνεται legit Varinus. Et certè non parum mihi ſuſpecta eſt vtraq; lectio.

Σύνδεσις δέρματος, cutis colligatio, coarctatio, adſtrictio, connexio dicitur Hippocrati, aph. 1. ſect. 3. lib. 6. Epid. vbi συναγωγὴν καὶ σφίγξιν, hoc eſt, contractionem & conſtrictionem exponit Gal. Iſq; locus ab eo mihi ſubindicari videtur in Exeg. vbi ſcribitur, σύνδεσις, δηλοῦται πυκνότης ἢ ἡ σφίγξις. hac voce ſignificatur interdum velut denſatio quædam aut conſtrictio.

Σύνδεσμοι ligamenta dicuntur, quæ & νεῦρα συνδετικὰ, h. e. nerui colligantes vocantur. Gal. Com. 4. in libr. de art. (p. 653. 27.) διαφέρει δ' οὐδὲν ἢ σύνδεσμον ὀνομάζειν αὐτὸ, ἢ τι νεῦρον συνδετικόν. ὅσοι γὰρ τῶν συνδέσμων εἰσὶ στρογγύλοι κατὰ νεῦρον ἰδέαν, ἴδιοι ὑπὸ τῶν ἀνατομικῶν νεῦρα συνδετικὰ προσαγορεύονται αὐτούς. Nihil enim refert ſiue id ligamentum, ſiue neruum colligantem appelles. Quæcunque enim ligamenta rotunda ſunt neruorum in morem, nerui colligantes ab iis qui in diſſecandis corporibus verſantur vocantur. De ligamentorum verò natura & differentiis vide Gorrhæum.

Συνδιδόναι eſt remittere, relaxare, ἀνιέναι, χαλᾶν, καὶ μὴ τείνειν exponit Galenus Com. 3. in lib. κατ' ἰητρ. (pagina 700. verſiculo 3.) cui συντείνειν opponitur, quod eſt intendere, contendere, vt & ibidem apud Hippocratem συνδιδόντα καὶ συντείνοντα, laxiora & contentiora.

Συνδρομὴ vox eſt Empiricis familiaris, qua ſignorum concurſionem & coaceruationem indicant. Definitur enim Gal. lib. de plenit. τὸ τῶν συμπτωμάτων ἄθροισμα, ſymptomatum collectio (p. 342. 34.) & ἄθροισμα τῶν συμπληρούντων αὐτὴν ἁπάντων (ibidem pag. 349. 17. & 38.) collectio eorum omnium ſignorum quæ ipſam conficiunt, idque ex Empiricorum præceptione. Velut συνδρομὴ πληθωρικὴ eſt coaceruatio & concurſus ſymptomatũ omnium quæ plenitudinem conſtituunt, qualia ſunt corporis grauitas, ad motum pigrities, corporis tumor, rubor, venarum, tenſio. Gal. ibidem (p. 349. 6.) & lib. de ſectis ad eos qui introducuntur (pag. 1. x2.) Idem lib. 1. τῶν κατὰ τόπ. συνδρομὰς eſſe ſcribit, τὰ τῶν συμπτωμάτων ἀθροίσματα φαινομένων ἐναργῶς ἅπασιν: ſymptomatum concurſum & cumulum omnibus liquidò apparentium. (p. 175. 58.) Et rurſus Com. 1. in lib. κατ' ἰητρ. (p. 663. 56.) συνδρομαί εἰσι συμπτωμάτων ἀθροίσματα, ſunt eorum quæ in morbis accidunt collectiones. Et libr. x. Meth. med. οὕτω γὰρ ἀξιοῦσιν ὀνομάζειν αὐτὸ τὸ τῶν συμπτωμάτων ἄθροισμα.

Συνδυασμὸς combinatio, copulatio & coniunctio dicitur, & pro coitu & coniunctione Venerea mulieris & viri ſumitur lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 277. 41.) καὶ ὅ, τι ἂν ὁ ἀνὴρ μεθῇ ἐν συνδυασμῷ, ἔξεισι. & quicquid vir per coitum emiſerit, exit. συνδυασμὸς & σύνοδος ἀνδρὸς καὶ γυναικός, συνδυασμὸς συζυγία exponitur Heſychio, coniugatio, & συνδυάζειν, συμπαρίζειν, συμβιωτεύεσθαι, quod verbum eſt Ariſtoteli familiare.

Συνέβησε Erotianus apud Hippocratem συνεβίβασεν exponit, quod eſt, conciliauit, accommodauit, coire fecit.

Συνείργοι ὀδόντες dicuntur dentes inter ſe conſerti & cohærentes velut connexi. Libr. περὶ ἱερῆς νόσου (pagina .r24. verſiculo 49) ἢ οἱ ὀδόντες συνήρεισαν, dentes cohærent aut conſerti ſunt.

Συνεκχυμοῦν coeffundere, aut vnà effundere, ſimul ex vaſis effundere, hoc eſt naturam humores vacuantem & effundentem vnà adiuuare, incitare, ac deficientem ſolicitare. Sic enim exponit Gal. Cõ. in ſent. 6. ſect. 2. lib. 6. Epid. ἐκχυμώσεις namq; vocare cõſueuit Hippoc. τὰς ἐκ τῶν ἀγγείων ἐκχύσεις ἢ κενώσεις; ex vaſis effuſiones & vacuationes. Quem locum ſubindicans Gal. in Exeg. συνεκχυμοῦν exponit συμμιγνύειν καὶ καθιστανεῖσθαι τοῖς ὑγιαίνουσι χυμοῖς, quod eſt, permiſcere & cum ſanis humoribus temperare & confundere. Quam etiam expoſitionẽ ibidem in Com. videtur adumbrare, cùm ἐργάσασθαι τὸ ὅμοιον exponit ἀναμίξαι τῷ κενουμένῳ καλῶς χυμῷ τὸ ὅμοιον, hoc eſt humori qui vacuatur permiſcere ſimile. Idem etiam ibidem συνεκχυμοῦν ἐξομοιῶσαι ἢ συνεκκρῖναι explicat, quod eſt aſſimilare & ſimul excernere.

Συνερείδειν ὀδόντας, dentes defigere, infigere, allidere & inter ſe conſerere. Libro ſecundo περὶ γυναικ. (pagina x87. verſic. 9. & 42.) καὶ τοὺς ὀδόντας συνερείδει, & dentes conſerit, illidit. Sic συνερειδόμεναι γνάθοι, maxillæ inter ſe conſertæ & cohærentes, illiſæ & ad collum affixæ, in opiſthotono, libr. 5. Epid. (pagina 341. 25.) Quod ibidem dicitur, γένυες ξυνεπήγνυντο, maxillæ committebantur & cohærebant (p. 341. x8.)

Συνέρξει, τῇ δὲ συγκλείσει exponitur Galeno in Exeg. apud Hippocratem quod eſt velut concluſione. (Sic enim ſcribendum ex Varino) Eſt autem συνέρξις velut σύνειρξις, & συνέργειν aut συνείργειν in vnum concludere, copulare, συνδεσμεῖν.

Συνεστὸς διαχώρημα alui egeſtio compacta & coacta dicitur, cõſtans, cohęrens, cõſiſtens, quæ ſuam cõſiſtentiam & figuram retinet, nec diffluit aut diuellitur, quod facit liquida, humeſcens & aquea. In Progn. (p. 137. 3x.) & Coac. Prænot. (p. 443: 21.) διαχώρημα μαλθακόν τε καὶ συνεστηκός, deiectio mollis & conſtans probatur. Iſtam ſecundum naturam excrementorum conſiſtentiam ſic explicat Galenus, ὅτι μήτε σκληρὰ παντελῶς ἐστιν ὡς λιθώδη, μήθ' ὑγρὰ τελέως ὡς δύνασθαι διαρρεῖν, ἀλλὰ μέχρι τοσούτου μαλακὰ, μέχρι τοῦ μένειν ἔτι συνεστῶτα. vt neque omninò dura ſint, lapidis more, neque prorſus humida, vt defluant, ſed hactenus mollia vt coacta maneant. In Coac. quoq; Præn. (p. 443. 48.) συνεστῶτα διαχωρήματα & ἐξυγρασμένα inter ſe opponũtur, hoc eſt coacta & perliquida alui excrementa.

Prorrh. 2. (p. 415. 27.) deiectiones improbantur quæ liquidiores ſunt quàm vt figurari poſſint. ὅσα ὑγρότερα ἐστὶ τῶν διαχωρημάτων, ἢ ὥστε συνεστάναι ἐν τῇ διεξόδῳ, Celſus cap. 3. & 8. lib. 2. figurata & mollia vocat ex Prognoſtico. διαχωρήματα συνεστηκότα & κάτεφθα συνεστηκότα dicuntur ęgr. 3. lib. 3. Epid. & ęgr. 3. poſt ſt. peſt. Et in Coac. Prænot. (pag. 436. 35.) συνεστηκότα μικρὰ κοιλίη ὑποχωρέει. aluus parua coacta reddit.

Συννεύσεις καὶ ἐξαπλώσεις dicuntur conniuentiæ & expanſiones, cùm calor in nobis innatus, ſecundum naturam habens, mediocriter & paulatim intrò nutat, & in ſeipſum conniuet, deinde expanditur. Quod non fit dum præter naturam habet. Tunc enim (velut in rigore) violenter intrò protruditur ac compellitur. extra verò prodiens exilit & erumpit. Galenus libro de Tremore, palpit. (pag. 370. 37.)

Συνεχέες πυρετοὶ, febres continuæ dicuntur Hippocrati, quæ aſſiduè affligunt nihilque remittunt, in Epid. ſæpe. Quibus etiam addit interdum, τὸ μὲν ὅλον οὐ διαλείποντες (vt libr. 1. Epid. pag. 354. 40. & p. 362. 20.) hoc eſt, in totum non intermittentes, vt certiùs eas ab intermittentibus ſecernat. Quod etiam diſertiſſimis verbis facit libr. 1. Epid. (pag. 378. 16.) cùm ſcribit, πυρετοὶ οἱ μὲν συνεχέες, οἱ δὲ ἡμέρην ἔχουσι, νύκτα διαλείπουσι, νύκτα ἔχουσιν, ἡμέρην διαλείπουσι. Febres quædam continuę, quædam interdiu tenent, noctu intermittunt, quædam noctu detinent, interdiu remittunt. Vbi ſcribit Galenus, καὶ τὸ τοῦ συνεχοῦς ὄνομα καὶ τὸ τοῦ διαλείποντος οἱ παλαιοὶ διττῶς φαίνονται χρώμενοι. συνεχεῖς γοῦν ὀνομάζουσι πυρετοὺς, ἐνίοτε μὲν ἅπαντας ὅσοι μὴ λήγουσιν εἰς ἀπυρεξίαν, ἐνίοτε δὲ οὐχ ἅπαντας τοὺς μὴ λήγοντας εἰς ἀπυρεξίαν, ἀλλ' ἐκείνους μόνους ἐξαιρέτως, ὅσοι μηδεμίαν ἔχουσι μεταβολὴν ἄχρι κρίσεως. οὕτω δὲ καὶ διαλείποντας, ἐνίοτε μὲν ἐκείνους μόνους ὀνομάζουσι τοὺς εἰς ἀπυρεξίαν παυομένους, ἐνίοτε δὲ τοὺς μὴ παυομένους εἰς ἀπυρεξίαν, ἀξιολόγους δὲ μεταβολὰς ποιουμένους τῶν κατὰ μέρος παροξυσμῶν, εἰς ἀρχήν τι καὶ ἀνάβασιν, ἀκμήν τε καὶ παρακμήν. ἔνιοι δὲ τῶν νεωτέρων ἰατρῶν, τοὺς μηδεμίαν ἀξιόλογον ἔχοντας μεταβολὴν, οὐ συνεχεῖς, ἀλλὰ συνόχους ὀνομάζουσι, συνεχεῖς δὲ μόνους ἐκείνους, ὅσοι μήτ' εἰς ἀπυρεξίαν λήγουσι, καὶ διαλιμπάνοντας τοῖς κατὰ μέρος παροξυσμοῖς, τούτους οἱ παλαιοὶ ποτὲ μὲν συνεχεῖς ὀνομάζουσι, ποτὲ δὲ διαλείποντας. εἰσὶ γὰρ ὄντως ἐν τῷ μέσῳ τῶν συνεχῶν, καὶ τῶν εἰς ἀπυρεξίαν παυομένων. εἰκότως οὖν ὅταν μὲν τοῖς συνόχοις παραβάλλωνται, διαλείποντες καλοῦνται· ὅταν δὲ τοῖς εἰς ἀπυρεξίαν λήγουσι, συνεχεῖς. Bifariam veteres tum συνεχοῦς, quod eſt continui, nomen, tum διαλείποντος, hoc eſt intermittentis, vſurpare videntur. Continuas namq; febres interdum appellant eas omnes quæ ad integritatem non deſinunt. Interdum verò non omnes quæ ad integritatem non deſinunt, ſed ſolas illas præcipuè quæ ad iudicationem vſq; nullam habent mutationem. Ita intermittentes ſolas illas interdum vocant, quæ febre vacuum corpus dimittunt, interdum verò eas quæ nõ deſinunt ad integritatem, ſed inſignes particularium acceſſionũ mutationes faciunt, in principium, incrementum, vigorem & remiſſionem. At recentiores quidam Medici eas quæ nullam inſignẽ mutationem habent, non συνεχεῖς, ſed συνόχους appellant. συνεχεῖς autem eas ſolas quæ non veniunt ad integritatem, & ſingulis acceſſionib. intermittũt. Has veteres interdũ continuas, interdum intermittẽtes vocant. Sunt n. reuera inter continuas & eas quę ad integritatem deſinunt mediæ. Proinde iure optimo vbi cum ſynochis conferuntur, intermittentes appellantur: vbi verò cum his quæ ad integritatem deſinunt, cõtinuæ. Gal. quoq; lib. 2. de Criſ. cap. 2. συνεχῆ πυρετὸν vocat, τὸν εἰς ἀπυρεξίαν, πρὶν τελέως λυθῆναι, μὴ παυόμενον, κἂν παρακμή τις αἰσθητὴ φαίνηται. Continuam febrem, quæ ad integritatem, antequam ex toto ſoluatur, non deſinit, etſi remiſſio aliqua ſenſu perſpicua appareat. Ex quibus liquido conſtat συνεχοῦς nomine apud Hippocr. & veteres Medicos συνόχους etiam contineri. Quod longè apertius indicat Gal. Com. in libr. 1. Epid. (pag. 379. 13.) his verbis: ὅπως δ' ἂν ἀκούσῃς εἰρῆσθαι τὸν συνεχῆ πυρετὸν, ἀληθὴς ἐστιν ὁ λόγος. ὀξύτατοι γὰρ νόσοι καὶ μέγισται καὶ χαλεπώταται, καθά τε τοὺς ἰδίως λεγομένους συνόχους γίνονται πυρετοὺς, καὶ κατὰ τοὺς ἄλλους οὐδὲν ἧττον, ὅσοι διὰ τῶν κατὰ μέρος προέρχονται παροξυσμῶν, ἀρχὰς, καὶ ἀναβάσεις, ἀκμάς τε καὶ παρακμὰς ποιούμενοι σαφεῖς, ἄνευ τοῦ λήγειν εἰς ἀπυρεξίαν, ὑπὲρ ὧν ἄμεινον ἀκούειν νῦν, ἐπειδὴ καὶ τοὺς συνόχους ἐν τούτοις περιέχεσθαι συμβέβηκεν, οὐ μὴν ἐν τοῖς συνόχους γε τούτους. ἐὰν οὖν ἀκούσῃ τις περὶ μόνων τῶν συνόχων εἰρῆσθαι τὸν λόγον, ἐξαιρεῖσθαι δόξει τοὺς ἄλλους συνεχεῖς, ὡς οὐ κινδυνώδεις ὄντας, οὔτε σφοδροὺς, οὔτ' ὀξεῖς. Quoquo autem modo continuam febrem acceperis, vera eſt oratio. Morbi enim acutiſſimi, maximi, & grauiſſimi, tum in febrib. cõtingunt, quę propriè ſynochi vocãtur, tum in aliis nihilo minus, quæ particularib. progrediuntur acceſſionibus, & initia efficiunt, incrementa, vigores & declinationes manifeſtas, neque tamen ad integritatem deueniunt, de quib. hoc loco intelligere ſatius erit, quandoquidem in his ſynochos contineri contingit, non has in ſynochis. Quòd ſi quis hanc orationẽ de ſolis ſynochis dici audierit, is alias continuas eximere videatur, ceu non periculoſas, neq; vehementes, neq; acutas. Ac rurſus lib. 2. de diff. feb. cap. 2. febrem continuam in ſynochon & συνεχῆ communi generis nomine continuum dictã, diuidit Gal. & συνόχους eſſe vult, hoc eſt cõtinentes, quarum tempus in vnam acceſſionem ab initio ad finem vſq; porrigitur. Quod etiã ſcribit lib. 9. Meth. med. cap. 2. vbi τὸ συνόχου nomẽ nõ rectè dici ſcribit, ſed ad explicandã eiuſmodi febris ideam veluti ſolœciſmum eſſe commiſſum. At verò cùm in his quę adiecta ſunt ad lib. de natura humana τὸ συνόχου nomen aliquoties vſurpetur, pro febre continua, ibi tamen ſcribit Gal. id recentiorum nomen eſſe, Hippocratemq; perpetuò συνεχῆ febrem non σύνοχον dicere, indeq; ſuſpecta illa o-

illa omnia facit. De ſynocho febre multa & ſcitu digniſſima vide apud Gorrhæum.

Σuνὲςώτα compacta, colligata & coacta alui recrementa dicuntur, qualia in vehementi ardore alui omni humiditate exucta & repreſſa demittuntur. Ideoq; τὰ μέλανα ſimul iunguntur, in Coac. Prænot. (p. 427. 2.)

Συντετραμένα, quod ſimul vnita, aut vnione coniuncta ſignificat. τὰ συνόντα, hoc eſt ſimul exiſtentia, exponit Gal. in Exeg. apud Hippocratem. Verùm variant exemplaria & σύννομα multa legunt, quod ſignat ſimul cõuerſantia, & iiſdem paſcuis vtentia. σύνδρομα, ὁμόφρονα exponit Heſychius. Varinus vitiosè συντετραμία pro συντετραμένα legit, librarii culpa.

Συνηρηρεμένα συνηρμοσμένα hoc eſt coaptata, accommodata aut congruentia exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. ex Mochlico, id eſt libello de oſſium per molitionem impellendorum ratione. Etſi quædam exemplaria συνηρηρεμένα legunt, quędam etiam συνηρηρύμενα. συνηρηρεμένα tamen leg. exiſtimo ab ἀρέρω aut ἀρῶ per reduplicationem Atticam. Quòd verò ad Galeni indicaturam attinet, exiſtimo eam dictionem huc referri debere quod legitur (p. 505. 25.) χειρὸς δὲ καὶ ποδὸς πολλὰ ἄλλα ἀλλοίως συνηρθρωμένα. In manu verò & pede multa alia variè coarticulata, hoc eſt connexa. Vt pro συνηρθρωμένα, συνηρηρεμένα Gal. legiſſe putem. Alióqui non video quonam meliore loco eo libello poni poſſit. Ac neſcio an eo quoque συνηνωμένα referri poſſit. Solet nanq; plærunq; Gal. in Exeg. varias eiuſdem loci lectiones ſimul adſcribere, vbi præſertim non penitus aſſeruatur ſeries alphabetica.

Συνηρεφὴς idem Gal. in Exeg. exponit ἐπικεκαλυμμένον, συνεσκιασμένον, hoc eſt, obuolutum, contectum, vmbroſum, opacum, ac vmbra ſpiſſa velut tecto obductum aut coopertum. Vnde συνηρεφέω eſt inumbro, opaco.

Συνθέειν, συντρέχειν, quod eſt concurrere exponit Erotianus apud Hippocratem.

Συνίστασθαι κοιλίη dicitur Hippocrati vbi aluus ſubſiſtit aut cogitur, neque diffluit, cui διαλύεσθαι opponitur, & de aluo per liquida & effuſa effertur. Libr. 3. Epid. ægr. 1. poſt. ſt. peſt. τὰ ἀπὸ κοιλίης συνεστάμενα ἔπειτα διαλυόμενα. Ex aluo coacta demittebantur, moxque diffluentia. Rurſus ibidem κοιλίη οὐ συνίστατο, aluus non conſiſtebat. Et, κοιλίη ξυνίστη χρόνον οὐ πολύν. aluus nõ diu ſubſtitit. Ac rurſus ibid. τούτῳ κοιλίη ξυνεχέως ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ὑγροῖσι χολώδεσιν, ὑγροῖσι, πολλοῖσιν ἦν, ἢ ξυνισταμένη, ἂν ζέσει καὶ ἀπέπτοισιν. Huic aluus ab initio continenter bilioſis, liquidis, multis diffluebat, aut ſi ſubſiſteret, feruida & cruda deiiciebat.

Συνοχὴ, commiſſura, cohęrentia, cùm duę res ſimul coeunt & coniunguntur. Erotiano apud Hipp. συνοκωχὴ exponitur συνοχὴ ἢ συνόδος. ἢ ὡς σύμπλευσις τις, h.e. cõtinua quędã cohærentia & concurſus, ac velut quædã contractio aut coarctatio, addito etiam Homerico teſtimonio ex Il. β. (v. 218.) Verùm vitiosè apud Erotianũ συνοκωχὰς legitur. Quod certè facit vt συνοκωχὰς ἢ συνόδους legẽdum putem. Reliqua enim verba ἢ ὡς σύμπλευσις τις, aliunde aſcita videntur, & in aliis exemplaribus deſiderantur. Quæ etiam ab Heſychio adſcribuntur cùm συνοκωχότε ex Homerico verſu ἐπισυμπεπτωκότες exponit. συνοχὴ γὰρ ἡ σύμπτωσις. Sic verò multò preſſius adumbrabitur locus lib. περὶ ὀστέων φύσ. (p. 59. 39.) καὶ ἀποσχίδας ἀφ᾽ ἑαυτῆς ἔχει παρ᾽ ἑκάστην πλευρὴν προσηρτημένας κατὰ φύσιν ἄχρι στήθεος συνοκωχῆς. Et propagines à ſeipſa habet ſecundum vnanquanq; coſtam, ad pectoris connexionem naturaliter tendentes pectoris commiſſuram ſeu compagem ſignificat.

Συντήκεσθαι propriè extrema macie conſumi & tabeſcere ſignificat, μαραίνειν, impropriè verò extenuari & minui, λεπτύνεσθαι & ἰσχναίνεσθαι, vt exponit Galenus Com. ad aph. 28. lib. 2. Idẽ τοὺς ὁπωσοῦν συντηκομένους eos qui quomodocunq; tabefiunt, aut extrema macie conſumuntur, intelligit Com. ad aph. 10. lib. 3. Sic τὰ συντετηκότα apud Hippocratem, ἐν τῷ κατ᾽ ἰητρ. (p. 700. 17.) partes colliquatas aut colliquefactas, & contabefactas ſignificant, hoc eſt extenuatas, & ob alimenti inopiam graciliores effectas. τὰ λελεπτυσμένα exponit ibid. Gal. σύντηξις autem colliquationẽ indicat, & pro corporis extenuatione aut conſumptione ponitur, cùm cõfluentib. per totum corpus humorib. per aluũ ſecernuntur bilioſa, acria, fulua, graueolentia, ſtrigmentorum craſſitudine, olei & pinguedinis aſpectu. Quod ferè contingit in febre ardentiſſima & valde maligna, quæ & συντηκτικὸς πυρετὸς dicitur, quòd in ea pinguedo, ac procedente malo carnes earumque ſubſtantia, tandemque etiam ex ſolidis partibus quid calore liquatum & fuſum per ventrem effundatur. Hanc febrem expreſſiſſe videtur Hippocrates lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 113. 51.) ὁκόσοι κοιλίας τὰς κάτω θερμὰς ἔχουσι, καὶ δριμέα τὰ ὑποχωρήματα καὶ ἀνώμαλα διέρχεται, ὑπὸ ξυντήξιος αὐτέοισιν. Quibus inferiore ventre calido acres & inæquales ſubeunt deiectiones, iis à colliquatione id contingit. Vbi etiam ſcribit Galen. σύντηξις μὲν γίνεται διὰ πυρετὸν καυσώδη τηκομένης τῆς πιμελῆς, ἢ καὶ σαρκὸς τῆς ἁπαλῆς. Colliquatio fit colliquata propter febrem malignam pinguedine, aut etiam molli carne. Huiuſmodi verò colliquationis excrementa per febres peſtilentes apparẽt, velut in ſtatu peſtilenti lib. 3. Epid. (p. 429. 1.) adſcribuntur ab Hippocrate ξυντήξιες κακαὶ, colliquationes malæ, & lib. 1. Epid. (p. 364. 13.) Vbi σύντηξις eam colliquationem indicat, qua confluentibus per ventrem humoribus corpus paulatim emarceſcit. περιρροίας dicunt, & in abſceſſuum genere qui fiunt κατ᾽ ἔκρουν reponuntur. Et teſtatur Gal. Com. in ægr. 1. lib. 3. Epid. poſt ſt. peſt. in longiſſima apud Pergamenos peſte, omnes fere colliquationis excrementa deiециſſe. σύντηξις et antiquis dicebatur in excretionũ genere eadẽ quę ῥύσις Methodicorũ.

Et σύντηξιν ac ἔκκρισιν diſtinguebāt antiqui virium robore & tolerandi facilitate, vt facit Hippocr. aph. 2. & 25. lib. 1. Gal. lib. de optima ſecta (p. 28. 20.) Neque verò colliquationis ſigna in ſolis deiectionibus, verumetiam in vrinis apparent. Scriptum nanque eſt in Progn. (p. 142. 9.) καὶ τὰς λιπαρότητας δὲ τὰς ἄνω ἐφισταμένας ἀραχνοειδέας μέμφεσθαι. ξυντήξιος γὰρ σημεῖα. Et pinguitudines vrinæ innatantes, araneorum telis ſimiles, damnare oportet. Colliquationem enim indicant.

Συντόμως, breui ſignificat, actutum, continuò, ſine mora, vt aph. 12. libr. 3. κατάῤῥοι συντόμως ἀπολλυῶντες. defluxiones citò aut continuò interimentes. Et Coac. Præn. (p. 430. 12.) συντόμως θανάσιμον, quod in propinquo mortem eſſe indicat. Quod in Progn. dicitur, εἰδέναι χρὴ ἐγγὺς ἐόντα θανάτου. Sic συντόμως σπασμῶδες, quod promptiſſimam cōuulſionem indicat, in Coac. Præn. (p. 430. 33.) σύντομος πόνος, dolor velox ac conciſus, pro vehementi & intenſo dicitur Coac. Præn. (p. 428. 28.) περὶ μέτωπον δὲ καὶ κροτάφους ὄντος τοῦ πόνου καὶ συντόμου ῥύσιας. Si verò dolor vehemens circa frontē & tempora affligit, ſanguinis fluxiones expectandæ ſunt. Sed συντόνου illic malim, vt & paulò antea, παραχρῆμα ὀδύνην vocat in Progn. Hipp. σφοδρὰν exponit Gal. ingentē Celſus vertit ex Progn. cap. 7. lib. 2. Sic συντομώτεραι θερμαὶ, calores veloces pro intenſis & vehementibus ponuntur in Coac. Præn. (p. 436 22.) πλείονα πυρετὸν in Progn. dicit. συντονώτεραι tamen malim, vt σύντομος ſæpe pro σύντονος ſcribitur.

Συντονίη, contentio, firmitas & robur dicitur. Gal. Com. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 105. 25.) συντονίην κατὰ τὰς φλέβας, πύκνωσιν, h. e. denſitatē exponit, tunicarū venarū craſſitudinē, q̄ ſtillationis ſanguinis ex narib. cauſam facit: forte verò ſtillatiōis ſanguinis cauſarū multitudinē, concurſum ac cōtentionē inter ſe συντονίην firmitatem & intenſionem obaudire oportet, cùm hæ tam firmiter inter ſe coaleſcunt, vt ſanguinis curſum temorentur & impediant. Sunt autē enumeratę illic Galeno ſtillationis ſanguinis cauſę, naturæ imbecillitas, ſanguinis craſſitudo, & partiū denſitas. Huiuſmodi ergo cauſarum intenſio, magnitudo, cōcurſus & frequētia, συντονίαν facit, cùm ſanguinis impetū ſua coaceruatione ac frequentia impediūt, idq́; πύκνωσις dici poteſt, & de cauſarū coitione, coalitu ac denſitate intelligi. Quò n. crebriores ſunt & frequentiores, eò propius periculū ſollicitant. Q̄d ēt his Gal. verbis innui videtur, μέγεθος τῶν αἰτίας δηλοῦται, δι' ἣν κωλύεται ῥεῖν, ἣν τὴν συντονίαν εἶναι φησὶν, ἴσως τὴν πύκνωσιν οὕτως ὀνομάζων. Magnitudo igitur cauſæ indicatur, propter quam fluxus inhibetur, quā συντονίαν eſſe dicit, ſic forte denſitatem vocans. σύντονος πόνος dolor intenſus, vehemens, in Coac. Præn. (pag. 428. 25.) ὀδύνην ἰσχυρὴν καὶ ξυνεχῆ dicit in Progn. Hipp. σύντονον, σφοδρὸν, ἰσχυρὸν, συνεχὲς exponit Heſychius.

Σύντροφα, οἰκεῖα exponit Gal. Com. 2. in lib. κατ' ἰητρεῖον (p. 685. 34.) hoc eſt familiaria, accommodata, conueniētia. Ibi autem σύντροφα dicuntur de ſuccis quibus faſcię imbutæ ſunt, quiq́; ſingulis affectionibus conueniunt & accommodantur, quibus veluti ſunt cōnutritæ ac quodammodo aſſuetæ. Eſt & σύντροφος νοῦσος, morbus connutritus, quaſi ſimul nutritus, & qui cum ægro adoleuit. Lib. περὶ ἱερῆς νόσου (p. 126. 20.) Epilepſia dicitur ἡ νοῦσος ἐκ παιδίου σύντροφος, quæ vnà à puero increuit & adoleuit. Rurſus ibidem (p. 125. 37.) κίνδυνος δὲ ξυντραφῆναι καὶ ξυναυξηθῆναι, ἢν μὴ θεραπευθῶσι τοῖσιν ἐπιτηδείοισι. Verùm periculum eſt ne morbus connutriatur & ſimul augeatur, niſi accommodata curatio adhibeatur. Et (p. 126. 22.) ᾧ δὲ ἀπὸ παιδίου συναύξηται καὶ σύντροφα. In quo verò vnà à puero augmentum cepit & connutritus eſt.

Συριακὸν μύρον, vnguentum Syriacum apud Archigenem Comagenū dici ſcribit Gal. lib. 2. κατὰ τόπ. (p. 178. 25.) quod ex Syria exportaretur, cuius pars eſt Comagene.

Συριγγοῦσθαι eſt in fiſtulam excauari, in fiſtulam abire & degenerare, fiſtulā contrahere. In Progn. (p. 149. 45.) de abſceſſibus, καὶ συριγγοῦνται. in fiſtulas abeunt. ἐκσυριγγοῦνται dicitur eadem in re in Coac. Præn. (p. 435. 41.) Rurſus lib. de fiſtulis (p. 517. 30.) de tuberculo rupto, ἐπὴν δὲ τοῦτο ῥαγῇ, συριγγοῦται καὶ ἰχωρέει. Quod cùm fit, in fiſtulam abit & ſanie manat. Eſt & συριγγοῦν fiſtulam facere & in fiſtulam cauare, velut libr. περὶ ὀστέων φύσ. (p. 61. 33.) ἀνιοῦσα δὲ ἐς τὸ στόμα ἐσυρίγγωκεν. inde in os procedens fiſtulam facit. Et rurſus ibidem (p. 62. 29.) de vena συνεσυρίγγωσε φλέβα, venam in fiſtulam cauauit. Vnde ἀποσυριγγώσεσι deducitur, & ἀποσυριγγωθῇ, quæ antea ex Erotiano apud Hippocr. expoſuimus & indicauimus. Hoc verò verbo συριγγοῦσθαι per tranſlationem vtitur Hipp. vt oblongas cauitates in animantium corporibus exortas indicet, quę muſicis inſtrumētis (fiſtulas omnes appellant) ſimiles ſunt, vt ſcribit Gal. Com. 2. in Progn. (p. 149. 48.) & Com. in ſent. 24 lib. 3. περὶ χυμῶν. Eſt autem σύριγξ fiſtula Galeno libr. de Tumor. præter nat. oblongus & anguſtus ſinus, aut ſinus calloſus, oblongus & obliquus, ex abſceſſibus plærunque conflatus, os habens cui cicatrix obduci nequit, ex quo humor tenuis certis temporibus effluit, ex Paulo. cap. 49. libr. 4. & cap. 77. lib. 6. & authore Definit. Med. (p. 400. 56.) ducta ab arundineis fiſtulis appellatione. fiſtulam vlcus altum, calloſum, & anguſtum dicitur Celſo lib. 5. cap. 28. eiuſq́; plura genera facit, alii duo tantùm, vt author Definit. Med. fiſtularum ani propriam, vt maximè difficilem, curationem complectitur Hipp. libello περὶ συρίγγων, & fiſtularum curandarum præſagium inſtituit in Coac. Præn. (p. 440. 14) σύριγξ ἥπατος, hepatis fiſtula dicitur Hipp. lib. περὶ χυμ. φύσ. (p. 226. 5.) & lib. 1. περὶ χυμ. (p. 245. 16.) & (p. 260. 6.) vbi pro vena & canaliculo ſumi videtur. Verū ſuſpectam antea habuimus lectionē in ἀείξ.

Eſt, &

Eſt & σύριγξ τοῦ πλεύμονος, pulmonis fiſtula vlcere feruido laborans, lib. 2. de Morb. (pag. 151.46.) vbi pro aſpera arteria ſumi videtur. Συρίγγιον eſt parua fiſtula, & de vlcere fiſtuloſo aut cauernoſo in pectore dicit aph. 50. ſect. 8. lib. 6. Epid. ᾧ τὸ συρίγγιον ἐπανερρήγνυτο. Quendam cui parua fiſtula rurſus rumpebatur. Inde συριγγῶδες dicitur quod eſt fiſtuloſum aut cauernoſum, & κατατετρημένον, hoc eſt perforatum exponit Erotianus apud Hippocr. Quam etiam dictionem apud eundem agnoſcit Galenus, vt antea diximus in συριγγῶδες. Sic enim ſcribitur lib. 7. Epid. (p. 359.35.) de tuberculo ani, καὶ ἔξω συριγγῶδες ἐρρήγνυτο, & foras fiſtuloſum erumpebat, aut perforatum erat. Et rurſus ibidem (p. 353. 15.) ῥευματῶδες καὶ συριγγῶδες fluxio cum fiſtula dicitur. Lib. etiam 5. (p. 339.13.) ὀστέα κατὰ μικρὸν συριγγώδεα, ſunt oſſa in fiſtulam cauata aut perforata ex putredine.

Συρίζειν, ſibilum edere, de ſibilo dicitur quem edit ſputum viſcidum & craſſum in gutture, lib. 2. de Morb. (p. 151.11.) καὶ συρίζει ἐν τῇ φάρυγγι λεπτόν. & in faucibus tenuem ſibilum edit. Sic ὑποσυρίζειν de ſibilo effertur quem edit arteria aſpera in difficili reſpiratione, lib. 7. Epid. vt poſtea ſcribemus.

Συρμαΐη ἢ συρμαία quibuſdam dicitur rhaphanus quòd vomitui concitando idoneus eſſet. Eſt & συρμαία edulium quoddam ex adipe & melle, quod veluti præmium certaminis cuiuſdam exhibebatur Lacedæmone, quod & eiuſdem erat nominis. Hoc nomine etiam vocatur potio ex ſale & aqua purgationi idonea. Quod teſtatur Heſychius, indeque συρμαϊσμὸν deduci ſcribit. Ariſtoph. interpres ἐν εἰρήνῃ, συρμαίαν eſſe ſcribit ſuccum herbæ cuiuſdam quo vtuntur Ægyptii ad excitandum ventris profluuium. Videturque fuiſſe rhaphani ſuccus, quo cum ſale plurimùm vterentur Ægyptii ad purgandam aluum. Rhaphanos autem apud Ægyptios nobilitatos ſcribit Plinius lib. 19. cap. 5. Apud Herodotum συρμαία annotatur eſſe βρῶμα διὰ στέατος καὶ μέλιτος, edulium ex adipe & melle, ἢ λάχανον σελίνῳ ἐοικὸς, aut olus apio ſimile, vitioſè fortè, quòd Heſychius συρμαῖον dicat eſſe λάχανόν τι σελίνῳ ἐοικός: Aut quod συρμὴν annotetur ex Corintho apud Ionas eſſe λάχανόν τι σελίνῳ ἐοικὸς, ἢ βρῶμα διὰ στέατος καὶ μέλιτος. συρμαΐζειν autem eſſe τὸ καθαίρειν πόματι τῷ ἐκ ζειῶν καὶ ὕδατος, hoc eſt, ventrem diluere ac purgare potione ex aqua & zea annotatur ex Corintho. Varinus quoque ſcribit συρμαίαν eſſe τὸ καθαρτικὸν δι' ἐμέτων καὶ κοιλίας, καὶ συρμαΐζειν τὸ ναυτιᾶν, καὶ συρμαίαν βλέπων, ἀντὶ τοῦ ναυτιῶν. vnde συρμαϊσμὸς dicitur purgatio mediocris quæ fit per aluū aut vomitum. Galenus nanque Com. 2. in lib. de art. (pag. 609.28.) συρμαϊσμοὺς dici antiquis ſcribit modicas vacuationes, ſiue aluo, ſiue vomitu extruderentur. Vbi tamen mendosè συρμασμὸς ſcribitur, vt apud Hippocratem ibidem ἀπὸ συρμασμοῦ, pro ἀπὸ συρμαϊσμοῦ. Sic enim legit Erotianus, idque exponens ſcribit, συρμαία λέγεται ἡ ἐπιμήκης ῥαφανὶς, ἣν τινες μετ' ἅλμης ἐσθίοντες καθαίρονται, καὶ καλεῖται συρμαϊσμὸς ὁ τοιοῦτος τῆς καθάρσεως τρόπος. Syrmæa dicitur longus rhaphanus, quo cum muria ad purgationem quandam in cibis vtuntur. Syrmaſmuſque dicitur eiuſmodi purgatio. Quibus verbis innuit purgationem per vomitum ſignificari. De ea enim Hippocratis locus accipi debet. Paulus quoque cap. 100. lib. 1. ex Diocle συρμαϊσμοὺς dici antiquis teſtatur τοὺς νήστεις ἐμέτους, ieiunos vomitus, nimirum non ab accepto cibo, ſed dato medicamento ortos; & συρμαΐζειν eiuſmodi purgatione vti, ad quā radiculas tenues, naſturtium, erucam, ſinapi, & portulacam cum tepida conſulit. συρμαίαν annotant quidam ſignificare potum ex aqua & hordeo, nec non obſonium apud Diodorum Siculum, & apud nautas facere συρμαίαν eſſe comparare obſonia. Apud Ariſtoph. ἐν Θεσμοφοριαζ. μελανοσυρμαῖος λεὼς teſte Suda, ſunt Ægyptii, quos author eſt Plinius hoc genere potus vſos. Apud Hippocratem quoque συρμαΐη pro potione quadam ſumi videtur aut ſucco, quo medicamentum dilutum propinat lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 258. 19. & 21.) ad ſecundas & fœtum deturbandum: κόνυζαν τὴν εὐώδεα, μέλι καὶ ῥητίνην, τρίψας δίδου ἐν οἴνῳ εὐώδει, ἢ ἐν συρμαΐῃ δίδου πιεῖν. Conyzam odoratam melle & reſina ſubactam, ex vino odorato aut ſyrmæa propinato. Rurſuſque ibidem æruginem melle ſubactā in ſyrmæa potione exhibet. Vbi mihi Caluus σιραίῳ pro συρμαΐῃ legiſſe videtur, aut ſyrmæam pro paſſo & defruto accepiſſe. Eumque hac in re ſecutus eſt Hermolaus Barbarus Corallii lib. 2. cap. 338. An verò in hoc Hippocratis loco συρμαΐη potionem quandam ex ſale & aqua ventri purgando idoneam indicet, eoq́; referatur Galeni indicatura & expoſitio in Exegeſi, nondum mihi ſatis conſtat. Scribit enim: συρμαΐη ἡ μετρίως γενομένη διὰ περὶ τὴν γαστέρα κάθαρσις. Quibus ſignificat συρμαίαν moderatam alui purgationem denotare. Certe etſi non video, quonam melius allegetur loco, nõnihil tamen ſuſpecta mihi eſt ſcriptio, quòd alioqui minimùm ſoleat Galen. in ſua Exegeſi indicaturas ab Hippocratis ſcriptis detorquere, ſed iiſdem propè verbis quantum poteſt repræſentare. Apud Herodotum autem in Euterpe συρμαΐζειν & συρμαΐη vſurpatur his verbis, de Ægyptiorum moribus: τρόπῳ δὲ ζόης τοιῷδε διαχρέωνται. συρμαΐζουσι τρεῖς ἡμέρας ἐπεξῆς μηνὸς ἑκάστου, ἐμέτοισι θηρώμενοι τὴν ὑγείην καὶ κλύσμασι. Hoc verò victus genere vtuntur. Singulis menſibus tribus diebus continuis purgationē ex Syrmæa adhibent, vomitibus atque alui elotionibus ſanitatem conſeruantes. Rurſus ibidem de condiendorum mortuorum inſtitutis: ἡ δὲ τρίτη ταριχεύσις ἐστὶ ἥδε ἣ τοὺς χρήμασι ἀσθενεστέρους σκευάζει. συρμαΐῃ διηθήσαντες τὴν κοιλίην, ταριχεύουσι ἑβδομήκοντα ἡμέρας. Tertia verò hæc eſt cõditura qua adornātur qui tenuiore ſunt fortuna. Per ſyrmæā purgatione vētrem percolātes, ſale per 70. dies areſaciūt. Vbi συρμαίαν pro rhaphani altero genere ſumi teſt. Hermol. Barbarus.

Σύρματα, abraſa, vlcera deſquamata, velut ἀποσύρματα, lib.4.Epid.(p.352.10.) ἐκ δὲ τῶν συρμάτων παύεται. Tale quoq; quiddam in deſquamatis vlceribus cōtingit. Sunt autem ἀποσύρματα vlcera deſquamata & cutis abraſiones, interdum ſuſpenſæ, interdum nigreſcentis, vt ſcribit Gal.li. 1. τῶν κατὰ γένη (p.320. verſ. 55.) abraſa vocantur, de quibus antea ſcripſimus.

Σύσταθμον ἰσόσταθμον apud Hippocr. exponit Gal. in Exeg. hoc eſt, pondere par, aut eiuſdem pōderis & æqualis.

Σύστασις collectio, concretio aut coitio quædam. In Coac. Prænot.(p.431.3.) σύστασις ὑγροῦ περὶ τὴν ὑπερῴην, humoris ad palatum collectio, ἀντὶ τοῦ ἀποστήματος, aut humoris concretio ſub certa quadam forma. Ita autem appellari videtur, quòd ante abſolutam formam & cōſtitutionem, multi fiunt motus. Collectione autem facta quies accedit & veluti ſtatus. Σύστασις etiam dicitur cùm corpus in ſeſe contrahitur aut ſeſe colligit, triſti quodā affectu vt dolore aut moleſtia laceſſitum. Lib. περὶ ἱερῆς νόσου (p.128.23.) ἢν τις πόνος ἢ σύστασις γένηται τῷ ἀνθρώπῳ. Si quis dolor aut collectio homini contingat. Poteſt & σύστασις illic affectū aliquem ſignificare dolori contrarium, vt amorem, aut ſtudium, aut voluptatis ſenſum aliquem, veluti conciliationem quandam ac concordiam, aut ſpirituum & humorum coitionem aut collectionem quādam. Caluus laborem aut moleſtiam illic vertit.

Σύστημα idem quod σύστασις, collectio ac concretio, pro ſedimentorum concretione quæ in vrinis in fundo matulæ apparet, ſumitur lib. 7. Epid. (p.363.28.) οὐ τὸ σύστημα ἐνεφαίνετο ἐν τῷ χερνιβίῳ. neq; in matella collectio apparebat. Vbi tamen συνάγμα pro σύστημα legit Gal. Com. in ſent. 11. ſect.3. lib.6. Epid. eamq; dictionem in Exeg. (in dict. συνάγμα) quodammodo mihi expoſuiſſe primis verbis videt, vt ſcripſimus noſtris in lib.7. Epid. Annotat.

Συστηματικὴ ἀνωμαλία, inæqualitas collectiua dicitur Galeno, inæqualitas quæ fit in multis pulſuum motionibus, & alio nomine ἀνωμαλία ἐν ἀθροίσματι τῶν σφυγμῶν, inæqualitas quæ coaceruatim fit vocatur, Gal. lib.2. de Cauſ. pulſ. (p.95.34.) Idem lib.1. de diff. pulſ. (p. 18.30.) συστηματικὰς ἀνωμαλίας καλοῦσι, τὰς ἐν πολλοῖς σφυγμοῖς συνισταμένας, collectiuas inæqualitates vocant, quæ ex pluribus pulſibus conflatæ ſunt. Huic inæqualitati vnius pulſus inæqualitas opponitur, de qua agitur cap.4. lib. 2. de Cauſ. pulſ.

Συστροφαὶ Gal. in Exeg. φύματα, σκληρίας, h. e. tubercula, duritias, exponit apud Hip. nimirum locum lib. de art. ſubnotans (p.612.53.) vbi συστροφὰς intelligit humorum collectiones, concretiones, & tumores, φύματα ἄπεπτα καὶ σκληρὰ vocat. ἢ γὰρ διὰ ... τοῦ ... καὶ ἡ ξυνήθεις ... διὰ τοιαύτας συστροφὰς γίνεται. Nam & pleriſq; tum gibbi, tum diſtentiones occaſionē collectiones huiuſmodi adfetūr. Rurſus ibid. (p.613.11.) ſpinæ obliquationes fieri ſcribitur διὰ συστροφὰς τὰς ἔσωθεν ῥάχιος. eo quòd in interiorem ſpinæ partem humorū collectiones aut coaceruationes fiāt, tubercula dura & cruda intelligens, à quibus ſpina interiore parte deprauatur aut cōtorquetur. Lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p.114.7.) ſcribit ut: τὸ ψυχρὸν τοῖσιν εἰθισμένοισι συστροφὰς κατὰ φλέβας ποιέον. frigidū in aſſuetis tuberculorū collectiones circa venas facere, vnde & συστρεπτικὸν dicitur lib.6. Epid. Lib. verò de rat. vict. in morb. ac. (p.93.2.) συστροφαὶ νοσημάτων, morborum collectiones aut cōuolutiones dicuntur tumores præter naturam vt ibid. ſcribit Gal. εἰκὸς δ' ἐπὶ συστροφὰς εἰρῆσθαι νοσημάτων ὑπ' αὐτοῦ, τὰς ὑπὸ τοῖς ἐγκειμένοις μορίοις γεγενημένας. ... πολλῶν ... ἡμετέρας Ἀσίας, ... τοὺς παρὰ φύσιν ὄγκους. Par eſt autem ab eo συστροφὰς morborum dici, quæ à ſublatis in tumorem partibus fiunt. Audio ſiquidem & nunc multos in Aſia noſtra, tumores præter naturam omnes ita nuncupantes. συστρέφεσθαι enim colligi, cogi, & conglobari ſignificat, & Hippocrati effertur de humorib. in parte aliqua coaceruatis, qui tumorem excitāt, & ad eam confluunt, vt aph. 40. lib. 5. ἐς τοὺς τιτθοὺς αἷμα συστρέφεται ad māmas ſanguis colligitur, & coaceruatur, συνίζεται dixit lib. 2. Epid. (p. 318.48.) eadem in re. Et in Progn. (p.159. 13.) de angina, μήτε φύματος ξυστραφέντος ἐν τῷ τραχήλῳ. nullo in ſedem exteriorem conuerſo tuberculo, aut ad ſuppurationē ſe colligente. Quod etiā repetitur in Coac. Præn. (p.434.30.) eadem in re. Lib.6. Epid. ſect.3. aph.10. τὸ ψυχρὸν πάνυ συστρεπτικὸν dicitur, hoc eſt, valde frigidum humorum collectiones facere, conſtringere, cogere, condenſare, aut cogēdi & cōiungendi vim habere. Ibi enim συνεκτικὸν exponit Gal. quod cohærere facit aut cogit quod in aliquam partem defluxit. Sic συστρέφεσθαι de humorū in aliqua parte collectione exponit Gal. Com. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.93.57.) ὀρθῶς ἐπὶ φλεβοτομίαν ἥκειν ἀξιοῖ πρότερον, ὅταν τινὲς χυμοὶ μοχθηροὶ συρρυῶσί τε καὶ ἀθροίζωνται κατά τι μόριον, ὅ, πως, ὡς ἔφην, συστρέφεσθαι λέγεται ἐν τῷδε τῷ μορίῳ. Rectè autē ad ſanguinis miſſionem priùs deueniendum cenſet, vbi praui aliqui humores in partem aliquam confluant & in ea coaceruentur, quod modo quodam, vt dixi συστρέφεσθαι, hoc eſt, in ea parte colligi dicitur. Quod etiā verbum eadem notione ſępiùs vſurpatur lib. de cap. vulner. (p.455. & 456.) & lib. περὶ φύσιος παιδίου (p.34. & 35.) συστρέμματα autem συστροφὰς atq; huiuſmodi humorum coaceruationes ſignificare, vide antea in ξυστρέμματα.

Συχνὸν, multum, crebrum & frequens ſignificat. Erot. tamen apud Hip. Bacchiū reprehendit quòd συχνὸν πολὺ acceperit, οὐκ ὀρθῶς (vt inquit.) ἔστι γὰρ τὸ συνεχές, h.e. continuum. Quod tamen mihi ita accipiendum videtur vt quibuſdam locis meliùs continuum quàm multum indicet, velut lib. 5. Epid. (p.338.17.) οἷον ἐπυρίαζε ἡμέρης συχνὸν διετέλεσεν ... fere quotidiè continuum aut multum fotas traiiciebat. Rurſus ibid. (p.336.48.) ἐξήμεσε δὲ συχνὸν πολλὸν, pus multum aut continuum vomitione reiecit.

Lib.

Lib 7. Epid. (pag. 362. 43.) αἷμα συχνὸν ἐῤῥύη, ſanguis multus effluxit, quod lib. 5. Epid. in eadem hiſtoria, αἷμα πολύ dicit. συχνὸν crebrò apud Hip. ſæpe ſignificat vt & Heſych. συχνά, πυκνά, συνεχῆ exponit, & συχνοῖς, συνεχέσι.

¶ Σφαγαὶ dicuntur iugulares colli venæ, libello περὶ ἀδένων (p. 56. 45.) κατὰ τὰς σφαγὰς τοῦ τραχήλου, iuxta iugulares colli venas. Alioqui σφαγὴ iugulum dicitur, τὸ κοῖλον ὃ διίστανται αἱ κλεῖδες, pars caua qua diſparantur clauiculæ, vt ſcribit Pollux.

Σφαδάζειν, eſt moleſtè & ægrè ferre, iraſci, & ſuccenſere, de eoque effertur qui in anguſtiis ſummaq; anxietate conſtitutus eſt. Gal. in Exeg. σφαδάζει δυσφορεῖ exponit. Erotianus verò χαλεπαίνει, δυσφορεῖ, iraſcitur, moleſtè fert, additq; dictionem eſſe Atticam. Dicitur autem de eo qui præ angore aut dolore ſtare loco neſcit, & toto corpore commouetur, concutitur, aut perturbatur. Heſych. σφαδάζει inter cętera exponit, μετὰ σπασμοῦ πηδᾷ, ἀσχαλάει, ἀσχαλᾷ, ἀδημονεῖ, χαλεπῶς φέρει, δυσφορεῖ, ἀγανακτεῖ, μετὰ χολῆς ὀργίζεται, θυμοῦται, περιίσταται, ἀγανακτεῖ. Quæ omnes ferè ſignificationes Hip. loco conueniunt (atque haud ſcio an hunc quoq; cum Galeno & Erotiano ſubindicare voluerit Heſychius) qui legitur lib. 1. περὶ γυν. (p. 244. 1.) καὶ σφαδάζει. Vbi agitur de muliere quæ totius corporis doloribus conflictatur, incontinenter iactatur, & toto corpore concutitur, aut commouetur, neque vllum corporis ſtatum ferre poteſt, ſed implacidè & ęgrè omnia fert. Quod tamen ibi præteriiſſe videtur Caluus. σφαδάζειν apud Euripidem in Theſeo eſt dolore exagitari. εἰκὸς σφαδάζειν ἦν ἄν, ὡς νεόζυγα Πῶλον, χαλινὸν ἀρτίως δεδεγμένον. Quod his verbis Cicero vertit Toſcul. 3. Eſſet dolendi cauſa, vt iniecto equulei freno; repentè tactu exagitatur nouo. Suidas σφαδάζειν χαλεπαίνειν, πηδᾶν, ματαίως σπᾶσθαι exponit. Annotat Varinus σφαδάζειν Atticis ſumi pro χαλεπῶς φέρειν καὶ χαλινάζειν, & apud Xenoph. poni pro ἀλγεῖν.

Σφαιρίτης ſphæritis exponitur cupreſſus. σφαιρία hoc eſt, globulos aut pilulas ferens, lib. 1. τῶν γυν. (p. 159. 1.) Ea ſignificatione vſurpatur Aetio ſerm. 4. tetrab. 3. cap. 44. Hermolaus lib. 2. Coroll. non ſatis conſtare ſcribit quænam herba ſit σφαιρίτης Aetio, & cyclaminum poſſe intelligi exiſtimat.

Σφάκελος, σφακελισμός, σφακελίζειν & σφακελίζεσθαι variè accipiuntur apud Hippocr. Interdum quidem σφάκελος propriè de oſſis ſyderatione & corruptione dicitur, vt aph. 79. lib. 7. & lib. de fract. (p. 546. 13.) καὶ ὑπὸ κινδύνους σφακελίσαι τὸ ὀστέον τὸ τῆς πτέρνης. Atque hoc modo periculum imminet ne os calcis ſyderetur. Et rurſus ibidem (v. 19.) καί τοι ἢν σφακελίσῃ, quanquam ſi ſyderatur. Et iterum (v. 22.) καὶ γὰρ τἄλλα ὅσα μὴ ἐκ τοιούτου τρόπου σφακελίζει. Etenim alia quoque ſunt quæ non hoc modo ſyderantur. Et lib. de art. σφακελισμοὶ ὀστέων, oſſium ſyderationes (p. 604. 46.) Vbi etiam ἀποσφακελίζειν τὰ ὀστέα dicitur. Et rurſus (pag. 623. 42.) ἀποσφακελίσιας τῶν ὀστέων, & (p. 625. 48.) σφακελισμοὶ ἐστίν. Et de coſta ἀποσφακελίζειν ponitur ibidem (p. 624. 38.) Quod etiam teſtatur Gal. Com. ad aph. 50. lib. 7. τὸ σφακελίζειν μὲν ὡς πολλάκις εἴρηται ἐν τοῖς περὶ ἀγμῶν καὶ ἄρθρων, ἐπὶ τοῦ διαφθείρεσθαι τοὔνομα φέρουσι. σφακελίζειν quidē quod eſt ſyderari, ſæpe dixit lib. de fract. & art. pro corrumpi vt vitiari. Sic enim Celſus de oſſe vitiari dicit cap. 9. lib. 8. Omnis mora vitanda erit, ne os infra vitietur. Et lib. de cap. vuln. (p. 450. 20.) ἢν ἡ ἄνωθεν μοῖρα τοῦ ὀστέου μόνη σφακελίσῃ, ſi ſola ſuperior oſſis pars ſyderetur. Ac rurſus ibidem (v. 42.) καὶ τὸ ὀστέον σφακελίζειν τηνικαῦτα ἄρχεται, & os ſyderari ac vitiari ſtatim incipit. At verò in genere σφάκελος omnem partis corruptionem & ſyderationem indicat, ſiue carnis, ſiue neruorum, ſiue oſſium, vt ſcribit Galen. multis locis, præcipuè verò Com. 2. in lib. de fract. (p. 546. 15.) τὴν ὅλης τῆς οὐσίας ἑκάστου μορίου φθορὰν ὀνομάζουσιν οἱ παλαιοὶ σφάκελον. ἀλλ᾽ ἐν τῷ μὲν τῶν σαρκωδῶν μορίων, καὶ ἄλλοις ὀνόμασι χρῶνται. λέγει γοῦν αὐτὸς καὶ σαπρὰν σάρκα, καὶ μυδῶσαν, καὶ σηπεδόνα. καὶ ἄλλα τοιαῦτα ὀνόματα. κατὰ δὲ τὴν φθειρομένην δι᾽ ὅλης αὐτῆς οὐσίας ὀστοῦ σφάκελον ἐπιφέρει. συμβαίνει δὲ τοῦτο τὸ πάθημα τῆς ὀστοῦ, ὅταν ἡ παρακειμένη σὰρξ αὐτοῖς μοχθηροὺς ἰχῶρας γεννήσῃ, καὶ διαβρέξασα τούτοις αὐτὰ, διαφθείρῃ. Totā ſubſtātiæ partis cuiuſq; corruptionem antiqui σφάκελον hoc eſt, ſyderationem appellant. Verùm in carnoſis partibus, aliis nominibus vtuntur. Ipſe igitur carnem putridam, tum marcidā, cum putreſcentem dicit, aliiſque huiuſmodi nominibus nuncupare conſueuit. De oſſis autē tota ſubſtantia corrupta ac vitiata, σφάκελον infert. Quod vitium oſſibus contingit, quando iis adiacens caro prauas ſanies producit, quibus ea irrigans corrumpit. Quibus quidem verbis Galenus lib. de cap. vulner. mihi ſubnotare videtur. vbi (p. 450. 6. & 7.) de carne in vlceribus vitiata, ὑγλῶσαν; μυδῶσαν & σαπλῶσαν effert. Ac rurſus lib. de Tumor. præter nat. (p. 356. 36.) καλῶ δὲ σφάκελον τὴν φθορὰν τῶν στερεῶν σωμάτων ἁπάντων, ὡς καὶ τοῖς ὀστοῖς ἐγγίνεσθαι, μὴ τοί γε δὴ σαρξὶν, ἢ ἀγγείοις. σφάκελον, hoc eſt, ſyderationem voco quamlibet ſolidorum corporum corruptionem etiam oſſibus contingentem, nedum carni, aut vaſis. Cuius etiam gangrænam ibi ſpeciem facit. Eademque notione σφάκελος exponitur in Exeg. vocum Hippocr. φθορὰ πᾶσα καθ᾽ ἣν ἂν γίγνηται τρόπον, quæuis corruptio, quomodolibet cōtingat, de quo pluribus locis à ſe ſcriptum teſtatur. Et verò Com. ad aph. 50. lib. 7. σφάκελον interdum ſumi pro partis ſyderatione aut corruptione quæ ad internecionē tendit & nondum eſt confirmata gangræna; ſed tantum illius eſt terminus, apertiſſimè ſcribitur, & Com. 4. in lib. de art. (pag. 645. 20.) vbi etſi σφάκελον à gangræna diſtinguit, propter affectionis viciniam, tamē iis nominibus interdum abuti Medicos teſtatur; vt ex Gal. verbis apparet, quæ quia in gangræna adſcripſimus, hoc loco lubentes ſuperſedemus. Qua certe vniuerſali ſignificatione mihi videtur σφάκελος ἐγκεφάλου dici Hippocr. lib. 2. de Morb. (p. 145. 22.) & σφακελισμὸς

ἐγκεφάλῳ, ibidem (p. 140.48.) & lib. 3. (p. 159.18.) & ἢν σφακελίσῃ ὁ ἐγκέφαλος, lib 2. (p. 140.48.) & (p. 144.38.) & σφακελίζηται ὁ ἐγκέφαλος ibidem (p. 141.1.) & σφάκελον τοῦ ἐγκεφάλου, lib. de aere, loc. & aq. (p. 75.39.) & aph. 50. lib. 7. ὁκόσοισι σφακελισθῇ ὁ ἐγκέφαλος, quibus cerebrum ſyderatum fuerit, & in Coac. Prænot. (p. 429 18.) ἐγκεφάλου σφακελισμένου cerebro ſyderato. Vt cerebri ſyderatio intelligi videatur, vbi à quacunq; cauſa in tātam corruptionem incidit, vt tandem ad ſyderationis periculum tendat. Eſt & κεφαλῆς σφάκελος lib. 7. Epid. (quò certe Exegeſeos iudicatura propius referri videtur) (p. 363. 45.) pro capitis inflammatione aut eo affectu qui periculum ſyderationis aut corruptelæ minetur, aut pro intenſiſſimo capitis dolore ad periculum internecionis ducente in febre acuta. Sic enim σφακελώδεις ἐπιφοράς apud Archigenem exponit Galenus lib. 2. de loc. aff. (p. 263. 13.) hoc eſt, ſyderatos alterius partis capitis affectus, intenſiſſimos dolores inferentes, aut ad tantam inflammationem deuenientes, vt corruptionis periculum inducant. Sic Heſychius σφάκελον, ἄμετρον ὀδύνην, hoc eſt, immoderatum dolorem exponit. & Varinus σφακελίζειν, ἀλγεῖν μετὰ σπασμοῦ. Plinius etiam arborum σφακελισμὸν apud Theophr. hiſt. plantar. lib. 4. cap. 16. membrorum dolorem interpretatur, cap. 24. lib. 17. Et Heſychius σφακελίζει, ὀδυνᾶται καὶ ἀλγύνεται exponit. Quas varias τοῦ σφακέλου notiones agnoſcit Galenus lib. 2. de loc. aff. (pag. 263. 12.) cùm ſcribit: ὑ δὲ ὁμολογεῖται τῆς σφάκελος φωνῆς τὸ σημαινόμενον, ἔνιοι μὲν ὀδύνην λεγόντων μεγάλην δηλοῦσθαι· ἄλλοι δὲ φλεγμονῆς ὑπερβολὴν τηλικαύτην, ὡς ἐπιφέρειν κίνδυνον φθορᾶς τοῦ μέρους, ἥνπερ ἔνιοι γάγγραιναν ὀνομάζουσιν· ἔνιοι δὲ, τὴν φθορὰν αὐτὴν τοῦ πάσχοντος μορίου, σφάκελον ὀνομάζεσθαι φασκόντων· ἄλλοι δὲ σπασμόν· ἄλλοι τ' οὐχ ἁπλῶς σπασμόν, ἀλλὰ τὸν ἐπὶ φλεγμονῇ νευρωδῶν σωμάτων· ἔνιοι τ' οὐ τὸν ἤδη γενόμενον σπασμόν, ἀλλὰ τὸν προσδοκώμενον ἐπὶ μεγέθει φλεγμονῆς· ἔνιοι δ' ἁπλῶς τάσιν ἰσχυράν, ἄλλοι δὲ σηπεδόνα. Neque de ſignificatione huius vocis σφάκελος inter omnes conuenit. Quidam enim dolorem vehementem indicari dicunt, quidam etiam tantùm inflammationis exceſſum, vt corruptionis periculum in parte inducat, quam gangrænam nonnulli nominant. Alii verò partis affectæ corruptionem ipſam σφάκελον appellari dicunt, alii conuulſionem. Alii etiam non ſimpliciter conuulſionem, ſed eam quæ ex neruoſorum corporum inflāmatione contingit. Quidam etiam non eam, quæ iam fit conuulſionem, ſed eam quæ ex inflammationis magnitudine expectatur. Alii quoque ſimpliciter fortem tenſionem, alii putredinem. Eſt σφακελισμὸς νεύρου καὶ ὀστέου, oſſis & nerui ſyderatio ac corruptio in vulneribus, Prorrh. 2. (pag. 418. 28. & 30) nerui reſolutionem videtur dixiſſe Celſus cap. 26. lib. 5. σφακελισμὸς ὀδόντος, dentis ſyderatio, in Coac. Prænot. (p. 431. 1.) σφακελισμὸς τῆς γνάθου, maxillæ ſyderatio, lib. 3. Epid. (pag. 342. 46.) vt & σφακελισμὸς φύματος, maxillæ corruptio ex tuberculo & abſceſſu lib. 7. Epid. (pag. 366 43) Lib. 5 Epid. (p. 336. 28.) ἰσχίον ἐσφακέλισε, coxa ſyderata eſt & corrupta ex luxatione, hoc eſt, emortua & marcida. Rurſus ibidem (p. 339. 12.) ὁ ποὺς ἐσφακέλισε, pes ſyderatione tentatus eſt, & πήχεος σφακελισμὸς, cubiti ſyderatio ex caſu, ibidem (pag. 340. 41.) Eſt & σφάκελος ex partis inflammatione orta partis ſyderatio, lib. de vlceribus (pag. 872 36.) καὶ ἤν τι σφακελίσαι κίνδυνος, aut vbi periculum eſt ne quid ſyderetur aut vitietur. σφάκελον etiam pro gangræna ſumi eaque incipiente ſcribit Gal. Com. 4. in lib. de art. & Com ad aph. 50. lib. 7. Quomodo accipi diximus quod ſcribitur lib. 2. Epid. (p. 317. 42.) ἔστι σφακελίζει ἀπολαβόντα τὴν φλέβα ἑλκῶσαι καὶ ἰῆσθαι. Quæ ſyderatione periclitātur, ea vena intercepta vlcerare & curare conuenit. Illic enim corruptelæ partia rudimentū & gangrænam nondum confirmatā curare inſtituit, vt noſtris in eum locum Cōmentariis monuimus.

Σφάκιρος etiam apud Gal. pro eodem eſſe poſitum in Exeg. vocum Hippocr. apparet, adducto loco ex his quæ adiecta ſunt ad lib. de cap. vulner. κεφαλαλγία δὲ καὶ σφάκιρος ἢν ᾖ. Capitis dolor & ſyderatio ſi adfuerint. Idemque adſcribit in pluribus exemplarib. palam σφάκελος ſcriptum eſſe. Sic enim lego potiùs, quam σφάλιρος, vt habent multi codices, & Varinus. Quænam verò Galeni tempore addita fuerint ad lib. de Cap. vulner. non eſt facilè cognitu, cùm nulla hactenus ſuperſint præter ea quæ ad librum de aere, loc. & aq. ſpectant.

Σφενδόνη fundam ſignificat, & ſumitur pro faſcia ac mitella, qua brachium ſuſpenſum geſtatur. lib. de art. (p. 598. 34.) σφενδόνην χρὴ ἐκ ταινίης περὶ τὸ ὀξὺ τοῦ ἀγκῶνος ποιέεσθαι, ἀνακλαμβάνειν περὶ τὸν αὐχένα. Fundam ex mitella factam, ad cubiti eminentiam circundatam, de collo ſuſpendere oportet. Quem locum in Exeg. Gal. mihi explicare videtur his verbis: σφενδόνην ἐν μὲν τῷ περὶ ἄρθρων, τὸ ἀπὸ τῆς λιθοβολούσης σφενδόνης ὠνομασμένον, εἰς ἀνάληψιν κώλου χρησίμου. ἐν δὲ τῷ περὶ ἀφόρων τι καλύμματος φύλακα· δηλοῖ δὲ τὸ γυναικεῖον περίσφυρον, ὅσα τι τούτῳ παρεχομένα. Quibus verbis innuit fundam in lib. de art. pro faſcia aut mitella ſumi, qua membrum ſuſpenditur, nomine à funda qua lapides iaciuntur tranſlato. Lib. verò περὶ ἀφόρων, pro pudendorum tegumento, aut ſubligari, ac veluti cuſtode ſumi. Indicare quoque faſciam ſeu ligamentum quod malleolis ſolet circundari, aut faſciam pedalem, qua mulieres vti ſolent, & περίσφυρον vocatur. Dicitur autem funda propter ſimilitudinem, quòd huiuſmodi faſcia media parte latior, qua mēbrum complectitur, ſuis verò capitibus anguſtior ſit, vt funda. Eſt etiam σφενδόνη vinculi ratio ad deligandum humerum, naſum, aut labra vſurpata in lib. de faſciis à Galeno, ab iſta longè diuerſa. Huiuſmodi autem vincula aut fundæ quibus membrum continebatur laneæ erant antiquitus, ex lana optimè

contorta

contorta, non vt nunc lineæ, vt patet ex Homero Il. ν. (verſ. 599.) de Agenore manum Heleni vulneratam deligante, αὐτὴν δὲ ξυνέδησεν ἐϋστρεφεῖ οἰὸς ἀώτῳ. Σφενδόνῃ, ἣν ἄρα οἱ θεράπων ἔχε ποιμένι λαῶν. Vbi & vinculi genus fundam vſurpat in manu deliganda & continenda, quæ ex optimè contorta & benè carpta lana confecta ſit. Nec ſecus περὶ φρασταῖς ibid. (verſ. 716.) in Aiacis Oilei agmine, per ἐϋστρεφεῖ οἰὸς ἀώτῳ, funditores intelligit, qui funda lanea in bello vterentur. Quam longè aliter Virg. ſtupeam & Balearem vocat (quod in Balearibus inſulis optimi funditores eſſent, vt ſcribit Suidas) Georg. lib. 1. Stupea torquentem Balearis verbera fundę. σφενδόνη quoq; inter inſtrumenta bellica annumeratur Polluci lib. 1. cap. 10. & cap. 16. lib. 5. vt & ὑποσφενδόνη inter ornamenta muliebria. Annotatur etiam ex Euſtathio σφενδόνην eſſe ornamentum quoddam muliebre fundæ iaculatrici non abſimile, media parte qua frontem attingit latum, ex anguſtis & tenuibus capitibus occipitio alligatum. Dicitur & σφενδόνη Polluci lib. 2. quod in oculo album eſt, quod & λευκὸν etiam nominatur. σφενδόνη Heſychio explicatur σφραγὶς, καὶ τὸ δακτυλίου τὸ περιφερὲς, annuli circulus & pala. σφενδόνην enim τοῦ δακτυλίου apud Platonē lib. 2. πολιτειῶν Cic. de Offic. lib. 3. annuli palam interpretatur in Gygis annulo. Quæ certè denominationes omnes per translationem dictæ videntur. Nam & oculi album pupillam in ſe continet, & pala annuli gemmam, vt funda lapidem. Qua translatione fundam quoque pro pala poſuiſſe videtur Plinius, & τὴν δακτυλίου σφενδόνην vertiſſe, cùm ſcribit lib. 37. cap. 8. Quamobrem præſtantiores funda clauduntur, id eſt, patentes, nec præter quàm margines auro amplectente. Et rurſus ibidem capite 9. funda includuntur perſpicuæ. Cæteris ſubiicitur oricbalcum. Hic autem circulus gemmam continens, & cui gemma inſeritur Polluci lib. 7. πύελος aut πυελὸς dicitur, vt vulgò le baſſinet, à balnearorum vaſorum forma. Vſurpat verò σφενδόνην Hippocr. lib. περὶ γυναικ. 2. (pag. 277. 21.) & lib. περὶ ἀφόρων (pagina 299. verſ. 42.) pro ſubligaculo aut pudendorum tegumento, noſtris vulgatis chalſonibus non abſimili. Lib. verò περὶ ὀστέων φύσ. (pagina 62. 36.) pro venarum ductu quodam fundæ ſimilitudinem referente.

Σφήνωσις eſt cunei adactio, aut cuneo adacto diuulſio, ſciſſio, lib. de fract. (pagina 569. verſ. 34.) velut cuneatio. Cuneare enim per vim, dixit Quintilianus, & ſi quid in ligno cuneandum ſit, Plinius, hoc eſt, cuneo ſcindendum aut findendum. Galenus ibid. exponit τὴν διὰ σφηνῶν διάστασίν τε καὶ διαίρεσιν τῶν ξύλων, lignorum per cuneos adactos diruptionem & diſciſſionem.

Σφοδρὸν vehemens de actione forti & celeri dicitur, vt ſcribit Galenus lib. 3. de diff. puls. (pagina 36. verſ. 48.) τὸ τῆς σφοδρότητος ὄνομα κατ' ἐνεργείας ἀεὶ λεγόμενον ἰσχυρὰς τε ἅμα καὶ ταχείας. Sic luctæ vehementes dicuntur quæ cum contentione & violentia fiunt. Item homines σφοδροὶ & vehementes, vbi robuſtè & celeriter agunt.

Σφριγᾶν turgere dicitur, vt propriè mammæ turgere dicuntur lacte diſtentæ. σφριγᾷ exponit Heſych. περιτέταται καὶ περιτείνεται (vt reponit Henr. Steph.) πλήρης τυγχάνει, μάλιστα δὲ ἐπὶ τῆς θηλείας, εὐσωματεῖ, ἀκμάζει. propriè & potiſſimùm dicitur de fœmina quæ benè habito eſt corpore & vegeto, ac ſucculento, in ipſoque ætatis flore. Hipppocr. lib. 1. περὶ γυναικ. (pagina 252. verſ. 42.) σφριγᾷ στῆθος dixit, de mammis turgentibus & lactis copia diſtentis. Vbi tamen σφυγᾷ vitiosè legunt exemplaria omnia, non ſecus ac lib. περὶ ἀφόρων (pagina 297. 7.) legitur vitiosè σφυγᾷ δὲ τοὺς τιτθοὺς, pro σφριγᾷ ἢ τὸ στῆθος αὐτῆς. σφριγᾶν de iuuenibus dicitur & de ipſo ætatis vigore & flore, de corpore robuſto & vegeto. Sic enim exponit Galenus lib. 2. de loc. aff. (pag. 265. verſ. 21.) σφριγῶντας ex Archigene, vbi tamen σφίγγοντας vitiosè legitur, & ab interprete exponitur: τὸ δὲ σφριγῶντας ὄνομα παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἐπὶ τῶν εὐεκτικῶς πεπληρωμένων λέγεται, διὸ καὶ κατὰ τῶν νέων αὐτὸ μόνον εἰρήκασι, γέροντας δ' οὐδεὶς, ὡς ἂν μηδὲ δυναμένου τοῦ σώματος αὐτῶν εὐεκτικὴν δέξασθαι πλήρωσιν. σφριγῶντας nomen quod eſt turgentes, Græcis dicitur de his qui benè ſunt habito & ſuccis redundante corpore, atque icirco de iunioribus duntaxat dici conſueuit, de ſenib. verò minimè, quòd ipſorum corpus boni habitus plenitudinem recipere nequeat.

Σφυγμὸς pulſus dicitur, eſtq; arteriarum motus ſenſilis diſtentione & contractione cōſtans, cui cor præeſt, vt patet ex Galeno libris de Pulſibus, ac præcipuè libro 4. de diff. puls. σφυγμοῦ nomen primus omnium Hippocrates literis mandauit, neque videtur artis pulſuum ignarus fuiſſe, etſi hanc partem non admodum excoluit, vt ſcribit Galenus lib. 1. de diff. puls. (pagina 8. verſ. 13.) Idemque ſæpius antiquorum more σφυγμὸν de cōſpicuo, ſenſili, manifeſto ac vehementi arteriarum motu effert, ſiue ea pulſatione dolor ſentiatur, vt in inflammationibus contingere ſolet, ſiue id ſine dolore fiat, vt in benè & ſecundum naturam habentibus. Poſtea verò tandem ipſe Medicinæ parens σφυγμὸν ad omnem ſenſilem arteriarum pulſationem ac motum tranſtulit, vt cuiuis eius ſcripta euoluenti ſatis patet. Sic enim mihi locus ille Galeni lib. 1. de diff. puls. accipiendus videtur. σφυγμὸν autem antiquis dictum fuiſſe, non de quolibet arteriarū motu, ſed tantùm manifeſto ac vehementi, quique ægrotanti aut aſſidentibus manifeſtus eſſet, multis teſcriptis teſtatum eſt in Galeni doctrina & libris de pulſibus, præcipuè verò lib. 4. de diff. puls. (pagina 44. verſ. 27.) his verbis: ὁ σφυγμὸς οὖν ὅταν ἀναγνῶμεν ἔν τινι τῶν παλαιῶν ἰατρῶν βιβλίῳ, σφύζειν τὸ φλεγμαῖνον μόνον μόριον, ἢ τὴν ἐπὶ φλεγμονῇ κίνησιν τῶν ἀρτηριῶν σφυγμὸν ὀνομάζοντας εὕρωμεν, ἐπεὶ τοῦ κατὰ φύσιν ἔχοντος τοῦ σώματος οὐδὲ πα-

*τι χρωμένης τῇ προσηγορίᾳ, λογιζόμεθα μὴ πᾶσαν ἀρτηριῶν κίνησιν, ἀλλ' ἤ τοι τὴν μεγάλην καὶ σφοδρὰν, ἢ τὴν αἰσθητὴν αὐτῷ τῷ κάμνοντι προσαγορεύεσθαι σφυγμόν. οὕτω δ' ἔοικε τῇ προσηγορίᾳ τοῦ σφυγμοῦ κεχρῆσθαι καὶ Ἐρασίστρατος.* Eodem igitur modo quando in antiquorum Medicorum libris legimus ſolam Inflammatione tentatam partem pulſare, aut ſolam in inflammatione arteriarum motionem pulſum eos appellare, in corpore verò ſecundum naturam habente hac appellatione nunquam vti: colligimus non omnem arteriarum motionem, ſed aut magnam & vehementem, aut quam ipſe ægrotus ſentit, pulſum vocari. In hunc modum pulſus appellatione videtur vſus Eraſiſtratus. Ac rurſus ibidem (pagina quinquageſima verſiculo ſexto) de Agathino: *ἄλλως μὲν γάρ φησι τὴν τῆς καρδίας καὶ τῶν ἀρτηριῶν κίνησιν λέγομεν σφυγμὸν, ἄλλως δὲ τὴν ἐν ταῖς φλεγμοναῖς γινομένην αὐτῷ τῷ κάμνοντι συναίσθησιν· καὶ γὰρ καὶ ταύτην ὁμωνύμως φησὶ καλεῖσθαι σφυγμόν.* Alio enim loco ait cordis & arteriarum motum pulſum eſſe dicimus. Aliàs verò, ſenſum illum quem in inflammationibus æger percipit. Etenim etiam hunc per homonymiam pulſum vocari dicit. Et rurſus (pagina 51. verſ. 45) *ὁ γε μὴν Ἐρασίστρατος ἔοικεν οὐ τὴν κατὰ φύσιν ἐν ἀρτηρίαις κίνησιν ὀνομάζειν σφυγμὸν, ἀλλὰ μόνην τὴν ἐπὶ φλεγμονῇ. δῆλον δὲ ἐκ τῶν ῥήσεων αὐτοῦ τῶν ἐν τῷ πρώτῳ περὶ πυρετῶν· ἐν αἷς κίνησιν μὲν ἀρτηριῶν ὀνομάζει τὸν κατὰ φύσιν ὑφ' ἡμῶν καλούμενον σφυγμόν· ἣν δὲ αὐτὰς ἐπὶ φλεγμονῇ τὴν μεταβολὴν ἔχειν φησὶ, σφυγμὸν φαίνεται καλῶν· ὡς οὐ κατὰ πάσης κινήσεως ἀρτηριῶν ἐπιφέρειν ἡγούμενος χρῆναι τὴν τοῦ σφυγμοῦ προσηγορίαν, ἀλλ' ἐπ' ἐκείνης μόνης, ἥ τις ἐξίσταται τοῦ κατὰ φύσιν ὑπὸ τῆς κατὰ τὴν φλεγμονὴν διαθέσεως.* Quin etiam Eraſiſtratus videtur non naturalem arteriarum motionem pulſum vocare, ſed ſolam eam quæ in inflammatione eſt. Quod patet ex eius verbis in primo libro de febribus, in quibus arteriarum motionem nominat, quẽ nos naturalem pulſum vocamus. Quem verò ipſe in inflammatione immutationem habere dicit, pulſum vocare videtur, minimè quidem exiſtimans cuiuis arteriarum motui pulſus nomen eſſe attribuendum, ſed ei ſoli, qui in inflammationis affectu à naturali ſtatu decedit. Idem quoque libro 2. de Loc. affect. (pagina 260. verſ. 29.) *ὅτι μὲν ὁ πρῶτος ἐπὶ τοῦ κατὰ φλεγμαίνοντα μόρια σφυγμοῦ· καὶ τοῦτον μόνον ἐκάλουν οἱ παλαιότατοι σφυγμόν· ὕστερον δὲ καὶ πᾶσαν αἰσθητὴν κίνησιν ἀρτηριῶν οὕτως ὠνόμαζον.* Hac quidem ratione partes inflammatione tentatæ pulſant, huncque ſolum vetuſtiſſimi quique pulſum vocauerunt. Poſtea verò etiam omnem arteriarum motionem quam ſenſus percipere poſſet eodem nomine donauerunt. Lib. de Tumor. præter nat. (pag. 355. verſ. 52.) *ἀχώριστος δὲ φλεγμονῆς μεγάλης ὁ σφυγμός. οὕτω δὲ εἰώθασιν ὀνομάζειν οἱ παλαιοὶ τὴν αἰσθητὴν κίνησιν αὐτῷ τῷ κάμνοντι τῶν ἀρτηριῶν, εἴ τε χωρὶς ὀδύνης, εἴ τε καὶ σὺν ταύτῃ γίγνοιτο.* A magna autem inflãmatione pulſus ſeparari nequit. Sic autem antiqui arteriarum motionem quam æger ipſe perciperet nominarunt, ſiue ſine dolore, ſiue cum eo contingeret. Comment. etiam 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (pagina 94. verſ. 33.) σφυγμοῦ nomẽ valde ambiguum fuiſſe ſcribit his verbis: *οἱ δὲ σφυγμοί τι ποτε δηλοῦσιν οὐ πάντῃ δῆλόν ἐστιν, ἐπειδὴ κατὰ τῶν ἐν τοῖς φλεγμαίνουσι μορίοις ὀδυνηρῶν κινήσεων ἐπιφέρουσιν οἱ παλαιοὶ τοὔνομα, καὶ κατὰ τῶν παλμῶν, καὶ προσέτι καὶ ταύτης τῆς ἐν ταῖς ἀρτηρίαις σφοδρᾶς κινήσεως.* Pulſus quid indicent non omninò conſtat, quandoquidem veteres hoc nomen de motionibus in partibus inflammatione tentatis dolorem excitantibus proferunt, & de palpitationibus, & præterea de vehementi arteriarum motione. Sic σφυγμὸν antiquis dici de magno & ita conſpicuo arteriarum motu vt ab ægroto aut aſſidentibus percipiatur, ſcribit idem Galenus Com. 1. in Progn. (pag. 131. verſ. 9.) *ἀλλ' ἐν τοῖς πλείστοις γέγραπται σφυγμὸς, ἤ τοι γε ὡς συνὼν ταῖς μεγάλαις φλεγμοναῖς, ἢ καὶ τῆς κατὰ ῥάχιν ἀρτηρίας τῆς μεγάλης ἡ αἰσθητὴ κίνησις τῷ κάμνοντι, ὥς που κἀν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν εἶπεν ὁ ἀνὴρ, ὅπου ἡ φλὲψ ἡ κατ' ἀγκῶνα σφύζει, μανικὸς καὶ ὀξύθυμος. εὔδηλος γάρ ἐστι πάντοθεν τὸ σφύζειν ἐπὶ τῆς μεγάλης· οὕτω καὶ σφοδρᾶς κινήσεως τῶν ἀρτηριῶν ἐπιφέρων, ὡς καὶ πρὸ τοῦ τὴν ἁφὴν ἐπιβάλλειν αὐταῖς, αἰσθητὴν εἶναι τὴν κίνησιν, ὁτὲ μὲν αὐτῷ τῷ πάσχοντι μόνῳ, ὁτὲ δὲ καὶ τοῖς ἔξωθεν ὁρῶσιν.* Sed in multis exemplaribus σφυγμὸς ſcribitur, hoc eſt, pulſus, qui quidem aut eſt ſimul cum magnis inflammationibus aut etiam magnæ arteriæ quæ ad ſpinam adiacet ſenſibilis ægro motus: quemadmodum libro ſecundo de Morb. Vulgarib. dixit. Vbi vena quæ eſt ad cubiti flexum pulſat, inſania atque præceps iracundia ſignificatur. Conſtat enim Hippocratem etiam hoc loco verbum σφύζειν efferre de tam magno & vehementi arteriarum motu, vt etiam priùs quàm in has tactus iniiciamt, interdum à ſolo ægro, interdum etiam ab aſpicientibus percipiatur. Quem Prognoſtici locum etiam innuens Comment. 3. in Prorrhet. (pagina ducenteſima decima quarta, verſiculo quadrageſimo ſecundo) σφυγμὸν de vehementi & concitato magnæ arteriæ, quæ ad ſpinam eſt, motu illic dici ſcribit: *ἤκουσαν δὲ αὐτοῦ τινὲς μὲν ἀντὶ τοῦ σφυγμοῦ παλμὸν εἰρῆσθαι, τινὲς δὲ κυρίως ἐπὶ τῆς σφοδρᾶς κινήσεως τῆς κατὰ ῥάχιν ἀρτηρίας.* Ibi verò quidam ἀντὶ τοῦ σφυγμοῦ, παλμὸν dici voluerunt. Nonnulli etiam propriè de vehementi arteriæ, quæ ad ſpinam eſt, motione intellexerunt. Eadem quoque ſcribuntur libro ſexto de placitis Hippocratis & Platonis (pagina treceenteſima ſeptima, verſiculo trigeſimo octauo) à Galeno, quæ in Prognoſt. *ὅτι δὲ καὶ τὸ σφύζειν ὄνομα καὶ ὁ σφυγμὸς ἐπὶ τῆς σφοδρᾶς εἰς τοσοῦτον τῶν ἀρτηριῶν κινήσεως, ὡς καὶ πρὶν ἐπιλαβεῖν τὴν ἁφὴν, αἰσθητὴν εἶναι τῷ ἀνθρώπῳ τὴν κίνησιν, ὑπὸ τῶν παλαιῶν ἐλέγετο, καὶ δι' ἄλλων μὲν ἀποδέδεικται.* Quòd verò σφύζειν & σφυγμὸς dictio de tam vehemente arteriarum motione antiquis dicatur, vt priùs quàm tactu apprehendantur, ea ſit homini conſpi-

conſpicua, in aliis quidem libris eſt demonſtratum. Idem etiam libro quòd animi mores temp. corporis ſequuntur, (p. 349. 25.) locum illum lib. 2. Epid. exponens de vehementi arteriæ in cubito motione. φλέβας μὲν γὰρ καὶ τὰς ἀρτηρίας ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ, καὶ ὡς δέδεικται πολλάκις, οὐδὲ τὸ τὴν πᾶσαν ἀρτηριῶν κίνησιν ὀνομάζειν σφυγμὸν, ἀλλὰ μόνον τὴν αἰσθητὴν αὐτὴν αὐτῷ τῷ ἀνθρώπῳ, πάντως οὖσαν σφοδράν. Ἱπποκράτης δὲ ὡς καὶ πρῶτος ἦρξε τοῦ μετὰ ταῦτα κρατήσαντος ἔθους, εἰπεῖν σφυγμὸν, ἅπασαν τὴν ἀρτηριῶν τὴν κίνησιν, ὁποία τις ἂν ᾖ. Venarum enim nomine etiam arterias veteres donarunt, & (vt ſæpius eſt demonſtratum) nondum omnem arteriarum motum pulſum nominabant, ſed eum tantùm qui ab ipſo homine perciperetur, vt qui prorſus vehemens eſſet. Hippocrates verò, à quo etiam ea conſuetudo, quæ poſtea obtinuit, initium ſumpſit, arteriarum omnium motum qualiſcunque is eſſet, pulſum vocauit. Hac autem notione σφυγμὸς ſæpe ponitur apud Hippocr. vt lib. 2. Epid. (pagina 317. 39.) ᾧ ἂν ἡ φλὲψ ἡ ἐν τῷ ἀγκῶνι σφύζῃ, μανικὸς καὶ ὀξύθυμος. Cui vena in cubiti flexu conſpicuam habet pulſationem, furibũdus in acerbam iracundiam præceps eſt. Et rurſus ibidem (pagina 318. 10.) ἢν αἱ φλέβες σφύζωσιν ἐν τῇσι χερσί. Si venæ in manib. pulſent. Quibus in locis eam ex Galeni mente explicationem adhibuimus. Sic lib. 4. Epid. (p. 330. 13.) σφυγμοὶ φλεβῶν παρ' ὀμφαλὸν, venarum ad vmbilicum pulſationes, de conſpicua partium inflammatarum pulſatione dicuntur, & his verbis interni viſceris inflammationem circumſcribunt. Sic quoque accipitur in Coac. Prænot. (pagina 427. 16.) ἐν πυρετοῖσι κατὰ φλέβα τὴν ἐν τῷ τραχήλῳ σφυγμός. In febribus venæ quæ in ceruice eſt pulſus. Et, φλεβῶν σφυγμὸς in hæmorrhagiæ denunciatione, ibidem (v. 40.) Ac rurſus σφοδρότης σφυγμοῦ, pulſus vehementia, ibidem (pag. 434. 36.) Sic quoque ἰσχυρὸς σφυγμὸς ἐν τοῖσιν ἕλκεσιν dicitur, vehemens in vlceribus pulſus, aph. 21. lib. 7. Et σφυγμῶδες ἕλκος, vlcus pulſans, quod inflammatione tentatur, lib. de fract. (pagina 561. 31.) σφυγμὸς etiam παλμὸν & palpationem apud Hippocr. indicat in Progn. (pagina 131. 3.) ἢν δὲ καὶ σφυγμὸς ἐνῇ ἐν τῷ ὑποχονδρίῳ Præcordiorum venæ ſi pulſent. Et in Coac. Prænot. (pagina 432. 19.) σφυγμὸς ἐν ὑποχονδρίῳ. Sic enim de palpitatione multis locis hoc explicat Gal. vt & παλμὸν in multis codicibus ſcribi teſtatur. atque idem antiquis σφυγμὸν ἀντὶ τοῦ παλμοῦ ſæpius poni ſcribit libris de pulſibus. Lib quoque de rat. vict. in morb. ac. (pagina 94. 26.) σφυγμοὶ palpitationes indicant, quando incluſi ſpiritus in morbis, ex grauante humorum copia, liberum ſibi quærunt exitum. At verò quamlibet arteriarum pulſationem (quem nos pulſum vocamus) σφυγμὸν Hippocrati dici ſatis notum eſt ex eius doctrina. Sic ſcribitur lib. 4. Epid. (pagina 330. 13.) ἐν τοῖσιν ὀξυτάτοισι τῶν πυρετῶν οἱ σφυγμοὶ πυκνότατοι καὶ μέγιστοι. In grauiſſimis febribus pulſus celerrimi & maximi. Et rurſus ibidem (verſ. 47.) σφυγμοὶ τρομώδεες καὶ νωθροί. pulſus tremuli & tardi, ex facultatis vitalis imbecillitate, in vehementi inflammatione & grauiſſima febre. Lib. 2. περὶ γυναικ. (pagina 268. 26.) in fluore muliebri pernicioſo σφυγμοὶ πρὸς χεῖρα ψαύοντες adſcribuntur, hoc eſt, pulſus leniter manum ferientes & attingentes, de pulſu paruo, debili & deficiente. Sic enim exponuntur Erotiano, οἱ μὴ εὔτονοι, ἀλλ' ἐκ διαλειμμάτων ἀδρανῶς πλήσσοντες, non validi, verùm per interualla leniter ferientes, vt poſtea ſcribemus. Lib. περὶ φυσῶν (pagina 120. 2.) in febribus σφυγμοὶ ἀμφὶ τοὺς κροτάφους, pulſus circa tẽpora fieri dicuntur, à ſanguine calido per ſpiritum vi agitato & commoto, vnde etiam capitis dolores oriuntur. Lib. περὶ χυμῶν (pagina 115. 3.) inter reliqua quæ Medico conſideranda præſcribuntur, σφυγμοὶ annumerantur. Vbi pulſus quoque totius corporis ſpectandos eſſe adſcribit Commentarius Galeno attributus. Veteres autem non iam omnem arteriarum motum, ſed eum ſolum qui ſenſibilis eſſet, atque ipſi homini prorſus vehemens, pulſum vocaſſe. Hippocratem primũ motum arteriarum omnium, qualiſcunque is eſſet, pulſum appellaſſe.

Σφυράδες τὰ τῶν αἰγῶν καὶ προβάτων ἀποπατήματα, hoc eſt, caprarum & ouium ſtercora exponuntur Galeno in Exeg. ſed σπυράδες vitioſè legitur & extra ſeriem alphabeticam, exiſtimóque σφυράδες legi debere apud Galen. vt referatur ad locum lib. 2. περὶ γυναικ. (pagina 278. 5.) τρεῖς καταπότιας σπυράδας, pilulas ſtercoris caprini tres deuorandas exhibeto, aut tres globulos ex myrrha pura, ad inſtar pilularum ſtercoris caprini. Vbi σφυράδας pro σπυράδας legiſſe Galenum exiſtimo. Heſychio etiam σφυράδες exponuntur τὰ διαχωρήματα τῶν αἰγῶν καὶ προβάτων, pro quo σφυράδες vitioſè legitur apud Varinum. Dicitur autem σφυρὰς pro σπυρὰς, vt & σφυρὶς pro σπυρὶς, lib. de art. (pagina 659. 53.) (vt ſcripſimus antea in σπυρὶς) & σφόνδυλος pro σπόνδυλος.

¶ Σχάσθαι eſt laxari, remitti, mutari, decuti, transferri, tranſponi, traduci. & dicitur Hippocrati lib. de art. (pagina 601. 27.) ἐκ τῆς κατὰ φύσιν θέσιος εἰς ἑτέρην ἀθρόως μεθίστασθαι, quod eſt, repente ex naturali ſitu in alium transferri & mutari, vt exponit Galenus. Qui & χάσαι dici ſcribit de muſculis, cùm in repentinis agitationibus priorem figuram immutant nec retinent, ſed priſtino ſitu relicto, aliqua ex parte diſtorquentur, aliqua etiam intenduntur. Idem etiam in palæſtra χάσαι dici ſcribit, τὴν χεῖρα ταχέως ἄγειν πρὸς αὐτὴν ἐκ τῆς προτέρας θέσεως, manum à priore ſtatu celeriter retrahere eamque immutare. Qua ſignificatione χάσαι μεταβαλεῖν exponit Heſychius. Eáque ſignificatione etiam χάσαι dimittere, deſinere, ſoluere, aut inſtitutum abũpere elegãter ſignificat Ariſtophani in Nebulis, cùm χασάμενος τὴν ἱππικὴν pro καταλύσας & παυσάμενος, ſiue ἀποχωρίσας, h. e. equorũ

ſtudium remittēs dicitur, hoc eſt, interrumpens & dimittens. Quod ergo ſcribitur apud Hippocr. loco priùs adducto, χᾶται μάρτοι πολλάκις ἐν χάσμασιν, laxatur tamen plærunque in oris hiatibus, χαλᾶται exponit Paulus Ægineta cap. 112. lib. 6. his verbis. τὸ γὰρ χᾶται παρ' Ἱπποκράτει τὸ χαλᾶται δηλοῖ. Nam χᾶται laxatur ſignificat. Quo etiam mihi reſpicere videtur Galenus in Exeg. χάσαι χαλάσαι ſignificare ſcribens. Vnde χασπεῖα dicitur Galeno funis ille aut repagulum curſoribus obtentum, quo laxato demiſſoque curriculum ingrederentur, aut in curſum effunderentur. Etſi χασίεια ſcribitur & exponitur Heſychio μέρος τὸ ἐν τῇ νηὶ & ὁρμητήρια, hoc eſt, portus & locus è quo ſoluimus, quòd ibi fortaſſis αἱ κῶπαι χάζονται, hoc eſt, remi laxantur aut inhibentur intermiſſa nauigatione. Eſt etiam χάσαι ibidem apud Hippocr. (p. 602. 4.) vt exponit Gal. ἐξαίφνης καὶ ἀθρόως προάγειν εἰς τὸ κατ' εὐθὺ τῆς κατὰ φύσιν χώρας τὸ ἄρθρον, repente & ſubito impulſu articulum in directum & naturalem ſedem propellere: aut vt idem etiam exponit, μεταβαίνειν ἀθρόως τὸ πρέπον σχῆμα, ſubito impulſu in ſuam figuram reponere. χάσματα exponit Erotianus apud Hippocr. ἀποσπάσματα τὰ ἐκ πληγῆς περὶ τὴν γένυν γινόμενα καὶ διαστρέμματα, velut maxillæ vulſiones, aut peruerſiones ac diſtortiones ex ictu ortas. Qui certe Erotiani locus non leuiter mihi ſuſpectus eſt, tum ex codicum varietate (nam & χίσματα quidam legunt) tum quod etiamſi hæc dictio extremo lib. de vlceribus crebrò vſurpetur Hippocrati, longè tamen aliam habet notionem. Illîc enim χάσματα ſcalpello exaſperata loca & ſcarificata, cutis inciſuras & ſcarificatus indicant. (χασμὸς etiam ibidem vocat cutis hiatus) & τὸ χασθὲν locum ſcalpto pertuſum. Vt mihi χάσματα apud Erotianum legendum videatur & in χ reponendum, aut certe ſi Erotiani lectio retinenda eſt, apparet eum in loco libri de art. à nobis antea adducto, χάσμασιν pro χάσμασιν legiſſe, vt χάσματα ſint maxillæ peruerſiones quæ in magnis hiatibus & oris rictibus ex ictu fiunt, ita vt maxilla ſitū mutet & aliò transferatur ac velut decutiatur. Σχάσαι Galeno in Exeg. vocum Hippocrat. τρία σημαίνει, ἀμύξαι, ἀποκρῖναι, χαλάσαι, tria ſignificat, ſcarificare, excernere, laxare. χάσαι ἀμύξαι indicat lib. περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τρωμάτων (p. 205. 43.) quod eſt ſcalpro aperire, incidere, pertundere. χάσαι αὐτῷ τὰς ἀγκῶνας καὶ ἀφαιρέειν τοῦ αἵματος. huic cubiti venam pertundito & ſanguinem detrahito. Eſt & χάζειν eadem notione apud Hipp. lib. 6. Epid. aph. 21. ſect. 5. χάζειν τὰς ἐν τοῖσιν ὠσὶν ὄπισθεν φλέβας, venas in auribus poſteriores incidere.

Σχεδάδα, τὴν ἄγχουσαν exponit Gal. in Exeg. λέγεται γὰρ καὶ οὕτως. Nam etiam ſic appellarunt. Qua indicatur a mihi locum lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 255. 40. & 42.) exprimere videtur, vbi in vellere ad aperiendum & purgandum vterum anchuſam apponit Hippocr. λαβὼν σχεδάδα τὴν μικρὴν, &c. καὶ σχεδάδα τὴν μεγάλην. Sic Dioſcorides anchuſam vuluis appoſitā partū extrahere ſcribit. Varinus tamē apud Gal. χελιδὰ pro σχεδάδα legiſſe videt' & ita exponere.

Σχέσις corporis diſpoſitionem ſignificat quæ facilè inducitur aut remouetur, & διάθεσις dicitur, velut ἕξις, eam quæ ſtabilis eſt, neque facilè ſoluitur, eaque ratione inter ſe opponūtur. σχέσις etiam corporis habitudinem indicat, quæ in corporis craſſitudine aut gracilitate ſpectatur, velut exponitur Gal. Com. 1. in lib. de art. (p. 686. 48.) διαφέρει μέν τι καὶ σχέσις τις σώματος. Differt ſiquidem & quædam corporis habitudo. Eaque notione αἱ ἐπίκτητοι σχέσεις, aſcititiæ corporis habitudines dicuntur, velut cùm quis gracilem aut bene carnoſum corporis habitum aſſumpſerit. Sic enim eum locum exponit Gal. lib. 3. de Cauſ. pulſ. (pag. 107. 40.) σχέσεις μὲν αὐτὰς ὀνομάζουσιν ἡμεῖς, ὥσπερ καὶ Ἱπποκράτης ἐν τῷ περὶ τῶν ἄρθρων εἰπών, διαφέρει μέν τι καὶ σχέσις σώματος. Has quidem [corporis aſcititias habitudines] Græcè σχέσεις Hippocratem ſecuti nominamus, qui in lib. de art. dixit: Differt etiam nonnihil corporis habitudo. Hanc etiam σχέσιν σώματος καὶ ἕξιν, velut corporis habitum exponit Gal. in Exeg. eodem adducto loco, ſed vitioſè vt patet. Vbi σχέσει τῇ συνοχῇ exponit, hoc eſt, cohibitione aut complexu, expreſſis bis Hippocr. verbis ex lib. κατ' ἰητρ. (p. 677. 53.) ἐν πήξει, καὶ σχέσει, καὶ ἐπιδέσει, καὶ πιέξει, in exhibitione, habitu, deligatione & compreſſione. (Sic enim legendum eſſe locus Hippocrat. palam indicat, cùm ἐν περιοχῇ vitioſè legant omnia exemplaria.) Vbi σχέσις veluti præparatio dicitur, indicatq; accōmodatū curationi ſuſcipiendæ ægri aut partis affectæ habitum, diſpoſitionē, & collocationem, ἐν ᾗ προσχηματίζεται ὡς πρὸς τὴν χειρουργίαν τὸ πεπονθός, cùm ad chirurgiam pars affecta accōmodatur & præparatur. Ideoque quidam præparationē vertunt, alii reſpectū, dum pars affecta ita collocatur, vt habito ad medicum reſpectu, curationi ſuſcipiendæ ſit accōmodata. Σχέσις etiam interdum τὴν ἐπίσχεσιν, h. e. ſuppreſſionē ac retentionē indicat, & ἐποχὴν exponit Heſychi' & κατάσχεσιν. Eaq; notione σχέσεις τῶν οὔρων dicūtur vrinarū ſuppreſſiones, aph. 9. ſect. 1. lib. 6. Epid. Sic enim pro ἀποσχέσιες legunt exemplaria quædā & Gal. Com. 3. in Prorrh. (p. 206. 17.) Sic etiā ſumitur lib. 5. Epid. (p. 141. 37.) τῶν οὔρων πολλὴ σχέσις, καὶ τῶν κάτω διόδων. vrinę & p inferiora trāſit' multa ſuppſſio. Eoq; ſignificato crebrò vſurpat hęc vox Aretęo, vt cap. 5. lib. 2. τῶν ὀξ. οὖρα σχεθέντα κύστιος ὑπὸ σπασμοῦ. præ cōuulſione veſica vrinā cohibēs. Et rurſus cap. 4. lib. 2. θεραπείας τῶν ὀξ. ὡς τὴν παλίρροιαν σχεθεῖν. ad retrogradum humorum fluxum coërcendum & cohibendū. Ac iterū ibidē καὶ τὴν τροφὴν ἐν τῇ κοιλίῃ σχεθεῖν. & cibus in ventriculo cōtineatur, cohibeatur.

Σχετικὰ δρᾶν, quę cōpeſcēda ſunt aut inhibenda facere ſignificat lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 271. 36.) quod eſt verenda facere, & dicitur aut de cibis qui cū reſpuūtur fœdè vomitione reiiciūtur, aut de ægris, qui vbi cibum abominantur, aut auerſantur, eum fœda vomitione refundunt.

Σχίματα

Σχήματα figuras ſignificant, & ad corporis habitum & ſitum referuntur, aut ad partium naturalem compoſitionem, quatenus aut duræ ſunt, aut molles, aut raræ & denſæ, aut rotundæ & latæ, aut cauæ & preſſæ. Sic enim τὰ σώματος σχήματα vocat Hippocr. lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pagina 11. 24.) σχήματα δὲ λέγω, ὅσα ἔνεστιν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. figuras autem dico ea quæ inſunt in homine, vbi corporis partes intelligere videtur, quarum differentias ea accidentibus perſequitur. Σχήματα etiam formas morborum, εἴδεα καὶ τρόπους ſignificant aph. 43. ſect. 8. lib. 6. Epid. cùm morborum formas in quas tranſeunt conſiderandas monet. Eſt quidam τὰ σχήματα ad ægrorum decubitus referunt. σχηματιζόμενοι λιθιῶντες, calculoſi ita figurati & eo corporis habitu ac poſitu, vt calculus in fiſtulam vrinariam non illabatur. In Coac. Prænot. (pagina 438. 36. & 37.) σχηματιζόμενοι παντοίως, ad quemuis corporis habitũ, & ad omnes figuras

Σχινδαλμὸς aſſulam ſignificat & fruſtum ſciſſione aut fiſſione ablatum. Peculiariter dicitur de ſegmento ex calamo fiſſo, aut aſſulatim & ſc. longitudinem fracto. Dioſcorides de calamo odorato lib. 1. cap. 17. κάλαμος ὁ εἰς πολλοὺς σχινδαλμοὺς θραυόμενος, quod dixit Plini° lib. 12. cap. 22. Melior qui aſſuloſè potiùs quàm raphani modo frangitur. Galenus in Exeg. σκινδαλμὸν εἰρῆσθαι φησὶ τὸ ἰσχίον ſcribit. Quam dictionẽ vſurpauit Hippocr. lib. 2. περὶ γυναικ. (pagina 272. 37.) φυλασσόμενος δὲ ὅκως σχινδαλμὸς μηδεὶς ἔσται. animaduerſione facta ne vllum fiſſum adſit, aut vlla fiſſio. Eumque locum illis verbis mihi adumbrare videtur Galenus. Heſychio σκινδαλμὸς κάρφος exponitur, hoc eſt, feſtuca. idemque annotat per χ & per κ. ſcribi quibuſdam. Σχινδύλησις eiuſdem eſt originis, & fiſſionem indicat quæ aſſuloſè fit. Vnde ἀνασχινδυλεύεσθαι ἀνασκολοπισθῆναι exponitur Heſychio, quod eſt in crucem aut palum tolli. ἀνασκινδυλεύεσθαι tamen ſcribitur apud Heſychium. Galenus in Exeg. σχιδυλήσει, σχίσματι καλάμου exponit, hoc eſt, arundinis fiſſo, aut fiſſuræ. Pro σχίσματι tamen vitioſe σχήματι legũt exẽplaria noſtra vt & Varinus.

Σχῖνον ſcribit Galenus in Exeg. ſignificare apud Hippocr. οὐ μόνον τὸ θαμνῶδες φυτὸν, ἀλλὰ καὶ εἶδός τι σκίλλης, εἰ μὴ ἄρα καὶ πάσης σκίλλης τὸν βολβόν. non ſolùm ſtirpem fruticoſam (lentiſcum nempe) verumetiam ſcillæ ſpeciem quandam, & forte omnis ſcillæ bulbum ac radicem. Heſychiu quoque σχῖνος exponitur εἶδος φυτοῦ καὶ ἡ σκίλλα. vt & apud Ariſtoph. in Pluto. Vnde etiam Atticis poëtis Pericles σχινοκέφαλος ſugillatus eſt, quòd caput oblongum & ſcillæ bulbo ſimile haberet, vt teſtatur Plutarchus. τὴν γὰρ σκίλλαν ἔστιν ὅτε καὶ σχῖνον ὀνομάζουσι. Lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 287. 5.) in vteri præfocatione σχῖνον λευκὴν adhibet Hippocr. ἃ δάκνουσι quæ mordeat. ſic enim leg. exiſtimo.

Σχοινοβατίαι funambulationes dicuntur, quibus vtebantur antiqui inter corporis exercitia, quaſque per hyemem conſulit Hippocr. lib. 3. περὶ διαίτης (p. 110. 26.) Sic & σχοινοδρομίαι ſunt per funem curſationes. Pro quibus tamen omnia fere exemplaria κυνοβατίας & κυνοδρομίας legunt. Exemplaria etiam quædam Regia κυνοδρομίας habent.

Σχοῖνος εὐώδης, τὸν ἀρωματικὸν σχοῖνον exponit Gal. in Exeg. apud Hippocr. hoc eſt, iuncum odoratum, aromaticum. Qua indicatura mihi locum lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 289. 18) adumbrare videtur. σκεύαζε δὲ καὶ σχοῖνον, τὴν εὐώδεα, ἀρωματικήν. Iuncum etiam odoratum, aromaticum tundito. Sic enim legendum cum Galeno exiſtimo, vt & apud Galenum pro indicatura σχοῖνον εὔοσμον, εὐώδεα, legi debere puto. σχοῖνον μυρεψικὴν, iuncum vnguentarium, quòd in vnguẽta transferatur, vocat ibidem Hippocr. (p. 273. 28.) vt & κάλαμον μυρεψικὸν, calamum aromaticum, eadem ratione (ibidẽ) σχοῖνον iuncum rotundum vertit Celſus cap. 21. lib. 3. vt differat à cypero quem iuncum quadratum ibidem vocat & cap. 4. lib. 5. Plinius iuncum triangulum aut triangularem, cap. 18. lib. 21. Iuncum odoratum Dioſcor. cap. 16. lib. 1. σχοῖνον ſimpliciter nominat, ſed vitioſè σχῖνος ſcribitur.

Σχοινόδετος δίφρος, ſella ex iunceo aut ſparteo fune nexa & contexta. Vide δίφρος σχοινόδετος antea.

Σχολῇ, otioſè, perfunctoriè, ſine diligentia. Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p. 7. 22.) οἱ σχολῇ τὴν ἡμέρην μεταβαίνοντες, qui non otioſè diem in victus ratione tranſigunt, qui diem vnum via ac nõ ſine negotio in victus ratione præter conſuetudinem tranſigunt.

¶ Σώζεσθαι ſeruari ſignificat, liberari, ſolui, impropriè tamen, vt & λύεσθαι. In Coac. Prænot. (pag. 427. 37.) ἐκ λήθαργου σώζονται δὲ καὶ ἐμπυϊσκόμενοι. Qui ex lethargo euadunt, ſeruantur, fere ad ſuppurationem deueniunt.

Σωλὴν, ſolena, tubus, canalis, ſipho. Inſtrumentũ eſt chirurgicũ, rotundũ, oblongũ, cauum, in quod membrum fractũ, crus, aut femur imponitur & cõtinetur. Dicitur autẽ canalis à tubis fictilibus aut tegulis ducta denominatione. Paratur ligneus ex tilia Galeno, aut fictilis Paulo. gloſſocomo ſimilis, ſed figura differens. De eo agitur lib. 2. de fract. (p. 514. & 518.) & lib. κατ' ἰητρ. (p. 593. 50.) & Celſo cap. 10. lib. 8. Paulo lib. 6. cap. 106.

Σωρείτης ἀπορία, acerualis dubitatio aut Soritica intricatio dicitur, quæ multa indefinita & nullis limitib. circũſcripta cõprehendit, & in aceruũ colligit. Ei° meminit Gal. lib. de Marcore (p. 375. 39.) & cap. 11. lib. 2. de diff. feb. vbi tamẽ Σωκρατικὴν ἀπορίαν legũt interpretes. quod Socrates per interrogationes argumẽtabatur, neq; reſpondebat, ſed longis inductionibus auditorem fatigabat.

Σωφρονιστῆρες ὀδόντες, dẽtes moderatores aut ſapiẽtes dicti q gemini Latinis, duo in ſuperiore maxilla intimi atq; vltimi, & ab vtraq; parte vnus. Quibuſdã naſcũtur à 18. anno ad vigeſimũ ſeatum. Hipp. verò lib. περὶ ἑβδομάδων vulgo inſcripto (p. 42. 25.) anno 28. Sic enim ſcribit: καὶ ἐν τῇ τετάρτῃ δὲ ἑβδομάδι ὀδόντες φύονται δύο τοῖσι πλείοσι τῶν ἀνθρώπων, οὓς καλέουσι σωφρονιστῆρας. Quin & quarto ſeptenario plæriſque ho-

minibus dentes duo naſcuntur, quos ſapientiæ dentes nominant. Sic autem dicti videntur Rufo Ephesio ἐν τῷ περὶ αἰδοίων. μορ. quòd, ἐπειδὰν ἤδη σωφρονεῖν ἄρχωνται, oriantur, hoc eſt, eo ſanè tempore quo moderatos temperanteſque eſſe oporteat. Sunt hi ex genere molarium, & quibuſdam anno octogeſimo enaſci viſi ſunt.

# OECONOMIAE HIPPOCRAT.

## TO T.

Τάγγαι apud Hippocr. tumoribus præter naturã adſcribuntur, & tumores putreſcentes ſignificant, lib. 2. Epid. (p. 312. 6.) ἀτὰρ καὶ τὰ ὑπὸ δέρμα ἀφιστάμενα ἐς τὸ ἔξω φύματα, οἷον τάγγαι. Quinetiam quę ad cutem abſcedunt, foras erumpentia tubercula, velut putreſcentes quidam tumores. Strumas alii hac voce intelligunt. In illa verò abſceſſuum doctrina, pro quibuſdam tumoribus ſub cute putreſcentibus accipitur. putreſcentia dixit Cornarius, quòd ταγγίζειν ſit rancidum fieri, & ταγγὸς aut τάγγη rancorem iudicet, vnde ἔλαιον ταγγόν. oleum rancidum.

Τὰ ἔξω externas totius corporis partes indicant Hippocrati aph. 48. lib. 4. quæ τὰ ἄκρεα & extremæ partes vocantur ſæpe, vt caput, manus, pedes, naſus, labra, aures. Quibus τὰ ἔνδον, hoc eſt, interiores corporis partes opponit, nempe eas quæ ventre & thorace continetur, aut vmbilico & coſtis circumſcribuntur, in quibus pulmo, diaphragma, ventriculus, hepar annumerantur. Has partes ſic diſtinguit Hippocr. in Progn. (pag. 135. 52.) κεφαλὴ δὲ καὶ χεῖρες, καὶ πόδες ψυχροὶ ἐόντες, κακὸν, τῆς κοιλίης καὶ τῶν πλευρῶν θερμῶν ἐόντων. Si caput, manus ac pedes frigidi ſunt, ventre coſtiſque calentibus, malum. In Coac. Prænot. (p. 427. 7.) τὰ ἔξωθεν, & τὰ ἔσωθεν, eædem partes vocantur.

Τὰ κατὰ κοιλίην, hoc eſt, quæ ad ventrem ſpectant, ſæpe pro ventris vitio, aut alui profluuio ponuntur apud Hippocr. vt lib. 3. Epid. ſt. peſt. (pagina 427. 32.) οἱ δὲ κατὰ κοιλίην ἀπέθνησκον μάλιστα, ex alui vitio maximè moriebantur. Et rurſus ibidem (pagina 426. 48.) τὰ δὲ κατὰ κοιλίην πολλοῖσι πολλὰ καὶ βλαβερὰ συνέβαινε. Multis verò ventris vitia plurima & noxia contigêre, teneſmos & lienterias intelligens, vt ibidem explicat Galenus. Eadem notione τὰ περὶ τὴν κοιλίην ſæpe effert Hippocr. vt ægr. 7. lib. 3. Epid. poſt ſt. peſt. τὰ περὶ τὴν κοιλίην οὐκ ἠνώχλει, ventris vitia non infeſtabant, hoc eſt, aluus commodè habebat. Sic τὰ περὶ πλεύμονα, quæ pulmones offendunt, lib. 3. Epid. in ſt. peſt. Et lib. 1. Epid. ſect. 2. τὰ περὶ τὴν στραγγουρίαν, quæ in vrinæ ſtillicidio accidunt. Qua voce vrinæ difficultates ſymptoma intelligitur. His enim circumſcriptionibus plærunque morborum attributiones, interdum etiam propriam morbi naturã exprimit Hippocr. τὰ περὶ τὰ ἐρυσιπέλατα, eryſipelas & ignem ſacrum indicãt lib. 3. Epid. in ſt peſt. (p. 422. 30.) & τὰ περὶ ἕλκεα, pro vlceribus, aut vlcerato eryſipelate ponuntur. (ibidem.)

Τεναγώδεα ὕδατα, vide poſtea in τελματώδεα ὕδατα.

Ταλαιπωρίη dicitur labor qui in immoderatis fit actionibus, aut defatigatio ex vehementibus motionibus, cui ἀνάπαυσις pro remedio inſtituitur in his quæ adiecta ſunt libro de Nat. humana (pagina 18. 32.) ὁκόσα δὲ ἀπὸ ταλαιπωρίης γίνεται, ἀνάπαυσις ἰῆται. Quicunque morbi ex immoderato labore fiunt, quies ſanat (vt & aph. 48. lib. 2.) Rurſus ibidem ὁκόσα δὲ ἀπὸ ἀργίης νοσήματα γίνεται, ταλαιπωρίη ἰῆται. Qui verò morbi ex ſupino otio gignũtur, eos immoderatus labor ſanat. Vbi ſcribit Galenus, ταλαιπωρίας δηλονότι κέκληκεν, τὰς κατὰ τὰς ἀμέτρους κινήσεις γινομένας. Ταλαιπωρίας nimirum vocat labores, quos immoderatæ motiones pariunt. Ταλαιπωρίην egeſtatem vertit Cælius Aurelianus ex lib. 4. de rat. vict. in morb. ac. (pagina 113. 9.) in his quæ de aqua inter cutem malè adſcribuntur cap. 1. lib. 5. Tard. paſſ. Eaque dictio crebrò vſurpatur lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης, & Prorrhet. 2. (pagina 415.) Erotianus apud Hippocr. ταλαιπωρίῃσιν ἐνεργείαις, hoc eſt, actionibus aut motionibus exponit, nimirum locum lib. de art. (pagina 638. 15.) mihi ſubindicans. ἐν τῇσι ταλαιπωρίῃσιν ἐν ᾗσιν ἕκαστοι εἰώθασιν, in his actionibus quæ cuique ſunt conſuetæ. Etſi lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν ſæpe ταλαιπωρίῃσιν vſurpatur, vt (pagina 200. 30.) & (pagina 203. 43.) & (pagina 204. 16. 32.) magis tamen propriè de laboribus & exercitationibus.

Ταμιεύειν eſt procurare, adminiſtrare, pro arbitrio temperare ac moderari. Lib. de art. (pagina 621. 52.) κεναὶ γὰρ αἱ πᾶσαι ἰσχύες οἷον ἦσαν ἔξωθεν καὶ αἰσθητῆρες καὶ ἐγκρατέστεροι χεῖρες αὐτοῖς ταμιεύονται. Optimum igitur eſt eiuſmodi vim adhibere, quam tum intendendo, tum remittendo, pro cuiuſque arbitrio temperare licet.

Τάμισον πυτίαν, hoc eſt, coagulum exponit Gal. in Exegeſi vocum Hippocrat. & τὴν πυτίαν Erotianus, teſtimonium addens ex Nicandro in Theriacis. Vterque autem mihi locum libr. 2. περὶ γυναικ. (pagina 285. 22.) ſubindicare videtur, vbi vitioſè ἢ τὸ μυὸς ὄνου, pro τάμισον ὄνου, hoc eſt, coagulum aſininum legitur. Sic enim vetuſtæ membranæ manu ſcriptæ legunt. τάμισος etiam ἡ πυτία exponitur Heſychio, eamq; dictionem vſurpat

Theocritus

Theocritus Idyll. 11. πάμοτε δριμέας ὀπῶ, dans lenta coagula lacti.

Τἀναντία pro εἰς τἀναντία, aut πρὸς τἀναντία, aut ἐναντίως, ſumi ſcribit Gal. Com. 2. in lib. de fract. (p. 550. 42.) hoc eſt, ad contraria, in contrariam partem, aut contrario modo.

Ἐν τάξει, ſerie, ordine, ordinatè, ritè ſignificat, velut, γυναικεῖα σμικρὰ ἐπεφάνη ἐν τάξει, menſtrua pauca ſuo ordine comparuerunt, hoc eſt, ſtato purgationis tempore profluxerũt, lib. 7. Epid. (p. 367. 28.) Lib. 1. Epid. (p. 361. 44.) de quartanis, ἐν τάξει τεταρταῖοι ἤρξαντο, hoc eſt, quartanæ ordine cœperunt, cùm quartanarum ſtatum & ratum tenorem aut modum ſeruarunt, certoque quartanariorum circuituum ordine cœperunt, neque prægreſſis aliis morbis prehenderunt.

Τὰ παρ' οὖς interdum ſimpliciter ac ſine addito, tumores præter naturam circum aures obortos aut tubercula ſignificant, vt aph. 1. ſect. 4. lib. 6. Epid. interdum etiam ἐπάρματα addit Hippocr. aut οἰδήματα, velut crebrò lib. 1. Epid. vt ſcribit Gal. in Com. Aliquando etiam τὰ παρ' οὖς αἰτήματα, quæ ad aures ſuboriuntur dicuntur, aut παρ' οὖς αἰτήματα, vt in Prorrhet. (p. 206. 23.) & Coac. Prænot. (p. 443. 48.) & lib. 1. Epid. (pagina 370. 13.) παρὰ τὰ ὦτα ἐπαναστάσια.

Τὰ περὶ χεῖρας manuum ſummitates & extremitates ſignificant lib. 1. Epid. (pagina 371. 24.) ἄκρεα ὑπόψυχρα, πόδες ἄκροι, μᾶλλον δὲ τὰ περὶ χεῖρας extrema aliquantulũ frigida, pedes ſummi, ac præcipuè manus.

Τὰ περὶ τὴν κύστιν, quæ circa veſicam ſunt, non ſolùm veſicam, ſed & alia vrinæ dedicata inſtrumenta ſignificant, aph. 80. lib. 4. nempe renes & vreteras, vt ibi ſcribit Gal.

Τὰ πρὸς αὐγὰς ὀχλώδεα, quæ viſus aciem perturbant, dicuntur in Prorrhet. (pagina 215. 25.) & inter hæmorrhagiæ ſigna reponuntur, in Coac. Prænot. (pagina 429. 33.) πρὸς αὐγὰς ἐνοχλεῖν dicitur. Quibus verbis tenebricoſæ viſus caligines, & offuſæ oculis tenebræ intelliguntur, quæ τὰ σκοτώδεα περὶ τὰς ὄψιας vocat Hippocr. lib. 1. Epid. (pagina 367. 33.) & ἀμβλυωγμοὺς paſſim, & profuſionis ex naribus ſanguinis ſigna facit.

Τὰ πολλά, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ſignificare, hoc eſt, vt plurimùm, magna ex parte, ferè, ſcribit Galen. Comment. ad aph. 7. lib. 5.

Ταράσσειν eſt turbare, conturbare, & de alui ad excretionem irritatione dicitur Hippocrati, eamque effuſam & exuperantem indicat, non mediocrem, vt ſcribit Gal. Comment. 3. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (pagina 77. 35.) ἅμα δὲ τὸ ταράσσειν ῥῆμα δηλοῖ οὐ τὴν σύμμετρον ὑποχώρησιν, ἀλλὰ τὴν πλεονάζουσαν δηλονότι. cùm etiam τὸ ταράσσειν verbum, non moderatam, verùm exuperantem deiectionem indicet. Sic ibidem ſcribit Hippocr. mulſam ſolam epotam aqua eſſe valentiorem, εἰ μὴ ταράσσοι τὴν κοιλίην, niſi aluum conturbaret, hoc eſt, niſi immoderata alui irritatione vires exolueret. Eaque notione τὴν γαστέρα ταράσσειν, ventrem conturbare, ſubducere ac purgare ſignificat, lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pagina 216. 28.) & ταραχὴ de aluo ad excretionem irritata & conturbata dicitur lib. περὶ χυμῶν (pagina 114. 36.) In Coac. Prænot. (pagina 427. 42.) in alui excretione critica ἐκταραχὴ κοιλίης ponitur, hoc eſt, alui exturbatio aut perturbatio, cùm magna vi erumpunt, ac ſemel & repente multa profluunt, & quæ in inteſtinis ſunt ad excretionem effunduntur. Sic κοιλίαι ταραχώδεες alui perturbatæ ſæpe dicuntur Hippocrati, ad excretionem irritatæ & effuſæ, velut in Coac. Præn. (p. 424. 44.) Prorrh. 2. (p. 424. 13.) αἱ κοιλίαι ὀδυνώδεες ἔχουσαι αὗται ἀταράκτως dicũtur, h. e. alui dolentes neque reſolutæ, h. e. minimè perturbatæ aut effuſæ. Sic enim ἀταρακτοτέρην κοιλίην ex aph. 60. lib. 4. Celſus ventrẽ reſolutum vertit, cap 8. lib. 2.

Ταραχώδεες etiam ſunt turbulenti, qui temerè & ſine ratione perturbantur, quod eſt, delirantis & malè affectæ mentis indicium, vt ſcribit Gal. Comment. 1. in Prorrh. (p. 170. 46.) ταραχώδεις ἀκούειν χρὴ τοὺς ἀλόγως ταραττομένους, ὅ γίνεται βεβλαμμένης μετ' ὀλίγον τῆς διανοίας. hoc eſt, ταραχώδεις quod eſt turbulentos, vt intelligamus eos qui ſine ratione perturbãtur, quod leuiter offenſa mente fieri conſueuit. Qua ratione ταραχώδεες crebrò accipiuntur in Prorrhet. & τὰ ἐνθάδε ταραχώδεα ibidem dicuntur (pag. 213. 1.) quæ ſtatim ſine ratione perturbantur. Sic ταραχώδεα νοσήματα intelliguntur turbulenti morbi, in quibus ægri ſine ratione turbantur, in Prorrh. (p. 180. 10.) Et ταραχώδεες πυρετοὶ febres cum mentis perturbatione & turbulentæ, in Coac. Prænot. (pag. 441. 24.) Et ταραχώδεες ὕπνοι, turbulenti ſomni, in quibus ægri anguntur, delirant, excitantur, loquuntur ac commouentur, aut inſomniis tentantur turbulentis, in Coac. Prænot. (p. 428. 10. 11.) Sic ταραχώδης ἀγρυπνίη phreniticorum, εἰ ἐν φαντασίαις ἀναβοῶσιν, ἢ ἀναπηδῶσιν, καὶ μόλις γνωρίζουσι τοὺς οἰκείους, hoc eſt, ſi per viſa exclament, aut exiliant, vixque familiares agnoſcant, Galeno Com. 1. in Prorrh. (p. 173. 8.) Eadem notione dicuntur Hippocrati ſæpe τὰ τῆς γνώμης ταραχώδεα, de mente perturbata, vt ægr. 8. lib. 3. Epid. & ægr. 1. & 7. poſt ſt. peſt. Et γνῶμαι ταραχώδεες in Coac. Prænot. (p. 433. 7.) ταραχώδεες ſimpliciter dicũtur in Prorrh. (p. 213. 49.) qui mẽtis perturbatione detinẽtur, vt ταραχὴ γνώμης, ægr. 5. lib. 3. Epid. poſt ſt. peſt. mẽtis perturbatio, quæ cum παραφροσύνῃ iungitur.

Τάραξις etiam oculi vitium dicitur; cùm oculus ex cõpreſſione aut attritu, aut mora in fumo, vel id genus alio offendẽte, cõturbatus conſpicitur. Author Iſagoges inter oculi vitia ταράξιν eſſe ſcribit (p. 385. 57.) ὅταν συγχυθεὶς ὁ ὀφθαλμὸς ἐπιπολαίως καὶ μετρίως ἐπὶ τὸ ἐρυθρότερον καταστῇ πάθος. cùm oculus leuiter ac mediocriter cõmotus tandẽ rubicũdior euadit. Gal. Com. 5. in lib. 6. Epid. (p. 508. 36.) τάραξιν, h. e. oculi pturbationẽ ppriè dictã eſſe volt morboſam oculi diſpoſitionẽ inflãmationẽ præcedentẽ & inflammationis initiũ. De qua vide Paulum lib. 3. cap. 22.

Τάριχος ſalſamentum dicitur, & propriè piſcium carnes ſale conditæ & aſſeruatæ, maximè autem ſalſamenta quæ conſtabant ex Thynnorum carne, cuius generis ſunt etiam Cybia, vt patet extremo lib. τῆς κατ' ἰατ. 5. & Athenæo extremo lib. 3. & Plinio, qui ita vocari conciſam pelamidem teſtatur cap. 11. lib. 32. & cap. 15. lib. 9. τάριχος τὸ κρέας εἶναι τεταριχευμένον exponit Suidas. & τάριχος dicitur quicquid eſt ſale conditum aut aſſeruatū, & quicquid eſt aſſiccatum aut ſine ſale inueteratum. τάριχος γαδειρικὸν, ſalſamētum Gaditanum pro obſonio in aqua intercute commendat Hippocr. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 200. 48. & p. 203. 22.) Ac τάριχος ibidem (p. 203. 25.) mugilis carnem inueteratam, aut ſale conditam & aſſiccatam ſignificat. Sic enim ſcribitur. μηδὲ κεστρέα, μηδὲ νεαρὸν, μηδὲ τάριχος. neq; mugilem comedat, neq; recentem, neque inueteratū, aut ſale conditū. Vbi tamē in quibuſdā codicib. manu ſcriptis ἱερὸν vitioſè ſcribitur. Etſi illîc τάριχος ſalſamentum ex piſcium carne capi poteſt. Verùm mugilem ſale conditi & aſſeruari, & veterem ſalitum inueterato magis commendari teſtatur Galenus lib. 3. de alim. Lib. de cap. vuln. (p. 450. 42.) de vlcere exitium denuociante & ſub mortem arido, ὡς φαίνεται ὥσπερ τάριχος, & carnem ſale maceratam ac reſiccatam refert. Idem etiam lib. 2. de Morb. (pag. 152. 13.) τάριχος effert. τάριχος ἐσθιέτω ὡς ἄριστον ἢ πιότατον. ſalſamentum optimum & pinguiſſimum edat. προταριχεύοντες ἀνθρώπους eſt inedia ante exiccare, præmacerare, & homines arefacere, quod faciebant Medici quidam Hippocr. tempore, qui ægros morborum initio aliquot diebus fame & inedia cruciabant. Lib. 1. de rat. vict. in morb. ac. (p. 57. 50.) βούλονται γὰρ ἅπαντες ὑπὸ τὰς ἀρχὰς τῶν νούσων προταριχεύσαντες τοὺς ἀνθρώπους, ἢ δύο, ἢ τρεῖς ἡμέρας, ἢ καὶ πλείονας, οὕτω προσφέρειν τὰ ῥοφήματα. Omnes enim ſub initia morborum, ægros duobus, aut tribus, aut etiam pluribus diebus inedia præmacerantes, ita ſorbitiones exhibere volunt. Quod imitatus Gal. ad diatritarios ſui temporis tranſtulit, lib. 8. Meth. med. (p. 123. 27.) ſcribens. ἡμεῖς δὲ κατὰ τὴν τετάρτην τῶν ἡμερῶν ἐν ᾗ πρῶτον ἐκεῖνοι προταριχεύσαντες τὸν ἄνθρωπον, ἄρχονται τρέφειν, ἡμεῖς ἤδη τὰ συνήθη τῶν ἔργων πράττειν ἐπιτρέπομεν. Atque ideo certe, quarto die, in quo illi hominem quem antè inedia exiccarunt, primùm nutrire occipiunt, nos ad conſueta munia dimittimus. Vbi προταριχεύειν de triduana fame vehementem ſiccitatem inducente intelligitur.

Ταρσὸς eſt poſt calcem pars pedis anterior, quæ inter talos eſt & plantam, prima planta dicitur Celſo, & manus καρπῷ reſpondet, qui eidem prima palmæ pars dicitur. Eſt autem pedis pars plana & lata, inter talum & plantam, oſſibus quatuor cōſtans, nempe tribus innominatis, & vno teſſerali, vt ſcribit Gal. lib. de oſſibus & lib. 3. de vſu part. cap. 8. ταρσὸν alii ſummum pedem dicunt, nos primam plantæ aut ſummi pedis partem, quæ ταρσὸς vocatur, vertimus, apud Hipp. lib. de fract. (p. 543. 29.) & Prorrh. 2. (p. 424.) ταρσὸς παντὸς τὸ πεπλατυσμένον, quicquid dilatatum eſt ſignificat Galeno in Exegeſi. Vnde etiam ταρσοὺς τὰ πλατύσματα τῶν κωπῶν dici ſcribit Euſtathius, hoc eſt, latiores remorum partes ordine diſpoſitas, quas palmulas aut palmas à manus ſimilitudine Latini dicunt, Feſto authore. Suidas ταρσὸν τὸ πλάτος τοῦ ποδὸς exponit. τὸ κάτω πλατὺ Euſtath.

Τὰ τῶν ὑποχωρημάτων ſunt exeuntia Hippocrati, & deiectiones, alui ſeceſſus, & egeſtiones ſignificant, eáque phraſi aluus fluxa aut ſoluta indicatur, & ad iudicationis ſolutionem optimè comparata, lib. 4. Epid. (p. 333. 26.) Sic lib. 1. Epid. (p. 304. 17.) πεπασμοὺς τῶν ὑποχωρημάτων, h. e. exeuntium concoctiones dixit.

Ταφικὴ σάρξ exponitur Erotiano apud Hippocr. vt pro σάρξ aut ἄσαρξ τις legerit.

Ταχὺ ταχέως, quod eſt, celeriter aut citò ſignificat. Interdū etiam pro πυκνῶς ponitur, quod crebrò aut frequenter indicat. Sic lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 84. 32.) ἐπαντλήσιας ταχείας ποιέεσθαι, h. e. celeres perfuſiones fieri vult, hoc eſt, πυκνὰς crebras & frequentes. συνηθέστατα enim (vt ſcribit ibi Gal.) παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἡ χρῆσις τῶν ὀνομάτων, τοῦ τε πυκνοῦ, καὶ τοῦ ταχέως, ἐστὶν ἵνα τὰς πυκνὰς ἐνεργείας ταχείας ὀνομάζουσιν. Horum nominum πυκνοῦ & τοῦ ταχέως vſus apud veteres confunditur. Interdumque πυκνὰς, hoc eſt, frequentes actiones, ταχείας, id eſt, celeres vocant. Τάχα pro ταχέως apud Hippocr. ſcriptum teſtatur Erotianus. Verùm ταχὺ aut ἐν τάχει, aut potiùs τάχα, (quemadmodum habēt exemplaria quædam) legendum puto. His enim vocibus interdum vtitur Hippocr. vt lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 251. 28. 29) ἐν τάχει ὑγιαίνει. citò ſaneſcit. Ετχειρ δὲ τὴν μαλθακὴν προσέχειν ἐν τάχει. Curationē autem citò adhibere oportet. Et ibidem (v. 30.) ταχὺ αὔξεται, καὶ σαπρὰ ταχὺ γίνεται. citò augentur [vlcera] citóque putrida euadunt. Et lib. 3. de Morb. (p. 159. 22. 37.) θνήσκει τάχα citò moritur, & τάχα ἀποθνήσκει, citò perit. Illîc enim τάχα ἀντὶ τοῦ ταχέως poſitum videtur, quod aliòqui Fortaſſis ſignificat. Ταχέως autem & βραδέως inter ſe opponuntur, vt aph. 18. lib. 2. ταχέως & βραδέως τρέφειν, & τὸ ταχέως τρέφειν opponit Gal. μετὰ πολλὸν χρόνον τῷ προσαχθῆναι τρέφειν κατὰ βραχὺ, quæ longo poſt aſſumptionem tempore paulatim nutriunt. Ταχέως ἀναπτύεσθαι τὸ πτύαλον, citò excreari ſputum oportere, dicitur in Progn. (p. 143. 27.) Vbi ταχέως morbi initia, aut cōiunctum actionibus tempus indicat, vt ſcribit Gal. In morbis enim thoracis ſputum ſtatim per initia apparere, ſalutare eſt.

Ταχυγλωσσότεροι προπετέες, qui petulanti & effrenata linguæ incōtinentia ac volubilitate ſunt præditi, quiq; effuſè verba profundunt, quales ebrii, iique in balbutientium numero recenſentur. lib. 4. Epid. (p. 333. 23.)

¶ Τέγξις exponitur Erotiano διάβρεξις, hoc eſt, madefactio, humectatio, vt & τέγγειν διαβρέχειν, quod eſt, madefacere, humectare, Galeno in Exeg. apud Hippocr. ex lib. de vlcer. (p. 512. 30.) τέγξις autem legitur aph. 25. ſect. 8. lib. 6.

lib. 6. Epid. eique ξηρότης id eſt ſiccitas opponitur. Et lib. de cap. vuln. (p. 449. 30.) ἔλαιος ἐλαίῳ τέγξας. Et lib. de vlceribus (p. 514. t 3.) οἴνῳ ἢ ἐλαίῳ τέγξας. Et (v. 30.) τοῖς ἐλαίοισι μὴ τέγγεσθαι.

Τεθηλέα χώματα ἔμελλε, vide in θάλλω antea.

Τέθηται poſitum videtur apud Hippocr. pro ἐπίθη ποτὲ, hoc eſt, aliquando poſitum fuit, aut depoſitum, vel pro ἐπίθη, vt τὸ vacet. Lib. 4. Epid. (p. 333. 32.) de excrementis quæ ſub dio aliquandiu expoſita fuerunt. Aut τέθηται ad ſequentia refertur, ad id quod ſuperne læue & tenue in deiectionibus poſitum erat.

Τενθρηνιώδης apud Hippocr. dicitur Cornario, antroſus, pertuſus & perforatus Caluo, lib. περὶ ἀδένων (p. 54. 28.) de pulmone. τεφρὸν χροιὴν ἴσχει, στίγμασιν ἐρφραγίσι κατεστιγμένος, φύσει ἐὼν τενθρηνιώδης. cinericium colorem nactus notis cauernoſis compunctus, & naturaliter perforatus. Sed certè mendoſum locum reor, & pro ἐρφραγίσι ἐρφνώδεσι leg. exiſtimo, & τενθρηνιώδης pro τεθρηνιώδης. Vt indicet pulmonem cinericii eſſe coloris, & notis obſcuris, hoc eſt, fuſci coloris, compunctum, naturâque teredinoſum, hoc eſt, foraminulentum & rarum. Eſt enim τενθρήνη inſectum aculeatum, veſpæ ſimile, quod τενθρηδὼν dicitur Ariſtoteli lib. 9. hiſt. anim. cap. 43. teredinem vertit Gaza. Vnde τενθρήνιον dicitur Ariſtoteli teredinum fauus, aut locus vbi fœtificat. Teredinarium Gaza doctrinæ præſcriptione apud omnes commendabilis appoſitiſſimè vertit. τενθρήνιον tamen vitiosè apud Ariſt. legitur. Τενθρήνιον, κηρίον exponit Heſychius, vt & τενθρηνιῶδες πολὺ ἢ κενὸν κηρίον, ἢ ἀραιόν. Etſi Heſychii lectionem ſuſpectam reddit Varinus, qui τενθρηνιῶδες κηρίον, ἄπολυ, ἢ κενὸν, καὶ ἀραιὸν exponit. Τενθρηνιώδης ergo pulmo dicetur veluti teredinoſus, perforatus ac pertuſus, aut naturâ rarus. Quemadmodum pulmonis carnem mollem, foraminulentam ac ſpirituoſam facit Gal. lib. 7. vſ. part. cap. 9. ad externum aërem concoquendum, vt familiare ſpiritui alimentum, & Plato in Timæo. Sic pulmonem ψαφαρὸν ἢ ξηρὸν φύσει eſſe dicit Hippocr. lib. de loc. in hom. (p. 68. a.) & τῇ φύσει ἀραιὸν ἐόντα, lib. περὶ ἱερῆς νούσ. (p. 65. x 5.) Aretæo quoque ὁ πνεύμων μανὸς ἢ πολύτρητος σπόγγοισι ἴκελος, hoc eſt, ratus & ſpongiæ ad inſtar foraminulentus ponitur cap. 11. lib. 1. περὶ αἰτίων ἢ σημείων χρον. παθ. Cornarius verò apud Hippocr. pro τενθρηνιώδης, ἀντρώδης mihi legiſſe videtur, cùm cauernoſum verterit. Vbi Aldinus codex φύσει ἐὼν τε θρηνιώδης legit. Quod certe ſuſpectam magis lectionem reddit, ac vt τενθρηνιώδης legẽdum exſtimem in animum induxit.

Τεινεσμὸς teneſmus dicitur, crebra & inanis deſidendi voluntas Plinio lib. 28. cap. 14. Dyſenteriæ affine eſt vitium, eamque ſæpe præcedit, & in eo pauca cruenta & mucoſa cum magna tenſione egerũtur, à qua nomen habet, vt ſcribit Galen. Com. ad aph. 27. lib. 7. ὀνομάζει δὲ τὸ πάθος ἀπὸ τοῦ πάσχειν φησὶ τὸ γινόμενον κατ' αὐτὸν, δι' ὃν ἢ προθυμίαι συχνῶς ἀποπατεῖν, ἐξανιστάμενοι συνεχῶς. Nomen autem accepit hic affectus (vt inquiunt) ab illa quæ in eo fit tenſione, ob quam cùm cacare vehementer expetant, continenter exurgunt. Actuario etiam τεινεσμὸς τὸ πάθος λέγεται. τῷ τὸ μόριον ὃ πάσχει ἀντιτείνεσθαί τι καὶ πρὸς ἔκκρισιν βιάζεσθαι. Teneſmus affectus hic nominatur, eo quòd locus affectus extenditur & ad excretionem vi cogitur, lib. 1. περὶ διαγ. παθ. cap. 41. Τεινεσμὸν δ' ἔξεστι apud Nicandrum Schol. exponit & ſuo tempore βιασμὸν dictum ſcribit in Alexiph. v. 182. Quò certè alludere videtur Gallicum vulgus cùm eum affectum à magna egerendi vi atque conatu [Eſpreintes] vocat. Verùm τεινεσμὸς apud Nicandrum atque eius Schol. ſcribitur. De Teneſmo agitur apud Paulum lib. 3. cap. 41. & Celſum lib. 4. cap. 18. τεινεσμώδεα dicuntur excrementa qualia in teneſmo egeruntur, hoc eſt, pauca, mucoſa & acria, ægr. 3. lib. 1. Epid. τεινεσμώδεις προθυμίαι ſunt promptæ & inanes egerendi voluntates, quales in teneſmo, Aretæo cap. 5. lib. 2. περὶ αἰτίων ἢ σημ. ὀξ. παθ. Τεινεσμὸν dyſenteriæ affinem facit Hippocr. lib. περὶ παθῶν (p. 184. t 8.) vt & Nicander Alexiph. (v. 182.)

Τέκμαρσις vox eſt Hippocrati vſurpata initio lib. de rat. vict. in morb. ac. quæ coniecturalem cognitionem & eam quæ per ſigna finita & neceſſaria fit coniecturam ſignificat, qualis eſt ſyllogiſtica, & à philoſophis celebratur ac Medicis vſurpatur. Ea γνῶσιν, διάγνωσιν, πρόγνωσιν & θεραπείαν continet. Eoque nomine tota ferè medendi artis complexio, quæ coniectura artificiali nititur, comprehenditur, vt ſatis hæc Hippocr. verba indicant lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 38. 6.) ὁκόσα δὲ ἐς τέκμαρσιν λέγονται ὡς χρὴ ἕκαστα ἰητρεύειν. Cùm autem ex cõiecturali cognitione ducatur quomodo ſingula curare oporteat. Rurſus ibidẽ, ἢ ἐπίσχεσιν ὅπως ἐόντα ἐς τέκμαρσιν. & quædam valde commoda ad coniecturalem cognitionem. Vbi τέκμαρσις dicitur Galeno ἡ διὰ τεκμηρίων γνῶσις, cognitio quæ fit per propriam cuiuſque rei notam, vel per neceſſaria & perpetua ſigna quæ ſyllogiſtica appellantur. τέκμαρσις σημείωσις exponit Erotiano apud Hippocr. per ſigna cognitio aut ſignificatio, his nimirum ſubindicatis locis, vt τέκμαρσιν & σημείωσιν apud Erot. leg. putem. Idem etiam Erotianus τέκμαρ ἢ τεκμήριον ἰδίως τὸ σημεῖον dici apud Hippocr. ſcribit, hoc eſt, propriè certum ſignum. Τέκμαρ verò etſi τὸ πέρας & τέλος exponitur Heſychio, & τὸ τέκμαρ ἢ πέρας ἐστὶν κατὰ τὴν ἀρχαίαν γλῶτταν vt ſcribit Ariſt. lib. 1. Rhetor. pro ſigno tamen apud Hippocr. ſumi poſſe videtur lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 269. 16.) ἄλλησι δὲ ἄλλο τι τέκμαρ ἴσχεται. verùm aliàs aliter quadam in parte ſignum habet. Videtur enim ſignificare illius morbi in plęriſque variare ſigna. Quidam tamen de fine intelligunt, vt ſit, aliàs aliter quadam in parte finis habet, vt quemadmodum vteri præfocationem in caput vergere ſcribit, ita & plæriſque in aliam quandam partem deſinere. Τεκμήριον verò ſæpe vſurpatur Hippocr. vt in Progn.

(p.165.18.)& lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p.6.41. & p.9.41.) Sic τεκμαίρεσθαι in Progn. (p.163.35.) & lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 86.21. & p.78.38.& p.101.5.) & aliàs ſæpe. Quid verò τεκμήριον & σημεῖον differant, docet Galen. Com. 3. in Progn. (p.165.) Et τεκμήριον veteribus dictum συλλογιστικὸν σημεῖον ſcribit idē Gal. Comment. 1. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (pagina 38.3.)

Τελέειν, conſumere, impendere aut conficere ſignificat, diciturque de cibis cùm inſumuntur, exhibentur, aut conficiuntur. τελέσασθαι, quod eſt, inſumere aut impendere, ex lib. περὶ τροφῆς expooit Gal. in Exeg. Quod legitur (pagina 184.20.) φιλέει δὲ ἡ νοῦσος αὕτη τὰ σιτία πλείω τελέειν. Solet autē hic morbus plures cibos conſumere, inſumere. expetere dixit Cornarius. Rurſusque (p. 186.46.) ἢ τὰ σιτία ἢ τὰ ποτὰ ἐλάσσω τελέειν, cibos & potiones pauciores conſumere. Et iterum (p.187.3.) ὁκόσοι σιτία ἱκανὰ οἷοί τέ εἰσι τελέειν, quicunque ſufficientes cibos conficere poſſunt, aut inſumere. Rurſusque ibidem (v.25.) βαρέα δὲ [τῶν σιτίων] ὅσα μέτρια πλεύμενα, ἢ ἐλάσσω τῶν μετρίων, πόνον ἢ πληρότητα παρέχει, ἢ μὴ τελέει, μηδὲ οἷόν τε ἐσθίειν ἢ πίνειν, μηδὲ πίνειν, ἀλλὰ πόνον παρέχει. Graues verò cibi ſunt, qui modicè vel intra modum ſumpti, repletionem & dolorem inferunt, quique neque confici, neque edi aut bibi queunt, verùm dolorem exhibent. Et iterum (p.189.19.) ἐὰν μὴ τὰ εἰωθότα τελέῃ, niſi ſolito more (cibos) confecerit. τὸ τέλειον, perfectum dicitur, cui nulla propria actio deeſt. Sic enim Galeno deſcribitur lib. περὶ μαρασμοῦ (p. 375.13.) ἔστι δὲ δή που τὸ τέλειον οὗ μηδεμία τῶν οἰκείων ἐνεργειῶν ἀπολείπεται. Qua notione τέλειον νόσημα magnus morbus & perfectus dicitur Prorrh. 2. (pag. 422.32.) ἡ τελεωτάτη ἀδικία, ſumma iniuſtitia apud Platonem lib. 1. de repub.

Τελέθει, exiſtit, adeſt, oritur, fit, ſignificat apud Hippocr. vt lib 2. de Morb. (pag 140.49.) καὶ ἄυπνος τελέθει, & ſomni expers exiſtit. Rurſusque (p.144.40.) ἢ ἱδρὼς ἐξαπίνης καινὸς τελέθει, & nouus ſudor de repente oritur. Et lib. 3. de Morb. (p.158.17.) ἢ ἀδύνατος τελέθει, & debilis exiſtit. Heſychius τελέθει, γίνεται, ἐστι, πλήθεται exponit. Eſt autem verbum poeticum.

Τελευτᾶν, finem aut exitū afferre, ad finem perducere ſignificat interdum, quomodo ſumi poteſt apud Hippocr. lib. 7. Epid. (p.361.7.) ἢ ἑτέρῳ αὐτῶν κατὰ ἧπαρ ἀπὸ φρενὸς ὑποχόνδριον φῦμα ἐτελεύτησεν. eique alterum iuxta iecur ad præcordia obortum tuberculum exitum attulit. Poteſt & dici, tuberculū hūc habuit exitum.

Τελματώδεα dicuntur apud Hippocr. lib. περὶ ἀδένων (p.56.39.) vliginoſæ corporis partes, cœnoſæ & humectæ, quæq; ſuperfluā humorū copiam recipiūt, tranſlatione ſumpta ab vliginoſis & humectis terræ locis. ὅπη ἐστὶ τελματώδεα, ἐκεῖ ἢ ἀδένες. Quare vbi vliginoſæ corporis partes, ibi & glandulæ ſunt. Eam verò tranſlationem ſic paulò poſt indicat. ἢ γὰρ ἐν τοῖσι τέλμασι τῆς γῆς ἢ ἐνδύχοισιν, ἡ φύεται τὸ αἴτημα. Etenim vliginoſis terræ locis & humectis, ſemen non naſcitur. Eſt autem τέλμα τόπος πηλώδης ὕδωρ ἔχων, locus cœnoſus & lutoſus. E Heſychio τέλματα τὰ πηλώδη ἢ πλαυσιμαῖα τοῦ ὕδατος exponuntur.

Τέλσον πέρας ἢ ἔσχατον, finem & extremum exponit Gal. apud Hippocr. τέλσον πέρας ἢ ὅριον ſignificare ſcribit Heſychius. Vox eſt Homero familiaris & ea τέλος per metatheſin addito σ facta creditur. Ac forte pro τέλσον ponitur quod τὸ τέλος ἢ πέρας exponitur Heſychio. Eſt autem τέλος finis, nihil aliud quàm propoſiti conſecutio. Sic enim ſcribit Gal. lib. ad Thraſybulum num ſanitas ad medic. &c. (p. 590. 28.) ἡ μὲν οὐδὲ τέλος ἄλλο ἢ τοῦ ἀγαθοῦ τὸν ἐπιτυχεῖν δεῖ τοῦ σκοποῦ. Neque tamen aliud finis quàm propoſiti conſecutio.

Τέμαχος, εος, τὸ, fruſtum ſectione ablatum ſignificat aut tomaculum, idemque quod τόμος, ſed præcipuè de piſcium fruſtis & fragmentis dicitur, vt ſcribit Ariſtoph. Schol. in Pluto (p.80) ἐπὶ ἰχθύων τὸ τέμαχος, ἢ ἐπὶ πλακοῦντος, ἐπὶ δὲ κρεῶν οὐκέτι. Ita vt τέμαχος de piſcium aut placentæ fruſtis dicatur, de carnibus non itē. Idem in Ranis (p. 151.) τεμάχη τὰ τμήματα τῶν ἰχθύων exponit, & in Equitibus (p. 205.) τεμάχη ἰχθύων. ἰδίως δὲ τεμαχίτας ἰχθῦς, τοὺς μεγάλους ἢ ταριχευομένους. Sic τεμάχιον diminutiuè fruſtulum aut ſegmentum dicitur. Lib. περὶ παθῶν apud Hippocrat. (p.186.32.) τέμαχος ἑφθὸν pro piſcis cocti fruſtulo ſumitur aut ſale cōditi. Sic rurſus ibidem (v.36) θαλασσίων τεμάχεα ἑφθὰ ἐν ὑποτρίμματι. marinorum & grandiorum piſcium ſale conditorum fruſta in intrito cocta. Et lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 195. 22.) τέμαχος ναρκῆς, torpedinis fruſtulum. Et rurſus ibidem (p. 211.8.) ῥίνης τέμαχος ἑφθὸν ἐν ὑποτρίμματι, ſquatinæ fruſtum cum condimentis coctum.

Τένοντες tendones aut tendines dicuntur, eoque nomine donare ſolet Hippocr. eos muſculorum fines quas diſſectionis periti ἀπονευρώσεις, hoc eſt, proneruationes vocant, vt ſcribit Gal. Com. 2 in lib. de art. (pag.600.13.) Tendunes aut chordas dicimus, Celſus Grę cum nomen retinet & tenontas vocat, interdumque neruorum nomine comprehēdit. Gal. quoque Com. 3. in lib. de fract. (p. 574.12.) τένοντας dici ſcribit τὰς ἀπονευρώσεις Hippocrati, hoc eſt, neruoſas muſculorum partes, aut extremos muſculos cùm in neruos degenerant, velut tendo poplitis, qui exteriore parte genu articulum firmat, ac ne in eam partem excidat prohibet, ortumque à ſura ducit. Conſtant autem tendones fibris neruorum & ligamentorum in vnum coeūtibus, mixtamque habent ex neruis & ligamentis naturam, iiſque in finem muſculi inſertis, omnis motus voluntarius obitur. Τένοντες tamen aliquando propriè pro neruis illis maioribus ſumuntur & tendonibus qui ſunt in ea ceruicis parte quâ capiti colligatur, & quorum opera mouetur: Vt apud Hippocr. lib. 7. Epid. (p. 364.32.) ἢ ξυνέβαινε ἢ σκληρότης ἀμφὶ τοὺς τένοντας, ceruicis nerui maiores (tenontas appellant) contendebantur &

circum

circum dureſcebant. Sic enim Cælius Aurelianus cap. 6. lib. 3. Acut. de emproſthotono & opiſthotono agens, de iis ſcribit: neruorum maiorum (quos tenontas vocant) lenis tenſio & durities. Quod etiam ſcribit Iſagoges author (p. 376. 3.) his verbis: τὰ τοῦ τραχήλου τὰ μὲν ὀπισθίδια τένοντες ὀνομάζονται. Ceruicis partes quidē poſteriores ꝓpriè tēdines nominantur. Et Rufus Epheſius (p. 21.) τένοντας nominari ſcribit τὰ ὄπισθεν τοῦ τραχήλου. Et rurſus (p. 32.) τένοντας vocat τοὺς ἐν τοῖς αὐχέσιν ἐκφύσεις. Sic quoque apud Homerum τένοντε peculiariter dicuntur duo illi ceruicis nerui maiores quibus vertebræ circumaguntur, vt Il. ε. ῥῆξεν δ' ἀπὸ ἄμφω τένοντε. Et Il. ξ. non procul à fine. ἀπὸ δ' ἄμφω κέρσε τένοντε. Aliquando verò idem αὐχένιος τένοντας diſcriminis cauſa vocat. vt Odyſſ. γ. πέλεκυς δ' ἀπέκοψε τένοντας αὐχενίους. Sic quoque ſynecdochicôs pro ipſa ceruice ſumi videntur apud Lucianum; de Micyllo inſidente tyranni humeris, in hoc ſenario: καὶ τοὺς τένοντας τοῦ τυράννου καλόπτε, preme ceruicem tyranni. At verò non tantùm ceruici, ſed & brachiis & cruribus τένοντες tribuuntur Homero Il. υ. ἵνα τε ξυνέχουσι τένοντες ἀγκῶνος. vbi τένοντες cubiti committuntur. Et Il. ρ. Ἀντικρὺ δ' πλατεῖαν ... σφυρὸν ἀμφὶ τένοντας. Et Il. χ. Ἀμφοτέρων μετόπισθε ποδῶν τέτρηνε τένοντε, ἐς σφυρὸν ἐκ πτέρνης. Eodem modo Rufo Epheſio (p. 32.) τένοντες dicuntur τὰ εἰς τὴν πτέρναν ἀπὸ τῶν μυῶν ἐκφυόμενα, quemadmodum & Pollux τένοντα vocari ſcribit τὸ πλατὺ νεῦρον ὃ κατὰ τὴν πτέρναν καθήκει. ἀπὸ ἰγνύος ἀρξάμενον, neruum illum latum qui à poplite ad calcem vſque tendit.

Τέρθρον antemo dicitur, & funis quo vtrinque velum trahitur, propriè antennæ ſummum extremumque iugum. Vnde qui ad extremos veli fines tendunt rudentes, τέρθριοι dicuntur. Heſychio τέρθροι ὁ λεγόμενος ἀρτέμων exponitur, hoc eſt, artemo dictus, ἢ οἱ δὲ τὸ ἄκρον τοῦ κέρως, καὶ στέγη οἰκίας, ἄλλοι δὲ τὸ ἔσχατον καὶ ὑψηλόν. Quibuſdam antennæ ſummum & extremū iugum (antennæ cornua dixit Virgilius) & domus tectum, quibuſdam etiam extremū & ſummum. Sudas τέρθρον exponit χωρίον τι ἐν ταῖς ναυσὶν λεπτόν. Et Varinus χωρίον τι τῆς νεὼς λεπτὸν ἢ τέρθρον. Additque quibuſdam ſic dici τὸ ἄκρον τῶν πραγμάτων ... ἀφ' οὗ ἤρτηται τὸ ἱστίον ἡ κεραία. Vnde τερθρεία ἡ λεπτολογία καὶ φλυαρία, nimia in verbis argutia & curioſa ſubtilitas. Galenus in Exeg. τέρθρον explicans, κυρίως μὲν οὕτως ὀνομάζεται τὸ ἄκρον τῆς κεραίας, καὶ τέρθριοι οἱ κάλοι ἐντεῦθεν, ἐπὶ τὰ ἄκρα τοῦ ἱστίου καθήκοντες. ὁ δ' Ἱπποκράτης ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν γυναικείων, ἐπὴν ἐνταῦθα, φησί, τὸ τέρθρον ᾖ τοῦ πάθους, ὡς ἴσον τῷ, τὸ ἄκρον καὶ ... ἐπιμελείας μάλιστα δεόμενον. Quod eſt; τέρθρον propriè quidem vocatur ſumma antennæ pars & extrema, & τέρθριοι inde rudentes ad ſummam veli partem tendentes. Hippocrates verò lib. 2. de Morb. mulieb. vbi ait, poſtquam hîc τέρθρον morbi fuerit, idem eſt ac ſi diceret extremū & ſummum morbi, quodque præcipuè curatione indiget. Quib' verbis metaphoricè ab Hippocr. τὸ τοῦ νόσου τέρθρον dicitur, cùm morbus in præcipiti ſtat præ-

ſensque remedium poſtulat. Hippocratis autem locus quem diſertis verbis Galenus & Erotianus ſubindicant, legitur lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 269. 28.) Sed vitioſè noſtris in omnibus exemplaribus τὸ στερεὸν pro τέρθρον ſcribitur, non ſine inſigni vitio. Nam etſi firmitas & ſoliditas morbi ſignificatur, elegantis tamen tranſlationis vſus eluditur. Erotianus quoque hunc locum ſubindicans, τὸ τέρθρον τοῦ πάθους, ἀντὶ τοῦ τὸ τέλος poni ſcribit, additque, τέρθρον γὰρ ἔλεγον οἱ παλαιοί, τὸ ἔσχατον καὶ ἐπὶ τέλει, quod Euripidis & Apollodori citato teſtimonio probat. Sic certè huic dictioni verè Hippocraticæ, & quam velut ſubobſcuram & ab interpretibus neglectam idem Erotianus in proœmio conqueritur, ſuus priſtinus nitor reſtituitur. Eoque ſanè pertinere videtur ad Hippocr. mentem explicandam, quòd Heſychius τέρθρον τὸ ἔσχατον καὶ ὑψηλὸν quibuſdam ſignificare ſcribit. His enim verbis Hippocratis locum ſubindicare & explicare mihi videtur. Etſi apud eundem τέρθροι, non τέρθριοι; vt Galeno, rudentes ad extremos veli fines pertinentes dicuntur. Erotianus autem τερθρεία dici ſcribit κάλως τοὺς ἐπὶ τέλει τοῦ ἱστοῦ, etſi τερθρείους κάλως apud eum quidam legunt. Sed cùm aptè ſuo loco poſita & reſtituta Hipp. dictio videatur, certè ad Hippocr. mentem Galeni explicatio, qua morbi præcipitium & ſummus vigor in quo præſens remedium poſtulatur, indicatur, mihi aptiùs conuenire videtur, quàm Erotiani expoſitio, qua finis ac veluti ſeneſcentis morbi remiſſio ſignificatur. Illîc enim agitur de adhibendo præſenti remedio, vbi vteri ſurſum ad præcordia allapſi ſtrangulatum attulerint, tum etiam vomitum acrem ac feruidum, capitis & colli extremum dolorem induxerint.

Τερηδὼν caries in capitis oſſe dicitur lib. 2. de Morb. (p. 141. 21. & p. 145. 25.) τερηδὼν authori Definit. Med. (p. 401. 2.) ἐστὶν ὀστοῦ κατάτρησις ἀπὸ φθορᾶς. τὸ δὲ ὄνομα τῷ πάθει ἀπὸ τῶν συμβεβηκότων πραγμάτων, οἱονεὶ τις τερηδὼν οὖσα. Teredo eſt oſſis pertuſio ex corruptela cōtingens. Nomen autem ſortita eſt hæc affectio à foraminibus quæ in ea accidunt, quaſi perforatio quędā ſit. τερηδὼν exponitur Heſychio σκώληξ οἰκῶν ἐν ξύλῳ, vermis in ligno habitans. Et Sudæ σκώληξ ξυλοτρώκτης οἰκῶν ἐν ξύλῳ.

Τέρμινθοι exponuntur Galeno in Exeg. οἱ τῷ τοῦ τερμίνθου καρπῷ παραπλήσιοι κατὰ τὸ δέρμα συνιστάμενοι παρὰ φύσιν ὄγκοι, tumores præter naturam in cute conſiſtentes terebinthi fructui non abſimiles. Quibus verbis ſubindicare mihi videtur Gal. locum lib. 2. Epid. (pag. 312. 49.) κἄπειτα ἐν κνήμῃ τέρμινθοι ἐγένοντο, eique poſtea terminthi in tibia coacti ſunt. Sic enim Gręcūm nomen illîc retinuimus & locum ex Exegeſi ſubindicauimus. Eam etiā dictionem vſurpat Hippocr. lib. περὶ χυμῶν (p. 117. 28.) ὑπὸ τερμίνθοισιν ἁλίσκονται, neque terminthis corripiuntur. Quæ verba repetuntur aph. 28. ſect. 3. lib. 6. Epid. Vbi ſcribit Galen. καὶ τὸ τῶν τερμίνθων δ' ὄνομα μαλάσσει [illegible] ἐκφυμάτων ἐν ταῖς κνήμαις μάλιστα γινομένων [illegible]

κατὰ χρῶμα, καὶ σχῆμα, καὶ μέγεθος ὁμοιότητος τῷ καρπῷ τῆς τερμίνθου λεγτέος. Et Terminthorum nomen nigra quædam tubercula, præſertim in tibiis enaſcentia indicat, origioem ducens à figuræ, coloris & magnitudinis ſimilitudine, quá cum terebinthi fructu habet. Commentarius in lib. 3. de humoribus Galeno attributus Terminthos eſſe ſcribit eminentias in cute conſiſteotes, rotundas, colore ex nigro & viridi, terebinthi fructui ſimiles. Quæ expoſitio ex Dioſcoride Alexádrino ſumpta videt', quá his verbis adſcribit Paul' lib. 4. cap. 24. Διοσκορίδης δὲ ὁ Ἀλεξανδρεύς φησι, τερμίνθους εἶναι ὑπεροχὰς ἐπὶ τῆς χρωτὸς στρογγύλας, μελανοχλώρους, ἐοικυίας τερμίνθου καρποῖς. Dioſcorides autem Alexandrinus dicit Terminthos eſſe cutis excreſcentias, rotundas, ex nigro virides, terebinthi fructibus ſimiles. Quibus in verbis τερμίνθοι potiùs quàm τερέβινθοι legerim. Quibuſdam τέρμινθός ἐστι· ἀπόστημα περὶ τὴν ἐπιφάνειαν γενόμενον μετὰ φλυκταινώσεως, ἧς ῥαγείσης ἰχῶρ λεπτὸς ἀπορρεῖ, ἡ δὲ ὑποκειμένη σὰρξ κατατετρημένη φαίνεται. Terminthus abſceſſus eſt in ſuperficie ſubortus cum puſtula, qua rupta tenuis ſanies effluit, ſubiecta verò caro foraminibus pertuſa apparet. Quod ſumptum eſt ex Scholio quod in Hippocratis codicibus Regiis adſcripto, & ad Oribaſii expoſitionem ex lib. 7. Synopſ. cap. 36. proximè accedit, quam his etiam verbis adſcribit Paulus: ὁ μὲν Ὀριβάσιος φύματος εἶδος φησὶ τὴν τέρμινθον, ἐπὶ κορυφῆς δὲ αὐτοῦ φλύκταιναν μέλαιναν, ἧς ἀπορραγείσης τὸ ὑποκείμενον ὅμοιον ἀποπεπρισμένῃ φαίνεται. Oribaſius recte Terminthum tuberculi ſpeciem eſſe dicit, in cuius ſummo puſtula nigra inſideat, qua rupta quod ſubiacet deſquamatis ſimile apparet. Eſt & τέρμινθος Polluci lib. 4. cap. 25. φῦμα φλύκταιναν ἔχον, tuberculum habens puſtulam. De Terminotho etiam agit Aëtius lib. 2. tetrab. 4. cap. 63. Termiothos poſtulas carnem forantes apud Hippocr. vertit Calvus. Eam verò dictionem vt verè Hippocraticam agnoſcit Erotianus in Prooemio, & τὰς τερμίνθους inter dictiones ab Interpretibus omiſſas recenſet. verùm τὰς τερμίνθους legendum puto.

Τέρσεσθαι eſt ſiccari, areſcere aut areſieri. Lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 236. 23.) ὅταν ἐν ἡλίῳ τερσῶνται, cùm in Sole ſiccata fuerint. τέρσεται, ξηραίνεται ὑπὸ ἡλίου exponit Heſychius.

Τέτανος diſtentio dicitur, eſtq; æqualis & perpetua totius corporis conuulſio, & conuulſionis ſpecies, vt ſcribit Galen. Com. ad aph. 57. lib. 4. ἔστι μὲν δήπου καὶ ὁ τέτανος σπασμός, ἀλλ' οὐ φαίνεται σπώμενα τὰ μόρια κατ' αὐτόν, διὰ τὸ κατ' ἴσον ἐντείνεσθαι καὶ ἀντιτείνεσθαι, καὶ διὰ τὸ ἐξαίρετον ἐστιν ὄνομα τέτανος. ὡς εἶναι πάντας τοὺς σπασμοὺς, ὀπισθότονον, ἐμπροσθότονον, τέτανον. Eſt quidem τέτανος, hoc eſt, diſteotio, conuulſio, verùm in ipſa non apparent partes conuulſæ, quoniam æqualiter ante & retro tenduntur: atque ideo præcipuum nomen eſt τέτανος. Ita vt omnes cõuulſiones ſiot numero tres, ὀπισθότονος teoſio ad poſteriora, ἐμπροσθότονος, tenſio ad anteriora, & τέτανος, id eſt, æqualis diſtenſio. Eaſdemq; conuulſionis ſpecies facit Gal. lib. de Tremore palp. (p. 373. 20.) & Aretæus cap. 6. lib. 1. περὶ ὀξ. παθ. Vbi τέτανον eſſe ſcribit, ὅταν ἀμφοτέρας ἀκλινὴς ὁ ἄνθρωπος καὶ ἀκαμπὴς ἐντέταται, cùm neutram in partem homo detortus atque inflexibilis diſtenditur. Gal. lib. 1. de motu muſculorum cap. 8. ἐν ἀλλοκότῳ τετάνῳ, ὅταν οἱ μύες οἱ περὶ τὰ ἀντιτεταγμένα μόνον ἀμφότεροι ἀνταγωνιζόμενοι τείνωσι τὰ μόρια. Aliud nibil eſt tetanus quàm cùm partes inuicem in contraria retrahuntur à muſculis oppoſitis. τέτανος diſtentio dicitur Cælio Aureliano cap. 6. lib. 3. acut. Celſo verò interdum rigor. vt cap. 1. lib. 2. ex aph. 17. & 20. lib. 5. & cap. 7. lib. 2. ex aph. 65. lib. 5. interdum etiam neruorum rigor, vt cap. eodem ex aph. 13. lib. 7. & cap. 8. lib. 2. ex aph. 57. lib. 4. Neq; male rigor dicitur, cùm in eo æqualiter anteriores & poſteriores corporis partes diſtendantur. Rigere nanq; Latini dicunt ea quę diſtendũtur, vt apud Horatium lib. epodon. Ode 8. parum pudico verſu. Illiterati num minus nerui rigent? De Tetano agitur apud Hippocr. multis locis, præcipuè verò lib. 3. de Morb. (p. 161. 3.) & lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 212. 22.) & lib. περὶ κρισίμων (p. 388. 40.)

Τεταίρονται Gal. in Exeg. exponit τεταίνονται, dilatatæ ſunt aut extenſæ, vt de venis dicatur, quemadmodum ea poſuimus antea in ἐκτεταίρονται, & locum Hippocr. ſubindicauimus.

Τετηκότες χρόνῳ, longo tempore conſumpti, extenuati, qui diutiùs morbum trahunt, Coac. Prænot. (p. 444. 33.)

Τετράγωνον medicamentũ videtur eſſe apud Hippocr. quo caput purgat lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 209. 14.) καὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῷ καθαίρειν τῷ τετραγώνῳ, eiusq; caput tetragono medicamẽto purgato. Ruſusq; ibid. (p. 211. 2.) καὶ τὴν κεφαλὴν καθαίρειν τῷ τετραγώνῳ, & caput tetragono purgato. Hoc verò mihi exponere videtur Gal. in Exeg. cùm ſcribit, τετράγωνον ἔνιοι μὲν τὰς πλάκας νομίζουσι κατὰ τὸ στίμμι πλάκας, ἔνιοι δὲ αὐτὸ τὸ στίμμι. Quibus verbis innuit quoſdam per Tetragonum intelligere cruſtas quæ circa ſtibium reperiuntur, quoſdam etiam ipſum ſtibium. Idem τετράγωνα βέλη apud Hippocr. exponit, τὰ τέσσαρας ἔχοντα γλωχῖνας, quadrágula ſpicula, ſagittas quatuor habẽtes cuſpides.

Τεθρεμμένον πτυέλα, quod eſt concretũ, exponit Erotianus apud Hippocr. additq; θρέψαι γὰρ ἀττικοὶ τὸ πῆξαι λέγουσι, ὡς τρέφαλιν τὸ πτυέλον πηκτόν. Ex quibus apparet τεθρεμμένον & θρέψαι legi debere apud Erotianum, velut à τρέφω & θρέψαι deductum. τρέφεσθαι enim τὸ πήγνυσθαι ſignificat, quod eſt, concreſcere, cogi, coagulari. vnde θρομβώδης, τὸ ἔχον ἐμφερόμενα ἕνα πεπηγότα apud Hippocr. exponit Gal. vt ſcribemus poſtea. θρέψαι etiam (ſcribit Euſtath.) non ſolùm θρεψαι ὄντως καὶ αὔξησαι ſignificat, ſed etiam πῆξαι. Sunt tamen qui Erotiani lectionem magis amplectantur.

Τετρεμαίνειν idem quod τρέμειν & ab eo deductũ per ἀναδιπλασιασμόν, tremere ſignificat. Verbum eſt poëticum quo vtitur Hippocr. lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 282. 21.) τὰ ἄκρα ψύχεται καὶ τετρεμαίνει, extrema perfrigerantur & tremunt. Vbi

τετρεμαίνῃ

τετριμμαίνῃ videtur legiſſe Gal. Sic enim τετριμμαίνῃ, τρίψας exponit in Exeg. Aut certe ibidem (pag. 276. 20.) pro ἡ τετριμμένη quod vitioſè legitur, ἡ τετριμμαίνῃ legendum. Eidem etiam τίτθυμος τρόμος ῥιγώδης exponitur apud Hipp: tremor cũ rigore. Erot. verò τίτθυμος ὁ τρόμος.

Τεῦχος, ἄγγος, σκεῦος, exponit Heſychius, vas, alueum. Pro toto autem corpore ſumitur apud Hippocr. aph. 5. ſect. 2. lib. 6. Epid. Vbi ſcribit Gal. τεῦχος μὲν ἀκούειν δεῖν ὅλον τὸ σῶμα. per τεῦχος totum quidem corpus inaudire oportet. At Erotianus, hoc certe ſubindicato loco apud Hippocr. ſcribit, τεῦχος, τὸ ἀγγεῖον ἀκούειν τὸ περιέχον τὰς σάρκας καὶ τὰ νεῦρα. δέρμα δὲ τὸ κάλυμμα τοῦ τεύχους ὀνομάζει. Τεῦχος vaſculum obaudiendum quo carnes & nerui continẽtur. Cutis verò vaſis integumentum appellandum. Vaſculum verò maximè indicat lib. περὶ ἀφόρων (p. 294. 26.) ταύτην περιθεῖναι ἐς τεῦχος, οἴνου ἐμπλήσας τὸ τεῦχος. hanc (cucurbitam) vaſi circumponito, vaſe vino impleto. τεύχεα vſurpat Hippocrat. lib. de loc. in hom. (p. 63. 36. p. 66. 37. & p. 69. 47.)

Τέως apud Hippocr. tunc, interim, interea, quãdiu ſignificat, vt lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 279. 31.) ἢν δὲ ταῦτα μὴ καθαίρῃ, τέως πολλῷ περιφρονήσας τέως τὸ ξὺν τῇ βουπρήστει. Quòd ſi iſta non purgarint, tunc cum multa mentis reputatione medicamentum quod cum bupreſti paratur apponito. aut; cum multa conſideratione interim quod cum bupreſti paratur apponito. Sic lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 202. 21.) τέως ἐν ἀσφαλείῃ. donec in tuto ſit. aut, vt tum ſecurum fore ægrum polliceatur. vt τέως τηνικαῦτα ſignificet, vbi Cornarius πρότερον ſumpſit & antea dixit. Lib. 1. de Morb. (p. 135. 28.) τέως μὲν ἂν ἔχῃ τὸ ἕλκος ἔξω ἀναπνοὴν quandiu quidem vlcus foras reſpirat. Et lib. 3. περὶ διαίτης (p. 106. 7.) ἐνδιατριβέτω δὲ τέως τὸν πλεῖστον χρόνον. interea plurimùm commoretur. Ac rurſus lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 201. 7.) οὗτος τέως μὲν ἂν βαδίζῃ. Hic interea dum inambulat. Et lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 281. 11.) τέως ἂν οὕτως ἔχῃ. quandiu ſic habet. Lib. περὶ σαρκῶν vulgo inſcripto (p. 41. 34.) καὶ τέως μὲν ἂν θερμὸν ᾖ. & quandiu quidem calidus fuerit. τέως Galen. in Exeg. τὸ ἕως, καὶ τὸ τηνικαῦτα, καὶ τὸ πρότερον, apud Hippocr. exponit. Quas ſignificationes complectitur Heſychius, additque μέχρι, ἢ πρὸς τὸ παρόν, ἢ ὅμως, ἢ πω, ἢ ἐν τούτῳ. At lib. περὶ σαρκῶν (p. 41. 37.) pro ὡς poſitum videtur τότε δὲ εἴκοσι ταῖς ἐπὶ δέκα, τέως ἀποδείξω. Sed huius rei gratia longior tum vt oſtendam. Et rurſus ibidem (p. 42. 19.) τέως ἂν καὶ ὁ ἄνθρωπος ὅλος αὐξάνηται, donec homo integer increſcat. vbi τέως ἕως ſignificare videt.

¶ Τήκεσθαι contabeſcere & liqueſcere ſignificat, interdum etiam emolliri, reſolui, diſſipari, ſolui, vt de puſtulis effertur quæ contabuerunt, h. e. ſolutæ ſunt aut diſſipatæ, lib. 4. Epid. (p. 332. 10.) τὰ ἐξανθήματα ἐξετάκη οὐ παντελῶς. puſtulæ non omninò ſolutæ ſunt aut diſſipatæ. Sic τήκειν αὐτὰ τῆς μαλάξιος apud Theonem Gymnaſten poſitum ſcribit Gal. lib. 2. ſalub. (p. 235. 1.) idemque τὸ κενοῦν καὶ λύειν ſignificare ſcribit.

Τηκτὰ ὕδατα, aquæ eliquatæ, aut liquatæ & molles dicuntur apud Hipp. aut quæ facilè in corpore reſoluuntur aut concoquuntur, neque in hypochondriis hærent aut negotiũ faceſſunt. Lib. de aëre, loc. & aq. (p. 455. 2.) ὁκόσα γὰρ ὕδατα ἑψεῖται ἄριστα καὶ τηκτότατα: Quæcunq; enim aquæ coquendo optimæ ſunt & facilè liqueſcunt, h. e. reſoluuntur, emolliũtur aut cõcoquuntur. Vbi Zuinggerus τακερώτατα legit, & aquas ad emolliendũ & eliquãdum maximè opportunas ſumit, h. e. quæ ad quæuis eliquãda & maceranda cõferant. Verùm nõ parum mihi ſuſpecta eſt lectio, cùm in publicatis exemplarib. καὶ τακερώτατα vitioſè legatur. Ex quib. in ſuſpicionẽ venio τακερώτατα legi debere, vt aquæ molles ac veluti coctione liquatæ ac emollitæ dicantur, quæ facilè concoquantur aut reſoluãtur, velut τακερὸν delicatũ ac tenerum indicat, & coctione eliquatũ ac maceratũ. Eamq; lectionẽ magis confirmat quod bis aquis poſtea τὰ ἀτέραμνα καὶ σκληρά, h. e. crudas & duras aquas opponit Hippocr. Verùm τηκτότατα, aut τήκεσθαι κεραμέοτατα videtur legiſſe Cornarius.

Τηλέφιον exponit Gal. in Exeg. apud Hippocr. εἶδος βοτάνης, ὅπερ καὶ ἀείζωον ἄγριον, καὶ οἱ ἀνδράχνην ἀγρίαν ὀνομάζουσι, Ῥωμαῖοι δὲ ἰλλεκέβραν. herba ſpeciem quam agreſte ſemperuiuum, & portulacam agreſtem nominãt. Latini verò illecebram, Heſychius vero πλάτιλον ſcribit, & vocari ἀείζωον ἄγριον. Vſurpatur autem Hippocrati lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 287. 21.) & lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pagina 220. 48.)

Τηλοτέρω, μακροτέρω, longiori exponit Erotianus apud Hippocr. ex τηλόθι aut τηλόθεν, quod procul, aut eminus ſignificat.

Τηλὸν ἐν τῷ ἀλεύρῳ βοτάνην ῥοφέοντα, exponit Gal. in Exeg. ex Hippocrate, & ſcribit, τὴν λινόζωστιν ἴσως λέγει, ἐπειδὴ καὶ ἀλλαχοῦ ἴση, ῥοφήματα δὲ λινόζωστιν. Quod intelligi vult de mercuriale in polenta aut polline ſorbitione ſumpta. Locus autem eſt lib. 7. Epid. (p. 352. 38.) ex quo apud Gal. ῥοφέοντα legẽdum apparet, vt & alter ibidem legitur (p. 353. 25.) ex quo etiam ῥοφέοντι apud Gal. reponẽdum videtur. Ac niſi Galeni authoritas intercederet, cùm herbã ſine nomine ſorbitione in dyſenteria adbibeat Hippocrat. aliquid eorum quæ in eiuſmodi morbo exhiberi ſolent intelligendum videretur, velut argallici radicem (ſymphytũ vocãt) in dyſenteria ſolẽniter propinat Aurelianus, vt ſcripſimus noſtris in eum locum Hippocr. Annotat.

¶ Τίθεσθαι & τεθεῖσθαι de vrinis aut deiectionibus ad reſidentiam depoſitis, aut in matula reſeruatis effertur Hippocrati, velut κεῖσθαι ſæpe, vt antea in κείμενα adſcripſimus. In Coac. Prænot. (p. 444. 1.) τὸ δὲ ὑγρὸν ἐν τῷ τεθεῖσθαι λαβὸν ἐρυθρόν. Liquida autẽ deiectio, quæ vbi depoſita fuit ruborem adepta eſt, aut vbi reſedit. Sic lib. 2. Epid. (p. 314. 26.) ἵζοντα ἔστιν ὅτε καὶ ὑφιστάμενα τεθέντα. quæ interdum depoſita ſubſidabant. Quod de alui excrementis ſub dio depoſitis & reſeruatis dicitur.

Τίκτειν non ſolùm parere, ſed & procreare, gi-

gnere aut generare ſignificat atq; etiam concipere apud Hippocr. vt lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 218. 11.) ἢν γυναῖκα μὴ δυναμένην, τεκεῖν ἐθέλῃς. Si mulierẽ aliôqui impotentẽ, puerperá efficere velis. Quod ibid. (p. 229. 43.) dicitur, ἢν γυναῖκα μὴ δυναμένην τεκεῖν, κυῖσκειν θέλῃς. Si mulierẽ parere nequeuntẽ, prægnantẽ efficere velis. Et lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 239. 16.) ἢν γυναῖκα μὴ δυναμένην, ἐγκύμονα ἐθέλῃς γίγνεσθαι. Si mulierem aliôqui impotentem, prægnantẽ reddere velis. Vbi τεκεῖν idem φ κυΐσκειν aut ξυλλαβεῖν indicat, vt postea ibidem (v. 21.) Quod lib. περὶ ἀφόρων integrè legit (p. 295. 13.) ἢν γυναῖκα μὴ δυναμένην τεκεῖν, ἐγκύμονα ἐθέλῃς ποιῆσαι. Si mulierẽ aliôq impotẽtẽ, puerperá fieri velis.

Τίλματα vulſiones aut vellicationes dicuntur, & idem quod σπάσματα ſignificant, fiuntq; cùm muſculorum fibræ nimis diſtentæ rumpuntur, Gal. Com. 3. in lib. κατ' ἰητρ. (p. 698. 59.) τὰ δὲ σπάσματα περὶ τὰς ἶνας γίνεται τῶν μυῶν ὅτι ποῖον ταθεῖσαι, εἰς ἴσως ῥαγῶσι, ἃ καλοῦσιν ἰδίως οἱ νεώτεροι τῶν ἰατρῶν οὐ σπάσματα ἀλλὰ τίλματα. Vulſa autem fiunt in muſculorum fibris in tantum diſtẽtis vt quædam rumpantur, quæ propriè à recentioribus medicis τίλματα, h. e. vellicationes ſeu diſcerptiones nũcupantur. Sic enim apud Gal. legi debere apparet, cùm mendoſa ſint omnia noſtra exemplaria, etſi pro τίλματα non malè ῥήγματα legatur. Sunt etiam τίλματα Hippocrati linamẽta concerpta aut penicilli (τιλμάτια aut τιλτὰ dicuntur) velut lib. περὶ ἑλκῶν. (p. 16. 4.) περὶ τιλμάτων, quo ad linamenta concerpta aut vulſa. De his enim agitur quæ Medico parata aut ꝓcurata eſſe debẽt. Sic τίλμα & τιλμάτιον forma diminutiua dicitur Archigeni apud Gal. lib. 2. τῶν κτ̃ τόπ. (p. 184. 8.) in capitis vulnerib. linamẽti genus quod concerptum aut vulſum nominatur, & aliàs μοτὸς τιλτὸς, aut τιλτὸν ſimpliciter, & inter quinq; μοτῶν genera annumeratur. Τίλμοι verò apud Hippocr lib. περὶ χυμῶν (p. 14. 41.) & lib. 3. Epid. (p. 375. 50.) ſunt vellicationes aut euulſiones, quales cõtingunt in his qui floccos legũt & pilos è veſtib. euellũt, aut feſtucas in pariete carpũt, mẽte læſa, vt ſæpe cõtingit in morbis acutis, phrenitide & peripneumonia. Quãdoq; etiã partiũ vellicationes aut lãcinationes ſignificãt, quæ humores acres aut pus erodẽs continent, vnde partes diſtẽrẽ & velut pũctę dolẽt. Interdũ etiã partiũ vulſiones quas deſipientes ægri faciũt, vt ſcribit Gal. Com. 3. in lib. 1. Epid. (p. 377. 45.)

Τιμωρεῖν & ἐπιτιμωρεῖν, opẽ ferre, auxiliari, opitulari, ſuccurrere, cõferre ſignificat, vt multis locis indicat Gal. apud Hipp. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 48. 15.) ἢν μὲ οὖν μὴ προτιμωρήσῃ τις ὅσον δεῖ ἐστί. Niſi igitur quis quantum opus fuerit opẽ tulerit. Vbi etiã ſcribit Gal. ὅτι δὲ τιμωρεῖν περὶ τι ἐπὶ ἄλλας παλαιοτέρους, & αὐτοῦ τοῦ Ἱπποκράτους πολλάκις αὐτὸ τοῦ βοηθεῖν λέλεκται, διὰ τῶν γεγραμμένων ὑμῖν ἐξηγήσεων εἰς αὐτό. Quòd autẽ τιμωρεῖν tum apud antiquos tũ etiã apud Hippocr. ſæpius pro βοηθεῖν dictũ ſit, quod eſt opẽ ferre, in aliis libris oſtenſum eſt, per eas quas in illos ſcripſimus expoſitiones. Rurſusq; ibid. (p. 49. 37.) & ὥσπερ ἐς τὸ κακὸν ἀλλήλοισι συντιμωρέουσι. Atq; ſic in perniciẽ mutuò cõſpirant. Vbi etiam ſcribit Gal. ὅτι τὸ τιμωρεῖν ἀντὶ τοῦ βοηθεῖν, οὐ ἄλλοι παλαιοὶ & ὁ Ἱπποκράτης κέχρηνται, πολλάκις ἤδη πρόσθεν εἴρηται. & νῦν οὖν τὸ συντιμωρεῖν ἀλλήλοις εἰς τὸ κακὸν εἶπεν, ἀντὶ τοῦ συμφέρειν & ἐπιτελεῖν. Quòd verbum τιμωρεῖν pro βοηθεῖν vſurparint tũ antiq. tum Hipp. ipſe, ſæpius antea dictum eſt. Atque nunc etiam dixit, τὸ συντιμωρεῖν ἀλλήλοις εἰς τὸ κακὸν, pro conferre aut prodeſſe. Ac rurſus ibidem (v. 52.) παραπλήσιοι εἰσιν αἱ τιμωρίαι, ſimilia ſunt auxilia. παραπλήσιαι αἱ βοήθειαι γίνονται, exponit Gal. Et (v. 54.) ὅπου ἔστιν & διαφερόντως τιμωρητέον. eſt vbi non vno auxiliandum modo. διαφερόντως χρὴ βοηθεῖν explicat Gal. Ac rurſus ibidem (p. 63. 5.) τιμωρητέον δὲ τοῦτο δὲ τὸ μέρος τῷ ἐναντίῳ λόγῳ. Cæterum pars hæc contrario ſermone iuuanda eſt. Vbi τιμωρητέον βοηθητέον exponit etiam Gal. Et lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 242. 29.) τιμωρέειν δὲ ὡς μὴ ἐκ τούτου διάρροια ἐπιγενομένη σῶμα φλαύρως ἔχοντα ἀποκτείνῃ. Sed auxiliũ ferendũ eſt (h. e. ꝓuidendũ eſt) ne bis ſuccedẽs alui ꝓfluuiũ, corpore iã malè habito, ipſam dolore affligat. τιμωρίη & Erot. apud Hipp βοήθεια, h. e. opẽ ferẽs exponit, citato Euripidis teſtimonio. Verùm τιμωρίας & βοηθείας legiſſe Erot. exiſtimo & ſubindicare locũ lib. de art. (p. 592. 4.) ἵνα αὐτῆς ἐσφέρειν ἐπιτιμωρίας τῷ παθήματι. vbi quis cruſtas inuenire poſſit, quæ huic affectioni opem afferant. Vbi etiam Gal. τιμωρίας βοηθείας exponit, & verbi τιμωρεῖν ac τιμωρῆσαι vſum edocet, adducto etiam Euripidis teſtimonio.

Τιταίνεσθαι, idem quod τείνειν aut τείνεσθαι, tẽdere aut tendi, diſtendi, trahi, vt lib. 5. Epid. (p. 339. 35.) ἐξαρθέντος τοῦ βέλους ἐτιταίνετο, ſublato iaculo diſtendebatur. Et lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 274. 42.) & ἐς τὸ σκέλος ἡ ὀδύνη ἐμπίπτει & τιταίνεται. & dolor in crura incidit & diſtenditur. Eſt autẽ verbum Homero frequens, vt Il. β. (v. 390.) ἱδρώσει δέ τευ ἵππος ἐΰξοον ἅρμα τιταίνων. quod ἕλκων & τείνων exponit Schol. τιταίνεται autem ἕτεινεν actiue expoſuit Erot. vt antea ſcripſimus, & ἀντιτείνει, quod de rigido & immobili ægro dicitur, velut antea ibidem (p. 337. 43.) ἐτιταίνετο τὰ σκέλεα & χεῖρες, de crurum & manuum rigiditate efferri Hippocrates.

Τίτανος κονία exponit ut Erotiano apud Hippocr. calx aut cinis lixiuus ex calce eliquatus. Eſt & τίτανος ἄσβεστος, calx viua, nõ extincta, quam etiam plæriq; ἄσβεστον vocant, Gal. lib. 1. τῶν κτ̃ τόπ. (p. 164. 12.) eaq; vtit in aridis depilatoriis.

¶ Τιτυαλίς quod eſt apud Erotianum, vide antea in Θεραλίς.

Τολμᾶν Erotianus apud Hippocr. ὑπομένειν exponit, quod aſt ſuſtinere. Vnde τλήμονας dici vult τοὺς πάντα ὑπομένοντας, eos qui omnia perferunt aut tolerant. Legitur verò apud Hippocr. initio Progn. (p. 118. 19.) ὅπως τολμᾶσιν ἐπιτρέπειν τοὺς ἀνθρώπους σφᾶς αὐτοὺς τῷ ἰητρῷ. ita vt audentius ſeipſos medico committant, aut, vt medico ſe committere ſuſtineant, hoc eſt, audeant. Aliôqui ſuſtinere hic pro perferre aut tolerare parum quadrat.

Τομεῖον ὃ τμηοὺς καλεῖται apud Gal. in Exeg. σιδηροῦν ὄργανον δίχηλον, ᾧ οἱ χαλκεῖς πρὸς ἄλλα τέ τινα καὶ πρὸς τὸ ἀναβάλλειν ἢ μοχλεύειν ἥλους χρῶνται). vocat ferreũ inſtrumẽtũ biſulcũ, quo fabri ferrarii tum ad alia quędã tum ad extrahẽdos tum ad emouẽdos clauos vtunt, forcipẽ nominant. τμῆμα verò legit apud Varinũ, vt nõ parũ mihi ſit ſuſpecta lectio. Eſt autem τμηοὺς Heſychio τμήτης, ἤγουν ὁ τέμνων, ſector, inciſor, h.e. ſcalprum aut culter inciſorius & ſectionis inſtrumentum, aut quo ipſa ſectio adminiſtratur.

Τόνοι apud Hipp. neruorum nomine cõprehenduntur, ſiue ex cerebro, ſiue ex ſpinali medulla ortum ducãt. Gal. lib. 1. de motu muſculorũ ſcribit vnũ & idem inſtrumentum duob. appellatum nominib. νεῦρον & τόνον. quòd ſcilicet νεύειν & τείνειν, h. e. nutare & tẽdere poſſit. Idẽ Cõ. 1. in lib. 6. Epid. (p. 443. 33.) τριὰ γὰρ ἐστὶ γένη σωμάτων ὁμοιομερῶν ἐν τοῖς ζώοις ἄναιμά τε καὶ ἀκοίλια φαινόμενα· τὰ μὲν ἐξ ὀστῶν, τὰ δ' ἐξ ἐγκεφάλου καὶ νωτιαίου, τὰ δὲ ἐκ μυῶν φυόμενα· ὀνομάζεται δὲ ὑπὸ μὲν Ἱπποκράτους ἐν τούτοις τὸ μὲν πρῶτον αὐτῶν εἰρημένον σύνδεσμος, τὸ δὲ δεύτερον, νεῦρόν τε καὶ τόνος, τὸ δὲ τρίτον, τένων. Tria ſiquidem ſunt in animantibus ipſis ſimilariũ corporũ genera, tum exanguia, tum cauitatis expertia, alia quidem ex oſſib. alia ex cerebro & dorſali medulla, alia verò ex muſculis ortũ trahẽtia. Ex quibus primum quidem ferè ab Hip. σύνδεσμος, h.e. ligamentũ nominatur, ſecundum verò neruus & τόνος, tertium autem tendo. Sic etiam Rufus Epheſius ἐν τῷ περὶ ἀνθρώπ. μορ. τόνους dici ſcribit neruos tam ex cerebro quam ex ſpinali medulla originẽ ducentes, & corporis actionem, motionem & ſenſum obeũtes. Ea verò notione τόνοι ſępe vſurpantur Hip. vt lib. 2 Epid. (p. 317. 1.) δύο δὲ τόνοι ἀπ' ἐγκεφάλου ὑπὸ τὸ ὀστέον τοῦ μεγάλου σπονδύλου. Duo verò nerui à cerebro infra magnæ vertebræ os. Quod repetit lib. περὶ ὀστέων φύσ. (p. 60. 48.) Et rurſus ibid. (p. 316. 47.) ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἀρτηρίας τόνον ἔχουσι. quę vtraq; ex parte cũ arteria neruum habent. Lib. verò de art. (p. 591. 24. ἔστι γὰρ ἐπικαιροτάτοισι τόνοισι γειτονεύει). Sunt.n. valde pcipuis neruis vicina. Vbi ſcribit Gal. ὑπόκειται τῇ ὑπὸ τῇ μασχάλῃ φησὶ τόνους ἐπικαίρους· οὕτως ὀνομάζων τὰ νεῦρα· γελοίως οὖν ἔνιοι τῶν νεωτέρων ἰατρῶν εἰσὶ) τόνους ταύτης ἐκεῖνα τὰ νεῦρα μόνον προσαγορεύεσθαι νομίζοντες, ὅσα κατὰ τὴν συζυγίαν ἐξ ἐγκεφάλου πέφυκεν, ἐπειδὴ κατὰ τὸ βιβλίον τῶν ἐπιδημιῶν ἔφη· δύο δὲ τόνοι ἀπ' ἐγκεφάλου παρὰ τὸ ὀστέον τοῦ μεγάλου σπονδύλου, καὶ τὰ τούτων ἐφεξῆς· τὰ γὰρ ἐπὶ χεῖρας φερόμενα, πρὸς ἁπάντων ὁμολογεῖται τῶν ἀνατομικῶν, ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸν τράχηλον φύεσθαι νωτιαίου, καθ' ἃ μέρη πλησιάζει τῷ θώρακι, καὶ ὡς φαίνεται πάντα προσαγορεύων τόνους, ἔν τε τῇ νῦν εἰρημένῃ ῥήσει καὶ μετ' αὐτὴν πάλιν ἐφεξῆς δίς, καὶ κατωτέρω δὲ πάλιν ἐν τοῖς περὶ ῥάχεως λόγοις τόνους ὀνομάζει τὰ νεῦρα. Subiectos eſſe glandulis quæ ſub axilla ſunt τόνους præcipuos ait, ita neruos nominans. Ridiculum igitur eſt, quòd quidã recẽtiores Medici exiſtimãt neruos illos duntaxat ab eo appellari τόνους qui coniugati & partes à cerebro exoriuntur, propterea quòd in lib. de Morb. vulgaribus dixerit: Duo verò nerui à cerebro iuxta os magnæ vertebræ, & quæ ſequuntur. Nam qui ad brachia ferũtur nerui, ab omnibus diſſectionis peritis exoriri cõceduntur à dorſali medulla circa collũ, qua thoraci vicina eſt, quos etiam nunc τόνους appellare Hipp. in præſenti dictione conſtat, & poſt hãc rurſus bis, tum infra iterum, vbi de ſpina agens τόνους neruos nominat. Ac rurſus ibid. (v. 36. & 38.) οὐδ' αὖ τόνους οὐδαμοῦ μηχανῇ δεῖ τιτρώσκειν, neq; neruos illos vllo modo vulnerare oportet. Et, οἱ δὲ τόνοι ὧν δεῖ προμηθεῖσθαι. & nerui quorum curã habere oportet. Neruos verò illos ſub axilla valde inſignes, quos ἐπικαιροτάτους τόνους vocat Hippocr. iterũ his verbis exponit Gal. ibid. (p. 592. 38.) ἐκεῖνα μὲν οὖν τὰ νεῦρα τόνους ἐπικαιροτάτους εἶπεν, ἐνδεικνύμενος χρῆσθαι τούτῳ τῷ ὀνόματι κατὰ τῶν μεγάλην δύναμιν ἐχόντων, ὥσπερ ἔχουσιν ἐκεῖνοι, κατά γε τὸ πλησίον εἶναι τοῦ νωτιαίου, καὶ αὐτοὺς παχυτάτην τὴν οὐσίαν ὑπάρχειν. Neruos igitur illos τόνους, hoc eſt, tenores valde præcipuos & inſignes dixit, hoc nomine vti ſolitus in his quę magnam vim habent, ſicut illi, quòd & vicini ſint dorſali medullæ, & craſſiſſimam habeãt ſubſtantiam. Rurſusque apud Hippocr. ibid. (p. 612. 54.) ἧσι ἂν κοινωνέωσιν οἱ τόνοι οἱ σύνεγγυς. quibus communicant qui vicini nerui ſunt. Vbi etſi neruos dorſi & vertebrarum intelligit Gal. ad ligamẽta tamen referre mauult quæ ſua vi vertebras ex quibus ortũ ducunt, tuberculorum communicatione facilius in peruerſionem trahant, quàm nerui molles, exigui & imbecilli. Rurſus etiam ibid. (pag. 616. 44.) τόνοι νευρώδεις vocantur Hipp. nerui ad latera vertebrarum ex vtraq; parte à ſummo ad imum per longitudinẽ protẽſi. Quos νευρώδεις ἰσχυροὺς validos exponit. Gal. Et iterũ (p. 617. 28.) τόνοι δὲ κοινοὶ παρὰ πάντας καὶ ἐν τοῖσιν ἔξω μέρεσι καὶ ἐν τοῖσιν εἴσω παρατέταται). Nerui verò cõmunes ad omnes, tam in exterioribus quàm interiorib. partib. porrigũtur. Vbi τόνοι vocãt nerui q ex ſpinali medulla orti, ad vertebras iuxta earum commiſſuram prætenduntur. Vbi τόνους τὰ προαιρετικὰ νεῦρα vocat Gal. hoc eſt, neruos motum voluntarium obeuntes. etſi quidam ἐξαίρετα νεῦρα legere videntur, præcipuos & eximios neruos intelligentes. Ac rurſus ibid (p. 624. 34.) καὶ οἱ τόνοι ἀπὸ τῶν ἐπικαιροτάτων τῶν ἐν τῷ σώματι τὰς ἀφορμὰς ἔχουσι. & nerui à præcipuis corporis partibus exortus habent. Vbi etiam τόνους τὰ νεῦρα exponit Galen. neruos intelligẽs qui à dorſali medulla circa thoracem originẽ ducunt. Quibus certè ſubindicatis & expreſſis locis τόνοι exponuntur. Erot apud Hip. cùm ſcribit: τὰ περιτεταμένα σώματα ταῖς σαρξίν, οἷον φλέβας, νεῦρα, καὶ τὰ ὅμοια, τόνους ὀνομάζει, ἀπὸ τοῦ περιτετάσθαι. ἔνιοι δὲ τὰ νεῦρα μόνον. ἔνιοι δὲ τοὺς ὑμένας ἔφασαν. Carnibus circumtenſa corpora, velut venas, neruos & ſimilia, τόνους nominat, ἀπὸ τοῦ περιτετάσθαι, quod eſt circumtendi. Interdum verò neruos duntaxat, nonnulli etiam membranas dixerunt. Atque etiã rurſus lib. de art. (p. 639. 23.) τόνους vocat neruos qui ad interiorẽ femoris partẽ feruntur. ἐγκέεται γὰρ ἡ κεφαλὴ τοῦ μηροῦ ἐγγυτάτω τοῖσι τῶν τόνων τῶν ἐπικαίρων. Caput.n. femoris proximè ad præcipuos neruos incũbit. Vbi ſcribit Gal. ὀνομάζει δὲ τόνους τὰ ἐς σκέλη φερόμενα διὰ τῶν βουβώνων νεῦρα, τὴν

ἀρτηρίῃ καὶ τῇ φλεβὶ κεῖνται) ἢν ἐπίσχωσι πάντα τὰ πλέα, χαλῶσι καὶ παρέσιν ἐμάθομεν, ὅσοι μεγάλην ἐπιστ ἔχει δύναμιν αὐτοὺς ὀνομάζειν. Τόνους nominat neruos qui vnà cũ arteria & vena per inguẽ deferuntur, quos præcipuos vocat, quod (velut antea didicimus) quicunq; magnam habent vim eos ita appellare conſueuit. Eſt certè τόνος νεύρων καὶ ἰσχύος ὄνομα, vt ſcribit Aretæus cap. 4. lib. 1. ὀξ. παθ. vt non ſolùm neruum, ſed & neruorum contentionem indicet. Qua notione ſcribitur libello περὶ ἀδένων (p.58.21.) de cerabro, ἔχει γὰρ καὶ τόνον, habet enim cõtentionem, hoc eſt, vim intendendi & contrahendi totius corporis per gen⁹ neruoſum, vt rectè exponit Zuinggerus, etſi Cornarius πόνον legiſſe videtur. Sic lib. περὶ ὀστέων φύσ. (p.59.40. & 41.) ὁ δὲ ἀρτηρίης τόνος. & ὁ ἰθὺς τόνος, arteriæ extenſio & recta extenſio dicitur. Ex eademq; analogia τονώδεα διαχωρήματα, aut τόνον ἔχοντα, ſunt egeſta alui recrementa cum multa contentione, qualia in tineſmis, pauca, mucoſa, pituitoſa, cum inani labore, multo conatu & diſtentione prodeunt. In Coac. Prænot. (p. 444.46. & 47.)

Τοξεύματα Gal. in Exeg. βέλη, h.e. ſagittas exponit. Verùm τοξεύματι & βέλει legẽdum arbitror, vt exprimatur locus lib. 5. Epid. (p.1159.29.) τις ὑπὸ τὸν βουβῶνα πληγεὶς τοξεύματι. Quidam ad inguen ſagitta percuſſus. Eſt autem hæc dictio Homero & Herodoto frequens.

Τόποι corporis partes & loca affecta dicunt' Hip. aph. 46. lib. 2. & lib. περὶ φυσῶν (p.118.17. & 18.) & lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.94.48.) ἢν ἐς τοὺς ἀσυνήθεας τόπους ἐμπέσῃ τὰ ῥεύματα, ſi continentia loca fluxiones inuadant. Vbi etiam ſcribit Gal. τόπους δὲ εἴρηκε δηλονότι τὰ μέρη τοῦ σώματος, ἃ περιέχεται αὐτοῖς, καρδίαν καὶ ἧπαρ καὶ φλέβα τὴν συνάπτουσαν δηλονότι τὰ εἰρημένα σπλάγχνα, τὴν κοίλην ὕστερον ὑπὸ τῶν ἰατρῶν ὀνομασθεῖσαν. Locos autem dixit corporis videlicet partes quas ipſe ante adſcripſit, cor, hepar, & venam prædicta viſcera cõiungentem, cauam poſtea medicis nuncupatam. Sic lib. κατ' ἰητρεῖον τόπος ſumitur, (p.667.15.) & affectam corporis partem indicat. Vbi etiam ſcribit Gal. ὀνομάζειν γὰρ εἰώθασιν ὥσπερ μόρια τοῦ σώματος, οὕτως καὶ τόπους οἱ ἰατροὶ καὶ γεγράφαταί που ὅλα βιβλία περὶ τόπων πεπονθότων. Medici enim velut corporis partes ita & locos appellare conſueuerunt. Et à quibuſdam integra volumina de locis affectis ſcripta ſunt. Et iterum Gal. initio lib. 1. de loc. aff. τόπους ὀνομάζουσι τὰ μόρια τοῦ σώματος, οὐχ οἱ νεώτεροι μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν παλαιῶν ἰατρῶν οὐκ ὀλίγοι. Locos nominãt corporis partes non ſolùm recentiores Medici, verumetiam ex veteribus non pauci. Indeq; liber inſcriptus eſt Hip. περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον, quod partium corporis humani, tum ſecundum naturam, tum præter naturam affectarum connexionẽ contineat & edoceat. Hinc quoq; τοπικὰ medicamẽta nomẽ habẽt, quòd laborãtib. partib. admoueant', & librorũ τῶν κατὰ τόπους inſcriptio depẽdet, quòd affectis corporis partib. cõuenientia remedia & medicamẽta adhibeant, eorumq; vſum profiteantur.

Τορνεύματα ξύσματα, h.e. ramenta exponit Gal. in Exeg. ſignificant autẽ ſcobem q̃ lima deteritur, aut ramẽta quæ torno decutiũtur. Ramenta. & ſcobem dixit Plinius cap. 8. lib. 24. quæ τορνεύματα de fraxino dixit Dioſc. cap. 109. lib. 1.

Τορυνᾶν apud Hipp. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.208.44.) idem ſignificat quod alijs τορυνεῖν, quod eſt toryna aut tudicula agitare. καὶ τορυνᾶν ἅμα αὐτοῖς. & ſimul ipſa tudicula aut toryna agitato. aut cõmiſceto vt dixit Caluus. Cornarius verò cũ tudicula vndiquaque expaſſa brachia habente, agitato. Eſt verò τορύνη peculiariter (vnde verbũ hoc deductũ eſt) inſtrumẽtum quo aliquid in olla agitat' & teritur inter coquendum, vt ſunt quędam cochlearia lignea, aut ſpathę aut tudiculæ à tundẽdo dictæ. Toryna Eraſmo dicitur in Chiliad. Quòd autẽ τορύνη pręcipuè adhiberetur agitandis inter coquẽdum leguminibus freſis, ἐτνοδόνος dicitur in Epigrammat. Ariſtoph. in Auibus (p.371.) ἔτνος δ' ἐπιθυμεῖ, δεῖ τορύνης καὶ χύτρας· φέρε χωὶ τὴν τορύνην. Vbi Schol. ſcribit: τορύνην λέγει τὸ κινητήριον τῆς χύτρας, id quo olla agitat'. Idem in Equitibus (p.243.) & in Ranis (p.151.) τορύνην τὴν χυτρίδα vocat. Vbi etiã ſcribit ἔτνος eſſe ὃ ποιοῦσι φάβα οἱ ἰδιῶται καὶ οἱ ἀγροῖκοι, τὸ διαλελυμένον ὑπὸ τῆς ἑψήσεως καὶ τῆς τορύνης. Pollux lib. 6. cap. 13. in culinarijs vaſis & inſtrumentis τορύνην accenſet, & σιόργυλον καὶ ἰόργυλον dici ſcribit, vnde ἰοργῦσαι τὸ τορυνῆσαι. Pro quo ex Etymologo adducitur, τορύνην σιόργυλον dici. τορύνην autem deriuatam volũt à verbo τορέω, quod θλίβω ſignificat, vnde & τόρος. Dicit' & τορυνῆσαι Polluci quod eſt agitare & terere, aut inter coquẽdum mouere. Inde verò Torynitos vocat' Cælio Aurel. cap. 1. & 4. lib. 2. Tard. Paſſ. pulticula in olla elixa ex pane cõfecta, inter coquẽdũ tudicula vel cochleari aſſiduè agitata, ne vrat' aut nidorẽ oleat. Vulgus Gallicũ [pain gratté] hanc pulticulam nominat.

Τοὺς ὀδόντας ἐρείπει) apud Erot. Vide ξυνερείπειν ὀδόντας antea.

Τὸ χρῶμα ἀφρῶδες Apud Erotianum. Vide antea Ἀφρῶδες χρῶμα.

¶ Τράγος dicitur Græcis ea affectio in adoleſcentibus, cùm ad annum decimum quartũ vox in grauiorẽ mutatur & pubeſcere incipiunt, ac Venerem appetere, tũcq; teſtes intumeſcunt. Quod in hircis Venerem iam affectantibus planè conſpicitur, in quibus tunc teſtes valde intumeſcũt, à quibus nomẽ deducitur, vnde τραγᾶν & τραγίζειν effertur. Hip. verò τράγος de teſtiũ tumore magis quàm de vocis mutatione in Venerem appetentib. & iam ſemẽ apparantibus dici videtur lib. 6. Epid. aph. 25. ſect. 4. τράγος ὁκότερος ἂν φανῇ ἴξω. Videndũ enim monet vter teſtis intumeſcat & extra promineat, quam affectionẽ τράγον nominat. Quod etiã Gal. lib. 2. de Semine (p.244.18.) his verbis innuere videt': ὅταν δὲ καὶ τῶν ὀρχέων ὁ βαρύτερος μὲν ὁ δεξιὸς ὑπάρχῃ καὶ πρότερος μὲν ἐν τῷ τραγᾶν διαφυσηθεὶς ἀρρενογόνος ποιεῖ. ὁ λεπτότερος δὲ καὶ ὕστερον ἀρξάμενος ἐξαίρεσθαι, θηλυγόνος. Eadẽ quoq; ratione vbi teſtis dexter plenior quidem fuerit, & prior in eo quod τραγᾶν Græcis, Latinis hircire dicitur, intumuerit, mares facit: gracilior verò & poſterior intumeſcens, fœminas.

Vbi

Vbi τραγᾷν de teſtium illa intumeſcentia dici videtur, cùm primùm ad coitum feruntur animantes. Quod tamen illic nõ animaduertit Interpres. Idẽ quoq; lib. 14. de Vſu part. (p.524.17.) ὁ δ' ὄρχις ὁ δεξιὸς ὅταν ἀσθενέστερος ἀπεργασθῇ θατέρου, πρότερον ἐπισημαίνει κατὰ τὸ καλούμενον τραγᾷν ὁ ἀριστερός, κἀν τῷδε τεκμαίρεσθαι τὸ ζῷον τοῦτο θηλυγόνον ὑπάρχειν· ὥσπερ εἰ καὶ κατὰ φύσιν αὐτοῖς μένοι, πρότερόν τ' ἂν ἐξαίροιτο κατὰ τὸ τραγᾷν ὁ δεξιός, ἀρρενογόνον τ' ἂν ἐκεῖνο γένοιτο τὸ ζῷον, ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ. Teſticulus verò dexter cùm altero imbecillior redditus fuerit, prior in eo affectu qui Græcis τράγος dicitur ſiniſter eminet, indeq; coniicere licet hoc animal fœminam procreaturum. Non ſecus ac ſi is ſecundum naturam permanſerit, dexterq; prior in eo affectu qui τράγος dicitur attollatur, animal illud (quantum in ſe erit) mares generaturum. Et ſi ſanè ibid Gal. ἐν τῷ τραγᾷν, vtranque affectionem, nimirum vocis mutationem & teſtium tumorem, coniungere videtur, locum lib. 6. Epid. explicans (ibidem verſ. 39.) his verbis: ὅτῳ οὖν κἀκεῖνα πρὸς Ἱπποκράτους εἴρηται, τράγος ὁπότερον ἂν φανῇ ἔξω, ὄρχις δεξιὸς ἄρρεν, ἀριστερὸς θῆλυ. ἐοίκασι γὰρ πρότερον ἐξαίρεσθαι τὰ ἰσχυρότερα μόρια, καὶ μεταβάλλειν πως ἐπὶ τὸ τραχύτερόν τε καὶ βαρύτερον ἡ φωνή (τοῦτο γὰρ τὸ τραγᾷν ἐστι) τότε πρῶτον ἐφυλάξατο ὁ Ἱπποκράτης κελεύων, πότερον μὲν μορίων ἐστὶν ἰσχυρότερον. τὰ γὰρ ἀνοιδισκόμενα πρότερον, καὶ πλεονεκτοῦντα κατὰ τὴν αὔξησιν, ἐκεῖνα δὲ τούτων ἐστὶ τὰ ἰσχυρότερα. Eodem certe pertinent quæ ab Hippocr. ſunt dicta. Videndũ vter teſtis promineat (qui affectus τράγος dicitur) ſi dexter, mas, ſi verò ſiniſter, fœmina portenditur. Cùm enim primùm partes genitales intumeſcunt, voxque quodammodo in aſperiorem & grauiorem mutatur (id enim eſt Græcis τραγᾷν, nobis hircire) tunc obſeruare iubet Hippocratea, vtra partium ſit robuſtior. Quæ enim priùs intumeſcunt & incremento abundant, eæ vtiq; robuſtiores exiſtunt. Atq; inde contingere arbitror vt Alexander Aphrodiſienſis in ſuis Quæſtionibus naturalibus hãc vocis immutationem non ſimpliciter τραγᾷν aut τραγίζειν dixerit, ſed βράγχει τραγᾷν, vt eam raucam vocis immutationem indicaret. Τραγίζειν autẽ verbo (quod ex τράγος deductum eſt) vtitur Hip. aph. 18. ſect. 5. lib. 6. Epid. in adoleſcentium ætatis mutatione, cùm Venere vti incipiunt, iiſq; vox aſperior & inæqualis redditur & quodammodo rauceſcit, & ſanguinis profluuiũ ex naribus cõtingit, eo feruidiore effecto. Quod iis cõtingit cùm ad pubertatẽ accedunt, & vt loquitur Hipp aph. 27. lib. 3. περὶ τὴν ἥβην προσάγουσι, circa annum ætatis decimum quartũ, vt ſcribit Alex. Aphrodiſ. quæſt. 123. lib. 1. Vbi τραγίζειν βράγχει τραγᾷν dicit, quòd vbi pubeſcere incipiũt adoleſcentes, vox iis rauca & inequalis hircorum more fiat, indeq; τραγίζειν hircire dicimus. Gaza caprire vertit apud Ariſt. qui lib. 7. hiſt. animal. cap. 1. iſtud exacto anno decimoquarto contingere ſcribit his verbis: φέρειν σπέρμα πρῶτον ἄρχεται τὸ ἄρρεν, ἐν τοῖς ἔτεσι τοῖς δὶς ἑπτὰ πεπληρωμένοις, ἅμα τε καὶ τρίχωσις τῆς ἥβης ἄρχεται, καθάπερ καὶ τὰ φυτὰ τὰ μέλλοντα φέρειν τὸ σπέρμα ἀνθεῖν φησὶ πρῶτον Ἀλκμαίων ὁ Κροτωνιάτης· περὶ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον τοῦτον ἥ τε φωνὴ μεταβάλλειν ἄρχεται ἐπὶ τὸ τραχύτερον καὶ ἀνωμαλέστερον, οὔτε ἔτι ὀξεῖα οὖσα, οὔτε πω βαρεῖα, οὔτε πᾶσα ὁμαλή, ἀλλ' ὁμοία φαινομένη ταῖς παρανενευρισμέναις καὶ τραχείαις χορδαῖς, ὃ καλοῦσι τραγίζειν· γίνεται δὲ τοῦτο μᾶλλον τοῖς πειρωμένοις ἀφροδισιάζειν· τοῖς γὰρ περὶ ταῦτα προθυμουμένοις καὶ μεταβάλλουσιν αἱ φωναὶ εἰς τὴν τῶν ἀνδρῶν φωνήν, τοῖς δ' ἀπεχομένοις τοὐναντίον. Mas vt plurimùm ſemen primùm habere incipit annis quatuordecim exactis, ſimulq; pubes pilos habere occipit, haud aliter quàm plantæ quæ ſemen habere volunt, quod primùm florere dicit Alcmęon Crotoniates. Per id tempus verò vox etiam in aſperiorem & inæquabiliorẽ mutari incipit, neq; amplius acuta exiſtit, neq; grauis, naq; omninò æquabilis, ſed qualis in incõtentis & aſperis fidib. eſſe apparet, quod hircire dicunt. Id autẽ iis magis cõtingit qui rem Venereã exercere conatur. In id enim incumbentibus, vox etiam in virilem permutatur. iis verò qui abſtinent, cõtra euenit. Idem quoq; lib. 5. de gener. animal. cap 7. διὸ καὶ τῶν σπερματικῶν πρῶτον μεταβαλλόντων πρὸς τὴν ἡλικίαν ᾗ δύνανται τὸ σπέρμα ἐκκρίνειν, συμμεταβάλλει καὶ τοῦτο τὸ μόριον· τούτου δὲ μεταβάλλοντος, καὶ ἡ φωνὴ μεταβάλλει μᾶλλον μὲν τοῖς ἄρρεσι, συμβαίνει δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν θηλειῶν, ἀλλ' ἀδηλότερον γίνεται, ὃ καλοῦσί τινες τραγίζειν, ὅταν ἀνώμαλος ᾖ ἡ φωνή. Quapropter ea ætate qua ſemen excernere poſſunt, immutatis ſemen deferentibus meatibus, ea pars quoq; ſimul immutatur, eaq; immutata vox præcipuè quidem in maribus cõmutatur. Quod etiã fœminis, etſi obſcurius, cõtingit, quod quibuſdã hircire dicitur, cùm vox inæqualis efficitur. Sunt qui τράγος & τραγίζειν apud Hip. dici velint de iuuenib. Venerẽ appetentibus, eamq; hircina libidine appetentibus, tuncq; hircum olentibus, quos hircoſos aut hirquitallos antiqui dicebant, vt τραγίζειν hirquitallire. Sic enim Feſto dicũtur hirquitalli, pueri primùm ad virilitatem accedentes, ſic ab hircorũ libidine dicti. Vnde etiam τράγος olidum illum fœtorem indicat propriè ſub alis incubãtem, ex quo τραγομάσχαλοι hircoſi dicuntur, γράσος magis propriè nominatur, de quo Horatius, grauis hirſutis cubat hircus in alis.

Τράγος etiam eduli genus eſt quod ex zea parabatur, vt ſcribit Galen. Com. 1. in lib. de rat. vict. in morb. ac (p.43.42.) aut ex olyra, vt lib. de alim. fac. Quod Plinius Tragum vocat cap. 10. lib. 18. Inter Cerealia quoque τράγος annumeratur & herbacea. Eſt & τράγος vitium affectio, cùm fructu carẽtes frondium copia luxuriant, & fructus inopiam foliorũ vbertate cõpenſant. Sic enim τραγώσας ἀμπέλους dicit Ariſt. lib. 5. de gener. animal. cap. 18. ἀπὸ τοῦ πάθους τῶν τράγων. Quod de vitibus τραγᾷν etiam dicit Theoph. lib. 5. de Cauſ. plant. cap. 10. & 13. Vbi tamen τρυγᾷν pro τραγᾷν vitiosè legitur, vt aliàs ſæpe. Hoc iñ vitibus vitium Plinius articulationem vocare videtur ex Theophraſto cap. 24. lib. 17. quòd caſum iniuriæ in articulis ſentiantur.

Τράμιν Erotianus apud Hippocr. exponit τὸν ὄρρον ὅντινα ἢ ἰσθμὸν καλοῦμεν, hoc eſt, lineam illam mediam quæ ſcrotum medium interſecans, per πόρον ad anum vſque tendit. At Rufo Epheſio ἐν τῷ περὶ ἀνθρώπ. μορ. (p. 23. & 29) ἡ δὲ μέση γραμμὴ τράμις dicitur, οἱ δὲ ὄρρον ὀνομάζουσι. Heſychio τράμις eſt τὸ ῥῆγμα τῆς ἕδρας, & ὁ ὄρρος, τινὲς ὄντερον, οἱ δὲ ἰσχίον. Sic τράμιν vel τράμις τὸ τρῆμα τῆς ἕδρας ſignificat Ariſtophani, hoc eſt, podicem, πρωκτὸν Lyſimacho vt ſcribit Erotianus. Polluci quoque lib. 2. τὸ ῥαφὸ μὲν ἐοικὸς ὑπὸ τὸν καυλὸν διὰ τοῦ ὄρχεως μέσου, ὑπὸ τὸν ὀνομαζόμενον πόρον, εἰς τὸν δακτύλιον καταλήγει, ... ὀνομάζεται, ἢ τράμις, ἢ ὄρρος.

Τραυλοί, balbi aut blæſi, qui pronunciando literas quaſdam proferre non poſſunt, τραυλίζειν enim linguæ vitium eſſe ſcribit Gal. Com. ad aph. 32. lib. 6. cùm ſcilicet lingua eas voces proferre non poteſt quæ per τ & ρ ſcribuntur, qualis fuiſſe Alcibiades ridetur ab Ariſtophane. Quòd vitium fit ex nimia humiditate, mollitie & imbecillitate muſculorum linguæ, qui ad primores dentes firmiter nequeunt ſtabiliri ad earum literarum prolationem. Sic etiam τραυλοὺς in linguæ non vocis vitio annumerat Galen. Com. 2. in lib. 1. Epid. (p. 372. 52.) Lib. 2. Epid. (p. 317. 20. & p. 318. 1. 3. 5.) & aphoriſ. 32. lib. 6. & lib. 1. Epid. (p. 372. 21.) Hinc τραυλότης aut τραυλισμὸς balbuties aut blæſitas dicitur, ὀνοματοπεποίηται ἡ λέξις ἀπό τινος τοιοῦ ψόφου (ſcribit Erotianus) dictio à quodam ſono efficta eſt.

Τρηχέων ἐρίων, ἐρίων ῥακέων, panniculorum laneoſum aut fragmentorum exponit Erotianus apud Hippocrat. Verùm ſuſpectum locum habeo & ῥυχίων εἰρινέων legendum exiſtimo ex lib. de art. (p. 659. 28.) ἢ ἐρείσμασι τρυχίων εἰρινέων ... aut panniculorum laneorum ſegmentis ea parte maximè inuoluenda. ἐρινέων tamen paſſim legitur. εἰρινέων tamen malim, quemadmodum εἰρίνεος ab εἶριον deducitur. Aliæ autem voces quamplurimæ ibidem apud Erotianum explicantur ex lib. de art.

Τρέφεσθαι, πήγνυσθαι, quod eſt cogi, denſari, coaleſcere, exponit Gal. Vide Τροφώδης poſtea.

Τρηχύσματα Hippocr. ſunt aſperitates aut aſpredines, velut lib. 2. Epid. (pag. 314. 36.) τρηχύσματα ἐν τῷ χρωτὶ κεγχρώδεα, οἷον ὑπὸ κωνώπων γενομένοις ἀναδήγμασιν ἴκελα. Aſpredines quædam miliaceæ, culicum morſibus ferè ſimiles, in ſumma cute enatæ. Quibus verbis papularum quædam origo iudicatur, quę à ſanguine tantùm cócalefacto aut feruido, non maligna aliqua qualitate affecto fieret, cùm aſpredinē ſolam nec verò vllum in cute pruritum excitarent. Quarum ortus fuiſſe ſalutaris iudicatur cum diebus criticis erumperent, & mulieres omnes ab exæſtuante febrium ardentium incendio liberarent. Sic etiam τρηχυσμὸς ἐντέρου dicitur lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 81. 9.) exaſperatio aut diuexatio inteſtini quam facit, perpetuus oxymelitis vſus.

Τρίβη μετὰ λόγου, exercitatio cum ratione & vſus (qui videtur opponi cognitioni & ratiocinationi) & ex artis præceptis cóprehenſio, quā λογισμὸν ἐν πίστει vocat ἐν παραγγελίαις (p. 17. 9.) Sic ibid. (p. 19. 3.) τριβὴ & ἀντιληψις ἰσχυρὴ exercitatio & præceptorū cognitio opponunt. Et (v. 5.) ἀντίληψιν ἰσχύν, & χειροτριβίης ἀρμονίην ſimul ponit, præceptorum cognitionē & exercitationis ſtabilitatem, conſtantiam, hoc eſt, certitudinem & fidem. τριβὴν eiuſmodi πρήγματα vocat Hippocrat. ibidem & lib. περὶ εὐσχημοσ. Τριβὴν vſum vertit Fabius cap. 16. lib. 2. cùm τριβὴν Critolaus rhetoricen vſum dicendi vocat. τρίβος etiam dicitur, & tritam conſuetudinem indicat, velut τρίβος apud Hippocratem, viam tritam & hominum veſtigiis calcatam, ſemitam & callem ſignificat, tranſlatitiè verò pro loco, vſu & conſuetudine attrito aut calloſo ſumitur, vt ſcribit Gal. Com. 1. in lib. de art. (pagina 585. verſ. 13.) Vnde τρίβον ποιῆσαι dicitur brachii caput Hippocrati, cùm in loco in quem excidit, diu moram fecerit, eumq; velut vſu & cóſuetudine attriuerit, h. e. aſſueuerit, & inueterauerit. Sic etiam rurſus lib. de art. (p. 632. 40.) ὅταν μὲν οὖν τρίβον λάβῃ τὸ ἄρθρον ἐν τῇ σαρκί. h. e. cùm igitur articulus in carne morá fecerit, aut aſſuefecerit & inueterauerit, ac veluti in ea ſua mora & cóſuetudine callum & ſemitam fecerit. Vbi ſcribit Gal. τρίβον dici ... ἀπὸ τοῦ πεπατημένου χωρίου ὑπὸ τῶν ὁδοιπορούντων. Eadem locutione vtitur in Mochlico (p. 512. 9.) τὸ ἔθος τρίβον ποιέει. qua innuit conſuetudinem ipſam articulis elapſis callū inducere. Lib. verò κατ᾽ ἰητρεῖον τρίβος dicit (p. 679. 20.) vt ibid. ſcribit Gal. pars ea mēbri, qua vel inflexum, vel extenſum, vel in latus morá faciens operatur. Et τρίβος indicat eam partē corporis quæ teritur & qua aliquid agimus, aut cui innitimur ac inſiſtimus, ſiue ſtantes, ſiue ambulantes, ſiue ſedentes, ſiue iacētes: vt plantæ pedum ſtantibus atque ambulantibus, nates ſedentibus, decumbentibus dorſum totum & capitis occipitium. Moram eam partem quidā vocant, quòd in ea mora fiat, alii ſemitam aut callem, quòd velut via teratur.

Τριταιοφυεῖς πυρετοί, febres ad tertianarum naturam prope accedentes dicuntur, & ex iis natæ, quæ tertio die inuadunt, & prope ad integritatem perueniunt: ita vt diſtinguantur à tertianis ſimpliciter dictis, & tertianis exquiſitis, tertianis productis, & ſemitertianis, atque quodammodo in earum medio ſitæ ſint, vt ſcribit Gal. Com: 2. in lib. 6. Epidem. (p. 464.) Vbi etiam ſcribitur τριταιοφυεῖς dici poſſe generaliori notione febres omnes quę tertio quoque die inuadunt. At Com. 2. in lib. 1. Epid. (p. 363) etſi eas à ſemitertianis nominatim diſtinguit, iis tamē quodammodo adiungere videtur, vt & lib. de ſeptimestri partu (p. 384. 25.) De his enim ſcriptum videtur lib. 1. Epid (p. 356. 20.) τὰ μὲν ὅλον οὐκ ἐκλείποντας, παροξυνόμενοι δὲ τριταιοφυέα τρόπον, in totum quidē nō definentes, sed earum more quæ ad tertianas propius accedunt inuadētes. Et rurſus (p. 362. 20.) οἱ δὲ δὴ ξυνεχέες μὲν τὸ ὅλον ἢ οὐδὲν ἐκλείποντες παροξυνό-

παροξυνόμενοι δὲ πᾶσι τριταιοφυέα τρόπον. In totum quidem continuæ febres nihilque intermittentes, ſed in omnibus earum more quæ propius ad tertianam accedunt, acceſſionem facientes. Iſtud enim de huiuſmodi febribus illic explicat Galenus. Erotianus apud Hippocratem τριταιοφυεῖς febres ex lib. 6. Epidem. exponens, τριταιοφυεῖς dici exiſtimat quibuſdam τοὺς τεταρταίους, ὑφειμένους χάριν. Magis tamen ad Philonidis Siculi ſententiam accedere videtur, vt τριταιοφυεῖς dici velit, τοὺς τῷ ἐπιθέσει ἐπισημαινομένους, μὴ ἔχοντας δὲ εἰλικρινὲς τὸ μεταξὺ διάλειμμα. quæ cùm acceſſionum ſignificationes habeant, inordinata tamen continent interualla, neque ad integritatem deſinunt. Sic autem dici quòd magnam habeant cum febre tertiana ſimilitudinẽ, eſſeq; partios hemitritæos dictos. Lib. 6. Epid. ſect. 2. aph. 15. ὅσοι τριταιοφυεῖς, τούτοισιν ἡ νὺξ δύσφορος ἡ πρὸ τοῦ παροξυσμοῦ. In his febribus quæ ad tertianarum naturam propiùs accedũt, nox acceſſionem præcedens moleſta eſt. Lib etiam 4. Epid. (p. 330. 9.) Ἐ τριταιοφυέες, καὶ ἠπιαλώδεες, & febres ad tertianarum naturam prope accedentes, & Epiali. In Coac. quoq; Prænot. (p. 425. 20.) οἱ τριταιοφυέες ἀσώδεες πυρετοὶ κακοήθεις. Febres ad tertianarum naturã propius accedentes, cum anxietate malignæ. Et rurſus (v. 25.) οἱ τριταιοφυέες πλανώδεες. Febres tertianarum naturam referentes, errantes. Ac iterum ibidem (v. 10.) τριταιοφυέα ῥίγεα dicuntur rigores febrium quæ propius ad tertianarum naturam accedunt. Sic τριταιοφυῆ ἀλγήματα ſunt dolores qui tertio quoque die cum febris acceſſionibus inuadunt, & tertianarum febrium naturam retinent, ibidem (pag. 427. 16.) quæ & τριταιοφυέως πυρετῷ παροξυνόμενα ἀλγήματα dicuntur, ibid. (p. 433. 4.)

Τριχίασις vitium eſt in oculis cùm pili in palpebris pungentes & inutiles enaſcuntur, vnde τριχιῶντες dicuntur lib. 4. τῶν κατ' ἰητ. (p. 210. 27.) Vbi & περὶ τριχιάσεως agitur eodem lib. ad extremum. Eſt τριχίασις authori Definit. Medicarum (p. 400. 2 t.) βλεφάρων πάθος, ἐν ᾧ ἐν αὐτοῖς τριχῶν ἔκφυσις παρὰ φύσιν, palpebrarum caſus & pilorũ qui in eis ſunt, ortus præter naturam. Huius idem tres ponit differentias, φαλάγγωσιν, πτίλωσιν, ὑπόφυσιν, quibus διστιχίαν aut διστιχίασιν addunt quidam. τρίχωσις dicitur lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 116. 49.) vt & Actuario. Dicitur & τριχίασις affectio, cùm in vrinis feruntur capillis albis quædam ſimilia. Galen. Com. ad aph. 76. lib. 4. καλοῦσι δὲ οἱ νεώτεροι τριχίασιν τὸ πάθος, ἐπειδὴ τριξὶν ὅμοια, καὶ μᾶλλόν γε ταῖς λευκαῖς ἐοικότα φαίνεται τὰ τοῖς οὔροις ἐμφερόμενα. Τριχίασιν vocãt recẽtiores Medici, cùm villis, præſertim albis, ea quę per vrinam feruntur, ſimilia apparẽt. Pilimictionẽ quidam dicunt. Indeque τριχοειδέα σαρκία σμικρὰ ἐν τῷ οὐρήματι ξυνεξουρεόμενα, h. e. carunculæ minutæ capillamentorum effigiem præ ſe ferentes, cum vrinis ſimul prodeuntes, dicuntur, in his quæ adiecta ſunt ad lib. de Natura humana (p. 17. 5 t.) aph. verò 76. lib. 4. σαρκία σμικρὰ, ὥσπερ τρίχες ξυνεξέρχεται. Τριχίασις verò dicitur Erotiano: ἡ περὶ τοὺς μαστοὺς ἀπόστασις, abſceſſus circa mammas, cùm τριχιάσωσι apud Hippocr. exponit. Ex quò facile in animum induco, Erotianum legiſſe apud Hippocr. lib. 2. περὶ γυν. (p. 284. 32.) ὁκόταν γυναικὶ ὁ μαστὸς τριχιάσῃ, cùm mulieri mammilla τριχίασιν paſſa fuerit, (vbi tamen paſſim ῥηγχὸν σχῆ ſcribitur) vt ſit τριχίασις mammillarum ſciſſura & aſperitas, cùm interdum rimas habent veluti capillares, aut rugoſas inæqualitates tenuiſſimis ſciſſuris ſimiles. Sic enim τριχίασις aut τριχισμὸς fracturæ ſpeciem tenuiſſimam ac veluti capillarem ſignificat, adeò vt plærunque ſenſum lateat. Eaque notione ἡ περὶ τοὺς μαστοὺς ἀπόσχασις melius legeretur apud Erotianum. Eſt & τριχίασις pilare malum in mammis. τριχίαν vocat Ariſt. cap. 11. lib. 7. hiſt. anim. ἀραιὸς γὰρ ὁ μαστὸς (vt ſcribit) σομφὸς ὤν· ὅταν, ἐάν τις ἐν τῷ πόματι λάβωσι τρίχα, πόνος ἐγγίνεται ἐν τοῖς μαστοῖς, ὃ καλοῦσι τριχίαν, ἕως ἂν ἢ αὐτομάτη ἐξέλθῃ θλιβομένη, ἢ μετὰ τοῦ γάλακτος ἐκθηλασθῇ. Adeo enim fungoſa tota mamma eſt, vt ſi in poculo pilum forte hauſerit mulier, dolor in mammis moueatur, nec ſedetur donec pilus vel preſſus ſponte exeat, vel cum lacte exugatur. Id malum τριχίαν vocant. Gaza pilare malum dixit.

Τριχολογεῖν eſt floccos vellere Hippocrati ægr. 13. lib. 3. Epid. poſt ſt. peſt. quod faciũt phrenitici. Vbi mente capti ſunt. ἐψηλάφα, ἔτιλλεν, ἔγλυφεν, ἐτριχολόγει. manibus palpabat, euellebat, ſcalpebat, floccos legebat, quæ ſunt hallucinationũ ſpecies. τριχολογεῖν κροκιδίζειν dixit Aretæus in Phreniticis & Gal. lib. 4. & 5. de loc. aff.

Τρῖψις frictio, quæ Hippocrati & antiquis ἀνάτριψις frequentius dicitur. Vide Ἀνάτριψις antea. Eſt & τρῖψις ὀργάνων inſtrumentorum attritus, aut attritio, cùm nimia ſiccitate functionum inſtrumenta exoluta redduntur & languida, tranſlatione à veſtibus aut vaſis deſumpta, quæ nimio vſu ſunt attrita, aph. 1. ſect. 3. lib. 6. Epid. Vbi tamen καταστρέψις ὀργάνων legitur Galeno.

Τρόμος tremor, eſt motus quidam compoſitus ex ea quæ deorſum fit latione, ex grauitate cuiq; innata, & ea quæ ſurſum, ex facultate tollere partes tentante, vt ſcribit Gal. lib. de Tremore, palpitatione, &c. (p. 365. 4.) Vbi etiã Tremor eſſe dicitur impotentis ac debilis motus ſymptoma: aut motus voluntarius partium quæ ſurſum ac deorſum viciſſim feruntur (ibidem p. 466. 4.) vbi tamen vitioſè ἀκινήτως pro ἑκουσίως legitur. Cùm enim tremor motus ſit, non fit ſiue mouendæ partis propoſito, nec ſiue voluntario impetu, vt docet multis ibidem Gal. (p. 368.) in tremoris & rigoris differẽtiis. Fit autem tremor ex vehentis aut mouentis corpus imbecillitate. Atq; huius cauſas ibid. facit facultatem motricem debilem aut exiguam, onus aliquod graue & ſupra vires, timorem, ſenectutem, debilitatẽ; ex morbo, & quæcunque vires imbecillas reddunt. Τρομώδεες Phrenitici tremuli dicuntur Hippocrati, & qui ſubinde tremunt,

quod non niſi valde affectis & propè deſperatis phreniticis contingit, ex ſumma reſiccatione & neruorũ imbecillitate, in Prorrh. (pagina 173.40.176.17.175.24.) & Coac. Prænot. (p.426.33.35.& 36.) τρομώδεες ἐν τῷ λαμβάνειν, in prehendendo tremuli, hoc eſt, dum manibus aliquid prehendunt trementes, quod ex neruoſi generis imbecillitate, affecto neruorum principio, contingit. In Coac. Prænot. (p. 429. 34.) χεῖρες τρομώδεες dicuntur in Prorrh. (p.200.26.) τρομώδεες πυρετοὶ, febres tremulæ, aut cum tremore in calcis ſyderatione, lib. de fract. (p.546.35.)

Τρόπος dictio eſt multiplicem & variam habens notionem apud Hippocr. Interdum nanque eius rei de qua agitur naturam, cõditionem, circumſcriptionem, formam, ſpeciem, conſiſtentiam, genus ac differẽtiam indicat aut modum. Interdum etiam mores animi, conſuetudinem, ingeniũ ac indolem, ac cuiuſq; rei rationem, qua quid fit, ac modum. Iſtamque huius dictionis variam notionem multis annotat locis Galen. vt Com. 3. in lib. 1. Epid. (p. 377.13.) τὸ δὲ τρόπους ἐφεξῆς εἰρημένον, οὐ δύναμαι τί σημαίνει. χρῶνται γὰρ οἱ παλαιοὶ τῇ φωνῇ ταύτῃ κατὰ δυοῖν σημαινομένων, ἐνίοτε μὲν ἐπὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἦθος αὐτὸ φέροντες· ἐνίοτε δὲ ἐπὶ τὰς διαφορὰς, ἢ τὰς ἰδέας τοῦ προκειμένου κατὰ τὸν λόγον πράγματος· οἷον εἰ περὶ διαίτης ὁ λόγος. τρόπους διαίτης εἰπὼν ὁ συγγραφεὺς, τὰς διαφορὰς αὐτὰς, ἢ τὰς ἰδέας δηλοῖ· καθάπερ γε καὶ οἱ πυρετῶν εἶναι τρόπους εἶναι πολλούς· τὰς διαφορὰς τούτων ἢ τὰ εἴδη σημαίνει καὶ νῦν οὖν ἤτοι τὰ τῆς ψυχῆς ἤθη δηλοῖ, διὰ τοῦ φάναι, τρόπουσι, ἢ τὰς τῶν λόγων διαφορὰς, ἐπειδὴ περὶ λόγων προείρηκεν, ὡς εἰ καὶ οὕτως εἶπε, λόγοισι καὶ τοῖς τῶν αὐτῶν ἰδέαις ἢ διαφορῇσι· διαφορὰς γὰρ, ἢ ἰδέας, ἢ εἴδη κατὰ τὸ παρὸν, οὐ δύναται λέγειν, ἁπάντων τούτων γεγραμμένων ἐν τῇ τομῇ τῶν γενικῶς νοουμένων. Quòd deinde τρόποισι dixit, (nos modis vertimus) quid denotet videàmus. Hac enim voce veteres duobus in ſignificatis vtuntur, interdum quidem pro animi moribus eam vſurpantes, interdum etiam pro differentiis aut formis eius rei de qua præſens ſit ſermo. Velut ſi de victus ratione ſermo habeatur, cùm τρόπους διαίτης author dicit, hoc eſt, victus rationis modos, differentias ipſas aut formas indicat. Quemadmodum etiam ſi febrium multos modos eſſe dicat, differẽtias aut ſpecies earum ſignificat. Hac itaque dictione aut animi mores ſignificat, aut ſermonis differentias, quandoquidem ſermonis mentionem fecit, ac ſi diceret: Ex ſermone & ipſius formis ac differentiis. Differentias enim aut formas, aut ſpecies nihil in præſentia refert dicere. Siquidem hæc fiunt omnia in eorum ſectione quæ generaliter mente ſunt concepta. Rurſus Comment. 3. in lib. 1. Epidem. (pagina 381. verſ. 48.) τρόπους πυρετῶν ἐνίοτε μὲν τὰ ἤθη καλοῦσιν, ἐνίοτε δὲ τὰς διαφορὰς καὶ τὰς οὐσίας· τὰ εἴδη δὲ νῦν αὐτῶν δῆλον ἐστὶν ἑκάστου τῶν προειρημένων πυρετῶν γεγράφθαι. τρόπους hoc eſt, modos febrium, interdum quidem mores vocant, interdum verò differentias & eſſentias. Quod autem nunc ſpecies ſingularum præſcriptarum febrium ſcripſerit, manifeſtũ eſt. Hanc etiam vocis huius multiplicem notionem adſcribit Commentarius in ſentent. 1. lib. 3. de Humor. Galeno attributus. τρόπους enim veteribus interdum mores animi indicare ſcribit, interdum etiam formas, differentias, aut ſpecies rei de qua agitur. At τρόποι πυρετῶν dicuntur Hippocrati, lib. 1. Epidem. (pag. 381. verſ. 39.) τὰ εἴδη exponit Galenus cap. 4. lib. 1. περὶ κρίσεων. Sic aphoriſ. 9. ſect. 1. lib. 6. Epidem. ὁ τρόπος πυρετοῦ. Vbi τρόπον πυρετοῦ explicat Galenus: ποῖός τις θερμὸς, καὶ χολώδης, καὶ καυσώδης, ἢ τῶν ἄλλων τις. Idem verò ἰδέαν exponit lib. 3. de Criſibus (pag. 422. verſ. 38.) καὶ πρῶτον μὲν εἰς τὴν τοῦ νοσήματος ἰδέαν ἀποβλέπειν. εἰ γὰρ ἀκριβῶς εἴη περικαὴς, εὐθὺς ἂν καὶ ἡ τοῦ ῥίγους πρόγνωσις βεβαιοτέρα. Ac primùm morbi forma inſpicienda eſt, qui ſi exquiſitè perurens fuerit, confeſtim certior rigoris prædictio fuerit. τρόπους πυρετῶν, εἴδεα πυρετῶν vocat Hippocrates lib. 3. Epidem. ſt. peſt. (pag. 428.19.) Sic ἐνίοτε τρόπος morbi genus, ſpeciem ac differentiam indicat & naturam, lib. 2. Epid. (pagina 311. verſ. 22.) Et lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.63.20.) προστεκμαρτέα δὴ καὶ ἰσχὺς, καὶ ὁ τρόπος τοῦ νοσήματος ἐκείνου. Coniiciendum ſanè de robore & morbi cuiuſque ſpecie. Vbi τρόπον τὴν διαφορὰν exponit Gal. Et Prorrh. 2. (p. 424. 19.) ὁ θανατώδης ὁ τρόπος τοῦ νοσήματος, morbi genus minimè lethale indicat. Et lib. 6. Epidem. aphoriſ. 33. ſect. 8. τῶν ἐπιδημεόντων νόσων οἱ τρόποι, morborum populariter graſſantium naturæ. Et lib. 1. Epid. (p. 352. 35.) ὁ τρόπος ἐκφυμάτων, tuberculorum ad aures exortorum natura. Eadem notione οἱ τρόποι φαρμάκων dicuntur medicamentorum naturæ, genera ac differentiæ, lib. 2. Epid. (pag. 315. 2.) licet lib. περὶ τέχνης. (p. 16. 11.) φαρμάκων τρόποι, medicamentorũ modi potius ſimplicium medicamentorum actiones, præparationes, ac effectuum rationes indicent. Sic quoque τρόποι rerum differentias & genera ſignificant, vt lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 46. 17.) ἐφ' ἑκάστοισι τῶν τρόπων, in ſingulis generibus dicitur quòd illic aut morborũ ſpecies & formas comprehendat, aut certè mulſæ vini, & aquæ differentias complectatur, quarum vim & collationem ſe explicaturũ promittit, vt ſcribit Gal. in Com. τρόποι διαίτης, vict⁹ rationis modi & genera, lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.86.22.) διαφορὰς καὶ ἰδέας exponit Gal. τρόποι τῶν ἀλγημάτων Prorrh. 2. (p.422.13.) dolorum genera iudicát, differentias ac ſpecies, aut cuiuſq; doloris naturam propriã aut ſubſtantiam qua inter ſe differunt. Quemadmodũ ibid. rurſus (p.418.41.) οἱ τρόποι, partiũ ſingularum ſubſtantiam ac naturã ſignificát, cùm partis cuiuſq; naturam ꝓpriã & ſubſtantiam plurimùm inter ſe differre ſcribit, & vt de vulnere æſtimes in cõſiderationem adhiberi poſtulat. Non aliter quam Gal. lib 3. Meth. med. cap. 3. propriam cuiuſq; partis naturam, quæ ex propria primorum corporũ temperie conſtat, ad vlceris curationẽ attendit. Etſi illic τρόποι vulnerum modos, figuras,

differentias,

differentias & genera denotare poſſunt. τρόποι τῶν νόσων. li. περὶ χυμῶν (p.116.23.& 31) τρόπος τῆς ἰήσιος, curationis modus & ratio, Prorrh. 2.(p.117.16.) τρόπος ἁπλοῦς κατήγματος, ſimplex fracturæ modus, cùm neque vlcus eſt, neq; os nudatum, neque in multas partes comminutũ, lib. de fract. (p.538.38.) Et τρόποι κυλλώσιος, modi quibus pes varus redditur, multiplices rationes quib. quidam vari euadũt, lib. de art. (p.642.30.) τρόπον τριταιοφυέα modum & tertianæ febris naturã intelligit Hip. aut formam & ſpeciem lib.1.Epid. (p.356. 20.) & (p.362. 20.) non ſecus ac κοιλίαι ὑγρασμέναι κακοήθεα τρόπον, ventres maligno quodam modo humeſcentes dicuntur ibidem (p. 365. 6.) & οἱ τῶν φθινώδη τρόπον ἀπολλυμένων (ibidem p. 356.19.) qui non quomodo reliqui tabidi affecti ſunt, ſed propria quadam ac circumſcripta tabis forma vexantur. τρόποι τῶν ὠφελειῶν, modi & rationes ex quibus vtilitas proueniat, Prorrh.2. (p. 422. 33.) τρόπον ταλαίπωρον ζώοντες ibidem (p.417.3.) qui miſerrimo quodam modo viuunt, qui laborioſam & calamitoſam vitam quodammodo tolerant, aut miſerrimè viuunt. Ibidẽ rurſus (v.6.) τρόπον ἐπιμελὴς καὶ φιλόπονος, qui naturâ diligens eſt & induſtrius, aut in vict⁹ ratione attentus & ſollicit⁹, qui accurata victus ratione vtitur, aut cui victus ratio curę eſt. Sic victu curioſo eos antè cauere vult Celſus, quibus articulorum dolor certis tẽporibus tenetur, (cap. vlt. lib.4.) Vbi τρόπος animi mores indicare poteſt, vt & ſect. 3.libr.1.Epid. cùm ex ægri moribus futurorum præſenſionem & præſentium dignotionem erui vult Hipp. Non ſecus ac aph. 26.lib.6.Epid.ſect.6. ex capite reliquarum partium æſtimationem fieri vult, γνώμης καὶ τρόπων, mentis & morum. τρόπος etiam corporis habitum indicare videtur aph.11.ſect. 2.lib.6.Epid.) ἢ τῇ φύσει ἢ λευκοχροωτέρῳ τρόπῳ, ſi natura candidioris ſint habitus aut albidioris coloris.

Τροφὴ alimentum aut nutrimentum dicitur, cuius naturã & eſſentiã ampliſſimè Gorrhęus explicat, vt & eius triplicem ex Hippocrate libr. περὶ τροφῆς (p.110.25) differentiam. Eſt enim τροφὴ τὸ τρέφον, ἢ τὸ οἷον τροφὴ, ἢ τὸ μέλλον τροφὴ, quod actu nutrit, & quod quaſi eſt nutriẽs, & quod nutriturum eſt. Quod quidem pluribus locis celebrat Gal. nempe aph.39.lib. 5.lib.1.de fac.nat.& ad finem lib.1.ſalubr. Sic τροφὴ aph.26.ſect.4. lib.6.Epid. pro ſanguine ſumitur omnes humores complexo qui in venis continetur, & vnde alimentum toti corpori diſtribuitur, quæ eſt ſecũda τῆς τροφῆς differentia. τροφὴν λαμβάνειν, quod eſt cibum capere, de his dici conſuetum quibus appetentia valet, vt & τροφὴν μὴ λαμβάνειν, de his quib. deiecta eſt appetentia, aph.8.lib. 2. Sic enim ibi Gal. λέγειν ἡμῖν ἔθος ἐστὶ, μὴ λαμβάνειν μὲν τροφὴν τοὺς ἀνορέκτους, λαμβάνειν δὲ τοὺς ὀρεγομένους τε καὶ τρεφομένους ἄχρι κόρου. Dicere ſiquidẽ nobis eſt conſuetum, cibum eos nõ capere, qui cibum faſtidiunt, capere verò, qui cibũ appetunt, & ad ſatietatem vſq; replentur. τροφήματα pro cibis & eduliis ſcribuntur Hippoc. lib. de fiſtulis (p.519.1.) verùm ῥοφήματα leg. exiſtimo, vt ſorbitiũculas indicet. Quidam etiam τρυφήματα legunt, pro delicato victu & cibo. τρόφις Gal. exponitur apud Hipp. εὔτροφος, παχύς, bene nutritus, craſſus, pinguis. Verùm non parũ mihi ſuſpecta eſt hæc lectio, & lubenter τρόφις cũ multis lego, quòd τρόφις exponitur Heſych. εὖ τεθραμμένος, & τρόφις Euſtathio τρόφιμον, ſignificat, h.e. alumnum.

Τροφιώδης exponitur Galeno in Exeg. apud Hip. ἔχον ἐμφερόμενά τινα πεπηγότα, hoc eſt habens compacta quædam quæ per ipſum lotium feruntur. Sic enim de vrina effertur lib.7.Epid. (p.367.32) eumq; locum procul omni dubio ſubindicare videtur Galenus. ἐκταίη οὔρησεν ἀθρόον πολὺ τροφιῶδες. Sexto die multam confertim vrinam reddidit, compacta quædã per eam innatantia habentem. Vbi & οὖρον τροφιώδεα (v.22.) & οὖρα τροφιώδεα (v.29) ſcribuntur & intelliguntur vrinæ denſata quędam & cõpacta innatantia habentes, h. e. quæ craſſamenta quędã habent & denſata contenta, velut enæoremata quædã conferta & globoſa, qualia apparent in magna crudæ & cõfertæ materiæ copia, malignaq; febrium complexione, quę magnum internum incendiũ & vehementem naturæ exagitationem, flatuumq; permixtam copiam ſignificant, qualia Hippocrati annotantur ſæpe in Epidemiis, ἀναιωρήματα στρογγύλα ἢ διεσπασμένα, conuulſioneſq; & deliria portendunt, velut ægr.1.& 8.lib.1.Epid.& ægr.3. & 4.lib.3.& ęgr.11.poſt ſt.peſt. τροφιώδης etiã οὖρον accipi videtur in Coac. Prænot. (p.442. 17.) etſi parũ integra lectio videtur ex Prorrhetico. Τροφιώδεα etiã διαχωρήματα vocantur ibid. (p.443.28.) eadem notione quæ denſata prodeunt & concreta quædã habent, ita vt aluo liquidæ & humorum acrimonia effuſæ repugnare videantur. Sed nec parũ mihi ſuſpecta eſt lectio, & ἐκ στροφώδεων ὑποστάσιος ὑπόστασις legendum apparet ea Prorrh. vt alui recremẽta cum torminib. effuſa accipiantur, quæ ferè ſolent aluũ liquidã comitari, eaq; omnia deiectionib. liquidis attribuũtur. Quæ lectio mihi etiã ex Prorrhetico probata eſt, quòd στροφώδεα διαχωρήματα veriùs quàm τροφιώδεα dici videantur, præſertim cùm quod ſubſidet ſubliuidum & limoſum ex torrefactione & exaſſatione quadam contingat, malamque hepatis affectionem indicet, vt ſcribit Gal. in Prorrh. (p.216.34) eiuſmodiq; excrementa aluum cum torminibus effundere ſoleant. Eſt autem vox iſta inter obſcuras repoſita & inſolens, παρὰ τὸ τρίφαξ, ὃ ἐστι πήγνυξ deducta, vt ſcribit Gal. Sic etiam Euſtathius exponit τρίφαξ πήγνυξ, & Heſychius τρίφει πηγνύει, & τρίφαξ ὁμοίως, hoc eſt, πήγνυξ. Galenus quoq; Com. 3.in Prorrh. (p. 216. 29.) (vbi στροφώδεα vox eadẽ quæ in Exegeſi τροφιώδεα exponit) τὸ διατρίφαξ πήγνυξ explicat, & apud Homerum ἀμφιτρίφαξ κονιῶδες, τὸ ἀμφιπήγνυξ ſignificare

ſcribit. Vbi certè διατρέφεσθαι & περιτρέφεσθαι, pro διαθρέφεσθαι & περιτρέφεσθαι poni videntur. Quemadmodũ apud Hom. ὀδυσσ. ξ. & σακέεσσι περιτρέφετο κρύσταλλος, περιτρέφετο legit Heſychi⁹, & περιεπήγνυτο exponit. Sic & Il. ε. μάλα δ' ὦκα περιτρέφεται κυκόωντι, περιτρέφεται legit Herodian⁹, eamq; ſcripturã approbat Euſtathius. Erotianus certè τρέφειν Atticis τὸ πῆξαι ſignificare ſcribit, vbi τὸ θαμμαίνειν, πηγνύει exponit. Idemq; annotat θρέψαι τὸ πηγνύναι τινές, velut à θρίψ deductũ, cùm cõtra meliùs à θρέψαι deducat Heſychius, & τὸ πεπηγμένον ſignificare ſcribit. τραφεῖσθαι etiam παχύνεσθαι quod eſt incraſſari, exponit Heſychius.

Τρόχισκος κροκώδης καὶ τρίγωνος, paſtillus croceus & trigonus, ſunt paſtilli vim narcoticam habentes, ſedandoq; dolori accommodati, quorum meminit Gal. libr. 2. κτ' τόπ. (p. 81. 7.) Meminit & Trigoni Gal. libr. 12. Meth. med. (p. 164. 36.) vbi tamen τρυγωνὸς vitioſè pro τρίγωνος legitur. Paſtillus τρίγωνος deſcribitur Galeno libr. 7. κτ' τόπ. cap. 5. & Paulo lib. 7. cap. 12.

Τροχοὶ curſus ſignificant. ſed vidẽtur ſumi apud Hipp. curſus circulares & curui, quiq; rectis opponuntur, quos δρόμους vocat. Sic lib. περὶ ὑπνίων (p. 107. 40.) δεῖ δὲ ἀμφοτέρας τὰς ἀντισπάσιας ποιεῖσθαι, & τοῖσι δρόμοισι, τοῖσι τε καμπτοῖσι & τροχοῖσι χρῆσθαι. Vtranq; autem in partem reuulſiones facere oportet, & rectis curſibus ac curuis circularibuſq; vtendum. Et ibid (v. 57.) τοῖσι τροχοῖσι ὀξέσι vtendum dicit, hoc eſt curſibus circularibus, aut in circulum & gyrum factis velocibus. Ac rurſus (p. 108. 23.) ξυμφέρει δὲ τούτῳ τροχοῖσι ὀξέσι κεχρῆσθαι. Huic autem confert curſibus circularibus velocibus vti. δρόμους quoque ὀξεῖς & καμπτοὺς vocat, curſus veloces & curuos lib. 1. περὶ διαίτης (p. 89. 6. & 40) Et lib. 2. (p. 98. 12) τοὺς δρόμους μακροὺς & καμπτοὺς τοῖς τροχοῖς ex aduerſo collocare videtur, vt lib. 3. (p. 101. 24. & p. 104. 12. 32) & (p. 105. 14.) τροχοὶ δρομοὶ exponuntur Gal. in Exeg. apud Hippoc. quemadmodũ ſumi videntur lib. 2. περὶ διαίτης (p. 98. 22.) & lib. 3. (p. 101. 30.)

Τροφίον exponunt glandulam interpretes apud Hipp. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 230. 48.) τροφίον ποιήσας, glandulam effictam, efformatam. Sed locus ſuſpectus & viciatus videtur, vt ſatis aſteriſcus Aſulano codici appoſitus teſtatur. Et pro τροφίον, τρίβων, λεῖον ποιήσας, reponi poſſe exiſtimo, vt tenuiter tritum & læuigatum medicamentũ intelligatur, quod tenui lana conuolutum ſubditur.

Τρύγη apud Hipp. dicitur tragus aut olyra libr. 2. περὶ διαίτης (p. 92. 48.) ſemen tamen vertit Caluus. τρύγη exponitur Heſychio ὁ πυρὸς, & ἡ κριθὴ, & πᾶς ἄλλος καρπὸς, & πᾶσα βοτάνη: Euſtathio verò τρύγη ὁ δημητριακὸς καρπὸς exponitur, Cereales fruges. Vnde τρυγοβόλιον frumẽti reconditorium, & locus in quo frumentũ reponitur. σιτοβόλιον. τρυγοβόλια exponit Heſychius εἰς ἃ καρποὺς ξηροὺς ἀποτίθεσθαι.

Τρυβλίον, catinus, paropſis, pro ollula apud Hippocratem ſumitur, in quam materia ad ſuffitum parandum mittitur, lib. περὶ ἀφόρων (p. 296. 42.) Quibuſdam etiam ὀξύβαφον & acetabulum ſignificat, & menſuram indicat cyathos quinq; continentem. Vtitur quoque Hippocr. ſæpe lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν, vt (p. 190. 25. & 192. 38. & 195. 46. & p. 207. 6. 18. 42. 45.) & in Nothis quæ adiecta ſunt ad lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 300. 18.) ἁλὸς τρυβλίον πλέον, ſalis heminam plenam, aut acetabulum plenum dicunt interpretes.

Τρύζειν ſtridere ſignificat, ſuſurrare, murmurare & ſonum quendam aut ſuſurrum edere, voxq; eſt ex ſono fictitia. In Progn. (137. 59.) de alui egeſtione, ξυμφέρει μὴ τρύζειν. Præſtat vt ſine ſtridore exeat. Vbi ſcribit Gal. διορισμὸς δὲ τούτων ἐστὶν, εἰ μή γε θρύζει. γέγραπται δὲ & μετὰ τοῦ σίγμα & χωρὶς τοῦ σίγμα τοὔνομα, καθ' ἑκατέρην γραφὴν ἀπὸ τοῦ γινομένου ψόφου πεποιημένον. Diſtinctio eſt, ſi neque ſtrideat. Scriptum autem eſt & cum σ & ſine σ. eſtque dictio vtrouis modo ſcribatur, à ſono efficta. Quem certè locũ mihi ſubindicare & exponere videtur Erotianus cum ſcribit. τρύζειν, οἱ δὲ στρύζειν. ἔστι δὲ τὸ μετ' ἀσήμου ψόφου διαχωρεῖν. εἴρηται δὲ ἀπὸ τῆς τρυγόνος, ὅτι ἀσήμως καὶ γογγυστικῶς φθέγγεται, ὡς καὶ Ὅμηρός φησιν, Ὡς μή μοι τρύζητε παρήμενοι ἄλλοθεν ἄλλος. ἀλλὰ τοῦ ἀσήμως καὶ γογγυστικῶς λαλεῖν. Quod eſt, τρύζειν, nonnulli verò στρύζειν. Eſt autem cum obſcuro ſtrepitu aluum deiicere. Dictum eſt à turture quæ obſcurum & cum murmure quodam ſonum edit. Velut etiam Homerus inquit. Vt ne mihi murmuretis hinc & hinc ſedentes, hoc eſt, obſcurè & cum murmure loquamini. Additque idem Bacchio τρύζειν eſſe, τὸ μετά τινος στροφώδους ἀπεκκρίσεως καὶ προθυμίας διαχωρεῖν. cùm torminoſo quodam & vehemẽti dolore promptè aluum exonerare. θρύζειν autem idem ſignificat quod τρίζω, ſtrido, obſtrepo, & tryſſo. Heſychius τρύζει, γογγύζει, ψιθυρίζει exponit, murmurat, ſuſurrat. τρύζειν apud Homerum πολυλογεῖν indicat, multis verbis obtundere, & μὴ θρύζητε, μὴ πολυλογεῖτε, μὴ πολυφωνεῖτε exponitur ex Euſtathio. Quem ſanè verſum Il. α. (v. 311.) explicare etiam videtur Heſychius cum θρύζητε, ψιθυρίζητε, λογοποιῆτε, γογγύζητε exponit. Sed θρύζεται, ψιθυρίζεται & γογγύζεται vitioſè ſcribitur. θρύζειν verò dicitur de ventris murmure aut ſtridore, aut de ventris egeſtione quæ cum ſuſurro quodam procedit. Sic de vento in vtero ſcribitur libri ſecundi περὶ γυναικ. (pagina ducenteſima octnageſima tertia, verſiculo vigeſimoquinto) φῦσα ἔξεισι & θρύζει, flatus exit & ſtridet. Et libri primi περὶ γυν. (pagina ducenteſima trigeſima quinta, verſiculo tertio) θορυβεῖ dicitur de vteri ſuſurro & ſtridore in ſuum locum redeunte. Significatur autem ſtrepitus quidam velut ſtridor, qui in ventre ſubauditur, quem etiam per θυλλίζειν in pectore mihi exprimere videtur Hippocrates libri περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pagina centeſima nonageſima ſecunda, verſiculo vigeſimo primo) vt τρυλλίζειν forte pro τρύζειν poſitum videatur, καὶ ἐν τῷ

ſτήθει

τῆθεσι καὶ πλεύμοσιν ὥσπερ γαστὴρ τρυλλίζει. & ex pectoribus ac pulmonibus velut ex ventre quid murmurat. Quibus verbis innuitur in pulmonis inflammatione, intus concepto incendio & multo flatu in pulmonibus concluſo, quid in pectoribus ſtridere, ac velut ex ventre murmur & ſuſurrum aliquem edere. τρύζειν etiam dicitur de ventris ſtridore vt lib. 2. de Morb. (p. 153. 30.) ἡ κοιλίη τρύζει, & aluus ſtridet, in pulmonis eryſipelate. Et (p. 154. 38.) καὶ τρύζει τὸ αἷμα ὥσπερ μάσθλης, ſanguis ſtridet velut corium, de ſibilo illo & ſono ſtridulo qui in thorace exauditur, pulmone ad latus adhæreſcente, vt τὸ στῆθος pro αἷμα lubentius legam, quod antea etiam monuimus. Et rurſus ibidem (p. 143. 32.) de aurium tinnitu, ὦτα τέτριγε dixit, hoc eſt aures ſuſurrant aut tinniunt. Hinc τρυσμὸς aut τρυγμὸς ſonitum quendam vocis indicat, quem propriè turturi attribuunt, quæ inde τρυγὼν nominatur ἀπὸ τοῦ τρύζειν, quod gemere dixit Virg. At τρύζειν de vrina per translationem effertur Hippocrati, cùm ea guttatim ſtillat, & deſtillando ſtrepitum edit & quendam ſonum. Velut libr. 2. περὶ γυναικ. (pag. 271. 7.) καὶ τὸ οὖρον τρύζει, & vrina ſtridet. Quod eadem in re libr. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 216. 44.) καὶ τὸ οὖρον στάζει dicitur, & vrina ſtillat. Non ſecus libr. περὶ ἀφόρων (p. 299. 19.) καὶ τὸ οὖρον τρύζει, καὶ τὸ οὖρον στάζει eadem in re dicitur lib. περὶ γυναικ. 2. (pag. 276. 42.) & lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 214. v. 26.) Iſtud verò contingit vtero in imum ventrem conuerſo, indeque compreſſa veſicâ ac veluti intercepta vrina. Eadem etiam ratione τὰ ἐπιμήνια τρύζοντα, ſtridentes menſes & velut guttatim diſtillantes dicuntur lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 281. 47.) Et Prorrh. 2. (p. 415. 40.) οἱ δ' κατ' ὀλίγον τρύζει τὸ οὖρον. Quod ſi paulatim vrina ſtrideat.

Τρὺξ fœx dicitur tam de vino quàm de oleo, quæ & ἀμόργη. Libr. 1. περὶ γυναικ. (pag. 254. 26.) τρύγα ξηρὴν ἐξ οἴνου παλαιοῦ λευκοῦ, fœcem ſiccam ex vino vetuſto albo in peſſo ſubdititio adhibet Hippocrat. Idemque vini fœcem ad vteri collutiones aſſumit ibidem (p. 259. 7.) & libr. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 221. 34. & libr. 2. περὶ γυναικ. (p. 268. 6.) Τρὺξ etiam bilem atram (quæ veluti fœx ſanguinis eſt) ſignificat libr. 5. Epid. (p. 341. 38.) δι' ἐμέτου τρὺξ μαλθακὴ ἦλθε, vomitione fœx mollis prodiit. Quod repetitur lib. 7. Epid. (pag. 362. 17.) τρυγώδης πτύσις, fœculenta expuitio, in Coac. Prænot. (pag. 441. v. 27.) αἱμάλωπος πτύσις ἡ τρυγώδης ξυμφέρον, ſanguinis concreti ſputio non fœculenta.

Τρύπανον terebra acuta dicitur Hippocrati, qua os foratur, & intelligitur τρύπανον τὸ ὀξύ, quod περιτρήσιον dicitur Galeno in Exeg. Eſt & alia terebra quæ πρίων dicitur, quæ caua eſt & ſerræ vicem habet, teres eſt, eaq; os exciditur & foratur, vt patet ex libr. de cap. vuln. Τρύπανον τρυγλητήριον dicitur trepana aut terebra caua apud Hippocratem libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 200. 3.) qua coſtas perforat in hydropicorum ſectione. Verùm τρογλητήριον, aut forte τρογλοδυτήριον legendum, à τρώγλη quod foramen aut cauernam ſignificat, ſicque denominari videtur, quòd pectoris cauernam ſubeat. etſi περιτρησίῳ illîc legere malim ex Galeno.

Τρύφος fruſtum ſignificat aut fragmentum, velut lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 289. 13.) τρύφος ἀμφορέως διάφανές, amphoræ fruſtum candens dicitur, in quam materia ad ſuffitum imponitur. Pro qua lib. 1. περὶ γυν. (p. 246. 25.) ὀστράκιον χυτρίδιον καινὸν διάπυρον, eadem in re ponitur.

Τρύχω ἢ τρυχόω idem quod τρύω ſignificat, detero, conficio, conſumo laboribus, aut defatigo. Vt καμάτοις τε καὶ φροντίσι τετρυχωμένος, laboribus curiſque confectus. τρύχει eſt Heſychio, φθείρειν, τήκειν, κακοποιεῖν, κακοῦν, κακοπαθεῖν. Et τρυχόμενος κακοπαθούμενος, ἀνιώμενος, δαπανώμενος. & τρύχουσι, τρύχουσι, ἐπιτρίβουσι. Hippocrat. libr. περὶ ἱερῆς νούσου (pag. 128. 40.) iubet medicum τρύχειν τὰ νοσήματα, morbos conficere, exterere, retundere ac profligare, cui reſpondet φθίνειν καὶ ἀμαυροῦσθαι. Sic τρύχεσθαι τὸ σῶμα corpus affligi, cõfici & proſterni dicitur lib. 3. de Morb. (p. 164. 36) Et lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 234. 24.) καὶ ἢν ὕστερόν τι νόσημα ἢ πάθημα ἐπιπέσῃ ὥστε τρυχωθῆναι τὸ σῶμα. Quod ſi poſtea morbus aliquis aut affectus incidat, qui corpus conficiat, affligat, conſumat, aut malè habeat. Et rurſus ibidem (v. 28.) ἢ τρυχωθῶσιν ὑπὸ χρόνου τε καὶ τῆς νόσου, aut in diuturnitate temporis & morbi confecta. Sic σῶμα τετρυχωμένον ibidem (p. 235. 32.) corpus afflictum, affectum & conſumptum morbo aut attritum. Ac rurſus ibidem (p. 248. 39.) καὶ μὴ λίην τετρυχωμένη ᾖ, neque admodum conſumpta fuerit aut attrita, attenuata. Et (pag. 251. 24.) ἢν δὲ αἱ καθάρσιες ἤδη τετρυχωμένῃ. Quod ſi iam attenuatæ purgatio procedat, aut attritæ morbo & conſumptæ. τρυχοῦν pro τρυχοῦν exponitur Galeno in Exeg. κακοποιεῖν, ἰσχναίνειν, vexare, conficere, extenuare. Τρύχει etiam pro τρύχεται neutraliter accipi videtur libr. 3. περὶ διαίτης (pag. 104. 42.) τὸ οὖν σῶμα τρύχει, corpus igitur conſumitur aut contabeſcit alimento fruſtratum quod ibidem (pag. 105. 7.) τὸ σῶμα τρύχεται dicitur.

Τρύχος pannum lacerum & attritum ſignificat, ῥάκος dicitur. Apud Ariſtophan. in Acharn. (p. 279.) τὰ ῥάκι' ἐκ τραγῳδίας, & ῥάκιον τοῦ παλαιοῦ δράματος, τὰ τοιαῦτα τρύχη vocat quidam. Vbi Schol. τρύχη τὰ ῥάκη τραγικῶς ſignificare ſcribit. Intelligit autẽ veteris comœdiæ fruſta & tritam Laciniã, ac tragœdiæ pannos ridet aut mordet, quod pannoſos & abiectos heroas induceret Euripides. Dicitur & τρύχος ἐκκρεμὲς μακρὸν Theophraſto cap. 9. lib. 3. hiſt. plant. quod dependet ex ægilope, veluti panniculi attriti aliquod fragmentum & muſcus. Plinius cap. 8. libr. 18. panos arentes, muſcoſo villo canos vocauit. Quicquid enim ſublonga & rotunda forma tumet paniculus & panus dicitur Plinio, & quod è

picearum vel ruborum ramis dependet. A ῥάκος fit τρύχιον diminutiuum, quod ῥάκιον ſignificat, eoq; ſæpe vtitur Hipp. vt lib. 1. περὶ γυν. (p. 236. 20.) ἔπειτα δὲ δύο τὰ τρυχία, χωρὶς ἐφ' ἑκάτερον. eamq; dictionem paulò pòſt exponit, σκέπασαι δὲ ἱμάτια ἄλλα ψήφιστα ἐπὶ ῥάκεσι πολυθρύλα. Et rurſus ibidem (pagina 243. 27.) καὶ σμύρναν ἐς τρύχιον ἀποδήσας. & myrrham in linteum illigato. Significat autem linteum rarum in quod medicamenta ad peſſum conficiẽdum immittuntur, quod aliàs ſæpe ἐς ῥάκος ἐνδήσας dicitur (vt p. 254. 35.) & ἐν ὀθονίῳ ἐνδήσαντα (p. 255.) At libr. 2. περὶ γυν. (p. 287. 21.) ψύχιον pro τρύχιον nõ ſine ſuſpicione legitur: ἐνθεὶς ἐς τρύχιον, quod ἐνθεὶς τι εἰς ῥάκος eadem in re dicitur lib. περὶ γυν. φύσ. (p. 220. 43.) in linteum indito. Vnde etiam ψυχανασχεῖν ſcribitur lib. 2. περὶ γυν. (p. 288. 43.) & exponitur, linteo excepta ſubdens. Sed tamen etiam ſuſpecta eſt lectio. Eſt & τρύχιόν τι πολύπτυχον, pãniculus aliquis lacer multiplex, lib. de art. (p. 621. 33.) Panniculũ alii dicunt, nos panniculũ lacerum & attritũ diximus. Etſi panniculum quibuſdã ſumi pro pãno craſſo, vili & attrito apud Celſum ſatis intelligimus, tùm faſciã ex panniculis fieri iubet, libr. 7. cap. 20. Vbi tamen panniculis Hermolaum Barbarũ legiſſe cõſtat. Rurſus etiã (p. 659. 28.) τρυχίων ἐρεῶν ἐρρηγμένα, panniculorum laneorum ſegmenta & fruſta dicuntur.

Τρῶγλαι ſunt cauernæ & foramina roſione facta. τρώγλας τρύπας foramina exponit Heſychius & τρώγας τρώγλας. Moſchioni cap. 126. hirudinum inciſuræ & ſectiones τρῶγλαι dicuntur. Hipp. lib. περὶ ἀρχῶν vulgò inſcripto (p. 41. 29. & 30.) τρώγλας vocat meatus & foramina aut etiam cauitates quæ in carne inſunt, in quibus humidum continetur. τὸ δὲ κολλῶδες τρῶγλαι ἐσβέβηκε. ἐν δὲ τῇσι τρώγλῃσι ἔνεστι τὸ ὑγρὸν, ὥσπερ ἐν τῇσι φλεψὶν τῇσι μεγάλῃσιν. Glutinoſum autem in foramina abiit. in his autem foraminibus humidum ineſt veluti in magnis venis.

Τρώειν, τιτρώσκειν, ἀμυχάζειν, quod eſt vulnerare ſcarificare ea lib. 2. de Morb. mulieb. exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. Verùm τρώειν non reperio, ſed τρώσῃ (p. 279. 28.) ὡς μὴ τρώσῃ, pro τιτρώσκῃ, vt ne lædat. Quibus verbis glãdem ſuppoſitiriam illinendam & emolliendam eſſe præcipit, ne lædat aut pungat. Certum eſt autem illud τρώσῃ à τρώω deduci. Quod num innuere voluerit Gal. num verò ὡς μὴ τρώειν legerit, mihi non planè cõſtat.

Τρωκτοῖσι, ὠμοῖς ἐσθιομένοις, hoc eſt iis quæ cruda eduntur, exponit Gal. in Exeg. Quibus verbis locum lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 267. 24.) mihi ſubindicare videtur. καὶ ἀγρίοισι τρωκτοῖσι (vbi de oleribus agitur) & ſylueſtribus quæ cruda eduntur. τρωκτὸς autem idem quod τρώξιμος, qui eſui eſt, edulis, veſcus, qui cõedi poteſt. Vt plurimùm verò τρωκτὰ vocantur quæ cruda edi ſolent, velut quæ vel in acetariis, vel ſecundis menſis edenda apponuntur, vt vua paſſa, ficus, rhaphani, bulbi, itemq; τραγήματα.

Τρῶμα vox eſt Ionica & valde ambigua, interdumque ad vlcus, interdum etiam ad vulnus refertur: Ionibus tamen in communi omnes offenſas & noxias inſigneſq; læſiones indicat, quæ ab externo quopiã fiunt etiamſi citra vulnus factæ ſint. Quod ſcribit Gal. Com. 5. in lib. 6. Epid. (p. 552. 38.) τρώματα γὰρ ὀνομάζει ὁ Ἱπποκράτης τὰς μεγάλας βλάβας ἐκ τινος τῶν ἔξωθεν γινομένας, εἰ καὶ χωρὶς τραύματος. Et Com. 2. in libr. de art. (p. 602. 25.) πάσας γὰρ τὰς βλάβας οἱ Ἴωνες ὀνομάζουσι τρώματα. Vnde τετρωμένου βεβλαμμένου ibidem apud Hipp. exponitur Gal. Ac rurſus Com. 3. in Prorrh. (p. 212. 25.) τρώματα γὰρ τὰς ἀπὸ τῶν ἔξωθεν αἰτίων βλάβας ὀνομάζει ὁ Ἱπποκράτης. Sic τρωθῆ, βλαβῆ, κακωθῆ exponitur etiam Gal. in Exeg. apud Hippocr. καὶ τρῶμα ἡ βλάβη. Vt hac dictione omnes inſignes noxiæ & læſiones cõprehendantur ab externo aliquo contingentes, ſiue vlcus aut vulnus reſpiciant, ſiue citra ea fiant, quemadmodum libr. de cap. vuln. ſæpe ea notione vſurpatur: vbi & τρωθῆ legit (p. 447. 43. & p. 449. 26.) & τρωθείς, & τρώσῃ & τρώσιος ea notione crebro ſumuntur. In Coac. Præn. (p. 440. 6) ἐὰν τις ἐγκέφαλον τρωθῇ. τραῦμα verò dicitur Gal. lib. de Cõſt. art. Med. (p. 36. 30.) continuitatis ſolutio in carne ex inciſione facta. Τρωματίης aut τρωματίας dicitur Hippocrati qui vulnus accepit vt lib. περὶ ἰητροῦ (p. 14. 34.) iubet Medicum bella externa ſequi, & in quouis armorum aut telorum genere dignoſcendo exercitatum eſſe, quò facilius vulneratos agnoſcat & iis opem afferat. Lib. περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τρωμάτων (p. 447. 12.) σκοπεῖν δὲ χρὴ τὸν τρωματίην ... Et (pagina 449. verſic. 25.) ἐκ τῶν λόγων τοῦ τρωματίου, ea vulnerati ſermonibus. Et libro περὶ παθῶν (pagina centeſima octuageſima ſexta, verſiculo ſecundo) τοὺς τρωματίας λιμοκτονέειν. vulneratos fame macerare oportet.

Τρώξιμα dicuntur quæ cruda eduntur, vt fructus & olera, eadem quæ τρωκτά. Libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 203. 26.) τρώξιμον δὲ, ῥαφανῖδι χρῆσθω. Ex his quæ cruda comeduntur, rhaphanide vtatur. Et rurſus (204. 28.) λαχανοφαγίῃ τρωξίμων πολλῶν. olerum multorum quæ cruda eduntur eſus.

Τρώσκεσθαι, ἐκτιτρώσκειν hoc eſt abortire exponit Galenus apud Hippocratem in Exegeſi, vnde & τρωσμοὶ abortiones ſignificant ſæpe in tota muliebrium morborum tractatione, vt libri περὶ γυναικ. φύσ. (pagina ducenteſima decima quarta, verſiculo quarto) & libri primi περὶ γυναικ. (pagina 247. verſic. 29. & pag. 250. 23. & pag. 251. 16. & 32.) & Coac. Prænot. pagina 441. 16.) Significat etiam τιτρώσκεσθαι idem quod ἐκτιτρώσκεσθαι vulnerari à τρώσκω quod idem quod τρώω denotat.

¶ Τύμμα, plaga, ictus, percuſſus. Lib. 7. Epid. (p. 358. 25.) τύμμα κάτωθεν μεγάλου δακτύλου ἔλαβεν. plagam deorſum in pedis pollice accepit. Pro quo lib. 5. Epid. (p. 341. 26.) τρῖμμα legitur, quod luxationem ſignificat. τύμμα πληγὴ exponitur Heſychio.

Τυφλὴ,

Τύρϐη, turba tumultus, perturbatio aut confuſio dicit, vt lib. de fract. (p. 558. 41.) πάντα γὰρ ἂν τύρϐην παρέχοι τῶν ἐπιδέσμων. vincula omnia cõturbabit, hoc eſt, vinculorũ ordinem cõfundet, & omnia permiſcebit. Ex quo τύρϐην Erotiano ταραχὴν exponitur, niſi ſi τύρϐαν & ταραχὴν ipſe ſcripſit, vt cæteri omnes legunt. Lucianus ὅσην ἐποίησαν τύρϐην. Et Polybius, ἀναμίξας καὶ ϑόρυϐον καὶ τῆς λεγομένης τύρϐης πλήσας τὸ στρατόπεδον. Hinc τυρϐάζειν καὶ τυρϐάζεσθαι tumultuari & turbas excitare ſignificat. Apud Ariſtoph. in Veſpis Schol. ταράττειν aut ἀνατεράττειν exponit. Sic & conturbare dicuntur qui omnia permiſcent, & creditorum rationes confundunt, aut pecuniam decoquunt, vnde conturbator Macellus, & conturbator Aper Martiali.

Τύρσις Hippocrati libr. de art. (p. 615. 9. & 21.) turrim ſignificat, & πύργον illic explicat Gal. etiam ex Diocle Caryſtio. Idem quoque in Exeg. τύρσιν πύργον exponit, ſed addit, καὶ μάλιστα τὸν ἐν τοῖς τείχεσι, turrim præcipuè quæ in mœnibus eſt ſignificare. Erotiano verò τύρσις eſt ex Bacchii ſententia σκηνὴ, ἢ πύργος, ἢ προμαχὼν, tentorium, aut turris, aut propugnaculum. Heſychio τύρσις eſt πύργος, ἔπαλξις, προμαχὼν, turris, pinnaculum & propugnaculum (Sunt autem ἐπάλξεις & προμαχῶνες muri partes Polluci cap. 10. lib. 1.) Varinus ſcribit τύρσιν apud Lycophronem & Pindarum τὸ τεῖχος ſignificare, ὅτι Τυρσηνοὶ πρῶτοι τοῦτο τεχνησάμενοι εὗρον, quod Tyrrheni primùm mœnia inuenerint. Τύρσις etiam Sudæ eſt περίϐολος τοῦ τείχους, muri ambitus, qui & τρεῖς Heſychio dicitur, ſi modo vera eſt lectio, ac non τύρσις legendum.

Τῦφος apud Hippocratem quibuſdam dicitur ſtupor attonitus, cùm quis mutus aut attonitus conſidet. Eſt τῦφος morbus lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 206. 10.) cuius quinque facit ſpecies. Videtur autem febris ardentis eſſe quædam ſpecies. Erotiano etiam τυφώδεις λέγονται πυρετοὶ, οἱ μετὰ νωθρείας γενόμενοι, καὶ μετ' ὀλιγωρίας ἐξιστάμενοι. febres quæ cum ſtupore fiunt, & intenſam cum furore mentis habent alienationem. Τυφώδης exponitur Galeno apud Hippocratem in Exeg. ἐνεὸς καθήμενος, qui ſtupidus, mutus aut attonitus conſidet, nimirum locum lib. 4. Epid. (pag. 329. 16.) ſubindicans, τυφώδης ἱδρύθη, mutus aut ſtupidus conſedit, permanſit. Et rurſus ibidem (p. 328. 19.) χολώδει, τυφώδει, bilioſo, ſtupido. Et rurſus ibidem (p. 334. 7.) ἐδόκει ἄνευ πυρετοῦ τυφώδης εἶναι, viſa eſt abſque febre ſtupida eſſe. Sic quoque lib. 2. Epid. (p. 317. 40.) ᾧ δ' ἂν ᾖ πρηεῖα, τυφώδης. Cui verò quieſcit lentus eſt, ſtupidus, aut quodammodo torpet. Vbi τυφώδης ὀξυθύμῳ & μανικῷ opponitur. ἀόργητον, νωθρὸν, βαρὺν, δυσκίνητον, ex Galeno lib. quod animi mor. temp. corp. ſequ. expoſuimus, hoc eſt ſtupidum, torpidum, lentum, ſtolidum & minimè iracundum, quique præcipiti & furioſo opponatur. Verùm in his Hipp. locis exemplaria omnia publicata & manu ſcripta plurima τυφλώδης legunt, velut etiam Gal. in Exeg. τυφώδης tamen malim, etſi τυφλὸς κωφὸς & ἐνεὸς dicitur, mutus & ſtolidus, non ſolùm ſurdus.

Τυφομανία dicitur Galeno in Exeg. μικτὸν ἐκ φρενίτιδος καὶ ληθάργου πάθημα, mixtus ex phrenitide & Lethargo affectus. Verùm τυφλομανία in quibuſdam codicibus ſcribitur apud Galenum, velut & lib. 4. Epid. (p. 329. 16.) ἀληθεῖ τυφλομανίῃ, quem locum ſua indicatura videtur demonſtraſſe Gal. in Exeg. vt ibi adſcripſimus: etſi recto caſu illic legitur. Nos tamen τυφομανίην legimus, indicantes affectum ex phrenitide & Lethargo mixtum, in quo delirant ægri & ſomniculoſo torquentur comate, ex bilis & pituitæ permixtione, vt ſcribit Gal. Com. 1. in Prorrh. (p. 168. 21.) ἐγὼ μὲν οὖν ὅταν ἄχρι πλείστου ἥ τε παραφροσύνη καὶ τὸ κῶμα διαμένῃ, μικτὸν ὀνομάζω τοῦτο τὸ πάθος φρενίτιδός τε καὶ ληθάργου, τινὲς δὲ τυφομανίας ἐκάλεσαν, ὡς καὶ τῷ περὶ νόσων Ἱπποκράτει γέγραπται. Ego igitur cùm ad finem vſque delirium & κῶμα perſeuerarit, mixtum ex phrenitide & Lethargo affectum appello. quidam verò τυφομανίας appellarunt, velut apud Hippocratem lib. de Morbis. Ex quibus ſanè non leuis iniectus eſt nobis ſcrupulus libros de Morbis qui nunc circumferuntur, non ſatis eſſe integros, atq; inde fortè deductam eſſe Exegeſeos Galeni indicaturam. In his nanque ne vlla quidem τυφομανίης fit mentio, vt neque in libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν. Hic verò affectus ex phrenitide & Lethargo mixtus, dici poteſt Lethargicus furor aut delirium, aut furioſus delirusq; Lethargus: quemadmodum ſcribit Author Definit. Med. (p. 397. 35.) ὥσπερ ἐστὶ ἡ τυφομανία, ἤτοι ὁ λήθαργος παραφρενιτικὸς, ἢ παραφρενῖτις ληθαργική. Etſi ibi vitioſè τυφονία pro τυφομανία ſcribitur & ab interprete retinetur. Hunc quoque affectum τυφομανίαν dici ſcribit Gal. cap. 4. libr. περὶ κώματος, vt & Com. 1. in Prorrh. Etſi idẽ Gal. in Iſagog. pulſuum (pag. 6.) & lib. 4. de cauſ. pulſuum (p. 114.) hunc affectum nomine carere ſcribit, & nominis penuria ex quibuſdam propriis notis circumſcribit. Quod tamen imperitis Medicis idem tribuit libr. de Comate cap. 4. Quo ex opinionum tormento fortaſſis non temerè ἀληθὴς τυφομανίη vocatur Hippocrati lib. 4. Epid. vt ibi ſubmonuimus.

Τυχαστόμενον στοχαζόμενον exponit Erotianus apud Hippocratem quod eſt ſcopum petentem aut intendentem, coniicientem aut animum intendentem. Verùm mihi non minimum ſuſpecta eſt iſta ſcriptio. Meliora enim exemplaria τυχαζόμενον legunt. τυχάζεσθαι autem στοχάζεσθαι exponit Heſychius. Eſt & τυχάζω idem quod τυγχάνω, aſſequor, attingo.

# OECONOMIAE HIPPOCRAT.

## TO Υ.

¶ ΥΑλῶδες οὖρον, vitrea vrina dicitur, quæ multã pituitam vitream, frigidam, albam, viſcidam deponit, morboſque ex huiuſmodi crudis humoribus ortos indicatione liberat, & inter ſolutionis cauſas & ſigna reponitur in Coac. Prænot. (p.428.8.) Eadem autem videtur dici ὑαλώδης vrina, quæ ab eodem authore poſtea γονοειδὴς, & ab Hippocrat. ſæpius hoc nomine vſurpatur, quæ pituitam vitream multam, & confertum quiddam ac compactum, album, conſiſtentia & colore genitali ſemini ſimile continet. Nam ibidem poſtea (pag. 434.v.17.) ὑαλοειδὴς οὖρα διέξοδος, vrinæ exitus vitri ſpeciem referens ponitur, in vniuerſaliore conuulſionis ſolutione, vrinam ſignificans multam pituitam vitream, albumineam, craſſam & glutinoſam continentem, certiſſimam conuulſionis materiam. Quas idem author poſtea in ſingulari opiſthotoni indicatione γονοειδέας οὐρήσιας vocat. Et Gal. Com. 2. in libr. 6. Epid. (p. 469. 17.) γονοειδὲς οὖρον non aliter exponit, quàm vrinam quæ multum vitreum humorem deponit, his verbis: τὸ γονοειδὲς δὲ οὖρον ἢ καὶ διαχώρημα φύοιτ' ἂν ποτε κρίσιμον, ὅταν ὁ καλούμενος ὑπὸ Πραξαγόρου χυμὸς ὑαλώδης ἐκκενῶται. Genituram autem referens vrina vel deiectio iudicatoria interdum fuerit, cùm humor Praxagoræ vitreus dictus expellitur. Qua de re aliàs à nobis multa ſcripta ſunt noſtris in ægr. 1. libr. 1. Epid. Annotat. & in Coac. Prænot. Hanc autem pituitam vitream ὑαλώδη χυμὸν Praxagoræ dictum agnoſcit etiam Gal. lib. 1. de Præſag. ex pulſ. (pag. 124. 42.) Eſt & ὑαλοειδὴς χυμὸς, vitreus humor in oculo, de quo appoſitiſſimè Gorthæus.

¶ Υ'βοὶ ſunt qui κυφοὶ dicuntur ſæpius lib. de art. aut κυρτοὶ, gibboſi cùm foras ſeu in poſteriorem ſpinæ partem vertebræ conuertuntur ac tendunt, quibus λορδῶσις opponitur, aph. 46. libr. 6. Vbi ſcribit Gal. ὑβοὺς καὶ κυφοὺς εἰώθεν ὀνομάζειν ὁ Ἱπποκράτης, οὓς ἅπαντες οἱ νῦν ἄνθρωποι συνηθέστατα προσαγορεύουσι κυρτούς. καὶ γὰρ καὶ ὄντως ἡ ῥάχις αὐτοῖς εἰς τοὐπίσω γίνεται κυρτή. τῷ δὲ κυρτῷ τὸ κοῖλον ἀντικειμένως λέγεται, τῷ δ' ὑβῷ τε καὶ κυφῷ, τὸ λορδόν. ὑβοὺς καὶ κυφοὺς appellare ſolet Hippocr. quos nunc omnes κυρτοὺς, quod eſt gibboſos vocant. Nam re vera iis ſpina à tergo gibboſa fit. κυρτῷ igitur τὸ κοῖλον oppoſitè dicitur, hoc eſt conuexo cauum. At ὑβῷ καὶ κυφῷ, τὸ λορδὸν, quaſi dicas, gibboſo, repandum: aut foras extuberanti, excauatum. Quem locum mihi ſubindicare etiam videtur Gal. in Exeg. vbi ὑβοὶ κυρτοὶ exponuntur gibboſi. & ὕβωμα τὸ κύρτωμα, gibboſitas aut curuamen. Quam vocem ſæpe vſurpat lib. de artic. Etſi ibidem ſcribit Galenus (pag. 623. 22.) ὕβωμα in genere omnem vertebrarum euerſionem præter naturam ſignificare.

¶ Υ'γιαίνειν ποικιλώτερον ἢ ὑγιεινότερον eſt minus proſpera ſanitate frui, aut ſalubrius degere, aph. 2. lib. 6.

Υ'γιηρὸς γόνος, ἀντὶ τοῦ ὑγιηρὸν σπέρμα, quod eſt ſanum ſemen, poſitum apud Hippocratem ſcribit Erotianus. Quod legitur lib. de aëre, loc. & aq. (p. 77. 4.) ὁ γὰρ γόνος πανταχόθεν ἔρχεται, ἀπό τε τῶν ὑγιηρῶν ὑγιηρὸς τοῦ σώματος, ἀπό τε τῶν νοσερῶν, νοσερός. Semen enim genitale vndique procedit, à partibus quidem corporis ſanis, ſanum, à morboſis, morboſum. Quod etiam repetitur lib. περὶ ἱερῆς νόσου (p. 123. 46.) ὡς ὁ γόνος ἔρχεται πάντοθεν τοῦ σώματος, ἀπό τε τῶν ὑγιηρῶν, ὑγιηρός, ἀπό τε τῶν νοσερῶν, νοσερός.

Υ'γρασίη humiditatem ſignificat & humida excrementa quæ in corporis partibus continentur, & ſudoris cauſa ſunt, aph. 36. lib. 4.

Υ'γρὴ apud Hippocratem lactis cocti pinguedinem & ſupernatantem ſpumam ſignificat, libr. περὶ ἀφόρων (p. 297. 29.) εἶτα ψυχθέντος τὴν ὑγρὴν ἀφελεῖν. Vbi lactis caprini ad duas heminas decocti & perfrigerati pinguedinem detrahi iubet, eoque excolato mulſæ tertiam partem admiſceri. ὑγρὴν verò ea ratione vocare videtur, quòd τῷ πεπηγμένῳ opponatur, velut ὑγρὸν γάλα, quod τῷ πεπηγμένῳ καὶ ξηρῷ γάλακτι & caſeo aduerſatur. Ac fortè ſuſpecta eſt lectio, & pro ὑγρὴν, γρηὺν tráſpoſitis literis, aut γρῆυν legendum. Qua dictione vtitur Nicander Alexipharm. (v. 91.) φαιδρὴν δ' ἀπὸ πώματος γρῆυν, hoc eſt, ſplendida detracta à potione ſpuma. Sic enim Schol. exponit, τὸν πεπηγότα ἀφρὸν τοῦ γάλακτος ἀποχέουσαν, derugata velut lactis concreta ſpuma, γραῦς enim ſiue γρῆυς dicitur ὁ ἐπὶ τοῦ γάλακτος γινόμενος πάγος, ἐπειδὴ ῥυσοῦται, ὥσπερ ταῖς γραυσὶ τὸ σῶμα συμβαίνει ῥυσοῦσθαι, quòd velut vetularum cutis corrugetur.

Υ'γρηδὼν idem quod ὑγρότης ſignificat apud Hippocratem velut lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 238. 20.) ταῦτα γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ποιέει ὑγρηδόνα [illegible]. Hæc enim plærumque efficiunt vt humiditas inſit, hoc eſt, efficiunt vt humor toti corpori inducatur & concilietur, quæ popularis eſt locutio. Rurſus ibidem (v. 28.) ὅταν δὲ ἡ ὑγρηδὼν εἴργῃ. cùm autem humiditas prohibuerit. Et (v. 34.) ἢν τὴν ὑγρηδόνα ἔχουσαι, cui neque humiditas aderit, hoc eſt, vterus humidior fuerit. Sic lib. περὶ αἰδοίων (p. 56. 34.) καὶ ὁκόσα ἐν τοῖσιν ἄλλοισιν ὑγρηδὼν, & quibuſuis aliis humectis locis. ὑγρότητες ὤτων, aurium humiditates, aph. 24. libr. 3. vt & ὑγρότητες κοιλίης,

ῥοῶν

ῥεῖν ἐκ ὀφθαλμῶν, aph.31.libr.3.in ſenibus ob cerebri nimiam humiditatem.

Ὑγρὸν apud Hip.humidam naturam ſignificat, quatuor humorum ſpecies in ſe cõplexam, ex quibus morborum omniũ origines ducuntur:vt cùm lib. περὶ γονῆς ſcribitur (p.27. 30.) ἡ δὲ γονὴ τοῦ ἀνδρὸς ἔρχεται ἀπὸ παντὸς τοῦ ὑγροῦ τοῦ ἐν τῷ σώματι ἐόντος, τὸ ἰσχυρότατον ἀποκριθέν. Genitura quidem viri excrementum eſt validiſſimum, ab humido, quod in vniuerſo corpore continetur, profectum. Ibi enim τὸ ὑγρὸν omnem corporis humidam naturam & fluidam intelligit, quatuor corporis humores continentem, ſanguinem videlicet, bilem, aquam & pituitam, ex quibus hominis naturam & morborum fontes conſtituit libr. 4.de Morbis. Qua notione ὑγρὸν ſæpiùs ſumitur eodem lib. περὶ γονῆς, etſi nonnulli ex membranarum recentiorum veteramentis in hoc loco ſupra adducto ὑγιέος pro ὑγροῦ legunt. Sed certè ex imbecillis ac morboſis partibus ſemen etiam, etſi imbecillum, delibatur, vt ibid. ſcribitur (p.29.18.) & libr. de aëre, loc. & aq. (p.77.5.) & lib. περὶ ἱερῆς νούσου (p.123.47.) Quod etiam teſtatur Gal. lib. q. animal ſit quod vtero continetur: & lib. de ſemine. Ac rurſus eodẽ lib. περὶ γονῆς ὑγρὸν pro omni humida natura ſumitur (v.36.) τριβομένου δὲ τοῦ αἰδοίου καὶ τοῦ ἀνθρώπου κινευμένου, τὸ ὑγρὸν θερμαίνεται ἐν τῷ σώματι. Cõfricto autem pudendo motoque homine, quod in corpore humidum eſt concaleſcit. Et (v.37.) οὕτω δὲ καὶ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἀποκρίνεται ἀπὸ τοῦ ὑγροῦ ἀφριέοντος τὸ ἰσχυρότατον καὶ τὸ πιότατον. Ita quoq; in homine quod valentiſſimum & pinguiſſimum eſt ab humido ſpumante ſecernitur. Significat nãq; ſemen ex puriore pfectioreq; humidi parte ſecerni, quod ἰσχυρότατον vocat, h.e. optimè excoctum. Rurſus (p.28.14.) τὴν δὲ γονὴν φημὶ ἀποκρίνεσθαι ἀπὸ παντὸς τοῦ σώματος, καὶ ἀπὸ τῶν στερεῶν, καὶ ἀπὸ τῶν μαλθακῶν, καὶ ἀπὸ τοῦ ὑγροῦ παντὸς τοῦ ἐν τῷ σώματι. Genitura verò mihi à toto corpore, tũ à ſolidis, tum à mollibus partibus, tum ab vniuerſo corporis humido ſecerni videtur. ὑγρὸν quoq; dicitur Hippocrati aquoſa proluuies quæ in partu edendo effluit, & ὑδρωψ αἱματώδης vocatur lib. περὶ φύσ. παιδίου (p.32 & 34.) & ἰχὼρ ſimpliciter, quòd ſaniem quandam cruentam repræſentet. ὑδατώδεα etiam nuncupantur in Coac. Præn. vt & vulgò aquæ. Lib. 1. περὶ γυν. (p.242.26.) ἢν δὲ γυναικὶ μετὰ τοῦ παιδίου ἐν τῷ τόκῳ μὴ ἴῃ τὸ ὑγρὸν ὡς χρή. ſi mulieri in partu cum fœtu humor non prodierit, vt decet.

Ὑγρὸν σῶμα corpus molle, molliter poſitum, aut molliter affectum & flexibile, vt extẽſo opponatur, ſignificat in Progn. (pag. 126.3.) τὸ ξύμπαν σῶμα ὑγρὸν κείμενον, & totũ corpus molliter poſitum. Corpus enim integrum molliter inflexum eſſe debet, ac intra figuras extremas conſiſtere, vt neq; nimis tenſum, aut immodicè inflexum ſit, vt illic exponit Gal. vbi etiã ſcribit: τὸ ὑγρὸν κεῖσθαι τὸ σῶμα πρὸς ἀντίθεσιν αὐτῷ λέγεται τοῦ τεταμένου. Molliter poſitum eſſe corpus ab eo dictum eſt, vt opponatur extenſo. Sic figurã corporis mediam, quæ ſine tẽſione eſt, mollem aut humidam vocat Hip. vt ibidem ſcribit Gal. τὸ δ᾽ ἐν τῷ μέσῳ τῶν ὑπερβολῶν ἄνευ τάσεώς ἐστι, διὸ καὶ προσηγόρευσεν αὐτὸ ὑγρὸν, τῶν ὑγρῶν σωμάτων οὐ πεφυκότων τείνεσθαι. Quæ verò inter extremas figuras eſt media, ſine tenſione eſt, ideóque mollem vocauit, quòd corpora mollia tẽſa eſſe non ſoleant.

¶ Ὑδατὶς aquula, dicitur Authori definit. Med. (p.400.29.) ἡ ὑποπεφυκυίας τῷ ἄνω βλεφάρῳ πιμελῆς αὔξησις, δι᾽ ἣν ῥευματίζονται παρὰ φύσιν οἱ ὀφθαλμοί. pinguedinis ſuperiori palpebræ ſubſtratæ incrementum, propter quam oculi fluxione pręter naturam tentantur. Paulus Ægin. cap.14. lib.6. ἡ μὲν ὑδατὶς οὐσία τίς ἐστι πιμελώδης, ὑποπεφυκυῖα τῷ τοῦ βλεφάρου δέρματι παρὰ φύσιν. Aquula pinguis quædam eſt ſubſtantia, palpebræ cuti præter naturam ſubſtrata. De qua reliqua vide apud Gorrhæum.

Ὑδάτινον nomen eſt medicamẽti ocularii apud Gal. quod ex aqua pluuia conficiebatur, velut aqueum dixeris. Gal. com.4. in lib.6. Epid. (p.500.52.) vbi de aqua pluuia loquitur. εἰς τε γὰρ ὀφθαλμῶν φαρμάκων κατασκευὴν ὕδατι τοιούτῳ χρώμεθα, καὶ τὸ καλούμενον ὑδάτινον ἐξ αὐτοῦ συνάγομεν: Nam ad oculorum medicamẽta componẽda huiuſmodi aqua vtimur, & ex ipſa ὑδάτινον vocatum conficimus.

Ὑδατισμὸς dicitur Aureliano ſonus colliſi & cõcluſi humoris in internis vomicis ac collectionibus (cap.8. libr.5. Tard. Paſſ.) velut in membranæ ſuccingentis ſuppuratione.

Ὑδατοχρόμενοι velut aqueſcentes dicuntur Hippocrati, qui vel aquâ inter cutem laborant, vel tenuem & aqueum natura ſanguinem gignunt. Velut lib.2. Epid. (p.312.30.) ὑδατοχρόμενοι καὶ οἱ λευκοφλέγματοι, qui ex aquoſo hydrope aut pituita alba laborant. Qua notione etiam ὑδατοχρόας mulieres dicit Hippoc. aph.6. ſect.1. lib.6. Epid. hoc eſt aquoſas aut aqueſcentes, eas quæ ad aquam intercutem pronæ ſunt, aut quæ tenuem & aquoſum ſanguinem gignunt. γυναιξὶ κάθαρσις ὑδατοχρόοισιν ἐπὶ πολὺ παραμένει. Mẽſtruæ purgationes aquoſis mulieribus longo tempore perſeuerant. Vbi ſcribit Gal. ὑδατοχρόας ἔνιοι μὲν ἤκουσαν τὰς ἐχούσας ἐπιτηδείως ἁλῶναι τῷ κατὰ τὸ ὕδερον πάθει. ἔνιοι δὲ τὰς φύσει λεπτὸν καὶ ὑδατῶδες ἐχούσας αἷμα. δυνατὸν δ᾽ ἐστὶν ἐπ᾽ ἀμφοτέρων ἀκοῦσαι τοῦ λελεγμένου, καὶ μάλιστα γε ἐφ᾽ ὧν φύσει τὸ αἷμα λεπτόν ἐστι, μηδεμιᾶς νοσώδους διαθέσεως ἑτέρας ὑποπεφυκυίας ἐν τῷ σώματι. Aquoſas quidam intellexerunt eas quæ promptè aqua inter cutem corripiuntur, nonnulli verò eas quæ natura tenuem & aquoſum habent ſanguinem. Poteſt autem & de vtriſq; intelligi, ac potiùs quidem de iis quib. ſanguis natura tenuis ineſt, nullo alio morboſo affectu corpus infeſtante. Quem certè locum mihi ſignificare videtur Gal. in Exeg. cùm ὑδατοχρόοισιν ὑδρωπώδεσιν exponit, ἢ ἐξυδατοῦσι τὸ αἷμα, καὶ ὑδατώδη καθαιρομένοις, hoc eſt hydrope laborantibus, aut ſanguinem in aquam cõuertentibus, & quibus aquoſa expurgantur. Eodem quoq; re-

fertur quod Erotianus ὑδατεγρόμενοι ὑδρωπτιῶσι exponit. ὑδρωπιῶσι tamen eum legiſſe exiſtimo. ὑδατεγρόμενοι ergo iidem qui ὑδαλέοι dicuntur Prorrh. 2. (p. 414. 6.) ὥστε ὑδαλέους ὑπὸ τὴν θερείην γίνεσθαι, vt aquoſi ſub æſtatem fiant. Eos nimirum ſubindicans, qui nimio per hæmorrhoidas euacuato ſanguine, indeque perfrigerato toto corpore, ſanguinem aquoſum & dilutum gignunt, & hydropem aquoſum contrahunt.

Ὑδατόχλοα ὡς εἰ καὶ ὑδατόχλωρα dici ab Hippocrate teſtatur Gal. in Exeg. quod aquoſa vireſcentia, aut aquoſa ex pallido vireſcentia ſignificant, & de alui recrementis dicuntur ægr. 16. lib. 3. poſt ſt. peſt. Vbi tamen ex melioribus codicibus manu ſcriptis ὑδατόχροα cum interpretibus diximus. Rurſus in Coac. Prænot. (p. 443. 32.) ὑδατόχλοος ὑπόστασις ſubſidentiam aquoſam ex pallido vireſcentem in alui excrementis ſignificat. λεπτὸν ἐπάφρον διαχώρημα, ὑδατόχλοον ἔχον ὑπόστασιν. Tenuis & in ſummo ſpumoſa deiectio, aquoſam ex pallido vireſcentem habens ſubſidentiam, ex bile flaua aut æruginoſa putreſcente. Varia verò huius eſt dictionis ſcriptio. & frequenter ὑδατόχολα dicūtur aquæ ſimiles deiectiones, quæ perliquidæ Celſo. & ὑδαρὲς διαχώρημα vocatur in Progn. ſummæ cruditatis notæ, cùm non ſolùm aquæ colorem, verùm etiam eſſentiam referant, in Clazomenio lib. 1. Epid. ægr. 10. Sæpiùs quoque ὑδατόχολα ſcribuntur, quæ aquoſas & perliquidas deiectiões pallida aut flaua bile permixtas indicant, vt ægr. 2. libr. 3. Epid. poſt ſt. peſt. & Prorrh. (p. 194. 9. & Coac. Præn. (p. 427. 28.) & (pag. 426. 3.) κοιλίης ὑδατόχολα πολλὰ διδούσης, aluo aquoſa multa excrementa reddente. Quam certè dictionem exponit Gal. Com. 3. in libr. 3. Epid. (p. 434. 20.) ſimul & ſcriptionis varietatem indicat his verbis: τῶν δὲ κατὰ μέρος ἐν τῇ προκειμένῃ ῥήσει γεγραμμένων τὰ μὲν ὑδατόχολα διαχωρήματα, τινὲς μὲν διὰ τοῦ χ, καὶ λ, γράφουσιν. ἔνιοι δὲ διὰ τοῦ χ, καὶ ο, καὶ λ, καὶ λεπτὰ μὲν ὑπάρχειν αὐτά, καθάπερ καὶ τὸ ὕδωρ ἐστὶ λεπτόν, ἐνδεικνυμένων ἀμφοτέρων τῶν ὀνομάτων. ὑπαλλαγμένα δὲ κατὰ τὴν χρόαν, τὰ μὲν ὑδατόχλοα τὴν χλόης ἐμφαίνειν αὐτά, τὰ δὲ ὑδατόχολα τὴν χολῆς. καὶ τρίτη δὲ αὖ τις γραφή, διὰ τοῦ χ, καὶ ρ, ἡ ὕδατος χρόα, μήτ᾽ ἐν τοῖς παλαιοῖς, μήτε ὅλως ἐν τοῖς ἀκριβέσιν ἀντιγράφοις εὑρισκομένη, φανερῶς τε οὖσα μοχθηρά. τὰ γὰρ ὑδατώδη τῶν οὔρων ἐν αὐτοῖς τοῖς τοιαύτοις λέγεται, καὶ τὴν σύστασιν ἐμφαίνει λεπτὴν καὶ τὴν χρόαν λευκήν. Quæ verò in præſenti oratione particulatim ſcripta ſunt, alui quidem excrementa ὑδατόχολα, quidam per χ & λ ſcribunt, quidam verò per χ, ο & λ, voluntq; tam eſſe tenuia quàm aqua exiſtit, vtroque nomine id indicante: verùm colore eſſe diuerſa, vt ὑδατόχλοα, τὸ χλόης, hoc eſt, graminis colorem referāt, ὑδατόχολα autem τὸ χολῆς, hoc eſt bilis. Eſt & tertia quædam ſcriptura per χ & ρ, vt ſit aquæ color, quæ neque in antiquis, neque in fidelibus exemplaribus inuenitur, eſtque manifeſtè vitioſa. Aquoſæ enim vrinæ, quòd tales dicantur, & ſubſtantiam tenuem & colorem album referunt. Quibus in verbis ὑδατόχροα ſcriptionem planè damnare videtur Galen. quæ tamen celebratur quibuſdam locis apud Hippocr. vt antea indicauimus. ὑδατόχροα οὖρα Erotianus apud Hippocratem exponit τὰ ὕδατος ἔχοντα χροίαν, vrinas aquæ colorem referētes. Verùm ſuſpectus mihi eſt locus, neque ὑδατόχροα οὖρα Hippocrati dicuntur ſed ὑδατώδη, non quæ tantùm colore aquam, ſed etiam eſſentiæ tenuitate referant, vt exponit Gal. Exiſtimoque Erotianum vrinis attribuiſſe apud Hippocratem, quod de alui recrementis dicitur ægr. 6. lib. 3. Epid. poſt ſt. peſt. & pro ὑδατόχλοα ὑδατόχροα legiſſe. Sic enim videtur legiſſe: καὶ τοῖς ἐπιμένουσιν ὑδατόχροα πολλὰ διῄει οὖρα, cùm tamen aliter legatur omnibus in exemplaribus, vt illa alui recrementis attribuantur, & poſt διῄει interpungatur, deinde οὖρα, λεπτά, ὀλίγα, ſcribatur.

Ὑδατώδεες, aqua intercute ſuffuſi, hydropici & qui aqua inter cutem laborant, eaq; hydropis ſpecie quæ ſubtercus, anaſarca, ſarcites & ὑποσαρκίδιος ab Hipp. vocatur libr. de rat. vict. in morb. ac. quibus præcipuè ſectio per paracenteſin cōuenit, etſi Paulus, Celſus, Aëtius & reliqui aſciti tribuunt. ὑδατώδεας ὑδρωπικοὺς explicat Gal. in Exeg. apud Hip. Sic n. malo ex melioribus exēplaribus, quàm ὑδρωπικοὺς quod paſſim legitur, exiſtimoque hac indicatura locum libr. 6. Epid. ſect. 7. aph. 8. deſignari. ὑδατώδεας θᾶσσον τάμνειν. Aqua inter cutem laborantes citò incidere oportet. Eoſdem ὑδατουμένους ibidē vocat aqua inter cutem ſuffuſos. ὑδατῶδες verò aqueum dicitur & ſaporis eſt differentia, aut quod aquæ eſt ſimile, vt ὑδατώδες οὖρον, vrina diluta & aquea, in Coac. Pr. (p. 442. 11.)

Ὑδεραίνειν eſt aqua intercute laborare aut corripi. lib. περὶ γυν. φύσ. (p. 214. 1.) ἢν ἐντύχῃς γυναῖκα ὑδεραίνουσαν, ex bisque iudicabis aqua inter cutem laborare. ἐξυδρωπιᾶν dicitur aphor. 9. ſect. 4. lib. 6. Epid. & ὑδρωπιᾶν lib. 1. περὶ γυν. (p. 247. 42.)

Ὑδέρου Erot. apud Hippocratem τὸ ὕδερον exponit, & Epiclem reprehendit qui τὸ ὑγρὸν χωρίον, hoc eſt humectum locum ſumpſerit, cùm paſſim pro hydrope apud Hippocratem capiatur, vt lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν ſæpè, & lib. περὶ παθῶν, libr. etiam 1. περὶ γυναικ. (p. 247. 23.) & lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 213. 47.) & libr. 2. de Morb. (pag. 155. 9.) & Coac. Prænot. (pag. 438. 16.) At ὑδέρου aut ὑδρωπιῶν, quod etiam legunt exemplaria quædam, pro ὕδερον non temerè reperias apud Hipp. vt non leuiter ſuſpecta ſit Erotiani lectio. Lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 199. 16.) legitur, πυεῖ τε καὶ ἀπὸ φλέγματος μάλιστα ἐς ὕδερον. Et ibid. (v. 38.) ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ τὸ ὕδερον ἐπιπίνει. ὑδερόου fortè aut ὑδρωπιῶν pro ὕδερον videtur legiſſe Erotianus.

Ὑδροποτὴς dicitur Hippocrati qui aquam ſæpè haurit, & ſumitur pro hydropico & aqua ſubter cutem laborante ex nimis crebro aquæ hauſtu, lib. 7. Epid. (p. 367. 41.)

Ὑδρωπὸς

Ὑδρηλὸν aquoſus, humidus. ὑδρηλὸν χωρίον, locus humidus, aquoſus, lib. 1. περὶ γυν. (p. 231. 43.) Heſychio ὑδρηλοὶ exponuntur ὑδατώδεις, κάθυδροι, ἔνυδροι.

Ὑδρίον exponitur Galeno in Exeg. ἡ μικρὰ ὑδρία, ὑποκοριστικῶς, parua hydria, diminutiuè, vrnula, paruum vas aquarium. Quibus verbis ſubindicare mihi videtur locum lib. περὶ χυμῶν (p. 116. 21.) ὥσπερ ὑδρίον νέον διηθεῖ, παλαιούμενον ἴσχει, quemadmodum parua hydria quod recens eſt tranſmittit, quod inueteratum, continet.

Ὑδρωπώδεα ſunt excrementa aquoſa & qualia in aqua inter cutem laborantibus viſuntur. Lib. 1. περὶ γυν. (p. 241. 6.) τὰ ὑδρωπώδεα ἢ φλεγματώδεα ἀφίησι, aquoſa & pituitoſa emittit. Et τὰ λοχεῖα χωρήσει ὑδρωπώδεα, puerperii purgamenta aquoſa aut aquæ ſimilia ſecedent, qualia eſſe ibidem ſcribuntur ſi quis carnes cruentas abluat, eademq; ὑδατώδεα ibidem vocantur. ὑδρωπῶδες excremētum ſeroſum & aqueū in corpore dicitur lib. 4. de Morb. (p. 173. 8.) Eſt & φλέγμα ὑδρωπῶδες pituita aquea lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 194. 32.) ex qua fit tabis tertia ſpecies. ὑδρωπώδης etiam mulier hydrope laborans dicitur libr. 1. περὶ γυναικ. (pag. 248. 24.) Et ὑδρωπώδεες ἢ ὑδρωπιώδεες ὑδρωπικοί, in Coac. Prænot. (p. 438. 10. 12. 17. 19.) At ὑδρωπῶδες pro hydrope ſumitur in Coac. Prænot. (p. 433. 2.) ἐς ὑδρωπῶδες ξηρὸν ἀποτελευτᾷ, quod εἰς ὕδρωπα ξηρὸν ἰδρύει) dicitur aph. 11. lib. 4. Sic rurſus ibidem (p. 437. 15.) ὑδρωπώδεα σκληρὰ hydrops ſiccus dicitur. Vbi σκληρὸν ἀντὶ τοῦ ξηροῦ ponitur vt aphor. 71. lib. 5. δέρματα καρφαλέα καὶ σκληρά, cutes aridæ & ſiccæ, & aph. 15. ſect. 6. lib. 6. Epid. vbi eadem verba repetūtur, & omnes interpretes ſiccum vertunt, quòd cutis ſicca dura ſit, & ex conſecutione ſiccū durum. Etſi ibid. (p. 438. 17.) ὑδρωπιώδεες ξηροί, ſunt qui hydrope ſicco aut tympanite laborant. ὑδρωπώδεα τὰ τῶν ὀφθαλμῶν dicuntur oculi quales hydrope laborantibus lib. 2. περὶ γυν. (p. 266. 34.)

Ὑδρώψ vt ſcribit Gal. in Exeg. apud Hippocr. li. 2. Epid. ἐξυτόνως ſcribitur Dioſcoridi, vultque ea voce τὸ ὑδρωπῶδες ſignificari, hoc eſt, hydrope laborantem & hydropis ſpeciem referentem. Quibus verbis locus mihi deſignari videtur qui legitur (p. 317. 38.) ὑδρώψ ἐὼν οἰδήματα ἔχων ἐν τοῖσι σκέλεσι βήσσει. Hydrope laborans, in cruribus tumores habēs, ſi tuſſiat. Quem locum noſtris in eum lib. Com. ſubindicauimus. ὕδρωπα enim illic vocare videtur quem paulò ante ὑδρωπιώδεα (ver. 34.) Sic etiam lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 209. 38.) ὕδρωπες dici videntur hydrope laborantes. ἢ οὐρέει παχὺ οἷον οἱ ὕδρωπες, & craſſam vrinam reddit qualem hydrope laborantes. ὕδρωπες enim intelligi videntur, οἵτινες ὑπὸ ὕδρωπος ἔχονται, vt ſcribit paulò pòſt. ὕδρωψ etiam Hippocrati lib. 4. de Morb. (p. 166 & 168.) ἰχῶρα & aqueum corporis humorem fluxilem ſignificat (ὕδωρ vocat lib. περὶ γονῆς.) Ac rurſus ibidem (pag. 174. 7.) ὕδρωψ melancholicum ſuccum indicare videtur. Et iterū libr. 2. de Morb. (p. 144. 1.) pro aquoſo humore ſumi videtur. ὕδρωψ ῥεῖ ὑπόπυος, aqua effluit aliquantulum purulenta. ὕδρωψ verò pro corporis tumore ex hydrope ſæpius ſumitur Hippocrati, idemque quod ὕδερος ſignificat. Huius duæ ſpecies ponūtur lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 113. 8.) ὑποσαρκίδιος & ὁ μετ' ἐμφυσήματος. ὑποσαρκίδιος etiam ὕδρωψ dicitur lib. 1. de Morb. (p. 129. 35.) Alioqui ὕδρωπα diſtinguit Hippocr. ex partibus corporis ex quibus originem ſumit, velut in Progn. & Coac. Præn. & lib. περὶ παθῶν & περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν. ὕδρωψ ἀπὸ τοῦ σπληνός, ἀπὸ τοῦ ἥπατος, & ἀπὸ τοῦ λευκοῦ φλέγματος nominatur. Eſt & pulmonis ὕδρωψ lib. 2. de Morb. & vteri ὕδρωψ lib. 1. περὶ γυν. & ὕδρωπες ἐν ὀρχέσιν, teſtium hydropes lib. de aere, loc. & aq. (pagina 453. v. 24.)

Ὕδωρ in humoribus corporis aquam ſignificat Hippocrati & ſeroſum illum humorem qui in corpore abundat, & qui ὕδρωψ interdum (vt lib. 4. de Morb.) interdum etiam ἰχὼρ dicitur: ſcilicet ſerū illud quod omnibus humoribus innatat, cuius ſedem ac fontem lienē eſſe ſcribit li. 4. de Morb. Gorrhæus Annot. ſuis in lib. περὶ γονῆς ὕδωρ dici Hippocrati exiſtimat atram bilem, quòd eius fontem ac ſedem lienem faciat. Alii ὕδωρ eſſe Hippocrati putāt ſeroſum illum humorem qui in venis redūdat, & ὕδρωψ aut ἰχὼρ eidem dicitur, quiq; ex materia potulenta colligitur, & per renes ac veſicam excolatur. Libr. περὶ γονῆς (p. 28. 15.) εἰσὶ δὲ τέσσαρες ἰδέαι τοῦ ὑγροῦ, αἷμα, χολή, ὕδωρ ἢ φλέγμα. τοσαύτας γὰρ ἰδέας ἔχει ξυμφυέας ὁ ἄνθρωπος ἐν ἑωυτῷ, ἢ ἀπὸ τουτέων αἱ νοῦσοι γίνονται, ἢ αἱ ἐκ νόσων ἀπαλλαγαί. Humidi autem quatuor ſunt ſpecies, ſanguis, bilis, aqua & pituita. Homo nanque tot humidi ſpecies in ſeipſo congenitas habet, à quibus tum morbi fiūt, tum etiā iudicantur. Lib. quoq; 4. de Morb. initio, eoſdem quatuor humores corporis noſtri principia conſtituit. ἔχει δὲ ἡ γυνὴ καὶ ὁ ἀνὴρ τέσσαρας ἰδέας ὑγροῦ ἐν τῷ σώματι, ἀφ' ὧν νοῦσοι γίνονται, ὁκόσαι μὴ ἀπὸ βίης νοσήματα γίνονται. αὗται δὲ αἱ ἰδέαι εἰσί, φλέγμα, αἷμα, χολή, καὶ ὕδρωψ. Habet autem tum mulier, tū vir, humidi quatuor ſpecies in corpore, ex quibus morbi qui nulla vi contingunt, oriuntur. Sunt autem ſpecies hæ, pituita, ſanguis, bilis & aqua. Et rurſus ibidem (p. 168. 37.) πάσχει ἰόντα, τό τε αἷμα, καὶ ἡ χολή, ἢ τὸ φλέγμα, καὶ ὁ ὕδρωψ, ἀποκρίνεται τουτέων πάντων ἕκαστόν τι καὶ διότι πλεῖον γίνεται ἐν τῷ σώματι ἀπὸ τῶν βρωτῶν καὶ τῶν ποτῶν. Cùm autem ſint humores quatuor, ſanguis, bilis, pituita & aqua, qua ratione & quam ob rem copioſiora tum à cibis, tum à potibus omnia fiant, demonſtrata ſunt hæc à nobis omnia. Per aquam autem Hippoc. humorem melācholicum ſumere videtur, quòd is humor plurimū ſeri habeat. Quod ſatis teſtantur quartanarii, qui omnium copioſiſſimè ſudant & meiūnt. Sic etiam ὕδωρ aquas & tenues ἰχῶρας qui in corpore redundant ſignificat lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 256. 28.)

cùm de peſſo purgatorio ſcribitur, μάλιστα δὲ ὕδωρ ἄγει, præſertim aquas ducit. ὕδωρ verò ſæpius Hippocrati pro aqua ſimplici & potabili capitur, quæ omnis eſt qualitatis expers, & qualitatum guſtabiliũ veluti canon ac regula. ὕδατα ἄτεχνα dicũtur aph. 17. ſect. 4. lib. 6. Epid. aquæ quæ nullam habent ex arte præparationem, & ſponte naſcuntur. αὐτοφυῆ vocat Gal. qualis quæ ex lacu, flumine, fonte & imbre petitur. Huius differẽtiæ ibidem ſcribuntur βροντναῖα, ὀμβραῖα, καὶ λαιλαπώδεα, quæ ibidem à Galeno & fuſiſſimè à Gorthæo explicantur. Sunt & ὕδατα ἀτέραμνα, σκληρὰ καὶ ψυχρὰ, aquæ crudæ, indomitæ, duræ & frigidæ, lib. de aëre, loc. & aq. (pag. 413. 4. & pag. 453. 19. & 454. 38.) ἀτέραμνα, σκληρὰ καὶ βαρέα dicuntur Galeno Com. 4. in libr. 6. Epid. (p. 457.) aquæ graues, duræ & indomitæ, quæ neq; concoqui, neq; immutari poſſunt, ſed diutius in hypochondriis teſtitant, neq; facilè permeant. (Sic enim ὕδωρ σκληρὸν δυσκατέργαστόν τε καὶ βραδύπορον, ὡς ἐπιμένειν ἐν τοῖς ὑποχονδρίοις μόνον, exponit Galen. lib. 3. de diff. puls.) (p. 40. 18.) His ὕδατα μαλακὰ aquæ molles oppununtur, libr. de aëre, loc. & aq. (p. 75. 13.) Etſi initio lib. 1. Epid. ὕδατα μαλθακὰ molles pluuiæ & leues dicuntur, quæ iis opponuntur quæ cum impetu, raptim, largè & confertim fiunt. Sic enim τὸ ἀθρόως, καὶ λάβρως, καὶ σφοδρῶς opponit Gal. in Comm. Vbi & ὕδατα πολλὰ, ξυνεχέα, λαῦρα, ſæpiùs dicũtur Hippocrati pluuię multæ, continentés & copioſæ, easq; exponit Gal. ſtatim initio Com. in lib. 1. Epid.

Ὕδωρ etiam Hippocrati aquæ frigidæ potionẽ indicat, aph. 18. ſect. 4. libr. 6. Epid. ὕδωρ βορὸν, aqua vorax, quod de frigidæ potu capitur, quæ voraces homines facit, & appetentiam excitat. Sic lib. de vlceribus (p. 512. 35.) καὶ ὕδωρ ξυμφέρει πᾶσι τοῖσιν ἕλκεσι, omnibus vlceribus etiam aquæ potio conducit.

Ὕδωρ quoque apud Hipp. ponitur pro aqua in qua quid incoxerit, & ab eo denominationem ſumit, vt ὕδωρ κρίθινον libr. de rat. vict. in morb. ac. (p. 106. 28.) aqua hordei, qua in vehemente ſiti vtitur Hipp. ὕδωρ μαλάχης, maluæ aqua, hoc eſt decoctũ, ad ſubducendam aluum bilioſam, lib. 1 περὶ γυν. (p. 240. 34. & 241. 22. & 242. 4. & 252. 3.) Sic λινοζώστιος ὕδωρ, mercurialis decoctum ad aluum ſubducendam exhibetur Hipp. lib. 7. Epid. (p. 361. 31. & p. 365. 1.) Et ἀπὸ τῶν κριμνῶν ὕδωρ, aqua in qua farina craſſior macerata aut decocta fuerit, in potu ſępe vſurpatur Hippocrati, vt antea ſcripſimus in Κρίμνοι.

¶ Ὕλη materiam ſignificat & quicquid ſub artis Medicæ præcepta cadit, eaq; omnia quibus tum in ægris, tum in ſanis vtimur, rectè artis materia dicuntur. Quod ſcribit Galen. Com. 4. in lib. 6. Epid. (p. 500. 20.) εἰς χρῆμα δὲ τὰ τῆς ἰατρικῆς, οὐ μόνον ἐπὶ τῶν νοσούντων ἀλλὰ καὶ τῶν ὑγιαινόντων σωμάτων, ὕλας δὲ τῆς τέχνης ὀνομάζοντες, καὶ γέγραπταί γέ τισι τῶν ἰατρῶν βιβλία τὴν ἐπιγραφὴν ἔχοντα περὶ ὕλης. Ea quibus in re Medica, non in ægris ſolùm, verùm etiam in rectè valentibus corporibus vtimur, materię artis nominantur. Scripti quoq; & à quibuſdam Medicis libri, qui de materia Medica inſcriptionem habent. Eſt & ὕλη materia in ſyluis cædua, vnde & ὑλοτόμος lignator, qui in ſyluis ligna cædit. Et ὑλόνομα καὶ ἀγρόνομα ζῶα, animalia quæ in ſyluis & agris degunt, indeq; victum trahunt, lib. 2 περὶ διαίτης (p. 94. 12.) vbi ὑλόνομα tamẽ vitioſè ſcribitur. Hinc quoque ὑλομανέειν dicitur & καθυλομανέειν apud Hip. quod ſuprà expoſuimus.

¶ Ὑμενώδεες οὐρήσιες & ὑμενῶδες οὖρον, hoc eſt vrina membranoſa aut pelliculoſa quænam dicatur, ſcriptum eſt antea. Sic ὑμενώδεα ἐπιμήνια vocantur Hippocrati, menſes pelliculoſi, membranoſi aut fibroſi, in quibus multa pituita viſcida abũdat, lib. 1 περὶ γυν. (p. 235. 43. & 236. 32.) vbi etiam ὑμενοειδέα dicuntur (v. 35.) Sic ibidem (p. 247. 2) in vteris pituitoſis, αἷμα ὑμένων διάπλεον ſcribitur, ſanguis fibroſus & pelliculis refertus: non ſecus ac in muliere pituitoſa prægnante de puerperii purgatione ſcribitur ibidem (p. 240. 43.) καὶ φανεῖται ὑμενῶδες, καὶ ὥσπερ ἀράχνια διαπεπταμένα ἐν αὐτῷ ἔσται, & quid pelliculoſum apparebit, in eaq; velut aranearum telæ expanſæ erunt. Rurſusq; ibidem (p. 236. 32.) ὑμενώδεα ἐπιμήνια vt vitioſa damnantur. Ac iterum ibidem (p. 235. 43.) In muliere pituitoſa ὑμενώδεα καταμήνια adſcribuntur, καὶ ὥσπερ ἀράχνια διατέταται.

¶ Ὑπόχωρος κοιλίη, aluus ſubiens, hoc eſt ſoluta & naturaliter fœces deponens aut excernens, non autem ad fluxionem aut excretionem aliqua excrementorum qualitate aut ſpecie ſolicitata, vt exponit Gal. Com. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 90. 33.) in febre ardente notha, in qua pituita ſalſa, eius nempe materia, non facilè excernitur, neq; promptè accenditur, neque febrem auget aut ſitim intendit. Ideoq; in ea, velut in legitima febre ardente, aluus non fluit acriũ aut mordacium, ac tenuiũ excrementorum qualitate irritata, ſed tantùm naturaliter ſubit & fœces deponit.

Ὑπαγκώνια puluini dicuntur qui cubito ſubiiciuntur, quaſi ſubcubitales dicas, velut ὑπαυχένια, qui ceruici ſupponuntur, Gal. Com. 2. in lib. de fract. (p. 554. 23.)

Ὑπαίθριος εὐνὴ, cubile ſub dio, Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 68. 53.) καὶ ὑπαίθριος παρὰ τὸ ἔθος εὐνὴ σκληρυνεῖ τὸ σῶμα, & cubile præter ſolitum ſub dio corpus indurat.

Ὑπακούειν cum datiuo eſt obedire, obtemperare & cedere. Lib. 7. Epid. (pag. 359. 1.) φαρμάκῳ ὑπήκουσεν, ſternutamentum cienti medicamento ceſſit, hoc eſt, ſternutatorio medicamẽto eſt excitata. ὑπακούειν etiam dicitur de morbis qui curationi cedunt aut obediunt, Prorrh. 2. (p. 423. 27.) βαρέως ὑπακούει, non facilè nec ſine graui moleſtia cedunt, grauiſſimè obediunt. Sic ὑπακούοντα ὑποχόνδρια, præcordia cedentia & mollia, quæ renitentibus & diſtentis opponuntur, libr. 4. Epid. (p. 333. 25.) Et libr. 3. Epid. in ſt. peſt.

τῶν

τοῖσι προσφερομένοισι διαιτήμασι ὑπακούοντα, oblata ægrè admittebant.

Ὑπάλειπτον, ἔγχριστον φάρμακον, h.e. medicamentum quod illinitur, exponit Gal. in Exeg. nimirũ locum lib. de vlcer. exprimens (pag. 516.31.) μαλθακῷ πυρὶ καθέψειν ἕως ἂν δοκέῃ καλῶς ἔχειν τὸ πάχος, ὡς ὑπάλειπτον, lento igne coquitur dum idoneam craſſitudinem habuerit, vt illini poſſit. Sed omnia exemplaria vitioſè ὑπάλειπτρον legunt.

Ὑπαλειπτρον eſt inſtrumentum illitorium & quo ad illinendum vtimur, velut ſpecillum illitorium aut linitorium. vt lib. de art. (p. 590. 55.) ὑπαλείπτρον χρὴ λεπτὸν διιέναι, tenue aliquod linitorium ſpecillum traiiciẽdum eſt. Rurſus ibidem (p. 607.33.) παχὺ ὑπαλειπτρον, plenius ſpecillum vocat Hipp. quo ad illinendum vtimur. Vbi ſcribit Gal. ὑπάλειπτρον eſſe id omne inſtrumentum quod ad illinẽdum eſt idoneum, vt ſpecilla, ſpathæ, & quæ διπύρηνα dicuntur, h.e. nucleata, quæq; in ſummo rotunda habeant capitula. Quem locum Paulus ſubindicans cap. 91. lib. 6. τὸ μήλης πυρῆνα, ſpecilli caput nucleatum exponit. Celſus verò ſubiectum ſpecillum dixit cap. 5. li. 8. Erot. quoque ὑπάλειπτρον eſſe Hippocrati quã μήλην dicimus, h.e. ſpecillum, teſtatur. vbi tamen ὑπάλειπτον & ὑπάλειπτον vitioſè ſcribitur, vt antea ſcripſimus. Sic ὑπάλειπτρον αὐτὸ τὸ μήλης ſumitur apud Hipp. lib. 2. περὶ γυν. (p. 281.3.) ἢ ὑπάλειπτρον καθιέναι, & ſpecillum demittere, quod libr. περὶ γυν. φύσ. eadem in re (p. 224.23.) ἢ τὴν μήλην καθιέναι dixit. ὑπάλειπτρον tamen vitioſè in omnibus codicibus publicatis legitur. ὑπαλειπτρίς μήλη ſpecillum vnctorium ſignificat lib. περὶ ἐπικυήσιος (pag. 50.25.) ξυμφέρει ἑωυτὴν μήλην ὑπαλειπτρίδα καθιέναι ἐς τὸ στόμα τῆς μήτρης. Huic confert ſpecillum vnctorium ad vteri os demittere. ὑπάλειπτρον exponit Gal. in Exeg. apud Hipp. ἐλασμάτιον ᾧ ἄν τις ὑπαλείψαιτο τοὺς ὀφθαλμούς, laminulam tenuem qua quis oculos illinat.

Ὑπανθηρὸν τὸ ὕφαιμον ἢ ὑπέρυθρον, ſubc[ru]entum & ſubrubrum ſputum dicitur libr. 2. Epid. (p 313.6.) ἢ ἔπτυεν ὑπανθηρόν, & aliquanteous floridum conſpuebat. Sic αὐθηρὰ πτύσματα, τὰ ἐρυθρὰ καὶ ὕφαιμα exponuntur Gal[e]no in Exeg.

Ὕπαρ ἢ ὄναρ, prouerbialis locutio quę ſignificat inter vigilandum & inter dormiẽdum, ... opinione & re vera. Ea vtitur Hippoc. ... (p. 19.28.) ἡ δ᾽ ἀπειρίη κακὸς θησαυρὸς καὶ κακὸν κειμήλιον τοῖσιν ἔχουσιν αὐτὴν, καὶ ὄναρ καὶ ὕπαρ. Imperitia verò malus eſt theſaurus & malæ opes reconditæ, his qui eam tum opinione tum re vera poſſident. Dicitur autem ὕπαρ quaſi ὕπνου ἆρσις, ſomni ſublatio, nimirum per vigilias, vt ὄναρ τοῦ ὄντος ἆρσις, nimirum cùm per ſomnium tantùm res cernuntur. Dicitur & ὕπαρ ἐναργὴς ὄψις & ὅρασις, cùm re vera cernuntur, vt ὄνειρον ἡ ἐν τῷ καθεύδειν φαντασία, cùm per ſomnium inter dormiendum res cernuntur. Prouerbialis autem deſumpta eſt formula ex Homeri verſu (547) Od. τ.

Ὑπαυχένια, ceruicalia, puluini qui ceruici ſupponuntur, Galen. Comment. 2. in libr. de fract. (pag. quingenteſima quinquageſima quarta, verſ. 23.)

Ὑπάφρονι ῥῖγος, rigor ſubabſurdus, non conſentaneus, non legitimus, dicitur Hippocrati in Coac. Prænot. (pag. 433.22.) hoc eſt, qui inter iudicationes mouetur, cùm naturæ legibus vacuationes criticas præcedere debeat. Sic enim exponit Gal. Comment. 3. in Prorrh. (p. 205.34.) additq́ue quoſdam pro ὑπάφρονι ὑπόφοβον legere, quod exponit τὸ φοβερὸν, ἢ μετρίως φοβερόν. Quam lectionem ſecutus videtur Cornarius in Coac. Prænot. vbi in publicatis exemplaribus ὑπὸ ἄφρονι vitioſè legitur.

Ὑπεζύγωται ὑπέζευκται exponit Galenus in Exegeſi, ſubiugatur, ſobmittitur, ſubuertitur, ab ὑποζυγνύμαι. Innuit autem Gal. his verbis locum libr. de art. (pag. 599.36.) ὀστέον τι γὰρ τὸ ἀπὸ τῆς ἄνω γνάθου πεφυκὸς, ὑπεζύγωται πρὸς τὸ ὑπὸ τὸ οὖς ὀστέον προσπεφυκός. Os enim à ſuperiore maxilla procedens, cum eo oſſe quod ſub aurem anoexum eſt, ſubingatur, hoc eſt, quaſi iugo quodam eſt ſubnexũ aut iugo quodam cohæret ac copulatur. Ibi enim ſcribit Gal. Hippocratem hac dictione ὑποζυγῶσαι indicare συνάγειν ἀλλήλοις τὰ δύο ὀστᾶ, καθάπερ ζυγὸν ὑποκείμενον αὐτοῖς, hoc eſt, duo oſſa, velut iugo ſubiecto inter ſe cohærere. Vnde & ζυγώματος nomen à diſſertionis peritis petitum vult.

Ὑπείκω, concedere, cedere, locum dare, remittere, aph. 5. ſect. 2. lib. 6. Epid. ὑπείξαντα ἀντισπαστῷ αὐτίκα, vbi reuulſioni aliquid conceſſeris, h.e. vbi de reuulſione aliquid remiſeris. ὑπεῖξαι etiam emollire, euincere & aliquid concedere ſignificat, vt ibidem ἀντιτείνοντα ὑπεῖξαι, reniteotia emollire, de humoribus, qui in aliquam partem illapſi & affixi, vacuari, digeri & transfundi debent.

Ὑπεκκαύματα fomenta, alimenta ſic dicuntur, quòd calido cibi velut igni ligna ſubminiſtrentur, aph. 14. li. 1. vbi Gal. ξύλα ... [e]xponit.

Ὑπεκλυόμενοι παλμοὶ, lib. 1. περὶ γυν. (p. 240.1) ſunt palpitationes quæ ſenſim & paulatim exoluuntur, debiles ſunt, aut ſubinde diſſoluuntur & deſinuot, deinde verò rurſus ingraueſcunt, quod ſignificauit per ἐπανιδόντες αὖθις ibidem.

ὑπένερθεν ἀντὶ τοῦ κάτωθεν apud Hip. poſitum ſcribit Erotianus, quod eſt infra.

Ὑπενέγκαι apud Hipp. ὑποβιβάσαι exponit Erot. quod eſt, ſubducere, ſubmittere, deducere.

Ὑπέξοδος, alui ſeceſſus, ſubtus erumpens excretio, alui fluxus. Prorrh. 2. (p. 421.7.) προκαταγορεύειν δὲ χρὴ παύσεσθαι τὴν ὑπέξοδον. Ceſſaturum autem alui ſeceſſum denunciaueris.

Ὑπεραιωρεῖσθαι, eleuari, ſuſpendi, attolli ſignificat, & de oſſibus dicitur, quę dum in diuerſa diducuntur aut per vim extẽduntur, paulùm inter ſe receſſerũt, (vt loquitur Celſus) neq; inter ſe hærent, ſed velnti ſublimia ſuſpenduntur, li. de fract. (p. 551.23) ὑπεραιωρεῖται γὰρ ἐκ τοῦ ἰθυωρίην ὑπὲρ τῆς ἀρχαίης ἕδρης, attollitur n. ſupra priſtinã ſedẽ in directũ, aut ſuſpẽditur. Qđ de articulo dr̃, velut cap. 16. li. 8. dixit Celſus

membrum in diuerſas partes extẽdere, donec ſpatium inter oſſa liberum ſit.

Ὑπερεμέειν ſuperenomere ſignificat, & de venis dicitur quæ redundantem ſanguinem refundũt, lib. 2. de Morb. (p. 144. 10.) ὑπερεμέουσι τὰ φλέβια τὰ αἵματα τὰ περὶ τὸν ἐγκέφαλον, venulæ circa cerebrum ſanguinem ſupereuomentes. Rurſus ibidem (v. 16.) ἢν ὑπερεμέσωσιν αἱ φλέβες ἐς τὴν κεφαλήν, ſi venæ in caput ſupereuomuerint.

Ὑπερεόντας μεταχεομένους, h. e. commutantes exponit Erot. apud Hipp.

Ὑπέρινος immodicè vacuatus aut ſuperpurgatus dicitur & extenuatus. τὸν κεκενωμένον exponit Gal. Com. 5. in libr. 6. Epid. (p. 517. 49.) In Exegeſi verò ὑπέρινος exponitur ὁ ὑπερκαθαρμένος ἄνθρωπος, ἢ αὐτὴ ὑπερίνησις. οὕτως γοῦν ἐξηγήσαντό τινες καὶ τὸ, ὑπέρινος ἰσχναίνει. δηλοῖ δὲ καὶ τὸ μακρόπνους, ἢ τὸ βραχύπνους, διχῶς ὡσαύτως λέγεσθαι. Quibus verbis Gal. locum libr. 6. Epid. ſubindicat. variata tamen lectione, ſignificatque ὑπέρινον tam immodicam vacuationem quàm immodicè vacuatum denotare, vt & μακρόπνους & βραχύπνους tam de longa aut breui ſpiratione accipitur, quàm de his qui longam aut breuem ſpirationẽ habent. ὑπερίνησις verò legitur lib. de loc. in homine (p. 74. 34.) ὅκως μὴ ἰνηθμὸς γίνηται ἐκ τῆς ὑπερινήσιος, ne vacuatio ex immodica purgatione contingat. ὑπέρινον τὸν σφόδρα λεπτὸν exponit Varinus, hoc eſt exilem & valdè extenuatũ. ὑπέρινος idem ſignificat Polluci quod ἐκκενωμένος, quod eſt immodicè vacuatꝰ. Sic enim ſcribit cap. 25. lib. 4. τὸ δὲ κενοῦσθαι διὰ καθάρσεως ἢ ἐκκενοῦσθαι λέγεται. ἢ ἐκκενωμένον ἡ κωμῳδία τὸν κεκαθαρμένον, ὡς ἐκ τῶν ἄνω φερομένης τῆς χολῆς· τὸν δὲ αὐτὸν ἢ ὑπερινωμένον φασὶ ἢ ὑπέρινον. Sic enim mihi legendum videtur contra omnium codicum fidem. ὑπερινωμένος etiam ὑπερκαθαιρόμενος exponitur Erotiano apud Hipp. ἶνες γὰρ ἡ κάθαρσις λέγεται. Quo loco ὑπερινωμένος mihi videtur legiſſe Erot. apud Hipp. lib. 6. Epid. vbi Gal. ὑπέρινος legit. Hanc autem dictionem vſurpat Gal. lib. de ſang. miſſione aduerſus Eraſiſtratum (p. 5. 24.) θεάσασθαι δὲ ἔστιν ἐναργῶς τὸ βλάβης μέγεθος ἐν τοῖς ὑπερίνοις μὲν ἢ ἀσθενέσι. Noxæ verò magnitudinem in immodicè purgatis & debilibus cernere manifeſtò licet.

Ὑπερκάθαρσις eſt nimia & immodica purgatio, aphor. 4. lib. 5. ἐπὶ ὑπερκαθάρσει σπασμὸς ἢ λυγμὸς ἐπιγινόμενος. Immodicæ purgationi ſuccedẽs conuulſio aut ſingultus. In Coac. Præn. (p. 441. 41.) ὑπερκαθάρσιες ἐκ τῶν φαρμακειῶν. Immodicæ purgationes quæ ex medicamẽtorum potionibus contingunt.

Ὑπερκορυφώσιες ſunt vertices & apices, aut elata quædã faſtigia, velut tumuli. Sic Lobi pulmonis dicuntur Hippocrati libello περὶ ἀνατομῆς (p. 54. 26.) Et ibidem (v. 32.) de hepate, ὑπερκορυφώσιας ἔχον δύο, αἳ καλέονται πύλαι, duos habens apices, quas portas vocant.

Ὑπερος piſtillum ſignificat, quo vtitur Hippoc. lib. de fract. (p. 549. 57) pro vecte in oſſium fractorum extẽſione. Eſt & apud Heſychium ὑπέρου περιτροπή, piſtilli conuerſio, de iis qui eadem faciunt, neq; vnquam finem imponunt.

Ὑπεροχὴ θεία, præeminentia aut præſtantia diuina, & excellentia qua vti vult medicum lib. περὶ εὐσχημοσ. (pag. 15. verſic. 34.) vt animo ſit excelſo & omnia humana infra ſe poſita exiſtimet.

Ὑπερτέρη exponitur Erotiano apud Hippocr. ὑπερβάλλουσα ἢ ὑπερέχουσα, h. e. ſuperior, ſupereminens, præſtans.

Ὑπερτονεῖ ὑπερτείνεται exponit Gal. in Exeg. apud Hippocr. hoc eſt ſuperextenditur, ſuperat, ſupereminet.

Ὑπέρυδρος, ſupra modum aquoſus, aqua inter cutem collecta diſtentus & ſuffuſus. Libr. περὶ παθῶν (p. 183. 27.) ἢν μὲν ἐγχειρέων λάβῃς πρὸ τοῦ ὑπέρυδρον γενέσθαι. Hunc ſi inter initia in manus ſumpſeris priùs quàm aqua diſtẽtus ſit. Quem ſanè locum ſubnotat Gal. in Exeg. cùm ὑπέρυδρον exponit ἄγαν πλήρη τοῦ περικεχυμένου ὕδατος, aqua ſuffuſum & nimis redundantem.

Ὑπέρυθρον ſubrubrum, ſanguineum & ſanguine redundantem ſignificat Hippocrati libr. 3. Epid. in ſt. peſt. (p. 429. 34.) & aph. 21. ſect. 3. lib. 6. Epid.

Ὑπερφέρειν eminere, extare, ſeſe attollere. Lib. 7. Epid. (p. 363. 32.) δέρμα περὶ μέτωπον καὶ τὸ ἄλλο μαλθακὸν ὑπερφέρον αἰεί, cutis circa frontem & reliquum corpus mollis ſemper eminebat.

Ὑπερφυὴς κακοπαθείη, incredibili magnitudine excedens aut immenſa afflictio, grauiſſima mala. Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρ. (p. 7. 22.)

Ὑπερχολήσει exponit Gal. in Exeg. apud Hippoc. πολλῆς πληρώσει χολῆς, multa bile implebit.

Ὑπεψύχθη etiam exponit Gal. in Exeg. μετρίως ὑπανῆλθε τῆς πυρετώδους θερμότητος, aliquantum remiſit de febrili calore, aut moderatior febrilis calor extitit.

Ὑπερῴα, oris pars ſuperior & palatum. Sic dicitur pars oris altior, quæ ſupra foramina ea quæ ex naribus in os tendunt, exiſtit, vt ſcribit Gal. Com. in ſent. 2. ſect. 1. lib. 6. Epid.

Ὑπήλατα φάρμακα dicuntur medicamenta aluũ ducentia. Qua dictione vtitur Hipp. lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 56. 10.) παύει δὲ ἢ ἄλλα πολλὰ τῶν ὑπηλάτων. Sedant etiam alia multa aluum ſubducentia medicamenta. Quem locum mihi videtur ſubindicare Erotianus ſua interpretatione, ſed vitioſa ſcriptione noſtris in codicibus. Sic enim lego, ὑπηλάτων, τῶν τὴν κάτω κοιλίαν καθαιρόντων, παρὰ τὸ ὑπελαύνειν εἰρημένων. Rurſus apud Hip. ibidem (v. 11.) ἐπεὶ ἢ τὰ ἐν τοῖσι ῥοφήμασι διδόμενα ὑπήλατα ὀνίνησι, quandoquidem quæ in ſorbitionibus exhibentur medicamẽta aluum ſubducentia, iuuant. Et lib. 4. de Morb. (p. 177. 40.) ἢ τὰ φάρμακα δὲ τὰ ὑπήλατα ἐπὴν πίωμεν. Quin & medicamenta aluum ſubducentia vbi bibimus.

Ὑπηνηθέωσιν Gal. in Exeg. exponit ὑποστραφῶσιν, h. e. aliquantum cõtorti fuerint. Verùm quædam exemplaria ὑπηνηθέωσιν legunt. Et Erot.

Erot.apud Hippocratem ὑπείμης ὑπετίθεις, h.e.voluit aut voluebat exponit. Proquo ὑπεγλῶν aut ὑπείμη etiam legendum putãt. Exiſtimo autem hanc dictionem pro varia lectione à Galeno eſſe adſcriptam, eamque ex quibuſdam exemplaribus legiſſe Galenum & veteris fuiſſe attributam, velut περιτραφέων libr. περὶ χυμ. φύσ. (p.225.2.) & lib. 2. περὶ χυμ. (p.276.18.) quemadmodum etiam αἰτιολογοῦσι antea.

Ὕπνος μακρὸς, ſomnus longus & modum excedens exponitur Gal. apud Hip. aph.3.lib.2. qui ſolùm tempore excedit modum naturę conuenientem. ὁ τῷ χρόνῳ μόνῳ ὑπερβαίνων τὴν κατὰ φύσιν συμμετρίαν, οὐδὲ τινὰ διαδήλωσιν ἔχων· ὕπνοι βαθεῖς καὶ μὴ ταραχώδεις, ſomni alti & profundi, in quibus minimè perturbantur ægri, aut loquuntur, delirant, exiliunt, aut excitantur, verùm poſtea dolorum leoimeo & ſymptomatum leuamen ſentiunt, & firmitatem iudicationis denuociant. In Coac. Præn. (p.428.11.) Rurſus ibid. (p.439.4.) ὕπνοι πάναυδοι, ſomni omoinò vocem intercipientes, hoc eſt tranquilli, minimè turbulenti. Vbi quidam codices ὑπνάναυδοι legunt & Corn. Eſt & ὕπνος ἑδραῖος, ſomnus ſtabilis aut profuodus, aph.11.ſect.4.li.6.Epid. Somnus ſedentium dici poteſt, cùm ἀπὸ τῆς καθέδρας dici exiſtimet Erotianus, vt antea ſcripſimus. ὕπνος φύσει πέφυκεν ψύχειν. Somoo à natura refrigerandi vis ineſt, libr. περὶ φυσῶν (p.121.13.) & aph.27.ſect.5.lib.6.Epid.

Ὑπνώσει Galeno exponitur apud Hip. in Exeg. ὑπνωδεστέρως ἔχουσα, ὕπνῳ κεκωμωμένη, ſomno deteota, ſomoo ſopita. Quod legitur lib.7. Epid. in Hermoptolemi vxore (p.355.15.) καὶ κωμαλῶδες ἦν, ὑπνώσει διετέλει, & ſopore oppreſſa, ſomnolenta perſeuerauit, ſomno ſopita perpetuò erat.

Ὑποβαίνειν, ſubire, ſubeſſe, ac velut fundamẽtum & baſis ſupponi, ſubiici. Quod dicitur εἰσω βαίνειν lib. de art. (p.627.55.) intrò incedere, cùm ſani cruris pede intrò conuerſo inceditur, & totum corpus ita optimè firmatur & geſtatur. In Mochlico (p.508.15.) huicque ὑποβαίνειν opponitur, quod eſt extra iocedere & pede in exteriorem partem conuerſo, ἔξω βαίνειν dicitur lib. de art. ibidem.

Ὑποβλέποντες ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν, qui per ſomnũ ſubapertis ſunt oculis & leuiter ſuſpiciũt, quod languentium & extremè affectarũ virium, aut iogentis reſiccationis eſt indicium. In Coac. Pr. (p.425.49.) Huiuſmodi ſuſpectiooes ὑποφάσιας τῶν ὀφθαλμῶν ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν vocat Hip. in Progn. & aph.52. lib.6.

Ὑποβορβορύζοντες, qui murmur quoddã ſentiunt, & quibus murmur aliquod exauditur. In Coac. Præn. (p.425.47.) οἱ ἐν ποτοῖσιν ὑποβορβορύζοντες; quibus inter potandum murmur quoddã exauditur, aut qui inter potandum ſubmurmorant.

Ὑπόβρυχος, latens, demerſus, ſubmerſus & profundus. Lib.1.Epid. (p.381.42) de febre quę paulatim increſcit, ἔστι δ' οἷσιν ἄρχεται μαλακῶς καὶ ὑπόβρυχος. Quibuſdam ẽt leniter & latenter incipit. Cui ἀρχόμενος αὐξεῖ καὶ ἀκμάζει μάλιστα, opponitur, quæ vbi incipit plurimum viget & effloreſcit. Aretæus quoq; cap.7.libr.2. περὶ ὀξ. ὑποβρύχιον πῦρ dixit febrem quę ex inflammatione portarum iecoris initium ſumpſit, quod ſit in profundo latens. ὑπόβρυχα nãq; annotat Erot. apud Hip. dici, τὰ κατὰ βάθος κείμενα, καὶ οἷον ὑποδύνοντα, in fundo ſita, ac veluti ꝓfunda. Heſychius ὑπόβρυχα ὑποβρύχια exponit, ex Hom. Od. ε. (v.319.) lib. περὶ ὀστέων φύσ. (pag.62.25.) αὕτη δὲ παρὰ τὴν γλουτὸν ἴσχει, διὰ τοῦ μυὸς τοῦ ὑπὸ τῷ μηρῷ ὑποβρυχίη. Ipſa autem iuxta nates fertur, per muſculum ſub femore demerſa.

Ὑπογάστριον imus venter dicitur, & pars ventris quę ab vmbilico ad pudẽda porrigitur, aph.80.li.4. alioq; oomine ἦτρον appellatur, aph.35.lib.2. Iulius Pollux cap.88.lib.2. τὸ μέν τοι ὑπὸ τὸν ὀμφαλὸν πᾶν ἄχρι τῶν ὑπὲρ αἰδοίων τεταγμένον, ἦτρον τε καὶ ὑπογάστριον.

Ὑπογλωσσὶς aut ὑπογλώσσιον tuberculum eſt ſub lingua, aut linguæ pars inferior intumeſcẽs & indurata, hypogloſſium dici poteſt. Hip. lib.2. de Morb. (p.147.6) ἢν ὑπογλωσσὶς φύηται, ἡ γλῶσσα οἰδίσκεται· καὶ τὸ ὑποκάτω, καὶ τὸ ἔξω ψαυόμενον σκληρόν ἐστι, καὶ τὸ σίαλον καταπίνειν οὐ δύναται. Si hypogloſſis aut tuberculum ſub lingua oriatur, lingua eiuſq; pars inferior intuɯeſcit, & ad contactum externa parte dura eſt, neq; ſaliuam deglutire poteſt. Rurſus ibid. (p.142.1.) ὑπογλωσσίδες dicuntur, & à pituitæ fluxione fieri. ὑπογλωσσὶς verò ὑπογλώσσιος βάτραχος videtur dici Aëtio Tetrab.2.libr.4.cap.39. περὶ δὲ τῆς ὑπογλώσσιου βατράχου, (ἔστι δὲ διάστασις τῶν ὑπὸ τὴν γλῶσσαν μορίων,) μάλιστα δὲ φλεβῶν, χρηστέον μὲν πᾶσι τοῖς ἰσχυροτέροις πρὸς ἄφθας ἀναγεγραμμένοις. Ad ranunculum ſub lingua (eſt aũt partium ſub liogua, præcipoeq; venarum tumor) omnibus ſanè vehemeoniotibus vtendũ quę ad aphthas ſcripta ſuot. Atq; ibi plurima remedia ad euodem deſcribuntur. De ranunculo verò agit Paulus cap.26.li.3. & Actuarius lib.2. περὶ διαγνωσ. παθ. cap.16. ὑπογλωττὶς etiã dicitur Heſychio ſignificare πάθος τι κατὰ τὴν γλῶτταν. ὑπογλωττὶς quoque dicitur quibuſdam inferior linguæ pars maxallam contingens. Sunt etiam ὑπογλωττίδες Medicis confectiones arteriacæ, & ex iiſdem ferè medicamentis quibus arteriacæ componuntur, ab eo quòd ſub linguam dentur appellatæ. Iubẽt autem id quod à diſſoluto pharmaco defluit, ſenſim in arteriæ aſperæ ſummum excipere, obuitendo ſimul ne tuſſis excitetur. Cuius generis multa deſcribuntur Gal. lib.7. κατὰ τόπ. (p.260.13. & 263.) Habent autem facultatem leniendi, læuigandi, aſperitatesq; remittẽdi, inflammata coocoquendi & perſaoandi.

Ὑπογράφειν eſt veluti primis lineis deſcribere aut informare, rudemq; quandã deſcriptionem ioducere, qualem primam manum vulgò dicimus, ſumpta à pictotib. aut Mathematicis trãſlatiooe. Quod eſt eorũ, qui rerum, quas poſtea accoratius explicaturi ſunt, cõmentarium quendam tumultuariũ & velut adumbrationem ponunt. Quod ferè ſuis in

omnibus ſcriptis (quę ὑπομνήματα vocat Galen.) fecit Hippocr. Eaq; vtitur ſæpe dictione lib. 1. Epid. vt (p. 357. 4.) ἐκ πάντων δὲ τῶν ὑπογεγραμμένων ἐν τῇ καταστάσει ταύτῃ. Ex bis autem omnibus qui in bac ſtatus conditione deſcripti ſunt. Et rurſus (p. 360. 30.) ἐν οἷσι δὲ ἐπεφαίνετο πάντα τὰ ὑπογεγραμμένα. In quibus verò deſcripta omnia deprehēdebantur. Et rurſus (p. 372. 6.) τοῖσι δὲ φρενιτικοῖσι ξυνέπιπτε μὲν καὶ τὰ ὑπογεγραμμένα οὐ πάντα. Phreniticis autem contigerunt quidem deſcripta, non omnia. Et (p. 373. 22.) πολλοῖς δὲ ξυνέπιπτε μὴ ὑφ' ἑνὸς κρίνεσθαι τῶν ὑπογεγραμμένων σημείων, multisq; vſu venit vt non ab vno ex deſcriptis ſignis iudicarentur. Et rurſus ibidem (v. 25.) γυναιξὶ δὲ παρθένοισι ξυνέπιπτε μὲν καὶ τὰ ὑπογεγραμμένα σημεῖα πάντα. Mulietibus itē & virgunculis euenere deſcripta ſigna omnia. Quibus omnib. in locis ὑπογεγραμμένον προγεγραμμένον, hoc eſt ptius deſcriptum denotare poteſt, quemadmodum lib. 3. Epid. ſt. peſt. (p. 430. 44.) ἦν δὲ πᾶσι τοῖς ὑπογεγραμμένοις χαλεπώτατον μὲν τὸ ἔαρ. Erat autem prius deſcriptis omnibus ver moleſtiſſimum. Quod ſic exponit Gal. ἐξηγεῖται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν προγεγραμμένων εἰρῆσθαι τὸ ὑπογεγραμμένον, ὥσπερ γε ἰδιώτης χρῆσθαι παρὰ τοῖς πολλοῖς.

Ὑπόγυον idem quod ὑπόγυιον, quod eſt præ manibus, quod inſtat. lib. 7. Epid. (p. 360. 36.) διετέλεσε τὰ τῶν κνημέων μέχρι τελευτῆς, ὑπόγυον δὲ, crurum dolores perſeuerarunt ad finem vſque, qui iam prope inſtabar. Rurſus ibidem (v. 47.) μάλιστα δὲ ὑπόγυον, hoc eſt, præcipuè verò morti propinquus, vbi mors inſtaret. Vbi ὑπόγυον pro ὑπόγυος ἐὼν, aut ὑπογύως ſumi videtur. Ibidem quoq; (v. 44.) γάλα ὑπόγυον, lac recens dicitur.

Ὑποδειχθὲν eſt quod demonſtratur, & certa demonſtratione logica & artificiali cōfirmatur. lib. περὶ εὐσχημοσύνης. (p. 25. 12) πᾶν τὸ ὑποδειχθὲν ἐκφέροντες, quicquid demōſtratur proferentes, hoc eſt, nil niſi certa demonſtratione confirmatum proferentes. Rurſus ibidem (v. 13.) εἰς ἀλήθειαν πρὸς τὸ ὑποδειχθὲν ἀποπλημμελεῦμενοι, veritatem certa demonſtratione repurgantes.

Ὑπόδεξις ſuſceptio, cùm quis familiariter excipitur. Lib. περὶ εὐσχημοσύνης (p. 16. 39.) ἅμα δὲ παραμυθεῖσθαι μετ' ἐπιστροφῆς καὶ ὑποδέξιος, ſimulq; conſolando cum conuerſione & ſuſceptione, hoc eſt, vt medicus ægrum conſoletur, animo excipiat, & blandè illius animum auertat. Poteſt & ὑπόδεξις idem quod ὑποδοχὴ ſignificare, vt ſit, etigendo & pollicendo fœlicem morbi euentum, ægrum ſoletur. Vbi pro ὑποδέξιος ἐπιδέξιος habent exemplaria Regia manuſcripta.

Ὑπόδεσις ſubligatio, eſt faſcia quæ ante iniectas plagulas fracturis ſuperdatur, Gal. Com. 2. in lib. κατ' ἰητρ. (p. 684. 31.)

Ὑποδεσμίδες dicūtur binæ faſciæ quæ ad fracturas adhibentur ante quàm plagulę iniiciantur. Quæ verò ex his fit deligatio, ὑπόδεσις vocatur, ſubligatio, Gal. Com. 2. in libr. κατ' ἰητρ. (p. 684. 32.) Idem Com. 3. (p. 690. 29.) ὑποδεσμίδες dici ſcribit faſcias quæ ante ſplenia primùm omnium parti affectę iniiciuntur, quarum duplicem vſum ēt circūſcribit. Rurſusq; ib. (v. 45.) ὑποδεσμίδες eſſe ſcribit faſcias, quę ipſi corpori aut membro fracto circumdantur, quaſi ſubligamina & ſubfaſciationes. ἐπιδέσμους verò faſcias quæ plagulis aut ſpleniis extrinſecus ſuperligantur, quaſi ſuperfaſciationes. Qua notione ὑποδεσμίδες ſumuntur lib. de art. (p. 651. 30.) καὶ ὑποδεσμίδων δεῖται, & faſciis primùm iniectis, velut ſubligaminibus egēt. ὑποδεσμίδες lib. περὶ ὑγρῶν χρήσιος (p. 113. 22.) fracturarum faſcias exponunt nonnulli, verùm cuniculoſa vlcera exponit Corn. vt ſuſpectam lectionem faciat, & ὑποφορὰς legiſſe videatur.

Ὑποδεέστερον σημεῖον, aliquāto grauius ſignum, in Coac. Pr. (p. 429. 24.) καὶ ἄλλων σημείων τῶν ὑποδεεστέρων, & cæteris aliquāto grauiorib. ſignis.

Ὑποδύσφοροι, corporis incontinentia aliquantulum iactati, implacidi, ſubmoleſti & difficiles, in Prorrh. (p. 182. 54.)

Ὑπόθεσις in arte Medica fundamentum, ſuppoſitum, ac veluti ſcopum & ſubiectū ſignificat, circa quod verſari artem Medicam exiſtimabant illius reprēhēſores, quos refutat Hip. lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρ. vt ἀμυδρὸν, quiq; in re Medica, calidum, frigidum, humidū, ſiccū, velut artis fundamenta & ſubiecta conſtituebant. Vbi Hip. ὑπόθεσιν ſępe vſurpat ea notione, velut ſtatim initio. ὑπόθεσιν σφίσιν αὐτέοισιν ὑποθέμενοι τῷ λόγῳ, ſuæ diſputationis fundamentum ſtatuentes. Et rurſus (p. 5. 1.) διὸ οὐκ ἠξίουν αὐτὴν ἔγωγε κενῆς ὑποθέσιος δεῖσθαι, ὥσπερ τὰ ἀφανέα τε καὶ ἀπορεόμενα. Quamobrem inani ipſam ſuppoſitione indigere nō exiſtimo, velut ea quæ ſunt obſcura & ambigua. Cenſet n. Hip. veterum Aſclepiadarum methodum, ex inani ſuppoſitione non niti, ſed naturæ ſubiecto reſpondere, ſub ſenſumq; cadere, neq; eos tantùm ratione contēplari, ſicuti in obſcuris & ambiguis cōtingit, qualia ſunt quæ in ſublimi aut terræ viſceribus fiunt. Ideoq; verā & certam eſſe veteris medicinæ methodum contendit. Rurſus ibid. (p. 8. 2.) ἐπὶ δὲ τὸν καινὸν τρόπον τὴν τέχνην ἐξ ὑποθέσιος ζητέοντας λόγον ἐπανελθεῖν βούλομαι. Nunc verò ad eos qui nouo quodam modo artem ex ſuppoſitione inueſtigant, ſermonem conuertere oportet. Ac rurſus ibid. (v. 48.) καὶ ἀπάγοντες ἐκ ταύτης τῆς ὁδοῦ ἐπὶ ὑπόθεσιν τὴν τέχνην, qui ab ea via & ratione artē Medicam ad ſuam hyporbeſin abducunt, h. e. qui certā & antiquam methodum negligētes, ad calidum, frigidum, humidū, ſiccū, velut artis Medicę fundamenta, & bypotbeſes confugiunt. Et (v. 49.) τίνα ποτὲ τρόπον θεραπεύσουσι τοὺς ἀνθρώπους, ὥσπερ ὑποτίθενται, quonā modo ex iis quæ ſupponunt, homines curaturi ſint.

Ὑποκάθαρσις, leuis per medicamentū purgatio, ſed pro purgatione quę fit per medicamentum purgans ſimpliciter ſumitur, lib. de vlcer. (p. 513. 15.) ὑποκάθαρσις τῆς κάτω κοιλίης ξυμφέρει τοῖσι πλείστοισι τῶν ἑλκέων, inferioris alui purgatio plærìſque vlcetibus confert. κάθαρσιν exponit Gal. cap. 6. lib. 4. Meth. med.

Ὑποκα-

Ὑποκαταφρονεῖν eſt deſpicere, contemnere, monita nihili pendere, aut negligentiùs ſe gerere. Lib. 4. Epid. (pag. 333.17.) ἢ ἴσως ἄλλως ὑποκαταφρόνει, & alioqui fortaſſe negligẽtius ſe gerebat.

Ὑποκερχαλέον, ſtridula quædam aſperitas. Lib. 7. Epid. (p. 355.43.) καὶ ὑποκερχαλέον περὶ στῆθος ἢ ἀρτηρίας, cum ſtridula quadam ad pectus & arteriam aſperitate.

Ὑποκεφάλαιον puluinus aut puluinar. Libr. 1. περὶ γυν. (p. 252.15.) πρὸς κεφαλὴν ὑποθεῖναι ὑποκεφάλαιον, capiti puluinum ſubſternere.

Ὑπόκηρος fato aut morti obnoxius, impurus & corruptus, idem ferè quod ἐπίκηρος ſignificat, & fortaſſe ἀκηρεστῳ opponitur, quod purum, ſyncerum & incorruptũ denotat. Lib. περὶ ἱερῆς νόσου (p. 123.32.) τῷ ἁγνοτάτῳ opponitur. οὐ μέν τοι ἔγωγε ἀξιῶ ὑπὸ θεοῦ ἀνθρώπου σῶμα μιαίνεσθαι, τὸ ὑποκηρότατον ὑπὸ τοῦ ἁγνοτάτου. Neq; tamen cẽſeo hominis corpus à Deo inquinari, impuriſſimum à puriſſimo. Sic κῆρας Heſychius ἀκαθαρσίας, μολύσματα, βλάβας, exponit, & κηραίνω, φθείρω, βλάπτω.

Ὑποκρίνεσθαι idem quod ἀποκρίνεσθαι, reſpondere. Lib. 7. Epid. (pag. 357.7.) ἐπὶ δὲ ἡμέρην ὑπεκρίνετο τὰ πλεῖστα νεύμασι. Per diem verò plurimùm nutibus reſpondebat. Erotianus etiam ὑποκριθῇ ἀποκριθῇ exponit apud Hippocratem quod eſt reſpondeat. Quod legitur lib. de fract. (p. 543.48.) ὑποκριθῇ δὲ ὁ ἐπιδεόμενος ταὐτὰ πάντα, qui deligatur autem eadem reſpondeat. Ac rurſus ibidem (pag. 553.53.) ὑποκρινέσθω δὲ ὁ ὑποδεδεμένος ταῦτα. Et (pag. 556.43.) καὶ ὑποκρίνεσθαι ταῦτα ὡς ἂν καὶ πρόσθεν. ὑποκρίνεται etiam Erotianus apud Hippocratem exponit ἀφίσταται καὶ ἐξανίσταται, ſecẽdit, attollitur, neque tamen ſine ſuſpicione.

Ὑπολαμβάνειν eſt cohibere, intercipere, & de tuberculis dicitur quando eorum origo cohibetur, intercipitur, reprimitur, aut diſſoluitur. Lib. περὶ ἰητροῦ (p. 14.17.) τὰ μὲν φύματα ταχέως τε ὑπολαμβάνειν, καὶ διαλύεσθαι δυνάμενον. Tubercula quidẽ cohibere & diſſoluere poſſe maximum artis eſt opus. Cornarius deprehendere dixit, vt ad eorum cognitionem referatur. Mihi tamen magis placet ad eorum interceptionem & originis repreſſionem referri. ὑπολαμβάνεσθαι etiam aſſumi aut ſuſcipi ſignificat, & dicitur ſæpe Hippocrati de ægro qui curationem ſubit, & ad curationem aſſumitur, velut lib. 1. de Morb. (p. 133.5.) ἐὰν ἐκ μὲν παραχρῆμα ὑποληφθῇ, ὑγιὴς γίνεται ὡς τὰ πολλά. Hic ſi confeſtim ad curationem aſſumatur, aut curationem ſubeat, plærunq; ſanus euadit. Sic καταληφθῆναι dicitur de ægro qui curatione præoccupatur antè quã morbus inualeſcat, ibidem (p. 132.28.) ἐὰν ἐν καταληφθῇ ἀρχομένου τοῦ νοσήματος. Hic ſi per morbi exordia curatione præoccupetur, hoc eſt curationẽ anteuertat, anticipet. His autem opponitur ἀμεληθῆναι apud Hip. quod negligi ſignificat. ὑπολαβὼν ῥῖγος, rigor ſubiens, inuadens & ſenſim occupans, ſubrepens. lib. 5. Epid. (p. 337.26.)

Ὑπόλαμψις de fulgore aliquo dicitur in tumore hydropico, li. 4. Epid. (332.12.) σκληρὸν δὲ ἦν καὶ κάτωθεν ἔχον ὑπόλαμψιν, quod durum erat & parte inferna aliquantulum ſplendeſcens.

Ὑπολάπαρον, aliquantulum molle, ſubinane & ſubuacuum ſignificat, & de præcordiorum molli contenſione, hoc eſt abſque tumore, ξυντάσεις ὑπολάπαροι ſæpe effertur Hippocrati, vt ægr. 2. lib. 1. Epid. & ægr. 3. lib. 3. & li. 4. Epid. (p. 333.33) ὑπολάπαρον, ὑπόκενον exponit Gal. lib. 3. περὶ δυσπ.

Ὑπολείβεται, ὑποστάζει, ὑπορρεῖ, aliquantulum ſtillat, ſubeffluit, exponit Gal. in Exeg. nimirũ locum lib. 1. περὶ γυν. (p. 241.37.) ſubnotans. τοῦ αἵματος αἰεὶ τὸ ἀκραιφνὲς καθ᾽ ἡμέρην ὑπολείβεται ἐκ τοῦ σώματος, purus ſanguis in dies ex corpore diffluit, h. e. ex corpore in partes incrementum aliquantulum effluit, ſtillat aut effunditur.

Ὑπόμβρον ſubtus madens & humidum ſignificat, & cui humiditas ex imbre ſubeſt. ὑπόμβρον Gal. in Exeg. ὕφυγρον, ὑπόπυον, ſubhumidum, ſubpurulentum, hoc eſt pure madens exponit. Quod Erotianus de oſſe dici teſtatur apud Hip. & ὑπόμβρον ὀστέον, ὑπόνομον ἢ κάθυγρον γεγονὸς exponit, cauernoſum, concauũ aut cuniculoſum, & humidum exiſtens. Ac fortè ὑπόμβρον ὀστέον pro ὑπόπυον leg. videntur Gal. & Erot. apud Hipp. lib. de cap. vuln. (p. 450.44 aut p. 451.30.)

Ὑπομένειν eſt perferre, ſuſtinere. Lib. 7. Epid. (p. 362.20.) οὐδὲν κάτω ὑπέμενεν, nihil infra ſuſtinebat aut perferebat. Quæ locutio popularis eſt & de aluo admodum lubrica dicitur. Ideoq; nihil infra ſubſiſtebat dixerunt Interpretes. Sed mihi de eo intelligi videtur qui nullum remediorum genus, neque clyſteres, neque glandes per inferiora admitteret.

τὰ Ὑπόμυξα dicuntur articuli muco aut mucore redundantes, mucoſi, lib. de art. (p. 558.12.) διὰ ὅτι οὐ μάλα ἐκπίπτει τὰ ὑπόμυξα, ac propterea qui muco redundant articuli, non admodum excidunt.

Ὑπομύσαρα, ſubfœtida, ſubolida, aliquantulum graueolentia alui recrementa dicuntur lib. 7. Epid. (p. 365.2.) Quem locum mihi ſubindicare videtur Gal. in Exeg. ὑπομύσαρα, δυσώδη, καὶ ἄξια τοῦ μυσαχθῆναι exponens, fœtida, abominanda aut deteſtanda. Heſychius μυσαρὰν, ῥυπαρὰν, ἀκάθαρτον, ſordidam, impuram exponit, & μυσαρὰ, μυσαρὰ, μιαρὰ, μεμιασμένα. μυσαχθῆναι, Varino eſt δυσχεραίνειν. Vnde & μυσαττόμενος Heſychio, βδελυττόμενος, ἀποστρεφόμενος, deteſtandus, odioſus, abominandus. ἀπὸ μύσους τὸ μίασμα.

Ὑπονηχομένη exponitur Galeno in Exeg. apud Hipp. ὑπονηχομένη, ὑπεξιοῦσα, hoc eſt, ſubtus natans, aquas ſubiens. Erotiano verò ὑποσωρεύουσα, ἀπαλθοῦσα, hoc eſt, ſubaceruans aut ſubaccumulans; ſubiens, ſi modò non ſuſpecta eſt lectio. Nam ὑπεξιοῦσα pro ἀπαλθοῦσα planè legendum.

Ὑπονοήματα, animo conceptæ opiniones, ſuſpiciones, Prorrh. 2. (p. 414.17.) ὑπὸ σημείων μὲν γὰρ

ἐόντος βλάπτεται τὸ ὑπονοήματι. Quam enim quis animo concepit opinionem, nullum ſignum, neq; bonum, neque malum, lædit, hoc eſt conuellit aut refellit.

Ὑπονος aut ὑπονίσκος, ſubdita ſuccula, aut aſellus ſuppoſitus, quo fit extenſio ad inferiora. In Mochlico (pag. 510. 48.) vbi tamen vitiosè ὑπόβρος legitur.

Ὑπόξηρα Gal. in Exeg. apud Hip. exponit ὑπόκοιλα, ἐπιφόπερα, ſubcaua, humiliora, depreſſiora, nimirum locum lib. de fract. (p.534. 13.) reſpiciens, τὰ δὲ ὑπόξηρα αἰκίζεσθαι περὶ αὐτὰ κυκλώσιας. Extremæ verò partes in anguſtum tenuatæ (ὑπόξηρα velut ſubaridæ dictæ) ſpleniis in orbem ductis curādæ. Vbi ſic eam dictionem exponit Gal. τὰ πέρατα τῶν κώλων στενότερον ἔχει τὸ εὖρος, ἅπερ ὑπόξηρα καλεῖ. Membrorum longorum fines quę anguſtiorem habent latitudinem, ὑπόξηρα vocat, quaſi ſubſiccanea aut ſubarida dicas, ideoq; in anguſtum contracta aut in acutum tendentia. Etſi interpretes quidam ibi ἀπόξηρα legunt ex Gal. Com. 3. in lib. κατ' ἰητρ. (pag. 690. 12.) vbi tamen viciſſim ὑπόξηρα, nonnulli ex hoc loco lib. de frac. legunt. Verùm ἀπόξηρα & ἀπόξηρ dici Hippocrati & Galeno antea ſcripſimus. ὑπόξηρα tamen agnoſcit Erot. hunc etiam locum lib. de fract. ſubindicans, cùm ὑπόξηρα exponit τὰ ἐκ πλάτους εἰς μύουρον ἠγμένα, ex latitudine in anguſtū ducta. Qua notione etiam ὑπόξηροι μηροὶ dicuntur lib. de art. (p.659. 6.) femora in anguſtum tenuata & inferiore parte tendentia, aut ſubarida & contracta. Et in Mochlico (pag. 509. 8.) τὸ ὑπόξηρον τοῦ μηροῦ vocat eā cruris partem quę in anguſtum tenuatur aut contrahitur. coxæ ſiccam partē dixit Gal. Libello quoq; περὶ ἐλλεβορισμοῦ (p.534. 31.) ὑποξήρους in medicamentorum potione vitari vult, h.e. ſubſiccos, ſubaridos, & reſiccato admodum corpore ac extenuato, quibus ψελλοὺς καὶ τραυλοὺς, h.e. blæſos & balbos opponere videtur.

Ὑπόξηρος etiam exponitur in Exeg. Galeno γρυπὸς τὴν ῥῖνα, διὰ τὸ ἐπιφόπερα τὰ πέρατα τοῦ ὑψώματος, hoc eſt, qui adunco eſt naſo, quòd circunſitæ naſi partes ſint ſummitate demiſſiores. Quibus verbis locus mihi ſubindicari videtur Galeno qui legitur aph. 49. ſect. 8. lib. 6. Epid. Vbi Interpretes ſubſiccū & ſubaridum vertunt, nos eum qui naſo ſit adunco, vt ſimo opponatur diximus ex Galeni mēte, eumq; locum ſubnotauimus, ac ſubmonuimus ὑπόξυρος legi apud Gal. in Exeg. quaſi deraſus aut ſubraſus, quòd ſubraſa & ſubſicca deprimi, contrahi & ſubſidere ſoleant. ὑπόξηρος tamen legitur apud Vatinum & omnia noſtra exemplaria tum publicata tum manu ſcripta. Ὑποξύρους quoque ἐπιτεινοτέρας, προσεσταλμένας, ſubmiſſiores, cōtractos, exponit Galenus in Exeg. additque περὶ γαστέρων dici ἐν τῷ μείζονι Προρρητικῷ, vt ventres exiccatos, extenuatos compreſſos ac contractos ſignificet. Quo nomine locum libr. 2. Prorrh. (pag. 420. 46.) vbi ἀποξύμους γαστέρας ſcribit, ſuſpectū habemus, & ὑποξύρους Galenū legiſſe ſuſpicamur, vt antea ſcripſimus & noſtris in eum locum annotat. admonemus. ὑποξύρους tamen habent Galeni exemplaria, vt ſubraſos, deraſos, hoc eſt, depreſſos indicent. Verùm ὑποξήρους malo quòd ξηρῷ, προσεσταλμένον eadem ſignificatione cōiūgat Galenus, in στερεοῖ, vt antea ſcripſimus. & verò quæ ex reſiccatione contrahuntur, deprimi, ſubmitti, ac ſubſidere ſoleant. ὑπόξηρος γλῶσσα, lingua ſubarida, lib. 7. Epid. (p. 356. verſ. 24.) & τὰ ὑπόξηρα πτύσματα, ſputa ſubarida, in angina, Coac. Prænot. (pagina 434. verſ. 37.) eademque ὑπόξηρα πτύελα ibidem (v. 48.)

Ὑποπεριψυχθέντες aliqua ſummi corporis perfrictione tentati, in Prorr. (p.194. 9.) & Coac. Præn. (p.427. 27.)

Ὑποπτυχθὲν τὸ στόμα τῶν μυβίων, locellorum os complicatum, in ſinus & rugas contractum, lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p.215. 13.) & lib. 2. περὶ γυν. (p.277. 25.)

Ὑπορρίνιον, partes ſub naſo dicuntur & myſtax. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.103. 10) ἱδρῶτες περὶ ὑπορρίνιον καὶ μέτωπον, ſudores circa partes ſub naſo & fronte, qui ſyncopen minantur. ὑπορρίνιον dicitur Polluci, μύσταξ, προπωγώνιον, πρὸ τῆς βλάστησις, αἱ ὑπὸ τῇ ῥινὶ τρίχες.

Ὑπόρρυσις, ſubfluxio, defluxio, delapſio dicitur Hippocrati lib. κατ' ἰητρεῖον (p.672. 13) tam de humoribus qui in parte laborante continentur, quàm de ſolidis corporis partibus: vt ſit ὑπόρρυσις cùm laborantis corpus aut pars affecta ſubterfluit, aut ſubterlabitur, hoc eſt, ſenſim defluit & delabitur, aut deorſum inclinat. ὑπόρρυσιν enim velut κατάρρυσιν & εἰς τὸ κάτω ῥοπὴν, defluxionem & ad inferiora declinationem explicat Gal. cui ὑπόστασις ibid. opponitur. Sic καταρρεῖν verbo ea in re vtitur in Progn. (p.126. 36.) καὶ καταρρέειν ἀπὸ τῆς κλίνης ἐπὶ τοὺς πόδας, & à lecto ad pedes delabatur aut defluat.

Ὑπόσαπρος ſubputris aut ſubputridus. ὑπόσαπρον αἷμα, ſanguis ſubputridus, & qui τῷ καθαρῷ, puro opponitur, lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.190. 2.) In Progn. quoq; (p.143. 23.) πᾶσαι δὲ ὑπόσαπροι καὶ δυσώδεις ὀδμαὶ, ſubputres omnes & fœtidi odores.

Ὑποσαρκίδιος aquæ ſubter cutem ſpecies quæ recentioribus Anaſarca aut Leucophlegmatias dicitur, libr. de rat. vict. in morb. ac. (p. 113. 8.) & lib. 1. de Morb. (p.129. 35.)

Ὑποσπλήνιοι lienis tumoribus aliquantulum obnoxii, aut lienis affectibus vexati, ſubſplenici. lib. 4. Epid. (p.330. 41.) & lib. 2. (p.313. 2) & ægr. 6. lib. 3. Epid. poſt ſt. peſt.

Ὑπόστασις eſt vrinæ ſedimentum, aut quod in ea ſubſidet craſſum & fundum petens, aut vrinæ pars craſſior ſecreta & ſubſidens. Sic enim ὑπόστασιν, aut quod in vrinis ſubſidet, craſſum materiæ in vaſis efferueſcentis recrementum, quod ſua craſſitudine fundum petiit, velut in inflāmatis partibus pus, eſſe ſcribit Gal. lib. 3. de præſag. pulſ. (p.147. 16.) eandemque puri proportione reſpōdere, in fine Com. 1. in Progn. (p.134. 20.) & lib. 1.

de diff.

de diff. feb. (p.324.55.) Cuius cauſam, naturam & differentias appoſitiſſimè explicat Gorrhæus ex Galeno. Hæc varias habet apud Hipp. attributiones pro concoctionis modo, materiæ inæqualitate, aut caloris vi. Sic ἀναταραχθεῖσαι καὶ δασεῖαι ὑποστάσιες dicuntur ſedimenta returbata, ſpiſſa & denſa in vrina, vehementem capitis dolorem cum delirio & conuulſionibus indicantia, lib. 7. Epid. (p.366.33.

Ὑπόστασις κριμνώδης, ſubſidentia hordei toſti non exactè moliti, craſſioribus fruſtulis ſimilis, morbi longitudinem, colliquationem, ſummumque incendium denotans, ex Progn. aph.31. lib.7. & Gal. Com.5. in lib. 6. Epid. (p.514.16.) vide Κριμνώδεις ὑποστάσιας antea.

Ὑπόστασις λεκιθώδης, quod ſubſidet in vrina lentium farinam referens, lib.4. Epid. (p.329.24.) Intelligitur ſedimentũ farinæ lentium ſimile & colore ad rubrum tendens, quod ſanguinis exaſſationẽ aut torrefactionem in hepate indicat. τὰ ὑφιστάμενα μαδαρά, vide antea μαδαρὰ τὰ ὑφιστάμενα ex lib.7. Epid. (p.363.27.)

Ὑπόστασις ξυσματώδης, ſedimentum in vrinis ramenta referens, lib.4. Epid. (p.329.24.) & ξυσματώδεα τὰ ὑφιστάμενα, lib.7. Epid. (p.363.27.) vide ξυσματώδης ὑπόστασις.

Ὑπόστασις ὀροβώδης, quod in vrina ſubſidet erui ſimile, hepatis magnam inflãmationem indicat, lib.4. Epid. (p.329.23.) fitq; in febrib. à ſanguine craſſo in venis aut hepate aſſato, Gal. Com. ad aph.76. lib.4. & in hepatis affectibus ſæpe videtur, vt idem ſcribit Com. 1. in li.6. Ep. (p.548.11) colliquationẽ quoq; corporis indicat, Cõ.5. in li.6. Ep. (514.16.)

Ὑποστάσιες πεταλώδεις, ſubſidentię foliis aut laminis ſimiles, quæ nõ ſolùm carnoſarum partium, ſed etiam ſolidarũ & veſicæ colliquationem indicãt, in Prog. (p.140.41.) & Cõ. 5. in lib.6. Epid. (p.514.17.) & aph.81. lib.4.

Ὑπόστασις πιτυρώδης, furfuraceum ſedimẽtum in vrinis intenſum calorem & exurentem indicãs, & venoſi generis aut veſicæ ſcabiem, aph.77. lib.4. In Progn. (p.140.42.) Coac. Præn. (p.442.32.) & in his quæ adiecta ſunt ad lib. de Nat. hum. (p.24.44.)

Ὑπόστασις πτυαλώδης, ſedimentũ ſputo ſimile, h.e. craſſum, conglobatum ac fœculentum. In Coac. Præn. (p.442.37.) vbi πεταλώδεας ἔχει ὑποστάσιας melius legatur. Eſt enim πτυαλώδης inſolens vrinarum attributio.

Ὑπόστασις ψαμμώδης, ſabuloſum aut arenulis ſimile ſedimentum in veſicæ aut renum affectibus, aph.79. libr. 4. lib. de Nat. hum. (p.24.38.) & aph.5. ſect.1. lib.6. Epid.

Sunt & aliæ multæ ὑποστάσεων affectiones apud Hipp. in Progn. & Coac. Pr. quas lubentes omittimus his tanquam præcipuis cõtenti. ὑπόστασιν Celſus, quod deſidet, vertit apud Hipp. velut cap.7. lib.2. Vrina autem craſſa ex qua quod deſidet album eſt, ſignificat circa articulos aut circa viſcera dolorẽ metumq; morbi eſſe. Sic n. locum Prorr. 2. (p.415.45.) exprimit, & ὑπόστασιν λευκὴν vertit. Quem imitatus eſt quoque Plinius eodem quoq; adũbrato loco cap.6. lib.28. de craſſa vrina ſcribẽs, in qua quod ſubſidit, ſi album eſt, ſignificat circa articulos aut viſcera dolorem imminere. Quod ſubmonuimus noſtris eum in locum Annotat. & ex his locis Prorrhetici ſcriptionẽ emendauimus. Celſus etiam cap.8. libr.2. quod læue & album in vrina ſubſedit dixit, ὑπόστασιν λευκὴν καὶ λείην exprimens ex Progn. (p.152.35.) Neq; verò in vrinis ſolùm, ſed & in alui recrementis ὑπόστασις ſpectatur apud Hip. veluti ægr.3. lib.3. Epid. ὑποστάσεις πελιδνὰ διαχωρήματα, & ὑποστάσεις μέλανα διαχωρήματα. Et ὑπόστασις ἰλυώδης ὑπόπελιος, ſedimentum limoſum & ſubliuidum in deiectionibus in Prorrh. (p.216.23.) & Coac. Pr. (p.443.29.) Sic lib.4. Epid. (p.333.33.) in alui excrementis, κάτωθεν χόνδρους ὑπόστασιν ἔχειν ſcribitur. Et lib.2. Epid. (p.214.26.) ἴσχετο δ' ἔστιν ὅτε καὶ ὑπόστασιν πάντα, quę interdũ depoſita ſubſidebãt, de alui excremẽtis.

Ὑποστάσιες ὑγρῶν dicuntur etiam Hippocrati ex vocis ſignificato, humorũ conſiſtentię, ſtatus, concretiones, coitus, tum humores qui ſua craſſitie intrò ſubſidunt ac ſubſiſtunt, immorantur & fundum petunt, cum foras erumpere ac variari deberent. Sic ὑποστάσιας ὑγρῶν πυώδεας καὶ μυξώδεας, libr. de art. (p.610.28.) τὰς ἔνδον μονὰς τῶν ὑγρῶν δεῖ προσιέναι ἐκκρισίας, exponit Gal. humorum intrò moras ac cõcretiones, qui vacuari deberent, velut puris & muci. Qua etiam notione ſcribitur Pror. 4. (p.415.46.) in alis, laterum inanitatibus ac femoribus, ὑποστάσιας γίνεσθαι, h.e. humores ſubſiſtere aut ſubſidere, ideoq; difficillima curatu eſſe ea loca & recidiuas facere. Idẽq; ſignificant ὑποστάσιες aph.28. ſect.3. libr.6. Epid. hoc eſt humorũ qui vacuari deberent ſubſiſtentias, velut fit in abſceſſibus. Vbi tamen melius ἀποστάσιες legitur. In Mochlico quoq; (p.542.46) ὑποστάσιες dicuntur ſordes & recrementa quæ in vlceribus reſtitãt aut moram faciunt, cum vacuari & foras emitti oporteat. Ex eaq; ſignificatione ὑπόστασις κοιλίης ſępe vſurpatur Hippocrati de aluo ſuppreſſa ac ſubſiſtente in Coac. Præn. (p.426.49.) & (p.432.26 & 47.) Et ibid. (p.431.8.) πτύελα καὶ βὴξ ὑφίσταται, ſputa & tuſſis ſubſiſtunt. Quæ autem ſubſidunt, dum fundũ petunt, tardari ac immorari aut ſupprimi videntur, indeque ὑπόστασις pro ſuppreſſione ponitur, etſi ἐπίστασις pro ὑπόστασις multis legatur, quemadmodum ſępiùs vitiosè ὑπόστασις pro ἐπίστασις ſcribitur: Velut in Coac. Prænot. (pag. quadringenteſima quadrageſima ſecunda, verſ. trigeſimo octauo.) τὸ δὲ ἐκπεμπόμενον λιπαρὰς ἔχον οὖρον ὑπόστασιν. Quæ emittitur vrina in qua quod ſubſidet pinguedinem habet. Nam pinguedines ſummum, non fundum petere ſolent, vt ſcribit Gal. Com.3. in libr.3. Epid. (pagina quadringenteſima trigeſima ſecunda, verſic.32.) & Com. ad aph. 31. li.7. Sic aph.35. li.7. ὑπόστασις pro ἐπίστασις ſcribitur. Et in Prog. (p.142.9.) καὶ τὰς λιπαρὰς τὰς ἄνω ἐφισταμένας, ὑφισταμένας quidam co-

dices legunt. Eſt & ὑπόστασις γάλακτος lib. περὶ ἀφόρων (p. 298. 44.) lactis craſſamentum aut concretio, lactis ſedimentum dixit Caluus, Cornarius lacti ſuperſtantē coocretionem, vt ἐπίστασιν legiſſe videatur.

Ὑπόστασις etiam dicitur lib. κατ' ἰητρεῖον (p. 672. 13.) ſubſiſtentia, ſubſidentia, ſtatus ac veluti ſubſtatio, quæ ὑπορρύσει, hoc eſt, defluxioni opponitur, & tam humoribus quàm partibus ſolidis attribuitur à Galenō, vt cùm humores ſubſiſtunt aut intus morantur, ita & cùm partes ſolidæ ſubſiſtunt & eundem ſtatum aut ſitom ſeruant, non autem defluunt aut delabuotur. Eſt & ὑπόστασιν ποιεῖσθαι ſubſtare, ſubiici, boc eſt, fulcire ac ſuſtinere. Lib. de art. (pagina 632. verſic. 9.) ὁ αὐχὴν τοῦ ἄρθρου, ὑπὸ συχνοῦ μέρει τοῦ ἰσχίου τὴν ὑπόστασιν πεποίηται, & articuli ceruix maiori coxæ parti ſubſtat, aut ſubiecta eſt, boc eſt, magna ex parte coxam ſuſtioet ac fulcit. ὑπόστασις τοῦ ξύλου, lignum ſubtentum & ſubſtratum, ſuppoſitum, ac ſubiectum ſignificat, in Mochl. (p. 509. 13.) Ac rurſus ib. (p. qoingenteſima vndecima, verſ. vigeſimo quioto) ὑπόστασιν vocat, ad ſobſiſtendum aptitudinem quà quis facilè in ſcamno ſubſiſtere poſſit: Aut certè ſubſterniculum vel quod ſupponitur indicat, & quod ſubit vt facilè quis ſupra gradum ſubſiſtat, quale eſt ſtragulum multiplex.

Ὑποσίμεσθαι, refugere, reformidare, vereri, cauere, aph. 6. lib. 4. ὑποσιμωμένοις χειμῶνα, hyemem reformidantes, & aphoriſm. 7. ὑποσιλωμένοις θέρος, æſtatem verentes, refugientes, & aph. 8. ὑποσιμωμένοις τὰ ἄνω, per ſuperiora cauentes.

Ὑπόστημα, ſedimentum, quod ſubſidet in vrina, idem good ὑπόστασις, quam dictionem crebrò vſurpat libello περὶ κρισίων, vt (pag. 385. 8.) οὖρον δὲ ἄριστόν ἐστιν, ὃ ἂν ἔχῃ λευκότατον ὑπόστημα καὶ λεῖον καὶ ὁμαλόν. Vrina ea optima quæ maximè album habet ſedimentum, læue & æquale. Rurſuſque ibidem (pag. 386. 11) ὑπόστημα λευκόν τι καὶ λεῖον ἔχῃ, ſedimentum album & læue habeat. Et (v. 13.) ὑπόστημα ὑπέρυθρον, ſedimentum ſubrubrum. Et (v. 23.) ὑπόστημα λευκόν τι καὶ λεῖον, ſedimentum album & læue.

Ὑποστροφὴ vide Ὑποτροπή.

Ὑποσυρίζειν, ſibilum quendam & ſonum edere, ſubſibilare. Lib. 7. Epid. (pag. treceteſima quinquageſima ſexta, ver. trigeſimo nono) ἡ ἀρτηρίη μόλις ἀναπνέοντι ὑποσυρίζει, eique vix reſpiranti arteria ſibilum queodam edebat. Et rurſus ibidem (pag. 358. 33.) ἀρτηρίη ὑποσυρίζει ῥεγχώδης, arteria ſibilum qoēdam cum ſtertore edebat.

Ὑπότριμμα ἐλαίου exponitur Galeno in Exeg. τὸ μέλανος τῆς σηπίας τὸ δὲ ὑπότρυγον, in ſepiæ atramento quod eſt fœculentum, aut quod ſobſidet velut fœcula. Idemque ὑπότριμμα idem quod ὑπότριμμα eſſe ſcripſit, & τὸ τρυγῶδες παρέγχυμα expoſuit, hoc eſt fœculētum excolameotum. Quo nomine ſanguis qui iugulata pecude excipitur, & in cibum varia cōditura formatur intelligi poteſt. ὑπότριμμα enim ſcribit Athenæus lib. 7. parari ex ſanguine, carnibus aſſis, vel elixis cum ſale, caſeo, cumino, laſere. Eraſiſtrato, & Glauco Locrenſi, ex elixo ſanguine, ſapa, laſere, melle, aceto, lacte, caſeo, & olerum folis bene olentibus conciſis. Idem etiam apud Hipponactem in Iambis ὑπότριμμα, Interpretes τὸ τῆς σηπίας μέλαν, hoc eſt, ſepiæ atramentum reddidiſſe ſcribit. Eſt & ὑπότριμμα Paulo cap. 22. li. 3. ῥῆξις τῶν φλεβῶν τῶν ὑπὸ τῷ χιτῶνι, ἐκ πληγῆς ὡς μάλιστα γινομένη, venarum quę ad tunicam adnatam pertinent ruptio, ex plaga præcipuè facta. Eſt ex ἐκχυμωμάτων genere & ὑπώπιον, vt ſcribit Galenus libr. 4. κατὰ τόπ. ὑπότριμμα ſuffuſum io ſugillatione cruorem quidam vertunt, & ὑποτρίμματα cruenti aſpectus ſuffuſiones ac ſugillationes.

Ὑποτεῖναι Erotianus apud Hippocratem ὑποθεῖναι exponit, quod eſt ſupponere, ſubiicere aut ſubteodere, & ὑποτεταμένον ξύλον, τὸ ὑποκείμενον, ſubiectum, ſuppoſitum aut ſuppoſitum lignum, τὸ δὲ βάθρον, quaſi fundamentum, adſcripto Phrynichi teſtimonio. Quibus verbis mihi exprimere videtur Erotianus locum lib. de art. (pagina 622. 11.) ἀσκοῦ ἀφυσήτου ὑποτεθέντος ὑπὸ τὸ ὕβωμα, hoc eſt, ſubtento vtre minimè inflato, aut gibbo ſuppoſito & ſubiecto. Vbi ὑποθεῖναι legunt omoia exemplaria. Rurſus ibidem (p. 621. 9.) ἁρμόζουσαι [αἱ ἀρχαὶ] κατὰ μῆκος τοῦ ξύλου τοῦ ὑποτεταμένου. Vinculorum capita ea longitudine quæ ſubtento ligno, (hoc eſt ſuppoſito aut ſubiecto) conueniat. Eſt & ὑποτεταμένον ὀστέον, os ſubtentum aut ſubiectum libr. de fract. (pag. 531. verſic. 20.) ἅμα μὲν ὅτι τὸ ὑγιὲς ὑποτεταμένον γίνεται αὐτῷ θεμέλιον, partim quidem quòd ſaoum ipſi velut fundamentum eſt ſubtentum. Sic ὑπότασις ὀστέου, oſſis ſubtentio, ſubiectio ſtructura dicitur, ibidem (pag. 555. verſ. 40.) οὐχ ὁμοίη ἡ ὑπότασις τοῦ ὀστέου τοῦ μακροτέρου, non ſimiliter os loogius ſubteuditur. ſuram intelligeos non æqualiter cum tibia oſſi ſemoris committi. Eſt & ὑπότασις ξύλου, ligni ſubtentio aut ſuppoſitio, in Mochlico, vbi ὑπόστασις vulgò legitur, vt ſcripſimus aotea. ὑποτείνειν etiā licet ſubteodere aut ſupponere ſignificet, ſuperdare tamē aut ſuperponere indicat: velut lib. de vlcer. (p. 574. 13.) ὀθόνιον ὑποτείνας λεπτὸν καθαρὸν, tenui puro linteo ſoperdato. Illic enim linteum purum tenue vino & oleo madens, cataplaſmati ſuperimponi vult ad leniendum dolorem & bumorem cooſluentem inhibendom, ne vlcus purum attingat, itaq; dolorem moueat.

Ὑποτοπέεσθαι ὑπονοεῖν, quod eſt, coniicere, ſuſpicacati, exponit Erot. apud Hip. ὑποτοπεῖν verò idem eſt quod ὑποτοπάζειν, coniectari, coniicere, ſuſpicari. Heſychius oaoq; ὑποτοπήσομαι, ὑπονοήσομαι exponit, & ὑποτοπῆσαι, ὑπολαβεῖν, ὑπονοεῖν.

Ὑποτρίμμα edulii genus, ex variis rebus leuiter tritis & contuſis conſtans, quod etiam τρίμμα, & intritum dici poteſt. ὑποτρίμμα eſt

eſt Heſychio confectio ex palmulis, melle, cumino, & aliis condimentis ac dulciariis parata, ὑποτριμμάτια dicuntur Polluci lib. 6. cap. 10. εἴη δ' ἂν ἐκ τῶν ἡδυσμάτων ἢ τὰ ὑποτριμμάτια. Hippocr. libr. 2. περὶ διαίτης (pag. 96. 44.) τὰ ἐν τοῖσιν ὑποτρίμμασιν ὄψα σκευαζόμενα, vt æſtuoſa & humida, & inæquales vires inter ſe habentia, ſugillat. Idem libr. 3. (p. 105. 10.) τοῖσιν ἰχθύσιν ἑφθοῖσιν ὑποτρίμμασι vti conſueuit, piſcibus coctis cum intritis, in aluo frigida & ſicca.

Ὑποτροπὴ idem quod ὑποστροφὴ morbi reuerſio aut recidiua. Hinc ὑποτροπιάζειν dictum & ὑποτροπιάσαι, vt lib. 2. Epid. (p. 317. 39.) ὑποτροπιάζειν ἀνάγκη. recidiuam fieri neceſſe eſt. ὑποτροπιάζειν εἴωθεν dicitur aph. 61. lib. 4. Vnde ὑποτροπιασμοὶ aphor. 36. lib. 4. Et lib. περὶ τῶν ὀξέων παθῶν (pag. 191. 2.) τοῖσι πολλοῖσιν ὑποτροπιάσαντες ἡ νοῦσος & (v. 19.) κινδυνεύειν πάλιν ὑποτροπιάσαι. Et (v. 21.) ὑποτροπιασμοῖς τῆς νόσου. ὑποτροπὴ etiam exponitur Galeno in Exg. ἡ ἐναλλὰξ μεταβολή, commutatio quæ fit per mutatis vicibus, velut cum dicitur ab Hippocrate κωματώδης ἐν ὑποτροπῇ. Sed & ὑποστροφὴ ægrorum conuerſionem ſæpe indicat apud Hippocratem velut libr. 7. Epid. (pag. 363. 33.) φλεβῶν βάρος ἐν τῇσιν ὑποστροφῇσι. In corporis conuerſionibus venarum grauitas aderat. Significat autem laſſitudinem maximam ſenſiſſe dum ſe conuerteret aut deſurgeret. Rurſus ibidem (pag. 364. 8.) ἐν τῇσι ὑποστροφῇσι βαρύς, dum ſe conuerteret grauis, hoc eſt moleſtè habebat, neque facilè mouebatur. Sunt & ὑποστροφώδεα quæ morborum reuerſiones facere ſolent, libr. 2. Epid. (pag. 315. 30.) & lib. 4. Epid. (p. 331. 45.) & aph. 9. ſect. 2. libr. 6. Epid. ex aph. 12. lib. 2.

Ὑπότρυγα, aliquantulum fœculenta excrementa, lib. 4. Epid. (p. 331. 4.)

Ὕπουλα dicuntur vlcera ſub cicatrice latentia, cicatrice obducta & intus ſanie plena. Sub cicatrice putria dixit Caluus. Lib. περὶ ἰητροῦ (p. 14. 13) ὕπουλα cum fiſtuloſis & cauis coniunguntur.

Ὑπουργεῖν ſubſeruire, obſequi, officium præſtare & adminiſtrare, operā nauare, ſufficere, parere. Lib. 3. de Morb. (pag. 162. 34.) ἐὰν μὴ δύνηται τῇ καθάρσει ὑπουργεῖν, niſi purgationi ſubſeruiat, hoc eſt, niſi æger ad purgationem operam nauet, in eaque præſtanda ſubſidium ferat. Deploratus eſt enim pleuriticus, niſi ſputi expectoratio ac purgatio procedat. Rurſus ibidem (v. 25.) ἐὰν οὖν ἡ τῆς κοιλίης τῆς κάτω καλῶς ὑπουργῇ, ſi inferior aluus rectè ſuo officio fungatur, ſuumque miniſterium probè obierit. Lib. περὶ τέχνης (pag. 1. 10.) οὐδαμᾶ δὲ δυναμένων καλῶς ὑπουργέειν, εἰς τὸ τὰ τῶν πέλας ἔργα, ἢ ὀρθὰ ἐόντα διαβάλλειν, ἢ οὐκ ὀρθὰ μωμέεσθαι. Neque ſua improbitate præſtare poſſunt, vt aliorū opera vel recta calumnientur, vel non recta reprehendant, hoc eſt ſua malitia ſufficere nequeunt. Vbi multi κακῶν ὑπουργέειν legunt. Rurſus ibidem (v. 37.) τῇ τέχνῃ χρώμενοι καὶ ὑπουργέοντες, qui arti Medicæ ſe crediderunt & obſequentes fuerunt, hoc eſt, qui eius miniſterio ſunt ſanati, quod eſt ægrorum, & ἑωυτὸν παρέχειν τὰ δέοντα ποιέοντα dicitur in aph. Ac rurſus ibidem (p. 2. 26.) καὶ μὴν πολύ γε εὐλογώτερον τοῖσι κάμνουσι ἀδυνατέειν τὰ προσταττόμενα ὑπουργέειν. Atqui rationi certè multò magis eſt conſentaneum, ægros imperata facere non poſſe. Libr. 6. Epid. ſect. 5. aphoriſ. 2. τὰ δὲ καὶ ἡ γλῶσσα ὑπουργέει. tum ea quibus lingua ſufficit aut ſubſeruit. ὑπουργεῖ, ὑπηρετεῖ exponit Heſych. Hinc ὑπουργίη eſt miniſterium & officium Medicū, & ipſa aggreſſio ſiue ἐγχείρησις medica, cui methodus opponitur. Lib. περὶ εὐσχημοσύνης (p. 16. 23) Medicū in ingreſſu ad ægrū meminiſſe vult περὶ τῆς ὑπουργίας ἑτοιμασίης, promtitudinis ad miniſteria, hoc eſt, vt ſe promptum ad munia medica ſubeunda præbeat & prompto animo ea aggrediatur. Et rurſus ibidem (v. 27.) ἀβλεπτηθέντα γὰρ τὰ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ὑπουργίης, ἐφθάσεν ἐμπεσόντα καὶ ἀνελόντα. Neglecta nanq; quæ in tempore adminiſtrari oportebat, impetu ſuo præoccupant & interimunt. Ideoq; obſeruari mutationes in morbis diligenter vult à Medico Hippocr. Zuinggerus mutationes futuras inter curandum nō obſeruatas intelligit, per τὰ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ὑπουργίης. Rurſuſque (v. 36.) μεθ' ὑπουργίης τὰ πολλὰ τὸν νοσέοντα ὑποκρυπτόμενον. plærunque ægrum ipſum in adminiſtratione ipſa celantem, hoc eſt in opere ipſo medico. Et (v. 42) ποιέειν δὲ ὑπουργίην τὸ προσταχθέν. & quod imperatum eſt faciat, aut effectum ſortiatur, ei quod imperatum eſt obſequatur & ſubſeruiat.

Ὑποφακώδεις, lenticolores, lentem colore referentes, quales ſunt ferè omnes lienoſi, quibus ſplen durus & magnus eſt. Lib. 2. Epid. (p. 312. 31.) καὶ αἱ δυσελκίαι τῶν λευκῶν τῶν ὑποφακωδέων. Sed & in ſubalbidis lenticoloribus vlcera peræ grè ad cicatricem veniunt.

Ὑποφάσιες τῶν ὀφθαλμῶν, ſunt oculorum ſuſpectiones & ſubapparitiones, cùm inter dormiendum oculorum album ſubapparet, nō rectè commiſſis palpebris. In Progn. (pag. 125. 31.) σκοπεῖν δὲ χρὴ καὶ τὰς ὑποφάσιας τῶν ὀφθαλμῶν ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν. Quinetiam oculorū per ſomnum ſuſpectiones conſiderandæ ſunt. Quod etiam reperitur aphoriſm. 52. lib. 6. Id verò exponit Hippoc. cùm ſcribit, ἐὰν γάρ τι ὑποφαίνηται τοῦ λευκοῦ, τῶν βλεφάρων μὴ ξυμβαλλομένων. Vbi enim non commiſſis palpebris ex albo oculorum aliquid ſubappareret. Vbi ſcribit Galen. ὑποφάσιας Ionicè dici ab ὑποφαίνεσθαι quod ſubapparere ſignificat. Hippocratis phraſim ſecutus eſt Aretæus cap. 5. lib. 1. περὶ ὀξ. οὐ ξυμβάλλουσι τὰ βλέφαρα, ὡς καὶ τὰ λευκὰ ὁρῆσθαι ἐξ ὑποφάσιος. palpebræ non committuntur, ſed oculorum alba cernuntur ac ſubapparent. ὑποβλέποντες ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν dicūtur huiuſmodi ægri Coac. Prænot. (pag. 425. verſic. 47.) qui per ſomnum ſubapertis ſunt oculis & leuiter ſuſpiciunt. ὑποφάσιας Erotianus exponit apud Hippocratem τὰς ὑποφαινομένας ὀφθαλμῶν κινήσεις, ſubapparentes oculorum motiones,

hoc eſt, inter dormiendum leues oculorum ſuſpectiones, cùm leuiter moueri conſpiciuntur & ſubapparent: Nimirum locum Prognoſtici ſubindicans.

Ὑποφαύλη δίαιτα, victus ſubuulgaris, & ratio victus mediocris, hoc eſt media inter exquiſitam & ſimplicem. Lib. de fract. (p. 538. 1.) μέτριον exponit Gal. eſtq; ſubexilis victus & prope vulgaris aut ſubexiguus, neq; validæ materię, ſed ptiſſana conſtat, beta, malua, atriplice, bliro, cucurbita, nec non piſcibus molli carne præditis, & obſoniis liquidis.

Ὑποφέρειν eſt ſufferre, tolerare, ſuſtinere. Lib. 1. Epid. (p. 364. 24.) ὅτι πολλαὶ ἀποστάσιες ἐγίνοντο, ἢ μείζους ὥστε ὑποφέρειν μὴ δύνασθαι, ἢ μείους ὥστε μηδὲν ὠφελεῖν. In his abſceſſus contingebāt aut maiores quàm vt ſufferre poſſent, aut minores quàm vt quicquam cōferre valerent. Lib. 2. περὶ γυναικ. (pagina 254. verſ. 13.) ἢν ὑποφέρῃ, ſi ſufferat, hoc eſt, ſi tolerare poſſit. Caluus tamen de inferna ſanguinis ſubductione accepit, quòd ὑποφορὰ nōnunquam infernam vacuationem ſignificet. Eſt & ὑποφέρεσθαι labi, decidere ac labaſcere, titubare, neque firmiter nixum eſſe, peſſum ire, & transfertur ad ægros qui morbum diutiùs trahunt ac ſuſtinent, quantumque poſſunt recti obluctantur, ſed tandem vi morbi titubantes & labaſcentes decumbere coguntur. Ægr. 13. lib. 3. poſt ſt. peſt. Ἀπολλώνιος ἐν Ἀβδήροισιν ὀρθοστάδην ὑπεφέρετο χρόνον πολύν. Abderæ Apollonius diu rectus & obambulans morbum traxit aut ſuſtinuit. Et lib. 1. Epid. (pag. 353. 39.) πολλοὶ δὲ ἤδη πολλῷ χρόνῳ ὑποφερόμενοι, φθινώδεες κατεκλίθησαν. Multi tum eorum diutius morbum trahentes, tabidi decubuerunt. Sic enim legunt exemplaria manu ſcripta & meliora, licet ὑποφθειρόμενοι publicata habeant, vt ſubnotauimus. Et lib. 3. Epid. in ſt. peſt. (p. 428. 49.) πολλοὶ μὲν κατεκλίθησαν· οἱ δὲ αὐτῶν ὀρθοστάδην ὑπεφέροντο. multi quidem decubuerunt, partim verò erecti & ſtantes morbum traxerunt. Vbi etiam ὑπεφέροντο multa legunt exemplaria quæ noſtra interpretatione ſecuti videmur. Lib. 7. Epid. (p. 360. 31.) μετὰ δὲ ὑπεφέρετο, poſtea verò labaſcebat, titubabat, hoc eſt obambulans morbū diutius trahebat. De febre enim dici videtur, quæ etſi ęgrum dimiſerat, repetens tamen diutius traxit. Ac rurſus ibidem de Empyico (p. 366. 16) ὑπεφέρετο, titubans obambulabat, morbum diutius trahebat. At magis propriè ſumitur lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 205. 26.) ἀλλ' ὑπὸ τῆς ἀσθενείας αὐτοῦ τὰ σκέλεα ὑποφέρεται. ſed præ imbecillitate eius crura labaſcunt. Eſt enim ὑποφέρειν veſtigium fallere, & τὰ χωρία ὑπόφορα dicuntur loca lubrica & quæ veſtigium fallunt.

Ὑποφθάλμια, ſunt partes ſub oculis cauæ, quę in cachecticis, hydrope aut malo corporis habitu laborantibus intumeſcunt. μετέωρα τὰ ὑποφθάλμια, ſunt tumidæ & eleuatæ oculorum cauitates, in Lethargicis, Coac. Prænot. (pag. 427. verſic. 33.) Lib. 1. περὶ γυναικ. (pag. 236. verſic. 40.) καὶ τὰ ὑποφθάλμια πελιδνὰ καὶ πεφυσημένα. & ſub oculis cauitates liuidæ & inflatæ. Rurſus libr. 2. (pag. 264. verſic. 40.) καὶ ἐν τοῖσιν ὑποφθαλμίοισιν οἰδήματα. & in oculorum cauitatibus tumores. Et rurſus ibidem (pag. 266. verſic. 37.) τὰ ὑποφθάλμια οἰδίσει ἀμφω. partes ſub oculis ambæ intumeſcunt. κοῖλα interdum vocantur, vt in ea dictione ſcripſimus. τὰ ὑποφθάλμια. Rufus. ἐν τῷ περὶ ὀνομασίας μορίων vocat, τὰ ὑπὸ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐπανεστηκότα ὑπώπια· οἱ δὲ ὑπόφυα καλοῦσιν. Erotianus verò ὑποφθάλμιον exponit apud Hippocratem τὸ κοῖλον τοῦ ὀφθαλμοῦ, oculi cauitatem. Verùm ὑποφθάλμια & ὑπὸ κοῖλα malim.

Ὑποφθειρόμενοι dicuntur Hippocrati qui ex longo tempore ſubtabeſcebant, necdum tamen omninò tabidi euaſerant, ſed ex diuturna in pulmones deſtillatione ſenſim conſumebantur & corrumpebantur, lib. 1. Epid. (p. 353. 39.) πολλοὶ δὲ ἤδη πολλῷ χρόνῳ ὑποφθειρόμενοι, φθινώδεες ἀνεκλίθησαν. multi tum eorum iam diu ſenſim corrupti ac conſumpti, tabidi decubuerunt, in quibus nondum tabes planè erat confirmata. Sic enim legunt exemplaria publicata.

Ὑποφορὰ dicitur vlcus cauernoſum, profundum ſubductum & in fiſtulam dehiſcens. Significat etiā os vlceris quod importunè contrahitur. In Definic. Medicis σύριγξ dicitur ὑποφορὰ τυλώδης στενὴ τε καὶ ἐπιμήκης, ductus calloſus, anguſtus & oblongus, velut quidam tubulus aut ſinus. fiſtulæ quoque antrum & ductus ὑποφορὰ dicitur Paulo cap. 78. libr. 6. & fiſtulæ ora. ὑποφορὰ etiam alui ſubductionem indicat, ab ὑποφέρω quod eſt ſubduco, velut in Coacis Prænot. (pagina 433. 9.) ἐν ἰσχύος ἀλγήματι συντόνῳ καὶ ὑποφορῇ πλείονι. In intenſo lumborum dolore & alui ſubductione largiore. Quod etiam ibidem repetitur (pag. 441. verſic. 36.) vbi ὑποφθορῇ vitioſè legitur, quanquam ὑποφθορὴ humorum corruptelam & putrilaginem aluo reſuſam ſubindicare poteſt. Rurſus ibidem (pag. 440. 37.) ὑποφοραὶ μακραὶ, alui ſubductiones diuturnæ.

Ὕποφρον Erotianus apud Hippocratem κρυφαῖον, latens & occultum exponit, & poſt Sophoclis teſtimonium Hippocratē adducit. ὕλη ὅτε καὶ ὕποφρον, καὶ ἔχει περὶ αὐτὰ θαλάμας. Vbi θαλάμας καταδύσεις, & ὕποφρον κρυφαῖον explicat. οἱ οὖν (ſcribit) αἱ καταδύσεις θαλάμαι λέγονται, εἰκότως νῦν τὸ σκεπόμενον κρυφαῖον δεῖ καὶ ὕποφρον. Cum namque θαλάμαι latibula dicantur, non abs re quicquid tegitur occultum eſt & ὕποφρον dicitur. Locus autem Hippocratis legitur libri περὶ τέχνης (pagina tertia, verſiculo trigeſimo quarto) hunc in modum cùm vitioſè ab Erotiano adducatur & legatur. καὶ τούτων οὐδὲν ὅ, τι οὐχ ὕποφρόν ἐστι, ἔχον περὶ αὐτὸ θαλάμας. Agitur enim de cauitatibus & ſpatiis internis corporis, iiſq; præcipuè quæ ſunt circum articulos, quorum nullum non ſubſpumoſum eſt, & circa ſe forulos habēs, hoc eſt penetralia & loculos materia quadam ſubſpumea & mucoſa refertos. Sic enim

nim legunt vulgati codices. Quædam etiam exemplaria ὑπόφορον habent, quod cauernoſum & foraminulentum ſignificat. Quod fortè legiſſe videtur Erotianus, etſi nihil muto, quòd in codicibus noſtris conſtans ſit admodum hæc lectio, & ſenſus optimè cum Erotiano quadrat, vt ſignificetur has omnes partes intus latentes & occultas eſſe, & circa ſe velut quædam cubilia ac latebras habere.

Ὑποχάσκειν eſt ore ſubhianti eſſe & aliquantulum aperto, fortè etiam oculis fixis & animo intendere, quòd qui mente aliquò acriter contendunt, ſæpe ſoleant ore hianti eſſe, & tota cogitatione ac oculis eam in rem defigi, eamque auidè deuorare, velut oculos deuorantes dixit Martialis. Quod etiam χασκάζειν dicitur, quod eſt ore hiante circumſpectare. Significat etiam ὑποχάσκειν ἐπιτηρεῖν, animaduertere, obſeruare, ſuſpicere, idem quod χασκάζειν, velut apud Ariſtph. in Veſpis (pag. 335.) Poteſt etiam ſuſpicari & ſuſpectare denotare, velut lib. 4. Epid. (pag. 333. 46.) κακὸν ὑποχάσκειν, malum ſuſpectare licet, aut ſuſpicari.

Ὑποχείριος, ſubditus, qui ſe ſubmittit & medico tractandum committit. Libro περὶ ἰητροῦ de ægrotis dicitur (p. 12. 39.) καὶ γὰρ αὐτοὺς ὑποχειρίους ποιοῦσι τοῖς ἰητροῖς. Nam & ſeſe medicis tractandos ſummittunt.

Ὑπόχλωρον ſignificat quod ex virore aliquantulum palleſcit, bile flaua & putreſcente permixtum, velut ὑπόχλωρον ἔπτυεν, aliquantulum ex virore palleſcens ſpuebat, libr. 4. Epid. (pag. 328. 23.) Et rurſus (pag. 333. 21.) ὑπόχλωρα κοιλίη διῆει. aluus aliquantulum ex virore palleſcentia demiſit. Sunt etiam ὑπόχλωροι ſubpallidi, iidem qui ὕπωχροι, aph. 17. ſect. 3. lib. 6. Epid.

Ὑποχλωρομέλανες dicuntur qui ex pallido aliquantulum nigricant, ſubpallidè nigricantes. quidam pallidè atros vertunt. Sunt autem qui ex viridi aliquantulum palleſcentes nigricant, permixto humore melancholico cum bile flaua, iique ſanguinis ex naribus profluuio idonei ſunt, indeq; bene habent, vt ſcribitur aph. 17. ſect. 3. lib. 6. Epid. Vbi eam dictionem ſic exponit Gal. ἀλλ' οὐδὲ τίνας λέγει τοὺς ὑποχλωρομέλανας εὔδηλόν ἐστιν. ὡς γὰρ εἶπον ἤδη πολλάκις, εἰώθασιν οἱ Ἕλληνες ἐπὶ τῶν φυτῶν τὸ χλωρὸν λέγειν ἀπὸ τῆς χλόης, καὶ τοῦ ταύτης χρώματος ὡς τὰ πολλά. καταχρώμενοι δὲ καὶ πᾶν τὸ εὐθενοῦν καὶ τὴν οἰκείαν ἔχον ἕξιν οὕτως ὀνομάζουσι. ἔστι δ' ὅτε καὶ τοὺς ὠχροὺς προσαγορεύουσι χλωρούς. καὶ νῦν οὕτω δοκεῖ πως τῶν ἐξηγητῶν ὁ Ἱπποκράτης εἰρηκέναι χλωρομέλανας, ὡς εἰ καὶ ὠχρομέλανας εἶπεν. Sed neque quoſnam ὑποχλωρομέλανας, hoc eſt, ſubpallidè nigricantes intelligat planũ eſt. Moris eſt enim Græcis, vt ſæpius iam dixi, χλωρὸν de ſtirpibus dicere, ab herba virente eiuſque plærunque colore. Abutentes autem quicquid viget, bonoque & proprio habitu eſt præditum, ita nominant. Interdum etiã ὠχροὺς, hoc eſt, pallidos χλωροὺς vocant. Et nũc ex quorundã interpretum ſentẽtia videtur Hipp. χλωρομέλανας dixiſſe, perinde ac ſi ὠχρομέλανας dixiſſet, quod eſt ex pallido nigricantibus.

Ὑποχόνδριον pars eſt ea corporis quæ ſub nothis coſtis ad ilia vſq; vtrinq; protenditur, non ſolum muſculos, ſed & interna viſcera complexa, ſic dicta, quòd τῷ χόνδρῳ ὑπόκειται, h. e. cartilagini ſubiacet, vt ſcribit Pollux. Præcordia vertit Celſus apud Hipp. cap. 8. lib. 2 & cap. 10. lib. 3. ex aph. 40. lib. 6. & Cælius Aurel. cap. 19. lib. 2. Acut. ex lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 107. 42.) etſi aliàs ſæpe præcordia inflammata, pro hypochondriorum inflãmatione põnit. Sunt autẽ apud Hipp. præcordiorum affectiones variis nominibus circumſcriptæ.

Ὑποχόνδριον ἀνασπώμενον præcordia reuulſa & intro retracta ſignificat abſq; propria præcordiorũ affectione, in hæmorrhagiæ & phrenitidis prędictione, Coac. Prẹn. (p. 427. 10)

Ὑποχόνδρια διαβορβορύζοντα, murmurantia pręcordia, à flatibus & ſpiritu intus contento, diuerſa quidem à diſtentis & inflatis, flatuoſa tamen ac ventoſa, aph. 64. lib. 5.

Ὑποχονδρίου ἔντασις λαπαρὸς & ὑπολάπαρος, ſubmollis præcordiorum intenſio, quæ eſt ſine tumore & inflammatione, ægr. 2. & 10. lib. 3. Epid. & ęgr. 16. lib. eiuſdem poſt ſt. peſt. Eſt & ὑποχονδρίου ἔντασις ὑπόμακρος, pręcordiorum oblonga contentio, pro inflãmatione duorum rectorum muſculorum epigaſtrii, qui ex thorace recta ad oſſa pubis feruntur, in Prorrh. (p. 214. 35.)

Ὑποχόνδρια κατεξηρασμένα σφοδρῶς ἢ ἰσχυρῶς αὐχμώδη, præcordia valde reſiccata & ſqualida, καὶ προσεσταλμένα, contracta & depreſſa ob nimiam ſiccitatem, non qualia ſunt ἀνεσπασμένα, reuulſa intro ob inflammationem internam, Gal. Com. 2. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 70. 32.)

Ὑποχόνδρια μετέωρα, pręcordia elata, ſublata, tumida, ἐπηρμένα, eadem quæ inflãmata, ægr. 8. lib. 1. Epid. Eadem ὑποχόνδρια μετέωρα, dicuntur præcordia ſuſpenſa, inflata, tumentia, aph. 73. lib. 4. ἐν ὄγκῳ μείζονι κατὰ πολλὰς αἰτίας γεγενημένα, ibidẽ exponit Gal. & ἐμπεφυσημένα καὶ φυσώδη, à flatibus ſublata, Com. ad aphor. 64. lib. 5. Et in Coac. Præn. (p. 432. 26) ὑποχόνδρια μετεωρίζεται, præcordia ſublata dicuntur cùm à flatibus diſtenduntur, aut aliquo pręter naturã affectu attolluntur. Sic μετεωριζόμενα ὑποχόνδρια, ſunt eleuata pręcordia in cruditate ſtomachi ex imbecillitate & frigiditate, lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (p. 36. 44.)

Ὑποχονδρίου ξυντάσεις, præcordiorum contenſio de inflammatione ſæpe dicitur Hippocrati. Vide ξυντάσεις antea.

Ὑποχονδρίου σκολιότης, præcordiorum obliquitas, pro inæqualiter affectis præcordiis. Vide σκολιότης, antea, aut Σκολιαίνεσθαι.

Ὑποχόνδριον χρόνιον, diutius affecta præcordia, & ex longis interuallis intumeſcẽtia, in Coac. Prænot. (pagina 432. verſiculo 32.) Sic etiam in Prorrh. τὰ ὑποχόνδρια μετέωρα χρονιώτερα dicuntur.

Ὑπόχυσις aut ὑπόχυμα ſuffuſio dicitur, aquei humoris circa pupillam concretio, viſum impediens. Sic enim circa pupillam ὑπόχυσιν conſtituit Medici author (pag. 385.55.) atque idem ſcribit (p. 387.9.) ὑποχυέσθαι δὲ λέγουσί τινες ὅταν συμβῇ παρέγχυσιν ὑγροῦ τινος πήγνυσθαι κατὰ τὴν κόρην ἐπὶ τὸ πλεῖστον πολλάκις, ὥστε κωλύειν τὸ ὁρᾷν, ἢ καὶ ἀμαυροῦσθαι ἐν τοῖς φαίνεσι, hoc eſt, ſuffuſionem eſſe quidam dicunt, cùm aliquis humor circa pupillam affuſus concretionem ſæpe fecerit, adeò vt viſum impediat, vel in his quæ apparent, hebetet. Authori etiam Definit. Med. (pag. 400.26.) ὑπόχυμά ἐστιν ὑγροῦ πῆξις τοῦ ὑδατώδους, μᾶλλον ἢ ἧττον ἐμποδίζουσα τὸ ὁρᾷν. Suffuſio eſt coocretio humoris aquoſi, viſum magis minus'ue impediens. Et Paulo lib. 6. cap. 21. ὑπόχυμά ἐστιν ἀργοῦ ὑγροῦ σύστασις ἐπὶ τὸν κερατοειδῆ χιτῶνα κατὰ τὴν κόρην, ἐμποδίζουσα τὸ ὁρᾷν, ἢ τὸ τρανῶς ὁρᾷν. Suffuſio eſt pigri humoris in cornea membrana iuxta pupillam coocretio, quæ viſum impedit, aut certè ne clarè oculus cernat efficit. Celſus quoque lib. 6. cap. 6. Suffuſio quoqoe (quam ὑπόχυσιν Græci nominant) interdom oculi potentiæ, qua cernit, ſe opponit. Sed Pupillæ pro Potentię lubentiùs lego. De ſuffuſionis differentiis ac ſpeciebus exactiſſimè Gorthæus.

Ὑποχώρημα aut ὑποχώρησις de iis quæ per aluum ſecedunt aut ſubducuntur dicitur propriè. Sic enim ſcribit Galenus Com. ad aphoriſ. 18. lib. 2. ἡ μὲν οὖν ὑποχώρησις ἐπὶ τῶν κατὰ τὴν γαστέρα μόνων λέγεται. ὑποχώρησιν ſiquidem de iis ſolis quæ per aluū ſubeunt dicitur. Et Com. ad aph. 69. lib. 7. τὰ διὰ τῆς γαστρὸς ὑπιόντα λέγειν εἴωθεν αὐτὸς ὑποχωρήματά τε καὶ διαχωρήματα. Quæ per aluum ſobeunt, conſueuit Hippocrates ὑποχωρήματα & διαχωρήματα, hoc eſt, ſubductiones & deiectiooes appellare. Etſi ὑποχωρήματος nomen etiam his quæ per veſicam ſubducuntur tribuitur aphor. 68. 69. & 81. libr. 7. Ὑποχωρήματα μέλανα, deiectiones nigræ, de alui recrementis, quæ velut ſanguinis limus ac fœx ſecedunt, aphoriſ. 21. & 25. libr. 4. ὑποχώρησις διακεκριμένη, alui egeſtio diſcreta ac dirempta, aut ſeparata, hoc eſt, non conſtans aut coacta, ſed diffluens & diffuſa. lib. 7. Epid. (pag. 352:46.) ἡ δὲ ὑποχώρησις πολλὴ, καὶ διακεκριμένη λεπτή. alui egeſtio multa erat & diſparata ac tenuis. Cui συνεστηκὸς διαχώρημα opponitur, deiectio quæ eatenus mollis eſt, vt coacta maneat, μέχρι τοσούτου μαλακὸν μέχρι τοῦ μένειν συνεστεῶς, vt loquitur Galenus Com. 2. in Progn. διακεκριμένον verò, deiectio quæ adeò liquida vt diffluat.

Ὑποψάθυρα διαχωρήματα quænam intelligantur in Prorrh. (p. 207.33.) non ſatis conſtat apud Hippocratis explicatores, vt ibidem ſcribit Galen. Poſt autem varia opinionum tormenta ὑποψάθυρα διαχωρήματα exponit, τὰ μετρίως ψαθυρὰ, hoc eſt aliquantulum ac moderatè friabilia, & quę in minutas partes comminui poſſunt. Tranſlationem autem ſumptam eſſe ab eduliis ψαθυροῖς & ad excrementa deductam, vt intelligantur τὰ εὐδιάλυτα, quæ facilè diſſoluuntur, nec cohærent, ſed aliquantulum ſunt friabilia, velut ſi arenam aqua conſperſam digitis compreſſeris aut diſſolueris. Eam enim probabilem eſſe opinionem exiſtimat Galenus. εἰ γὰρ (vt ſcribit) ἀπὸ τῶν ψαθυρῶν ἐδεσμάτων ἐπὶ διαχωρήματα μεταφέρειν χρὴ τὴν ὁμοιότητα, πιθανώτερον ἂν εἴη λέγειν ψαθυρὰ τὰ εὐδιάλυτα, καὶ μηδεμίαν ἔχοντα ἕνωσιν δύσλυτον. Si nanque ab eduliis, friabilibus ad deiectiones transferre ſimilitudinem fas eſt, probabilius dici videntur ψαθυρὰ διαχωρήματα, friabilia excrementa, quæ facilè diſſoluuntur, & nullam ægrè ſolubilem vnitatem habeot. Ideoque eorum etiam opinionem probat Galenus, qui τὰ μὴ γλίσχρα, aut voa voce ἄγλισχρα, hoc eſt minimè glutinoſa eſſe volunt. Nam quæ friabilia ſunt, ea nihil lentoris aut pinguedinis in ſe continent, & κραυρὰ dicuntur lib. 11. Meth. & θραυστὰ Ariſtot. lib. 4. Meteor. Sunto igitur ὑποψάθυρα διαχωρήματα excrementa modicè aut aliquãtulum friabilia, fragilia, quæ facilè comminui poſſunt, teri, diſſolui, oeque inter ſe cohærent: qualia ſunt excrementa eorum qui milium, panicum aut hordeaceos panes eſitarunt. Qualia quoque ſe vidiſſe teſtatur Galenus ex pyrorum ſylueſtrium eſu, & qualia euenire poſſunt ex tenuibus humoribus & diſſolutu facilibus excrementis permixtis, cùm inter ſe noo cohærent, oeque continuitatē ſeruant, ſed facilè diſſoluũtur, non ſecus ac arena aqua madeſcens. Quod faciunt quæ viſcida non ſunt neque pinguia aut glutinoſa, ſed rigida, ſcabra & ſqualida. ψαθυρὸν autem friabile ſignificat, fragile, arenidum, ſqualidum, cootracta ſiccitate rigidum, areoulentum, tenerum etiam, putre, marcidum, quod facilè teritur aut diſſoluitur, noo cohæret, & arenæ condirioni eſt ſimile. idem quod ψαφερὸν aut ψαφαρόν. Nam ψαφαρὰ ψαθυρὰ exponit Heſychius, & ψαφαρὸν, ξηρὸν, αὐχμηρὸν, ἀσθενές. & ψαθυρὰ, ψαθυρὰ, εὔθρυπτα, σαθρὰ, ξηρὰ, ἀσθενῆ. Galeous etiam ψαδυρὰ per δ Attice, aut per θ ψαθυρὰ κρέα cæteris Græcis communiter dici ſcribit, τὰ τοῖς σκληροῖς καὶ ἰνώδεσι, καὶ δυσδιαλύτοις, καὶ δυσμασσήτοις ἐναντίως διακείμενα. μάλιστα δὲ γίνεται τοιαῦτα τὰ καλούμενα πρὸς τῶν πολλῶν σαπρὰ, μίαν ἡμέραν ἢ δύο τεθέντα μετὰ τὸ σφαγῆναι τὸ ζῶον. ἕωλα δὲ εἰώθασι καλεῖν αὐτὰ οἱ Ἕλληνες, ἑωλίζειν τε τὸ οὕτως προσηπτεῖν. hoc eſt, carnes friabiles aut tēneras, quæ duris, fibroſis, diſſolui & mandi contumacibus opponuntur. Tales autem maximè exiſtunt, quæ à multis σαπρὰ vocantur, vno aut altero die à iugulato animali repoſitæ. ἕωλας quaſi biduanas aut triduanas eas Græci vocare conſueuerunt; & ἑωλίζειν ita antè putrefacere. At verò ὑποψάφαρα pro ὑποψάθυρα multos Hippocratis interpretes & exemplaria quædam legiſſe in Prorrh. conſtat, quod ψαθυρὸν idem ſit quod ψαφαρόν. Et Galenus in Exegeſi apud Hippocratem, ὑποψάφαρα, τραχύτερα, hoc eſt aſperiora exponit, quòd ψαφαρὸν in vocis compoſitione concludatur, nimirum eo

ſub-

ſubnotato loco. Nam & in Coac. Præn. (p. 443.39.) vbi ea Prorrh. ſententia repetitur, ἔνυχρον ὑποψάφαρον διαχώρημα legitur. Dioſcorides verò interpres Hippocr. pro ὑποψάφαρα ὑποψέφαρα legit, vt ibidem teſtatur Gal. τὰ ὑπομελανίζοντα, hoc eſt, ſubnigricantia intelligens, quod ψέφας τὸ σκότος Pindaro ſignificet. Et Galenus eam ſcripturam in Exegeſi ſubindicans, ὑποψέφαρα, ζοφώδη, ὑπομέλανα, hoc eſt, caliginoſa, nigricantia, exponit, pro quo ὑποψάφαρα vitiosè & σομφώδη Varinus legit. Heſychius ψεφάς, σκότος, & ψεφαρά σκοτεινά exponit. In Exeg. etiam poſtea ψέφαρα, ζοφώδη, μελανώδεα exponit Gal. ψέφος γὰρ τὸ σκότος. Sed vitiosè ψοφώδη ſcribitur, & ψεφαρά malim.

Ὑποψοφέονται ἐν τοῖσι ποτοῖσιν, quibus inter potandum ſtrepitus quidam ſonat & exauditur, in Coac. Prænot. (p. 425.46.)

Ὑπτιασμὸς reſupinationem ſignificat & ſupinũ ægri decubitum aut partis alicuius ſitum, velut lib. de fract. (p. 546.25.) χρόνιον ὑπτιασμὸν diutinam reſupinationem vocat, cùm ex diuturno & longo decubitu ſupino, calcis os ſyderatum fuerit. Vbi Gal. ὑπτιασμοὺς vocari ſcribit τὰς χρονίας ὑπτιώσεις, hoc eſt diuturnos decubitus, cùm negligentiùs os calcis collocatũ aut poſitum ſæpenumero nigreſcit & ſyderatur. ὑπτιασμὸς etiam & ἀνατροπὴ eſt ventriculi reſupinatio & euerſio, cùm nauſeabundus cibum faſtidit aut reiicit, lib. 6. de loc. aff. & lib. 8. κατὰ τόπ. cap. 3.

Ὑπωμὶς exponitur Galeno in Exeg. τὸ ὑποκείμενον ἢ τοι τῇ ἐπωμίδι, ἢ καὶ τῷ ὤμῳ, quod ſuperiori parti humeri, aut ipſi humero, ſubiicitur.

Ὑπώπια dicuntur ſugillata ſub oculis, aut ſugillationes, cùm ſanguis circa oculos ſub cutẽ effunditur tenuibus venis contuſis, & in grumos concreſcit, deinde verò liueſcit aut nigreſcit, ex ἐκχυμωμάτων genere, vt ſcribit Gal. initio lib. 5. κατὰ τόπους. αἱμαλώψ vt ὑπόσφαγμα dicitur etiã lib. 4. τῶν κατὰ τόπ. (p. 220.42.) Sunt & ὑπώπια Hipp. eadem quę ὑποφθάλμια lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 194.34) καὶ τὰ ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπώπια ὠχρά. partes ſub oculis cauæ pallidæ fiunt, aut partes ſub oculis liueſcunt. ὑπώπια verò ſuppurata aut ſuppurationes denotant lib. 7. Epid. (p. 360.8.) ἐν τοῖσιν οἰδήμασι τοῖσι περὶ γούνατα καὶ πόδας ὥσπερ ὑπώπια. In tumoribus ad genua & pedes quædam velut ſuppurationes inerant.

Ὕσματα, pluuiæ, aquæ. lib. 1. Epid. (p. 304.34.) νότια ὕσματα ὀλίγα, paruæ & modicæ pluuiæ auſtrinæ. Rurſus ibid. (v. 35.) ὕσματα ὀλίγα, modicæ pluuiæ. Et rurſus (v. 38.) ὕσματα νότια μέχρις ἰσημερίης. pluuiæ auſtrinæ ad ęquinoctiũ vſq;. Et (v. 45) ἤδη δὲ τοῦ φθινοπώρου καὶ τῶν ὑσμάτων γενομένων. Cùm autẽ autumnus eſſet pluuięq; imperet ent. Erotianus ὕσματα ἀντὶ τοῦ ὕματα, ὅ ἐστι βρέγματα, hoc eſt, madefactiones, poni ſcribit apud Hipp. ὕειν γὰρ τὸ βρέχειν. Deductam autem dictionem ἀπὸ τοῦ ὕειν.

Ὑστέρα ἢ ὑστέρη vterus dicitur, διὰ τὸ ὑστάτην κεῖσθαι τῶν σπλάγχνων, vt ſcribit Soranus. Pars eſt corporis in qua fit conceptio, & ad humani generis propagationem neceſſariò attributa, σπλάγχνον χυναικεῖον ἀγχιστα ζωῶδες, καὶ ἐοικὸς ὡς ζῶον ἐν ζώῳ (vt ſcribit appoſitiſſimè Aretæus cap. 11. lib. 2. περὶ ὀξ.) h. e. viſcus prope animatum & velut animal quoddã in animali, & omnium muliebriũ morborum cauſa (vt ſcribitur lib. de loc. in homine (pag. 74.7.) At τὸ ὕστερον & τὰ ὕστερα ſecundæ dicuntur & idem quod χορίον. Quod teſtatur Gal. Com. ad aph. 49. libr. 5. cùm ὑστέρων ἐκπλώσιας exponit, his verbis: οὐ προσκαλοῦντας χρὴ τὴν ὑστέραν συλλαβεῖν ἀναγκαίως τὴν ὑστερῶν, ἀλλὰ βαρυτόνως ὑστέρων. οὐ γὰρ δὴ αὐτὰς τὰς ὑστέρας ἐκπεσεῖν βούλεται διὰ τῆς πταρμικῆς ἐντάσεως διὰ τῶν πταρμικῶν φαρμάκων, ἀλλὰ τὰ καλούμενα χόρια τε καὶ ὕστερα. Non cum accentu circumflexo in vltima ſyllaba ὑστερῶν legendum, ſed cum graui ὑστέρων. Neq; enim ipſum vterum contentione adhibita per ſternutatoria medicamenta decidere vult, ſed ſecundas ipſas quæ χόρια dicuntur. Eſt & ὑστερικὴ πνὶξ vuluæ ſtrãgulatus aut vteri ſuffocatio, de qua optimè Gorrhæus. ὑστεραλγὲς ὄξος acetum vteri dolores ciere ſcribit Hippocr. lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 81. verſic. 36.) τὰ ὑστερικὰ vteri affectiones & propriè ſtrangulationes aut ſuffocationes dicuntur aphoriſm. 35. libr. 5, ὑστερικὴν πνῖγα ἢ ἄπνοιαν exponit Gal. Locos vertit Celſus, vteri affectiones intelligens, cap. 8. libr. 2. Sunt & ὑστερικὰ ἐν κοιλίῃσι σκληρύσματα, vteri in ventre durities, quæ ſenſu percipiuntur, & ponderis incumbentis grauitatem præſeferunt, in Coac. Prænot. (pag. 440.47.) αἱ τῶν ὑστερέων πλάναι καὶ ξυνόδοι, vteri errores & contractiones ſignificant, cùm vterus huc atque illuc tractus fertur & contrahitur, libr. de art. (pag. 636.1.) Quod de vteri peruerſionibus intelligitur, quæ Platonem impulerunt vt vterum animatum exiſtimaret. Eum enim in fine Timæi ζῶον πλανώμενον πάντῃ κατὰ τὸ σῶμα vocat. Qua de re agitur lib. de loc. in homine (p. 74.) & apud Aretæum c. 11. lib. 2. περὶ ὀξ. & Gal. li. 6. de loc. aff. cap. 5. Ὑστερικαὶ etiã dicuntur mulieres hyſtericæ vteri ſtrangulatu laborantes, & quæ vteri ſuffocationib. ſunt opportunę, in Prorr. (p. 209.25.) αἱ ἐν ὑστερικῇσι ἀπύρως σπασμοὶ εὐχερέες. Mulieres quæ vteri ſtrangulationib. propè corripiũtur, idq; ſine febre, ad cõuulſiones ppenſę. Qd repetitur in Coa. Præn. (p. 434 8. & p. 441.28) ὑστέρων ἀπόλυσις, ſecũdarũ dimiſſio, deturbatio, excuſſio, abſolutio, Prorrh. 2. (p. 420.40.) τὰ ὕστερα enim τὰ χόρια καλούμενα dicuntur Gal. Com. ad aph. 35. lib. 5.

Ὑστερίζειν ceſſare, cũctare, deficeri, tardiùs & cũctanter agere, poſtponere, relinquere. lib. 6. Epid. ſect. 7. aph. 7 μεταβολῇ διεγείρειν τοὺς νεναρκωμένους ἃ ὑστερίζουσι. mutatione excitare torpentes ad ea quę cunctanter agunt, aut in quibus ceſſant.

¶ Ὑφήγησις eſt præitio & ductus quidam. Sic dicitur Hippocrati via quædam quæ reliquæ puerperii purgationi ſternitur, ab iis quæ primùm cum fœtu eruperunt libr. περὶ φυσ. παιδίου (p. 32.37.) καὶ ὑφήγησιν ἴσχει τὸ τῷ, ὡς ἐπὶ ὕδατι ἐπὶ τραπέζῃ, & deductio quædam fit, nõ ſecus ac aqua in menſam effuſa. In puer-

perio enim primùm tennes ἰχῶρες educũtur, deinde fœtus, poſtea verò ſanies craſſa & cruenta, hoc eſt craſſior & magis fœculentus ſanguis, excrementum ſanguinis vniuerſi, qui in pueri alimẽtum abſumptus eſt. Poſt quem ſingulis diebus toto puerperii tempore purgamenta procedunt, ſicque via quædam fit reliquo ſanguini fluxuro, velut ab aqua in menſam effuſa ductus quidam & riui digito ducuntur, per quos quicquid humidi ſuperaffunditur, deriuari & defluere poteſt. Ad eundem modum prima illa ſanguinei humoris vacuatio, ſequẽti viam ſternere videtur. Idem explicat ibidem (pag. 39. 14.) μετὰ δὲ ταῦτα ὕδρωψ ἔρχεται αἱματώδης, ἀπό τε τῆς κεφαλῆς, καὶ τοῦ ἄλλου σώματος ἀποκριθεὶς ὑπὸ βίης τε καὶ πόνου καὶ θέρμης. καὶ ὁδὸν ἀφηγέεται τῇ τῶν λοχείων καθάρσει. μετὰ δὲ τὴν ἔξοδον τοῦ ἰχῶρος ὡς καὶ ὕπερθεν γέγραπται, χρόνον τὸν πρόσθεν εἰρημένον. Poſt hæc prodit ſanguineus humor, cum à capite tum à reliquo corpore vi & dolore & calore expreſſus, & partus purgamentis viam ſternit, quæ quidem eo quo dictum eſt tempore, poſt ſaniei exitum ſuccedunt. Hunc autem humorem ſanguineum & craſſum, qui fœtu excluſo excernitur, & puerperii purgamentis quæ ſingulis poſt diebus ſubſequũtur, ad purgationem viam ſternit, ἰχῶρα παχὺν αἱματώδη ibidem vocat, (32.37.) & ἰχῶρα ſimpliciter (pag. 39.16.) In Iureiurando οὐδὲ ὑφηγήσομαι ξυμβουλίην τοιήνδε, neque huiuſce rei conſilium ſubminiſtrabo, hoc eſt, neque exhibendi medicamenti lethalis cuiquam conſilium dabo, aut author ero.

Ὑφύδρους τοὺς ὑδεριῶντας exponit Galenus apud Hipp. in Exeg. hoc eſt, aqua inter cutem laborantes, aquas ſubeuntes. Ac mihi videtur locus Prorrh. 2. (p. 413. 49.) hac indicatura ſubnotari, vbi tamen ὑφύδρους paſſim legitur omnibus in codicibus.

¶ Ὑψούμενοι exaltati, euecti, ἐν προγνωστικοῖς (pag. 18.4.) ὑψούμενοι ἐκ ποδὸς, ſubitò exaltati medici, ex imo ad ſummum repente euecti.

Ὑψίφωνοι, qui clara aut ſonora ſunt voce & alta, canora, lib. 1 Epid. (p. 372. 20.)

# OECONOMIAE HIPPOCRAT.

## ΤΟ Φ.

Φαγέδαινα interdum generis nomen retinet & omne vlcus ſanas partes vicinas arrodens indicat, quodque maius & deterius ſerpendo euadit: interdum etiam vlceris ſpeciem facit, vt ab herpete, nomis, & aliis vlceribus differat, quòd ſit vlcus tumidum, profundum, ſubiectam carnem & vicinas partes erodens. Quod ſcribit Galenus Com. ad aph. 45. lib. 6. τὰ μὲν οὖν ἄλλα τῶν ἑλκῶν ἀεὶ μείζω τε καὶ χείρω γίνεται, καὶ σύμπαντα ταῦτα φαγεδαίνας ἐκάλουν οἱ παλαιοί. διορίζεσθαι δ' ὕστερον ἐπεχείρησαν ἔνιοι προσηγορίαις ἑκάστῳ ἰδίαις. ἔνια μὲν οὖν αὐτῶν χειρώνεια καλοῦντες, ἔνια δὲ τηλέφια, φαγεδαίνας δ' ἄλλα, καί τινας ἄλλας περιεργοτέρας ἐπιφέροντες προσηγορίας. ἀλλ' ἡμῖν ἀρκεῖ τῶν μὲν ἐπιλαμβανομένων τι τοῦ πέριξ χωρίου τὰ μὲν ἕρπητας ὀνομάζειν, ὅταν ἐπιπολῆς ᾖ καὶ κατ' αὐτὸ τὸ δέρμα· τὰ δὲ φαγεδαίνας ὅσα καὶ τὴν ὑποκειμένην διαφθείρει σάρκα. Cætera verò vlcera ſemper maiora & deteriora fiunt, atq; vniuerſum eorum genus phagedænas (quaſi exedentia dicas vlcera) veteres appellabant. Quidam verò poſtea diſtinguere aggreſſi ſunt, ꝓpria cuiq; appellatione indita, Chironia nõnulla, Telephia alia, quædam phagedænas nuncupantes, aliaſque magis curioſas appellationes afferentes. Nobis verò ſatis fuerit, ex iis quæ circumſtantis loci partem aliquam occupant, alia Herpetas nominaſſe, cùm in ſuperficie aut cute etiam ipſa conſiſtunt: alia verò phagedænas, quæ carnem etiam ſubiectam corrumpunt. Quas ſanè differentias lib. de Tumor. præter naturam exprimit Gal. (p. 356. 47.) his verbis: ὅσα δὲ ἐν αὐτοῖς ἐπινέμεται, καὶ τῶν πέριξ ἅπτεται, διαβιβρώσκοντα τὸ περιέχον ὑγιὲς σῶμα, ταῦτα σύμπαντα φαγεδαινικὰ προσαγορεύεται. τὰ δ' ἐξ ἀμφοῖν σύνθετα τοῦ τε ἕλκους αὐτοῦ καὶ τοῦ πέριξ ὄγκου, φαγεδαίνας ὀνομάζουσι. ἐπινέμεται μὲν οὖν καὶ ὁ ἕρπης διαβιβρώσκων τὰ πέριξ, ἀλλ' ἔστι μόνου τοῦ δέρματος ἕλκωσις· ἡ φαγέδαινα δὲ σὺν τῷ δέρματι καὶ τῶν ὑποκειμένων ἅπτεται. Quæ verò vlcera depaſcuntur attinguntque quæ circum ſunt, ipſum continens ſanum corpus perrodentia, hæc omnia phagedænica vocantur. Ex ambobus autem compoſita, ſcilicet vlcere ipſo & circumiecto tumore, phagedænam nominãt. Depaſcit herpes quoque quæ circum ſunt perrodens, ſed ſolum cutis exulceratio eſt. Phagedæna verò cum cute quæ ſubiecta ſunt attingit quoq;. Sic φαγέδαινα apud Hippocratem pro vlcere depaſcente (phagedęnam vocant) ſumitur aph. 28. ſect. 3. libr. 6. Epid. & lib. περὶ χυμῶν (p. 117. 28.) οἱ αἱμοῤῥοΐδας ἔχοντες οὔτε πλευρίτιδι, οὔτε περιπλευμονίῃ, οὔτε φαγεδαίνῃ, οὔτε δοθιῆνι, οὔτε τερμίνθοισι ἁλίσκονται. Qui ſanguinem per ora venarum quæ in ano ſunt profundere ſolent, neque morbi laterali, neq; pulmonis inflammatione, neque vlcere exedente (phagedænam vocant) neque furunculis, neque tuberculis quæ à ciceris ſimilitudine Terminthi dicũtur, corripiuntur. Vbi etiam ſcribit Galenus φαγεδαίνας δ' ὅλως λέγει τὰ διαβιβρωσκόμενα τῶν ἑλκῶν ἃ δὴ καὶ φαγεδαινικὰ καλοῦσιν οἱ παλαιοὶ τῶν ἰα-

ἰατρῶν

τροφῆ, εἴρηται καὶ τῷ τετάρτῳ τῶν εἰς τὸ περὶ χυμῶν ὑπομνημάτων. Quòd autem phagedænas dicat vlcera exedentia, quæ quidem phagedęnica veteres Medici nominant, dictum eſt etiam tertio in lib. de Humoribus Commentario. Atque eum ſanè locum mihi videtur ſubindicare Gal. in Exeg. cùm φαγεδαίνῃ exponit ἕλκει ἀναβιβρωσκομένῳ, hoc eſt, vlcere exedente. Et Commentario tertio in lib. de humorib. Galeno attributo eadē de Phagedæna adſcribuntur quæ Com. ad aph. 45. lib. 6. Lib. de Vlcer. (p. 513. 49.) φαγέδαινα inter vlcera exedentia reponitur, & ἰσχυρότατά τι ὑπάγεσθαι καὶ ἐσθίεσθαι, hoc eſt, vehementiſſimè depaſci & exedere dicitur. Et lib. de aere, loc. & aq. (p. 452. 31.) καὶ φαγεδαίνας πάνυ ταχέως ἐγγίνεσθαι ἀπὸ πάσης προφάσιος ἢν ἕλκος ἐγγένηται, & phagedænas, hoc eſt, vlcera exedētia ex quauis occaſione oboriri, ſi vlcus fiat. Lib. 4. Epid. (p. 329. 46) τῷ παιδίῳ φαγεδαινώσαντι, puero vlcere exedente (phagedænam vocant) laboranti. Quod repetitur etiam lib. 5. Epid. (p. 339. 24.) Authori Definit. Medic. (p. 400. 58.) φαγέδαινά ἐστιν ἕλκος ἀναβιβρῶσκον τὰ ὑποκείμενα καὶ παρακείμενα, vlcus quæ propinqua ſunt & adiacentia exedens. Phagedænam in cole cancri ſpeciem facit Celſus cap. 18. lib. 6. & Phagedænarum nomen retinet Plinius. Transfertur verò hoc nomen ad ſtomachi affectum & appetentiam caninam, cùm immodico ciborum eſu tenetur, neque vorando ſatiari poteſt. Quod etiam ſcribit Gal. Com. 3. in lib. 6. Epid. (p. 490. 3.) τάς γε μὴν ὑπὸ τῶν φαγεδαίνας τὰς τῶν πολλῶν βρωμάτων ἐδωδάς, ὡς καὶ αὐτὰς ὑπὸ κακοχυμίας γίνεσθαι ἀμέτρους ὀρέξεις σιτίων, ὁμολογεῖται καὶ πρὸς ἡμῶν. Nōnulli etiam phagedænas multorum ciborum eſum eſſe voluerūt, eaſq́; ipſas immoderatas appetentias ex vitiatis humoribus fieri, nos quoq́; concedimus. Huius affectus meminit etiam Definit. Med. author (pag. 398. 11.) his verbis: φαγέδαινά ἐστι κατάστασις καθ' ἣν ὀρεγόμενοι πολλῆς τροφῆς, καὶ λαμβάνοντες ἀμέτρως οὐ κρατοῦσιν αὐτῆς, ἀλλ' ἐκβαλόντες πάλιν ὀρέγονται. Phagedæna eſt conſtitutio, in qua multum cibum appetentes & immodicum aſſumentes, ipſum non retinēt, verùm vbi eiecerint, rurſus appetunt. Quod etiam agnoſcit Plinius cap. 11. lib. 26. cùm Phagedænas nomen ſine modo edendi eſſe, & aliàs vlcerum, teſtatur. Hunc affectum deſcribit Cælius Aurel. cap. 3. lib. 3. Tard. Paſſ. φάγημα & φαγέδαινα exponitur Heſychio νόσος, & ἕλκος διεσθιόμενον, vt de morbo ſtomachi & vlcere exedēte dicatur. Polluci lib. 4. cap. penult. φαγέδαινα eſt ἕλκωσις ἔχει τὴν ἰσχὺν ἀεὶ διδοῦσα, ταχέα νομὴ μετὰ φλεγμονῆς, ἰχῶρας δυσώδεις ἀφιεῖσα καὶ πρὸς θάνατον ῥέπουσα.

Φαίνεται Galenus in Exegeſi teſtatur apud Hippocratem etiam ſignificare, τὸ διαφανὲς ἐν τῷ πυρὶ γίνεται, pellucidum in igne fiat, libro ſecundo περὶ γυναικ. Verùm apparet eſſe μνημονικὸν ἁμάρτημα. Neque enim ea notione ibi legitur.

Φάκελλος φρυγάνων, virgultorum aridorum faſcis aut faſciculus dicitur apud Hippocrat. lib. 1. περὶ γυναικ. (pagina 251. verſ. 42.) Idem quod φρυγάνων πλῆθος virgultorum aridorum multitudo in faſcem collecta, aut ſtrues, apud Lucam Act. 28. Dicuntur & φάκελλοι φρυγάνων Dionyſio Halicarn. hiſt. lib. 7. & φακελλὴ φρυγάνων lib. 10. Suidas ex Thucyd. φακέλλους ὕλης adducit & φάκελλον exponit φορτίον & δέσμην τῶν καλάμων, faſcem arundineum. Heſychius autem per vnicum λ ſcribit φάκελον, & φορτίον ξύλων explicat, & φακέλους φόρτους, & φάκελοι ἱμάτιον. Apud eundem etiam φάκελλον φορτίον exponitur. Varino φάκελος φορτίον, ξύλων exponitur, forte φορτίον ξύλων, vt ſit lignorum ſtrues & faſciculus.

Φακῆ ὀξείη, lenticula acida, hoc eſt, aceto condita, lib. 1. περὶ γυναικ. (pagina 246. verſ. 33.) Inde etiam φακῆς dicitur lenticulę decoctum aut cremor lib. 1. περὶ γυναικ. (pagina 247. verſ. 6.) φακῆς ξὺν ἐλλεβόρῳ δίδου ἐμέειν, lenticulæ decocto cum veratro vomitum cieto. Et rurſus (pagina 262. verſ. 21.) φακῆν πιοῦσα, epoto lenticulæ decocto. Et (verſ. 39.) φακῆν πινέτω, vbi πίνειν aut πιοῦσα lego. Et rurſus lib. 2. (pagina 277. verſ. 43.) τῷ φακίῳ συμμίξασα μέλι καὶ ὄξος. melle & aceto ad lenticulæ decoctum ammixto. Et lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pagina 222. verſ. 43.) φάκιον πινέτω. Et lib. περὶ παθῶν (pag. 184. verſ. 27.) ἐμέτω ἀπὸ σιτίων ἢ φακίου πινέτω. vomitum à cibo aut lēticulæ decocto facito. Et lib. 2. de Morb. (pag. 149. verſ. 11.) ἐπιπινέτω φάκιον, lenticulæ decoctum inſuper bibat. Et rurſus (pagina 151. verſ. 21. & 25.) φακεῖον ibidem legitur (p. 143. 37.) τῷ φακίῳ συμμίσγων μέλι καὶ ὄξος. ad lenticulæ decoctum melle & aceto ammixto (ſi modo vera eſt ſcriptio.)

Φακὸς etiam lentem ſignificat apud Hippocr. vt lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 246. 32.) μίσγων φακὸν καὶ κύμινον, admixta lente & cymino. Et lib. 2. περὶ γυναικ. (pag. 285. verſ. 37.) ἢ φακὸς φώξας καὶ περιπτίσας. Sic enim ad fotum lentes torrefactas & decorticatas in craſſiorem farinam alicæ inſtar redactas, adhibet Hippocr. Quod etiam repetitur libro περὶ γυναικ. φύσ. (pagina 229. verſ. 31.) φακὸς quoque lenticula dicitur, hoc eſt, vas lenticulatum, aut lenticulæ forma, quo aqua calente aut oleo pleno fotus adhibebantur. Sic lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 223. 17.) φακοὺς ὀστρακίνους commemorat Hippocr. hoc eſt, lenticulas teſtaceas, aut vaporaria lenticulata teſtacea. quæ aqua calente plena pedibus admoueri iubet ad fotus. φακῶν huiuſmodi meminit Gal. in Exeg. ἀσκοὺς exponens κεράμους, οὓς καὶ πλινθίους καὶ φακοὺς ὀνομάζουσι, vtres tegulas, quas etiam lateres & lenticulas vocant. πελεκινοὺς tamen ſunt qui titiones ignitos ſumant, quos etiam in fomentorum materia commemorat Celſus capite decimo ſeptimo, libro ſecundo: Nempe titiones extinctos panniculis inuolutos & ita circundatos; velut & vtriculos; & fictilia vaſa, quæ ad ſimilitudinem lenticulas vocant, in quas oleum aut aqua calens ad fotum conijcitur, quæ omnia ex Hippocrate ſumpta eſſe videntur: Sic enim lib.

περὶ γυναικ. φύσ. (pagina ducenteſima vigeſima nona, verſiculo quadrageſimo ſecundo) vaſis teſtaceis, aut vtriculis, & ſacculis, ad fotum vtendum præcipit, vt aqua aut decoctione calente infuſa pars foueatur. Et libro ſecundo περὶ γυναικ. (pagina 285. verſiculo 47.) ad eoſdem fotus vaſa teſtacea & veſiculas oleo calente plenas adhibet. Hinc φακωτὰ πυριατήρια quibuſdam celebrantur apud Hippocratem, fotus per lenticulam adhibiti, vaporaria lenticulata dicere poſſis. φακὸς quoq; Heſychio inter alias notiones τὸ σκεῦος ἰατρικὸν, hoc eſt, vas medicum ſignificat, forte ad fotus faciendos accommodatum. τὸν φακὸν τοῦ ἐλαίου, lenticulam olei, pro vaſculo oleario aut phiala, exponunt lib. 1. Regum ſub initium cap. 10. vt & cap. 26. τὸν φακὸν τοῦ ὕδατος, aquæ ſcyphum aut vrceum.

Φακῶν ἐρέγμασι Erotianus apud Hippocr. ἀντὶ τοῦ διερείσμασι poni ſcribit, hoc eſt, lentes craſſiua diuiſas aut freſas. ἐρεγμὸς γὰρ κυρίως λέγεται ὁ δίχα διῃρημένος κύαμος, faba in duas partes diuiſa. Nimirum locum Coac. Prænot. (pag. 444. verſ. 26.) ſubnotas, vbi ἐρίγμασι legitur. Nam & ἔρεγμα & ἔρειγμα pro ἔρεγμα dicitur, vt & ἐρείκειν & ἐρείκειν, vt antea adſcripſimus. Eſt & φακῶν λίνοζον, lentium fomentum aut farina apud Hippocratem, vt ſcripſimus antea in Λίνοζος.

Φακῶν ὕδωρ aquam lentium aut decoctum ſignificat, quod parabat ex lente toſta cum melle & aceto, lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 214. 29.) & lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 276. 46.) & lib. περὶ ἀφόρων (p. 199. 22.

Φακώδεες dicuntur Hippocrati lenticolores & qui lentis colorem referunt, quales ſunt lienoſi, lib. 3. Epid. in fine ſt. peſt. quos per τὸ φακώδης illic deſignat Hippocr. vt noſtris in eum locum Annotat. expreſſimus. Iidemque ὑποφακώδεες dicuntur lib. 2. Epidem. (pag. 312. verſ. 31.)

Φαλακρότης aut φαλάκρωσις caluitium ſignificat, ſed pro pilorum defluuio quæ μαδάρωσις dicitur ſumitur, & φαλακροὶ qui capillorum defluuio laborant, vt aphoriſ. 34. lib. 6. Sic lib. 2. Epidem. (pagina 317. verſiculo 19. & 20.) φαλακροὶ ὑδρωπιώδεες dicuntur, hydropici pilorum defluuio laborantes, vt fuſioribus verbis noſtris in eum locum Commentariis indicauimus. Et rurſus ibidem (verſ. 47.) κιρσοὶ φαλακρῶν, caluorum varices dicuntur. Transfertur ad ferramenta hæc dictio ab Hippocrate, quæ φαλακρὰ σιδήρια dicuntur, hoc eſt, ferramenta caluata, extremis partibus rotundam læuitatem habentia, & in fine capitulata, tanquam ſpecillorum capita. Sic enim ſcribitur lib. 1. de art. (paginæ 590. 42.) σιδηρίοισι δὲ χρὴ τὰ τοιαῦτα καίειν μὴ παχέσι, μηδὲ λίην φαλακροῖσιν, ἀλλὰ προμήκεσι. Eiuſmodi autem ferramentis inurere oportet non craſſis, neque admodum caluatis, ſed longis. Vbi etiam ſcribit Galenus: φαλακρὰ καλεῖ τὰ περιφερείας ἔχοντα κατὰ τὰ πέρας, οἷον οἱ κατὰ τὰς μασχάλας ἔχουσι πύρηνες, ἤτοι τὰ διπύρηνα καλούμενα, καὶ αἱ σπαθομῆλαι. Caluata vocat quæ in extremitate rotunda ſunt, cuiuſmodi ſunt illa nucleata quibus chirurgi ad alas vtuntur, πύρηνες aut διπύρηνα Græcis dicuntur, aut ſpathularia & ſpathæ capitulatæ. Quibus τὰ προμήκεα opponuntur, hoc eſt oblonga, & quæ in extremitate rotunda non ſunt, ſed in acutum tendunt, ad pungendum accommodata. Quem locum procul omni dubio mihi adumbrare videtur aut exprimere Erotianus, cùm φαλακροῖσι περιφερέσι, hoc eſt rotundis, exponit. Et Galenus quoque in Exegeſi φαλακρὰ τὰ στρογγύλα μετὰ λειότητος, hoc eſt, rotundam læuitatem habentia, aut rotunda cum læuitate, niſi ſi φαλακρὰ & στρογγύλα melius legatur. Sic quoq; φαλακρὴν στρογγύλωσιν dicit Hippocr. lib. de art. (pagina 641. verſiculo 37.) læuem rotunditatem, glabram & caluam, de brachii aut femoris capite, quod quia rotundum eſt & læue, facile ſua cauitate totum excidit & elabitur.

Φαρκιδώδης ῥυτιδώδης exponit Galenus in Exegeſi apud Hippocratem, & Erotianus, hoc eſt, rugoſum & quod rugas habet. φαρκὶς γὰρ λέγεται ἡ ῥυτὶς, addit Erotianus. Sic φαρκὶς exponitur apud Heſychium: ῥυτὶς ἡ ἐκ τοῦ γήρως γενομένη, ἢ σπίλος, ruga ex ſenio contracta. Vnde φαρκιδούμενος aut φαρκιδώδης, corrugatus, qui eſt fronte caperata. Vide Φαρκιδώδης poſtea.

Φαρμακεύειν ἢ φαρμακεύεσθαι quod medicari aut medicamento vti ſignificat, de medicamento purgante tantùm effertur Hippocrati, vt multis locis teſtatur Galenus Comment. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (pagina 115. verſ. 4.) τὸ καθαίρεσθαι δὲ τῷ φαρμακεύεσθαι συμβαίνει εἰς ταυτὸν, ὥσπερ γε καὶ φαρμακεύειν τῷ καθαίρειν. Rurſus Comment. ad aphoriſ. 22. lib. 1. τὸ μὲν φαρμακεύειν ἔθος ἐστὶν αὐτῷ λέγειν ἀντὶ τοῦ χρῆσθαι φαρμάκῳ καθαίροντι. φαρμακεύειν quod eſt medicari vſurpare ſolet Hippocrates. Pro eo quod eſt vti medicamento purgante. Etſi illic non ſolùm de medicamentis per aluum purgantibus dici videtur, ſed etiam generalius de omni quauis ex corporis parte purgatione, in qua coctionem quoque expectare oportet. Et Comment. 2. in Prorrhet. (pagina centeſima nonageſima prima, verſiculo trigeſimo octauo) τὸ φαρμακεύειν καθαίρειν, quod eſt medicamentis purgare exponit. Rurſus Comment. ad aphoriſ. 37. lib. 2. οὐ τοὺς ὁπωσοῦν φάρμακον προσφερομένους φαρμακεύεσθαι λέγειν εἴωθεν ὁ Ἱπποκράτης, ἀλλ' ἐπὶ μόνων τῶν καθαιρόντων τούτῳ χρῆται τῷ ῥήματι. φαρμακεύεσθαι verbum (quod ſonat medicamento vti) vſurpare conſueuit Hippocrat. in iis qui non quoduis, ſed purgatorium duntaxat medicamentum ſumpſerunt. Et Com. ad aph. 1. lib. 4 ὅτι δὲ τῷ φαρμακεύειν ὁ Ἱπποκράτης, ἐπὶ τοῦ διὰ φαρμάκου καθαίρειν εἴωθε λέγειν, ὁμολογεῖται πᾶσιν, ὅσοι κἂν ἐπὶ βραχὺ τῆς λέξεως αὐτοῦ συνήθεσιν. εἰ γὰρ ἰάσεις τις τὰ ἄλλα βιβλία, τὸ γε γεγραμμένον ἀφορισμῶν μνημονεύσει, κατ' ἴδιον τρόπον οἷόν τ' ἐστὶν αἰνίσσειν ἐν αὐτοῖς ἄλλο τι σημαίνεσθαι πρὸς τῆς φαρμακεύειν φωνῆς, ὡς ὀλίγον ὕστερον ἔσται δῆλον. Quod autem Hippocrates verbũ φαρμακεύειν, quod eſt medicari, pro medicamento purgante

vſurpare

vti vſurpare conſueuerit, in confeſſo eſt apud omnes qui vel minimam habent eius dictionis notitiam. Nam vt alia eius ſcripta omittas ſolis aphoriſmis content' aliud profectò nihil per eam vocẽ in ipſis ſignificari poſſe fatearis eſt neceſſe, vt paulò poſt fiet manifeſtũ. Rurſuſq; Com.2.in lib.de fract. (pag.547.53.) εἰώθεις αὐτὸς τὸ φαρμακεύειν οὐκ ἐπὶ πάσης προσφορᾶς φαρμάκου λέγειν, ἀλλ' ἐπὶ τῆς τῶν καθαιρόντων μόνης. Conſueuit ipſe φαρμακεύειν, quod eſt medicari, non de cuiuſuis, ſed de purgantis duntaxat exhibitione efferre. Sic φαρμακοποσίη & φαρμακεία de purgantis medicamenti tantũ potione dicitur Hippocrati, vt ſcribit Gal. Com. ad aph.25.lib.7. φαρμακοποσίας καὶ φαρμακείας ἰδίως εἴωθεν ὁ Ἱπποκράτης ὀνομάζειν, τὰς τῶν καθαιρόντων φαρμακείας μόνον: Medicamenti potiones ac medicationes cooſneuit peculiari nomine vocare Hipp. eas tantùm medicationes quæ per purgantia medicamenta fiunt. Eademq; notione φαρμακοποσίαι ſumuntur aphor.19.libr.4.& φαρμακεύειν in Coac. Præn. (p. 431.13.) & φάρμακον ἄνω καὶ κάτω, medicamentum ſurſum & deorſum purgans ſignificat libr.7.Epid. (p. 354.24.)

Φάρυγξ fauces dicũtur, ſpatium illnd laxius ore aperto conſpicuũ, quod inter laryngem & gulam eſt medium. Gal. Com.3.in Progn. (p. 258.33.) ὅτι φάρυγγα τὴν προειρημένην χώραν τοῦ στομάχου τε καὶ λάρυγγος ὀνομάζει δῆλον ἐπὶ καὶ ἐξ ὧν νῦν ἔγραψεν, ἐκείνας τὰς κυνάγχας δεινοτάτας εἶναι λέγων ὅσαι μήτ' ἐν τῇ φάρυγγι, μήτε κατὰ τὸν αὐχένα διάθεσίν τινα παρὰ φύσιν ἐνδείκνυνται, κατὰ χροίαν τε καὶ θερμότητα, καὶ ὄγκον. αὐχένα μὲν γὰρ τὸν τράχηλον λέγει· φάρυγγα δὲ, τὴν ἐκ τοῦ διανοῖξαι τὸ στόμα καὶ πιέσαι τὴν γλῶτταν κάτω φαινομένην εὐρυχωρίαν, ἐν ᾗ τὰ δύο στόματα ἐστί, τό, τε τοῦ στομάχου, καὶ τὸ τοῦ λάρυγγος. Quòd φάρυγγα, h.e. fauces vocet præiacentẽ gulæ & gutturi regionem, ex iis etiam eſt perſpicuum quæ nunc ſcripſit, illam anginam dicens grauiſſimam, quæ nec in faucibus, neq; in ceruice diſpoſitionẽ vllam prȩter naturã indicet, ſiue ex colore, ſiue ex calore, ſiue ex tumore. αὐχένα ſiquidẽ collum intelligit. φάρυγγα verò amplitudinem illam quæ ore aperto & lingua deorſum compreſſa conſpicitur, in qua duo oſcula viſuntur, tum gulæ, tum gutturis. Rurſus lib.4.de loc.aff. (p.288.2.) φάρυγγα ὀνομάζω τὸ ἔνδον τοῦ στόματος χωρίον, εἰς ὃ ἀνήκει τό τε τοῦ στομάχου καὶ τὸ τοῦ λάρυγγος πέρας. fauces voco internam oris regionẽ, vbi ſimul conneniunt & gulę & gutturis partes extremę. Et Com. ad aph.34.lib.4. φάρυγγα dici Hippocrati, vt & Homero ſcribit, τὴν προκειμένην εὐρυχωρίαν στομάχου καὶ λάρυγγος, illam capacitatem quę gulæ & gutturi præpoſita eſt, quæ ore multũ hiante facilè cernitur. φάρυγγες ſimpliciter Hippocrati perſæpe ponuntur & faucium affectus indicant, velut aph.5.lib.3. φάρυγγες faucium aſperitates indicant, & Gal. τὴν τραχύτητα τῆς φάρυγγος exponit. Celſus cap.1.lib.2. aquilonẽ fauces exaſperare dixit. Et Gal. Com.3.in lib.3.Epid. (p.429.16.) ex aphoriſmis citat, βῆχάς τε καὶ φάρυγγας ὀδυνώδεις τε πλευρῶν καὶ στηθέων γίνεσθαι κατὰ τοὺς βορέους. Sic aph.1.ſect.7.libr.6.Epid. φάρυγγες pro faucium inflammationibus ponuntur. φάρυγγες βήξασι τὸ ὕστερον. faucium quoqne inflammationes tandem tuſſientibus, & φάρυγγες δὲ βραχέαι, ex q; breues erant. Quod paulò antè dixerat τισὶ δὲ φάρυγγες ἐφλεγμήναν. quibuſdam verò faucium inflammationes aderant. Eſt & φάρυγξ ἰσχνὴ Hippocrati, quod dicitur de faucibus, gracilib. & nullo tumore affectis, in Prorrh. (p.194.52.) φάρυγξ ἐπώδυνος ἰσχνή. dolentes fauces graciles, hoc eſt abſq; tumore. Qood repetitur in Coac. Præn. (p. 431.35.) Et in Prorrh. (p.204.21.) τὰ ἐν φάρυγγι ἰσχνῇ ἀλγήματα πνιγώδεα, dolores faucium gracilium ſuffocantes. Quod etiã repetitur in Coac. Præn. (p.431.32.) Et rurſus ibidem (v. 47.) φάρυγγα ἰσχνὴν, vocat, fauces nullo tumore affectas, οἰδήματος μὴ ἐόντος ἐν τῇ φάρυγγι dicitur aph.34. lib.4. φάρυγξ τρηχυνθεῖσα, fauces exaſperatæ in Prorrh. (p.205.48.) & Coac. Prænot. (p. 431.37.) Annotat Sudas & alii Grammatici Gręci φάρυγγα fœminino geocre fauces ſignificare. Ex quo ſanè Gal. Com.3.in Prorrh. (p.204.24.) librũ illum Hippocratis Magni nomine indignum cenſet, eamque lectionem vellicat, quæ ἐν φάρυγγι ἰσχνῷ legit, & Artemidorum & Dioſcoridem Hippocratis explicatores palam φάρυγγι ἰσχνῇ ſcripſiſſe. At φάρυγξ maſcul. genere, aſperæ arteriæ ſummum & laryngẽ ſignificat. & φάρυγξ λάρυγξ expooitur Heſychio. Indifferenter tamen Galeno pro ſummo arteriæ capite aut ipſa arteria vtroque genere vſurpatur, vt ſatis teſtatur Gorrbęus. Qua notione etiam ponitur apud Hippocratem maſcul. genere tantùm, velut libr. περὶ σαρκῶν vulgo inſcripto (pag. 43.27. & 28.) εἶδον δὲ ἤδη οἳ σφάξαντες ἑωυτοὺς, ἀπέταμον τὸν φάρυγγα παντάπασιν, οὗτοι ζῶσι μὲν, φθέγγονται δὲ οὐδὲν, εἰ μή τις συλλάβῃ τὸν φάρυγγα. οὕτω δὲ φθέγγονται. Vidi autem qui ſibi mano illata gutturis ſummum cùm omninò præſecuiſſent, viuebant quidem, vocem autem nullam emittebant, niſi quis arteriæ ſummum conſtrinxiſſet. Tunc enim vocem emittebant. Vbi eadem de re διατετμημένου τοῦ λάρυγγος, hoc eſt ſummo gutture præſecto, ponitur. Rurſus lib. περὶ καρδίης (pag. 55.v.2.) πίνει δὲ καὶ ἐς φάρυγγα. bibit autem & in guttur aut arteriæ ſummum. Ibi enim potionis partem in pulmones deferri ſignificat, quam opinionem ex Hippocrate Plato hauſiſſe videtur. Qua de re plura Gal. cap. vlt. lib.8. de plac. Hipp. & Plat. & Plotarch. in Sympoſ. & Aulus Gellius cap.11. lib.17. Et lib. περὶ γυν. φύσ. p.(216.26.) καὶ ὁ φάρυγξ ξηρὸς, & guttur ſiccum. Qood libr.2. περὶ γυν. (p.283.3.) eadem iore, καὶ ὁ φάρυγξ αὖος ſcribitur. In Epiſtola Democriti de Natura hominis (p.535.33.) φάρυγξ maſc. geoere gulam & œſophagum ſignificat, non ſecus ac apud Ariſt. Eth.3. de Philoxeno τὸν φάρυγγα γεράνου, hoc eſt, gruis gulam aut œſophagum ſibi optante. De quo tamen γεράνου τὴν φάρυγγα dixit Athenæus lib.1. (p.3.40.)

Φάψ ἡ φάσσα palumbus dicitur, vnde φασσοφόνος accipitris genus quod palumbos ioterficit, palumbarium vertit Gaza apud Ariſt.lib.1. περὶ χυμῶν.(p. 237.18.) κρεῶν δὲ φάσσῃ, ex carnibus autem palumbo (vtatur) Et rurſus ibidem (pagina ducenteſima trigeſima oona, verſiculo trigeſimo quinto) κρέας φάσσης, palumbi caro. Rurſus lib.3. περὶ διαίτης (pag. 705.27.) φάβας, περιστερᾶς.

Φαῦλος, vilis, leuis, facilis, oon arduus aor exquiſitus, ſimplex, nullius momeori aut negorii. φαυλοτέρη ἡ κατάτασις, leuis extenſio & facilis, hoc eſt, nullius negocii, libr. de fract. (pag. 531.30.) vbi Galenus ſcribit φαῦλον antiquis nnon ſnlùm vitinſum aut prauum denotare, ſed etiã τὸ ἁπλοῦν, qund eſt ſimplex. Et φαυλοτέρως κατάτασιν exponit ἁπλουστέρως καὶ οὐ μεγάλης πραγματείας, hoc eſt, ſimplicem & quæ minimo negocio fieret, leuem ſcilicet & facilem. Ac rurſus ibidem Gal. (p. 538.2.) φαῦλον antiquis dictum ſcribit οὐ τὸ πονηρὸν καὶ ἁπλοῦν, & τῷ ἀκριβεῖ oppnni, hoc eſt exquiſito. Sic φαύλην δίαιταν, volgarem & ſimplicem victus ratinoem dici, quę τῇ ἀκριβεῖ & exquiſitæ npponitur. Sic ὑποφαύλην δίαιταν ibidem eſſe Hippncrati ſubuulgarem & mediam ioter exquiſitam & ſimplicem, μετρίαν exponit Gal. id eſt medincrẽ, quæ ptiſſana, beta, malua, atriplice, blito, cucurbita, nec non piſcibus mnlli carne præditis cnnſtat, necnoo obſoniis liquidis, eſtq́; ſubexilis victus & ptope vulgaris, neq; validæ materię. Idem Com.3. in libr. de fract. (p. 572. 43.) φαύλην δίαιταν eam eſſe ſcribit quæ τῇ ἀκριβεῖ opponatur, & Com.3. io lib. de art. (p. 613. 57.) vbi τὴν ἐπιτυχοῦσαν eandẽ expnnit. hoc eſt, vulgarem, ſimplicem & quamlibet, quemadmndum quoqoe ſumitur lib. de rat. vict. io morb. ac. (pag. 58. 32.) Eſt etiam φαυλότης inſcitia, ruſticitas, ineptia, imperitia, libr. de art. (p. 658.44.) καὶ ἤδη μέν τινας εἶδον, οἵτινες ὑπὸ φαυλότητος. Nonnullos ſanè vidi qui nb ineptiam. Sic φαυλότεροι apud Thocyd. οἱ ἀμαθέστεροι exponuntur. φαύλως ἔχειν eſt aduerſa eſſe valetudine, ſeu valetudine ambigua vti, oeutro eſſe ſtatu, medioque inter ſanum & ægrum, aph. 32. lib. 2.

Φαύσιγγες ſunt Galeno in Exegeſi apud Hippocratem κυκλίσκοι ἐν ταῖς κνήμαις ἐπιγινόμενοι κύκλοι ἐρυθροί. καταχρηστικῶς δὲ καὶ οἱ λοιποί. Propriè quidem in tibiis rubri ab igne ſurgentes circuli, & per abuſiooem reliqui. maculas ab igne in tibiis excitatas alii eſſe ſcribunt, & σπίλοι pro κύκλοι legunt. φαύσιγγες exponuntur Heſychio, αἱ ἐν ταῖς πτέρναις γινόμεναι ῥαγάδες. ἔνιοι τὰς ἀπὸ τοῦ πυρὸς ἐν ταῖς κνήμαις καὶ τοῖς σκέλεσι γινομένας φλυκταίνας. δηλοῖ δὲ καὶ αὐγὰς καὶ ἀκτῖνας. ἄλλοι δὲ αἱμοῤῥοΐδας καὶ φλυκταίνας καὶ λαμπηδόνας. φαυσίγγαι tamen vitioſè apud Heſychium legitur, vt & φαύσιγγες apud Pollucem.

¶ Φίκλη, vnx Latioa à Græcis vſurpata pro vini fœce, quam τρύγα vocant, ſed fœcem vſtam intelligunt, quam fœculam vncant, fœclam Cælius Aurelianus capit. 1. libr. 2. Tard. Paſſ. Apud Galenum libr. 1. κατὰ γέν. (pag. 170. verſic. 11.) ex Critone, τρυγὸς οἴνου κεκαυμένης ἣν ῥωμαῖοι φίκλην καλοῦσι. fœcis vini vſtæ, quam Latini fœculam vocant. Et rurſus (verſic. 20.) φίκλης λίτρας μίας. Eſt igitur corrupta vox ex fœcula, & pro φίκλῃ τρύγα Paulo dicitur cap. 13. libr. 7. & explicatur, ἥτις ἐστὶ τρὺξ οἴνου κεκαυμένη. Vritur etiam libr. 3. cap. 18. vbi φίκλαιος vitioſè pro φίκλης legitur, & cap. 29. & lib. 4. cap. 34.

Φέρβεσθαι conſumere, exedere, depaſci ſignificat, eaque notiooe vtitur Hippocrates aph. 5. ſect. 5. libr. 6. Epidemior. καὶ ἡ ψυχὴ τὸ σῶμα φέρβεται. tum etiam animus ipſe corpus depaſcitur. Quem locum procul omni dubio mihi videtur ſubindicare Galenus in Exeg. φέρβεται expooens βιβρώσκει, κατεσθίει. exedit, conſumit. Eſt aliôqui φέρβεσθαι, ali, nutriri & paſci, & de brutis dicitur propriè. In Epiſt. Hipp. ad Damagetum (pagina quingenteſima trigeſima prima, verſiculo decimntertio) ἀλλ' ἀγαθοῖσιν ἕκαστος τουτέων ἐλπίσι φέρβεται. at eorum quiſque bona ſpe alitur. φέρβειν, τρέφειν, βόσκειν, exponit Heſychius, & φέρβεται τρέφεται, & φερβόμενος τρεφόμενος.

Φέρεσθαι demitti, deorſum ferri dicitur, & aluo attribuitur quæ effunditur, in Coac. Præn. (pagina 429. verſic. 44.) κοιλίαι τῇσι ποτίκοισι ταχὺ φέρονται, iis alous citò demittitur, effunditur. Vbi tamen ex recondirinribus membranis κάτω φέρονται legimus. Rurſus ibidem (pag. 44n. verſic. 38.) κοιλίαι φερόμεναι, alui ſubeuntes. φέρεσθαι etiam de vlceribus impuris & ſordidis effertur, in quibus ſordes demittuotur & feruntur, libri primi περὶ γυναικ. (pag. 259. verſic. 30.) ὅταν δὲ ἀκάθαρτα ᾖ καὶ φέρηται. Vbi impura fueriot ac ſordes feruotur, hnc eſt demittuntur & effluuot. Sic φέρειν demittere ac deducere ſignificat (ibidem pag. 262. verſic. 32.) καὶ λοχεῖα φέρει. puerperii purgameota demittit, deducit, dettahit.

¶ Φηγὸς ἡ, tam arborem fagum, quam fructum & glandẽ fageam ſignificat. (Sic eoim glandem fageam dicit Plinius cap. 5. & 6. lib. 16) Pro glande vſurpatur apud Hipp. lib. 1. περὶ γυν. (p. 238. 6.) ἢ φηγὸν τρίβουσα προσδιδόναι. aut glandem fageam tritam apponito. φηγὸς Heſychio ἡ δρῦς exponit. δρυὸς verò oomine antiquis arbnr omnis glandifera accipitur.

Φήρεα vox eſt apud Hippocrat. inter obſcuras repnſita, & nblongas glanduloſorum corpnrum, quæ circa aures ſunt, eminentias ſignificant, à Satyrorum ſimilitudioe, qoos Iones φηρέας vocant. Vſurpatur hæc vox aphor. 10. ſect. 3. lib. 6. Epid. τὸ ψυχρὸν συστρεπτικόν ὡς τὰ φήρεα. frigidum humorum collectiones facit, qualia ſunt φήρεα, hoc eſt, oblongæ circa aures eminentiæ à Satyrorum ſimilitudine φήρεα dictæ. Sic enim illîc exponitur Galeno. καὶ ἔστι τὸ ψυχρὸν συστρεπτικὸν ἐν ἴσῳ τῷ συναγωγόν. ὥστε οὖν ἐργάζεται καὶ τοὺς ἐν τοῖς παρωτίσι μορίοις ὄγκους, ὡς κατά γε τὸ νῦν, τὰ τε χαγγλία καλούμενα, καὶ τινας ἄλλας τοῖς, τοὺς μὲν σχημα-

προμηκεστέρας, τὰς δὲ στρογγυλωτέρας. καί μοι δοκεῖ τὰς προμηκεστέρας ὀνομάζειν φήρεα, τὰς δὲ στρογγυλωτέρας γογγρώνας, φήρεα μὲν εἰπὼν, τὰ τὴν ἐμφέρειαν ἔχοντα φηρῶν. οὕτω γὰρ ὀνομάζουσιν ἔνιοι τῶν ἰώνων σατύρους, ὡς γράφουσί τε καὶ πλάττουσι προμήκεις ἐξοχὰς ἔχοντας παρὰ τοῖς ὠσί. frigidum nunc dicit συστρεπτικὸν, hoc eſt, collectiones humorū faciens, quod æquè valet ac τὸ συναπτικὸν, quod eſt coaleſcere faciens. Sic igitur & in partibus neruoſis tumores facit, atque in neruis, tum ganglia dicta, tum alias quaſdam tenſiones, has quidem oblongiores, alias verò rotundiores. Ac mihi videtur oblongiores vocaſſe φήρεα, rotundiores verò γογγρώνας. φήρεα quidem inquiens, quæ φηρῶν ſimilitudinē habent. Sic n. Ionum quidā Satyros vocant, quos oblongas circa aures eminentias habentes, tum pingūt, tum fingunt. Et rurſus paulò pòſt. ἡ μὲν τοίγε φήρεα λέγοντος πρὸς ὅτι αὐτὸς ἤκουσα, καθ' ὅ τι τῶν ἐθνῶν, οὔτε τινὸς ἀκηκοέναι ὑπολαμβάνω. καὶ οἱ μὲν τῶν ἐξηγητῶν φασι τὸν Ἱπποκράτην φήρεα καλεῖν, τὰ ἐν Φηραῖς τῆς Πελοποννήσου πλεονάζοντα. τινὲς δὲ διὰ τοῦ ε τὴν πρώτην συλλαβὴν γράφοντες ἅμα τῷ φ. δηλονότι, φέρεά φασιν αὐτὸν ὀνομάζειν τὰ ἐν Φεραῖς τῆς Θετταλίας πλεονάκις γινόμενα. τὸ μέντοι τὰς προμήκεις ἐξοχὰς ὀνομάζειν φήρεα, μαρτυρεῖν ἔοικε καὶ τὸ γεγραμμένον ἐν τῷ τῶν ἐπιδημιῶν ἑβδόμῳ κατὰ λέξιν οὕτως. ἐπεδήμησαν βῆχες, μάλιστα δὲ παιδίοις τὰ περὶ τὰ ὦτα πολλοῖσιν οἷα τοῖς σατύροις. φήρεα autem qui diceret, neque ex natione vlla aliquem audiui, neque quenquam audiuiſſe crediderim. Quanquam Interpretes quidam dicunt Hippocratem φήρεα vocare, quæ Pheris Peloponneſi oppido abundant. Quidam verò per ε & φ primam ſyllabam ſcribentes, φέρεα ab ipſo dici exiſtimant, quæ Pheris Theſſaliæ oppido ſæpius fiunt. Quòd verò φήρεα vocet oblongas eminentias, id teſtimonio eſſe videtur quod ſeptimo de Morbis vulgaribus his verbis ſcriptum eſt. Populariter graſſabantur tuſſes, præcipuè verò pueris multis qualia circa aures Satyris oborta ſunt. Idem verò Galen. in Exeg. hunc eundem locum exprimens, ſcribit: φήρεα αἱ προμήκεις ὑπὸ τὰ ὦτα ἀδενώδεις ἐξοχαί, οἵας καὶ οἱ σάτυροι ἔχουσιν. ἔνιοι δὲ καὶ φῆρες ἢ θῆρες καλοῦνται ἵνα ᾖ τὰ φήρεα ἀττικῶς εἰρημένον. φήρεα ſunt prominentes glanduloſorum corporum, quæ circa aures ſunt, eminentiæ, quales in Satyris ineſſe dicuntur. Quidam verò etiam φῆρες & θῆρες vocantur, vt ſit, velut φήρεα Atticè dictum. Etſi ea extrema verba mihi non parum ſuſpecta ſunt. Quæ tamen mihi innuere velle videntur, φῆρες dici Atticè pro θῆρες, quemadmodum φλᾶν pro θλᾶν, & φλάσαι pro θλάσαι Attici dicunt, etſi id Æolibus magis proprium eſſe traditur. Sunt tamen qui pro φήρεα ἀττικῶς, φήρεα κτηνικῶς legendum putent, vt hæc dictio formam κτηνῶν ὁμοίας habere dicatur. Qua notione mihi poſſe ſumi φηρία videntur, pro θηρεία, vt in omnibus manu ſcriptis & publicatis codicibus legitur. Quo nomine ferina dici poſſunt & tubercula oblonga intelligi, quæ in ferarum coriis, veluti bubalis, vris, aut Elephantis viſuntur. At longè alia eſt huius dictionis apud Erotianum explicatio quam adſcribit his verbis: τὰ φηρία, οἱ μὲν συνεστραμμένους ἀναγινώσκοντες, ῥίζας φασὶν εἶναι πυκναστικάς· οἱ δὲ ἐξέτεινον τὸ ἔσχατον στοιχεῖον, ἵνα ᾖ ὄνομα αἰολικὸν τοῦ τεθηριῶσθαι. ἰδίως δὲ τὰ φήρεα λέγει, αὐτὶ τοῦ φάρεα, ἅπερ εἰσὶν ἱμάτια. Quibus in verbis fidem & integritatem requiro, neque his ſine melioris exemplaris ope mederi poſſe confido.

¶ Φθέγγεσθαι eſt loqui & ad loquelam redire, de voce explicata & libera dicitur, quæ antea præpedita fuerat, & τῷ ἀφώνῳ opponitur apud Hippocratem in Coac. Prænot. (pag. 426. verſic. 15.) & aphoriſm. 5. lib. 5. & φθέγξις idem quod ἡ φωνὴ λελυμένη, vox ſoluta & libera. Ac quemadmodum ἀφωνία apud Hippocr. motus & ſenſus priuationem indicat, ita & φθέγξις motus & ſenſus redditam facultatem, voce reſtituta ſignificat. Quod in conuulſionis aut Epilepſiæ ſolutione ſcribitur lib. 2. Epid. (pag. 318. verſ. 9) τῆς φωνῆς λυομένης πάντα λύεται. ἡ γὰρ λύσις τῇ φθέγξει ἔοικεν. Voce ſoluta & libera reddita, omnia ſoluuntur. Ipſa enim ſolutio vocis liberæ emiſſioni prope reſpondet. φθεγγώδης διάθεσις dici videtur affectio magni nominis, & quæ multorum ſermonibus illuſtris & clara eſt ob ægrotantis dignitatem, qualis eſt principum & opulentorum, quorum vel leuiſſimę affectiones ob nominis ſplendorem grauiſſimæ videntur. Poteſt & intelligi φθεγγώδης διάθεσις periculoſus affectus & magni momenti ob vehementiam, cum multo clamore & eiulatu ac dolore. ἐν παραγγελίαις (p. 18. 9.) πρὸς γὰρ θεραπείην οὐ γίνονται, σκοποῦντες διάθεσιν φθεγγώδεα. Neque enim ad curationē accedūt, vbi vident miſerabilem eſſe affectionem & clamoribus aut eiulatu plenā, hoc eſt difficilem & periculoſam. Sic enim accepiſſe videtur Cornarius, niſi ſi φθονώδεα pro φθεγγώδεα legit. Zuinggerus verò φθεγγώδεα διάθεσιν exponit affectionem magni nominis & celebritatis, vt in ſplendida aut illuſtri perſona: Aut quæ Medici improbitate & calliditate, tanquam pernicioſiſſima multis verbis exaggeratur. Atque hunc locum ſic legit, πρὸς γὰρ θεραπείην ἤδη γίνονται, σκοποῦντες διάθεσιν φθεγγώδεα. Qui quidem ad curationem accedunt, affectionem magni nominis captantes. Quam certè lectionem ex Caluo hauſiſſe videtur. Verùm pro φθεγγώδεα φλεβώδεα idem legiſſe videtur.

Φθινώδεες αἱ νοῦσοι, morbi tabifici dicuntur, qui tabem ex fluxione à capite in pulmones excitant, libro περὶ ἀδένων (pag. 58. verſic. 12.) φθινώδεες etiam ξηραὶ ſunt tabes ſiccæ, quæ fiunt ex roſo aut humoribus in pulmonibus concretis aut induratis. Quibus videntur opponi φθινώδεες, qui ex ſuppuratiōe aut pure in pulmonibus ac thorace collecto tabeſcūt, lib. περὶ ὀστέων φύσ. (p. 61. 44.) Sic enim φθινώδεες dicuntur Hipp. aut φθίνοντες, qui ad

tabem ex pulmonis vlcere promptè ſunt comparati, aut qui ex vlcere pulmonis contabeſcunt, velut aph.64.libr.5.& 8.libr.4. vbi ſcribit Gal. ἀκουστέον δὲ φθινώδεας, ἤτοι τοὺς φθίσει τῇ νόσῳ ἑαλωκότας, ἢ τοὺς ἐπιτηδείως ἔχοντας πρὸς τὴν φθίσιν. φθινώδεις inaudiendi ſunt, aut qui tabe correpti ſunt, aut qui ad eā proni ſunt. De quibus agitur ſect.1.lib.1.Epid. ampliſſimè, & à Galeno ibidem ſic explicantur (p.353.55.) φθινώδεις ὀνομάζουσιν οἱ παλαιοὶ τῶν ἰατρῶν, ὅσοι καὶ φθινώδη νόσον, ἣν καὶ φθόην τινὲς ὀνομάζουσιν, ἐπιτήδειοι παθεῖν. τοιοῦτοι δ' ὑπάρχουσι φανερώτατοι, ὅταν ὁ θώραξ στενὸς καὶ ἀβαθὴς εἰς τοσοῦτον, ὡς τὰς ὠμοπλάτας ἐξέχειν ὀπίσω δίκην πτερύγων. ὅθεν δὲ καὶ πτερυγώδεις ὀνομάζουσι τοὺς τοιούτους. ἀλλὰ καὶ ὅσοι τὴν κεφαλὴν εὐπλήρωτοί τε εἰσι, καὶ ῥεύματα πολλὰ τοῖς ἀναπνευστικοῖς μορίοις ἐπιπέμπουσαν ἔχουσι, καὶ οὗτοι φθινώδεις ῥᾳδίως γίνονται. συνελθόντων δ' εἰς ταὐτὸν ἀμφοῖν τῆς τε κατὰ τὸν θώρακα διαπλάσεως, καὶ τῆς κατὰ τὴν κεφαλὴν ἀσθενείας, ἀκριβῶς αἱ τοιαῦται φύσεις φθινώδεις εἰσὶ κατ' ἀμφοτέρας τῆς φύσεως τὰς αἰτίας. καὶ γὰρ οἱ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς εἰς τὸν πνεύμονα ῥευματιζόμενοι τῷ χρόνῳ φθινώδεις γίνονται, καὶ ἀναρρήγνυται πολλάκις αὐτοῖς ἀγγεῖον ἐν τῷ πνεύμονι, διά τε τὴν στενότητα τοῦ σπλάγχνου, καὶ τὴν ἀσθένειαν. τοιοῦτοι μέν τινες οἱ φθινώδεις. φθινώδεις hoc eſt tabidos appellant veteres Medici, qui in tabidum morbum, quem etiam φθόην quidam vocant, ſunt proni. Tales autem ſunt vel manifeſtiſſimè qui adeò ſunt anguſto thorace & reſtricto, vt iis alarum inſtar, ſcoptula operta à tergo promineant, vnde etiam hos πτερυγώδεις, hoc eſt alatos, vocant. Quinetiam quibus caput facilè impletur, & fluxiones multas in reſpirationi dicatas partes tranſmittit, hi facilè tabeſcunt. Quòd ſi hæc ambo in vnum coeant, tum thoracis conformatio, tum capitis imbecillitas, eiuſmodi quidem naturæ prorſus tabi ſunt obnoxiæ ambabus naturæ de cauſis. Nam & ii quibus ex capite fluxiones ad pulmonem demittuntur, temporis diuturnitate tabidi exiſtunt, ſæpiuſq; illis vas in pulmone rumpitur, ob viſceris tum anguſtiam tum imbecillitatem. Atque huiuſmodi quidam ſunt tabidi. Eaque notione φθινώδεις ſumitur Prorrh.2.(p.413.49.) & ſect.1. lib.1. Epid. atq; aliàs ſæpe. Sunt & φθινώδεις Hippocrati tabidi, quomodolibet cōſumpti & emaciati abſq; vllo pulmonis vitio, velut lib.1.Epid. (pag.360.30.) accipiuntur. ἐν οἷσι δὲ ἐπεφαίνετο πάντα τὰ ὑπογεγραμμένα μετὰ πόνου, φθινώδεες μὲν ἤδη ἦσαν φθινοπώρου καὶ ὑπὸ χειμῶνα. In quibus autem de ſcripta omnia cum dolore apparebant, tabidi quidem iam autumno & ſub hyemem fiunt. Vbi ſcribit Galenus, φθινώδεας δὲ τίνας εἴρηκεν οὐ πάνυ σαφές ἐστιν. εἰώθει γὰρ τοὺς ὁπωσδήποτε ἰσχνομένους τὸ σῶμα καὶ φθινοῦντας οὕτως ὀνομάζειν, οὐ μόνον τοὺς διὰ τὴν τοῦ πνεύμονος ἕλκωσιν ὅλον τὸ σῶμα τηκομένους. εἰκὸς δὲ καὶ νῦν ὑπ' αὐτοῦ λελέχθαι φθινώδεις, τοὺς ὁπωσδήποτε τὸ σῶμα λεπτυνομένους, μηδενός γε προειρημένου περὶ τῶν κατὰ τὸν πνεύμονα νοσημάτων. οὔτε γὰρ αἱμάτων ἀναγωγὴν ἐξ αὐτῶν γεγονέναι προεῖπεν, οὔτε περιπνευμονίας, οὔτε ῥεῦμα κατασκῆψαι τῷ σπλάγχνῳ τούτῳ, πῶς ἂν εἰκότως δόξειε φθινώδεις λέγειν γεγονέναι τοὺς τότε κάμνοντας, ἐπὶ τῇ κακώσει τοῦ πνεύμονος. Quoſnam verò φθινώδεας, hoc eſt, tabidos dicat, non valde apertum eſt. Conſueuit ſiquidem quomodolibet corpore extenuatos & cōſumptos ita appellare, non ſolùm eos qui ex pulmonis vlcere toto corpore colliqueſcunt. Vero autem eſt ſimile nunc ab eo φθινώδεις dici quomodolibet corpore extenuatos, nullo quippe pulmonis affectu præfato. Neq; enim ſanguinis reiectationē in ipſis extitiſſe prius dixit, neque pulmonis inflammationem, neque in hoc viſcus fluxionem decubuiſſe, vt iure exiſtimes tabidos ab eo dictos qui tunc ægrotarent ex pulmonis vitio. Quo ſenſu φθίνει apud Hippocratem in Exeg. exponit Gal. συντήκεται, ἰσχναίνεται, μειοῦται, ἀτροφεῖ. colliqueſcit, extennatur, imminuitur, cibum non ſentit. Quod certe mihi referri videtur ad id quod ſcribitur lib. de Locis in homine (pag.69.43.) τοῖσι γὰρ αὐτοῖσιν ὅ τε σπλὴν θάλλει καὶ τὸ σῶμα φθίνει. Ex iiſdem nanque & ſplen augeſcit, & corpus colliqueſcit, aut conſumitur & cōtabeſcit. Etſi eadem etiam notione ſumi videtur lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.194.31.) & lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (p.7.39.) vbi φθίνει καὶ συντήκεται ſimul iungitur. Vtranque verò huius dictionis notionem φθίνειν tribuit Gal. Com. ad aph.10.lib.3. πότερον δὲ τοὺς φθόην νοσοῦντας μόνους ὀνομάζει φθίνοντας, οἷς ἥλκωται δηλονότι ὁ πνεύμων, ἢ πάντας τοὺς ὁπωσοῦν συντηκομένους, οὐχ οἷόν τε ἀμφιβάλλειν. Num verò φθίνοντας hoc eſt tabidos, eos ſolos appellet qui phthoë laborant, quibus nempe vlceratus pulmo eſt, an omnes quacunque occaſione colliqueſcentes & conſumptos, coniicere non poſſumus. φθινώδεες τῶν μακρῶν, qui ex longis morbis aut diu trahentibus contabeſcunt, aut qui iam diu ex longis interuallis tabitudinem contraxerunt, in Coac. Prænot. (p.432.26. & 48.) quemadmodū φθινικοὶ τῶν μακρῶν dicuntur ibidem (p.437.44) φθινώδεες ἕξιες, habitus ad tabem à natura comparati, vt qui anguſto ſunt thorace, & quibus ad pulmones à capite fluxio defertur, in Coac. Præn. (p.437.42.) & aph.13.lib.3.& 8.lib.4.

φθινῶδες apud Hippocratem interdum φθίσιν ipſam indicat, interdum etiam natiuam ad tabem propenſionem & aptitudinem, velut ægr.6.lib.3.Epid. ἦν δέ τι καὶ ξυγγενικὸν φθινῶδες. Erat autem congenita quædam ad tabem propenſio. Sic enim ex Galeno libr.2. περὶ δυσπν. hunc locum expoſuimus noſtris in eum Annotat. At lib.1.Epid. (p.353.54.) τοιούτοισιν ἔῤῥεπεν ἡ φύσις ἐπὶ τὸ φθινῶδες. iis natura erat ad tabem promptè comparata. Et rurſus ibidem (p.354.34.) μέγιστον γὰρ καὶ μάλιστα τῶν τότε γενομένων νοσημάτων τοὺς πολλοὺς τὸ φθινῶδες ἔκτεινε. Solus nanque & eorum qui tunc viguerunt morborum maximus, multos tabes ipſa peremit. Et libr.3. Epid. in ſt. peſt. (p.428.47.) μέγιστον δὲ καὶ χαλεπώτατον καὶ πλείστους ἔκτεινε τὸ φθινῶδες. Maximè autem & grauiſſimè afflixit tabes, plurimoſque interemit.

φθίσις autē quæ tabes dicitur, eſt totius corporis extenuatio & conſumptio ex pulmonis vlcere inſanabili. Quod ſcribit Gal. Cō. ad aph.16.lib.7 ἣν ἰδίως ὀνομάζουσιν οἱ Ἕλληνες καὶ μάλιστ' αὐτῶν οἱ Ἀθηναῖοι φθόην, ταύτην νῦν ὁ Ἱπποκράτης ὠνόμασε φθίσιν, ἐπὶ πνεύμονος ἑλκώσει ἀνιάτως γεγενημένης ἅπαντος τοῦ σώματος ἰσχναινομένης μετὰ πυρετοῦ λεπτοῦ. Quam propriè Græci præſertimque Athenienſes phthoen appellant, hanc nunc Hip. φθίσιν, hoc eſt tabem nominauit, ex pulmonis vlceratione inſanabili ortam totius corporis extenuationē, cum febre parua. Et Com. ad aph.11.lib.5. τὰς ἐπὶ πνεύμονι ἑλκώδεις διαθέσεις ὀνομάζει νῦν φθίσεις. Pulmonis affectiones cū vlcere tabes nunc nominat Hip. τῶν φθινόντων duæ magnæ conſtituuntur differentiæ Galeno Com. 1. in lib. 1. Epid. (p.353.46.) μία μὲν ἐκ τῆς ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ῥευματικῆς συνισταμένη. ἑτέρα δὲ, ἡ ἐκ τῶν κατ' αὐτὸν τὸν πνεύμονα παθῶν ὁρμωμένη, τὸ πλεῖστον μὲν ἐπὶ τῇ τοῦ αἵματος πτύσει, μάλισθ' ὅταν ἀγγεῖον ῥαγῇ, πολλάκις δὲ καὶ ῥευματισθέντος τοῦ σπλάγχνου, διά τινα δήλην αἰτίαν ἐκ μορίων ἑτέρων, οὐκ ἐκ τῆς κεφαλῆς. Vna quidem quæ ex capitis defluxionib. contrahitur, altera, quę ex ipſius pulmonis affectibus inducitur, omninò quidem ex cruentis ſputis, præcipuè vbi vas ruptum fuerit, plærūq; verò fluxione affecto viſcere ob aliam quandā cauſam ex reliquis partibus, non ex capite. Authori defin. Med. (pag.398.13.) φθίσις ἐστὶν ἕλκωσις τοῦ πνεύμονος, ἢ θώρακος, ἢ φάρυγγος, ὥστε βῆχα παρακολουθεῖν, καὶ πυρετοὺς βληχροὺς, καὶ συντήκεσθαι τὸ σῶμα, tabes eſt pulmonis vlceratio, aut thoracis, aut faucium, adeò vt tuſſis conſequatur, & febres languidę, & corpus colliquetur. Et, φθίσις μὲν γάρ ἐστιν ἡ λεγομένη κοινῶς παντὸς σώματος μείωσίς τε καὶ σύντηξις, tabes enim communiter vocatur omnis corporis diminutio & colliquatio. Et, φθόη δὲ ἰδίως ἐφ' ἕλκει σύντηξίς τε καὶ μείωσις τοῦ σώματος. εἴρηται δὲ φθίσις ἀπὸ τοῦ φθίνειν, ὅπερ ἐστὶ μειοῦσθαι. Quam verò φθόην propriè vocant, eſt imminutio & colliquatio corporis cum vlcere. φθίσις autem nomen habet ἀπὸ τοῦ φθίνειν, quod eſt minui aut cōſumi. Sic enim τὰ φθίνοντα ζῷα conſumptas animantes, ex Plat. Timæo vertit Cic. lib. de Vniuerſitate. Eadem φθινὰς νόσος καλουμένη dicitur Prorrh. 2. Hippocrati (p.424.28.) & inter maximè lethales morbos recenſetur. Eiuſmodi verò φθίσις ex pulmonis vitio & in thoracem à capite fluxione multis locis celebratur Hippocrati libris de Morbis, & libr. de loc. in homine (pag.66 & 68.) & libello περὶ ἀδένων (p.58.) Et cùm φθίσις apud Hippocr. quamlibet corporis extenuationem aut colliquationem ſignificet, ex quacunque corporis parte tabis initium ducitur, ea inde denominationem accipit, velut φθίσις ἰσχιαδική, tabes coxaria, cùm ex abſceſſu aut fluxione in coxendicem, coxa emaciatur & gracileſcit, craſſa materia plurima refertis venis, quę alimentum ad crus transferre nequeunt, in Coac. Prænot. (p.428.1.) & lib. 1. de loc. in homine adumbrata & libello περὶ ἀδένων, & ab authore Iſagoges ad Hippocratem relata (p.382.46.) Eſt & φθίσις ἀλαία, quā τυφλὴν καὶ ἀόρατον, tabem cœcam & inconſpicuam exponit Gal. in Exeg. ex lib. de loc. in hom. cùm in ſpinam aut medullam ſpinalē fluxio decumbit, vt ſcripſimus antea. φθίσις quoq; νωτιὰς celebratur lib. 2. de Morb. (p.152.20.) tabes dorſalis, ἣν ὄπισθεν φθίσιν vocat lib. de loc. in hom. Lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p.196.33.) φθίσις νεφρῖτις, quæ ex renum vlcere ortum ducit, atq; ib. (p.196.) tres φθίσεων ſpecies. Quæ certè omnes tabis ſpecies lib. de loc. in homine & libello περὶ ἀδένων ab Hip. adūbrantur. φθόη etiam deſcribitur libr. 2. de Morb. (p.151.39.) φθίσις ἕξιος totius habitus, tabes dicitur, marcor ac corruptio, cùm ex malo habitu & cacochymia totum corpus cōtabeſcit, & altera eſt tabis ſpecies Celſo. φθίσις quoq; pupillæ affectus eſt eiusq; imminutio, Paulo cap.22.lib.3. Et authori definit. Med. (p.400.3.) φθίσις ἐστὶ μείωσις τῆς κόρης μετὰ ἀμαυρώσεως, tabes eſt pupillæ diminutio, cum obſcuritate. Et in Iſag. (p.387.13.) φθίσις λέγεται συνιζανούσης τῆς κόρης ὡς κεντήματι ἐοικέναι καὶ ἀμαυροτέρας καὶ ῥυσοτέρας γενομένης, ἢ ἐξ ἀσθενείας ἐπικινδύνου ἢ κεφαλαλγίας ἐπιτεταμένης, tabes dicitur, cùm pupilla arctè coit, vt ſtimulo aſſimilis fiat, tum hebetior, tū rugoſior, aut ex imbecillitate periculoſa, aut ex vehementis capitis dolore. Sic φθινώδεις ὀφθαλμίαι, lippitudines quæ oculorum tabem aut extenuationem afferūt, conſumpto eorum humore, qd̄ per imoderatas ſiccitates cōtingit, aph.16. li.3.

φθορὰ idem quod ἀποφθορὰ ſignificat, nēpe abortionem, abortum, imperfecti fœtus eiectionem, vt ſcribit Gal. initio Com.1. in lib. 6. Epid. Verùm ἀποφθορᾶς dictione ſæpiùs vtitur Hip. φθείρεσθαι etiam quod eſt corrumpi, viribus eſſe afflictis aut frangi ſignificat, & pro extenuari, tabeſcere aut concidere ſumitur. Velut lib.7. Epid. (p.359.8.) ἐφθάρη τὸ σῶμα ὑπὸ πλήθους, corpus egeſtionis copia corruptum eſt, fractum & conſumptum, h.e. alui profluuio vires corporis fractę ſunt & afflictæ. φθορὰ duplex eſt Gal. ſtatim initio li. de Marcore, vna q̄ adhuc fit, altera q̄ iā facta eſt.

φθοῒς Gal. in Exeg. τροχίσκους paſtillos exponit apud Hip. qua dictione vtitur in Nothis quę adiecta ſunt ad lib. 1. περὶ γυν. (p.300.30.44. & 47.) διαπλάσσων φθόϊς, paſtillos formato. Et διαπλάσσειν φθόϊς, & φθόϊς ποιέειν. Verùm paſſim φθοῒς ſcribitur noſtris in exemplaribus. φθοῒς Heſychio πλακοῦς exponitur. Vnde φθοῒς per contractionem placentæ genus apud Ariſtoph. in Pluto (p.36) vbi Schol. φθοῒς φθοΐδες, ex Callimacho exponit, εἶδος πλακοῦντος, πέμματος. Sed illic vitiosè φθοΐας ſcribitur. φθοΐδες, autem vſurpantur apud Hip. & idem quod φθοῒς, h.e. placentæ genus aut trochiſcos ſignificant, lib. 2 περὶ γυναικ. (p.289.37 & 38.) φθοΐδας πλασσόμενον, & φθοΐδας ποιεῖν, formaris inde placentulis, paſtillis aut trochiſcis, & placentulas aut paſtillos cōficito. φθοΐσκοι ēt dicuntur Hippocrati lib. 1. περὶ γυν. (p.246.25.) ποιέειν φθοΐσκους ὅσον δραχμιαίους, paſtillos aut placētulas drachmæ pōdere efformato.

Et rurſus ib.(p.254.22.) πλάκας φθοΐσκους ὅσον δραχμιαίους. Et lib.2.(p.289.12.) φθοΐσκους πλακίδας ὅσον δραχμιαίους. Quas dictiones Erot. apud Hipp. agnoſcit, φθοΐσκους ἢ φθοῖς ſcribens placentæ genus eſſe quoddã quo vtebãtur in ſacrificiis, dictionẽq; Atticã eſſe añotat.

¶ Φιαρὴν Gal. in Exeg. exponit λαμπρὰν ὑπὸ ὑγρότητος, quod eſt, ſplendidam præ humiditate. Heſychius φιαρὸν, λαμπρὸν, καθαρὸν, ſplendidum, purum, vnde φιαρώσω λαμπρύνω, luceo aut ſplendeo. φιαρὸν quod eſt ſplendorem quendam aqueum habens, παρὰ τὸ φάος deduci volunt, φαρὸς, deinde mutato α in ι, & tranſpoſitione literarum.

Φιβάλεος exponitur Galeno apud Hip. in Exeg. εἶδος συκῆς, fici ſpecies. φιβάλεα εἶδος σύκων Heſychio καὶ ἡ συκῆ. Quidã ficus aridas aut caricas ita dici volunt. Phibaleas ficus celebrat Athenæus li.3.initio. Phibaleos autem Atticæ locus eſt.

Φιλαδυναμωπότατον aut φιλαδυναμώτατον ὕδωρ dicitur li.de rat.vict.in morb.ac.(p.81.54.) aqua q̃ vires maximè frangit & proſternit.

Φιλαλυτὴς qui animo eſſe anxio & perplexo ſolet, qui huc & illuc ſe iactat animi dubius, tumultuatur aut perturbatur, ὅστις ἀλύζειν φιλεῖ. (Eſt autem ἀλύζειν & ἀλύειν ῥιπτάζεσθαι, vt exponit Gal. & ἀπορεῖν.) ἐν παραγγελ. (p. 18.48.) κατηχήσιες ἰδιωτέων φιλαλυτέων, idiotarum animi dubiorum aut perturbatorum inſtructio, cùm medicus idiotas animi dubios & conſternatos ob ſymptomata, voce inſtruit & erigit. Verùm φιλαλυπτέων aut φιλαλύπτων legiſſe videtur Corn. cùm fugitiuos dixit. Cal. φιλαλητῶν aut φιλαγγελέων, qui loquacium vertit.

Φιλεῖ εἴωθεν, quod eſt conſueuit, exponit Erot. apud Hip. Qua notione accipitur q̃d ſcribitur lib.de art.(p.603.9.) φιλέει δὲ ἡ γαστὴρ ὑποχωρέειν τοῖσι χολώδεα. Conſueuit etiam ipſis aluus bilioſa deiicere. Et libr. de rat.vict.in morb.ac.(p.103.51.) φιλέει τῷ τοιούτῳ αἷμα ἐκ ῥινῶν ῥέειν, huic aſſolet ſanguis ex naribus effluere. Et lib.de fiſt. (p.519.3.) φιλέει γὰρ ὡς τὰ πολλὰ οὕτως γίνεσθαι.

Φιλεταίρειος exponitur Gal.in Exeg. ἣν ἀπαρίνην ὀνομάζουσι, quam aparinen nominant, hanc nominis rationẽ ſortita, quòd affricantium laciniis ſua tenaci aſperitate adhæreat & eos complectatur. Eadem notione φιλανθρώπειος βοτάνη Archigeni dicitur apud Gal. lib.2. τῶν κτ᾽ τόπ.(p.183.37.)

Φιλίστιον Gal.in Exeg. idem eſſe quod aparine ac φιλεταίρειος ſcribit. Vtitur Hip. ad vteri ſubdititia medicamenta lib. περὶ γυν. φύσ. (p. 220. 48.) & lib.2. περὶ γυν. (p.287.20.) Philiſtium vertit Cornarius, Lapulam Caluus philiſtionve, quòd aparinen lappam eſſe cum aliis multis exiſtimarit. Eſt aũt officinarũ aſpergula, melius aſperula fortè Gorrhæo dicta.

Φιλόλουτρος, qui balneum affectat eiusq; eſt auidus & amans, lib.de rat.vic.in morb.ac.(p.85.13.) ἢν ὑγιαίνων εἴη φιλόλουτρος ἄγαν, ſi ſanitatis tempore balnei fuerit admodum cupidus. φιλολουτρέοντες etiam ibidem dicuntur (v.59.) qui balneo delectantur.

Φιλοτιμεῦνται dicuntur qui ambitioſè inuident, & qui criminandi vel reprehendendi ſtudio gloriam & honorem aucupãtur. lib. περὶ τέχνης (p.11.9) φιλοτιμουμένων μὲν, οὐδὲν δὲ δυναμένων καλῶς ἀπεργάζεσθαι, qui ambitioſè quidem inuidẽt, propter imperitiam verò meliora præſtare nequeunt, vertit Zuinggerus.

Φιλυπόστροφα, quæ recidiuas aut morborum reuerſiones facere ſolent ac minantur, quomodo febrium reuerſiones dicit M. Tullius lib.3.de nat.deorum. Dictio autem ex media Hip. œconomia ducta eſt, qua vtitur in Prorrh.(p.204.35.) & repetitur Coac. Pr. (p.434.5.)

Φίμωσις capiſtratio dicitur quibuſdã, & eſt meatuum naturalium præcluſio, quę & in palpebris quandoq; cõtingit ob inflammationem, quãdoq; verò in labris, præputio, ano, pudendis mulierum, in vulneribus quoq; & quomodocunq; exulceratis, vt ſcribit Gal. Com.2.in lib. κατ᾽ ἰητρ.(p.688.37.) vbi tamẽ vitioſè χήμωσις pro φίμωσις ſcribitur. φιμὸς dicitur Paulo lib.3.cap.73. & φίμωσις li.6.c.55.

¶ Φλάζουσιν exponit Gal. in Exeg. ἀσαφῶς ἢ ἀδιαρθρώτως φθέγγονται, obſcurè & inarticulatè loquuntur, additq; dictionem eſſe fictitiam. Vide Παφλάζειν antea.

Φλᾶν contundere aut contundendo mollire & conterere ſignificat. Heſychio φλᾶν, θλᾶν, μαλάξαι, πατάξαι exponitur, & φλᾶν, μαλάσσειν πληγαῖς, plagis emollire. Sic apud Hipp. libr. περὶ διαίτης (p.52.1) πώλυπον φλάσας ἐσθιέτω, polypũ contuſum edat, aut conciſum & emollitum, plagis emollitum dixit Corn. ad Heſychii expoſitionem reſpiciẽs. Põt intelligi polypum emollitum & flaccidũ redditum edendum eſſe. φλᾶν n. flaccidum reddere ẽt ſignificat. φλάσας quoq; θλάσας exponit Heſychius, vt φλάσμα θλάσμα dici poſſit. φλᾶται ẽt de oſſe dicitur lib.de cap.vuln.(p.447.47.) quod colliditur, aut medium deſidit, aut deorſum inſedit, vt loquitur Celſus, ac introcedens deprimitur, & de telis q̃ intro os deprimunt, trudunt & ad caput contundunt (v.44.) ἢ φλάσῃ εἴσω ἐς κεφαλήν. φλάσματα quoque colliſa aut contuſa dicũtur pro θλάσματα Ionum lingua, φ pro θ poſito, vt ſcribit Gal. Com.3.in lib. κατ᾽ ἰητρ.(p.698.52.) fiunt autẽ vbi graue aliquid in corpus incidit, quod quaſi carnem abrumpendo collidit.

Φλαῦρον vitioſum ſignificat Hipp. & πανταχοῦ ἐπὶ κακοῦ τάσσεται, vbiq; in malis reponitur, vt ſcribit Erot. Sic lib.de rat.vict.in morb.ac.(p.68.49.) φλαῦρόν τι πρήξειν ἐπίδηλος, vitioſum quiddam facere omninò cõſpicitur. Et rurſus(p.80.26.) ἴστω δ᾽ ὅτι ἢ φλαῦρα ὅτι ἐν τοῖσιν ὀξέσι νούσοισι γίνεται. Interdum etiã hoc in acutis morbis prauum eſt, οὐκ ἀγαθὸν, ibid. exponit Gal. Vt & φλαῦρον σημεῖον prauum ſignum dicitur, aph.52.lib.6. Et aph.29.ſect.2.lib.6. Epid. τὸ φλαῦρον & τὸ χρηστὸν inter ſe opponũtur. Et φλαύρως ἔχειν de his q̃ male habẽt & vitioſè affecti ſunt ponitur, vt aph.16.ſect.1.lib.6. Epid. & lib.1.Epid.(p.373.38.) Eſt & φλαῦρον μέγα, magnum detrimẽtum aut incommo-

dum

dum lib. de fract. (p. 563. 57.) οὐδὲν γὰρ ἂν μέγα φλαῦρον γένοιτο. Nullum enim magnum inde incommodum contingет. Erot. apud Hip. φλαῦρον ξυνιδρῦσθαι, κακῶς ὑγιάζεσθαι, malè ſanatur, exponit. Verùm lib. de fract. (p. 544. 6.) legitur, φλαύρως ξυνιδρῦσθαι τὰ ἄρθρα κωλύεται, articuli mori ægrè conſaneſcere poſſunt.

Φλέβες dicuntur venæ, vaſa in corpore largiorē ſanguinem cōtinentia & deferentia, ex hepate ortum ducentia: quarum originē, progreſſum, & diuiſiones aptiſſimè Gorrhæus exprimit. Hippocrates verò vſitata antiquis notione, φλεβῶν nomine arterias ſæpe comprehendit, vt multis locis teſtatur Gal. præcipuè verò Com. 6. in libr. 6. Epid. (p. 520. 2.) ὁμολογούντων ἁπάντων τῶν ἐξηγησαμένων τὰ Ἱπποκράτεια βιβλία, φλέβας οὐχ ὑπὸ τούτου μόνου, ἀλλὰ καὶ πολλῶν ἄλλων παλαιῶν ὀνομάζεσθαι καὶ τὰς ἀρτηρίας, cùm fateantur omnes qui Hippocratis libros expoſuerunt, venas non ab hoc ſolo, ſed à multis antiquis arterias appellari. Ruſuſque Com. 2. εἰς τὸ κατ' ἰητρεῖον (p. 686. 50.) φλέβας ἀκουόντων ἡμῶν κατὰ τὸ παλαιὸν ἔθος, οὐ μόνον ταύτας τὰς νῦν ὀνομαζομένας, ἀλλὰ καὶ τὰς ἀρτηρίας, venas accipientibus nobis veteri conſuetudine, non tantùm eas quæ nunc ita appellantur, verùm etiam arterias. Idemq; in ino lib. 7. τῶν κατὰ τὸ π. φλεβῶν nomen tam ad eas quæ pulſant, quàm ad eas quæ non pulſant, olim appoſitum fuiſſe ſcribit. Quam etiam opinionem Platoni in Timæo tribuit Gal. lib. 6. de Plac. Hipp. & Plat. cùm venas à corde originē ducere aſſerit. Et lib. de formatione fœtus (p. 216. 53.) ὡς εἴγε παλαιοὶ κοινὸν ὄνομα τὸ τῶν φλεβῶν ἑκατέρῳ τῷ γένει τῶν ἀγγείων ἐπίφερον. Quippe veteres cōmune venarum nomen vtriq; vaſorum generi attribuebant. Et lib. quòd animi mores, &c. (p. 349. 25.) φλέβας μὲν γὰρ καὶ τὰς ἀρτηρίας ἐκάλουν οἱ παλαιοί. Arterias nanq; antiqui venas vocabāt. Sic πνευμάτων ἀπολήψιες ἀνὰ τὰς φλέβας, hoc eſt ſpirituum in venis interceptiones dicūtur Hippocrati lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 94. 28.) Quod περὶ τῶν ἀρτηριῶν dici teſtatur Galenus. φλέβας γὰρ ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τὰς ἀρτηρίας. Venas enim antiqui arterias vocabant. Eaq; notione φλέβες κροτάφων οὐχ ἱδρυμέναι ſcribuntur Hippocrati aph. 11. ſect. 2. lib. 6. Epid. temporum venæ non conſiſtentes, non cōnquieſcentes, ſed plurimùm dilatatæ. Et lib. 4. Epid. (p. 333. 42.) φλέβες κροτάφων, temporum venas ſignificāt, & arteriarum circa tempora tumorem, inflationem & agitationem indicare vidētur, cùm ſtatim συμπτώσιας ſubdat, h. e. venarum contractiones & ſubſidentias. Et lib. 1. περὶ διαίτης (p. 84. 17.) φλέβες κοῖλαι venæ cauæ dicuntur tam venæ quàm arteriæ, per quas ſanguis & ſpiritus fertur. Sic enim ſcribit ignem ad externa excluſum & per reliquum corpus diffuſum, triplices facere circuitus, & quod in eo eſt humidiſſimum, venas cauas propriè dictas efformare, quod verò calidiſſimum ac robuſtiſſimum, & medio circuitui attribuitur, arterias. Sic aph. 2. ſect. 6. lib. 6. Epid. φλέβιον arteriam vocat ſanguine calidiore & halituoſo refertam. Et libr. περὶ ὀστέων φύσ. (p. 63. 10.) φλέβια λεπτὰ vocat arterias illas paruas quibus liē totus intertextus eſt. Ac rurſus ibidem (v. 13.) φλέβες ἀναίμονες dicuntur arteriæ, quæ pulmones ſubeunt. Et Prorrh. 2. (pag. 414. v. 32.) φλέβες de manuum arteriis dicuntur. ἔπειτα τῇσι χερσὶ ψαύσαντα τῆς γαστρός τε καὶ τῶν φλεβῶν, deinde manibus tum ventrem tum venas attrectantem. Quod à Latinis quoque eſt obſeruatum. Sic enim Celſus in Procemio venas ſpiritui accommodatas pro arteriis ponit. Et venas noſtras modò ſubmittere ſe, modò attollere ſcribit. Et M. Tullius lib. 2. de Nat. deor. venas micare dixit. Et, Medici ſigna quædā habent ex venis & ex ſpiritu ægroti, multiſque ex aliis futura præſentiūt. Et Ouid. lib. 6. Metamorph. & venę deſiſtunt poſſe moueri. Et rurſus lib. 10. de eburnea ſtatua Pigmalionis in virginem mutata, ſaliunt tentatæ pollice venæ. Rurſuſque ibid. de Marſya, Trepidæque ſine vlla Pelle micant venæ. At verò interdum Hippocr. σφύζειν verbum addit, eaque dictione arterias ipſas à venis diſtinguit. Velut libr. 2. Epid. (p. 317. 39.) cùm ſcribit: ᾧ ἂν ἡ φλὲψ ἡ ἐν τῷ ἀγκῶνι σφύζῃ. Cui vena in cubiti flexu pulſat. Et lib. 3. de Morb. (p. 158. 35.) καὶ φλέβες τείνονται καὶ σφύζουσι, venæ diſtenduntur & pulſant. Sic lib. περὶ ἱερῆς νόσου (p. 127. 40.) φλέβες αἱ αἱματώδεες, venę ſanguinem deferentes dicuntur, vt ab arteriis diſtinguantur, quę ſpiritum vnà connehūt, & φλέβες ſimpliciter appellātur. Eſt vbi φλεβῶν nomine neruos, ligamenta & tēdines comprehendit Hip. velut lib. περὶ φύσ. παιδίου (p. 33. 26 & 33.) in vnguium generatione.

Φλέβες αἱ εἴσω, venæ interiores dicuntur & de venis brachiorum intelliguntur lib. 2. Epid. (p. 317. 26 & 36) Hac ēt dictione venę ſecūdum rectitudinē & directionē ſignificātur, & venę poplitis, vt aph. 36. lib. 6. & 48. li. 7.

Φλὲψ ἡ μεγάλη, venam magnā, inſignem & quæ multam ſanguinis copiam effundit, ſignificat lib. 2. Epid. (p. 317. 30.) Aliôqui φλὲψ μεγάλη vena caua & hepatitis intelligitur, vt libello περὶ ἀνατομῆς (p. 54. 30.)

Φλεβοδονώδεα vox eſt apud Hipp. peregrina & noua, quæq; obſcuritatem parit, & legitur in Prorrh. (p. 203. 17.) & repetitur in Coac. Pr. (p. 425. 5.) Explicatur autem hæc dictio à Galeno de venis aut arteriis agitatis aut concitatis propter magnum ſanguinis feruorē. Quod fit in magna humorū efferueſcentia, aut inſignibus capitis doloribus, in quib. venæ & arteriæ ad tēpora cū venis ēt iugularib. ſubſiliunt & concutiuntur. Eaq; voce φλέβες δονέμεναι ſignificantur. h. e. venæ agitatæ & motę. Vbi quoſdā et φλεβοδονώδεα legiſſe ſcribit, vt venarum diſtenſionem intelligeretur. Quoſdam quoque φληδονώδεα omni ſemota ambiguitate ſcripſiſſe, ἀπὸ τῶν φληδόνων nomen faciētes, vt φληδονώδεα παραληρούμενα accipiantur, & de ægris delirātibus intelligātur. φληδόνες n. ſunt φλυαρίαι, vt exponit in Ex. nugæ, ineptiæ, delіramēta, & λῆροι

Galeno, & φληδωνώδη, φλύαρα, λῆρώδη exponit Heſychius, & φληδωνᾷ, ἀναισθητεῖ, φλυαρεῖ, vt ſit φληδωνεύειν & φληδωνεύεσθαι nugari & ineptias agere. Verùm apud Gal. vitioſè φλεβοδονώδεα pro φληδονώδεα, & φλεβωδῶνες pro φληδῶνες legitur. Libr. etiam 4. Epid. (pag. 333. 31.) legitur, ὑποχόνδριον ἐντεταμένον ἐρυθρὸν φλεβονώδεα τρόπον. Verùm φλεβοδονώδεα aut φλεβοπαλώδεα, aut φληδονώδεα τρόπον legimus, vt ſint pręcordia diſtenta venarum agitatarum aut diſtentarum in morem: hoc eſt, præcordia intenta & tumida, aut concepto intus calore inflammata, velut ex ſanguinis feruore aut efferueſcentia venæ & arteriæ agitátur, diſtenduntur aut cócutiuntur. φλεγματώδεα tamen exemplaria quædam manu ſcripta legunt, vt & in Coac. Præn. φλεβονώδεα Aſulani codices, vulgata & publicata exemplaria φλεβονώδεα. Quam certè vocem agooſcit Erotianus, ſi modò integra eſt apud eum lectio. φληδονώδη enim pro φλεβονώδη apud eũ ſcribẽdum cenſeo, cùm Prorrhetici locum mihi conceptis ferè verbis exprimere ſua explicatione videatur. φληδονώδη ergo dicuntur Erotiano apud Hippocratem, τὰ μετὰ φλυαρίας ἢ πνευματώδους ταραχῆς ἐκκρινόμενα, quæ cum deliramentis & flatuoſa perturbatione excernuntur. Ambiguam autem & variam vocis ſcriptionem indicat his verbis: ἄλλοι δέ φασι μὴ δεῖν γράφειν φληδονώδη, ἀλλὰ φλεβονώδη, ὡς εἶναι τὰ μετ᾽ ἀλγήματος οἰδήματα. οἱ δὲ τὰ μετὰ σφυγμοῦ, οἱονεὶ φλεβοδονώδη εἶναι, ὁ δ᾽ Ἱπποκράτης μηδ᾽ ὅλως ὀνομάσαντος ἄλγημα. ἔστιν οὖν τὰ ἐν κινήσει καὶ ἐν ταραχῇ ὄντα. φλέβας γὰρ οἱ ἀρχαῖοι καὶ τὰς ἀρτηρίας ἐκάλουν. φησὶ γὰρ αὐτός, τὰ οὖν γινόμενα ῥίγεα, μεθ᾽ ἡμέρην καὶ κατὰ νύκτα ἐπιπαροξυνόμενα. ἀγρυπνίην ποιέει, καὶ τὰς φλέβας δονέει καὶ ταράσσει, καὶ πυκνότερον καὶ σφοδρότερον τὸ κίνημα ποιέει. φλέβας δὲ οὐ τὰς συνήθως λεγομένας, ἀλλὰ τὰς ἀρτηρίας ὀνόμασε. καὶ ὁ Δημόκριτος δὲ φλεβοπαλίαν καλεῖ τὴν τῶν ἀρτηριῶν κίνησιν. Alii verò non φληδονώδη, ſed φλεβοδονώδη ſcribendum dicunt, vt ſint tumores cum dolore, quidam etiam cum pulſatione venarum, velut φλεβοδονώδη, cùm tamen Hippocrates nullo modo dolorẽ nominauerit. Sunt igitur quę in motu & quadam perturbatione verſantur. Venas enim antiqui arterias vocabant. Nam & ipſe dicit: Suborti igitur rigores, interdiu & noctu grauiùs affligentes, inſomniã pariunt, & venas agitãt & perturbant, crebrioremq; & vehementiorem motionem efficiunt. Venas aũt non cõmuniter dictas, verùm arterias vocauit. Et Democritus arteriarum motum φλεβοπαλίαν vocat. Quæ Erotiani verba, quæ vitioſè admodum noſtris in codicibus deſcripta eſſent, integra apponenda fuerunt, ſimulq; vt ea dictione locũ Prorrhetici aut Coac. Pr. ab eo adumbratum quadam veluti ὑπογραφῇ fuiſſe oſtẽderem, etſi φλεβονώδη etiam ex lib. 4. Epid. eũ legiſſe ſuſpicor. φλεβοσφαγίαν etiam aut φλεβοσφαγίαν pro φλεβοπαλίαν ex Democrito leg. exiſtimo, vt venarum agitationem, concuſſionem ac velut quandam fluctuationem hæc dictio indicet. At verò φληδονώδεα quod φλύαρον exponit Gal. in Exeg. h. e. nugatorium, ad Coac. Pr. videtur referẽdum, vt φληδονώδεα παρακρουσ legiſſe videatur Gal. cùm paſſim φλεβοδονώδεα legatur, & ad delirantes ægros conuulſione tentatos referatur. φληδῶνες γὰρ αἱ φλυαρίαι, vt ſcribit Gal. φληδῶνες etiam dicuntur fœtus octimeſtres & trimeſtres, fluxi & paruuli initio, apud Hip. ἐν τῷ περὶ ὀκταμήνου (p. 541. 41.) vbi tamẽ φλοιδῶνες vitioſè legunt exemplaria publicata.

φλεβοτομίαν ſcribit Gal. in Exeg. ſignificare apud Hip. οὐ μόνον τὴν συνήθως λεγομένην, ἀλλὰ καὶ τὴν ὁπωσοῦν διῃρημένων τῶν φλεβῶν κένωσιν τοῦ αἵματος, καὶ τὸ φλεβοτομηθῆναι ὡσαύτως, hoc eſt, non modò conſuetam illam ſcalpello factam, ſed quomodocunq; diuiſis venis ſanguinis euacuationem, eodemq; modo φλεβοτομηθῆναι accipi non tantùm de vena ſecta ſed quouis modo diuiſa, velut extremo lib. 4. Epid. (p. 334. 41.) φλεβοτομηθέντι tam de vena ſecta quàm aliàs ex tuſſi diuiſa aut rupta in teſtiũ tumoribus dicitur. Alioqui φλεβοτομίαι dicuntur quas φλεβῶν τομὰς communiter vocat Hip. in his quæ adiecta ſunt ad lib. περὶ φύσ. ἀνθρώπου. Vbi ſcribit Gal. ὅτι μὲν τὰς τομὰς ἁπάσας τῶν φλεβῶν αἷς ἐν συνήθει χειρουργίᾳ φλεβοτομίας ὀνομάζομεν, ὀρθῶς ἤκουσαν οἱ ἐξηγηταί. Venarum ſectiones quas compoſita voce φλεβοτομίας dicimus, eum dixiſſe rectè interpretes intellexerunt. Eſt & φλεβοτομεῖν apud Hipp. in venas diuidere & ſecare, vt libr. περὶ ὀστέων φύσ. (p. 63. 4.) καὶ τὰς τε παραφυάδας ἐπεφλεβοτόμησε, & propagines in multas venas tranſmiſit, hoc eſt, in multas venas diuiſit aut deduxit, quaſi venas fecit. Sic enim Erotianus ἐπεφλεβοτόμησε ex Bacchio ſumendum ſcribit, ὅτι διεῖλεν εἰς πλείους τόπους τὰς φλέβας, καὶ διεμέρισεν, quòd multis locis venas diuiſit ac diſtribuit, illum Hipp. locum procul omni dubio exprimens. Eſt & φλεβοῤῥαγία Hippocrati venarum ruptio lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 109. 7.) vbi Gal. φλεβοῤῥαγίαν μὲν λέγει τὴν ῥῆξιν τῶν φλεβῶν.

φλέγμα pituita dicitur, eſtque omnis humor in corpore frigidus ſimul & humidus, vt ſcribit Gal. cap. 6. lib. 2. de diff. feb. (p. 332. 36.) ὅς γὰρ ἂν ὑγρὸς ἅμα καὶ ψυχρὸς ᾖ χυμός, ὑπὸ τὴν τοῦ φλέγματος ἀνάγεται προσηγορίαν, εἴ τις Ἱπποκρατείως τε καὶ συνήθως ἅπασιν, οὐ μόνον τοῖς παλαιοῖς, ἀλλὰ ἤδη καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν, ὀνομάζειν ἐθέλοι. Quiſquis enim humor humidus ſimul ac frigidus fuerit, ſub ipſam pituitæ appellationem ducitur, ſi quis Hippocraticè & ex omnium conſuetudine, non ſolùm veterum, ſed etiam aliorũ Græcorum nominare voluerit. Ruſuſq; paulò pòſt: ὅστις ἂν ἐν τῷ σώματι χυμὸς ὑγρὸς ᾖ καὶ ψυχρός, ἡμεῖς μὲν τοῦτο ὀνομάζομεν φλέγμα, σὺ δὲ εἰ βούλει καλεῖν σκινδαψόν. Quiſquis in corpore humor fuerit frigidus & humidus, nos quidẽ eum pituitam nominamus, tu verò ſi voles appellabis ſcindapſum. Huius conſtituuntur quatuor ſpecies, pituita vitrea, dulcis, acida & ſalſa. Quæ ad tres reducuntur cap. 6. libr. 2. de diff. feb. lib. verò de plenitudine (p. 351. 56.) quinque eius ponit ſpecies. Eaque notione

φλεγμα-

φλεγματοῦσθαι dicitur Hippocrati quod eſt in pituitam tranſire lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 81. 28.) τὰ μὲν γὰρ πικρὰ διαλύεται, καὶ ἐκφλεγματοῦται μεταπειθόμενα ὑπ' αὐτοῦ. de aceto loquēs, amaram bilem & flauam ab eo in pituitam tranſire, hoc eſt, refrigerari, temperari, dilui, & læuitiam remittere. Neque enim in pituitam verti poteſt, ſed quòd ab aceti refrigeratione qualitatum intenſionem remittit. φλέγμα verò apud Hippocr. (vt ſcribit Gal. in Exeg.) οὐ μόνον τὸν χυμὸν τὸν λευκὸν καὶ ψυχρὸν, ἀλλὰ καὶ τὴν φλόγωσιν δηλοῖ. non ſolum hunc humorem album & frigidum, verumetiam inflammationem ac ardorem indicat. Sic φλέγμα in Progn. (pagina 150. 32.) igneum præter naturam calorem ac inflammationem ſignificat, cùm ſcribit οἷσιν αὖ περὶ τὰ ὑποχόνδρια τὸ φλέγμα τις ἐγγένηται. quos circa præcordia inflammatio fatigat. Vbi Gal. φλέγμα exponit θερμασίαν τινὰ ἐπιφανῆ, euidentémque quendam calorem. οὐ γὰρ δή που χυμόν γε τὸν φλεγματικὸν ὑγιεινὸν χρὴ νοεῖν ὑπ' αὐτοῦ λέγεσθαι κατὰ τὴν λέξιν ἐν ᾗ φησιν, οἷς δ' αὖ κατὰ τὰ ὑποχόνδρια τὸ φλέγμα τι ἐγγένηται. πολλοὶ γὰρ ἄμεινον ἀκούειν ἐπὶ τῆς παρὰ φύσιν θερμασίας τῆς φλογώδους εἰρῆσθαι τὸ φλέγμα. Non enim exiſtimare oportet humorem pituitoſum ab eo nunc dici in ea oratione [quos circa præcordia inflammatio fatigat] Præſtat nanque φλέγμα de igneo præter naturam calore intelligere. Sic etiam lib. 7. Epid. (pag. 365. 9.) φλέγμα φλόγωσιν indicat καὶ τὸ φλέγμα κατεῖχεν, & inflammatio detinebat, aut igneus calor, in eo qui ex pleuritide ſuppuratus fuit. Rurſus lib. 2. de Morb. (pag. 146. 11.) ἢν δὲ ἔξω τράπηται τὸ φλέγμα, vbi foras inflammatio vertatur. Et (v. 20.) ἢν δὲ ἐς τὰ στήθεα τράπηται ἢ ἐς τὸν τράχηλον τὸ φλέγμα. Si verò inflammatio in pectus aut collum vertatur. Et rurſus (p. 147. 12.) ἢν δὲ φλέγμα στῇ ἐς τὴν ὑπερῴην. ſi inflammatio ad palatum colligatur. Et lib. περὶ παθῶν (pagina 183. 19.) περὶ τὸ ἔντερον ἵσταται φλέγμα, circa inteſtinum ardor colligitur, aut inflammatio. (φλέγμα enim φλεγμασίην illîc indicare videtur.) Et lib. de vlceribus (pagina 512. 37.) καὶ ὅσοισιν ἕλκεσι καὶ φλέγμασιν ὅσοισιν ἐν τοῖσιν ἄρθροισι. Vbi vlcere & inflammatione articuli tentantur. Lib. de fiſtulis (pagina 518. 32.) καὶ ὑπὸ τοῦ φλέγματος δοκέῃ ἐξιέναι ἡ ἕδρη. & præ inflammatione anus procidere videatur. Ex eaque notione pendet quód φλέγμα pro humore retorrido & ad inflammationem accommodato ſumitur apud Hippocratē lib. περὶ φύσ. παιδίου (pagina 34. 8) in caluitii cauſis. εὐνοῦχοι δὲ φαλακροὶ γίνονται, ὅσοι δὴ φλεγματώδεές εἰσι. καὶ ἐν τῇ κεφαλῇ αὐτέων ἅμα τῷ λαγνεύειν κλονέομενον καὶ θερμαινόμενον τὸ φλέγμα, προσπῖπτον πρὸς τὴν ἐπιδερμίδα, καίει τὰς τῶν τριχῶν τὰς ῥίζας, καὶ ἐκρέουσιν αἱ τρίχες. At qui caluescunt phlegmate magis abūdāt, quod in coitu in eorum capite agitatum & incaleſcens, in cuticulam illapſum, pilorum radices exurit, ita vt pili effluant. Illîc enim φλεγματώδεες dici videntur calidiore temperamēto præditi, & qui phlegmate humore calido & retorrido abundant. Idem de eunuchis paulò poſt (v. 12.) οὐδὲ θερμαινόμενον τὸ φλέγμα ἐν τῷ λαγνεύειν καίει τῶν τριχῶν τὰς ῥίζας. neque in coitu incaleſcens phlegma, pilorum radices exurit. Sic φλεγματώδεα dicuntur incendioſa, inflammata, quæ incendium aut feruorem conceperunt, in Coac. Prænot. (pagina 425. 4.) Et φλεγματώδεα ἕλκεα, inflammata vlcera, & quæ igneum habent calorem lib. de aëre, loc. & aq. (pagina 453. 15.) vbi tamen pituitoſa vlcera, verrunt interpretes. φλεγματῶδες tamen quod pituitam ducit & ciet indicat lib. 2. περὶ διαίτης (pagina 95. 25.) ὕσσωπος θερμὸν καὶ φλεγματῶδες. Hyſſopum calfacit & pituitam ciet. Vbi in quodam exemplari Regio manu ſcripto ex Scholio quodam adſcribitur in margine, φλεγματώδεα ἄγει, quæ illius vocis [φλεγματῶδες] explicatio quædam eſſe videtur. Inde quoque φλεγμασίη apud Hippocr. inflammationem & feruorem, aut etiam febrile incendium ſignificat, velut lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. ſexageſima prima verſ. quinquageſimo quarto.) οὐδ' αὖ τι περὶ καιρὸν. οὐδὲ τὰς σφοδροτάτας κενεαγγείας ποιέειν, ἔτι ἀκμαζόντων τῶν νοσημάτων καὶ ἐν φλεγμασίῃ ἐόντων προσφέρειν. Non igitur intempeſtiuas neque vehementiſſimas vaſorum inanitiones facere licet, neq; morbis in vigore & feruore conſiſtentibus, cibos exhibere. Quem locum mihi ſubindicare & explicare videtur Galen. Comment. ad aph. 7. lib. 1. φλεγμασίας οὖν ἤτοι τὰς ἰδίως ὀνομαζομένας φλεγμονὰς ἐθέλει τις ἀκούειν, ἤτοι συμπεριλαμβάνειν αὐταῖς καὶ τοὺς πυρετοὺς, κατὰ τὸ παλαιὸν ἔθος τῆς λέξεως. Siue quis phlegmaſias propriè dictas inflāmationes intelligere velit, ſiue etiam libeat febres vnà complecti, ex antiquo & vſitato vocis ſignificato. Sic initio lib. 3. de Morb. (pagina centeſima quinquageſima octaua, verſ. trigeſimo ſecūdo.) φλεγμασίη inflammationem indicat & φλόγωσιν. ἢν ὁ ἐγκέφαλος οἰδέῃ ὑπὸ φλεγμασίης. Vbi cerebrū ex inflammatione intumuerit. Et, ἵνα αἱ ἡ φλεγμασίη, quâ parte inflammatio conſtiterit. Aliôqui φλεγματῶδες οὖρον, pituitoſam vrinam & craſſo frigidoque humore refertam indicat, lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 197. 3.) φλεγμαίνειν etiam διαπυρεῖν, καὶ φλογοῦν, καὶ πυροῦν, quod eſt, incendi, peruri, igniri, exponit Gal. Com. 1. in Progn. (p. 130. 55.) Vbi τὰ φλεγμαίνοντα ὑποχόνδρια inflammatione vexata præcordia dicuntur. Nam & communi ſignificato φλεγμαίνοντα τὰ ὑποχόνδρια, τὰ φλογώδη καὶ θερμὰ, hoc eſt, flammea & calida, aut inflammatione tentata denotantur, vt ſcribit Gal. Com. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 93. 9.) Et ſi illîc φλεγμαίνοντα τὰ εἰς ὄγκον ἠρμένα, in tumorem ſublata & tumida ſignificant, velut etiam φλεγμαίνειν apud Hippocr. intumeſcere & in molem creſcere indicat, quòd quæ inflammantur, tumidiora redduntur, increſcunt quodammodo ac ſuſtolluntur. Sic lib. de Loc. in homine (pagina 67. 15.) φλεγμαίνειν ποιέει. eſt tumidius reddere & humore abundare. ἢν δὲ αἱ αἰδοῖοι λίθοι ὑπερέχωσι, φάρμακον ἐγχεῖν ὅ, τι πλεῖστον ἄγει δάκρυον μᾶλλον, καὶ τὸ ἄλλο σῶμα ὑγρὰ ὄντα καὶ φλεγμαίνειν ποιέοντα, ὡς ὑγρότεροι οἱ ὀφθαλμοὶ γίνωνται.

Quòd ſi ſubtercurrunt lapilli, medicamentum quod plurimam lachrymam ciear illinendum, reliquumque corpus humectandum & tumidum faciendum, vt humidiores oculi reddantur. Et rurſus ibidem (p. 70.25.) δῆλον ὅτι οὐ διὰ τὸ φλεγμαίνειν πυρετὸς ἔχει. manifeſtum quòd non propter corporis tumorem febris occupet. Rurſusque ibidem καὶ ἢν μὴ παύηται, τρίβειν καὶ φλεγμαίνειν ποιεῖν. ac ſi non ceſſet, atterere & tumidum reddere oportet. Et (v. 13.) πυρετοὶ δ' ἀπὸ τοῦδε γίνονται, ὅταν τὸ σώματος ὑπερφλεγμαίνοντος αἱ σάρκες ἀνοιδέωσιν. Inde autem oriuntur febres cum corpore ſuperinflammato aut tumidiore reddito, carnes in tumorem creuerint. Sic ea tota Commentatione de Locis in homine ſæpe caro φλεγμαίνειν dicitur, & ὑπερφλεγμαίνουσα (pag. 66.5.) quæ in tumorem attollitur, aut impletur tum ſuccis, tum alimentis. Et paulò poſt (v. 11.) μάλιστα δ' ὅταν λίην ὑπερφλεγμήνῃ διὰ τοῦδε ῥεῖ. αἱ σάρκες λίην ἐμπλεῖαι γενόμεναι, ὅτι οὐ μὴ δύνωνται χωρέειν, ῥεῖ τὸ ὑγρὸν τὸ μὴ δυνάμενον χωρέεσθαι. Præcipuè verò ex nimia ſuperinflammatione ob eam cauſam fluxio fit. Carnes admodum repletæ, cùm tantam copiam capere non valeant, humor effluit qui contineri non poteſt. Vbi ſuperinflammationem tumorem ex repletione vocat, cui paulò poſt ἰσχνότητα opponit (v. 14.) & σῶμα αὐτὸ καὶ ὁ σπασμὸς (v. 16.) Rurſusque (p. 71.) ἰσχναίνειν & φλεγμαίνειν, hoc eſt, gracilitatem & tumorem inducere inter ſe opponuntur. Et (v. 39.) τὰ φάρμακα ὅσα φλεγμαίνειν μάλιστα ποιεῖ, & τὰ διισχναίνοντα, hoc eſt, medicamenta quę maximè tumorem inferre ſolent & extenuare. Vbi etiam φλεγμαίνειν dici colliges quæ corpus implent ac nutriunt, corpusque turgidum reddunt. Et (p. 72.18.) φλεγμήνῃ τὸ σῶμα, corpus repletum & intumeſcens ſignificat. Et (v. 24.) τὰ φλεγματώδεα καὶ ἰσχναντήρια inter ſe opponuntur, vt & φλεγμαίνειν καὶ ἰσχναίνειν (v. 25.26. & 28.) & φλεγματῶδες medicamentum tumefaciens & replens dicitur, velut τῶν ἰσχναντικῶν, hoc eſt, gracilitatis & extenuationis remedium. Vt (v. 38.) φλέγμανσιν corporis tumefactionem ac repletionem indicat. Et (v. 40.) τὸ φλεγμαίνειν itidem repletionem. & τὰ φλεγμαίνειν ποιοῦντα περιαιρήματα, oblata quæ corpus tumefaciunt & replent. Et (p. 73.14.) φλεγματῶδες σιτίον cibus tumefaciens & replens. Et τὰ φλεγμαίνειν ποιοῦντα, τὰ φλεγματώδεα, & τὸ φλεγμαῖνον, de iis quæ replere nata ſunt, dicuntur (v. 19. 20. & 34. 35. & 39.) Et ex eadem analogia σιτία τὰ φλεγματωδέστατα ſunt cibi maximè nutrientes & replentes, quique corpus implent & in tumorem augent, quo fluxionum meatus ſublatis vaporibus in anteriore capitis parte quàm maximè diſtentur (ibidem pag. 69.29.) Vt mihi parum aptè quàm pituitoſiſſimi cibi dici videantur, ſed qui, mole quantumuis exigua, plurimùm implent ac nutriunt, & in tumorem augent. Sic rurſus (v. 48) in hydropis curatione σιτία τὰ φλεγματωδέστατα exhibet, quò corpus cibis plurimùm nutrientibus optimè corroboretur.

Φλεγματίαι ſunt apud Hippocr. pituitoſi & qui bilioſis opponuntur, lib. de aëre, locis & aq. (p. 80. 40.) & (p. 452. 8. & 58. & p. 453. 6.) qui φλεγματώδεις dicuntur (p. 75. 37.) Et lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 61. 22.) φλεγματίας τὰ ἄνω, partibus ſuperioribus pituita abundantes. Aliòqui φλεγματίαι ſunt lib. 7. Epid. (p. 353. 49.) qui pituita alba affecti ſunt quique Leucophlegmatia laborant. Sic enim Leucophlegmatia hydropis ſpecies φλέγμα λευκὸν vocatur lib. de aëre, loc. & aq. (pagina 454. 22.)

Φλεγμονὴ inflammationem ſignificat, & antiquis omnem igneum ardorem indicabat, ſiue cum tumore, ſiue citra eum contingeret φλόγωσιν dicebant. At poſt Eraſiſtrati tempora hoc nomen propriè ſignificauit omnem tumorem præter naturam calidum & incenſum, cui præterea dolor, rubor, pulſus & renixus coniunctus eſt, vt multis locis indicat Gal. Com. 3. in lib. de fract. (pag. 561. 57.) προσλαβὼν δὲ σφυγμὸν ὁ τοιοῦτος ὄγκος καὶ θερμασίαν πυρώδη, τὴν ὀνομαζομένην πρότερον ἰδίως ἀποτελεῖ φλεγμονήν. πάλαι γὰρ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ τὴν φλόγωσιν ἅπασαν ὠνόμαζον φλεγμονήν, ὡς πολλάκις ἡμῖν δέδεικται. ἀλλ' ἀπό γε τῶν Ἐρασιστράτου χρόνων, εἴθισται τὸ τῆς φλεγμονῆς ὄνομα λέγεσθαι κατὰ τῶν ὄγκων ἐκείνων, ἐν οἷς οὐ μόνον ἡ θερμασία φλογώδης, ἀλλὰ καὶ ἀντιτυπία, καὶ σφυγμός. ἐξ ἀνάγκης δ' αὐτοῖς ἕπεται καὶ τὸ καλούμενον ἔρευθος. ἐκ μὲν γὰρ τῆς πλείονος θερμασίας τὴν χρόαν ἀναγκαῖον λαμβάνειν. ἡ δ' ἀντιτυπία καὶ ὁ σφυγμὸς, ἐκ τῆς πληρώσεως. Cùm verò ad eiuſmodi tumorem pulſatio & calor igneus acceſſit, non multò antea propriè appellatam φλεγμονὴν inducit. Antiquitus enim non ſic, verùm omnem igneum calorem φλεγμονὴν nominabant, vt ſæpe à nobis eſt demonſtratum. At poſt Eraſiſtrati tempora, φλεγμονῆς nomen dici conſueuit de tumoribus illis, in quibus non tantummodo calor incenſus & flammeus, verumetiam renixus & pulſus exiſtit, quibus etiam neceſſariò rubor conſequitur. Ex multo enim calore hic neceſſariò ortũ ducit, velut renixus & pulſus ex repletione. Idem Comment. 4. in lib. 6. Epid. (pagina 491. 40.) μεμνῆσθαι δὲ χρὴ καὶ τὰς φλογώσεις ἁπάσας ὀνομάζειν φλεγμονάς, κἂν χωρὶς ὄγκου παρὰ φύσιν ὦσιν. οἵ γε μὴν μετ' αὐτὸν, ἐπὶ τὸ τῆς φλεγμονῆς ὄνομα κατὰ τῶν παρὰ φύσιν ὄγκων ἐπιφέρουσιν, ἐπειδὰν μετὰ φλογώσεώς τε καὶ ἀντιτυπίας, καὶ σφυγμώδους ὀδύνης συνίστωνται. Neque nos latet, quòd φλεγμονὰς vocat omnes flammeos calores, etiam ſi abſque tumore præter naturam fuerint. Poſt verò Hippocratis tempora φλεγμονῆς nomen tumoribus præter naturam attribuunt, quoties vnà cum flammea caliditate & renitentia pulſanteq; dolore conſtiterint. Com. etiam 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (pagina 93. 9.) ſcribit veteres φλεγμονὰς nomen ad omnes calidos & igneos affectus retuliſſe. ἅπαντες δὲ οἱ νεώτεροι τῶν ἰατρῶν, καθ' ἑνὸς εἴδους τῶν φλεγμαινόντων σωμάτων ἐπιφέρουσι τὸ πάλαι ἁπάντων κοινὸν ὄνομα, καὶ καλοῦσιν οὕτως μόνον ἐκεῖνον τὸν ὄγκον ὃς ἀντίτυπός τε καὶ ὀδυνηρός ἐστι, μετὰ θερμασίας πολλῆς. At recentiores omnes Medici, vbi

inflamma-

inflammatorum corporum ſpeciei vetus omnium commune nomen attribuunt, eoq́; ſolo nomine vocant tumorem, qui cum dolore & multa caliditate renitentiam habet. Idem in Progn. φλεγμονὴν apud Hippocr. φλόγωσιν exponit (p.129.19.) ſcribitq́ue, τὰς φλογώσεις οὐδέποτε ὀνομάζειν φλεγμονάς. Eſt enim (vt ibidem ſcribit (pag. 131. 3.) ἰδίως ὀνομαζομένη φλεγμονὴ ὄγκος ὀδυνηρός, propriè vocata phlegmone tumor dolens, ſoletq́ue eam Hippocrat. οἴδημα σκληρὸν καὶ ἐπώδυνον compoſita dictione nominare (vt ibidem ſcribit p. 131.40.) τὸ γὰρ τῆς φλεγμονῆς ὄνομα κατὰ τῆς φλογώσεως ἔλεγεν. Phlegmones enim nomen de flammea caliditate efferebat. Et (p. 132.47.) ὅσοις μὲν οὖν ἐπώδυνά τε ἐστι καὶ πλατέα καὶ μεγάλα, σημαίνει κίνδυνον διὰ τάχους ὀλέθρου τινὸς. Quicunque igitur tumores dolorem inferunt cum duritie & magnitudine, intra breue tempus mortem adfore indicant. Sic veſicæ inflammationem ſignificat cùm ſcribit ibidem (p. 152. 20.) κύστις δὲ σκληρά τε καὶ ἐπώδυνος. Vbi etiam ſcribit Gal. εἴρηται μοι πολλάκις ὡς τὸ τῆς φλεγμονῆς ὄνομα κατὰ τῆς φλογώσεως ὁ Ἱπποκράτης ἐπιφέρει λέγων δηλαδὴ, ἣν ὁ Ἐρασίστρατός τε καὶ οἱ μετ᾽ αὐτὸν ὀνομάζουσι μιᾷ προσηγορίᾳ φλεγμονήν. Sæpius à me iam dictum eſt quòd Hippocrates phlegmones nomen pro flammea caliditate vſurpat, ſermone ſignificans eam quam Eraſiſtratus & qui eum ſecuti ſunt vna appellatione plegmonen appellant. Rurſus Com. ad aph. 65. lib. 5. καὶ μέν τοι καὶ αὐτὸ τοῦτο τοὔνομα τῆς φλεγμονῆς, ἀπὸ τῆς φλογώσεως μᾶλλον οἱ παλαιοὶ ταύτης ἔλεγον, ἢ καὶ χωρὶς ὄγκου συνίστατο. Quanquam ipſum phlegmones nomen veteres omnes de phlogoſi, hoc eſt, flammeo calore dicebant, etiamſi ſine tumore conſiſteret. Idem quoq; Com. 3. in lib. κατ᾽ ἰητρεῖον (p.699.3.) φλεγμονὰς Hippocratem φλογώσεις vocare ſcribit, indeq́ue nomen eſſe calidis tumoribus accommodatum. Quod etiam innuit Com. ad aph. 40. lib. 6. vbi φλεγμονὴν φλόγωσιν denotat, & omnes calidos & dolorem inferentes cum feruore tumores indicat, adeoq́ue in ſe eryſipelata, herpetas & carbunculus complectitur. Quod item ſcribit Gal. lib. 2. de Loc. aff. (pag. 260. 35.) Lib. quoque 2. de diff. ſpir. (p. 182. 7.) φλεγμονὴν durum, calidum & dolentem tumorem ſignificare teſtatur quem veteres φλόγωσιν vocauerunt. Et rurſus lib. 3. (p. 191. 13.) φλεγμονὴ dicta eſt Hippocrati & veteribus, cæterisq́; etiam ante Eraſiſtratum, omnis inflammatio præter naturam, quæ φλόγωσις Græcè dicitur. φλεγμονὴ verò propriè omnis calidus, durus, dolens & renitens tumor dicitur, vt idem ſcribit Lib. de Sectis ad eos qui introd. (p. 15. 10. & 20.) At lib. de Tumor. præter nat. (p. 353. 39.) φλεγμονῆς nomen Græcis efferri ſolet, κατὰ τὸν ὄγκον μείζονα μορίων σαρκωδῶν, ἅμα τάσει καὶ ἀντιτυπίᾳ, καὶ ὀδύνῃ σφυγματώδει, καὶ θερμῷ, καὶ μετ᾽ ἐρυθήματος. de maiore tumore in partibus carnoſis, cum tenſione renitentibus, & cum pulſu, dolore, calore & rubore. φλεγμονὴ ὑποπλάτυρος exponitur ab Erotiano apud Hippocrat. ἡ χωρὶς συντάσεως γινομένη, inflammatio quæ fit abſque tenſione. Quod legitur ægr. 12. lib. 1. Epid. φλεγμονὴ ὑποπλάτυρος ἐς τὰ ἔσω μέρεος, inflammatio ſubinanis ad interna vergebat. Significat enim inflammationem leuem fuiſſe & ſubmollem minimeq́ue renitentem & durum, velut ſæpe ξυνδέσεις ὑποπλάτυρος Hippocrati dicitur, vt antea ſcripſimus.

Φλεγυρὸν πυρῶδες, τὸ δὲ φλέγον, ignitum, velut quod ardet aut incenſum eſt, exponit Galen. apud Hippocr. ἀπὸ τοῦ φλέγειν dici videtur. φλέγομαι, καίομαι, λαμπρύνομαι exponit Heſych. & φλέγυες βλέπουσι. Eidem φλεγυρὰ λαμπρὰ & ἰσχυρὰ, & φλεγυροῦ βλαβεροῦ exponitur.

Φλέω exponitur Galeno apud Hippocr. in Exeg. φλογμῶδές τε καὶ πυρῶδες φυτὸν, ὅπερ καὶ πλεκόμενον περιτίθεται τοῖς ἐλαιηροῖς κεραμίοις. verbaſco ſimilis & papyracea quædam planta, quæ etiam oleariis vaſis circumponitur. Vbi certe ſcriptio valde mihi ſuſpecta eſt & φλέος aut φλόμος pro φλέω forte legendum videtur, & φλομῶδες pro φλογμῶδες. Eſt enim φλόμος idē quod φλόμος verbaſcum & planta quædam folia habens craſſa, pinguia & lanuginoſa, quæ & φλόμος & θρυαλλὶς dicitur, quibuſdam Lucernaria. Et ſi coniectura valet, exiſtimo locum ſubindicari à Gal. lib. περὶ τῶν αὐτῶς παθῶν (p. 204. 37.) καὶ ἐν τῇ κεφαλῇ ὑπὸ ταῖς θριξὶν οἷον φλοῦς ὑπεστι. Et in capite ſub pilis velut cortex ſubeſt. Sic enim ſcribitur, vt φλοῦς idem quod φλόος aut φλοιὸς ſignificet, hoc eſt, corticem aut cutem deſquamatam, velut de ſerpentis exuuio dicitur. Vnde ſquamulas dixit Caluus. Et φλοῦς Heſychio φλοιὸς, λεπύχανον & λεπυρὸν exponitur. Verùm ex Galeni lectione φλέος aut φλόμος ſcribendum videtur, vt indicetur in capite ſub pilis lanuginem quandam craſſam & albam, qualis in verbaſco videtur, ſubeſſe, quæ cutis deſquamationi aut ſquamulis ſimilis eſt. φλόος etiam dici poteſt, cùm ſint φλοιώδεις Heſychio λεπίδες.

Φλεδόνες exponitur apud Gal. in Exeg. φλυαροῦντες, nugans, quæ nugas agit, vt & φλεδονώδεις φλύαροι, nugatores. Et Heſychius φλεδονᾷ, φλυαρεῖ, μωρολογεῖ exponit, nugatur, ſtultè loquitur. Eidem quoque φλέδωνες, μωρολόγοι, vt & φλέδωνος, φλύαρος, λῆρος, μωρολόγος, & φλεδοναφοῦντα φλυαροῦντα. Scribitur etiam φλεδόνες apud Gal. in quibuſdam exemplaribus.

Φλιαὶ dicuntur Hippocrati poſtes aſellorum, ligna axes vtrinque firmantia & continentia, aut firmamenta quæ ſucculas vtrinque diſpeſcunt & continent, τὰ διαλαμβάνοντα τοὺς ἄξονας στηρίγματα exponit Gal. Com. 4. in lib. de art. (pag. 656. 5.) φλιαὶ Gal. in Exeg. vocum Hippocr. exponit ξύλα ὀρθὰ κατὰ τὸ πλευρὸν πεπηγότα, καθάπερ αἱ τῶν θυρῶν φλιαί. ligna recta ex oppoſito infixa, velut ianuarum poſtes. Sic enim legendum videtur. Varinus autem φλιαὶ τοῖς ἐν ξύλοις ὀρθοῖς ἐμπεπηγμένας, καθάπερ καὶ αἱ τῶν θυρῶν φλιαί, legiſſe videtur apud Gal. quam etiam lectionem ex veteribus membranis agnoſcit Henricus Steph. ſed vitiosè αἱ τῶν θυρῶν φλίβες legitur. Verùm hac ſcriptura non poſtes ipſi ex vtroque latere appoſiti ſignificantur, ſed quæ poſtibus ligna infiguntur,

velut ſcalæ gradus tranſuerſarii, & in ianuis limes ac veſtibulum. Sic enim φλιὰ Varino dicitur τὸ πλάγιον τῆς θύρας, αἱ παραστάδες, ἐν ᾧ ἐπικαθίζει τις καὶ ἐπερείδεται. ianuæ tranſuerſum limen, aut poſtes, idque cui quis inſidet & innititur: Cùm tamē potiùs poſtes vtrinq; oppoſiti, q limen firmant, dicantur, antes Latinis vocantur, oſtiorum latera & antepagmenta Vitruuio. Sic Heſychius φλιαὶ τῆς θύρας παραστάδες exponit. Cæteris quoque Grammaticis φλιὰ ianuæ limen ſignificat, & Homeri Scholi. apud Homerum Il. ψ. (v. 202.) βηλῷ ἔπι λιθέῳ in limine lapideo, τῇ φλιᾷ exponit. Qua notione φλιὰ quaſi θλιὰ à θλίβω dici videtur & veſtibulum denotat. Et ex tranſlatione à ianuarum poſtibus φλιαὶ dici ſcribit Galen. Comment. 4. in lib. de art. (pagina 657. 10.) nec tantùm axium firmamenta ſignificare. Erotiano autem φλιαὶ exponuntur τὰ ἑκατέρωθεν τῆς βάσεως ὀρθὰ ξύλα, ἐν οἷς οἱ ἄξονες περιέχονται. ligna ea vtraque ſcamni parte recta, quibus ſucculæ continentur. Sic enim legendum cenſeo. φλιαὶ vſurpat Hippocr. lib. de art. (pagina 621. 42.) τὰς φλιὰς τῶν ὄνων, axium aut aſellorum poſtes. Et rurſus (pagina 656. 6.) ἔπειτα φλιαὶ βραχεῖαι, ἰσχυραὶ, ἀμφιγεγομφωμέναι, ὄνους ἔχειν ἑκατέρωθεν. Deinde poſtes breues, validi vtrinque inaptandi, qui aſellos contineant. Et rurſus ibidem (verſ. 56.) εἰ γὰρ τὸ ξύλον εἴη τὸ μέγα ἔχον κατὰ μέσον καὶ ἐκ πλαγίων φλιὰς δύο ποδιαίας. Nam ſi lignum hoc magnum in medio & à lateribus poſtes duos pedales habeat. Eaque ratione φλιαὶ fortaſſe pro φλιαὶ apud Erotianum legere oporteat quemadmodum etiam legitur Galeno.

Φλίβω idem quod θλίβω, premo, comprimo, vnde ἐκθλίβω exprimo, & ἐκφλιβεῖσα σὰρξ, caro in ſeſe compreſſa, conſtricta & coacta, lib. de Loc. in homine (pagina 66. 6.) Et rurſus (v. 8.) ὅ, τι ἂν ἐκφλιβῇ, quicquid expreſſum fuerit. Vt ſit ἐκφλίβομαι idem quod ἐκθλίβομαι, θ in φ mutato permutatione Æolica aut Attica, vt φῆρες pro θῆρες, & φλάω pro θλάω. Ac rurſus ibidem (pagina 67. 25.) τὸ δέρμα τὸ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ φλίβεται καὶ ἐκπίπτει, cutis capitis compreſſa cedit. Vbi vitioſè τὸ ῥεῦμα pro τὸ δέρμα legitur.

Φλιδᾶν vide φλυδᾶν poſtea.

Φλογεαὶ exponitur Galeno in Exeg. apud Hippocrat. ἐρυθραὶ, rubicundæ. Vbi tamen φλογεαὶ vitioſè ſcribitur, cùm ſeries alphabetica φλογεαὶ non admittat, etſi φλογεὸν quidam pro ἐρυθρὸν ſumi velint. Exiſtimo autem à Galeno ſubindicari locum lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pagina 192. 3.) καὶ αἱ φλέβες δι' αὐτοῦ τείνουσιν ἢ φλογεαὶ ἢ μέλαιναι. & venæ per ipſum [corpus] tendunt aut rubræ, aut nigræ. Vbi tamen φλόγεαι paſſim legitur, quaſi flammeę à φλὸξ, cùm φλογεαὶ ἀπὸ τοῦ φλέγειν deduci videatur. flammæ autem color ruber eſt.

Φλογιᾷ etiam Galen. in Exegeſ. πυροῦται μετὰ ἐρυθήματος exponit, quod eſt, cum rubore exardeſcit, igneſcit, inflammatur, aut accenditur. Quod legitur lib. 2. de Morb. (pagina 156. 13.) καὶ φλογιᾷ, & cum rubore igneſcit aut inflammatur. Quod dicitur lib. 3. (pagina 159. 49.) in pulmonis inflammatione, καὶ ἐρυθήματα ἐκφλύει ἐς τὸ στῆθος καὶ τὸ πρόσωπον ὡς φλογοειδέα, & rubores in pectore, velut à flamma excitati, hoc eſt, tanquam igne excitatæ puſtulæ. Rurſus lib. de Morbo ſacro (pagina 127. 47.) τότε μᾶλλον τὸ πρόσωπον φλογιᾷ, tunc magis facies exardeſcit cum rubore, igneſcit, inflammatur.

Φλογμὸς flammam, incendium, ardorem, æſtum ſignificat, eaque voce vtitur Hippocrat. lib. de cap. vuln. (pagina 449. 45.) καὶ πολὺ φλογμοῦ πλέον, & multo ardore redundat, magnam flammam concipit, de inflammato oſſe dicitur. Et lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pagina 10. 13.) φλογμὸς ἔσχατος extrema flamma, inflammatio. Lib. 1. περὶ γυναικ. (pagina 242. 37.) τῶν μητρέων ἐν φλογμῷ γενομένων. Vteris inflammatis. φλογμὸς eſt Heſychio καῦσος, θερμὸς, καύσων, φλογισμὸς, æſtus, feruor, ardor, flamma. φλογμὸς etiam exponitur καῦμα ἐκ πυρετώδους.

Φλογώδης flammeum & incenſum ſignificat apud Hippocrat. in Prorrhet. (pagina 191. 1.) τὸ φλογῶδες ἐν προσώπῳ, hoc eſt, incenſa facies, inflammata aut flammea. Quod etiam repetitur in Coac. Prænot. (pagina 424. 39.) Sic rurſus ibidem (pagina 444. 18.) φλογώδεες ἐξέρυθροι dicuntur, qui flāmea ſunt & incenſa facie, ac valde rubentes. Et φλογοειδέα ἐρυθήματα, rubores flammei & igniti lib. 3. de Morb. (pagina 159. 49.)

Φλυαρεῖν eſt nugari, ineptire, delirare, ſtultè loqui, vt lib. 2. de Morb. (pagina 145. 14.) ἐὰν παρ' ἑωυτῷ γένηται καὶ μὴ φλυαρῇ, ſi ad ſe redierit neque deliret. Et rurſus (pagina 156. 6.) καὶ φλυαρεῖ, καὶ ὅταν παύσηται φλυαρέων. & delirat, & vbi delirium ceſſauerit. φλεδωνεῖν φλυαρεῖν & μωρολογεῖν exponunt, & φλεδωνείαν φλυαρίαν. Et Heſychi⁹ φλεδωνᾷ φλυαρεῖ, μωρολογεῖ, & φλέδωνες μωρόλογοι, & φλέδωνες φλύαροι, λῆροι, μωρόλογοι, & φλεδωνοῦντα φλυαροῦντα, velut φλεδωνώδης φλύαρος Galeno, vt ſcripſimus antea. Lib. περὶ κρίσεων (pagina 485. 41.) καὶ φλυαρέῃ, & deliret.

Φλυδᾶν humeſcere, madere, diffundi prę humore ſignificat. φλυδᾶν διαχεῖσθαι exponit Heſychius Galenus in Exeg. apud Hippocr. φλυδᾷ, ὑγραίνεται, μυδᾷ exponit, quod eſt, humeſcit, flacceſcit. Verùm φλυδᾷν, ὑγραίνεσθαι & μυδᾷν legendum exiſtimo vt & apud Erotianum, vt locus lib. de Morbo ſacro ſubindicetur (pagina 127. 15.) ἀνάγκη μὲν ὑπὸ τοῦ νότου λύεσθαί τε καὶ φλυδᾶν τὸν ἐγκέφαλον. neceſſe eſt quidem per auſtrinos flatus cerebrum diſſolui ac humeſcere. madeſcere ac flacceſcere dixit Caluus. Vbi tamen φλιδᾶν paſſim in exemplaribus legitur. Erotiano φλιδᾶν (aut φλυδᾶν vt quædam habent exemplaria) διαιρεῖσθαι καὶ διαπιδύειν καὶ διαπίπτειν exponitur, quę certe expoſitio mihi non parum ſuſpecta eſt, & pro διαιρεῖσθαι διαχεῖσθαι, pro διαπίπτειν διαπιδύειν leg. exiſtimo. διαπιδᾶν habent exemplaria quædam. φλιδᾶν autem Heſychio eſt σήπεσθαι. Quæ autem putreſcunt, diffluunt, ſubſiliunt, decidunt, laniantur & rumpuntur: Vnde φλιδᾶν ῥήγνυσθαι eidem ſignificat, & φλιδῶσα ἐρρωγυῖα exponitur. Idem φλιδαρὸς, διαπιδᾶς, διαρρεῖ exponit. Quę

expoſitio

expoſitio optimè ei quam φλυδᾶν tribuit, conuenit. Idem quoque φλυδώμενος πεπλήμενος exponit.

Φλυδερὴν ὑγρὰν, humidam etiam Gal. apud Hippocr. ſignificare ſcribit.

Φλύεται Galen. apud Hippocr. ὑγραίνεται exponit, humeſcit.

Φλυζάκιον, puſtula, bulla, puſtula bullæ in modũ ab igne excitata, ἀπὸ τοῦ φλύζειν vel φλύειν, quod ἀναζεῖν exponitur Heſychio. φλυζάκια Galenus in Exeg. apud Hippocr. exponit ψυδράκια, puſtulas, quod & facit Heſychius, niſi quòd φλυάκια apud eũ forte pro φλυζάκια legitur. Hanc autem dictionem vſurpat Hippocr. lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 104. 2) ἀτὰρ καὶ φλυζάκια ἐπὶ τὰς ὀφρῦς καὶ ἐρυθήματα ἴσχει. Quin & in ſuperciliis puſtulæ oriuntur, & rubores ægrum occupant. Vbi φλυζάκια φλυκταίνας exponit Gal. Id enim φλυζάκια ſignificare ſcribit, hoc eſt, puſtulas ab igne aut feruore excitatas. Sunt enim φλύκταιναι τὰ ἀπὸ καύσεως ἐν χρωτὶ ἀναστήματα, vt ſcribit Euſtath. & τὰ ἐκ τοῦ πυρὸς ἐρυθήματα Apollodoro. Heſychio φλύκταινα exponitur τὸ ἀπὸ πυρὸς φύσημα γενόμενον ἐν τῷ σώματι. φλυζάκια etiam papularum genus indicant, quæ toto corpore erumpunt in febribus aſſiduis (varos vocant) in Coac. Prænot. (pagina 427. 5.) οἷσιν ἐν συνεχέσι φλυζάκια κατὰ πᾶν τὸ σῶμα ἐκφύει. Quibus per febres aſſiduas toto corpore papulæ erumpunt.

Φλυζούσῃσι βλυούσαις, hoc eſt, ſcaturientibus exponit Gal. apud Hippocr. in Exeg. nimirum meo quidem iudicio locum lib. 2. Epid. (pagina 316. 5.) ſubindicans, vbi in vulgatis codicibus leg. ἐν τῇσι φρύζουσι αἱμοῤῥαγίῃσι χρῶμα εὐρύ τι ἔτι. Verùm ἐν τῇσι φλυζούσῃσι αἱμοῤῥαγίῃσι χρῶμα εὑρετέον, hoc eſt, in ſcaturientibus aut ebullientibus ſanguinis eruptionibus figura inuenienda eſt, legiſſe Galenum apparet ex hoc loco, & ita legendum duximus noſtris in eum locum Commentariis & in dictione αἱμοῤῥαγίῃσι φλεβοσταίσι, etſi φλεξόναι illic pro φλυζούσῃσι apud Galenum legatur.

Φλύσιος exponit Galen. In Exeg. apud Hippocr. ἐξανθήσεως δὲ ἐπὶ πλεονεξίᾳ γενομένης τῶν κατὰ τὸ σῶμα ὑγρῶν, hoc eſt, eruptionis in cute ex humoris abundantia qui eſt in corpore.

Φλύκταιναι ſunt puſtulæ in ſumma corporis planicie enaſcentes, quæ fiunt à tenui ſanie cuti ſubtenta, eamq́ue ſua acrimonia erodente & pungente. In Progn. (pagina 148. 29.) καὶ φλύκταιναι γίνονται ἀνὰ τὸ σῶμα. & puſtulæ toto corpore oriuntur. φλυκταινίδια eadem in re dicuntur In Coac. Prænot. (pagina 436. 25.) & φλυκταινίδες lib. 2. Epid. (pagina 311. 18.) καὶ φλυκταινίδες ὥσπερ πυρίκαυστοι ἐξεπύησαν. & puſtulæ paruæ erumpebant, iis affines quæ in ambuſtis fieri ſolent. Vbi earum etiam ortum comprehendit, nempe acriore humore & ſanie ſub cute collecta, & concalfacta lancinante & pungente, quem etiam locum exprimit Gal. Comment. 2. in Progn. φλύκταιναι etiam pro papulis toto corpore erumpentibus ſumi videntur, lib. 4. Epid. (pagina 330. 44.) exanthemata vocant. Hinc

φλυκταινώσις puſtularum eruptio aut contractio, lib. de fract. (pagina 558. 25.) Et φλυκταινώμασι τὰ ἄρθρα ἐξερύθρυσιν ἐπιπολαίοις, quibus ad articulos puſtulæ prærubræ & ſuperficiales enaſcuntur, in Coac. Prænot. (pagina 439. 13.) Et φλυκταινώδες χρῶμα, color corporis puſtuloſus, hoc eſt, exalbidus, lib. 2. περὶ γυναικ. (pagina 266. 38.) Vbi tamen χρῶμα quidam ad corpus referunt, vt ſit corpus puſtuloſum, aut puſtulis redundans. Sunt & φλυκτίδες ibidem (pagina 289. 30.) idem quod φλύκταιναι, vbi ἐκφλυκτίδες legunt exemplaria Italica, vt antea ſcripſimus. Et lib. περὶ χυμῶν (pagina 114. 38.) αἱ ἀπὸ καυμάτων ἐπηγερμέναι φλύκτεις, puſtulæ ex ardore ſublatæ.

¶ Φοβερὸς horrendum & metuendum ſignificat, vt in Coac. Prænot. (pagina 437. 7.) φοβεροὶ, metuendi, de quorum ſalute metuitur. Dicitur etiam φοβερὸς trepidus, pauidus aut perterrefactus æger, quiq́ue denunciato mortis periculò timidus redditur, aph. 45. ſect. 8. lib. 6. Epid. vbi paſſiuè accipi videtur, & δεινὸν aut ἔμφοβον ſignificare. Inde φόβητρον terriculum aut terriculamentum denotat, quod metum iniicit & terrorem facit. Lib. de Morbò ſacro (pagina 127: 23.) καὶ φόβητρα, & terriculamenta aut terrores.

Φοινιγμὸς eſt cutis rubrificatio aut rubefactio, & coloris rubri per medicamenta excitatio. partium rubor dicitur Aureliano cap. 1. lib. 5. Tard. Paſſ. & cutis rubor, cap. 2. ἀπὸ τοῦ φοινίσσεσθαι deducitur, quod eſt puniceo colore infici, rubefieri, rubore ſuffundi & tingi. Lib. 7. Epid. (pagina 365. 7.) τὰ ὄπισθεν ἐφοινίχθη, partes poſteriores rubore ſuffuſæ ſunt, veluti cruentatæ aut cruore infectæ, aut ſcuticis cæſæ, de mortuo ex febre continua.

Φοινίκεος puniceus, aut rutilus, qui & phœniceus dicitur, & habet exuperantiam ruboris, quales ſunt fructus palmæ arboris, non admodum ſole incocti, vnde ſpadici & phœnici nomen eſt, vt ſcribit Gellius cap. 26. lib. 2. Eaque notione, nempe ex eiuſmodi colore, φοινίκεος exponitur apud Galen. in Exeg. ἀπὸ τοῦ χρώματος οὕτως εἰρῆσθαι τὴν ἐλεφαντίασιν ὑπονοήσειεν ἄν τις. vt ab huiuſmodi colore ſic dictam Elephantiaſim quis ſuſpicari queat. Verùm ſuſpectam non parum habeo hanc lectionem, & pro φοινίκεος φοινικίη leg. arbitror: vt ſit φοινικίη νόσος Elephantiaſis ex colore rutilo & puniceo, quales ſunt fructus palmæ arboris non ſatis inſolati, quæ & φοινικίη νόσος dicitur, & explicatur Galeno, ἡ κατὰ φοινίκην καὶ κατὰ τὰ ἄλλα ἀνατολικὰ μέρη πλεονάζουσα, quæ in Phœnicia aliiſque orientalibus regionibus plurimùm graſſatur. δηλοῦσθαι δὲ καὶ τοῦτο δοκεῖ ἡ ἐλεφαντίασις. Videtur autem hinc indicari Elephantiaſis (vt adſcribit Galen.) Quibus ſanè verbis exprimi locum lib. 2. Prorrhet. (pagina 424. 28.) exiſtimo, vbi ἡ νοῦσος ἡ φοινικὴ καλεομένη ſcribitur vt ἡ φοινικίη aut φοινικίη νοῦσος legiſſe Gal. exiſtimem. Eſt autem φοῖνιξ palmula aut palmæ fructus, vnde φοινικοβάλανος fructus palmæ Ægyptiæ dicitur, vbi maturuit, & φοίνικες πατητοὶ, palmulæ calcatæ & paſſæ, quæ ſo-

lem diutiùs paſſæ, rumpuntur (cùm ſint aliàs nimio humore refertæ) vt ob id quaſi calcatæ videantur, velut paſſæ, quemadmodum φοίνικες πατηταὶ vocantur Aëtio, vnæ paſſæ, quaſi calcatæ, lib. 9. cap. 142. φοινίκων πατητῶν meminit Gal. lib. 10. Meth. med. (pagina 146. 12.) καὶ μὴν δὴ καὶ τὸ διὰ τῶν φοινίκων ἐπίθημα τῶν λιπαρῶν, ὀνομάζουσι δ' αὐτοὺς πατητούς, ἀγαθὸν φάρμακον. Quinetiam quod fit ex pinguibus palmulis epithema (quas πατητὰς Græcè, quaſi calcatas vocant) ſalutare eſt medicamentum. Plinius etiam lib. 13. vbi palmarum genera recenſet, Pateton quoddam nominari tradit. Tertium (inquit) ex bis genus Pateton, nimio liquore abundat, rumpitque ſe pomi ipſius etiam in ſua matre ebrietas, calcatis ſimilis. Meminit & φοινίκων πατητῶν Paulus & Aëtius.

Φοιτᾷν, quod eſt, itare, ventitare, pro venire aut procedere, Lib. 7. Epid. (pagina 367. 4.) καὶ τὰ οὖρα παχέα ἐφοίτα. & putæ vrinæ veniebant, prodibant, pro ἐξεφοίτα poſitum, exibant, egrediebantur.

Φολλικώδεες apud Hippocrat. ſumitur pro molli, laxo ac fungoſo, lib. 4. Epid. (pagina 432. 4.) κνῆμαι σκληροῖσιν οἰδήμασι, λευκοῖσι, φολλικώδεσι. Tibiæ tumoribus duris, albis & laxis vexabantur, hoc eſt, fungoſis & mollibus, quales viſuntur in tibiis & pedibus aqua inter cutem ac præcipuè Leucophlegmatia laborantium. φολιδώδεσι autem legitur in omnibus exemplaribus, & ſquamoſos tumores dixit Caluus, quòd φολὶς λεπίδα ſignificet, hoc eſt, ſquamam, qualis eſt piſcium aut ſerpentum. Hinc φολίδα χαλκοῦ, τὴν λεπίδα, hoc eſt, æris ſquamam exponit Erot. ex lib. περὶ ὄψιος (pagina 522 15.) in curatione ſcabiei palpebrarum, quam λεπίδα χαλκοῦ vocat etiam Dioſcorid. Ex eoque Hippocrat. loco tumores intelligi poſſunt, qui ob cutis ſiccitatem ac rugas ex alimenti penuria, velut ſquamoſi aut cortice obducti videntur, quales plærique in pedibus & tibiis, cæteriſque partibus, cachexia & hydrope laborantibus adeſſe ſolent. Verùm pro φολιδώδεσι, φολλικώδεσι forte legendum videtur, quòd φολλικώδης fungoſum, laxum atque inane follis inſtar ſignificet, & φολλικώδεα τὰ ἐξ θυλακώδεα καὶ σομφά, hoc eſt, fungoſa, laxa & folliculorum ſemine vacuorum inſtar inania, exponat Gal. in Exeg. apud Hippocrat. nimirum locum lib. 4. Epid. (pagina 430. 17.) ſubindicans. τὰ δὲ φολλικώδεα φλυκταινούμενα. Quæ verò puſtulæ erumpebant molles & laxæ. Significat autem toto corpore enatas puſtulas varis ſimiles, ſubinanes, & folliculorum ſemine vacuorum inſtar molles, laxas ac fungoſas, ab acri & tenui materia in cutem erumpẽte. Quam etiam vocem agnoſcit apud Hippocrat. Erotianus, qui φολλικώδη τὰ ἐφηλώδη καὶ λεπρώδη exponit, hoc eſt, ſquamoſa & ſcabra velut ſcabie exaſperata. αἱ γὰρ παλαιοὶ φόλλικας ἐκάλουν τὰς ψωρώδεις τραχύτητας. φόλλικας enim vocarunt antiqui ſcabioſas cutis aſperitates. Quæ certe ſignificatio longe aliam habet notionem, eoque ſenſu tumores quadam ſcabie exaſperati indicabuntur, quales ſæpe cernũtur in cachexia & malo corporis habitu vexatis, non longè ab ea notione quam antea adſcripſimus. φολλικώδης etiam agnoſcit Erot. in Prooemio & inter obſcuras Hippocratis dictiones reponit. Pro quo φυλλικώδης & φιλικώδης vitioſè leg. exemplaria quædam.

Φονᾷ Galen. in Exegeſ. φονεύειν ἐπιθυμεῖ, hoc eſt, cædis perpetrandæ eſt auidus, aut interficere cupit. Eſt enim φονάω idem quod φονάω, & φόνος cædem & ſanguinem in cæde effuſum ſignificat apud Homerum, & αἷμα exponitur Heſychio. φόνος quoque pro tabo, ſanie, aut cruore effuſo quandoque accipitur. Sic φόνου ὄζειν eſt cædem olere, aut cadaueris iugulati odorem referre, hoc eſt, ſanguinis effuſi ac putrefacti odorem præſeferre, apud Hippocrat. lib. 2. de Morb. (pagina 158. 21.) ὥσπερ τοῦ φόνου ὄζειν. De bile atra dicitur velut ſanguis niger effuſa, in bilis atræ morbo. Α' φόνος φονώδεες πυρετοὶ dicuntur, mortiferæ febres & maximè lethales, lib. περὶ κρισίων (pagina 385. 19.) κακοηθέστατοι, in Prognoſtico.

Φοξοὶ dicuntur qui acuminato ſunt capite & faſtigiato, & quibus vtrinque depreſſæ ſunt eminentiæ aut frõtis, aut occipitis, aut quib. etiam vehementer prominent. Quod indicat Galen. Comment. 1. in lib. 6. Epid. (pagina 445. 32.) ἢ φοξὴ κεφαλὴ προμηκεστέρας τοῦ δέοντος ἔχουσα τὰς ἐξοχάς, ἤτοι γ' ἀμφοτέρας, ἢ τὴν ἑτέραν, ἢ μίαν ἔχουσα μόνην, ἀπολελοιπυῖα δὲ τὴν ἑτέραν. aut acuminatum caput, productiores quàm deceat habens eminentias, aut vtranque, aut alteram, aut vnam duntaxat eminentiam habens, & altera carens. Ac rurſus ibidem αἱ δὲ φοξαί, ὅσαι δὲ λειπομένας ἔχουσι τὴν κατ' ἰνίον ἢ μέτωπον ἐξοχήν, ἢ περαιτέρω τοῦ προσήκοντος ηὐξημένην. Acuta capita deficientem occipitii aut frontis eminentiam habent, aut vltra quàm deceat productam. Sed φοξοὶ propriè dicuntur quibus capitis acumen admodum eſt faſtigiatum & vehementer turbinatum, atque adeò indecorum, qualem fuiſſe Therſiten ſcribit Homerus. Quod etiam ibidem ſcribit Galen. εὑρήσεις γὰρ οὖν καὶ τὴν ὑπερῴαν κοίλην, ἐφ' ὧν ἡ φοξότης ὀξεῖά τε καὶ ἀσχήμων ἐγένετο. Inuenies namque & illud [palatum] cauum, quibus acuties capitis tum acuta, tum deformis fuerit. καὶ γὰρ οὖν ἐκάλουν οἱ ἄνθρωποι τούτους μάλιστα φοξούς. Hos nempe præcipuè φοξοὺς, hoc eſt, acuto capite aut turbinato antiqui vocant. φοξὸς eſt Sudæ, ὁ ἔχων τὴν κεφαλὴν εἰς ὀξὺ λήγουσαν, cui caput in acutum deſinit. Dicitur & Heſychio φοξὸς ὀξυκέφαλος, vt & Homeri Scholiaſtæ & Iulio Polluci. Et Erotiano apud Hippocrat. φοξοὶ οἱ ὀξυκέφαλοι καὶ προμήκεις exponuntur. φοξὸς autem quaſi φλοξὸς dici videtur ex flammæ ſimilitudine, quæ in pyramidem faſtigiatur. φοξῶν tres ſpecies conſtituuntur Galeno libello de oſſibus cap. 1. & lib. 9. de vſu partium cap. 17. Hanc vſurpat dictionem Hippocrat. aph. 2. ſect. 1. lib. 6. Epid. οἱ φοξοί, οἱ μὲν κραταιαύχενες, ἰσχυροὶ τά τε ἄλλα

καὶ

καὶ ὀξύκεφ. Qui acuminato aut turbinato ſunt capite, partim quidem validam habent ceruicem, qui cum cæterorum membrorum, tum etiam oſſium robore præſtant. Et aph. 49. ſect. 8. ὥς εἰ φοξὸς, veluti ſi acuminato ſit capite.

Φοξυειδὲς τὸ ςόμα, dicitur apud Hippocrat lib. 2. περὶ γυναικ. (pagina 282. 33.) quod exponitur vteri os apertum & ad conceptum idoneum. φορὸς enim εὐσύλληπτος exponitur in Exegeſi. Verùm vitium hæc lectio ſubolet, & φαρκιδῶδες legendum videtur, quod Galen. & Erotianus ῥυσσῶδες, hoc eſt, rugoſum exponunt. vt antea ſcripſimus. Aut certe pro φοξυειδὲς φαργανῶδες lubentius legerim. φαργάνη enim Heſychio ἀραιότης exponitur, vt os vteri laxum, rarum & apertum intelligatur, quod εὐρὺ eadem in re dicitur lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pagina 230. 6.) & lib. 2. περὶ γυναικ. (pagina 289. 30.)

Φορβὴ alimentum & pabulum, præcipueque in brutis, ſignificat, à verbo φέρβω quod paſco denotat. Vſurpatur ea notione Hippocrati lib. περὶ ἐπικυήσιος (pagina 50. 27.) αὐτὰ ἀποτάμνειν ἡσυχῇ ἵνα μὴ αὐτὴ φορβὴ μὴ ὀχετεύῃ. quos (aculeos) leuiter reſcindes, ne pabulum effluat. αὐτὰ enim illic potiùs legam, quòd ad τὰ κέντρα referatur, quàm αὐτὰς τὰς κάμπας, quæ tamen conſtans eſt omnium exemplarium lectio. φορβὴ autem βορὰ, τροφὴ, βρῶσις, exponitur Heſychio.

Φορίνη cutem aut corium ſignificat, & de pelle ſuilla dicitur Polluci lib. 6. & Hippocrati lib. de rat. vict. in Morb. ac. (pagina 111. 55.) ἐσθίειν δὲ ἄνευ τῆς φορίνης, abſque pelle eas comedere oportet, (de carnibus ſuillis locutus) τουτέστιν ἄνευ τοῦ δέρματος, vt exponit Gal. in Comment. Eidem etiam in Exeg. vocum Hippocrat. φορίνη δέρμα exponitur, ſed φορίνης & δέρματος malim, vt eò referatur. φορινῆς quoque Erotianus παχέος exponit ex Ariſtophane Grammatico. Verùm vitium ſubeſſe apparet & φορινῆς legendum, vt ſcribitur lib. de rat. vict. in morb. ac. & meliùs φορίνης. φορίνη verò ἐπὶ τοῦ ἀνθρωπίνου δέρματος, hoc eſt, de cute humana dicitur, & παρ' ἐνίοις πορίνη, vt annotat Heſychius.

Φορὸς, fertilis, ferax, de muliere fœcunda, quæ facilè concipit. Sic enim φορὸς exponitur Galeno apud Hippocr. in Exeg. εὐσύλληπτος, quæ facilè vterum geſtat aut prægnans eſt, nimirum ex lib. 1. περὶ γυναικ. (pagina 236. 10.) φορὸς δὲ οὐ δύναται εἶναι οὐδὲ ἐχυρή. Sic autem affecta, fœcunda eſſe non poteſt.

Φορτικὸς dicitur grauis, moleſtus, odioſus, qui eſt oneri. Lib. περὶ ἰητρεῦ (pagina 12. 35.) φορτικὸς ἀπολαμβάνεται, moleſtus ac odioſus habetur. Rurſus ibidem (pagina 13. 3.) καλλωπιστικὸς γὰρ ὅρος εἶναί μοι δοκεῖ φορτικὸς, σκεύεσι τοιούτοισι χρῆσθαι. huiuſmodi ſupellectile vti, cultus ambitioſus & moleſtus mihi videtur, hoc eſt, æreorum vaſorum & inſtrumentorum vſus. Ac rurſus ibidem (verſic. 15.) φορτικὸν γὰρ τὸ τοιοῦτο. oneroſum enim id eſt, hoc eſt, huiuſmodi deligationes moleſtæ ſunt & oneri.

Φορμίω, φορύσσω & φορύω, idem quod φύρω, φυράω aut φυρῶ, macero, ſubigo, vnde φορύξαι apud Hippocrat. pro φυρῆσαι lib. 1. περὶ γυναικ. (pagina 253. 30.) ὕδατι φορύξαι, aqua ſubigito. vbi tamen φορίξαι vitiosè legitur. Sic φορύξαντες Galenus in Exeg. φυράσαντες exponit, ſubigentes. Quod legitur lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pagina 5. 36.) Vbi tamen φρύξαντες legunt exemplaria Regia manu ſcripta. Vnde etiam ἀναφορύσσειν & ἀναφορύξαι, crebrò legitur apud Hippocrat. Heſychio φορύξαντες συγχέαντες exponitur, & φορύξαι συγχέαι, φυρᾶσαι, & φορυνεῖ, φυρᾷ, συγχεῖ. Lib. περὶ ἀφόρων (pagina 293. 36.) φορύξαντα & φυρήσαντα ſimul iungit. τοῦτο μέλιτι ἑφθῷ φορύξαντα καὶ φυρήσαντα βαλάνιον. Hæc melle cocto ſubacta & in glandem efformata.

Φρένες, præcordia Latinis dicuntur, tanquam mentis ſedes, νοῦν καὶ διάνοιαν, hoc eſt, mentem & intelligentiam vocari ſcribit Galen. Comment. 1. in Prorrhet. (pagina 171. 31.) quòd ad prudentiam conducere videantur, aut quòd ea parte affecta mens quoque lædatur. φρένες ὡς μετέχουσαί τι τοῦ φρονεῖν dici videtur Ariſtoteli cap. 10. lib. 3. de part. animal. etſi parum arridet illud etymum authori libri περὶ ἱερῆς νόσου (pagina 128. 14.) qui φρένας nomen fortuitò ſortitum habere vult. φρένες etiam διαζώματα dicuntur Ariſtoteli, ſeptum tranſuerſum aut præcordia, quòd cordi prætendantur, Latini vocant, & διάφραγμα. Erotianus apud Hippocrat. φρένας ἐκάλουν οἱ ἀρχαῖοι τὸ διάφραγμα. φρένας antiqui ſeptum tranſuerſum vocabant. Quibus certe verbis locum Coac. Prænot. (pagina 440. 6.) mihi ſubindicare videtur. ἀποθνήσκουσι δὲ μάλιστα ἐκ τῶν τρωμάτων ἢν ἐς ἐγκέφαλον τρωθῇ, ἢ ῥαχίτην μυελὸν, ἢ ἧπαρ, ἢ φρένας. Ex vulnere autem ferè mors contingit, ſi cui vulneratum fuerit cerebrum, aut ſpinalis medulla, aut iecur, aut ſeptum tranſuerſum. Cur autem φρένας διάφραγμα vocarint antiqui, fuſiſſimè exponit Gal. lib. 5. de loc. affect. (pagina 301. 17.) ſimulque quomodo διάφραγμα à Platone vocatum ſit & ab Ariſtot. ὑπόζωμα.

Φρενῶν ἅψις & ἀπόλυσις φρενῶν de mentis læſione & deſipientia effertur Hippocrati, vt ſcribit Galen. Comment. 3. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (pagina octuageſima ſecunda verſiculo quadrageſimo tertio & quadrageſimo ſeptimo.) vt antea ſcripſimus.

Φρενῖτις inde dicitur perpetuum cum febre acutâ delirium ex inflammatione membranarum cerebri contingens, cùm ſomnis turbulentis aut continentibus vigiliis, eaque verà & propriè dicta phrenitis eſt Hippocrati vt ſcribit Galen. Comment. 1. in Prorrhet. (pagina centeſima ſexaginta ſeptima verſiculo trigeſimo ſexto.) ἐν γὰρ τοῖς τῶν ἐπιδημιῶν βιβλίοις, ὡς ἐπιδέδεικταί μοι διὰ τῶν εἰς αὐτὰ γεγραμμένων ὑπομνημάτων, ὁ Ἱπποκράτης φαίνεται τὴν ἐν ὀξεῖ πυρετῷ διηνεκῆ παραφροσύνην φρενῖτιν ὀνομάζων. διηνεκῆ δὲ εἶπον, ἐπεὶ ταῖς ἀκμαῖς τῶν σφοδρῶν πυρετῶν, ἐνίοτε παραφροσύναι ἐπιγίνονται, ἐν ταῖς παροξυσμοῖς ἐνδείως παυόμεναι. μαίνεσθαι μὲν γὰρ εἰώθασι πάντες ἄνθρωποι τῆς ἄνευ πυρετοῦ παραφροσύ-

τας, φρενιτίζειν δὲ τοὺς ἐν πυρετῷ. τὸ δ' ἐν ἀκμῇ σφοδροῦ πυρετοῦ παραφρονεῖν, παρακόψαι τε καὶ παραχλιδῆσαι, καὶ παραληρῆσαι καὶ αὐτὸ δὴ τοῦτο παραφρονῆσαι καλοῦσι. φρενῖτιν δ' οὐκ ὀνομάζουσιν ἄνευ τοῦ πυρέσσειν, καὶ τοῦ διηνεκοῦς τῆς παραφροσύνης. τῷ διηνεκεῖ δὲ τῆς παραφροσύνης, ὅτ' αὖ ἅμα πυρετῷ γίνεται, τὴν φρενῖτιν γνωρίζομεν. Népe in libris de Morbis vulgaribus, velut à nobis demonſtratum eſt in eorum Commentariis, perpetuum in febre acuta delirium phrenitim appellare videtur Hippocrates. Perpetuum verò dico, quòd in vehementium febrium vigoribus deliria quandoque contingant, quæ in remiſſionibus ſtatim deſinunt. μαίνεσθαι ſiquidem, quod eſt inſanire, dicunt omnes eos qui citra febrem delirant, φρενιτίζειν verò, qui cum febre eo modo affecti ſunt. Eos autem qui in febris vehementis vigore delirant, παρακόψαι τε καὶ παραχλιδῆσαι, καὶ παραληρῆσαι, & παραφρονῆσαι dicunt. At phrenitim non nominant abſque febre, nec niſi cum continuo delirio. Et verò continuitate delirii, ſiquidem vnà cum febre contingat, phrenitim agnoſcemus. Sunt & alia phrenitidos minùs propriè dictæ genera. quemadmodum φρενίτιδες vocat quibus mens oblæſa eſt, vt ſcribit Galen. Comment. 1. in Prorrhet. (pagina centeſima ſeptuageſima prima verſic. trigeſimo.) φρενιτικοὺς ὀνομάζοντας πάντας ἀνθρώπους τὴν παίουσαν τὴν διάνοιαν, ὡς ἂν τὰς φρένας ὁρῶσι βεβλαμμένας, ἃς δὴ καὶ νοῦν καὶ διάνοιαν ὀνομάζουσι. Phrenitim mortales omnes eam affectionem appellant, in qua mentem læſam eſſe videant, quam & νοῦν & διάνοιαν vocant. Eſt & phrenitis quæ ex hypochondriorum affectibus oritur Aretæo cap. 10. lib. 1. cur. τῶν ὀξ. qualis per conſenſum, & quæ ex diaphragmatis inflammatione gignitur Galeno lib. 5. de loc. aff. (pagina trecenteſima prima verſiculo decimooctauo.) cuius quoque à vera & exquiſita phrenitide diſſimilitudinem edocet. Sunt & παρακρούσιες ἀλλοιώδεις in Prorrhet. (pagina trecenteſima octuageſima verſiculo decimo ſexto.) & φρενίτιδες ἀσαφεῖς, quaſi cognitu difficiles, neque vulgo ſolùm, verumetiam medicis ipſis, velut qui καταφορῇ νωθρῇ, hoc eſt, graui ſopore torpeſcunt, magnaque in ſomnum delatione grauantur, lib 3. Epid. ſt. peſt. οὗτοι γὰρ (vt ſcribit Galen. Comment. 1. in Prorrhet. (pagina centeſima octuageſima verſiculo trigeſimo.) ὀκνοῦντες μόνους φρενιτικοὺς, ὅσοι κεκράγασιν, ἢ ἀναπηδῶσιν, Ἱπποκράτους τοὺς βεβλαμμένους τὰς φρένας οὕτως ὀνομάζοντος, κἂν διὰ παντὸς ἐν καταφορᾷ ὦσι τυχόντες ὄντες. συνεισβάλλει μὲν οὖν ἐξ ἀρχῆς παραφροσύνη κώμασι. Nempe eos ſolos phreniticos opinantur, qui exclamant vel exiliunt, cùm tamen Hippocrates mente oblæſos ita appellet, etſi continua in ſomnũ propenſione grauentur. Itaque deſipientia ab initio ſimul cum ſopore occupat. Ac rurſus ibidem (pagina 167. 43.) ἰδεῖν δ' ἔστιν ὁρῶμεν τῶν φρενιτικῶν ὅσοι κωματώδεις ὄντες οὐ σωφρονοῦσιν, ἀλλὰ παράφορά τι φθέγγονται, καὶ πρὸς τοὺς παρόντας διεγερθέντες ὡς ἐκπεπληγμένοι εἰσίν. οὕτω γοῦν κατὰ τὴν τρίτην τῶν ἐπιδημιῶν ἔφη, καὶ ἐξ ἀρχῆς τῶν φρενιτικῶν οὐδεὶς ὥσπερ ἐπ' ἄλλων, ἀλλ' ἀνήσυχοι καταφορῇ κεκαρωμένοι καρηβαρέες ἀπώλοντο. καὶ τοῦτον οὖν τὸν λόγον ἐγὼ ὡς πιθανώτατον προσδέχομαι, τὸ καλεῖσθαι πάντας ὑφ' Ἱπποκράτους ἡγοῦμαι φρενιτικοὺς, ὅσοι τὰς φρένας βεβλαμμένοι διηνεκῶς εἰσιν, ὥσπερ οἱ μαινόμενοι, μόνῳ τῷ πυρέσσειν αὐτῶν διαφέροντες. Neq; verò minus phreniticos eſſe cernimus, qui ſopore detinentur nec ſapiunt, verùm delira loquuntur, atque ab iis qui adſtant excitati ſtupefactis ſimiles videntur. Hunc igitur in modum dictio ſe habet lib. 3. de Morb. vulgaribus. Neque phreniticorum quiſpiam vehementer inſaniuit, ſicut in cæteris vſu venire ſolet, ſed ex alia quadam languida in ſumnum degrauatione capite grauati moriebantur. Hunc itaque ſermonem vt vero maximè conſentaneum ſentio, vocariq; ab Hippocrate phreniticos omnes exiſtimo, quicunq; cum mentis oblæſione in perpetuo delirio fuerint, non ſecus ac μαινόμενοι, hoc eſt, inſanientes dicuntur, qui ſola febris carentia ab his diſcrepant. Phrenitim Celſus inſaniam febricitantium vocat cap. 1. lib. 2. ſæpiùs verò inſaniam vt cap. 7. lib. 2. ex Progn. & aph. 12. lib. 7. & cap. 1. lib. 2. ex aph. 30. lib. 7. & cap. 18. lib. 3. vbi etiam ſcribitur. Phrenitis verò tum demum eſt, cùm continua dementia eſſe incipit, aut cùm æger quamuis adhuc ſapiat, tamen quaſdam vanas imagines accipit. perfecta eſt, vbi mens illis imaginibus addicta eſt. Cuius plura ibidem genera eſſe dicuntur. Phrenitidis etiam tria genera habes apud Galen. lib. 4 de loc. aff. (pagina ducenteſima octuageſima octaua verſic. decimonono.) Authori Definit. Med. (pagina trecenteſima nonageſima ſeptima verſiculo decimooctauo.) φρενῖτις δέ ἐστι παρακοπὴ διανοίας μετὰ ὀξέος πυρετοῦ, καὶ κροκυδισμοῦ, καὶ διανοίας ἔκστασις, καὶ τῶν κατὰ σφυγμὸν ἐμποδισμὸς, καὶ λήθη τοῦ φρονεῖν, ἢ παρακοπὴ φρενῶν συνεχὴς μετὰ τρόμου, καὶ φωνῆς ἀσαφείας, καὶ ψηλαφήσεως γινομένης τὸ πλεῖστον ὑπὸ κακοήθους πυρετοῦ. Phrenitis eſt mentis delirium cum febre acuta, ac floccorum vellicatione, & mentis emotio, & in pulſibus impedimentum, & prudentiæ obliuio, aut continuum mentis delirium cum tremore, & vocis obſcuritate & palpitatione, quæ magna ex parte ex febre maligna contingit. Phrenitidis exempla ſunt apud Hippocrat. ægr. 11. lib. 3. Epid. & 13. 14. 15. & 16. eiuſdem lib. poſt ſt. peſt. de eaque agitur lib. 3. de Morb. (pagina 160. 18.) & lib. περὶ παθῶν (p. 180. 40.)

Φρίκη horror dicitur, medius inter frigus & rigorem, & ex his mixtus & temperatus, tanto maior frigore, quanto minor rigore, vt ſcribit Gal lib. 2. de diff. feb. cap. 8. Ex iiſdem cauſis fit quibus rigor, omninò tamen minoribus, adeò vt horror debiliſſimus rigor ſcribatur Hippocrati lib 1. de Morb. (p. 137. 18.) φρικώδης horridum, aſperum, rugoſum & inæquale ſignificat Hippocrati aph. 21. ſect. 3. lib. 6. Epid. & cutis rugoſæ aſperitas, inæqualitas aut horror, partibus quibuſdam cauis, nonnullis verò eminentibus apparentibus,

bus, idque per modica interualla, cui τὸ λεῖον opponitur. Ibi τὸ φρικῶδες exponit Gal. οἷον τετραχυσμένου τοῦ δέρματος, ἐνίων μὲν αὐτοῦ μορίων κοιλοτέρων φαινομένων, ἐνίων δὲ ἐξεχόντων. ὅταν γὰρ κατὰ σμικρὰ πάνυ διαστήματα γίνηται τοῦτο δι' ὅλου τοῦ δέρματος, ὀνομάζεται τὸ σύμπτωμα φρίκη τε καὶ φρίξ. καί μοι νόει γαλήνην μὲν ἀκριβῆ τὴν τοῦ λείου σώματος ἐοικέναι καταστάσει. ἄρτι δὲ ἀρχομένης τῆς κατ' αὐτὴν ἀνωμαλίας τὴν φρίκην. οὕτως γοῦν ὁ ποιητὴς ἔφη,

Οἵη δὲ ζεφύροιο ἐχεύατο πόντον ἔπι φρίξ,

Ὀρνυμένοιο νέον. hoc eſt, velut cutis aſperitatem, eius quibuſdam partibus depreſſioribus, nonnullis eminentioribus apparentibus. Quando enim per exigua interualla id in tota cute contingit, eiuſmodi ſymptoma φρίκη & φρίξ nominatur. Idq; tu mihi mente concipito exactæ maris tranquillitatis læuis corporis ſtatum ſimilem. horrorem verò non ita pridem eius incipientis inæqualitatis. Sic ſane & Poeta inquit, Il. η. Vt mare cum Zephyris ipſum turbantibus horret. Sic Heſychio φρίξ dicitur ἡ ἐπιπολῆς ἀνωμαλία τοῦ κύματος, vnde in ſuperficie inæqualitas, ἡ ἐπιπολάζουσα τῷ κύματι ἀφρὸς ὅταν ἄρχηται ἄνεμος πνεῖν, aut ſpumam vndæ ſumma ſuperficie innatãs, quando ventus ſpirare incipit. φρικῶδες igitur hic ἀνώμαλον inæquale & planitie carens ſignificat.

Φρικώδεις πυρετοὶ inde dicuntur febres horrificæ aut horroris ſenſu inſignes, non quæ cum horrore inuadunt, ſed eæ in quibus bonam acceſſionis partem horror occupat, ſemitertianas intelligens Galenus cap. 9. lib. 2. de diff. feb. Idem quoque ſcribit Galenus de huiuſmodi febribus Com. 1. in lib. 1. Epidem. (p. 354. 45.) ἐχόντων δὲ τοῦτ' αὐτὸ, τὸ μέχρι πλείστου τῆς ἀναβάσεώς τε καὶ ἐπιδόσεως καλουμένης τοῦ παροξυσμοῦ τὰς φρίκας γίνεσθαι τοῖς νοσοῦσιν. οὐ γὰρ δὴ τοὺς γε κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ἐπισημασίας φρικώδεις γινομένους οὕτως ὠνόμασεν, ἀλλ' ἐφ' ὧν ἐπὶ πλεῖστον ὅλου τοῦ παροξυσμοῦ τὸ τῆς φρίκης ἐκτείνεται σύμπτωμα· καὶ γίνεται διττῶς, ἐνίοτε μὲν ἀναδιπλώσεως τινὸς τῆς ἐπιτάσεως, ἐνίοτε δὲ αὐτὸ τοῦτο μόνον, ἀνώμαλον ἀνάβασιν· ἡ διαφορὰ δ' ὅτι ἐν τῷ ποσῷ τοῦ χρόνου. βραχέσι μὲν γὰρ πάνυ διαλείμμασι διειργομένων ἀπ' ἀλλήλων τῶν φρικωδῶν κινήσεων, ἀνώμαλός τε καὶ φρικώδης κίνησις λέγεται· μειζόνων δὲ τῶν διαλειμμάτων ὄντων ἀναδιπλώσεις γίνεταί τε καὶ ὀνομάζεται τὸ τοιοῦτον σύμπτωμα, καὶ γίνεται μάλιστα αὕτη κατὰ τοὺς ἡμιτριταίους ὀνομαζομένους πυρετούς, διὸ καὶ φησὶν ὡς τὸ πολὺ τῆς ἀναβάσιος. Quod ſignificat magnam partem aſcenſus & incrementi acceſſionis horrores ægrotos detinuiſſe. Neque enim eos qui circa initium acceſſionis inhorreſcunt ita appellauit, ſed quibus per totam prope acceſſionẽ horroris extendunt ſymptoma. Quod duobus modis contingit, interdum quidem reduplicante incremento, interdum etiam ipſo ſolo inæqualem aſcenſum ſentiente. Diſcrimen verò in temporis quantitate conſiſtit. Nam ſi breuibus admodum interuallis inter ſe diſtent horridæ motiones inæqualis tum motio, tum horrida dicitur: Sin ampliora fuerint interualla, reduplicatio fit & dicitur eiuſmodi ſymptoma. Quæ maximè contingit in ſemitertianis appellatis febribus, quò fit vt tertiæ plærunque vel quaternæ fiant. Quod etiam de iiſdem febribus ſcribitur à Galeno lib. de Temp. morb. (p. 383. 50.) At φρικώδεις πυρετὸς authori Definit. Med. (pag. 396. 8.) dicitur: ὁ ἀναμεμιγμένην ἔχων τῷ ῥίγει τὴν θερμασίαν, σφυγμοὺς ἄγαν ἀσθενεῖς ἔχων, ὥστε μήτε τῆς ἀφῆς ἀντιλαμβάνεσθαι, ἀλλ' ὡς ἀποκεχωρηκότας. γαστὴρ ὀγκουμένη, βορβορύζουσα, γλῶσσα ὑγρὰ πάνυ, ὀξίζοντι ὅμοιον, καὶ ὥσπερ σιάλῳ περικλυζομένη. quæ calorem habet rigori permixtum, & pulſus admodum imbecillos, adeò vt ne in tactum veniant, ſed qui velut intrò receſſerint. In ea venter tumefactus murmurat, lingua valde humida, quiddam acido ſimile habens, quo tanquam ſaliua circumluitur. φρικώδεις etiam dicuntur qui ſubinde inhorreſcunt, in Coac. Prænot. (p. 424. 45. & 46.) φρῖκαι quoque & horrores pro leuib rigoribus ſumuntur, in Prorrh. (p. 193. 4.) & Coac. Prænot. (p. 424. 41.) αἱ ἐκ νώτου φρῖκαι πυκναὶ, crebri ex dorſo horrores, hoc eſt, leues rigores, qui inflammationes internas ſuſpectant. Et rurſus (p. 442. 43.) τριταῖοι μετὰ φρίκης, tertianæ cum horrore. Et φρίκη ἀκατάστατος, inconſtans horror, de eo qui præſtitutam ſibi formam aut legitimam non ſeruat, verùm ab ea aberrat & typum mutat, velut ſi à tertiano circuitu in quartanum tranſitus fiat. hunc enim illic innuere videtur: vt ſit φρίκη ἀκατάστατος, μὴ διασώζουσα τὴν ἰδίαν μίαν ἀκριβῶς, quod de πυρετοῖς ἀκαταστάτοις dici ſcribit Galen. Com. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac.

Φρόνησις prudentiam ſignificat, ſed pro ſenſu aut ſentiendi vi ſumitur lib. περὶ ἱερῆς νούσου (p. 125. 10.) καὶ οὕτω τὴν φρόνησιν καὶ τὴν κίνησιν τοῖσι μέλεσι παρέχει. ſicque ſenſum & motionem membris exhibet. Agitur autem de aere ac ſpiritu, qui in ventriculos ingreſſus per venas diſpergitur, ſenſumque membris & motiones facit. Contrà verò venis & ventriculis à pituita excluſus, hominem voce priuat & deſipientem reddit, hoc eſt, ſine ſenſu ac motu. Sic enim ἄφρονα ἄνθρωπον illic intelligitur. Et poſtea ibid. (v. 25.) καὶ ἐφρόνησαν, & ægri reſipiſcunt, hoc eſt, ſenſum recipiunt. Rurſusq; (v. 42.) καὶ τὸ φρόνημα γίνεται, ſenſus contingit aut prudentia, hoc eſt, ſentiendi potentia permanet.

Φροντὶς, cura, meditatio, cogitatio, mẽtis agitatio, commentatio. Significatq; contentã mentis agitationem, qua animus excolitur ac velut exercetur, aph. 10. ſect. 5: lib. 6. Epid. ψυχῆς περίπατος φροντὶς ἀνθρώποισι. Cura ac meditatio hominibus pro animi exercitatione eſt. At lib. 2. de morb. (pag. 157. 38.) cùm ſcribitur: φροντὶς νοῦσος χαλεπὴ, φροντὶς pro melancholia morbo ex nimia cura ſumi videtur.

Φρύγανον virgultum aridum ſignificat, ſiue ſurculum aridũ. φρύγανα ſunt ligna arida, virgulta, ſarmentoſa ligna, quæq; ad cremãdum apta eſt materia & incendi parata. Cremia dicuntur. indicaturque omnis lignoſa & ſurculoſa materia, qua ignis ſuccenditur eiuſq; eſt fomentum. φρυγάνων πλῆθος apud Lucam Act. 28. cap. ſarmentorum multitudinem vertunt.

Apud Hippocr. lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 251. 42.) φρυγάνων φάκελλον μαλθακῶν, mollium ſarmentorum faſcem vertit Cornarius. Significat autem virgultorum aridorum aut teneriorũ ſtruem ac faſcem, quem lecto ſupponi iubet Hippocr. ad mulieris concuſſionem. Ibidem τὰ φρύγανα vocat (v, 46. & 47.) φρύγανον exponitur Vatino εἶδος φυτοῦ ῥαδίως ὑπὸ τοῦ πυρὸς ἀναπτόμενον. Vnde φρυγανώδης ὕλη dicitur.

Φρυκτὴ ſricta ſimpliciter, reſina intelligitur Colophonia, ad differentiam liquidæ ſiue humidæ, quæ ὑγρὰ dicitur. Fricta verò vocatur quod torreatur aut vratur vt docet Dioſc. lib. 1. φρυκτῆς meminit Gal. lib. 2. τῶν κατὰ τόπ. (p. 185. 34.) ex Apollonio & lib. 6. Meth. vbi etiam liquidam ἐκ τῶν κεραμίων ὑγρὰν vocat, hoc eſt, ex doliis ſiue amphoris liquidam, nimirum quòd in doliis ac amphoris afferretur. Eam verò Terebinthinæ inopia aſſumẽdam cenſet Gal. his verbis: καὶ μέν τοι καὶ μὴ παρούσης τερμινθίνης, ἥ τ' ἐκ τῶν κεραμίων ὑγρὰ, καὶ ἡ φρυκτὴ καλῶς ἂν μιχθείη. Atque Therebinthinæ inopia, probè reſina ex doliis humida & fricta immiſceri poſſit. Idẽ lib. 4. ſalub. ἀπορῶν δὲ τούτων, ἥ τοι τὴν ἐκ τῶν κεραμίων μιγνύναι ῥητίνην ἢ καὶ τὴν φρυκτὴν ἐπιμαλθάσσειν. Horum inopia pineam ex doliis immiſcere, tum etiam frictam licet.

¶ Φύγεθλον panus dicitur Celſo cap. 18. lib. 5. & cap. 28. eiuſdem libri phygetlon, tumor non altus, ſed latus, in quo quiddã puſtulæ ſimile eſt. Dolor diſtentioq; vehemens eſt, & maior quàm pro magnitudine tumoris: interdũ etiam febricula, idq; tardè matureſcit, neque magnopere in pus conuertitur. Fit maximè aut in vertice, aut in alis, aut in inguinib. Panem ad ſimilitudinem figuræ noſtri vocant. Quibus verbis tumorẽ bilioſum circunſcribit Celſus. Vt verè ſcriptum ſit à Gal. lib. 2. ad Glauc. (p. 209. 14.) φύγεθλον, τὸ λεγόμενον φλεγμονῶδες ἐρυσίπελας, ἢ ἐρυσιπελατῶδες φλεγμονή. Panus inflammationis particeps eryſipelas, aut eryſipelatis particeps inflammatio nominatur. Ibidem verò inter inflammationes & glandularũ affectus recenſetur, vt & initio lib. 2. & lib. de Tumor. præter nat. (p. 357. 6.) Vbi etiam φύγεθλα à cæteris tuberculis calore & generationis velocitate diſtinguuntur, & in inguinibus aut alis fieri dicuntur, & φλεγμοναὶ τῶν ἀδένων τῶν τῇδε σκιρρωθέντων, hoc eſt, glandularum illis in partibus induratarum inflammationes.

Φύεσθαι quod eſt oriri, produci, γεννᾶσθαι καὶ αὐξάνεσθαι, aut etiam διασώζεσθαι, hoc eſt, generari, augeri, conſeruari, & βελτίω γίνεσθαι ſignificare ſcribit Gal. Com. 5. in lib. 6. Epid. (p. 509. 50.) vt de animo dicatur qui eruditione excolitur, proficit, & melior redditur.

Φυλάσσεσθαι eſt cauere, cautum eſſe, diligenter obſeruare, διαφυλάσσειν, circunſpectum eſſe, & ſibi probè cauere. Lib. 7. Epid. (pag. 363. 24.) βέλτιον δὲ μέχρι τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης φυλάττεσθαι. Præſtat autem ad decimum quartum vſque diem cautum eſſe, hoc eſt, ſibi cauere & cautionem optimam adhibere, quod Gallicè dicitur [eſtre ſur ſes gardes] Innuit autẽ acutos morbos non ante decimum quartũ diem periculo vacare, aut ſubire iudicationem, vt teſtatur aph. 23. lib. 2.

Φύλλα exponit Gal. in Exeg. apud Hippocrat. τὰ κηπαῖα καὶ βοτανώδη χλωρὰ ἡδύσματα, hortenſia olera viridia, aut herbas virides condimẽtis vſurpatas, velut origanum, ſatureia, mentha, apium, ruta, coriandrum, quæ auctarii loco olera ementibus adiici ſolebant, vt idem ſcribit φύλλα exponẽs ἡδύσματα κηπαῖα, ἃ τοῖς ὠνουμένοις τὰ λάχανα προσεπιτίθεασιν, οἷον κορίαννον, ἡδύοσμον, πήγανον, σέλινον. Videtur autem hac expoſitione Gal. mihi locum lib. 2. de Morb. (p. 146. 2.) ſubindicare. λεῖα τρίψας τὰ φύλλα τῶν προειρημένων βοτανῶν, καὶ τὸ νίτρον τούτῳ δοὺς χλιῆνας, ἀναγαργαριζέτω. prædictarũ herbarum folia trita & nitrum mulſa macerato, tepefacito, ac gargariſmum præbeto. Atque haud ſcio an illic etiam φύλλα legerit Gal. Gargariſmum enim illic parari vult Hippocrat. ex origano, ſatureia, apio, mẽtha, & modico nitro. Rurſus φύλλων ibidem meminit (p. 146. 47.) vbi τὸ ἀπὸ τῶν φύλλων, hortenſium herbarum condimentis vſitatarum & odoratarum decoctum intelligitur ad os colluendum accommodatum. Et (pag. 147. 4.) καὶ ἀναγαργαριζέτω τὸ ἀπὸ τῶν φύλλων εἰλιθερὲς (ſic enim lego) & foliorum hortenſium odoratorum decoctum velut inſolatum gargariſandum præbe. Et rurſus (p. 152. 40.) ἔπειτα πινέτω τῶν φύλλων ἐπ' οἴνῳ ἐπιπάσσοντα κεκρημένῳ. deinde folia hortenſia odorata vino temperato inſperſa bibat.

Φύλλον idem Gal. exponit in Exeg. τὸ τοῦ σιλφίου σπέρμα διὰ τὸ πλατὺ εἶναι. ſilphii ſemen quod latum ſit, ex lib. 2. περὶ γυναικ. Legitur autem (pag. 274. 9.) φύλλον ἀποπεπαμμένον πίνειν, ſilphii ſemen tritum potu exhibeto. φύλλον etiam pro ſilphii ſemine vſurpatur lib. περὶ γυναικ. φύσ. (pag. 227. 24.) Idem quoque Gal. ὅπου καρπὸν σιλφίου σπέρμα exponit, quod & φύλλον ἰδίως dicitur, & à quibuſdam μαγύδαρις, vt antea ſcripſimus. Quod autem ſcribit Gal. addi interdum ab Hippocrate Libycum, interdum etiam Æthiopicum, is videt' ſubindicare quod ſcribitur lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 258. 2.) ἢ φύλλον τὸ λιβυκὸν. Et lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 228. 7.) τὸ φύλλον διδόναι τῆς αἰθιοπικῆς ῥίζης. φύλλον verò dici ſilphii ſemen teſtatur Theoph. lib. 6. hiſt. plant. cap. 3

Φῦμα in genere tumorem omnem præter naturam in quacunque corporis parte erumpentem ſignificat, præſertim verò ſi in exteriores corporis partes & cutis ſuperficiẽ impellatur, & ſine aliqua externa cauſa fiat, ac ſtatim generetur ac augeatur, inflammet' & ſuppuret, tranſlato nomine ab iis quæ ex terra enaſcuntur & φύματα vocãtur. Sic ſcribit Galenus Comment. in lib. 6. Epidẽm. (pagina 451. verſ. 18.) ἀπὸ τῶν ἐν τῇ γῇ φυομένων οἱ ἄνθρωποι φύματα κεκλήκασι τοὺς παρὰ φύσιν ὄγκους ὅσοι τούτοις ἄνευ τῆς ἔξωθεν αἰτίας γίνονται, μάλιστα οὖν ὀνομάζουσιν οὕτω τὰ πρὸς τὸ ἐκτὸς ὠθοῦντα ἐπαιρόμενα. φύματα vocant homines præter naturam tumores qui omninò abſque externa cauſa oriuntur, ab iis quæ in terra progermi-

progerminant. Sed potiſſimùm eos ſic nominant qui ad exteriorem ſuperficiem impelluntur. Eáque notione φύματα omnes extuberantias in cutem erumpentes, vitioſorum ſuccorum ſobolem, à ſanguine concalfacto excitatam ſignificant aphoriſ. 15. lib. 2. & 20. lib. 3. & lib. περὶ τροφῆς (pagina 110. verſ. 39.) φύματα etiam glandularum inflammationes ſtatim erumpentes & ad ſuppurationem tendentes ſignificant Galeno lib. 2. ad Glauc. cap. 1. & Paulo lib. 3. cap. 22. & inter glandularum affectus & inflammationes recenſentur lib. de Tumorib. præter naturam à furunculo ſola duritie diſtãtes. Quo nomine φύματα inter ſtrumas, ſatyriaſmos & verrucas, ac glanduloſorum corporum inflammationes ex vitioſorum ſuccorum congerie numerantur ab Hippocrate aphoriſ. 26. lib. 3. Vbi etiam ſcribit Galen. λέγονται δ' ἐξαιρέτως ἔνια φύματα φλεγμοναί τινες αὐτόματοι, τάχιστα μὲν γινόμεναι, τάχιστα δ' εἰς ὀξὺ καὶ ὑψηλὸν αἰρόμεναι, τάχιστα δὲ καὶ ἐκπυϊσκόμεναι, καὶ πλεῖστά γε ἐν τούτοις γίνεται ἐν βουβῶσι, καὶ μασχάλῃ, ὅτι καὶ ἀδένες ἐνταῦθα πολλοὶ φύσιν ἔχοντες εἰς ἑαυτοὺς ἑτοίμως δέχεσθαι τὰ περιττά. Dicuntur autem præcipuè φύματα quædam inflammationes nonnullæ ſponte naſcentes, quæ & celerrimè gignuntur, & ocyſſimè in acumen & altum eleuantur, & citiſſimè etiam ad ſuppurationem deueniunt, quorum plurima in inguinibus & alis generatio, quòd iis in locis multæ ſint glandulæ, quæ natura aptæ ſunt ad ſuperfluitates in ſeipſas recipiendas. Sic etiam τὰ χοιράδια φύματα, hoc eſt, tubercula ſtrumoſa pueris fieri ſcribuntur Prorrh. 2. (pag. 417. verſ. 39.) Interdumque φῦμα abſceſſum & materiam in partem aliquam corporis decumbentem (ἀπόστημα ἢ ἀπόστηριγμα dicunt) ſignificat, vt aphoriſ. 44. & 45. lib. 4. & 65. lib. 7. & in Coac. Prænot. (pag. 427. verſ. 9.) Sic enim Celſus φύματα abſceſſus cap. 7. lib. 2. ex aphoriſ. 44. lib. 4. vertit. Eſt vbi φῦμα ἐμπύημα & inflammationem omnem in pus conuerſam deſignat, velut aphoriſ. 8. lib. 7. Vbi ſcribit Gal. φῦμα ὀνόμασεν ὅπερ ἐν ἑτέροις αὐτὸς εἴωθε προσαγορεύειν ἐμπύημα. φῦμα appellauit quod in aliis ipſe ſolitus eſt ἐμπύημα, id eſt, ſuppurationem. Sic φύματα ἔμπυα dicuntur Prorrh. 2. (pagina 417. verſ. 39.) & aphoriſ. 37. ſect. 8. lib. 6. Epidem. φύματα eadem quæ φύματα & ἐμπυήματα, in tumoribus ſimul iunguntur. Et aphoriſ. 82. lib. 4. φύματα vti minores abſceſſus vertit Celſus cap. 8. lib. 2. ex quibus pus profluit, etſi φύματα legere videatur. Et Coac. Prænot. (pagina 436. verſ. 40.) φύματα ἐν πνεύμονι tubercula pulmonum quæ pus emittunt indicant. Quibus opponuntur φύματα σκληρά τε καὶ ἄπεπτα, tubercula dura & cruda, ex quibus φυματίαι fiunt & qui tuberculis huiuſmodi laborant, vt ſcribitur lib. de art. (p. 621. 52. & 624. 36.) Quorum etiam meminit Gal. lib. 4. de loc. aff. (p. 287. 41.) Sic τὰ σκέλεα φυματώδεα dicuntur crura tuberculis laborantia lib. de rat. vict. in morb. ac. (pagina 103. verſic. 39.) & φυματῶδες ἄρθρον ibidem (pagina 104. verſ. 1.) articulus tuberculoſus ex materiæ cuiuſdam crudæ & frigidæ decubitu. Atque etiam ſcribit Hippocrates lib. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (pagina 37. verſ. 15.) φύματα oriri quibus à cibo aut intempeſtiua exercitatione viſcera dolẽt, craſſis nimirum ſuccis anguſtos venarum tranſitus in hepatis ſima parte obſepientibus, vnde flatus & febres oriuntur. Quibus medetur potũ obſtructiones leuante & vrinam ciente. Cuiuſmodi præcordiorum & viſcerũ ſine inflammatione dolores febris finit, vt ſcribit Celſus cap. 8. lib. 2. & cap. 10. lib. 3. ex aph. 40. lib. 6. & 52. lib. 7. φύματα Celſus orientia tubercula, & tubercula interdũ vertit, vt cap. 18. lib. 5. & cap. 28. φῦμα tuber vertit Seneca de Beneficiis, quod tuberculum dicimus. Tuber (inquit) quodam tyranni gladio diuiſit, qui ad eum occidẽdum venerat. Vomicam dixit Plinius lib. 7. eandem rem de Iaſone Pheræo referens.

Φύξιμος idem quod φεύξιμος, qui effugi poteſt vel vitari, vt φύξιμος νοῦσος, morbus qui effugitur, & ex quo ſalus ſperatur. Lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (pag. 191, 10.) ἡμέρῃ δὲ καθαρώτερα ἀποπτύει ἢν φύξιμος ᾖ. Die verò puriora expuit, ſi morbus tutus futurus eſt, aut ſi ex eo æger euaſurus eſt. Alioqui φεύξιμος qui mala fugat & auertit dicitur, & ad quem confugientes ſeruãtur, velut aſylum quoddam aut effugium, vt φεύξιμος βωμὸς apud Plutarchũ, ara ſalutaris & ad quam confugitur.

Φῦσα ἢ φύση flatum ſignificat & ſpiritum craſſiorem in corpore. φύσαν ſcribit Erotianus Hippocratem in Aphoriſmis & lib. 1. & 4. Epid. graueolentem per anum emiſſum ſpiritum intelligere. Nimirum aph. 73. lib. 4. ſubindicans, & locũ lib. 1. Epid. (p. 375. 53.) vbi φῦσαι σιγώδεες & ψοφώδεες ponuntur, hoc eſt, flatus ſilentes & cum ſtrepitu. Lib. verò 4. (p. 332. 19.) καὶ φῦσαι διῆλθον ἐν βρόμῳ. flatus cum crepitu prodierũt. Eaq; notione pro flatu in ventre collecto qui ꝑ ſedem erumpit φῦσα multis in locis ſumitur apud Hip. præcipuè verò In Progn. (p. 139. 28.) φῦσαν δὲ ἄνευ ψόφου μὲν καὶ περδήσιος διεξιέναι ἄριστον. Si flatus ſine ſonitu quidem & crepitu exeat, optimum. Quod repetitur in Coac. Prænot. (p. 439. 26.) Et rurſus ibid. (p. 427. 41.) φύσας & ψόφους κοιλίης ſimul iungit. Lib. de fiſt. (p. 517. 31.) καὶ φῦσα καὶ βδελυγμίη πολλή. & flatus tetérq; fœtor copioſè effluit. φύσαν verò craſſiorẽ ſpiritum in quauis corporis cauitate collectum apud Hip. ſignificare ſolenne eſt multis in locis, veluti cùm ſcribitur lib. περὶ παθῶν (p. 187. 20.) cibos leuiſſimos in ventriculo cõcoctos neq; flatus neq; tormina gignere, eoſq; neq; modo, neq; copia excedentes, facillimè & citiſſimè concoqui. Alioqui ſi grauitate vel copia negotiũ faceſſant, flatibus & torminibus vẽtrem diſtorquere. Quod etiam ſcribit lib. de flatib. (p. 119.) ex ciborum multitudine & inæqualitate πνεύματα in corpore excitari, quæ idem (pag. 118. verſ. 21.) φύσας dici vult. Sic enim ſcribit: πνεύματα δὲ τὰ μὲν ἐν τοῖσι σώμασι, φῦσαι

καλέονται, τὸ δὲ ἔξω τῶν σωμάτων ἀήρ. Spiritus quidem qui in corporibus inſunt, flatus vocantur, qui verò extra corpora exiſtunt, aer. Spiritus nanque qui corpora ſubeunt, vbi præſertim naturæ limites, vel loci, vel motus, vel ſubſtantiæ, vel quantitatis, vel qualitatis ratione excedant, flatus dicuntur, & morborum aut ſymptomatum in corpore humano cauſæ exiſtunt. Cùm verò naturali motu in corpus deferuntur, & naturali inſpirationis & expirationis ſymmetria conſtant, generis nomen retinent, & πνεύματα vocantur. Sic ſcribit Erotianus Hippocratem ἐν τῷ περὶ φυσῶν, καὶ ἐν τῷ περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς, φύσας vocare τὰ ἐν ἡμῖν πνεύματα. Quam certe dictionem ea notione ſæpius vſurpat lib. de flatibus, vt (pag. 119. verſ. 23. 27.) & (pag. 120. 5. 11. 14. 37. 40.) & (pag. 121. 2. 4. 40.) At lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς pro flatu ſumitur (pag. 7. verſ. 24.) ibidemq́; vſurpatur (pag. 11. 45. & pag. 12. 6.) vbi etiam pro ſpiritu ſumi poteſt ea Erotiani mente. Lib. quoque περὶ χυμῶν vſurpatur φῦσα (pag. 114. 37. 41. & 45.) & (pag. 115. 5. & 11.) pro flatu, etſi ἐμφύσημα, hoc eſt, inflationem denotare velit Erotianus. φυσᾶσθαι autem inflari aut flatu impleri ſignificat lib. 2. de Morb. (pag. 157. 2.) καὶ ἡ γαστὴρ φυσᾶται, & venter inflatur, aut flatu turgeſcit. Ibidem enim cauſam apponit, καὶ ἡ φῦσα οὐ διαχωρέει. neque flatus recedit. Et, ὅταν δὲ ἐν τῇ γαστρὶ ἡ ὀδύνη ᾖ καὶ ἡ φῦσα. Cùm igitur in ventre dolor & flatus fuerit. Lib. etiam 2. περὶ γυναικ. (p. 278. 42.) ἡ γαστὴρ αἴρεται καὶ φυσᾶ, venter attollitur & inflatur. Sic φυσῶδες flatus aut quod inflat dicit apud Hippocr. aph. 9. ſect. 3. lib. 6. Epidem. τὸ φυσῶδες ξυναίτιον, flatus aut quod inflat ſimul cauſa eſt. Et, φυσώδης ἐστὶν ἐν τῷ ἄνω οἶνος γλυκύς, vinum dulce flatus in ſuperiore inteſtino excitans, lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 71. verſ. 40.)

Φύσιγξ veſiculam ſignificat, ſed σκορόδου φύσιγξ Hippocrati dicitur, allii caulis aut ſcapus lib. de fiſtulis (pagina 517. verſiculo 36.) (vbi ea dictione ſæpius vtitur) quo veluti ſtilo fiſtulæ altitudinem explorat. φύσιγγα τὸ καλύμμενον ἐκκαύλημα ἢ μάλιστα τὸ κοῖλον exponit Galenus in Exegeſi, hoc eſt, quod in caulem abit, præcipueque quod cauum eſt, nimirum locum lib. de fiſt. (pagina 517. verſ. 36. 37. & 44.) ſubindicans, vbi φύσιγγα vſurpat. Verùm φύσιγγα vitiosè in Exegeſi legitur, vt etiam apud Varinum. φύσιγξ Ariſtoph. Scholiaſtæ τὸ ἐκτὸς λέπισμα τῶν σκορόδων, hoc eſt, alliorum cortex exterior exponitur. Vnde Erotianus σκορόδου φύσιγγα apud Hippocratem τὸ ἔξωθεν λέμμα, exteriorem corticem accipit, aliter quàm Galenus, eodem tamen ſubnotato loco. φύσιγγες Heſychio εἶδος σκορόδου, allii ſpecies, aut σκορόδων κεφαλίδες dicuntur. Ex quo nonnulli φύσιγγα apud Hippocratẽ allii caput aut nucleum ſumunt, & pro ſpecilli capitato extremo in nuclei allii modum exponunt. Sed recẽtem allii ſcapum aut caulem ad pertentandam fiſtulam ſumi vult Hippocr. Sunt qui in Exegeſi pro φύσιγγα φύσιγγι ſcribant, alii etiam φύσιγγα.

Φύσις natura, cuius ſignificatum vt apud Philoſophos, ita etiã apud Medicos variè accipitur, vt ſcribit Galen. Com. ad aph. 34. lib. 2. Antiquis Philoſophis φύσις dicitur prima rerum materia, omnibus quæ generationi & corruptioni ſunt obnoxia ſubiecta, quam non generatam ſed æternam faciunt. Item quæcunque propria quadam ratione ſingulis generatis & corruptibilib. inſunt, quib. cognitis, alia quoque quæ vnicuique ſingulari ſubſtantiæ non propria quadam ratione inſunt, cognoſcuntur. Gal. Com. in lib. 1. de Nat. humana (p. 1. 20.) φύσις etiam Deus dicitur ſeu diuina ratio toti mundo & eius partib. inſerta, quam mentem admirabili virtute præditam eſſe dicit lib. 17. de vſu partiũ Gal. omnia peruadentem, ex qua ſingularum rerũ propriã naturã promanare rationi eſt conſentaneũ, & vim corpus noſtrum gubernantẽ, & munia vitæ diſpenſantem, regentem & conſeruantem, noſtriq́; opificem & fabricam. Quo ſignificato natura rerũ parens dicitur, & natura nihil fruſtra aut temerè faciẽs, & paſſim ſumitur, vbi naturæ iuſtitiam extollit Gal. prouidentiam, ſolicitudinem, induſtriam, ſagacitatem & opificium in corporis noſtri cõſtructione & fabrica. Ariſtoteli cap. 1. lib. 2. Phyſ. natura potius forma dicitur. Hippocr. verò ſæpiùs φύσις ponitur pro vniuerſa ſubſtantia ex primis quatuor elementis conflata, ſiue temperatura ex quatuor primis corporibus conſiſtente, velut ſumitur toto lib. de Nat. humana, & aph. 34. lib. 2. & aph. 2. lib. 3. Quod præcipuum eſt naturæ ſecundum ipſius ſubſtantiam ſignificatum, vt ſcribit Gal. in eorũ aph. Com. Sic φύσις corporis dicitur Hipp. ex quatuor humoribus temperatio & mixtio, lib. de Nat. hum. (p. 10. 14.) vbi homini ſanguinem, bilem vtranq; & pituitam ineſſe dicit, ἢ ταῦτα ἐστὶν αὐτέῳ ἡ φύσις τοῦ σώματος, atq; hęc ſunt ipſius corporis natura, ex quibus corpus ipſum conſtituitur, hoc eſt, eæque totam hominis naturam conſtituunt, velut elementa ſub ſenſum cadentia, quibus animalia ſanguine prædita cõſtant. Quam naturæ notionem multis locis celebrat Gal. præcipueq́; lib. 3. De Temp. φύσιν ὅταν εἴπω, ὅλην τὴν οὐσίαν τε καὶ κρᾶσιν λέγω τὴν ἐκ τῶν πρώτων στοιχείων, θερμοῦ, καὶ ψυχροῦ, καὶ ξηροῦ, καὶ ὑγροῦ. Naturam cùm dico, totam ſubſtantiam ac temperiem, quæ ex primis elementis, calido, frigido, ſicco & humido conſtat, intelligo. Rurſus cùm ſcribitur libro de rat. vict. in morb. ac. (pagina ſexageſima prima, verſiculo quadrageſimo tertio) ὅτι αἱ μέγισται μεταβολαὶ τῶν περὶ τὰς φύσιας ἡμῶν καὶ τὰς ἕξιας συμβαινόντων. quòd maximæ ſunt mutationes eorum quæ circa naturam noſtram habitumque contingunt. Sic ſcribit Gal. πολλὰ μὲν οὖν σημαίνει παρ' αὐτῷ τὸ τῆς φύσεως ὄνομα· νῦν μέντοι τὴν κρᾶσιν ἄν τις ὑπολάβοι δηλοῦσθαι. Multa quidem apud Hip. φύσεως nomen ſignificat, ſed nunc temperiem indicari quis exiſtimauerit. Quod etiam repetit ibidem

(pag. 68.

(pag.68.verſ.19.) καὶ νῦν φύσιν λέγει τὴν κρᾶσιν Et Com.2. in lib. de Nat. humana (pag.18.28.) φύσις τοῦ σώματος ἡ κρᾶσις. Quo ſignificato ſcribitur Galeno natura gaudere conſuetis lib.8. Meth. med. ex Hippocr. lib. de rat. vict. in morb. ac. & conſuetudo altera eſſe natura lib.3. de ſimpl. fac. cap.17. φύσις etiam dicitur vis omnis & facultas in omnibus inſita corpus ipſũ regẽs, vt ſcribit Gal. lib.2. de ſympt. cauſ. Et Com.5. in lib.6. Epid. (pag.506.17.) δυνάμεων δὲ προσήκει νῦν ἀκούειν ἐκ τοῦ τῆς φύσεως ὀνόματος ἐνυπαρχουσῶν αὐτοῖς τοῖς σώμασιν ὑπ' αὐτῶν διοικουμένοις ὑπ' αὐτῆς. Naturæ autem nomine facultatem nũc intelligere oportet quæ corporib. ipſis ineſt, eaque gubernat. Rurſus lib.3. de Criſ. cap.8. φύσις τὰς διοικούσας δυνάμεις τὸ ζῶον, vocat. Quæ corporis diſpenſatio cùm à calore natiuo omnium naturalium operum opifice contingat, φύσις etiam calidum innatum, ſeu calor natiuus eſſe dicitur aph.15. lib.1. & 22. lib.5. & in Com. Galen. & lib. περὶ μαρασμοῦ. Idẽ lib.2. ad Glauc. calorem natiuum virium ſubſtantiam facit, vel certe primum & maximè neceſſarium ipſarum inſtrumentorum. Qua ratione φύσις rectè dicitur Authori Definit. Med. (p.393.10.) eſſe πῦρ τεχνικὸν ὁδῷ βαδίζον εἰς γένεσιν. ignis artificialis qui via ad generationem tendit, aut ex ſeipſo mouetur efficaciter. Aut ex Platone, φύσις ἐστὶν δύναμις τεχνικὴ δύναμις. vis quædam artificialis quæ ex ſeipſa mouetur, formationis, generationis perfectionisque autor. Et, φύσις ἐστὶ πνεῦμα ἔνθερμον ἐξ ἑαυτοῦ κινούμενον, καὶ κατὰ τὰς σπερματικὰς δυνάμεις γεννῶν τε καὶ τελειοῦν, καὶ διατηροῦν τὸν ἄνθρωπον, ἐν χρόνοις καὶ μεγέθεσιν ὡρισμένοις. Spiritus calidus ex ſeſe motus, qui præfinitis temporibus ac magnitudinibus, hominẽ pro ſeminariis facultatibus generat, perficit ac conſeruat. Ac rurſus, φύσις ἐστὶ δύναμις ἐξ ἑαυτῆς κινουμένη, αἰτία γενέσεώς τε καὶ διαπλάσεως. Natura vis eſt quæ per ſe mouetur, generationis & conformationis cauſa. Atq; ſecundum has naturæ notiones ſcribitur Hippocrati lib. περὶ τροφῆς (p.111.29.) φύσιες πάντων ἀδίδακτοι. & (pag.110.34.) φύσις ἐξαρκέει πάντα πᾶσιν, & νόσων φύσιες ἰητροί. aph.1. ſect.5. lib.6. Epid. Φύσις etiam temperaturã, diſtributionẽ, cõſtructionem & fabricationem ſignificat Hippocrati aph.25. ſect.6. lib.6. Epid. veluti cùm naturam oſſium, neruorum, venarum, carnium pernoſcendam eſſe præcipit, vt explicat Com. Galeno attributus. φύσις eſt prima ætas ſtatim ab ipſo ortu, aph.44. lib.2. vbi κατὰ φύσιν ἐκ γενετῆς exponit Philotheus. φύσις quoq; eſt corporis forma & idea, ſiue partium corporis ſtructura & compoſitio. Qua ſignificatione ἡ φύσις ἐπὶ τὸ φθινῶδες ἔρρεπεν, natura ad tabem vergebat, dicitur lib.1. Epid. (p.353.54.) vt ſcribit Gal. Com. ad aph.34. lib.2. φύσις morbi natura & eſſentia dicitur Gal. initio lib.3. Meth. med. præcipueq; eſſentiam indicat cùm de animi natura agitur, velut cùm ſcribit Gal. pueris diuerſam & differẽtem animi naturam ineſſe, lib. q. animi mores temp. corp. ſeq. (p.344.16.) ἐνδηλον δ' ὅτι τὸ τῆς φύσεως ὄνομα κατὰ τοὺς πάντας λέγεις, ταὐτὸν σημαίνει τῷ τῆς οὐσίας. Conſtat autem naturæ nomẽ in huiuſmodi ſermonib. idem quod eſſentiæ nomen ſignificare. φύσις etiam eſt ἡ τῶν πραγμάτων ἀλήθεια, rerum veritas. Gal. Com.1. in lib. de Nat. humana (p.7.48.) Et Hippocrati κατὰ φύσιν, quæ re vera ſunt, & iis opponuntur quæ κατὰ νόμον dicuntur. vt lib. de Nat. hum. ibidem (v.41.) καὶ κατὰ νόμον καὶ κατὰ φύσιν, & opinione & re vera, qua phraſi ſæpius vtitur eodem libro. Eſt autem ipſa Natura rerum veritas, quòd ipſa ſibi ipſi ſemper cõſtet, vera & certa omnia faciat, nihilq; habeat fucati. ſed omnia ſyncera cõtineat, & quam per omnia ars imitatur, vt tamen aſſequi non queat. φύσις interdum ſinum & naturã muliebrem ſignificat Hippocrati, vt lib.2. περὶ γυναικ. (p.276.41.) ἢν αἱ μῆτραι προσίωσιν ἐξωτέρω τῆς φύσιος. Si vteri extra naturam proceſſerint. Et lib. περὶ ἀφόρων (p.299.18.) ἢν αἱ μῆτραι προπέσωσιν ἔξω τῆς φύσιος. Pro quo ſcribitur lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p.214.25.) ἢν προπέσωσιν αἱ μῆτραι καὶ ἐξίωσιν ἔξω.

Φυτεύειν exponitur Galeno in Exeg. apud Hipp. ὁ τοῦ φυτεύειν καιρός, plantandi tempus.

Φυτωτεῖον idem exponit τῶν εἰς τὴν γῆν φυτευομένων ξύλων, hoc eſt plantariorum, aut in terram plantatorum ſurculorum. Quibus verbis ſubindicare mihi videtur locum lib. περὶ φύσ. παιδίου (pag.35.19.) τὰ δὲ ἐκ φυτωτείων, ἀπὸ δενδρέων δένδρεα γίνεται. Cæterùm quo ad plantaria, ex arboribus arbores fiunt. Et rurſus ibidem (verſ.28.) οὕτως ἐς τὸ ἐναντίον ξυμβαίνει ἤδη τῶν ἐκ τοῦ σπέρματος γινομένων, καὶ τῶν ἐκ τῶν φυτωτείων περὶ τοῦ βλαστοῦ. Sic igitur contrario modo contingit circa germinationem, in his quæ ex ſemine, & his quæ ex taleis in terram defixis proueniunt. Et iterum ibidem (verſ.35.) καὶ πρῶτον τὸ φυτωτεῖον ἀνάγκη ἐστὶν ἑωυτῷ τροφὴν ποιήσασθαι ἀπὸ τῆς γῆς τοῖσι ῥίζῃσι. Et taleam quidem primùm neceſſe eſt alimentum ſibi ipſi ſufficere è terra in radices. Ibique opponuntur inter ſe quæ ἐκ τοῦ φυτωτείου, & ἐκ τοῦ σπέρματος, hoc eſt, quæ ex viua radice & quæ ex ſeminibus producuntur.

¶Φῶδες aut φωΐδες dicuntur puſtulæ ex igne aut feruore contractæ, ἐπικαύματα aut ἐπιφλογίσματα, quæ non ſolùm in tibiis, ſed etiam in reliquo corpore velut ab incendio, contrahuntur. φωΐδες exponuntur in Exeg. αἱ φαίνιγγες de quibus antea dictum eſt. Eaque dictione intelliguntur circuli aut maculæ rubentes in tibiis ex nimia ignis vicinia contractæ. Dicuntur etiam veſicæ, papulæ aut puſtulæ in reliquo corpore, velut φωΐδες vſurpantur Hippocrati in Coac. Prænot. (pagina 433. verſiculo 19.) etſi non ſine mendi ſuſpicione. φῶδες dictio quoque agnoſcitur Erotiano apud Hippocratem, ſcribitque dictionem eſſe Doricam. Additque φῶδες eſſe τὰ ἐκ τοῦ πυρὸς γινόμενα, μάλιστα δὲ ὅταν ἐκ ψύχους ἐν τῷ περὶ κάμινον στρογγύλα ἐπιφλογίσματα. ex igne contracta rotunda incendia aut inflãmationes quaſdã, præcipuè verò ſi ex frigore ad ignẽ ſederint (quas per φαίνιγγας ſatis explicat Gal.) Interdum etiã ἐξανθήματα φωΐδες

οἷον φῷδες, περὶ τὸ θώρηκα τι γινόμενα ſignificare ſcribit, hoc eſt rubentes puſtulas, (velut bullas igne cõtractas) in thorace exortas. Nonnullos etiam τὰς φλυκτίδας accipere, hoc eſt, bullas aut ampullas. Deduci autem dictionẽ vult ἀπὸ τοῦ φωτὸς καὶ ἐρεύθους, hoc eſt à luce & rubore, ex Diocle Caryſtio. Alii à φώζω deducunt, quod eſt ardeo, vnde & φῷδες & φῷδα idem quod φωΐδες ſignificant. φῷδες φλυκτίδες quidam exponunt, & Ariſtoph. Schol. in Pluto (p.28.) φλυκταίνας. Apollodorus τὰ ἐκ πυρὸς ἐρυθήματα ἢ ἐπικαύματα φῷδες eſſe dicit, hoc eſt ex ignis incendio contractos rubores & ardores. Heſychio autem φωΐδες exponuntur τὰ ὑπὸ πυρὸς ἐν σώματι γινόμενα ἐκφυσήματα (Sic enim lego) vt puſtulæ inflatæ & ab igne excitatæ intelligantur, quas per φωΐσσας intelligit Gal. Crurum maculas varietatesq; igne factas vocat Pl. cap. 9. lib. 20. Theophraſtus lib. περὶ πυρὸς φωνείδες vocat, quas nos φῷδας huiuſmodi maculas ab igne excitatas, quæ in crurib. apparẽt, & primùm rubræ cernũtur, deinde etiã nigricant, cuius rei rationem illic adfert. Neque verò φῷδες in cruribus tantùm fiunt, ſed & in reliquo corpore (vt apparet ex Gal. in dict. φωΐσσας) & in thorace, vt ſcribit Erot. Quibus certè verbis locum Hippocr. lib. 2. de Morb. (p. 153.17.) mihi innuere videtur, vbi τὰ ἀρτήματα τοῦ πνεύμονος ἀπορραγῇ, hoc eſt, ſuſpenſæ vtrinq; pulmonis fibræ ruptæ fuerint, καὶ καῦμα ἔχει, καὶ καταπίμπλαται φῳδῶν & ardor detinet, & puſtulis velut ex igne rubentibus completur. Significat autem ex incendio interno puſtulas in thorace aut pectore rubentes excitari, iis ſimiles quæ in tibiis ex ignis vicinia contrahuntur. Vt mihi parum aptè Cornarius de rubentib. circulis in tibiis hunc locum accepiſſe videatur. Rurſusque ibid. (p.154.26.) in nimia pulmonis plenitudine, καὶ πίμπλαται φῳδῶν, & puſtulis velut ex igne rubentibus completur. Vbi etiam rubicundos in tibiis circulos intellexit Cornarius.

Φωλεοῖσι ſcribitur apud Hippocrat. ægr. 1. poſt. ſt. peſt. & illic pro oſtreis accipitur Caluo, qui hanc lectionem ex mẽbranis Vaticanis hauſit, quæ etiam ſcribitur in quibuſdam exemplaribus Regiis manu ſcriptis, vt illic teſtati ſumus, vitiosè tamen pro φωλάσι, quam lectionem ex melioribus codicibus & Galeno ſecuti ſumus. Sunt autem φωλάδες Heſychio & Varino ὀστρακόδερμά τινα βρωμώδη.

Φωνὴ, vox, dicitur Plutarcho in Præceptis ſanitatis tuendæ, τοῦ πνεύματος ἐστὶ κίνησις, animæ motus. Eſt autem vocalium inſtrumentorũ munus, quæ ſunt guttur, muſculi ipſum mouentes, & nerui omnes qui ad eos vim à cerebro deferunt. Hæc φθόγγος, φθέγξις & φθέγμα dicitur Hippocrati. διάλεκτος autem aut διάλεξις ſermocinatio aut loquela, eſt eorum quæ ad ſermonem pertinẽt, quorum omnium princeps eſt lingua, tum nares & labra, & dentes, & dicitur vox articulata, vt ſatis videre eſt apud Hipp. lib. περὶ σαρκῶν vulgò inſcripto (p.43.) & lib. 4. de morb. (p.177.32.) & Gal. lib. 4. de Loc. aff. (p.290.53.) & eo qui circunfertur Com. in ſent. 24. lib. 1. περὶ χυμῶν. αὐδὴ autem dicitur non omninò vox, neque id omne quod propriè in ſenſum auditus cadit, neque id ſolum quod ore emittitur (quo ex genere, ploratus, ſibilus, fletus, tuſſis, eaque id genus continentur) ſed ſola hominis vox qua inter ſe colloquuntur. φωνῆς variæ attributiones inueniuntur apud Hippocr. φωνῆς βαρύτης, vox grauis dicitur, vel quæ rauca eſt ex faucium & ſpiritalium inſtrumentorum nimia humectatione, quales etiam φωναὶ δασεῖαι καὶ μέλαιναι, hoc eſt, voces denſæ & fuſcæ aut nigræ dicunt. Gal. in Prorrh. (p.170.13.) vel quæ inexplicata eſt aut præpedita, ac lingua veluti balbutiens ex nimio humoris affluxu. Velut φωνῆς βραδυτὴς linguæ tarditas, pro inexplicato ſermone ac præpedito, aut balbutiente lingua ponitur Coac. Prænot. (p.428.30.) quomodo in apoplecticis & epilepticis contingit, irrigatis ex nimio humorum affluxu neruis & linguæ muſculis. vbi φωνὴ pro αὐδὴ ſumitur. Sunt & φωναὶ ἐκλείπουσαι, voces deficientes in Prorrh. ac defectæ (p.197.33.) & φωναὶ κατακεκλασμέναι, voces perfractæ ac peruerſæ, in Coac. Prænot. (p.431.13.) & φωναὶ κατειλλόμεναι, aut κατειλημμέναι, voces diſtortæ, alliſæ aut cõfractæ, ac vinctæ & ꝑpeditæ, lib. 3. Epid. in ſt. peſt. de quibus antea ſcripſimus, & φωνὴ κεκλασμένη lib. 7. Epid. (p.363.3.7.) φωνὴ ἀπολελυμένη, eſt vox exoluta, reſoluta, intercepta, ac præpedita, idemque ferè quod ἀφωνίη motus & ſenſationum priuationem indicans, ex cerebri & neruorum principii offenſione, in Coac. Prænot. (pag.428.36.) Cui φωνὴ λελυμένη vox ſoluta & libera reddita opponitur, hoc eſt reſtituta, explanata & expedita, quæ huiuſmodi noxiæ depulſionem & abſolutionẽ indicat: Non ſecus ac φθέγξις aphoniæ opponitur, & ſenſus ac motus priuationẽ redimit aph. 5. lib. 5. Sic lib. 2. Epid. (p.318.9.) ἢν φωνῆς λυομένης πάντα λύεται· ἡ γὰρ λύσις τῇ φθέγξει ἔοικεν. Vox vbi abſoluta fuerit & libera reddita, omnia etiam liberantur. Ipſa quippe abſolutio liberæ vocis emiſſioni quodammodo reſpondet. Et lib. 7. Epid. (p.359. x.) φωνὴν λύεσθαι vocem ſolui, hoc eſt, liberam eſſe ac expeditam ſignificat. ἡ φωνὴ οὐκ ἐλύετο, vox ſoluta non erat, hoc eſt libera. Et lib. 3. de Morb. (p.161.19.) ὅτι τεταρταῖοι θνήσκουσι τῆς φωνῆς λυθείσης, hi tertia die voce abſoluta moriuntur. Neque abſimili notione φωνὴν ῥηγνύναι vocem abrumpere, vocis interceptæ liberam abſolutionem ſignificat, vt antea ſcripſimus. Alioqui φωνὴν ἀπορρήγνυσθαι vocẽ eliſam, abruptam & fractam indicat, vt lib. 6. Epid. ſect. 7. aph. 1. φωναὶ ἀπερρήγνυντο ἐς τὸ βηχῶδες, vox tuſſi abrumpebatur, de iis effertur quibus vox tuſſi elidebatur. Et lib. 7. Epid. (pag. 355.39.) φωνὴ ὑπὸ τῆς βοῆς ἀπερρηγυῖα καὶ βραγχώδης, vox vociferatione fracta & rauca dicitur. qualis iis qui multum diuq; clamarunt.

Φωνὴ περιπνευμονικὴ, ἡ τετριγώδης exponitur à Gal. in Exeg. apud Hippocrat. hoc eſt, vox qualis pulmonia laborantibus, ſtridula, aut ſtridulã in faucibus aſperitatẽ habẽs. Quod ſcribitur

lib. 5.

lib.ſ.Epid.(p.341.44.)& lib.7.(p.364.21.) Eſt autem vox rauca, ſtridula & ſtrangulabunda. Peripneumonici enim ſtertore & ſtrangulatu & ἀφωνίῃ pereunt, vt ſcribitur lib. de rat. vict. in morb. ac.

Φωναὶ κατείλλουσαι exponuntur Erotiano apud Hip. κατεχόμεναι, h.e. detentæ aut occupatæ. εἴλειν γὰρ τὸ συνέχειν καὶ συγκλείειν οἱ Ἀττικοὶ λέγουσιν. εἴλειν nanq; Attici pro continere & claudere dicunt. Idem quoq; Bacchium reprehendit quòd ea dictione παρεγκεκλιμένας φωνάς, h. e. inclinatas aut demiſſas voces, quaſi diſtortas aut peruerſas acceperit. Additque, ὁ δὲ Φακᾶς Διοσκορίδης, κατίλλειν φησὶν εἶναι τὸ κατείργειν καὶ κατακλείειν. ὡς δηλοῦσθαι τὸ βραχὺ τῆς φωνῆς καὶ μόλις ἀκουόμενον. Phacas Dioſcorides κατίλλειν eſſe dicit cohibere & claudere, vt vocis tenuitas ſignificetur, eaq; quæ vix audiatur. Quibus verbis haud dubiè Erot. locum lib.3. Epid. (p.422. 48.) exprimit, & ad interpretationes veterum Hip. interpretum à Gal. commemoratas nec ſatis approbatas delabitur, & dictionem actiuam perpeſſionis ſignificatione exponit, vt ne addam κατείλλουσαι (ſi modò vera eſt lectio) pro κατειλοῦσαι legiſſe.

Sic n. paſſim legunt exẽplaria publicata Galeni, etſi καθιλλαίνουσαι quædam habent & κατεἰλλουσαι, vt illic ſcripſimus, vbi & hanc vocẽ abundè expoſuimus. κατειλοῦσαι autem φωναὶ dicuntur pro κατειλημέναι ὥσπερ κατακεκλεισμέναι, ἢ ἀνειλημέναι, ἢ δεδεμέναι, q̃d voces inuolutas, implicatas, cõcluſas & retentas, h. e. ꝓpeditas aut vinctas indicat, h.e. ex deſtillatione in fauces vitiatas & impeditas aut interceptas. Sic n. exponit Gal. τὰς δὲ κατακεκλεισμένας, ἢ ἀνειλημένας, ὡς νοεῖν ἡμᾶς ἐπὶ τῶν ἐξιέναι μὴ δυναμένων φωνῶν λελέχθαι τὴν λέξιν, ὡς ἐπὶ τῶν ἰσχροφώνων φαίνεται γινόμενον, h.e. velut concluſas aut cõuolutas, vt dictio intelligatur de vocib. exire non valentibus, vt in his qui exili voce ſunt præditi.

Φωνὴ ὡς ἐν ῥίγει αὐτοπτική, vox vt in rigore conſpicua, aut qualis in rigore conſpicitur, hoc eſt tremula, in Prorrh.(p.183.42.) τὴν τρομώδη φωνὴν ibidem exponit Gal.

Φωνὴ λευκὴ καὶ μέλαινα per tranſlationem dicitur Gal. lib.3. de diff. pulſ.(p.38.41.) vt & Com. 1. in Prorr.(p.170.16.) Et φωνῆς λαμπρότητα καὶ βραδυτῆτα, vocis claritatem & tarditatẽ inter ſe opponit Hip. lib. περὶ τέχνης (p.4.18.)

# OECONOMIAE
## HIPPOCRAT.
## TO X.

XA'δειν apud Hipp. capere aut capax eſſe ſignificat, libr. περὶ γονῆς (p.29. 37.) ἢν δέ τις ἐς ἄγγος θῇ μέγα, ὅ, τι καὶ ἐπιτηδείως ἔστι σικυὸν χαδεῖν, quòd ſi quis in vas amplũ imponat, quod quidem cucumerẽ exactè capere poſſit. Vbi χάδειν legunt exẽplaria omnia, quòd veriſimile ſit cucumeris eſſe capax. Heſychius χαδεῖν χωρῆσαι exponit vt & Schol. Homericus in verſum 84. Il. ξ. Qđ tñ à χάζω deducit Euſtath. & à fut. 2. χαδῶ, χαδεῖν vel χαδεῖν. Verùm à χάδω videtur deduci apud Hip. aut χαδεῖν ſcribendum fuerit.

Χαλάω aut χαλάσσω remitto aut ceſſo neutraliter ſumptum velut de febre aut morbo dicitur qui remittit aut relaxatur. lib.7. Epid. (p.352.28.) πρώτῃ καὶ ν' ἐχάλασε, primo & quinquageſimo remiſit febris. Et rurſus (p.360. 18.) ἡ θέρμη ἐχάλασεν, calor remiſit. Et (v.29.) ἐχάλασεν ὁ πυρετὸς, febris dimiſit, relaxauit. Rurſusq; ibidem (p.363.5.) Νικόξενος ἐδόκει χαλάσσειν. Nicoxenus relaxari à morbo aut liber eſſe videbatur, aut Nicoxeno morbus remiſerat. Et (p.364.4.) ἐς δὲ ἑσπέρην πάντα ἐχάλασεν, ſub veſperum omnia remiſerunt. Et lib.ſ.Epid.(p.339.17.) καὶ οὔτε ἐμέοντι ἀπὸ ὕδατος ψυχροῦ ἐχάλα, οὔτε ἡ ὀδύνη ἀπιοῦσα, οὔτε τὸ πνεῦμα. Ac neque vomitu, ex aqua frigida dolor vrgẽs aut ſpiratio remittebat. De febre lib.7. Epid.(pag.354.21.) ἐχάλασε τριταίῳ σχεδὸν, ferè tertio die remiſit. Eſt & χαλᾶν ὑφ' ἑωυτοῦ οὖρα, vrinam inuoluntariè, nec ſponte emittere, in Prorrh.(p.203.17.) Et οὖρα ὑφ' ἑωυτὸ χαλῶντα, exponit Gal. ἀπροαιρέτως οὖρα ἀποκρινόντας. Quod repetitur in Coac. Præn. (p.225.5.) Eademq̀ue notione χαλᾶσθαι ὑφ' ἑωυτοῦ, hoc eſt per ſe laxari aut reſolui dicuntur vulgari nimirum locutione, quibus inuitis & ſponte egeſtiones alui emittuntur, & inuoluntariæ excretiones prodeunt. Quod fit mente & ſenſatione læſa, aut muſculis ani & vi contentrice exoluta, in Prorrh.(p.199.57.) & Coac. Prænot.(p.431.16.) Iſtud verò ſic exponit Gal. Com. 3. in Prorrh. (p.200.8.) τὸ δὲ χαλῶνται ὑφ' ἑωυτοὺς, οἱ μὲν ὡς οἱ πλεῖστοι τῶν ἐξηγητῶν ἤκουσαν, ὡς ἐπὶ τῶν ἀκουσίως διαχωρουμένων, ὅπερ καὶ ἡμεῖς ἀκούομεν, ὅπως τῆς διανοίας ἐνδείξεται βλάβην, ἢ τῶν κλειόντων τὴν ἕδραν μυῶν τε καὶ νεύρων. οἱ δὲ ὡς ἔνιοι νομίζουσι δηλοῦται τὸ χαλᾶν ἐπὶ τῆς διαθέσεως, ὅπερ ἐστὶ μετριωτέραν αὐτὴν ἐργάζεσθαι, διὰ μὲν τοὺς ἱδρῶτας φασὶν ἐκεῖνοι, συμβαίνοντας χρηστότερον ἐργάζεσθαι τὸ νόσημα. Illud autem χαλῶνται ὑφ' ἑωυτοὺς, ſi quidem vt expoſitorum plurimi intellexerunt de iis qui præter volũtatem excernuntur, ita & nos accepimus, vel mentis læſionem indicabit, vel anum claudẽtium tum muſculorum tum neruorũ noxiam. Si verò, vt nonnulli exiſtimant, τὸ χαλᾶν indicat affectionem remittere, quod eſt moderatiorẽ effici, ob ſudores quidem (inquiũt illi) mor-

bum diuturniorem fieri continget. Quibus verbis τὸ χαλᾶσθαι popularem loquendi motem, de his quibus inuoluntariè excretiones effluunt, continet, & eã explicationem qua de morbi ſæuitia aliquid relaxatur aut remittit. Sic quoque κοιλίη ὑγρὰ χαλᾷ dicitur in Prorrh. (pag. 201.19. & 202.3.) aluus liquida deiicere aut demittere, cùm fluit & liquidas habet deiectiones. Vbi Galen. ὑγρὰ χαλᾷ, ὅπερ ἔν τισι διαχωρεῖν εἰώθε λέγειν, liquida demittere, quod in quibuſdam excernere dicere conſueuit. Inde verò χαλαρὸν quod laxum eſt ſignificat, vt ἀρχοῦ τὸ χαλαρὸν recti inteſtini laxitas aut pars laxior, quæ ſupra muſculum adſtrictorium dilatatur & ad os ſacrum adiacet, libr. de art. (pag. 618.48.) vt antea ſcripſimus in Ἀρχὸς, & exponit Gal. lib. περὶ μήτρας ἀνατομῆς (p. 210. 54.) At χαλάειν quod leg. apud Hipp. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 205.46) quid ſit, non ſatis conſtat: exiſtimoq́; χυλάειν leg. vt poſtea ſcribemus.

Χάλαζα ἢ χαλάζιον tuberculum eſt grandini ſimile, & pellucidum in palpebris concretum, vnde χαλαζιῶντα βλέφαρα dicuntur. χάλαζα dicitur authori defin. Med. (p. 400.18.) χαλαζώδης συστροφὴ κατὰ τὸ βλέφαρον, concretio quædam aut globulus milio nõ diſſimilis in palpebra ſubnaſcens. χαλάζωσις dicitur Medici authori (p. 386.29.) ſuntq́; περιφερῆ τινα ἔνδοθεν τοῦ βλεφάρου ἐπάρματα περιγεγραμμένα ἐοικότα τῇ χαλάζῃ, orbicularia quædam intra palpebras circumſcripta tubercula, quæ nomẽ à grandinis ſimilitudine acceperunt. Chalaxium vocat Celſus cap. 7. libr. 7. & Paulus lib. 3. cap. 22. A grandinis etiam ſimilitudine χάλαζα dicitur in ſuibus vitium in eorum ore ſub lingua enaſcens, & per totam carnem ſparſum & innatum quod viuente animali tegitur, nec niſi diſſecto & mortuo conſpicitur. Sic χαλαζώδης πυκνὴν vocat Hipp. lib. 4. Epid. (p. 329.5.) crebra tubercula grandini ſimilia in lingua enata ex incendio. γλῶσσα ἐτετρήχυντο ὥσπερ χαλαζώδη πυκνοῖς, lingua velut denſa grandine exaſperabatur, hoc eſt, crebris & denſis tuberculis albis, grandiniq́ue ſimilibus & pellucidis exaſperabatur. Quod erat pituitoſæ materiæ ſuccenſæ manifeſtum indicium.

Χαλινοῦσθαι eſt frænari, refrænari & frænis iniectis coerceri. Lib. 1. περὶ γυν. (p. 232.28) ἢ τὴν γλῶσσαν αὐτοῦ χαλινοῦται, & linguam frænatã habet, mira phraſi, pro ἢ ἡ γλῶττα αὐτῇ χαλινοῦται, lingua ipſius refrænatur, ac velut iniecto fræno coercetur aut inhibetur. Sic ἐγχαλινοῦσθαι infrænari dicitur, vt antea ſcripſimus, & ἐγκεχαλινωμένοι τὰ στόματα, qui frenata ora habẽt.

Χαλκεῖον officina fabri, lib. de art. (pag. 622.12.) αὐλὸς ἐκ χαλκείου. follis fabrilis, aut ex officina fabri, aut fiſtula ærea, aut cuiuſdam inſtrumenti ærei. Erotianus apud Hippocr. χαλκεῖον exponit χαλκοῦν ἀγγεῖον ἢ ἄρμενον, vas æreum aut accommodatũ aliquod inſtrumentum. Sunt enim τὰ ἄρμενα accommodata & neceſſaria ad aliquid agendum præparata inſtrumenta.

Χαλκῖτις στυπτηρίη, Chalcitis στυπτηρίη dicta, libr. de vlcer. (p. 516.5.) Vbi chalcitida quidam aluminis ſpeciem eſſe volunt. Gal. verò in Ex. vocum Hipp. ſimpliciter chalcitin intelligi vult. Hunc enim locum mihi ſubindicare videtur cũ ſcribit, χαλκῖτις στυπτηρίη, ἴσον τῷ χαλκῖτιδι. Et rurſus, στυπτηρίη χαλκῖτις, ἣν ἁπλῶς οὕτως ὀνομάζομεν χαλκῖτιν. Quidam verò tum chalcitida tum alumen accipiunt. De Chalcitide vide Dioſcorid. cap. 115. l. 5. & Plinium cap. 12. lib. 34.)

Χαμαιζήλου Erot. apud Hipp. ταπεινῆς, humilis, exponit (ſed ταπεινοῦ malim.) Legitur li. de fract. (p. 575.10.) καθίσαι μὲν χρὴ τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ χαμαιζήλου τινὸς, hominem in aliquo humili ſedili collocare oportet. Et lib. 1. de art. (p. 594.27.) ἡ ἐπωμὶς φαίνεται χαμαιζήλη καὶ κοίλη, ſummus humerus humilis & cauus apparet.

Χαμευνία, humicubatio aut humi decubitus, qua voce vtitur Gal. Com. ad aph. 29 & 30. lib. 3. eadem quæ σκληροκοιτία libr. περὶ ὑγιεινῆς διαίτης (p. 32.53.)

Χανδὸν hiatim aut hianter, hoc eſt ore & faucibus hiantibus, affatim, abundanter ac copioſè, vt χανδὸν, ἀθρόως, ἢ ὅσον δυνατὸν exponit Heſych. Sudas ἀθρόως ἢ ἀπλήστως. Hip. lib. περὶ αἰδοίων (p. 57.42.) καὶ αὖθις ὄχλος πολὺς χανδὸν ἕλκει, rurſusq́; turbario multa affatim attrahit. Qui locus mendoſè legitur in impreſſis exemplaribus.

Χαράδρα torrentis alueum, ſulcum ac voraginem ſignificat, quam torrẽs rapido ſuo impetu efficit & excauat, aut ſalebroſum & confragoſum locum. χαράδραι exponuntur Heſychio αἱ χαράξεις τοῦ ἐδάφους, καὶ οἱ κοῖλοι τόποι ἀπὸ τῶν καταφερομένων ὀμβρίων ὑδάτων, excauati in ſolo aluei & effoſſi ſulci à torrẽtis aquis impetuoſè delatis. Vnde verbum χαραδρόω deducitur, quod ſignificat in torrẽtis alueum excauo aut cauernoſum reddo. Apud Hip. autem χαραδροῦσθαι in torrentis alueum excauor, aut cauernoſus & ſalebroſus reddor ſignificat, lib. de flatib. (p. 120.25.) ὅταν γοῦν ἐθισθῇ τὸ ῥεῦμα οὕτως ῥέειν καὶ χαραδροῦνται οἱ πόροι. Cùm igitur fluxio ſic effluere cõſueuit, meatusq́; tanq̃ in torrentis alueũ excauati fuerint, aut cauernoſi effecti, h. e. ad effluuium & fluxionem comparati & accõmodati. Sic enim hunc locũ exprimens χαραδροῦνται exponit Gal. in Exeg. διέξοδον ἔχωσι, effluuium & exitum habeant. Caluus non malè mihi expreſſiſſe videtur, meatusq́; tanq̃ canaliculi tubuline currunt & perfluunt. Coro. verò non æquè ſignificanter [ meatus implẽtur] dixit. Zuinggerus optimè, cùm lacunoſi facti fuerint meatus, dixit, eos intelligens, qui lacunæ aut paludis inſtar, excrementoſos corporis humores velut in alueũ recipiant. Sed vitioſè in noſtris exemplarib. χαραδροῦνται pro χαραδροῦνται legitur. Erot. quoq; χαραδρώδεσιν apud Hip. ἀντὶ τοῦ πηλωματώδεσιν poſitũ ſcribit, h. e. ſalebroſis locis, p paludoſis. χαράδραι γὰρ λέγονται οἱ πηλωματώδεις τόποι. χαράδρας dicunt paludoſa aut lutoſa loca. Verũ apparet vitioſam eſſe Erot. ſcripturã & χαραδρώδεσιν, p χαραδροῦνται

χραδραδῶσιν ſcriptũ eſſe, & πλημαπώδεσι pro πλημαδώδεσι, hoc eſt, lutoſi aut cœnoſi (meatus) facti fuerint. χαραδρώσεσι etiam & πλημάτωσιν apud Erot. legunt exemplaria quædam, vt facilè appareat vitium ſubeſſe. χαράδρως Gal. etiam ἀθρόως exponit apud Hipp. in Exeg. hoc eſt, confertim, cumulatè, ſcribitq́; ἀπὸ χαράδρας deduci, vt χαραδραίως legendum exiſtimem.

Χαραχτῆρες ἐξυσμένοι ὑπὸ τοῦ χαρακτῆρος, hoc eſt à charactere exaſperato, exponit Gal. in Exegeſi apud Hipp.

Χαράκιον herbę eſt cuiuſdam nomen apud Hipp. cuius radix nõ multo adeò tempore ad vmbilicum appoſita, fœtus mortuos eiicit, lib. 1. περὶ γυν. (p. 258. 25.) de Tithymalli radice qui characias dicitur num ſumi poſſit quidam dubitant.

Χάρ:τες exponũtur αἱ χαραὶ Erotiano apud Hip. quòd χάριτες ἀπὸ τῆς χαρᾶς dicantur. Indicatur autem ſententia 7. ſect. 4. lib. 6. Epid. vbi αἱ πᾶσι κάμνουσι χάριτες, gratia intelligitur qua ægro interdum gratificamur, aut eum exhilaramus, eiusq́; gratiam aucupamur, & noſtra perſuaſione obſequentem nobis reddimus. Quem in ſenſum ſcribit Erot. nonnullos χάριτας τὰς πιθανότητας accipere, quòd Attici τὸ ἀπειθεῖν ἀχαριστεῖν dicant. Eaq́; notio τὴν τῶν καμνόντων ὑπακοὴν reſpicit, quam pluribus verbis commendat Galen. in illius ſenteot. comm.

Χαροπὸς colorem oculis gratũ ſonat, & caſium aut cęruleum indicat, qualis eſt cœli ac maris, & præcipuam ingenuitatis notam in oculis præſefert apud philoſophos, tuncque rauus dicitur, vnde Rauiliæ & Rauiſtellæ Plauto, qui rauis ſunt oculis, Feſto. Color eſt obtuſus nigro & fuluo mixtus, mediusque ioter Flauum & Cæſium, Nonio. Sic enim oculi χαροποὶ apud Ariſt. Plinio raui exponuntur libr. 11. cap. 37. & cauum ac arietum oculos colore rauo æſtimat Varro lib. 2. de re ruſtica. Is oonnihil à glauco, vt & cæſius, differt, quòd obtuſior ſit & ad nigrum magis vergat, vt cæſius etiam glauco intenſior & ſaturior, glaucus autem ſit dilutior & ad albũ magis ioclinans. Et ſi glaucum pro χαροπῷ ſæpe & cæſio vſurpant authores. Velut cùm γλαυκῶπις Ἀθηνᾶ Minerua cæſia dicitur Nigidio, de colote cœli, quaſi cœlia, vt ſcribit Gellius lib. 2. cap. 26. Et M. Tullius lib. 1. de Nat. deorum Mineruæ oculos cæſios facit, cæruleos Neptuni. Gal. quoque Com. 3. in lib. 3. Epid. (p. 430. 19.) χαροπὸν apud Hippocratem pro γλαυκοῦ ſumi contendit in æſtimanda tabidorum natura. Qua de re plurima ſcripſimus noſtris in lib. 2. Epid. Com. ſect. 5. Vbi & χαροποὶ ὀφθαλμοὶ, virilitatis & ingenuitatis notas præſeferunt, vt ex Ariſt. adſcripſimus. χαροποὶ ὀφθαλμοὶ vſurpantur Hippocrati libr. 2. Epid. (p. 317. 19. & p. 318. 4.) pro rauis oculis aut cæſiis. Et lib. 3. Epid. ſt. peſt. (p. 429. 35.) τὸ χαροπὸν λευκοφλεγματίαις in tabidorum naturis cõiungitur. Cælius Aurelianus cap. 3. li. 5. Tard. Paſſ. χαροπὸν dixit de vrina tenui & aquata, & ita ſubalbida vt colaturæ liquidæ colorem fingat.

Χαρώνεια βάραθρα, Charoneæ foſſæ aërem peſtilentem & tetrum ſpirantes, quarum meminit Gal. Com. 1. in lib. 1. Epid. (p. 346. 2.) vbi tamen χαρωνείων βαράθρων vitioſè legitur, & Com. 2. in lib. de Nat. hum. (p. 19. 49.) πολλάκις δὲ ἀπὸ τοῦ πνεύματος μόνου κατὰ τὴν εἰσπνοὴν ἡ βλάβη γίγνεται, καθάπερ ἐν τοῖς χαρωνείοις ὀνομαζομένοις χωρίοις. Sæpius ex ſola ſpiritus inſpiratione noxia contingit, velut in Charoniis dictis locis. Quod etiam expreſſit Aretæus cap. 7. lib. 1. περὶ ὀξ. καὶ γὰρ ἐν χαρωνίοισιν αἱ πνίξιες ὑπὸ μετὰ τάχεος ὀξύταται γίγνονται, ἀλλὰ καὶ μιῆς εἰσπνοῆς θνήσκουσι ἄνθρωποι, πρὶν τὸ σῶμα κακόν τι παθεῖν. Nam in Charoniis ſtrangulatus acutiſſimi citra vllum corporis affectum contingunt: immò vel vnica inſpiratione homines moriuntur, priùs quàm corpus ooxiam aliquam cõtrahat. Plinius lib. 2. cap. 93. Charoneas ſcrobes mortiferum ſpiritum exhalantes facit. M. Tullius etiam lib. 1. de diuin. quandã terræ partem mortiferam eſſe ſcribit, vt Ampſacti Hirpinis, & in Aſia Plutonia quæ videmus. βαροδμῆα βάραθρα, h. e. tetros & graues odores expirantes foſſas dixit Gal. libello de vtilit. reſpir. (p. 163. 14.) forte pro χαρωνεῖα, quæ Plutonia quidã vocant à Charonte, quemadmodum χαρωνῖται dicuntur Suetonio Orcini, in Auguſto.

Χάσκειν, hiare & dehiſcere ſignificat, aut ore eſſe hiante & aperto & idem quod χαίνειν. Lib. 4. Epid. (p. 334. 24.) in mentis emotione, ἐχάσκεν, ore erat hianti. Significat etiam fixis oculis aliquid attendere, obſeruare & aliò reſpectare. χασκοῦν Gal. in Exeg. circunflexũ legiſſe Dioſcor. apud Hip. ſcribit: ὅπως εἰρῆσθαι τὰς μήτρας, διὰ τὸ ἀνεστομῶσθαι, & ſic dici de vtero, quòd dehiſcat aut aperiatur. Quibus verbis ſent. 9. ſect. 8. libr. 6. Epid. mihi ſubindicari videtur, vbi legitur, ὅτι μετὰ γυναικεῖα τὰ δεξιὰ, τὰ δὲ ἀριστερὰ χάσκουσι, quòd poſt menſtruas purgationes, vteri tum dextra tum ſiniſtra dehiſcunt. Quod etiam repetitur lib. 2. Epid. (p. 316. 12.) Vbi χάσκουσι à χασκάω deducitur & pro ἐχάσκον poni videtur reiecto augmento Ionum more. Aut certè participium eſt χασκοῦν pro χασκάον, & tunc τὸ στόμα τῆς μήτρας ἢ ὑστέρας ſubaudiendum, quemadmodum ſumpſiſſe Dioſcoridem Hip. interpretem apud Gal. apparet. Aut τὸ χασκοῦν dicitur quod hiat, pro vtero hiante, & ὅ, τι μετὰ γυναικεῖα τὰ δεξιὰ, τὰ δὲ ἀριστερὰ χασκοῦν legendum, vt animaduertẽdum moneat quicquid poſt mẽſtruas purgationes, tam in dextris quàm ſiniſtris hiat, quo nomine vterus intelligendus venit.

Χάσμη eſt oſcitatio, deprauatus facultatis animalis motus, cuius cauſa eſt humiditas flatuoſa aut vaporoſus ſpiritus in muſculis iuxta contentus, vt ſcribit Gal. Com. ad aph. 56. lib. 7. & lib. 6. de ſympt. cauſ. ἴαμα δὲ ξυνεχέων χασμέων μακρὴ πνοὴ, aſſiduarum oſcitationum medela eſt looga ſpiratio, vt ſcribi-

tur ſeot. 9. ſect. 2. lib. 6. Epid. & lib. 2. (pagina 315. 27.)

Χαῦνοι etiam dicuntur cutis hiatus & fiſſuræ ſcalpello inductæ, & loci ſcalpello exaſperati, in quibus ſanguinis grumi reſtitaot, lib. de vlcer. (pagioa 516 49.)

Χαῦνον laxum, fungoſum, molle & digitis cedens dicitur, velut τὰ ἐπάρματα χαῦνα μαλακὰ & ὑποείκοντα τοῖς δακτύλοις, καὶ κατὰ τὴν ἐπίθεσιν αὐτῶν βοθρούμενα, exponit Gal. Com. 1. in lib. 1. Epid. (p. 352. 21.) hoc eſt, tumores molles, digitis cedentes, & in appreſſu excauatos. Quibus duri, renitentes & crudi opponuntur aph. 67. lib. 5. & lib. 2 Epid (p. 316. 22) χαῦνα ὀστέα, oſſa rara, laxa, caſſa, lib. de art. (pag. 595. 52.) quæ facilem habent calli generationem. χαῦνον verò οὖρον ἢ διαχώρημα per tranſlationem & minus propria attributione dicitur vrina laxa & mollis (lib. 4. Epid pag. 329. 28.) quæ nullo lento aut craſſo ſucco, qui eam denſam aut ſpiſſam redderet, conſtat, qualis videtur eſſe aquea & tenuis: non ſecus ac laxi tumores dicuntur, qui nulla conferta materia & craſſa conſtant, quæ ſua veluti abundantia plenitudinem aut duritiam faciat, ſed facilè diſſoluatur & exhalet. χαυνοῦν inde inflare & tumidum reddere ſignificat. Vide Ἐγχαυνοῦν antea.

¶ Χέδροπα dicuntur legumina & cerealia omnia quæ manu leguntur ac carpuntur, χέδροπα quaſi χειρόδροπα, παρὰ τὸ τῇ χειρὶ δρέπεσθαι, quòd manu decerpantur aut legantur. Quam notationem innuit Nicander in Theriacis (v. 752) χειρόδροπα δ᾽ ἵνα φέρβεται ἀπρ δρεπάνοιο λέγονται ὄσπρια χέδροπά τ᾽ ἄλλα μετ᾽ χλὺν ὅσσα φύονται. Vbi tamen ὄσπρια & χέδροπα diſiungere videtur, cùm alii omnes χέδροπα ὄσπρια exponant, & Theophr. lib. 8. hiſt. plant. initio. Erotianus etiam apud Hippocr. χέδροπα ὄσπρια legumina exponit, ſic Atticis dicta, additq; quoſdam κέδροπα ſcribere. Ariſtophanem autem Grammaticum ſcribere χέδροπα dici τὰ παρ᾽ ἄλλοις ὄσπρια, παρὰ τὸ τῇ χειρὶ αὐτὰ δρέπεσθαι, quòd manu decerpantur, adducitque Nicandri verſum quem ſupra adduximus ἐν γεωργικοῖς, cùm tamen ἐν θηριακοῖς legatur. Hippocratis autem locus eſt lib. περὶ φύσ. παιδίου (pagina 30. 28.) καὶ χέδροπα, καὶ σῖτος, καὶ ἀκρόδρυα θερμαινόμενα πνεῦμα ἴσχει. Quin etiam legumina, frumentum, & arborei fructus, vbi caleſiunt ſpiritum concipiunt. χέδροπα tamen quidam legunt, & Heſychius χεδροπῶν ὀσπρίων expooit.

Χῖαι apud Erotianum calceamenti muliebris genus indicant ex Eratoſthenis & Calliſtrati ſententia. Epicli verò ψυχαὶ exponuntur, ſi modò vera eſt lectio, quæ tamen mihi admodum ſuſpecta eſt. χῖαι certè κρηπῖδες dicuntur Hippocrati lib. de art. (pagina ſexcenteſima quadrageſima tertia verſiculo quadrageſimo octauo.) Chiæ crepidæ, calceamenti genus quoddam, ad pedis diſtortionem curandam accommodatum.

Χειμὼν, ψύχος, ῥῖγος exponitur Galeno apud Hippocrat. frigus & rigor. Sic χειμῶδες, ψυχεινὸν, ῥιγῶδες, hoc eſt, refrigerata, rigens. Sic enim legendum cenſeo potiùs quàm χειμῶνος. Quod legitur lib. de Loc. in hom. (pagina 70. 48.) ὡς χειμῶδες συμπιλῆται ἡ σὰρξ, vt caro frigore condenſata coeat, hoc eſt, conſtipetur, cogatur & conſtringatur. Agitur enim de frigidis medicamentis, quæ ſuo frigore carnem contrahunt & adſtringunt. Vbi tamen συμπίληται vitioſè legitur omnibus in codicibus. Quam lectionem ſecutus Cornarius, χειμῶνος συμπίληται refrigerata exiſtat, dixit, συμπίλομαι pro πίλομαι vſurpans. Caluus συμπιληθῆται legiſſe videtur. Neuter tamen Hippocratis germanum ſenſum eſt aſſecutus. Nam συμπιλῆται aut συμπεπίληται legendum exiſtimo à verbo πιμπλέομαι, quo eodem libro etiam vtitur (pagina 60. 34.) Quidam etiam συμπίληται legunt. Χειμάω pro ῥιγῶ affert Heſychius & Varinus, frigeo, rigeo.

Χειμῶνες Hippocrati frigora indicant ſæpiùs, vt lib. 1. Epid. ſt. 2. & 3. & χειμὼν βόρειος. hyems aquilonia dicitur. Sic χειμερινὰ χειμαεῖνες ὢ βορείοισι, brumam cum hybernis frigoribus & tempeſtate aquilonia ſignificant, lib. 4. Epid. (pagina trecenteſima vigeſima octaua verſiculo trigeſimo ſexto.)

Χειρεψία eſt manuum contactus & defricatio quam ſcabioſi & prurìtu teotati affectant, Aureliano cap. 18. lib. 3. Acut.

Χειρισμὸς eſt manus tractatio, aut tractatio, cùm medicus circa partem affectam aliquid operatur & agit, lib. κατ᾽ ἰητ. (p. 672. 16.) ἐν χειρισμῷ, in tractatione. χείρισμα dicitur lib. de art. (pagina 596. 4.) χειρίζειν & χειρίζεσθαι ſæpius vſurpatur Hippocr. lib. κατ᾽ ἰητ. & χειρίζειν χεῖρα κατεηγυῖαν dicitur lib. de fract. (pag. 527. 27.) quod eſt manum fractam attrectare, pertractare. Inde etiam χείριξις tractatio, aut oſſium fractorum curatio & adminiſtratio, lib. de fract. (p. 538. 32.) vbi ſcribit Galenus χείριξιν dici vel chirurgiā ipſam, vel omnem abſolutè rerum omnium in ipſa curatione adminiſtrationem & μεταχείρισιν. μεταχειρίζεσθαι autem Græcis non ſolùm de his dici quæ manibus prehenduntur, ſed quæ in vniuerſum aguntur.

Χειρονομίη manuum ad rythmum motio lib. 2. περὶ διαίτ. (p. 98. 34) inter corporis exercitationes repooitur, vt lib. 3. (p. 105. 30.)

Χειροτέχνης artifex. Lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς (pag. 6. 25.) χειροτέχνης ὁμολογημένως ὁ ἰητρὸς, medicus vno ore artifex dictus.

Χειροτριβίη eſt exercitatio in arte & vſus medicus, idem quod τριβὴ. ἐν παραγγελίαις (p. 19. 5.) χειροτριβίης ἀτρεμεούσης exercitationis ſtabilitatē & firmitudinē & δογμάτων ἱστορίαν ſimul ſigit, cū præceptorū methodica cognitione.

Χειρώνακτες, opifices, operarii, qui manibus operantur aut opus faciunt, qui manualem operam exercent & artes ſedentarias, quales operæ. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (pagina 41. verſ. 24.) ὥσ᾽ ἔοικε τοῖς ξυνέτοισι τῶν νουσημάτων πολλὰ διαίτεσι ἀλλήλοισι οἱ χειρώνακτες. Quare in morbis acutis adeò differunt inter ſe artifices. Sed χειρωνάκτας videtur legiſſe Erot. & χειροτέχνας exponit, velut χειρωνάκτας χειροτέχνας Heſychius.

Heſychius. Rurſus etiam lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 68. 30.) τὰ δὲ τοιαῦτα μάλιστα κωθωνίζεται τῶν χειρωνακτέων ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. Atq; iſta maximè artifices apud homines infamant. Lib. de art. (pag. 630. 10.) Amazonas ſcribit viros claudos reddere, vt iis ad ſedentaria opera vtantur. χειρώναξιν ἄρα ἐσόμενοι χρῶνται, ὁκόσα ἢ σκυτέως ἔργα, ἢ χαλκέως, ἢ ἄλλό τι ἑδραῖον ἔργον, iis tanquam operis ad manualia opera vtūtur, cuiuſmodi ſunt ſutoria aut ſabrilia, aut quduis aliud ſedētarium. Libello etiam περὶ καρδίης (p. 55. 36.) de cordis auriculis, καὶ τὸ δοκέω τὸ ποίημα χειρώνακτος ἀγαθοῦ. Et certè præſtantis artificis opus eſſe cenſeo. Sic enim creatoris ſummi optimum opificium cor eſſe videtur.

Χέλυς aliquando pectus ſignificat quòd ſit veluti teſtudinatum, vt libello περὶ ἀνατομῆς (p. 54. 25.) αὐτὸς δὲ ὁ πνεύμων συναξ καταπληροῖ τὴν χέλυν τετραμμένος εἰς τὰ ἀριστερά. Ipſe autem pulmo ad ſiniſtram conuerſus pectus complet. Vbi teſtudinem verterunt interpretes. Vnde χελύσσεσθαι aut χελύσσειν, & ἀναχελύσσεσθαι eſt expectorare, ſcreando aut tuſſiendo è pectore educere, aut eructare, quo vtitur Nicander in Alexipharm. Vbi Schol. χελύσσεσθαι exponit (p. 55.) διὰ χέλυος, τουτέστι τοῦ στήθους τὴν ἀναφορὰν τῶν ἐρυγμάτων ποιεῖσθαι, ex teſtudine, h. e. pectore, ructus educere & expectorare. Ideóq; ἀναχελύσσεται καὶ ἐρυγγάνει θαμινὰ πνεύματα ex Hippocrate adducit. Apud Gal. in Exeg. ἀναχελύσσεται ἀναξηραίνεται exponitur. Vbi quædam exemplaria ἀναχελύσσεται legunt. Erotianus ἀναχελύσσεται ἀναπτύει exponit, niſi ſuſpecta eſt lectio, & ἀναχελύσσεται legendum ſit. Quid verò ſit ἀναχελύσσεσθαι & χελύσσειν, ſcribit Hermolaus Barbarus in cap. 10. li. 9. Plinii. Heſychius etiam χελύσσεται βήσσει exponit, ſed vitioſè βύσσει in cod. noſtris legitur. Idem χελύσσει & χελύσσειν βήσσειν explicat. Hinc quoque χελύσσιον ξηρὸν exponitur Galeno in Exeg. τὸ βραχὺ βηχίον, parua tuſſicula, quæ ideò arida eſt & ſicca, ὅτι μηδὲν ὑγρὸν ἀναχρεμπτομένης εἰς τὸ στόμα παραχεῖται, quòd nulla humiditas per os exſcreetur. Sed vitioſa ſunt Gal. exemplaria omnia quæ χελιστιον per ι legunt, cùm χελύσσιον legendum videatur, itaque legat Varinus. Apud Erot. χύτριον βοθύνιον exponitur, ollula, acetabulum.

Χείλωμα Erot. apud Hipp. χείλωμα exponit ex Apollodoro, hoc eſt laxamentum vel luxationem. Verùm neſcio an χώλωμα legēdum ſit quod vſurpatur Hippocrati lib. 4. de art. (p. 643. 40) & claudicatem & quāuis diſtortionem ſignificat. ἄλλα γὰρ ἀγωγὴ τῶν χωλωμάτων δεῖται ἀναλήψιος. Nam & aliæ claudicationes alium excipiendi modū poſtulant. Vbi ſcribit Gal. τὸ χώλωμα κοινὸν ἐπὶ πασῶν τῶν διαστροφῶν ὄνομα eſſe, h. e. cōe omnibus diſtortionibus nomen.

Χέρνιβον vas ſignificat, in quo aqua ad manuum ablutionem in ſacrificiis recondebatur, Latinis vas aquiminale, aut aquimanile dicitur, & χέρνιβον, & ἡ χέρνιψ. Sed libr. 7. Epid. (p. 363. 28.) pro vaſe in quod vrina deponitur, aut pro matella ſumi videtur. καὶ τὸ σύστημα ἐν ἐφαίνετο ἐν τῷ χερνιβίῳ, neq; collectio in matella apparebat. χέρνιβα vſurpat Hom. Odyſ. α. (v. 136.) χέρνιβα δ' ἀμφίπολος προχόῳ ἐπέχευε φέρουσα καλῇ, aquam ancilla gutturnio affudit ferēs pulchro. Vbi aqua ſignificatur qua manus ante cibum abluuntur. Schol. τὸ ἐπὶ τῶν χειρῶν ὕδατα exponit. χέρνιβα apud Hom. Liuius apud Nonium Polubrum vertit, & πρόχοον guttū. Polubrum etiam Trullam vocari dicit Nonius. Alii prolubrum pro polubrum dicūt. Hinc χερνίπτομαι deductum eſt, & χερνίψαντο apud Hom. Il. α. (v. 449.) manus abluerunt ante ſacrificium.

Χεῦσις, liquatio, fuſio, h. e. lachrymarū tenuatio ac tenuitas, cui craſſitudo & τὸ πάχος opponitur, aph. 23. ſect. 8. li. 6. Epid. Interpretes tñ omnes γεῦσις legunt, & pro guſtu accipiunt.

¶ Χηλὴ vngulam biſulcam & bipartitam ſignificat, vnde cancrorum brachia denticulatis forcipibus chelas habere dicuntur, & cancrorum ſorfices chelæ vocantur Ciceroni apud Aratum. At χηλὴ pro ſpecillo biſurco ſumma parte inciſo vngulæ inſtar ſumitur apud Hip. noſtri pedem caprinum vocant. χηλὴν nanq; exponit Gal. in Exeg. μήλην δίκροον κατὰ τὸ ἄκρον ἐκτετμημένην ἐμφερῶς χηλῇ. Locus verò Hip. legitur li. 2. de Morb. (p. 147. 25.) in polypi curatione. ἔπειτα χηλὴν ὑποθεὶς ὑπὸ τὸν γαργαρεῶνα, deinde ſpecillo ad vngulæ ſimilitudinem biſulco gurgulioni ſubdito. Et rurſus (v. 40.) καὶ λαβὼν ἕλκειν τὸν αὐτὸν τρόπον τῆς χηλῆς ὑποτιθείσης, eamque correptam (virgam ſtanneam) trahito, ſpecillo ad vngulæ ſimilitudinē biſulco eodē modo ſubdito, ac ſub gurgulionē firmato. Vbi χηλῆς vitioſè legūt exemplaria quædam manuſcripta. Sunt &  χηλαὶ Ruſo Epheſio ἐν τῷ περὶ ἀνθρ. μορ. (nō longè ab initio) ciliorum extrema per ſomnum ſeſe contingentia. Sic n. ſcribit: τὰ δὲ φαινόμενα ἀλλήλων πέρατα ἐν τῷ καθεύδειν ἡμᾶς, στεφάναι καὶ χηλαί. Heſychio & χηλαί, αἱ συμπτώσεις βλεφάρων exponuntur, fortè pro χηλαί, in dictione χηλαί. Polluci verò cap. 25. lib. 4. χηλαὶ ἢ φάρυγγες, φαλάδες πτερῶν, ποδῶν, αἰδοίων, ſcribuntur.

Χήλωμα Gal. exponit in Exeg. apud Hip. τὴν δίχηλον γλυφίδα τοῦ βέλους, ἣ προσεπιβάλλεται ἐν τῷ τοξεύειν τὸ νεῦρον τοῦ βέλους. (Sic enim legendum ex Varino exiſtimo) h. e. biſidam rimam in ſagitta exſculptam, cui neruum ipſius arcus applicant inter iaculandum. Eſt & χήλωμα Heſychio γλύψις, velut exſculpta crena.

Χήμη menſura eſt apud Atticos & Chema dicitur. Maior pēdet drachmas tres & vigeſima pars eſt cotyles: minor duas drachmas pendet, & triceſima pars eſt cotyles. Vtitur Hipp. lib. 1. περὶ γυν. (p. 254. 43.) ἔχοντα σελίνου ὅσον χήμην, de iure dicitur quod habeat apii chemam. Rurſus (p. 257. 32.) καὶ νήττης ὅσον χήμην ἀλφίτων, & Nepotū chemæ plenæ menſuram. Vſurpat etiam Archigenes apud Gal. lib. 3. κατὰ τόπ. (p. 200. 10.) μετὰ σπέρματος καρδάμου χήμης, cum ſeminis naſturtii chema. Et rurſus, καρδάμου λεπτοῦ χήμην ἤτοι < ς. naſturtii tenuis chemam ſiue drachmam dimidiam. Quod facit, vt nulla certa menſura aut pondus

per chemam, ſed ſimpliciter aliqua capacitas indicari videatur, quæ chamæ teſtá mediocrem, h.e. oſtreorum generis concham non excedat, cuius vnum certũ pondus exprimi non poſſit, ob rerum diuerſam grauitatem. Quẽadmodum & hodie cochlearis capacitas incerto modo vulgò vſurpatur, in rebus præſertim vbi parũ refert plus an minus paulò quis ſumat. Sic ex Critone apud Gal. lib. 5. κτ̄ γέν. cap. 7. ſcribitur λιθαργύρου χήμην ἤτοι δραχ. γ. ſpumæ argenti chemæ capacitatem eſſe ſumendam ſiue drach. tres, ꝙ argẽti ſpuma res ſit metallica, grauis, & quæ drachmarum trium pondere chemæ capacitatem explere poſſit, quemadmodum dimidia naſturtii ſeminis triti drachma. χήμην χηραμίδα exponit Gal. in Exeg. apud Hip. & τὴν κοιλοτέραν κόγχην καὶ μείζονα, h.e. chamam, ſiue concham cauiorem & maiorem: vt pro eodem ferè menſuræ genere χήμην & χηραμίδα ſumpſiſſe videatur Gal. aut certè χήμην χηραμίδα legiſſe apud Hip. ex Lib. 3. de Morb. vbi κόγχην χηραμίδα paſſim legunt omnia exemplaria, quod de concha maiore & de teſta cõchæ maiore ſumitur, vt poſtea ſcribimus. Adde quòd antea etiam Gal. κόγχον, τὴν κόγχην τὴν χήμην exponit, & κόγχην χηραμίδα, vt antea ſcripſimus eundem locum ſubindicans.

Χήμωσις vitium eſt oculorum ex inflãmatione obortum, cùm albũ oculi nigro ſupereminet eoque ſublimius euadit, adeò vt nigro ſubſidente, & albo ſupra eminente, hiatus cuiuſdã ſimilitudo euadat, vnde χήμωσις dicitur, & vitiosè multis in codicibus χύμωσις ſcribitur. Author defin. med. (p. 400.14.) χήμωσίς ἐστιν ἔπαρμα τοῦ περιοφθαλμίου ὑμένος, ὃ καὶ λευκὸν προσαγορεύουσι, πάθος ὅμοιον λευκῇ σαρκί. Chemoſis eſt ſublatio membranæ oculum ambientis, quod album quoq; nuncupãt, eſtq; affectus albę carni perſimilis. Dicitur etiam Galeno χήμωσις ἡ ἐπὶ τῶν κερατοειδῶν ἐρυθρὰ καὶ σαρκώδης φλεγμονὴ, rubra carnoſaque corneæ oculi tunicæ inflammatio, lib. περὶ τῶν συμπτωμ. (p. 476.57.) Vide Paulum lib. 3. cap. 22.

Χηραμίδα, τὴν κοίλην κόγχην, ἣν μύακα καλοῦμεν exponit Erot. apud Hipp. h.e. cauam concham, quam myaca aut hiatulam vocamus. Diciq; ſcribit περὶ τὴν χηραμὸν, ὅπερ ἐστὶ κοῖλος τόπος. Sic χηραμίδες dicuntur Heſychio τὰ κοῖλα καὶ ἔχοντα κενώματα, loci caui & vacui. Et χηραμοὶ οἱ φωλεοὶ τῶν θηρίων καὶ καταδύσεις, σπήλαια, καὶ πέτραι κοῖλαι, latibula & luſtra ferarum, antra & ſaxa caua. Quam ſignificationem etiam habet Sudas. Indeq; χηραμὶς cauernulam, latibulum paruum, cauernam aut ſpelũcam, indicat. Hæc verò dictio ſæpiùs vſurpatur Hippocrati, vt lib. 3. de Morb. (p. 162.37.) δίδου ἄρου τοῦ μεγάλου κόγχην χηραμίδα, Dracunculi magni concham maiorem exhibeto. Et rurſus (v. 39.) ὅσον χηραμίδα. Ac rurſus ibidem (p. 164.10.) ἄρου τῆς μεγάλης ῥίζης χηραμίδα, radicis dracunculi maioris concham maiorem. Et (v. 13.) χλιήνας ἐν χηραμίδι ἐγχέειν, tepefacta cõchula maiore infundito. Et (v. 19) κόγχην ἢ χηραμίδα τρίψας ἐν μέλιτι καὶ ὕδατι. Lib. περὶ γυν. φύσ. (p. 218.24.) καὶ ἀκτῆς καρπὸν ὅσον χηραμίδα, & ſambuci fructum quantum conchæ teſta maior capere poſſit, quantum tribus digitis capitur dixit Caluus. Et (pag. 219.10.) καὶ νέτωπον ξυμμίξας ὅσον χηραμίδα. Lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 242.8.) γλυκυσίδης χηραμίδος ἥμισυ τῆς ῥίζης, pæoniæ radicis teſtam conchæ maioris dimidiam. Et rurſus (pag. 260.12.) ὑοσκυάμου καρπὸν ὅσον χηραμίδα, hyoſcyami fructum conchæ maioris menſura, chemæ menſuram dixit Cornarius. Et (pag. 257.42.) νέτωπον ξυμμίξαι ὅσον χηραμίδα. Netopum quantum teſta conchæ maioris capit immiſceto. Lib. 2. quoque (p. 275.38.) ὅσον χηραμίδα. Et rurſus (p. 286.33.) ἄλευρον χηραμίδα ὡς καθαρώτατον, farinæ puriſſimæ teſtá conchæ maioris. Quibus in locis ferè χηραμίδα vitiosè legitur.

Χῆς, καταχέας, hoc eſt qui effudit, exponitur Galeno in Exeg. apud Hip. Verùm ſuſpecta eſt lectio, tum quòd extra ordinem alphabeticum reponatur, tum quòd Varinus χῇ legat.

¶ Χιτὼν & μλῶγξ quomodo differãt apud Hip. Vide Μλῶγξ antea.

¶ Χλαίνας, τὰ καινὰ ἱμάτια, hoc eſt noua veſtimẽta aut pallia exponit Erotianus apud Hipp. Sunt autem χλαῖναι lænæ, veſteſq; quæ cæteris veſtimentis ſuperindui ſolent.

Χλιαίνεσθαι eſt intepeſcere, incaleſcere, & de febris calore mitiore inualeſcẽte dicitur, qualis eſt in febribus mitiorib. & remiſſioribus, quas χλιαροὺς, velut tepidas vocat Gal. Com. ad aph. 37. lib. 4. easq; acutis opponit. lib. 2. Epid. (p. 312.49.) ὁ δὲ Ἀρισταίου γυναικὸς ἀδελφὸς χλιαινόμενος ἐκ ταλαιπωρίης ὁδοῦ. Ariſtęi vxoris frater ex via delaſſatus incaluit. Et rurſus ibid. (p. 313.6.) κἄπειτα ὑπεχλιαίνετο ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε. Deinde interdũ ſubincaleſcebat. In Coac. Præn. (p. 428.10.) οἱ διαλείποντες, ἀνωμάλως δὲ χλιαινόμενοι, qui febribus intermittentib. vexantur, inæqualiter tamẽ intepeſcunt, concaleſcunt. χλιάσματα verò tepefactoria dicũtur, fotus humidi, vt πυρίαι fotus ſicci, quæ ſimul iunguntur Hippocrati libr. 1. περὶ γυν. (p. 242.24.) eademq; πυριάματα vocantur lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 53.22.) Vbi etiam ad laterum dolores χλιάσματα apponit, ad concoquenda & permouenda ſputa (p. 107.41.)

Χλοίη Ionicè idem quod χλόη, herba virens aut gramen, vnde χλοιάζειν & ἐκχλοιάζειν pro virere dicitur aut ex virore palleſcere, pro χλοάζειν & χλωραίνεσθαι vt antea ſcripſimus in Ἐκχλοιάζειν. Hinc χλοιώδης & χλοώδης dicitur ex virore palleſcens, & χλόος aut χλοῦς, viror aut viriditas palleſcens, aut ad pallorem vergẽs, qualis eſt herbarum flacceſcẽtium & arentium. χλοῦς ἡ χλωρότης exponitur Gal. in Exeg. apud Hip. cum pallore viriditas. Heſychius verò ὠχρίασις & ὠχρότης, pro quo χλόερος χλωρίασις exponitur Erotiano, & quædã exemplaria χλόος pro χλόερος habent. Hinc χλοηρὸς ſeu χλοερὸς idem quod χλωρὸς, ex virore palleſcẽs aut ex pallore vireſcens. Et χλωροῖσι, λαχάνοισι, τοῖς κηπαίοις ἡδύσμασι, h.e. oleribus virẽtibus, hortenſib. condimentis, exponit Gal. in Ex.

Idemq;

Idemq́; χλοιάζουσι annotat Hippocratẽ ſcripſiſſe ὡς οἱ ἐν χλωραινονται, hoc eſt cum virore palleſcunt, ex Coac. Præn. vt antea adſcripſimus. τὰ χλοιώδεα μᾶλλον ἐπὶ χροιῆ ἰόντα, de vrinis viridantibus, aut ex viridi palleſcẽtibus, quę colorem non ſeruant, dixit Hipp. in Coac. Præn. (p. 442. 25.) vbi de vrinis olei coloribus, aut his quæ olei faciem habẽt intelligi poſſe diximus, quæ ex bilioſi & æruginoſi ſucci permixtione tales euadũt. Poſſunt etiam capi vrinæ ſimpliciter bilioſum humorem inflãmatum indicãtes, neq; tamen pro caloris modo colore reſpondentes. χλοώδεες etiã ex viridi palleſcentes dicuntur in Coac. Prænot. (p. 432. 29.) (quos ἰκτερικοὺς vocat Prorrh.) (p. 218. 30.) & (p. 442. 18) Erotian⁹ quoq; apud Hipp. χλοώδη, χλωρὰ ἢ ἰκτερώδη exponit, ductamq́; vocẽ ἀπὸ τῆς χλόης ſcribit. Vbi tamen χλοώδεις χλωροὶ ἢ ἰκτερώδεις potius legã ex Coac. Prẹnot. quales ſunt auriginoſi, flauo & pallido colore infecti, malè affecto hepate. Velut lib. 4. Epid. (p. 331. 8. 9.) Temeuei filius χλοώδης ὡς νόθος, & ὡς χρῶμα χλοώδης ſcribitur. Et rurſus (v. 15.) τῷ χλοώδεος ἢ λήγοντος ταχέως, huiuſmodi colore cito deſinente. Quod de malè affecto hepate exponit Gal. lib. 3. περὶ δυσπν. (p. 197. 39) Eſt enim vt ſcribit τὸ χλοῶδες χρῶμα, κακοπραγοῦντος ἥπατος γνώρισμα. χλοῶδες quoq; Gal. in Exeg. χλωρὸν exponit, h. e. ex virore palleſcens. Veluti lib. 4. Epid. (p. 329. 20.) ἐκ ῥινῶν αἷμα χλοῶδες ἐπὶ σπληνίοισιν, lienis inflammatione tentatis ſanguis ex virore palleſcens è narib. profluit. (Sic enim ex manu ſcriptis Regiis codicibus legimus, cùm paſſim χολῶδες legatur, vt & ſæpè χολώδεα pro χλοώδεα) χλωρὸν autẽ αἷμα decolorem ſanguinem vertit M. Tullius Tuſc. 2. ex Sophocle in Trachiniis.

Χλοέρωμα exponitur Galeno in Exeg. χλωρότης λαμπρὸν διαυγαζομένη, καὶ ἐπὶ τὸ ὑδατῶδες ῥέπουσα. pallor cum virore, ſplendore quodam lucido nitens, & ad aqueum tendens, ex aph. 11. ſect. 2. libr. 6. Epid. Vbi οὐδὲ χλοέρωμα λαμπρὸν ſcribitur, & de coloris genuini & naturalis immutatione dicitur, colorem non ſplendeſcentem vertimus, quod χρῶμα exponat Gal. reliqui interpretes viriditatem non pellucidam. χλόασμα etiam à quibuſdã legi ibidem teſtatur Gal. Eſt autẽ dictio obſcura ex vocis χλωρὸν ambiguitate depẽdens.

Χλωριᾶν etiã aut χλωριάζειν dicitur virẽre aut ex virore palleſcere, velut lib. 4. Epid. (p. 332. 34) ἐχλωρίασε κάρτα, admodum ex virore palluit.

Χλωρὸν ambiguæ eſt ſignificationis apud Hipp. incertũq; eſt quemnam colorem denotet. Modò nanque ex virore palleſcens, interdum etiam pallidum, luteum ac ſubpallidũ. eſt vbi quoq; viride & herbidum aut coloris herbei indicat, pro varia rei attributione, vt ex multis Galeni ſcriptis innoteſcit. Prorrh. 2. (424. 18.) οὖρον παχὺ ἢ χλωρὸν dicitur, vrina craſſa & pallida, proximè ad albã accedens. vbi χλωρὸν ἀντὶ τοῦ ὠχροῦ ponitur, vrinam viridem vertit Celſus cap. 7. libr. 2. In Coac. Prænot. (p. 439. 28.) ἴλεος χλωρὸν γενόμενον damnatur, quod in Progn. (pag. 129. 19.) ὠχρὸν ſcribitur. Rurſus aphor. 13. ſect. 5. libr. 6. Epid. χλωραὶ γλῶσσαι dicuntur quæ ὠχραὶ, hoc eſt luteæ & pallidæ, hoc eſt colore bilis pallidæ infectæ, vt & Coac. Præn. (p. 430. 38.) Eiuſmodi enim lingua per morborum acutorum initia eſſe ſolet, hoc eſt bilis colore tincta, deinde inualeſcẽte incendio inhorreſcit, & reſiccatiõe cõtrahitur ac denſatur, poſtea exaſperatur, deniq; rimis dehiſcit, & ex fuliginis aduſtione nigricat. Gal. Com. 5. in li. 6. Epid. χλωρὰς γλώσσας χολώδεις his verbis exponit: χλωρὰς νῦν γλώσσας εἴρηκεν, ὡς ἐν τῷ βίῳ συνήθως ὀνομάζουσιν ἄνθρωποι, χλωρούς τινας ἰδεῖν φάσκοντες, οἷς ἂν ἐπὶ τὸ χολωδέστερον ἡ χρόα μεταβάλλῃ, τῆς ὠχρᾶς δηλονότι χολῆς. χλωρὰς itaque linguas dixit, velut in communi vitæ vſu mortales nominant, χλωροὺς ſe quoſdam vidiſſe dicentes, quib. ad bilioſius color mutatus fuerit, bilis videlicet pallidæ. Rurſusq; ibid. αἱ πάνυ χλωραὶ γλῶσσαι νῦν εἴρηνται σαφῶς, ἀντὶ τῶν ὠχρῶν, ὑπὸ τῆς ὠχρᾶς χολῆς βαπτόμεναι. χλωραὶ igitur linguæ planè dictæ ſunt, pro eo quod eſt pallidæ, pallida bile tinctæ. Sic χλωρὸν apud Hipp. pus pallidum vertit Celſus ex Progn. cap. 8. lib. 2. & fere omnes interpretes, idem quod luteum ſignificantes, quod galbum Latine dici cõtendunt. Vnde galbula auis eiuſdẽ coloris, & galbanus ſeu galbinus color, & galbana raſa apud Iuuenalem. Inde quoq; μιξόχλωρον χρῶμα, color pallidus & ex pallido mixtus vocatur, ex bilis redundantia & ſuccorũ prauitate Prorr. 2. (p. 417. 38.) Et ὑπόχλωρον ſubluteum aut ſuppallidum indicat libr. 2. περὶ γυν. (p. 268. 23.) in fluxu muliebri. ῥέει ὑπόχλωρον δὲ ἐξ ᾠοῦ. fluit ſubluteum, quale ex ouo. Et (p. 267. 43.) καθαίρεται δὲ οἷον ἐξ ᾠοῦ ὠμοῦ χλωρὸν ὑπόλευκον, expurgatur luteum, ſubalbidum, quale ex ouo crudo. Eaq́; notione χλωρὸν δέος Homero nuncupatur χλωροποιὸς φόβος, pallidos efficiẽs timor, Il. η & θ. Gal. etiã Cõ. 2. in lib. de rat. vict. in Morb. ac. (p. 59. 5) χλωρὸν ὠχρὸν eſſe his verbis teſtatur. ἀλλὰ μὴν ἢ ἀνακρεμᾶσθαι δοκεῖν τὰ σπλάγχνα τοῖς ἐνδεῶς διαιτηθεῖσι φησί, ἢ οὖρον θερμόν τι ἢ χλωρόν. θερμὸν λέγων δηλονότι τοῦ ζωώδους θερμότερον. χλωρὸν δὲ κατὰ τὸ τῶν ἐπὶ τῆς Ἀσίας Ἑλλήνων ἔθος, ὃ δὴ καὶ νῦν διασώζεται. ὠχρούς τινας ἰδόντες ἐρωτῶσι τὴν αἰτίαν δι' ἣν οὕτω γεγόνασι χλωροὶ, μηδὲν διαφέρειν ἡγούμενοι χλωρὸν εἰπεῖν ἢ ὠχρόν. ἑωρακέναι τε τὸν δεῖνα χλωρότερον ἑαυτοῦ φασι, τὸν ὠχρότερον οὕτω δηλοῦντες. Quin & viſcera videri ſuſpenſa eſſe iis dicit qui parciorem cibum ſumpſerunt eoſq; tum calidam tum pallidã vrinam reddere. Calidã quidem intelligens ſolito calidiorem. Pallidam verò ex Græcorum Aſianorum more, qui etiam nunc inualuit. cùm enim pallidos quoſdã cernunt, quid cauſæ ſint rogant cur adeo ſint χλωροὶ, nihil intereſſe exiſtimantes vtrum χλωρὸν, an ὠχρὸν dicant. Et quendam ſeipſo χλωρότερον vidiſſe dicunt, quod eſt ὠχρότερον indicãtes. χλωρὸν etiam viride vt & pallidũ aut luteum ſignificat, & incertum eſt quemnam

colorem indicet. Vtriq; enim attribuitur, & plærũq; de viridi aut herbido colore effert. Etenim in Aſia (vt ſcribit Gal. cõ. 2. in lib. 6. Ep. (p. 461.) χλωρὰ dicũtur λάχανα καὶ δένδρα καὶ φυτὰ, τὰ δὲ χλωρὰ, olera, arbores & ſtirpes, tãquam herbida & herbacei coloris. Et χλωρίζειν dicitur de pecudibus quę verno tempore herbis veſcuntur. χλωρὸν ẽt hominibus attributum de colore pallido aut ſubpallido effertur, & ὠχρὸν aut ὕπωχρον de viridi & herbaceo colore, quod tamen raró contingit. Sic igitur χλωρὸν ex virore pallidum colorẽ indicat, aut ex viridi paululũ nigreſcentẽ, qualis eſt braſſicæ aut porri color, aut qualis in cadauerosa facie damnatur ab Hip. in Progn. cùm ſcribit, καὶ τὸ χρῶμα καὶ ξύμπαντος προσώπου χλωρόν. & color totius vultus ex viridi pallid⁹. vbi ſcribit Gal. ἡ δὲ τῆς χροιᾶς μεταβολὴ μοχθηροτάτη μέν ἐστιν, ἡ ἐπὶ τὸ μέλαν, ὡς ἂν ἀποψυχομένου τοῦ αἵματος, ὥσπερ ὅταν ἐκ τῆς ἐκχυθὲν θρομβωθῇ. μετριωτέρα δὲ ἡ ἐπὶ τὸ χλωρόν. εἰώθασι δὲ οὕτως ὀνομάζειν οἱ παλαιοὶ, ποτὲ μὲν τὸ ὠχρὸν, ἐνίοτε δὲ ὡς οἱ πολλοὶ κράμβας τε καὶ θριδακίνας καλοῦσι χλωρὰς, ὅπερ χρῶμα μελάντερόν ἐστιν ἐρυθροῦ, καὶ δὲ ἀρχή τις τοῦ μελαίνεσθαί τε καὶ πελιδνοῦσθαι, ψύξεως ἐργαζομένης αὐτὸ, καθάπερ καὶ τὸ μέλαν. Coloris verò mutatio peſſima eſt, quæ ad nigrũ vergit, nempe ſanguine refrigerato, velut cùm foras effuſus in grumos cogitur, moderatior verò, vbi ad vireſcentẽ ex pallido colorẽ. Veteres n. aſſolent ita nominare interdũ pallidum, interdũ ẽt vt vulg⁹ braſſicas & lactucas χλωρὰς vocãt. Qui color rubro magis nigreſcit, & eſt velut initiũ quoddam nigri & liuidi, frigido id efficiente, nõ ſecus ac nigrũ. Rurſus Com. 1. in Progn. (p. 128. 23.) εἴπομεν δὲ ἡμεῖς πρόσθεν ὡς τὸ χλωρὸν ἐνίοτε μὲν σημαίνει ταὐτὸ τῷ ὠχρῷ, ἐνίοτε δὲ τὸ δὲ ἰῶδες τῇ χροίᾳ, καθ᾽ ὃ σημαινόμενον εἰώθασι καὶ κράμβας χλωρὰς λέγειν οἱ ἄνθρωποι. Diximus autẽ antea χλωρὸν interdum pallidũ, interdũ etiã velut viride ſignificare, ex qua ſignificatione braſſicas χλωρὰς, h. e. virides dicere ſolent. Idẽ quoq; Com. 2. (p. 138. 52) ἐπειδὴ δύο σημαίνει τὸ χλωρὸν, ὡς καὶ πρόσθεν εἴρηται, πρόσθεν κατὰ μὲν τὸ ἕτερον τῶν σημαινομένων, τὴν ὠχρὰν χολὴν παμπόλλην μεμίχθαι δηλώσει, κατὰ δὲ τὸ ἕτερον τὴν ἰώδη. Quandoquidẽ χλωρὸν duo ſignificat, vt antea dictũ eſt, priore quidem ſignificatione multa bilis permixta eſſe indicabitur, altera verò, bilis ęruginoſa. Quod repetitur iiſdẽ verbis Com. 1. in ſent. 1. lib. 1. περὶ χυμῶν. Ac rurſus ibid. (144. 22) εἴρηται πολλάκις ὅτι τὸ χλωρὸν ἐπὶ τῷ ὠχρῷ λέγεται ἐνίοτε, καὶ τοῦ καλουμένου πρός τινας ἰώδους. Dictum eſt ſæpius τὸ χλωρὸν de pallido dici ſolere, & de eo quod à nonnullis æruginoſum vocatur. In Prorrh. (p. 202. 4.) σίαλα χλωρὰ οὖν ψεῖς ἐπτύετο, ex ore putrida & viruleota emittebantur diximus, ἐπειδὴ (vt ibi ſcribit Gal.) χλωρὰ καὶ τὰ πλεῖον ἰώδη χροιὰν ἔχοντα καλοῦσι, καὶ τὰ πλεῖον ὠχρὰν quandoquidem χλωρὰ vocantur quæ & viridẽ & pallidum habent colorem. Eſt autem χλωρὸν viride & color herbeus. Herbeos enim oculos dicit Plautus Curculione, hoc eſt, herbacei coloris & virides, quales in magna viſcerum obſtructione & inſigni cacochymia conſpiciuntur, quod eſt argumentum bilis. Vnde idem Menaechmis, Video' illi tu oculos virere, vt viridis exoritur color? Viridem etiam vrinam dixit Celſus Hippocratis χλωρὸν reddens, vt antea ſcripſimus. Inde quoq; χλωρὸν viride, non ſiccum, ſed recens, indicat, & de leguminibus effertur, quæ nõdum ſicca ſunt, neque iam exactè perfecta, velut ὄσπρια χλωρὰ vocat Hippocr. libr. de rat. vict. in morb. ac. (p. 110. 44.) legumina viridia, hoc eſt recentia, non ſicca. vbi ſcribit Gal. χλωρὰ μὲν οὖν λέγεται τὰ μὴ ξηρὰ, μηδὲ ἀκριβῶς ἤδη τέλεια. χλωρὰ igitur dicuntur minimè ſicca, neque exactè perfecta. Sic χλωρὸν στέαρ, adeps recens dicitur libr. 1. περὶ γυν. (p. 251. 13.) Et apud Homerum χλωρὸν δέος ſunt qui recentem & nouum timorem exponunt.

¶ Χνοῦς velut tomentum aut lanarum raſuram & reiectamentum ſignificat, quo culcitræ interciuntur, quòd ex tenera lana & molli villo fit. Lib. 1. περὶ γυν. (p. 248. 16.) μαλθακὸς ὡς χνοῦς ἐστι, de ſpleoe aquoſo, qui mollis eſt vt lanugo aut tomentum. Lanam aut plumam dixerũt interpretes. χνοῦς etiam aut χνόος Heſychio ξυσμὸς exponitur & τὰ λεπτὰ τῶν ἀχύρων, tenues paleæ & glumæ. Dicitur etiam eidem χνοῦς ψόφος καὶ φθόγγος, ſonus & ſtrepitus. Quam in ſignificationẽ accipi poteſt quod ſcribitur ab Hipp. libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 194. 7.) in phthiſi, ὁ φάρυγξ χνόου πίμπλαται, fauces ſono impleotur, hoc eſt fauces ſtridunt præ ſiccitate. Sequitur nanq; καὶ συρίζει ὡς διὰ καλάμου, & velut per arundinem ſibilant, hoc eſt, velut per fiſtulam ſibilum reddunt. Sic enim vel vt tenuibus paleis refertæ exaſperantur & ſicceſcunt.

Χόανος aut χόανον vide poſtea χῶνος aut χῶνος.

¶ Χοῖνιξ menſura eſt aridorũ Attica, continens heminas tres, ſiue ſextarium vnum & dimidium. ſemodium vertit Valla apud Herodotum lib. 3. & 7. Gaza lib. 9. hiſt. plantarum, ſextarium. Lib. 7. Epid. (p. 353. 5.) ἐς ἑσπέρην ἄρτος ὡς ἡμιχοίνικος ἐγκρυφίας. ſub veſperum panis ſubcinericii chœnicis dimidium.

Χοιρὰς ſtruma, eſt glandularum induratarum tumor, in ceruice, alis, & inguinibus, ex frigidiore & pituitoſiore materia ortus, non calida, neque ad ſuppurationem tendens, vt ſcribit Paulus libr. 4. cap. 33. & lib. 6. cap. 35. & Gal. Com. ad aph. 26. lib. 3. Lib. quoque de Tumor. præter nat. (p. 357. 8) χοιρὰς dicitur glandularum inflammatio indurata. Interdum verò non ex humore pituitoſo ſed ex carne ſtruma cõſiſtit, & Authori Definit. Med. χοιράς ἐστι σὰρξ ξηρὰ καὶ δύσλυτος, ſtruma eſt caro ſicca quæq; ægrè ſoluitur. Hip. lib. περὶ ἀδένων (p. 57. 21.) ſtrumam vult oriri ex humore pituitoſo in colli glandulas irruente & inflammato. ἢν δὲ ὁ φλεγματώδης καὶ πολὺ καὶ ἀργὸν ῥέῃ, φλεγμαίνει δὲ καὶ οὕτω. καὶ ἡ φλεγμονὴ σκληρὴ ἰσχύει, χοιράδες ἐγγίνονται. αὗται χοίρους αἱ νοῦσοι προσάγουσι. Si verò pituitoſa & multa ac lenta fuerit fluxio, ſic quoque inflammatur, inflammatioque, quòd humor

ſtabilis

ſtabilis ſit, ſtrumas peſſimum colli morbum generat. Etſi videtur locus corrupt⁹ & aſteriſco notatus in codice Aſulano. Poſteriora enim verba ſic quidam legunt: αὕτη χοίρων αἱ νόσοι τραχήλου, vt ſtruma colli porcorum morbus ſit, vnde & ſcrophulæ dictæ ſunt & χοιράδες, quòd id morbi genus porcis ſit familiare, aut quòd numeroſæ ſit ſobolis & prolificum velut ſcrofa. Ab vnico enim tumore etiam alii quandoque enaſcuntur. Quam nominis notationem attingit Paulus lib. 6. & Actuarius lib. 2. περὶ διαγνώσεως παθῶν cap. 37.

Χοῖρος ἢ χοιρίσκος porcellus, Gal. Com. 4. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 111. 57.) χοῖρον ἐξαιρέτως ὀνομάζουσιν οἱ παλαιοὶ τὸν μικρὸν λίαν. χοῖρον præcipue vocant antiqui, h. e. porcellum, eum qui admodum paruus eſt.

Χολέρα cholera morbus, vētris perturbatio immodica, per quam bilis per vomitum & ſeceſſum excernitur. Cuius præcipua cauſa eſt aſſidua alimentorum cruditas, vt ſcribit Paulus cap. 39. lib. 3. χολέραι in ætate progreſſis ex flaua bile aph. 30. lib. 3. χολέρη duplex ſtatuitur Hippocrati lib. de rat. vict. in morb. ac. humida & ſicca. Verùm χολέρη ſimpliciter dicta choleram humidam indicat, quæ fit ab acribus, ſeroſis & bilioſis humoribus, qui ex eorum ciborum corruptione generantur. Sic enim αἴγεια κρέα χολέρην ποιέειν ſcribit Hippocr. (p. 111. 38.) carnes caprinas choleram gignere. Et rurſus ibid. (v. 53.) porcinas carnes χολώδεας eſſe ſcribit, hoc eſt, vt exponit Galen. χολέρας ποιητικάς, ob eam quam habent acrimoniam. Choleram namq; gignunt humida & acria alimenta, quæ ſtatim corrumpuntur, acresq; ſuccos pariunt, qui vellicant & mordent viſcerum ora quæ ad ventriculū pertinent, itaq; fluxionem ex toto corpore irritant, qua bilioſa & acria vomitu & deiectione educūtur, vt ibid. ſcribit Gal. in Com. Cholera verò ſicca dicitur, quæ fit ex ſpiritu flatuolo & acri in vētriculo collecto, qui neruoſa corpora quæ ſunt circa ventriculum intercipit, vellicat & extendit. Vnde fit quædā imago choleræ humidæ. Eam ſic ibidem deſcribit Hippocr. (p. 112. 19.) χολέρης δὲ ξηρῆς ἡ γαστὴρ περιόπτηται, καὶ ψόφοι ἔνεισι, καὶ ὀδύνη πλευρέων, καὶ ὀσφύος. διαχωρέει δὲ οὐδὲν κάτω, ἀλλ᾽ ἀποστέγνωται. In cholera ſicca inflatur venter & ſtrepitus inſunt, & laterum dolor ac lumborum. Nihil autem per aluum ſecedit, ſed adſtringitur. Cuius etiam paulò priùs ibid. meminit (pag. 111. 9.) cùm propter ſilphiū flatuoſam & acrem alimoniam choleram ſiccam fieri ſcribit. Atque ibi Gal. optimè vtriuſq; choleræ differentiam ſtatuit, his verbis: τὴν ἁπλῶς ὀνομαζομένην ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων χολέραν, ὑγρὰν τινὰ δηλοῖ ἐκ τῆς ξηρᾶς χολέρας. ὀνόματι δὲ κοινῷ κατ᾽ ἀμφοῖν κέχρηται, πρὸς τὸν τῆς γενέσεως τρόπον ἀποβλέπων ὄντα κοινόν. ὡς γὰρ ὑγρὰ χολέρα γίνεται δριμέων χυμῶν ἐκ τῆς διαφθορᾶς τῶν ἐδηδεσμένων γινομένων, οὕτω ἡ ξηρὰ πνεύματός τινος φυσώδους δριμέος. διὸ καὶ τὰ πλησιάζοντα τῇ γαστρὶ νευρώδη σώματα δακνόμενά τε καὶ τεινόμενα, πόνον ποιεῖ. Choleram hominibus ſimpliciter dictam ab arida per humiditatem diſtinguit. In vtraq; autem communi nomine eſt vſus, communem generationis modum ſpectās. Quemadmodum .n. cholera humida ex acribus oritur humoribus, qui ex eduliorū corruptione originem ſumpſerunt, ſic arida ex ſpiritu flatuolo acri. Ideoq; proxima ventri neruoſa corpora vbi mordentur & diſtenduntur dolorem faciunt. τὰ χολερικὰ πάθεα dicuntur Hip. lib. 5. Epid. (p. 341. 6.) & τὰ χολερικὰ ſimpliciter ibid. (verſ. 8. & 34.) & lib. 7. Epid. (p. 362. 13. & p. 363. 16.) Cholericæ affectiones aut cholera morbus. cui⁹ ibid. cauſæ explicātur, & elegās deſcribitur exēplum. Cholerā etiā vocat Celſus cap. 11. lib. 4. & cap. 1. lib. 2. ex aph. 30. lib. 3. χολέρα etiā inde apud Hip. pro critica aut effuſa vētris perturbatione ſumitur, ex qua bilioſa vomitu & ſeceſſu refunduntur, velut lib. περὶ ἐπταμήνου (p. 109. 35.) & Coac. Præn. (p. 427. 11.) οἱ λειπυρικοὶ μὴ χολέρας ἐπιγινομένης οὐ λύονται. Febres lipyriæ non niſi per choleram effuſa bile ſoluuntur. Rurſus ibid. (p. 441. 6.) χολερώδεα τρόπον περιαλγέουσαι πρὸ τοῦ τόκου, quæ ante partum in ſpeciem choleræ morbi affliguntur, hoc eſt, quæ immodica ventris perturbatione, bilem per vomitum & ſeceſſum excernente, velut in cholere morbo, conflictantur.

Χολὴ bilem ſignificat, ac præcipuè flauam & pallidam apud Hippocratem, cùm ſine addito ponitur, vt multis locis teſtatur Galenus, velut Comment. 3. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 72. verſ. 48.) εἰώθασι γὰρ οἱ ἰατροὶ χολὴν μὲν ἁπλῶς ὀνομάζειν τὴν ὠχρὰν τε καὶ ξανθήν. τὴν μέλαιναν δὲ χολὴν, ὅλον τοῦτο λέγειν, οὐχ ἁπλῶς χολήν. Solent enim Medici bilem quidem ſimpliciter tum pallidam, tum flauam appellare. Bilem autem atram hoc totum dicere, nō ſimpliciter bilem. Et rurſus Com. 4. (pag. 88. 46.) ὅτι δ᾽ ὅταν εἴπῃ τις ἁπλῶς χολὴν, ἡ πικρὰ δηλοῦται, προείρηται. Dictum autem eſt antea bilem ſimpliciter dictam amaram indicare. Ac rurſus Com. ad aph. 32. lib. 7. τὸ μὲν χολῶδες ἀεὶ ὀξείας ἐργάζεται νόσους. εἴρηται γὰρ ἡμῖν ὅτι τὸ πικρόχολον χυμὸν οὕτως ὀνομάζειν ἔθος ἐστὶ τοῖς παλαιοῖς ἰατροῖς, ὡς τόν γε μελαγχολικὸν ἀεὶ μετὰ προσθήκης λέγουσιν, οὐχ ἁπλῶς χολὴν ὡς τὴν ξανθήν, ἀλλὰ μέλαιναν χολήν. Bilis quidem perpetuò acutorum morborū cauſa eſt. Dictum nanque à nobis eſt quòd bilioſum humorē hoc nomine veteres Medici donare conſueuere, non ſecus ac melancholicum humorem ſemper cum addito, nō ſimpliciter bilem, velut flauam, ſed atram bilem proferunt. Et Comment. 1. in lib. de Nat. humana (pagina 12. verſiculo 47.) τὸ δὲ κατὰ μέρος ἐν αὐτῷ πρῶτον μὲν ἐπισημείωσαι δεῖ προσέχοντα τὸ κοινὸν οὐ μόνον ἰατρῶν ἔθος, ἀλλὰ καὶ πάντων ἑλλήνων ὀνομαζόντων χολὴν ἄνευ προσθήκης, ὅταν τὴν ὠχρὰν ἢ τὴν ξανθὴν δηλῶσαι βουληθῶσιν· ὅτι δὲ ταύτης ἀμφω ὀνόματα καθ᾽ ἓν εἶδος χυμοῦ λέγεται διαφέροντος ὑγρότητι καὶ ξηρότητι, μικρὸν ἔμπροσθεν εἴρηταί μοι. τὰς δὲ ἄλλας ἁπάσας χολὰς, μετὰ προσθήκης ὀνομάζουσιν ἤδη καλοῦντες. ἢ μέλαιναν, ἢ ἐρυθρὰν, ἢ πρασοειδῆ. Quòd autem attribet ad ſingula orationis capita; primùm ſi-

quidem non ſolùm medicorum verumetiam Græcorum omnium commune inſtitutum indicandum eſt, qui bilem ſine addito nominant, quam pallidam aut flauam indicare volunt. Iſta enim ambo nomina de vna humoris ſpecie vſurpari humiditate & ſiccitate differente, paulò antea dictum eſt. Reliquas verò omnes biles cum addito nominant, æruginoſam, aut atram, aut rubram, aut praſinam appellantes. Rurſuſq; ibidem (p.13.18.) κἀνταῦθα πάλιν σαφῶς ἐδήλωσε τὸ ἔθος τῶν Ἑλλήνων, χολὴν μὲν ὀνομαζόντων πολλάκις ἄνευ προσθήκης τὴν ξανθήν, τὴν μέλαιναν δὲ μετὰ προσθήκης ἀεί. Et hîc rurſum communem Græcorum vſum manifeſtè indicauit, bilem quidem flauam ſæpe ſine addito appellantium, atram verò ſemper cum addito. Et libr. de Tumor præter naturam (p. 355. 59.) νενίκηκε γὰρ οὐκ οἶδ' ὅπως τὸ τῶν ἰατρῶν ἔθος ἄν τι χολὴν ὀνομάσωμεν ἁπλῶς, ἄν τε χολώδη χυμόν, ἀκούειν ἡμᾶς τὴν ὠχρὰν καὶ πικράν, οὐ τὴν ὀξεῖαν καὶ μέλαιναν. ἐκείνην γὰρ ἀεὶ μετὰ προσθήκης ὀνομάζουσι. συνάπτοντες τῇ προσηγορίᾳ τοῦ χυμοῦ τὴν χρόαν. Obtinuit enim neſcio quo modo medicorum conſuetudo, vt ſiue bilem ſimpliciter, ſiue bilioſum humorem nominemus, pallidam & amaram inaudiamus, non acidam aut atram. Illam enim ſemper cum adiunctione nominant, humoris appellationi colorem connectentes. Id etiam fuſioribus verbis aperit Com. 5. in lib. 6. Epid. (pag. 513. verſ. 25.) vbi & varias bilis ſpecies enumerat. χλωρὰς οὖν γλώττας εἴρηκεν, ὡς ἐν τῷ βίῳ συνήθως ὀνομάζουσιν ἄνθρωποι, χλωρούς τινας ἑωρακέναι φάσκοντες, οἷς ἂν ἐπὶ τὸ χολωδέστερον ἡ χρόα μεταβάλλῃ, τῆς ὠχρᾶς δηλονότι χολῆς. ταύτην γὰρ ἁπλῶς ὀνομάζουσιν, οὐχ ὥσπερ τὰς ἄλλας μετὰ προσθήκης, ἤτοι μέλαιναν, ἢ ἰώδη καλλαϊνῶτιν, ἢ ἐρυθράν, ἢ ξανθήν, ἢ λεκιθώδη. ἐγγὺς μὲν οὖν ἐστι καὶ τῆς αὐτῆς σχεδόν τι φύσεως ἡ ξανθὴ χολὴ τῇ ὠχρᾷ. λέγουσι δὲ τινὲς καὶ ἄνευ τοῦ προσθεῖναι τὴν ὠχράν, ἁπλῶς οὕτως χολὴν ἐμημεκέναι τὸν ἄνθρωπον. ἐπὶ δὲ τῆς ξανθῆς σπανίως ἐστὶν εὑρεῖν ἁπλῶς τινα λέγοντα. προστιθέασι γὰρ ἰδίως αὐτῇ τὸ τοῦ χρώματος ὄνομα, ξανθὴν χολὴν ἐμημεκέναι τὸν δεῖνα λέγοντες ἢ ἄκρατον χολήν. ἰώδη δὲ καὶ μέλαιναν χολήν, οὔτ' ἰατρός τις, οὔτ' ἰδιώτης ὀνόμασεν ἄνευ προσθήκης, ὥσπερ οὐδὲ ἰσατώδη, καὶ πρασοειδῆ, καὶ λεκιθώδη. καὶ γὰρ ταῦτα χολῶν ὀνόματα εἰσιν ὑπό τινων ἰατρῶν εἰρημένα παρωνύμως ταῖς χρόαις ἃς ἔχουσιν. οὕτως δὲ καὶ τὴν ἐρυθρὰν χολὴν ὀνομάζουσιν αἵματος οὖσαν ὀῤῥόν. ἡ δὲ λεκιθώδης τῆς ξανθῆς παχυνθείσης γίνεται χολῆς, καθάπερ ἡ ὠχρὰ προσλαβούσης ὑδατώδη τινὰ οὐσίαν. χλωρὰς itaque linguas dixit, vt in communi vitæ vſu mortales nominant, χλωροὺς ſe quoſdam vidiſſe dicentes, quibus ad bilioſius color mutatus fuerit, bilis videlicet pallidæ. Hanc enim ſimpliciter nominant, non vt cæteras cum adiectione, aut atram, aut ęruginoſam, aut rubram, aut flauam, aut vitellinam appellantes. flaua ſiquidem bilis proxima pallidę eſt eiuſdemq; ferè generis. Dicunt autem plærunq; non adiicientes pallidam, ita abſolutè hominē bilem vomitione reieciſſe. Verùm de flaua tarò quiſpiam abſolutè protuliſſe inuenitur. Cõfeſtim enim ei coloris nomen apponunt, flauam bilem quempiam vomuiſſe dicentes, vel meram bilē. Æruginoſam verò & atram bilem, neq; Medicus, neq; vulgaris quiſpiã ſine adiunctione nominauit, velut neq; glaſteã, neq; porraceam, neq; vitellinam. Nam hæc bilis nomina à quibuſdã Medicis ex colorũ quos habent nomine ſunt deducta. Sic verò & rubram bilem vocant, quæ ſanguinis ſerum eſt. Sed vitellina fit bile flaua incraſſata, vt pallida ex eadem aqueam quandã ſubſtantiam accipiente. Huius verò bilis generatio eſt ex eo quod in alimento pingue eſt, dulce ac iucundum, vt ſatis indicat Hipp. aph. 13. ſect. 5. lib. 6. Epid. τὸ δὲ χολῶδες ἀπὸ πίονος, bilioſum verò ex pingui, & aph. 3. ſect. 6. lib. eiuſdem, & nos ex Galeno in dictione πῖον ſatis oſtendimus. Indeq; χολῶδες & χολώδη ſimpliciter de bile flaua aut pallida effert Hipp. vt ſcribit Gal. Com. 4 in lib. 6. Epid. (p. 492. 46.) λέλεκται δ' ἤδη πολλάκις ὡς ὅταν ἁπλῶς εἴπῃ χολώδη, τὴν ὠχράν τε καὶ ξανθὴν ὀνομαζομένην σημαίνει χολήν, ἢ πλεῖον τῶν ἄλλων χολῶν τὴν χρόαν προσχάρει. καὶ γὰρ ἰώδης ἐμεῖται χολὴ καὶ ὑπέρυθρος, καὶ μέλαινα καὶ ὀρφνώδης. Dictum autem eſt iam ſæpius, cùm bilioſum ſimpliciter dicit, eum pallidam & flauam bilem dictam ſignificare, quatenus ex abundanti in aliis bilis generibus colorē adſcribit. Nempe & æruginoſa bilis vomitu, & ſubrubra, & atra, & obſcura reiicitur. Sic rurſus Com. 2. in libr. 3. Epid. (p. 416. 38.) ὡς δ' ἄν τις εἰκάσειε χολώδη διαχώρησιν ἄκρατα, τουτέστι ξανθὰ κατὰ τὴν χρόαν ἢ πυῤῥά. τὰ γὰρ ἰώδη καὶ μέλανα μετὰ τοῦ προσθεῖναι τὴν χρόαν ἔθος ἐστὶ καὶ τούτῳ καὶ τοῖς ἄλλοις ἰατροῖς, καὶ ἡμεῖς εἰώθαμεν ἄνευ προσθήκης χολώδη διαχώρησιν τινὰ λέγειν, ἐπὶ τῷ χολῇ ξανθῇ τοιαύτῃ λέξει χρώμενοι. τὰ δὲ τῆς ἰώδους, ἢ μελαίνης, ἢ τινος ἑτέρας χολῆς οὐ λέγομεν ἁπλῶς χολώδη, προσθέντες δ' αὐτοῖς τὴν ἀπὸ τῆς χρόας διάκρισιν αὐτῶν, καὶ τοῦτο γ' ἂν ἅπασι τὸ ἔθος ὑπάρξει διὰ τὸ συνεχῶς μὲν ἐμεῖσθαί τι καὶ διαχωρεῖσθαι τὴν ὠχράν τε καὶ ξανθὴν χολήν, οὐ μόνοις τοῖς νοσοῦσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὑγιαίνουσι, σπανίως δὲ τὰς ἄλλας, καὶ μόνον ἐπὶ τῶν νοσωδῶν διαθέσεων ἐχόντων. Vero aũt eſt ſimile eam deieciſſe bilioſa ſyncera, h. e. vel flaua colore, vel rufa. Nam æruginoſa & nigra adiecto colore proferre, & huic, & aliis Medicis ſolenne eſt. Et nos quoque citra adiunctionem ſolemus dicere bilioſa quendam deiicere, de flaua bile eam dictionē vſurpantes. Excrementa verò æruginoſæ, vel atræ, vel alterius bilis, non dicimus ſimpliciter bilioſa, verum ipſis coloris diſcrimē addim⁹. Et hæc in omnib. cõſuetudo inualuit, quod bilis tũ pallida tum flaua aſſiduè vomitione & deiectione reddatur, nõ ſolùm ægrotantib. ſed ẽt bene valẽtibus, rarò verò aliæ, atq; his tantũ qui morboſo aliquo tenẽtur affectu. Sic quoq; χολὴ ξανθή, πικρότης dicitur Hipp. h. e. amaritudo aut amar⁹ aliquis humor, lib. περὶ ἀρχαίης ἰητρ. (p. 10. 24.) & febres omnes ex bile fieri lib. 4. de morb. & lib. a. de nat. hu. & aph. 42. li. 7. vbi putridas omnes febres comprehēdit. Χολὴ etiam ſimpliciter bilis fluxio ſæpius dicitur Hipp. lib. de loc. in homine (p. 67. 46.)

pro ea fluxione in vniuerſum quæ fit ab humore tenui in aliq̃ partem decũbente, eáq; ob cauſam facilè fluente. Eamq; dictionis vim ſæpe toto eo libro retinet, vt (p.66.23. & 35.) & (p.68.12.) ὡς τὰ πολλὰ ἔμπυοι γίνονται, ὅταν ῥεῦμα ἐς τὸ αὐτὸ ὥσπερ ἐν τῇσι χολῇσι γένηται. διὰ τῇσι μὲν χολῇσι πολὺ ἀπορρεῖ. Suppurati vt plurimùm fiunt cùm fluxus in eundẽ locum velut in bilis fluxionibus concedit. Verùm in bilis quidẽ fluxionib. multum defluit. Bilẽ & biliosos vertunt interpretes. Significare autem videtur ſuppurationẽ fieri multa fluxione in eundem locum, vt thoracem aut pulmones concedente, non ſecus ac in bilis effluxionibus contingit. Vbi χολαὶ vocantur bilis fluxiones, cum in vtrũq; thoracis latus incubuerint, vnde peripneumoniam contrahi vult, vel pleuritidẽ cùm in alterutrum latus bilis fluxerit. Varias autem bilis ſpecies ex Galeno ampliſſimè deſcribit & explicat Gorrhæus.

Χολὴ μέλαινα bilis atra, ferè ſemper cum additione dicta, duplicem babet ortũ, vnum ex ſanguine craſſiore & veluti limo, & propriè bumor melancholicus dicitur, alterum ex bile flaua ſuperaſſata, & omnium eſt deterrima. Quod etiam multis locis teſtatur Gal. vt Com. 6. in lib. 6. Epid. (p.520.54.) ἡ μέλαινα γὰρ τὴν γένεσιν αὐτῆς ἔχει διττὴν, ἔκ τε τοῦ παχέος αἵματος, καὶ τῆς ξανθῆς ὑπεροπτηθείσης. Ipſius enim ortũ duplicem eſſe didiciſtis, & ex craſſo ſanguine, & flaua ſuperaſſata bile. Et Com. ad aph. 2 a lib. 3. ἡ μέλαινα χολὴ διττὴν ἔχει τὴν γένεσιν, ἐκ μὲν τῆς ξανθῆς ὑπεροπτηθείσης τὴν ἑτέραν, ἐκ δὲ τοῦ παχέος αἵματος τὴν ἑτέραν. Bilis atra geminum ortum obtinet, vnũ ex ſuperaſſata flaua bile, ex ſanguine verò craſſo alterum. Et Com. in libr. de rat. vict. in morb. ac. (p.61.31.) ἐπειδὴ τοῦ μὲν αἵματος ἐν αὐτῷ θερμανθέντος ἐπὶ πλέον, ἡ ξανθὴ γίνεται χολὴ, τούτου δὲ αὐτοῦ κατοπτηθέντος, ἢ καὶ τοῦ παχέος αἵματος, ἡ μέλαινα. Quandoquidem ſanguine in ſe plus æquo calefacto flaua bilis generatur, eodem verò ſuperaſſato, aut etiam craſſo exiſtente ſanguine, atra. Ac rurſus Com. ad aph. 53. lib. 6. μεμνῆσθαι γὰρ χρὴ τῶν περὶ τῆς μελαίνης χολῆς ἐν ἄλλοις διῃρημένων, ὡς ἡ μὲν ὑπεροπτηθείσης γίνεται τῆς ξανθῆς χολῆς, ἥπερ δὴ καὶ χαλεπωτάτη παντός ἐστιν. ἡ δὲ ἐκ τοῦ αἵματος, ὡς ἂν εἴποι τις ἰλύος καὶ τρυγὸς, παχυτέρα μὲν ἐκείνη τῇ συστάσει, πολὺ δὲ ἀπολειπομένη τῆς μοχθηρίας τῆς ποιότητος. εἴρηται δὲ καὶ ὅτι τὴν τοιαύτην τρύγα τοῦ αἵματος ἀκριβολογούμενοι μὲν, οὐδέ πω μέλαιναν χολὴν ὀνομάζομεν, ἀλλὰ μελαγχολικὸν χυμόν. καταχρώμενοι δὲ τοῖς ὀνόμασι καὶ μέλαιναν ἐστὶν ὅτε καλοῦμεν, ἐπειδὴ μικρὸν ὕστερον ἔσται μᾶλλον μέλαινα, μὴ φθασάντων κενῶσαι. Ad memoriam enim reuocare oportet q̃ in aliis ſcriptis noſtris de atra bile ſunt definita, nẽpe quædã ex flaua bile ſuperaſſata fiat, quæ omniũ eſt deterrima: alia verò ex ſanguinis vt ita dicã cœno & fœce, quæ quidem craſſiore quàm illa eſt ſubſtantia, ſed multũ à qualitatis malignitate recedit. Dictũ quoq; eſt bilem quæ veluti fœx eſt ſanguinis, ſi exactè loqui velimus, nondum nos atram bilẽ, ſed humorem melancholicum vocare. Nominibus tamen abutentes interdum ẽt atram vocare, qñqdẽ niſi prius vacuetur, non ita multo pòſt atra ſit euaſura. De ea verò diſertè ac velut ex profeſſo ſcripſit Gal. lib. de atra bile & lib. de fac. nat. quæ omnia ſciẽter & aptè collegit Gorrhæ⁹.

Χολῆγον Gal. exponit χολῆς ἀγωγὸν, h.e. bilem ducens, quod de medicamento bilẽ educente dici videtur, vt χολῆγον, χολῆς ἀγωγὸν exponit Erot. quod legitur lib. 1. περὶ γυν. (240.33.) τούτῳ φάρμακον πίσαι χολῆγον. huic medicamentum, bilem ducens propinato. Lib. de loc. in homine (p.70.18.) χολαγωγὸν dicitur. φάρμακον πίσαι χολαγωγὸν, medicamentum bilem educens potu exhibendum. χολαγωγὰ φάρμακα etiam dicuntur ibidem (v.38.)

Χόνδρος granum ſignificat, & de alica Latinis dicitur, quam etiam granum vocat Plinius cap.11. lib.18. & ex zea fieri ſcribit. Sic autẽ dici videtur quòd in grumos ac grana cogatur, dum ex zea tritici ſeu frumenti ſpecie paratur. Eſt enim χόνδρος id quod ex zea decorticata & in grana plura contuſa, leguminis loco cum iuſculis coctum editur, celeberrimum & valde tritũ in omnib. morbis apud antiquos alimentũ. Ac videntur χόνδρος & ἄλευρον generalia fuiſſe apud veteres omniũ frugum ſiccatarum, decorticatarum, & in grumos tuſarũ nomina. Quod autẽ χόνδρος alicam Latinorum indicet, quidq; eo nomine veteres intellexerint, ſitne etiam res factitia an natiua aliqua ſeminis ſpecies, aptiſſimè diſſerit Gorrhæus & Cornarius Com. in lib. 2. κατὰ τόπ. χόνδρον Hippocratis tempore num vſurpatũ fuerit dubitaſſe quoſdã apparet ex Gal. Cõ. 1. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.43.42.) qui tamen Hippocrati cognitum χόνδρον ex lib. περὶ διαίτης ὑγιεινῆς eſſe ſcribit. Qui locus legitur lib. 2. περὶ διαίτης (p.92. 40) Cuius etiam meminiſſe videtur lib. περὶ παθῶν (p.187.4.) ἐὰν δέ τι διδόναι θέλῃς κομιδῆς εἵνεκα, διδόναι χόνδρον, ἢ πτισάνην πυρίνην. ταῦτα γὰρ τῶν ῥοφημάτων τὰ ἰσχυρότερα. Quòd ſi refectionis gratia quid exhibere velis, alicã aut ptiſanam triticeã exhibeto. Sunt enim valentiores hæ ſorbitiones. Nempe his verbis alica integra deſignatur, quæ & χονδροπτισάνη dicebatur & πτισάνη πυρίνη Diocli & Philotimo, vt ſcribit Gal. li. 1. de alim. fac. Nã quæ ἄλευρα χονδρώδη dicuntur lib. περὶ γυν. φύσ. (p. 229.31.) ea farinã craſſiorẽ & in grumos collectã & craſſius ſubactã, velut alicæ ſimilẽ, aut in grana coactã, ſignificant, quæ ἄλευρα χονδρότερα eadẽ in re dicuntur lib. 2. περὶ γυν. (pag. 285.37.) & de erui aut lentis farina ad fotus adhibita efferuntur.

Χόνδρος λιβάνου etiam thuris mica ſeu granum dicitur, quod Dioſcor. omneſq; Græci Medici thuris mannam vocarunt. Sic Pl. lib. 29. cap. 6. thuris mannam vnam dicit in Echio medicamento ad ſuffuſiones, quod Marcellus Empiricus thuris granum vnum, idem medicamentum referens, appellauit, χόνδρον λιβάνου ἕνα. Eo in lacte macerato ad externæ partis auriculæ dolorem vtitur Archigenes apud Gal. lib. 3. κατὰ τόπ. (p. 595.24.)

Χόνδρος etiam in genere chartilago dicitur, verùm præcipuè eo nomine illã cõprehendit Hipp. quę ad coſtas ſpurias adnaſcitur, eſtq; ad cauũ pectoris, ſub qua os ventriculi deliteſcit, & ξιφοειδὴς nominatur. Libr. 7. Epid. (p. 352. 48) μέσον δὲ ὀμφαλοῦ καὶ χόνδρου κατὰ τοῦτον τὸν καταγωγὴν ἀπτομένῳ τῇ χειρί. Quòd ſi quis medium vmbilicum attigiſſet, & manum ad chartilaginem illam in pectoris cauo, ſub qua os ventriculi deliteſcit, deduxiſſet. Etſi illîc χονάρου habent omnia exemplaria, pro χόνδρου vitioſè vt ſatis patet. Caluus tamen ventrem vertit, vt χόναρον pro abdomine & epigaſtrio ſumpſiſſe videat. Rurſus Prorrh. 2. (p. 416. 30) de pectore laudabili. καὶ ὁ χόνδρος αὐτοῦ μικρὸς ἔστω καὶ σεσαρκωμένος ἰσχυρῶς. cuiuſque chartilago exigua & admodum carnoſa ſit. Iſagoges quoq; author hanc chartilaginem χόνδρον proprio quodam nomine vocat (p. 376. 23.) & totum locum στέρνον. τὸ δὲ μεταξὺ τῶν πλευρῶν, στῆθος, καὶ τὸ μεσαίτατον αὐτοῦ στέρνον, μέχρι τοῦ χόνδρου, ὑφ' ὃν τὸ στόμα τῆς κοιλίας. Etſi eo nomine etiam hypochondria capi poſſunt, quibus viſcera continentur.

Χορδαψὸς eſt inteſtini tenuioris morbus, volulus antiquis dictus, vt ſcribit Gal. cap. 2. libr. 6. de loc. aff. quòd tumor aliquis eminet in tenuium inteſtinorum parte, vt videatur inteſtinum ad chordæ ſimilitudinem conuolutum. fit autem vel ab inflammatione vel aridi ſtercoris obſtructione, vnde tenſio in inteſtino chordam referens ſentitur, ſi quis loco dolenti manum admoueat, & tactui durities ſuccumbit. Nomen igitur ſumpſiſſe videtur Galeno ἀπὸ τῆς χορδῆς ἀπλώσεως. Verùm Aretæo longè alia eſt notatio, cùm cap. 6. libr. 2. de cauſ. & ſign. ac. morb. χορδαψὸν voluuli ſpeciem facit, vbi præter tormina, inteſtinorum cõpreſſio & remollitio, cum imi ventris tenſione acceſſit, & χορδαψὸν tanquàm χορδῆς ἕψησιν, h. e. inteſtinorum emollitionem dici vult, his verbis: κὴν μὲν πρὸς τοῖς στρόφοις δὲ καὶ πίεσις, καὶ μάλθαξις τῶν ἐντέρων εἴη, καὶ πολὺ τὸ ὑπογάστριον ὑψηλὸν, χορδαψὸς τὸ τοιοῦτον ἐστί. οὔνομα δὲ ἕψησις μὲν ἐστὶ ἡ μάλθαξις. χορδὴ δὲ ἐντέρων ἐπωνυμίη. καὶ γὰρ καὶ ἐπιχορδίδα τὸ μεσεντέριον ἐκάλεσαν οἱ πρόσθεν, τὰ μέσσηγυ νεῦρα, καὶ τὰ ἀγγεῖα, καὶ τοὺς ὑμένας τοὺς διόχους τῶν ἐντέρων. Quòd ſi præter tormina, inteſtinorum preſſus & emollitio adfuerit, multumq; imus venter emineat, is iam Chordapſi nomen acquirit. Elixatio nanq; emollitionem ſignificat, & chordæ inteſtina dicuntur. Veteres enim lactes epichordida nominarũt, medios ſcilicet neruos & vaſa, membranaſq; inteſtinorũ fulcra ac ſtabilimenta. Hanc nominis notationem ſecutus eſt Archigenes apud Aëtium cap. 27. lib. 1. Tetrab. 3. & Chordapſum veteribus dictum vult velut inteſtinorum emollitionem. Diocles Caryſtius apud Celſum ca. 13. lib. 4. tenuioris inteſtini morbum χορδαψὸν, plenioris εἰλεὸν nominauit. Trallianus initio lib. 9. χορδαψὸν εἰλεὸν dictum eſſe vult. Heſychio quoq; χορδαψὸς πόνος ἐντέρων exponitur. χορδαὶ autẽ καὶ χορδεύματα καλοῦνται τὰ ἔντερα vt ſcribit Ariſtoph. interpres ἐν ἱππεῦσι (p. 206.) Vnde plenioris inteſtini morbum χόρδιον dici apud Celſum ſcribere oportet, non χόρδιον vt legunt omnia exemplaria, aut κόρδιον. Aurelianus cap. 17. libr. 3. acut. Chordapſon inteſtinorum tormentũ vocari ſcribit, quòd non aliter quàm chordę inteſtina tendantur. Nã veteres Gręci inteſtina chordas appellarunt. Quinetiã teſtatur Hipp. Praxagoram, Euryphontẽ Gnidium, hoc nomen commune vocabulũ tormento poſuiſſe. In Coac. Præn. (440. 19.) μὴ σύμφυτος χορδαψὸς dicitur, tenuioris inteſtini morb. nõ à natura inſitus. χορηγία munus eſt choragi, ſed pro quauis elargitiõe aut ſuppeditatione ponitur, & exponitur Heſychio δόσις, & χορηγεῖ, παρέχει, δίδωσι. χορηγίαν apparatũ medicum, opem medicam vocat Hipp. ἐν παραγγελίαις (p. 17. 47.) & metaphora à ſcenico apparatu ducta, omnia remedia quæ ad opem & operã medicam ſpectant cõprehẽdit. ἢν δὲ καιρὸς εἴη χορηγίης, ξένῳ τε ἐόντι καὶ ἀπορέοντι, μάλιστα ἐπαρκέειν τοῖσι τοιούτοισι. Quòd ſi occaſio ſuppeditandæ opis ſe obtulerit tum peregrino tum egeno, hiſce præcipuè opem ferre oportet.

Χορίον, ἢ χόριον, ἢ χωρίον, propriè dicitur prima illa & extima membrana quæ fœtũ ambit, vtero proxima eſt & adhæreſcit, ſiue quòd circuli & coronę inſtar fœtũ ambiat (vnde χόριον dicitur) ſiue quod fœtus receptaculũ ſit eumq; cõtineat, vnde Latinis locorũ nomẽ meret, & χωρίον Græcis nuncupatur. Gal. Com. ad aph. 35. & 49. lib. 5. χόρια aut χωρία Græcis quæ ὕστερα dicuntur ſignificare ſcribit. locos & ſecundas vocãt Latini, quibus omnes mẽbranæ fœtũ cõplectentes cõtinentur. Eam autem Græcorũ nominum notationẽ Latini retinuerunt, cùm ſecundarũ nomen indiderunt, ſiue quòd ſecundæ à fœtu oriantur, ſiue quòd poſt fœtũ excernantur, vt & locorũ, quòd eum contineant & recipiant. De eo ſic ſcribit Author Definit. Med. (p. 402. 27) πρῶτον συνίσταται τοῦ ἐμβρύου τὸ χόριον, εἶτα τὰ λοιπά. τὸ χόριον μὲν συνίσταται ἐκ δύο φλεβῶν καὶ δύο ἀρτηριῶν, καὶ πέμπτου τοῦ καλουμένου οὐράχου, ἤτοι ἐπειδὴ χώρημά ἐστι τοῦ ἐμβρύου, οἱονεὶ χωρίον, ἢ ἐπειδὴ χορηγεῖ τὴν τροφὴν αὐτῷ. In primis efficitur ſecũda, tum reliqua. Ipſa autẽ ſecunda ex duabus venis & duabus arteriis, & quinto quod vrachum vocant, cõſtituta eſt. Appellatur autẽ χόριον, ſeu quod ſit fœtus χώρημα, h. e. conceptaculum, ſeu quòd ei χορηγεῖ, hoc eſt ſuppeditat alimentũ. χωρίον ſæpius ſcribitur Hipp. li. περὶ φύσ. παιδίου. χόρια etiam inteſtina dici videntur, Chorias Latinè dixit Plautus Curculione, pro inteſtinis aut interaneis. Radices cordis pereunt, choriæ omnes dolent.

¶ Χρῆμα idem quod πρᾶγμα, rem ſignificat, vt lib. de aëre, loc. & aq. (pag. 454. 29.) τὰ μὲν τοιαῦτα ὕδατα νομίζω μοχθηρὰ εἶναι πρὸς ἅπαν χρῆμα. has quidem aquas ad omnem rem improbas eſſe cenſeo. Et rurſus (p. 455. 13.) ἔνεστι δὲ ἐν πᾶσι χρήμασι, in omnibus quidem rebus ineſt [humidum] Et (v. 41.) πρὸς ἅπαντα χρήματα

χρήματα, ad omnia, ad res quaſuis. Rurſus lib. 4. de Morb. (p. 177. 45.) ἀπαλὸν γὰρ καὶ ἀραιὸν χρῆμά ἐστιν ὁ πλεύμων, tenerum quid & rarum eſt pulmo. Et (verſ. 49.) ἰσχυρὸν χρῆμα ἡ κοιλίη ἐστί, venter robuſta res eſt. Et (verſ. 47.) ἡ δὲ κοιλίη ὑπὸ τοῦ φαρμάκου οὐχ ἑλκοῦται, ὅτι χρῆμά ἐστιν ἰσχυρὸν, οἷον περ δοκεῖ δέρμα. Venter autem à medicamento non vlceratur, quod robuſtũ quiddam ſit, ſcilicet velut corium. Aliôqui χρῆμα mira phraſi vſurpatur Ionibus de re minima aut parua aliqua particula, vt χρῆμα τοῦ ἀγκῶνος aliquam cubiti partem ſignificat, vel minimum quid ex cubito, libr. de fract. (p. 576. 14.) οὐδὲν γὰρ χρῆμα τοῦ ἀγκῶνος κάμψαι δυνάνται, nulla enim ratione cubitũ flectere queunt, hoc eſt, ne minimum quid cubitum flectere poſſunt, aut nulla ex parte. Rurſus in Epiſt. (pag. 527. 23.) de Æſculapio viſo in ſomniis: εἵποντο δέ αὐτῷ δράκοντες, χρῆμά τι ἑρπετῶν ὑπερφυές. Sequebãtur autem eum dracones, ex reptilium genere admiranda admodum magnitudine, aut ſupra quàm dici poſſit immanes.

Χρησοὶ dicuntur vtiles, boni, qui alicui ſunt vſui, & ad rem Veneream obeundam apti, quiq; rem peragunt. Libr. περὶ γονῆς (pag. 28. 2.) de Eunuchis: διότι καὶ οὐχ ὑπεράρχουσιν οἱ εὐνοῦχοι χρησοί. Quamobrem ad Venerem obeundam inutiles aut inepti ſunt eunuchi, hoc eſt minimè rem peragunt. Eſt autẽ vulgaris phraſis & qua populares vtuntur. χρησοὺς, καλοὺς, bene apud Hipp. exponit Erot.

Χρυσίτις σποδὸς, cinis ſpumæ argenti dicitur Hippocrati & ad ocularia medicamenta adhibetur in Nothis adiectis ad lib. 1. περὶ γυναικ. (p. 500. 23. 26. 36. 37.) aureum cinerem à colore dixit Caluus. Eſt autem χρυσῖτις tertia lithargyri ſpecies apud Dioſcor. Eadem χρυσίον videtur dici Hippocrati ibidem (v. 36.) ſi modo locus mendo caret.

Χρῶμα corporis ſuperficiem & cutem ſignificat in qua color apparet, vt lib. περὶ ἐνυπνίων (p. 107. 33.) τὴν γὰρ κάθαρσιν διὰ τοῦ χρώματος ξυμφέρει ποιεῖσθαι, διότι ἐν τῷ ἔξω περιφορῇ ἐστι τὸ βλάβος. Nam per cutim purgationem fieri confert; propterea quòd vitium in ambitu corporis eſt. χρῶμα etiam colorem ſignificat, & cutis aut corporis colorem Varino. Vt χρῶμα εὔχροον, corporis color laudabilis, libr. 4. Epid. (p. 332. 46.) & χρῶμα νεκρῶδες, color cadaneroſus, qualis moribundis, lib. 5. Epid. (pag. 340. 30.) χρωματίζεσθαι πτύαλα, ſputa colorari, & laudabili colore tingi, in Coac. Prænot. (p. 435. 12.)

Χρὼς Ionibus dicitur quicquid in corpore carnoſum eſt, quo nomine, cutis ipſa muſculi, membranæ & viſcera continentur. Significat etiam cutim ipſam & corporis ſuperficiem ſummam in quam puſtulę erumpunt, in Coac. Prænot. (p. 421. 8.) ξυνίσιεσι χροῒ ἐρυθραίνεσθαι ἐξανθισμάτων, iis corporis ſuperficies velut efflorescentibus puſtulis rubeſcit. Galen. Comm. 2. in lib. de fract. (p. 542. 56.) χρῶτα καλοῦσιν οἱ Ἴωνες ὅλον τοῦ σώματος ὑμῶν σαρκῶδες, ἐν ᾧ μάλιστα μὲν ἐστι τὸ δέρμα καὶ οἱ μύες, εἶτα, ἐφεξῆς δὲ οἱ ὑμένες, καὶ σπλάγχνα. τὸ δὲ τῶν ὀστῶν γένος, οὐκ ὀνομάζουσι χρῶτα, καθάπερ οὐδὲ τοὺς χόνδρους, οὐδὲ τοὺς συνδέσμους. χρῶτα vocant Iones quicquid eſt in corpore carnoſum, in quo genere maximè cutis & muſculi, deinde viſcera & membranæ continentur. At oſſium genus χρῶτα non appellant, ſicut neque cartilagines, neque ligamenta. Quod duobus locis Homericis probat ibidem Gal. nempe Il. τ. (v. 33.) & Od. β. (v. 376.) etſi ſæpius apud eundem Homerum non ſolùm cuti ſubiectam carnem indicat, ſed pro tota corporis compage ſumitur. Idem Comm. 3. in lib. de fract. (p. 561. 6.) ὅτι τὸ σαρκῶδες ἅπαν ὀνομάζει χρῶτα, λέλεκταί μοι καὶ πρόσθεν. Quicquid carnoſum eſt Hippocratem χρῶτα vocare antea dictum eſt. Quibus in locis corpus vertunt Interpretes apud Hipp.

¶ Χυλάριον diminutiuè ſuccatiunculam ſignificat, & ἀντὶ τοῦ χυλοῦ ſumitur apud Hippocratem à Cornario interprete libr. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 205. 46.) καὶ ἀπὸ χυλαρίου πίνειν, & de ſucco bibat, vt ptiſſanæ ſuccum intelligat, qui χυλὸς ſimpliciter ſæpe dicitur. Verùm locus fœdiſſimè corruptus legitur & pro χυλαρίου χαλαρίου ſcribitur in omnibus exemplaribus. Caluus χλιαροῦ legiſſe videtur, & tepidum potum accipit. χυλάριον tamen illic mihi legendum videtur & pro ſuccatiuncula accipiẽdum; aut carnium intritarum ſucco, quod poſtea ſcribatur, καὶ ξύων τὴν σάρκα ἐν οἴνῳ λευκῷ διδόναι πίνειν, ac intritam carnem ex vino albo propinato. Sic enim ξύων τρίβων ſignificat, vt ξύει τρίβει exponit Heſych. Quem tamen locum Cornarius de ſordibus à defricta carne ſumptis, & ex vino albo epotis, confidenter admodum ſumpſiſſe videtur. χυλάριον igitur ἀντὶ τοῦ χυλοῦ rectè ſumi videtur. χυλὸν autem Heſychius exponit τρύγα τὸν ὑγρὸν ὀπισμα.

Χυλὸς in genere ſuccum ſignificat & humorem à calore incraſſatum, conſiſtentia medium inter humidum & ſiccum. Apud Hippocratem tamen ſæpe χυλὸς ſimpliciter ptiſſanæ aut hordei ſuccum & ſorbitionem ſignificat, quam ptiſſanam colatam vocant, expreſſam hordei ſubſtantiam continentem, non cremorem, qui eſt aqua hordei expreſſa apud Latinos, non ſuccus ipſius ſubſtãtiæ hordei. Cui tota & integra ptiſſana, hoc eſt non colata opponitur. Lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 47. 46.) τὰς δὲ πτισάνας χρὴ ἐκ βελτίστων κριθῶν εἶναι, καὶ ὡς βέλτιστα ἑψῆσθαι, καὶ ἄλλως, ἢν μὴ τῷ χυλῷ μούνῳ μέλλῃς χρῆσθαι. Ptiſſanam autem ex optimo hordeo confici oportet, atque quàm optimè coqui, idq; præcipuè ſi nõ ſolo ſucco vti velis. Vbi τὸν χυλὸν ptiſſanam excolatam intelligit, vt ptiſſanæ integræ & non colatæ opponatur, quam παχεῖαν πτισάνην, & πτισάνας ἀδιηθήτους ibidem vocat (p. 40. 19 & 23.) Gal. κριθώδη πτισάνην, huicq; χυλὸν opponit, & δι' ὀθονίου τὸν χυλὸν διηθοῦντες διδόασι, ſuccum linteo percolatum exhibent. Rurſus ibidem (pag. 49. 54.) τοῖσι τι ὅλῃσι πτισάνῃσι χρεωμένοισι, τοῖσι τι χυλῷ αὐτίκα, tum iis qui tota

vtuntur ptiſſana, tum iis qui eius ſucco. Et (pag. 52. 34.) χρῆσθαι δὲ πρῶτον μάλιστα μὲν χυλῷ, ἔπειτα δὲ πτισάνῃ. Primum autem maximè ſucco vtendum, deinde etiam ptiſſana. Vbi πτισάνην ſimpliciter ὅλην πτισάνην integram & non colatam indicat, quam à ſucco diſtinguit. Et (p. 102. 50.) καὶ μελικρήτῳ ποτῷ καὶ χυλοῖσι διαφυλάσσειν. & aquæ mulſæ potu ptiſſanæq; ſucco cõſerua. Vbi χυλοὺς πτισάνης χυλὸν exponit Galenus. Rurſus ibid. (p. 107. 11.) ὅταν δὲ ἀσφαλὴς ἐὼν φαίνηται, ὅτω χυλὸν ῥόφειν, καὶ λεπτὸν τὸ πρῶτον, καὶ μέλιτι μίσγων δίδου, ἢν δὲ ἀνάγηται ῥηϊδίως, καὶ εὔπνοος ᾖ καὶ ἀνώδυνος ᾖ τὰ πλευρὰ, κατὰ σμικρὸν παχύτερόν τε καὶ πλείονα καὶ δὶς τῆς ἡμέρης. Deinde ſi in tuto eſſe videatur, imprimis exiguum tenuemque ſuccum & cum melle mixtum dabis. Sin verò facilè ſputum educatur & facilè ſpiret & doloris latere vacet, ſenſim craſſiorem & copioſiorem bis die porriges. Quem locum Cælius Aurelianus exprimit cap. 19. libr. 2. acut. & ſuccum tenuem & paruum, deinde etiam craſſiorem & plurimum vertit. Quibus tamen in locis Interpretes cremorem non ſatis aptè (vt opinor) vertunt. Ruſuſque ibidem (pag. 96. 4.) quod ſcribitur, χυλὸν δὲ προσφέρειν, hoc eſt ſuccum exhibere, Cælius Aurelianus ſucco cibare exponit, cap. 4. libr. 3. acut. Lib. 5. Epid. (pag. 337. v. 19.) χυλὸν μεταπιόντα ψυχρὸν, poſt epotum ſuccum frigidum, vbi ptiſſanæ ſuccum intelligere videtur. Et rurſus (v. 22.) καὶ αὖθις μεταπιὼν χυλὸν, ac inſuper ptiſſanæ ſuccum ebibit. Lib. 7. Epid. (p. 352. 10.) ἐρρύφησε χυλὸν, ſorbitiunculam ex hordeo ſumpſit, ſuccum ſorbuit. Et rurſus ibidem (v. 19) χυλοὶ προσεφέροντο, ptiſſanæ ſuccus exhibebatur. Et iterum (p. 353. 20.) χυλὸν ἐρρόφησε, ptiſſanæ ſorbitionem ſumpſit. Et (v. 30.) χυλοῖσιν ἐχρήσατο ſucco vſus eſt. Et (pag. 354. 40.) προσφερόντων δὲ πτισάνης χυλὸν, vbi quidam ſuccum exhibuiſſent. Et (p. 355. 49.) προσήνεγκαν αὐτῷ χυλὸν, oblatus ei eſt ptiſſanæ ſuccus, aut ſorbitiuncula ex hordeo. Et (p. 359. 1.) πόμα κατεδέξατο καὶ χυλοῦ, potionem recepit & ſucci ptiſſanæ nonnihil. Et (pag. 361. 25.) χυλὸν προσεδέξατο, ſuccum ſumpſit. Lib. 2 περὶ γυναικ. (p. 274. 28.) καὶ τὸν χυλὸν ῥοφέειν, ſuccum ſorbendum præbeto. Pollux quoque cap. 9. libr. 6. χυλὸν ex Cratino pro ptiſſanæ ſucco ponit.

Χυμὸς humor, ſuccus, & communi ſignificato omnem humorem coctione incraſſatum ſignificat, eoq; nomine cõtinentur omnes in nobis humores ſeruando & nutriendo corpori idonei aut incommodi, boni ſiue mali, παρὰ τὸ χεῖσθαι dicti, quòd veluti in nobis fundantur aut fluant, cùm in ipſorum temperie ac ſymmetria tota ſanitatis integritas ſita ſit. Quod ſcriptis teſtatur fragmentum quoddam Galeno attributum in libr. de Humor. vbi aphoriſm. 2 ſect. 2. lib. 6. Epid. exponit, his verbis: χρὴ γὰρ ἀκριβῶς τοὺς κεκραμμένους ποιότητι, καὶ ἴσους ποσότητι τοὺς χυμοὺς, ἵν᾽ ὑγεία τε διαμένῃ, καὶ μὴ οὖσα ἐπανελεύσεται. ἀπὸ τῆς ὀνομασίας ἔτυχον οὗτοι χυμοὶ, παρὰ τὸ χεῖσθαι ἅμα λεγόμενοι. Humores enim qualitate temperatos & quantitate æquatos eſſe oportet vt præſens ſanitas perſiſtat, atque abſens redeat. Vnde & χυμοὶ, id eſt humores Græcam appellationem ſortiti ſunt παρὰ τὸ χεῖσθαι, quòd vnà veluti fundantur & fluant, aut quòd vnà veluti fuſi coëant & permiſceantur. Qua ſignificatione ἀπὸ τοῦ χυλοῦ nihil differunt. Χυμὸς etiam ſaporem indicat & guſtandi qualitatem ſiue facultatem. Eaque notione χυμὸς dicitur Platoni ὕδωρ ἠθημένον διὰ φυτοῦ, aqua per plantam colata, vt ſcribit Plutarchus Quæſt. natural. quæſt. 5. De quo vide Gorrhæum.

Χυτλάζηται ſcribit Galenus in Exeg. apud Hippocratem ſignificare, ὡς εἰ καὶ κλύζηται ἔλεγε, ac ſi proluatur ac perfundatur dixiſſet, de farina hordei toſti craſſiore. Erotianus enim ἄλφιτα χυτλάζηται ex Hippocrate adducit, additque, χύτλα γὰρ λέγονται τὰ μετὰ πολλοῦ ὕδατος καὶ ἐλαίου ἀλείμματα. Χυτλα enim dicuntur inunctiones quæ cum multa aqua & oleo fiunt. Si modo Erotiani lectio mendo caret, quæ ſanè aliôqui mihi ſuſpecta eſt, & pro χυτλάζηται ἄλφιτα, vereor ne legendum ſit χυτλάζηται, ἀλείφηται, vt exterina iſta dictio ſit illius χυτλάζηται expoſitio, cuius rationem ſubdit. Eſt enim χυτλάζειν aut χυτλῶσαι, τὸ ἀλείψαι μετὰ τὸ λούσασθαι, aut μετ᾽ ἐλαίου λούσασθαι, vt exponit Heſychius & χυτλώσασθαι aut χυτλάζεσθαι ex aqua & oleo ſimul mixtis perfundi aut defricari. χύτλα exponit Heſychius, τὰ μετ᾽ ἐλαίου καὶ ὕδατος ἀλείμματα, & τὸ ἐφ᾽ ὕδατος ἔλαιον. Vnde χυτλῶσαι διαχέαι, ὑγρᾶναι eidem ſignificat, quod eſt humectare, perfundere, & χύτλασον ὕγρανον. Vnde χυτλάζεσθαι Galeno idem quod κλύζεσθαι quod eſt prolui aut perfundi, ſignificat, vt & χυτλάζει exponit Heſychius καταντλάζεται.

Χυτρίδιον χύτραν, ollam exponit Galenus in Exeg. apud Hippocratem. Idemq; χυτρίδιον etiam χύτραν. Eſt autem diminutiuum & ollulam indicat, vſurpaturque Hippocrati libr. de vlcer. (p. 515. 41. & 43.) ἁλὸς χόνδρους ὡς ξηροτάτους ἐς χυτρίδιον χάλκεον ἢ κεράμεον καινὸν ἐμβάλλειν. Salis grana quàm ſiccißima in ollam æneam vel fictilem nouam conijcito. Et rurſus, ἔπειτα ἐπιθεῖναι ἐπὶ τοὺς ἄνθρακας τὸ χυτρίδιον. tum ollula prunis impoſita. Eſt autem χυτρίδιον Heſychio μέτρον τι.

Χύτρειος etiam τὸ χυτρεῖον ſignificat hoc eſt ollam, & χύτρειον χύτραν exponit Galenus apud Hippocratem in Exeg. eamque dictionem vſurpat Hippocr. libr. 2. περὶ γυναικ. (p. 271. 48) χύτρειον ὅσον δύο ἑκτέας χωρέοντα. ollam quæ duos ſextarios capiat, duos ſextantes, aut duas ſextulas. Et rurſus (pag. 272. 2.) ἐπὶ τὸν χύτρειον περιπλάσας πηλῷ, operculum ollæ luto oblinito. Et (v. 4.) μέγεθος δὲ ὅσον χωρέειν τὸν χύτρειον. ea magnitudine quæ ollam capere poſſit. Et (v. 6.) ἐπὴν δὲ ὁ χύτρειος ζέσῃ. Vbi olla efferbuerit. Et (v. 26.) ἑτέρην τε χύτρειον παρασκευάσας, τὸν αὐτὸν τρόπον. & aliam ollam eodem modo præparato. Et (verſiculo vigeſimo ſeptimo) καὶ ἐς τὸν χύτρειον ἐμβάλλειν; & in

ollam mittito. Sunt autem χυτεῖα Heſychio τὰ κοῖλα τῆς γῆς δι' ὧν αἱ πηγαὶ ἴενται.

¶Χωλὸς claudus, vnde χωλὴ χεὶρ, manus clauda, mancus, Prorrh.2. (p: 413.31.) χεῖρα χωλὴν ἕξει, maocus futurus.

Χώλωμα claudicatio dicitur iode Hippocrati & pro quauis membri deprauatione aut diſtortiooe ſumitur, libr. de art. (pagina 643. verſic. 40.) ἄλλα γὰρ ἄλλης τῶν χωλωμάτων δεῖται ἀναλήψιος. Nam & aliæ claudicationes alium excipiendi modum poſtulant. Vbi ſcribit Galenus, καὶ κοινὸν ἐστὶ πασῶν τῶν διαστροφῶν ὄνομα νῦν εἶπε τὸ χώλωμα. χώλωμα nomen commune omnibus diſtortionibus nunc dixit. Inde quoque χωλόω aut χωλεύω claudum efficio. Et Galeous χωλεύσειν, ἀνάπηρον κατά τι τῶν ἄρθρων ποιήσειν exponit in Exegeſi apud Hippocratem, hoc eſt murilam aliquo articulo effecerit, aut aliquo articulo murilauerit. Quod legitur libri primi περὶ γυναικ. (pagina ducenteſima trigeſima quarta, verſiculo decimotertio) ἢ χωλεύσειν, ἢ ἀκρατέα τινὰ τῶν μερέων ποιήσειν. aut claudam redder, aut aliquam partium impotentiam adferet.

Χωρεῖν & χωρέεσθαι eſt procedere, progredi, aut aliquo tendere & ferri.

Χωρεῖν πρὸς βίην, ad vim progredi, quod eſt αὔξεσθαι, augeri & iocremeutum capere, in his quæ adiecta ſunt ad librum de oatura humana (pag.26.verſic.15.) αὐξανόμενον καὶ χωρέον τὸ σῶμα πρὸς βίην. corpus quod augeſcit & ad vim progreditur, puerorum corpus quod creſcit intelligitur. Sic χωρέεσθαι οὖρον dicitur Prorrh.2.(pag.421.4.) de vrina quæ redditur & procedit. vrinam ferri dixit Celſus cap.8.lib.2. τὰ χωρέοντα ſunt Hippocrati aphoriſm.23.libr.1. quæ euacuantur, non ſolùm deiectiooes alui, ſed etiam ea omnia quæ prodeunt vacuanturue è corpore, ſiue id fiat ſponte naturæ, ſiue medicamentis, ſiue phlebotomia.

Χωρεῖν vide χορεῖν antea.

Χῶνος apud Hippocratem legitur & pro infundibulo ſumitur, ſed χῶνος rectè legẽdum exiſtimat Henricus Stephanus, vt ſit idem quod χόανος, vnde per craſin χῶνος factum ſit. Libri περὶ καρδίης (pagina quinquageſima quinta; verſiculo ſecundo) ὁ γὰρ στόμαχος ὁκοῖον χῶνος, καὶ ἐκδέχεται τὸ πλῆθος καὶ ἅσσα προσαιρύμεθα. Gula nanque veluti infundibulum, & [potus] copiam & quæcũq; expetimus, excipit. Per ſtomachum enim velut per infuodibulum, cibus potuſque in ventriculum transfuoduntur. Caluus laguncularn vertit. χόανος verò aut χόανον vas fuſoriũ ex argilla ſignificat, quo fabri argentarii aut chemici in liquandis metallis vtuntur, fornacem fuſoriam aut cooflatoriam dicere poſſumus. Apud Homerum Il.σ. (verſic. 470.) τὰ χόανα conflatorias fornaces ſignificant, aut vaſa lutea & argillacea, in quæ follium roſtra & fiſtulæ immittuntur, vt excitato igoe metallica materia fundatur & colliqueſcat. τὰ φυσώμενα ἀγγεῖα ἐν οἷς αἱ ὕλαι τήκονται exponit Euſtathius. Heſychius verò χοάνοις apud Homerum χώναις exponit, & κοιλώμασιν εἰς ἃ ἐγχεῖται τὸ χωνευόμενον. Item τοῖς πηλίνοις τύποις. Ex quibus innuit ſic vocari formas quaſdam luteas aut argillaceas cauas, in quas velut in fornacem fuſoriam metallica materies liqueſcit & transfunditur. Vtitur ea dictione Hippocrates libello περὶ καρδίης (pagina quinquageſima quinta, verſiculo trigeſimo ſeptimo) de cordis auriculis, eas follibus, quas fabri ferrarii fornacibus fuſoriis appoouot, comparans. περίζηλον αὐτέῳ φύσιος, καθάπερ τοῖσι χοάνοισιν οἱ χαλκέες. ὥστε δὲ διὰ τουτέων χρῶνται τῷ πνεύματι. Huic folles appoſuit, quemadmodum fornacibus fuſoriis fabri aſſolent, per quos ſpiritum arriperet. Quam certè follium ſimilitudioem etiam vſurpauit ex Hippocrate Galenus lib.6. de vſu part. cap.15.

# OECONOMIAE HIPPOCRAT.

## TO Ψ.

Ψάγδας εἶδός τι μύρου, exponit Galenus apud Hippocratem in Exeg. vnguenti ſpeciem quandam. Quam expoſitionem etiam retinet Erotianus, cum Eupolidis teſtimonio, apud quem ψάδα habent exemplaria quædam. Heſychius ψαδάς, ψαγδής, μύρον ποιόν exponit. Videtur autem vox eſſe peregrina & barbara.

Ψαθυρὸν quid ſignificet diximus antea in ὑποψαθυρὰ διαχωρήματα.

Ψαίρειν, ἀντὶ χάδεσθαι, πρὸς ψαύειν exponit Galenus apud Hippocratem quod eſt innatare leuiter attingere. Vſurpatur autem libr. 2. περὶ γυναικ. (p. 277. 3.) & de leui vterorum motione, agitatione, & concuſſu à labore aut defatigatione ex partu ſumitur, vnde vteros extra pudendum excidere contingit. ἡ δὲ νοῦσος λαμβάνει ἐκ τόκου ἢ πόνου ἢ ταλαιπωρίης, ὥστε ψαίρειν τὰς ὑστέρας. Præhendit autem hic morbus cùm à partu laborarit, aut defatigata fuerit, ita vt vteri leuiter moueantur aut agitentur. Sic enim Ariſtoph. Schol. in ὄρνισι (p. 431.) διαψαίρειν ἡσυχῇ διακινεῖσθαι ἢ ψοφεῖν exponit, & Heſychius καταψαίρουσι κινοῦσι). Adeò vt leui illo concuſſu agitari vteri innatare videantur & ꝓcidere, vnde vteros contactu læſerit dixit Corn. Eoq; ſignificato Galeni expoſitio quadrare poteſt. Rurſus ibidem (p. 268. 26.) σφυγμοὶ πρὸς χεῖρα ψαίροντες dicuntur, pulſus manum leuiter attingẽtes & ferientes, de pulſu debili & deficiente, quiq; debiliter mouetur. Quem locum exponens Erot. τοὺς μὴ εὐτόνους, ἀλλ' ἐκ διαλειμμάτων ἀσθενῶς πλήσσοντας ſignificare ſcribit, hoc eſt nõ validos, ſed per interualla leuiter ferientes. Idem quoque adſcribit ἀπὸ τῶν ψαιρόντων ἀρμένων dici, hoc eſt, à velis cùm à ventis leuiter attinguntur, nec æqualiter perflantur. Tunc enim vela interdum laxantur, interdum verò etiam implentur, quod ψαίρειν dicitur. Quam ſignificationem attingit Sudas cùm διαψαίρουσι, διαπνέουσι, perflant, perſpirant, exponit, additque ψαίρειν dici τὸ ἱστίον ὅταν ἐλαφρῶς διαπνέηται, cùm leuiter perflatur, & ψαίρειν nautis dici τὸ πνεῖν. Heſychius quoque inter alia ſignificata ψαίρειν ῥιπίζειν indicare ſcribit, & πτάσσειν, σύρειν, ἀσθενῶς τι ποιεῖν. ψαίρω etiam ταχύνω Sudæ ſignificat, quod eſt propero, accelero, feſtino, vnde ψαρὸς de equo pro ταχὺς ponitur. Qua ratione pulſus ad manum accelerantes in ſuperiore loco vertit Cornarius, Caluus leues & ſalientes dixit, pro leuiter ſalientes.

Ψαιστὴν μάζαν exponit Galenus apud Hippocr. in Exeg. τὴν μέλιτι καὶ ἐλαίῳ πεφυραμένην, mazam oleo & melle ſubactam, ὅτι καὶ τὰ ψαιστὰ οὕτως δεύεται, quoniam & liba ψαιστὰ dicta, hoc modo ſubiguntur. Sunt autem τὰ ψαιστὰ Heſychio ἄλφιτα ἐλαίῳ δεδευμένα. Sudæ verò ἄλφιτα ἐλαίῳ καὶ οἴνῳ δεδευμένα, ἃ πρὸς ἐπιθυμίαν τοῖς θεοῖς. farinæ oleo & vino ſubactæ, quas diis adolebant. Athenæo etiam libro quarto, τὰ ψαιστὰ dicuntur ἄλφιτα ἐλαίῳ ἐρραμμένα, farinæ oleo conſperſæ & imbutæ. Ariſtoph. Schol. in Pluto (pagina octaua) ſcribit ψαιστὸν dici κυρίως ἄλευρον ἐλαίῳ δεδευμένον, καταχρηστικῶς δὲ καὶ τὸ πόπανον. Deduci autem videtur ψαιστὸν à ψάω vel ψαίω, & τὰ ψαιστὰ πέμματα καὶ πόπανα ſubaudiuntur. Dicuntur etiam τὰ ψαιστὰ πλατύμματα στρογγύλα, liba lata & figuræ orbicularis, quæ & ψαιστὰ quibuſdam dicuntur, ἀπὸ τοῦ ψάω quod λεπτύνω ſignificat, in partes tenues comminuo & contero: quomodo & μάζαν ψαιστὴν legunt apud Hippocratem exemplaria omnia libr. περὶ τῶν ὀξέων νοσημάτων (pagina centeſima nonageſima octaua, verſiculo vigeſimo primo) etſi ψαιστὴν leg. videtur Caluus, quomodo legitur etiam ibidem (pag. 207. verſic. 24.) μάζαν δὲ ψαιστὴν ὡς μάλιστα, mazam verò quàm maximè oleo & melle ſubactam. vbi tamen Aldus ψαιστὴν legit, vt & ibidem (v. 45.)

Ψαμμώδεα dicuntur arenulæ quæ in vrina ſubſident, vt aphoriſm. 79. libr. 4. & in his quæ adiecta ſunt ad libr. de Nat. humana (pag. 27. verſic. 32.) ψαμμώδεις ὑποστάσεις Galeno lib. 1. de loc. aff.

Τὰ ψαύοντα τῆς καρδίας dicuntur Galeno corpora quæ cor attingunt, & ſub materiæ nomine comprehenduntur, velut in viſceribus pulmo, ex membranis pericardios, & quicquid prope cor thoracem interſepit. Aer etiam qui cordis integumento cõtinetur, & venæ & arteriæ quarũ oſcula ad eius ſinus penetrant, inter ea recenſentur. lib. 3. de Præſag. ex pulſ. (p. 143. 15.) ψαύεσθαι etiam vellicari aut contrahi dicitur lib. 2. περὶ γυν. (p. 282 17.) (ſi modò vera eſt lectio) ἢν φλεγμαίνηται ἡ μήτρη ψαύεται. Si inflammationem ſenſerit vterus vellicatur aut contrahitur. Caluus ἢν φλεγμαίνουσα ἡ μήτρη ψαύηται legiſſe videtur, ſi inflammatus vterus atringatur. ψαυόμενον ἁπτόμενον quod attingitur exponit Erot. apud Hippocratem quod etiam multis locis legitur, velut lib. de fract. (p. 531. 12.) τὸ γε μὴν ἔμπειρον εἰδότα τὴν χεῖρα λαθεῖν ἐπαγομένην τὸ ἐξέχον ψαυόμενον. Neque enim peritum artificem manum admouentem os prominens contactu latere poſſit. Et rurſus (p. 576. 17.) εὔδηλον δὲ ἐστι τὸ ἄρθρον ψαυόμενον. & articulus ad contactum manifeſtus eſt. Libr. de art. (p. 620. 16.) ὅτι στρογγύλον αὐτῶν ἕκαστον φαίνεται ψαυόμενον. quia vnumquodque ex his rotundum ad contactum apparet. Et rurſus (v. 30.) καὶ τὸ χωρίον κοινὸν καὶ μαλθακὸν ψαυόμενον ταύτῃ φαί-

νεται

ϛηκ. & locus vacuus ac mollis ad contactũ hac parte apparet. Et lib. 4. Epid. (p. 332. 22) τὸ δ' ἔπαρμα ψαυόμενον, ἔμπυον ἐμπνέον ἦν. Tumor ad contactum ſuppurato ſimilis erat.

Ψαφυρὸν, ψαθυρὸν exponit Gal. in Exeg. apud Hip. Eſt autem ψαφυρὸν, ψαφαρὸν, idem quod ψαθυρὸν aut ψαδυρὸν, ψαδαρὸν, aut ψαδυρὸν proprieq; fragile, tenue, arenidum & friabile ſignificat, attribuiturq; eduliis quæ nihil leotoris aut pinguedinis in ſe cõtinent, verùm friabilia ſunt & teneta non cohærentia, vt ſcribit Gal. lib. 3. de alim. γλίσχρῳ opponit libr. 3. de diff. pulſ. ſub finẽ, & κραυρὸν vocat libr. 11. Meth. med. θραυστὸν Ariſt. libr. 4. Meteor. vt antea ſcripſimus in ὑποψαθυρὰ διαχωρήματα. Ψαφυρὸν etiam αὐχμηρὸν, ξηρὸν & καπύρον Heſychio & Varino ſignificat. Ψαφυρὸν autem μαλθακὸν διαχώρημα vſurpatur Hippocrati in Coac. Præoot. (p. 443. 35.) de tenui, molli alui recremento. Dicitur & ibidem (v. 36.) ψαθυρὸν διαχώρημα, idem quod ψαφαρὸν, excrementum noo cohætens, diſſolutu facile & friabile aut areoidum, & ſicco iuogitur, qualia ὑποψάφαρα διαχωρήματα aotea nobis ſunt explicata. Exponitur etiã ψαφαρὸν, ξηρὸν, αὐχμηρὸν, ἀσθενὲς, ἐλαφρὸν, ſiccũ, ſqualidũ, infirmum, leue. Libello περὶ ἀδένων (p. 56. 23.) de glandium natura, καὶ ἔστιν ὅτι σάρκες ἴκελαι τῷ ἄλλῳ σώματι, ὅτι ἄλλο τι ὅμοιον τῷ σώματι, ἀλλὰ ψαφαραί. Et neque carnes ſunt reliquo corpori ſimiles, neque aliud quicquam ſimile corpori habent, ſed friabiles. Ruſus ibidem (p. 57. 37.) ἐγκέφαλος γὰρ καὶ λευκὸς καὶ ψαφαρὸς, ὅκωσπερ καὶ ἀδένες. Cetebrum enim album eſt ac friabile, non ſecus ac glandulæ. In Coac. Prænot. (p. 442. 41. οὖρον τεταραγμένον ψαφαρῇ τρηχύτητι dicitur, inſolenti admodum vrinarum attributo, vrina tenui aſperitate returbida, aut quæ ſubobſcuram & tenuem qnandam habet perturbationem. Vt enim ψαφαρὸν, λεπτὸν, ἀσθενὲς, λεπτὸν ſignificat, ita ψαφαρὰ ζοφώδη ἢ μελανειδέα expouũtur in Exeg. & μελανίζοντα Dioſcoridi apud Galenum Com. 3. in Prorrh. (pag. 207. 56.) vt antea ſcripſimus. Vrinæ autem dilutæ, aut ſubobſcurè, leuiter ac tenuiter admodum returbidæ cum crudioris ſucci effuſam copiã indicent, aluum liquidam denunciant.

¶ Ψεφαρὰ Galenus in Exeg. explicat ζοφώδη, μελανοειδέα, caliginoſa, nigricantia. ψέφος γὰρ τὸ σκότος. ψέφος tenebras ſignificat. Quæ indicatuta mihi præſeſerre lectionem Dioſcoridis Prorrh. 3. (p. 207. 57.) videtur, vbi pro ψαθυρὰ ψεφαρὰ legiſſe Dioſcoridem admonet Galenus & ὑπομελανίζοντα ὑποψέφαρα exponit. τὸ γὰρ σκότος ψέφας εἰρῆσθαι καὶ παρὰ Πινδάρῳ.

¶ Ψηλαφᾷν eſt manibus palpare aut contrectare cæcotum more & aliquid inueſtigantium, quod eſt delitantium & phreniticorum ſymptoma, vt ægr. 15. libr. 3. Epid. poſt ſt. peſt. ἐψηλάφα, mauibus palpabat. Inde ψηλαφώδεις ægri dicuntur, qui ſenſim aliquid contrectant & palpant, veſtigantium moſe, in Prorrh. (205. 49.) & Coac. Præn. (p. 431. 38.) Et ψηλαφώδεις παρακρούσιες dementiæ ac mentis emotiones in quibus ægri palpãt, & more aliquid inueſtigantium manibus contrectant, in Coac. Præo. (p. 426. 12.) & in Prorrh. (p. 180. 15.) αὐτὸ τι τοῦ νοσοῦντος μέν τι κεκμηκότι, ἢ ταῖς χερσὶ κινοῦντος ἠρέμα, ὁμοίως τοῖς διὰ ψηλαφίας ἠρεμαίας ἀψαμένοις τινος, vt ibi ſcribit Gal. ψηλαφίαν, hoc eſt, frictionem in medici muneribus recenſet Hipp. libr. περὶ εὐσχημοσ. (p. 16. 3.) eamq; in promptu paratam eſſe iubet.

¶ Ψιλὸν ὕδωρ, aqua nuda, pura & ſola dicitur, cui opponitur quæ vinum admixtum habet. Lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν (p. 205. 12.) ἔπειτα τὸ ὕδωρ τοῦτο πινέτω ἢν τι ψιλὸν αὐτὸ βούληται, ἢν τι σὺν τῷ οἴνῳ κερας. Deinde ipſam aquam ſi lubet ſolam bibat, aut vino temperatam.

Ψιλώματα denudata & oſſis denodationes ſignificant, cùm oſſa carne deoudantur. Videutur tamen accipi pro oſſe capitis denudato, qui caſus certe admodum periculoſus eſt, vt ex ſymptomatis malignis patet lib. 5. & 7. Epid. (pag. 342. 37.) & (p. 358. 5.) ψίλωσις ὀστέου, oſſis nudatio dicitur aph. 19. libr. 7. συγξυόμενον exponit Galenus.

Ψιλώθρον vitem ſylueſtrem quibuſdam dici ſcribitur apud Hippocratem libr. de fiſt. (pag. 519. 24.) Sunt autem ψίλωθρα quæ depilatoria vocantur & pilos auferunt, quorum ſyluam deſcribit Gal. lib. 1. τῶν κατὰ τόπ.

¶ Ψόαι vocantur Hippocrati lumborum muſculi lib. de art. (p. 619. 9.) & lumbi ipſi, vt in his quæ adiecta ſunt ad libr. de natura hum. (pag. 22. 11.) παρὰ τὴν ῥάχιν ἑκατέρωθεν φέρονται παρὰ τὰς ψόας, καὶ ἐς τοὺς ὄρχεις. ad ſpinam vtraque parte delatæ ad lumbos & teſtes. Et paulò pòſt, δεῖ οὖν τὰς φλεβοτομίας πρὸς τὰς ὀδύνας ποιέεσθαι, τὰς ἀπὸ τῶν ψοῶν καὶ τῶν ὀρχίων. Venarum itaque ſectiones ad dolores qui in lumbis & teſtibus affligunt, fieri oportet. Quod etiam repetitur libr. περὶ ὀστέων φύσ. (pag. 60. v. 9.) ψοῖαι pſoæ muſculi clunium ſub ſpinæ fioem ex interioribus atq; exterioribus adhærentes, dicuntur Aureliano initio cap. 1. libr. 5. Tard. Paſſ. ψύα quoque & ψὺς Ionicè lumbos ſignificat, ſcribitque Athenæus lib. 9. ψύας vocari carnes illas lumborum quæ oſſibus ſupereminent, aut muſculoſas illas carnes quæ tenib. vtriuq; adiacent. Quam dictiooem vſurpat Hippocrat. libr. περὶ ἱερῆς νόσου (pag. 124. 8.) τὸ μέν τι τῆς φλεβὸς κάτω τείνει, διὰ τῶν ἐπὶ δεξιὰ παρ' αὐτὸν τὸν νεφρὸν ἢ τὴν ψύην, ἐς τὸ ἐντὸς τοῦ μηροῦ. Venæ quidem pars dextra deorſum tendit iuxta ipſum renem ac lumbum, ad interiorẽ femoris partem. Et lib. περὶ ὀστέων φύσ. (p. 62. 44.) πρὸς τὴν ἄκανθαν καὶ τὴν ψύην ἐκτὸς ἔχουσα, ad ſpinam & lumbum extra tendens.

Ψόφου καταπλήσσόμενοι, expouuntur à Gal. in Exeg. ψόφου ῥᾳδίως αἰσθανόμενοι, καὶ μέν τοι καὶ πτυρόμενοι, ὡς εἰ καὶ ψοφώδεις ἔλεγεν. qui ſtrepitum facilè ſentiunt, & animo percelluntur aut conſternantur, velut ſi ψοφώδεις dixiſſet, hoc eſt, ad quemuis ſtrepitum expaueſcentes, formidoloſi & meticuloſi. De phreniti

cis dicitur in Prorrh. (p. 176. 17.) & Coac. Prænot. (p. 426. 35.) qui vel leui ſtrepitu facilè irritantur & exagitantur, ὑπὸ τῶν ψόφων θορυβούμενοι καὶ περιπτάμενοι exponit Gal. Sunt autem ψοφοδεεῖς καὶ πρὸς ἅπαν ὑπτόονται, qui ad quemuis ſtrepitum expaueſcunt, & quauis re perculſi & attoniti, vt de equis Lycoſpodibus loquitur Plutarchus quæſt. 8. libr. 2. Sympoſ. quæſt. ψόφοι ἐν τῷ στήθει, de ſputo flatuoſo quod ſonitum edit in pectore, in Coac. Præn. (p. 435. 13.) Vnde etiam ψοφέοντες dicuntur, vide ὑποψοφέοντες ἐν πλευρῇσι. Ψόφος autem ſtrepitum & crepitum indicat, βορβορυγμὸν quibuſdam & murmur, aliis tuctum, nonnullis etiam flatus per ſedem exeuntes. Aliis quodlibet iſtorum ſimpliciter qualiſcunque in inteſtinis motus ſit qui auribus percipiatur. Sunt etiam alii in inteſtinis præter murmura motus & ſtrepitus, nonnulli quidem ſonis perſimiles, aliqui verò ſibilis, aut alicui id genus ſtrepitui. Galenus Com. 3. in lib. 6. Epid. (p. 478. 30.

¶ Ψύγματα refrigerantia medicamenta dicuntur Hippocrati libr. 2. de Morb. (p. 144. 5.) ψύγματά οἱ προσφέρειν, refrigerantia medicamenta ipſi adhibeto. Et (v. 6.) ἢν δὲ οἱ πρὸς τὰ ψύγματα μὴ χαλᾷ. Quod ſi nihil refrigerantibus medicamentis cedat. Et (v. 30.) ψύγματά οἱ προστιθέναι πρὸς τὴν κεφαλήν. ipſi ad caput refrigerantia admoueto. Rurſus lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 216. 28.) προσφέρειν δὲ ἢν ὁ πόνος ἔχῃ, ψύγματα. ſi dolor detineat, refrigerantia admouere oportet. Et libr. 2. περὶ γυν. (p. 277. 4.) ψύγματα χρὴ προστιθέναι παρηγορικὰ πρὸς τὸ αἰδοῖον. refrigerantia mitigãtia ad pudendum admouere oportet.

Ψύξις, frigus, refrigeratio, vt aphoriſm. 1, & 26. libr. 7. ψύξις ἀκρωτηρίων extremarum partium refrigeratio damnatur, & in Philini vxore lib. 1. Ep. ἄκρεα ψυχρά, extremæ partes frigidæ aſcribuntur. Vbi ſcribit Galenus τοῦτο μὲν οὖν ἐν τοῖς ἐσχάτως ὀλεθρίοις ἐστὶν ἐν ἀρχῇ νοσήματος, ἅμα σφοδροτάτῳ πυρετῷ γενόμενον. Iſtud quidem inter ſummè pernicioſa reponitur, ſi morbi initio cum vehementiſſima febre contingat. ψύξις ποδῶν, pedum refrigeratio pro magno inuaſuræ acceſſionis febrilis indicio ponitur apud Hippocratem lib. de rat. vict. to morb. ac. (p. 98. 5.) ὡς γὰρ ἐπὶ τὸ πολὺ σημαῖον ἐστὶ μέλλοντος παροξύνεσθαι τοῦ πυρετοῦ ψύξις ποδῶν. Plærunque enim inuaſuræ febrilis acceſſionis indicium eſt pedum frigus.

Ψυχὴ animus, calidum innatum eſſe dicitur Hippocrati aphoriſ. 5. ſect. 5. lib. 6. Epid. vt & θερμὸν ἀθάνατον libr. περὶ σαρκῶν vulgò inſcripto. Cuius naturam & eſſentiam etſi ſæpius ignorationis profeſſione velat Galenus, nos tamen ex Hippocratis & Galeni reſcriptis quo ad eius proximè fieri potuit, ad eam acceſſimus noſtris in eum locum Commentariis. ψυχὴ verò interdum apud Hippocr. facultatum & motionum naturalium eſſentiam, ac primorum corporum cuiuſque temperiem indicat, & τὸ σῶμα, corporis habitum, eademque ſæpe iungit cùm de toto homine agit, eiuſque ſimilitudines aut diſſimilitudines confert. Prorrh. 2. (p. 418. 16.) αἱ ψυχαί τε καὶ τὰ σώματα πλεῖστον διαφέρουσι αἱ τῶν ἀνθρώπων, καὶ δύναμιν ἔχουσι μεγίστην. Vbi vult ad vulnerum prædictionem cuiuſque animos & corpora plurimùm differre inter ſe, ac maximam vim in homine ſeruando aut perdendo præſtare. Idem libri περὶ αἰρῶν (p. 80. 23) Europæos animoſiores, Aſianos verò timidiores & molliores faciens, ſcribit: ἐν μὲν γὰρ τῷ ἀεὶ παραπλησίως αἱ ῥᾳθυμίαι ἔνεισιν, ἐν δὲ τῷ μεταβαλλομένῳ, αἱ ταλαιπωρίαι τῷ σώματι καὶ τῇ ψυχῇ. Siquidem in eiuſdem ſtatus æqualitate deſidia ineſt. Mutatio verò animum & corpus exercet. Rurſus ibid. (v. 27.) αἱ γὰρ ψυχαὶ δεδούλωνται, animi nanque ſeruitute opprimuntur. ψυχὴ etiam pro vita ſumitur, quòd anima ſit in nobis quo viuimus, & omnes in vita actiones edimus, velut lib. de art. (p. 602. 48) κίνδυνος περὶ τῆς ψυχῆς. vitæ periculum impendet, aut mortis periculum imminet. Sic interdum ψυχὴ totum hominem indicat, & ea quæ ad corpus referuntur ſpectat, apud Xenoph. lib. 1. περὶ ἀπομνημ. (p. 414. 37.) τὰ γὰρ ἱκανῶς ἡδέως ἡ ψυχὴ δέχεται, ταῦτα ἱκανῶς ἐκπονεῖν ἐδοκίμαζε. Quantum enim cum voluptate corpori tribuitur, hæc mediocriter exercere probabat. De cibis enim agitur qui ad corpus pertinent. Ibidem (v. 38.) καὶ τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιμέλειαν οὐκ ἐμποδίζειν ἔφη. & curæ corporis impedimento eſſe negabat.

¶ Ψωμίζειν idem quod ψωμίον eſt cibum offerre & eum fruſtulatim conciſum in os indere, & veluti manſum ingerere, quod de nutricibus pueris cibos in os indentibus & eos ineſcantibus dicitur. Eſt etiam cibo in os inſerto paſcere aut cibare, velut nutrices pueris ſolent, aut velut ægrotis cibus exhibetur. Libr. 7. Epid. (pag. 352. verſic. 45.) ὡς γὰρ ἦν τὸ ἄλγημα δεινὸν, ψωμίζειν ἄλλον δεῖ. Quod autem dolor grauis eſſet, aliis qui cibum in os inderent, egebat. Vbi ψωμίζειν pro ψωμίζεσθαι ὑπ᾽ ἄλλου poni videtur. Libro etiam 4. de Morb. (pag. 176. verſic. 1.) ἐπὴν γὰρ παιδία φύωνται, ψωμίζουσιν αὐτὰ αἱ γυναῖκες τὰ αὐτὰ φάρμακα ὅπως ἡ κόπρος ἐξέλθῃ ἐκ τοῦ ἐντέρου, καὶ μὴ ξυγκαυθῇ, καὶ ἅμα τὸ ἔντερον εὐρυνθῇ. Vbi in lucem editi ſunt pueri, mulieres iis hæc medicamenta in cibum offerunt, quæ & ſtercus, ne illic comburatur, ex inteſtino educere, ſimulque inteſtinum dilatare poſſint. Et paulò pòſt, ἐπὴν ψωμίσωσι πολλὰ δὲ τῶν παιδίων καὶ στρογγύλας καὶ πλατείας ἕλμινθας ἀποπατέουσιν ἅμα τῇ κόπρῳ τῇ πρώτῃ. Vbi cibum obtulerint, multi ſanè pueri & rotundos & latos lumbricos, vnà cum primo ſtercore demittunt. Et libr. 1. περὶ γυναικ. (pag. 242. 13. καὶ τὰ παιδία βηχώδεα ψωμίζουσι. de lini ſemine, quod tuſſientibus pueris in cibo exhibent, pueros tuſſientes nutriunt. Gal. etiam lib. 6. κατὰ τόπ. (pag. 254. 50.) ψωμίζειν nutricibus attribuit. ἐγὼ δὲ ἐπὶ μὲν τῶν βρεφῶν ὅσα ψωμίζουσιν αἱ τροφοί. Ego quidem infantibus, quibus cibos in os ingerunt nutrices. ψωμίζεσθαι autem de pueris

ris quibus adhuc nutrices cibum ingerunt, dicitur, & vt ſcribit Ariſt. Schol. in Equitib. (p. 29.) ἐπὶ τῶν μικρῶν παιδίων, ἃ ψωμίζουσι τὰ τῶν ἐσθιόντων ἐδέσματα. Gal. ibidem (v. 54.) οἱ δὲ μὴ ψωμίζεσθαι ἔτι δυνάμενοι, τὴν τροφὴν ἐπὶ ταῖς τίτθαις διὰ τὸ μετ' ἀπεψίας διαιτεῖν. Quòd ſi adhuc cibum capere nequeant, nutricem eiuſmodi cibis alo, ſimulque bonam coctionem procuro. Vbi vitioſè τὴν τροφὴν pro τροφὴν legitur. Hinc quoq; ψώμισμα cibus qui pueris offertur dicitur Galeno ibidem (v. 53.)

Ψώρα ſcabies dicitur, eſtq; ſummæ cutis aſperitas cum pruritu, de qua optimè Gorrbæus. ψώρας ſcabiem vertit Plin. cap. 1. lib. 20. aliàs pſoras retinet, & pſoras & lepras ferè ſemper iungit. Traſfertur etiam ad arbores ψώρα, & ψώρη ἐλαίης ἢ δάφνης dicitur Hippocrati oleæ & lauri ſcabies, h. e. muſcus oleæ trunco adnatus, lib. περὶ γυν. φύσ. (p. 227. 36.) & lib. 2. περὶ γυν. (p. 278. 31.) cùm ψώρην ἐλαίης ἢ δάφνης ad vuluæ procidentiam ex peſſo adhibet. Rurſus (p. 267. 9.) ψώρας ἐλαίης ad fluorem muliebrem ex ſuffitu vtitur. Quem ſanè locum ſubindicare mihi videtur Erot. cùm corruptè φωρὰς ἐλαίης apud Hip. pro ψώρας legit, & τὰς μὴ πεπείρους, ἀλλὰ δι' ὠμότητα τραχείας exponit, hoc eſt non maturæ, ſed ob cruditatem aſperæ. Idem quoq; (p. 265. 34.) ψώρας ἀγριελαίης oleaſtri aut oleæ ſylueſtris ſcabie aut muſco cortici adhæreſcẽte vtitur ad profluuium muliebre. Sic ſcribit Dioſcor. cap. 138. li. 1. ſanguinis eruptiones ac muliebre profluuium admotum oleaſtri ſuccum inhibere. ψωριᾶν inde eſt ſcabie laborare, quod de veſica dicitur aph. 77. lib. 4. & in his quæ adiecta ſunt ad lib. de Nat. hum. (p. 27. 55.) Libello περὶ ὄψιος (p. 522. 14.) ὁκόταν δὲ τὰ βλέφαρα ψωριᾷ, cùm palpebræ ſcabie laborant. Vnde ψώρα dicitur authori defin. Med. (p. 400. 16.) ἐκ δριμυτάτου ῥεύματος γεγενημένη ἀνάβρωσις βλεφάρων ἢ κανθῶν μετὰ κνησμοῦ, h. e. ciliorum aut angulorum oculi cum pruritu eroſio, ex acerrima fluxione orta. Et ψωρίασις (pag. 401. 35.) σκληρότης τῆς ὀσχέου μετὰ ἐπιτεταμένου κνησμοῦ, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ ἑλκώσεως, ſcroti duritia cum vehementi pruritu, interdum etiam cum vlcere. ψωρικὰ quoq; inde dicuntur medicamẽta, quæ ψωρώδεις palpebrarũ διαθέσεις, h. e. ſcabritiem & ſcabras affectiones perſanant, Gal. lib. 4. κατὰ τόπ. (p. 206. 16.) vt & ψωρικὰ vocãtur, quę contra ψώρας proſunt & cutis aſperitates emendant, qualia medicamenta attrahunt, deſiccant, partiumque tenuitatem habent. ψωρικοῦ medicamenti compoſiti ex duabus chalciridis partibus, vna cadmiæ, ex aceto tritis, in fictili repoſitis, & fimo diebus quadraginta ſub caniculæ ardoribus obrutis, meminit Dioſcor. & Celſus cap. 6. lib. 6. & Gal. libr. 4 κατὰ τόπ. (p. 207. 24.) Sunt & Heraclidæ pſorica ad circumroſos oculorum canthos, libr. 4. κατὰ τόπ. (p. 208. 31.) & pſoricum Ælii.

# OECONOMIAE HIPPOCRAT.

## TO Ω.

¶ Ὤδει ἀντὶ τοῦ ὦζεν exponitur Galeno, apud Hip. in Exeg. in hac dictione: Ἀρκεσιλάῳ δὲ κακὸν ὦδει, hoc eſt, Arceſilao autem malè olebat. Quæ lectio ſumpta eſt ex aph. 8. ſect. 3. lib. 6. Epid. apud Dioſcoridem Hippocratis interpretem, cuius etiam meminit Gal. in Com. Et nos quoq; ex manu ſcriptis codicibus eam teſtati ſumus noſtris in eum locum Commentariis. Adſcribit autẽ Gal. ſine ι ſcribi debere, vt ſit ab ὄζω, quod præterito medio ὦδα facit, & ὦδει præterito plus quàm perfecto, non ab οἰδέω quod ᾤδεε facit & ᾤδει, hoc eſt intumeſcebat. Etſi Gal. com. in lib. Epid. 6. vtranq; expoſitionem ſequitur. Nam & ᾤδει, τουτέστιν οἴδημα εἶχεν, h. e. tumorem habet, & κακὸν ὦδει τὸ φυσῶδες, ἀντὶ τοῦ κακὸν ὦζεν τὸ φυσῶδες, malè olebat flatus, poni ſcribit. Vitioſè autem ſcribitur ᾤδει pro ὦδει in Exegeſi.

ᾤδει idem quoque in Exeg. ᾠδήκει exponit, h. e. intumeſcit, ab οἰδέω, cui ſubſcribendum eſſe ι admonet, quòd οἰδέω ι habeat, à quo etiam fit ᾤδηκα. Aut igitur hac indicatura locum ſuperiorem lib. 6. Epid. exprimit, Gal. aut id quod legitur lib. 7. Epid. (p. 360. 5.) καὶ ἡ χαραγμὴ ἐπιπονωτέρη ᾤδει, ſuræ tumor aderat. Legitur etiam lib. 5. Epid. (p. 336. 5.) ᾤδει τὸ πρόσωπον ἰσχυρῶς, vehementer facies intumuit. Et lib. 7. Epid. (p. 353. 48.) καὶ τὰ κύκλα τῶν ὀφθαλμῶν ἐπῴδει, & oculorum orbes intumuerant.

¶ Ὤιξα, ἀνέῳξα, ἔτεμον, hoc eſt aperui, incidi, apud Hipp. exponit Erot. addito Homerico teſtimonio ex Il. β. (v. 809.) & Od. α. (verſ. 436) fit autem ὤιξα ab οἴγω, pro οἶξα ſiue ᾦξα.

¶ Ὠλέκρανον cubiti proceſſus, cubiti pars gibbera, quæ à Gaza gibber dicitur, à quibuſdam cubitus. cubiti gibberũ diximus lib. 7. Epid. (p. 361. 37.) ἐπὶ ὠλεκράνῳ ἐκ τρώματος τρωθέντος, accepto in cubiti gibbero vulnere.

¶ Ὠμήλυσις farina hordeacea cruda dicitur ad differentiã polentæ quę torretur, ſed farinã hordeaceã ſimpliciter Latini vertunt. Gal. in Ex. ὠμήλυσιν exponit τὸ ἀπὸ τῶν ἀφρύκτων κριθῶν ἄλφιτόν τι ἢ ἄλευρον, hordei non toſti farinam.

Additque propriè quibuſdam dici ὠμήλυσιν velut crudam farinam, per abuſionem verò etiam aliam omnem farinam. ὠμήλυσιν autem vſurpat Hippocr. lib. περὶ γυναικ. φύσ. (p. 218.19.) & libr. 1. περὶ γυναικ. (pag. 238.5. & 246.39.) Et libr. 2. (pag. 285.12. & 286. 41. Rurſus lib. 2. de Morbis (p. 147.4.) ad tonſillas ὠμήλυσιν in vino & oleo coctam tepidam, foris qua parte tumor eſt in cataplaſmate adhibet, & in hypogloſſide ibidem (v. 9.) cataplaſmate ad tumorem apponit. Rurſus lib. 2. περὶ γυναικ. (p. 285.8.) ὠμήλυσιν κριθῶν in fluore mulierum rubro propinat. Sic interdum ὠμήλυσις κριθίνη dicitur Galeno lib. 2. κατὰ τόπ. (pag. 182.35.) hordeacea cruda farina. Interdum etiam de omni cruda farina effertur, huicque adiicitur farinę genus, vt ὠμήλυσις κριθίνη, aut διὰ κριθίνου ἀλεύρου, ἢ λινοσπέρμου, ἢ τήλεως, vt lib. 5. κατὰ τόπ. cap. 9. & lib. 6. cap. 3. Eſt verò ὠμήλυσις cruda hordeacea farina per ſe nulla re alia ammixta, niſi ea ipſa certis vocibus exprimatur, vt interdum vinum aut oleum additur. Ideoque non ſatis ratum eſt quod ab authore Medici ſcribitur (pag. 380.46.) ὠμήλυσιν vocari antiquis cataplaſma ex hordeacea farina cruda hydrelæo cocta. Nam & Gal. lib. 5. κατὰ τόπ. cap. 9. ad dolores dentium ex Archigene epithemata conducere ſcribit, διὰ τῶν χυλῶν ὑδάτων, ὡς τὰ δι᾽ ὠμῆς λύσεως, εἴτε κριθίνης, εἴτε λινοσπέρμου. ὠμήλυσιν exponit Heſychius τὸ κρίθινον ἄλευρον καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ κατάπλασμα. Abſyrtus ὠμήλυσιν eſſe ſcribit mixtionem quandam ex farinis fœnigręci, ſeminis lini & hordei ęquali pondere confarctis, Cælius Aurelianus acut. lib. 2. cap. 24 & 37. interdum ſimplicis pollinis aut panis infuſi cataplaſma, interdum pollines aqua ſolutos, à Græcis ὠμήλυσιν vocari ſcribit. Scribitur autem ὠμήλυσις aut ὠμὴ λύσις ſeparatis dictionibus.

Ὠμιαία φλὲψ vena humeralis quæ παχεῖα dicitur Hippocrati lib. de art. (p. 592.25.) h. e. craſſa, quaſi lata & magna, εὐρεῖα ἢ μεγάλη, vt ibi ſcribit Gal.

Ὠμόλινον linum crudum ſignificat, quo ad vſtionem faciendam vtitur Hippoc. lib. περὶ παθῶν (p. 185.5.) in iſchiade. καίειν δὲ τῷ ὠμολίνῳ. Vſtio autem per linteum crudum fiat. Rurſus ibid. (v. 20.) in podagra venas paululum ſupra articuli nodum in digito per linũ crudum inurit. Vbi quidam eam vſtionem non per linum crudum fieri volunt, ſed per linteolum aqua tinctum ſuperpoſita tabulari liari aut abiegna, & ſtruthii radice in oleo tincta & ſuccenſa. Quem vſtionis modum in iſchiade ex veterum doctrina docet Cælius Aurel. lib. 5. Tard. Paſſ. cap. 1. Eſt & fiſtulæ curatio per ὠμόλινον. h. e. lini aut fili deligationem, cuius meminit Hip. lib. de fiſt. (p. 5c8.2.) λινόδεσμον vocat Paulus. ὠμολίνῳ ēt ad linamenta vtitur Hip. lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθ. (p. 193.37.) in lateris tuberculo poſt ſectionem & vſtionem, & puris extractionẽ μοτὸν κατατείνειν ὠμολίνου præcipit, h. e. linamentum ex lino crudo immittere. Et rurſus ib. (p. 200. 4.) in hydropis ſectione μοτώσαι ὠμολίνῳ iubet, h. e. linamentum ex lino crudo indere. Item lib. 2. de Morb. (p. 150.49.) in purulentorum ſectione μοτοῦν ὠμολίνῳ, h. e. linamentum ex lino crudo adhibere. Quod ēt facit ibidē in lateris tuberculo & ex eo ſectione (p. 555. 4 & 21.) Idemq; pbat in purulentorum vſtione & ſectione, lib. 3. (p. 164. 49.) Ad quam rem linamentũ ex lino crudo adhibet Hip. q vulnus facilius ac mollius occludat, ne aëri externo pateat pertuſus thorax, tum ēt q linum crudum promptiùs pus imbibitum extrahit, neq; vlceris recentis labra tam aſperè vt linteũ affricat. Eſt ὠμόλινον καθετήριον, crudum linum inditum lib. 2. περὶ γυν. (p. 279.25.) μοτοῦν ὠμολίνῳ καθετηρίῳ καὶ ἐμπύους μοτοὺς τρεῖς, ex crudo lino tria linamēta ſupputatoria indito. Verùm Gal. in Exeg. καθετῆρες legit, & τῷ στρεπτῷ μοτείῳ exponit, ex crudo lino intortum linamentum immittito, & ſuppuratorios penicillos tres conficito. Sic etiam στρεπτὸν μοτὸν accipit Paulus lib. 6. cap. 5. ὠμόλινον etiam ex crudo lino linteolum ſignificat ad defrictiones contentè faciendas lib. 1. κατὰ τόπ. (p. 159. 49.) & apud Aetium tetrab. 3. ſect. 2. cap. 19. vbi defrictiones per linteola ex lino crudo probat.

Ὠμὸν crudum indicat, quod propriè ad fructus refertur, deinde ad cibos & humores trãſit ac excrementa, quorum concoctionem vniuerſaliore ſignificatu dicimus, vt ſcribit Gal. Com. 2. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (p. 66.4.) vbi quomodo humores crudi ant cocti dicantur & excrementa, fuſiſſimè exponit, & poſt eum Gorrhæus. Hinc ὠμοτομεῖν crudum & nondum maturũ abſceſſum ſecare ſignificat, quò videlicet q̃ celerrimè fluxus foras educatur. Quod in parotidibus fieri conſulit Archigenes apud Gal. lib. 3. κατὰ τόπ. (p. 199.44.) bis verbis: εἶτα ἐπὶ τὴν χειρουργίαν ἰτέον, καὶ ὠμοτομητέον. Deinde ad chirurgiam veniendum eſt & crudi abſceſſus ſectionem. In his enim optimum vt quàm celerrimè fluxio foras extrahatur. Eadem dictione vtitur Paulus lib. 6. cap. 34. ὅτι καὶ περὶ πλείας εἰς πύον μεταβολῆς ἔνιοι ὠμοτομοῦμεν τὰ ἀποστήματα. Interdum ante perfectã in pus mutationem ad crudi abſceſſus ſectionem venimus. Qđ etiam præcipere Hipp. ibidem ſcribit. ὠμοτοκεῖν autem non ſolùm ſimpliciter de abortione dicitur, ſed & de crudi & nõdum maturi partus expulſione apud Aetium Tetr. 4. ſerm. 4. cap. 16. & Conſtant. Cæſarem de agric. lib. 5. cap. 46.

Ὦμος eſt humeri articulus cum brachio, & humerus dicitur, idq; totum indicat quod in hac articulatione apparet, vt ſcribit Gal. cõ. 1. in lib. de art. (p. 580.7.) Nam quod nõ apparet & à poſteriore parte eſt, ὠμοπλάτη nũcupatur, & ſcapularum os. Celſus ὠμοπλάτας ſcoptula operta Latinis vocari ſcribit cap. 1. lib. 8. ὤμους verò ſcapulas ſæpe vocat, vt cap. 8. lib. 8. interdum etiam ſcapularum os ibid. & cap. 15. eiuſdem lib. ὦμος ēt interdum pro brachii capite ſumitur qđ in alã excidit, vt li. de art.

de art. (p.580.4.) ὁκόσοισι μὲν οὖν πυκνὰ ἐκπίπτει ὁ ὦμος. Quibus igitur humerus ſæpe elabitur, aut humeri caput. Rurſus ibidem (p.582.5.) ἔστι δὲ ἐμβολὴ ὤμου. Reponitur quoq; humerus. Vbi ἄκρον ὤμου ἄρθρον & τὴν τοῦ βραχίονος κεφαλὴν vocat Gal.

Ὠμοπλάται dicuntur ſcapulæ & partes humeri poſteriores, de quibus aptiſſimè Gorrheus. ὠμοπλάτας ima oſſa ſcapularum vertit Celſus cap. 22. lib. 3. interdum etiam ſcoptula operta.

¶ Ὠὸν χρόκιον oui luteum ſignificat, vt ſcripſimus antea in Κρόκος, quod etiam ὠοῦ τὸ πυῤῥὸν vocat Hip. lib. 2. περὶ γυν. (p.282.25.) vt & τὰ χρυσᾶ τῶν ὠῶν & τὰ πυῤῥὰ dicit Athenæus. ὠὰ ἡμιπαγέα ſunt oua ſemiconcreta lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.114.16.) quæ in alimentis boni ſucci reponuntur Galeno.

¶ Ὥρα etſi Græcis tempus ſignificat, & de omni anni parte dicitur, præcipuè tamẽ eam anni partem indicat, in qua fructus fugaces matureſcere ſolent, & in cuius medio canicula exoritur, quod tempus quadraginta eſt dierum & media æſtate contingit. Gal. lib. 2. de fac. alim. ὥραν ἔτους ὀνομάζουσιν οἱ Ἕλληνες ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ μεσοῦντι τὴν τοῦ κυνὸς ἐπιτολὴν γίγνεσθαι συμβαίνει. χρόνος δ' ἐστὶν οὗτος ἡμερῶν τεσσαράκοντα. κατὰ τοῦτον οὖν τὸν χρόνον ἅπαντες εἰσὶν οἱ ὡραῖοι καλούμενοι καρποί. ὥραν anni tempus appellant Græci, in cuius medio caniculæ exortus cõtingit, quodque eſt quadraginta dierum. Hoc vtiq; tempore fructus omnes fugaces, quos Græci ὡραίους vocãt, proueniunt. Idem Com. 4. in lib. 6. Epid. (p.500. 48.) κατ' ἐξοχὴν δὲ ἔνιοι καλοῦσιν ὥραν ἔτους ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἐν ᾧ τοὺς ὡραίους ὀνομαζομένους καρποὺς πλεῖσθαι συμβαίνει. Per excellentiam autem interdum ὥραν vocant anni tempus illud in quo fructus ὡραίους dictos matureſcere contingit. ὥραι annalia tempora dicuntur Aureliano cap. 8. lib. 3. Tard. Paſſ. Hinc ὡραῖον tempeſtiuum dicitur, & quod ſuo tempore fit & opportunè. ὡραίως τὰ ὡραῖα ἀποδιδόντα ἔτεα, annorum tempeſtiuam tempeſtiuitatem diximus lib. 2. Epid. (pag.311. 30.) quod de temporibus conuenientem ſeruantibus temperaturam dicitur aph. 8. libr. 3. ἢν ὡραίως τὰ ὡραῖα ἀποδιδῶσιν. ὡραῖον ὕδωρ aqua tẽpeſtiua dicitur Hippocrati, & quæ congruo anni tempore demittitur, ac de pluuia intelligitur, aut quæ media æſtate impluit, & ea anni parte quæ Græcis ὥρα vocatur, Gal. Com. in aphor. 17. lib. 6. Epid. ſect. 4. τὰ ὡραῖα etiam mẽſes maturos indicant & tempeſtiuas purgationes menſtruas ſuoq; tempore comparẽtes, lib. περὶ ἐπικυήσιος (p.52.26.) παρθένῳ ὁκόταν τὰ ὡραῖα μὴ φαίνηται. Virgini ſi tempeſtiuæ purgationes menſtruæ non compareant. τὰ πρῶτα ἐπιμήνια dicuntur lib. 1. περὶ γυν. (p.244.37) vbi ἐπιφαινόμενα legitur.

Ὡριαῖα χρονίζοντα, h. e. diuturna & diu perſeuerantia exponit Erot. apud Hipp. ὥρας γὰρ ὁ χρόνος, ἢ μακροχρόνιοι περὶ χρόνον χρόνιοι. Eaq; notione ὥρας ſumitur apud Hip. ἐν τῷ περὶ ἑπταμήνου (p.541. 31.) πολλὰ δὲ ἢ διὰ παντὸς ὥρη, διὰ τὴν πολυφιλίην τῆς γῆς. Multa verò omni tempore, ob terræ benignitatem. Etſi per totum annum ſignificare poteſt, quòd ὥρας ἐνιαυτὸς exponatur Heſychio. At Gal. in Exeg. ὡρεόντων φροντιζόντων exponit, h. e. curam gerentium, ὅτι ἡ φροντὶς ὥρα, quòd ὥρα ſpiritu tenui, curam ſignificet, vnde ἄωρος, negligens & curã non gerens dicitur, & ὥρην ἔχειν curam habere apud Herodotum.

Ὥρμησαν ὥρμησαν, exponit Gal. in Exeg. apud Hip. hoc eſt impetũ fecerunt, irruerunt. Verùm ὥρουσεν legitur lib. 1. περὶ γυν. (p.244.37) τὰ ἐπιφαινόμενα πρῶτα ὥρουσεν, de virgine cui menſes primùm comparentes ſurſum impetum fecerunt, & ad ſuperiora irruerunt. Quam ẽt lectionem habent quædam exemplaria in Exeg. & ὥρουσεν & ὥρμησεν leg. in ſingulari ab ὀρύω vt ſcripſimus antea quod ὁρμῶ ſignificat, vt ὀρύει ὁρμᾷ, & ὀρῦσαι ὁρμῆσαι exponit Heſychius. ὤρουσεν etiam ὥρμησεν exponit Heſychius hoc fortè ſubindicato loco.

Ὥρου ἐνιαυτοῦ exponitur Galeno in Exeg. Verùm mendum eſſe apparet ex ſerie alphabetica & ὥρη ἐνιαυτοῦ leg. apparet ex eo loco quem paulò ſuprà in ὡρέοντα adduximus ex lib. περὶ ἑπταμήνου.

¶ Ὡς pro ἕως apud Hip. poſitum videtur lib. de loc. in homine (p.70.19.) μηδὲ ὡς ἂν τὸ σῶμα ἀνθηρὸν ποιήσῃ φάρμακον, neque tamen medicamentum quo ad corpus floridum fuerit propinato.

¶ Ὠσιες εἴσω σπονδύλου τοῦ κατὰ τὸ ἰνίον, vertebræ quæ in occipitio eſt ad interiora inclinationes & luxationes, εἴσω ὤσιες exponit Gal. Com. ad aph. 26. lib. 3.

¶ Ὦτα aures dicuntur, verùm pro aurium inflammationibus ſumuntur aph. 24. ſect. 6. lib. 6. Epid. ὦτα τοῦ θέρεος ῥήξιες πεμπταῖοισιν. Æſtate aurium inflammationes, quinto die rumpuntur. Inde ὠταλγία aurium dolor dicitur, quoties in profundo, h. e. in auditorio meatu dolor ſentitur. Sic enim ſcribit Gal. Com. 3. in Progn. (p.157.55.) εἰώθασιν ὠταλγίας ὀνομάζειν ὅταν ἐν τῷ βάθει κατὰ τὸν ἀκουστικὸν πόρον ἡ τῆς ὀδύνης αἴσθησις γίνηται. πάσχει γὰρ αὐτὸ τηνικαῦτα τὸ ἀκουστικὸν ὀνομαζόμενον νεῦρον, οὐ διὰ μακροῦ συνάπτον τῷ ἐγκεφάλῳ. Conſueuerunt ὠταλγίας, h. e. aurium dolores nominare quoties in profundo circa meatum auditorium doloris ſenſus affligit. Tunc enim ipſe afficitur auditorius nominatus neruus, non ex longo interuallo cerebro copulatus. In eoq; affectu delirii & mortis periculum imminet, vt ſcribit Hip. Multi etiam de repente moriuntur non ſecus ac attoniti, cum aurium dolorem committens fluxio confertim in cerebrum irruperit, vt illic ſcribit Gal. ὤτων ὑγρότητες, auriũ humiditates in pueris ex ſuperflua & excrementitia cerebri humiditate, aph. 24. lib. 3. ὠτόῤῥυτοι quib. aures fluxione & deſtillatione tentantur, aph. 2. ſect. 1. lib. 6. Epid.

Ὠτεγχύται ſunt aurifuſoria ſpecilla, quibus aliquid in aures dolẽtes inſtillatur. Celſus ſtrigilem aliàs vocat, vt cap. 7. li. 6. (Vbi tamen ſtriglen legi malim) aliàs auricularium cly-

ſterem, ibidem. ὠπεχύτων meminit Gal.lib. 3.κζ' πτ.(p.188.)

Ὠτειλαὶ cicatrices dicuntur & vlcera ac receotia vulnera, & Gal.io Exeg. ὠτειλὰς οὐ μόνον τὰς οὐλάς, ἀλλὰ καὶ τὰ ἕλκη, non ſolùm cicatrices verumetiam vlcera apud Hip. ſignificare ſcribit. Nimirum locum lib. de art. (p.590. 50. & 54.) ſubiodicans. καὶ κίνδυνος δ' οὖν ἐπὶ ξυῤῥαγῆναι τὰς ὠτειλάς, periculumq́; afferuot oe cicatrices aut vlcera perrumpantur. Et rurſus, ἢν δὲ μὴ κίνδυνος φαίνηται ξυῤῥαγῆναι τὰς ὠτειλάς. Quòd ſi periculum oullum imminet vt cicatrices aut vlcera perrumpaotur. Vbi ſcribit Gal. ὠτειλὰς κέκληκε τὰ ἕλκη παραπλησίως τῷ ποιητῇ περὶ τοῦ νεοχμάτου τραύματος εἰπόντι, ἔφρα οἱ αἷμ' ἔτι θερμὸν ἀνήνοθεν ἐξ ὠτειλῆς, dum adhuc calidus ſangois fertur ex vulnere. Quod legitur Il.λ. (v.266.) Idem Il. δ. αὐτίκα δ' ἔῤῥεεν αἷμα κελαινεφὲς ἐξ ὠτειλῆς, ſtatim ex vulnere fluxit ſanguis niger. Et Il.ε. (v.870.) ἄμβροτον αἷμα κατειρρέον ἐξ ὠτειλῆς, immottalis ſanguis fluens ex vulnere. ὠτειλὰς τὰς ἐκ χειρὸς βολὰς καὶ οὐλάς, boc eſt receoria vulnera & cicatrices exponit Heſycb. Lib. de vuln. cap. (p.449.) ὠτειλὴ vulnus aut vlcus ſignificat, τέμνειν χρὴ τὸ μέγεθος τῆς ὠτειλῆς, ὅσον ἂν δοκῇ ἄνω χηλῶσαι, vulnus ea magnitudine ſuperiore parte, quanta opus eſſe videbitur ſecari debet. At ὠτειλαὶ cicatrices indicant lib. de art. (p.593.18.) ὅταν δὲ ἤδη καθαρὰ γίγνηται τὰ ἕλκεα, ἐς ὠτειλάς τι ἴῃ. Vbi verò iam pura euadunt vlcera & ad cicatrices deueoiunt. Vbi ſcribit Gal. τὰς ὠτειλὰς ἐπιτηδείως κυρίως εἶπεν ἐπὶ τῶν οὐλῶν, οὐχ ὡς ἔμπροσθεν ἐπὶ τῶν ἑλκῶν. ὠτειλὰς hîc propriè de cicatricibus dixit, noo ſicut antea de vlceri bus.

Ὠτὶς, ἴδος, auis geous in Thracia & Macedonia frequens, vt ſcribit Erorian. ὠτίδος meminit Hip. lib. de Morbo ſacro (p.122.32.) verùm Gal. in Exeg. eum locum ſubiodicans ὀτίδος legit, & τὸ ὀρνὶς exponit, ſcribitq́; Ariſtoteli ὠτίδα dici & Xeoophonti lib.1. ἀναβασ. (pag. 151 & 152.) ὠτίδα per ω ſcribi, quamuis Athenæus lib. 9. Xenophontis locum illum allegans ὠτίδας ſcribat. Erotiao. autem eundem Hipp. locum ſubnotans ὀτίδος & ὠτίδος legit, & vtroq; modo ſcribi teſtatur, & ὀρνὶς ὀτίδος eſſe ſcribit, & quibuſdam ὠτίδα dici, auemq́; eſſe Thraciæ & Macedoniæ frequeotem. Plinius verò etiam eas Hiſpaniæ attribuit. Auritam aut Otida vertũt interpretes. Plinius lib. 10. cap. 22. aues tardas nominat. Quam nominatiooem vulgus noſtrum ſequitur, cùm [otardes] appellat. De quibus agit Ariſt. hiſt. animal. lib. 6 & 9.

¶ Ὠχέτευται ἐκρύσιας καὶ διεξόδους κέκτηται, hoc eſt effluuia & tranſitus ſortitum eſt exponit Gal. in Exegeſi. Quæ indicatura mihi locum lib. περὶ ὀστέων φύσ. exprimere videtur (p.62.48.) τὸ δὲ διὰ τῶν ἔσω αὐτοῦ ὠχέτευται. Altera verò pars per internas ipſius partes deriuatur dixit Cornarius, b. e. veluti per canales & riuos deducitur aut tranſit, aut effluxiones ac tranſitus ſortita eſt. Vbi tameo ὠχετεύεται malè legitur.

Ὠχρὸν pallidum & luteum ſignificat, colorémq́; ex candido & flauo permixtũ iodicat, tanto oempe candidiorem flauo, quantò flauum rubro. Quod denotat Gal. com. 2. in lib. de rat. vict. in morb. ac. (pag. 59.8.) ἔστι δὲ τὸ ὠχρὸν χρῶμα κατ' ἀλήθειαν τοιοῦτον, οἷον πῦρ, καὶ τὸ τῆς καλουμένης ὤχρας ὀξυνομένης κατὰ τὴν προτέραν τῶν συλλαβῶν. καὶ γίνεται τοιοῦτον ἐπιμιγνυμένης τῷ ὑδατώδει περιττώματι τῆς ὠχρᾶς τε καὶ πικρᾶς καὶ ξανθῆς ὀνομαζομένης χολῆς. ὅσον γὰρ τοῦ ἐρυθροῦ χρώματος ἐπὶ τὸ λευκότερον ἀποκεχώρηκε τὸ ξανθόν, τοσοῦτο τούτου τὸ ὠχρόν. Eſt autem color luteus re vera qualis ignis, aut ea terræ ſpecies quæ ὤχρα vocatur, cuius prima ſyllaba acuitur. fitq; talis color permixto aquoſo excremento cum pallida & amara & flaua appellata bile. Quantò enim flauum à rubro ad album recedit, tantò à flauo pallidus. Quòd ſi plus aquei humotis permixtũ habeat ὠχρόλευκον & ex pallido albicans dicitur. Velut ὠχρόλευκος γλῶσσα lingua ex pallido albicans, aut cum albedine palleſcens, qualis eſt pulmonum ioflammatione laborantibus, libr. 7. Epid. (p.361. 37.) Interdum verò Græci quod propriè ὠχρὸν dicitur χλωρὸν vocant, ex communi ſermone nihil differre inter ſe ὠχρὸν & χλωρὸν exiſtimantes, vt ibidem ſcribit Gal. & nos aotea io χλωρὸν adnotauimus. ὠχρὸν apud Hippocratem pallidum vertit Celſus cap. 6. lib. 2. cùm vlcus aridum & pallidum ſcribit, quod Hippocr. ἕλκος ξηρὸν καὶ ὠχρόν. ὠχρὰ bilis eadem quæ ξανθὴ καὶ πικρά, quæ flaua & amara vocatur, oempe bilis lutea, Galeoo Comment. 4. io lib. de rat. vict. in morb. ac. (p.88. 46.)

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

*FINIS.*

Fine

FINE

R. SALVARELLA
RESTAURO
Val Sassina, 68
Tel. 898.220